This is a reproduction of a library book that was digitized by Google as part of an ongoing effort to preserve the information in books and make it universally accessible.

Google™ books

https://books.google.com

Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZIONALE VITT. EMANUELE
13
20 L
15

Ex Bibliotheca
majori Coll. Rom.
Societ. Jesu

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



Digitized by Google

TRACTATVS

ILLVSTRIVM

IN VTRAQVE

TVM PONTIFICII, TVM CÆSAREI

iuris facultate Iuriſconſultorum,

De Iudicijs Criminalibus.

EX MVLTIS IN HOC VOLVMEN CONGESTI,
additis plurimis, etiam nunquam editis, hac * nota deſignatis;
& multò, quàm antea, emendatiores redditi;

Summarijs ſingulorum Tractatuum locupletiſſimis illuſtrati.

INDICES ACCESSERE ITA LOCVPLETES,
vt omnes materiæ, quæ ſparſim leguntur, facillimè diſtinctæ Lectoribus appareant.

TOMI XI. Pars I.



VENETIIS, M D LXXXIIII.

Digitized by Google

INDEX AVTHORVM
huius voluminis. Tomi XI. Pars I.

De accusationibus publicorum iudiciorum, Placentini. 2
De accusationibus,& inquisitionibus,Boniconti. 5
* De Criminibus in genere, Bartholomęi Tęgij. 10
De crimine lęsę maiestatis,Martini Laudensis. 23
De crimine lęsę maiestatis, Incerti authoris. 24
* De crimine lęsę maiestatis, Hieronymi Gigantis. 33
De seditiosis, Nicolai Boerij. 89
* De seditiosis, Conradi Bruni. 98
* De publicis concubinarijs, Bermondi Choueronij. 145
* De quæstionib. Antonij de Canario. 195
De carceribus, Baldi de Perusio. 200
* De potestate procuratoris, & defensoris in causis criminalibus, Ioan. Antonij Rubei. 201
* De defensionibus eorum,Iacobi Nouelli. 216.
* De securitate ac saluoconducto,Gregorij de Magalottis. 231
De fuga, Ioannis Thierry. 240
De tormẽtis,siue indicijs, & tortura,Guidonis de Suza. 241
De indicijs,& tortura,Frãciſci Bruni.246
De indicijs homicidij, Marci Antonij Blanci. 260
* De maleficijs, Franciſci Caſoni. 281
De indicijs, & tortura, Antonij de Roſellis. 290
De quæſtionibus,Iacobi de Arena. 291
De quæſtionibus, & tormentis, Baldi de Periglis. 292
De quæſtionibus, & tortura, Pauli Grillandi. 294
De pęnis omnifariam coitus illiciti,eiuſdem. 298
De quæſtionibus, & tortura, Amberti de Antramonia. 306
* De executore, ſeu mandato, Antonij de Canario. 308
* De tormentis, Franciſci Caſoni. 311
* De amortizatione bonorũ, Petri Peckij. 316.
Pęna mortis in quibus cauſis à lege eſt impoſita,Gulielmi Bontijs. 328
Iudex ſecularis in quibus poteſt imponere manus in perſonas clericorum ſine metu excommunicationis, Bernardi Laurentij. ibi.
De poteſtate ſęcularium eccleſijs, ſeu eccleſiaſticis perſonis, Stefani Aufrerij. 329.
* Forma procedendi extraordinariè in cõtrouerſijs criminalib.Antonij Columba. 341
De relaxatione carceratorum, Pauli Grillandi. 347
De bannitis, Iacobi de Arena. 355
De bannitis, Nelli à S.Geminiano. 357
* De tregua, & pace, Octauiani Velpelli. 406.
* De fide tregua, & pace, Nicolai Moroni. 418.
* Quęſtiones criminales,Franciſci Caſoni. 455.

INDEX AVTHORVM
Partis Secundæ. Tomi XI.

* De Hæreſi, Ambroſij de Vignate, cũ Additione Franciſci Pegnæ. 2
De hæreticis ac eorum pęnis, Pauli Grillandi. 24
De hæreticis, Io.Nicolai Arelatani. 29
De hæreticis, Gundiſſalui de Villadiego. 32.
* De hæreticis,Ludouici Carerij. 42
* De agnoſcendis aſſertionibus catholicis, & hæreticis, Arnaldi Albertini. 52
* De catholicis inſtitutionibus, Iacobi Simancæ. 119
* De hæreticis, Ioannis à Royas. 208
* De hæreticis, Zanchini Vgoloni. 234
* De hæreticis, Conradi Bruni. 271
* Lucerna inquiſitorum,Hæreticæ prauitatis,Bernardi Comenſis. 333
* De ſtrigibus, eiuſdem. 348
De lamijs,Franciſci Ponzinibius. 350
* De ſtrigibus,Fratris Bartholomęi Spinei. 356.
* De præeminentia ſacræ Theologiæ, eiuſdem. 369
* De lamijs, eiuſdem. 375
De ſortilegijs, Pauli Girlandi. 382
De ſortibus, Troili Maluetij. 398
De ſuperſtitionibus, Martini de Arles. 402.
* De modo procedendi contra apoſtatas, Incerti Authoris. 408
* De brachio, ſeu auxilio implorando per iudicem eccleſiaſticum, vel econtra, Martini de Fano. 409
* De forma procedendi contra inquiſitos de hæreſi,incerti Authoris, cum Additione Franciſci Pegnæ. 412

Digitized by Google

TRACTATVVM

TOMVS XI.

IN QVO EA QVAE AD IVDICIA CRIMINALIA pertinent, continentur, Primò præcedunt concernentia crimina tam publica quàm priuata, moduſq; in ipſis procedendi. Subſequuntur deinde ſpectantia ad S. officium inquiſitionis.

TRACTATVS DE ACCVSATIONIBVS PVBLICORVM IVDICIORVM. Authore Placentino, antiquiſſimo Iuris ciuilis interpræte.

SVMMARIVM.

1 *Accuſare eſt aliquem velut reum criminis deferre.*
2 *Accuſatio qualiter concipi ſeu formari debeat.*
3 *Accuſans ſubſcribere debet ſe accuſationem executurum.*
4 *Accuſatio qualiter ſit exequenda.*
5 *Reus confeſſus non ſtatim pro iudicato eſt habendus.*
6 *Damnari nullus debet cauſa non audita.*

De accuſationibus. Tit. I.

QVãdoquidem de accuſationibus dicturi ſumus, videndum eſt primum quid ſit accuſare, & quo ordine ſit accuſandum, & quando accuſatio ſit exequẽda, & quibus liceat accuſare & quouſq; † Accuſare nihil aliud eſt q̃ reum criminis deferre. Hũc ordinem, maſculo accuſante, in omni crimine eſſe ſeruandum, vt inſcriptio ꝓponatur, q̃ magnitudinem criminis tempuſque deſignet, vt alterutram partem digna legum poſſit terrere auctoritas, niſi id fiat ꝙ pro inſcriptione habetur, vt cum querelæ apud acta deponuntur, ꝙ vt fiat, tãtum in crimine iniuriarum conceditur, & excipitur crimẽ abigeatus & adulterii, cũ iure mariti intenditur, quo caſu inſcriptionis neceſſitas remittitur. verum hodie maritum inſcribere oportet, qui ſi non ꝓbet, ijſdem ſit pœnis ſubdendus, quas fuerat mulier paſſura, ſi accuſatio comprobata fuiſſet, vt C. de accu. l. qui de vno. & l. ĩ cau. & l. ſi cui. & l. q̃uis. & C. de iniur. l. vl. C. de abige. Auct. vt li
2 ceat ma. & aui. colla. 8. §. quia vero. † Cuius talis eſſe debet cõceptio, vt diem quo facta eſt, contineat, imperatoris annis numeratis. Accuſantis quoq; & accuſati, & prætoris nomẽ apud quem accuſat hoc modo dẽt dicere inſertum. Ego Lucius Titius apud te Gaium prætorem vel proconſulem ꝓfiteor, Meuiam leg. Iulia de adul. ream deferre, quam dico cum Gaio Seio in ciuitate illa, in domo illius, menſe illo conſulibus illis ꝙ miſſiſſe adulterium diem autem vel horam inuitus nõ compræhendet, vt C. de accuſa. l. ſi quis & C. de adulte. l. quamuis, & in Auct. vt Præpo. no. Imper. & ff. eod. l. libellorum, & ff. dẽ
3 adul. l. accuſaturus. §. Item ſubſcribere debebit ſe executurum accuſationem, vel alius pro eo, ſi literas neſciat. Si circa inſcriptionem errauerit corrigere licebit ſi tempora ſuffragant̃. Ac
4 cuſatio † vero ſic eſt exequenda, vt fideiuſſor ab vtraque parte præſtetur pro lite exercenda, alioquin inopia idonei fideiuſſoris vterque in cuſtodiam mittitur, donec de crimine iudicetur vt ſi reo abſoluto accuſator per calumniam intendiſſe ꝓnuntietur, pari modo puniatur. niſi ſit ea cauſa quæ ſine metu calumniẽ vindictam perſequitur, vt pater, mater, filius & extraneus hęres, q ſuſpitionem quam de morte ſua habuiſſe defunctus cauit, exequitur, cum inter volũtariam accuſationem & officii neceſſitatem hĩrdis multum interſit, vt ff. eod. l. ſi cui. & ff. de cuſt. reo. l. 2. C. de acc. l. vl. & C. de app. l. eos qui. §. ſi ſuper
5 his, ff. ad ſenatuſcon. Turp. l. 1. & C. de calum. l. mater. † Sed ſi reus confeſſus fuerit non vtique pro iudicato habebitur, ſed ĩ carcerem ponetur omnimodo condemnandus. ſi vero abfuit per contumaciam qui non eſt confeſſus, poterit relegari, non tamen deportari, vel capite damnari, vt ff. de cuſ. & exhi. reis. l. ſi confeſſus, & ff. eodem. l. abſentem. & ff. de requi. re. l. 1. C. eo.
6 l. abſentem. † Neque inaudita cauſa quemquam damnari ęq tatis ratio patitur, ſed tempus ſtatuetur, intra quod ſi non venerit, bona annotabuntur, deinde annus expectabitur, intra quem reuerſus, ſi ſe crimine purgauerit, res arbitrio iudicis ſignatas recipiet. anno vero tranſacto innocentiam purgando audietur bonis apud fiſcum manentib. Sed eo annotato ſi ꝑ 20. annos bona fiſcus non occupauerit poſtea præſcriptione, vel ab ipſo reo, vel ab hæredib. eius ſubmouebitur. Quamcunque enim q̃ſtionem apud fiſcum, ſi nõ alia ſit propria pręſcriptio 20. annorum ſilentio præſcribi diui principes voluerunt, vt C. de requiren. reis, l. 1. & 2. & ff. de requi. reis. l. 2. & 3.

SVMMARIVM.

1 *Mulier quandoque poteſt accuſare non exacta inſcriptione.*
2 *Accuſare qui nequeant.*
3 *Accuſare nequit qui ob id pecuniam accepit.*
4 *Vxor poteſt lenocinium marito obiicere.*
5 *Filius matrem de partu ſuppoſito accuſare poteſt.*
6 *Accuſare poteſt quilibet ſuam iniuriam, vel mortem propinquorum proſequens.*
7 *Crimina quæ ab omnibus deferri poſſint.*
8 *Crimina notoria accuſatione non indigent.*

Quibus non liceat accuſare. Tit. ij.

QVidam prohibentur propter † ſexum ĩ publico iudicio accuſare, vt mulier
1 cui interdum permittitur non exacta inſcriptione, id eſt, cum crimẽ perduellionis vel annonę, vel ſuam ſuorumque iniuriam exequitur, ut ff. eod. l. qui accuſare. & l. certis, & C. ad l. Iuliam de anno. l. fina. §. fi. & l. lege Corn. & C. qui
2 accuſa. non poſ. l. de crimine. † Quidam propter ętatem, ut pupillus, aut propter ſacramentum, ut miles. quidam propter poteſtatem, ut magiſtratus, ut ff. de iniuriis. l. nec magiſtratib. Quidam propter delictum, ut infames, ut C. eodem, l. criminis.
3 † Quidam ꝓpter turpem quęſtum, ut qui pecuniam ad accuſandum uel non accuſandum accepit, uel duos reos ſubcriptos habet, uel eiuſdem delicti eſt particeps, ut ff. ad l. Iul. repe. l. eaſdem. §. 1. & 2. Quidã ꝓp ſuam conditionem, ut filius, etiã libertus, uel de pari, uel maiori crimine accuſatus, ut ff. de pu
4 bli. l. is qui. † Excepta muliere, cui lenocinium obiicere mari to ꝓmittitur, ẽt eo excepto qui ſuam ſuorumq; iniuriam exequitur, ſicut etiam is prohibetur qui a prima ętate in domo uixit, licet ut ingenuus, ut ff. ad l. Iul. de adul. l. j. Nec non & frater, quod ſi capitale crimen intendat, non ſolũ non eſt audiendus, ſed etiam exilii pęna plectendus, vt ff. ad l. Pomp. de Parri. l. frater. excepto crimine adulterii & parricidij, de facto tĩ parentes uel patroni, ſuarum rerũ defendarũ gratia, queri nõ ꝓhibentur, ueluti ſi dicant ui ſe a poſſeſſione expulſos, ſ. non ut
5 crimen in eis intendant, ſed ut poſſeſſionẽ recipiãt. † Nam & filius nõ quidem prohibitus eſt de facto matris queri, ſi dicat ſuppoſitum ab ea partum, quo magis cohęredem habeat, ſed eã ream le. Corn. facere permiſſum ei non eſt, ut ff. eo. l. hi tĩ. Alii ꝓp ſuſpitionem calumnię, ut illi qui falſum teſtimoniũ ſubornati dixerunt. Alii ꝓp paupertatem, ut ſunt q minus quinquaginta aureis habent. † Hi tĩ omnes, ſi ſuam iniuriã, mortẽ ac propiuquorũ exequantur ab accuſatione non excludunt̃. ſed ſiquidem plures ueniant iudex idoneorem eligere debet, quod erit ęſtimãdum ex dignitate & ex eo ꝙ intereſt dumta

Digitized by Google

men caueat ne ob id crimen plurib.legib.reus fiat, ne de eodem ſępius accuſetur,nō ſolū ab eodē,ſed nec ab alio,niſi ſua intereſſe,ſeſeque accuſationem inſtitutam ignoraſſe docuerit, vel ſi ſciuit priorem p̄uaricatam docebit, vt ff.eodem .l.ſi plures,ff.de ſepul.vio.l.3.ff.de libe.ho.exhi.& ff.eo.l.ſenatus.& l.ſi
7 cui.†Sunt tamen quædam crimina, in quorum delatione perſonarum delectus non habetur, cum & ſerui aduerſus dominos audiantur,vt crimina maieſtatis,& falſæ monetæ,& legis Corneliæ,arctioris annonę populi Romani,de falſis,cum ſuppreſſas tabulas teſtamenti quæruntur,in quibus libertatem ſibi relictam aſſeuerant,vt C.de epi.& cleri.l.ſi quis, ff.de iud.l.
8 vix.& ff.ad l.Corne.de Fal.l.nullo.†Sunt autem crimina quæ notoria appellantur quorum accuſatio non expoſcitur,ſed p officiales præſidibus nuntiatur.vt C.eodem.l.ea quidem . Accuſare licet vſque ad 20.annos a die commiſſi criminis,excepto crimine iniuriarum,quod anno finitur,vt C. ad l. Corne. de Fal.l.querela, & C.de iniu.l.ſi non conuicij.Nec non & peculatus,& eo quod aduerſus ſenatuſconſultum apertis tabulis eius,qui á familia occiſus dicitur , ab extraneo committit̄, quæ quinquennio finiuntur,vt ff.ad l.Iuliam pec.l.peculatus, & ff.ad Sill.l.in cognitione.Et exceptis criminibus ex lege Iulia de adulterio vel ſtupro deſcendentibus, quæ ſimili modo quinquennio finiuntur,vt ff.ad l.Iuliam de adul.l.mariti, §.p̄terea.Et excepto crimine parricidij,& ſuppoſiti partus, & crimine concuſſionis,quod nullo temporis præſcriptione depelitur,licet ea deceſſerit quæ partum ſuppoſuiſſe contenditur, vt ff.ad l.Pompe.de Parri.l.fi.& ad l.Corn.de Fal.l.qui falſam, §.j.& ff.de concu.l.1.

SVMMARIVM.

Criminum multiplex eſt diuiſio.
2 1 *Crimina quare publica dicantur,& quę ſint.*
3 *Criminata priuata qua ſint.*
Crimina ordinaria quæ dicantur.
4 *Crimina extraordinaria dicuntur quorum pęna iudicis arbitrio mandatur*
5 *Dignitatis & conditionis ratio attenditur in pęnis.*
6 *Miles artem ludicram exercens capite plectitur,non autem paganas.*
7 *Crimina quæ puniantur pœna extraordinaria.*
8 *Crimina quę publica ſint,& ordinaria ſimul.*
9 *Crimina priuata & ordinaria ſimul quæ dicantur.*
10 *Infamia pro quibus irrogetur criminibus.*
11 *Infamia notatur qui lenocinium fecit,aut cum beſtiis depugnauit.*
Sponſalia bina aut binas contrahens nuptias infamiæ nota inuitur.
12 *Infamia irrogatur ex ſententia damnato a iudice.*
13 *Infamis non ſemper efficitur damnatus.*
Fama quandoque minuitur ex genere pęnę.
14 *Damnatus ad opus temporalium non efficitur infamis.*
15 *Seruitus non inducitur ex delicto.*

De diuiſione criminum. Titu.ij.

1 CRiminum alia publica†& priuata,† alia nec publica nec priuata.Itē, alia ſunt ordinaria,alia extraordinaria , alia priuata, & ordinaria alia priuata & extraordinaria.Item , alia irrogant infamiam
2 ex genere delicti,alia ex ſnīa,alia ex genere pœnę . †Hæc ſunt quæ ex legibus publicorum iudiciorum ſunt introducta , ex eo dicta publica quod cuilibet ex populo plerumque executio eorum detur,vt Iulia maieſtatis,Iulia de adulteriis,Cornelia de Sicariis & Veneficis,Cornelia de teſtamentis, Viſcellia de libertinis,& falſæ monetę,Iulia de vi priuata,ſepulchri violati,termini moti,Iulia ambitus,& crimen ſuſpecti, raptus & prȩuaricationis interdum,Iulia repetūdarum,& Fauia de plagiarijs,Iulia de annona,& Corne.de Fal.vt ff. de pub.iud.l.j.& Inſt.de pub.iud.in prin.C.de fal.mo.l.1.& ff.de ſepul.vio.ff.de ter.mo.l.agraria.C.de rapto.vir.& ff.de præua.Eum quoq; vel eam q̄ ſeruo ſuo ſe ſuppoſuit,vel Mathematicam artem exercuit,vel militiam deſeruit,vel p honore pecuniam dedit. vel vt latro itinera frequentata inſidiis aggreſſionis obſedit, vel Barbaros telis inſtruxit,vel incognitam ante peritiam cōficiēdi naues docuit,crimē publicum committere nemo ambigit, vt C.de mul.quæ ſer.pro. ſe iunx. & de Math. l.vl.& C.quā.liceat vni.ſi.in l.opprimēdorum,& l.1.C.quæ res expor.l.nemo
3 & C.de pœnis.l.vl.†Cęteta vero ſunt priuata,exceptis criminibus ſtellionatus,quæ nec publicis nec priuatis iudiciis connumerantur,vt l.1.C.de cri.ſtel.& de pœnis.l.reſpiciendum.Ordinaria,ſiue quorum pęna certa eſt, dignitatis ratione habita, vel omiſſa,vt crimen maieſtatis, in quo eſt omnium æqua cōditio.In quibus criminib. iudex neq; pęnam augere neq; minuere pōt,nam vt ait Pomponius,facti quidem quæſtio in arbitrio eſt iudicantis,pęnę vero perſecutio non eius voluntati mandatur,ſed legis auctoritate reſeruatur. verumtamen legū ſeueritatem debet cum aliquo tēperamēto benignitatis ſubſequi,maxime cum minor ętas interuenit.Quorum de numero eſt crimen quod lege Iulia maieſtatis coercetur,& Iulia de adulterio & ſtupro,& Cornelia de Sicariis,necnon Pompeia de particidiis,Corne. de Falſis , Iulia de vi publica,Iulia de vi priuata,Iulia peculatus.& de reſiduis,& illiciti collegii .Iulia ambitus,& crimen raptus,& falſæ monetæ, & alia plura , vt C.de adu.l.quamuis.& Inſt.de pub.cri.ff.ad l.Cor.de ſica.l.eiuſdem,C.de his qui paren.occid.l.i.& ad l.Iul.de vi pub.priui.&
4 ff.de illici.col.l.qui illicitum,& C.de fal.mo.l.vltim.†Ex traordinaria ſunt quorum pęna iudicis arbitrio mandatur , dignitatis & cōditionis habita ratione,quibus quid fieri debeat nō dicitur,ſed quid fieri ſoleat interdum oſtenditur, vt ait Vlpianus,ff.de iniu.l.vlt.& ff.de pęn.moris. Hodie licet eis qui extra ordinem de crimine cognoſcunt , q̄ volunt ſententiam ferre vel grauiorem vel leuiorem,dumtamen in vtroque modo rationem non excedant,vt ff.de pœ.l.hodie.†Dignitatis,vt dixi ratio habenda eſt,vt ſi ſit decurio,decurione filius vel parens, qui neque in metallum damnari,neque in opus metalli, neque fuſtibus ſubiici,vel vnius exuri,vel capite puniri debet,vt cum parētem occidiſſet,vt ff.de pęnis,l.moris,§.ſed enim.Cōditionis quoq; ratio habetur,id eſt,ſi ſit liber,aut ſeruus,infamis,aut integræ famæ.nam maiores noſtri in omni ſupplicio ſeuerius ſeruos quam liberos,famoſos quam ītegræ famę homines punierunt.vt ff.de pœnis,l.capitalium,§.vltimo.†Exceptis quibuſdam delictis,quæ pagano,aut nullam,aut leuiorē pœnam irrogant,nam ſi miles artem ludricam fecerit , vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt,puniendum capite Menander ſcribit,vt ff.de pœnis,l.quędam.quæ omnia inſpiciūtur in ordinariis qui annonam attentant vel vexant. & in crimine ſepulchri violati,conceſſionis,abigeatus,& præuaricationis interdum,id eſt cū extraordinaria crimina obiiciebantur. †Fures quoque & effractores,& expilatores, & ſollicitatores aliarum nuptiarum,item matrimoniorum interpellatores , & ſi effectu ſcęleris potiri non poſſunt, propter voluntatem pernitioſę libidinis extra ordinem puniuntur, vt ff. de extraord.cri. l.annonam,ff.de ſep.vio.l.vl.& ff.de abige.l.1. & 2.ff.de effrac. expila.Expilatæ hæreditatis,termini moti,injuriarum, Viſcelliæ de libertinis,& Iuliæ repetundarum.& quorundam crimi num ſtellionatus extraordinariam eſſe pœnam nemini venit in dubium,vt C.de accuſatio.l.prima, ff.ad l. Iuliam repetun. l.lex,§.vlt.†Publica & ordinaria crimina ſunt,crimen legis Iuliæ maieſtatis,Iuliæ de adulterio & ſtupro, Corneliæ de ſicar. & beneficis,Pompeię de parricidis.Corneliæ de falſis,Iuliæ de vi publica vel priuata,ulię am bitus.Seruum quoque qui dominam corrupit,necnō deſertorem militię,& publicos latrones crimen publicum & ordinarium committere nemo abigit.Publica & extraordinaria ſunt iſta,crimen ſuſpecti , & Iuliæ repetundarum, & termini moti , & Iuliæ de ſacrilegiis.Et Viſceliæ de Libertinis,Iuliæ de Annona , & Fauiæ de Plagiariis . Exceptis his qui vinetum filiorum miſerandas infligunt parentibus orbitates , quibus certam pœnam Conſtantinus iniunxit,vt ff.de ſuſpect.l.prima,& C.ad leg. Fauiam de Pla.l. vltima.†Priuata & ordinaria crimina ſunt,famoſi libelli,ſeditionis,illiciti collegii,& ſuppoſiti partus, vt C. de famo. libel. Crimina & ex tempore ſunt hæc,crimen iniuriarum ,concuſſionis,abigeatus.præuaricationis interpum , repetundarum, furti,effractus,expilatæ,vt ff.de iniuriis, l. 3.& ff.de concuſſio. †Ex genere delicti irrogatur infamia cōtra Imperatorem vel eius conſiliarios,vel rempu.cogitantibus, & eorum ſeruis,& his qui pro eis interueniunt,& militi alienas res conducēti,vt C.ad l.Iul.maieſt.l.quiſquis.C.de lo.& con.l. vlt.Item infamia irrogatur ei,qui eam quam in poteſtate habuit genero mortuo,cum id ſciret,& intra tempus luctus,ī matrimonium collocauit ei,qui ſciens eam duxit,etiam ſi miles fuit,ignorantia enim,non iuris,ſed facti excuſatur.Quod verum eſt, ſiue non fuit in poteſtate,ſine conſenſu eius cuius in poteſtate fuit,matrimonium contraxit,vt C.ex quib.cauſ.infa.in.l.decreto,ff.de his qui notan.infa.l.prima,& l.liberorum.C.de ſecun.nup.l.1. Notatur etiam,qui eum quem in poteſtate habebat , ducere iuſſit,quo caſu venia dignus eſt qui obtemperauit,vt ff.ex gb. cauſi.infa.ir.l.qui iuſſu.Excuſantur tamen illi ſupradicti , ſi ea ſit,quæ ītra tempus luctus peperit,vel cum qua carnalis commixtio non fuit,quæ eadem locum habent,ſi ſine morte,ſed
11 diuortio matrimonium ſoluatur.†Notatur qui Lenocinium fecit,& qui cum beſtiis depugnauit , quiue in ſcenam prodiit artis ludicræ exercendæ cauſa & exercuit, ſi autem non exercuit non notatur,non enim ea res adeo turpis, vt etiam conſilium puniri debeat,vt ff.de his qui notātur.l.qui autem. Notatur qui bina ſponſalia binaſue nuptias, ſibi vel ei quem in poteſtate habuit,conſtituit,quique ſibi vel filio ſuo pupillam ſuam , nullo diuino impetrato beneficio , in matrimonio collo-

Digitized by Google

collocauit,uidetur enim confessus de tutela,quia huiusmodi coniunctione fraudem administrationis tegere laborauit, ut ff.de his qui no.infa.l.quid ergo,§.si qs.& C.de inter.mat.in l. si tutor.Ei quoq; qui domum moribundi ascendit,ipsum uel alios qui ibi sunt molestãs,uel alio modo exequias ꝓhibuit, uel usuras usurarum exegit,infamię pęna ipso iure irrogatur, vt C.de sepul.vio.l.1.& in auc.vt defun. seu fune. §. sancimus. & §.si vero.collat.13.ff.ex quibus cau.infam.ir. l. antepenulti.

12 †Ex sententia irrogatur infamia a iudice, damnato, arbitri etenim sententia infamiam non importat, & non solum cõ demnatus infamis efficitur,sed & depræhensus interdum, vt de ea legitur quæ in adulterio depræhensa fuit,quę siue postea condemnetur, siue absoluatur, notata manet, lex enim non sententiam sed factum notat,sed & si confiteatur vel paciscatur ob malam conscientiam pecuniam numerando,sua enim sententia se condemnat,infamia notatur.. vt. ff. de his qui no.infa.l.quid.§.ex compromisso.& ff.de ritu nuptiarum.

13 l.palam.†Non tamẽ ex omni crimine damnati infames efficiuntur,sed duntaxat ex eo quod publici iudicii causam habet, nisi id crimen ex ea actione fuit, quę etiam in pecuniario iudicio infamiam condemnato importat,veluti furti, vi bonorum raptorum,iniuriarum,vt ff.ex quib. cau. infa.irro. l.athletas. §. item si quis. Ex genere pœnæ fama aliquando minuitur, quoties manente libertate circa statum dignitatis pęna plectit̃,sicuti cũ relegatur quis,vel cũ ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeius fustibus ceditur,vel in opus publicum datur ad tempus, vel cum in eam causam quis incidit quæ ex edicto perpetuo infamiæ causa numeratur, dum tamen animaduertamus in personis tam plebeiorum quam decurionum, esse illud constitutum,vt qui maiori pœna afficitur,quam legibus statuta

14 est,infamis non fiat. † Ergo & si opere temporario quis mulctatus sit,vel tantum fustibus cæsus, licet in actione famosa, veluti furti,dicendum erit infamem non esse,quia & solus fustium ictus grauior est quam pecuniaria condemnatio. vt ff. de variis & extra.cogn. l. cognitionum.§.minuitur. ff.de pœnis.l. in seruorum. Consumitur vero quoties magna capitis diminutio interuenit,idest,cum libertas amittitur, veluti cũ aqua & igni in perpetuum interdicitur, vel cum plebeius in

15 opus metalli vel in metallum datur. † Sed nouo iure nullus ex delicto seruus efficitur. vt ff. de variis & extraordina. cognit.l.cognitionem.§.vltim.& in Auctẽ.de nuptiis. §. quod autem.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium proprie dicitur quod cum nupta committitur, & stuprum quid sit,& cum quibus committatur personis.*
2 *Patres familias de crimine possunt accusare, & mulieres de matrimonio violato conquærentes non admittuntur ad accusandum.*
3 *Filius & libertus iure mariti tantum accusare possunt.*
4 *Accusatio fieri debet intra quinquennium a die commissi criminis continuum.*
5 *Stupro per vim admisso non potest præscribi.*
6 *Accusatorum delectus qualis sit habendus.*
7 *Maritus, in accusanda vxore,extraneo, & etiam patri est præferendus.*
8 *Dies vtiles qui dicantur.*
9 *Iuris versuti præstigia vltionem pudoris excludere non debent.*
10 *Accusatio quædam propter vtilitatem personæ dicitur cessare. & accusatio adulterii per quæ possit excludi.*
11 *Lenocinium marito obiectum onerat ipsum, vxorem tamen non excusat.*
12 *Maritus adulterum cum vxore repertum interficere potest.*
13 *Marito quando liceat occidere eum quem suspicatur vxoris castitati velle illudere.*
14 *Criminum publicorum pœna est ordinaria, & adultera verberib. subacta competentibus in monasterium detruditur.*
15 *Incestum seu incestus quid proprie dicatur, & cum quibus committatur.*
16 *Delinquens palam leuius punitur,clam vero grauius, & incestus qua plectatur pœna.*

Ad legem Iuliam de adulterio & stupro. Tit. IIII.

IN primis videndum est cũ quibus stuprum committitur,cum quibus adulterium, item qui possunt de adulterio & stupro accusari.& quo tempore sit accusandum,& quo ordine,& qui sint præferẽdi, & intra ꝙ tempus,& quibus ex causis remoueantur,& quibus adulterum perimere liceat, &

1 quo loco,& quę sint hæc crimina,& quæ pœna. †Adulteriũ quidem proprie committitur cum nupta propter partum ex altero conceptum composito nomine. Stuprum vero committitur in virgine,& puero excepta concubina,non habita distinctione maris iure Romano,sed fœminæ duntaxat, vt di xi.lex tamen Iulia idifferenter hoc vocabulo vtitur.His crimi nibus possunt puberes accusari,hęc enim crimina post puber tatem incipiunt,nec in his merentur restitutionem minores, nisi quatenus miseratio ætatis producit iudicem ad minorẽ pœnam,non enim excusatur ætate aduersus præcepta legũ is qui,dum leges inuocat,contra eas committit.vt.ff.eodem.l. inter liberas.ff.de concu.l.1.in Auct.de trien.& se.§.sinautem. ff.de verborum significatione.l.indifferenter. & ff.eodem. l.si

2 adulterium.ff.de min.l.auxilium.Accusare†possunt de crimine omnes patresfamilias,dixi, quoniam filiosfamilias tunc demum etiam inuito patre publico iudicio reum facere permittitur,cum de adulterio sue vxoris cõqueritur, proprij eĩ doloris vindictam consequitur.vt ff.eo.l.filiusfamilias. & l.inter liberas. §. filiusfamilias. Mulieres quoque non admittuntur,etiam si de suo matrimonio violato conquęrantur mino res etiam agentes ante 25. annum prohibentur, nisi sui matrimonij iniuriam exequantur, & quamuis etiam iure extranei accusent,ex casu recipiuntur, cum sane si iuuenili facilitate ducti,vel feruore ætatis accensi,ad accusationem prosilierunt, accusantibus eis non facile calumniæ pœna irroga-

3 bitur,vt C.eo.l.1.ff.eodem,si maritus.§.lex iulia.†Excipiuntur tamen quidam robustæ ætatis,& filius,& libertus,quibus nõ facile permittitur,sed tantum iure mariti accusare concedun tur,quemadmodum si arrocem iniuriam passi essent,iniuriarum recte ageretur,vt ff.de accu.l.hi.opinionis quoque accusantis ratio habetur, sicut in plerisque criminibus habenda docetur.nec minus serui aduersus dominos torquentur quod

4 crimine stupri non obseruatur, etiam†quando cum incestu committitur,vt ff.eo.vim passam. C.eo.de adulter. Accusandum est autem intra quinquennium continuum a die commissi criminis numerandum, intra quod vj. menses vtiles ex die diuortii prestantur, duo intra quos iure mariti accusat, quatuor intra quos iure extranei admittitur,quibus transactis accusator audit̃.Si vero ex die cõmissi criminis quinquenniũ transierit,ex die diuortij.lx. dies sint,dicendum est maritũ accusare non posse,vt quod dantur.vj.menses vtiles,sic sit intel ligendũ, nec crimen quinquẽnio continuo sopitũ excitetur. Quod erit verũ siue de reo, siue de rea, de lenocinio vel stupro,qratur.omnib.n.admissis ex l.iulia venientibus quinquẽ nium est præstitutũ.vt ff.eo.quinquennium. ff.el.miles.§.adul

5 terii.& ff.ad Turp.l.j. & ff.eod.mariti,§.præterea.†Nisi cum p vim est stuprum admissum,tunc enim huic præscriptioni locus non erit cum vim publicam fecerit,ff.ad l.iul.de vi publi. Lqui cetu.§.qui vacantem.Est enim casus quo sex menses nõ a die diuortii connumerantur,verbigratia. Si mulier repudii oblatione sine vlla legitima causa a se dati, decesserit, tunc enim ne viduitatem, stupri procacitate commaculet,accusatio repudiato marito iure permittitur,quo casu non a die diuortii,sed commissi criminis sex menses computari ratio permittit.vt C.eo.l.si mulier,& l.quamuis. Ordo talis seruatur, quod vbi inscriptio pręmittitur,marito primum accusante di uortium sequitur,iure est in hac parte sopita,vt C. eo.l.quam

6 uis.†Personarum quoque quæ accusantur iste habendus est delectus,sit masculus,an fœmina,& an nupta, an vidua.nam si masculus erit ab eo poterit incipi,idest si nupta nõdum est, dummodo ante denunciationem nupserit,alioquin adulter primum accusandus,& condemnandus est.Quod si fuerit absolutus,non solum ab eodẽ accusatore, sed nec ab alio accusabitur,nisi prius pręuaricatio arguatur.Si vero fuit condemnatus,non ideo mulier erit condemnanda,sed religiosum iudicem sortita fortassis pudicitiam defendet gratia vel iustitia, vel legis auxilio,cum ille fortassis inimicis oppressus vel falsis argumentis,vel testibus subornatis grauatus,prouocare vo luit,sed non potuit,qui quidem si ante accusationem moriatur,nupta iure accusabitur,cum etiam si eo viuo hęc vidua fuerat ab ea incipi possit,vt in Auctẽ.vt liceat ma.§.si quis ei, ff.de accusa.l.si cui.ff.eo.l.denuntiasse.& l.adulter.§.fi.ff.de priua.delictis.Nuptam,dum nupta est,hac præscriptione lex tuetur.si tamen vxor cum seruo adulterium fecisse arguatur, diuus Pius rescripsit accusare potius mulierem eũ debere,quã ĩ ꝓiudiciũ eius seruũ torquere. In crimine stupri eiusmodi distĩ

7 ctiones non habentur,vt ff.eodem.l.si quis adulterium.†Præferendus est autem maritus non solum extraneo verum etiã patri,& non tantum si nunc primum instituenda est accusatio,sed ẽt si pater,vel alius accusationem instituit, eaque etiã abolita sit,dũmodo doceat se nõ neglexisse,sed idoneis causis se impeditũ,vt facilius iudicari de adulterio faciat.etenim veri simile ꝓpẽsiore iure,& maiore dolore accusationẽ eũ execu-

Digitized by Google

nurũ, eã quoq; reã, ſi iuſta vxor fuit, intra ſexaginta dies vtiles ex ſola ſuſpicione, faciet dũmõ noſcat ſe nõ probãdo eiſdem pœnis hodie ſubdẽdũ, quas mulier erat paſſura, ſi accuſatio p-
8 bata fuiſſet, in crie ſtupri partum præferẽdum exiſtimatiũ. †Vtiles dies ſunt ouibus ſolẽnia accuſationũ implere potuit, vt ff. eo.l.2.§.ſi ſimul.& l.& ſi maritus.§.vlt.ff.eo.l.2. & l.vxor.C.e.l.q̃uis.& iure mariti. Auctentica vt liceat ma.§.ſi quis. Poſt ſexaginta dies ex die diuortij maritus, & pater præfertur, intra enim hos ſoli admittuntur, nec vlli alij accuſandi poteſtas datur niſi prius Lenocinij maritum reum faciat, vel accuſationi renuntiaſſe doceat, quibus tranſactis neutris voluntas ſpectatur, præſcriptionibus omnibus nouo iure in adulterij quæſtione de medio abolitis, præter quinquennii temporis, & Lenocinii, quod marito ab extraneo obiicitur exceptionem, & illam, quæ poſt diſſolutum prius matrimonium
9 ante denuntiationem nuptæ competit. †Indignum enim eſt, vt vltionem pudoris præſtigia verſuti iuris excludant, ſed in crimine etiam priuato puto huiuſmodi diſtinctiones haberi, vt ff.eodem l.ſi maritus.l.is cuius.& l.conſtante. Si poſtulauerit.& l.prima,§.qui hoc C.eodem ita vobis. Ceſſat autem accuſatio alia propter vtilitatem perſonæ cum qua adulterium vel ſtuprum commiſſum dicitur, alia propter conditionem accuſantis. Propter vtilitatem perſonæ ceſſat accu-
10 ſatio ſtupri, †ſi ſit ancilla, vel ea quæ meretricio more vulgo ſe præbuit, vt C.eodem l.& ſi.& l.ſi ea.l.quamdiu, ff.eodem vxor. Adulterii quoque accuſatio excluditur, ſi ea quæ in reatu deducitur, vina intemperantiæ in taberna ſubminiſtrauit, hæ enim ſunt immunes a iudiciaria ſeueritate, quas vilitas vitæ dignas obſeruantiæ legum non credidit. mariti tamen etiam in has adulterium vindicare non prohibentur, quamuis, ſi viduæ eſſent, impune quo ad ſeudi leges, in eas ſtuprum committetur. Propter cõditionem accuſantis ceſſat accuſatio, excipitur maritus, ſi duos reos ſubſcriptos ex alio crimine habebat, vt ff.eodem l.inter liberas,§.maritus.& l.prima. Hæc enim cauſa non cedit ſibi in numerum cœterarum
11 accuſationum. †Lenocinium vero quod marito opponitur ipſum quidem onerat, ſed mulierem non excuſat, quod certe non is feciſſe creditur qui nimiam vxoris credulitatem timẽs quantumcunque patientiam præſtitit, ſed is dumtaxat qui ſuam ignorantiam prætextu incredulitatis adumbrare non potuit. Sed hæ præſcriptiones quæ ſolent ex perſona accuſantis competere, in initio ſunt opponendæ. Cœterum Reo ſemel recepto fruſtra obiiciuntur, vt ff.eodem l.mariti Lenocinium.& l.ſi maritus, §. præſcriptiones, C. eodem l. ſecunda.
12 †Adulterum perimere marito permittitur, ſed & patri adulterum ſimul cum filia quam in poteſtate habet, ius occidendi datur, non ſolum in domo ſua deprehenſum, ſed etiam mariti, ſed marito quidem domi ſuæ deprehenſum occidere licet, ſi tamen alibi deprehẽſum occideret, non erit ſubueniendum, quamuis iuſtum dolorem temperare ſit difficillimum. Patri ideo, non etiam marito, mulierem, & omnem adulterum permiſſum eſt occidere, quod plerunque pietas paterni nominis conſilium pro liberis capit, vt ff.eodem l.patri.l.nec in ea,& l.ſi maritus,& l. marito. Cœterum mariti &
13 calor & impetus facile decernentis fuit refrenandus. †Sed nouiſſimo iure hoc additum eſt, vt ſi quis ſuſpicatur aliquem ſuæ vxoris velle illudere Caſtitati. etiam conteſtationes ex ſcripto ei tres deſtinauerit habentes teſtimonia trium virorum fide dignorum,& poſt has tres ex ſcripto conteſtationes inuenerit eum conuenientem ſuæ vxori, ſiquidem in ſua domo, aut ipſius vxoris, aut adulterii, aut ĩ popinis, aut in ſuburbanis, eſſe licentiam viro propriis manibus talem perimere, nullum periculum ex hoc formidanti. ſinautem in alio loco talem inuenerit, cum ſua vxore loquentem, licebit ei puniendum eum tradere iudici nullam aliam probationem exquirenti, vt in Auct.en. vt liceat ma.& auiẽ.§.his quoque. Facit ad hoc,§.ſi quiſquam, extra de cohabita. clericorum & mulierum. Sunt autem hæc crimina publica, nam ex lege publicorum iudiciorum ſunt introducta, & eorum accuſatio
14 in commune defertur, vt Inſtitu. de pub. iud. †Horum criminum pœna ordinaria eſt, nam & adulterum gladio puniri oportet, & qui cum maſculis nefandam libidinem exercent. Stupri quoque flagitium punitur publicatione dimidiæ partis bonorum, ſi ſit honeſtior, ſi humilis coercetur cum relegatione, vt C.eodem l.cum vir.& Inſtituta.de publicis.iudic. Adulteram competentibus verberibus ſubactam in monaſterium mitti oportet, marito tamen licentia erit permiſſa intra biennium ducendi, alioquin poſt biennium tondenda eſt,& perpetuo ibi conſiſtat, quoniam inceſtum committitur per illicitum coitum, ſicut adulterium, & ſtuprum, vt in Auct. vt nulli iu. §. adulteram.& C.eodem l.quamuis. Videndum eſt quid ſit inceſtus, quæ ſit pœna inceſtus, & quo
15 tempore liceat de inceſtu accuſare. †Inceſtus eſt cõſanguinearum vel affinium, carnalis copula, vt ff. ad legem Iuliam de adulteriis.l.adulterium. Contingit autem inceſtum committit ſimul cum adulterio, aliquando ſine matrimonio, aliquando iuris errore, aliquando ſanguinis contumacia, quæ fere omnia ſuas admittunt diſtinctiones, fere dico, quoniam ſi inceſtus committitur in adulterio, vt pote cum nouerca, nuru, priuigna, ſimiliter vt adulter punitur, id eſt, capite, id enim, remoto etiam adulterio, eueniet. Si vero propter matrimoninum illicitum inceſtus fiat, quamquam natura grauius eſt quam adulterii crimen, coerceri ſolet, porro ſi mulieres in iure errantes, per matrimonium inceſtum commiſeruut, eas non teneri certum eſt, quamuis in adulterio deprehenſę nullam poſſent excuſationem habere. Mares vero excuſant ętate, vel puniendi excuſatione, vtique ſi ertor allegatur, & facilius ſi nemo eos reos poſtulauerit, vt ff. ad legem Iulia.de
16 adulteriis.l.ſi adulterium. †Palam quoque delinquẽtes leuius puniuntur, clam vero grauius, cuius diuerſitatis illa ratio eſt circa matrimonium, quod palam delinquentes, vt errantes maiori pœna excuſantur, clam committentes, ut contumaces plectuntur. Huius criminis pœna ſi cum adulterio committitur, adulterii, ut dixi, ſi autem propter matrimonium, pęna eſt confiſcatio bonorum, tam cęterorum, quam dotis, exilium etiam,& ſinguli, ſi eo potitur, ſpoliatio, verberatio quoque ſi vilis eſt, fœmina quoque ſcienter talia peccante ſimili pœnæ ſubiuganda, ſubſtantia ſic amiſſa, liberis, quos habet legitimos, patris ſupplicio ſuæ poteſtatis factis applicetur, vt tamen pater alatur ab eis, quibus non extantibus fiſco defertur vt ff.de ritu nuptiarum, l.vltima.& C.de inceſt.nup.l.ſi quis.& in Auct.en.de inceſ.& ne.nup.§.primo columna ſecunda conſti.fin. Inceſti quoque commune crimen aduerſus duos recte intenditur, nec inuictum adulterium quinque annorum prę ſcriptione, ſed viginti tollitur, vt Digeſtis eodem l. vim paſſa.

SVMMARIVM.

1 *Crimen publici iudicii deferens illegitime in ſenatuſconſultum Turpillianum incidit.*
2 *Crimen ſtellionatus, vel hæreditatis expilatæ deferens, non incurrit pœnam ſenatuſconſulti, deſiſtens.*
3 *Libido ſeu licentia mentiendi impunita eſſe non debet in criminum delatoribus.& calumniari quid ſit,& quid præuaricari.*
4 *Tergiuerſari dicitur is qui ab accuſatione totaliter deſiſtit. abolitio quid ſit.& publica quæ ſit, quæ priuata, & quæ ex lege.*
5 *Abolitio quib. ſit neceſſaria. & deſiſtere ſeu deſtitiſſe ab accuſatione quis dicatur.*
6 *Deferre ſeu detuliſſe quis dicatur.*
7 *Crimen intendere ſeu deferre deproperans quid agere debeat.*
8 *Abolitio a quibus & qualiter ſit concedenda.*
9 *Abolitio quandoque permittitur inuito reo.*
10 *Abolitio in quibus denegetur crimini.*
11 *Abolitio ante ſententiam conceſſa quid operetur,& quid poſt.*
12 *Abolitione priuata repetere indulta quando liceat.*

Ad ſenatuſconſultum Turpilianum,& de abolitionib. Ti.v.

VIdendum eſt quis incidat in ſenatuſconſultum Turpillianum,& quæ ſit pœna Turpilliani, item quid ſit abolitio,& quot genera abolitionis,& quibus ſit abolitio neceſſaria,& quibus ſit concedenda,& quibus conceſſa proficiat,& quando reum repetere liceat,& ĩtra quod tempus. †In ſenatuſconſultum Turpillianum is incidiſſe videtur, qui crimen publici iudicii detulit,& cauſa criminis ordinata, id eſt inſcriptionibus depoſitis, & fideiuſſore de exercenda lite præſtito, eoque qui accuſatur ſub cuſtodia officii facto, non impetrata abolitione ab executione criminis deſtitit, ut C. ad ſenatuſconſultum Turpil. l.is
2 demum. †Quapropter qui crimen ſtellionatus obiecit, vel expilatę hæreditatis,& deſtitit.in pœnam ſenatuſconſulti non incidit, ſed officio iudicis culpa eius coercebitur, vt ff. eodem l.ſi quis.ſed & qui crimen iniurię proprię poſt interpoſitam denuntiationem deſiſtens commiſit', vel libello principi porrecto falſum ſe obiecturum minatus fuerit, licet non obiecerit, ſenatuſconſulto Turpilliano non tenetur, vt ff. eodem l. mulier. Lquęſitum. Et Turpilliano etiam pœna quinque librarum auri cum infamia imponitur,& legitima, id eſt, quã reus fuit paſſurus, ut ff.de pręua.l.ab imperatore. †Noſcant ergo q crimen intendunt non fore impunitam licentiam mentiẽdi, cum calumniãtes ad uindictã poſcat ſimilitudo ſupplicii, quo

rum

Digitized by Google

eum temeritas tribus pœnis ſubiiciẽ, aut anim calumniantur aut tergiuerſanẽ, aut præuaricautur, ut C. de calum. l. ulti. Calumniari eſt falſa crimina ſcienter intendere, ut ff. eodem l. j. præuaricari eſt uera crimina abſcondere. †Tergiuerſari eſt in vniuerſum ab accuſatione deſiſtere. ſed non utique qui nõ ꝓbat quod intendit protinus calumniari uidẽ, nam eius rei inquiſitio arbitrio iudicis committiẽ, cuius pronuntiatione ꝙd eorum accuſatio fecerit, manifeſtaẽ. Nam ſi ita pronunciauerit, non probaſti, pepercit ei. Si autem pronuntiauerit. calumniatus es, condemnauit eum, quo caſu licet de pœna nihil ſubiecerit, tamen legis poteſtas aduerſus eum exercebitur, nam vt ait Papinianus, facti quidem quæſtio in arbitrio iudicantis, pœnæ vero perſecutio non eius voluntati mãdatur, ſed legis
5 auctoritati reſeruatur. †Abolitio eſt, vt æſtimo, accuſationis inſtitutæ vtrique vel alteri facta remiſſio, quæ fit, aut publice, aut priuatim. aut ex lege. Publica q̃ fit ob diem inſignem aut publicam gratulationem, priuata quæ fit actore poſtulãte. Ex lege fit abolitio accuſatore mortuo, vel ex iuſta cauſa impedito, quominus accuſare poſſit, vt ff. co. l. abolitio. l. aut priuati, ff. ad l. Iul. pecu. l. vl. Similiter ſi propter mortem rei, deſtiterit accuſator, non poteſt ſenatuſconſulto teneri, quia morte rei indicium ſoluitur, niſi tale crimen fuerit, cuius actio aduerſus hæredes durat, veluti maieſtatis, & repetundarum peculatus, & de reſiduis, hæreſeos, apoſtatus, & illicitę negotiationis, vt ff. eodem. l. in ſenatuſconſultum, §. ſi propter mortem, & l. ex iudiciorum, & ff. ad l. Iul. pec. l. vl. C. de hæred. l. Manicheos,
6 C. de apoſta. l. vl. ff. de his quib. vt indig. l. vltima. †Eſt autem neceſſaria abolitio reis delatis. & his qui deferunt ſi deſiſtant. Deſtitiſſe eum accipimus, q vel accuſationi renuntiauerit, vel pſtitutum a præſide tempus, ſuum reum non peregit, niſi ſit talis, quiere de calumnia agi prohibeẽ, vt pater, patronus, vel niſi permiſſu principis accuſationem diſtulit, vt ff. eodem, l. ab
7 accuſatione, §. deſtitiſſe. & l. deſtitiſſe. & l. in ſenatus. †Detuliſſe quoque non eum accipimus, qui aliquem in hoc ſenatuſconſultum incidiſſe dicit, ſed qui accuſatorem ſummittit, & inſtigat, atque adeo qui mandat alicui, & inſtruit eum ad accuſationem capitalem, dando probationes, allegando accuſationes, & merito, nam diffitendo de crimine quod mouet, & eximendo ſe periculo calumniæ vel deſertionis, merito calumniantis, & deſiſtentis pœnæ ſubijci debuit, niſi ſubornatus accuſator probauerit crimen quod intendere ſuſcepit, vt ff. eod. l. 1. §. incidit. Nec intereſt, an per ſe mandauerit accuſationẽ, an per alium. ſed etiam ſummiſſus accuſator eodem ſenatuſconſulto plectitur, id eſt, propter hoc ſolum puniẽ, quod mi-
8 niſterium alieni timoris receperit. †Studebit ergo probationibus qui crimen intendere deproperat. Exceptiones quoque q̃ ſibi obſtare poſſint diligenter inquirat, ne, qualicunque exceptione remotus, abolitionem petere neceſſe habeat, excepta muliere, & minore, qui ſi fuerint remoti propter ſexum, vel ætatem, circa abolitionem ſenatuſconſulti pœnam. euitant.
9 †Concedenda eſt autem abolitio vel a principe, vel a competenti iudice, partibus præſentibus, cauſa cognita, ſiue errore ſeu temeritate, vel calore ad accuſationem profiluerit, hoc enim accuſator explanans abolitioni locum faciet, vt C. de abo. lib. ſecundo. Si autem per deceptionem, vel pecuniis a Reo corruptus ad poſtulandam abolitionem venit, redemptę miſerationis vox minime admittitur. Sed aduerſus nocentem reum inquiſitione facta pœna competens ingeritur, non publica abolitio, nec ſpecialis indulgentia tales ſubducit, vt C. de calum. l. falſa. Hi autem qui ſuas ſuorumq; iniurias defendũt, & qui cognatos ſuos in accuſationem deducunt, omnimodo
10 abolitionem petere non prohibentur. †Præterea interdum ẽt inuito reo abolitio intra. 30. dies permittitur, quibus tranſactis, niſi reus conſentiat, abolitio non tribuitur. Si autem vel fallaciter incuſauit, vel ſincera mente accuſationem inſtituit, & reus aliquid iniuriæ ſcriptionis illatæ tolerauerit, id eſt, ſi vel verbera vel carcerem ſuſtinuit, abolitio non conceditur niſi forte qui hoc paſſus eſt ad petẽdam abolitionem ſuum conſenſum accommodauit, vt C. eodem l. fallaciter. Quod ſi ingenuorum vel plebiorum, qui conſcii vel participes criminum non erant, teſtimonii gratia corpora fuerint laceſſita verberibus, tormentiſque vexata, abolitionem etiam duarũ partium conſenſu petitam, iubemus vigorem iudicis denegari, & crimen propoſitum, cuius examen tormentis iam cępe-
11 rat, agitari. †Si autem teſtibus tormenta minime ſint illata, & ſic abolitio nõ dabitur in illis criminibus, vt in violata maieſtate, aut patria oppugnata, vel prodita, aut peculatu admiſſo, aut ſacramentis militaribus deſertis, omnia quoque quæ iure veteri continentur, in quibus iudex non minus accuſatorem ad docenda quæ detulit, quam reum ad purganda quæ
12 negat debet vrgere. †Abolitio vero conceſſa, ſiquidem ante ſententiam, in primam conditionem reſtituit, ſi vero poſt ſententiam, pœnæ gratiam facit, ſed infamiam ex ſententia irrogatam nõ adimit, niſi cum in integrum ſe reſtituere princeps dixit, tunc enim ad reſtitutionem tantum indulgentia valet, quantum ad correctionem ſententia valuit, vtque deportatio nis ipſum per ſe nomen rerum omnium ſpoliatio eſt, ita intel gentiæ reſtitutio, bonorum ac dignitatis vno nomine amiſ-
13 ſorum eſt recuperatio. †Repetere vero priuata abolitione indulta non ſemper licet, ſed cum princeps conceſſit, vel cum crimine capitali, vt in re pecuniaria, abolitionem petiit, tunc enim nihilominus accuſationem reſtaurare concediẽ, ſed ẽt non probando hoc quod propoſuit pœna mulctabitur, vt C. de gene. abo. l. vltima, C. de ſenten. paſſ. fina. & C. de abo. l. 1. & ff. eod. l. vl. Tempus autem repetitionis eſt. 30. dierum vtilium, a die quo feriæ finitæ ſunt, vel abol. conceſſa, computandorũ, vt ff. eo. l. aut priuatim.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio quando ſit applicanda reo.*
2 *Serni quando de facto ſuo poſſint interrogari.*
3 *Liberi an & quando poſſint torqueri.*
4 *Liberi in pecuniaria cauſa non ſunt torquendi. & ſerui quando poſſint torturæ applicari.*
5 *Seruus aduerſus dominum torqueri non poteſt.*
6 *Seruus vniuerſitatis aduerſus vnumquemque interrogari poteſt.*
7 *Quæſtioni non ſemper nec tamen nunquam datur fides.*
8 *Quæſtioni inimicorum non creditur.*

De quæſtionibus. Titu. vi.

SCiendum eſt quo ordine eſt veniendum, & in qua cauſa quæſtio ſit habenda, & quomodo ſit interrogandum, & qui, & ad
1 uerſus quos non poſſunt torqueri, & de fide quæſtionis. †Ad quæſtionem ita veniendum eſt, vt epiſtola diui Adriani cauetur, cum reus eſt ſuſpectus, & aliis argumentis ita probationi amouetur, vt ſola confeſſio ſeruorum deeſſe videatur. Idem diuus Adrianus Claudio Quartino reſcripſit, quo reſcripto illud expreſſit a ſuſpectiſſimo incipiendum, & a quo facillime poſſe ſciri verum, iudex crediderit, vt ab eo qui timidior eſt, vel teneræ ætatis videẽ, vt ff. eodem l. in criminibus, & l. vnius.
2 †Interrogari ſeruos de facto ſuo non ſolum in criminali cauſa, ſed etiam in pecuniaria, veluti quando per eos depoſiti vel commodati nomine, vel ĩ aliis cauſis legib. cognitis, res aliis præſtitæ ſunt, poſſe non ambigitur, vt C. eodem l. interrogari. Ita tamen, vt primum æſtimentur, adeo ſcilicet, vt ſi in quæſtione decedant, vel deteriores fiant, duplum a calumniato
3 re præſtetur, vt ff. de quæſtio. l. certo. †Sed liberi tantum in criminali cauſa torquẽtur, exceptis compluribus, qui nec in crimine torquentur, eo ſcilicet quod ętas ſuſpectiores eoſdem facit ad mentinendi facilitatem Torqueri tamen ſolent, & habena, vel ferula cedi, exceptis mulieribus, & eminentiſſimis q̃dem, nec non perfectiſſimis viris, & qui ex his ſunt vſque ad pronepotes, vt ff. ad ſenatuſconſul. Sylle. l. 3. ff. eodem l. Ex libero, §. de minore, & C. de quæſtio. l. diuo. In decurionibus & eorum filiis idem ſerui, Domitius Vlpianus in publicarum diſceptationum libris ad perennem ſciẽtiam & memoriam ſcriptum refert, excepto crimine, & falſi, & maieſtatis, quod ad perſonam prin. attinet, in eo enim omnes omnino cum res exi-
4 git, torquentur. †In pecuniaria etenim cauſa, ut dixi, non ſolũ liberi non ſunt torquẽdi, ſed nec ſtatuliberi, niſi cum eorum deficit conditio, ut ff. ad legem Corne. de Fal. l. ſi quis decurio. Porro nec ſerui quibus fideicommiſſaria libertas debeẽ adhiberi quæſtioni applicantur, niſi cum quæſtionibus aliorum onerant, ut ff. eodem l. is cui interrogatione uero quæſtionem habiturus, nõ ſic ſpecialiter interrogare oportet, an Lucius Titius homicidium fecerit, ſed generaliter quis hoc fecerit, aliter. n. magis ſuggerentis quam requirentis uidẽ, ut ff. de quæſtio. l. prima §. qui quæſtionem. †Supereſt vt uideamus qui aduerſus quos torqueri non poſſunt, & in primis ſeruos aduerſus dominos torqueri non oportet, ſiue ſint proprii, ſiue bona fide poſſeſſi, ſiue communes, niſi cum uel dominus ſociũ, uel uxorem interfeciſſe dr, ut C. ad legem Corne. de ſica. l. ul. & C. eo. l. hoc quod, ff. ad ſenatuſcon. Sylle. l. & ſi certus ſit percuſſor Et exceptis adulterii criminibus. Item fraudati cenſus accuſationibus, & crimine maieſtatis quod ad ſalutem principis attinet, & cum de Vlciſcenda morte teſtatoris aduerſus hæredẽ quæriẽ, ut C. de quæſtio. l. prima, & ff. eodem l. prima quod nõ ſolum ſeruãdum eſt in eo qui tempore quæſtionis eſt ſeuus, ſed etiam in eo qui eſt redhibitus, uel diſtractus, uel in metal
5 lũ dãnatus, ẽt ſi ſe miniſtrũ facinoris cõmiſſi cõfitebaẽ. †Si uero ſeruus fuerit uniuerſitas, & nõ ſingulorũ, aduerſus unũquẽq; ĩterrogari poſſe placuit. In cã uero pecuniaria, nec inopia ꝓbationũ, ſerui aduerſus dñm ĩterrogãẽ, ut ff. eo. l. ẽt, & ff. eo.

Digitized by Google

7 l.extraneo.Quæſtioni fidem †non ſemper, nec tamen nunq̃ habendam conſtitutionibus declaratur, etenim res eſt fragilis,& periculoſa,& quæ veritatẽ fallũ. Nã pleriq; patientia ſiue duritia tormentorum,ita tormenta contemnunt, vt exprimi ab eis veritas nullo modo poſſit,alii tanta ſunt impatiẽtia,vt in quouis mentiri,quam pati tormenta,velint,& ita fit vt vario modo fateantur, vt non tantum ſe verum etiã alios
8 criminẽtur.†Præterea inimicorum quæſtioni fides haberi nõ debet,quia facile mentiuntur,nec tamen ſub prætextu inimicitiarum detrahẽda erit fides quæſtioni,ſed cauſa cognita habenda fides,aut non habenda,dum tamen in vnius ſerui vel liberi quæſtionem,fides rei non ponatur,vt ff.eo.l.prima,§.q̃ſtioni,& §.ijdem.

SVMMARIVM.

1 *Crimen variis committitur modis.*
2 *Criminum puniendorum quatuor genera ſunt ſeptem modis conſideranda.*
3 *Relegari debet qui ad conceptionem medicamentum propinauit.*
4 *Perſona in crimine puniendo eſt attendenda vnde ſerui ſunt liberis Seuerius puniendi & famoſi quam ii qui famæ ſunt integræ.*
5 *Locus attenditur in puniẽdis criminibus.& ſacrilegium dicitur cum ſacrũ de ſacro aufertur.*
6 *Emanſor quis dicatur,& quis fugitiuus.*
7 *Expilatores dicuntur fures attrociores,a furibus aliis qualitate diſcreti. & fur ab abigeo quantitate ſecernitur.*
8 *Euentus ſpectatur ſi de puniendo crimine agatur.*
9 *Dolus pro facto accipitur in lege Cornelia.& voluntas ſeu cogitatio quando puniatur ſine facto.*
10 *Crimina quæ tranſeant ad hæredes.*
11 *Crimen per duellionis morte punitur.*
12 *Patrę de crimine damnato,quę liberis relinquatur portio.*
13 *Bona damnatorum non publicantur nouiſſimo iure.*
14 *Pęnę in multiplici conſiſtunt ſpecie.*
15 *Pœna mortis quibus & quot inferatur modis.& gladio qui communiter plectantur.*
16 *Vallum tranſcendens aut per murum caſtra ingrediens capite punitur.*
17 *Præſides ſeu iudices ius concedendi liberam mortis facultatem non habent.& ibi quod ſerui dominis ſuis inſidiati vel dominabus carnaliter commixti exuruntur igni.*
18 *Latrones ſuſpendio vel beſtiis ſubiecti priuantur aura vitali.*
19 *Plagiarii qualiter ſint puniendi.*
20 *Parricida qua ſit afficiendus pœna.*
21 *Damnari nemo debet ad tempus in metallum niſi ad decennium.*
22 *Plagiarii fures,& effractores,vt plurimum damnantur in metallum.*
23 *Ciuitas quibus adimatur criminibus.& ibi quod tutor deportatur qui pupillam violenter ſtuprauit.*
24 *Deportandus eſt qui filium ad militiam delectum debilitat, vt inhabilis fiat.*
25 *Exilium quib.irrogetur vel ad tempus vel in perpetuum.*
26 *Exilium quotuplex ſit.& corpore qui & quando coerceri dicantur.*
27 *Creditor auctoritate propria res debitoris occupans infamia notantur.*
28 *Contrahere prohibetur qui extraordinario crimine notatur.*
29 *Membrum nullum abſcindi debet pro crimine niſi ſola manus.*
30 *Furca ſuſpenditur qui aliquem violenter aggreditur.*
31 *Facies hominis pulchritudinis cęleſtis inſtar formata non eſt pro crimine maculanda.*

De criminibus. Tit.vij.

QVm criminum frequẽs ſit vſus,ipſorum quoque in iudiciis quæſtio, quibus modis ipſa crimina committã tur videamus, & q̃ crimina tranſeant ad hæredes, & quæ ſint pœnę corporales;
1 & pecuniariæ †Crimen omne aut committitur ꝓpoſito, aut impetu,aut caſu.Propoſito delinquunt latrones,qui factionẽ habent. Impetu autem cum per ebrietatem ad manus aut ferrum venitur.Caſu vero cum in venando telum in feram miſſum hominem interfecit.Quæ diſtinctio in omnibus criminibus aut iuſtam pœnam eligit,aut temperamentum admittit, vt ff.de pœnis.l.reſpiciendum,§.delinquunt. Quorundam facta aut puniuntur,vt furta,& cedes,aut dicta,vt conuicia & infideles aduocationes,aut ſcripta,vt falſa,& famoſi libelli, aut conſilia,vt coniurationes,& latronum conſcientia, quouſq;
2 alios ſuadẽdo iuuiſſe ſceleri eſt inſtar,vt ff.eo.l.aut facta.†Sed hæc quatuor genera conſideranda ſunt ſeptem modis,cauſa, perſona,loco,tempore,qualitate,quantitate,euentu. Cauſa, vt in verberibus,quæ ſunt impune,vel a magiſtro vel a parentibus illata.Puniũtur verbera,cum quis per iram extraneum pulſauit,quo caſu factum ad exemplum punitur,niſi crimen vlciſcatur.quod feciſſe non creditur,qui breui furore impeditur,non enim quod ira fit vel dicitur,ante factum vel dictum ęſtimatur quam ſi perſeuerantia animi indicium feciſſe con-
3 ſtiterit,vt ff.de reg.iu.l.quicquid.†Sicut relegari iubetur, q̃ nõ malo animo, ſed malo exemplo medicamentum ad conceptionem dedit,ex quo ea quæ acceperat deceſſerit.quod ſimiliter in eis,qui abortionis aut amatorium poculum dant, inſpicitur,nam & ſi non dolo id faciant, quia tamẽ res mali exẽpli eſt;humiliores in metallum damnantur,honeſtiores in inſulam,amiſſa parte honorum relegantur, quod ſi ex eo mulier aut homo perijt ſummo ſupplicio afficiuntur,vt ff. ad le.
4 Corne.de ſica.l.ciuſdem,ff.eod.l.ſi quis aliquid.†Perſona dupliciter ſpectatur,& eius qui fecit,& eius q̃ paſſus eſt, aliter.n. puniuntur ex eiſdem facinoribus ſerui quam liberi, & aliter milites quam plebei,nec nõ aliter qui quid in dominum parẽtem ve auſus eſt,quam qui in extraneum, vel in magiſtrũ, vel in priuatum,vt ff.eo.l.aut facta, §.perſona. Noſtri etenim maiores in omni ſupplicio Seuerius ſeruos quam liberos,famoſos quam integræ famæ homines punierunt,vt ff.eo.l capitalium,§.fina.Exceptis quibuſdam delictis,quę pagano aut nullam aut leuiorem pœnam irrogant, militi vero grauiorẽ aut leuem,nam ſi miles artem ludicram fecerit,vel in ſeruitutem ſe venire paſſus eſt,capite puniendum Menander ſcribit,
5 vt ff.eodem,l.quædam delicta. †Locus facit vt idem vel furtũ vel ſacrilegium ſit,& capite luendum, vel minori ſupplicio, vt ff.eo.l.aut facta,§.locus.Fit ſacrilegium,ſi res ſacra de ſacro auferatur. ſi enim res priuatorum in ędem ſacram depoſitæ ſurreptæ fuerunt,furti actionem,non ſacrilegii eſſe diuo Seuero placuit.Caplte puniri locus facit, vt dixi, ſi in eccleſiis miniſtris aliquid iniurię importetur.Sicut plenius coercetur,qui a ſtabulo abegit dominium pecus,non a Sylua.vel a grege,vt ff.ad l.Iul.pec.l.diui.C.de epiſ.& cle.ff.de Abig.l.oues.Tempus diſcernit emãſorem a fugitiuo, & effractorẽ vel furem Diur-
6 num a nocturno.†Emanſorem autem dicimus eum qui diu vagatus ad caſtra regreditur.Fugitiuum vero qui vnum aut alterum gradum ad fugiendum promouit,vt ff.eo. l.aut facta, §.tempus,ff.de re mili.l.3.§.emanſor,& l.qui cum. Qualitate, eum factum,vel attrocius, vel leuius eſt, ut furta manifeſta a non manifeſtis diſcerni ſolẽt,Rixæ a graſſaturis, expilationes a furtis,a uiolentia, petulantia. Graſſatores qui prædæ gratia
7 rixam faciunt,rixa aliter fit.†Expilatores ſunt attrociores fures qui qualitate diſcernuntur a furibus,& a Petulantibus,qui libidinis cauſa ancillas rapiunt,ut ff.eodem,l.aut facta, §.qualitate,ff.eod.l.capitalium, §.Graſſatores. Quantitas diſcernit furem ab abigeo,nam qui unum ſuem furripuit, ut fur coercebitur,qui Gregem,ut abigens, qui tamen unum uel alterũ ſæpius abegerunt non minus abigei ſunt.Gregem faciunt.10. oues.Porci etiam quinq; uel quatuor, ſed & qui unum ęquũ uel bonem ſurripuit abigens eſt,ut ff.eodem.l.aut facta,§.quã
8 titas.ff.de abige.l.oues.§.qui ſæpius.†Euentus ſpectatur ut a demẽtiſſimo quoque facta,id eſt caſus,ſicut & ætas. nam ſi infans uel furioſus hominem occiderit.l.Cornelia non tenebitur, cum alterum innocẽtia conſilii tuetur, alterum fati infelicitas excuſet,ut ff.eo.l.aut facta,§.euentus,ff.ad l.Cor.de ſic. l.infans. Quamquam lex non minus eum qui occidendi hominis cauſa cum telo ambulauit,quam eum,qui occidit pu-
9 niat.†In l.enim Cornelia dolus pro facto accipitur, nec lata culpa dolo comparatur,rectius ergo dicitur, ſi non dolo crimen committitur,uoluntatem non exitum ſpectari, ut ff.ad leg.Corn.de ſica.l.in lege Corn.ff.eo.l.diuus.Exceptis duobus criminibus quæ culpa ſola committuntur,ut in tutore ſuſpecto,& in commentarienſe legitur,ut Inſt.de ſuſpe.tuto. §.ſuſpectus.& C.ad l.Iul.ma.l.quiſquis.Et excepto eo q̃ contra imperatorem uel eius cõſiliarios cogitauit, & qui profugam de ſanctoſanct.eccleſi.abſtrahere tentauit,qui non ſolum ſi affectauit tenetur,uerum etiam pro ſola cogitatione punitur, ut C.de his qui ad ec.confug.l.præſenti. Eſt uidere quæ crimina
10 tranſeant ad hæredes.†Tranſeunt autem quaſi lis fuerit conteſtata & condemnatio conſecuta,excepto crimine repetundarum & maieſtatis,hæreſeos,apoſtatus,de reſiduis,peculat⁹, & ſimilia inueniuntur, quæ etiam reis mortuis cum quibus nihil actum eſt,exerceri placuit, adeo vt niſi hoc crimen a ſucceſſoribus purgetur,hæreditas fiſco uendicetur,ut C.ad l. Iul.repe.l.ſciant,C.de hær.l.manicheos,C.de apoſt.l.ultima,ff. ad le.Iul.pecu.l.ul.C.ad l.Iul.ma.l.quiſquis,& ff. ad l.Iul. pe.l.
11 l. Iulianum. maie. l. quisſquis. †Non tamen quiſquis maieſtatis rẽus eſt damnatus in eadem erit conditione,ſed is duntaxat qui perduellionis conuincit̃,& qui hoſtili animo aduerſus principem vel rempublicam eſt animatus, cuius criminis pœna mors eſt & bonorum ademptio, & ſucceſſorum infamia,& pro his interueniẽtiũ,licet alius nullum patris delictũ innocenti filio pœnæ eſſe debuit,ut in genere loquar, toties ſupplicij damnatione bona publicãtur,quoties aut uita amittit̃,aut ciuitas,aut ſeruilis conditio irrogatur,ut ff.de bo.dam.
12 l.i †Sed portio dimida,id eſt, legitima bonorum patris liberis legitimis & non in fraudẽ adoptatis relinqtur,ut ff.de bo.dã. l.cũ crimẽ maieſtatis in quo ſolis filiab. tm̃ Falcidia ex bonis

matris

Digitized by Google

matris relinquitur,quoniam minus auſuras eſſe pro ſexus infirmitate creduntur, cum in maſculis hæreditarij criminis exempla metiuntur,vt C.ad l.Iul.ma.l.quiſquis.ſi vero ſit crimen propter quod pars bonorum publicatur.nulla pars liberis debetur,niſi iudicem moueat liberorum numerus, vt C. de bo.proſcripto.l.vlt.C.ad l.Iuliam ma.l.nullus.†Verum no-
13 uiſſimo iure,quia res non delinquit, ſed perſonæ,bona non ſunt publicanda, ſed vel aſcendentibus vel deſcendentibus & ex latere vſque ad tertium gradum applicanda. ſi vero vxorē habeant condemnati,dotem, & propter nuptias donationē, & aliam largitionem propter matrimonium factam, debent habere. Si vero ſine dotibus fuerint conuictę, quartam eius ſubſtantiæ permittuntur accipere, ſiue filios habuerint condemnati,ſiue non. Si vero neminem prædictorum habeant, tunc eorum ſubſtantia fiſco ſociatur, excepto crimine maieſtatis,in quo veteres leges obſeruantur,vt in Authen.de man. princ.§.oportet.C.de bo.dam.l.ſi quis. Nunc genera pœnarū nobis enumeranda ſunt, quibus præſides adficere quemquā
14 poſſint.†Sunt itaque pœnæ quæ aut vitam adimunt aut ſeruitutem iniungunt,aut ciuitatē auferunt,aut exilium, aut coerctionem corporis continent,aut damnum cum infamia, aut aut aliquam dignitatis depoſitiōem,aut corporis diminutionem,quæ pœnæ ex quibus criminibus imponantur perſequemur,vt ff.eodem l.ſi quis.forte.§. nūc genera.& l.aut damnū.
15 † Pœnæ criminum ex quibus vita adimitur gladio,aliquando ſuſpendio,aut beſtijs ſubijciendo,aliquando eculeo. Gladio adimitur vita adulteris, in maieſtatem committentibus, & his qui cum maſculis nefandam libidinem contraxerunt, necnon raptori,& incediario,& ei qui famoſum libellum cō poſuit vel recitauit, & ei qui de ſepulchro oſſa detraxit, ſi ſit humilior,ſummo ſupplicio afficitur, honeſtiores vero in inſulam deportantur vel relegantur, aut in metallum damnantur,vt C.ad l.Iu.maie.l.quiſquis.C.ad l.Iul.de adul.l.quamuis. C.de rap.virg.C.de pę.l.capitalium.ff.de famo. libel.l.lex Cor. ff.de Sepul.vio.l.vlti. Prædicto quoque modo punitur miles, qui pacem turbauit, vel qui in bello rem a duce prohibitam fecit,vel mandata non ſeruauit, etiam ſi res bene geſta ſit, vt
16 ff.de re milit.l.4.†Sed qui vallum tranſcendit,aut per murum caſtra ingreditur, capite punitur. Nam & Romuli frater Remus fuit occiſus bbhoc quod muros tranſcendere voluit, vt ff.de re.diuiſio.l.vlt. cuius conditionis habentur qui præpoſitum ſuum protegere noluerunt vel deſeuerunt. nam occiſi capite puniuntur,vt ff.de re mili.l.omne. Vnde in his crībus & in alijs quam pluribus gladio animaduerti oportet,non ſecuri,vel telo,vel fuſte,vel laqueo,vel aliquo alio modo.†pro-
17 inde nec liberam mortis facultatem concedendi ius ipſi præſides habent,multo magis nec veneno necandi,ſed nec damnare quem ſic poſſunt,vt de ſaxo præcipitetur, vel ſi liber ſit, vt in vinculis habeatur,vt ff.eo.l.aut damnum. §. vita.cum.§. ſequen.& l.ſi diutino.C. de pœ. l.ineredibile. Igni exuruntur ſerui.qui cum ſuis dominabus rem habuiſſe deteguntur, vel ſuis dominis inſidiati fuerint,vel artem mathematicam exercuerunt.hoſtes.item violatores monetę, & aggeris Nili corruptores,& renunciatores conſiliorum, & incediarij plerunque flamarum exuſtionibus mancipati torquentur, vt C.de mul.quæ ſe pro.l.vnica.C.de Mathe.l.nullus. C. de Nili agg.l. vnica.ff.eo.l.ſi quis aliquid.ij.§. transfugę. & C. de fal.mo.l.ſi quis.ff.eo.l.capitalium.†Suſpendio aut beſtijs ſubijciendo adi
18 mitur vita latronibus,in his maxime locis in quib. ſunt graſſati,vt conſpectu ab eiſdem facinoribus alij deterreantur, & ſolatio ſit cognatis & affinibus ĩteremptorum, qua pœna interdum afficiuntur transfugę ad hoſtes, conſiliorum renunciatores, & ſeditionis & tumultus authores populo concitato,qui pro qualitate dignitatis,aut in furcam tolluntur, aut beſtijs ſubijciuntur,aut in inſulam portantur,vt ff. eo.l.ſi quis
19 aliquid.2.†Plagiarij quoque qui viuentium filiorum miſeran das inflligunt parentibus orbitates,ſi quidem ſunt ſerui,aut libertati donati beſtijs ſubijciunt̄,ingenui gladio ꝓficiūtur.ſed ſacrilegi, quia manufacta dei templa effregerunt, aut beſtijs damnantur,aut igni comburuntur, aut in furcam ſuſpenduntur,vt C.ad l.Iul.de plag.l.vlti.†Noua pœna ex.l.Pompeia de parricidiis,afficitur,qui parētis, aut filii,aut filię, aut affectionis eius qui parricidij nomine continetur fata pręparauit,neque gladio,neque ignibus,neque vlla alia ſoleuni pœna ſub iungatur, ſed inſutus coleo cum cane & gallo gallinaceo, & vipera & ſimia. & inter eas ferales anguſtias conſtitutus,ſecūdum quod regionis qualitas tulerit, in vicinum mare, vel in amnem proijciatur.vt omni elementorum carere viuus incipiat,& ei cœlum ſuperſtiti,& terra mortuo auferatur. vt ff.ad l.Iul.pec.l.lege Iulia,& C. de his qui paren.occi. l.vnica. Quo crimine tenētur hi quorum dolo factum eſt, vel cōſcii criminis extiterunt.Nam,vt Scæuola ait,frater eius qui tantum cognouerat filium patrem veneno velle necare, nec indicauera,relegatus eſt,& medicus ſupplicio affectus. vt ff.ad lege m Pomde.pe par.l.frater. Serui efficiuntur damnati in metallū vel opus metalli.nam inter eos in vinculis tantum dña eſt,ſed non vtique Cęſaris,vel fiſci,ſed pœnæ tantum,in quo nume-
21 ro ſunt quibus aqua & igni perpetuo interdicitur.† Verū ſciē dum eſt,in metallum ad tps neminem damnari debere, niſi vſque ad decennium, alioquin,licet metallicū opus faciat velut liber manebit,ff.eo.l. aut damnum.C.de bo.dam.l.in metallum.C.de his qui pro non ſcript.hab.l.3.ff.e.capitalium.l.ſine præfinito.Sed ſi ad tps damnatus refugit,duplicato tempore damnari ſolet, tantummodo quod ad pœnam ſupererat, niſi cum decennium fuerat duplicatio exceſſura, tunc enim tpe pœna non arctatur.† In metallum damnātur plerunque
22 plagiarij, & fures, & effractores, qui gladio ſe defenderunt, nec tamen quemq̄ percuſſerunt,vt ff.eo.l.aut damnum. ff.ad l.Flau.de plag.l.vlt. Necnon & humiliores qui nondum viripotētes virgines corruperunt, ille quoque qui inſtra penes ſe depoſita alteri reddit,pro perſonę conditione,aut in metallū damnatur,aut in inſulam deportatur,vt ff.eo.l.ſi quis aliquid.
23 2.§.qui nondum viripotentes.§. inſtra.† Ciuitatem adimunt ea crimina quæ deportationem iniungunt. Lex Cornelia de ſicariis.qui altiores in inſulam deportantur, & Corne.de falſis.& Iulia peculatus,quę aquæ & ignis interdictionem continet,& in cuius locum hodie deportatio ſucceſſit. Item deportatur tutor qui pupillam ſuam violenter ſtuprauit, & qui vim publicam commiſſit.vt ff.ad l.Iu. de ſic.l.eiuſdem §.legis Cor.
14 C.ad l.Iul.de ui pub.vel pri.l.ſi quis ad ſe. † Sed & qui filium delectum ut inhabilis militię ſit,debilitauit,prędceptum di. Adriani deportauit,necnon & eum & eadem pœna afficit qui filium ſuum,qui nouercam adulterabat in venatione necauit,eo.ſ.ꝙ latronis magis q̄ patris iure.eū interfeciſſet, nā patria poteſtas in pietate debet,non in atrocitate conſiſtere, vt ff.de remiſ.l.qui cum vno.ff.ad l.Pompe.l.diuus.† Exilij pœna
25 afficiuntur qui ad tps,vel in perpetuum relegantur. Ad tps, vt recuperatores abigeorum qui x.annis relegantur, vt ff.ee abige.l.vlti.ff.de effrac.& expila,In perpetuum,vt effractores, honeſtiores autem ordine ad tps mouentur, iudices quoque pedanei,ſi pecunia corrupti dicantur,plerunq; a præſide, aut curia ſumouentur,aut in exilium mittuntur, aut ad tps relegantur,& alij q̄ plurimi,qui omnes & teſtī factionem nō admittunt,& ciuitatem Romanam retinent.† Exilium autē tri-
26 plex eſt,aut certorum locorum interdictio, aut lata fuga, ut omnium locorum interdicatur præter certum locum,aut inſulæ vinculum. i. relegatio in inſulam. poteſt ēt quis ſic damnari ne de domo ſua exeat,vt ff.de interdic.& releg.l.exilium. l.vl.Corpore coercentur q verberibus afficiuntur,ut q p ignorantiam aut fortuitu lapides finales furati sūt,vt ff.de ter. mo. l.diuus.Damno cum infamia afficiūtur,cum priuatū,vel am
27 bitus crimen commiſſerunt.† Nam & creditor q ſine authoritate iudicis res debitoris occupauit infamis efficitur, & tertia par.bonorum mulctatur,& q ambitū commiſſit centum aureis cum infamia punitur,vt ff.ad l.Iul.de vi.pri.l.vlti.Dignitate deponuntur q militia exauctorātur,vel dignitate aliqua ejiciuntur,vt milites q ſua arma alienauerunt,uel aliena ſurripuerunt,& aduocati decuriones q falſum inſtrm cognoſcēte prędide recitauerunt.Hi.n.oēs in Corneliam falso cm̄ racitu,non facto incidunt,vt ff.de re mi.i.deſertorem.§.miles.ff.ad l.Cor.de fal.l.falſi.† Contractus ꝓhibitionem continent ex-
28 traordinaria crimina,ex qb. ꝙtrahentib. interdr̄ aliqua negociatio,vt in perſona Dardaniorum ꝙtingir,vt ff.de extrao.cri. l annonam.ff.e.l.moris eſt,Abſciſſionem poſſe aliqua crīa ꝙtinere ex eo colligi pōt ꝙ dr̄, nullum ſibi debere exiſtimare permiſſum ēt alicui ſceleratiſſimo alterutras manus aut pedes amputare,aut huiuſmodi quędam iuferre ſupplicia, per quę articuli diſſoluātur, qa membrorum diſſolutio grauior
29 eſt vtriuſq; mauus abſciſſionem. † Si vero criminis qualitas membri abſcionem exigat fieri, vnam ſnlam manū dēre amputari,pro futuro vero nolumus omnino quodlibet mēbrū abſcindi aut mori,ſed aliter eum caſtigari, fures aūt vocam⁹
30 q occulte,ēt ſine armis,huiuſmodi delinquunt. † Eos vero qui violenter agrediunt̄,aut cū armis, aut ſinu armis, in domos, aut itinerib.aut in mari,pęnis legalib. ſubdi iubemus,hoc eſt
31 furca ſuſpendi,vt in Auth.vt nulli iu.in fi.C.de pę.l.ſi qs † Sed hoc quoq; neminem fugiat,ꝙ ſi q̄s pro criminum deprehēſorum qualitate fuerit in metallum damnatus, minime in eius facie ſcribarur,cum & manib.& in ſuris poſſit pęna dānationis vna preſcriptione comprehendi,quo facies, quæ ad ſimiiitudinem puchritudinis eſt celeſtis figurata, minime maculetur.

FINIS.

TRA-

Digitized by Google

D. Boniconti de accusationib. & inquisit.

TRACTATVS AVREVS DE ACCVSATIONIBVS ET INQVISITIONIBVS, DOMINI BONICONTI, filij D. Ioannis Andreæ.

SVMMARIVM.

1 *Curia Romana agit de crimine duobus modis.*
2 *Accusare quis possit, & quis accusari. & ibi.*
Actio criminalis quæ dicatur & quod.
Iuris ordo est seruandus.
3 *Pœna certa a lege statuta debet imponi.*
4 *Crimen non graue arbitrariam requirit pœnam.*
5 *Procurator licet interuenire non debeat, si tamen interueniat & non excipiatur, valet quod cum eo agitur. & ibi.*
Actio mixta quæ dicatur.
6 *Crimen excipiendi quod sit.*
7 *Inscriptio quando non sit necessaria.*
8 *Denuntiatio euangelica ad pœnitentiam tantum agit, non ad pœnam.*
9 *Disputandum non est de iuris apicibus, cum de bona fide agitur.*
10 *Beneficium retineri, sine peccato, quando non possit.*
11 *Repulsus ab accusatione ad quid admittatur.*
Priuata denuntiatio per quos fiat.
12 *Denuntiatio euangelica, & canonica quid inter se differant.*
13 *Remedia appellationis vti debemus contra grauamina.*
14 *Iuramentum non est exigendum ab inquisito.*
15 *Iudicialis denuntiatio est duplex.*
16 *Denuntiatio priuata quæ sit.*
17 *Iudex ecclesiasticus denunciationem ex indistincte admittat.*
18 *Inquisitus an iurare teneatur super inquisitionis capitulis, cum ad denuntiationem alterius procedatur.*
19 *Euangelica denuntiatio requirit, quod denuntians sit sine macula.*
20 *Regularis denuntiatio quæ sit.*
21 *Ordinariæ inquisitionis quot sint species.*
22 *Ordinarius vel visitator cum visitat, nulla præcedente infamia inquirit super statu ecclesiæ.*
23 *Criminosi, inimici, & conspiratores quando admittantur ad testimonium.*
24 *Legitima defensio reseruatur ei contra quem crimen vel infamia probatur.*
25 *Ordinarius quilibet potest ex officio inquirere de fama subditorum, & infamia reperta de crimine.*
26 *Officium iudicis valde exuberat circa modum inquirendi.*
27 *Inquisitus vel correctus an possit appellare a correctione vel sententia.*
28 *Iudex ecclesiasticus super interesse singulari vel priuato alicuius personæ non potest per inquisitionem procedere ex officio.*
29 *Inquisitus cum habeat suo sacramento de veritate respondere nunquid possit mittere procuratorem.*
30 *Agens per viam inquisitionis dicitur agere ciuiliter.*
31 *Inquisitio criminum ad euangelicam denuntiationem spectat.*
32 *Inquisitus quotics non habet sub iuramento respondere, potest procurator interuenire.*
33 *Ordinarius potest inquirere contra subditum, licet nõ infamatum, dummodo sit sibi suspectus.*
34 *Monitio charitatiua præcedere debet inquisitionem.*
Reipublicæ vtile est ne crimina remaneant impunita.
35 *Crimen quod denuntiatur, si habet facti perseuerantiam, vt fornicatio, quilibet admittitur.*
36 *Generalis inquisitio quæ dicatur.*
37 *Prælatus solus vbi est diffamatus, inquiri potest tam in capite quam in membris.*
Capite languescente cętera membra languent, vel languere præsumuntur.
38 *Legitima defensio semper est seruanda.*
39 *Exhibitio si fuerit denegata, quando possit inquisitus licite appellare.*
40 *Inquisitus si stet contumaciter absens, in eius odium (prius facta fide de infamia) procedetur ad receptionem testium, & ad diffinitiuam, etiam lite non contesta.*
41 *Infamia per quot testes probetur.*
42 *Litcræ inquisitionis per excommunicatum impetratæ an valeant.*
43 *Iudex quando ex suo mero officio procedat ad criminis inquisitionem, vel denuntiationem officialis publici.*
44 *Superior siue index in iudicando quam formam seruare debeat.*
45 *Clamosa & frequens denuntiatio an sufficiat contra constitutum in dignitate, & frequentiam quot uices inducant.*
46 *Iuramento inquisito præstito, an ad inquisita respondere teneatur.*
47 *Facultas omnis legitimæ defensionis inquisito reseruatur. & ibi quod leuiores probationes sufficiunt contra priuatum, quam contra prælatum.*
48 *Vocandus est is contra quem est facienda inquisitio vt se defendat.*
49 *Prælatus procedere potest quacunque via melius potest, vt attingat criminis veritatem.*
50 *Inquisitio specialis quomodo fiat.*
51 *Testes an possint compelli quando iudex procedit in visitando, vel confirmando.*
Peccata nocentum reipublicæ expedit esse nota.
52 *Bonus & idoneus quilibet præsumitur, nisi contrarium probetur.*
53 *Denuntians prælatum an debeat ab ecclesia expensas habere.*
Innocentiam suam probare nunquid possit is contra quem facta est inquisitio per familiares vel cubicularios suos.
54 *Inquisitor publicatis attestationibus an possit super eodem crimine iterum alios testes inducere vel recipere.*
Inquisitor si in aliquo minus bene processerit, an illud reuocare & de nouo procedere possit.
55 *Commissio quando sit in modum simplicis inquisitionis, quid in ea apponatur.*

Iuini nominis inuocatione p̃missa, ac intemeratæ virginis glorioſę, & p̃tioſiſſimi cõfeſſoris ac doctoris Beati Hieronymi. Ego Bonicontus decretorũ Doctor natus patris venerabilis do. Io. And. decretorũ Doctoris, hanc materiam tractaturus, quæ quotidiana eſt & practicabilis, de quatuor modis procedẽdi ſuper criminibus ſpecialiter tractabo. Vbi ſciendum, quod Hoſt. & d.p.m. recitant in decretali quali
1 ter. 2. hoc eod. tit. ſuper ver. Tribus modis. in curia † Romana duobus modis agi de crimine, ſcilicet per modum iuſtitiæ, & per modum gratię. Et primo modo ſex modis. Secundo quatuor, ſed quia hoc eſt ſpeciale in Romana curia, ideo hoc omiſſo, dicas de crimine agi poſſe quatuor modis, ſcilicet, accuſando, excipiendo, denuntiando, & inquirẽdo de quorum tribus habetur, eo. ti. ſuper his, & prima gl. ibi addit quartum de iſtorum autem ſingulis, & procedendi forma in eccleſiaſtĩ co foro, & ipſorum pœna videamus. Et primit⁹ de primo, ſed
2 ante omnia ſcias, ꝙ † quis poſſit accuſare. & quis accuſari tractat Guil. in Spe. de accuſatore. & titulo de accuſato. & de materia etiam titu. de criminibus & eorum cognitionib. vnde in hoc non inſtabo.

Eſt autem ſciendum, quod quandoque contra aliquem agitur per modum accuſationis, de crimine criminaliter ad pœnã legitimam infligendam, & dicitur talis actio criminalis. Et quid hoc caſu contine re debeat libellus, notatur de procu. tuæ. in gl. in quarta. & glo. ſeq. Cum autem tali modo proceditur eſt iuris ordo ſeruandus, vt ſcilicet libellus offeratur, fiat litis conteſt. & alia omnia obſeruentur quæ in alijs cauſis ſunt obſeruanda. Pœna autem pro
3 bato crimine in hoc modo agendi eſt, † quia ſi certa pœna eſt ſtatuta, ſiue ſit corporalis, ſiue dignitatis remotio, ſiue famæ leſio, illa imponatur. C. qui accuſ. non poſ. l. non ignorat. & l. qui de crimine. & l. pen. non autem imponetur tunc durior, vel leuior. Si non eſt certa ſtatuta, ſi crimen fuerit graue, degradetur ab ordine, vt e. ti. qualiter. ver. verũ ita, & ibi, diminutionem capitis, notat d.p.m. de ſeptem ſpeciebus pœnarum. Qđ autem dixi, quod hoc caſu debet degradari, intelligas verbaliter, hoc eſt quod ab officio & beneficio deponatur, non autẽ intelligas de actuali degradatione, niſi tale eſſet crimẽ, quod ipſam requireret. de ipſius autem actualis, & verbalis forma,
4 dic vt de pœnis degra. lib. 6. ſi † vero crimen non ſit graue, imponetur abitraria. de offic. delega. de cauſis. de tranſact. capitulo final.

Et ſcias ꝙ cum hoc modo proceditur non interuenit ꝓcurator ad totã litẽ, poſſet aũt ꝓcurator interuenire ad certũ articulũ tm̃, puta ad productionẽ teſtium, vel ad videndum illos iurare, vel ipſorum publicationem, vel ſimilem actum, vt not. d.p.m. poſt In. de teſt. ex parte adę. ĩ gl. ſcilicet pro procuratorem. Quid autẽ circa hoc teneant legiſtæ, & quaſdam quęſtiones de materia vide per Cy. C. qui acc. non po. l. reos. fallit tamen hoc in caſibus notatis in decre. veniens, eo. ti. in prima gl. & circa hoc videre potes ibi ſcripta ꝑ
5 d.p.m. ſuper ipſa gl. ſed ſcias tamen, † quod licet in hoc caſu ĩteruenire non debeat procurator, ſi tamen interueniat, & nõ excipiatur, valet quod cum eo agitur, vt no. de iu. c. i. lib. vi in glo. intelligas, & uide ibi ſcripta per d.p.m. ſuper ipſa gloſſ. Et eſt in hoc caſu inſcriptio neceſſaria, vt de accu. ſuper his. Quã doque eſt talis actio ciuilis, vt ago contra te furti ad rei recuperationem, non ad pœnam, vel ago iniuriarum ad emendã vel ſatisfactionem, non ad pœnam. Mixta autem quãdoque dicitur talis actio, quando agit maritus contra vxorẽ de adulterio, non ad pœnam, ſed ad thori ſeparationem de procur. tuæ. & talis mixta ſapit naturam ciuilis, vt notat. d.p.m.

Et

Digitized by Google

Et in his duobus vltimis casibus bene interuenit procurator vt in præaleg. decre. tuæ. & de accusa. super his. & no. de iudic. c. j. lib. 6. Crimine vero probato, cum actio est ciuilis, vel mixta, consequitur agens id ad quod est actum, non autem pœnam criminis, & obligabit agens tunc se ad pœnã extraordinariam, vt no. in prædicta decre. tuę.

Nunc autem de secundo agendi

6 Modo videamus, scilicet quãdo † agitur de crimine excipiendo, de quo quandoque excipitur contra accusatorem, vel testem, vt ab accusatione vel testimonio repellatur, vt de ordi. cogni. cum dilectus. de excep. c. j. & hoc casu de crimine non punitur, nec ex hoc infamia iuris notatur, sed solummodo de testimonio testis repellitur, siue eius dicto fides non adhibetur. vt in iuri præalleg. Accusator ab accusatione remouetur. vt de accu. c. j. nec hoc casu inscribitur, vt eodem titu. sup his. Quandoque vero contra promouendum excipitur, & tunc, aut per confirmationem erat ius consecutus, licet non plenum quia nondum forte conseruatus, palleatus, vel possessionem adeptus, & tunc non est † aliqua inscriptio
7 necessaria, vt in præallega. cap. super his. aut per confirmationem erat ius consequtus, vt vinculum speciale contractum, vt de translatione, inter corporalia. Et hoc casu, quia deijcit ab ipso iure quæsito per confirmationem, licet ius plenum non sit, inscribitur, non ad pœnam talionis, sed ad extraordi nariam, iudicantis arbitrio, vt in præalleg. capi. super his. Puto tamen quolibet pręmisso casuum procuratorem interuenire posse, quia non agitur hoc modo ad pœnam criminis a iure statutam, nec etiam arbitrariam infligendam, sed solũ ad repellendum eum contra quem exceptio proponitur, vt de excep. c. j. & c. dilecti.

Subsequenter de tertio est

Vidẽdum, quando. s. p viam denunciationis de crimine agitur. Circa quod est sciendum, ꝙ denunciationis quadrnplex est species. Quia alia euãgelica. Alia canonica. Alia iudicialis. Alia regularis. de quibus per d. p. m. videre possis in decre. nouit. de iudi. i n vlti. sua glos. De prima. s. euangelica est sciendum, quod † per ipsam pœni-
8 tentiam tantum agitur non ad pœnam. Potest tamen tam de delicto commisso, quam etiam de committendo fieri, vt scri psi. d. p. m. in decre. præal. nouit. de iudi. Oportet autem ꝙ huiusmodi denunciationem duplex præcedat monitio. Prima quare probatur per solum iuramentum denunciantis. Secun da per ipsius eiusdem denunciãtis, & vnius vel duorum testiũ secum adhibitorum, vt in prędi. decre. nouit. & de testi. in oĩ negocio. Item potest talis denunciatio fieri a quolibet etiã infami, dummodo non perseueret in crimine. ff. mandat. l. si fideiussor. vbi dicitur, ꝙ † cum de bona fide agitur non est de
9 iuris apicibus disputandum. In hac autem non est inscriptio necessaria, cum agatur ad pœnitentiam tantum, non ad pœnam. Et potest per procuratorem fieri, vt eo. ti. super his. Hui⁹ autem effectus est, crimine per hunc modum probato, pœnitentiæ impositio, & cum pœnitentiæ sunt arbitrarię, conside ratis circunstantiis, poterit ordinarius ipsam imponere ad sui arbitrium crimine probato, vt de homi. sicut dignum. & de pœ. & re. Deus qui. & cap. omnis. & capitu. significauit. vbi de hoc. Et hoc in occultis locum habet, vt ibi scripsit. d. p. m. super glos. secun.

Nec erit hoc casu ille priuandus

Beneficio crimine probato, si foret clericus & beneficiatus, nisi tale foret, propter quod retento beneficio pœnitere non posset. vt est homicidium, & simonia, vt hoc eodem ti. inquisitionis. Et idem puto quãdo denunciaretur ꝙ se intrusisset in beneficio, vel quod illud minus canonice fuisset adeptus, ita
10 ꝙ sine peccato retinere non posset, quia cum in his eadem subsit ratio, ergo idem erit iuris. de consti. translato. cum concor. ibi nota. Alia vero est canonica, quæ tamen habuit ortũ a lege veteris testamenti, quæ non solum de perpetrato, sed ẽt de perpetrando crimine potest fieri. Si illud recipiat argumentum, vt cum quis persistit in illicito concubitu, & ad hãc quilibet tenetur. xj. distinct. diaconi. non tamen præcise, nisi sicut ad alia pia opera, & de hoc per Inno. de iudi. nouit. Et scias, ꝙ hæc duplex est. vna publica, alia priuata. Publica quæ fit de crimine publico. sicut est, cum denuntio duos cõiuges in gradu prohibito cõiunctos, vt de despon. imp. ad disoluendum, de spon. præterea. de clan. despon. cap. fina. & in hac est seruãdum quod habetur. qui matrimonium accu. pot. cum in tua.
11 Et in hac non requiritur trina monitio. † Et ad hanc etiam admitteretur qui ab accusatione repelleretur. Et iudex facta denunciatione, ex officio, etiam denunciante non prosequẽte, tenetur procedere & inquirere, vt no. Guil. in Specu. de denun. §. i. alias. 2. ante ver. in summa. Probato antem crimine per hunc procedendi modum, fiet quod dicam. inf. in versi. probato autem. Priuata autem fit per clericos, vt habeant bonos prælatos. ad hanc admittuntur hij quorum interest, vt patronus, & alij vicini seu parochiani. xvi. quæstio. 7. filijs. vbi de hoc. & de testib. ex parte ade. & debet in hac interuenire trina monitio, vt hoc eodem titu. qualiter. ij. vbi dicit. d. p. m. id verum quando processus initiatur a denunciatione. sed si initie retur per viam inquisitionis ex officio, licet aliquis officium coadiuuaret, tunc non requiritur admonitio, quia non inquiritur ex officio, nisi super his de quibus infamia præcessit, vt ĩ prædicto. capitu. qualiter. & capitu. cum dilectus. & de simo. licet hely. nec ad hanc admittitut qui ab accusatione repelleretur.

12 Est autem differentia † inter euã-

gelicam & canonicam denunciationem, quia prima fit ad pœnitentiam, secunda ad pœnam. In prima interuenit bina monitio. In secunda trina, & de materia in Specul. de denuncia. §. j. alias. ij. versi. canonica quæque. nec puto hoc casu denunciantem teneri inscribere, etiam extraordinariam pœnã. Ad quod faciunt quæ scripsit. d. p. m. post Innocen. eodem tit. inquisitionis. super glo. 2. licet Host. ibi contra. Et sic huiusmodi dicti ratio, quia cum debeamus quolibet remedio vti ad eum tantum vsum ad quem est inuentum, & ipse. d. p. m. no.
13 vt lit. non contesta. accedens. j. super prima glo. vbi dicit † ꝙ remedio appellationis vti debemus contra grauamina, recusationis contra suspectos, non autem econuerso. sic & in proposito. habemus enim in criminibus tres modos agendi contra aliquem ad pœnam vel ad pœnitentiam. hoc autem iõ dixi. vt excludam quartum modum. s. excipiendi. de quo. s. §. prox. Primus est accusationis. Secundus denunciationis. Tertius inquisitionis. Cuilibet autem istorum est suum onus annexum. scilicet accusationi inscriptio, denũciationi monitio, inquisitioni clamosa insinuatio, vt eodem ti. qualiter 2. circa. fi. nec vlterioribus est quærendũ ẽm ipsum, & hoc potissime, quia non est in hoc magna vis facienda, quia siue inscribat siue nõ, semper punitur calumnioſus, vt inf. ti. prox. ca. 2. vbi de hoc. & scias, ꝙ hoc casu inquisitus non tenetur iurare de veritate respondenda super capitulis inquisitionis, cum hic procedatur ad denunciationem alicuius, nec hoc casu vitiatur inquisitio criminis, licet omittatur inquisitio infamię, parte cõ
14 tra quam requiritur non contradicente, vt eodem titu. cap. 2. libro 6. Nec † est ab ipso inquisito iuramentum exigendum. vt no. Guil. in Spec. de inqui. §. nunc tractemus. versicu. inquisitores quoque & versicu. in hac igitur via. & versicu. sed ut q̃ pręmissa. Et puto ꝙ possit in hac denunciationis prosecutione procurator interuenire, quia cum habeat inquisitus necesse iurare super capitulis inquisitionis, ut prædixi, poterit per alium respondere, Licet secus putem, vbi ipse habeat iurare. per decre. hoc eodem titu. ad petitionem. & de de iudi. ca. p. i. li. 6. ut infra. dicam. §. restat. versi. nec puto. Probato autem crimine per hunc agendi nouum, siue denunciatio sit publica, siue priuata, debita pœna imponeretur, vel per peccatum fieri prohibebitur, vel aliter prout requirit deuunciationis modus seruabitur, ut scripsit. d. p. m. eodem. titu. qualiter 2. c. ad corrigendos. in fi.

Iudicialis autem denunciatio du

15 plex est. † nam alia est publica, alia priuata, publica, cum ordinarius ad denunciationem officialis ad inquisitionem & relationem deputati, de quo in iuribus statim. inf. allegandis, vt archiepiscopi, de quo in decret. Romana. j. allegata, ex mero & puro officio suo de crimine publico inquirit. xxxv. quæst. 6. episcopus in synodo. 4. quæstio. 4. §. aliquando. alias est. cap. & ista habet locum in notoriis tantum, & hæc ex officio competit, in qua non requiritur monitio, & de ista habetur. de accusationibus. sicut olim. & de censi. Romana. libro 6. Et in hac tenetur iurare inquisitus secundum alteram ex formis de quibus. inf. §. proxi. versi. si autem interest. Nec in hac admittetur procurator, propter rationes de quibus. inf. §. proxi. versic. nec puto. & dic ut ibi. Et in hac est monitio necessaria, vt nota. d. p. m. e. ti. qualiter. super verbo, peruenit.

Priuata est quæ fit

16 † Ad priuatum seu propriũ vel singulare interesse, pone exemplum per decre. nouit. de iud. vel si fideiussi pro te, & iurasti me seruare indennem, quia non soluisti ĩ termino fui coactus soluere pro te. vnde denuncio te, quia adhuc stas in periurio, petens vt cogaris iuramentum seruare. Item in depo sito & similibus. Et an hæc denunciatio possit in seculari foro fieri scripsit. d. p. m. in præallega. decre. nouit. in vlti. sua glos. & ista quando expeditur etiam non præcedente monitione, in foro vero ecclesiastico est monitio trina necessaria, ad minus duarum vltimarum plena probatio. Tamen de plano expeditur, vt in d. nouit secundum ipsum Guil, tamen. d. p. m. in hoc vltimo contra, qui dicit ꝙ oportet ipsam in scriptis porrigi, &

litem

Digitized by Google

litem ſuper ipſa cõteſtari, quod probat per verba decr. nouit. ibi dicitur in fi. vtrum iuſta ſit quærimonia vel iniuſta. & idẽ Hoſt. vt d.p.m. ſcripſit in dicta decre. nouit. in vlti. ſua gl. Licet
17 †autem iudex eccleſiaſticus præcedentem denunciationem indiſtincte admittat, non tamen iſtam indiſtincte, quia non admittere niſi in defectum iuſtitię ſecularis, vel cum crimen eſt eccleſiaſticum, vel ratione pacis, vel iuramenti, vel quando crimen eſt notorium, vel quando non auditur in foro ſeculari, vt quia obligatio eſt naturalis tantum, vel ſi hanc proponit miſerabilis vel depreſſa perſona, vt de iudi. nouit. de pactis. qualiter. & lxxxvij. diſtinct. per totum. Alias ſi indiſtincte admitteretur, periret temporalis gladij, & iudicis ſecularis iuriſdictio, & per hũc modum omnis cauſa ad eccleſiam deferretur. Scias autem quod hanc denunciationem indiſtincte facit iudici eccleſiaſtico, his qui grauatur ab illo, qui immediate ſubeſt imperatori. in Authen. diffe. iudi. §. ſi tamen contigerit. col. 9. Et per hanc agitur ad intereſſe tantum, vel vt res reſtituatur, & iſtius denunciationis ſolummodo eſt talis effect⁹.
18 Nec hoc †caſu tenetur inquiſitus iurare ſuper inquiſitionis capitulis, cum ad denunciationem alterius procedatur, non ex puro officio, vt dixi. ſup. eo. §. verſ. & ſcias cum hoc caſu. & in hac puto trinam monitionem neceſſariam. Et licet videatur placere Guil. in Specu. titu. de denunciatione. §. pri. ver. qualiter. quod hoc caſu denuncians repelli poſſit per exceptionem criminis. puto tamen id falſum, etiam quando denunciat ad priuatum commodum. probatur hoc. 4. quæſt. 7. omnibus. & hoc potiſſime, quia cum iudex hoc caſu teneatur ad denũciationem inquirere. & procedere, vt ipſe idem notat Specu. præalleg. §. verſicu. prędicto, alias eſt verſiculus per ſe, & incipit, iudicialis. ar. 2. quæſt. v. Mennam. & cap. omnibus. & eodem ti. qualiter. 2. §. penu. decre. autem nouit. quam Guil. allegat pro ſe, non facit, qa illa loquitur in euangelica denunciatione, in
19 †qua requiritur quod denuncians ſit ſine macula. Scias autẽ ꝙ ad hanc priuatam denunciationem admittitur niſi lęſus, et in hoc differt hæc ab euangelica, vt ſcripſit. d.p.m. in decre. nouit. de iudicijs. Probato autem crimine per hunc agendi modum, cum denunciatio eſt publica, erit locus pœnæ, de qua inf. §. proxi. verſicu. ſin autem. ſi vero ſit priuata denunciatio, tunc conſequetur ſuum intereſſe, quandoque æſtimationem iniurię, vt ſcripſit. d.p.m. in decre. 2. §. ad corrigendos. in fi. alias de iudiciis. olim. Item credo ad proſecutionem huius iudicialis priuatæ denunciationis procuratorem admittendum, per rationes aſſignatas. ſup. eodem. §. verſicu. & puto. tum etiam quia iſtius denunciationis effectus eſt cuius, non criminalis, vt ſupra dictum eſt.

20 Regularis autem eſt † quę ſit ſecundum cuiuſcunque ordinis regulę inſtituta, & ad correctionem ſecundum regulæ normam, & ideo circa ipſam certa non poteſt dari doctrina, & ob hoc non eſt inſtandum. Sed vt ſcripſit. d.p.m. in præallega. decre. nouit. eſt iſta regularium determinationi relinquenda. Et iſta ſit de plano, & non ſeruata forma iuris, vt de appella. reprehenſibilis. de ſtatu monac. ea quæ. de regulari. c. fina. vt ſcripſit. d.p.m. hoc eodem tit. qualiter. 2. ſuper verbo peruenit. Quid autem iuris, ſit Abbas inqrit de exceſſibus monachi, & facta ſibi copia inquiſitionis & proceſſus, ipſe dicat ſe velle defendere, & petat expenſas pro procuratoribus, aduocatis & aliis ad defenſionem neceſſariis, nunquid ſit audiendus? notat Guil. in Specu. de inquiſitione. §. vlti. verſic. item pone. vbi diſtinguit inter regularem & iudicialem inquiſitionem, vt in prima non audiatur. in ſecunda ſic. dic vt ibi. Reſtat videre de quarto modo procedendi ſuper inquiſitionem ordinariam. Circa quod eſt ſciendum, quod
21 huius odinariæ inqui ſitionis duæ ſunt ſpecies. † Vna quę dicitur præparatoria. Alia quę dicitur ſolennis. In quibus aũt differat inquiſitio ab aliis iudiciis videre poſſes in Specu. de ĩquiſitione. §. i. in fi. Præparatoria eſt illa quando. ſ. iudex ex ſuo puro & mero officio, nulla denunciatione ſibi facta, & nulla infamia præcedente, inquirit contra aliquem quem habet ſuſpectum, vt dicam. infra. verſi. nec poſſet. & licet regulariter ad inquiſitionem non procedatur niſi procedente infamia. Sũt tamen quidam caſus in quib. poteſt id fieri, quos notat Guil. in Specu. de inquiſitione. §. 2. in principio. Item poteſt fieri talis inquiſitio maleficio flagrante, ꝙ licet notorie ſit commiſſum, ignoratur tamen quis commiſerit, nam tunc nullo vocato procedit iudex contra incertam perſonam inquirendo in genere quis fuerit committens, & facta tali inquiſitione procedet demum contra eos contra quos laborat ſuſpicio, vel quos culpabiles intellexit, vocando ipſos, vt ſuper eo veritatem dicat. & ſe, ſi poſſunt defendant, & ei contra quem procederetur legitima reſeruatur defenſio. de offi. ordi. c. j. ff. de offi. præſi. l. 4. & l congruit. & hoc etiam placet Guil. in Specu. de notorijs crimi. §. j. in fi.

22 Item etiam † cum ordinarius vel Viſitator viſitat, nam etiam nulla præcedente infamia inquiret ſuper ſtatu eccleſiæ. Et iſta talis dicitur generalis, nec in ipſa eſt ſeruandus ordo vel forma decre. qualiter. vt notat dom. pater meus in ipſa decre. qualiter. ſuper verbo, peruenit. Et inquiretur ſi eccleſia eſt collegiata vel plures habet clericos nulla nominata perſona tam in capite quam in membris. Si vero non habet niſi vnum rectorem tantum, vel rectorem & clericum, tunc bene nominabitur, & teſtes recepti deponent de quocunque de eccleſia, ſit vnus, vel plures, & tunc etiam admittuntur qualeſcunque teſtes de ipſa eccleſia. Si eccleſia habet collegium vel plures clericos, alias admittuntur parochiani, ſi eccleſia ſit parochialis. ſi non eſt parochialis, admittantur qui magis ſunt vicini vel oropinqui. de purga. ca. c 2. quia illi melius pręſumuntur ſcire. de præſump. quoſdam. &
23 cap. quanto. & † admittuntur tunc ad teſtimonium etiam criminoſi, & conſpiratores, licet conſpiratione vel inimicitia poſtea detecta non credatur conſpiratoribus contra eos contra quos conſpirauerunt, uel quorum ſunt inimi. de iudi. exhibita. de iudi. cum l. & A. & eodem tit. cum oporteat, nec hoc caſu ante completam inquiſitionem tradentur inquiſitionis capitula poſtea vero tam capitulorum, quam nomium teſtiũ, & dictorum eſt inquiſito copia facienda, vt in Specu. de inq. §. nunc tractemus. verſicu. ſed vt quę præmiſſa ſunt in fi. quod de nominibus dixi, verum eſt, præterquam in crimine hæreſis, vt de hæreti. cap. vlti. libro 6. & tunc. inquiſitus ad ad capitula inquiſitionis reſpondere cogetur per ſacramentum, vt eo. titu. ſi conſtiterit. & cap. cum dilecti. & hoc tenent Goffr. in decre. licet de ſimo. & d p.m. in prędallega. decre. qualiter. 2. ſuper verbo, debet. Guil. in Spe. de inqui. §. nunc tractemus. verſicu. inquiſitores quoque. & ver. ſed vt quæ præmiſſa ſunt.

Qualiter autem reſpondeatur Ad. capi. non tibi dico. de pœnit. diſtinct. pri. quod dicit, non tibi dico vt te prodas, ſcripſit. d.p.m. in præalleg. ca. qualiter. 2. ſuper ver-
24 bo facultatem. †Ei autem contra quem crimen vel infamia hoc modo probatur legitima defenſio reſeruatur. de accu. cũ dilecti. & cap. cum oporteat. & cap. cum dilectus. & de re iudi. cum l. & A. & tunc debet ad locum ſeu eccleſiam deſcendere, vt eodem titu. qualiter. 2. & capi. cum dilecti. de ſimo. licet Hely. & propoſito verbo Dei recipiet iuramẽtum ab his qui examinandi ſunt, ſecundum formam quę habetur eodem ti. qualiter. 1. in fi. ſubſequenter ab his inquiret qualiter clerici eccleſiæ viſitatæ ſe habeant tam circa officium quam etiam circa alia. Item eccleſia parochialis ſit, inquiret de fide, vita & conuerſatione parochianorum, de capitulis aut in huiuſmodi inquiſitione formatis vide Spe. de inquiſit. §. ſecun. verſi. vt autem. §. ſeq. ver. licet autem. de teſte. §. nunc tractandum. prope fi. ver. porro in cauſa. Et ſi inuenit eos bene viuere, & eccleſiam & eius bona bene regere & gubernare, gratias referat altiſſimo. Nec poſſet ſubditus ex eo appellare. quia dicat infamiã cõtra eum nõ labor are, quia †poteſt ordinarius quilibet
25 ex officio de fama inquirere ſubditorum, & infamia reperta inquirere de crimine. vt de offic. ordi. cap. j. & cap. irrefragabili. & de accu. ſicut olim. & ut eccl. benefi. ſine di. confer. capit. vno. ꝙ etiam & x. quæſt. j. placuit. de cenſi. Romana. §. ſane. li. 6. Nec obſtat, ꝙ poſt Hoſt. ſcripſit. d.p.m. in decre. cum oporteat. hoc eodem titu. ſuper verbo non ſubdito, quia ibi loquitur in caſu illius decre. ſ. quando procedit ad alicuius denunciationem, hic cum ex officio, & facit ad ea quæ dicam. j. ver. nunc quoque. Et hoc potiſſime qnando viſitando procedit, & inquirit, & premiſſa poſſes colligere ex diffuſe no. per Guil. in Spec. de inquiſitio. §. ſecun. & potiſſime in verſ. licet autem. & §. nunc tractemus. verſicu. hoc autem ſcias. & de notoriis criminibus. §. j. verſicu. vlti. ibi dicit Guil. ꝙ † circa huiuſmodi
26 inquirendi modum valde exuberat officium iudicis, quod latiſſime patet. ff. de iuriſ. om. iud. l. pri. & ſcripſit. d.p.m. hoc eod. titu. cum oporteat. ſuper verbo, non ſubito. & no. eodem tit. ſecun. libro 6.

Si autem per huiuſmodi viſitationis inquiſitionem inuenerit aliquem grauiter deliquiſſe, ſi habeat adminiſtrationẽ ſeu prelaturã, remouebitur ab ipſa. ſicut villicus a villicatione, qui ſuæ villicationis non poteſt dignam reddere rationem. vt hoc eo. ti. qualiter. 2. Non habentes autem adminiſtrationem ſeu prelaturam iudicis arbitrio puniũtur, niſi cum ipſis miſericorditer ageretur, & prædicta ſunt vera niſi tale foret crimẽ quod impediret etiam poſt pactam pœnitentiam ordinis executionem, vel beneficij retentionem, vt homicidium, & ſimonia, de quibus no. eo. ti. inqſitionis. j. gl. & multos tales caſus notat Inno. de tẽpo. ord. ex tenore Hoſt. plures de renun. niſi cum pridem. §. propter conſciẽtiam. & ibi vide in nouella. qui tunc puniretur ac ſi per viã accuſa-

Digitized by Google

cusationis de ipso foret actum. de quo. ꝛ. §. j. vt eo. ti. qualiter 2. vbi de hoc. & c. inquisitionis. vbi hoc etiam tenet. d. p. m. & eo. ti. qualiter. 2. §. ad corrigendos. in fi. & de hoc in Spec. de inquisitione. §. nunc videtur. post princ. Hęc vera intelligas nisi certa alia pœna foret a iure statuta, quia illa esset infligenda, vt
27 2. q. 3. §. notandum, de offic. deleg. de causis. † Nec hoc casu poterit inquisitus & correctus a correptione vel sententia appellare, vt de ap. ad nostram. & c. reprehensibilis. & de offi. ord. in refragabili. nec forsan modus excedetur. vt eod. tit. de priore. & hoc placet Guil. in Spe. de inquisi. §. nunc tractemus. uer qd si prelatus. Si uero leue sit crimen, quod tali modo est ꝓbatū, si certa pœna est pro illo a iure statuta, illa imponeret, alias imponetur arbitraria, ꝓsideratis personę conditione, criminis qualitate, & an publicum sit vel occultum, & cœteris circūstantiis. Quid si crimen non fuerit hoc modo probatum, sed sola criminis infamia probatur, hoc casu non punietur, sed ī dicetur sibi purgatio, vt eo. ti. inquisitionis. ad fi. & de test. tam literis, in qua si deficiat, punietur vt conuictus. de purg. c. cum
28 p. de simo. & hoc. & c. insinuatum. Vnum tamē no. †quod iudex etiam ecclesiasticus super singulari vel priuato alicuius p sonæ interesse non potest ex officio pet inquisitionem procedere, secundum Guil. qui hoc no. in Specu. de inqui. §. 2. versi. & in causa. Quod puto verum si inquireret directe ad consecutionem illius interesse. Sed indirecte posset vbi periculum animæ verteretur, primo inqurendo de infamia, & demum de veritate, qua comperta, cum non possit pœnitere, nisi satisfaciat, eū coget ad satisfactionem. vt de vsu. cum in diœcesi. & facit eo. ti. cas dudum. & de iureiu. ad nostrā 2. & quod ibi no. in gl. 3. ad quod faciunt quæ scripsit. d. p. m. hoc eo. ti. qualiter, super verbo, peruenit. in fi. suæ glo.

Nec puto quod quando per hunc modum procedit iudex necessario teneatur procuratorem admittere, & sit rō
29 potissima huius dicti, quia † cum inquisitus habeat suo sacramento de veritate respondenda præmisso ad inquisitionis capitula respondere, vt dixi. ꝛ. eodem. §. versic. nec hoc casu. quomodo ergo admitteretur procurator qui forte ignorat vel ignorare potest criminis veritatem. Ad hoc optime facit eodem ti. ad petitionem. & de iud. c. 1. li. vi. & hoc etiam placere uidetur Gof. & Host. in decre. Veritatis. de do. & contum. vt ibi post ipsos scripsit. d. p. m. super prin. secundæ glo. & post ipsum Host. hoc eo. ti. qualiter. 2. §. debet autem. super verbo, illi. vbi dicit Host. hoc potissime locum habere quando citatur, quod personaliter compareat inquisitus, vel vbi crimē super quo est inquisitum executionem ordinis impediat. Sed obiiciens de decr. tuę, de procu. quia cū ibi agatur ꝙ plus est ēt per viam accusationis de crīe ad thori separationē, & admittatur procurator, multo fortius est admittendus quando agit
30 per viam inquisitionis, quia † etiam tunc dicitur agi ciuiliter, vt de sim. per tuas, & in actione ciuili admittitur procurator, vt hoc eo. ti. super his. in fi. in c. cum dilectus, ad hoc etiam faciat de testi. ex parte adę. ad decr. tuæ. respondeo, agere ad thori separationem propter adulterium est potius agere ad interesse singulare ipsius agentis vt absoluatur ab obligatione, & seruitute qua erat ipsi adultero obligatus, quā ad pœnam, & quod hoc sit interesse, non pœna, patet, quia cum pœna non imponatur, nisi a iudice, vt 33. q. 2. §. in hoc. & C. de iudæis. l. nullus. & no. de diuor. porro, in glo. 2. Talis autem separatio aliquando fiat iudicis authoritate nō expectata, vt de diuor. significasti. ergo pœna nō est dicenda. Decr. super his, loquitur quando per modum denuntiationis euangelicæ ad pœnitentiam agitur, vel per modū exceptionis, ex qua nō debetur pœna, immo dicamus, quod ex quo in his casibus a iure permittitur, in aliis intelligitur prohibitum. de prę sump. nonne. cum concor. ibi no. decre. cum dilectus. intelligitur de euangelica
31 denuntiatione, ad pœnitentiam, quod probatur, quia † ibi mādatur inquiri an denuntiantes sint criminosi, quod in aliis denuntiationibus non obstaret. circa, quod vide quod scripsit. d. p. m. in decre. cum oporteat. eo. ti. super 3. glo. vel dic, ꝙ ibi denuntiantes & quorum nomine denunciatio facta fuit erant consortes eiusdem litis, quia tam suo quam aliorum nomine denuntiabant, & ideo admitti debuerūt. Ad decre. ex parte adę. potest responderi secundum vnam lecturam Innoc. ꝙ ibi fuerat procurator constitutus ad certum articulum tantum. Vel dicas, ꝙ licet admitti procurator non debuerit, ex quo tamen de facto fuit admissus, nec exceptum, valuit quod cū ipso fuit actum. Ad hoc bene facit hoc eo. ti. veniēs. & ibi no. d. p. m. super 1. glo. & quod no. de iudi. c. 1. li. vj. & hoc vltimo modo posset ad omnia contraria respōderi, posset autem ex
32 pmissis dari generalis doctrina, quod † quoties inquisitus non habet sub iuramento respondere, possit procu. interuenire. Secus cum habet respondere cum iuramento, tamen si tunc admittatur, & non excipiatur, valet quod cum ipso agit. Indubitatum tamen est ꝙ ad allegandas causas absentiæ quæ constant, siue in facto, vt quia infirmus comparere nō potuit vel similes, siue in iure, puta declinatorię iurisdictionis, vt quia non tenetur comparere, quia excommunicati estis, vel non valet rescriptum, vel quia non de suo foro, vel quod non arctat citatio, pōt interuenire procurator vt no. post Inn. d. p. m. hoc eod. tit. veniens, super prima gloss.

Nunc autem de solemnitate, circa quā est distinguendum, quia alia est ordinaria q̄ fit ab ordinario iudice, alia extraordinaria quæ fit a delegato.
33 Est autem inter ista differentia, quia † ordinarius potest inquirere contra subditum licet non infamatum, dummodo sit sibi suspectus, vt dixi supra in prī. huius §. sed in extraordinaria secus est, quia delegatus non potest nisi contra infamatum, vt eod. ti. cum oporteat. & vide ꝙ ibi scripsit d. p. m. ipso inquisito conradicente. secus si nil opponat. vt eo. ti. c. 2. lib. vi. Multa autem quæ opponi possunt tam contra impetrantem literas inquisitionis, quam contra tertium, seu etiam contra delegati personam, & processum, videre posses per Guil. in Specu. de inqui. §. j. in prin. In quolibet autem casuum præmissorum subdistinguitur, quia aut inquisitio fit aliquo ipsam promouente, & tunc non iurat inquisitus de veritate respondenda. Aut ex officio ad denuntiationem officialis vel archiepiscopi, de quo supra. §. proxim. iudicialis vel fama seu clamosa insinuatione deferente. & tunc iurat inquisitus super cōtentis ī inquisitione respondere veraciter, vel plenam & meram dicere veritatem, vt in Spec. de inqui. §. nunc tractemus. ver. inquisitores quoque. & ver. hanc etiam. circa medium. & versi. sed vt quæ præmissa. de forma autem iurandi dic vt dicam inf. ver si. si autem interest. Aut nullo deferente nec clamosa insinuatione deferente. & de hoc vltimo satis dictum est sup. eod. tit. §. in princ. vnde hic de hoc membro nil dicam. In primo casu scilicet quando aliquo promouente & denuntiante crimen procedit iudex, subdistingue, quia aut talis denuntiat ratione priuati commodi. de quo de vsur. tuas dudum. & de iureiurā. ad nostram. 2. & hoc casu fit inquisito etiam nulla fama præ-
34 cedente, † dummodo charitatiua præcesserit monitio, vt quia duo interposito iuramento pacti sunt de aliquo adimplendo quod alter negligit obseruare. hoc enim casu ex quo charitatiue est tertio admonitus poterit denuntiari, & ad talem denuntiationem debet iudex inquirere, & probatur de iudi. nouit, de iureiu. ad nostram 2. in fi. & quod ibi no. & hoc casu ꝓbato crimine consequetur interesse suum. Aut denuntiat ratione publici commodi puta ad pœnam, quia publice vtile est ne crimina remaneant impunita, de senten. excommunic. vt famę, ff. ad legem aquil. l. ita vulneratus. j. respon. ad fin. Et tunc subdistingue, quia aut interest denūtiantis aliquo modo vt quia forsan eit subditus qui ad hoc tenetur. 2. q. 7. qua propter. vel patronus, vt 16. q. 7. filijs. vel parochianus. 23. dist. illis, & tunc admittitur. eo. ti. illa præpositorum. Aut nullo modo interest, vt quia non est de illis personis, & tunc non admittit̄,
35 vt præalle. c. illa prępositorum. Eo saluo, quia † si crimen ꝙ denuntiatur habet facti perseuerantiam, vt fornicatio, tunc admittitur quilibet 11. dist. diaconi. alias non.

Si autem interest denuntiantis, & tunc, aut generaliter per denuntiationem agitur super statu ecclesiæ, tam in capite quam in membris. Aut super excessibus singularis personę. In primo casu non puto monitionē necessariam, quia cum hic non agatur specialiter de alicuius singularis crimine, quomodo debuit vel potuit monitio fieri non video. sed nec etiam hoc casu tradētur capitula, vt scripsit. d. p. m. in decre. qualiter. eo. ti. super verbo peruenit. vbi alle-
36 ga. decre. contra certam, de elec. li. 6. & † ibi ipse dicit hanc dici generalem inquisitionem, vt ꝛ. in prin. dixi. & debet hoc casu inquisitor descendere ad locum, & ibi præmisso verbo dei, recipiat iuramenta prælati & clericorum illius ecclesiæ, qui iurabunt plenam & meram dicere veritatem tam in capite quā in membris, exceptis occultis criminibus, vt eod. ti. qualiter. j. in fi. vel ꝙ ad inquisita veraciter respondebunt, vt eo. tit. cum dilecti, de forma autem talis iuramenti, vide in Specu. de teste §. sequitur. ver. porro. vsque ad finē, tñ vt scripsit. d. p. m. in decr. cum dilecti. eo. ti. cum agitur de statu ecclesiæ propter vinculum periurij, sufficeret si iurent tñ respōdere ad interrogata. Cum vero de certis criminibus, tunc iurabunt, quod plenā & meram dicent veritatem, tñ vt ibi dicit, qualitercunque agā, potest iudex recipere quod maluerit iurm, dēt aūt tale iuramentum præstari in publico vt de ipsius forma possit fides fieri si dubitetur, vt in præalleg. decre. cum dilecti. & hoc ibi scripsit. d. p. m. super glo. simile supra. post modum interrogetur secundum quod habetur in Spe. de teste. §. nunc tractandum.
37 ver. porro. vsque ad fi. secundum quo sdam, † vbi solus prælat⁹ est diffamatus, potest inquiri tam in capite quam in membris, quia capite languescente cœtera membra languent, vel languere præsumuntur. vj. q. c. ad idē. 2. q. 7. sicut inquit. & lxj. dist

miramur

Digitized by Google

miramur. & hoc tenuit Inno. in decre. cum dilecti. eodem ti. & de ſimo. licet Hey. Sed Hoſt. ibi, contra ar. de his quæ fiunt a maio. parte. cap. quæſiuit. quod mihi placet, ratione quam ipſe ponit. non enim fit inquiſitio ſuper occultis, vt eo. ti. qual. fateor tamen cum ipſo Hoſt. q̄ contra ipſum epiſcopum tantum poterit eo caſu fieri inquiſitio, tam in capite quam in membris, vt videlicet inquiratur qualr ſe habeat erga ſuã eccleſiam, ibi qualiter erga canonicos ſuos & alios clericos & laicos, qualiter in villis, caſtris, & eccleſijs. & de hoc per. d. p. m. hoc eo. ti. cum dilectus. placet Guil. in Specul. de inquiſi. §. nunc tractemus. ver. ſi igitur aliquo ver. circa fi. reprobat opi. iſtorum qui dixerunt, q̄ cum hoc modo procedetur ſit libellus offerendus, lite conteſt. facienda, & iudiciarius ordo ſeruãdus, quod eſt falſum, immo hoc caſu ſufficit ſeruare formam
38 decre. cum I. & A. de re iu. Tamen † legitima defenſio ſemper eſt ſeruanda, vt patet in ipſa decre. cum I. & A. Probato autẽ hoc modo crimine, fiet quod dixi ſupra eodem. §. verſicu. ſi autem.

Cum autem Inquiritur ſuper exceſſibus ſingularis perſonæ aliquo promouente inquiſitionem, tunc primo citabitur inquiſitus, & interrogabitur an ſit infamatus de illo crimine, ſi confiteatur infamiam, tunc procedetur ad vlteriora, & fiet hoc caſu libelli oblatio. lit. conte, & ſeruabitur ſubſequenter ordo iuris qui habetur eodem ti. qualiter. & patet hoc de ſimo. per tuas. in principio, quia ſubſequenter tradentur ſibi capitula inquiſitionis, & demum citato inquiſito iurabunt teſtes, & ſuper ipſis examinabuntur. & tam nominum quam dictorum teſtium ei fiet copia, & ipſius defenſiones legitimę admittentur tam contra perſonas quam contra dicta, vt ſic ſit differentia inter inquiſitionem quæ fit ſuper ſtatu eccleſię, & illam quę fit contra regularem perſonam, quod autem de nominibus dixi, verum intelligas, prę̃terquam in crimine hæreſis, vt de hæreti. cap. vlt. libro 6. Si
39 autem † exhibitio prædictorum denegarerur, poſſet inquiſit⁹ appellare licite, vt in Specu. de inqui. §. j. ver. & generaliter. ſed ſi inquiſitus negaret ſe infamatum, prius eſt probatio recipiẽ. ſuper infamia, quod ſi denegaretur, vel non ſeruaretur, appellare poſſet, vt eodem titu. cum oporteat. & cap. qualirer. 2., pbata autem infamia procedetur vt ſup. alias ipſe abſoluetur, & denuncians punitur. vt de calum. cap. 2. An autem probata infamia admittatur is contra quem fit inquiſitio ad probãdum ſe bonę famæ, & qui teſtes hoc caſu præferendi, plene notauit. d. p. m. hoc eodem ti. cum oporteat ſuper verbo, formam ipſius. poſt princ. ſuæ gloſ. & eſt iſte talis modus ſeruandus quando inquiſitus eſt præſens, alias vero ipſo abſente nõ eſt contra ipſum procedendum aliquo modo, quod placet Guil. in Specu. de inquiſi. §. j. verſi. quęritur an contra. Sed † ſi
40 contumaciter abeſſet, tunc in eius odium, facta fide prius de infamia procedetur ad receptionem teſtium, & ad diffinitiuam, etiam lit. non conteſt. vt lit. nõ cont. qm̃. §. ſunt & alii. de do. & contu. veritatis de accu. qualiter. 2. §. debet. præmiſſa autem colligi poſſent ex nota. in Specu. de inqui. §. nunc tractemus. verſi. ſi autem. Et qualiter dicere debeant teſtes qui ſuper infamia deponunt. Et an etiam ſi interrogati debeant nominare eos apud quos dicitur infamatus ſcripſit. d. p. m. eodẽ. tit. cum oporteat. ſuper verbo, non dubito. & eodem. ti. qualiter. 2. ſuper verbo, honeſtis. vbi dicit † duos teſtes ſufficere ad ipsã
41 probandam. de quo etiam videre poſſes per Guil. in prædicto. verſi. ſi autem. eo. §. verſi. hoc autem notandum. & ſequentib. Tractatur quid iuris ſi in literis inquiſitionis commiſſę dicat̃, tale ſignificante accipimus quod talis ſit de tali crimine infamatus, vel ſi nil de infamia dicatur in ipſis. Itẽ quid ſi in reſcripto non fiat mentio de aliquo nunciante, ſed dicatur, ad euidentiam noſtram peruenit, an primo ſit ſuper infamia probatio recipienda, necne. de his autem dic vt ſcripſit. d. p. m. hoc e. ti. cum oporteat. ſuper verbo famam ipſius. vbi, recitatis opinionibus aliorum, dicit diſtinguendum inter verba narratiua poſtqnam. & c. ſcriptum. & lxxxvj. diſt. ſi quid de quocunque. alos conuerſatus, vel niſi propter prę̃lati potentiam vel tyran & aſſertiua literarum apoſtolicarum. per decre. ſi Papa. de priuil. lib. 6. dicens finaliter ſtandum ei quod habetur in cle. literis. de probat. quolibet autem caſuum prę̃miſſorum in iſto. §. vſque ad verſi. nunc autem. non tenetur inquiſitus iurare, & poteſt procurator conſtitui. vt dixi. s̃. §. ſubſequenter. verſi. & puto. de pœna autem infligenda crimine per hunc agendi modum probato, dic vt s̃. eo. §. ver. ſi autem. de multis autẽ quæ contra reſcriptum inquiſitionis poſſunt opponi, videre
42 poſſes in Specu. de inqui § j. An † autem valeant literæ inquiſitionis per excommunicatum impetratę. no. de reſcript. ca. j. in gl. quid ſit excommunicatus lib. 6.

Hoc autem eſt ponderandum.

Quia ſecundum d. p. m. vbi de prælato tantum agitur, inquirẽ do de ipſius fama, eſt quærẽdum a capitulo & canonicis ſuis, & ſi apud ipſos non reperitur infamatus, non videtur vlterius procedendum. alleg. in arg. de prę̃ſump. quoſdam. & c. quãto. & hoc eodem ti. qualiter. 2. reſpon. ver. debet igitur. s̃. de elect. præterquam in tribus caſibus, puta niſi ipſe prælatus eſſet ĩter alios conuerſatus vel niſi propter prælati potẽtiam vt tyrannidem timeatur de occultatione veritatis, & contra ipſum veriſimiliter prę̃ſumatur. de exceſ. prę̃lato. tanta. vel niſi propter ipſius tergiuerſationem & colluſionem dubitaretur de occultatione. de colluſi. detegenda. in tantum. nam tunc fieret inquiſitio famę ipſius ab aliis, vt ipſe plenius ſcribit hoc eo. ti. cum oporteat. ſuper verbo, non ſubdito.

Nunc quoque videndum eſt.

43 † Quando iudex ex ſuo mero procedit officio ad criminis inquiſitionem, vel ad denunciationem officialis publici, ad inquirendũ & denunciãdum deputati, vel archiepiſcopi, de q̄bus dixi. s̃. § ſequitur. ver. iudicialis. in princ. vel nullo denunciante. ſed fama publica, vel famoſa inſinuatione deferente. & hanc quidam vt Hoſt. vocant ſpecialem inquiſitionem, vt ſcripſit. d. p. m. in c. qualiter. 2. de accuſat. vbi ſciendum, quod
44 † eo caſu ſuperior ſiue iudex ſeruare debet formam hanc, q̄ a primo ſtatuet terminum accuſare volenti, & ſi appareat accuſator ipſum audiat, vt eodem titu. veniens. v. q. c. 1. de pur. ca. ex tuarum. 2. q. v. omnibus. ſi vero non appareat accuſator, vt appareat, ſed per exceptionem repellatur, ſi vult, ſtatim purgationem indicere infamato. Tamen ſi præmiſſa ſeruare nolet, poteſt incontinenti ad inquiſitionem procedere ſuper veritate criminis, & hoc caſu refert, ſecundum Hoſt. & d. p. m. ut ipſe ſcripſit in prę̃allega. decre. qualiter. 2. hoc eodem ti. ſuper verbo peruenit. vtrum fiat contra ſecularem clericum, an cõtra regularem, ſi ꝯ ſecularem, Aut in dignitate, vel perſonatu cõſtitutum, Aut contra priautũ. In primo caſu. ſ. quando contra conſtitutũ in dignitate vel perſonatu, dicunt nõ ſufficere
45 † ſolennem famam vel clamorem, etiam ſi ſit frequens, niſi ſit tanta quæ ſcandalum generet, vel quę non poſſit ſine ſcãdalo tolerari. in ſecundo vero, ſcilicet quaneo contra ſecularem priuatum, eo caſu dicunt clamoſam & frequentem ſuffi cere, eiiam ſi non generet ſcandalum, & vt ſcripſit. d. p. m. e. ti. cum oportet. ſuper verbo, non ſubito. duæ vices inducunr frequentiam allegat de vita & honeſt. cle. monaſteria. & de elec. venerabilem. in fi. Dicunt tamen hoc totum iudicis arbitrio relinquendum. Et quolibet prę̃miſſorum caſuum dicunt formam ſeruandam quę habetur in decre. qualiter 2. eodem tit. & de ſimo. licet Hely. ut videlicet iudex ꝑſe vel aliũ deſcẽdat ad locum, & vocabit eum contra quem eſt inquiſitio facienda, & ſi compareat, tunc tradet illi capitula ſuper quibus eſt inquiſitio facienda, & primo faciet illum iurare ſecundũ formam alteram decre. cum dilecti. eodem ti. circa quod uide q̄ dixi. ſup. eo. §. verſ. ſi autem intereſt. Et † prę̃ſtito iuramento ad
46 inquiſita reſpondere, ſi confiteatur crimen, habet intẽtum, & tunc cum ipso agetur. de elect. innotuit. vt etiam no. d. p. m. hoc eodem titu. qualiter. ſecun. ſuper verbo reddere. nec poſſe confeſſionem impugnare quominus puniatur, ex eo quod non fuiſſet de illis infamatus, vel quia capitula tradita nõ fuiſſent, vt eodem titu. cap. i. libro 6. Si autem negat crimen, non puto neceſſe recipi hoc caſu teſtes ſuper infamia, quando ipſa defertur, quia ipſa ſe exhibet. & facit q̄ dixi. s̃. eodem. §. poſt princ. verſicu. nec poſſet. & ibi reſpondi ad dictum Hoſtien. ſed ſtatim recipiet teſtium iuramenta eo præſente, & ſubſequenter ipſorum dicta, quorum dictorum & teſtium nominum copiam faciet illi contra quem inquiritur, ſaluo quod de nominibus dicitur. de hæreti. capitu. vlti. libro 6. & † omnis
47 legitimu defenſionis facultas eidem reſeruabitur. vt tamen dicit ibi. d. p. m. leuiores probationes ſufficiunt contra priuatum, quam contra prę̃latum. infra de ſimo. licet Hely. de offi. delega. paſtoralis. in princi. de ſenten. excommunica. cum illorum. §. ſi vero. Si contra regularem procederetur, aut ad correctionem ſecundum regulam, & tunc dic vt ſupra. §. ſequitur. verſicu. regularis. Aut vt remoueatur ab adminiſtratione. Et hoc caſu ſi contra Abba. vel priorem conuentualem, vel curam habentem authoritate epiſcopi inſtitutum, licet tunc ad vnguem non ſit prędicta forma ſeruanda, quia illi poſſunt facilius a ſuis adminiſtrationibus ammoueri ex leuioribus cauſis, & per leuiores probationes. item liberius, quia nõ admittentur & exceptiones. de ſi. licet Hely. & e. tit. qual. 2. vbi ſic exponit. d. p. m.

Eſt tamen in hoc ſeruandum.

48 † Vt his contra quem eſt facienda inquiſitio vocetur vt ſe defendat. vt eodem titu. cap. ſecun. de ſimo. per tuas. Si uero agatur de ſimplici priore, officiali, vel ad obedientiam tenente. talis pro libito abbatir etiam ſine cauſa poterit. de ſtatu monacho. §. tales & cap. ſecun. & de priuileg. cap. ſecun. in fi. libro

hic

Digitized by Google

vj. Et eſt In hoc differentia quãdo proceditur ex officio, vt hic, quia tunc non inquiritur de infamia, quia ipſa differtur. Item quia iurat inquiſitus, & non datur libellus, nec fit lit. conſta. vt dixi ſupra in præceden. verſicu. cum autem. Si autem contumaciter abeſſet, fiat tunc quod dicitur, infra eod. §. verſicu. ſed ſi contumaciter.

Sed ſi prælatus diceret & ſubdito, video te infamatum, & inquiſitio multa habet diffugia, volo quod te purges, nunquid
49 poteſt hoc facere inuito eo vtiq;. quia † procedere poteſt quacunque via melius poteſt aſſignare criminis veritatem ſeu pœnam. 24. q. 3. ecce. ff. ſi certum petatur. l. quidem. nec valeret appellatio contra præmiſſorum aliquod interpoſita, & prædicti ſumi poſſent. ex notat. in Spe. de inquiſitio. §. nunc tractemus. verſi. porrò. & verſi. ſequentibus. & per d. p. m. in præcedenti. c. qualiter. 2.

De pœna autem infligẽda crimine hoc modo probato, dic vt ſupra eo. §. ver. ſi autẽ per huiuſmodi. nec tenetur iudex, cũ hoc modo procedit, procuratorem admittere, de quo dic, vt ſupra eo. §. verſ. nec puto. quæ autem præmiſſa ſunt locum ſibi vendicant in criminibus nõ notorijs, quia in notorijs, ſecus eſt. nam in illis non ſeruatur aliquis iudiciarius ordo, niſi in hoc q̃ ſuper notorio debent citari & interrogari, & eo præſente vel
55 contumaciter abſente ſentẽtia fieri, de quibus per Guil. in Spe. de notor. criminibus. §. primo. in princip. & §. vltimo. per totum.

50 Eſt autem, † & alia inquiſitio ſpecialis, quę fit debito officio vrgente, quando ſcilicet ſuperior habet electum vel poſtulatum confirmare, quam inquiſitionem etiam facit nulla infamia præcedente, vel denuntiatione præmiſſa inquirendo ſcilicet de meritis electi & ſtudijs eligentium, & electionis forma, vt 67. diſtinct. de Petro. 61. diſtinct. miramur. de electio. ſcriptum. & cap. poſtquam. & cap. cum nobis olim. & cap. nihil eſt. & idem in conſecratione & ordinatione Epiſcopi & cuiuslibet alterius clerici. 23. diſtinct. qui Epiſcopus. 24. diſtinct. quando. 75. diſt. ordinationes. idem etiam in matrimonio carnali. de clandeſt. deſponſat. cap. 3. Item vbicunque ex mero & puro officio procedit iudex, in his maxime in quibus vertitur animæ periculum. de iureiur. ad noſtram. 2. de offic. ordinar. cap. primo, vt ſcripſit d. p. m. in prę allega. decre. qualiter. 2. ſuper verbo, peruenit. de materia per Hoſtien. in ſumma titu. de Inquiſit. ſub rubr. de criminibus, ſine ordine puniendis.

51 An autem poſſint † teſtes compelli quando iudex procedit, vel viſitando, vel confirmando, vel in capite, & in membris inquirendo, vel contra certam perſonam ſuper crimine de quo laborat infamia tractat Guil. in Spe. de inquiſitione. §. nũc tractemus. in fi. vbi videtur velle quod non cogatur. Cuius cõtrarium puto quando inquiritur tam in capite, quàm in membris vel contra ſingularem perſonam fama deferente. per decre. qualiter. 1. Item quia expedit reipublicæ peccata nocẽtum eſſe nota. ſed quando viſitat, non debet exigere iuramentum, per quod occultum detegatur, ſed ex quo ſine iuramento referunt aliqua corrigenda, poteſt ſuper his exigere iuramentum, vt notat. de cenſibus. Romana. §. ſane. libro ſexto. Ipſius autem dictũ poſſet locum habere, cum confirmando inquirit, quia præſumimus quemlibet † bonum & idoneum niſi probetur con-
52 trarium. de ſcrutin. in ordin. fac. cap. vno. & de præſumption. dudum.

An autem admonitio quæ denuntiationem debet præcedere fieri poſſit per literas, vel nuntiũ abſenti tractat. d. p. m. de ſimo. licet hely. ſuper correctio. vbi tenet, quod ſic, & idem Guliel. in Specul. denuntiatio. §. 1. alias 2. verſiculo quid ſi morieñs.

53 Item an denuntians † prælatum debeat ab eccleſia habere expenſas, not. in Spec. eo. titu. §. vlti. in prin. vſque ad verſi. item pone. Nunquid autem is contra quem facta eſt inquiſitio poſſit per familiares, vel cubicularios ſuos probare ſuam innocẽtiam, tractat Guil. in Specu. de inquiſi. §. 1. ver. generaliter. per ca. 12. quæſtio. 2. manifeſte. & cap. ſequen. & 2. quæſtio. 7. cum paſtoris.

Vtrum autem, impetrante inquiſitionem remoto, poſſit alter ipſam proſequi, tractatur in Specul. de inquiſitio. §. 1. verſic. quid ſi impetratio. de quo dic vt ſcripſit d. p. m. in decret. cum oporteat. ſuper fi. penulti. glo. Et an inquiſitore ſuper quibuſdã pronunciante, expiret eius officium ſuper al ijs not. Ber. de re iudica. cum I. & A. & in Specu. de inquiſitione. §. 1. verſi. & not. & vterque tenet quòd non expirat.

54 † An verò inquiſitor atteſtationibus publicatis poſſit ſuper eodẽ crimine iterũ alios teſtes inducere vel recipere, & de hoc per d. p. m. in decre. fraternitatis. de teſtib. in 9. q. & de teſtibus. cũ clamor. & dic vt ibi, & de hoc etiam in Spec. de inquiſitione. §. nunc tractemus. verſic. ſed nunquid publicatis. vbi tenet, quòd poſſit, vbi ex officio procedit, ſecus ſi aliquo proponente, vel proſequente inquiſitionem, quia tunc timeretur ſubornatio, & ut ibi not. poteſt inquiſitor ſi in aliquo minus bene proceſſerit illud reuocare, & de nouo procedere, dic vt in prædic. decre. cum clamor. ſcripſit d. p. m.

Præmiſſa autem in non notorijs locum ſibi vẽdicant, de notorijs verò & forma procedendi in ipſis, vide quod plenè ſcripſi in commento quod feci ſuper decreta. veſtra. de cohabitat. cleric. & mulierum.

Quando autem delegationis litera impetratur ſub hac forma mandamus quatenus vocatis qui fuerint euocandi ſuper propoſitis, & alijs negotijs cõtingentibus, inquiras quæ fuerint requirenda &c. intelligitur negotium delegatum in modum iudicialis indaginis, non autem in forma inquiſitionis ſimplicis, vt de iudic. exhibita. & ibi not. in 3. gl. vnde d. p. m. poſt Vin. cent. ſcripſit ſuper ipſa glo. quod ex quo patenter non conſtat quòd huiuſmodi negotium in modum commiſſionis committatur, præſumitur quòd in modum iudicialis indaginis fiat cõmiſſio, vbi etiam dicit in fi. † quòd quando fit commiſſio in modum ſimplicis inquiſitionis ſemper conſueuit in ipſa commiſſione poni de inſinuatione clamoſa. Remittit autẽ ad not. in Specul. de inquiſit. §. primo. verſicu. quid ſi in litera. & de hoc ſcripſi in materia reſcriptorum. §. in ſecundo verò caſu. in fine.

TRACTATVS DE FAMA,

D. Thomæ de Piperata Bononienſis V. I. D. Clariſſimi.

SVMMARIVM.

1 *Fama quid ſit in vera ſui ſignificatione.*
Fama publica & opinio, ſeu exiſtimatio, idem ſunt.
2 *Fama ſufficit quòd ſit in maiori parte loci.*
3 *Romana ciuitas quomodo ſit diuiſa.*
4 *Factum de quo dicitur eſſe fama, quod ſit.*
5 *Fama totius ciuitatis quòd requiratur in negotijs magnis, in paruis verò fama vicinię ſufficit.*
6 *Iura diuerſa, ex paruitate vel magnitudine rei ſtatuuntur.*
7 *Sine voce nil dicitur.*
8 *Dicere nemo extimatur, quod mente non cogitauit.*
9 *Verè ſcire, quod dicatur.*
10 *Errari quando dicatur.*
11 *Fama publica in quo differat à publica opinione.*
12 *Fama non publica quæ dicatur.*
13 *Fama unde dicatur.*
14 *Fragor ſonus dicitur.*
15 *Poſtulare quid ſit.*
16 *Nomina rebus conſonare debent.*
17 *Fama per quot teſtes probetur.*
18 *Notorium quod dicatur.*
19 *Fama qualiter probetur, & quomodo teſtes ſuper fama deponere debeant. num. 22.*
20 *Famæ origo eſt quærenda.*
21 *Iudex tenetur ueritatem inuenire.*
23 *Rumori non eſt fides adhibenda.*
24 *Contractus celebratus cum filiofamiliàs, qui tempore contractus paterfamilias putabatur, tenet, & infra. nu. 25. vbi de intellectu ad l. 1. C. ad Macedonianum.*
25 *Iudicium agitatum cum filiofamilias, patre familias per famam reputato ualet.*
26 *In iudicio quaſi contrahitur.*
27 *Seruus non poteſt eſſe iudex, arbiter neque tabellio.*
28 *Teſtamentum ad quod teſtis ſeruus, communi opinione liber reputatus fuit adhibitus, ualet.*
29 *Serui non poſſunt eſſe teſtes in teſtamento.*
30 *Fama ſola an probet, quando agitur ex contractu, & aliquid petitur ex promiſſione, vel rei vendicatione agitur, aut ſimili actione.*
31 *Teſtes in contractibus de veritate, & ſua ſcientia deponere debent.*

32 Acto-

Digitized by Google

Thomæ de Piperata. De fama.

32 *Actoris intentio apertè probari debet, cùm quid ratione dominij, vel quasi petitur.*
33 *Fama confirmat probationes testium, non omni exceptione maiorum.*
34 *Testium multitudo quid operetur, & quid eorum dignitas.*
35 *Scriptura scripturam declarat.*
36 *Intellectus ad l.j. C. de testamentis.*
37 *Intellectus ad l. si mater. C. ne de statu. defun.*
38 *Fama sola probata in modicis quæstionibus pecuniarijs, siue ciuilibus, illi iuramentum defertur, pro quo fama probata facit.*
39 *Fama probata in maleficijs, quid operetur.*
40 *Probationes in criminalibus, clariores esse debent.*
41 *Fama in maleficijs firmat testium depositiones non omni exceptione maiores.*
42 *Accusatus torqueri potest, ad veritatem maleficij inueniendi, fama sola probata.*
43 *Iudicijs legitimis non præcedentibus à quæstionibus non est inchoandum.*
44 *Testis vnius dictum facit indicium.*
45 *Ius quod obseruatur in toto quo ad totum, obseruatur in parte quo ad partem.*
46 *Malum omne de inimico præsumitur.*
47 *Accusator non compellitur legationem suscipere, ad amicum vel domesticum accusati.*
48 *Inimicus à testimonio repellitur.*
49 *Iactatio de maleficio facit indicium.*
50 *Fuga facit indicium contra accusatum fugientem de loco tempore maleficij commissi.*
51 *Fuga fugientem accusat.*
52 *Semel malus, ex nunc malus præsumitur.*
53 *Iudex leges de indicijs loquentes, ponderosè & maturè de considerare.*
54 *Iudex secundùm municipalem legem determinantem quando procedẽdum ad tormenta, ad ea debet procedere & non aliter.*
55 *Iudex habens arbitrium, secundùm vnum tantum indicium, potest ad tormenta procedere.*
56 *Arbitrium datum potestati, quid importet, & numero 57.*
57 *Iudices & potestates, omnia secundùm leges facere tenentur.*
58 *Iudices arbitrium in criminalibus habentes, quomodo se regere habeant.*
59 *Potestas habens arbitrium de dolo & lata culpa tenetur.*
60 *Maleficium probatum per vnum testem, per famamq́, & vocem publicam, an & quando puniri possit.*
61 *Fama probata tantùm confirmat.*
62 *Indicium quid sit.*
63 *Indicium vnde dictum.*
64 *Indicium ex quibus habeatur.*
65 *Indicij effectus quis sit, & nu. 66. cum seq.*
66 *Egrediens palidus cum gladio sanguinolento a loco vbi mortuus reperitur, contra se facit indicium.*
67 *Paliditas siuè trepidatio facit indicium.*
68 *Arma portantes, de omni malo iudicium contra se habent.*
69 *Gladius sanguinolentus facit indicium & coniectura ex qualitate facti capitur.*
70 *Inimicitia inter occisum & accusatum, facit contra ipsum indicium.*
71 *Testes dicentes uidisse talem admenantem contrà occisum, indicium faciunt.*
72 *Aufugiens à loco maleficj commissi, habet indicium contrà se.*
73 *Intellectus ad l. sciant. C. de proba. & ad §. aliàs numerus. in l. testium. ff. de testi. & suprà, nu. 66.*
74 *Indicia indubitata quæ sint, quòd quis aliquem occidi fecerit.*
75 *Argumenta & præsumptiones quæ dicantur.*
76 *Præsumptio & suspicio idem est. quod intellige vt infra nu. 78.*
77 *Præsumptionibus uel suspicionibus, quis damnari non debet.*
79 *Præsumptiones uiolentæ quæ dicantur.*

QVoniam circa famam, indicium, argumentum & præsumptionem, multas dubitationes oriri contingit in iudicijs: instantia prudentis viri domini Gulielmi Iurisperiti ciuis Alexãdriæ. Ego Thomas de Piperata de Bononia iuris ciuilis dictus professor, infrascripta super prædictis redigere curaui, ad dictas dubitationes in singulorum animis amputandas. Igitur de fama hoc ordine est videndum. vt primò videamus quid sit famæ.

Secundò vnde dicatur.

Tertiò per quot testes probetur.
Quartò qualiter probetur.
Quintò quid operetur fama probata, siue quis sit effectus famæ probatæ, & posteà dicam de accusatione.

1 Respondeamus ad primum, † uidelicet quid sit fama. & qui dem fama in vna significatione dicitur dignitatis illesæ status, legibus ac moribus approbatus, & eodem modo in eadem significatione dicitur existimatio & opinio, hæc enim tria fama, existimatio, & opinio, quantùm ad illam materiam, idem significant, & hoc probatur & notatur. ff. de varijs & extraordi. cog. l. cognitionum, circa medium. ibi, quia existimatio &c. Sed de illa fama quantùm ad nostram materiam de qua agitur curandum nõ est. In alia significatione dicitur fama, quod homines alicuius ciuitatis, villæ, vel castri, vel vici, vel contratæ alicuius communiter opinantur & existimant, siue sentiunt, illud verbis siue loquella asserendo, non tamen habent pro certo, & verò uel manifesto. de tali fama loquitur. ff. de testi. l. testiũ. §. aliàs numerus, ibi, veluti consentiens fama &c. & ff. de pœn. l. capitalium. §. famosos in ea dictione famosos, quæ ponitur in prin. d. §. sed in alia dictione famosos, quæ ponitur quasi in fine. d. § nõ ponitur in dicta significatione, sed ĩ alia, de qua supra dixi. Etiã hæc fama dicitur opinio publica, siue communis, de qua loquitur lex, C. si seruus aut libertus ad decu. aspi. l. 2. & C. ne de sta. defunct. l. si mater & C. de sent. & interlocu omn. iudi. l. si arbiter. in fi. Item dicitur existimatio publica, siue communis, de qua loquitur lex instit. de testa. ordi. § sed cum alĩquis. & sic in vera significatione dicta tria significat. Item licet uulgariter, sic sermone communi utuntur homines vocabulo famæ, quam dicunt famam publicam. non autem utuntur uocabulo existimationis siue opinionis, tamen est talis fama communis opinio siue existimatio super non vero, & dicitur communis error, & hoc est, quod sæpè no. per Doct. quòd error facit ius. vt no. ff. de offi. prę si. l. Barbarius. & C de testa. l. 1. & ff. ad Macedo. l. 2. Quod autem
2 dixi, homines †alicuius ciuitatis &c. non sic debet intelligi. vt in omnibus partibus ciuitatis, uillæ, castri, vel vici, uel contratæ, oporteat esse opinionem siue existimationem prædictam, imò sufficit quòd sit in maiori parte. quia refertur ad vniuersos, qđ fit per maiorem partem. ut ff. de reg. iur. l. aliud. §. refertur. Item ideò dixi contrata alicuius, quia potest esse fama, opinio siue existimatio publica, nedum in ciuitate, castro, uel uilla, uel uico, de quo nulla dubitatio est. Sed etiam in contrata aliqua prædi-
3 ctorum locorum. Et ideò dicit lex. † quòd ciuitas Romana est diuisa per regiones contratæ, siue certæ partes ciuitatis, vt ff. de offi. præfecti uigi. l. nam salutẽ, in prin. & sic de facto, & consuetudine in alijs ciuitatibus, castris, uillis, & uicis, uidimus obseruari.

4 Circa hoc tamen considerandum est, † quod sit factum de quo dicitur esse fama. nam si ita tale sit siue ita magnum, quòd per famam ab omnibus de ciuitate, castro, uilla uel uico, scilicet à maiori parte ipsorum sciri debuerit, vel sciri soleat, tũc nõ sufficit esse famam de facto prædicto in alia contrata ciuitatis, castri, vel vici. Si verò paruum sit factum, de quo dicatur esse fama, sufficit si in contrata illorum ad quos pertinet illud factum sit. puta D. Brancaleo. & D. Castellanus. de Andalotis, olim fuerunt senatores vrbis Romanæ, nũc est quęstio in ciuitate Bononiæ si fuerunt senatores uel non. ad probationem famæ, sufficit probare famam esse de hoc, quòd fuerunt senatores urbis Romanæ in quarterio Portæ. S. Proculi. vel in contrata ipsorum, certè non: si verò duo populares fuerunt potestates aliquarum uillarum ciuitatis Bononiæ, tunc sit quæstio super hoc. nonne sufficeret ad famam probandam probare de hoc esse famã in
5 contrata ipsorum, certè sic. Si quæstio sit † de offensione facta alicui de maioribus ciuitatis propter quam offensionẽ fuit magnus rumor in ciuitate Bononiæ, parteş fortè fecerunt tumultum, & ad bellum se prępararuerunt, si probatur famam esse de aliquo. qui dictam offensionem fecerit, certè non sufficit probare famam esse de hoc in contrata aliqua. imò probari oportet famam esse per ciuitates & loca similia. Si de offensione facta alicui paruo populari agitur, & fama sit probanda, sufficit ꝓbare famam contratæ, & sic de similibus. Nam super magnis & arduis factis. potissimè magna fama solet oriri, per totam ciuitatem, super paruis solet oriri in uicinia, id quod solet fieri vel euenire considerandum est, ut ff. damn. infec. l. si finitas. §. j. & ff. de
6 ædi ędi. l. quod si nollit. §. qui assidua. † Item ex paruitate uel magnitudine rei diuersa statuuntur iura. ff. de dolo. l. si oleum. & l. seq. & ff. de donat. inter vir. & vxo. l. vtrunq;. Item ideò dixi, illud verbis siue loquella cõmuniter asserendo, quia ex recitationibus singulorũ ꝙstat seu ꝙstare ꝓt sup aliquo esse famã opinionem,

Digitized by Google

7 nem, ſiue eſtimationem, & non aliter, † quia ſine voce nil dicitur, vt ff. de ſupelle. leg. Labeo, in fi. ibi, tamen nemo &c. Item quod ſentitur ab aliquo & in mente ipſius eſt, per verba declaratur, & ideo dicit lex, non arbitror quemquam dicere
8 quod nō ſentit. Item † nemo eſtimandus eſt dicere quod mē te non cogitauit, vt d. l. Labeo. idem Tubero, ſic certarum per ſonarum vehemens opinatio, procedit ex aliquarum perſonarum certarum recitatione, vt colligitur ex no. ff. de aq. plu. arc. l. in ſumma. §. idem Labeo ait. cum igitur &c.

9 Item † ideo dixi, non tamen pro certo vero vel manifeſto, quia illud diceretur ſciri vere, ita quod ſuper eo quis falli non poſſet, vt dicitur de inconſtāte, ad quem cum tota fuerit dubitatio, de qualitate ſolidorum debet doceri, vt contentionem illam dirimat, qui pro fide & induſtria, nec fallitur, nec falli poteſt, vt colligitur. C. de pōderatoribus & aurilla. Li. libro x. fama vero & opinio, ſiue extimatio publica, ſuper incerto procedit, & ideo aliquando dicitur error communis
10 vt ſupra not. Errari vero † dicitur, quando aliud eſt, & aliud creditur, vt probatur. ff. de iuriſd. omnium iudicum. l. ſi per er-
11 rorem, & ff. de iudi. l. ſecun. in princ. Item licet dixerim † quod fama publica & opinio publica. ſint idem, tamen in aliquo differunt, quia fama non poteſt eſſe niſi publica. eſt enim ſuper eo quod omnibus, vel maiori parte ſentitur vt ſupra probatum eſt, & infra tangetur. & ideo dum lex loquitur de fama, non curauit dicere publica, ſed opinio et eſtimatio pōt
12 eſſe publica. & ſi intelliguntur leges allegatæ. Item poteſt eſſe non pub. vt puta, vnius, duorum, vel trium, vel plurium, & de tali opinione vel eſtimatione, quæ non eſt publica, legitur. ff. pro hærede. l. pri. in prin. & ff. de intero. actio. l. de ætate. §. ſi cum eſſet, in ſecundo dicto, & C. de iuramen. calum. l. 2. §. quod obſeruari.

13 Sequitur videre vnde dicatur fama, † & licet per legem aliquam determinatum non ſit. vnde dicatur fama, magiſtraliter tamen dici poteſt, quod fama dicitur mentis fides, ex eo quod in mente ſua omnes vel maior pars ſentiunt, & illud voce declarant, ſiue exprimunt, ipſa procedit, & ſic, fa, interpretatur fides, ma, interpretatur mentis, vt ſic dicatur, fama mentis, fides, vel dicitur fama, a ſono magno, & ſic fama interpretatur ſonꝰ magnus, & ſic dicatur fama ſonus magnus: procedit enim fama ab eo quod communiter agitur & ſenti tur ab omnibus vel maiori parte, vt ſupra notatum eſt, ſic di citur ſuffragium patrocinium quod prēſtant aduocati in cau ſis, & dicitur ſuffragium ſonus ſufficiens, & ſi dicatur ſuffragium a ſu, quod interpretatur ſufficiens, & fragium, quod in-
14 terpretatur ſonus, † nam fragor dicitur ſonus. vt not. magiſtraliter. C. in rub. de ſuffragio. Opotet enim aduocatos in patro-
15 cinando ſonum emittere ſiue facere, cum ipſi dicantur poſtulare. At † poſtulare eſt deſiderium & c. vt ff. de poſtulan. l. pri. §. poſtulare, vt ſic in vtroque vocabulo, in fama & in ſuffragio
16 nomen ſit conſequens rei, † debent enim rebus nomina conſonare, vt Inſti. de donatio. §. eſt & aliud, & C. de epiſco & cle. l. decernimus.

17 Sequitur videre per quot teſtes probetur fama, † & quidem probatur per duos teſtes, quia numerus teſtium & c. vt ff. de teſti. l. vbi. niſi iudici conſtet de dicta fama, quia ſit nota ſibi vt notoria. nam cum quid eſt notum iudici, vt notorium, iu-
18 dicabitur † ſecundum illud. & dicitur notorium quod nulla tergiuerſatione celari poteſt, nec eſt neceſſe quod probetur notorium eſſe. ex quo ſibi notorium erit. vt probatur & colligitur. ff. qui fatiſda. cogan. l. ſi vero. §. qui pro rei qualitate, ibi, euidentiſſime locupletem, & c. & ff. de act. emp. & ven. l. emp. torem. 2. dicto. ibi, quod manifeſtum & c. & in vtraque prædi rum concordantiarum notatur.

19 Sequitur videre, † qualiter fama probetur, & quidem probatur dum teſtes deponunt ſaltem maiorem partem populi ciuitatis, caſtri, ville, vici vel contratæ, ita ſentire de tali facto, & ita no. in dicto §. alias numerus &c. Sed ratio, immo nunquam vidi dicta aliquorum teſtium. qui ſic dicerent ſuper fama. vnde dic, quod porrecta intentione vel capitulo continē te, quod de tali facto eſt publica vox & fama, vel quod de tali, vel in tali facto conſentit publica vox & fama. vt colligitur in d. §. alias numerus. Si quæratur a teſte, quomodo ſcis, debet reſpondere, quia ita ſentit maior pars populi ciuitatis, caſtri, ville, vicini, vel contratæ. hæc ergo verba potius ſunt ad reddendam rationē ſuper fama, quam de fama. & ſi talis reddat ratio a teſte, valebit dictum ipſius. Si dicat teſtis, neſcio, vel ſi dicat, quod hoc audiuit a tali, & a tali, vel a. x. vel xx. hominibus, non valet dictum ipſius aliquid. vt Cod. de teſti. l. teſtiū, ſecundo reſponſo. vnde ſapientes tabelliones quærunt a teſte deponente ſuper fama, quid eſt fama. item quot homines faciunt famam, item vnde habuit originem fama de qua deponit.

20 Sed † nunquid de origine famę eſt quærendum, lege determinatum non eſt. argumen. quod ſic. & colligitur in l. causā & originem ſpectari debere. vt ff. de donatio. l. qui id quod. in primo dicto, & alibi dicit lex iudici non fore ſpectandum. ut ff. depoſiti. l. pri. §. ſi ſeruus. & ff. procio. l. ſi id quod. §. ſi filius
21 † eſt enim hoc ad indagandam veritatem eius de quo agitur, iudex enim modis omnibus quibus poteſt, veritatem inuenire debet. vt colligitur. C. de eden. l. is apud quem. Item originē famæ inquirendam eſſe, optime probatur. C. de offi. rector. ꝓuin. l. iuſtiſſimos. ibi, nam ſi vere, &c.

22 Sed quid ſi rñdeat † teſtis interrogatus ce origine famæ. neſcio vnde habuit originem? puto quod bene reſpondeat, ſi neſciebat de origine famæ. quia poteſt eſſe fama antiquiſſima, & ſuper antiquiſſimo facto. idem tamē ſi ſit noua fama, quia poteſt ſcire teſtis maiorem partem populi ſic ſentire, & tamen nihil nouit de origine eius: Quid ſi reſpondeat quod originem habuit a tali. qui primus hoc cœpit reſpondeo, ꝙ talis reſponſio videtur anihilare dictum eius. cum primitus depoſuiſſet de fama, nam ſi ex dicto vnius. duorum vel plurium aliquid credatur vel dicatur, ab alijs de ciuitate caſtro, villa, vico, vel contrata, potius diceretur teſtimonium credulitatis, vel de credulitate, vel auditu alieno. quod teſtmonium reprobatur a iure, licet de credulitate recipiatur in caſu. vt ꝓbatur & notatur in l. teſtium. C. de teſtibus. vel diceretur ex
23 hoc oriri rumor quidam, & non fama, quia rumor † reproba tur a iure, nec fides ei adhibetur. vt ff. de hæred. Inſti. l. fina. vel dicetur exhoc oriri voces mentales, quæ repprobātur a iure. ut d. l. iuſtiſſimos. Si vero reſpondeat teſtis, originem habuit fama ab ipſo facto, de quo agitur, vel de quo eſt fama, puto reſponſionem optimam, nam factum poteſt hominib. eſſe certum, & tamen ſentiunt illud ita fuiſſe. vt aſſeritur.

24 Supereſt videre de vltimo, ſcilicet † quid operetur fama ꝓbata, vel quis ſit eius effectus. & quidem fama probata aliquā do operatur & habet effectum vt valet contractus celebratus cum aliquo, vt ſic cōdemnari poſſit, exceptione ceſſante. quæ alias ſi non probaretur, illa fama locum haberet. ſi mutuo filiofamilias, de quo fama ſit, quod ſit paterfamilias, nam ſi pecuniam receptam ab ipſo repetam, & ipſe nunc exceptionem opponat, & ego probauero famam fuiſſe tempore dati mutui, quod erat paterfamilias, ceſſabit exceptio ſupradicta, & condemnabitur cum effectu. vt in di. l. ſecun. Digeſt. ad Macedo. & ſic intelligitur. Cod. ad Macedo. l. pri. Idem operatur
25 circa † quaſi contractus, nam ſi fuero in iudicio cum filiofamilias ſine cōſenſu patris, cum eſſet fama, quod dictus filiuſ-
26 familias eſſet pr̄familias, † tenebit iudiciū, quia ī iudicijs quaſi q̄hiť, vt ff. de pecu. l. 3. & idem ſcribit, ſed ſi non fuiſſet dicta fama, nec probaretur, nec inſtantia iudicij, nec ſententia valeret regulariter. Codi. de bonis quæ liber. l. cum non ſolum, in prima colum. in verſicu. neceſſitatem & c. ſic operatur circa iudicium, quod valeat iudicium, & ſententia, & arbitrium, inſtantia, & acta omnino alicuius, vt ſi de iudice, vel arbitrio, vel tabellione, erat fama quod eſſet liber, & erat ſeruus, ut di. l. ſi arbiter. Codi. de ſenten. & interlo. omn. iudi. & l. Barbarius, & licet non loquatur in tabellione d. l. idem, tamen in eo debet intelligi, argumen. dictarum legum, de ſimilibus ad ſimimilia procedendum eſt, vt probant multa iura, nam ſeruus
27 † non poteſt eſſe iudex, vel arbiter, vel tabellio. vt ff. de iudic. l. cum prætor. §. non autem omnes. ff. de arbit. l. Pedius. §. in ſeruum. Codi. de tabul. l. generali in princ. Sicque operatur † di-
28 cta fama, quod valeat teſtamentum factum coram ſeptem teſtibus, inter quos vnus erat ſeruus. de quo eſſet fama quod eſſet liber, vt l. pri. C. de teſtamen. Sed alias dictum teſtamētum
29 non valeret, † quia adhiberi teſtes ſerui non poſſunt in confectione teſtamenti, ut Inſti. de teſt. §. teſtes, ſed in dictis caſibus fama probata reddit id de quo agitur validum vt ſupra probatum eſt.

30 Sed quid operabitur fama † probata, cum agitur ex contractu, & petitur aliquid. ex promiſſione, & probatur famam eſſe, quod ille a quo petitur illud promiſit, vel quid ſi agatur rei vendicatione, vel ſimili actione, & probatur famam eſſe, ꝙ res petita ſit petentis, vel agitur ciuiliter ex quacunque cauſa, & actoris intentio approbatur per famam, nec probatur aliquid aliud, videtur quod non ſufficiat fama probata, quia fama conſetiens, confirmat rem de qua quæritur fides, vt probatur in dicto §. alias numerus, ſi dicatur fama conſentiens confirmat & c. igitur oportet, quod pro actore ſit aliud quod faciat præter famam, quod fama confirmari dicatur, quia ſi nō ſit aliud, quod faciat præter famam, quod faciat pro actore, iā non eſſet quod confirmaretur a fama, reſpondetur & inducetur in argumentū quod fama dicitur confirmare, non quod per ſe non ſufficiat, abſque alia probatione, ſed reſpectu aſſertionis partis, quam aſſertionem fama cōfirmat, & ita ſufficit pro ſe abſque alia probatione, allegauit dom. Accur. ff. de fundo Inſtr. l. cum delanionis. §. aſinā & d. l. j. Cod. de teſtam. & d.

Digitized by Google

Iniſt.dete ſta.§.teſtes,& C.ne de ſtat.defun.l.ſi mater,& ſcriptū eſt in apparatu. Accur.poſito in d.§.alias numerus, p̄ter p̄edicta f.n Io. quaſi Io.prædicta dixerit & conſcripſerit, ſed Ioan excluſo qnod p̄dicta non ſcripſit nec dixit, immo dixit totum contrarium,quod fama ſola non probat in caſibus.s. dictis,& hoc puto ipſam veritatem,q̄ fama probata in caſib. ſupradictis non probat, illud enim quod petitur ex contra-
31 ctu,probari debet per teſtes qui de veritate† & ſua ſcientia te
32 ſtimonium perhibeant.vt C.de teſti.l.teſtium.& ibi not.Item cum†quid petitur ratione dominij vel quaſi, vel ex cauſa ſimili aperte debet probari actoris intentio,vt ff.de rei vendi.l. in rem,& C.de probatio.l. cū res quinimmo actor quod aſſe uerat probare debet,& ei incumbit probatio qui dicit, vt C.
33 de probat.l.actor.& ff.de prob.l.2.Non obſtat d.§.alias nume rus, † quia verum eſt q̄ conſentiens fama confirmat fidem rei de qua quæritur. quando p̄ter famam ſunt aliæ probationes,quæ ſi quidem ſint plene & ſufficiētes, probant per ſe ſine fama nihilominus confirmat fama ibidem, ſi non erant omni exceptione maiores, quod eſſe debet, vt colligitur & probatur.ff.de teſti.l.2.& 3.Si p̄ter dicta illorum teſtium q̄ depoſuerunt ſuper facto de quo agitur, ſit per alios teſtes fama probata,illa fama confirmabit dicta illorum teſtium, & reddent illa valida. vt dicatur actoris intentio plene probata, & ita non loquitur ibi de confirmatione aſſertionis partis. ideo de confirmatione alterius probationis, ſicut euidenter probatur ex teſtibus qui ponuntur in d.§.Primus caſus eſt,a-
34 lias numerus teſtium. Secundus caſus eſt, † alias dignitas & auctoritas.Tertius,alias fama conſentiens confirmat & c.vn de in ipſo caſu multitudo teſtium facit additamētum quoddam ad probationem faciendam per eos, quæ non fieret ſi non eſſet multitudo ipſorum.quia non erant omni exceptio ne maiores,& ſic confirmat probationem faciendam p̄ eos. In ſecundo caſu dignitas teſtium operatur, quod plenam faciant probationem,quam non facerent alias. cum forte non eſſent omni exceptione maiores,vel quia erant amici produ centis,vel ſimili ratione, & ſic dignitas teſtium ſupplet quod alias deficeret, & confirmat probationem faciēdam per eos: in tertio caſu in quo loquitur de additamento quod fit ad aliam probationem, & de confirmatione alterius probationis,vt ſupra notatur, nam vnus caſus determinat aliū & dat
35 intdlligere in quo casu loquitur de fama,ſicut vna†ſcriptura determinat aliam,& declarat.vt ff.de teſta. l. hæredes palam. §.ſed ſi notam.& ff.de leg.j.l.ſi ſeruus plurium.in fi.Non obſt. §.Aſinam,vbi colligitur in fi.quod vulgi opinio eſt ſpectāda. quia illud eſt verum in ſignificatione vocabulorum. vt ff.de
36 ſupplele ct.leg.l.Labeo.§.verum.† Nō ob.l.j.C.de teſt.& teſtes Inſt.de teſt.quia ibi non erat fama ſuper eo de quo agebatur, eſſe factum,vel non eſſe.immo cōſtabat eſſe factum. ſed erat fama alias circa perſonam teſtis adhibiti in confectione teſtamenti,quia talis debet haberi communis opinio,& fama pu tabatur eſſe tempore teſtamenti confecti.ne teſtamentum irritetur,fauent enim iura vltimis voluntatibus. vt probant in
37 infinita iura.Non ob.l.ſi mater.† quod ibi fama probata non probat,principale de quo agitur. ſed inducit præſumptionē ad tuēdum ſtatutum defuncti & filiorum:quia ſi mater com muni opinione & fama,vixit ante mortem,vt libera per q̄nquennium, admodo non poterit quis mouere quæſtionem de ſtatu defunctæ vel filiorū.& ibi ſpeciale fauore libertatis, vnde & contra pupillum & rem publicam inducitur ibi præſcriptio:ſola ergo fama non probat, niſi fama cohæreat.quia ſecūdum naturam ſit id de quo eſt fama.vt ſolet dici de morte Bulgari,petitur p̄ aliquē.qui Bulgarus deceſſit,iam ſunt cē tum anni:quo caſu,ſola fama probat. & ſic ſentit Io. in di.§. alias numerus.Sed non multas grates eidem debemus referre de hoc,per l.vt inter diuinum.C.de ſacroſanct. eccle. Nam præſumptione iuris non viuit homo vltra centum annos, cui ſtatur,niſi contrarium doceat. vnde licet non eſſet fama publica Bulgarum eſſe mortuum.hoc tamen ipſo quod probaretur ætas Bulgari,& inueniretur ætatem Bulgari, exceſſiſſe numerum centum annorum,probaretur & mors Bulgari.
38 & ſic ipſius hæriditas peti poſſet argu.di. l.& ff.de vſufru.l.an vſusfructus.Item ſola fama † probata in modicis quæſtionib. pecuniariis,ſiue ciuilibus, facit deferri iuramenrum illi pro quo facit fama probata per l.in bonę fidei.Cod.de reb.cred.& ſic no.in d.§.alias numerus, non tamen per hoc ſentio quod fama obtineat medietatem plenè probationis,vt infra dicā.
39 Item quid operatur fama†in maleficiis.vt puta, accuſatur q̄s de homicidio vel alio crimine, accuſator non probat aliud niſi famam, & vocem publicam eſſe, quod accuſatus aliud maleficium commiſerit,de quo accuſatus eſt, nunquid ex tali probatione erit condemnandus?certe ſic, ſi verum eſt q̄ ſola fama probata, prohibet id de quo agitur,vt dicere volue runt quidam,ſicut ſcriptum eſt in apparatu or.vt ſupra no.illa tamen ſententia non eſt vera,vt ſupra not. vnde ſi non ſit alia probatio præter famam,abſolui debet accuſatus. nam a-
40 ctore non probante & c.vt C.de eden.l.qui accuſare.† In criminali enim debent eſſe probationes luce clariores, vt Cod.
41 de proba.l.ſciant.& C.de pœnis.l.qui ſententiam,†Quid ergo operabitur fama in maleficiis reſpondeo. quod confirmabit alias probationes aliorum teſtium,qui non ſunt omni exceptione maiores, ut ſupra dixi, in cauſis ciulibus, vnde circa
42 hoc.ibi dicta.& hic repetita intelligātur.†Sed nunquid operabitur, vt torqueri poſſit accuſatus ſecūdum iura communia, nam ad veritatem maleficii inueniendi, torqueri poteſt accuſatus,vt colligitur in d.l.qui ſententiā.& probatur Cod.de quæſtio.l.cum cognitionaliter, in fi.& l.milites ibi inueſtigandæ veritatis gratia & c. & ff.de quæſt.l.pri.in princ.& in §.Diuus,& in alio.§.diuus& in aliis infinitis,præcedentibus†tamē
43 indiciis,a quæſtionibus enim inchoandum non eſt, niſi præcedant indicia ſiue argumenta.ut in d.l.milites,in verſi. oportet,& Cod.ad l.Iul.m aieſt.l.ſi quis alicui in glo.& ff.de quæſt. l.pri.in princ.& in l.vnius.§. in ea,cum ſimi. Et videtur quod quia confirmat fidem rei de qua quæritur,ſed hoc verum nō puto,ſecundum iura Romana,nam fama probata iuducit indicium,ad alias probationes validandas,vt ſupra no. Ex indicio vero non proceditur ſecundum iura cōmunia, ad quæſtiones,ſed ex indicijs.vnde ſi p̄ter famam eſſet aliquod in-
44 dicium q̄tra accuſatum,†vt puta dictum vnius teſtis,quod q̄dem facit indicium.vt ff.de dote prælegata. l.Theopompus.ſi enim duo faciunt plenam probationem, ergo vnus ſemiple-
45 nam. Nam ius q̄nod obſeruatur in toto quo ad totum. obſeruatur in parte quo ad partem. vt ff. de rei vendicat. l. quæ de tota.ff.de vſ.qui ſcit, vel ſi conſtaret accuſatum eſſe inimicū accusatoris,illa inimicitia induceret indicium, ſiue adminiculum maleficii ab eo commiſſi.† Nam de inimico lex p̄ſumit omne malum.vt colligitur.Digeſt.de quæſtio.l.pri.§.præ-
47 terea. † Et ideo non cogitur accuſatur legationem aſſumere ad amicum accuſati,quaſi amicus accuſati incipiat eſſe inimicus accuſatoris,vt ff.de legationibus. l.ſciēdum.§.ſi accusatio.
48 & eadem ratione repellitur † inimicus aliquando a teſtimonio perhibendo,contra inimicum,vel ſi recipiatur, eſt factū ius opponendi contra dictum ipſius,ratione inimicitiæ. vt in Authen.de teſti.§.ſi vero,& ad hoc di.l.3.ff.de teſti.in princip.
49 †Idem ſi ſe iactaſſet accusatus de maleficio committendo, nam talis iactatio induducit indicium, quod maleficium poſtea commiſit.ſi talis ſit perſona quæ veroſimile ſit, quod tale maleficium perpetret.argumen.C.quod me. cau.l.metum.
50 & ff.quib.ex cau.maior.l.ſecun.& ter.†Idem ſi viſus fuiſſet accuſatus fugere de loco maleficii tempore maleficij commiſ-
51 ſi,nam fuga ipſius faceret indicium.†Nam dicit lex. quod fuga accuſat fugientem.ut in Authen.de exiheben. & introducen.reis.§.ſi vero, cum quidem. Idem alias maleficium perpetraſſet in perſonam illius qui nunc dicitur offensus vel etiā
52 alterius.quia qui ſemel fuit malus. † & nunc p̄ſumitur malus.vt ff.de accuſatio.l.ſi cui.§.ijdem. Idem ſi aliud foret indicium. quod quilibet curioſus lector poterit de facili perpendere,ſecundum facti varietatem,tunc in omnibus ſupradictis caſibus exiſtente alio indicio p̄ter famam probatam ad tor
53 menta poſſet procedi.non aliter.†Eſt enim a iudicibus valde conſiderandum, quam maturè & ponderoſe loquitur lex.
54 dum dicit de indicijs ex quibus proceditur ad tormenta. † Et ideo dixi secundum iura communia ſiue Romana.quod quā do lex municipalis.determinat,quando ſit ad tormenta procedendum.per poteſtatem vel iudicem ſecundum illam legē municipalem eſt procedendum, & non aliter. Nam ciuitas Bononienſis habet legem municipalem. quod nullus ponatur ad tormenta,niſi in certis caſibus terminatis in ea:& ſubijcitur in eadem lege municipali quod in dictis caſibus poſſit quis ad tormenta poni. ſi contra accuſatum ſint violen-
55 tæ p̄ſumptiones, de quibus violentis p̄ſumptionibus inf. dicam.†Et ideo dixi secundum iura communia ſiue Romana.quia quando poteſtas habet arbitrium, etiam ſi non eſſēt indicia plura,ſed vnum tantum,poſſet ad tormenta procede
56 re,†quia dare arbitrium poteſtati,nihil aliud eſt, quam dicere,quod bona fide procedat, ut ſibi placuerit.& ut ſua conſcientia ſibi dictauerit, nam arbitrium ſupradictum poteſtati ſiue iudici dat largas habenas.et hoc vult arbitrii interpretatio. Item quid poſſit facere poteſtas ſiue iudex ex tali arbitrio ſibi dato, potius capitur ex conſuetudine terrarum quā
57 ex iure.†Nam pro lege omnia debent poteſtates & iudices facere ſecundum legem,& ideo dicit imperator omnia ſecundum legem agi volentes & c.vt in Authen.in medio litis non fieri ſacras ſun.in prin.vñ cū datur arbitriū poteſtati,nō dicat quis ad boni uiri arbitriū,reducendū,arbitriū ptātis,vl q̄dēnationē ab eo factā,aliud.n.eſt priuatos q̄promittere in arbitratores.quo caſu ipſius arbitriū reduci dēt ad arbitriū boni vi-

vt

Digitized by Google

vt ff.pro soc.l.si societatem mecum, cum quatuor seq. legibus.aliud est per legem municipalem vel reformationē populi,siue decurionum dari arbitrium potestati, quo casu per
58 arbitrium,habet potestas quod dixi.Caueant,†tamen sibi potestates & iudices.ne prętextu arbitrii procedant ad tormenta sine aliquo indicio.quia saltem debēt habere indicium, p quod moueatur animus ipsorum, quod accusat⁹ sit culpabilis maleficii de quo accusatur.Item licet in procedendo & in maleficio cognoscendo,possint obtinere ordinem & solennitatem iuris ex consuetudinaria & communi interpretatione arbitrii,non tamen prorsus non possunt vel debent omittere:Itē & cū ad sniam peruenerint,caueant ne ratione arbitrij condemnent ex sola conscientia,vel ex sola fama, vel ex dicto vnius testis.sed si inueniant probatum maleficium, tūc condemnent.Idem si non sit omnino plene probatum, sed si ad probationem plenam ad modicum deficiat. forte ratione testium.qui non sint omni exceptione maiores.nam tunc cō demnent secure per arbitrium quod habent, si tamē eorum
59 conscientia & animus cum probatione concurrit.†Tenetur enim potestas qui habet arbitrium,de dolo & lata culpa iudi
60 cio meo,sicut depositarius,vt ff.depositi.l.quod Nerua. † Sed quid si maleficium est probatum per vnum testem omni exceptione maiorem,item per famam & vocem publicam.nūquid poterit condemnare potestas?respondeo quòd non.secūdum iura Romana & communia. nam probata fama habet confirmare probata.vt d.§.alias numerus.& sic nō habet probare,ex arbitrio tamen quod habet potestas bene poterit cōdemnare.& bona fide videtur procedere si condemnet, nec propter hoc intelligo plene probatum.quia famam non pu-
61 to facere dimidium probationis plene.†Ex eo quòd officium famę videtur tantum esse in confirmando probata,vt di.§.alias numerus.patet igitur ex prædictis probationem famæ, & in pecuniarijs,siue ciuilibus quæstionibus,& in criminalibus sibi vendicare locum. & hoc manifeste probat dictus. §. alias numerus vbi fit mentio de fama consentiente.Nam illa lex loquitur in multis locis in criminalibus.Item.l.i.dicti tituli loquitur in vtrisque. Viso de fama,sequitur de indicijs.†Primo qd
62 sit indicium. Secundo vnde dicatur, Tertio ex quibus indiciū habeatur.Quarto quis sit effectus indicij. Et quidem indiciū aliquando ponitur,pro demonstratione quam homo homini facit.sicut est quando mercede tibi data mihi indicas, id-est demonstras furem rerum, vel fugitiuium meum. vt ff. de præscrip.verb.solent.Item aliquando dicuntur indicia, plena probatio testium,sic accipiuntur indicia.C.de rei vendica.indicia.Sed de illis indicis non curramus.Aliquando dicitur indicium signum alicuius maleficii commissi,vel alterius rei de qua agitur.vt colligitur ex legibs tractantibus de indicio, uel indiciis,quæ supra allegantur.

63 Sequitur videre,†vnde dicatur indicium. & dicitur ab indico.sicut probatur in d.l.solent.

64 Exquibus † indicium habeatur. certe ex ijs quæ notaui in præcedentibus notādo de indicio.quod debet esse cum fama, ut fāma probata posset ad tormenta procedi.

65 Quis sit effectus indicij,†& certe iosius effectus est. vt moueat animum iudiciis ad credēdum accusatum de maleficio, commisisse maleficium.& si plura sint indicia.propter illa poterit accusatus torqueri.vt dicūt dictæ leg. allegatæ.quæ de indiciis tractant,ista vero indicia aut sunt ad probationem indubitata,aut sunt dubitata.primo casu quando sunt ad probationem indubitata,tunc ex ijs proceditur ad sententiam condemnatoriam.secundo casu non. sed mouent animum iudicis & c. vt supra dixi. Sed vbi erit exemplum de indiciis in-
66 dubitatis.Certe exempli gratia solet ita dici†est camera habēs vnum aditum & exitum,& non plures. de dicta camera exijt siue egreditur aliquis pallidus, cum gladio sanguinolento in manibus, statim post eius exitum inuenitur in dicta camera homo occisus cum gladio,ista certe sunt indicia ad probationem maleficii indubitati, sic debet inteligi.l.sciant.C.de pro-
67 bat.†Nam paliditas,siue trepidatio est vnum indicium contra ipsum, argumen.ff.de quæstio.l.de minore.§. pen.Delatio
68 gladii est aliud indicium.†Nam deportantibus arma lex presumit omne malum,vt colligitur & not.in Authen.de armis in pluribus locis.& C.vt armorum vsus & c.l.i.Item quod gla-
69 dius erat sanguinolentus,†& ex qualitate facti capitur coniectura.ff.de dona.inter virum,& uxor.l.vtrum,cum similibus. raro tamen inuēiuntur talia indicia. Vnde subiiciamus aliud exemplum de indiciis ad probationem indubitatis, quæ de fa-
70 cto possent venire.†Ecce occiditur Titius in aliqua vinea vel fundo,accusatus est Seius, quòd dictum Titium interfecerit, nulli testes deponunt, quod Seius occiderit eum, sed proba-
71 tur hoc,videlicet quod Seius erat inimicus Titij.† Item dicūt
72 tests quod viderunt Seium admenantem cum gladio contra Titium.†Item probatur per testes quod Seius fugit tempore dicti maleficii,de loco in quo fuit commissum dictum male-
73 ficium.Item probatur vox†& fama quod dictus Seius occiderit istum Titium, certe omnia ista iuncta simul, & si singula pro se non sufficiant,vel duo ex eis.quę tamen sunt quatuor, quorum quilibet indicat dictum Seium prædictum maleficium commisisse: bene probant dictum Seium occidisse dictum Titium.sic intelligo d.l.sciāt,& d. §. alias numerus in fi. & ibi not.

74 Ecce aliud exemplum,†accusatur aliquis puta Seius. quod Titium fecit occi.non sunt testes qui hoc dicāt, sed ꝓbaī hoc contra Seium.videlicet quod erat inimicus Titii: Item quod dictus Seius tempore maleficii perpetrati, erat prope locum maleficii.Item quod dictus Seius perpetrato homicidio,recceptauit homicidam:Item quod homicida erat domesticus & familiaris Seii:Item quod Seius iactabat se, quod faceret dictum Titium occi.& est homo de quo verosimile sit, quod hoc faceret,& hoc facere posset. Item quod olim aliquę offensiones factæ fuerunt inter prędictos Titium & Seium,ista certe satisvidentur facere indicia indubitata. ꝙ ille Seius fecerit occidi prædictum Titium. & sic possunt intelligi prædictæ concordantiæ.

75 Sequitur videre de argumento†& præsumptione, prædicta vero duo dicuntur idem quod indicia,ex quibus procedi tur ad tormenta.vnde argumenta dicuntur indicia.sicut colligitur.C.de falsi.vbi in prin.& d.l.milites,versi.oportet,ibi sed
76 argumentis & c.& d.l.vnius.§.in ea.†Item pręsumptio & sus-
77 picio,sunt idem. & sunt sicut indicium.† Ex præsumptione vero,vel suspicione quis damnandus non est.ut ff. de pœnis l.absentem,in princp.& ff. de mino.l. 3. circa princi. sed si ei probaretur.Falllit tamen, C. de adult.l.si.adulteri, & in Authen.vt lic.matri & auiæ. §. si illud. Præsumptionum autem multa sunt genera,quę non prosequor,quia no.ff.quod me. cau.l.non est verosimile,&†quod dixi pręsumptionem & sus-
78 picionem esse idem,ītelligo de pręsumptione & suspicione, quam habet iudex contra accusatum,& de tali prescriptione loquitur lex.ff.de pœn.l.absentem.& ibi dixit glos.not.quem ex suspicione non damnari.& ita sentit quod suspicio sit prę-sumptio:item de tali suspicione loquitur lex.ff.de quæstio.l.i. circa prin.ibi cum suspectum.&c.& §.i.ibi a suspectissimo,& c.& §.diui fratres,& ff.de condi.Instiru. l.quidam. 2.dicto.Est autem hominis suspicio de qua loquitur.ff.de acquiren.poss. l.pri.& l.clam possidere in princ.ff.de cond.cau.da.l.cum seruus,quę quidem hominis suspicio non est aliud indicium. de quo supra nota.scio tamen quod Italici vtuntur hoc vocabulo,quia dicunt quod est pręsumptio violenta.vnde dicit lex municipalis Bononiæ,quod nullus ponatur ad torculum siue tormentum nisi in certis casibus in quibus potest quis poni,videlicet si sint cōtra eum præsumptiones violētæ.
79 Quæ ergo dicantur violentę†pręsumptiones, respondeo magna indicia,quę sunt minus indiciis indubitatis, & plus indiciis simplicibus,ex quibus proceditur ad tormēta, vt dictum vnius testis cum fama publica, vel dicimus pręsumptiones violentas indicia,ex quibus proceditur ad tormenta.Nam et illa dicuntur manifesta argumenta.

FINIS.

BARTHOLOMEI TAEGII IVRECONSVLTI MEDIOLANENSIS TRACTATVS VARII AD CRIMINALES causas pertinentes.

De crimine.

SVMMARIVM.

1 *Crimen quadruplex dicitur.*
2 *Differentia inter crimen delictum & maleficium.*
3 *Crimen proprie non potest esse nisi adsit animus ad delinquendum.*
4 *Statutum dicens quod bannitus de crimine possit impune offendi an comprehendat bannitum pro ludo prohibito.*
5 *Delictum dicitur quando est animus ad delinquendum, & quando non est animus.*
6 *Delictum non est vbi non est pœna.*
7 *Maleficium proprie dicitur omne malum officium,& omne malum factū siue verbis siue literis id fiat.*
8 *Duplicatio pœnæ in maleficiis habet locum in Blasphemante, uel in palatio,vel de nocte iniuriante.*

Digitized by Google

9 *Quæstio nominum pertinacibus grammaticis est relinquenda.*
10 *Quænam crimina dicantur priuata & quæ publica.*
11 *Quæ delicta dicantur leuia, grauia, grauiora & grauissima.*
12 *Leuia delicta dicuntur vbi dolus non requiritur, vel quando dolus interuenit circa rem modicam.*
13 *In dubio in modicis non præsumitur dolus.*
14 *Grauia delicta dicuntur quæ dolum requirunt, & tendunt in graue præiudicium alterius.*
15 *Grauiora facinora sunt publica delicta, & quando non imponitur pœna mortis.*
16 *Grauissima scelera appellantur crimina publica vbi imponitur pœna mortis.*
17 *Quænam sint crimina ordinaria, & quænam extraordinaria.*

PARS PRIMA.

TRactaturus crimlnũ Materiã, opportunũ duxi, volens sequi vestigia l.C.in l.j. ff. de iusti.& iure re,& in l j.ff.de orig. iur. Primo demonstrare quid sit crimen, Secundo, quæ sunt criminis partes, Tertio quomodo crimen deducatur in esse, Qnarto qua pœna plectantur hi qui mediate & accessorie crimina committunt, Postremo quibus modis criminum censuræ cõsiderari & terminari debeant, †Crimen igitur quadruplex dicitur, quandoque quodlibet delictum, siue leue, siue graue, sit, siue ex deliberatione, siue ex ignorantia procedat, crimen appellatur tex.est in cap. vnum.in ver.nomine autem criminis.distinct. 25.interdum dicitur crimen, infamia procedens ex crimine. vt d.ca.vnum.in ver.in epistola, sæpenumero crimẽ vocatur omne peccatum quod ex deliberatione procedit siue illud sit mortale, siue veniale.vt in d.c.vnum.in ver.criminis appellatio. aliquando id solum assumit nomen criminis quod est dignum dispositione, Tex.est,& ibi glo.in d.c.vnum.25.distinct. in ver.nomine, †Plerique non contemnendæ auctoritatis viri affirmant differentiam esse inter crimen, delictum, & maleficium, asserentes †Crimen esse quotiescunque adest animus ad delictum committendum.vt in l.j.C.si aduersus delicta, in principio.†Ex quo infertur ad statutum dicens quod bãnitus de crimine possit impune offendi, vnde si quis est bannitus pro ludo prohibito potest impune offendi, ex quo ludus prohibit⁹ fieri non potest animo non existente,& voluntate ad contraueniendum legi.Bar.in §.illud.in proœmio digestorum, †Delictum etiam dicitur quando est animus ad delinquendum, & quando non est animus.text. in l.j.C.si aduer.delict.ad idẽ est tex.in l.respiciendum.§.delinquunt, ff.de pen. licet Alexã. †Dicat non esse delictum vbi non est pœna tex.in l.j. §.j. ff. ne quis eum qui.hæc tamen omnia confunduntur, & vnum capitur pro alio, vt voluit Archi in c.i.de cle.coniug.lib. 6.& est tex.in l.j.& ibi Alber.ff.de leg. † Maleficium proprie dicitur omne malum factum siue.verbis, siue literis id fiat, tex. est in l.ex maleficiis.ff.de acti.& §.j.Inst.de oblig.quæ ex delict.nasc. vbi dicitur nasci obligationes ex delictis, veluti ex furto, damno & iniuria, & sic vult quod iniuria simpliciter sit maleficiũ, vnde sequitur, quod in statuto, vbi verba proprie & stricte interpretantur.l.interpretatione & l. preces de pœn. maleficiũ dicitur omne malegestum, †& duplicatio pœnę in maleficijs habet locum in blasphemante, vel in palatio, seu de nocte iniuriante, vt affirmat Bald.in l.j. C.de crimi.Stellio.Nulla ergo prædictorum nominum habita ratione ad delictorũ seu criminum distinctionem venio, †cum quæstio nominum pertinacibus grammaticis sit relinquenda.glos.& Doct.in l.fina. C.de const.pec.glo.& Doct.rub.ff solu.matri. & late Plotus in eius grammatica legali.§ Nomen, † Et eorum dico quædam esse priuata, vt furti, iniuriarum, abigeatus, & similium ad quorum accusationem regulariter nullus admittitur, nisi cuius interest, vt per totum Titu.de priua. iudi. Nisi tamen pœna veniret applicãda fisco, tali enim casu quilibet admittitur ad accusandum glo.Din.& Bar.in rub.de popu.actio.& hæc quare dicantur priuata, ponit Marian.Soci.in repet.c. veniens.de accusat.Et quædam publica vt homicidiũ, adulterium, & similia ad quorum accusationem admittitur quilibet de populo,& notandum est, quod crimen publicum tribus modis intelligi potest, late, latissime,& stricte declara, vt per Barto.in l. j.ff.de publi.iud.Publicorum enim iudiciorum quædam sunt capitalia, & quædam non capitalia, vt in l. 3. de pub. iudi. †Subdiuiduntur etiam delicta in leuia, grauia, grauiora & grauissima, †Leuia dicuntur vbi dolus non requiritur, vt quãdo aliquid contigit per imperitiam, vel culpam sine dolo, vel quando dolus interuenit circa rem modicam, Panormita. in cap.tuæ de pœ.†In dubio tamen in modicis tamen in modicis non presumitur dolus cum pro re modica quis non præsumatur velle delinquere, Cauet.consilio 75.Accusator.col. 4.versicu.fortius facit.volumi.pri. Alexand.consilio 74. col.2. volu.1.Oldra.consi.162.Thema tale est, †Grauia delicta dicũtur, ut priuata crimina quæ dolum requirũt,& tendunt ĩ graue præiudicium alterius, seu reipublicę.l.respiciendum. §. furta.de pœn.Bald.consi.412.& consi.388.quarto volu.†Grauiora facinora sunt publica delicta,& quando non imponitur pęna mortis.Abb.in di.cap.tuæ.de pœ. † Grauissima uero sceleera appellantur crimina publica vbi imponitur pœna mortis, vt late Flo.post Barto.in l.liber.homo,ad. l. Aquil. Et horum criminum quædam sunt etiam †Ordinaria, vt adulterium, stuprum,& similia de quibus in l. j. de pub. iud. & quædam sunt extraordinaria non habentia nomen aliquod, & quæ extra ordinem plectuntur, nec Ideo extraordinaria vocantur, quia etiam multa sunt ordinaria quæ extra ordinem puniuntur, Specu.in titu.de accusat.versic.nunc formæ,& quia circa pœnarum impositionem tria sunt consideranda, videlicet, cogitatio, actio,& perfectio. Aut enim quis tantum cogitat, aut tantum agit, aut tãtum perficit, aut cogitat & perficit simul, aut agit & perficit simul, aut cogitat & agit simul, sed non pficit, aut cogitat, agit & perficit simul, Aut nec cogitat, nec agit, nec perficit.

De his qui sola cogitatione delinquunt.

SVMMARIVM.

1 *Propter solam cogitationem de iure ciuili nemo puniri debet.*
2 *Historia Sultani Solini Solimani Turcarum Tyranni.*
3 *Sola cogitatio de iure canonico est punibilis.*
4 *Qui in fide dubitat infidelis est.*
5 *Error in fide est principium hæresis, & pertinacia est ipsa perfectio.*
6 *Hæreticus proprie ille est qui de articulis fidei & sacramentis ecclesiæ aliter sentit quam Romana ecclesia, & in opinione sua pertinaciter insistit.*
7 *Qui mutuat pecuniam animo vt aliquid vltra sortem recipiat, in iudicio animæ iudicandus est vsurarius.*
8 *Sola cogitatio est punibilis in eo qui animum habuit periurandi, furandi et carnaliter mulierem cognoscendi. & nu.9.*

PARS SECVNDA.

COgitationis pœnam nemo Patitur, vt inquit Vlpianus in l. cogitationis. de pœn. †licet Impius Barbarus Sultan Solinus Solimanus Turcarum Tyrannus in vrbe Cõstãtinopolitana paucis ab hinc diebus Hispanum quendam ex eius strenuis belli ducibus, qui fidem Christi abnegauerat sequendo Mahumeti perfidiam,& ob hoc eidem carissimum, crudeli morte trucidari fecerit, eundem viuum palo ferro infigi faciẽdo, eo quia postquam eidem pepercerat ob fugam prępaparatam per eum, vt in Hispania reuerteretur, nauibus quibus pręerat: Hispanus ipse dixit fugam dulcedine patriç præparasse, non animo offendendi eundem Solimanum nec eius regna, quia si eundem offendere voluisset id sibi de facili erat ĩ promptu, cum Solimanus ipse plurimum de ipso confidebat Hispano, adeo quod eundem iam senem & tibia valitudinarium potuisset occidere, dum familiariter in naui essent, ita quod se se saluare potuisse, quod tamen facere nunquam voluit,& ob talem cogitationem possendi eundem offendere illum morti tradidit, Res quidem Barbara & tyrãnica.sed nutu diuino id factum creditur, ex quo sanctam Christi fidem abnegauerat, †De iure tamen canonico punibilis est sola cogitatio, †vnde qui in fide dubitat infidelis est.cap.pri.& cap.ad abolendam.extra de hæret.Nec obstat si dicatur quòd dubius in fide non solum delinquit cogitatione, sed etiam perfectione, cum ipsa dubitatio sit perfectio delicti hæresis, quia respõdetur, †quod † error in fide est principium hęresis, & pertinacia est ipsa perfectio, † cum proprie hęreticus ille sit qui de articulis fidei & sacramentis ecclesię aliter sentit quam Romana ecclesia, & in opinione sua petinaciter insistit, nec paratus est corrigi, ita dicit tex.in cap. dixit Apostolus & capi.in ecclesia.24.quæstio.3.& ita declarat Archi.in cap.hęresis.eadẽ q.Felyn.in rub.de hære.quæstio.prima.numero tertio.& ita est de mente Aegidij Bossij in suo tractatu de hęre. in principio Accedat etiam quod sola cogitatio est punibilis ĩ eo qui mutuat pecuniam sine aliquo pacto, eo tamen animo, ut aliquid vltra sortem recipiat alias non mutuaret si nihil crederet habere vltra sortem, talis enim in iudicio animæ est iudicandus vsurarius, vt ex euangelio Diui Lucæ manifeste cognoscitur, in quo dicitur, Date mutuum nihil inde

Digitized by Google

inde sperantes,ita super hoc casu consulenti responsum fuit per Vrbanum Tertium Pontificem.c.consulunt.de vsuris† Idē
8 dām est de eo qui animū habuit perurandi.c autem.21.q.v.
9 †Idem dicendum est de eo qui habuit animum furandi.cap.si propterea.de pœ.Cle.j.& c.qui autem.21.qō. v.Idem de eo qui viderit mulierem ad concupiscendum eam, quia iam mœatus est illam in corde suo, ut in sacro dicitur euangelio.

De his qui tantum agunt.

SVMMARIVM.

1 *Qui præferendum aliquid acceperit,& non sciuerit esse furtiuum,non punitur.*

PARS TERTIA.

PRopter solam actionem
1 Non imponitur aliqua pœna. † Vnde si qui aliquid perferendum acceperit, & non sciuerit esse furtiuum, nulla plectitur pœna.l.si quis.ff.de fur.

De his qui sola perfectione delictum deducunt in esse.

SVMMARIVM.

1 *Dominus in qua fabricatur falsa moneta est confiscanda, etiam quod dominus ignorauerit,dum tamen proximus loco fuerit.*
2 *Iudex qui non dolose,sed per imperitiam omnisserit facere ea quæ de iure facere tenetur inquantum iudicāti visum fuerit tenebitur.*
3 *In allegante ignorantiam facti præsumitur bona fides.*
4 *In allegante ignorantiam iuris præsumitur mala fides, quæ præsumptio allegationi ignorantiæ resistit.*
5 *Ignorantia iuris an excuset a dolo.*
6 *Error iuris implicīti dicitur probabilis,non secus ac error facti..*
7 *Delictū probabili ignorantia cōmissum non punitur ab inferiore a prīcipe.*
8 *Qui errat in his quæ sunt iuris naturalis vel gentium non excusatur.*
9 *Ignorantia earum quę sunt introducta ad rigorem iuris obseruandum non excusat.*
10 *Rustico non parcitur qui non fecerit inuentarium, aut cessauerit in solutione canonis emphyteutici per triennium, aut ignorarit sibi obstare præscriptionem.*
11 *Vbi rusticitati parcitur,non parcitur quando rusticus est sagax.*
12 *Errans in iure ciuili vel statutario notorio & indubitato non excusatur.*
13 *Ignorantia iuris non excusatur rusticum ad dolo,quando sumus in his quę sunt contra speciem honestatis.*
14 *Ignorantia affectata æquiparatur scientiæ.*
15 *Ignorantia an sit affectata quomodo cognoscatur.*
16 *In his quæ sunt introducta ad solemnitatem & formam actus, delinquēs ignoranter, rusticitate & simplicitate non excusatur.*
17 *Rustico erranti in iure ciuili parcitur cum peritiores consuluere non potuerit nec fecerit.*
18 *Delinquentibus ignoranter simplicitate aut rusticitate succurritur tantū in casibus a iure expressis.*

PARS QVARTA.

SOla perfectione Crimina deducunt in esse, cum præter dolum omittimus facere illud ad ꝙ de iure tenemur,ipsa.omissio est delicti ꝑfectio sine præcedē te cogitatione & actione,vt ī l.j. C.de fal. mone.
1 & ibi glo.in ver.punienda,† vbi dr, ꝙ domus in qua fabricat falsa moneta est ꝙfiscanda ēt ꝙ dns ignorauerit, dum tñ ꝓximus loco fuerit,†Et iudex q nō dolose,sed ꝑ imperitiam omisserit facere ea,quæ de iure facere tenetur,in q̄tū iudicanti visum fuerit tenebitur,si aūt dolose neglexerit, tenebit ad verā litis examinationē,ita Ale.ꝑ l.si filius.§.j.de iudi. & ē Decisio speculatorisī ti.d disꝑu. & allonib.& fi.ver.sed qd si nolit, & licet rr ignorātia excuset a delicto,intelligēdū tñ est de
8 ignorantia facti,& non iuris,† quia in allegante ignorantiā facti præsumitur bona fides, & ꝙ nullus in eo fuerit animus delinquendi, quæ præsumptio iuris allegata ignorantiæ non resistit.ut in l.pen.C.de præsc.lōg.temp.& in l.si cura.§.ex iniusta. ff.de fideico.lib.& & l.hoc autem.ff.de admi. tu.& l.veri⁹.
4 de probat.†in allegante autem ignorantiam iuris prēsumitur mala fides, & per consequens dolus & animus delinquendi, qa talis præsumptio allegationi ignorantiæ resistit.l.2.§.a Pupillo ff.pro empt.& leges.C.de leg.& l.i. ff.de iuris & facti ign. vbi dr, ꝙ si decesserit agnatus meus, & omissero petere bonorum possessionem intra terminum centum dierum⁹, ex quo sciuerim eum defunctum nō excusari si ad defensionem meam dixero ignorare mihi ex successorio capite bonorum possessionem competere,& ratio est,quia error est in iu
5 re,& non in facto,† Non desunt tamen viri maximę auctoritatis, qui teneant ignorantiam iuris excusare a dolo. glo.est notabilis in l.plagij.C.ad l.Fla.de plag.& in l.i.de Abig. & pro illis est tex.in l.sed & si lege.§.siue.& ibi Bar.ff.de peti.hære.& etiam voluit Pau. Cast. consilio ducentesimo septuagesimo-septimo.in causa carceratorum. colum. secun. Decius consi. 37.in causa rigorosa accusationis.l.4.Bal.consi.9.ad euidentiā
6 dicendorum.lib.3.†Scias vlterius,quod error iuris impliciti dicitur probabilis non secus ac error facti. Alexand.consilio
7 92.quod fuerit iuste condemnatus.colum.4.libro primo.† Et delictum probabile ignorantia commissum non punitur ab inferiore a Principe.Rom.in l.de pupillo.§.nunciationem. ff.
8 de noui operis nuncia.†Prædicta tamen non procedūt in his quę fiunt tam omittendo quam committendo contra ius naturale,aut ipsius iuris naturalis rationem.tex.in l.2.& ibi glo. & Docto.Cod.de in ius vocan.Bart.in l.respiciendum.§.delinquunt.ff.de pœn.Panormi.in capitu.super literis.colum. 6.superglo.in versicu.simplicitate.de rescript. Item non procedūt in his quę fiunt contra ius gentium, per id quod notabiliter scribit Bald.in l.si quis in tantam.colum. 3. versicu. septimo
9 quęritur.Cod.vnde vi. † Intellige etiam non procedere in his quæ sunt introducta ad rigorem iuris obseruandum.glos.in l.
10 cum quis.& ibi Barto.& Bald.C.de iu.& facti ignorantia.†Et ideo rustico non parcitur, qui non fecerit inuentarium, aut cessauerit in solutione canonis emphyteutici per triennium, aut ignorauerit sibi obstare præscriptionem,& tacuerit in repetendo rem suam.glo.in l.in luris.secun.ff.de iu.& facti igno
11 ran.†Item notandum est,quod ubi rusticitati parcitur, non parcitur quando rusticus est sagax.glos. in l.athletæ.§. rusticis.
12 ff.de excusat.tuto.† Adde etiam, quod non excusatur is qui errat in iure ciuili aut statutario notorio & indubitato. Ang. in l.ex consensu.§ vltimo.ff.de appella.& ubi quis facit uel omittit contra ius ciuile vel statutarium notorium & indubitatum,vel contra proclamata notoria, prēsumitur esse in dolo,& non excusatur.Plotus.d.l.si quando.numero 260. versi.
13 secundo,quotiescunque ignoratur.Codi.vnde vi.†Item ignorantia iuris non excusat rusticum a dolo, quando sumus in his quæ sunt contra speciem honestatis.Bald.in l.cumque.Di-
14 gest.de serui.fugi.†Item notandum est,quod ignorantia affectata æquiparatur scientiæ. capitu. eos. de tempo. ordin. Et ideo fingens se ebrium, si omiserit facere illud quod de iure
15 facere tenet nō excusat.arg.text.in c.ita fidei. de iu.fis. † & ex personarum qualitate cognosci,ac præsumi potest,an ignorā tia sit affectata vel ne,per tex.in l.an inutilis.Digest.de accept.
16 † Item delinquens ignoranter rusticitate & simplicitate non excusatur,quando sumus in his quæ sunt introducta ad solemnitatem,& formam actus, exemplum in rustico qui in testamento non adhibuit septem testes, ei non patrocinatur error iuris,vt affirmat Bald.loquens in rustico, minore,milite, & muliere,in cap.vltimo.de confes.Alexan.consi.166.libro 6.&
17 consilio 7.attentis & ponderatis.colum.vlti.libro 7.†Item aduertendum est, quod rustico parcitur erranti in iure ciuili, cum peritiores consulere non potuerit. text. est in l. bonorum possessio.& Docto.in l.iuris.Codi. qui admi. Rom.in l.si duo.ff.de acquiren.hære. Et si in loco vbi habitant rustici desunt periti,consulant vicinam ciuitatem proconsules, alioquin non excusantur.Bald.& recentiores in l. iuris ignorātia.
18 Cod.qui admitti.tex.in l.Diuus.ff.de tuto.& curato.†Aduertē dum est,quod delinquentibus ignoranter simplicitate aut rusticitate succurritur tantum in casibus a iure expressis.glos. in capitu.vlti.pri.quæstio.4. Alexand.in l. si quis.id colum.3. versicu.Item nota quod rusticus.ff.de iurisd.omnium iudic.Deci.consilio 247.incipiente,viso puncto.col.2.versi.sed supradictis,& quod dictum est in rusticis,idem expresse statuitur in muleribus per d.glo.

De his qui cognitione et perfectione tantum delinquunt.

SVMMARIVM.

1 *Iudex qui dolo omittit expedire processus, & super denunciis assumere indicia,ita facit litem suam negligendo,sicut faciendo iniustitiam.*
2 *Magis punitur negligens quam faciens.*
3 *Plus peccat iudex qui negligit,quam qui imprudenter male iudicat.*
4 *Negligens dolo præsumpto mitius punitur quam negligens vero dolo.*
5 *In crimine læse maiestatis sola scientia punitur.*
6 *An delicto excusatur,qui non reuelat quod probare non potest.*
7 *Nullus debet se submittere tormentis.*
8 *Non est culpa non ponere se in discrimine vitæ.*
9 *Primi motus non sunt in potestate hominis.*

Digitized by Google

10 *Propter exorbitantiam criminis iura multa concedunt, quę alias non concederet.*
11 *Qui perituro non ſuccurrit quando ſuccurrere poteſt, dicitur homicida.*
12 *Iudex qui per imperitiam aliquem contra ius condemnat, punitur in quātum æquum videtur religioni iudicantis ſed iudex qui dolo omiſſit facere quod debuit, punitur inſolidum ad intereſſe integrum.*
13 *Necare videtur non tantum qui partum profocat, ſed & is qui alimoniā denegat.*
14 *Qui quod debet non ſoluit inuadere videtur res alienas.*
15 *Qui nolunt ſoluere decimas, res alieans inuadunt.*
16 *Non multum intereſt, iniuſte detineas, an inuadas alienum.*
17 *Qui pauperibus nō ſubueniunt, non minus furtum committunt, quam qui alie na furantur.*
18 *Qui patitur quod prohibere poteſt, ipſe facere videtur.*
19 *Officialis qui non prohibet illicitas actiones, atque is qui eas facit pari pęna puniuntur.*
20 *Irregularis dicitur qui non prohibuit hominem occidere cum potuit.*
21 *Teſtis tam falſus eſt qui verum ſuprimit, quam qui falſum aſſerit.*
22 *Notarius qui omiſit quædam neceſſaria, tenetur ac ſi falſum ſcripſiſſet.*
23 *Medicus ita peccat omittendo medicinas propitias, ſicut dando non propitias.*
24 *Tantum peccat qui non facit quod debet, quantum qui facit quod non dēt.*
25 *Delictum commiſſionis an ſeuerius plectatur quam delictum commiſſionis.*
26 *Pupillus doli capax, & minor 18. annis non tenetur de delicto in omittēdo ſed in committendo ſic.*
27 *Quando pro delicto in omittendo poſſit iurari in litem.*
28 *In committendo delictum commiſſionis non requiritur monitio, ſicut requiritur in delicto omiſſionis.*
29 *Agentes & conſentientes pari pęna puniuntur in cooperando, non in negligendo.*
30 *Statutum promitens immunitatem alicuius ofenſæ quæ ſit committendo, ita intelligi debet, ut idem diſpoſuiſſe videatur in offenſa quę conſiſtit in omittendo.*
31 *Morę purgatio difficilius admittitur quando propter malefactum commiſſa eſt ſtipulatio, quam propter non factum.*
32 *Patri male adminiſtranti bona filiorum, in committendo auferatur adminiſtratio, in omittendo autem non.*
33 *Actio quæ datur in officiales ob delictum quod conſiſtit in omittendo, non tranſit in hæredes, & ſi delictum conſiſtit in committendo, tranſit.*
34 *Leges prohibentes tranſigere ſuper criminibus publicis, intelligendę non ſunt in criminib. quæ in omittendo conſiſtunt.*
35 *Si dolus probatur in delicto commiſſionis, damna & intereſſe probantur partium iuramento, in delicto autem omiſsionis non ſufficit iuramentū partis.*
36 *Minor reſtituitur in integrum, ſi omiſerit facere inuentarium, ſed aduerſus delictum quod conſiſtit in committendo non reſtituitur.*
37 *Quod falſus in vno in omnib. falſus reputetur, non habet locum in teſte qui interrogatus verum ſuppreſſerit.*
38 *Notarius in omittendo punitur manus amputatione, in committendo autem debet comburi.*
39 *Sententia lata contra abſentem falſis allagationib. eſt ipſo iure nulla, & ſi aduerſarius omiſerit allegare exceptiones abſenti competentes, valebit ſententia ipſo iure.*
40 *Reſcriptum ſubreptitium dat iuriſdiōnē ipſo iure, & valet proceſſus, niſi oppobatur ab initio, ſecus ſi ſit obrepritium.*
41 *Reſcripta in lites nulla ſunt ex obreptione, ſed ex ſubreptione non ſunt per exceptionem annullanda.*
42 *Si in reſcripto aliquid veritatis taceatur, vitiatur ſolum illud caput in quo obreptio eſt facta, & alia capita ſuſtinentur, in reſcripto autem ſubreptitio, vitiato vno capite, omnia corruunt.*
43 *Expreſſus error vitiat, non autem tacitus.*
44 *Dolus commiſſus in faciendo, licet non ſit ordinatus ad caſum, facit quem teneri de caſu, ſed dolus in omittendo, niſi quando eſt ordinatus ad ipsū caſum, facit teneri de caſu.*
45 *Leuis culpa in faciendo punitur etiam criminaliter, ſecus eſt in omittēdo.*
46 *Libertus in ſeruitutem reuocatur pro leui culpa in faciendo, quod euenit pro leui in omittendo.*
47 *Leuiſsima culpa quæ in committendo conſiſtit, venit in actionem. l. Aquilia ſecus in delicto omiſsionis.*

PARS QVINTA.

Cogitatione & perfectione

1 Tantū delinquit ille, qui dolo vero, aut præſumpto omittit facere ea quæ de iure facere tenetur. †Exemplum in iudice, qui in crīe notorio vel ei denunciato, cum teſtib. & indicijs non procedit: talis iudex ita facit litem ſuam negligendo & denegando facere iuſtitiā, ſi-
2 cut faciendo iniuſtitiā. gl. in c. excōicamus. in ver. neglexerit. de hære. probat tex. ī l. argēta. §. fi. ff. de edē. & ibi Iaſ. † Imo ma-
3 gis punit negligēs q̄facies. Ang. ī l. adictos. C. de epiſc. au. & l. j. C. de priu. carcer. & rō eſt, qa pl⁹ peccat † iudex q negligit q̄ q̄ imprudenter male iudicat. Alex. in add. Bar. in vlt. de extraor. cogni. Et hoc cōprobat̄ p ea q̄ dicit Bart. in l. demſtrō falſa. in
4 p. in 7. q. de cond. & demoſt. † Aduertēdū tñ eſt, q negligēs, dolo præſumpto, mitius punit̄ q̄ negligens vero dolo. Aegidius
5 Boſ. in trac. ſuo de official. corrup. pec. nu. 24. † Ad hæc quoq; reſpicit, qa in crie leſæ Maie. ſola ſcientia & omiſſio reuelationis punit̄, licet nulla operō vel factum interuenerit, vt l. quiſquis. in fi. ibi Doc. C. ad l. Iul. Maieſt. l. quæſitum. ff. qui & aqb.
6 Bar. in l. vtrū. ff. de parrici. Sal. in d l. quiſquis. † Hoc tñ fallit, qñ ille q ſcit proba nq̄ pōt, vt tenet Bal. per l. q accu. ff. de re edē.
7 Hip. de Marſ. ſing. 164. incip. nemo. † Nullus. n. dēt ſe ſubmittere tormētis, quæ hoc caſu delatori inferūtur: vt l. 3. C. ad l. Iu-
8 Maieſt. & ſqualori carceris. vt l. fi. C. de accuſat. † Non. n. culpa eſt non ponere ſe in diſcrīe vitæ gl. & l. nemīnem. C. de infa. ideoq; a delicto excuſatur, qui nō reuelat q nō pōt. l. noſtris. ff. de calu. qa velit, nolit, viſus videt. & auris audet, qa ſenſus
9 corporis, † & primi motus non ſunt in ptāte noſtra, ut in gl. ī l. j. & §. Ius nāle. ff. de iuſt. & iu. Sed Bal. tenet q iudices ſequentes opōnē Bar. in d. l. vtrū, ſint homicidæ. & apud Flo. p quodā Donato de Barbadoris, cōſulit ꝯ doctrinā Bar. & iō dicit, qđ anima Bar. & eorum q eum ſequuntur, cruciātur in inferno. & no. can. in c. fi. de his quis ſe occi. & Spe. in ti. de leg. §. iuſta. ī col. 4. in ver. qd ſi amice. opinio tñ Bar. & Saly. obſeruatur in
10 practica. † & pp exorbitantiam iſtius criminis iura ita voluerunt, vt in §. alia. ī Inſti. de publ. iu. & ppea quilibet quā primū audit, vel notiam habet de aliquo tractatu ꝯ ſuū principem, ꝯ rempublicā, illicu debet reuelare & ꝓſeq̄ præmium ſuæ reuelationis; ſinautē ex interuallo reuelauerit, anteq̄ delictum executioni fuerit mandatū, aut per alium reuelatū, tunc nō
11 punitur, ſed præmiū perdit. Bar. & Bal. in d. l. quiſqs. † Huc quoque reſpicit q dixit Tiraq. in trac. ſuo de pœ. cauſa. 44. num. 7. valet. † q qui perituro non ſuccurrit, qñ ſuccurrere pōt, dr̄ homicida: & q delictum omiſſionis grauius ſit delicto cōmiſſionis demonſtratur ex eo † q iudex qui p imperitiā aliquē ꝯ ius condēnat, ſolum punitur q̄tum æquum vr̄ religioni iudicantis. l. vlt. ff. de var. & extra Cogn. & l. ex maleficijs. §. ſi iudex. ff. actio. & oblig. ſed iudex qui omiſſit condemnare, ideſt facere id q debuit, punitur inſolidum ad intereſſe. l. properandum. §. ſinautem. & §. ſancimus. C. de iudi. in hanc partem facit etiā q dicit Bar. in l. i. de iu. patro. & Iaſon in l. ſi mora. ff. ſolut. ma. & d. l. ſancimus. & ſi hac opinio non eſt ab omnibus probata, videntur ſaltem eſſe æqualia crimina in comittendo & o-
13 mittendo. tex. eſt in l. † neccare vr̄ nō tñ q partū ꝓfocat, ſed & isq̄ alimoniā denegat: & id quoq; ꝓfirmat̄ ex eo q qs † inuadere vr̄ res alienas, ſi q dēt nō ſoluit, ut eſt tex. in c. decimæ. 16. q.
14 j. vbi in hęc verba ſcribit̄, † Decimæ ex debito reqrunt̄, & qui
15 eas dare noluerūt, res alienas iuadūt. & ſiſte eſt q dicit text. in
16 c. ſæpe. de reſt. ſpo. vbi dr̄, † q nō multū intereſt, an īiuſte detineas, an inuadas alienū. & facit in ſimilē rem text. in c. nolo.
17 12. q. i. & c. cū aurum. 12. q. 2. † vbi dr̄, q non minus ij furtū cōmittunt & rapinā, q pauperib. non ſubueniunt, q̄ q aliena fu-
18 rant̄ & rapiunt. † In hunc quoq; gregē eſt recipienda gl. in l. adigere. ff. de iu. pa. quæ dicit, q q patitur q ꝓhibere pōt, id ipſum facere vr̄. Adde tex. no. in l. pe. C. de canon. largi. titu. lib. x.
19 † Vbi official. s q non ꝓhibet illicitas actiones, atq; is q eas facit, pari pęna puniunt̄, & iō Marian. in rep. c. ad audientiā. q. 7.
20 de homi. nō immerito † cenſuit illud irregularē eſſe, q non ꝓ-
21 hibuerit hoīem occidere, cum poſſet. † & Itē tā falſus eſt, & đ falſo punit̄ teſtis q verum ſuprimit, q̄ q falſum aſſerit. l. p̄ſcriptionē. & ibi Bar. & Iaſ. ca. ſi ꝯ ius uel vtil. pub. & l. presbyteri. & ibi Bar. & Bal. C. de Epi. & cle. & expreſſius ī c. i. & ibi Pa. de crim. fal. id tñ ꝓcedit in teſte ꝓducto & iurato, m nō in ꝯtumace, q non vult venire ant iurare. Pet. Anc. ꝯſi. 224. iſte dñs excu-
22 ſator. col. 2. viſo ꝓceſſu in cā inq̄ſitionis. col. 3. li. 6. † id quoque ꝓcedit in notario q omiſit q̄dam neceſſaria, & in alio q dicta ret inſtrm notorio. Bart. in d. l. presbyteri. & Bal. in l. Iubē⁹. ad fi. C. de teſt. Anc. conſi. 224. iſte dominus executor. col. i. Bar. in l. ſi qs obrepſerit. ver. quæro cū pars dictaret. ff. ad l. Cor. de fal.
23 ſimile addit Inno. in l. tua nos. colum. j. de homi. † vbi dicit, q medicus ita peccat omittendo medicinas propitias, ſicut dan-
24 do non propitias. Hocque comprobatur ex eo, † quod tantū peccat qui nō facit dēt quātū quifacit q nō dēt. arg. c. vi. 16. q. vj. & c. Abbates. 18 q. ij. prohibita admittere, & iuſta non facere, æquale peccatum eſt. Fely. in c. cum dilecta. colum. 17. in x.
25 ampliat. extra de reſcrip. in nouis. † Hæc tamen ſententia Bar. & Iaſ. reprobata eſt, & apud omnes in confeſſo eſt, quod ſeuerius plectitur delictum commiſſionis quam omiſſionis. gl. in l. ſi mora. ff. ſolu. matrim. & ſequuntur fere omnes ibi, & Bald. in l. legis uirtus. ff. de legibus. & quod hoc ſit verum, con-
26 firmatur ex eo, † quod pupillus doli capax, & minor 18. annis & prodigus non tenentur de delicto in omittendo, ſed in cō mittēdo, ſic tex. in l. 1. §. impubes. ff. de S.C. Syl. in l. j. & ibi ēt Saly. in xv. no. C. de fal. mo. tex. ī auth. ſi cap cū ſua gl. C. de epi. & cler. & Sal. in l. ſi qs tñi vnde ui. tex. ī l. Fulcinius. §. adeo. ff. ex q-

bus

Digitized by Google

27 bus cauſis in poſſeſ.†& pro delicto in omittendo, & pro delicto in committendo, quando poſſit iurari in litem,vide Plotum,in l.ſi quando.nu m.612.verſi.uigeſimotertio amplia. & nume.613.ver.ſed contra doloſum.cum ſeq.C.unde ui.Nec ſi
28 lentio prætereundum eſt,†quod quando quis committit delictum commiſſionis,non requiritur monitio,ſed bene requiritur in delicto omiſſionis.Inno.in cap.extirpandæ.de pręben. & ſequitur Bal.in cap.i.§.publici latrones.titu.de pace tenen.
29 ſupradicta confirmat,†quod agentes & conſentientes pari pę na puniuntur in cooperando,nō in negligēdo. Io.in l. placet
30 C.de excuſatio.mu. li. x. ſuccurrit † & illud quod notabiliter conſuluit Angel. conſilio 72.quod ſtatutum promittens immunitatem alicuius offenſæ, quæ fit in committendo, ita debet interpretari, vt idem videatur diſpoſuiſſe in offenſa quæ in omittendo conſiſtit.Eiuſdem notæ eſt quod trad. Bar.
31 in l.ſi inſulam.colum.v.in vj.q.ff.de verb.obl.†uidelicet,quod more purgatio difficilius admittatur,quando propter malefactum commiſſa eſt ſtipulatio, quam propter non factum. Idem uoluit Fran.Aret.conſ.157.quod incipit,viſis diligenter
32 narratis.colum.vlti. † nec alio reſpicit quod ſcribit Bald. in l. cum oportet.§.non autem,colum.j.C.de bon.quæ libe.Quod ſi pater male adminiſtrauerit bona filiorum in committendo ei,aufertur adminiſtratio,ſi vero in negligendo,compellit
33 adminiſtrare,& ſumptus facere.l.j.C.de bon.mater.† His quoque conuenit,quod actio,quæ datur in officiales & magiſtratus ob delictum,quod conſiſtit in omittendo, non tranſit in
34 committendo,tranſit.l.4.§.vlt.ff.de damno infec.†Accedit & huc,ꝙ leges prohibentes tranſigere ſuper criminib. publicis, vt in l.trāſigere.C.de tranſa.intelligendę ſunt in criminib.quę in committendo conſiſtunt,ſecus in omittendo.Dyn. in l.j.§.
35 vſqueadeo.ff.de iniur.& Cy.in d.l.tranſigere. † His adſtipulat, quod in committendo,ſi dolus probatur,damna, & intereſſe probantur ſolo partium iuramento, vt patet per.l.ſemper.§. hoc interdictum,& ibi gl.& Doct.ff.quod ui aut clam.quando autem dolus conſiſtit in omittendo,tunc ad probanda dāna & intereſſe non ſufficit iuramentum partis,ſed debent plene probari,tex.in l.Argentariis,§.cum autem.ff.de æden.& ibi Bal.Ang.& Alex.ad hoc notant.Hoc tamen ultimum limita, vt per Plotum,in d.ſi l.ſi quando.nume.612. & 613. cum ſeq. C.unde ui.vbi ex delicto etiam conſiſtente in omittendo poteſt iurari in litem concurrentibus qualitatibus ibidem me-
36 moratis.†Nec hinc longe abeſt quod dicit Ang.in tract.de inuentario,quod minor omittens facere inuentarium reſtituit in integ.gl.in l.auxilium.ff.de mino. ſed minor aduerſus delictum quod conſiſtit in committendo,non reſtituitur. gl. in l.
37 ſi ex cauſa.§.nunc uidendum.ff.eod.†Ad hæc facit, quod licet teſtis,in uno falſus,in omnibus falſus reputetur,ut uoluit gl. C.de tranſact.hoc tamen uerum non eſt,ſi teſtis interrogatus verum ſuppreſſerit.Iaco.Bu.in l.Lucius. ff.de his qui no.infami.Angel.conſil.194.viſis proceſſibus cauſæ.in fi. column. 2.
38 †Eodem ex fonte manat, quod notarius delinquens in omittendo,punitur manus amputatione.tex.in §.coges.in aut. de mand.prin.colum.3.& ibi gl.in verbo amputationem. quod ſi deliquerit in committendo, debet comburi.tex.eſt in l.1.C. de immuni.nemi.conce.lib.x.quæ tamen lex, reſpectu combuſtionis,procedit in caſu ſpeciali.d.l.1.ubi notarius confecit falſum inſtrumentum immunitatis,ut per Dec.ibidem, & in aliis caſibus notarius falſarius punitur ex lege Cornelia de falſis,ut patet per tot.ti.ff.ad legem Corneliam de falſis. ſimile
39 eſt,quod †ſententia lata contra abſentem falſis allegationib. eſt ipſo iure nulla.l.ſi Prætor.§.Marcellus. ff. de iudici. quod ſi aduerſarius omiſerit allegare exceptiones abſenti competētes,ualebit quidem ſententia ipſo iure.Inno.in ca.præterea de
40 dilati.†Huc etiam uergit,ꝙ reſcriptum ſubreptitium dat iuriſdictionem ipſo iure,& ualet proceſſus,niſi opponatur ab initio.ſecus ſi ſit obreptitium,Innoc.c.cum olim. de re iudicata.
41 †Illud quoque ſubiungendum eſt,quod reſcripta ad lites nulla ſunt ex obreptione, ſed ex ſubreptione non ſunt per exptionem annullanda, vt notatur in capit. cæterum. de reſcrip.non tamen hoc procedit in gratioſis reſcriptis.Docto.
42 in capit. ad audientiam,de reſcrip.†Adde præterea, quod ſi in reſcriptis aliquid veritatis taceatur,illud ſolum caput vitiatur,in quo ſubreptio eſt facta,non autem alia capita ab illo ſeparata,vt eſt tex.in c.ſi eo tempore,de reſcrip.lib.ſex.quōd ſi falſum fuerit ſuggeſtum,omnia ſimul corruūt,etiam ſi fuerīt
43 ſeparata.c.ſedes Apoſtolica.de reſcrip.†& hanc ſententiā confirmat,quod expreſſus error uitiat,non autem tacitus. l. & ex diuerſo.§.ſi in iudicio.& ibi glo.ff.ſolu.mat. & Alexan.in l.cū
44 quid.ſi cer.pe.†Non omitto,quod dolus commiſſus in faciēdo,licet non ſit ordinatus ad caſum,facit quē teneri de caſu, quia caſus propter ipſum dolū non euenit tex.in l.i.§. ſi rē. ff. depoſiti.ſed dolus in omittendo,niſi quādo eſt ordinatus ad
45 ipſum caſum,facit teneri de caſu.l.& in totū.de impen.† Cōuenit etiam huic ſententię,quod læuis culpa in faciendo punitur etiā criminaliter.l.ſi fortuito.ff.de inc. rui. nauf.ſecus eſt
46 in omittendo.l.qui ædes.eo.ti.†idque confirmat,quod pro leui culpa in faciendo commiſſa,in ſeruitutem libertus reuocatur,l.2.C.de liber.& eorum liber.Sed hoc nō euenit pro leui,
47 in omittendo.l.ſolo.ff.de libe.cau. †His quoque conſonat, ꝙ licet leuiſſima culpa,quæ in committendo cōſiſtit, ueniat in actionem.l.Aquiliæ.l.in l.Aqui.2.ff.ad l.Aquiliam.ſecus tamē in omittendo.tex.in l.ſi cuius.§.denique.ff.de vſuf. & ratio eſt, quia maior culpa eſt facere quam omittere.Bal.conſ.144.prę ſumptio.col.1.li.1.Nūc ad delicta ueniamus, quæ actione & perfectione ſimul deducuntur in eſſe.

De his qui non cogitant ſed agunt & perficiunt delicta.

SVMMARIVM.

1 *Maleficia voluntate & propoſito diſcernuntur.*
2 *Delinquens præter intentionem non punitur vera pęna delicti.*
3 *Quando lex loquitur de pęna corporali,ſemper ſubintelligitur dolus.*
4 *Vbi lex præſupponit dolum,non ſufficit lata culpa.*
5 *In delictis vbi requiritur dolus,ipſo ceſſante,non committitur delictum.*
6 *Qui non induſtria aut doloſe quicquam commiſſit aut non priuatur, aut leuius puniri debet.*
7 *Statutum capitaliter puniens delictum,intelligitur ſi dolo fuerit cōmiſſum non caſu,etiam ſi culpa interuenerit.*
8 *In foro conſcientiæ non punitur caſus,etiam ſi culpa præceſſerit.*
9 *Delicta non animo,ſed culpa & negligentia commiſſa, impunita eſſe non debent.*
10 *Pro lata,leui,& leuiſſima culpa,pōt agi criminaliter, ſed delinquentes in ſimilibus caſibus mitius puniuntur.*
11 *Culpa regulariter morte non punitur,nec etiam famam propter culpam amittimus.*
12 *Qui nam ſint caſus in quibus capitaliter quis ex ſola culpa puniatur, & lata culpa dolo æquiparetur.*
13 *Quando nominatim dolus punitur,lata culpa non æquiparatur dolo.*
14 *Quando lex vel ſtatutum dicit pœnam eſſe impoſitam, quia ſcienter delictum eſt commiſſum, tunc in libello articulari debet tale delictum fuiſſe ſcienter factum.*
15 *Qualitas requiſita a lege vel ſtatuto debet allegari & probari.*
16 *In his quæ ſunt de genere prohibitorum, dolus & ſcientia præſumpta allegari & probari non debent.*
17 *In his quæ poſſunt eſſe ad bonum & malum,dolus & ſcientia allegari & probari debet.*
18 *Quando aliquis accuſatur ſuper facto negatiuo,ſcientia allegari & probari non debet, ſi vero accuſatur ſuper facto affirmatiuo,neceſſario ſcientia allegari & probari debet.*
19 *Quando probatur dolus in delictis ubi non præſumitur.*
20 *Si delinquens dans operam rei licitę caſu occidat, ſi adhibuit diligentiam quam potuit non punitur.*
21 *Si delinquens dando operam rei licitæ non adhibuit diligentiam, punitur.*
22 *Si delinquens dat operam rei prohibitæ,ſiue adhibeat ſiue non adhibeat diligentiam,ſemper ei imputatur.*
23 *Delicta non animo,ſed impetu,& quaſi neceſſitate commiſſa,pro modo culpæ puniuntur.*
24 *Iniuriam paſſo licet offenſam uindicare,modo non excludat legitimum modum uindicandi.*
25 *Iuſtus dolor excuſat homicidam a pœna mortis.*
26 *Iracundiæ calor inconſultus nullam pœnam ſuſtinere poteſt.*
27 *Ira quid ſit.*
28 *Iratus & furioſus quaſi pari paſſu ambulant.*
29 *Quicquid facit prouocatus præſumitur potius facère ad defenſam quam ad offenſam.*
30 *Incipiens percutere,ſemper dicitur eſſe in culpa.*
31 *Qui in rixa occidit,magis caſu quam uoluntate committit homicidium.*
32 *In poteſtate iudicis eſt homicidam deportare, quem impulit iracundia orta aliunde quam ex facto offenſi.*
33 *Confeſſio iudicialis,contractus,iuramentum,uotum, electio, acceptatio ſecundi beneficii,& profeſſio calore iracūdiæ facta,nec tenēt,nec obligāt.*
34 *Factum a furioſo perinde habendum eſt, ac ſi caſu accidiſſet.*
35 *Damnum a furioſo datum,ęque æſtimandum, ac ſi quadrupes fecerit,aut regula cecidetit.*
36 *Furioſus ſi delinquit,& parentes & alii conſanguinei qui negligenter illū conſeruarunt,puniendi ſunt.*
37 *Correptus furore,poſt patratum facinus mitius puniendus eſt.*
38 *Furioſus habetur loco abſentis & ignorantis.*
39 *Furioſus mortuo ęquiparatur.*
40 *Furor poſt delictum adueniens,an excuſet furentem tam a notatione bonorum quam a pęna corporali.*
41 *Enormitas delicti facit, ut non concedenda concedantur.*
42 *Qui ſua ſponte in furorem incidit, non excuſatur.*
43 *Furibundus qui poſt commiſſum delictum ad ſanam mentē peruenit,aliquali pœnitentia afficitur.*

Digitized by Google

44 *Ebrius eſt in duplici pœna, uidelicet ebrietatis, & criminis.*
45 *Qui induſtria ſe inebriauit, vt in ipſa ebrietate aliquod facinus perpetraret, non ei quoquomodo parcendum eſt.*
46 *Delictum factum in leui ebrietate punitur.*
47 *Delictum factum in ebrietate quæ iudicat mentis exilium, clementius punitur.*
48 *Contractus ab ebrio factus non valet.*
49 *Ebrii æquiparantur furioſis & infantibus.*
50 *Teſtamentum ebrii non valet.*
51 *Matrimonium ebrii an valet.*
52 *Clericus, ſi poſt primam monitionem non abſtinuerit ab ebrietate, officio & beneficio ſuſpendendus eſt.*
53 *Clericis antiqua concilia ingreſſum tabernarum prohibuerunt.*
54 *Circa pœnam clericis ebriis imponendam, quæ ſint a iudice iudicanda.*
55 *Clericus ebrius qui hominem occiderit, an incidat in irregularitatem.*
56 *Dormiens æquiparatur furioſo, & ideo ſi quicquã fecerit quòd habeat ſpeciem delicti, non punitur.*
57 *Dormiens ſi deliquerit, & ſciens ſe tali vitio laborare, nullam diligentiam adhibuerit, non excuſatur.*
58 *Impuberes vel pueri non doli capaces an ſi committant aliquod delictum puniantur.*
59 *Adoloſcentes ſi delinquunt an puniantur.*
60 *Si delinquẽs, propter tenellam ætatem mitius per iudicem punitus fuerit, an effectus maior poſſit amplius de ipſo delicto puniri.*
61 *In ſenſibus ob ingraueſcentem ætatem pœna mitigatur.*
62 *Qui pro nimio ardentiorique amore delicta committunt, mitius puniuntur.*
63 *Amantes inter furioſos connumerantur.*
64 *Amorem continere intra debitos limites, non mulicbre, ſed perfectæ philoſophiæ eſt.*
65 *Tyrones ſi in arte inqua incipiunt verſari delinquunt per imperitiam, eis ignoſcendum eſt.*
66 *Ciui nouello, qui ignoranter quicquam facit contra ſtatuta ciuitatis, parcendum eſt.*

PARS SEXTA.

1 MAleficia voluntate & propoſito diſcernuntur, vt l. qui iniurię. ff. de furt. cap. cum voluntate. de ſent. excom. Quapropter delin
2 quens præter † intentionem, non punitur vera pœna delicti, ſed arbitrio iudicantis, vt Bal. dicit in l. data opera. col. 3. C. qui accuſ. non poſ. Dec. conſi. 111. 19. & 34. Alexan. conſi. 283. ſecũ
3 do volu. Soc. conſi. 16. primo volu. † vbicunque. n. lex loquitur de pœna corporali ſeu capitali, ſemper ſubintelligitur dol⁹, Iaſ. in l. j. de leg. Dec. in conſi. 9. in pri. col. † Ergo quando lex di
4 cit q̃ homida capite puniatur, pręſuponit dolum, ita q̃ non ſufficit lata culpa, quo ceſſante ceſſat pœna mortis, & ceſſat nomen criminis. l. j. C. ſi aduer. delic. Ang. Aret. in tract. malef. in verbo ſcienter & doloſe. glo. & Doctores in l. reſpiciendũ. §. delinquunt. ff. de pœnis l. inter eos §. Recte. ff. de furt. ſtat ergo firma concluſio in delictis, q̃ vbi requiritur dolus, † ip-
5 ſo ceſſante, non committitur delictum. l. falſos. §. qui alienũ. ff. de iniur. nec ſufficit lata culpa. Plotus in d. l. ſi quando. num. 765. Vnde qui percuſſit & occidit aliquem non animo occi-
6 dendi, non punitur tanquam homicida. l. i. de ſic. † Quj. n. caſu, ſeu imprudentia, ſiue facti ignorantia, non induſtria, aut doloſe quicquam commiſſit, aut non punitur, aut leuius puniri debet. l. pri. §. Diuus. ad l. Cor. de ſica. & l. abſentem. §. vlti. de pœnis. & tex. in l. 3. §. ſed etenim. & l. qui ædes. & l. ſi fortuito. ff. de incen. Ruin. & naufra. Et quod in ſimilibus caſibus ignoſcendum ſit delinquentibus, comprobatur exemplo Adraſti Phrygij, qui vibrato in aprum iaculo, non illum ſed Atym filium Cræſi Lydorum regis adeptus interemit, cui ip-
7 ſe Cræſus Rex, q̃ imprudens feciſſet, pepercit. † Et, quod plus eſt, ſtatutum capitaliter puniens delictum intelligitur ſi dolo fuerit commiſſum, non caſu, etiam ſi culpa interuenerit. text. in l. cum autem. §. excipitur. ff. de ædill. edic. † In foro autem q̃-
8 ſcientiæ non punitur caſus, etiam ſi culpa præceſſerit. gloſ. in
9 cap. præsbyterum. de homicid. † Delicta enim non animo ſed culpa & negligentia commiſſa, impunita eſſe non debẽt, immo deſidia & negligentia cuiuſcumque punienda eſt. l. vna. C. de officio. quæſto. & l. 3. de offi. pręfect. pręt. Et ideo Barto. in
10 l. reſpiciendum. §. delinquunt. de pœn. † tenet quod criminaliter agit poſſit pro lata leui, & leuiſſima, culpa, ſed quod delinquentes in ſimilibus caſibus mitius puniuntur. Idem Bartol. in l. in lege. de Sic. & Bal. conſilio 119. incipiẽte, Qui mortem
11 aliter vitare. libro 4. † Affirmant nullam eſſe legem quæ culpam morte puniat, & q̃ plus eſt, Bal. dicit nunquam reperiri,
12 quod etiam famam propter culpam amittamus. † Hoc tamẽ non obſtante, multi caſus reperiuntur, in quibus quis capitaliter ex ſola culpa punitur, tex. in l. 1. C. de cuſt. reo. & l. ſi quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pœn. & l. omne delictum. §. q̃ in acie. ff. de re militari. l. Milites. de cuſt. reorum. & l. prima C. de priuat. carcer. & l. vlti. C. ad l. Iuliam. de vi. & l. pri. C. nemi. lic. ſig. Sal. & l. excipiuntur. ff. de Senatuſcon. Sylla. vbi propter negligentiam etiam impubes punitur capitaliter. Adde. l. 3. §. alio Senatuſcoſulo. ff. ad l. Corne. de ſica. In his omnibus caſib. lata culpa dolo æquiparatur, ſed Ang. in multis ex dictis locis dicit doctrinam Barto. tunc ſolum procedere quando requitur dolus, ad pœnam inferendam, & eo caſu lata culpa non æquiparatur dolo. per l. ſi quis id quod. §. doli. de iuriſdi. omni.
13 Iudi. certum. † enim eſt, quod vbi nominatim dolus punitur, lata culpa non æquiparatur. dolo. glo. in di. l. in lege. ad legem Corn. de ſic. & Panorm. conſi. 4. facti ignorantia libro primo. & Iaſon in l. ſi pater tuus. colum. ſecun. C. de hæred. inſtitu. &
14 ne hac in re quid deeſſe videatur, ſciendum eſt, quod † quando lex vel ſtatutum, in quo pœna pro delicto imponitur, exprimit eam pœnam eſſe impoſitam quia ſcienter factum eſt, tunc in libello articulari debet tale delictum fuiſſe ſcienter
15 factum, & rartio eſt, † quia qualitas requiſita in lege vel ſtatuto debet allegari & probari. l. pri. §. ait prętor. & ibi notat Bart. ff. ne quid in flu. pub. & Bald. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de Epiſco. & cleric. Quando vero lex vel ſtatutum non loquitur expreſſe de crimine ſcienter facto, tunc ita diſtinguẽdum exiſtimo, aut ſumus in caſibus in quibus dolus & ſcientia p̃-ſumitur, puta in his quæ ſunt de genere prohibitorum, quæ licet poſſint excuſari, tamen contra ea præſumitur. l. pri. C. de
16 ſica. & Bal. in l. dolum. C. de do. † & hoc caſu non videtur opꝰ eſſe dolum aut ſcientiam allegari Ange. in l. ſi vacantia. Cod. de bo. vacan. libro decimo. † aut ſumns in caſibus in quibus
17 dolus & ſcientia non præſumitur, puta in his quæ ſe poſſunt habere ad bonum & malum, & ſemper in dubio in meliorẽ partem debent interpretari. l. merito. ff. pro ſocio. & capitu. 2. de re iudicata. & hoc certe. caſu debet ſcientia ſiue dolus allegari, & ita loquitur Barto. in d. l. omnis. & Ange. in locis ſupra adductis. Hoc tamen fallit quando aliquid eſſet communiter notum, ideoque. præſumeretur ſcientia. capit. vltimo. qui ma.
18 accu. poſſ. Bald. tamen ſuper hoc articulo ita diſtinguit, † vide licet, quod quando aliquis accuſatur pro facto negatiuo, puta quod non denunciauit maleficium, debet fieri mentio ſciẽtię, ſed cum accuſatur quod aliquid fecerit, non debet neceſſario allegari ſcientia. Bald. in l. pri. car. 4. verſicu. ſuper ſecundo puncto. Cod. qui accu. non poſſunt, allegat glo. no. in l. maleficijs, §. longe minus. ff. de actio. & obligatio. † ſed dato quod
19 eſſemus in delicto omiſſionis, & in his vbi dolus nec ſcientia præſumuntur, cum difficillimum ſit cognoſcere animum hominis, quomodo probabitur dolus? dicunt enim Doctores, animum aliquem occidendi perpendi ex genere inſtrumenti cum quo percutitur: vt in capitu. ſignificaſti. ad fi. de homicid. & Barto. in l. diuus. Codi. de emen. ſer. & in l. eum qui. Codi. de ſic. compræhenditur etiam animus ex dictis & ex factis præcedentibus inter eos, & ex ſequentib. actib. & ex qualitate percuſſionis ſeu ictus, ut in l. pri §. eum qui. ff. de ſicar. Ex qualitate enim facti & conditione perſonarum capitur coniectura, vt ff. de donat. inter virum & vxorem. Sed tamen, ut ad principale propoſitum negocium redeamus, circa delicta caſu
20 commiſſa dico ita eſſe diſtinguendum, † aut enim delinquẽs dat operam rei licitæ, aut non. primo caſu, ſi adhibuit diligentiam quam potuit, & occidit, in nullo punitur, ut indi. l. reſpiciendum. §. delinquunt. de pœnis. Si enim quis venando, credus feram percutere, hominem interfecerit, non punitur. Idẽ ſi volens percutere ſeruum ſuum percuſſerit alium. tex. in l. illud. §. fina. & ibi Bar. de iniur. Iaſ. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de acquiren. poſſeſſio. adde. capi. ex literis. & capi. ſignificaſti. & cap. dilectus. de homi. vbi dicitur, quod quidam clericus, cum equitaret, equus cui inſidebat tam ſe quam ipſum proiecit in aquam, vnde clericus ipſum graniter calcaribus ſtimulauit, equus vero cum exiſteret bucca durus, præter voluntatem ſeſſoris raptus in curſum, mulierem quandam, quam obuiam habuit, ex improuiſo pedibus interfecit, cumq; clericus affirmaſſet equi vitium ignoraſſe, peracta leui pœnitentia, nõ fuit impeditus quominus in ſuſceptis ordinibus miniſtraret, & ad maiores valeret promoueri, † Si ve-
21 ro delinquens dabnt operam rei prohibitę, ſiue adhibuit diligentiam, ſiue non, ſemper ei imputatur. l. culpa. Digeſt. de re-
23 gulis iuris. & capitu continebatur. de homicid. † Item notandum eſt, delicta, non animo, ſed potius impetu, & quaſi neceſſitate commiſſa, pro modo culpæ puniri. Marſi. conſi. ſexageſimoquinto. & nonageſimoprimo. in ſingul. ſuis. 247. Felyn. in capitu. fina. de homicid. Alexand. conſilio 140. volu. 2. Bal. in l. venia. de ĩ ius vo. Et ideo ſi quis occiderit vxorẽ ſuã inuentam in adulterio, vel interficeret aliquẽ ſibi inferentem verba ĩiurioſa, vel ſe defendẽdo occiderit aliquẽ debito modo ramine nõ ſeruato, vel interfecerit aliquẽ qui noctis tempo-

Digitized by Google

re ſcalis ad feneſtram ſuam accedebat,vel iuſto dolore cuiuſcũque grauis iniurię accenſus hominem occiderit ex improuiſo,non punitur pro toto primo homicidio pœna mortis,
24 ſed tantum pro exceſſu,†quia iniuriam paſſo licet offenſam vindicare,modo non excedat; legitimum modum uindicandi.l.3.§.eum igitur.ff.de vi & vi arma.& Alexan.conſi.140. 2.
25 vol.† Iuſtus enim dolor excuſat homicidam a pœna mortis, ſed mitiori punitur pœna. quia conſiderata æquitas mitigat vim doloris,& criminoſi audaciam corrigit,vt eſt tex.multũ notabilis in l.ſi adulterium.§.imperatores. ff.de adulteriis. &
26 inconſultus iracundiæ calor caret omni uitio,†& ob id nullam pœnam ſuſtinere poteſt.tex.in l.j.§.quæri poſſit.ff.ad Turpilian.Marſi.in ſingula ſuis.455.incipien.difficilimum. idque Valerius Maximus confirmat exemplo cuiuſdam mulieris, q̃ virum & filium eodem tempore venenis clam datis irata interfecerat,quoniam illi alterum eius filium ex viro priore genitum inſidiis occidiſſent,quam rem Dolabella ad ſe delatã. Athenas,ad Areopagi cognitionem reiecit, quia ipſe neque liberare cædibus duabus contaminatam, neque punire eam
27 iuſto dolore impulſam ſuſtinuit. †Quid enim eſt ira niſi ſubita animi tempeſtas, quę dum inordinate ſe concutit,cor hominis ad inſaniam protrahit? vt.l.ſi adulterium.§.Imperatores de adulter.Pau.Caſt.in conſ.192.& Are.in conſ.135.vltim. co
28 lum.Quid enim diſtat iratus & furioſus?†quaſi pari paſſu ambulant,& propterea prouocatus ad iram facto ſeu delicto,excuſandus eſt ab homicidio,& ei indulgendum eſt ſi ulciſcitur
29 Bar.in l.eum qui nocentem.ff.de iniur.†nam quicquid facit prouocatus,præſumitur potius facere ad defenſam, quam ad offenſam,vt Mar.in l.1.9.lim.ff.de ſicar.Idem in l.vnius. §.cogniturum.ff.de quęſtio.Idem in conſ.25.29.50.59.68.& 81.vbi
30 concludit,†q̃ incipiens percutere, ſemper dicitur eſſe in culpa,& contra autorem rixæ ſemper præſumitur. l. Quoniam
31 multa.C.ad l.Iul.de ui pub.& in l.ſi ut.C.de ſica. †& q̃ in rixa occidit aliquem,magis caſu quam voluntate committit ho-
32 micidium.l.j.ff.de ſica.† tamen in poteſtate Iudicis eſt homicidam deportare, quem impulit iracundia orta aliunde quam ex facto offenſi.tex.in l.lex Iulia.in fine,ad legẽ Iuliam repet. quem tex.mꝰignificat Bal.in l.additos.C.de epiſc.au.Nõ deſunt etiam doctiſſimi & prudẽtiſſimi viri,qui affirmẽt,facta dicta ue calore iracũdiæ eſſe irrita.tex.eſt in l.3.& ibi gl.ff.de diuor. tex.& ibi Bar.in l.quicquid.de reg.iur.in l.ſi filium tuum.ff.de
33 inoffi.teſtam.†ideoque confeſſio iudicialis, contractus, iuramentum,votum,electio,acceptatio ſecundi beneficii,& profeſſio calore iracundiæ facta,nec tenent,nec obligant.glo. in c.ex literis.in verbo admonita.de dinor. l. licitatio.in princip. ff.de publ.l.2.C.ad l.Iul.in c.dudum.ſuper verbo iracundiæ,de conuer.coniug.& ibi Anto. Firmanus in ſuo tract. de epiſco. in 1.parte.li.3.q.35.per tex.in c.auditis.de electio. Panor.in ca. de multa.col.5.ver.extra caſum.de præben.Anto.in c.ſicut ex literis.& c.ſi vero.de iureiu.Et cum inſtitutum meum ſit hoc in loco tractare de delictis non cogitatione commiſſis, cum
34 quæ furioſi nulla ſit voluntas.l.furioſi. de reg.iur.†& proinde habendum ſit quod a furioſo factum eſt,ac ſi caſu aliquo id
35 accidiſſet, †ac damnum quod a furioſo datum æque æſtimãdum ſit,ac ſi quadrupes fecerit,aut tegula cecidecit. l.ſed & ſi. §.i.ff.ad l.Aquil.oportunũ exiſtimo aliquid diſerere de furioſo.Dico igitur,quod furioſus delinquens ſatis ſuo furore punitur, & licet fati infelicitas illum excuſet,vt in l.infans. ad.l.
36 Cornel.de ſic.& l.Diuus.de offi. Præſi. † tamen parẽtes & alij conſanguinei, qui negligenter illum obſeruarunt, puniendi ſunt.tex.in dicta.l.Diuus.ante fi.illud quoque non eſt prętermittendum, quod furore correptus poſt patratum facinus,
37 †mitius puniendus eſt.Bal. Alex.& alij recentiores, in l.furio-
38 ſum.in fi.C. qui teſtam.facere poſſunt. † & huius rei ratio eſt, tum quia furioſus habetur loco abſentis & ignorantis.tex.in l.ſed ſi vnus.§.filioſa. ff.de iniur.& l.Iulia,ff.de diuortijs.& pęna corporalis ferire nõ poteſt abſentem.l.abſentẽ. ff. de pœn.
39 tum quia furioſus mortuo æquiparatur.l.qui ad certum. ff.locati,& mortus non patitur pœnam corporalem.l.defuncti,ff. de publ.iud.aduertendũ tñ eſt,quod licet furor poſt delictum adueniens excuſet a pœna corporali, non tamen a bonorũ
40 annotatione.Bal.in l.humanitatis.col.8.verſi.tertio quæritur. & ibi Fran.Aret.C.de impub.& alijs ſubſtit. non deſunt tamẽ prudentiſſimi iureconſulti qui huic opinioni reclament, ſed tales,iudicio meo,contra communem inclinant,Alex.in l.ex facto.ff.de vul.& pupi.tenet q̃ furioſus non ſit condemnandus ſi proceſſus non fuit inchoatus ante furorem, ſed ſi iam expeditus eſſet,dicit furentem poſſe condemnari,ſed in omni caſu propter immanitatem ſceleris furori non eſt danda
41 venia, † quoniam enormitas delicti facit vt non concedenda concedantur.Bal.in l.i.de preci. Impera.offĕren. & Innoc.
42 in c.i.de conſt.†Adde etiam,quod ſi aliquis ſua ſponte in furorem incidit,vt quia aliquid comedit|quod ſciebat homines in furorem uertere,tunc non excuſatur,alias excuſatur. Marianus in repetitione cap.ad audientiam,in 3.q.5.li.de homi.
43 †Sed ſi furibundus poſt commiſſum delictum ad ſanam mentem peruenerit,aliquali pœnitentia afficitur. tex.in c.ſi quis ĩ ſaniens.15 quæſtio.j.& quia furioſus nõ lõge diſtat ab ebrio, qui pariter actione & perfectione ſimul nulla præcedente cogitatione delinquit, de eo quoque hic dicendum eſt. Pittacus igitur ille Mitilenenſis ex ſeptem græcię ſapientibus,dixit ebrios,ſi quem pulſauerint,maiori pœna damnari quam ſi ſobrij fuiſſent,quia in ſua poteſtate erat ebrios non eſſe. Bal. in repetitione l.j.colum.pen.verſ.extra quęritur.C. unde vi.fa
44 tetur †ebrium eſſe in duplici pœna,uidelicet ebrietatis & criminis, ſed multo deteriorẽ eſſe uerum dolum quam multas
45 culpas,unde poteſt colligi quod†ebrietas affectata non excuſet.tex.in ca.ita fidei,ff.de iure fiſci.& ideo ſi quis induſtria ſe inebriauerit,ut in ipſa ebrietate aliquod facinus perpetraret, non ei quoquo modo parcendum eſt,quia non ſolum eſt in
46 culpa,ſed etiam in dolo.†Aliam etiam diſtinctionẽ facit Bal. in l.j.C.unde ui.quem locũ nuper citauimus,aut enim ebrietas eſt leuis, & tunc delictum in ebrietate factum puniẽdum
47 eſt,†aut ebrietas magna eſt,& tanta qnod quaſi inducit mentis exilium,& tunc ebrius,ſi delictum commiſerit, clemẽtius eſt plectendus.l.omne delictum.§.per vinum.ff.de re militari.
48 † Contractus ab ebrio factus non ualet. glo.in capitu. vnuſquiſque.in ver.22.q.4.& Alex. poſt Bal.in l.dolum. C.de dol.
49 mal.& per tex.c.ſane 15.quæſtio.1.†vbi cum neſciant quid loquantur,æquiparantur furioſis & infantibus,qui contrahere nequeunt,per l.j.§.furioſus,ff.de actio.& obligatio.nec etiam ualet teſtamentum ebrij.Bal.in cap.Crapula in principio. de
50 uita & honeſtate clericorum. †ſimiliter non ualet teſtimo-
51 nium.Bal.in ca.j.& ibi recentiores,de teſtibus. † Circa matrimonium,an ualeat,uide Philip.Deci.conſilio 112. incipient.
52 in præſenti conſultatione.†Clericus autem ab ebrietate, & crapula non abſtinens.& qui a ſuperiore commonitus non ſatisfecerit,ab officio & beneficio ſuſpẽdẽdus eſt,vt habetur ĩ
53 cap.a crapula.de uita & honeſtate clericorum.†Vnde,vt clericorum honeſtati conſuleretur,etiam ingreſſum tabernarum illis inhibuerũt antiqua concilia, niſi itineris neceſſitate compulſis, ut habetur in concilio Cartaginenſi.3. & in concilio generali ſub Innocentio III.celebrato,de quibus in cap.non
54 oportet.43.diſt.†pœna autem clericis in ebrietatem incidentibus in illis canonibus ſtatuta non eſt,vnde hoc ſuperiorib. cenſetur relictum,vt cõſideratis frequentatione actuum, & pſonæ qualitate,& uidentium ſcandalo,ab ipſis puniri debeãt.
55 †Et an clericus ebrius,qui hominem occiderit,incidat in irregularitatem,uide Panormi.in c.quia diuerſitatem. de conceſ. præben.& Maria.Soci.in repe.c.ad audientiam.in 13.qõ.5. in
56 prin.de homic.& Imo.in clem.1.de homic. †& quia dormiẽs æquiparatur furioſo.l.1.§.adipiſcimur.ff.de acqui.poſſeſſi.nec talis cogitatione delinquit,reſtat ut de eo quoq; diſeramus. Dormiẽs igitur ſi quicquam facit,quod habeat ſpeciem delicti,non punitur.tex.in Clem. unica. de homici.ſed hoc tamẽ
57 intellige †niſi in culpa fuerit dormiẽs,quoniam ſciebat ſe eo uitio laborare,nec diligentiam adhibuit, ut huic rei obuiam iret,per id,quod habetur in l.lege Cornelia.ff.de ſic.& l.ſi putator.ad l.Aquiliam.& Pet.Ant.& Card.in Clem.j.de homic.
58 †Et quoniam impuberes uel pueri non doli capaces adſcribendi ſunt numero illorum qui non cogitatione,ſed actione & perfectione tantum delinquunt,de his quoque hic ordine dicendum eſt.tales igitur committentes aliquod delictum, oĩno non puniuntur.l.illud.in prin.ff.de iureiu.quanqam lex alicubi pœnam capitalem imponat impuberibus, tex.eſt in l.ex
59 cipiuntur. ff. S.C. Sylla. & l.ſi arrogati. ff. de tutel.† & cum adoleſcentia natura ſit ueluti proprium uitiorum irritamentum,ideo adoleſcentis delictum magis uitio ætatis, & quaſi neceſſitati,eſt adſcribendum,quam pertinaci malitæ & improbitati.huic enim ætati maxima ineſt conſilij imbecillitas, & vt atteſtatur iureconſultus in l.j. ff.de minor.huiuſmodi ętatis conſilium eſt infirmum,& fragile,vnde fit,vt adoleſcentes tutorum & curatorum auxilio egeant,eorum tamen delictũ omnino impunitum relinquendum non eſt,modo ſint in ea ætate,in qua crimen,quod intenditur,cadere poteſt.l. impuni
60 tas.C.de pœn.& l.ſi quis te reum. C.de ſica. † Et ſi delinquens propter tenellam & floreſcentem ætatem mitius p iudicem punitus ſit,forte ex forma ſtatuti maior effectus non poterit amplius de ipſo delicto puniri,Marſi.in l.infans.colum.2.ff.de ſic.Et quoniam ſenectus eſt ueluti altera adoleſcentia, atque pueritia,adoleſcentes enim quia non habent perfectum conſilium mitius puniuntur,& ſenes quia bonam partem mentis amiſerunt,clementius quoque plectuntur,adeo quod propter ingraueſcentem ætatem pœna mitigatur.l. ſi quis in grauí.§.ignoſcit.ff.de.S.C.Sylla.& l.fere in omnibus.& ibi glo. de reg.iur.Ang.tamen in Authen.de mona.dicit illum textum loquentem de quodam annorum centum viginti prudentiſ-
61 ſimo,facere contra vulgares,qui dĩt ſenes repueraſcere, †ſed

hoc

Digitized by Google

62 hoc meo, eſt de raro contingentibus.†Et quoniam illi qui deperdite amant, quique præ nimio ardentiorique amore delicta committunt, non ex animi ſcientia, ſed furore concitati, id ipſum committunt, mitius puniendi ſunt Old.conſi.210.regularis habet traditio, colum. 2. verſicu. tertia conſideratio.
63 †Amantes enim inter furioſos connumerantur, vt in Phædro
64 atteſtatur ipſe ſapientiæ Antiſtes Plato, †Sed amorem continere intra debitos limites non muliebre ſed perfectæ Philoſophiæ eſt Bald.in l.precibus, colum.6.verſic.quid ergo. C.de im pub.& alijs ſubſt.Cur.Senior conſi.67.ſuper controuerſia.col. 3.verſicu.Tranſeo ad ſecundum.Et quod Clementius plectẽdi ſint amantes, qui amoris vehementia & formæ gratia ſuperati delinquunt, cõfirmatur exemplo Mundi Ducis equeſtris militiæ, quia, Tiberio Imperatore tantum exilio damnatus fuit, eo quia in templo Iſidis fraude ſacerdotum conſtuprauit Paulinam Romanam ſpectatiſſimi generis fœminam. Quid dicam de Piſiſtrato Athenienſium Tyranno, qui cum adoleſcens quiſpiam Amore accẽſus eius filiam oſculatus eſſet, vxori hortanti, vt ab eo capitale ſupplicium ſumeretur, reſpõdit, Si eos qui nos amant interficiamus, quid his faciemus quibus
65 odio ſumus?†Et quia Tyrones in arte in qua incipiunt verſari ſæpe per imperitiam delinquunt, eis quoque ignoſcendum
66 eſt.tex.in l.deſertorem,§.ſi plures,ff.de re mil.†Hinc eſt, quod parcendum quoque eſt ciui nouello, qui ignoranter quidquã facit contra ſtatuta ciuitatis.Rom.conſi.251. Clariſſimum dr. & iterum conſi.491.in caſu propoſitæ conſultationis. & idem prope modum dixit Bald.in l.cunctos populos.colum. antep. verſi.circa maleficium.& ibi Iaſ.aptius in 2.lectura.C.de ſum. Trini.Cur.Sen.conſil.27.incipien.Magnificus.numero 18.late per Plotum in l.ſi quando.nume. 332.ver.Hinc infertur.C.vn de ui.vbi dat duas ad hoc limitationes, quibus forenſi & ciui nouello facienti contra ſtatutum nõ parcitur, ſed iam ad alia pergamus.

De his qui cogitant, & agunt ſed non perficiunt delicta.

SVMMARIVM.

1 *In leui crimine delictum attentatum non punitur.*
2 *In delictis attentatis delinquentes tantum verbo extraordinarie puniuntur.*
3 *In attentis delictis qui proceſſerunt ad actum remotum, non tenentur ordinarie, qui vero deuenerunt ad actum facto proximum tenentur.*
4 *In attrociſſimis criminibus non conſumatis, delinquentes tenentur, qualitercunque egerint, pœna ordinaria.*
5 *Qui non perficit delictum eo quia noluit, venia dignus eſt.*
6 *Præſuppoſito quod in attrocibus delictis attentatis puniatur conatus, an hoc habeat locum in pœnis ſtatutariis.*
7 *Fictio non habet locum in legibus municipalibus.*
8 *Propoſitum cum actu imperfecto clementius plectitur, quam cum actu perfecto.*
9 *Quotieſcunque lex expreſſe non imponit eandem pœnam delicto attentato, & crimini conſumato, aut nullam certam pœnam imponit, ſemper delicta clementius puniuntur.*
10 *In arbitrariis mitius punitur, qui attentauit quam qui perfecit.*
11 *In attrocibus punitur conatus eadem lege, ſed non eadem pœna.*
12 *Communis opinio eſt, quod ad hoc vt habeat locum pœna ordinaria in delinquente, requiritur actus perfectus & conſumatus.*

PARS SEPTIMA.

IN caſu attentati, & non conſumati delicti diſtinguẽdum exiſtimo ſecundum mentem Bal. Aut.n.†ſu
1 mus in leui crimine, & delinquentes excuſantur, l.1.ff.quod quiſq; iur. aut ſumus in attroci delicto, & tum ſub
2 diſtingue, aut facto in primo caſu tenentur extraordinarie, l.
3 1.C.de extra.crimi.†in ſecundo caſu, aut proceſſerunt ad actũ remotum, & non tenẽtur ordinarie, aut deuenerunt ad actũ facto proximum & immediatum, & tenentur ordinarie. l. is
4 qui cum telo. C. de ſic. †aut ſumus in attrociſſimis criminib. & delinquentes tenentur qualitercunque egerint pœna ordinaria, l.quiſquis ad l.Iuliam Maieſtatis, & quod plus eſt, in crimine læſæ Maieſtatis ſola ſcientia non reuelata punitur, l.quę
5 ſitum.ff.qui & a quibus. Alber. ita diſtinguit, aut quis † non perfecit delictum quia noluit, & tũc venia dignus eſt, vt ff.de Fal. l.qui falſum. aut non perfecit quia non potuit, & tunc punit, quia in maleficiis ſpectatur uoluntas & non exitus, vt ff.de Sica.l.Diuus, & ff.ad l.Pompe. de parrici.l.prima, & C.de epiſco. & clericis, l.ſi quis non dicam rapere. Et licet de iure communi conatus delicto proximus æque puniatur in attrocibus, ac ſi flagitium perfectum fuiſſet, vt per Bald.in d.l.ſi quis non dicam rapere.colum.2.glo.in l.præſenti.in verbo, cogitatione, C.de his qui ad eccl.conf.Math.de Afflict.in conſtitutione, ſi quis aliquem.ſub rub.de percuſſi.illici.cum armis.in 4.colum. ſubdit contigiſſe in quodam aſſaſſino qui traxit ſagittam cũ Baliſta, & dedit in Arzono equi, & non percuſſit eum in, quẽ traxerat, & atteſtatur talem fuiſſe punitum acſi occidiſſet, & ita fuiſſe determinatum & executum, & ratio eſt, quia, vt inqt Barto.in l.non ſolum,§.ſi mandato,3.colum.ff.de iniur.contra aſſaſſinos.ſemper ſolet augeri pœna, eadem ratione. Bart. dicebat in l.1.ff.de pari.quod monachi qui conati fuerunt dare venenum Abb.S.P.debebant plene puniri, licet delictum non fuiſſet conſummatũ & perfectum, ad mortem. Item Bar. & Saly.in l.1.C.de malefi.& Math.Ang.in tract.malefi.in verbo, ueſtem celeſtem abſtulit.9.colum.verſicu. ſed aduertas. q regulariter puniri nõ deberet pœna mortis naturalis propter ſolum conatum, ut tenet Speculator.in titu. de accuſationib. prima parte,§.1.verſic.ſed fallit tamen regula in delicto quod poteſt trahi ad exemplum.per tex.in l.ſi quis ſeruo, C.de furt. In crimine aſſaſſinij & læſæ maieſtatis, punitur affectus & conatus acſi ſecutus eſſet effectus. Bal.& Ang.in l.1.§.hęc verba, ff.quod quiſque iur. Felyn.in d.tract.conatus, in ſexta fallẽtia. At dato caſu ſed non conceſſo quod indiſtincte in omnibus attrocibus delictis puniretur conatus pœna ordinaria, quæro
6 an hoc habeat locum in pœnis ſtatutarijs. †Ad hoc reſpõdit Barto.in l.prima,§.Diuus.de ſica.quod non,& ratio eſt, quia
7 ſcælus incœptum habetur pro perfecto non ſecũdum veritatem†ſed ex fictione, quæ non habet locum in legibus municipalibus, vt notatur in l.3.§.hæc verba, ff.de nego.geſt. †æquitas etiam dictas propoſitum tum actu imperfecto clementius plecti quam cum actu perfecto, l.ſi fugitiui, ff.de ſerui. fugit. Hinc eſt quod voluit Specula.legibus punientibus conatum eſſe derogatnm per conſuetudinem contrariam, quia delicta attrocia ferme vbique ſecundum ſtatuta puniuntur, de quo p Fely.late in ſuo tract.de conatu, & in capitu.i.de præſumptio.
9 †Nec prætermittendum eſt non deeſſe qui dicant, non ſolum de conſuetudine mitius puniri attrocia delicta attentata, ſed etiam ſemper de iure communi, quotieſcunque lex expreſſe non impoſuerit eandem pœnam delicto attentato & crimini conſumato, aut nullam pœnam certam impoſuerit, & ra-
10 tionem quia tales mouentur, †credo eſſe, quia ĩ arbitrariis mitius punitur qui attentauit quam qui perfecit, vt probatur in l.prima,ff.de extraordina.crimi.& l. quamuis adulterii. C.de adulteriis. & licet vbi agitur de pœna criminali imponenda propter conatum mitius & extraordinarie puniatur arbitrio iudicis, vt probatur in l.prima,ff.de var.& extraord.cogn.nihilominus hoc procedit vbi lex non ſpecificat quantitatem pœnæ, Bald.in l.ſi fugitiui.C.de ſeruitu.fugi.& bene probat tex.in l.prima, C.ſi quacunque præd.po.Cyn.in l.prima de extraord. crimi.Cœpol.in ſuo vlt.conſi.& Fely.in capitu. inquiſitionis.
11 de accuſationibus, dicũt quod †in attrocibus punitur conatus eadem lege ſed non eadem pœna, & ita confirmant intelligi debere, quod in attrocibus punitur affectus, licet non ſequa-
12 tur effectus, †& communis opinio, iudicio meo, eſt, quod ad hoc, vt habeat locum pœna ordinaria, requiritur actus perfectus & conſumatus, & iura punientia conatum tanquam factum principale ſunt hodie correcta per contrariam & generalem conſuetudinem, prout late dixi ſub rubrica de euentu, quo te remitto.

De his qui delinquunt cogitatione, actione, & perfectione ſimul.

SVMMARIVM.

1 *Semper maiori pœna plectitur ille qui libertate delinquit, quam qui ex abrupto, ira, vel dolore motus ſcælera committit.*
2 *Delinquendi præcogitatio non poteſt niſi præſumptione per actus extraneo probari.*
3 *Inimicitia capitalis arguit animi deliberationem.*
4 *Qualitas inimicitiæ qualitatem demonſtrat deliberationis.*
5 *Quando inimicus ex tempore incidit in inimicum, an inimicitia excludat deliberationem.*
6 *Sola inimicitia capitalis facit indicium ad inquirendum, non autem ad torquendum, niſi alia concurrant indicia.*
7 *Animi deliberatio colligitur ex eo quod quis ante commiſſum delictum tranſmiſerit bona ſua in alienam iuriſdictionem.*
8 *Alienatio bonorum facta illico ante commiſſum delictum, ĩducit ſuſpicionẽ præcogitationis.*
8 *Aggreſſio nullis dicts verbis facit ĩdicium animi deliberati.*
10 *Locus remotus ab hominum frequentia arguit præmeditationem animi.*
11 *Si occiſor uiſus fuerit emere arma, & in eis ſe exercuerit, & deferrat pilas ferreas vel ſtocum ſub cappa, & ſi amicum præmonuerit ut auditorum ore cum armis accurrat, cum omnia ſimul tendant ad eũdem finẽ, præ-*

Digitized by Google

præcogitationem demonſtrant.
12 *Pars corporis offenſa arguit propoſitum.*
13 *Pluralitas vulnerum facit indicium deliberationis.*
14 *Tempus inducit ſuſpicionem homicidii meditati.*
15 *Aſſiſtentia hominum cum armis facit indicium ad tractatum.*
16 *Habitus delinquentis arguit præmeditationem animi.*
17 *Armorum delatio in non ſolito deferre arma, inducit mali animi ſuſpicionem.*
18 *Modus percutiendi eſt ſignum propoſiti.*
19 *Minæ & iactationes ante cõmiſſum delictum arguunt deliberationem, maxime in ſolito eas exequi.*
20 *Proditio eſt indicium penſamenti.*
21 *Secreta ad aures locutio, ſi ſtatim ſequatur homicidium, concurrente capitali inimicitia, plene probat penſamentum.*
22 *Reiteratio percuſſionis cum baculo, eſt indicium deliberationis.*
23 *Rixa ſecunda uice facta parum poſt primam, penſamentum demonſtrat.*
24 *Prlæcogitatio colligitur ex genere armorum.*
25 *De iberatio animi demonſtratur ex qualitate vulneris.*
26 *Qualitas perſonæ attenditur ad cognoſcendum an homicidium ex propoſito fuerit commiſſum.*
27 *Inquiſitus cum narratione facti, & condemnatus an comprehendatur ſub decreto gratioſo abſoluente condemnatum propter homicidiũ caſu vel rixa commiſſum, & reſeruante homicidia animo deliberato patrata.*
28 *Principum gratiæ ſunt late interpretandæ.*
29 *Delictum ſemper præſumitur magis leue quam graue.*
30 *Qualitas neceſſaria, quæ eſt de forma, ſi non probatur, cætera corruunt.*
31 *Dolus præſumptus ſemper inducitur cum factum illicitum deducitur.*
32 *Credens occidere vnum, ſi alium occiderit, an puniatur ſecundum opinionem, vel ſecundum veritatem.*
33 *Contra iudicem male inquirentem, incarcerãtem, ponentem ad torturam, & bannientem, poteſt iurari in litem.*
34 *Verbum, deliberare, eſt quædam meditatio, & quoddam interuallum ad actum qui poſtea in animo deſtinatus ſequitur.*
35 *Rixa affectata non tollit qualitatem animi deliberati.*
36 *Ad tollendam deliberationem, non refert an offenſus prouocauerit, vel tertius.*
37 *Impune licet ad defenſionem extranei occurrere contra inſultantem.*
38 *Non ſolum prouocatio tertii, ſed quælibet alia animum delibratum excludit.*
39 *Infra quantum tempus poſsit dici, quod delinquens calore iracundię deliquerit, ad excluſionem præmeditationis animi.*

PARS OCTAVA.

QVi enim tam horrenda Inhumanitate, deteſtandaque ſæuitia hominum mortem ſitiunt, vt cogitatione præcedẽte ad homicidia perueniãt, lege Cornelia de ſicariis puniuntur l. j. ad. l. Cor. de ſic. † Semper enim maiori pœna plectuntur qui appẽſate & deliberate delinquunt, quã qui ex abrupto, vel ĩ rixa, vel calore iracundię, vel impetu, vel caſu, ſcelera committunt, vt in l. reſpiciendum. §. delinquunt. & ibi gl. & Bar. ff. de pœn. Bal. in conſilio. 387. in tertio volum. & Alex. in rub. ad l. Iu. pecu. & Fely. in c. cum dilecti. de exceptio. † Verum quia delinquendi præcogitatio, maluſque animus non põt niſi præſumptione, per actus extrinſecos probari, vt Bal. in l. Pacuuius. ff. de hæred. inſti. Io. de Ana. conſilio 19. incip. viſis inſtrumentis. numer. 17. fol. 11. & Cyn. in l. fi. C. de ſica. nũc dicam de accedentibus & circumſtantiis animi præmeditationem arguentib. Cauſa igitur qua impellitur homicida ad occidendum, vt † inimicitia capitalis, arguit animi deliberationem Doct. in l. aut facta. §. cauſa. de pœn. † qualitas enim inimicitę demonſtrat qualitatem deliberationis, cum poſſit etiã animus eſſe deliberatus faciendi cicatricem, & non occidendi, iuxta notata per Aegidium Boſſium in tractatibus ſuis criminum, ſub rub. de homicid. Non deſunt tamen qui dicãt, inimicitiam excludere deliberationem, † vt quando inimicus ex tempore incidit in inimicum, & illum occidit nil dicto, uidetur enim non eſſe præſumendam præmeditationem, ex quo ſtatim uiſo inimico in illum impetum fecit, hæc tamen præſumptio tollitur alia põſumptione, quod haberet ante animũ ita faciendi, quãdocunque ei data fuiſſet occaſio. uide D. Aegidium in d. tract. ſub eo. ti. ex præparatorijs, & geſtis ante maleficium, † ſola tamen inimicitia capitalis, ubi ignoratur delinquens, licet faciat indicium, ad inquirendum contra inimicum, non facit indicium ad torquendum, niſi alia adſint inducia. Plotus d. l. ſi quando. numero 880. verſiculum ſextum indicium, C. unde ui. † Colligitur etiam animi præmeditatio, vt ſi quis ante commiſſum delictum tranſmiſiſſet in alienam & ſeparatam iuriſdictionem bona ſua mobilia & maximi valoris, vt l. & ſi amicis. in fin. iuncta. l. quod ait. in princip. & ibi glo. ff. de adul. Bald. in cap. tue. de procura. Dec. ĩ rub. de iudi. colum. 2. † Alienatio bonorum facta illico, vel ex paruo interuallo ante commiſſum delictum, inducit ſuſpicionem præcogitationis, vt Bar. in l poſt contractum. ff. de donatio. † Aggreſſio nullis dictis verbis facit indicium quod homicida deliberaſſet hominem occidere. Ancha. conſi. 217. Doct. in l. reſpiciendum, §. Delinquunt. ff. de pœn. Bart. in l. capite 5. de adult. † Locus remotus ab hominum frequentia, † & ſi occiſor viſus fuerit emere arma. eaque aptare, & ſi in eis ſe exercuerit, & ſi deferat ĩ manum Pilas ferreas, vel ſtocum ſub cappa, & ſi amicum præmonuerit, vt audito rumore, cum armis accurrat in auxilium aggreſſoris, quæ omnia ſimul, cum tendant ad illum finem, demonſtrant præcogitationem. homicidij meditati: tex. in l. prima, §. vi poſſidere. ibi, in hoc ipſum aptus & præparatus venit, ff. de vi & vi arma. Albe. in tract. ſtat. quæſt. 64. in 3. parte. Mantua. conſil. 325. incipien. niſi innocentia. colum. 3. † Pars etiam corporis offenſa, vt caput, arguit ꝓpoſitum. Bar. ĩ l. 1. §. 1. de ſica. † Pluralitas vulnerum arguit animum deliberatum. Alber. in l. & ſi amici domum, ff. ad l. Iuli. de adulter. l. 2 ut facta, ff. de pœ. & l. nemo, C. de epiſcop. aud. † Tempus inducit etiam ſuſpicionem præmeditationis, cum lex male præſumat contra agentem de nocte. glo. in l. furem ff. ad l. Cornel. de ſica. † Aſſiſtentia hominum cum armis facit indicium ad tractatum. Bald. in l. hæc verba, ff. de his qui not. infam. † Habitus delinquentis facit indicium deliberationis, vt ſi tempore commiſſi delicti erat armatus tam armis defenſiuis, l. licet inter priuatos, ff. de pac. † Armorum etiam delatio in non ſolito deferre arma inducit ſuſpicionem mali animi, & præcognitionis. Doct. in l. fina. ff. de quæſt. † Modus quoque percutiendi, vt ſi quis enſe punctim percuſſerit, eſt propoſiti ſignum, & animi occidendi indicium. Bart. in l. reſpiciendum, §. delinquunt, ff. de pœn. Marſil. conſi. 7. l. prima, §. Diuus ad l. Cornel. de ſic. † Minæ & iactationes ante commiſſum delictũ faciunt indicium mali animi, vt Doct. in l. fi. ff. de quæſt. & præſertim in ſolito eas exequi. Bald. in l. Metum. C. quod met. cau. Gramm. conſ. 13. numero 18. † Proditio eſt indicium põſamẽti. Fely. c. 1. de homici. † Secreta ad aures locutio, ſi illico ſequatur homicidium, concurrente capitali inimicitia, plene probat penſamentum. Bald. & laſ. in l. prima, C. de ſerui. fugitiu. Felyn. in cap. afferte. de præſump. † reiteratio percuſſionis cum baculo arguit penſamentum. Bald. in l. licitatio, §. quod illicite. ff. de pub. & Gramm. at. in uoto. 17. numero 8. † Rixa ſecunda vice facta parum poſt primam penſamentum demõſtrat. Fel. in c. ſi cautio. extra de fide inſtrumen. † Præcogitatio colligitur etiam ex genere armorum, vt ſi quis archibuſio occiderit aliquem, vt in cap. ſignificaſti. ii. de homicid. † Deliberatio animi demonſtratur etiam ex qualitate vulneris, vt ſi plaga, iudicio medicorum, erit mortalis. Felyn. & Ioan. de Ana. in c. primo. de homicid. † Qualitas etiam perſonæ, vt homo ſcandaloſus, & ſolitus delinquere, attenditur ad cognoſcẽdum an homicidium ex præpoſito fuerit commiſſum. Saly. in l. 1. C. de ſic. Cœpo. in conſi. 31. colum. 3. verſicu. noua præſump. Grammat. voto 21. colum. vlti. Et ſi ſtudioſi circa hãc materiam plura ſcire deſiderant, eos ad ea relego, quæ ſcripſit Marſil. in l. 1. numero 27. C. ad l. Cornel. de ſica. & Bar. vna cum gl. in l. i. §. Diuus, ff. ad l. Corn. de ſic. Alex. in conſi. 138. in primo volum. Cœpol. in conſi. 29. Raph. Cu in conſil. 134. Fran. Aretin. conſ. 80. videant etiam Marc. Ant. Blan. in practica ſua criminali, ĩ uerſicu. viſis indiciis, numero 58. vbi ſecundum decem Ariſtotelis prædicamenta demonſtrãt delicta mediata. Videant etiã quæ dixi ſub rub. de cauſis quibus delictorum pœnæ tum augeantur tum minuantur. Sed priuſquam a præſenti materia diſcedam, † q̃ro quid ſi ex indiciis & natura facti qualitas animi deliberati colligatur, & tamen in inquiſitione de ea nulla facta ſit mentio, an condemnatus comprehẽdatur ſub decreto gratioſo abſoluente condemnatum propter homicidium caſu uel in rixa commiſſum, & reſeruante homicidia animo deliberato patrata, pro condemnato facere videtur, † quia prĩcipium gratiæ ſunt late interpretandæ. l. fi. C. de conſt. princ. & l. ſi quando, C. de bonis uacan. † & delictum ſemper præſumitur magis leue quam graue. Soc. in cap. ad audientiam. de homicid. Contra condemnatum facere videtur, quod neceſſaria eſt illa qualitas expreſſa a Principe, videlicet quod comprehẽdantur homicidia caſu vel in rixa commiſſa, & ſi † qualitas neceſſaria, quæ eſt de forma, non probatur, cætera corruũt. Bald. in conſi. 181. incipien. iuri publico. Facit etiam, quod in inquiſitione cum narratione facti non opus eſt quod opponantur illa verba, ſcienter, doloſe, & appenſate, quia † dolus præſumptus ſemper inducitur cum factum illicitum deducitur, vt in l. j C. de ſic. Ita tenet Angel. in l. ſi vacantia. C. de bonis uacan. lib. x. ver. pro intellectu iſtorum verborum Et quia ſuper hoc articulo in curia Mediolani alias dubitatum fuit, conſultus fuit Eccel. Senatus, qui cenſuit, vbi ſint iudicia cum qualitate

ani

Digitized by Google

animi deliberati,ea purget condemnatus in fortijs iudicis cõ
ſtitutus,quæro nunquid ſi delinquẽs animo deliberato com-
32 miſit homicidium, †ſed credens occidere inimicum occidit
patrem,puniatur ſecundum opnionem,an ſecundum verita
tem.Vide Ang.in tract.malefi.ſuper verſicu. ſcienter & appen
ſate.fol.238.uide etiam quę ſupra dixi,ſub rubrica de his qui
non cogitant,ſed agunt,& perficiunt, & quia condemnati de
homicidio cum qualitate animi deliberati,propter criminis
immanitatem,raro a principibus gratia donãtur, cumque ad
cognitionem pręmeditationis multa & vrgentiora indicia ꝙ
currere debeant, & cum præſumptiones & coniecturæ aliis
præſumptionibus & coniecturis tollantur,ut Bald.in l.fina.C.
de probatio.capitu.1.de præſumptio.Alexand.conſil.103.vlti.
colum.primo,volumine Bald.in l.Pacuuius,ff.de hæred.inſti-
tuendis. Gramma. conſi.35.iudices debent eſſe valde cauti &
circumſpecti ne temere forment inquiſitiones cum hac qua-
33 litate,alioquin†contra iudicem temere formãtem inquiſitio-
nem de animo deliberato occidendi,vel de alio delicto etiam
in rixa,legitimis indicijs non præcedentibus,& contra iudicẽ
temere aliquem incarcerantem,vel condemnantem, aut po-
nentem ad torturam,aut bãnientem, poſſet iurari in litem p
inquiſitum,incarceratum,aut bannitum,ſeu condemnatum
iniuſte,probando ex ipſo iuramento contra iudicem in ſyndi
catu omnia eius damna,expenſas,ac intereſſe non ſolum pe-
cuniarium,verum etiam honoris & exiſtimationis iniurię,p
ut late docet Plotus in l.ſi quando,numero 630. uerſicu.vige-
ſimo quinto amplia,C.vnde vi. Aduertant igitur iudices, ne
temere forment inquiſitiones cum qualitate animi delibera-
rati,præſertim in dominio Mediolani,vbi extat decretum te,
noris infraſcripti.Homicida capite puniatur, ita quod moriatur,& tamquẽ homicidã puniatur quicunque etiam non ſe-
quente morte tantummodo vulnerauerit, aut inſultum cum
telo euaginato fecerit,animo tamen deliberato occidendi, ẽt
ſi non lædat vel occidat.pari modo intelligatur quicũque hu
iuſcemodi penſato maleficio auxilium dederit,conſiliumue,
quamuis etiam is manus ad opus non extenderit. cum igitur
in hoc dominio vigeat tale decretum,diligenter vidẽdum eſt
34 quomodo cognoſcatur talis deliberatio. †Verbum. enim de-
liberare,eſt quædam meditatio & quoddam interuallum ad
actum qui poſtea in animo deſtinatus ſequitur,toto ti.ff.& C.
35 de fur.Bald.in l.potuit,C.de fur. †Et quia rixa tollit qualitatẽ
animi deliberati,aduertendum eſt,quod etiam poteſt interue
nire rixa,& tamen erit animus deliberatus,in eo qui illam af
fectat ad finem deueniendi ad homicidium l.ei qui data ope
36 ra,ff.ex quibus cauſis maior.† Aduerſe etiam, quod ad tollen
dam deliberationem,nõ refert an offenſus prouocauerit, vel
tertius.Rom.in l.cum mulier,ff.ſolut.matrimonio,col.23.ver
ſicu.aduerte tamen.& ideo,ſi video aliquem rixantem.& iti-
mulo defenſionis proximi,ſeu cuiuſlibet etiam extranei, nul
lis dictis verbis,alium inſultem,non puniar pœna memorati
decreti,licet errauerim,quia fuit actus impetu factus, & non
præcedente animi deliberatione.Bald.in l.raptores. C.de epiſ.
& cleri.& Saly.in l.Gracchus,C.de adul.& Alexand.conſi.76.
37 col.2.volu.2.†licet enim impune etiam ad defenſionem extra
nei occurrere contra inſultantem.Iaſ.Dec.& Docto. l.vt vim,
38 ff.de iuſt.& iur.†& non ſolum prouocatio tertii, ſed quælibet
alia animum deliberatum excludit,quamobrem Aegi. Boſſi.
dicit in ſuo tractatu de homici.quod ſi aliquis impatiẽs & ira
cundus ceſpitet,& pede lapidem feriat,& ita prouocatus nul-
lis dictis verbis vulneret aliquem ex aſtantibus,qui de eo ride
38 bant,nõ eſt animus deliberatus, †ſed infra quantum tempus
poſſit dici quod delinquens calore iracundiæ deliquerit ad ex
cluſionem præmeditationis animi, vide ea quæ dixi ſub rubr.
de his qui ſola cogitatione & perfectione delinquunt.& Dec.
in l.Qui calore,ff.de reg.iu.

De his qui puniuntur, licet non cogitent, nec agant, nec perficiant.

SVMMARIVM.

1 *Pœna eſt delicti ſatisfactio.*
2 *Dominus punitur ex delicto ſerui.*
3 *Dominus amittit domum vbi falſa moneta fabricata fuit.*
4 *In primipilari officio mulier ſine eius culpa amittit dotem.*
5 *Filii legitimi nati propter peccata parentum non admittuntur ad honores.*
6 *Quod aliqui ſæpe puniantur pro peccatis aliorum, probatur per multa exẽpla ſacræ ſcripturæ.*
7 *Statuta quod pater pro filio, & dominus pro famulo, teneatur ad pœnam pecuniariam, valent.*
8 *Decretum Mediolani quo in crimine læſa maieſtatis puniebantur corporaliter collaterales innocentes, fuit correctum a Carolo Quinto Imperatore.*
9 *Filii eorum qui inciderunt in crimen læſæ maieſta. pro paterno ſcelere plectuntur.*
10 *Natus ex mala progenie, eſt ſuſpectus, quod ſit malus.*
11 *Nati ex ſanguine infecto, infecti & ipſi præſumuntur*
12 *Filius præſumitur eiuſdem intentionis qua & pater fuit.*
13 *Qui habuit prędeceſſores peritos alicuius artis, & ipſe eadem arte vtatur, præſumitur bene peritus in ea.*
14 *Auiris egregiis an improbi proficiſcantur filii.*
15 *Virorum heroum filii noxæ.*
16 *Legali & probo viro ſæpe ſuccedit illegalis, & improbus filius.*
17 *Qui promittit ſtare iuramento Titii, & decedat Titius antequam iuret, nõ tenetur ſtare iuramento eius hæredis.*
18 *In crimine hæreſis, an vltio feratur non ſolum in authores ſcęlerum, ſed & in progeniem eorum.*

PARS NONA.

1 LIcet pœna ſit delicti ſatisfactio, & delictum
tenere debeat ſuum authorem.l.ſancimus,ff.de pœ
nis,& teſte Diuo Auguſtino, peccata parentum fi
liis imputari non debeant, nihilominus in multis caſibus de
iure puniuntur illi qui nec cogitatione,nec actione,nec perfe
2 ctione deliquerunt: †Exemplum in domino qui punitur ex
delicto ſerui,cum teneatur eum dare pro noxa, vt C. & ff.de
3 noxa.Et ſi quis paup.fec. dicatur. †Idem in crimine falſæ mo-
netæ, vbi dominus amittit domum vel fundum vbi falſa mo-
4 neta fabricata fuit,C.de fal.mo. l. j. †idem in primipilari offi-
5 cio,vbi mulier perdit dotem,vt C.de primipil.l.prima,†idem
in filiis illegitime natis,vt extra de filijs presb. huc quoque ver
6 git quod dicitur in j.quæſt.4.c.Eccleſia.†peccato enim Achor
plebs Iſraelitica in manibus hoſtium tradita fuit,& peccata fi
liorum Heli populus in manu Philiſtinorum corruit. Pecca-
to etiam Aegiptiorum eorum poſſeſſiones grandini traditæ,
iumenta, & primogenita eorum morte conſumpta ſunt. Itẽ
peccato plebis, electi eorum ſępe fuerũt puniti,& tandem cũ
eis prophętę ducti fuere in captiuitatem,ſcęlere etiam Iſraelii
tarum arca domini Philiſtæis tradita eſt,& crimine Amalechi
tarum animalia eorum iuſſa ſunt interfici.Etiam quod aliqui
ſæpe puniantur pro peccatis aliorum, probatur per exemplũ
Ionæ:per peccatum Dauid populum numerantis, per paruu-
los Sodomitarum,& paruulos Datan & Abiron, per Chana:
an qui patre peccante factus eſt ſeruus,per ſucceſſionem Gie-
zi,per reliquias Iudæorum,per quatuor ſucceſſores Achab,p
Idumęos qui deſcenderunt ab Eſau,vt in d.cap. eccleſia,vide-
7 ri poteſt.†Valent ẽt ſtatuta quod pater pro filio, & dominus
pro famulo teneantur ad pœnam pecuniariam,ſi filius vel fa
mulus deliquerit,vt pater & dominus diſcant eos ſub bona di
ſciplina tenere,ſed vt puniantur corporaliter non valent ſtatu
ta,& quę ſtatuta limita,vt per Plotum in d.l.ſi quando,num.
876.verſ.5.quæro,C.vnde vi. Et alias ob facinus Andreę Lam
pugnani S.Stephani occidit Galeatium Sfortiam Mediolanẽ.
Ducem,moleſtabatur eius frater D.Princiuallus Lampugna-
8 illius ſcęleris innocens,vigore†Decreti antiqui Mediolanẽſis,
quo in criminę læſę Maieſta. etiam corporaliter puniebantur
collaterales innocentes, quod quidem Decretum antiquum
erat iniquum & nullum,& contra illud conſuluit Dec.conſi.
64.incipien.prędſupponitur.& propterea Carolus Quintus Im.
perator in nouis conſtitutionibus dominij Mediolanenſis a
ſe editis illud inſeri noluit,ſed ipſum & alia decreta tyrannica
9 antiqua ſanciuit eſſe antiquata & correcta. †Accedat etiam,
quod filii eorum qui inciderunt in crimen lęſę Maieſt.pro pa
terno ſcelere plectuntur,vt in l.quiſquis, C. ad l.Iul.Maieſta.l.
enim Iulia Maieſt.ſancitum eſt quod filiorum innocentia pu
niatur,ea potiſſimum ratione,quia filij ſolent eſſe ſimiles pa
tribus,l.quod ſi nolit,§.ſi Mancipia,ff.de ędili.edi.& hanc ſen
10 tentiam affirmat Alexand.& ideo Bal.per d.§.ſi Mancipia.†di
cit,quod natus ex mala pgenie eſt ſuſpectus quod ſit malus,
idque comprobatur, quod mala arbor fructus bonos facere
non poteſt glo.in d. §. ſi mancipia. vnde Alberic.in conſil.12.
11 †dicit,quod procreati ex ſanguine infecto,infecti & ipſi præſu
muntur.Hinc eſt,quod natus ex patre partiali contra regem,
eodem modo prędſumitur eius filius.Barba.in conſ.34.colum.
xxiiii.in ii.volu.incipien.prędclarus,& Bar.in l.liberti,C.de ope
12 ris liberto.†dicit, quod filius prędſumitur eiuſdem intentionis
qua & pater fuit.& tex.in c.ſi.de conſecrat.diſtin. 5. dicit quod
non poteſt filius a ſe facere quicquam,niſi quod viderit patrẽ
facientem.idem ait glo.in l.quiſquis,C.ad l.Iul.maie.cui acce-
dit quod Specu.dixit in prooemio Specul.quod filius præſumi
tur geſta parentis imitari.& prędmiſſa intelligẽda ſunt nedum
in vitiis,verum etiam in virtutibus,idcirco Alberi.de Roſa.in

l.ii.

Digitized by Google

l.2.§.quæ omnia,C.de vet.iur.enuc.†dicit,quod ſi quis habuit prædeceſſores alicuius artis peritos, & ipſa eandem arte vtatur,præſumitur bene peritus in ea, facit propterea quod Doctores in dicto,§.ſi mancipia, dicunt,quod ad probationem bonæ famæ conſtituit fieri capitulum, quod natus ſit ex bonis parentibus. His adſtipulatur quod dixit gloſſa. in l. cum vnus,ff.de alimentis,videlicet,quod natus ex bono patre præſumitur bonus,& hoc corroboratur ex eo quod bona arbor non poteſt facere fructus malos gloſſ.in dicto §. ſi mancipia. Non deſunt tamen qui hanc opinionem reprobent. Elius,n. Spartianus in vita Seueri Imperatoris ita dicit,Conſtat neminem prope magnorum virorum optimum & vtilem filium reliquiſſe.Et paulo poſt ſubdit, Quid Marco Felicius fuiſſet,ſi Commodum non reliquiſſet hæredem? Quid Seuero Septimio,ſi Baſſianum non genuiſſet?Hic iure ſuccedit, quod Demoſthenes Græcę eloquentiæ vberrimus fons ſolebat dicere,
14 †quod a viris egregijs improbi proficiſcantur filii. His quoque accommodari poteſt,quod Philoſophi præſtantiſſimi affirmant ex viris ſapientibus dementes oriri ſolere filios,cuius rei rationem reddit Alexander Aphrodiſæus in problematibus,adquę te remitto. Ad hoc etiam optime facit quod pro-
15 uerbio dici ſolet,videlicet,†virorum heroum filij noxę. quo ſignificatur a parentibus claris filios degenerare.Huc quoque ſpectat illud Minuerę apud Homerum,Pauci enim filij ſimiles patribus ſunt,plures peiores,pauci autem meliores. Et vt
16 ad iureconſultos redeamus,†legali,& probo viro ſępe ſuccedit illegalis & improbus filius,l.generaliter,C.de rebus credi.
17 &propterea†ſi pacto conuento in contractu,aut iudicio promitto ſtare iuramento Titij,& decedat Titius antequam iuret,non teneor ſtare iuramento eius hęredis, & eſt com.op. *Plotus, d. l. ſi quando numero 626.verſicu.fallit ſecundo,& numero 746.verſiculo ſexto fallit, C.vnde vi.Huc etiam vergit id quod Bald.dicit in capitulo primo colum. 4.de iudic. in 3.lectu.quod in prudentia & fide eadem perſona non eſt patris & filii. Facit prętерea quod dicitur in cap.recurrat,23.quę ſtione quarta, ſcilicet ex bonis plerunque malos naſci. ſed quia hoc ad tractationem noſtram non pertinet, ſtudioſis iudicandum relinquo quiſuam pręmiſſorum Doctorum iuſtius arma induat. Et ſi,vt dicitur in capitulo vergentis extra
18 de hęreticis.†ſecundum legitimas ſanctiones,reis lęſę Maieſtatis punitis capite bona confiſcantur eorum, filijs ſuis vita ſolummodo ex miſericordia conſeruata,quanto magis qui errantes in fide verum Dei filium Ieſum Chriſtum offendunt, acapite nro, quod eſt i pſe Chriſtus, eccleſiaſtica diſtrictione p ręſcindi, & omnibus bonis temporalibus ſpoliari debent,cū longe ſit grauius æternam quam temporalem lędere Maieſtatem?nec huiuſmodi ſeueritatis cenſuram Orthodoxorum exhęredatio filiorum, quaſi cuiuſdam miſerationis prętextu,debet Vllatenus impedire,cum in multis caſibus, etiam ſecundum diuinum iudicium,filii pro patribus temporaliter puniā tur, & iuxta canonicas ſanctiones quandoque feratur vltio non ſolum in authores ſcęlerum,ſed etiam in progeniem eorum.Hactenus oſtendimus quibus modis delicta deducantur in eſſe, ſed quia poſtquam ſcęlera ſuum eſſe conſecuta ſunt, nedum puniuntur illi qui principaliter & immediate delinquunt,verum etiam mandantes,conſulentes,opemq; pręſtātes,nunc operę pretium eſſe cenſui materiam hanc mandati, conſilij,auxilijque intactam non relinquere.

De mandato.

SVMMARIVM.

1 *Mandare quis dicatur,*
2 *Qui mandat hominem propter pecuniam occidi,aſſaſſinus dicitur, tam ipſe mandans quam mandatarius.*
3 *Aſſaſſinum an contrahatur nulla data pecunia vel promiſſa.*
4 *Mandatarius committit aſſaſſinium quando delinquit vt complaceat alicui a quo veriſimiliter ſperat conſequi remunerationem.*
5 *Non ſola mandati ſuſceptio,ſed eius executio attenditur.*
6 *In attrocibus delictis extra ordinem punitur mandatarius,quando deuenit ad actum facto proximum.*
7 *Mandans committi aſſaſſinium,effectu non ſecuto an puniatur pœna ordinaria.*
8 *Aſſaſſinus tanquam diffidatus a toto populo Chriſtiano,a quocunque pōt impune occidi.*
9 *Clericus rōne aſſaſſinii punitur a iudice layco.*
10 *In crīe aſſaſſinii quis condemnatur corporaliter ex probabilibus argumētis.*
11 *Teſtes de auditu in crimine aſſaſſinii an faciant indicium ad torturam.*
12 *Mandans an poſſit puniri,quando de mandato per ſolam confeſſionem cō ſtat.*
13 *Confeſſus mandatum ad homicidium,non excuſatur etiam ꝙ mādatarius neget mandantem aliquid mandaſſe.*
14 *Mandans non excuſatur, ſi mandatarius diceret ſe motu proprio feciſſe.*
15 *Si de principali conſtat ſolum per bannum contumaciæ,non poteſt procedi contra mandatorem.*
16 *Mandatum non præſumitur,etiam quod amicus uel conſanguineus occiderit inimicum.*
17 *Dictum mandatarii an faciat indicium ad torturam contra mandantem.*
18 *Turpis perſona an admittatur in teſtem cum tortura.*
19 *Decretum Mediolani puniens mandantes,& mandatarios effectu non ſecuto,an compræhendat ratificantes.*
20 *Statutum capite puniens homicidam,an extendatur ad mandantem fieri homicidium.*
21 *Statutum loquens in caſu vero,comprahēdit etiam fictum,quādo loquitur ſecundum vel prœter ius commune.*
22 *Mandans & mandatarius an puniantur eadem lege.*
23 *Mandans fieri homicidium plus eſt quam homicida.*
24 *Qualitas quæ inhœret mandatario,an intelligatur inhœrere mandanti.*
25 *Liberato mandatario, an intelligatur eadem ſententia liberatus mandans.*
26 *Exiſtens Mediolani ſi mandat ut aliquis occidatur Romæ, an poſſit puniri Mediolani,caſu quo homicidium committatur Romæ.*
27 *In inquiſitione contra mandantem obligatum ex mandato ſolo, debet apponi tempus & locus mandati facti.*
28 *In inquiſitione contra obligatum ex delicto propter mandatum,debet apponi locus & tempus conſumati delicti.*
29 *Mandans committi delictum,ſi mandatarius exceſſerit fines mandati,an teneatur de eo tantum quod mandauerit.*
30 *An mandatarius qui acceptauit facere delictum, probet contra mandantem.*
31 *An mandator teneatur,ſi mandatarius diu ſteterit & poſtea commiſerit delictum.*
32 *Quando mandatum dicatur reuocatum.*
33 *Mandans de mandato alterius,ſecuto delicto an puniatur.*
34 *Nuntij portantes literas vel ambaſciatas de aliquo delicto,atroci puniuntur ut principales delinquentes.*
35 *Filii vel ſerui facientes aliquid de mandato patris vel domini an excuſentur.*
36 *Laboratores coloni,& artifices,laborantes in alieno ſolo,ratione mandati excuſantur.*
37 *Denuntiatio extraiudicialis non conſtituit aliquem in mala fide.*
38 *Officialis an teneatur exequi mandatum iniuſtum Principis.*
39 *Iudicis mandatum iniuſtum an excuſet exequentem.*
40 *Mandator an teneatur ex mandato ſi non expreſſe mandauerit,& famulus eius occiderit iniuriantem.*
41 *Ratihabitio in delictis an mandato æquiparetur.*

PARS DECIMA.

1 AD declarationem præſentis materiæ † præmitto, quod mandator ille dicitur qui committit delictum fieri propter ſeipſum ad ſuæ voluntatis ſatisfactionem,eiuſque propriam vtilitatē, verbis quibuſcunque interuenientibus,mandatum tamē importātibus,& nulla data pecunia.Ang.in tract.malef.in verb.Mandatorem.& ibi Auguſt.Arim.Dixi ad utilitatem ſuam, vt diſtinguerem mandatorem a perſuaſore,cuius gratia non committitur delictum.Bar.in l.non ſolum. §.ſi mandato.ff. de iniur.verbo.venio ad materiam.Dixi verbis quibuſcunque interuenientibus,mandatum tamen importantibus, quia Bar. in d.l.non ſolum.§.mandato.de iniurijs.in 1.q.dicit quod in hoc conſideratur ſubſtantia verborum & non ſonus,& propterea,licet nulla fiat mentio de mandato,ſed proferātur verba ex quibus æquipollens reſultet,tamen dicitur mandatum Alex.in conſi.127.colum.2.volumi.4.& conſilio ſequē. in fi.
2 Dixi,nulla data pecunia,ad differētiam aſſaſſinij:† qui enim mandat hominem pecunia mediante occidi,aſſaſſinus dicit tam ipſe mandans quam mandatarius,vt in c.1.de homic.i 6. Bal.in l.non ideo minus.C.de accuſ.Bar.in l.non ſolū.§.ſi mādato.ff.de iniu.& Ang.i l.qui ſepulchra. C.de ſep.vio.aduerte tamen,quod non videtur differentia,an actu detur pecunia, an ſolum promittatur.Are.conſ.164.car.v.colum.j. verſic. 3.
3 & Saly.in l.non ideo minus.ad finem.C.de accuſa.† & nō ſolum mediante pecunia data vel promiſſa contrahitur aſſaſſinium,ſed etiam aliquo alio dato vel promiſſo.Cur. ſen.conſ. 20.trad.Io.And.Capyc.& alii in locis citatis per Carrerium i eius practica criminali,§.homicidium,nume.4.& faciūt trad. per Gram.uoto.9.numer.2.vbi allegans Io.And.in ca.penult. de cler.non reſid.inquit,quod nedum pro pecunia, ſeu alia

re

Digitized by Google

redata vel promiſſa, ſed etiã vt quis complaceat alteri dicitur. committi delictum aſſaſſinij, & videtur ſequi Alexand. in l. i. ff. de eo per quem fact. erit. Sed hæc opinio, ſi indiſtincte intelligitur, non videtur vera, quia mandatarius committit delictum propter lucrum pecuniæ ſeu alterius rei, vel vt alteri cõ placeat, vnde ſemper diceretur committere aſſaſſinium, & deſtruerctur hæc tota materia, in qua Doctores cõueniunt, mãdantem teneri in multis caſibus de mandato tantum & non de aſſaſſinio, vnde Carrer. in loco de quo ſupra, ſentiens hanc difficultatem, dicit opinionem Ioan. And. & Grammat. non
4 procedere indiſtincte, †ſed vbi mandatarius delinquit vt com placeat alicui, a quo veriſimiliter ſperat conſequi remunerationem, & hæc diſtinctio placet, quia ſapit veritate m, & crederem eſſe tenendam, ex quo opinio Doctoris diſt inguentis ſequenda eſt, quia neminem offendit. Alexan. conſilio quinquageſimo numero ſeptimo, libro ſeptimo Socin. conſilio 66. columna penultima. Ex his infertur, quod ſtatutum Mediolanenſe, quod addit de promiſſione, non tollit hanc difficultatem, ſed auget ius commune vt idem ſit, licet promiſſio fuerit facta de alia re quam de pecunia, ita Bald. in conſilio 388. in quinto volumine quod eſt repetitum in primo conſi. 98. Inſuper notandum eſt, quod licet mandatum ſit res attro-
5 ciſſima, †nihilominus attenditur eius executio, & non ſola mandati ſuſceptio. tex. in l. item apud Labeonem, §. ſicuraue rit, ff. de iniur. & l. quæ ſeruo, §. plus, Pomponius. ff. de furtis, &
6 l. prima, ff. de extraord. crimin. †fallit tamen in attrocibus delictis, quando deuentum fuit ad actum facto proximum, tũc enim extra ordinem arbitrarie punitur delinquens, l. prima, §. fina. ff. de extraordina. crimin. & l. ſi fugitiui, C. de ſeruis fu
7 git. †Aduerte tamen, quod, in crimine aſſaſſinij, mandator, effectu non ſecuto, punitur pœna ordinaria, text. eſt in capitul. pro humani. de homicid. libro ſexto Fely. in tract. conatus. colum. tertia, in fine, & Corn. conſi. 202. j. volumine & Ange. cõ ſilio, 14. colum. fin. communis tamen Doctorum opinio eſt, quod mandans committi aſſaſſinium, delicto non ſecuto, puniatur pœna extraordinaria. Vide Grammat. in voto 8. num. vigeſimo, qui tamen Grammat. in dicto voto loquitur in mã dante, ſed in mandatario vera videtur opinio, quod indiſtincte puniat pœna mortis naturalis, ſi peruenit ad actum facto proximum, percutiendo, licet non occidendo, & hanc diſtinctionem inter mandantem & mandatarium ponit Gramma. voto nono in additionibus, vbi allegat quamplures deciſiones, ſed eius diſtinctio etiam indiſtincte non videtur vera, ex his quæ tradit Capyc. deci. 155. & Carrer. in loco ſupra citato, vbi adducunt quamplures deciſiones, & adhibent longam diſtinctionem, & adeo abhorrent iura hoc nefandiſſimum crimen aſſaſſinij tam in mandante quam in mandatario, vt in eo multa ſpecialia inducta ſint cõtra iuris regulas, inter quæ
8 hæc præcipue notabilia ſunt, †primo, quod aſſaſſinus eſt diffidatus a toto populo Chriſtiano, adeo quod a quocunque poteſt impune occidi, etiam a patre & filio. Gramma. dicto voto octauo, & nono in principio. Carrer. vbi ſupra, numero
9 nono, vbi multa adducit, †Secundo, quod aſſaſſinus amittit omne priuilegium, adeo quod clericus ratione aſſaſſinij cognoſcitur & punitur a iudice layco, vt trad. multi, quos referunt & ſequuntur Gramma. & Card. in locis ſupra citatis. Tertio, quod etſi in criminalibus cauſis probationes requirantur
10 plenæ & Clariſſimæ, l. fina. C. de probationibus. †in hoc tamẽ crimine aſſaſſinij quis condemnatur corporaliter ex indiciis & probabilibus argumentis, capitu. prohumani. de homicid. in ſexta. Deciſ. conſilio 189. columna ſecunda & tertia, Bald. in l. ſciant cuncti, C. de probationibus, Grammat. vbi ſup. & vot. vndecimo. Marſ. in practica criminali, §. examinata.
11 †vbi etiam voluit, quod teſtes de auditu in tali crimine faciãt iudicium ad torturam, quod tamen vltimum dicit Carrer. ibi numero decimonono periculoſum fore, vbi alia non concurrerent, per ea quæ trad. Grammat. vot. nono in fine. Alia pertinentia ad hanc materiam aſſaſſinij, quia non eſt principalis materia noſtra, videas apud Capyc. Gramma. & Carrer. in lo-
12 cis ſupra relatis. †Adde etiam, quod mandans non poteſt puniri quando de mandato per ſolam confeſſionem conſtat, niſi mandatarius atteſtaretur de mandato. Aegid. Boſſius in tracta. ſuo de man. ad homici. numero quinquageſimoſeptimo.
13 †Aduerte etiam, quod confeſſus mandatum ad homicidium non excuſatur etiam ſi mandatarius neget mandantem aliquid mandaſſe, quia a ſocio criminis elliſio hæc habetur, vt dicitur in l. quoniam liberi maxime per Salycet. & Bald. C. de
14 teſti. †Eodemmodo non excuſatur mandans ſi mandatarius diceret ſe motu proprio feciſſe. Hyppoli. in l. prima, §. Diuus.
15 columna tertia, ff. de quæſt. †Scias etiam, quod ſi de principali conſtaret, quia tanquam contumax eſſet bãnitus, procedi nõ poteſt contra mandatorem, per regulam, eius qui delatorem.
16 & per id quod ibi notat Barto. ff. de iure fiſci. †Accedat etiam, quod mandatum non præſumitur, etiam ſi amicus vel cõſanguineus occiderit inimicum eius text. eſt cum gloſſ. in capitul. cum ad ſedem. de reſtitutione. ſpoliatorum in verbo, interdictum, & l. tertia, §. cum igitur, verſiculo nam cum familia, ff. de vi & vi armata. Bald. conſilio, 383. columna finali volumi-
17 ne quinto. †illud quoque prætermittendum non eſt, quod mãdatarius facit indicium ad torturam contra mandãtem cum aliquo indicio vel præſumptione poſt ſuſceptum mãdatum, ſed ante ſuſceptum mandatum indiſtincte facit indicium ad
18 torturam. Bald. conſilio 429. incipiente, an mandatarius. †Et quod ſocius criminis, vel alia turpis perſona non admittatur in teſtem niſi cum tortura, vide gloſſ. in l. tertia, §. finali in verbo, palam, ff. de teſtibus, & Iaſo. in l. tertia C. de ſumma Trini. & Cœpol. conſilio 61. columna ſecunda, & Alexand. conſil.
19 nono in primo volumine. †Scias etiam, quod per decretum huius dominij, mandantes & mandatarij effectu non ſecuto puniuntur ea pœna quæ ipſis impoſita eſt, caſu quo delictum conſummaſſent, ſed an tale decretum puniens mandantẽ cõprehendat etiam ratificantem. vide Alexand. conſilio 82. columna ſecunda, & verſiculo vnde ſuccedunt, volumine primo, & in l. prima, §. de illo, columna prima, ff. ad Trebellian.
20 †Quid autem ſi ſtatutum, nulla facta mentione de mandante, capite puniat homicidam, an extendatur ad mandantem fieri homicidium? Moderni in l. prima, in principio, de verborum obligation. affirmant eſſe communem opinionem quod ſtatutum pœnale non comprehendat mandantem, & ratio quia mouentur, eſt, quia ſtatutum loquens in caſu vero non trahitur ad fictum, & ſic ad factum per alium, l. tertia, §. hæc verba, ff. de negotiis geſtis, l. prima, §. qui interdictum, ff. de furt. Barto. in l. hæc verba, ff. de adulteriis. idem tenet Barto. in l. ſi quis id quod, §. fina. ff. de iuriſdictio. omnium iudicum. Aduerte tamen, quod iſte articulus eſt valde diſputabilis, multa enim pro & contra allegantur per Docto. quę breuitati ſtudens hic tranſcribere noluit: enim remitto ad Alberi. de Roſa. in tertia par. ſtatutorũ. quæſt. quinquageſimaquinta, vbi re-
21 feruntur opiniones omnium Doctorum, †hoc tamen dixerim, quod ſtatutum loquens in caſu vero, comprehendit etiã fictum, quando ſtatutum loquitur ſecundum vel præter ius commune, alias ſecus. Alexand. dicto conſilio 82. columna ſecunda, volumine primo, & in dicta l. prima, §. de illo, ff. ad
22 Trebellianum. †Si autem quæramus, ſi de iure communi mãdans & mandatarius puniatur eadem lege, videtur dicendum quod ſic, quia mandans ſecundum iuris fictionem facere dici
23 tur, vt in l. prima, §. deieciſſe, ff. de vi & vi armata. †& mandãs eſt pluſquam homicida, quia delinquit in ſe & in alium quẽ corrumpit, & dicitur princeps delicti, ſecundum autem ueritatem quilibet tenetur ſua lege, vt l. non ſolum. in principio de iureiurando. Alii diſtingũt, aut verba legis ſunt in rem ſcripta, & tunc comprehendunt vtrunque, vt l. prima, §. primo, ff. de eo per quem fact. eſt. aut verba legis loquuntur perſonaliter, & tunc mandans non tenetur. Vide Salyce. in l. non eo minus, ff. de accuſationibus. Vide etiam Cœpol. conſilio trigeſi
24 moquatro. †Sed ſtãte pręſuppoſito, quod mandans & mandatarius puniantur eadem lege, dubitari poteſt, an qualitas quæ inhæret mandatario intelligatur inhærere mandanti, in hoc articulo variæ ſunt Doctorum opiniones, verum ego omniũ veriorem eſſe credo, quod quilibet ſit puniendus ſecundum propriam & inhærentem qualitatem. Bald. in l. vnica, C. de caducis tollendis. in penul. column. circa intellectum l. vtrum, ff. ad legem Iuliam de Pari. Nec obſtat, d. l. vtrum, quia ibi eſt propter qualitatem inhęrẽtem offenſo & non offendenti, vel propter criminis immanitatem, & ſi ſuper hac quæſtione opinionum conflictum videre cupis, vide Angel. in tract. ſuo maleficiorum, in verbo, mandatorem. quæſtio. duodecima & ibi Auguſti. Arim. in additione quæ incipit, tu autem in hac ma-
25 teria. †Quid ſi mandatarius liberetur ſententia, an eadem ſententia mandans intelligatur liberatus, & abſoluto malefactore, videatur abſolutus mandator? Dynus in capitulo ratihabitio. extra de regul. iuris, in ſexto, dicit, aut liberatur mandatarius per ſententiam, eo quod pronuntiatum fuit ipſum non deliquiſſe, & tunc ſententia prodeſt mandanti, aut liberatur per gratiam. aliter tamen diſtinguit Barto. in l. adultera, §. ſi
26 eo tempore, ff. de adulteriis. †Quid ſi ego exiſtens Mediolani mando vt occidas vnum Romæ, & occidiſti, an hic Mediolani ego mandans poſſim conueniri? diſtingue, aut delictum mandantis recipiet conſumationem in ipſo mandato, aut in delicto poſtea ſecuto. in primo caſu poſſum conueniri in loco mandati, vt in mandante committi aſſaſſinium, qui etiam homicidio non ſecuto, ex iniuſto mandato tenetur, ut in capitulo pro humani. de homicid. in ſexto, tunc enim mandatum de per ſe ſolum habetur pro delicto perfecto, etiam non ſecuto maleficio, in ſecundo autem caſu, quando mandatum de per ſe ſolum non eſt delictum niſi ſequuto delicto, tunc conueniri debet in loco commiſſi delicti. Angel. in tracta. maleficiorum, in verbo mandatorem. & Bald. in l. ſed eximẽ

di.

Digitized by Google

di.§.Rector.in fine,ff.ne quis eum qui in ius vocatus est vi exi
27 mat.†Hinc est,quod ī īquisitione contra mandantem obliga
tum ex mandato solo debet apponi tempus & locus manda
28 ti facti,†& in inquisitione contra obligatum ex delicto pro-
pter mandatum, debet apponi locus & tempus consumma
ti delicti,vt in l.prima,§.persuadere,ff.de ser.corrup.qui locus
& tempus inspicitur ad pœnam augendam vel minuendam,
vt in l.prætor,§.hoc autem edicto,ff.de vi bon. rap. Vide An-
gel.in tractat.maleficio.in d.verbo,mandatorem.& in consil.
suo.178.†Item nota,quod mandans aliquem pcuti ligno vel
alapa,si mandatarius illum occiderit,non tenetur, nisi de eo
quod mandatum est Barto.in l.Diuus,§.fina.ff.ad leg.Cornel.
de sica.hoc tamen fallit quando genus instrumenti quo quis
mandauit percuti erat aptum ad occidendum,licet mandans
dixerit vt non occideret,ex quo vulnera non possunt inferri
ad mensuram,quia tenetur mandans, vt in capitu.fina.de ho
micid.in texto:item fallit quando mandator ratum habuerit
delictum nomine suo per mandatarium commissum, vt pu-
ta,si mandatario referenti ense occidisse Seium, responderit
mandator ipsum bene fecisse.Grammat.consilio 20.numero
30 quarto,†Item notandum est,quod mandatarius qui accepta
uit facere delictum,non probat contra mandantem,nisi quo
ad iustructionem tantum Bald.in consi.429.in 3.volumin.an
mandatarius.& idem refert & sequitur Marsin l.prima,§.Di-
uus Antonius,ff.de quæstio.hoc tamen fallit quando cum ta
li inculpatione concurrunt alia indicia,& sumus in his in q-
bus quis potest de sociis interrogari,ita consuluit Alexand.ī
31 consi.89.in 3.volum.an assertio.†Insuper notandum est, qꝙ
mandator tenetur,si mandatarius diu steterit,& postea com-
miserit delictum.Inno.in c.ad audientiam extra de homicid.
hoc tamen intelligēdum est nisi mandatum fuerit reuocatū
expresse aut tacite,vt quia mandator fecerit pacem,vel cōtra
xerit affinitatem cum inimico,vt l.3.§.fi.& ibi gl.& Bar. ff.ad
adimen.leg.& Bal.in l.multum,C.si qs alt. vel sibi. in 3.col.in
32 ver.vnde dico in simili.†nec sufficit quod talis reuocatio man
dati fuerit facta,ni siperuenerit ad notitiam mandatarij.glo.
in c.cum quis.extra de senten.excommunica.libro 6.Barto.in
l.si pecuniam,§.seruum,ff.de cond.cau.dat. & mandatum ad
homicidium, quando dicatur reuocatum de iure communi,
vide Iason.in §.seq.col.6.Inst.de act.Are.in l.Titio,§.idem respō
33 dit,ff.de verb.obl.†Item nota,quod mandans de mandato al-
terius secuto delicto punitur.text.est in l.si ego, ff.qꝙ vi aut clā
hoc tamen fallit in leuibus delictis,l.aut quid aliter, §.pe.ff.qꝙ
34 vi aut clam.& in l.1.§.incidit.ad Turp.Vnde Bar.infert,†qꝙ cō
tra nuntios portātes literas vel ambasciatas de aliquo delicto
atroci,per iudicem maleficiorum potest procedi,& tales pu-
niri possunt vt principales delinquentes, & licet mandans
& mandatarius delinquentes puniantur vbi mādatum sit de
35 genere ꝓhibitorum,vt fuit dictum,†scias tñ,qꝙ filius vel seruꝰ
facientes aliquid de mandato patris vel Domini excusantur,
vt per illum tex.trad.glo.in l.Velle.ff.de reg.iu.quam ibi sequū
tur Dec.& Cagnol.Hæc tamen conclusio procedit in delictis
leuibus,|secus in grauibus & atrocitatem habentibus|,vt alle
gando iura probantia & decisiones trad. Dec. & Cagno. vbi
supra,quæ autem dicantur delicta leuia & quæ grauia, trad.
Bar.in l.leuia,ff.de accu.Salyc.in l.non ideo minus,col.2.C.eo
dem.titu.Veron.consil.11.& 62.Alexan.consi.202.lib.1.Bart.
in l.non solum,§.si mandato,ff.de iniur.vbi dicit quædam de
licta esse leuia,quædam grauia,quædam grauiora, & quædā
grauissima,quæ declaranda sunt vt per me dictum fuit in prī.
huius operis, & quamuis filius & seruus non excusentur in
grauibus delictis prætextu mandati patris vel domini, tamen
mitius puniuntur secundum Dec.in d.l.Velle. numero secun-
do & ibi allegatur text.& notata per Bald.& Salycet.in l. ser-
uos.ff.ad leg.Iul.de vi publ. hæc tamen conclusio nō videtur
bene tuta in delictis atrocibus, vel vbi interueniat homici-
dium,quia in his mandatum patris vel domini non excusat
a pœna morris naturalis, nec operatur mitigationem pœ
næ ita allegando iura, & rationes trad.Cagno.in dicta,l.Vel
le. numero octauo vbi respondet ad tex.in d.l.Seruos.& sub
dit,quidquid dicat Dec.& Veron.caut.40.non esse ab eius opi
nione recedendum.& quæ dicta sunt de filio & seruo,vt excu
tentur mandato patris vel domini in his quæ sunt de genere
prohibitorum, secundum tamen superius dicta procedunt ēt
in cæteris hominibus non sui iuris, in his tamen quæ sunt de
36 de genere permissorum,†propterea laboratores,coloni,& ar
tifices,ligna incidentes seu laborantes in alieno fundo, ratio-
ne mandati excusantur, & mandatarius tenetur de damno,
ita notanter inquit gl.in l.in rē,§.Tignū,ff.de rei ven.q̄ sequū
tur Ang.& Bal.ibi.Dec.in d.l.Vel.nu.3.vbi allegat alias decis.
& attestat opinionē gl.cōiter teneri,vt p Plotū late in l.si qñ.
nu.780.C.vñ vi.& licet articulus iste īcidat, nec sit ꝓprius hu
ius nr̄i tractatus,ex quo mā est frequēs & quotidiana,vt hēas
principaliores terminos,scias qꝙ opi.gl.non procedit qñ labo
ratori,colono,& artifici facta fuisset denuntiatio ne ibi labo
rarent seu adificarent:ita inquiunt Imol.Rom in l. de pupil-
lo.§.nuntiationem ff. de nou. operis nuntiat.Alex.consi.36.
lib.4.Bald.consi.125.lib.2.& consi.19. lib. 3.& 109.lib. 4. Hæc
37 † limitatio & si periculosa videatur,quia de nuntiatio extra
iudicialis non constituit aliquem in mala fide vt videtur tex.
in l.pen.ff.pro empt per quē tex.Alex.in d. §. nuntiationem.
impugnat hanc limitationem,tamen tenenda est,quia com
munis videtur,vt attestatur Dec.in d.l.velle. co.fi.vbi respon
det his quæ in contrarium adducuntur per Alex. & alijs ob-
iectionibus quæ fieri possent. Retenta hac limitatione pro
vera, sublimita eam procedere si protestatio seu denuntia-
tio fuit facta ante locatas operas,secus si post,vt trad.Bart.&
alii quos refert & sequitur Carrerius in eius practica crimi-
nali.§.homicidium.nu.106.& faciunt trad.per Dec.in d.l.uel
le col.2. vers.& sic defenditur.Item intellige.d.limitationem
procedere vbi adsit probabilis ignorantia,secus si non foret
probabilis,puta,quia essent vicini,& ueri similiter scirent,vel
esset fama quod locus inquo ꝓducti fuerūt esset alterius, &
non mandā tis, per ea quæ trad. Dec. & Carrerius in locis de
quibus supra,vbi adducunt rationes & quam plures decisio
nes. Et an opinio glo.procedat in laboratoribus colligenti-
bus seu destruentibus fructus præcoces & immaturos,uide re
missiue dicta per Cagnol. in d.l. uelle.nu.11. Accedat etiam
quod mandatum ad accusandum debet esse nedum specia
le sed specialissimum & ī īdiuiduo,& necesse est exprimi de-
licta de quibus aliquis accusari debet, vt habetur per Ias.&
De.in l.3.§.si procurator.ff.quod quisque iur Alex.in l. si pro
curator.C.de procu.Rom.con.60.mandatum.Alex.consi.17.
lib.6.Ias.& scribentes late in l.si procura. ff. de condi. indeb.
38 † An autem officialis teneatur exequi mandatum seu præ-
ceptum iniustum Principis vel sui superioris, licet Cy.in l.si.
C.si contra ius uelutil.publ. & in resctipta,terria, & quarta
quæstionne,voluerit quod officialis teneatur obedire & exe
qui etiam mandatum seu præceptum, si sit sine causæ cogni
tione, & quod exequendo non teneatur etiam in foro con-
scientiæ, & eius opinionem sequatur Ab.in capitulo quan-
to.de iureiurand. pro quorum confirmatione facit uulgare
dictum quod mandato principis licet duro obtemberandum
sit,nec sibi replicari possit cur ita faciat, vnde officialis non
obediens superioris mandato teneatur pœna sacri legij. l. i.
C.vt dignit,ord.seruetur & habeatur non in totum sed per
partes ex notatis.per Bar.in.l.is cui.ff.de verb.obligat per Pa-
ri.in tract.synd in verbo,tortura.c.mandauit Rex. & per Ias.
in l.3.§.si procurator. ff. quod quisque iur.Contraria tamen
opinio, quod officialis non debeat exequi præceptum iniu-
stum, sed supersedere ab executione, & Principi rescribere,
ac expectare secundam iussionem, ten enda est, quia com-
munior creditur,vt uideri potest ex dictis per Pari.in d.tract
in verbo,excedunt consiliar.vbi excl amat contra talia man
data Principum,& ea exequentes.Fely.in c. dilecti.de except
col.5.Aret.consi.165.Soc.consi.120.& 164. Gramat. vot. 32
vbi ultra superius allegat adducit alias autoritates & rationes
& etiam conferunt trad.per Marsi.sing.349.& ratio est, quia
si Princeps, tanqnam homo affectibus & erroribus subie-
ctus iracundia,motus,aut inaduertentes, sine ea usæ cogni-
rione,mandauit crudeles uini dictas contra subditos suos iu
dicibus mandatarij eas exequi non debent vsque ad triginta
dies,vt interim iræ affectus refrigescat, vt in l. si vindicari C.
de pœn.nam rescripta quæ lædunt ius tertij, præsumuntur
uer importunitatem obtenta,ideo nulla sunt, l.quoties.C.de
preci.Imper offer. stat igitur concludo quod officiales non
excusantur propter mandatum Principum, si incontinenti
crudelia eorum mandata executioni mandauerint,ut in d.l.
si uindicari.Hæc opinio tamen videtur recipere aliquas nota
biles limitationes.Prima est,quando Princeps cum consilio
suorum procerum & consiliariorum processisset ad man-
dandum seu committendum aliquid iniusti, nā in tali casu
officialis tenetur exequi:ita notanter voluit.Bald.in l. huma
num.C.de legib.& refert ac sequitur Gram.d. vot.32.nu. 17.
adducit alias autoritates.Sequitur Carr.in d.§.homicidisim.
nu.110.vbi dicit hoc idem sentire Fely.in capitu.que in eccle
siarum.de constit.& in tali casu,vbi vera sint, possunt proce
dere dicta per Cy.& Ab. in locis in contrarium adductis, vt
declarat Gram.d.uot.nu.17.Secunda limitatio est, vbi officia
le uerisimiliter immineret periculum vitæ nisi exequeretur
mandatum Principis vel superioris.Bal.in c.1.§.iniuria. col.
fin.de pac.iur.fir.Bald.& Salyc.in l.1.C.vnde ui. faciunt trad.
per Cors.in sing.suis in verbo metus, & multa congerens
trad.Carrerius vbi supra nu.112.& vbi adest uerisimilis me-
tus mortis non solum excusatur officialis exequens iniu-
stum mandatum Principis,sed qui libet alius subditus,etiam
si interueniret homicidium, saltem quantum ad hoc non
puniatur pœna merlls naturalesita inquiunt Bal. & Saly.in
d.l.

Digitized by Google

d.l.seruos,Corf. dicto Sing. & idem sentit Bart.in l.si seruus,§. j.ff.ad l.Aqui.

Tertio limitari potest,dicta opinio,vt non procedat,quando princeps,asserens esse informatum de aliquo delicto,mandaret officiali,vt exequeretur aliquid quod iniustum foret aut videretur,nam in tali casu officialis debet & tenetur exequi, vt cõgerens rationes & authoritates trad. Maria. Socin. iun. consilio 92.libro secundo numero quarto hanc tamen limitationem non ausim affirmare,quia contra ipsam punctaliter tenet Grammat.dicto voto trigesimosecundo vbi multa cumulat,cogita tamen.

Scias tamẽ,& dici potest,esse quartam limitationem,quod prædicta opinio procedat quantum ad forum poli, non autem respectu alicuius pœnæ,& quantum attinet ad forum fori,quia officialis faciens seu exequens aliquid iniusti de mandato superioris nec redargui nec puniri seu syndicari potest. Imol.in capitulo qualiter & quando.colum.decima,de accusationibus & in capitulo quæ in ecclesiarum . de constitu. columna secunda,etiam inquit Ias.in l.tertia, §.si procurator, ff. quod quisque iur. quod officialis excusatur etiam si quid faciat iniusti vel illiciti mandato superioris, & conferunt trad. per Pari.in dicto tractatu,ver.arbitrium,numero sexto chart. quinquagesimatertia. Cætera ad hanc materiam pertinentia potest mandatum superioris iniustum excuset exequente vel .non , vide Marant. in suis quæstionibus, quęstion. prima Capyc.decision.132.Dec.consilio 539.Grammat.consilio quadragesimoquinto Pari.in dicto tract a. in verbo, familiaris.in ver.potestas,& in verbo,tortura,& Mars.in l.prima in 15.limitatione,ff.de sica.

Supradicta procedunt in mandato principis, secus est in
39 mandato iudicis,†quia iudicis mãdatum excusat si iustum sit, & emanauerit iuris ordine seruato, vel saltem dubium foret an sit iustum vel non. vbi autem constaret quod esset iniustum,vel iudex processisset extra eius officium,non excusat,vt trad.Alexand.Castren.& alii in l.iuste possidet,ff.de acquiren. possession.Dec.& Cagnol.in l.qui iussu,ff.de reg.iuris,vbi mul
40 ta congerunt.†Sed quid si mandator non expresse mandauerit,puta,quia non dixerit,mando,volo,rogo, vt in l prima,ff. mandati.an dominus teneatur ex mandato, si famulus occidat iniuriantem?tu autem distingue,aut iniuria illata fuit grauis,& tunc,si dominus dixerit famulo,Non reuertaris domũ, quin sentiam nona de iniuria illata,& famulus occiderit iniuriantem,tenetur dominus ex mandato,aut iniuria fuit lẽuis, & tunc,si famulus interficiat iniuriantem, propter supradicta verba dubia, dominus non tenetur, vt probatur per l.prima, C.vnde vi.per gloss.& Barto.in l.finali ff.ad legem Cornel. de sica.in verb.iniuria leui,& Bald.in l.prima,C.de serui. fugitiu. dicit,quod si loquor tibi in aure,& statim occidas inimicum meum capitalem,debeo puniri tanquam mandator illius homicidij.Quid si famul⁹ meus mihi retulerit se occidisse inimicum meum,& ego responderim ipsum bene feciſſe,an ꝑ hæc verba dicar ratum habuisse dictum homicidium , & puniri
41 debeam tanquam si committi mandassem?†dic quod ratihabitio in delictis mandato æquiparatur,duobus tamen concurrẽtibus,videlicet,quod sit gestum nomine meo,& quod eum ratum habeam tanquam gestum nomine meo.Saly.in l.non eo minus,C.de accusationib.in ver.nunc quæro de ratum habente,vbi etiam asserit quod dicitur quid factum seu gestum nomine meo,si illud genere tempore actus gesti dixit se facere nomine meo.Idem sequitur Gramm.cons. vigesimo nu.5.

Prædicta tamen tres patiũtur limitationes.Prima est, quod ratihabitio non ęquiparatur mandato de iure canonico,quãdo aliquid peruenerit ad manus ratum habentis.Anto. de Butrio,in capitulo cum dilectus.extra de ordine cognitio.Secunda limitatio est,quod prædicta non habent locum in adulterio.gloss in l.prima,§.primo quoties,ff.de vi & vi armata.Tertia limitatio est,quod prędicta non militant in foro pœnitentiali,vbi licet delictum non sit nomine meo factum, tamen, si ratum habeo,tenebor quo ad ecclesiam.glo.in capitulo cum qui s extra de sententia excommunication. libro sexto.Adde etiam,quod in requirentibus speciale mandatum,ratihabitio æquiparatur mandato Bald.in l.quod si speciali, ff.de minor. & in l.si maritus, C.mand.Alexand.consilio 78.libro quinto, an autem in iudicio intentato coram Principe ratificatio valeat,vide Socin.in tract.fallentia.in verb.gesta per falsum procuratorem Scias etiam,quod ad hoc vt ratificatio valeat, nõ sufficit simplex scientia actus ratificati,sed necesse est ut ratificati,sed necesse est ut ratificandi legatur tenor actus ratificati.Castren.consilio quarantesimo libro primo,& consi. 312. libro secundo,columna secunda.Crauet.consilio 107.quamuis.libro primo columna fina.ubi pro confirmatione prędictorum allegat Bald.Oldrad.& alios,de quibus per eum, ad quem sufficit remissio,cum eius dicta possint in fonte uideri, & habetur per Grammat.consilio 66. indiuiduæ. numero 69. dicentem non ualere ratificationem non lecto tenore actus ratificati, posito quod interuenisset iuramentum. Prædicta confirmantur ex dictis per Paris consil.100.numero 71.libr. 1.sed si circa materiam ratihabitionis in delictis plura scire desideras,uide quinque pulcherrimas quæstiones per Sal.formatas in l.non eo minus,C.de accu.

De consilio.

SVMMARIVM.

1 *Prudentiæ proprium est non temere credere.*
2 *Consultor debet iurare se recte consulturum.*
3 *Quanta sit vis mali consilii.*
4 *Grauius plectuntur persuadentes quam impellentes.*
5 *Præstans consilium vt clericus percutiatur,non potest absolui nisi a Summo Pontifice.*
6 *ua pęna puniatur clericus qui præstitit consilium ad homicidium committendum.*
7 *Si consultus sine concilio non erat patraturus delictum, pari pœna punitur consulens, si autem absque cons. erat patraturus, punitur mitius consulens.*
8 *In atrocibus delictis indistincte pari pœna puniuntur consulti & consultores.*
9 *Pœna male consulentis mitigatur nudo consilio.*
10 *Interdicto vnde vi.quis non tenetur ex consilio.*
11 *Consulentes indistincte puniuntur quando eis specialis pœna imponitur.*
12 *Consulens indistincte tenetur quando tractatur de puniẽdo eum de solo cõsilio non secuto maleficio.*
13 *Consilium per se consideratum est titulus criminis, & indistincte tenetur.*
14 *Consilium quando per se non consideratur, ad hoc vt consulens teneatur,requiritur consumatio delicti.*
15 *Consilium præstari debet in ipso actu.*
16 *Consulens non potest condemnari, si principalis fuit absolutus.*
17 *Consulens quandoque mitius punitur propter diuersam qualitatem facientis.*
18 *Statutum puniens facientem,non habet locum in consulente.*
19 *Omnes actus qui verbis tantum fiunt gratia facientis, possunt dici consilium.*
20 *Quando peruenitur non tantum ad verba sed etiam ad actum,tũc dicitur potius auxilium quam consilium.*
21 *Quando mandans dirigit verba in mandatarium qui omnino deliberauerat facere homicidium,mandatum resoluitur in consilium.*
22 *Consilium an reuocari possit,& forma reuocationis.*
23 *Consulens maleficium,an dicatur opem præstare.& vt præstans opem maleficio possit puniri.*
24 *Consulere & auxiliari sunt prorsus diuersa,& diuersorum delictorum diuersæ sunt pœnæ.*
25 *Statutum puniens auxiliatorem, non comprehendit consultorem quando punitur auxiliator ratione certi actus,secus autem quando statutum punit auxiliatorem,non ratione certi actus.*
26 *Statutum puniens homicidam,an verificetur in consulente homicidium cõmitti.*
27 *In dubio præsumitur quod consultus motus sit ax consilio , sine quo non fuisset patraturus aliquod delictum,cum in dubio non præsumatur delictum.*
28 *Consulens,volens se excusare opus est vt probet malum animum principalis , ex quo habet præsumptionem contra se.*
29 *Quibus coniecturis cognoscatur animus principalis delinquentis.*
30 *In dubio debet interpretari quod bonum sit consilium,vt consulens non teneatur.*

PARS VNDECIMA.

QValitate considerantur delicta,cum factum uel atrocius uel leuius est,ut discerni solent rixæ a crassaturis,expilationes a furtis,petulantiæ a uiolentijs,& furta manifesta a non manifestis,ut in l.aut facta,ff.de pœn.natura.n. facti coniecturare possumus an casu,ira, dolore,metu,ignorantia, do
1 loue delicta fuerint commissa.†animi enim deliberati qualitas non tam colligitur ex præsumptionibus , ex antecedentibus & subsequentibus maleficium,ut Felyn.in capitulo signi ficasti.de homicidio.& Mars.in l.prima, §.Diuus . de sicariis. quam ex facti qualitate & modo delinquendi, ut puta,si quis existens in abscondito de retro super caput uel punctim in renibus percutiat aliquem nullis dictis uerbis,præsumitur quod appensate,proditorie,& per industriam id fecerit.Abb.Fely.&
2 Innocen.in capitulo primo de homicid.†natura enim facti il

la

Digitized by Google

la est quæ delicta distinguit, & scelerum species ostendit, ut in d.l.aut facta. idque confirmatur Demosthenis testimonio qui, teste Claudio iureconsulto, his verbis orabat apud Athenienses.

PARS VNDECIMA.

CVm hominum mores tot simulationum adumbrationib obuoluantur, vitaque mortalium tam magnas lanebras altosque recessus habeat, vt difficilimũ sit improbũ a probo discernere, Q. Cicero Marci Tulij frater solebat dicere, † neruos atque artus esse sapientiæ, non temere credere; †& ideo legislatores sanxerunt consultorem debere iurare se recte consulturum: tanta. n. est vis mali consilij, ut eius cã sæpe appetitus rationem quamnis inuitam, & reluctantem ad se trahat, †vt exemplum videri potest apud Virgilium in Didone, cuius animũ non preces Aneę, non generis nobilitas, non formæ dignitas, sed Annę eius soris consilium expugnauit: delictum enim cõsilio patrãtum, & homicidium veneno commissum, præ se ferunt quãdam speciem proditionis, ideoq; leges grauius plectunt necantes veneno q̃ gladio, †. & persuadentes q̃ impellentes, l. † C. de malefi. & l. 1. §. vlli. de seru. corrup. idque cõfirmatur, eo quod dicit Bald. Ang. Raph. & Imol. in l. quid ergo, §. Pon. ff. de lega. 1. videlicet q̃ † instigans & præstans consilium ut clericus percutiatur, secuta percussione tenetur canone, si quis suadente diabolo nec talis potest absolui nisi a sum. Pon. tex. in c. mulieres, ext. de sen. exc. §. j. † & clericus qua pœna veniat puniendus, & an sit irregularis, si consilium præstiterit ad homicidium committendum, & secuta fuerit mors, vide tex. cũ gl. in c. Petrus Diaconus, ext. de homi. & Doc. in c. sicut dignũ, eo. ti. lib. 6. Circa autem pœnam qua puniendi sint illi qui cõsilio delinquunt, dico q̃ ẽm communem opinionem fit talis distinctio, † Aut ille cui cõsulitur, sine consilio non erat patraturus delictum, & tunc consulens pari pœna punitur: aut absque consilio erat patraturus, & tunc mitius punitur, ut in c. sicut dignum, §. qui vero. de homi. in l. non solum, §. si mãdato, de iniur. & gl. in §. ope Inst. de oblig. quæ ex delic. † in atrocioribus tñ delictis consulens indistincte pari pœna punitur, c. felicis, de pœnis, & in cle. j. e. ti. q̃ facere vr, tex. in c. sicut dignum, iuncto, §. illud. vbi præfacta distinctio habet locum in homicidio, q̃ est de atrocibus delictis, †& pœna male consulentis mitigatur nudo consilio. Ad hæc respondet Dec. in l. consilij, de reg. iur. vbi dicit q̃ tex. in c. sicut dignum, loquit in homicidio simplici, & q̃ prædicta limitatio defendi tur per iura quæ loquuntur de homicidio qualificato Cardinalis, vel Principis, ut in l. vtrum, de parrici. & l. quisquis, C. ad leg. Iul. & Bal. in l. j. C. de seru. fug. subdit postea Dec. nec obst. §. illud, quia loquitur de consilij modo, quod nihil addit nec auget malitiam, licet alias esset facturus: stat igitur q̃ prædicta distinctio non habeat locum in atrocibus delictis, ut vele vr Bal. in l. j. C. de ser. fug. † Item notãdum est q̃ interdicto vnde vi. quis non tenetur ex consilio. † Item aduertẽdum est q̃ qñ consulenti specialis pœna imponitur, cessat prædicta distinctio, ut in l. j. C. de rap. virg. † Item indistincte tenetur, qñ solum tractatur de puniendo consulentem de solo consilio non secuto maleficio, ut l. 1. §. persuadere, ff. de ser. corrup. † cõsilium. n. per se consideratum, est titulus criminis, & indistincte punitur, Bat. in l. data opera, col. 17. in princ. C. qui accusa- † Qñ autem consilium per se non consideratur, ad hoc ut cõsulens teneatur, requiritur consumatio delicti, Card. in cle. 1. in prin. in q. 12. de pœnis: †& nota vlterius, q̃ in ipso actu debet consilium præstari. Signorolus in consi. 135. in qõne circa finem. † Item nota, q̃ consulẽs non potest condemnari si principalis fuit absolutus, Inn. in c. sicut dignum, de homicid. † Item nota, q̃ pp diuersam qualitatem facientis, consulens qñq; mitius punitur. † Aduerte etiam, q̃ statutum puniens facientem non habet locum in consulente. Alex. consi. 65. Bar. in l. j. de sica. † Accedat ẽt, q̃ oẽs actus qui fiunt verbis tñ, & sic gratia facientis & non consulentis, possunt dici cõsilium, vt probatur, in l. furti, §. consilium, ff. de furtis, † sed qñ peruenitur non tñ ad verba, sed etiam ad actum, tunc dr quasi præstare opem, d. l. in furti, §. ope. † Adde, q̃ qñ mãdans dirigit verba in mandatarium, qui omnino deliberauerat facere homicidium, mandatarum resoluitur in consilium. Ang. in consi. 23. incipiente, Pro decisionis qõne. † An autem consiliũ possit reuocari, dic q̃ sic, sed oportet q̃ persuasor persuadeat ẽrium, & q̃ sit certus malefactorem mutasse propositum, alias tenetur denunciare ei in cuius persona maleficium debebat committi, vt se custodiat ne offendatur, Inno. in c. ad audientiam, extra de homi. † Quæri ẽt solet, an consulens maleficiũ, dicatur opem præstare, & vt præstans opem maleficio possit puniri, Bart. in l. in furti, §. cons. ff. de fur. tenet q̃ non, cũ prie consulere non sit præstare opem, de quo vide Sal. in l. 1. de rap. vir. †& aduerte, q̃ ista sunt penitus diuersa & separata d. l. qui seruo, §. fi. & diuersorum delictorum diuersæ sunt pœnæ, Inst. de oblig. quæ ex delic. nasc. in §. at vbi ope. ibi, sed tñ consilium dedit. & in hac materia vide Bal. consi. 160. incip. in qõne qua quæritur. & Alex. consi. 69. in 1. vol. & Bal. & Sal. in l. 1. C. de ser. fug. ibi. n. plene & perfecte tractatur hæc materia, & ponitur quando quis de consilio tenetur, ex doctrina tñ Bar. in l. in furti. §. ope. ff. de fur. † colligitur, q̃ statutum puniens auxiliatorem, non comprehendat consultorem, quando statutum punit auxiliatorem ratione certi actus, ut si dicat, Quicunque præstiterit auxilium ad committendum homicidium. si autem punit auxiliatorem non ratione certi actus, ut si prohibeat prẽstari auxilium bannitis, tũc statutum habet locum etiam in consi. & quolibet iuuamine. † Quid si statutum puniat homicidam, an verificetur in cõsulente homicidium committi. Bar. in l. hęc verba. ff. de adulte, distinguẽdo dicit, aut statutum loquitur in personam, vt puta si quis homicidium commiserit, tunc consulens non dr homicida, nec pœna homicidii debet puniri: aut lex municipalis loqui in rem, ut puta, si homicidium fuerit cõmissum, vel pro homicidio sit tanta pœna, tunc consulens tenetur Moderni tamen dicunt hanc doctrinam Bartoli esse periculosam, cum infinita reperiantur iura quæ loquuntur in personam, & tamen qui per alium faciunt, comprahenduntur in verbis legis, ut tex. in c. si quis suadente diabolo, 17. qõ. 4. & in l. si quis per alium, ff. ne quis in ius uoca. Nunc ad declarationem prędictorum videndum est, quando ad excusationem consulentis probabitur quod principalis non esset alias facturus: † in dubio enim prẽsumitur quod principalis motus sit ex consilio sine quo non fuisset patraturus aliquod delictum, cum indubio non præsumatur delictum, l. merito. ff. pro socio, & c. 1. de scrutinio, & Bal. in d. l. data opera. † Si vero consulens vult se excusare, ex quo habet prẽsumptionem contra se, opus est ut ex coniecturis probet malum animum principalis, & quod ẽt absque consilio fuisset facturus, ut notat Bal. in l. 1. colu. 4. C. de seru. fug. Vide ẽt Bar. in l. si ventri, §. fi. de priui. cred. † & quæ sint istæ coniecturæ vide in Doctoribus allegatis per Decium in regula consilij non fraudulenti, de reg. iur. col. 3. ver. & ad prædicta. & si dubitaretur superqualitatę cõsilij, † quod in dubio debet interpretari quod bonum sit consilium, ut consulens non teneatur. Bal. in l. 1. col. 4. de seru. fug. Alexan. consilio 128. quoniam abunde. lib. 4. & facit. text. in l. merito. ff. pro socio.

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 16 18 19 20 21 22 23 24 25 26 27 28 29 30

De auxilio.

SVMMARIVM.

1 *Agentes & consetientes patri pęna puniuntur.*
2 *In maleficiis voluntas spectatur.*
3 *Inter criminis reos & fraudis participes multum interest.*
4 *Auxiliatores an eadem pœna qua principales puniantur.*
5 *Quando auxiliatores fuerunt causa homicidij, qua pęna veniant plectẽdi.*
6 *Auxiliator qua pœna puniatur, si præstet opem ante delictum, & post delictum, in ipso actu delicti, & post delictum.*
7 *Assistentia facit vt maleficium habilius committatur, & malefactorem audaciorem reddit, & vulneratum timidiorem.*
8 *Inquisitio de auxilio præstito non valet, nisi in ea apponatur verbum, assistendo.*
9 *Assistentia in dubio non est punibilis.*
10 *Quæ concurrere debeant ad hoc vt auxiliator puniatur tanquam principalis.*
11 *Si in rixa plures fuerint mortui, & ignoretur a quib. interfecti fuerint, tunc inceptor rixæ solum punitur de homicidio.*
12 *Ignorantia nunquam præsumitur in illo qui dat operam rei illicitæ.*
13 *Contra associantem post delictum commissum oritur præsumptio consilii vel occulti auxilii.*
14 *Receptans scienter malefactorem, an puniatur.*
15 *Receptans bannitum, si suspicatur ipsum esse bannitum, nec eius banni habeat notitiam, non punitur.*
16 *Semper præsumitur ignorantia nisi probetur scientia.*
17 *Banni scientia non sufficit in genere, nisi probetur scientia qualitatis banni prohibitæ a statuto.*
18 *Quando ad loca solita & consueta facta fuerunt proclamata, vnusquisque præsumitur scire.*
19 *Ex publico proclamate inducitur præsumptio scientiæ.*
20 *Detentus graui infirmitate, minor, & furiosus, non præsumitur scire publicata proclamata.*
21 *Ignorantia excusat receptatorem banniti si in loco habitationis suæ non fuerit publicatum bannum.*
22 *Habitans in vno loco præsumitur ignorare banna alterius loci.*
23 *Habitãs in oppidis ciuitati subditis, præsumitur ignorari proclamata quę fiunt in ipsa ciuitate.*

Digitized by Google

24 *Decreti Mediolanenſis declaratio, quo puniuntur illi qui præſtant auxiliũ & fauorem bannitis.*

25 *Aduocati & procuratores an dicantur præſtare auxilium & fauorem bannitis, preſertim in crimine læſæ maieſtatis.*

26 *Raro delinquentes puniuntur pœnis ordinariis ob diuerſa ſcelerum accidẽtia.*

27 *In foro eccleſiaſtico fere omnes pœnæ ſunt iudici arbitrariæ.*

PARS DVODECIMA.

NVnc autem propter affinitatem quam habent mali conſultores cum illis qui opem delinquentibus præſtant, ad materiam auxilij venio, & primo ſe offert ria † quod agentes & conſentiẽtes
1 pari pœna puniuntur, iuxta legem, item Mela, §. is qui. ff. de
2 iure fiſci, quæ comprobatur, eo quod † in maleficijs volũtas ſpectetur, vt in l. ea qui mente, ff. de furt. tex. eſt, in cap. primo, extra de officio delegati, & §. at vbi ope. Inſti. de obligquæ ex quaſi delic. naſcuntur, & l. 1. C. de rap. virgi. & Bar. in l. ſi in rixa, ff. de ſica. & l. qui ſeruo, §. fina. ff. de fur. & Innoc. in c. conti nentiam, de cler. percu.

Ex alia parte videntur auxiliatores non debere puniri eadem pœna qua principales, cum minus delinquant, & † inter
3 criminis reos & fraudis participes multum intereſt, ut in l. ſi multi. ff. de public. cumque nemo de opere teneatur, niſi crimine conſummato, ut in l. ſæpe, ff. de verborum obligatio. &
4 † quod auxiliatores non puniantur eadem pœna qua principales, probatur per Sal. in l. 1. C. de rap. virgi. ita etiam dixit ſingulariter Andr. de Iſer. in cõſt. regni. ſub rubrica de violen tia meretrici illata, & huius opinionis fuit etiam Marſi. conſilio 24. incip. viſo puncto, colũ. 3. verſicu. ratio eſt. Idem tenet Cœpo. conſi. 27. incipiente, requiſitus. pen. col. verſic. nam ſecundum veram opinionem.

Et Gram. conſi. 46. numero 41. propter hunc opinionum conflictum Gandinus in rub. de pœ. aſſo. & fugere facien. ho micidam. dicit quod dicti auxiliatores puniri debent media pœna qua principales venirent plectendi, hoc tamen limiua-
5 tur non habere locum † quando auxiliantes fuiſſent cauſa
6 homicidij, quia tunc eadem pœna puniri deberent, per l. ni- hil intereſt. ff. de ſic. † Ego autem ita diſtinguendum arbitror, aut auxilium præſtatur ante delictum, aut in ipſo actu delicti, aut poſt delictum. in primo caſu, aut ignoranter quis præ ſtat opem, puta quia diceret aliquis ſe velle ire rus, & ideo auxiliator commodaret ei equum & arma, & poſtea hominẽ occidiſſet, tunc opem præſtans non tenetur. Bal. in l. quicunque, C. de ſer. fugit. & l. apud antiquos, C. de furtis, aut ſcienter dat auxilium, ut ille qui præſtat ferramẽta domumque vbi ſe reponat, & de committendo maleficio inter ſe loquuntur, vt in l. ſi pignori, §. fina. ff. de furt. & l. qui domum, ff. de adult. & quia talis non æque delinquit, mitius punitur quam principalis, l. infans, ad leg. Corn. de ſica. & Sal. in l. prima, Codice de rap. virgi. nec obſtat, tex. in §. & vbi ope. Inſti. de obliga. quę ex quaſi delict. naſc. quia ille tex. loquitur de pęna quadrupli, & non de pœna capitali, vt affirmat Angel. Arimi. in additi. ad Ange. in verbo. dicto maleficio.

In ſecundo autem caſu diſtinguendum eſt, aut auxiliator fert opem per actum facto remotum, & tũc mitius punitur. Bald. in lege prima, Cod. de crimi. pecu. & Cyn. in l. prima. de Nli. agge. non rum. Ioan. And. in cap. fœlicis, de pœnis. libro ſexto. dicit, quod opem ferens mitius punitur, & arbitrio iudi cis, quãdo fauor & auxilium fuit ſimplex, ꝙa maleficium ita executioni mandatum fuiſſet ſi non interueniſſet: aut fert opem per actum facto proximum, & tunc punitur eadem pœ na qua principalis, in dicta lege prima, Cod. de rap. virg. & ca pitu. primo. extra de officio delega. ſcias tamen, quod quãdo auxilium ſiue proximum actui ſiue remotum a facto dedit cauſam homicidio, auxiliator punitur eadem pęna qua prin cipalis, alias non, & hoc patet per tex. in capit. ſicut dignum, §. illi autem, de homicid. & Soc. conſilio centeſimo octuage ſimo octauo. colum. 3. & Cœpo. conſilio vigeſimo ſeptimo. colum. 2. hoc tamen intelligitur niſi qualitas plus in vno ad ſit quam in alio, Barto. in l. iis, qui. ff. de fur. cum enim auxilia tor agit in actu, ut puta aſſiſtendo, punitur vt principalis, ꝙa
7 † aſſiſtentia facit vt maleficium habilius committatur, & ma lefactorem audaciorem reddit, & vulneratum timidiorem.

Ita ſingulariter dixit Barto. in l. in rixa, in penu. colum. ff. de ſica. & l. qui ſeruo, §. fina. ff. de fur. & Innocen. in capitu. con
8 tinentiam, de cler. percuſ. & ideo † inquiſitio de auxilio præ ſtito non valet niſi in ea apponatur verbum, aſſiſtendo. Bart. in l. qui ſeruo, §. fina. ff. de furt. quem ſequitur Alexand. in l. ſi. ff. de ſica.

9 Aduerte tamen, quod † aſſiſtentia in dubio non eſt puni- bilis, quia preſumitur quis caſu aſſiſtere, ſed tamen ex conie- cturis poteſt patere aliter, ſecundum Felynum in dicto capit. ſicut dignum, & in c. j. de oſ. deleg.

10 † Aduertas etiam, quod multa concurrere debent ad hoc vt auxiliator puniri poſſit tanquam principalis primo debet conſtare per ſententiam de præſtatione operis, nec ſufficit confeſſio aut condemnatio principalis per contumaciam, Barto. in l. is qui rem, paragrapho. ſi tu Titium, ff. de furt. imo nec ſententia lata contra principalem ordinarie conui- ctum, Ancha. conſilio centeſimo decimoſeptimo. incipiẽte, nos Bartholomæus, Secundo oportet quod delictum perfe- ctionem ſuam conſequatur, & caſus, in quibus affectus tan- tum punitur, non habent locum in auxiliatore, qui delicto non ſecuto non punitur, glo. & ibi Dynus in l. ſed hæc diuor- tij. Digeſt. rerum amotarum, Baldus in lege prima, C. de feru. fugit.

Tertio non punitur vt principalis quando ſumus in actibus ubi qui propter homicidium repellitur, Bar. in l. is qui o- pem, ff. de fur.

Quarto non punitur vt principalis, quãdo non fuit proba tum quod proceſſerit tractatus de cõueniendo ſimul ad ma- leficium committendum, tex. in l. tertia, paragrapho. omnes, ff. de vi bonorum raptorum, & ſi auxiliator dixerit ignorare quod principalis uellet committere homicidium, talis igno- rantia ſolo iuramento probatur, Ia. in §. ſed iſte. Inſtitu. de actio.

Quinto, oportet quod prius iudici conſtet non ſolum de delicto, ſed etiam de principali delinquente. Ancha. dicto conſilio centeſimo decimo ſeptimo incipiente, nos Bartho- lomæus. Alexand. conſilio trigeſimo nonageſimo incipiẽ te, copioſe adeo in primo volumine. & ideo † ſi in rixa plu-
11 res fuerint mortui, & ignoretur a quibus interfecti fuerint, tunc inceptor rixæ ſolum punitur de homicidio. tex. in l. quo niam multa, C. ad legem Iuliam. de vi publica. & Bald. in l. j. C. de ſer. fug.

Sexto oportet, ut ſupra dixi, quod auxiliator aſſiſtat male- ficio, Barto. in l. qui ſeruo. paragrapho. fina. Digeſtis de furt.

Septimo, non plectitur opem ferens ut principalis, quan- do ex qualitate extrinſeca augetur aut minuitur pœna ex confeſſione vel negatione principalis, Bar. in l. liberros, quos. paragrapho Poſthumus, ff. de alim. & ciab. leg.

Octauo non punitur auxiliator vt principalis, quando ex- preſſe aliter punit principalem quam auxiliatorem.

Poſtremo oportet ꝙ opem ferens ſciat qualitatem inhęrẽ tem principali, ad hoc ut puniri poſſit eadem pœna, Ang. in l. j. C. de Nil. agge. non rump. ubi alle. l. vtrum, ff. de patrici. & exemplum ponit in auxiliatore qui iurabat principalem eſ- ſe filium illius in cuius perſonam commiſſum fuit homici- dium, tñ ſuper hoc dubitatur, quia † ignorantia nunquã præ
12 ſumitur in illo qui dat operam rei illicitæ, ut tradit Bar. in l. eum qui nocentem, §. pe. ff. de iniur. In tertio autem caſu prin cipali, qñ auxilium præſtatur poſt commiſſum delictum, tũc non dr̃ proprie date opem delicto. Bar. in l. non ſolum, §. ſi in rauero. ff. de iniur. & Bal. in l. raptores, ff. de epiſ. & cle. & Dyn. con. 41. incipi. qõ talis eſt. Fel. tñ. in c. ſicut in tertia & 4. col. de
13 homici. dicit, ꝙ † õ aſſociantem poſt delictum oritur præſum ptio conſilij vel occulti auxilij per quam cogitur talis proba re õtium, quod notat Bal. in l. non ideo minus, C. de accuſ. & dato ꝙ auxiliator probauerit nullam præceſſiſſe conſiliũ, de- bet tñ puniri, non ut principalis, ſed ex eo ꝙ aſſociauerit delin quentem ut tutus euaderet, & tenetur ex ti. de iis qui latro. vi Bart. in l. furtum, §. non committitur, ff. de fur. Quæritur hic,
14 † quid de eo qui malefactorem excepit: diſtinguendum eſt, aut receptans ſciebat malefactorem commiſſiſſe delictũ, aut nõ: in primo caſu tenetur, ut in l. j. §. ꝙ autem. ff. de ſer. corru. Sed intelligere debemus ꝙ tunc receptor tenetur, quãdo ſciẽ ter recepit in ſuo loco vel alieno, præſtando cauſam ſe abſcõ dendi, ut in d. §. quod autem. Vide Bal. in l. quicunque, in prin. C. de ſer. fug. & Roma. in l. in delictis, ff. de nox. ac. & non ſo-
15 lum ignorans excuſatur, ſed † ſi receptans bannitum ſuſpica- reẽ ipſum eſſe bannitum, & non haberet veram notitiam e-
16 ius banni, non punitur. Bal. in lege 2. Codi. de adulte. † ſemper enim præſumitur ignorantia, niſi probetur ſcientia, l. Verius, ff. de prob. fallit tamen quando eſſet notorium, l. prima. C. qui & aduerſus quos, glo. & Barto. in l. prima, ff. de recepta. immo
17 † nec ſufficit ſcientia banni in genere niſi probetur ſcientia qualitatis bãni prohibitę a ſtatuto, & hoc vbi ſtatuta nõ pro- hibuerint acceptari omnes bãnitos, Dec. conſi. 22. incipien- te, viſo, ver. nam ſtatutum.

18 Aduertendum tamen eſt, ꝙ † quando ad loca ſolita & cõ- ſueta factã fuerunt proclamata, vnuſquiſque præſumitur ſci- re. Innoc. in c. j. extra de poſtu. glo. in l. ſi tutor petitus, Cod. de
19 peric. tuto. † ex publico enim proclamate inducitur præſum- ptio

Digitized by Google

ptio ſcientiæ.Bar.in l.j.§.in pari. ff.de recep. arb. omnes enim de regno præſumuntur ſcire ea quæ publice fiunt in regno.c. illud.extra de cler.excommu.& capitu.prim.de poſtula.præla to.& Iaſon conſilio 107.colum.fi.primo volum.imo nedum Regnicolæ, ſed etiam vicini in regno præſumuntur ſcire ea quæ publice fiunt in regno.capitu.quanto.& cap. quoſdam. extra de præſump.& glo.in capitu.fin.16.diſtinct.† hoc tamẽ fallit in detentis graui infirmitate.Alexan.conſilio 132. viſo proceſſu.in tertio volum.Item fallit in conſtitutis in furore, vel minoribus annis.Ioan.de Ana.conſilio 70. in fin.viſis.& ponderatis.Non omitto tamen quod Baptiſta Plotus dixit in ſua repetitione.l.ſi quando,C.unde ui nnmero 859.videlicet quod†ignorantia excuſat receptatorem banniti, vel dantem auxilium,ſi in loco habitationis ſuę non fuerit bannum publicatum,allegans.l.primam.§.impar.vbi gl.& Bar. de recep. dicit, quod† habitans in vna ciuitate vel loco, præſumitur ignorare banna & præconia alterius ciuitatis vel loci, vt tenet Ale.conſi.31.ponderatis.colum.1.in verſicu. præterea cũ non ſteterit.volum.5.laſ.conſi.53.ſtatuto.colum.6.verſiculo, quinto facit.volum.3.texan capitu.cum in tua.& ibi Doctores.qui mat.accuſ.poſſunt.& in l.Titius. §.Lucius.Imo, quod plus eſt,dicit quod†habitans in oppidis ciuitati ſubditis præſumitur ignorare proclamationes quæ fiunt in ipſa ciuitate, allegans laſ.in conſi.46.pro fiſco.col.3.verſiculo ſecundo re ſpondetur.volum.3.Bal.in l.plane.ff.de excuſa. tuto. †Si ſtatutum dicat,Si quis bannito auxilium aut fauorem præſtiterit, puniatur tali pœna.ſicut in decreto Mediola. cõtinetur,qualiter debet intelligi?Dic quod auxilium in tali caſu intelligitur late pro omni adiutorio, ſiue mutuetur,ſine aſſocietur,ſi ue quicquid aliud factum fuerit quod ad banniti vtilitem & commodum pertineat,vt in l.4.ff.ad l.iul.Maieſta.& ibi uide Barto.†Hic quęro an aduocati aut procuratores bannitorũ dicãtur pręſtare auxilium & fauorem?omiſſis Doctorum altercationibus,dic,quod communis opinio eſt,quodtales nullam merentur pœnam,vt in l.Gracchus.C.de adulte, omnia enim iura loquentia de auxilio & fauore,videntur loqui de auxilio extraiudiciali.l.2.C.de his qui latr. cap.ſicut dignum, §.fi.extra de homici.fallit tamen in crimine lęſę maieſtatis.l. quiſquis.ad leg.Iul.Maieſt.†Et cum delinquentes raro pœnis ordinariis plectantur,propter diuerſa ſcelerum accidentia, ob quę iudex poteſt & debet minuere aut augere, atque etiã prorſus remittere ſupplicia a iure,vel ſtatuto,vel conſuetudine determinata,cumque in pœnis extraordinarijs & arbitrarijs diſcretus iudex delictorum circunſtantias conſiderare,et libero animo circũſpicere debeat, ne rei qui iuſtitię ſeueritatem experiuntur,iuſte poſſint de eius exceſſu conqueri,& alij qui iuſtitiam eſuriunt ſupplicij tenuitatem reprehendant,neceſſarium etiam duxi hic adſcribere modos quibus flagitiorum cenſurę conſiderari & terminari debeãt, nam huius rei vſus quam ſit frequens,vtilis,& neceſſarius,nemo eſt qui neſciat,preſertim † in foro eccleſiaſtico,vbi non tam ſpecificę clericorum exceſſibus ſtatutę pœnę legũtur, vnde iudices ex arbitrio pœnas imponentes,debent diligenter cauſam delicti examinare,perſonam offenſi & offendentis attendere,locum commiſſi ſcęleris ponderare,temporis perpetrati criminis rationem habere,qualitatem flagitij conſiderare,maleficiorum quantitatem perpendere,facinorjſque euentum cognoſcere,quibus omnibus per iudicem diligenter conſideratis,facile erit intelligere quantum doli fuerit in delinquente. De his igitur delictorum accidentibus conſequenter dicemus.

De cauſa.

SVMMARIVM.

1 *Pœna delicti minuitur iniuriis iram iuſtumqne dolorem cauſantibus.*
2 *Platonis opinio circa pœnam homicidii.*
3 *Cauſa iniuſta an excuſet a dolo.*
4 *Leuibus cauſis pœna delicti augetur.*
5 *Quando doctori credatur atteſtanti de conſuetudine.*
6 *Propter quas cauſas pœna delicti remittatur.*
7 *Quando ſumus in dubio an offenſio dicatur facta ex noua cauſa vel veteri,fieri debet interpretatio, vt offenſio dicatur facta ex noua cauſa.*
8 *Offenſio an fuerit facta ex noua vel veteri cauſa,ſtandum eſt iuramẽto offendentis.*
9 *Licet noua cauſa offendendi ſit iniuſta,remittitur tamen pœna tutorum cõuentionalis.*
10 *Qui occidit aggreſſorem cum moderamine inculpatæ tutelæ,nullam meretur pœnam.*
11 *Si prouocatus facto vel verbis vulneret,ſeu occidat prouocantem,non adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, non debet puniri pœna ordinaria.*
12 *Delinquens,ſi excedat moderamen inculpatæ tutelę non ex propoſito,non punitur.*
13 *Si alium iniuria afficiens offendatur dicitur offenſus, non a prouocato,ſed a ſemetipſo.*
14 *Si iniuriatus primo verbis vel facto iniuriantem offendat facto vel verbis,non tenetur.*
15 *Delictum a præciſe coacto commiſſum,eſt impunibile.*
16 *Qui coactus delinquit,potius pati quam agere videtur.*
17 *Iudex an poſſit alterare pœnas a lege, conſuetudine, & ſtatuto introductas.*
18 *Iudex alterans pœnam ex cauſa,tenetur dictam cauſam exprimere, alias efficitur infamis,& punitur eadem pœna qua puniretur reus.*
19 *Si iudex non minuit pœnam,cum ex cauſa poſſit minuere, non poteſt appellari.*
20 *Quando mutatur pœna,debet mutari in eodem genere,& ideo pecuniaria non poteſt mutari in corporalem.*
21 *Omnes pœnę reſpectu principis ſunt arbitrariæ,vbi nõ agatur de pœna applicanda parti.*

PARS DECIMATERTIA.

CAuſis animum delinquentium mouentibus, ſcelerum
1 pœnæ aut minuuntur,aut augentur,aut remittũtur.In primo caſu†minuitur pœna iniurijs iram doloremue cauſantibus.tex.eſt in l.ſi adulteriũ cum inceſtu.§.Imperatores.ff.de adulteriis.qui tex.rationem reddit intimis memoriæ præcordijs infigendam,quia difficilimum eſt iuſtum dolorem temperare: cum enim commotus ira aut dolore non ſit ſuæ mentis compos. vt in l.Gracchus. C.de adul.propter conſcientiam infirmitatis humanæ naturæ ſanxerunt prudentiſſimi iureconſulti,delicta ira aut dolore commiſſa non eſſe ſeuerius punienda,vt in l.hac conſultiſ
2 ſima.C.qui teſtam.fac.poſſ. †idque confirmatur authoritate Platonis qui,in tertio libro de legibus ita dicit. Nam ille qui conſulto ciuem manu propria iniuria occiderit,pœna mortis punitur,verum qui primæ iręimpetu,abſque pręmeditatione,interimit,non voluntario homicidæ ſimilis iudicatur, nec tamen omnino eſt ſine voluntate. Ille autem qui iram ſeruans,nec repente,ſed cum inſidijs ſe poſtea vindicat,volũtarij homicidę habet ſimilitudinem,non tamen omnino voluntarius eſt,idcirco ſi quis repente,ira concitatus,abſque iſtis diis & pręmeditatione,hominẽ liberum interfecerit,ad purgandam iram exulet duobus annis.hoc etiam comprobatur exemplo Fabritiani, qui cum matrem eiuſque adulterum interemiſſet,quia ſuum ipſius patrem obtruncauerãt, Senatus decreuit ne res illa Fabritiano fraudi eſſet.De aliis autem cauſis quibus flagitiorum ſupplicia moderantur,late dixi ſub rubrica de his qui non cogitant ſed agunt, & perficiunt, ad ea
3 enim te remitto,nunc autem id tantum dixerim, quod† etiã iniuſta cauſa excuſat a dolo.glo.in l.plagij criminis. & ibi notat Ange.C.ad l.fla.de plag.& glo.in l.j.de abig.& ideo ſi creditor acceperit rem debitoris vt ſibi de debito ſatisfiat,nõ tenetur vi bonorum raptorum,quia mentis ſuæ non fuit rapinam committere,& credidit ſibi licere,cum voluntas & propoſitum diſtinguant maleficia.l.quæ in iure, ff.de furt. Vide Gramma.in conſilio 50.colum.3.aduerte tamen, quod non præſumitur talis iniuſta cauſa mouiſſe delinquentem,ſed potius dolus niſi per probationes & vehementes coniecturas probatum fuerit,vt Barto.& Ange.in l.ſed & ſi lege,§.Seiæ.de peti.hære.& Rapha.in l.ex conſenſu.§.vltimo,ff.de appellation. & Fran.Are.conſilio 80.& Alexan.conſilio 103. incipiente, videtur prima conſideratione.verbo,dato,quod comes.Vide etiam Aegidium Boſſium in tract.ſuo de decreto Mediolani, ut non procedatur criminaliter quando res habet originem a contractu.numero 19.vbi dicitur,quod mulier contrahẽs matrimonium cum conſanguineo,excuſatur,ſi probetur error iuris ex his qualitatibus,quod palam fecerit, & ſtatim cũ ei fuerit dictum dimiſſerit.

Hoc tamẽ,q̃ cauſa iniuſta excuſet a dolo, quatuor recipit limitationes.Primã ponit Bal.in l.Qui nõ p̃baſſe.in 2.notabili,C.de calũ.vbi reſtringit regulã ad delicta extraiudicialia,& iõ vult, q̃ delictum calumniatoris non excuſet iniuſta cauſa a pręſumpta calumnia.Secundam limitationem ponit Bald. in l.qui contra.C.de inceſ.nup.ubi vult quod regula non procedat vbi ſufficiat dolus pręſumptus & lata culpa.Tertia limitatio eſt,quod non procedat vbi cauſa huiuſmodi eſſet reprobata a iure naturali aut ciuili notorio & indubitato. Alexan. conſ.103.& Frã.Cur.conſ.56.incipiente,ſuper proceſſu. col.6. Quarta limitatio eſt,quod quælibet cauſa excuſat a dolo, ſed

Digitized by Google

non a lata culpa, vt voluit Bar. in l. iuſte poſſidet. ff. de acquir. poſſ. & Bal. in l. qui contra. C. de inceſt. nupt. In ſecundo caſu
4 †cauſa delictum aggrauat, vt quãdo pecuniæ gratia commit titur homicidium. vt in ca. pro humani. de homicid. in ſexto. aut quando quis percutit inimicum reconciliatum, nulla de nouo ſuperueniente cauſa. Bar. in l. aut facta. ff. de pœnis. aut quando quis furando rem valentem quinque ſolidos pacem ruperit, vt habetur in c. j. §. ſi quis quinque ſolidos. de pa. tenẽ da. in uſibus feudorum. vbi inquit tex. quod ſi quis furatus fue rit rem valentem quinque ſolidos, laqueo ſuſpendatur, ſi minus, ſcopis, & forbice excorietur & tondeatur. Verum eſt qđ Bald. in d. §. & in aut. ſed nouo iure, C. de ſerui. fugit. colum. 2. inquit, quod. §. ille, ſi quis non ſeruatur de generali conſuetu-
5 dine, †ſed dici poſſet quod doctori atteſtanti de conſuetudine non creditur, & ita videtur magis communis opinio modernorum, quidquid in contrarium dixerit Bar. in l. de quibus. ff. de leg. ut trad. Roc. de Curt. in ca. fi. d. conſ. colum. 58. verſicul. quæro. & d. conſi. 402. penul. colum. & ſi diceretur quod doctori atteſtanti de conſuetudine vel communi vſu loquendi non creditur reſpectu plenæ probationis, tamen creditur reſpectu præſumptionis quæ transfert onus probandi in aduerſarium, vt trad. multa congerens Craue. conſilio. 166. numer. 9. Replicari poſſet, hanc limitationem procedere non indiſtĩcte, ſed in curia in qua verſatus eſt doctor ille qui atteſtatur ꝙ ſuetudinem, vt allegans deciſiones trad. Duran. in tract. de ar. teſta. in titulo de ſubſtit. caute. 35. numero 3. vtcunque ſit, dici poteſt, quod vbi adſit magna cauſa, puta quia propter furtum rumperetur publica pax, diſpoſitio. d. §. etiam de conſuetudine ſeruatur, vt trad. laſ. in §. maleficiis. num. 3. cauſa etiam gra uatur homicidium animo deliberato patratum, per ea quæ
6 dixi ſub rubrica de his qui cogitant, agunt, & perficiunt. † In tertio & ultimo caſu propter cauſam delicti pœna remittit, vt quando in capiendo reos occiditur aliquis a familia prætoris, vt probatur in l. ſi ſeruus. & ibi Bar. C. de his qui ad eccleſias confugiunt, & Bal. in l. fi. C. de exhib. re. & in l. i. C. vnde vi. Ex cauſa etiam in totum tollitur pœna in caſu notabili, videlicet quando duo fecerunt pacem, & promiſerunt ſeipſos inuicem non offendere ſub pœna, nam ſi ſuperueniat noua cauſa, non dicitur pax rupta ex parte offendentis, vt eſt celebrata doctrina Bar. in l. aut facta. §. cauſa. ff. de pœn. trad. Alex. conſi. 19. viſo l. i. 1. & conſi. 113. viſo. li. 4. docto. in l. ſemel mora. ff. ſolu. matrim. Bar. Bald. Ang. Imol. & Alexan. in l. qui inſulam. ff. de verbor. obligatio. Cor. conſ. 51. in litera b. lib. 1. & allegans cateruas doctorum trad. Marſ. conſi. 109. & conſi. 122. numer. 18. Paris. ſupraſcriptas & alias deciſiones adducens cõ ſil. 164. numer. 24. & conſi. ſequenti nume. 26. Soc. & alij in locis relatis per Mar. Soc. iun. conſi. 103. nume. 7. Riminal. conſi. 22. lib. 1. num. 2 & eſt communis opinio, vt atteſtatur Alexa. in d. l. qui inſulam. & Paris. d. conſi. 164. & quia caſus pulchre
7 eſt, & quotidianus, hæc pauca ſcias † Primo, quod ſi eſſemus ĩ dubio, an offenſio diceretur facta ex noua cauſa vel ueteri, ut non ſit locus pœnæ, debet fieri interpretatio, vt offenſio dicat facta ex noua cauſa, ita egregie uoluit Bal. in l. ſi dictum. C. de ædil. edicto. Riminal. in l. cum proponas. C. de pact. & conſ. 22.
8 lib. 2. colum. 2. vbi voluit †ſtandum eſſe aſſertioni offendentis an offenderit ex noua vel veteri cauſa, cuius dictum procedit abſque difficultate, vbi interueniat iuramentum offendentis,
9 vt trad. addentes ad Riminal. d. conſil. in litera D. † Scias etiã, quod offendenti ex noua cauſa tutorum remittitur pœna cõuentionalis, quamuis dicta noua cauſa non eſſet iuſta cauſa offendendi, vt pulchre trad. Alex. d. conſi. 19. colum. 3. cũius dictum ſequitur & commendat Iaſ. in l. qui ſeruum. ĩ principio. ff. de verborum obligatio. colum. 2. Marſ. d. conſi. 119. nume. 2. & ſin. 503. incipiente, ex pace, & quia vim vi repellere licet. l.
10 vt vim. ff. de iuſti. & iur. vbi doctores iunctis uulgaribus, †ſi aliquis cum moderamine inculpatæ tutelæ occiderit aggreſſorem, non punitur, cum id quod fit lege permittente nullam mereatur pœnam. l. Gracchus. C. de adulte. & quia dixi, cum moderamine inculpatæ tutelæ, vnum in hac materia notatu
11 dignum perpetuo notabis, videlicet, quod † ſi quis inſultatus ſeu prouocatus facto vel verbis vulneret ſeu occidat, etiã nõ adhibito moderamine inculpatæ tutelæ, prouocantem ſeu inſultantem, non debet puniri, ſaltem pœna ordinaria quæ imponitur pro homicidio ſeu vulnere, ita voluit Alexand. cõſil 2. colum. pen. & conſi. 109. num. 13. lib. 7. vbi ultra deciſiones per eum adductas dicit hoc probari per tex. in l. ſi quis adulterium cum inceſtu. §. imperatores. ff. de adulter. inducendo, ut ibi per eum trad. Are. conſi. 34. & conſi. 80. colum. pen. & conſil. 165. colum. fin. Cor. conſ. 107. colum. 2. lib. 1. Fely. multa cõgerens in c. dilecti. colum. pen. ver. 2. declaratio. de excep. refert & ſequitur multa cumulans Marſ. conſi. 114. nume. 3. cum ſe-
12 quentib. plus voluit Gram. conſi. 29. nu. 33. & 34. quod † ſi delinquens excedat moderamen inculpatę tutelæ, non ex propoſito, nullam pœnam meretur, etiam occidendo, & quamuis alleget quamplures deciſiones, & pro eius dictis faciũt tra di. per Craue. conſi. 119. nu. 11. crederem eius opinionem eſſe veram, ut delinquens non puniatur pœna ordinaria delicti commiſſi, ſed pro exceſſu tantum, declarando, vt per Alex. d. con. & ita intelligunt Aret. Cor. Fely. & alii ſupra allegati, vt videlicet prouocatus delinquens, non adhibito moderamine inculpatæ tutelę, puniatur, non in totum, ſed mitius, quibus conferunt trad. per Mar. Soc. iun. conſi. 38. num. 5. cum ſequentibus: hæc ea ratione inducta uidentur, quia, vt inquit Bald. in
13 l. qui ex plagis. §. Tabernarius. ff. ad l. Aquil. †ille qui incipit alium percutere, offendere, ſeu iniuriare, ſemper dicitur eſſe in culpa, unde ſi poſt modum offendatur, dicitur offenſus, nõ a prouocato, ſed a ſemetipſo, vt trad. Ab. & alii in locis de quibus per Marſ. d. conſi. nu. 9. hac ratione etiam inductum fuit,
14 quod † ſi iniuriatus primo uerbis, vel facto, iniuriantẽ offendat facto vel verbis, non tenetur, ut trad. Plo. & alii relati per Mar. & Gram. vbi ſ. & inquit Mar. So. iun. d. conſi. 38. nu. fin. ꝙ ſi quis alicui dixerit, tu mentiris. poterit prouocatus uerbis tã tum, offendere & percutere prouocantem impune, & hoc comprobatur ex multis quæ allegantur & corroborantur ex his quæ pulchre in hac materia trad. Riminal. conſi. 13. num. 27. li. j. & addentes ad eum, vbi multa bene dicunt in hac ma-
15 teria. Huc quoque reſpicit, quod † delictum a præciſe coacto,
16 commiſſum, eſt impunibile, cum † qui coactus delinquit, potius pati quam agere videtur. tex. eſt in l. prima. §. remouent. ff. de poſtul. & l. ſi uxor. §. ſi quis plane. ff. de adult. & l. fœdiſſimam, C. eodem. Multę alię cauſæ ſunt vltra ſuperius numeratas, ex quibus iudex poteſt augere, minuere, & in totum remittere pœnas, & ex dictis cauſis aliquę ponuntur per Parid. dẽ Put. in tract. Synd. in verbo. iudex. §. quot ſunt. Fel. in c. qualiter il. 2. §. ad corrigendos. col. 6. & multo plures per Tiraq. in eius tract. de pœ. leg. in quo ponit ſexaginta quatuor cauſas ex quibus licitum eſt iudicis pęnas alterare, & ad eorum dicta ſufficiat remiſſio, cum poſſint videri, in hac tamen quotidiana materia ex ipſorum & aliorum dictis volui quędam notabiliora in vnum colligere. Scias itaque, quod ſupraſcripta
17 concluſio, videlicet, quod † iudex ex cauſa poteſt alterare pœnas ordinarias, procedit nedum in pœnis a lege & conſuetudine, ſed etiam a ſtatuto introductis, vt trad. Dec. & quam plures alij citati per Tiraq. in d. tract. in prefatione nu. 19. & 20. et licet in pœnis ſtatutarijs Bal. in allegatis locis, de quib. per Tiraq. nu. 21. contrarium voluerit, tamen prędecedentem opinionem veriorem & communiorem atteſtatur Tiraq. ibi nu. 22. & nu. ſequenti, vbi inquit hoc procedere etiam ſi iudex iuraſſet ſeruare ſtatuta, & quamuis allegat rationes & authoritates, hoc tamen penes me foret dubium, per ea quæ trad. Fely. in c. 1. de conſti. col. 19. Dec. in l. 3. nu. 28. C. qui admit. vbi multa adducit, & vltra ibi per eum dicta faciunt trad. per Soc. ſen. conſ. 7. fi. col. Poſito ꝙ opinio Tiraq. foret verior. poteſt limitari aliquibus modis, de quibus infra. Primo, vbi ſuperior de facili conſuli poſſet, & periculum non foret in mora, quia tali, caſu non debet alterare pœnas ſtatuti, ſed conſulere ſuperiorem, per ea quę trad. Fely. in d. c. 1. Barb. Rom. Alb. & alij quos refert, & ſequitur Dec. in d. l. 3. nu. 23. Non procedit etiã in minoribus & pedaneis iudicibus, qui tenentur ſtatuta, pręſertim iurata, ad vnguem ſeruare, vnde non poſſunt ex cauſa pœnas ſtatutas alterare. vt volũt Bal. Iaſ. Ro. in locis citatis per Marſ. ſing. 244. vbi addunt iura, vt ipſe dicit probantia. Item non procedit in iudice delegato, nec poſt ſententiam latam, vel ſi in l. vel ſtatuto diceretur, ꝙ nulla alia pœna imponeretur, vt notãter trad. Fel. in d. §. ad corrigẽdos. col. 6. & prędictas limitationes probat ex authoritatibus per eum adductis, & ibi etiã limitat alio modo, videlicet, quando pęna applicaretur parti, quæ limitatio confirmari poteſt ex dictis Hoſti. & Bal. ac Dec. in locis de quibus per Marſ. ſing. 524. dicentium, quod iudex ex cauſa poteſt alterare pœnam, vbi proceditur, per denuntiationem & inquiſitionem, ſecus ſi per accuſationẽ. & nulla alia ratio aſſignari poteſt, niſi quia ubi agitur per uiam ac
18 cuſationis, tractatur de intereſſe partis. Scias ẽt ꝙ † iudex, ubi alterat pœnam ex cauſa, tenetur d. cauſam exprimere, alias efficitur infamis, & punitur eadem pœna qua puniretur reus Rom. ſing. 79. Hoſtienſ. in c. de cauſis. de officio dele. Hoc idẽ ſequitur Tira. in d. tract. in loco ſuperius citato, nu. 54. cũ multis ſequẽtibus, vbi licet nõ ſupradictas, tñ multas alias authoritates adducit. Inſuper ſcias, quod † & ſi iudex ex cauſa poſ-
19 ſit pœnas minuere, ſecundum tamen ſuperius dicta, ſi nõ mi-
20 nuit non poteſt apellari, & † vbi mutatur pœna, debet mutari in eodem genere, idcirco non poteſt pęna pecuniaria mutari in corporalem, vt trad. Fel. vbi ſ. Hoc etiam ſentio, ꝙ prędicta non videtur habere locũ in principe, qui cum cauſa vel ſine põt pęnas imponere, ex quo, reſpectu Principis, omnes pœnę ſunt arbitrariæ. Fely. vbi ſupra. Gramma. uo. 10 fin. colum. Hoc tamen intelligendum videtur vbi non agatur de pœna applicanda parti, quia tunc adhibenda foret diſtinctio

Digitized by Google

cio, de qua per Fely. in d. §. ad corrigendos. colum. 6. versi. fallit sexto. & remissiue per Tiraquel. in d. tractatu, causa. 16. licet ea quę inferius dicentur, comprehendi possent sub capite precedenti, quia persona offendentis & offensi causa est vt iudex possit recedere a pœnis ordinariis. vt trad. Paris. Tiraq. & alii in locis de quibus supra, tamen quia persona est una ex principalibus causis quibus recedatur a pœnis, & volens sequi ordinem Claudii iureconsulti in d. l. aut facta. ff. de pœ. circa hanc causam resultantem ex persona pauca quædam in scriptis redigere volui.

De persona.

SVMMARIVM.

1 *Delicti pœna propter dignitatem minuitur, & dignitate augetur.*
2 *Propter singularia merita singularis fit prouisio, quæ secundum generalia statuta non posset fieri.*
3 *Facta furtia, susceptæ in bello cicatrices, nobilitas, & merita maiorum, præsidio sunt delinquentibus.*
4 *Vbi versatur modicum præiudicium, multa conceduntur contra iuris regulas, quæ alias non concederentur.*
5 *Vbi agitur de modico præiudicio, bona ecclesiæ possunt alienari sine solemnitatibus iuris.*
6 *In modicis currit tempus impeditis, & ecclesia potest statuere sine cõsensu episcopi, & testes singulares vel consanguinei probant, & liber rationum probat pro scribente, & probatio per iuramentum admittitur, & fama plene probat, & literis ordinarii creditur sine testium subscriptione, vt verba enuntiatiua probant, & in modicis non incidit in pœnã l. si quis maior. ff. de transa. & in modicis non curatur subscriptio rescripti, nec citatio.*
7 *Modicum vel parum quid dicitur.*
8 *Delinquens, propter insigne aliquod artificium uel robur, potest consulto Principe impunitus dimitti, et respectu similis personę potest quilibet de populo sententię executionem impedire.*
9 *Personarum integritas multum ponderis habet contra generalia legum decreta.*
10 *Non omnes in eodem genere peccati similiter sunt puniendi.*
11 *Denuntiatus a persona fidedigna, potest inquiri, etiam quod iudex ignoret eius infamiam.*
12 *Consilium celeberrimi Doctoris excusat victum ab expensis, modo cũ scientia legali concurrat conscientiæ integritas.*
13 *Aduocati dicuntur partiales, et ideo eorum consilia non excusant victum ab expensis.*
14 *Testes fidedigni si deponunt non verisimilia admittuntur.*
15 *Testes singulares quando probent.*
16 *De iure quilibet testis presumitur omni exceptione maior.*
17 *Quando lex vel statutum requirit testes omni exceptione maiores, vel probatæ uitæ huiusmodi qualitates debent probari.*
18 *Quando in testibus requiritur qualitas positiua, puta quod testes sint idonei, tunc sufficit allegare talem qualitatem.*
19 *Probitas et spectata fides vnius testis supplet defectum contestis minus idonei.*
20 *Per dictum testis habilis, licet non sit spectatæ fidei, sustinetur depositio testis inhabilis.*
21 *Testis notę fidei potest dictum suum corrigere vsque ad publicationem processus.*
22 *Testis non iuratus, modo sit probatæ fidei, facit præsumptionem, et aliorum fidem corroborat.*
23 *Testis non citatus qui sponte deponit, facit fidem, modo sit uir probus.*
24 *Testis si aliter deponat quam notarius scripserit, cui sit credendum.*
25 *Consanguinei possunt esse testes idonei, si tales appareant qui pręponãt gratiæ veritatem.*
26 *In probanda innocentia sufficit semiplena et dubia probatio.*
27 *Omnes testes qui ratione partis aduersę repelluntur, probant & sunt idonei, si per partem contra eos non opponatur.*
28 *Protestatio, quod sit saluum ius opponendi contra testes, & eorum dicta, non est necessaria, si testes producantur contra absentes.*
29 *Affines, amici, & coloni, licet non sint idonei testes, si tamen essent tres, plene probant.*
30 *Affines in criminalibus possunt testificari ad defensam, modo per iudicem agatur ex officio, secus si ageretur ad querelam seu accusationem partis.*
31 *Dictum testis ualet quando notarius scripsit quod idem per omnia deposuit atque alii testes, modo sint bonę famę & opinionis.*
32 *Testium defectus suppletur per fidem & integritatem notarii.*
33 *Vxor bonæ famæ admittitur in testem pro marito.*
34 *Testes familiares & domestici admittuntur ad testimonium, mõ sint probatæ vitæ & opinionis.*
35 *Testibus nobilibus & in dignitate constitutis plus conceditur quã plebeis & priuatis, quia tales præsumuntur honestæ et probatæ vitę, cum ob nihil aliud quam propter virtutem ad huiusmodi dignitatum gradus prę cęteris assumantur.*
36 *Frater testis facit plenam fidem, quando est deuotę et probatæ fidei, et nulla de eo sit suspitio de mendacio.*
37 *Hospitatores tenentur de rebus quas hospites in eorum arcis reponunt.*
38 *Prælatus in consanguineos probatæ vitę potest res ecclesiasticas alienare.*
39 *Violenta presumptio honitatis notarii facit vt præsumatur per errorem omisisse locum et tempus in contractibus.*
40 *Aduersarius in lite præsumitur inimicus, nisi esset magnæ sanctimoniæ.*
41 *Aduocati et procuratores præsumuntur inimici eorum contra quos præstant patrocinium.*
42 *Quod ex lite præsumatur inimicitia, an indistincte intelligendum sit.*
43 *Testis an præsumatur inimicus illius contra quem testificatur tam in cãciuili quam criminali, an contrahatur inimicitia ex lite, præsertim criminali, an testis reconciliatus sit idoneus testis in criminalib. & an amicus inimici mei dicatur inimicus meus.*
44 *Iuramentum honestæ personæ sufficit ad probandum impedimentum.*
45 *Impedimentum regulariter probatur iuramento, dum tamen ad sit verisimilis præsumptio.*
46 *In impedimento notorio non opus est probatione.*
47 *Impeditus, vt impedimentum ei non noceat, protestari debet.*
48 *In quibus casibus non opus est protestatione.*
49 *Furti præsumptionem aut indicium aliasafficiens ad torturam, excludit qualitas anteactæ vitę.*
50 *Vir spectatæ fidei non præsumitur fur, licet res furto sublata apud eum reperiatur.*
51 *Iudicis assertioni standũ est, vbi proceditur summarie, & sine scriptura, modo constet de iudicis legalitate.*
52 *Procurator ad exigendum potest solutionem facere, si vir bonæ fidei fuerit.*
53 *Laicus propter personæ integritatem potest assumi in episcopum.*
54 *Dominus non tenetur pro delicto famuli, qui res pignoratitias vel apud se depositas surripuit, si famulus uir probus extimatus fuerit.*
55 *Debitor, qui per nuntium, qui consueuit esse probus, & diligens, mittit pecuniam ad creditorem, liberatur, si nuntius perdidit aut subtraxit pecuniam.*
56 *Si non probetur nuntium vel famulum fuisse probum an liberetur cõmodatarius vel debitor, si pecuniam soluerit tali nuntio seu famulo asserenti petere de commissione commodantis seu creditoris, licet nũcius ille mẽtiatur.*
57 *Debitor vel commodatarius habet iustam causam credendi nuntiis, quorũ operis uti solebat credito vel commodans.*
58 *Omnis bonus uir est maximum indicium vt credatur eius iuramento.*
59 *Prætor excusatur in syndicatu, si viro nobili qui reputabatur integræ opinionis palatium pro carcere assignauit, a quo tandem aufugit.*
60 *Cautio pro satisdatione est, si is qui fideiubere debet est probatæ vitæ.*
61 *Cautio cum hypotheca bonorum an sit pro satisdatione in prætore qui ex forma statutorum tenetur satisdare antequam officium accepet.*
62 *Diuitæ excusant a satisdatione.*
63 *Qui non est suspectus, cauere tantum debet.*
64 *Persona tutoris legitimi, si fuerit ualde fida, ei remittitur satisdatio.*

PARS DECIMA QVARTA.

PErsona vt inquit Claudius iureconsultus in l. aut facta. ff. de pœnis. dupliciter spectatur, eius qui facit & eius qui passus est, aliter enim puniuntur ex eisdem facinoribus serui quam liberi, & aliter q
1 quid in dominum parentemue ausus est, quam qui in extraneum, in Magistratum quam in priuatum. †delicti enim pœna sæpe minuitur pp dignitatẽ, & sæpe dignitate augetur. Tiraq. in tract. suo de pęn. cã 32. nu. 1. 19. 20. virtutis. n. admiratio facit vt delicta aut remittantur aut minuantur. Horatius, qui sororem gladio transegerat, populi Romani iudicio absolutus fuit, virtutis admiratione potius, quam iure causę. Quid dicã de Flauio scriba, qui cum librum legum Appio surripuisset, eumque populo Romano tradidisset, non solum non punitus fuit de furto, sed etiam pręmium a populo Romano consecutus est. tex. notabilis est in l. 2. §. postea cum Appius. ff. de ori
2 gi. iur. Hinc est, quod †propter singularia merita singularis fit prouisio, quæ secũdum generalia statuta non posset fieri per cap. si quis in graui. §. is quoque. ft. de S. sc. Syl. vbi Bar. notabiliter dicit, quod si in ciuitate prohibitum est forensi acquirere possessionem, nihilominus singularis meriti causa posse hoc
3 ei concedi. & Bal. ad hoc facere dicit. l. si pater. ff. de donation. † & non solum uirtus delinquenti, sed & facta fortia, susceptę, in bello cicatrices, nobilitas & merita maiorum suorum ei præsidio sunt, vt pulchre voluit Roman. consil. 29. in causa maiori. & Baldus consilio 355. præmittendum

Digitized by Google

eſt.col.2.verſi.quid igitur.lib.1.quem ſequitur Soc. conſil. 84. accuratiſſime.colum.3.verſiculo ex quibus in propoſito,li.3. & habetur per Gram.multa cumulantem. d. conſil.29.num. 38.& faciũt trad.per Paridẽ de Puteo.in d.§. quot ſunt. uerſi. itẽ quia peccans.vbi in argumẽto adducens multa iura,ſequitur, q̃ cã minorandi pœnam eſt non ſolũ qñ delinquens, ſed eius progenitores pro republica laudabiliter ſe geſſerint, & ita in ſpecie trad.Tiraq.in d.tracta.cauſa. 49. nume. 13. quod tamen dixi de pœna remittenda aut minuẽda propter delinquentis aut maiorum merita, arbitror intelligendum, niſi quis atrociſſimum facinus in remp.commiſerit,cuius rei Spurius Caſſius Vicellinus & M.Manlius Capitolinus teſtes eſſe poſſunt,qui nulla ſuorum in remp.meritorum ratione habita,propter affectatam tyrannidem,de rupe dati fuerunt præcipites.Hoc etiam intelligendum videtur,niſi magnum aliorũ præiudicium aliud ſuadeat,per ea quę voluit Bald.in l.1.col. 3.ver.quid igitur.C.de conſ.tradit multa ſimilia adducens, Tiraque.nume.13. cum multis ſequentibus,& ex eius dictis colligi poteſt ſublimitatio,uidelicet,quod intuitu meritorum,nobilitatis,& aliorum de quibus ſupra,locus ſit remiſſionis pœnę, eſt quod agatur de præiudicio alterius, dummodo tale præiudicium ſit modicum, ſecus ſi magnum, poſſunt hæc confirmari ex his quę egregie tradit Crauer. conſilio.182. numero.15. vbi per iura,& quam plures authoritates, inquit
4 quod † vbi verſatur modicum præiudicium, multa conce-
5 duntur contra iuris regulas: hinc eſt, quod † vbi agitur de modico præiudicio, bona eccleſię poſſunt alienari ſine ſo-
6 leminitatibus iuris: item † impeditis currit tempus, item eccleſia poteſt ſtatuere ſine conſenſu epiſcopi in modicis,& vbi agitur de modico præiudicio, teſtes ſingulares probant,idem eſt in teſtibus conſanguineis,item liber ratinum probat proſcribente in modicis, & in modicis admittitur probatio per iurm, item fama plene probat vbi agitur de modico præiudicio,& pariter literis ordinarij creditur ſine teſtiũ ſubſcriptione,ſi agatur de modico præiudicio, item verba enũtiatiua ꝓbant in modicis,& in modico contraueniẽs nõ incidit in pœnam.l.ũ quis maior. C. de tranſac.& in modico non curatur ſubſcriptio reſcripti,prout etiam in modicis non curatur citatio,quæ volui ſpecifice ponere quia ſunt notatu digna, & qa
7 †non declarant prædicti Doctores quod dicatur modicum vel paruum,ex quo a iure non eſt determinatum, dicerem id relinqui iudicis arbitrio,per tex.in l.j.vbi doctores.ff.de iur.de liber.& per ea quæ tradit in terminis Bal.in c.propoſuit de appella.in prin.Imol.in c.fi.de do.Io. And.in c.fi.de offic.delega.
8 †Delinquens etiam propter inſigne aliquod artificium uel robur poteſt conſulto principe impunitus dimitti. tex.eſt notabilis in l.ad beſtias.ff.de pœnis.vbi Dyn.inquit quod reſpectu qualitatis ſimilis perſonæ quilibet de populo poſſet talis ſententiæ executionem impedire.Sequitur Rom.ſingul. 441. & 448.incipiente tu Senenſis,& trad.multa cumulans Iaſ. in l.j.colum.2.ff.de legib. Gramm. vltra prędictos allegat Neap. & Caſſa.in locis per eum citatis,Cœpola tamen caut. 3.inci. propter maximam,excipit latronem manifeſtum,ſeditioſum factioſum,& id genus ſcœleratorum,tales enim morti adiudicandi & tradendi ſunt etiam inconſulto principe. tex.in l.fi
9 lio exhæredato.§.ſi aũt omnes.ff. de iniuſt rup.teſt. †Pręterea ſciendum eſt perſonarum ſanctimoniam atque integritatem multum põderis habere contra generalia legum decreta,clementius enim agendum eſt cum delinquentibus uiris alias optimis moribus,atque uitæ ſanctimonia commendatis.tex.
10 eſt in l.non omnes.ff.de re milita.† vbi ſcribitur,non omnes in eodem genere peccati ſimiliter eſſe puniendos,ſed habendam eſſe rationem anteactæ vitæ.Alexan.conſi.121.uiſo proceſſu.colum.2.verſi.concurrit.li.7. & quod multa perſonarũ integritati concedantur contra regulas iuris, confirmatur ex eo quod dicit Petr.Anch.in repet.l.cũ acutiſſimi.col. 97. C.de fideicomm.quod licet criminum inquiſitio fieri non poſſit
11 niſi prędcedente infamia,c.qualiter.de accuſat. tamen† ſi aliqs denuntiatur a perſona fide digna,& ſuperior ignoret eius infamiam,poterit ſuper illis inquiſitionem committere.Felyn. in d.l.cum acutiſſimi.colum.2.ver.in gloſa ultima huius factionis eſt quod dicit Fulgoſius in l.iuris ignorantiam.C. qui
12 admitti.videlicet,quod†conſilium nobiliſſimi & celeberrimi Doctoris excuſat victum ab expenſis,& hoc procedit modo cum ſcientia legali concurrat conſcientię integritas,quia ſola ſcientia non ſufficeret nec excuſaret, vt ex mente doctorum quos citat dicit Tiraq.in d.tract.cauſ.lj. numero 108.vbi intelligit hoc procedere ſi conſilium habitum ſit a bono Doctore,non a malo,ſiue parũ erudito,per ea quę adducit,ego etiam adderem aliam limitationem,uidelicet,quod conſilia debeant eſſe ad minus duorum Doctorum ualentium,& nõ
13 aduocatorum, quia † aduocati dicuntur partiales,propterea eorum conſilia non excuſant;ita notanter trad.Barba. in additio.Bal.in l.terminato. de fructibus,& li.expen. C.colum.3. vbi dicit uidiſſe Ang.ita decidere in ardua quęſtione.In hunc
14 quoque gregem recipiendum eſt,quod†licet non ſit credẽdũ teſtibus deponentibus non veriſimilia.Innocen.in c. auditis. de pręſcrip.fallit tamen in teſtibus valde dignis.Marſ.in reper. rub.C.de probatio.colum.15.verſi.& in hac materia,& in ſingu.273.notiſſimum eſt in iure.colum.penult. ſimile eſt & qđ de teſtibus ſingularibus dicit Paul Caſt.in l.admonendi.ff. de iureiuran.& Soc.conſi.262.in cauſa magn.col.v. verſi. & pro
15 certo.Marſ.ſingu.114.vulgatum & tritum eſt,quod †licet teſtes ſingulares non probent,ſi tamen ſunt optimæ opinionis & tam probatæ fidei vt adducant iudicem ad indubitatam fidem non debet iudex ipſe curare de illa ſingularitate.Circa p̃ dicta tamen duo notabis.Primum eſt,quod & ſi dixerim teſtes ſingulares probare, hoc indiſtincte nõ procedit, quia vbi teſtes tendunt in eundem finem,licet per diuerſa media,tunc ſingularitas non nocet,& propterea teſtes ſingulares probãt inriſdictionem,famam,vſuras, hæreſim,poſſeſſionem,& omne aliud in quo agitur de probando aliquid in genere,ita inquiunt Are.Soc.Ang.Boer. & alii quos refert & ſequitur Crauet.in tract.de antiq.temp.4.parte.§.ſed & enim. nu.11.& 12. & conſ.73.nu.33.& in d.practica.§.8.nume.xj. vbi multa congerens,dicit, quod teſtes ſingulares admittuntur ad probandum uoluntatem alicuius, & quod teſtes ſingulares deponentes ita audiuiſſe ab aliquo probant, & quod teſtes ſingulares, licet plene non probent,ſaltem inducunt pręſumptionem,ẽt ex mente Caſtren.in l.Lucins.ff.de infami.& in l.admonendi. colum.2.ff.de iureiuran.Subdit etiam, quod iudex poteſt fidẽ plenam adhibere teſtibus ſingularibus,ſi ex illis inducitur ad credulitatem,quod ſequuntur Soc. Veronenſis,Curt. iun. & alii in locis de quibus per eũ.quod maxime procedit vbi qualitas negotii hoc ſuaderet, ſeu concurrerent aliæ præſumptiones,per ea quæ adducit.Item probant ubi deponunt veriſimilia.Craue.in d.§ 8.nume.vtſ.& faciunt trad.per Riminal.conſil.262.nume.27.& 28.dicentem,quod ſicut teſtes ſingulares admittuntur ad probandum poſſeſſionem,pariter admittuntur ad probandum qualitates ipſius. Scias etiam, quod & ſi
16 †de iure quilibet teſtis præſumatur omni exceptione maior, vt trad.Cur.ſen conſi.lv.numero 3.& Cur.iun. in tract. de te-
17 ſti.concluſione.35.tamen†ubi lex vel ſtatutum requirit teſtes omni exceptione maiores ſeu probatæ uitæ,vel optimę famę & conditionis,huiuſmodi qualitates non ſolum debent allegari, ſed etiam probari,†ſecus ſi requireretur qualitas poſitiua,puta quod teſtes forent idonei,quia tunc ſufficeret allegare talem qualitatem,ita trad.multa adducentes Pariſ. conſil. 24.lib.3.& Socyn.conſilio 274.colum.12.li.2.& hæc ſententia
18 19 poteſt confirmari per id quod in ſimili dicimus, quod†probitas & ſpectata fides unius teſtis ſupplet defectum cõteſtis minus idonei.gl in l.3.§.duæ cauſæ.ff.ad Carb.Id quoque voluit Salyce.in l.in bonæfidei.colum.x.C.de iureiur. & Paul. Caſtr.
20 conſi.913.item ſequendo ordinem libr.3.† & licet teſtis non foret probatæ & ſpectatæ fidei,ſi tamen foret habilis, per eius dictum ſuſtineretur depoſitio teſtis inhabilis, vt notanter tradunt Bald.& Angel.in l.ſi quis ex argentariis. in principio.ff. de eden.Mar.iun.conſil.32.colum.fin.lib.2.& conſil.146. colum.3.libr.pri.nume.12.& Marſ.conſi.113.num.29. ubi multa adducunt,hoc tamen non procedit ubi teſtis inhabilis ex toto repelleretur,vel ſi eius dictum foret penitus nullum,per ea quæ trad.Crauet.conſi.9.numero 12.ubi enim dictum teſtis inhabilis ſuſtinetur ex dicto alterius,tunc habilis debet eſſe omni exceptione maior,per ea quæ adducit. Ad hanc quo
21 que formam referendum eſt quod†teſtis notæ fidei poteſt dictum ſuum corrigere uſque ad publicationem proceſſus.Fel. & Panor.in capi.prętterea.de teſti.cogen.Marſi.in l.i.§.ad quæ
22 ſtionem.colum.3.ff.de quęſtio. Ad hęc reſpicit, quod † teſtis non iuratus vir probus & honeſtus, præſumptionẽ facit,aliorumque teſtiũ fidem corroborat.Bar.in l.ſolam. C. de teſti.in lectu.Bono. Marſ.in l.1.§.ad quęſtionem.ff.de quęſtio.Nec ſi-
23 lentio inuoluendum eſt,quod † dictum teſtis non citati, ſed ſponte deponentis,fidem facit,quando perſona eſt fide digna Bal.in additio.Spec.titu de teſti.colum.ulti.verſicul. valet dictum teſtis non citati.His etiam adduci poteſt, quod Panor. ſcriptum reliquit in capitu.ad audientiam, in 5. nota.de præſump.uidelicet,quod,†ſi teſtis dicat ſe aliter depoſuiſſe quam
24 notarius ſcriptis exceperit,credendum eſt potius notario,niſi teſtis eſſet perſona ualde notabilis. Quod autem dixi, credendum eſſe potius notario,quam alteri aſſerenti dixiſſe cõtrarium eius quod ſcripſit notarius, non intelligas fore indiſtincte,quia hoc non procedit in cauſa criminali,ſed in ciuili in qua etiam non pręualeret authoritas notarii ubi plures teſtes contradicerent notario,per ea quę allegando copiolas deciſiones,trad.Boſſi.in ſuis tractatibus,in titulo de fallis, numero 16.cum multis ſequentibus,ad cuius dicta te remitto.
25 Huc quoque ſpectat, quod † omnes conſanguinei poſſunt eſſe teſtes idonei, ſi tales appareant quod præponant

gratiæ

Digitized by Google

gratię veritatem. Marſi. in l. 1. §. ad quæſtionem. colum. 2. verſiculo limita & hunc tex. ff. de quæſtio. gloſſ. pri. in ſumma. 3. quæſtione v. & §. eos qui teſtes. 4. quæſtione. 3. Salycet. in c. ſuper his. colum. penul. de accuſa. Non deſunt tamen qui hanc ſententiam aperte reprobent, & vbi conſanguinei & affines non forent approbatę vitę, & hęc qualitas non probare tur, crederem eos admitti quantum ad effectum, vt ſi non in totum, aliqualiter probent, præſertim ſi ſunt coniuncti non per lineam aſcendentem ſeu deſcendentem, ſed tranſuerſalē, per ea quæ egregie tradunt Ang. conſi. 194. viſis. Alexā. conſil. 161. viſo. colum. ſecunda, lib. 6. & faciunt trad. per Marſi. ſing. 139. affinitas. & ſing. 133. & habetur per Gramma. conſil. 37. nume. 16. Rurſus crederē conſanguineos, & affines eſſe idoneos teſtes, vbi aliud non obſtaret, in cauſis criminalibus, ſi ageretur ad defenſam, per ea quæ tradunt Doctores in cap. literas de præſump. Crauet. conſi. 2. nume. x. & 119. nume. 9. alle
26 gando Caſt. Dec. Alex. copioſas deciſiones, inquit, quod † in ꝑ banda innocētia ſufficit ſemiplena & dubia probatio, & ad mittuntur coniuncti & etiam fœminę, eſto quod loqueren tur de credulitate, vel de iudicio ſuo, per ea quę trad. Mar-
27 ſil. ſing. 19. Riminald. conſi. 44. lib. pri. † Crederem inſuper, ꝙ li cet conſanguinei & affines non ſint regulariter integri teſtes, quia diminuitur de fide, tamen probarent & eſſent idonei ſi non fuiſſet oppoſitum per partem, quod procedit non ſolum in teſtibus conſanguineis & affinibus, ſed & in omnibus aliis qui ratione partis aduerſæ repelluntur: ita Felyn. in c. literas. de præſump. colum. 4. dicens aliud fore quando teſtes repellū tur eo quia ſint excommunicati, banniti, & laborātes huiuſ modi morbis. corroboratur hoc ex his quæ, adducens quam plures deciſiones, trad. Craue. in tract. in d. pri. par. §. quæritur. nume. 27. cum aliquibus ſequentibus. proteſtatio autem quæ regulariter facit, quod ſit ſaluum ius opponēdi contra teſtes, & dicta eorum conſeruat ius, & per eam tollitur tacitus con-
28 ſenſus. † Hęcque proteſtatio non eſt neceſſaria ſi teſtes produ cantur contra abſentes, hocque confirmatur ex dictis per Crauet. vbi ſupra nume. 32. ſcias etiam, quod licet conſangui-
29 neus & affinis non ſit idoneus teſtis, † ſi tamen eſſent tres, ple ne probarent, per ea quæ in ſimili de amicis, colonis, & hmōi perſonis trad. Mar. Soci. iun. conſilio 146. nu. 14. & 15. lib. j. &
30 quod dixi, conſanguineos & † affines eſſe idoneos teſtes in cri minalib. vbi agitur ad defenſam, intellige procedere vbi agi tur per iudicem ex officio, & tractatur de mera defenſa, ſecus ſi agererur ad quærelam ſeu accuſationem partis, vt trad. Bal. Saly. & alii quos refert & ſequitur Gramma. conſi. 32. nume.
31 12. huc quoque ſpectat, quod † dictum teſtis valet quando notarius ſcripſit id, quod idem per omnia depoſuit, atque alij teſtes, modo ſit bonæ famę & opinionis. Doct. in c. nihil. de verb. ſignifi. Fely. in c. ſuper his. col. penul. de accuſa. & Bal. in extrag. de pace conſ. §. vlti. verſ. idem ſacramentum. Facit &
32 ad prædicta, quod † teſtium defectus ſuppletur per fidē & inte gritatem notarij. Bal. conſ. 200. punctus infraſcripti conſilij ta lis eſt. li. 5. Succurrit & hoc loco dicendū, quod licet vxor nō
33 ſit teſtis idonea pro marito, tamen † ſi vxor ſit bonæ famæ ad mittitur. argu. §. eos teſtes. 4. q. v. vide Fely. in c. in literis. col. 4. ver. fallit quarto in vxore. de teſtib. His fauere uidetur, quod
34 † teſtes familiares & domeſtici, modo ſint probatę uitæ & opi nionis. admittuntur ad teſtimonium. c. in literis. in fin. de teſti. & ibi Inno. quem ſequitur ibi Bal. An. Imol. & Felyn. in l. 2. C.
35 de teſti. ſuperiora confirmantur quod † plus concedatur teſti bus nobilibus, & in dignitate conſtitutis quam plebeis & pri uatis. l. in teſtibus. ff. de teſti. & ratio eſt, quia ſimiles præſumū tur honeſtæ & probatę vitę, vtpote cum ob nihil aliud quam propter probitatem & virtutem ad huiuſmodi dignitatū gra dus præcæteris aſſumantur. c. miramur. ante fi. 61. diſtinct. His firmiſſimum eſt quod ſcriptis prodidit Imol. in c. canonicus. colum. penult. de officio delega. & Imo. in capitu. in literis.
36 de teſt. quod, † & ſi frater teſtis non faciat plenam fidem, tamen ſi deuotæ & probatę fidei ſit, vt de mendacio nulla ſit ſuſpicio, facit plenam fidem. idem pollet quod notanter me
37 morat Bal. in l. 1. C. loca. vbi dicitur, quod † licet hoſpitatores teneantur de rebus quas hoſpites in arcis ipſorum reponunt etiam ſi fractæ comperiantur, tamen, ſi hoſpitatores fuerint bonæ famæ & probatæ fidei, poterunt ſe iuramēto ſuper hoc præſtito purgare. argu. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. Et quod dixi, hoſpitatores teneri dę rebus quas hoſpites in ar cis ipſorum reponunt, vt ſupra, non intelligas indiſtincte pro cedere, ſed ſecundū diſtinctionē & dicta per Iaſ. in l. in actio-nibus. colum. penulti. ff. de in li. iuran. & in §. ſequens. Inſti-tut. de actio. num. 28. Anch. conſil. 286. & Cor. conſilio. 518. ad quorum dicta te remitto. Neque ſubticendum eſt, quod
38 † & ſi prelatus non poſſit in conſanguineos res eccleſiaſticas alienare, etiam in caſibus permiſſis, authent. quibuſcunque, Codice de ſacroſanctis eccleſiis. neque œconomatum eccleſiæ conſanguineis committere. capitu. decenter: 89. diſtin. tamen hoc non procedit in conſanguineis honeſtæ & ꝑ batæ uitæ. Bald. in c. 2. colum. 3. verſicu. quæro iterum. de iudi-
39 ciis. & gl. in d. cap. decenter. His proximum eſt, ꝙ † notarius qui omittit ponere locum & tp̄s in contractu, præſumatur falſa-rius, tamen violenta præſumptio bonitatis notarij facit vt p̄-ſumatur hoc per errorem accidiſſe. Bald. in repe. rub. de fi. inſt. col. 3. ver. & ex iſtis apparet. nec admodum huic diſſidet quod
40 ſcribit Barba. in c. 1. de iud. v3. ꝙ † aduerſarius in lite præſumit inimicus, niſi ſit magnæ ſanctimoniæ. Quod autē dixi, aduer-ſarium in litem præſumi inimicum alterius partis, † videtur hoc dictum extendi poſſe ad aduocatos & procuratores, qa præſumuntur inimici eorū ꝯ quos præſtant patrocinium, ꝑ ea quæ trad. Bar. in l. poſt legatum, § his vero, ff. de his quibus vt indign. addentes ad Ab. in c. cum P. Manconella. de accuſa
42 tio. † Non intelligas tñ indiſtincte ex lite præſumi inimicitiā, diſtinguendum eſt. n. an lis ſit finita vel non, & ſi duret vel fi-nita ſit, an fuerit omnium bonorum, vel maioris partis, vel leuis, vel parua. Item habenda eſt conſideratio ad perſonas li tigantiū, quæ faciunt paruam, vel magnam cauſam. Item an lis fuerit ciuilis vel crim inalis, vt habetur ex dictis Dec. in ca. de quo vult Deo. de iud. Ale. in add. Bar. in l. 3. ff. de teſt. Alc. in tract. præſum. reg. 2. præſum. 9. Fel. in d. cum P. Manconella. in c. repellantur. de accuſa. iunctis addentibus ad eum. Blanch. in l. fin. ff. de q. nume. 133. cum multis ſequentibus. Ioan. de An. conſi. 17. & Bolog. in additio. Crauet. conſil. 9. numero 6. Sigiſ.
43 Neap. conſ. 5. nu. 21. & 22. ex quorum dictis etiam habetis. † an teſtis prę ſumatur inimicus illius ꝯ quem teſtificatur, ſiue in cā ciuili, ſiue criminali, & an ꝯhatur inimicitia, ex lite p̄ſertim criminali inter partes litigantes tantummodo, an ēt inter cō-ſanguineos, & affines dictarū partium, anque teſtis reconcilia tus ſit idoneus teſtis in criminalib. & an amicus inimici mei
44 dicatur inimicus meus. Iuxta prędicta annecti poteſt, ꝙ † iura mentum perſonæ honeſtę ſufficit ad probandum impedimē-tum. Imo. in c. cupientes, §. ꝙ ſi per 20. col. 4. de elec. lib. 6. Scias
45 tamen, ꝙ † impedimentum probatur regulariter, ſi aliud non obſtat, iurō impediti, dumtamē ad ſit veriſimilis prę ſumptio,
46 Rota in antiquis. 302. † Nota ꝙ vbi impedimentum eſt noto-riū, non eſt opus vt probetur, ſed poterit ꝑ quemcunq; allega ri. Vanti. in tract. de nulli. ſenten. ex defectu iuriſ. nu. 196. & ſe-
47 quēti, & hoc ſcias, ꝙ † impeditus, vt impedimentū ei non no-
48 ceat, proteſtari debet Alex. conſi. 164. vol. 2. † ꝙ non ꝓcederet vbi quis impediretur facto iudicis, vel mpedimētum foret no torium, & in qbuſdam alijs caſib. de quib. per Affli. dec. Nea. 50. nu. 5. Dec. cōſ. 356. Fel. in c. venerab. de iud. concinit et ſupe-
49 riorib. ꝙ † anteactę vitę qualitas excludit p̄ſumptionem furti, aut indiciū alias ſufficiens ad torturā. Ang. in l. milites, C. de q.
50 l. nō oēs, §. a Barbaris, ff. de re mil. Huic ēt quadrat, ꝙ † licet res furto ſublata reperiatur apud quēpiam virū alioquin ſpecta tæ fidei, non prę ſumitur ꝯ eū. Sal. in l. vlt. C. de queſt. Nec illud
51 omiſſerim, ꝙ † aſſertioni iudicis ſtandū eſt in cauſis breuibus, ubi ꝓceditur ſine ſcriptura, qñ cōſtat de iudicis rectitudine & legalitate. Geor. Natta in rep. Cle. ſępe. in prin. col. 76. de uerb.
52 ſign. Huius claſſis eſt, ꝙ † procurator ad exigendum poteſt ſo-lutionē facere, ſi bonę fidei vir fuerit. Ang. in rep. l. falſas, co.
53 j. uer. ſe tu tieni, C. de fur. facit etiam ad ſupradicta, ꝙ † laycus poteſt aſſumi in Epiſcopum ꝑ perſonę integritatē & ſancti-moniā, tex. in §. his omnib. 61. diſ. Fely. c. ſuꝑ his. de acc. eadem rōne dicit Barba. in c. decernimus, col. 3. de iu. ꝙ laycus pōt aſ-
54 ſumi ī uicariū Epiſcopi, qbus & hoc quoq; adijcies, ꝙ † dñs nō tenetur pro delicto famuli uel diſcipuli, q res pignoratas uel apud ſe depoſitas ſurripuit, & ſi famulus aut diſcipul⁹ ipſe uir probus & fidus extimatus eſt. Bal. conſ. 222. hac qō formaī idē Bal. per l. argentum, ff. cōmo. dicit in l. a lienū. col. ult. uer. quę
55 ro nunqd. C. de fur. ꝙ † liberatur debitor, q per nuntiū qui con ſueuerat eſſe probus & diligēs mittit pecuniam ad creditorē,
56 quam nuntius ille perdidit, aut ſubtraxit, uidetur tamē, † ſi nō probetur nuntiū ſeu famulū fuiſſe probum & diligentem, ꝙ cōmodatarius uel debitor tradēs rem commodatā, ſeu ſoluēs pecuniā tali nuntio uel famulo aſſerēti petere de cō miſſione cōmodantis ſeu creditoris, liberet, licet nuntius ille mentiat, ut allegās deciſiones & iura ꝓbantia, tradit Rimin. conſ. 162.
57 nu. 12. & 13. li. 2. † ꝙ ꝓcedere uī abſq; dubio. ſi creditor & cō-modās ſolebat uti operis nuntij uel famuli in hmōi reb. qa di cunt hīre iuſtā cām credendi, ꝑ ea q trad. Riminald. & Dec. ī lo cis deqb. per addentes ad eū. Adſtipulat & p̄cedētib. tex. ī l. nō oēs, §. a Barbaris, ff. de re mi. cuius hęc ſunt uerba. Si bonus an tea extimatus, prope eſt ut affirmationi eius credatur, quamo
58 brem dicit Bald. in l. uniuerſam, C. de Vectigal. quod † omnis bonus uir eſt maximum indicium, ut credatur eius iuramen
59 to. Hinc eſt, quod † prętor excuſatur in ſyndicatu, ſi nobili uiro, qui reputabatur integrę opinionis & ſincerę fidei, pa latium pro carcere aſſignauerat, a quo tandem aufugit, Angelus. in l. a bonę fidei, Digeſtis de rei uendicatione. quod ſumptum eſt ex dictis gloſæ notabilis in lege, Titio

Digitized by Google

fundus.ff.de conditio.quam gloſam multum commẽdat Tiraquel.in d.tract.cau.51.ubi & numeris ſequentib.multa alia cumulat,ad quem te remitto.Eodem ferme pertinet , quod
60 †cautio pro ſatiſdatione eſt,ſi is qui fideiubere debet ſit probatæ uitę.gl.in l.j.§.his autem.ff.de rip.muni. Bal.in c.2.col.3. ver.quæro iterum ſi dubitetur.de iud.Nec hinc longe diſtat,q
61 †vbi ex forma legis municipalis tenetur aliquis ſatiſdare , antequam officium acceptet poteſtatis,tamen ſi eſt idoneus,crederetur ſoli cautioni cum generali hypotheca bonorũ. Bart. in l.quicunque.C.de fun.patr.lib.12.non deſunt etiam qui dicant,quod tex.in d.l.quicunque.loquitur de idoneo facultati
62 bus,& nõ moribus,quia†diuitiæ excuſant a ſatisdatione:Paul. Caſt.in l.diuortio.§.interdum.ff.qui ſatiſdare cogantur. Alex.
63 l.4.§.ait prætor.ff.de re iu.Adde etiam,quod†qui non eſt ſuſpectus,cauere tantum debet. glo.in l.penul.ff.de pet.hæred. Huc
64 quoque peculiariter ſpectat,quod† ſi perſona tutoris legitimi ſit valde fide & honeſta,remittũ ei ſatiſdatio.texĩ l.legitimos. & ibi Bal.ff.de legi.tut.Sed redeundo ad inſtitutum quod dixi mus,prędicta propter perſonę qualitates tum grauari tũ minorari,vide Doctores in l.aut facta. de pœn.

De loco.

SVMMARIVM.

1 *Eadem ſcælera in quibuſdam prouinciis grauius , & in quibuſdam leuius puniuntur.*
2 *Vbi propter magnam copiam delinquentiũ exẽplo opus eſt,malefitia grauius puniuntur.*
3 *Locus diſtinguit furem a ſcrilego .*
4 *Quis dicatur ſacrilegus.*
5 *Locus arguit præmeditationem animi.*
6 *Si ſtatutum duplicat pœnas offendentis aliquem in tali uia,an offendens in foſſatis puniatur pœna duplicata.*
7 *Qui offendit aliquem in foſſatis , non comprehenditur a ſtatuto duplicante pœnam offendenti in re aliqua.*
8 *Quando homicidium committitur in platea,loci qualitas qualitatem animi deliberati tollit.*
9 *Delicta committentes in loco ſacro, an gaudeant libertate eccleſiaſtica.*
10 *An aliqua ratio habeatur improbæ conſuetudinis,& iuri contrariæ.*
11 *Conſuetudo etiam nulla tribuit iuſtam cauſam ignorantiæ , & excuſata pœna.*
12 *Conſuetudo ludendi pugnis & lapibdius, ſi vnus alterum pugno,vel lapide interimat,an excuſet occidentem a pœna.*
13 *Notarius qui in inſtrumento appoſuit verbum,numerauit,& tamen nulla fuit numerata pecunia,an conſuetudine loci defendi poſſit.*
14 *Conſuetudo excuſat a pœna falſi.*
15 *Qui id facit quod alii facere ſolent,non ſolum non eſt in dolo,ſed nec in culpa.*
16 *Conſuetudo facit licitum, quod alias erat illicitum.*
17 *Iudex qui contra legem iudicat,ſi ita erat conſuetudo, excuſatur in ſyndicatu.*
18 *Conſuetudo examinandi teſtes qui non ſunt in caſu torturæ,in loco tormentorum,excuſat iudicem in ſyndicatu.*
19 *Conſuetudo q̃ non incedens in habitu clericali,gaudeat priuilegio clericali, excuſat clericum non incedentem in habitu.*
20 *Quanta apud Romanos ratio conſuetudinis habeatur.*

PARS DECIMAQVINTA.

LOco maleficiorũ ſupplicia exacerbãtur,minuũtur,uel pœnitus remittuntur. in primo caſu exemplum habemus ĩ l. aut facta,
1 ff.de pœ.vbi dicitur,†quod eadem ſcælera in quibuſdam prouinciis grauius puniuntur,ut in Aphrica meſſium incenſores,in Myſia uitium & vbi metalla ſunt,adulteratores monetæ. †In locis etiam vbi propter magnam copiam delinquentium exemplo opus eſt, malefici grauius puniuntur, vt in d.l.aut facta. in §. non unquam . nec obliuiſcendum hoc ca
3 pite cenſuimus,quod † locus facit aliquem ſacrilegum . dicta
4 leg.aut facta. cap. quiſquis.17.q.4.& propterea† licet ipſa bona ablata ſacra non fuerint,cum tamẽ locus unde ablata fuerunt ſacer ſit,fur ut uerus ſacrilegus gladio punitur,vt in d. l. aut facta.ſic in illo qui mortuorum cadauera, aut ciſtã mortuariam furatur,talis enim gladio vt cæteri ſcrilegi , damnat̃,
5 l.fin.ff.de ſepulc.violat. cum diſtinctione tamen vt ibi . † Locus quoque arguit prẽmeditationem animi.Albe.in tract.ſta
6 tut.qõ.64.in tertia parte,†& quia ſæpe ſtatuta duplicant pœ-
7 nas offendentis aliquem in tali via,q̃ritur†an offendẽs in foſſatis puniatur pœna duplicata,& dico quod non,quia foſſatum non eſt uia.l.2.§.ait prætor.ff.ne quid in loco. idem dicẽdum eſt de eo qui offendit aliquem in foſſatis,quod non cõprehendatur a ſtatuto duplicante pœnam offendenti in re aliqua.Bal.in l.riparum.ff.de re.diui.& Angel.in tract.maleſi. in verbo,in platea.nume.6.In ſecundo caſu, quando delicta leui ſuplicio luũtur,reſpectu loci ſcæleris patrati, exemplum habemus in c.inter alia . de immunita. eccleſiar. vbi qualitas
8 animi deliberati tollitur reſpectu loci;†cum homicidium fuerit commiſſum in platea uel alio conſimili loco publico,ubi non eſt veriſimile,propter hominum frequẽtiam, quod quis appenſate & deliberate occiderit hominem.Adde etiam , q
9 †iura canonica uolunt,quod exceptis raptoribus,& homicidis,& adulteris,committentes crimina in loco ſacro,libertã regaudeant eccleſiaſtica.c.fin.extra de immunitate eccleſia. Ang.in §.vltim.in fi.in Auth. ut liceat matri & auiæ.& Alba de Roſa.in rub.C.de his qui ad eccleſias confugiunt. In tertio autem & ultimo caſu,quando crimina propter locum patrati delicti omnino remittuntur,habemus gl.in c.cum venerabilis.in verbo,migraſſe.de conſue.per quam gl. Petrus de An
10 cha.in conſ.incipiente,†conſuetudo quæ habetur dicit ſe excuſaſſe electum quendam , qui ex loci improba conſuetudine,& iuri contraria ante confirmationem adminiſtrauerat. ſequitur etiam illam gl.Oldra.conſ.9.verſi.unde licet. in fi. & Roma.conſi.466. Idem tenet Panorm. in c.vlt.in fin.de conſti.& Franc.de Are.conſ.154. incipiente,cõſultatio propoſita
11 dicit per illam gl.quod†conſuetudo etiam nulla tribuit iuſtã
12 ignorantiæ cauſam,& excuſat a pœna,†hinc infertur ad conſuetudinem Mediolani,vbi iuuenes pugnis & lapidibus ludunt,unde ſi unus alterum interimeret pugno vel lapide,crederem occidentem nulla pœna plecti debere, ut in ſimili cõſuluit Anch.conſi.283.incipiente,iure ſtricto & cõſuetudine.
13 †Adde etiam quod dixit Iaſ.in l.de quibus.colum. 3.ff.de leg. & in l.ſingularia.col.pen.ſi cer.peta.uidelicet, quod defendit notarium Placentinum,qui Placentiæ,iuxta conſuetudinem loci,in inſtrumento appoſuerat verbum,numerauit,& tamẽ nulla fuit numerata pecunia.Idem Dec.conſi. 170. uiſo themate & his.col.3.†conſuetudo ergo excuſat a pœna falſi, vt
14 voluit etiam Bal.in ca.primo.titulo de feu.cogni.& in rubri. C.de fide inſtrum.colum.v.verſi.quæro ergo quid . Item hic
15 notandum eſt,quod†qui id facit quod alij facere ſolent,non ſolum non eſt in dolo,ſed nec in culpa.Bar.in l.ſi pignore.§. vltimo.ff.de pig.actio.Rom.& Iaſ.in l.certi condictio.§.ſi nũ
16 mos.ff.ſi cert.pet. †affirmant conſuetudinem facere licitum id quod alias erat illicitum.Adde etiam,quod generalis conſuetudo facit bonam fidem.Io.Zenob.inter conſilia Bal.con
17 ſil.370.incipiente,uerba reſcripti.li.3.†Item notandum eſt,q iudex qui contra leg.iudicauit,ſi ita erat conſuetudo,excuſat̃
18 in ſyndicatu.Bar.in l.j.ff.quod quiſque iuris.† Nota etiã quod conſuetudo examinandi reos qui non ſunt in caſu torturæ,ĩ loco tormentorum,excuſat iudicem in ſyndicatu. Cępo.cõſ.
19 40.cart.2.colum.j.ver.circa ſeptimum.& column. ſeq. †adde etiam,quod conſuetudo,quod non incedens in habitu clericali gaudeat priuilegio clericali excuſat clericum non incedentem in habitu.Fulgo.conſ.124.tanta enim,†eſt uis conſuetudinis locorum,ut Romani,cũ intellixiſſent Barbaros quoſdam Dijs immortalibus hominem immolaſſe,eorum magiſtratus puniendos putauerunt,tamẽ cum id conſuetudine faciſſe accepiſſent, impunitos eos dimiſerunt , & Domitianus Romanorũ Imperator, ſanguinis humani auidiſſimus, Scribas uenia donauit,ex conſuetudine exercentes quęſtorias negotiationes. l. Cornelia prohibitas. Adde etiã quod officiales excuſantur faciendo ea quę dictat conſuetudo, etiã,ſi mala foret,& quæ ſolebant facere eorũ anteceſſores,ut trad.Alexan.conſi.8.lib.6.Ang.in l.impuberem, ff.de fur.& Iaſ.in l.ſingularia,ff.ſi cer.pe.Hipp.conſi.90.& conſil. 100. & ſtatutum ſeu decretum quod non eſt receptum in obſeruãtia, nec moribus utentium approbatum,non habet vires,& allegari nõ poteſt.c.j.vbi gl.2.ad fin.& ibi Doct.de treu.& pace.Iaſ. in l. rẽ non nouam.C.de iu.colu.fi.facit optime Dec. conſ.262.in cã. col.fi.& Alex.conſ.132.uiſa.uol.1.ſcias etiam , quod Doctori atteſtanti de conſuetudine credendum eſt , iuxta tradita per Bar.in l.de quibus.ff.de leg.non deſunt tamen qui dicant , q atteſtatio doctoris de conſuetudine operatur ſolum quãtum ad hoc,vt transferatur onus probandi in alteram partem aſſerentem contrarium.Vide Cra.conſ.166.

De tempore.

SVMMARIVM.

1 *Tempus in delictis conſideratur qualitate & quantitate.*
2 *Grauius punitur qui noctu,quam qui ſub lucem delinquit.*
3 *Tempus noctis facit indicium præcogitationis.*
4 *Statuta ,quę duplicant pœnas maleficiorum commiſſorum de nocte, an duplicent etiam pœnas male dictorum,uel male ſcriptorum de nocte.*

Ma-

Digitized by Google

5 *Maleficium factum de sero an dicatur factum de die vel de nocte.*
6 *Statutum puniens illos qui vadunt de nocte sine lumine post sonum talis cãpana, an comprehendat illos qui vadunt de nocte in die Veneris Sancti, quo tempore campana non pulsatur.*
7 *Pœna illius qui post sonum campanæ iuerit sine lumine, an exẽdatur vbi campana non potest audiri.*
8 *In delictis successiuis pœnæ delictorum tempore augentur, vt in crimine hęresis.*
9 *Temporis diuturnitate minuitur pœna in delictis momentaneis, vt in homicidio cuius pœna decennio temperatur.*
10 *An quis propter diuturnitatem temporis admittatur ad compositionem.*
11 *Diuturnitate temporis decem annorum excusantur testes a periurio & falsitate, quia deponunt de his quæ acta sunt per sex annos retro ante eorũ depositiones.*
12 *Effectus banni non tollitur spatio triginta annorum.*
13 *Si accusator multum steterit ad accusandum, accusatio redditur suspecta.*
14 *Ex tarditate præsumitur dolus, in proponente quamlibet exceptionem.*
15 *Nõ solum in criminibus diuturnitas temporis operatur effectus notabiles, sed in ciuilibus etiam facit vt omnia præsumantur solenniter acta.*
16 *Ex diuturnitate temporis præsumitur quod decretum iudicis interpositum fuerit cum causæ cognitione.*
17 *Violentia per lapsum temporis presumitur controuersa in consensum.*
18 *Diuturna cohabitatione ad inuicem purgatur vetus stuprum & presumitur concubinatus.*
19 *Diuturnitas carcerationis inducit minorationem pœnæ ordinarię.*
20 *Querelę exceptione viginti annorum excluduntur.*
21 *Iudicium ciuile tollitur prescriptione triginta annorum.*
22 *Iudicium ciuile tollitur præscriptione triginta annorum non solum respectu actionum, sed etiam respectu officii iudicis.*
23 *Restitutio in integrum ex capite iustę & probabilis ignorantiæ conceditur aduersus præscriptionem 40. annorum.*
24 *Actio criminalis, si instituta fuerit accusatio, tollitur biennio.*
25 *Dispositio, l. querela, C. ad l. Cor. de Fal. non habet locum in crimine partus suppositi, parricidii, concussionis, & vbi delictum est notorium, vel de eo constaret per confessionem.*
26 *Stante confessione delinquentis, actio iniuriarum durat vltra annum.*
27 *Dispositio, l. querela, C. de falsis. an cesset in omnibus enormibus delictis.*
28 *Dispositio. l. querela, C. de fals. procedit respectu pœnæ imponend, non autẽ impositæ.*
29 *Dispositio, l. querela, C. de fals. procedit vbi opposita fuerit exceptio præscriptionis.*
30 *Quo ad bona confiscanda præscriptio inducitur quinquennio.*
31 *Quinquennii præscriptione tollitur crimen stupri.*
32 *Quomodo & qualiter præscribatur contra fiscum tam circa bona incorporata quam non incorporata, & tam circa bona propria quam bona donata vel alienata per Principem.*
33 *Annus quo durat actio iniuriarum est contiuuus, & currit etiam ignoranti.*
34 *An viginti anni, l. querela, C. de fals. sint continui & currant ignoranti.*
35 *In crimine falsi an tempus sit continuum & currat ignoranti.*
36 *Tempus in dubio pœnalibus intelligitur continuum.*
37 *Stante statuto, quod iudex non possit cognoscere iam commissio delicto, post aliquod tempus, poterit tamen cognoscere si de eo constet per confessionem partis.*
38 *Quando delictum continuetur vltra tempus præscriptionis.*
39 *Quantitas temporis discernit emansorem a fugitiuo.*
40 *Emansor quis dicatur, & quis fugitiuus.*
41 *Scholaris, si per quinquennium vagat, desinit esse in matricula.*
42 *Crimen sublatum præscriptione, minus prodest reo quam si constaret eum non deliquisse.*
43 *Præscriptio criminum an incipiat a die cõmissi criminis, an vero a die scientiæ maleficii.*
44 *Delicta an præscribantur in foro ecclesiastico.*
45 *Qui bene honesteque vixit per triennium post commissum delictum, censetur emendatus & censetur purgata mala fama.*
46 *Propter desistentiam ab iniquo genere viuendi, & reuersionem ad bonam frugem, fingitur nouus homo.*

PARS DECIMA SEXTA.

1 TEmpus delictis dupliciter spectat, qualitate, s. & quãtitate, in primo casu †grauius punitur qui noctu quam qui sub lucem delinquit. Bart. in l. non minorem. ff. de transact. †tempus enim noctis facit indicium prę
3 cognitionis, cum male agat qui lucem odit, & lex male presumat contra ea quæ fiunt de nocte gloss. in l. furem. ff. de sicar. Alexan. consilio 103. incipien. videtur prima consideratione, colum. 4. verticu. No. 1 obstat. in 1. vol. l. aut facta. §. sępius, ff. de pœn. Bal. in cõs. 427. in v. uol. Hinc est, ꝙ statuta sępe duplicãt
4 pœnas maleficiorum cõmissorũ de nocte, sed quæro, †an ubi tale viget statutũ, duplicẽt pęnę male dictorũ vel male scriptorũ de nocte. Bar. in l. aut facta, ff. de pę. dicit nõ, & seqt Ale. ĩ
5 cons. 77. in 1. uol. † Quæritur, etiam an maleficium factum in sero dicatur factũ de die vel de nocte, vide Alber. in secunda
6 parte statutorum. quęstio. 18. † Quid si statutum puniat illos q vadunt de nocte sine lumine post sonum talis campanæ, an illa pœna comprehendat illos qui vadunt de nocte in die veneris sancti, quo tempore campana nõ pulsatur. uide Saly. in
7 l. non minorem. C. de transa. †an aũt pœna extendatur ubi cãpana non potest audiri, uide Saly. in d. l. non minorem. & Angel. in l. si quis mortis. §. surdos. ff. ad Syllan. & ulterius ad declarationem statutorum in delictis distinguentium noctem a die, distinguendum est, aut sumus in loco ubi statuta distinguunt diem a nocte secundum sonum campanæ, & illud est seruandum, aut cessat tale signum, & tunc iudex considerabit, an esset tanta claritas, ut attribuatur diei, aut tanta obscuritas ut attribuatur nocti, & sic ei erit arbitrium, sed in dubio eligere debet mitiorem partem. Ioannes An. in c. si perso diens. extra de homicid. In secundo casu, quando tẽpus quãtitate consideratur, dicendum est, quod temporis diuturnitas aliqnando pœnas delictorum augeat, sæpe minuat, & inter-
8 dum remittat. †In primo casu intelligendum est de delictis non momentaneis sed successiuis, vt crimen hæresis, & matrimonium prohibitum, & alia id genus, in quibus eo grauiꝰ coercendus est delinquens, quo diutius in peccato permanserit. tex. est in cap. non debet. in fi. de consan. In secundo casu,
9 †temporis diuturnitas minuit pœnam scæleris, quando delicta sunt momentanea, ut homicidium & cætera huiusmodi. Pœna enim homicidij iam supra decennium commissi minuitur. l. si diutino. ff. de pœn. Pau. Cast. cons. 195. in fi. & Bart. in extrauag. quoniam nuper. in verbo, crescit. Abb. in ca. cum haberet. de eo qui duxit. Paris. in d. tract. in verbo, pœna. uersi.
10 an si. Afflic. decis. Neapo. 277. vbi † quis propter diuturnitatẽ fuit admissus ad compositionem, & ibi ponit aliquos casus propter quos minuitur pœna, & habetur per Grammat. cõsi.
11 39. & Anch. cons. 39. & †diuturnitas temporis. 10. annorum operatur ut testes excusentur a periurio, & falsitate, quia deponunt de his quæ acta sunt per sex annos seu plures retro, ante eorum depositiones, ita egregie uoluit Gramma. cons. 47. co
12 lum. pen. motus ex his de quibus per eum: sed† post bannum etiam triginta annis non tollitur effectus banni. Nel. in trac. bannitorum in 2. parte, ubi enim a patrato scælere multum temporis interces̃it, pœna mitius insligẽda est. l. si diutino. ff.
13 de pœn. unde† si accusator multum steterit ad accusandum, accusatio redditur suspecta. Bal. cons. 37. incipiente. qui tabel. in 3. vol. & tex. in ca. primo. de frig. & malefi. & Ale. in consil. 115. incipiente, visa. in pri. col. ad finem in 7. vol. Las. in §. fierat in 5. col. instit. de actionibus. trad. Crauet. cons. 75. num. 9. vbi
14 post multa quæ allegat inquit, quod† ex tarditate præsumitur
15 dolus in proponente quamlibet exceptionem, & † scias, qđ diuturnitas temporis non solum in causis criminalibus operetur effectus de quibus supra, & per doctores alibi sæpe, sed in ciuilibus operatur ut omnia pręsumantur solenniter acta,
16 & propterea† ex diuturnitate temporis præsumitur quod decretum iudicis interpositum fuerit cum causæ cognitione, secundum trad. per doct. in l. sciendum. ff. de verbor. obligat. quę tamen intelligenda videntur secundum dicta Alcia. in tract. præsump. regula. 3. præsump. x. Paris. cons. 98. & cons. 99. libr.
17 pri. & Ferrat. cautel. fi. & †violentia per lapsum longi temporis præsumitur conuersa in consensum. Spe. in ti. de presump.
18 in §. species. i nverbo necessaria, adde etiam, quod † diuturna cohabitatione ad inuicem purgatur uetus stuprum, & pśumitur concubinatus. gl. in auth. quib. mo. natu. eff. sui. §. eos. col. 2. uide Gramma. uoto. 4. num. 3. fol. 174 nec prætereũdum est,
19 quod† diuturnitas carcerationis inducit minoritatem pœnæ ordinariæ. tex. est in l. si diutino. & l. respiciendum. ff. de pœn. & in l. eum qui. ff. de iniur. & in l. omnes. C. de pœn. & Gram.
20 cons. 63. nu. 5. In tertio autem & ultimo casu, †criminum q̃relæ exceptione uiginti annorum excluduntur, ut in l. in cognitione. ad senatusconsultum Syllanianum. & l. Quęrela,
21 C. ad leg. Cornel. de fal. & c. cum uenerabi. de exceptio. † Iudicium autem ciuile tollitur prescriptione triginta annorum, vt notatur per Doct. in d. l. quęrela. Nec obstat si dicatur, quod ibi gl. uoluerit, etiam officium inquirendi durare triginta annis, quia talis opinio est reprobata, ut ibi per Ang. quod au-
22 tem dixi, † iudicium ciuile tolli prescriptione triginta annorum, habet locum non solum respectu actionum, sed etiam respectu officij iudicis, licet nullam præsupponat actionem, vt habetur per Bald. in tract. præscr. in quarta parte, quartæ
23 partis. qõ. 30. † ubi ponit casum in quo præscribitur spacio anni, quæ tamen procedũt salua rectitudine in integrum, in calib. in quib. cõpetit, præsertim ex capite iustę & probabilis ignorantiæ, quæ ex dicto capite conceditur non solum aduersus

BIBLIOTECA NAZ. VITT. EMANUE ROMA

Digitized by Google

ſus præſcriptionem triginta annorum, ſed etiam quadraginta, ut uoluit Bar.in l.i.§.ſi quis autem.ff. de itine. actuque priua.cuius opinio, quidquid in contrarium dixerit Dec.cõſ.29. communis eſt, vt atteſtantur Cagnol. in l.2. C. de pact.inter emp.nu.219. Affict.deciſ.37. Bal.in d.tract.in 4.parte, 4.partis principalis, q.29.† & q̃ dixi, ſpatio 20.annorum tolli actionẽ criminalẽ, intellige niſi inſtituta fuerit accuſatio, quia ſi fuit inſtituta, debet fieri infra biennium.l. properãdum.C.de iudi.& l.1.C.vt infra certũ tp̃s.Item †diſpoſitio.d.l.quærela.ſecundum glo.ibi.non habet locum in crimine partus ſuppoſiti, nec in crimine parricidij, nec in crimine concuſſionis,& pariter non procedit vbi delictum eſt notorium, vel de eo cõſtaret per confeſſionem, quia, non obſtante dicto lapſu temporis, poteſt in dictis caſibus delinquens cõdemnari vt voluit Bal.in c.fi.de officio delega.Mart.conſ.87.Ioannes de Arno. ſingul.30.vbi voluit, quod †ſtante confeſſione delinquentis, actio iniuriarum duret vltra annum:& ſcias quod Marſ.in §. accuſatio.l.qui falſam.ff.de falſis.†ſupraſcripta extẽdit ex maioritate rationis ad alia delicta enormia, vt eſt crimẽ leſę Maieſtatis, aſſaſſinij, falſæ monetę, hæreſis, & ſimoniæ. † Prædicta etiam intellige ut procedant reſpectu pœnæ imponẽdę, ſecus quo ad declarationem pœnæ impoſitæ. Anch. per illum tex.in c.ſi quis.de præſcrip.in 6. Alex.poſt Bar. in d. l. querela. Item †intellige prędicta procedere ubi oppoſita fuerit exceptio præſcriptionis, ſecus ſi non fuit oppoſita, vt uoluit Bal. in d.l.querela.†Scias etiam, quo ad bona confiſcãda, quod præſcriptio inducitur quinquennio.l.in cognitione. ff. ad Syllan. Aliud tamen ſeruatur Mediolani, ſtante decreto quod a die commiſſi delicti cenſeantur bona publicata.uide Alexan. in d.l.quærelam.†Quinquennij præſcriptione tollitur etiam crimen ſtupri ſecundum glo.fi.in §.item lex Iul.de adul.Inſtitu. de publ.iud. Quomodo †autem & qualiter præſcribatur contra fiſcum tam circa bona incorporata, quam non incorporata, & tam circa bona donata vel alienata per principem, vide Bal.in tract.præſcri.in 2.parte.5. partis principalis, prima 2.col.& vide pulchrã diſtinctionẽ, & Boer.deciſi. 263. nu.19. vbi notanter loquitur. Adde etiam, quod † actio iniuriarum durat per annum, qui annus eſt continuus,& currit etiã ignoranti.†Idem quæ dicendum in caſu legis querela. C.de falſis. Alex.in l.fi.C.de dolo.& loquitur Alexan.†etiam in crimine falſi: ita etiam ſeruat Senatus noſter: Vide etiam Bal d.Salyce. Alex.& Dec.in l.quamdiu.C.qui admitti. Et †quod in pœnalibus tempus in dubio intelligatur continuum, uide gl.pe.in l.1.C.de diuerſ.& temp.præſcrip.& Orian.in cap.quoniam.in verſi.dilationes, colum.3.de probationibus.† Nota etiam, q̃ ſtante ſtatuto, ut iudex non poſſit cognoſcere iam commiſſo delicto, poſt aliquod tempus, poterit tamen cognoſcere, ſi de eo conſtet per confeſſionem partis. Alex.in l.fi.col.fi.C.de dol.& †quando delictum continuetur vltra tempus præſcriptionis, uide Docto.in l.eum qui in popularibus.ff.de iureiur. Quando autem interrumpatur præſcriptio, ponit Fely.in c.illud.col.6.de præſcriptio. Inſuper †notandum eſt, quod quanti tas temporis diſcernit emanſorem a fugitiuo.† emanſor em̃ ille eſt qui vagatur modico tempore, & fugitiuus qui prolixo tempore, vt in l.2.§.emanſor.ff.de re militari. Hinc eſt, quod Bar.in l.aut facta.ff.de pœn.format quæſtionem, †an ſcholaris qui habet priuilegia, ſi recedat, & domum reuertatur, gaudeat priuilegiis, ut dicit habere limitationem, quod per quinquennium non reuertendo, quis delinat eſſe in matricula, vt C.de primice.l.2.& de domeſt.& prote.l.3.lib.12. Sed redeundo ad propoſitum, dico quod ſi fallentias.d.l.quærela.ſcire de ſideras.uide Marſ.in l.qui falſam.§. pri.ff. de fal. Nec illud eſt omittendum, quod †crimen ſublatum præſcriptione minus prodeſt reo quam ſi conſtaret eum non deliquiſſe, quia primo caſu iudex poteſt eum non comparentem condemnare, & ſecus ſi conſtat eum non deliquiſſe. Bar.in l.abſentẽ. ff. de pœn.†Et ſi quæratur an hæc præſcriptio incipiat a die commiſſi criminis, an vero a die ſcientiæ maleficii, dic quod inqt a die commiſſi criminis Aegi.Boſ.in tract.quando procedat̃ per actionem in delictis. nume.22. idem ſeruatur etiã in caſu menſis conceſſi a ſtatuto noſtro, infra quem & non vltra poſſumus procedere de falſo ſacramento tam ciuiliter quam criminaliter, & quod tempus currat a die commiſſi delicti etiam occulti, adeſt deciſio Saly.in l.fi.C.de dolo. † Et ſi ſcire deſideras an in foro eccleſiaſtico perſcribantur delicta, uide Panor. in c.licet,& ibi Dec.col.18.de probatio.uide etiam Ioan.An. in c.ſuper eo.de crimi.fal. Sed quæ nam ſit ratio quod crimen proceſſu temporis aboleatur vel minuatur, crederem eſſe, qa †qui bene honeſteque vixit per triennium poſt commiſſum delictum, videtur emendatus,& cenſetur purgata mala fama vt eſt tex.in §.prim.ver.huic autem nobis.in Auth. de mona. Iaſ.in l.ſi prius.col.147.ff.de oper.no.nunt. Rom.conſ.236.colum.2.propter †enim deſiſtentiam ab iniquo genere viuendi, & reuerſionẽ ad bonam frugem, fingitur nouus homo Bald. conſ.52.col.2.uer.quod ex præterito præſumitur.Fely.in c.cũ in iure.col.j.de officio dele.Gram.conſ.45.& 55. Hac ratione fortaſſis motus fuit Cæſar Auguſtus, quando diuturnorũ reorum nomina aboleuit,& Domitianus Romanorum Imperàtor qui diſcrimine liberauit vniuerſos qui ante quinquenniũ proximum apud ærarium perpendiſſent. Adde etiam, quod ſufficit lapſus decennij a tempore conditi ſtatuti, quo nõ fuerit obſeruatum ſtatutum, ad hoc ut tale ſtatutum ſit nullius effectus, etiam ſuperiore ignorante, quando a principio non fuit vſu receptum.gl.in c.fi.de conſue.in ſex.Iaſ. in l.rem non nouam.in fi.C.de iud.

De qualitate.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas animi deliberati non tantum colligitur ex præſumptionibus, ex antecedentibus, & ſubſequentibus maleficium, quantum ex facti qualitate.*
2 *Natura facti illa eſt quæ delicta diſtinguit & ſcælerum ſpecies oſtendit.*
3 *Grauius punitur qui occulte offenderit aliquem, quam qui aperte.*
4 *In occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati, cum tollat ſcandalũ & ſignum ſit verecundiæ.*
5 *Vnde natum eſt illud prouerbium, Si non caſte, ſaltem caute.*
6 *An grauius puniatur clandeſtinum delictum, quam publicum.*
7 *Exclamatio contra hypocriſim.*

PARS DECIMASEPTIMA.

QValitate conſiderãtur delicta, cum factum vel atrocius uel leuius eſt, vt diſcerni ſolẽt rixæ a craſſaturis, expilationes a furtis, petulãtiæ a violentijs,& furta manifeſta a non manifeſtis, vt in l.aut facta.ff.de pœn.ex natura enim facti coniecturare poſſumus an caſu, ira, dolore, metu, ignorantia, doloue delicta fuerint commiſſa.†animi enim deliberati qualitas nõ tã 1 colligitur ex præſumptionibus, ex antecedentibus & ſubſequentibus maleficium, ut Fely.in c.ſignificaſti, de homicid.& Marſ.in l.j.§.diuus.de ſicariis, quam ex facti qualitate & modo delinquendi, vt puta, ſi quis exiſtens in abſcondito de retro ſuper caput vel punctim in renibus percutiat aliquẽ nullis dictis uerbis, præſumitur quod appenſate, proditorie, & p 2 induſtriam id fecerit. Ab.Fely.& Inno.in c.j.de homi.†natura enim facti illa eſt quæ delicta diſtinguit, & ſcælerum ſpecies oſtendit, ut in d.l.aut facta. idque confirmatur Demoſthenis teſtimonio, qui teſte Claudio iureconſulto, his verbis orabat apud Athenienſes. Non enim plaga repræſentat contumeliam fieri, neque verberari liberis eſt malum, quamuis eſt malum ſi in contumeliam, multa enim vtique facit qui verberat, o uiri Athenienſes, quorum qui patitur quædam, neq; annuntiare poterit alij, ſchemate, aſpectu, uoce, cum verberat, vt contumeliam inferens, cum vt inimicus exiſtens, cum verberat fuſtibus, cum in pupilla, hęc mouent, hæc extra ſe ſtituunt homines eorum non aſſuetos exiſtentes vt conuiciarentur. Nemo enim o uiri Athenienſes, denuntians hoc quod aggrauat audientibus præſentare poteſt, ita vt rei veritas ſe habet, cum tamen ipſi perpeſſo & uidentibus manifeſta iniuria apparuerit.†Tanta enim apud iureconſultos habetur ratio modi committendi delicta, & eorum quę in facto ſuccedũt, ut ſi quis occulte offenderit aliquẽ, grauius puniatur quam qui aperte, Marſ.in l.j.ff.de ſica. Hic tamen dubitari poteſt, an qui clam deliquerit, mitius ſi puniẽdus, quam qui palam. nam plura per doctores afferuntur in vtranque partem. Pro una parte habemus diuum Thomã.2 2.q.66.art. 4 3.vbi dicit, quod †in occulto peccare pertinet ad diminutionem peccati, cum tollat ſcãdalum, & ſignum ſit verecundię: accedat illud Eſaiæ.30.peccatum ſuum quaſi Sodoma prædicauerunt, nec abſconderunt,& hæc ſententia confirmatur p Platonem in libro de legibus. tex. etiam eſt in §. ſed illud ſilendum. in fi.50.diſtinct.& in c.ex tenore.de temp.ord. & c.j. de uoto lib.vj.& ibi glo.vbi magis punitur publicus peccator quam occultus. accedat etiam, quod Claudius Imperator iuuenem adulterum nihil amplius monuit quam ut aut ætati parcius indulgeret, aut cautius, † unde fortaſſis natum eſt 5 illud uulgare prouerbium, Si non caſte, ſaltem caute. Pro alia parte adducitur tex.in c.cum ex iniuncto.de hæreticis. & l.non exiſtimo.ff.de admi.tuto.& tex.in l.officiales. C.de epiſcop.& cleri.ubi dicitur †grauius puniri debere clandeſtinum 6 delictum quam publicum: grauius enim eſt noctu quam ſub lucem peccare, item grauius eſt perſuadere quam compellere.l.j.§.ultimo,ff.de ſer.corru.grauius quoque eſt ueneno occi

dere

Digitized by Google

7 dere quam gladio.l.prima.C.de malef † Ego enim firmarem regulam in fauorem illorum qui palam delinquunt,nec hoc temere facerem,cum mihi maximo sint odio proditores, tristesque hypocritæ,qui tanquam lupi rapaces sub ouium habitu delitescunt,& in propatulo apparent impeccabiles,intercutibus uero vitijs madescunt,cuiusgeneris hominũ nostra tempestate tantam video copiam,vt periculosum arbitrer iudicare probus ne sit quispiam an improbus,& tantis simulationum inuolucris tegitur hominis natura, vt nisi soli Deo possibile sit bonum a malo discernere. Multum enim nobis propter hypocrisim imminet incommodi atque dispendij, cum sæpissime eueniat vt probos,mentiente eorum uultu et oratione,eos iudicemus,qui tamen sunt omnium flagitiosissimi.Quot enim hodie video,qui in maximum Reip.præiudicium barba,oculis,& habitu,nomen sanctitatis vsurpant, & re vera sunt impostores neqssimi. Hinc est,quod diuus Hieronymus dicit in comparatione duorum malorum, esse leuius aperte peccare,quam sanctitatem simulare,quod confirmatur dicto Thespesii,qui teste Plutarcho,asserebat apud Inferos eos acerbius plecti,qui iniuste uiuentes prætextu uirtutis deliquerunt, quam eos qui palam flagitia perpetrauerunt.

De quantitate.

SVMMARIVM.

1 *Flagitia propter reiterationem grauius puniuntur.*
2 *Multitudo vulnerum arguit præmeditationem voluntatis occidendi.*
3 *Geminatio percussionum,etiam si fiat in parte nõ periculosa, & instrumẽto non idoneo ad occidendum,propter reiterationem,tamen arguit præmeditationem animi.*
4 *Geminans vulnera est sine spe veniæ.*
5 *Actus geminatus declarat enixam voluntatem agentis.*
6 *Rixa facta parum post primam,facit indicium animi deliberati.*
7 *Respectu publicæ consuetudinis pœnę temporales reiteratione remittuntur.*
8 *Consuetudo de non obseruando iuramenta,licet sit irrationabilis, tamẽ excusat a pœna temporali, non autem a diuina.*
9 *Princeps si semel delinquenti indulget,facinoroso & habenti in consuetudine parcere minime debet.*
10 *Delictum non capitale,propter reiterationem efficitur capitale.*
11 *Consuetudo delinquendi per quot actus inducatur.*

PARS DECIMA OCTAVA.

CVm turpe sit, vt prouerbio dicitur, iterum in eundem lapidem impingere,cumque,ut dicere solebat Publius Syrus improbe Neptunum accusat,qui iterum naufragium facit,mirum non est si †legislatores propter reiterationem grauius flagitia puniunt, vt in l.
2 præses.& l.interpretatione.ff.de pœn.†multitudo enim vulnerũ arguit præmeditationem voluntatis occidendi. Marsi.in l.1.col.5.ff.de sica. nam tanta habetur ratio geminationis p-
3 cussionum, vt† si quis percutiat in parte non periculosa,& instrumento non idoneo ad interficiendum,tamen propter reiterationem arguitur habuisse animum ad occidendum. Alb. in l.& si amici domum.ff.de adul.& Marsi.in d.l.1.de sica. & in l.aut facta.§.quantitas.de pœn.Corse.in tracta. de verb. ge-
4 min.nume.18.dicit,quod†geminans vulnera est sine aliqua
5 spe veniæ: 5actus enim geminatus declarat enixam voluntatem agentis.Iason in l.cunctos populos.nume.21. C.de sum.
6 Trini.& in l.cum filiofamilias.nume.64. de leg.1.idcirco †rixa secunda facta parum post primam facit indicium animi
7 deliberati.Fely.in c.si cautio,extra de fide instrumento.& †qa quantitatis accidens consideratur respectu publicæ consuetudinis delinquendi,& respectu priuatæ,in pri.casu,dico quantitate & reiteratione pœnas temporales remitti, prout tenet glo.in c.cum venerabilis,extra de consuetu. & gl.in c. deniq;, quarta distinct.per quas glosas consuluit Rom.in consil.466.
8 incipien.prima fronte.quod†consuetudo de non obseruando iuramenta,licet sit irrationabilis, tamen excusat a pœna temporali,non autem a diuina.Idem affirmat Iason.in l.ait prętor.§.iurari.ff.de iureiurando. In secundo autem casu,quando quantitas consideratur respectu priuatæ consuetudinis delinquendi,dico,quod talis consuetudo auget delictum.Inno. in c.nouit.de iudic.idque comprobatur per ea quæ dixit Cyn. de blasphemante ex consuetudine.in l.2.C.de rebus credi.& ideo dixit Bal.in l.3.C.de Episcop. audien. quod excarcerandus die Veneris san. si reiteranit delictum, nõ debet excusari amplius,idem sequitur Lud.in l.si vero.§.de viro.ff.sol.matri.

Hinc est,q̃ summus Pontifex prima vice parcit hęretico, sed reiteranti & relapso dat pœnas,ut in c.ad abolendam, extra de hæreticis.& Bal.in ca.primo.extra de appella.dixit,quod licet pro vno furto non magno quis mori non debeat, tamen si commiserit plura furta furcis suspẽdi debet, & ciues nouelli ignoranter contrauenientes statutis ciuitatum,si iterato deliquerint,pœna competenti afficiuntur.tex.est in l.3.C.de episcop.aud.unde Bal.notat ibi,quod qui geminat delictum,nõ debet sperare ueniam.Hinc est,quod si quis a principe gratiã habuit de uno homicidio,faciatq;postea alterum homicidiũ & de illo obtineat gratiam,nulla homicidij primi facta mentione,huiusmodi gratia est subrepritia. Rom.in l.de pupillo. §. si in pluribus,& ibi quoque Iason col.pen.in fi. ff.de oper. no.nuntiatio.& hac ratione paucis ab hinc diebus Mediolani quidam decapitatus fuit,quia in sua gratia non fecerat mẽtionem de primo homicidio.Andreas de Iser.in versi.& bo-
9 na committentium.in ti.quę sint reg.dixit,†quod si princeps semel delinquenti indulget,facinoroso,aut habenti in consuetudine,parcere minime deberet,& propterea Ange.in l.i. de superexactio.lib.x. dicit,reiterationem criminum puniri pœna mortis naturalis,etiam si alicui pro primo delicto veniret imponenda pœna tantum pecuniaria,& huic sentẽtiæ assentit Imperator in l.omnes.§.delatores,C.de colla.eo. lib.
10 x.& sic†delictum quod alias capitale non erat,ex reiteratione efficitur capitale.Rom.in l.si uero.§.de uiro 13.cau. ff. sol. matrim.Bar.in l.licitatio.§.quod illicite.ff.de publi. vnde si iudex eo casu capitaliter puniret, ob consuetudinem delinquẽdi non tenebitur in syndicatu.Paris.de Put.in tract. syndic.in versi.Pœna.in cap.quia multa possunt occurrere. in uersicul. iudex potest cr minosum propter consuetudinem & Ange.ĩ d.l.i.C.de superexactio. dat formam procedendi contra tales reiteratores.Et quod criminosus possit cõdemnari ad mortẽ, non obstante quod eius crimina de sui natura non fuerint capitalia,vide Thom.Gramma.in uoto.9. colum. penultim. nume.26.& 27.Adde Marsi.in l.j.§.Diuus.colum. vltim.de sic. vide ẽt quod scribit Alber.de Gand.in ti.de homici.vlt.col. & Andreas Tiraq.in tract.suo de pœnis. causa.10.numero 4. Et quia parum prodest iudici scire consuetum delinquere grauius puniri,si ignoraret per quot actus inducatur cõsuetudo delinquendi,dico, quod glo.in c.ita nos.25.q.2.& Bald.in l.3.
11 C.de episco.audi.& Angel.in cons.14.affirmant †per binum actum induci consuetudinem delinquendi , idem sequitur, Gramma.voto.9.numero.22.& decisi.48.nume.3.& rationẽ qua consueti delinquere tam acerbe puniantur, crederẽ esse,quia,vt inquit Aristoteles,habitus delinquendi, & non ipsum delictũ distinguit uitiosum a non uitioso, & habit⁹ malę voluntatis nil aliud est quam animi qualitas per consuetudinem acquisita,imitans uoluntatem hominis ad male operandum,vnde sicut sæpius citharam pulsando aliqua ratione quispiam fit tandem bonus citharedus,ita sæpius uitiose agẽs fit demum uitiosus,malos mores imbibẽdo,quos nunquam aut difficillime postea potest dimittere.

De euentu.

SVMMARIVM.

1 *Euentus in delictis dupliciter consideratur.*
2 *Conatus non punitur pœna ordinaria , etiam si delictum sit attrocissimum.*
3 *Si venenum sumens medicorum remedio euaserit,illud porrigens non dẽt pœna mortis puniri.*
4 *Dans venenum non solum habet animum deliberatissimum occidendi,sed etiam proditionem.*
5 *An in assassinio puniatur solus affectus pœna ordinaria.*
6 *In crimine adulterii conatus non punitur pœna ordinaria.*
7 *Crimen Simoniæ æquiparatur assassinio,& non punitur pœna ordinaria nisi fuerit perfecte consumatum.*
8 *In crimine falsi non punitur conatus pœna ordinaria.*
9 *Notarius fabricans instrumentum falsum,quod alias erat nullum,nõ est puniendus de falso.*
10 *Testis si dicit falsum vt alteri noceat,& eius dictum sit nullum,adeo quod non noceat,non est puniendus de falso.*
11 *Iura punientia conatum tanquam factum principale, sunt hodie correcta per contrariam & generalem consuetudinem.*
12 *Prosper rerum euentus an criminis pœnam tollat.*
13 *In delictis,voluntas,& non euentus spectatur.*
14 *Apud Carthaginenses, Imperatores in crucem tollebantur,qui praua cõsilio res prospere gerebant.*
15 *Mala facienda non sunt vt bona eueniant.*
16 *Qui in bello rem a duce prohibitam facit,licet bene gesserit, capite punitur.*
17 *Actus hominum non euentu sed consilio extimantur.*

18 *Car-*

Digitized by Google

18 *Cardinalis si occurrat illi qui ad mortem ducitur, pœna illi remittitur.*

19 *Filius Regis an si obuiat condemnato ad mortem, possit eum a morte liberare.*

20 *Condemnatus dum ducitur ad supplicium, si obuiat corpori Christi liberandus est.*

21 *Virgines Vestales si casu in aliquem incidissent qui ad mortem duceretur interficere eum non licebat.*

PARS DECIMA NONA.

EVentus in delictis duplici modo per me consideratur, pro fine & perfectione delicti, & pro eo, qđ nō vltro & cōsulta opera, sed casu post consu
2 mationē delicti euenerit. In primo casu† tanta ratio habetur finis delicti, vt solus conatus non puniatur pœna ordinaria, etiam si delictum sit atrocissimum. Andreas de Iser. in c. j. §. si vero, de capita. qui cur. uend. crimen enim veneni est atrocissimum, & nihilominus si perfecte consumatum non fuerit, non punitur pœna mortis naturalis, licet deuentum fuerit ad actum facto proximum. Bal. in consi. 443. incipiente, scire,
3 oportet. in 3. vol. ultimæ impressionis, & quod plus est, †si venenum sumens, medicorum remedio euaserit, illud porrigēs non debet pęna mortis puniri. Petrus Albicus de Pisis in suis allegationibus quæ incipiunt, si dictus Ciccus. senatus tamen videtur seruare contrarium uirtute decreti Mediolanen. punientis solum animum deliberatum occidendi iuxta legem
4 is qui cum telo. C. de sica. &† dans venenum non solum hēt animum occidendi deliberatissimum, sed &proditionem, vt not. Bal. consi. 210. in 4. vol. causa etiam propter quam senatus ita seruat, vt attestatur Aegidius Bossius in suo trac. de homic. hæc est, vt domini reddantur securi a seruis suis, iuxta l. j.
5 in principio. ff. ad Sille. adde etiam, quod † in assassinio, quod est crimen atrocissimum, ut in cap. pro humani. de homici. in 6. si mandatum de occidendo non fuerit perfecte consumatum, non plectitur pœna mortis mandator vel mandata-
6 rius. Ang. in l. apud Labeonem. §. curauit. de iniuriis. † Idem dicendum est de crimine adulterii quod est atrocissimū, vt glo. in l. auxilium. ff. de minor. & tamen si non fuerit perfecte consumatum, nō punitur pœna mortis, licet processum fuerit ad actum facto proximum. c. solicitatores. de pœnit. distin.
7 p. ver. extra ordinem. huc etiam respicit † crimen Simoniæ, quod æquiparatur assassinio, & est crimen atrocissimum, vt testatur Specu. in titulo de accusatio. §. j. in fin. & tamen in simonia non punitur affectus nisi sequatur effectus. glo. est
8 in c. consulere. extra de simonia. †Idem dicendum est de crimine falsi, quod licet enormissimum sit, & habeat multa spe
9 cialia, vt Bar. in l. Lucius. ad Turp. tamen† si notarius fabricat instrumentum falsum, quod alias erat nullum, non est pu-
10 niendus de falso. Bal. in l. prima. C. de sepul. viola. &† testis si dicit falsum vt noceat alteri, & eius dictum sit aliqua causa inualidum, adeo quod non noceat, non est puniēdus de falso, gl. in l. Diuus Adrianus. ff. de fals. ex quibus cōcludo, quod ad hoc vt habeat locum pœna ordinaria, requiritur actus perfe
11 ctus, & consumatus, &† iura punientia conatum tanquam factum principale sunt hodie correcta per contrariam & generalem consuetudinem, vt affirmat Bart. in l. 1. §. Diuus. de sic. & Inno. in c. perpetua, de electio. in 6. & ita diebus proxime decursis per me uotatum fuit in curia archiepiscopali Mediolani, & votum meum a multum Reuer. D. Vicario & consocijs meis fuit comprobatum. In secundo autem casu, videlicet in eo quod euenerit post consumationem delicti, dubitāt
12 Doctores† an prosper rerum euentus criminis pœnam tollat. in vtranque enim partem multa per eos allegantur. Pro vna parte adest tex. in l. 2. §. postea. ff. de orig. iur. vbi fit mentio de Flauio Apij Claudij, qui Tribunus plebis creatus fuit, eo quod leges a se subtractas populo tradidisset. Accedit etiam quod Parij nulli pœnæ rationem addixerunt, quod patriam prodidisset, eo quod res ad commodum patriæ successit. Facit etiam ad prædicta id quod scribit Petrus Anchar. in repe. capi. primi. in 14. q. princip. versi. ponit Seneca. de consti. huc item uergit id quod scribit Barb. in l. scire debemus. §. si a
13 iure. colum. 1 ff. de verbo. obligatio. Huic tamen sententiæ reclamant & refragantur fere omnes Doctores, cum† in delictis voluntas & non euentus spectetur, vt in l. 1. §. Diuus. ad l. Iul. de sica. & l. si quis seruo. C. de fur. & quod prospero rerum euentu pœna non tollatur, probatur exemplo Manlij Torquati, qui filium proprium securi percussit, eo quod contra paternum præceptum in hostem feliciter pugnasset, &† hanc
14 partem probat Liuius, qui tradit apud Carthaginenses in crucem tolli Imperatores qui prauo consilio res prospere gerebant. Adest etiam tex. in c. ex tuarum. de sorti. & c. super eo.
15 de vsur. vbi notat gl. non esse mala facienda, vt bona eueniāt
16 Hic etiam adiici potest tex. in l. defertorem. §. in bello. ff. de remili. vbi† in bello qui rem a duce prohibitam facit, licet bene gesserit, capite punitur, & propterea Alber. in vltima parte statutorum. q. 78. incipiente, disputanit. colum. 3. dicit illum esse puniendum, qui rem prohibitam facit, licet bonus sequa
17 tur effectus. †Actus enim hominum non euentu sed consilio extimantur. tex. est in l. vere. §. sciendum. ff. de minori. neque enim decet rerum merita euentibus occasioni subiectis ponderare, nec vt ait Plutarchus, satis recte iudicare ī uidentur, q expeditionem Alexandri laudant, Croesi vero conatū improbant. Quid enim iniquius quam peccata & merita rerum eu tu metiri? nā, vt inquit Demosthenes, finis omnibus rebus fortunæ libet imponitur, electio vero consilij uires ostendit. Nota etiam quod delicta aliquando remittuntur propter euentum illarum rerum quę non vltro & consulta opera, sed ca-
18 su post consumationem delicti eueniunt: † exemplum habemus in Cardinalibus, qui si obuiant ei qui ad mortem ducatur, pœna omnino ei remittitur. Bal. in l. addictos. de appel. & Barb in trac. de præstan. Card. in 9. q. prima parte, dicit tale priuilegium recipit sex declarationes. Vide Cœpol. cau. 2. adde Iason. in §. pœnales. Inst. de actio. Idem tenet Paul. Castr. in l. addictos. C. de epis. audien. Non desunt etiam qui dicant hoc tantum demum habere locum, si Cardinales ponant capellum super caput ipsius rei. Idem Pau. Cast. in d. l. addictos. habetur per Pari. de Put. in tract. syndica. in verbo, pœna. uer. an
19 si primo. vbi dicit† idem esse in filio regis, qui si obuiat condemnato ad mortem, potest eum a morte liberare, quod tamē respectu filij regis reliquit sub dubio rationibus per eum
20 adductis. Idem uidetur† si condemnatus dum ducitur ad supplicium obuiat corpori Christi, quia liberandus est. Archi. & Card. in clem. i. §. institutione. de reli. & venera. sanct. quod intelligendum videtur, dummodo ad ipsum corpus recurrat, & suscipiat communionem. Fely. in c. quærenti. de officio delega. vbi etiam aliquid circa ea quæ dixi de Cardinali. Huc quo
21 que spectat, quod† tempore Numæ Pompilij virgines Vestales, si casu in aliquem incidissent qui ad mortem duceretur, interficere eum non licebat. vt scribit Plutar. in ipsius Numę vita.

FINIS.

TRACTATVS
DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS SVMMI
LEGVM DOCTORIS
D. MARTINI LAVDENSIS
quinquaginta quinque quæstionibus summarie perstrictus.

Prima quæstio.

IN ducibus & proceribus non habet locum, vt delinquens contra eorum statum puniatur secundum formam. l. quisquis. C. ad l. Iuli. ma. secundum Albe. de Rosa. in d. l. quisquis. limita hoc verum, nisi princeps non recognoscat superiorem, puta imperatorē, quia tunc de eo vt de supremo iudice iudicandum est, argu. no. in l. hostes. ff. de cap. quia tunc habet locum pœna d. l. quisquis. secundum Bal. in d. l. quisquis. Aduertendum tamen est, quod in principe recognoscēte superiorem committitur crimen læsæ maiestatis. l. j. ff. ad l. Iul. maie. non tamen pœna extēditur ad liberos secundum formam d. l. quisquis. & de rebellibus vide Bar. in extrauag. ad reprimen. in verbo, rebelles.

SECVNDA QVAESTIO.

Qui mittunt literas vel nuntium hostibus dolose, incidūt in crimen lęsæ maiestatis, & etiam nuntius scienter portans literas punitur. l. 1. per Bal. ff. ad l. iul. maie. & l. 1. §. incidat. ff. ad turp. & quod no. Cy. in l. non ideo minus. C. de accus. & Barto. in l. j. §. ne autem. C. de cad. tol.

TERTIA QVAESTIO.

Licet pluribus modis committatur crimen læsæ maiestatis. l. j. cum seq. ff. ad l. iul. maie. tamen proprie committitur in persona principis vel astantium corpori eius. Cyn. in l. quisquis. C. ad l. Iul. maie.

QVARTA

Digitized by Google

Quarta quęstio.

Mutuans vel donans pecuniam hostibus principis incidit in crimen læsæ maiestatis. l.cuiuscunque.ff.ad l.iul.maie.

Quinta quæstio.

Rebellio subditorum non priuat dominum possessione ciuitatis,nisi eum vel officialis suos expellerent de ciuitate,vel caperent,vel incarcerarent. l.j.§.pen.ff.de vi & vi arma.& no. Bal.in repe.l.si aquam.C.de serui.& aqua. Nam si violenter expellitur,vel reuertens non admittatur,vel suspicatur repelli,dominus perdat possessionem ciuitatis.l.1.§.deiicitur. ff. de vi & vi arma.l.clam possidere.§.fi.ff.de acqui.pos.Et aduertendum est,si princeps timore inimicorum suorum vel hostium dimittat castrum vel ciuitatem,non perdit possessionem. l.licet.ff.de acqui.poss.dummodo hostes non occupauerint castrum illud.l.clam possidere.§.fin.Item qui capitur ab hostib. perdit possessionem rerum suarum , & etiam non captus amittit possessionem rerum suarum captarum ab hostibus, l.denique.ff.ex qui.cau.maio.& Innocen.in capitul.2.circa fi. de ope.no.nun.faciunt no.per Io.de Ligna.in c.dilecta.de capel.mo.

Sexta quæstio.

Qui frangit scienter saluum conductum tenetur.l. iul.maiest. Ange.in l.vtimur.ff.de sepul.vio.& vide Barto. in l.3.in §. transfuga. ff.de sica.& in l nullum vim. C. de suscep. & archa. & non debet dari saluus conductus cum alterius damno. l.2. § si quis a principe.ff.ne quid in loco pu.licet hoc male seruetur,& quis possit concedere saluum conductum vide Ang.in d.l.vtimur.

Septima quæstio.

Damnatus de crimine lęsę maiestatis potest appellare.glo. in l.Pantonius.§.rei.ff.de acqui.hæred.

Octaua quęstio.

Tractatus & conspiratio contra principem potest probari per complices & socios criminis. Bald. in l.quoniam liberi. C. de testa.

Nona quæstio.

Facere conuenticulam de papatu viuente papa est crimen lęsę maiestatis.no.in c.veniens.de testi.& Bal.in l.quoniam liberi. C.de testi. quod habet locum etiam contra concilium non canonice congregatum.

Decima quæstio.

Vbicunque quis punitur vsque ad alterum gradum,intelligitur de descendentib.a masculis,non a fœminis.§.vbicunq;. de pœnis libr.vi.& in crimine lęsæ maiestatis non puniuntur ita filiæ sicut filij , qa mulieres nō sunt ita audaces.l.quisquis. C.ad l.iul.maie.

Vndecima quæstio.

Contra notorie tenentes & occupantes ciuitates ecclesiæ Romanę sine citatione peruenitur ad sententiam secundum Bal.in proœmio feudorum.

Duodecima quæstio.

Ille dicitur facere contra statum principis qui vult dirigere statum ad aliud regimen , puta ad alium principem. Bald. in l.1.§.huius studij.ff.de iust.& iure.

Decimatertia quæstio.

Sola scientia punitur,quando maleficium est committendum in personam eius cuius maleficium committere volens est subditus,puta in personam principis. Bar. in l.vtrum. ff. de parrici.quod no.pro principibus contra subditos scientes pro ditiones.

Decimaquarta quęstio.

Propter publicam vtilitatem , puta ob bonū pacis reipub. potest concedi vt bona rebellium empta restituātur,vidi opinio magnorum doctorum allegantium Bart. in l.quæcunque. C.de fide instrument. & iur. hastæ fis.libr. 10.facit l.Lucius de euictione.

Decimaquinta quæstio.

Pœna transiens in posteros non comprehendit lineam fœmineam.Et licet in crimine læsæ maiestatis confiscantur omnia bona,tamen non confiscantur bona feudalia.Ioan.And. in c.inquibusdam. de pœnis.lib.6.

Decimasexta quæstio.

Conspiratio est confederatio inter aliquos in præiudicium principis vel alterius.Io.An.in c.exhibita. de iud.& Io.de Im. in c.petitio.de iureiur.Et dicuntur tyranni qui propter partialitates ciuitatum faciunt se dominos.l.nemo exterus. in fi.C. de iud.& 1.q.1.incipiunt alias principatus.

Decimaseptima quæstio.

Filij rebellium ciuitatis vel principis concepti tempore rebellionis non sunt ciues illius ciuitatis. Bald. in l. impera. la.2.ff.de sta.ho.& perdunt iura ciuilia. Bald.in l.j. C. de hære. institu.

Decimaoctaua quæstio.

In crimine læsæ maiest.etiam hodie non seruantur bona filiis.auct.en.bona damnatorum.C.de bonis damnato.

Decimanona quæstio.

Iuribus dicentibus,quod punitur affectus & si non sequat effectus est derogatum per generalem consuetudinem,nisi in crimine læsæ maiestatis,& patriæ opugnatæ.Ange.in l.fin.§.fi. ff.quod quisque iuris.

Vigesima quæstio.

Pœna.l.quisquis.C.ad l.iul.maie.habet locum etiā in filio naturali tantum,quia facere contra imperatorem vel papam est contra ius quasi naturale,quia ita imperator sicut papa est pater omnium secundum Alber.in l.filium. ff. de his qui sunt sui vel alic.iur.eorum quolibet in suis terminis considerato .

Vigesimaprima quęstio.

Priuata inimicitia non excusat a pœna rebellionis.Inn. & & Bald.in capitul.1.de offic.delegat. licet Bartol.teneat contrarium.in l.hostes.ff.de capti.cuius sententia videtur humanior.

Vigesimasecunda quæstio.

Licet quis efficiatur subditus propter delictum.l.j.C.vbi de cri.agi opor.non tamen taliter fit subditus vt cōmittatur crimen læsæ maiest.secundum Old.consi.xlij.

Vigesimatertia quæstio.

Nullus priuilegiatus torquetur excep. maiestatis crimine.l. nullus.C.ad l.iul.maie.

Vigesimaquarta quæstio.

In crimine læsæ maiestatis filius perdit legitimam secundū Fran.Zaba.in cle.pastora.de re iu.qui alleg. Ioan.de Ligna.ita tenere.

Vigesimaquinta quæstio.

Omnes ciues ciuitatum subditarum principi non possunt dare auxilium alteri princip.rex.& ibi Iac.de Belu.in Auc.de defen.ciuit. §. audient. facit quod nota. glo. in l.inuitus ff.de fidecommis.liber.

Vigesima sexta quæstio.

Corrumpens imaginem quæ fuit picta ad infamiam alicuius proditoris principis,puta quia suspensus pedibus,vel ad de cus publicum,punitur in quingentis aureis.l.si quis id q. ff.de iurisd.om.iudi.& ibi per Doct.

Vigesimaseptima quęstio.

In crimine læsæ maiestatis admittitur laicus contra clericum pro testificando.gloss.in capitul. cum P.manconella. de accu.

Vigesimaoctaua quęstio.

Rebellis & proditor est qui reliquit principem suū & adhæret alteri.Bar.in extraua.quoniam nuper.in verbo,rebelles.& amittit iura sui principis.l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de cap. dimi.

Vigesimanona quęstio.

Sicut per rebelliouem contra principem perduntur priuilegia,ita consuetudines priuilegiatæ.Bal.in extrauagan.de pac. constantiæ.in verbo,habetis.& rebelles dicūtur esse qui sunt in notoria inobedientia.gl.in l.si certarum.ff.de mil.test.Ang. in l.2.§.fi.ff.de iudi.Et rebellio subditorum nō priuat dominū possessione.Bal.in l.si aquam.C.de serui. in repe.& vide Bal.in l.1.& ibi scripsi.C.de ser. fugi.

Trigesima quæstio.

Memoria damnatur post mortem in crimine lęsę maiesta. §.per contrarium.Institut.de hæredita. quæ ab intestato , vbi gloss.

Trigesimaprima quæstio.

Beneficium ecclesiasticum filii non publicatur propter crimen lęsę maiestatis commissum a patre.glo.lvj.dist. c.satis puersum.& vide glo.in c.pastoralis.de re iudicata.

Trigesimasecunda quęstio.

Sententia non facit quem desinere esse hæredem ipso iure fallit in damnato qui fecit contra rem publicam vel principē gloss.quæ incipit,& not.in l.& si sine.§.& si Papinianus. ff. de mino.

Trigesimatertia quęstio.

Qui est proditor contra imperatorem non amittit feudum quod habet ab ecclesia nisi per sententiam ecclesiæ.Bald. in l. j.ff.de re.diui.4.q.

Trigesima quarta quęstio.

Licet crimen lęsę maiestatis non cadat nisi in subdito. cle. pastoralis.de re iu.tamen hostis dicitur de omni gente. Bald. in l.nihil. C. de manu. vindi. & qualiter procedatur in crimine lęsę maiestatis.vide text. & Barto.in extrauagan. ad reprimendum.

Trigesimaquinta quęstio.

Licet decreto ducis vel regis caueatur quod bona facientis contra statum suum publicentur,tamen filia debet habere legitimam.l.quisquis.§.ad filiam.C.ad l.iul. maie. & consuluit Ang.consi.307.quod est singulare verbum.

Trigesimasexta

Digitized by Google

Trigeſima ſexta quæſtio.

Barones facientes contra ſtatum principis habẽt magis puniri alij quam ciues. Bartol. in l. j. C. de condi. li. 11.

Trigeſima ſeptima quæſtio.

Omnis prodi tor perdit feudum. Iaco. de Bel. in c. j. quib. modis feu. amit. & ibi dixi.

Trigeſimaoctaua quæſtio.

Vaſallus vel ſubditus principis, qui inimicos permiſit venire in territorio principis, eſt proditor Bal. in l. j. ff. de re. diui. in queſtio xlij.

Trigeſimanona quæſtio.

Pater non poteſt exhæredare filiũ, quia ſit proditor patrię quia non eſt de cauſis inſertis in §. cauſas. ī Auc. vt cum de appell. cognō. quem. §. vide. Aduerte tamen, quia non ſucceſſibilis eſt, quia eſt proditor patriæ. l. 1. C. de hærẽ. inſtit. & not. in l. eius qui. ff. de teſta. facit. l. mini me. ff. de reli. & l. veluti. ff. de iuſti. & iu. l. fallaciter, C. de aboli.

Quadrageſima quæſtio.

Tenens caſtrum rebellatum contra rempublicam, debet mori. Bal. per tex. in l. i. C. de ſeditioſis. no. bene, & cadit etiam ſub rub. de caſtellanis.

Quadrageſimaprima queſtio.

Arma eius qui non poteſt ſtare in ciuitate propter proditionem patriæ debent deſtrui. Bartol. in l. ſecun. ff. de oper. pub.

Quadrageſima ſecunda quæſtio.

Speciale eſt in crimine hæreſis & læſæ maieſtatis, vt ſuperueniente accuſatore non ſileat inquiſitor, ſecundum Ang. in l. ea quidem. C. de accu. no. ad limi. not. per Bartol. in l. 3. ff. de adulte.

Quadregeſimatertia quæſtio.

Proditor non poteſt eſſe teſtis ſecundum Bal. in c. licet vni uerſis. de teſtib.

Quadrageſimaquarta quæſtio.

Speciale eſt in crimen lęſæ maieſtatis vt iudex cogat accuſatorem ſuam accuſ. proſequi. l. fallaciter, C. de aboli. ſecundũ Ang. in l. accuſa. de accuſa.

Quadrageſimaquinta queſtio.

Bona caſtri rebellis ciuitatis poſtea reconcilia. non intelligũtur reſtituta per ſolam reconciliationem. ſecundum Ang. in l. filio quem, ff. de lib. & poſth.

Quadrageſima ſexta quæſtio.

Si ſubditus principis conturbauerit principem, nõ incidit in crimen lęſę maieſta. ſed aliter debet puniri. vide An. de Iſer. in c. j. §. 1. qui. mo. feu. amit.

Quadrageſimaſeptima quæſtio.

In crimine lęſę maieſtatis proceditur ſummarie, de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicii. vide tex. in extrauagan. ad reprimendum. quam Bar. gloſſauit.

Quadrageſimaoctaua quæſtio.

Aliud eſt quem eſſe rebellem imperij, aliud eſt quem eſſe in odium imperii. primũ, videlicet rebellio, eſt mortale, nec poteſt remitti niſi ex gratia, ſecundum eſt medicinale, quod remittitur purgata contumacia, aucten. item nulla communitas. C. de epiſ. & cle. de quo plene per Bar. in extraua. ad repr. in verbo rebelles, vbi plene.

Quadrageſimanona quæſtio.

Reuelantes ſecreta in damnum principis hoſtibus, capite puniuntur, vt l. omnes exploratores. ff. de re mili. ſed reuelantes amico principis, ex qua reuelatione eſt factus inimicus, tenentur crimine læſæ maieſtatis. l. cũ dolo. ff. ad l. iul. maieſta. aliis caſibus reuelans in damnum principis punitur ſecũdum l. j. C. ſiquis impera. maledix. And. de Iſer. plene loquentem in c. j. qui. mo. feu. amit.

Quin quageſima quæſtio.

Bona eorum qui expelluntur de ciuitate quãdo eſt diſſenſio inter ciues, puta ob partialitates, nõ debẽt publicari, quia non ſunt hoſtes neque in crimen læſæ maieſtatis inciderunt. l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de captiuis. ſed reuerſis debent reſtitui bona ſecundum Odof. & Albe. in auc. bona dãnatorum, C. de bonis damn.

Quinquageſimaprima quæſtio.

Populi Rebelles imperio poſſunt priuari libertate ſua, ſi habeant eam, vel ex priuilegiis imperatoris, vel per patientiã eius ſecundum Bal. in c. ſicut. de iureiu. & ſi eam forte habẽt a papa. tunc rebelles papæ poſſunt priuari libertate ſua, ex ratione Bal. ibidem.

Quinquageſimaſecunda quæſtio.

Faciens ligam contra imperatorem incidit in crimen læſæ maieſtatis. l. 1. C. vt armorum vſus li. 11. ſecus ſi contra alium. tex. in l. non dubito. ff. de captiuis. & notat Bal. in l. conuentionum. in recollectis. ff. de pact.

Quinquageſimatertia quæſtio.

Proditorem principis debemus manifeſtare. l. Methr odorum. ff. de pœnis. Andr. de Iſer. in capitu. 1. quę fuit prima cauſa benefic. amittend.

Quinquageſimaquarta queſtio.

Banniti Papę vel imperatoris perdunt patriam poteſtatẽ, ſecus ſi ab inferiore, ſecundum Ang. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſolu. matrim.

Quinquageſimaquinta quæſtio.

Iura quę non tranſeunt niſi ad filios non confiſcantur. l. in ſulam. in princ. vbi Bal. ff. ſolu. matri. Martinus Laudenſis.

FINIS.

TRACTATVS DE CRIMINE LAESAE MAIESTATIS XII. QVAESTIONIBVS DISTINCTVS INCERTO. Authore.

Præfatio.

CVm ſollto ſpeculationis gaudio mens occuparetur, interlegendum nuper in manus excidit tractatus de crimine lęſę maieſtatis nouiter editus, qui duodecim queſtionum concluditur examine. Hunc cum auidius, vt nouitas faciebat, aliquantiſper lectitaſſem, primũ optimi authoris atque vti iure conſulti prę ſe maieſtatem ferre videbatur, ſed dum exactius ſingula deguſtaſſem, viſum fuit illius concluſiones non parũ a iuris veritate diſſonas, cuius cum ſuper omnia qui cenſurarum ſtudioſus eſt maxime tutorem atque defenſorem eſſe deceat. l. vna, C. de vindi. liberta. tollen. quamque ſuper omnia amandam legislator exclamat in l. cum ita. ff. de condi. & demonſt. & pulchre Bal. in conſi. diuino ſciſmatis. quod poſuit ſuper rubr. C. ſi quis aliquem teſtari prohibuerit, quid enim veritate ſanctius, quid diuinius? eſt enim omnibus rebus humanis anteferenda, nam qui veritatem ſequitur deum ſequitur. vnde Auguſtinus ad Caſulanum, & habetur in cano. quiſquis. 11. queſtio. 3. quiſquis metu cuiuslibet poteſtatis veritatem occultat, iram Dei ſuper ſe prouocat, melius eſt pro veritate pati ſupplicium, quam pro adulatione beneficium. Proin ſuppreſsã veritatem maxima etiam lucubratione oſtentare, & illi aduerſantes cõcluſiones optimis confutare rationibus non parum boni viri officio conducere duxi. Verum enimvero hãc ſuſcipere ,puinciam, in tantunque pelagus pedem referre maxime diſſuadebat, quod Marcum Antonium hominem quidem ingenioſum dicere ſolitum ferunt, ſe ideo nullam vnquam orationem ſcripſiſſe, vt aliquando opus eſſet quid a ſe nõ eſſe dictum, poſſet id ſe negare dixiſſe, quo fit vt maximo oneri ſe ſuppoſitum intelligat qui dicta ſua ſcriptis demandat cum infinitis cenſoribus ſe ſubmittat neceſſe ſit, ſed dum inter hæc alter caret veritatis amore victus, cenſorum non veritus ſentẽtiã manum porrexi calamo pro clipeo, his qui male ſentient obijciens quod Hiero. dicit in prologo ſup Iob. ſi aut fiſcellam &c. & quod idẽ tradit in prologo ſuper Eſdram. plerique in publico detrahunt &c. & quę traduntur in c. inter verba. in fi. xj. q. 3. itaq; tractatum alium in materia in quo ſingulę auctoris queſtiones ad vtranque partem examinentur, & tandem ſuis confutatis argumentis, vera ſequat concluſio, edere & editum in lucem mittere ſtatui, in quo ſi quid perperam dictum fuerit, negare enim non poſſum quin pleraque dicam quę iuſta reprehenſione digna videbũtur, vt verbis vtar Aug. in li. retractationum, & recitantur in c. negare. 9. diſt. correctorem beneuolum patienter ſuſtinebo, ſi vero aliquid ſubtiliter vel acute dictum reperiatur, id totum bonitati atque clementię domini noſtri Ieſu Chriſti, atque eius virginis Matris attribuatur. Porro lectorem rogo ne prius iudicet quam totum perlegerit. nam in pleriſque queſtionibus leuiora præmittentur fundamenta, quę vero vrgentiora ſunt in calce ponentur.

SVMMARIVM.

1 *Bona rei in crimine læſę maieſtatis ipſo iure non confiſcentur.*
2 *Synodus tota ſapientiæ legalis adeſſe dicebatur, cũ Dynus aliquam decidret quæſtionem.*
3 *Effectus conſurgit fortior diſpoſitione, legis cumhominis concurrente contractu.*

4 *Fen-*

Digitized by Google

4 *Feudum ea conceditur conditione, vt vasallo feloniam committente resoluatur.*
5 *Statutum in vno æquiparatorum in altero locum habet.*
6 *Priuationis pœnam si ipso iure impositam non constet, interpretatio fit vt in ea requiratur sententia.*
Cognitio causæ requiritur in feudi priuatione.
7 *Reus læsæ maiest. bonorum dominium ipso iure non perdit.*
8 *Feudum ob crimen lesæ maiestatis ipso iure non reuertitur ad dominum.*
Iudicare potest iudex contra communem opinionem casum legis non habentem.
9 *Feudum ipso iure ob feloniam non reuertitur ad dominum, culpa per sententiam nondum conuicta.*
Deus ex conuentione sua obligari posset.
10 *Contractus quidam in feudo esse censetur, ex quo vltro citroque obligatio nascitur.*
11 *Consuetudo in primcipem disponens ipso principe maior est.*
12 *Princeps supremus vasallum feudo priuare nequit, nisi per sententiam, culpa conuicta.*
13 *Regulam pro se habens, intentionem fundatam habere dicitur.*
Regulis iuris tenaciter inhærendum.
14 *Interpretatio extensiua non fit in æquiparatis, nisi æquiparatio per modum regulæ facta sit.*
Extensio passiua æquiparatorum locum non habet in pœnis ipso iure impositis.
15 *Ius vtrunque in suo debet obseruari foro.*
16 *Auctoritas dicentis non est attendenda, sed ratio potius.*
Bartolus legistarum Idolum est.
17 *Bona delinquentis vasalli an applicentur fisco ipso iure, & hoc specialiter.*
18 *Causa duæ lucratiue in confiscatione ob delictum non possunt concurrere.*
19 *Dominium eiusdem rei ex pluribus causis eodem vel diuersis temporibus concurrentibus quæri non potest.*
Pœna priuationis nunquam ipso iure imponitur, nisi in casibus a iure expressis.
20 *Dominus feudi qua lege obligetur ad non priuandum vasallum feudo nisi culpa conuicta.*
21 *Extensio in correctorijs nullo modo fienda, etiam ex identitate rationis.*
22 *Sententia requiritur ad feudi priuationem, etiam delicto existente notorio.*
Notorium pro sententia non habetur.
23 *Episcopus notorius homicida non deponitur absque sententia.*
24 *Iudex de notorio crimine non potest condemnare, absque præcedenti citatione.*
25 *Confessio non sufficit, vbi scientia requiritur in pœnis executionem secum trahentibus.*

LIT quidem prima quæstio q̃ in hac materia ponitur est, num videlicet in crimine læsæ maiestatis bona rei ipso iure fisco applicentur, vel an sententia necessaria sit, Et
2 concluditur per authorem tractatus, †q̃ in crimine læsæ maiestatis ipso iure bona confiscantur, nec opus est altera sententia. Et allegat aliquos authores Ita tenuisse, & vltra eos præmissam conclusionem firmant Arch. & Ioan. And. in nouel. in capitu. fœlicis de pœn. in 6. vbi dicunt bona committentis crimen læsæ maiestatis effici ipso facto fisci, sicut bona ingredientis religionem efficiũtur monasterij, & idem etiam tenuit Sal. Bononien. in l. fi. C. de bonis proscripto, vbi dicit, q̃ in crimine læsæ maiestatis ipso facto bona committentis fisco applicantur, & videtur probare tex. in d. l. quisquis, ibi, omnibus bonis fisco nostro additis, quæ verba cum ponãntur in præterito non videtur opus altera sniã, vt tradit expresse Bar. in l. 1. ff. ad l. Iul. de vi priua. vbi facit differentiam, an dicatur bona sint publicata, vel publicentur, vt primo casu ipso facto committantur, & nimirũ, quia multa alia sunt specialia in hoc crimine, vt generaliter crimen exceptum dicatur, vt tradit signanter Lud. de Roma. in l. si quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Syllanianum, & quidã Moder. in l. de minore, ad princi. ff. de quæstio. & cum præmissam sentẽtiam tenuerit Dy. de Mugello quem allegat author cuius quanta sit auctoritas pulchre de eo commemorat Cyn. in l. vnica, C. de senten. quæ pro eo quod interest proferuntur.
2 †quod quando Dy. decidebat aliquam quæstionem dicebat̃ adesse tota synodus legalis sapientiæ tenuerit etiam Ioã. An. in duobus locis, a cuius opinione tanquam a fundamento iuris non esse recedendum bellissime Bal. inquit in c. cum olim de re iud. fuit enim temporibus suis lumen mundi, meruitque hac salutatione Pontificali decorari, bene veneris qui lux mũdi cognominaris, vt refert An. de. Prato veteri in præludijs ad reperto. Bar. tenuit Arch. Pau. de Cast. & Saly. videtur hæc opinio communior, quare amplectenda in causarum decisionibus, l. vna. ibi, sane apud veteres crebrior &c. ff. de offi. consulis, & in c. in canonicis scripturis, 19. distin. Bal. pulchre in l. fi. C. de pœna iudi. qui male iudi. cum plerisque similibus vulgaribus, & præsertim in feudo non videtur habere dubitationem, vt tenuit Bald. & Cardi. Alexan. in locis allegatis per tractatus. & sequitur nouissime Franciscus Cur. in suo egregio opere feudo. in 4. par. in 3. reg. in 4. dubitatione.

Et ad confirmationem huius opinionis, vltra præmissa, ad
3 duco, † quod vbi concurrit dispositio legis & contractus hominis, tunc fortior effectus resultat, vt eo casu etiam casibus permissis quod alias permitteretur prohibeatur & econtra, vt probat text. in §. asnctissimas, in Auct. de aliena. & emphy quem ponderãt Ang. Imo. Alexan. & Mod. in l. filiusfa. §. diui. ff. de leg. 1. Bal. in l. quoties, C. de fideicom. & in l. 1. C. de pact. & ponderauit ante eos glo. in cap. verum. de cond. appo. & in simili, quod dispositio hominis concurrens cum dispositione legis fortiorem effectum reddat, facit gl. in §. oportet, in Aut. de iudi. colla. 6. & gl. quam ibi summe no. Ang. in Auct. de exhiben. & introducen. reis ad prin. colla. 5. & gl. in l. si mulier, §. si quis rẽ, ff. de leg. 3. quod tradit Bar. in l. 2. §. fina. ff. de vsuc. pro empto. Bald. in l. 2. C. de vsu. quæ pro liberta. Panor. in c. pastoralis, de appel. cum simil. iss. quibus locis communiter concludiur, ex cõcursu dispositionis legis & hominis fortiorem debere induci effectum, & semper hominis dispositionem aliqd vltra debere addere ad dispositionem legis.

Quia in proposita quæstione. 1. in feudo, extat primum dis-
4 positio legis ciuilis, quę vult, bona committentis in maiestatẽ principis confiscari †extat secundo lex contractus feudalis, & sic dispositio hominis, ex qua feudum sub hac conditione datum videtur, si vasallus fidelis sit, vt sequuta felonia fiat resolutio, vt infra dicetur, ergo nimirum si illa lex contractus cõiuncta cum. l. scripta debeat operari, vt ipso iure feudum eo casu reuertatur vbi alias sentẽtia esset necessaria, & cum Bal. qui hanc sententiam tenuit non habeat contradicentem nõ videtur ab eius opinione in practica discedendum, vt tradit Raphael Fulg. consi. 25. & dicit Alexan. in l. secunda, ff. de vulga. quod magna est auctoritas Bald. vbi non habet contradicentem. fuit enim virtus iuris nostri, secundum Ludo. de Roma. consi. 480. inc. in casu proposito, & de eõ in plerisque consilijs mirabiliter exclamat eius germanus Ang.

Et præsertim, qa vt dicit author tractatus, in crimine hæresis, q̃ æquiparatur crimini læsæ maie. vt ipse in sequentib. pluribus comprobat fundamentis, ita p̃ ius canonicũ statutũ fuit, & in æquiparatis p̃ legem antiq̃ hẽt locum interpretatio passiua. allegat duas gl. satis vulgares, sed in terminis melius facit gl. vulga. in c. si postq̃, §. fi. de ele. li. 6. gl. in l. 2. C. de cura. furioso, &
5 late tradit Ale. in l. centurio, ff. de vulg. vbi p̃ gl. alle. †& alia iura pro prædicta conclu. firmat, q̃ statuitur in vno æquiparatorũ hr̃e locum in reliquo, ẽt si materia sit exorbitans a regulari dispositione, vt in p̃missa qõne, & melius adhuc facit singula. tex. in l. his solis de reuo. dona. vbi probatur pũctualiter fieri extensionẽ pœnę priuationis ipso iure de casu ad casum p̃ illorũ æquiparationẽ, q̃ procedere vr̃ etiam si lex esset odiosa & vteretur dictione exclusiua tm̃, gl. singula. q̃ ibi summę Bono. Saly. no. in l. fi. C. de reuoc. dona. Moder. Papien. in aucten. non licet, C. de libe. præte. vel exhæreda, & not. Ang. in l. lege Corne. ff. de iniurijs cum simi. & facit ẽt optime, c. cum dilecta de confir. vtili vel inuti. vbi probatur, q̃ ẽt in exceptis põt fieri extensio p̃ æquiparationem, & ideo licet casus, c. cum secũdum, sit exceptus a cõi regula, propter æquiparationem põt extendi ad casus similes.

Sed hisce omnibus non obstantibus

in secreto, & veritate iuris cõtraria cõclusio tenenda est, & p̃ eius fundamento adducunt̃ tres regulæ quadratæ iuris,
6 prima generalis, †q̃ videlicet vbi non apparet expresse pœnã priuationis ipso iure impositã, semp̃ interpretatio fit vt in ipsa priuationis pœna imponenda reqratur sniã, & non fiat ipso iure, vt tradit gl. in c. quicunque in verbo innodetur, de hæret. li. 6. gl. in c. in pœnis de regu. iu. eod. li. & in c. cupientes, §. si vero, in verbo, præuentus, de elec. eo. lib. late Moder. Carro. in c. si diligenti, de foro competen. & formalius Bald. in auct̃. qui semel, C. quomodo & quando iudex. vbi dicit, quod lex in dubio non dicitur damnare quem ipso iure, sed per sententiam iudicis, l. 1. §. calumniatores, ff. ad Turp. subijciens & fortius, q̃ vbi lex disponit quem priuari cã cognita priuationis, ẽt si lex diceret priuari ipso iure, tñ semper requiritur priuatiua sniã, argu. l. de qua re, ff. de iudi. & sine dubio in ista priuatione feudi requiritur causæ cognitio, capit. 1. de feudo sine culpa non amitten. cum similib. & sequitur in terminis propriis pater

rita

Digitized by Google

ritatis Ale.conſ.124.inci.omiſſis ſuperfluis,colum.ſecũda vo-
in primo,& nouiſſime Iaſ.in l.3.§.penul.ff.ꝙ quiſque iuris in
alium ſtatue.& in confiſcatione ꝙ non fiat ipſo iure, ſed per
ſententiam traditur textualiter in l.aufertur, §.in reatu, ff.de
iur.fiſc.cum ſuis concor.prout late deducunt Doct.in l.poſt cõ
tractum,ff.de do.

7 Secunda,& ſpecialis regula eſt, †quod in crimine læſæ maieſt.ipſo iure reus non perdit dominium bonorum, licet ſtatim interdicatur ei a lege adminiſtratio, & ideo antequam bona ex eo delicto cenſeantur fiſco quæſita, opus eſt ſententia,tex.eſt rotundus in l.quæſitum,ff.qui & a quib.manumiſ.lib.qui non poteſt calumniari,quia punctualiter loqt, quod ante ſententiam reus perduellionis remanet dominus bonorum.

Aduerte quod illa lex quęſitum dicit in ratione dubitationis, quoniã dominus eſt, tamen poſtea,decidit dominum qui commiſit crimen læſæ maieſtatis non poſſe manumittere, quod poſſet ſi eſſet dominus,ſaltem fauore libertatis,quæ eſt valde fauorabilis,l.libertas,ff.de regu.iu.ideo ille tex.non bene probat,nec eſt formalis,vt dicit author. Imo habes quod poſt commiſsũ crimen bona a fiſco vendicantur,l.eorum,& l.fin.ff.ad leg.Iuliam maieſt.Ideo fiſcus erat dominus etiam ante ſententiam, adeo quod habetur ratio fructuum a die commiſſi criminis, glo.ſing.in Authen.de inceſt.nup.in verſi.imminere, coll.2.q̃ Bald.ponderat in Marga.in verſ.priuatio.& vide Barb.conſil. 70.vbi Chriſtus,colum.18.& ſequen.in 4. volum. alia vide q̃ addidi ad;d.l.quiſquis,P.Reb.

Et per ilum tex.firmat Barto.in locis allegatis per authorẽ, & idem Barto.in l.poſt contractum,ff.de dona.dum alle. dic. l.quæſitum,allegantur etiam alia iura,l.fin. C. ad legem Iuli. maieſt.in verbo punitus,& ibi firmant formaliter Cy. & Bal. expreſſe in d.l.quiſquis.Ioan.de Imo.& alij in d.l.poſt contractum,& communiter Docto.in l.ex iudiciorum,ff.de pub.iudicijs.Angel.Are. etiam prædictam concluſionem firmat in tractatu maleficiorum ſuper glo.tu hai tradito la tua patria, & idem ſentit Maria.de Senis.in conſil. 22. In primo volumi. hanc concluſionem formaliter & per literas groſſas firmat
8 etiam in feudo,†quod propter crimen læſæ maieſtatis ipſo iure non reuertatur,Car.Floren.in conſi.128.incip. in quæſtione quæ vertitur inter Andream,1.colu.ad fin. & ſequen.& eſt communior ſententia,licet præfatus author voluerit contrarium aſſerere,& licet non haberemus Doct firmantem hanc opinionem tamen tex.in d.l.quæſitum eſt ineuitabilis,& ideo ſuperflua eſt diſputatio,& omnis dubitatio,ex quo habemus tex.vt dicit Bald.in l.cum antiquioribus,C.de iure delibe.& facit,l.ancillæ,C.de fur.& propterea alibi dicit idem Bal.in quodam ſuo conſil. inci.præponitur.in 2.volu. ꝙ in cauſarum deciſionibus non per varias opiniones ſcribentium,ſed per ſillicatas vias textum incedendum eſt,vnde idem Bald. in capitu. 1.§.iudices,de pace iura.firman.admonet iudices ne in dubio a tex.& a regula recedant,& ideo etiam contra communem opinionem permiſſum eſt iudicare ſi illa non habet caſum legis,ita Ant.de Bu.in cap.tua nos col.2.de vſur.refert & ſequitur Barba.conſi.10.volu.2.& cum per legem ciuilem ita deciſum ſit,ſecundum illam feudalis materia, cum contrarium p feudales conſuetudines non reperiatur cautum, regulari dẽt, tex.ſingularis,in capit.primo,in fi.de feu.cogni.Quia ſi perquirantur omnes feudales conſtitutiones, non reperiretur tex.q decidat contrarium,ergo lege ciuili vtendum eſt, ſecundum quam,vt prædixi,in crimine læſæ maieſt. eſt expreſſum reum perduellionis ante ſententiam bonorum ſuorum retinere dominium.

Tertia regula in materia feudali

9 traditur,†quod videlicet feudum propter feloniam commiſſam non reuertitur ipſo iure ad dominum,niſi conuicta culpa per ſententiam,c.1.in princ.& §.ſi vaſallus, ſi de feu. fuerit controuer.inter dom.& agna.vaſal.& in capi. 1. de feudo ſine culpa non amitten.non enim poteſt diueſtire vaſallum ſuum etiam imperator & Rex quicunque niſi cauſa cognita & conuicta culpa,quia licet principi Deus ſubiecerit leges, & tributa,non tamen ſubiecit ei conuentiones & conſuetudines feudales quibus ligatur,& ita pulchre Bald.inquit in capi.1.de natura feu.per tex.ibi,& idem Bald.in l.princeps, ff.de legi. & in capitu.primo,de probatio. nam & Deus ex conuentione obligaretur,vt idem Bald.inquit in l.prima,ff.de pact. & ideo Panormi.in capitulo quæ in eccleſiarum de conſti. dicit, quod non creditur verbis principis atteſtantis feudatarium delictũ feciſſe propter quod priuandus eſt,quia,ſi id diceremus, facile poſſet euacuare omnem contractum cum eo firmatum.
10 quod eſſet contra,l.Cæſar. ff.de publi. †in feudo enim eſt quædam contractus in quo vltro citroque naſcitur obligatio, ca. de forma,22.quæſtio.5.l liber homo,ff.de verbo.obliga. & ꝙ de natura feudi eſt vt non auferatur niſi cum cauſæ cognitione,dicto.capitu.1.de feudo ſine culpa non amitten.ſecundum Panor.in dicto,capitu.quæ in eccleſiarum cum quo ibi Moder.tranſeunt,& idem tradit in apoſtillis ſuis in clemen.paſtoralis.de re iudicata,in fi.& Ludo Roma.conſi.352.incip. quæritur primo,ad fi. ideo Bal ſignanter dicit.in cap.1. de natura feudi.quod princeps non poteſt infringere feuda quæ conceſſit niſi conuicta culpa, & quod conſuetudoin hoc dat naturam,& eam aſſignat contractibus feudalibus, & ideo refert de imperatore Friderico,i qui fecerat commune Papiæ Comitem in certis caſtris,quod nec ipſe nec eius ſucceſſor poſſunt diueſtire vaſallum niſi conuicta culpa,& ideo ſignanter dixit Bald.in auten.omnes peregrini, C. commu. de ſucceſ. quod ex quo conſuetudo feudorum dictat quod princeps non poſſit priuare vaſallos niſi prius per pares iudicentur indigni,certe non poterit imperator ſtatuere contrarium, & quaſi abuſi
11 uas facere dignitates, †quia conſuetudo quæ diſponit iu ipſum principem maior eſt ipſo principe. idem Bald. in capitu. 1.§.1.verſicu.quæro nunquid.de noua forma fidelita. vbi etiã dicit,quod conſuetudo feudorum cenſetur ius naturale,& eſe gantius Bald.in capitu.1.§.quia vidimus,verſ.quæro nunquid imperator in ti.qui feud.dare poſſunt,decidit poſt glo. quod imperator non poteſt diſueſtire vaſallum niſi conuicta culpa, aſſignat rationem, quia bonæ & naturales conſuetudines ligant principes,quia potentius eſt ius naturale quam principatus,& quia in ore principis firmior debet eſſe veritas, alle. in lib. Eſdre.& quia non decet principem reuocare ſuum beneficium,ex quibus reſultat firma concluſio,quod nec †princeps
12 ſupremus in materia feudali commiſſa felonia poteſt vaſallũ feudo priuare niſi per ſententiam conuicta culpa, & hoc propter legem contractus qua ipſe ligatur,& vltra traditur pro regula,quod vbicunque in feudis fit mentio de amiſſione feudi propter feloniam,intelligitur culpa conuicta & iudiciario ordine,& non aliter.ita ſignanter Bald.in capitu.cæterum.de iudicijs,idem Docto.in §.quicunque.de pace tenen. per text.ibi refert & ſequitur Ioan.Baptiſta.de San.Seue. in repeti. capitu. primo,de feu.cognitio. quod indubitanter procedit reſpectu agnatorum,quia illi nunquam priuantur niſi per ſententiam probata & conuicta culpa,ita ſignanter Bald.dicit, in capitulo,primo,§.nulla.per quos fiat inueſtitura, vbi dicit vnum ꝙ eſt magis ſingulare,quod ad priuationem feudi requiratur ex authoratio de inueſtiendo, vt ſi per annulum fuerit inueſtitus,de annuletur, ſicut in clerico antequam poſſit puniri per ſecularem iudicem, degradatio, & in milite exauthoratio, quia opus eſt actu retro ſimili.alleg.l.ab emptione, ff.de pact. cum ſimilib.quod expreſſius firmat & exclamat Ioan. Baptiſta in ſuo commen.dicto,capitulo,1.de feu. cogni.ex quo ſequitur,ꝙ antequam deueſtiatur vaſallus non cenſetur feudum reuerſum ad dominum.

Succedit nunc, quod cum habeamus tres regulas quadratas iuris prælibatas, quæ etiam loquuntur in imperatore quando felonia contra eum commiſſa eſt,habemus intentionem fundatam, vt tradit glo.ordinaria in rubric.de regul.iur.in ſexto Barto.in l.quoties,ff.qui ſatiſdare cogantur,& in l.ſecunda,columna ſecunda,ad fin.ff.ſiquis in ius vocatus non ierit.Bald.in capitu.1.colum.3.de alie.iudicij mutan.cau.facta.Panor.in rubrica,extra vt lite non conteſtata, & bene probat text. in l. ſuus quoque,verſicu.puto,ff.de hæredibus inſtituen. & in capitu.venerabilibus,§.fina.verſicu.poteſt quoque, de ſentent.
13 excommunicatio.lib.6.quibus iuribus trita eſt doctrina, †ꝙ habens pro ſe regulam dicitur intentionem habere fundatã, adeo quod dicens aliquem caſum excipi a regula teneretur præciſe illum probare, & hoc eſt quod dicebat Speculator in in titu.de officio,iudicis.§.octauo verſiculo quinto,quod ſtare omnino debemus regulæ quando caſus aliter non reperitur exceptuatus,& propterea ſignanter dicit Ioan.And. in capitulo ſalubriter,de vſu.quod nunqnam a regula textuali debet diſcedi per aliquam exceptionem niſi expreſſe oſtendatur text.pro limitatione regulæ,& probatur formaliter in capitulo,ſecundo de coniugio leproſo,& in capitulo ſane, 15.quæſtio.tertia.vnde regulæ tenaciter inhærendum eſt ſicut Bononienſes adhæreut carocio.ita gloſſ.ſingularis,licet vulga. in l. omnis diffinitio,ff.de regu.iur.& Bald.in capitulo primo,§.iudices,de pace iuramen.firman. admoneo inquit vos iudices ne in dubio a text.& a regula recedatis, & idem Bald. in l. prima,C.de ſacroſan.eccle.in uerſicu.ſed quæro quid in deportato,& in l.ſi tutor,C.de ſeruo pigno.dato manumiſſo, dicit,ꝙ tenaciter regulis inhærere debemus, niſi aliquid ſpecialiter & expreſſe ꝯrium inueniatur,& idem Saly. inl. ſi hominem, ff. mandati, vbi iuuebitur contra dimittentes regulas,

niſi

Digitized by Google

nisi pro limitatione habeant tex. & ideo cum Bal. voluerit sine tex. formare exceptionem in crimine lęsæ maiestatis, retorquendum est in eum qđ ipse dicit de gl. in l. res publica, C. ex quibus causis maio. quod ipse dicit de glo. in l. res publica, C. ex quibus causis maio. quod ipse loquitur ex capite suo, quia sine lege. & ideo An. de Bu. de Bal. dicit in c. consultationibus. de iure patronatus quod plerunque dicta Bald. carent neruo rationis & legis, & ideo non est illis multum adhærendum. p̃ sertim cum ipse dicat expresse contra tex. formales iuris, & ẽt vt per præmissa patet, quod aliter sensit in multis locis. & in effectu ista est vera & indubitata conclusio, quicquid dixerit auctor tractatus, salua pace dixerimus.

Nec obstant fundamẽta quę pro contraria parte adducta. Et primo dum allegatur capitulum,
14 cum secundum, de hæreticis. † Respõdetur q̃ antequam in eq̃ paratis passiua extensio locum habeat, requiritur quod æquiparatio sit facta per modum regulæ, ita tradit eleganter Matheus de Matheſi. in tractatu extẽsionis, quem sequitur Aret. in §. ius ciuile, Inst. de iure naturali gentium vel ciui. Decius nouissime in c. translato. de const. Quia vt infra dicetur, crimẽ lęsę maiestatis & hæresis non æquiparantur per modum regulæ.

Secundo respondetur & peremptorie, q̃ in pœnis quæ imponuntur ipso iure, illa extensio passiua æquiparatorum non habet locum etiam propter identitatem rationis, ita signanter voluit Ioan. And. in regula odia. de regu. iur. in vj. firmat & sequitur Bald. in l. de quibus. 6. colum. ff. de lega. & expresse in crimine læsę maiestatis tradit Socin. consi. 275. incip. in causa fratrum. ad fi. v. colum. in 2. parte.

Tertio rñdetur, quod deberet esse æquiparatio facta p̃ oĩa, ita q̃ omnino eadem militaret ratio, antequã fiat extẽsio pœnæ, ita glo. no. in c. 1. in verbo. sane de voto. in 6. & in c. constitutus. in ver. prorogamus. de reg. co. lib. & firmat expresse ĩ hoc crimine Soc. in consi. alleg. sed vt infra dicetur non est ęquiparatio per omnia inter hæc duo crimina, sed est longum discrimen, igitur &c.

Quarto & peremptorie, quia specialiter contrarium reperitur decisum per ius ciuile in d. l. quæsitum. quæ loquitur in ca
15 su indiuiduo. † & sic vtrunq; ius debet obseruari in foro suo, nec enim ius canonicum etiam expresse legem ciuilem corrigere posset, nisi in concernentibus forum animæ, vt late traditur in c. fi. de præscr. per gl. in reg. possessor. de reg. iu. in 6. gl. c. 2. de arb. in 6. Doct. communiter in c. cum esses. de test. Nec ob. c. primum. de noui. ope. nun. vbi traditur q̃ ius ciuile dubiũ p̃ jus canonicũ declaratur, nam minor deficit, qa cũ habeamus casum legis Rotundum, quæ non reperitur aliquatenus correcta per aliam legẽ nouam, non est dubium, & hoc est q̃ dicit gl. singularis in Auct. de non eligendo 2. nubentes, §. 1. col. 2. q̃ dicit, q̃ superuacuo dubitabat Imperator. cum esset casus legis alle. l. ancillæ. C. de fur. quare sublatũ est fundamentũ prĩcipale authoris in hac materia. Nec ob. authoritas Io. An. & aliorum, quia dicendum est cum Aug. in cano. ego solis. 9. dis.
16 &c. Et cum tex. in §. sed neq; ex multitudine authorũ. l. 1. C. de vete. iure enucleã. † & qa in dicente non authoritas sed rõ põderanda est, vt dicit Hiero. super Hieremiam. & probatur ĩ ca nó. fin 19. di. vñ dicit Car. in cons. 78. q̃ nunq̃ Io. An. voluit ĩ opinione cedere nisi inquantũ vrgebat rõ, & habemus q̃ eũ auctoritatẽ Bar. q̃ non est minoris põderis, imo longe maioris ĩ foro Cęs. in quo eius opinio vt idolum solet adorari, vt refert pulchre Bal. de eo. & Rapha. Cuma. in auct. nisi breuiores, C. de sen. ex periculo recitandis. & dicit Ang. cons. 204. q̃ tremẽs auderet dicere q̃ opinionẽ Bar. cũ fuerit lucerna & speculum iuris, & refert Io. Bap. de S. Seuerino in tra. de modo studendi, q̃ opinio Bar. in foro deficientibus legib. obseruatur p̃ textu, & multa de eo commemo. Fran. de Cur. in cons. 56. col. 4. quæ opi. melius est fundata, quã ẽt tenuit Bal. vt dixi, q̃ nõ est modice auctoritatis, tenuerũt ẽt plures alij Doct. legistæ supradicti, ita vt cõior sit, qb. magis standũ est in prato Cęsaris, & in his quæ sunt iuris ciuilis. arg. gl. singularis in cano. vt veterũ. 9. di. & expresse Phi. Dec. in c. 1. de q̃st. dicit p̃ illã gl. q̃ magis opinio. Bar. in iure ciuili stãdũ est q̃ opi. Io. An. & eq̃ in iure can.

Ad secundum fundamentum † q̃ vidlicet ĩ feudo sit speciale vt bona cõmittẽtis ipso iure applicentur fisco, eo qa dupliciter prin. p̃sona offenditur, & qa facilius auferẽt dñium vtile q̃ directũ, eo q̃ quęlibet res facile ad primę uã nãm redeat, rñdẽt, q̃ istud fundamẽtũ est valde debile, primo, qa p̃ istud fundamẽtũ nõ allegat aliqs tex. expressus, nec in simili, q̃ tñ esset necessariũ, attento q̃ habemus regulas in q̃riũ. Scđo, dñs feudi est op⁹ q̃ deligat ex qua cã velit feudũ acquirere, nã respectu fisci pęna dr̃ cã lucratiua, pariter reuersio feudi respectu dñi feudalis, licet p̃ vltionẽ iniuriæ reuertatur ad dñm, qa nihil sibi abest de pęna, q̃ dicat esse cã lucratiua, probatur in l. mulctarũ, ibi, compẽdia de mõ mulctarũ, C. & ex ratione legis in summa. & l. q̃ placuit, de iure fisc. ff. & in ti. C. de pœn. fiscalib. creditores p̃ferri, lib. x. & est tex. in Auct. de nup. §. si vero altera. col. 4. ĩ reuersione aũt feudi ad dñm, licet nõ p̃prie cã lucratiua dicat, dr̃ tñ quasi lucratiua, vt dicimus ĩ actione noxali, l. apud Celsum, §. si qs aũt, ff. de doli mali & metus exceptione, q̃ oĩno, vt ibi tradit, ęquiparat̃ causæ lucra
18 tiuæ. † Quia succedit in delictis duas causas lucratiuas in confiscatione concurrere non posse, vt expresse tradit Bar. in l. Męnius, §. duorum testamentis. de le. 2. & p̃pterea licet duplex qualitas non reponit delictum in diuersis speciebus, & vbi ita esset vna lege duntaxat, cum ex vtraque executio quantum ad priuationem feudi fieri non possit, agendum est, iuxta tradita in l. senatus, ff. de accusa. vbi Bar. & in l. nunquam plura, ff. de priua. delictis. & in l. si gemina, ff. arbo. fur. Cęsarum. Saly. plene in l. qui de crimine, C. qui accu. non pos. Bal. in l. qui sepulchra, C. de sepul. vio. vbi dicit, q̃ duplici lege pœna in executione imponi non potest. alleg. l. prætor edixit. §. j. ff. de iniurijs & idem tradunt cõiter scriben. in l. quicunque, C. de ser. fug. & coadiuuatur ex regula tradita in l. in numerationibus, ff. de solu. & in l. 3. §. ex pluribus, ff. de acquiren. possessio. vbi traditur,
19 † q̃ ex pluribus causis eodem vel diuersis temporibus concurrentibus dominium eiusdem rei quæri nõ potest, & præsertim in causis lucratiuis, quarum prohibitus est concursus, l. inter stipulantem, §. penul. ff. de verb. obli. vbi late Docto. qui alleg. concor. & sic concluditur, quod necesse est ex altera duntaxat, & non ex vtraque coniuncta, inferri debere ad perditionem & confiscationem bonorum feudalium. Quia quælibet causa separata, vt dictum est, illud non operat̃, igitur &c. imo & si vtraque concurrere posset, non reperitur iure cautum, q̃ concursus duplicis causæ operetur priuationem dominii ipso iure, & pœna priuationis ipso iure nunquam imponitur nisi in casibus a iure expressis, ita text. formalis ad propositum in Auct. de non eligendo secundo nubentes. §. cum igitur. ibi, cũ nulla lex sit aliquid tale dicens. col. 2. quem ponderat Bald. in auct. ex testamento. C. de secun. nup. & bonus tex. in l. & si quis, §. diuus autem, ff. de relig. & sum. sune. glo. quam ibi Pan. dicit singularem in capitu. fi. de iure patrona. † & multa congerunt Moder. in capitu. querelam, de iureiurand. quæ videri possunt. imo placet retorquere fundamentum adductum per authorem contra eum, nam dum ipse se fundat in l. contractus feudalis, illa vt supra pluribus rationibus comprobatum est, operatur vt dominus sit obligatus vatallo ad non diuestiendum, nisi culpa conuicta, & maiorem causæ cognitionẽ adhibere teneatur propter legem contractus feudalis cui subijcit̃, & sic antequam ad eam priuationem deueniat ad causæ cognitionem adhibendam maiori vinculo est astrictus, vt supra late dictum fuit, etiam in imperatore, contra quem non est dubium, quin quis incurrat læsæ maiestatis crimẽ. Nec obstant iura quæ vltra authorem supra deduxi, quod videlicet in
a 21 pœna priuationis fit extensio p̃p rationis identitatem, nam, vt supra dictum est, hoc non habet locum in pœna priuationis quæ ipso iure imponitur, & iura allegata loquuntur in reuocatione donationis, quæ fit per viam actionis, tum etiam, quia non militat, vt in sequentibus dicetur, omnino eadem ratio in vtroq; crimine, hæresis videlicet, & læsæ maie. cum lõge grauius sit diuinam quam humanam offendere maiestatem, vt infra subijcietur, tum etiam quia induceret̃ correctio. quæsitum. & in correctorijs etiam ex identitate rationis non debet † fieri extensio. glo. in auctẽ. quas actiones. C. de sacrosanct. eccles. i. late Docto. in l. si constante ad princip. ff. soluto matrimonio. & facit gloss. in capitu. cupientes, §. quod si per viginti. de electio. lib. sexto cum similibus. Non obstat pariter aliud fundamentum eiusdem authoris, dum dicit, quod res de facili reuertitur &c. nam licet suam rationem comprobet Alexand. quem ipse non allegat in l. cum mulier, ff. solu. mat. vbi voluit quod in materia feudali in qua agitur de amissione dominij vtilis solum, facile fit extensio, quia facilis est reuersio &c. tamen salua pace tanti Docto. dixerim, cõfunditur ex doctrina singulari Barto. in l. secunda C. de fund. patrimo. lib 11. vbi dicit quod ita difficilis est ablatio vel priuatio dominij vtilis sicut directi. & exclamant omnes in l. Gallus, §. & quid si tantum, ff. de liberis, & posthumis & per illud dictum Barto. reprobat dictum Alexand. Ias. de Mayno. in l. cum quidam. ad finem, quarta columna, ff. de liberis, & posth.

Ex quibus omnibus præmissis quadrata sequitur conclusio, quod etiam in crimine læsæ maiestatis commisso contra principem dominum feudi, feudum non reuertitur ad dominum feudi, ipso iure, sed requiritur sententia, quod præsertim respectu agnatorum, vt supra dixi allegando Bald. in §. nulla. in fine titulo per quos fiat inuestitura. non habet aliquod dubium, & ita intrepide tenendum puto, quicquid dixerit author.

Digitized by Google

22 Ex quibus etiam correlarie infertur, † cum requiratur ſententia ad priuationem feudi etiam ſi delictum eſſet notorium, non poterat procedi ad executionem, licet. n. dicat Inn. in c. ex parte. de ver. ſign. quod in notoriis debet potius procedi exequendo quam condemnando, & Bal. in c. ad noſtram, tertio. de iureiurã. dicit quod in notoriis ordo eſt ordinem non ſeruare, tamen antequam ad id deueniatur, & pęna cenſeatur impoſita, requiritur quod ſuper illo notorio interueniat ſententia, vſque adeo quod notorium non ſufficit, vbi requiritur ſententia, maxime in materia priuationis, ita expreſſe in materia feudali tradit Bal. per tex. ibi in ca. vnico. qualiter dominus feudi proprietate priuetur, vbi dicit forma litet notorium non haberi pro ſententia, & in materia criminali quod requiratur ſententia, nec ſufficiat notorium expreſſe dicit Bal. in l. fi. per illum tex. C. de male. & mathema. & ideo dicebat Bal. in l. ſi maritus. C. de do. inter vir. & vx. & in l. nam ita diuus. ff. de adop. & in l. cum fratrem. C. de his quibus
23 vt indig. † licet epiſcopus ſit notorius homicida, non tamen debet deponi ſine ſententia, & iuris ordine non ſeruato, & dicit Bal. in c. ad noſtram. in 3. de iureiu. quod etiam in notoriis pars eſt citanda, & ſententia eſt ferenda, quod in eis etiam requiritur talis qualis cauſæ cognitio, quia ſententia debet ferri de facto, ad quod allegat ca. cum ſit Romana. de appellat. Et. l. ea quidem. C. de accuſat. Et pro hac opinione mea, vltra prædicta, adduco glo. communiter approbatam in capit. euidentia. de accu. quæ expreſſe dicit, quod ſuper notorio ſententia eſt ferenda, & idem dicit Bal. in d. l. cum fratrem præallegata, & firmant Moder. in l. ſi vero. in §. qui pro rei qualitate. ff. qui ſatiſda. cogan. & Ang. multum no. in l. libertas. in §. fi. ff. de ſta. homi. vbi dixit, quod ſi ſtatutum dicit quod condemnatus de maleficio poſſit impune occidi, quærit, quid ſi non eſt condemnatus, ſed crimen eſt notorium, an poterit impune occidi, & dicit videtur ꝙ ſic, quia notoriũ æquiparatur ſententię, vt in l. emptorem. in prin. ff. de ac. empt. vnde in notoriis proceditur executiue, ideſt poteſt incipi ab executione, vt in l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infamia & no. Innoc. in c. ſtatuimus. de offi. deleg. & in c. ex parte in Chriſto. de verbo. ſigni. veritas tamen eſt in contrarium, dicit ibi Ange. quia hoc notorium non æquiparatur ſententiæ, & dicit quod pro hoc eſt caſus in l. quicunque. quæ eſt lex fin. C. de malef. & mathe. quod dicit eſſe notorium, pro quo facit quod voluit Bal. in l. presbyteri. la prima. in 3. colum. ibi, ſecundo quæro. C. de
24 epiſ. & cleri. † vbi dicit, quod licet iudici ſit notorium, tamen non procedit ad cõdemnationem, niſi citet, quod dictum refert Fel. in cap. cum olim. in 8. colum. poſt me. de re iudi. & vltra adduco deciſionem Bar. in l. decem. ff. de verbor. oblig. Ludou. de Roma. & Iaco. in l. fin. ad prin. ff. ſi cer. peta. vbi dicunt quod licet non ſit opus diſcuſſione, vbi notorium eſt debitorem non eſſe ſoluendo, tamen requiritur ſentẽtia, per quam declararetur ita eſſe, & adduco tex. ſingularem quem. nullus Moder. allegat in c. cum dilecti. de purga cano. in verbo nimirum ſi crimen notorium exiſtebat, non erat illi indicẽda purgatio, ſed in eum condemnationis ſententia promulgata, & ibi lucerna iuris canonici Io. An. dicit, no. quod hic eſt tex. qđ ẽt in notoriis ferenda eſt ſnĩa diffinitiua. nec ſufficit ſolum p̃ceptum iudicis, etiam ſi reus cõfiteatur ſtatim, ex quo deſtruitur altera concluſio authoris, dum dicebat, quod confeſſio operabatur effectum ſententiæ, vt bona cenſerentur cõfiſca-
25 ta ipſo iure. † nam & in pœnis ſecum trahentibus executionem, confeſſio non ſufficit, vbi requiritur ſententia, vt tradit glo. in c. ſuper eo. in princip. de teſt. & in c. denique. de except. & probatur in l. 3. §. lege, ff. de teſti. & in l. qui ad ſtatum. ff. de pœnis. & in l. qui iudicio. ff. de bonis eorum qui mortem ſibi conſciuerunt. & in l. ſi confeſſus, vbi Barto. plene. ff. de cuſto. reo. & Spe. & Bal. quos allegat author, numquam dixerunt illud ad quod ipſe eos allegat, ſed loquuntur duntaxat quod ratione confeſſionis pœna efficitur tranſitoria ad hæredes, ſed quod propterea bona ipſo iure confiſcentur ſine ſententia, numquam dixerunt aliquid, & infideliter referuntur per authorem tractatus, ſalua ſua dixerimus honorificentia, vt verbis vtar tex. in cano. neque. ix. diſtinctione.

S V M M A R I V M.

1 *Feudũ an dicatur nouum vel antiquum, ſi vaſallus feudo priuatus ipſum recuperet. & ibi, quod debita per compoſitionẽ reformata non amplius cenſenda ſunt hæreditaria.*

2 *Res ſemel alienata & per hæredem recuperata, penes ipſum eſſe cenſetur ex noua cauſa, & ædificium radicitus deſtructum, ſi reædificetur, omnino nouum dicetur.*

3 *Princeps rem ſuam infeudando de nouo, legem quam vult dicere poteſt.*

nam feudum iuxta principis voluntatem regulari debet.

4 *Verba quæ in conceſſionibus principum ponuntur plene intelligi debent, & reſtituere quid ſit.*

5 *Reſtitutio quæ fit ad bona eſt pleniſſime interpretanda.*

6 *Princeps facere poteſt vt factum pro non facto habetur.*

7 *Feudum quod reſtituitur, ex quadam ſubrogatione antiquum eſſe cenſetur.*

8 *Feuda quo ad alienationem ad inſtar rerum patrimonialium ſunt redacta.*

SEcũda quæſtio quæ ſe exa-
1 minãdam offert, eſt, † nũ videlicet, ſi vaſallus feudo priuatus fuerit, & poſtea reſtitutus, feudum recuperatum dicatur nouum vel antiquũ. in qua quæſtione author tractatus allegat iura ad vtranque partem. & ſatis plene tangit materiam, ſed ego conſiderandum puto, an videlicet feudum fuerit veraciter acquiſitum domino per realem apprænſionem poſt ſententiã latam etiam ex veris probationibus, & tũc ſi per viam gratiæ fieret reſtitutio cum alteratione qualitatum ſubſtantialium, & non conſtaret ex verbis quod princeps velit iure feudi antiqui concedere, tunc ſine dubio procederet authoris concluſio, per iura quæ ipſe adducit. vltra quæ facit quod ſingulariter dicit Angel. in conſ. 31. incipien. domi. Philippus. vbi pulchre dicit, quod debita reformata per compoſitionem non dicũtur amplius hęreditaria, quia renouata cauſa non dicitur hæreditaria, & ſic primæua allega. l. cum hæreditas. ff. ad trebel. & idẽ tradit pulchre Aretinus in conſi. 168. incipien. in quæſtione poſita, col. penultima, & facit bene tex. in l. ſi ad me. ff. ad l. falcid. quam author ſequenti quęſtione ad aliud propoſitum allegat. vbi
2 probatur, † quod res ſemel alienata, recuperata per hæredem, dicitur eſſe penes eum, ex noua cauſa, eo quod ſemel exiuiſſet dominium ſuum, & ibi Bartolus, & Alexander inferunt ad quęſtionem de emphyteuta alienante, & poſtea recuperante &c. & optime quadrant tradita per Baldum, & alios in l. ab emptione. ff. de pactis. quam Ioan. Raynaldi pro hac opinione adduxit. vbi dicunt, quod vbi eſt ſemel facta traditio, & translatum dominium, ſi poſt diſſoluatur ille contractus, cenſetur eſſe nouus contractus, vt & noua gabella debeatur, & ita etiam tradit Baldus in l. ſi prædium. C. de ædil. actione, Baldus, & Angelus in lege, iuriſgentium. §. adeo. ff. de pactis. idem Baldus, & Salyce. in lege ſecunda, C. quando liceat ab emptione diſcedere. cum ſimilibus. Et in ſimiliſolet dici, quod quando ædificium omnino deſtructum eſt, tunc dicetur, ſi reędificetur, omnino nonum ędificium, vt late tradit Iaſ. in l. ius ciuile. allegata per authorem, & latius in repetitione l. quominus. ff. de fluminibus & præmiſſa ſine ſcrupulo procedunt, quando princeps non eſt vſus, verbo reſtituo. ſed ſi verbo, reſtituo vſus fuerit, tunc etiam poſt apprænſionem feudum dicitur antiquum, ad
27 †Primo,ex parte delinquentis,qui puniretur in filiis & in nepotibus & ſic pœna trahaeretur vltra ſuos limites. Secundo & fortius ex parte filiorum, qui ſine culpa plectuntur punirē tur duplici pœna. Primo pœna infamiæ & inçapacitatis quātum ad ſeipſos.Secundo punirentur altera pœna grauiori ꝓpter punitionē ſuorum filiorum iuxta rationem auctoris, & ſic pœnæ ſęueritas maxime temperanda in eo qui non deliquit extenderetur,quod reuera eſſet cōtra omnem ęquitatē & iuſtitiani,& in talibus benignior aſſumenda eſt interpretatio.l.vulg.præſes.& l.interpretatione.ff.de pœnis. & propterea Bald.in l.moneo.C.de ſeruis expotan.dicit,quod in talibus benignus dēt eſſe iudicantis animus.& idem Bald. in l. precib. C.de impu.& aliis ſubſti.pulchre inquit, quod pro liberatione iudicantis animus ſemper inclinari debet.& propterea ſingulariter voluit Barba.conſi.60.in 1.volum.quem refert Decius in cap.1. fi.colum.de conſtitu.quod in materia criminali eligenda eſt & ſequenda opinio quę liberationi faueat,etiam ſi eſſet ſingularis.allegat in ſimili ſingulare dictum Hoſtien.

in c.ſi

Digitized by Google

in c.ſi vir.de cogna.ſpiritua.tex.in cap.fina.de re iud.cum ſimi li.& præſertim vbi pro illa opinione ſũt meliores & fortiora fundamenta.cap.capellanus.ibi,ſubtilioribus &c. de feriis.l.1. §.ſed neque.C.de vete.iur.enuclean.cum ſimi.

a8 Ex quibus omnibus elicio hanc concluſionem.† videlicet pœna incapacitatis & infamiæ inflicta filiis per l.quiſquis non trahatur ad nepotes,tanquam veriorem & æquiorem in cauſarum deciſionibus amplectendam puto,maxime in conſiſtorio principis,in quo ſecundam æquitatem procedi dẽt.et nõ ſecundum.l.ſcriptam rigoroſam.vt ſingulariter tradit Barto.in l.præſenti.C.de his qui ad eccle.confu.& Franci.de Aret. in l.ſi ſeruum.§.ſequitur.ff.de verborum obligatio.& facit qđ voluit Bald.in l.fina.C.de legi.quod tradit idem Barto. in l.vna.C.vt quę deſunt aduoca.cum pleriſque ſimilibus quæ congerit Fel.cap.ad petitionem.de accuſa.& alibi ſæpe Doct.

SVMMARIVM.

1 *Pœna legalis quiſquis. quæ infligitur filiis, an locum habet in iam natis.*
2 *Delictum patris quo in ſeruitutem redigitur,filiis poſtea natis dũtaxat nocere præſumitur.*
3 *Qualitas odioſa patri ſuperueniens,filiis antea natis non obeſt.*
4 *Natura rerum teſtis optimus.*
5 *Iura antiqua in filiorum ob delicta parentum punitione coriguntur per noua.*
6 *Crimen læſæ maieſtatis poteſt per mulieres denunciari.*
7 *Interpretatio paſſiua reſtrictiua legis ciuilis per legem ciuilem potius quã per canones fieri debet.*
8 *Qualitas quæ naturaliter in eſt difficilius tollitur quam ea quæ accidentaliter.*

1 SEptima quæſtio Quæ in hac materia proponitur eſt,†an videlicet pœna. l.quiſquis.habet locum in filijs iam natis.in qua quæſtione.quicquid dixerit author tractatus, breuiter concludendum puto, quod pœna dictæ. l.quiſquis. non habeat locum in filiis iam natis,& hæc opinio primo comprobabitur auctoritate.Secũdo ratione & auctoritate,videlicet Petri de bella Pertica Doctoris excellentiſſimi. & Cyni de Piſtorio qui fixo pede ita tenuerunt in di. l.quiſquis.quam etiam tenuit ibi sũmus practicus.Ioan.Fabri.ſequitur etiam Ange. licet autos illum allegauerit in contrarium & male, & hanc concluſionem tanquam benigniorem,magis fauorabilem & æquiorem ſequitur, & dicit amplectendam optime conſcientiæ vir Ioan.de Anania in capitu.vergentis.de hæreti.& in effectu videtur eſſe communior concluſio,& huiuſce cõcluſionis ratio, & fundamentum aſſumitur primum per l. ſecun.quam allegat author.C.de libe.& eorum libe.vt formaliter dicitur,† quod de-
2 lictum patris propter quod ipſe in ſeruitutem redigitur nocet filiis duntaxat poſtea natis & non ante. ratio eſt ſecundum Bald.quia qui poſtea naſcuntur hi contrahunt originem a linea iam infecta.ita dicit ibi Bald.in 1.colum.3.no.verſi. item no.ex quo ad propoſitum infertur,quod cum filii delinquentis in crimine lęiæ maieſtatis ea ratione puniantur quod originem ex ſanguine infecto trahunt, qua ratione criminis paterni exempla in eis metuuntur, quam rationem formaliter aſſignat Cy.in l. ſancimus.C.de pœnis.Io.An.in regu.ſine culpa.de regu.iu.in 6.& Salice.in l.quiſquis.& formaliter Philippus Decius in ſæpe allega. conſilio ſexageſimoquarto.quam rationem in ſimili affinat tex.in peccato primi parentis. in §. ſed his exemplis.4.quæſtio.1. quod duntaxt poſtea nati qui ex ſanguine infecto naſcuntur,& non antea puniuntur.

Secundo facit,quia ſi regulariter dignitas patris non proſit filio antea nato,vt duntaxat hi ab ea qualitate paterna priui legientur qui poſt eam adeptam concepti ſunt.vulga.l.emancipatum.§.fina. ff.de ſenato. & tradunt omnes poſt gloſ. in l. imperialis.§.his illud.C.de nup.Barto.in l.ſenatores.de dignitati.lib. 12.C. & in l.quicunque.de princi.agen.in rebus.eod.
3 lib.& l.filium ſenatoris.ff.de ſena.cum ſimi. a fortiori, † nec qualitas odioſa debet contrahi in antea nati. ſed duntaxat in naſcituris.

Nec obſtat.l.moris.§.fin.ff.de pœnis.l.filii.§. primo.ff.de decurioni.quia ille leges loquuntur vt filii pœnam enitent, tũc enim compræhenduntur etiam antea natis, alias ſecus ut in iuribus allega.

Tertio pro hac concluſione facit.l.pri.§.fin.ff.de bono.poſſeſ. contra tabu.l.ſi necem.§.ſi deportatur.ff.de bonis lib.quæ tradũtur.in l.diuo.C.de quæſtio.cum ſimi.quibus iuribus cautum eſt caſum ſuperuenientem patri non debere obeſſe filiis antea ſuſceptis,nec reddere illos incapaces ſucceſſionis, & eſt communis concluſio, quod in odioſis maxime ſuperueniens macula patri non ſolet nocere filijs antea natis, & etiam naturaliter videmus, quod vitium naturale patris non ſolet inficere filios antea natos,ſed duntaxat poſt natos,quaſi exceptione infecta contrahatur vitium,ſic etiam in caſu. d.l.quiſquis.ſumptum delictum imitationis morum paternorum puenit ex infecta origine conceptionis in qua pater tribuit formam ratione cuius filii ab eo cenſentur omnino deriuari,& quantum ad inclinationem naturalem ſimiles patri effici,ſed qualitas quæ ſuperuenit patri poſt natiuitatem filiorum non poteſt infundi in antea natis & conceptis qui receperunt formam ante infectionem parentis,ſecundum qualitatem tunc in patre exiſtentem, & iſta eſt ratio naturalis ſecundum quã licet arguere.vt pulchre dicit iureconſultus in l.ſcire oportet. §.ſufficit.ff.de excuſa.tuto.& cura.in verbo,& ex ipſa naturali iniuſtitia.& propterea dicit Bald. in l. teſtium. C. de teſti. in 7.
4 colum. §. quod nõ poſſumus habere meliorem teſtem quam rerum naturam, & propterea legem pedagogam naturæ appelat Ange.in conſilio cx.incipien.ſanctiſſima & illuſtriſſima regina,& propterea Bald.in l.vna.in princ. C. de cadu.tollen. dicit,quod optimus legis clipeus eſt ratio naturalis. vnde idẽ Bal.in l.quoties.C.de ſuis & legi.hæredi.dicit, quod virtus legis eſt in ratione naturali,quia lex ſpeculatur in natura,& propterea Bald.in conſilio 467.incip.quæſtionem in v. parte.pulchre dicit, quod ratio naturalis quæ eſt ratio certa & indubia habetur pro lege ſcripta,& eſt idem quod iuſtitia naturalis,& ideo præualent rationibus coniunctis, ſicque in propoſito, cum, vt dixi, ſecundum naturam in antea natis non poſſit qualitas infectionis infundi,nimirum ſi delictum paternum eis non noceat,quia cum non ſint nati in vitio non præſumũtur ita infecti.& licet illa.l.quiſquis.loquatur indiſtincte,tamẽ debet recipere interpretationem & a natura ipſa,& a legibus ãntiquis loquentibus in ſimili materia,per quas leges nouę limitantur & reſtringuntur.glo.vulga.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſ dare cogan.& glo.in Authen.offeratur.C. de litis conteſta.gl. in §.ſed hodie.Inſtitu.de ſatiſda.& in §.ſuſcepto.in Authen.de exhiben.reis.colum.v.Barto.in l.ſed & poſteriores. ff.de legib. & in l.omnes populi.ff.de iuſtitia & iure. pulchre Io.de Imo. in l.ſi vero.§.de viro.ff.ſolu.matrimo.& Alexand.conſi.centeſimoſeptimo.quinto.volumi.cum ſimi.†& præſertim vbi agi
5 tur de correctione iuris antiqui,vt in propoſito,vt ſupra dixi, corriguntur iura antiqua in punitione filiorum.tunc enim ẽt ſi in l.noua eſſet appoſita clauſula, non obſtantibus quibuſcunque legibus, debet illa lex noua declarari per antiquam. vt voluit glo.valde ſingularis in Authen.de hęredi. quæ ab ĩteſta.in princip.in verb.vacantibus. colum. nona. & idem firmat Barto.in extrauagãti ad reprimẽdum. in verbo,non obſtantibsu. Ludon. de Roma. conſilio trecenteſimouigeſimoſecundo.& alibi ſæpe Docto. cum & præſertim hic agatur de odio irrationabili & prędiudicio tertio inferendo ſine culpa, quo caſu ſumma debet fieri reſtrictio, ne quis indebite damnum patiatur,per id quod dicit glo.ſingularis quam ibi ſumme no.ſcriben.in l.fina.§.in computatione. C. de iure deliberan.& tradit in propria materia Franc.de Areti.conſilio 39.in fi.vbi allegat quotas alias.tum etiam quia eadem ratio limitationis,vt dixi,verſatur hic ſicut in aliis iuribus,vt etiã deduxit Ioan.de Ana.in di.cap.vergentis.de hęreti.qui hanc opinionẽ expreſſe tenet & firmat.

Non obſtant fundamenta quæ per auctorem in contrariũ adducuntur,quę ſunt in effectu quatuor.Primo dum dicitur quod neceſſe eſt.l.quiſquis.intelligi de antea natis, eo qa quaſi inutilis eſſet in poſtea natis.cum tex.dicat,pater gladio feriatur,& ſic non poteſt intelligi de poſtea natis, ex quo pr̃ mortuus eſt. namadmiror, & non parum quod tale leue fundamentum auctor adduxerit.†quippe coniuratio in principem
6 vel proditio pariæ poteſt longo tempore manere inulta, uel quia tales proditiones ſoleant occulte,& ſecrete,fieri qua ratione lex voluit vt per mulierem denunciari poſſent.l.in quęſtionibus ff.ad legem Iuliam maieſtatis.vbi tex.ſingularis loquitur de Iulia muliere quæ detexit coniurationem Catilinę. vel quia propter potentiam vel alias tales conſpiratores non poſſunt facile depræhendi, & per longum tempus nonnunquam liberi a pœna reliquuntur, quo tempore non eſt dubium quin poſſint concipere liberos, licet poſtmodum puniantur capite,& ideo argumentum auctoris non concludit, quia concluſio quam ſupra tenuimus loquitur in liber.natis ante crimen,& non poteſt vrimen ante ſententiam, & ſic nihil ad propoſitum. & eadem reſponſio ſatisfacit ponderationi tex.dictæ.l.quiſquis.in ver. vxores.vbi loquitur de lucris applicandis filiis.Nam debet intelligi filiis ſuſceptis poſt crimen commiſſum.& l.fina.de bonis proſcrip.in verbo,ad poſteros, nihil facit,quia loquitur in pœna confiſcationis quę nimirũ ſi tranſeat ad filios etiam antea natos vt ſupra diximus in prę cedentibus quęſtionibus.

Secundo adducitur text.in cap.ſtatutum. de hæreti.in 6.& in cap.

Digitized by Google

in c.fœlicis. de pœnis. eod.lib. cum quibuſdam alijs in quib. dicit auctor eſſe expreſſum in criminibus de quibus ibi crimi ni læſæ maieſtatis ſecundum eum æquiparantis pœnam imponitur filijs habere locum etiam in filiis ante crimen commiſſum natis. Nã eſto quod illa iura per eum allegata de neceſſitate probarent, tamen non poteſt inferri quod ita ſit in
7 propoſito noſtro. †Primo, quia vbi agitur de interpretatione reſtrictiua paſſiua legis ciuilis, illa debet potius fieri per alterã legem ciuilem, quam per ius canonicum, eo quia in habenti bus ſymbolum, facilior eſt tranſitus. ita in ſimili eleganter cõcludit Petrus de Ancha. conſilio 93. incip. iſta domina. Idem Petrus de Ancha. in conſi. trecenteſimo uigeſimo quarto. incipien. viſo puncto. colum. fina. & idem tradit Pau. de Caſtro in conſi. 130. incipiẽ. dubitatur primo. colum. 5. vbi dicunt, ꝙ vbi agitur de intepretatione reſtrictiua vel declaratione alicu ius legis municipalis, illa debet potius aſſumi ſi poſſit ex alia lege municipali quam ex lege ſcripta, eo quia in habentibus ſymbolum &c. & ſic in propoſito infertur, quod declaratio. l. quiſquis. potius debet fieri ex aliis legibus ciuilibus quam ex decretalibus. Secundo reſpondetur, quod, vt late diximus in quæſtione de filiabus, longe diuerſa ratio militat in crimine hæreſis, quam in crimine læſæ maieſtatis. Tertio dicit, quod ratio. l. quiſquis magis militat ī filiis antea natis quam in naſcituris, eo quod illi viderint mores paternos, & potuerunt ex conuerſatione aſſidua magis paternorum morum imitatores effici, nam reſpondemus, quòd illa conuerſatio ſalua ſua pace dixerimus, non eſt ita fortis ſicut in fuſio qualitatis quæ naturaliter imprimitur in conceptione, vt qui nati ſunt poſt infectam voluntatem patris eius imitatores præſumantur, illa quidem quæ ex conuerſatione prouenit, ſuperuenit accidentaliter, cuius effectus facile tollitur per punitionem pater nam propter quam filij retrahuntur a delicto, vnde difficilius tollitur, vt patet de per ſe, †quod naturaliter ineſt, vt in filijs
2 poſtea natis quam quod accidentaliter ineſt ratione conuerſationis in filijs ante natis. Non obſt. pariter dum dicit, quod alia ratio erat in l. ſecun. C. de libe. & eorum lib. quam in d.l. quiſquis. quia grauius eſt crimen læſę maieſtatis &c. nam licet iſtud crimen in ſe grauius ſit, tamen quantum ad pœnam filijs infligendam eadem ratio militat in vno ſicut in altero, eo ꝙ originem trahãt a linea idem infecta. Quarto & poſtremò deduxit glo. in cap. vt commiſſum. §. denique. de hæreti. cum quibuſdam alijs glo. per quas vult inferre, quod in crimine læ ſæ maieſtatis habente in punitione filiorum ſpecialem rationem non debet diſpoſitio noua. l. quiſquis limitari per alia iu ra loquentia in alijs criminibus. nam vnico verbo reſpondemus, quod fundamentum ſuum procederet niſi vtroque caſu eadem ratio militaret, ſicut in caſu ſubiecto eſſe ſupra apte demonſtrauimus. ꝙ ita formaliter reſpondet Ioan. de Ana. in d.c. vergentis. Ex quibus concludendum puto hanc opinionem tanquam ęquiorem & benigniorem eſſe amplectendã in cauſarum deciſionibus, per quæ diximus ſupra in fine prę cedentis quęſtionis.

S V M M A R I V M.

1 *Princeps an poſſit filio reſtituti a pęna criminis læſæ maieſtatis gratiam concedere, vt delictum patris reincidentis ei non noccat.*
2 *Reſcriptum remittens pœnam ante delictum commiſſum eſt nullum.*
3 *Prohibitus vinum portare, cenſetur prohibitus portare lagenam cauſa deguſtationis.*
4 *Statutum eſt nullum quod pęna pecuniaria punit homicidium.*
5 *Remiſſione pęnæ prohibita, prohiberi cenſetur eius diminutio.*
6 *Filius pro patre puniri non debet ſecundum legem naturæ.*
7 *Obligatio naturalis ex tacito conſenſu delictis ineſt.*
8 *Pęna ante delictum commiſſum remitti poteſt, & qui ex alieno punitur delicto.*
9 *Filii legitimi efficiuntur per oblationem curiæ.*
10 *Princeps in his caſibus diſpenſare poteſt in quibus & legem condere.*
11 *Homicidium quando & quali pecuniaria pœna puniri poſſit.*
12 *Dolus præſumptus futurus remitti poteſt, non autem verus.*
13 *Mens principis manifeſta eſt omnino obſeruanda.*

1 QUæritur †Nunquid princeps poſſit filio eius ꝙ alias incidit in crimen læſæ maieſtatis, & fuit reſtitutus, præſcuatiuam concedere gratiam, vt ſi pater reincidat, filio, dummodo patri non præbuerit aſſenſum, delictum paternum non noceat, & in effectu eſt quærere an princeps ante commiſſum delictum poſſit remittere pœnam quæ imponitur filio ex delicto paterno. & quia tenuiſſime in hac quæſtione, ſalua ſua pace dixerimus, locutus eſt author, examinabimus hanc quæſtionem ad vtrãque partem. Et primo pro parte negatiua, ꝙ princeps non poſſit facere talem gratiam, adduco, vltra, allegata per authorẽ, deciſionem ſingularem Bal. in l. eam. C. de fideicommiſ. colum. 12. vbi punctualiter ad propoſitum dicit, quod princeps non fingere circa impoſſibile, vt quia contra bonos mores, vt infert, ꝙ non poteſt legitimare ſpurium antequam naſcatur, eo quod patri ſpurij futurum dolum remittere videtur, & daret occaſionẽ delinquendi, ſubijciens, quod licet delicto commiſſo poſſit remitti pœna tamen antea non, quia remitteretur pęna & reatus. propterea Sali. poſt Iaco. Butri. in l. caſtitati. C. ad l. Iuliam
2 de adulte. dicebat, †quod reſcriptum dãs remiſſionem pœnæ infligendæ ante commiſſum delictum non valeat, quia inuitat ad delinquendum. & quia remiſſio fit pœnitenti, ſed pœnitere & operari ſimul ſtare non poſſunt, quæ ratio vltimo loco poſita militat & in filiis in quibus ſecundum Salice. delictum præſumptum punitur, & ſic eis dolus futurus præſumptus remitti videtur qui non videtur poſſe remitti ſicut nec verus dolus. vt ſingulariter dicit Pau. de Caſtro in d.l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.

Secundo confirmatur, quia princeps non poteſt aliquid turpe vel inhoneſtum facere, quia licet ſit dominus legũ, non tamen eſt dominus morum. vt ſingulariter dicit Bald. in ſpeculo ſuo ſuper Innocen. & facit quod idem tradit in l. 2. C. de ſerui. & aqua. & in §. vaſallus ſi feudum. in titu. ſi de feu. fuerit contro. Or omne quod tendit ad materiam delinquendi eſt turpe quibuſcunqne verbis prolatis. vt ſingulariter dicit Bald. in l. 1. in 6. colum. C. de his qui pœnæ nomi. ſed in propoſito daretur occaſio delinquendi, ſaltem facilius, cum pater magis amore filiorum quam timore proprię pœnæ a delicto retrahi poſſit, vt deducit author. igitur talis remiſſio non videt valida, vnde prohibita remiſſione pœnæ principali delinquẽti ne tribuatur occaſio delinquendi videtur prohibitum omne prępparatorium, propter quod facilius peruenireturad illud, ar. l. oratione ff. de ſponſa. quod tra. glo. in l. item quia. §. fina. ff. de pac. vnde elegantet Bald. inquit, in l. 1. C. quę res vẽdi
3 prohibent. †quod prohibitus portare vinum prohibetur portare amphoram deguſtationis gratia. idem Bald. in capi. nam concupiſcentiam. de conſti. pulchre dicit, quod prohibitum in termino prohibetur & in via. ſed in patre in quo pœna terminatur iſtud prohibetur, ergo & in filio, per quem, ſi impunis remaneret, poſſet ad delictum via prępparari, omnino eĩ tollenda eſt occaſio delinquendi. l. ſi a reo. §. item quod vulgo. vbi Barto. ff. de fideiuſ. l. conuenire. ff. de pac. dotalibus. l. 1. cum glo. de eo quod certo loco. l. in commodato. in princ. ff. commodati. glo. in l. ſcire. C. ut in poſſ. lega. & propterea elegãter dicit Barto. in l. cum lex. ff. de legi. & in l. omnes populi. de iuſtitia & iu. quod quando lex pœnam remittit, intelligitur ꝓ prętteritis caſibus, & non pro futuris, ne prętletur occaſio delinquendi, & ſequitur Albe. in vlti. parte ſtatutorum. quęſ. lvj. incip. ſimilis quæſtio. Angel. in conſilio ſexageſimo ſecundo. inncip. ex themate. in ſecundo dubio. Sal. in l. ſecun. per illum tex. C. de generali aboli. & alibi ſæpe Docto. & propterea dicunt Docto. quod non valet † ſtatutum imponens pœnam
4 pecuniariam pro homicidio, eo quod occaſio delinquendi præſtaretur. vt no. Hoſtien. & Abb. Moder. in cap. fina. de conſue. Alberi. in ſecun. parte ſtatutorum. quæſtio. 122. incipien. item quæro. cum ſimi. vt tradunt Ioan. de Ana. & Modern. in rubrica de homicidio, & proptera traditur pro firma concluſione, quod per legem vel ſtatutum non poteſt introduci, vt filii ſpurii ſuccedant eo quod patres facilius delinquerẽt & alicerentur homines ad delictum. vt tradit Federi. de Senis in conſi. 330. ordine meo, ita conſuluerunt Iacob. Butri. & Paul. de Leaza. ſequitur Bald. & ibi Ioan. de Imo. in l. teſtamenti. factio. ff. de teſta. Bald. in l. i. C. de iure aureorum annulorum. & late Io. An. vbi multa iura allegat in addi. Spe. in ti. de ſucc. ab inteſt. ver. quid ſi pater circa fi. Pet. de Anch. in c. 1. q. 11. principali. de conſtitutio.

1 Confirmatur † fortius, quia vbi Prohibetur remiſſione pœnę, & illius diminutio videtur prohibita, qnia, etiam quando pœna conſueta minuitur occcaſio delinquendi præſtari dicitur. licet in totum pęna tollatur. ad hoc allego tex. ſingularem in l. in operis C. de pœnis. ſicq; cum in propoſito diminueretur pœna patris ex remiſſione facta filio, præſtaretur occaſio delinquẽdi, quare ex oĩ capite talis pœnę remiſſio non videretur valida. & hæc ſunt quæ lõge magis aſtringuunt quam quæ per authorem deducuntur, ſalua ſua honorificentia dixerimus, quibus tamen non obſtantibus contraria concluſio eſt veriſſima & intrepide tenenda, quod videlicet valet tale reſcriptum per quod pœna remittitur filiis, qui ex alieno, non prępprio puniuntur delicto, immo tale reſcriptum eſt ſummæ æquitatis & iuſtitiæ. cum enim, vt ſupra diximus in quæſt. filiabus. l. illa quiſquis. contineat odiũ irrationabile, & quandam tyrannidem ſapiat reſpectu filiorum qui non delinquerunt, gratia in contrarium cõceſſa valde. fauorabilis (eo quod per illam ad ius primæum naturæ &

ciuile

Digitized by Google

ciuile antiquum redeatur, † secundum quæ non debet filius pro patre puniri) censenda est,& ideo est valde amplianda, p id quod dicit glo.singularis.in capitu.statutum. de præben.lib. 6.facit.c.ab exordio.35. di.& vulga. l.si vnus. §.pact.ff.de pact. & propterea dicebat singulariter Panormi.in cap.veniens.de præscript.colum.6.quod licet alias prælatus non possit iura ec clesiæ remittere,tamen si remittat tale ius ex cuius remissiõe redeatur ad primæum ius & statum, valebit & tenebit remissio.& multa congerit Felyn. in cap.cum accessissent. de constitu.nemini dubium,quod si pœna filiorum quæ est ex causa valde odiosa,cum puniantur culpa aliena,remittatur,redditur ad ius primæuum diuinum & ciuile antiquum vt pmissum fuit,ergo tale rescriptum, remissiuum illius pœnæ maxime validum & fauorabile censendum est.

7 Confirmatur † nam regulariter In delictis dicimus inesse obligationem naturalem ex tacito consensu qui videtur inesse in delinquendo facto ipso futuræ pœnæ consentire videatur, eaque ratione maxime ad pœnam obligatur,vt tradit glo.l.1.§.fina.ff.de postulan. & glo.in l.si seruus.ff.de his qui no.infam.tex.singu.in l.imperatores.ff. de iure fisci.in versicu.tu huic pœnæ te subdidisti. quæ obligatio non potest dici inesse respectu filiorum, quin nec expresse vel tacite facto ipso possunt censeri consensisse pœnę, & sic in eis omnino cessat causa obligationis ad pęnã,quare nimirum si remissio eis facta valeat, & propterea lex dicit facile parcendum eis qui non suo sed alieno morbo laborant.l.lege.C.de natur.lib.vndę licet testator possit de bonis suis disponere ad nutum,quia disponat testator & erit lex.vulg.§.disponat.in Auth.de nup.colum.quar.tamen non potest facere vt propter culpam vel negligentiam vnius ex hæredibus suis alius qui non fuit in culpa puniatur in sua portione hæreditatis,tam exosum iura habent vnus puniatur pro alio. text. est singularis in l.pater.ff.de hære.instit. & ideo nimirum si lex cõtinens talem punitionem censeatur valde rigorosa, quam prĩceps per suam gratiam moderare possit.

Secundo expressius deduco ad propositum formalem decisionem Bald.in loco satis trito, videlicet in l.rescripta.Codi.de preci.impera.offeren.† vbi dicit,quod licet principaliter delinquenti non possit remitti pœna ante commissum delictum, tamen bene potest remitti ei qui ex alieno delicto punitur, quia tunc non videtur quantum ad illum remitti dolus futurus,sed duntaxat pœna, allegat.l.illud.ff. ad le. Aqui.& l.si familia.ff.de iurisdom.iudi.

Tertio adduco decisionem magis expressam Franci. de Aret.in l.3.in fi.3.colum.ff.de testam.vbi eleganter dicit,quod licet non valeat constitutio disponens aliquid ad fauorem delinquentis, per quam datur materia delinquendi, quia non est honesta, & per consequens nulla, tamen si disponat principaliter ad fauorem alterius qui non est particeps delicti,licet aliquando pęna imponatur vni pro altero.vt ipse ibi loquitur in filiis spuriis qui puniuntur ex delicto paterno,constitutio principaliter edita in eorum fauorem, licet videatur dare occasionem delinquendi patri,esset valida,& pro hoc videtur tex.quem ipse adduxit in Authen. quibus modis natu. essi.sui.§.fina.in verbo,non vtendo.vbi dicit tex.quod Constãpromulgauerat quandam l. super spuriis nascituris in eorum fauorem ad quam imperator non habet respectum, quia nõ vtendo perempta est. & sic datur intelligi, quod antequã tolleretur per non vsum erat valida. & hoc probatur in eodem Authen.primus modus.vbi imperator statuit † vt per oblationem curiæ filii efficiantur legitimi, & succedat parentib.quæ 9 lex videtur dare occasionem pariter delinquendi.& sequerentur. quod non valeret.cap.cum haberet,de eo qui duxit ĩ matrimonium.vbi permittitur,immo de necessitate, pater tenet alere filios spurios,quæ tamen permissio videtur ampliare habenas concupiscentię,sed quia principaliter fit in fauorẽ filiorum,qui puniũtur ex alieno delicto valet,debemus enim attendere principalem intentionem,& quod principaliter agit. l.si quis nec causam.ff.si certum peta.l qui exceptionem. ff.de cond.indeb.& ideo ĩ principe.Bal.concludit in l. cunctos. populos.C.de summa Trinita.& fide Catho. quod posset per legem permittere vt relinqueretur filiis spurijs,& tamen nõ est dubium quin daretur occasio delinquendi patri. igitur a fortiori,si posset legem condere & corrigere iura contrarium dicentia, & omnino tollere, poterit dispensare in casu particulari.vnde Marianus Soc.in c.ad audientiam. pe.charta.de ho. 10 in versicu.quinto arti.dicit,† quod in omnibus casibus in quibus princeps potest legem condere ipse potest dispensare, immo facilius, nam legatus non potest contra leges statuere,& tamen dispensare potest,ut tradunt But.& Imo. in cle.secun. de rescrip.per glo.ibi, & sequitur Andr.Sicu.in cap.cum omnes.de consti.qui enim condere potest,& relaxare.iuri. vulga. cum princeps per legem generalem posset,si vellet, & de hoc non est dubium,cum sit mere ius positum,totam legem, qs quis.quantum ad pœnam filiorum abrogare, ergo a fortiori in aliquo casu particulari poterit contra illam dispensare, & præsertim ibi non ex toto deletur pœna paterna, licet enim statuta quæ tribuent remissionem futuri delicti non valeãt, tamen quando diminuunt de pœna statuta, quia adhuc remanet aliqua pœna propter quam potest quis retrahi a delicto,valent talia statuta.ita singulariter tradit Nellus in prima parte secundi temporis in suo tractu de bannitis. quæstio. 11. vbi elegantissime loquitur,refert & sequitur Ioan Bapt. de S. Seuerino in repetitio.l.omnes populi.ff. de iustitia & iure.sed in proposito non ex toto pœna patri remittitur,sed duntaxat diminuitur,non principaliter, vt dixi ad fauorem filii non delinquentis.& hoc est quod dicebat Bal.in §.iniuria.de pace firman.vbi dicebat,† quod licet communiter concludatur non valere statutum quod imponit pœnam pecuniariam pro ho- 13 micidio,& remittit corporalem,tamen si illa pœna pecuniaria sit magna,vt verisimiliter propter illam quis possit retrahi a delicto,valebit tale statutum.& sequitur Ponta.in suis singularibus.& allega.tex.no.ad propositum in §. pœna. Institu.de iniur.sed in proposito,pœna, quæ vltra pœnam filiorum dẽt imponi patri, quæ est pœna mortis longe grauior quacunq; pecuniaria non est dubium quin possit patrẽ retrahere a delicto,ergo valet remissio pœnæ filiorum,non enim est dubiũ quin in talibus maior sit potestas principis quam legis vel statuti,pulchre Bald.tradit in Authen.hoc amplius. C. de fideic. & facit.l.si diuina domus cum ibi no.C. de exacto.tributo.libro decimo.cum simi.& huic fundamento respõdeat author vel Appollo.

12 Confirmatur & fortius, † nam licet dolus verus futurus non possit remitti. iuribus communibus,tamen dolus pręsumptus futurus remitti potest.ita singulariter dicunt Io.An.in nouel.& Anto.de Butri.in cap.fraternitatis.de testi.& idem voluit.Bald.in l.pri.in fi.Cod.de vsufru. & facit glo.singu. in l. vbi exigitur.ff. de edendo.quę eleganter dicit, quod licet minor non restituatur aduersus dolum verum,tamen restituitur aduersus dolum prætumptum, sed ĩ proposito prout dic.l.quisquis est in verbo metuuntur.præsũptus dolus & malitia filiorum punitur,qui a pręsumũtur imitatores morum paternorum,potuit autem ille futurus dolus pręsumptus remitti,ergo & pœna.

Nec obstat quod non sit apposita clausula, non obstante &c.quia ubi constat omnino de mente principis non est op° illa clausula non obstante.ut voluit eleganter Bald. in l.rescripta.Cod.de precibus impera. offeren.si bene ponderentur ei° verba.& propterea Anto.de But.in cap.ex parte.secun.de foro compe.dicit, † quod ubi constat de mẽte principalis illa om- 13 nino obseruanda est quamuis dura.& licet non sit apposita clausula,non obstabte,nec debet referri ad ius commune, & idem expressius tradit Domi.in cap.statutum.in princ.colum. quarta.in fi.de rescrip.lib.6.sed hic constat omnino de mente principis &c.

Secundo respondetur,quod vbi actus aliter non potest valere nisi de plenitudine potestatis, tunc princeps ita faciendo pręsumitur velle illa ita vti.pulchre tradit Pau. de Castro in l. eximpefecto.C.de testam.Modern.in cap.quæ in ecclesiarum. vbi alleg.aliasu qotas.de consti.sed secundum mentem authoris tractatus,non videretur nisi ex plenitudine potestatis potuisse concedi hæc gratia preseueratiua,ergo princeps illa prę mitur vsus,cum aliter valere non posset eius concessio.Ex prę missis etiam patet facilis solutio ad argumenta in contrarium adducta,quod videlicet daretur occasio delinquendi, nam ex prædictis plene potest responderi, & propterea non insisto, sed finaliter cõcludo talem præseruatiuam gratiam optimo iure validam censeri debere.

SVMMARIVM.

1 *Literæ principalis gratiosæ in curia præsidis non integratę an possint ei qui eas obtinuit.*

2 *Impetrans literas principis gratiosas,ante integrationem illis se iuuare poterit,si opus fuerit.*

3 *Gratiæ principum executionem secum trahentes,non indigent alia executione.*

1 NOno quærit author † An literæ huiusmodi,si non fuerint integratæ in curia præsidis vel alterius magistratus possint debeant prodesse ei qui alias obtinuit,in qua quæstione etiam multa deduci possent. sed breuiter concludo,quod defectus integrationis in casu subiecto, vbi non agebatur de præiudicio tertii,& sic non erat opus causæ cognitione in concessione gratiæ non impedit effectum

lite

Digitized by Google

literarum, quippe in aliis literis etiam remissionum verũ est quod requiritur integratio, quia etiam literæ important causæ cognitionem, cum agatur de præiudicio tertii, sed in proposito, vbi agebatur de simplici dispensatione gratiosa, & de solo præiudicio concedentis, non erat opus aliqua causę cognitione. Ita pulchre tradit Inno. in ca. nisi cum pridem. in fi. de renuntia. Bal. in l. fi. C. quibus res iud. non nocet. Panor. in c. cum olim, de re iud. & ibi late Fely. & alibi sæpe Doctores.

2 † Secundo respondemus, & peremptorie, quod etiam vbi esset opus integratione, ante illam poterit impetrans se tueri, ex sua gratia. ad hoc adduco quod in simili tradit Pau. de Ca. in l. mulier. §. non est dubitandum. ff. ad Trebellia. & l. si creditoris. C. de fideicommis. vbi dicit, quod si bannitus obtinuerit gratiam vt cancelletur a banno, poterit illa vti etiam anteq̃ realiter cancelletur, ita quod si ex statuto permittebatur impune offendi, non poterit tunc propter suam gratiã, licet nõ fuerit executa, offendi, †quia in gratiis principum, maxime q̃ secum trahunt excusationem, vt in remissione de qua in proposito, non est opus altera executione, quia per se operantur effectum, vt in simili in priuilegiis tradit Bal. in c. ad audientiam, de præscr. & faciunt multa q̃ congerunt Moder. Papien. in l. quoties. C. de rei vendi. quare concludo, quod in proposito non erat opus aliqua executione quam secum literæ habebant, cum non ageretur de alterius præiudicio, nisi solius concedentis, & ita debet intelligi & limitari stylus qui allegatur per authorem.

SVMMARIVM.

1 *Filius cui princeps concessit, vt non obstante paterno delicto succedere possit in omnibus iuribus &c. non possit extraneis succedere.*
2 *Legitimatio qua fit respectu bonorum paternorum non extenditur ad successiones collateralium.*
3 *Remissio pœnæ ob delictum paternum facta filio ampliſſime extendi debet.*
4 *Argumentum a maiori in materia quantuncunque odiosa est validum.*
5 *Extensio & si prohibita sit, si tamen ratio expressa sit in lege, fieri potest.*
6 *Dispensationes odiosæ non sunt ampliandæ, licet bene fauorabiles.*
7 *Ius quærendum facilius abdicatur quam id quod iam quæsitum est.*

1 PRimo quæritur an † si per tales literas princeps concesserit filio vt non obstante delicto pater non possit ipse succedere in omnibus iuribus, bonis paternis, an videatur rehabilitatus, quantum ad successiones aliorum, videlicet agnatorum vel cognatorum? & concludit author tractatus, quod illa gratia, videtur esse quædam dispensatio odiosa, quæ non debet extẽdi. allegat in simili c. primum. de filiis presbyteror. in vj. allegat etiam decisionem Ant. de Butr. in c. per venerabilem, qui fil.

2 sunt leg. quod legitimatio facta †respectu bonorum paternorum non trahitur ad successiones collateralium, & idem tradit Ang. & fortius quem ipse non allegat consi. xvij. vbi dicit, quod antequam valeat legitimatio quãtum ad successiones collateralium requiritur quod interueniat illorum consensus, alioquin non valet, secundum eum. Sed hisce minime refragantibus, quæ reuera non obstant, in proposito contrariũ verius de iure videtur, & ad id dicendum moueor. Primum,

3 †q̃ videlicet illa remissio pœnæ quæ fit filio sit ampliſſime extendenda, eo quod per talem remissionem ad ius primęuum redeamus, secundum quod in crimine lęsę maiestatis nõ puniebantur filii ex delicto paterno, quo casu etiã lex alias correctoria quæ non debet extendi, deberet ampliſſime interpretari gl. sing. alleg. in q. prędecessor in cap. statutum. in verbo, numerandum. de præben. in vi. & Anto. de Bu. in c. olim tibi. de verborum sig. Alex. in l. si constante. ad prin. ff. solu. matr. Iason ĩ auct quas actiones. C. de sacrosanct. eccle. cum similibus. sicq; cum princeps remiserit pœnam futuram, et habilitauerit quãtum ab bona paterna, debet trahi ad successiones aliorum, cum, vt dixi, sit valde fauorabilis.

4 †Confirmatur, quia in materia quantumcunque odiosa, bonum est argumentum a maiori. l. nec ea. vbi Bar. ff. de adulte. l. in suis. in fi. ff. de libe. & post hũ. & per glo. in c. in literis, de restitutio. spoliato. & facit tex. in ca. cum illorum. de sentent. excommuni. & in cano. miramur. 23. q. prima, & in l. idignus, ff. de senato. & in l. si cui ex facto. ff. de seruis export. & in l. relegatorum. §. dictum, ff. de interdictis, & relegatis. & in terminis in simili est tex. reforma. in c. per venerabilem, qui filii sint legitimi. Si igitur prīceps voluerit vt delictum paternum nõ noceret filio in bonis & iuribus patris, quibus magis debebat priuari quam successione collateralium. a fortiori videtur voluisse remittere etiam quantum ad successionem collateralium, quod maxime sine dubitatione procedit vbi princeps assignat rationem generalem, vtpote si forte dicat, quod non vult quod filii sine culpa puniãtur propter delicta paterna, tunc enim licet postmodũ dum taxat de bonis & bonis patris faciat mentionem, extenditur talis gratia ad omnes successiones, eo quia ratio qua fuit motus concedens tendit ad sublationem effectualem radicis, propter quam rationem licet extendere etiam dispensationes odiosas ad non expressa, vt formaliter voluit Abb. moder. in c. at si clerici, §. de adulterijs. de iud. & licet Fel. in c. postulasti. de rescri. voluerit in hoc reprehendere Abb. tamen communiter omnes illum sequuntur, vt refert Decius in d. §. de adulter. & assignatur ratio, †quia

5 licet alias extensio prohibeatur, tamen si ratio sit expressa in l. fieri potest, quia tali casu extensio non videtur; sed dispositio legis immediate reputatur. & ita in materia correctoria q̃ est valde odiosa. dicit Bal. in auc. quas actiones, colum. 1. in fi. versi. sed ego dico, C. de sacrosanct. eccle. per tex. in l. his solis, C. de reuo. don. vbi etiam Bal. in j. no. & idem Ba. l. in l. si quis seruo persuaserit. colum. 2. versi. & adde. C. de furtis, & nota. Alex. per illum tex. in l. cum mulier. in v. no. ff. sol. matri. Nam quando in pluribus casibus vna & eadem ratio decidit omnes casus, sicut genus comprehendit species, ita ratio generalis diuersas species casuum complectitur. vt no. tradit Paul. de Cast. consi. 334. præsens casus. colum. 2. Alexan. in consi. 75. videtur. colum. 1. lib. v. & idem Bal. in auc. post fratres. versi. item fraten. C. de legi. hęr. & idem dicit in c. secundo requiris. in prī. de appell. Non obstat quod licet eadem ratio sit, tamen videt extensio, quia illud non est verum data idẽtitate rationis, sed haberet locum si arguatur a similitudine rationis, vt declarat Pau. de Cast. in consi. prędallegato.

6 Confirmatur, qula iura quæ dicunt, †quod dispensationes non sunt ampliandæ, intelliguntur de dispensationibus odiosis ad beneficia propter ambitionem restringendam c. quamuis. de rescriptis. lib. 6. vbi vero essemus in alia materia in qua posset fauor inesse, tunc debet extendi & latissime interpretari sicut alia beneficia principum, ita pulchre Panormit. & ibi omnes Moder. in illo §. de adulte. idem Panormit. in c. ad aures. de rescr. sed in proposito non potest esse magis fauorabilis gratia quam ista, vt supra dixi, ergo latissime dẽt extendi, quibus casibus duobus prędictis non procedit dictũ Host. vulga. in c. postulasti. vt ibi tradunt Moder. & in aliis iuri. alleg. potest autem, vt diximus in prędecessorum quæstionibus, colligi mens & intentio finalis principis, & ratio qua motus fuit secundum quam oportet regulare suam concessionẽ ex suis præfationib. & verbis proœmialib. l. fi. vbi expresse not. Bal. Ang. & Imo. ff. de hæredi. instit.

7 Confirmatur † vlterius, quia si per restitutionem quæ post delictum commissum conceditur recuperentur iura cognationis, vt est tex. optimus in l. i. §. qui mortis, ff. ad tertu. & probatur etiam in l. j. in fi. ff. de bono. pos. contra tabul. & ibi declarat Bar. & pariter recuperantur iura fidecommissi, cuius nondũ dies cessit. l. Arist. ff. de manu. vindi. & l. ex facto. §. fi. vbi late omnes. ff. de vulga. maxime secundum iura hodierna. vt tradit Bal. in l. cunctos. populos. C. de summa Trinitat. & plenissime Socy. in l. si cognatis. ff. de rebus dubiis. vbi plenissime tangit, a fortiori ista remissio quę fit ante delictum commissum debet illud operari, quia multa impediũtur fienda &c. l. patre furioso. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. & facilius abdicatur ius quærendum quam ius quæsitum. l. qui autem. in prī. ff. de his quæ in frau. credi. Inn. in c. admonet. de renuntia. Fed. de Senis. consi. 9. Cardi. & Imo. in c. j. de locato. Panormi. in c. potuit. eo. tit. Alex. consi. 142. volum. sed ante delictum cõmissum non erat aliis agnatis vel collateralibus quæsitum ali quod ius excluſiuum filiorum, ex habilitate a successione, sed duntaxat erat quęrendũ vel vt ipsi alii succederent, vel q̃ eis non succederetur, quę fuit ratio motiua Antonii de Butr. igitur tale ius facile auferri potuit.

Ex quibus concludo, quod in casu subiecto concurrentib. præmissis gratia præseruatiua ab incursu futuræ pœnæ extenderetur generaliter ad omnes successiones, nec restringeretur propter expressionem bonorum paternorum, maxime vbi dicitur in iurib. & prerogatiu is &c. quia iura, & prerogatiuæ, partis, maxime qui est comes vel dux, sunt vt ipse sit habilis ad omnes successiones, & honores &c. Ex quibus prędemissis sunt resoluta fundamenta in contrarium adducta per authorem, & ideo non est opus amplius insistere circa illorum solutionem.

SVMMARIVM.

1 *Gratia cauere debet impetrata qui contrauenit contentis in ea.*
2 *Contractus principis quando habeat vim legis.*
3 *Sententia declaratoria requiritur in pœnis quæ sine executione infliguntur ipso iure.*
4 *Probationes liquidissimę requirũtur antequã pœna priuationis incurratur.*

5 *Deli-*

Digitized by Google

5 *Delictum maius a paruo dignoscitur ex pœnæ qualitate.*
6 *Petitio veniæ non est sufficiens probatio delicti.*
7 *Actus sequens ad præcedentis actus declarationem tendens quando suũ sortiatur effectum.*

VNdecimo quæritur, si princeps in concessione gratiæ præseruatiuæ apposuerit clausulam, quod si filius cui fiebat gratia consentiret patri in proditione, vel conspiratione contra principem, vel faceret seu consentiret aliquid quod posset redundare in præiudicium principis esset priuatus eoipso commodo suæ gratię, an si filius tale quid postmodum fecisset reperiatur ipso iure priuetur commodo gratię, in qua quæstione & si posſemus multa allegare contra authorem, breui tamen perstringemus stylo, & supposito pro vera conclusione † ꝙ
1 ex contrauentione ipso iure priuetur effectu gratię, vt tradũt late Docto. Moder. in d. §. pactus ne peteret. l. si vnus. ff. de pact. post Barto. quem author alleg. & idem Bart. in l. tale pactum. §. qui prouocauit. eodem tit. & latissime disputat in si. Phi. Decius consilio centesimoquarantesimoquarto: cuius fundamẽta referre pigeret. tamen ponderanda est, ratio, in qua Bart. se fundat & cœteri Docto. quæ est, quod quando talis clausula apponitur ab habente potestatem legis condendę, cum eius cõtractus pro lege habeatur, nimirum si actio ex delicto quæ semel extincta pacto priuatorum suscitari non potest, ex dispositione tamen legis bene potest suscitari, cuius vim contractus principis obtinet, ex illo suscitetur, & illa est ratio præci-
2 sa scribentium. sed ego reperio † quod ita demum contractus principis potestatem legis condendæ habet vim legis quando in ipso contractu exprimitur, vt singularitet colligitur fuisse de mente Barto. in consi. quod incipit ex facto proponitur ꝙ nobiles viri, prout eum refert & sequitur maximus Doctor Ioan. Bapti. de sancto Seuerino in repeti. l. omnes populi ff. de iust. & iure. vbi etiam dicit, quod repetit istud dictum relatum a quibusdam Mod. in l. i. ff. de consti. prin. ideo ita deberet temperari conclsio auctoris quando esset expressum quod haberet vim legis, alioquin talis clausula videretur regulanda vt pactum priuatorum sed circa id non insisto, sed dico, quod talis clausula operaretur superueniente reincidentia ipso iure priuationem commodi gratię requireretur quod liquidissime constaret aliquid tale esse commissum ex quo pœna priuationis gratię incurrebat, vt probat tex. sing. in l. in testõ. ĩ prin. ff. de cõd. & de. quẽ ita ad propositũ Bal. alle. in c. j. quali. domi. feu. proprie. priu. & alibi sæpe. & facta liquidatione, eẽt opus ꝙ ita declaret per sniam, vc3 vasallum ꝯueniſſe ꝓmissioni suę, & ex hoc priuatũ fuisse. nam vi per multa ꝯcludit Soc. in consi. sæpenu. aĩo reuolui &c. ꝙ edidit pro Florẽtinis, & est positũ inter consilia Frã. de Curte consi. 20. col. 11. in fi. & duodecima per totũ. † ꝙ ẽt in pœnis quę infligunt ipso iure
3 sine executione requirit snia declaratoria, quicqd dixerit Fel. in c. Rodulph. de rescrip. & in c. cũ non ab homine, de iu. vnde qñ reperitur aliqua snia lata ꝯ vasallum cui fuit gratia præseruatiua concessa, nisi exprimeret cã rebellionis ꝯ personã principis non censeretur ex illa cõditionatus. sed ex alia leuiori. vt probat tex. in l. præses. ff. de pœ. quem ad hoc allegat Panor. in c. aduersario. de excepti. & hinc dicit glo. sin. in l. hęc. n. ff. de suspec. tuto. ꝙ sententia quæ potest censeri lata ex causa irrogante infamiã. vel ex cã quæ nõ irrogat, ex ea cã tanꝙ læuiori lata præsumit, adduco ẽt alterã gl. singularẽ in c. si confirmationẽ, de ele. in 6. quæ eleganter dicit, ꝙ si non apparet quare fuerit cassata electio, in dubio præsumit potius cassata ex defectu formę, ꝙ ex vitio electi, tanꝙ ex leuiori cã & minus nociua. & idẽ in simili tradit Rota deci. 14. in antiquis in Spe. ẽt in alio casu simili. in ti. de offi. iud. §. desinit. ver. quid si reus vbi allegat. d. l. hæc. n. & in effectu est cõis ꝯclusio, quæ maxi-
4 me in qõne ꝓposita ꝓcedit, eo † ꝙ ad incurrẽndã pœnã priuationis, vt dixi, requirunt liquidissime probationes sup facto, ex quo illa incurrenda est, nec est verũ ꝙ sola incarceratio sit sufficiens ad probationẽ delicti hmõi, imo est valde insulsum id dicere, qa incarceratio potuit fieri ex alia cã ẽt graui ꝙ ex cã delicti ꝯmissi ꝯ principẽ, tũ qa incarceratio non præsuppo nit plenã probationẽ delicti, qa ꝓt fieri ex solis indiciis, vt sũt iura tritissima, minus vz dũ dicit ꝙ ꝯdẽnatio ad petẽdũ. veniã satis demõstrat delictũ fuisse ꝯmissũ ꝯ psonã principis, nã placet retorquere suum fundm ꝯ eũ, nã pœna & delictũ sibi ad inuicẽ confident Bal. & Alex. in l. j. ff. ne qs eũ, & in l. decuriones. C. ex qb. cau. infa. irroga. & pulchre Ant. de Pra. veteri in quodã ꝯsi. posito in fi. primæ partis ꝯsiliorũ Barb. ꝓpea Barba. ꝯsi. 47. incip. præclare scribit primo Regũ. in antepe. c. 2. par. dicit,
5 † ꝙ ex qualitate pœnæ cognoscitur maius delictũ a paruo pœna. n. dẽt cõmensurari delicto, vt p multa iura cõprobat Bal. in c. 1. in j. no. de vas. qui ꝯ cõst. Loth. licq; est ꝯns, ꝙ est pœna imposita arguitur quale fuerit delictũ, sed pœna petitionis venię, vel ꝙ iterato pstet iurm fideli. &c. non est pœna quæ solet, & debet imponi ex factione, vel conspiratione ꝯ principem, quę longe grauior est, igitur non prsumit fuisse tale delictũ,
6 de iure petitio † veniæ non est sufficiens, pbõ delicti. gl. sing. in capi. exhibita. de homicidio. quam exclamat & sequitur Ludoui. de Roma. in l. j. §. nunciatio. ff. de noui opc. nun. & potiꝰ prsumendum est vasallum fuisse condemnatum ad petendum veniam ad placandum principis animum forte motum ex relatione malsuolorum qui & plerumque solent incolere principum curias, quam ex alia causa graui contra principẽ, qa tũc verisimilius est ꝙ maior fuisset imposita pœna. & istud maxime sine dubitatione procedit, qñ postmodum ꝓ principẽ & pares curiæ fuit declaratũ talẽ vasallũ fuisse immunẽ a delictis ei impositis. tũc. n. non est dubiũ quin snia hmõi ꝓbat efficaciter vasallũ esse immunẽ a delicto. & vbi in vim declarationis nõ valeret, operaret de nouo effectũ suũ restituto riũ, ut in simili tradit in l. si qs mihi bona. §. sed qd si mãdauerit. ff. de acq. hęre. & in l. 3. in prin. ff. de acq. pos. vbi tradit ꝓ fir
7 ma ꝯclusione, † ꝙ vbi actus subsequẽs tendens ad præcedẽtis actus declarationẽ vel ꝯfirmationem nõ possit id operari, operabitur suũ effectũ de nouo qñ is dependet a sola voluntate facientis, vt in proposito, veniebat a sola voluntate principis declarantis cõcedere gratiã restitutoriã, & facere, ꝙ ẽt delicta haberẽtur pro nõ cõcessis, ẽt ꝙtum effectus prteritos, ꝓ gl. singularem in cle. i. in verbo pro infectis. de immu. eccle. & non est dubium quin talis sententia principis faciat ius apud omnes, per late lecta, & no. in c. in causis. de re iu. & ideo stante tali sententia declaratoria non esset dubium.

SVMMARIVM.

1 *Princeps inhabilem ea delicto paterno tractaas vt fidelem vasallum, an censeatur eum rehabilitasse.*
2 *Princeps vasallum post feloniam commissam vt suæ curiæ parem vocans an censeatur ei culpam remisisse.*
3 *Mens deliberata principis colligitur ex actibus frequenter iteratis.*
4 *Patientia longi temporis nonnunquam obligationem, quandoque remissionem, & aliquando alios actus inducit.*
5 *Feudo ad dominum ex mora vasalli reuerso, si dominus eum recipiat ad iuramentum fidelitatis, præsumitur moræ ingratitudinem remisisse.*
6 *Scriptura ex his quæ abundant non solet vitiari.*

1 DVodecimo Ei vltimo quæritur, † nunqd si princeps illũ q erat inhabilis ex delicto pr̃no vocauerit, & admiserit atq; tractauerit vt fidelem vasallum, amicum & consiliarium, an eo ipso videatur eum rehabilitasse, & author tractatus dicit, ꝙ ista quæstio non habet dubium de iure. & verum dicit, pro contraria cõclusione, quod vc3 ex tali admissione & tractatione vasalli, vr̃ purgata inhabilitas. pro quo est text. formalis peregrinus in iure in l. sed si acceptato vsu togę. ff. de iure fisci. vbi formaliter probatur, quod obsides qui recepto vsu togæ fuerunt reputati, & habiti veluti ciues Romani, effi ciuntur capaces successionum actiue & passiue, vbi alias essent omnino incapaces & ꝓpa dicimus, quod pater q tractat aliquem ut filium videtur eũ talem approbare. c. per tuas. de proba. ex tenore. qui filii sint leg. & formalius Bald. ad propositũ in l. imperialis. §. illud. C. de nupt. vbi dicit, † quod si prin-
2 ceps vasallum commissa felonia vt parem suæ curiæ vocauerit admiserit, vr̃ eoipso omnem maculam absterssisse. non est enim dubium ꝙ actus superioris, vc3 principis qui est agere & non pati, vt pote quia tractat vt fidelem, recipit ab eo iurm fidelitatis, & facit similia, operet offectum rehabilitationis, vt colligit & no. per Inn. & Butri. in c. veniens. de filiis presby. cõiter per omnes Docto. in c. fraternitatis. de schismat. & cõiter Doct. maxi. Alex. in l. quidã consulebant. ff. de re iu. & in l. idem Vlpianus. §. fi. de excu. tu. & maximeqñ ita reiteratur tractatus & receptio ad iurm fidelitatis. † Nã ex talibus actib. rei-
3 teratis, magis colligitur deliberata mens principis per id qđ dicit glo. in c. si quis iratus. 3. quæst. 1. Bald. in cons. diuino schismatis, quod posuit super rub. C. si quis aliquem testari prohibuerit. vnde ex factis ipsis melius quam verbis voluntas principis colligi potest. l. ei qui §. si tamen. ff. de ędil. edic. facit. l. reprehendenda. C. de institu. & substi. c. 2. requiris. de appellat. l. pro hærede. §. fina. de acq. hæredi. cum sim. Nec obstat illa cle. si Romanus. & c. si Papa. quia loquitur in simplici nominatione quę adhuc fiebat ignoranter, hic ero in quæstione præmissa, non solum reiterata nominatio sed tractatio, commissio, & receptio diutina interuenit. ex quibus non potest inficiari quin mens & voluntas principis cui inhabilitas notissima erat, fuerit rehabilitare. & possent pro ꝯfirmatione huius opinionis adduci multa fundamenta, q̃ elicerentur ex dictis scri-

Digitized by Google

bentium in l. sciendum. ff. de verborum obligatio. & in l. si certis annis. C. de pact. & in l. qui aliena. §. primo. ff. de acquir. hęreditа. in quibus locis multas adducunt decisiones ad probandum, quod † potentia longi temporis inducit nonnunquam
4 obligationem, nouunquam remissionem. & multos alios effectus operatur, quos ibi Moder. deducunt. Et vltra facit quod tradunt Docto. in l. secun. post glo. C. de iure emphy. & in capitu. potuit. de locato. vbi dicunt, quod si vasallus qui commiserat feloniam fuerit receptus ad fidelitatem per dominum, videtur felonia remissa. Et idem in simili tradit Bal. in capitu. primo. quo tempore miles inuestituram feudi petere debeat. & idem Docto. in cap. quæ in ecclesiarum. de const.
5 vbi dicit, quod † vbi feudum est reuersum ad dominum ex mora vasalli, si dominus recipiat eum ad iuramentum fidelitatis, videtur remisisse ingratitudinem morę, propter quam priuatus erat.

Et infinita alia deduci possent, quæ breuitatis causa prætermitto. ex quibus præmissis concludo, quod dominus diutine tractans vasallum vt fidelem amicum & consiliarium, & passim illum admittens ad honres, & alia vt parem suæ curię, eo ipso videtur omnem absterssisse maculam, & eum rehabilitasse.

Hisce finem dicendi impono; & si longior fuerim quam deceet, mouit maxime, quod quæ abundant non solent vitia
6 re scripturas, † sed intelligentium implere cisternas, vt pulchre Bald. inquit in l. fina. in fine. C. de iure emphyteut. fateor, quod pleraque & pene innumera ad propositum deduci potuissent, sed locus & tempus non patiebantur plenius deliberandi consilium, vt inquit iureconsult. in l. j. ad fi. prin. ff. de exercito. opusque quasi raptim ex ingenti occupatione exceptum fuit. vt & tempus labor suppleuerit.

FINIS.

HIERONYMI GIGANTIS IVRISC. FORO SEMPRONIENSIS DE CRI. LAESAE MAIESTA.

LIBER PRIMVS.

De origine legis criminis lęsæ maiestatis, & cur Iulia dicta sit?

SVMMARIVM.

1 *Lex maiestatis apud Athenienses seruata fuit.*
2 *Lex maiestatis, Cornelia a Cicerone nuncupata.*
3 *Lex maiestatis lęsæ, cur Iulia nuncupetur?*
4 *Lex Iulia de adulteriis, non ab ipso Iulio Cæsare, sed ab Augusto lata fuit.*
5 *Iulius Cæsar primus fuit Imperator.*
6 *Iulus Cæsar primus Imperator legibus condendis, & ordinandis intentus fuit.*
7 *Crimen lęsæ maiestatis contra Imperatorem, primo contra Iulium Cæsarē primum Imperatorem commissum fuit.*

TRactaturus materiā crl minis lęsæ maiestatis, quam sparsim Doctores varijs in locis, non copiose, sed admodum breuiter examinant, & ego illam in vnum colligere, iuris studiosis commodo, & vtilitati studens, cum decreuerim operæprecium, quin potius neeessarium arbitratus sum, in primis legis prædictæ originem quærere, cum inconueniens sit, omissis initiis atque origine non repetita, illotis (vt ita dixerim) manibus, protinus materiam aggerdi. Sacram maiestatis legem vna cum priscis regibus, & principibus ipsis inter mortales initium habuisse, reperio, dispari tamen ordine, pro varia seculorum & principum conditione instituta, & obseruata fuit, summo terrore ac religione, præcipue apud barbaras nationes, perpetuo incultu fuit, vt vel Regem libero inspexisse vultu, capitale foret.

1 Apud Athenienses eam seruatam fuisse, in lege duodecim tabularum compertum est, vt attestatur Vlpianus Iurisconsultus in lege lex duodecim tabularum. ff. ad legem Iul. maiesta. demum legem Apuleius tulit, quod publicam minuens maiestatem capite puniretur, vt testatur Ayma. Riual. in sua historia iuris canonici, & ciuilis. numero centesimoquarantesimoseptimo. Hanc maiestatis legem
2 † a Marco Tullio in Pisonem, Corneliam appellari legimus, vbi his vtitur verbis, Exire de prouincia, educere exercitum, bellum sua sponte gerere, in regnum iniussu populi, aut senatus accedere, quę cum plurimæ leges veteres, tum lex Cornelia maiestatis, Iulia de pecuniis repetundis, plenissime vetant. Apud † Iurisconsultos
3 autem in libro quarantesimooctauo. Digestorum eam Iuliam nuncupari videmus, & itidem libro nono Codicis, sed in neutro dictorum locorum mentio fit, quis eius legis Iuliæ maiestatis author fuerit, neque id hactenus apud vllum satis receptum scriptorem mihi reperire contigit. Si integra veterum Iurisconsultorum monumenta extarent, dubio procul, id cū pluribus aliis minime desideraretur. Cur autem a iurisconsultis ea Iulia appelletur? Odofredus in Rubr. C. ad legem Iuli. maiesta. eam a Iulio Cæsare editam, sic appellari dixit, nullius tamen authoritate hoc comprobat, nec a denominatione
4 huiusmodi consequentia fieri potest, siquidem † lex Iulia de adulteriis, non ab ipso Iulio Cæsare, sed ab Augusto lata fuit, vt testatur Vlpianus iurisconsultus in l. prima. ff. ad legem Iul. de adulteriis. & Suetonius Tranquillus in vita Augusti, & tamen Iulia appellatur. glo. in verbo, Augusti. in di. l. pri. eam de adulteriis a Diuo Augusto, vel a Caio, vel ab Octauiano latam fuisse asserit, demum quærit cur dicta sit Iulia, si non a Iulio Cæsare, sed ab vno prędictorum emanauit, & quæsito respondens dicit, ideo sic dictam, quia Iulius Cæsar primus eam induxit, sed morte præuentus perficere non valuit. Caius autem cum eam perfeciſſet, illam a nomine Iulii Cæsaris eiꝰ auunculi maluit, quam a se nominari, nec in ista opinione persistens subdit, vel dic eam originaliter a Caio traditam, li-
5 cet eā a Iulio Cæsare eius auunculo nominare voluerit, † cū is primus fuerit imperator. Io. Corasius Tholosas elegans Doctor, amicissimus meus, in libello suo Miscelanearum. capitu primo. numero octauo. dixit, prædictam legem Iuliam de adulteriis. ab Augusto cōditam, Iuliam appellari, quia sic placuit Augusto in honorem Iulii Cæsaris a quo hæres in testamento institutus fuit, cum alias ipse incontinens esset. cur autem maiestatis lex Iulia dicta sit cogitanti mihi duo in mentem cadunt primum quod eam Iulius Cæsar introduxerit, quia cum ipse crimen lęsæ maiestatis contra patriam commiserit præcauere voluisse, ex quo primus Romæ Imperator esset effectus vt metu pœnæ nullus auderet huiusmodi nefandum facinus contra se aggredi: † fuit enim Iulius Cæsar legibus cōdendis & ordinandis intentus vt legitur apud Suetonium Tranquillum in vita ipuus Cæsaris qui scribit quod ipse Iulius Cæsar ius ciuile ad certum modum redigere atque ex immensa diffusaque legum copia optima quęque & necessaria in pauciſſimos conferre libros data de hoc Marco Varroni cura destinauit, morte autem pręuentus id efficere non
6 valuit, † secundum quod lex prædicta lata fuerit ab Augusto Octauiano vel Caio postquam occisus fuit Iulius Cæsar, & sic ab interfectoribus crimen lęsæ maiestatis commissum fuerat, illam Iuliam nominari voluisse in honorem Iulij Cæsaris qui fuit primus imperator contra quem commissum fuit huiusmodi crimen, siquidem per antea contra rempublicam Romanorum committebatur.

Quotuplex sit maiestas.

SVMMARIVM.

1 *Maiestas duplex est.*
2 *Maiestas humana quadruplex est.*
3 *Maiestas Papæ omnium maior est.*
4 *Papa vices Dei gerit in terris.*
5 *Imperator iurat fidelitatem papæ.*
6 *Maiestas dicitur Imperatoris.*
7 *Maiestas dicitur Regis.*
8 *Maiestas dicebatur populi Romani.*
9 *Populus Romanus omne ius Principem transtulit.*
10 *Venetorum Respublica succedit loco Reipublicæ Romanæ.*
11 *Venetiarum ciuitas Roma vocatur.*
12 *Venetorum Respublica neminem in temporalibus superiorem recognoscit.*
13 *Venetiarum ciuitas libera est.*
14 *Veneti Imperatorem recognoscere non tenentur.*
15 *Venetiarum ciuitas in suis terris omnia potest quæ imperator in suis.*
16 *Venetorum Respublica maiestatem habet. Et ciuitas Venetiarum est aliarū ciuitatum Regina.*

Snbdi-

Digitized by Google

17 *Subditus.qui contra ſtatum Venetorum machinatur, crimen læſæ maieſtatis committit.*
18 *Maieſtas etiam Prætori attribuitur.*
19 *Gelfæ & Gibillinæ patris nulla eſt maieſtas.*
20 *Maieſtas dicitur etiam principis gubernantis perſuos ſubditos.*
21 *Quilibet liber populus maieſtatem habere videtur.*
22 *Maieſtas eſt nominis magnitudo ſiue dignitas.*
23 *Maieſtas apud veteres Dea credita eſt.*
24 *Maieſtas vnde dicatur.*

1 MAieſtas duplex eſt. Diuina & Humana. Authē. gazaros. Cod. de hæreti. cap. duo ſunt. xcvj. diſtinct. & habetur per Bald. in conſilio quinquageſimonono. licet eleganter columna prima. in prncip. in primo volumi. & Nellum in tracta. bannitorum. in prima parte ſecundi temporis. queſtio. 16. Diuina vnica eſt, quia vnus Deus ſcriptum eſt enim Mathæ. cap. quarto. Deum tuum adorabis & illi ſoli ſeruies, & in decem præceptis quę nobis ſeruanda Chriſtus ſeruator noſter reliquit ſimiliter ſcriptum eſt: vnum cole Deum. Ad idem text. in l. pri. Cod. de ſumma Trinita. & fide catholica. † Humanam vero maieſtatem triplicem eſſe teſtantur ſcribentes videlicet Imperatoriam, Regiam, & populi Romani. At ego dixerim quadruplicem eſſe principaliter Pontificiam, Imperatoriam, Regiam. & populi Romani olim, nunc vero extinctam. † Harum autem maior eſt Pontificia. Pontifici etenim vniuerſalis eccleſiæ Imperium a Deo datum eſt. vigeſimaſecun. diſtinctio. capitu. pri. † & Pontifex Ieſu Chriſti ſeruatoris noſtri cuius vices in terris gerit locum obtinet. capitu. inter corporalia. in princip. in verſicu. non enim humana. de transla. epiſpo. quinimmo dicitur in capitu. quanto. §. primo. eodem titu. quod non puri hominis, ſed viri Dei in terris vices gerit. & habetur per Catald. de Boncompa. in tracta. ſuo de poteſta. Papæ. columna quin. verſicu. ſumma eſt. † Hinc eſt quod imperator. vti inferior fidelitatem papę iurare tenetur. 63. diſtinctio. capitu. tibi domino. de quo plene ſcribitur in Cle. Romani. de iureiuran. & quod Pontificia maieſtas Imperiali maior ſit probat text. in capitu. ſolitæ benignitatis. de maiorita. & obedien. & habetur per Nico. Boe. in tracta. ſuo de ſedi. in 6. prę ſuppoſito. in verſicu. idem conſpirat contra papam. numero decimoſeptimo. Ad idem text. in capitu. ſi imperator. nonageſi. ſex. diſtinctio. † Pontificiam imperialis ſequitur maieſtas, de qua in proœ. Inſti. in princip. & in l. quiſquis, circa princip. Codice. ad legem Iuli. maieſta. & in l. prima. in princip. Cod. de legibus. ibi. quid enim maius, quid ſanctius Imperiali maieſtate. ad idem text. in l apertiſſimi. in fine. Cod. de iud. † Poſt imperialem Regia ſe offert maieſtas, de qua in l. pri. Cod. vt nemo priuat. iai Regiæ maieſtatis. & in conſtitu. Fede. in titu. de pace tenen. in vſibus feudorum, vbi Mathę. de Afflict. in ſecundo notabili. † Quarto Romani populi. maieſtas dicebatur. Cic. in 3. Phil. Tantus autem conſenſus municipiorum, colonariumque prouinciæ Gallię, vt omnes ad authoritatem hnius ordinis maieſtatem populi Romani defendendam conſpiraſſe videantur. Et idem Cic. in oratio. pro Rabirio. inquiens, operāque darent vt imperium populi Romani maieſtaſque conſeruaretur. Et de maieſtate populi Romani habetur in l. pri. ff. ad legem Iul. maieſta. Iſta antem maieſtas Romani, populi iam diu extincta. † Roma enim omne ius ſuum in principem trāſtulit, vt habetur in l. prima. ff. de conſtitu. Prin. & in l. prima ff de offic. præfect. præt. & per Andream de Iſernia in ſua glo. ſuper conſti. Regni, in princip. numero duodecimo. † Loco autem Romanę Reipublicæ inclita Venetorum ſucceſſit Reſpublica, vnde de ea loquens. Fulgo. in conſilio ſexageſimoſecundo. in ſecun. colu. ſic ſcripſit. † Nouiorem autem Romam intelligo Rempublicam Venetorum, quę in ſuę ditioni ſuppoſitos nouioris Romę prerogatiua lætatur. Cuma. etiam conſilio ſeptuageſimoſecundo. in fi. ciuitatem Venetiarum communem omnium patriam eſſe dixit. † Et iure merito Venetorum Reſpubli. Rom. olim Reipublicę lętatur prerogatiua, quia ſicuti illam dum viguit neminem vnquam ſuperiorem recognouit, ſic pariter & illa Venetorum neminem niſi Deum optimum maximum in temporalibus ſuperiorem habet, quod ea ratione eſſe dici poteſt, quia † ciuitas Venetiarū cum ſit in mari fundata libera eſt, vt ſcribit Bald. in Rubrica. Digeſt. de rerum diuiſio colum. ſecun. in verſicu. circa ędificia quęro. Idem tenet Ioan Franciſc. Ripa in lege pri. numero octauo. Digeſt. de acquiren. poſſeſſio. vbi dixit. † Dominos Venetos non teneri recognoſcere imperatorem. & idem ſcribit in l. inſulam. numero vigeſimoſecundo. Digeſt. de verborum obligatio.

Hoc idem firmat Bartho. Cœpo. in tracta. de ſerui. ruſtico. prędiorum. in capitu. de mari. numero quarto. & Iaſon in lege cunctos populos. in repet. colum. 19. Cod. de ſumma Trinita. fide catholi. & idem Iaſ. conſilio ſeptuageſimo. columna pri. in ter. volumi. in quibus locis ſcribit quod † ciuitas Venetiarum non recognoſcit imperatorem immo in ſuis terris vim imperatoris obtinet, & omnia poteſt quę imperator in ſuis.

16 † Nonnulli ergo dubium ciuitatem Venetiarum quam ſoleo appellare aliarum ciuitatum Reginam, maieſtatem habere. Nec obſtat quod Bald. in conſilio quinquageſimonono. licet eleganter in primo volumi. dixerit, quod aliarum ciuitatum citra Romam nulla eſt maieſtas, quia eius opinio non procedit in ciuitate Venetiarum, per ſupradicta. contra quā crimen læſæ maieſtatis committi dicitur, vt voluit Pau. de Caſtro in l. 3. verſicu. item nota text. C. de epiſcop. aud. vbi dicit

17 quod † crimen leſę maieſtatis committitur quando per ſubditum fit contra ſtatum ſeu regimen ciuitatis quæ per ſe ipſam non per alium regitur, vt eſt ciuitas Venetiarum. Idem tenuit Prępoſi. in c. in primis. in §. de perſona. col. 7. verſi. 3. dicitur 2. q. 1. vltra prędicta.

18 † Attribuitur etiam maieſtas prętori, ut in l. ſi familia. Dig. de iuriſdi. omnium iudicum. & ibi per Alexand. & Claud. de Seiſſello in princip. ibi, ſecundo pondera. ad idem tex. in l. penulti. ff. de iuſtitia & iure. & not. Math. de Afflict. in titulo de pace tenen. & eius violat. columna pri. in ſecun. nota. in vſibus feudorum & idem dixit Socinus conſilio vigeſimoſecundo. ſequendo ordinem. colum. 2. verſic. ſed hoc aduertendum. in primo vol.

Hinc eſt, quod actio popularis eſt contra eum qui prętoris maieſtatem contempſit, quia quilibet de populo contra eum agere vel excipere poterit, ita voluit Dynus in conſilio vigeſimono. prima queſtio. circa medium argumen. ff. de iuriſdi. omnium iudicum l. ſi quis id. & l. ſi familia. publicę enim intereſt prętorum decreta non contemni. ff. ad Trebel. l. ſeruo inuito. §. ſi prętor. & dixit Socin. in dicto conſilio vigeſimoſecundo.

19 quod † partis Gelfæ & Gibillinæ nulla eſt maieſtas, qa hæ sūt duę ſectæ ſolum in locis in quibus vigent, quod voluit etiam Bald. in conſilio quinquageſimonono. in primo volumi. & Nellus in tractatu bannito. in prima parte ſecundi temporis, queſtio. 16.

20 † Dicitur etiam maieſtas cuiuſcunque principis dominium habentis & per ſe ſuos ſubditos gubernantis, ad quod facit text. in l. digna vox. Codice. de legibus. & text. in l. ter. Codi. de

21 epiſcop. audien. Quinimmo, †. quilibet liber populus maieſtatem habere videtur, vt voluit Lucas de Pen. in lege prima columna ſecunda. in fine C. de exacto. prędio. fiſcal. libro vndeci

22 mo. † dicitur etiam maieſtas magnitudo dignitatis. iuxta illud Oui. in 4. Metamorp. Non bene conueniunt nec in vna ſede morantur Maieſtas & Amor.

23 † Dea quoque apud antiquos credita eſt eſſe maieſtas, honoris ac riuerentiæ filia, de qua lib. v. Faſtorum ſic alludens ſcripſit Ouid.

Donec Honos placidoque decens Reuerentia vultu.
Corpora legitimis impoſuere thoris.
Hinc ſata maieſtas quæ mundum temperat omnem.
Quaque die partu eſt edita magna fuit.
Nec mora conſedit medio ſublimis Olympo.
Aurea purpureo conſpicienda ſinu.

Et Rurſus.

Aſſidet ipſa Ioui, Iouis eſt fidiſſima cuſtos.
Et præſtat ſine vi ſceptra tenere Ioui.
Venit & interras coluerunt Romulus illam.
Et Numa: mox alii tempore quiſque ſuo.

24 Dicitur autem maieſtas quaſi maior ſtatus vel poteſtas. ita dixit Old. conſilio quaranteſimotertio. item quæritur vtrum. columna ſecunda. verſicu. circa textum, quem refert & ſequitur Prępoſitus in capitu. in primis in §. de perſona, columna ſexta. verſicu. pro declaratione. ſecun. queſtio. pri. idem dixit Alberic. in l. quiſquis. columna 6. in verſicu. circa primam quæſtionem. C. ad legem Iul. maieſt. & hinc dicitur crimen leſę maieſtatis, quia maior ſtans, ſeu maior ſtatus offenditur, & propterea quando non ſubditus committit in principem, quia princeps ille cui talis non eſt ſubditus, quod ad ſe, nō eſt maiōr ſtans, crimen leſæ maieſtatis committere non dicitur de quo late dicam, infra ſuo loco.

Crimen laſæ maieſtatis humana quid ſit. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læſæ maieſtatis quid ſit, ſecundum Vlpianum?*
2 *Diffinitio Azonis.*

Digitized by Google

3 *Diffinitio totum diffinitum euacuare debet.*
4 *Omnis diffinitio per quam non cognoscuntur accidentia propria subiecti, nō dicitur diffinitio, nisi ęquiuoce.*
5 *Diffinitio, seu descriptio criminis læsæ maiestatis, secundum Authorem.*

VIdimus supra. Quotuplex sit maiestas, quibus sit attributa, & quare sic dicatur, nunc vero operęprecium est videre quid sit crimen læsæ maiestatis humanæ. Nam licet dixerimus supra, duplicem esse maiestatē, Diuinam videlicet, & humanam, in hoc nostro tractatu solum de læsæ
1 maiestatis humanæ crimine agendum erit.† Est igitur crimen læsæ maiestatis, secundum Vlpianum in l.j.ff.ad l.Iul.maiest. illud quod aduersus Populum Romanum, eius securitatem committitur. Demum in l.pri. & secun. dicti titu. idem Vlpianus ponit casus in quibus crimen prædictum committitur, verum quia diffinitio prædicta solum comprehendit casus q contra populum Romanum committebantur eo tempore, & ideo secundum tempora hodierna, diffinitio prædicta nimis restricta est, nec conuenit crimini prædicto in omnibus, secundum nostra tempora, quia vt supra diximus, Populi Romani maiestas extincta est, & omne ius suum in principem translatum, demum superuenit ius Codicis, quo dictum crimen dilatatum fuit, vt habetur in toto titu. C. ad legem Iuli.
2 maie. & præsertim in d.l.quisquis.† Aliam diffinitionem, seu potius descriptionem, ponit Azo, in in sua Summa dicti titu. C. ad l.Iul.maiesta. Dicens, quod crimen læsæ maiestatis est vbicunque quis contra vrbem aliquid molitur, vel quod profugit ad hostes, vel quod hostes qualitercunque adiuuat, vel armis, vel pecunia, vel consilio, vel quod subiectas prouincias nititur facere rebelles, vel quod in ciuitate seditionem mouet, vel quod magistratus vel princeps vel qui circa eius lat⁹ sunt & militant occidantur, vel arma sumat, vel loca occupet, contra rempublicam. Ista diffinitio Azonis vtique generalior est, & sic magis adaptatur ad dictum crimen, secūdum ius Codicis. Attamen & ista non vsquequaque satisfacit, quia
3 †diffinitio totum diffinitum euacuare debet, vt notatur in l. pri.ff.de testa.l.omnis diffinitio ff.de regu.iur.& est glo. in rub. C.de summa Trinita. & fide catholi. Diffinitio autem prædicta talis non est, quia non compræhendit scientiam habētes de tali crimine committendo, & non reuelantes, quod vtiq; est crimen læsę maiestatis, vt in prędallega.l.quisquis.§.sane si quis, de quo dicam infra in titu.de pluribus quæstio.secun. Itē non comprehendit mittentes literas hostibus, ac alios casus omnes de quibus in l.1.& 2.ff.ad l.Iuli.maiest.& in l. quisquis. C.eodem tit. Ideo prædicta proprie diffinitio dici non potest,
4 quia † secundum Aristotelem libro primo.de anima. Omnis diffinitio per quam non cognoscuntur accidentia propria subiecti, non dicitur diffinitio, nisi equiuoce.¦Ea propter diffinitionis Azonis addendo, sic dicerem,† Crimen læsæ maiestatis
5 est, vbicunque quis subditus contra principem, rempublicam ve superiorem non recognoscentem aliquid molitur, vel q ad hostes profugit, vel hostes qualitescunque adiuuat, vel armis, vel pecunia, consilio, eisque nuncios, vel literas mittit, secretaue nunciat, vel subiectas prouincias nititur facere rebelles, vel in ciuitate seditionem mouet, vel efficit, quod princeps, senatores, collateralesve illius occidātur, vel quod arma sumat, vel loca occupet, cōtra Rempublicam vel principem, vel quod de proditione & tractatu contra principem, vel Rēpublicam scientiam habeat, & non reuelet, vel quodcunque aliud quis dolo malo faciat, quo princeps, respublicaue directe damnum patiatur. Ista diffinitio generalior est, non tamen eam ex logicorum regulis sumptam, sed legali modo compactam dixerim, & vere potius descriptio quędam dicti criminis censenda est, quam diffinitio, per quam crimen læsæ maiestatis de quo tractare intendimus, cognosca ur, vt in simili dixit Vul. Zas. in tract.suo feudorum, in print. circa feudi diffinitionem.

Qualiter & a quibus crimen læsæ maiestatis committatur.

SVMMARIVM.

1 *Maiestas papæ, primum gradum inter terrenas maiestates obtinet.*
2 *Conspirando contra papam. committitur crimen læsæ maiestatis.*
3 *Eisdem modis committitur crimen læsæ maiestatis contra papam, siue per laicos, siue per clericos, quibus contra Imperatorem.*
4 *Offendens Cardinalem incidit in crimen læsæ maiestatis.*
5 *Papa ob demerita priuat imperatorem.*
6 *Verus imperator dicitur quem papa confirmat.*

QVAESTIO PRIMA.

1 VM maiestas Summi Pōtificis primum gradum inter terrenas obtineat maiestates vt supra diximus, operęprecium imo debitum existimaui ab ipia exordiri. digniora etenim præponenda esse testatur glo. in fi. Institu. de iure natu.gen.& ciuil.in versi.ingnoran
2 ter & glo.in rub.C.de senten.præfec.prętor.affri.† Primo quā do quæro an crimen læsę maiesta. committi dicatur cōtra papam quando aliquis contra ipsum conspirat & dicendum q sic per tex.in c.imprimis.2.quęstio.i.circa finem vbi nota. per Prępositum.in §.de persona.col.v.in ver.nota etiam eleganter.
3 Quinimmo† eisdem modis committitur crimen lęsæ maiestatis contra papam, siue per laicos, siue per clericos, quibus contra imperatorem, de quibus in d.l.quisquis.C.ad Iul.maiest.& in toto ti.ff.eo.vt voluit idem Præpositus in prędalleg.c.in primis, in §.de persona.col.7.ver.qui autem.num.20.2.q.1.adducit ad hoc tex.in c.fœlicis.de pœnis.in 6.arguendo a fortiori. Ibi enī
4 dr, q † offendens Cardinalem incidit in crimen lęsę maiestatis, ergo multo magis offendens papam. Auth. multo magis. C.de epis.& cleri.ad hoc facit etiam tex.in c.de ligurib.23.q.v. & hoc procedit, siue clericus, siue laicus sit qui papam offendit.per tex.in d.c.fœlicis, qui loquitur tam de clericis quam de laicis offendentib.Cardinalem, quod ex pœnis inibi descriptis liquido constat in illis verbis, ibi, si qua vero. & rursus ibi; qđ si quis, idem voluit Nico.Boerius in tracta.suo de seditio.in 6. prępsuppositio.colu.v.versi.idem si conspirat contra papam, & ratio est in promptu, quia si conspirans contra imperatorem incidit in dictum crimen.d.l.quisqus. idem dicendum a fortiori de conspirante contra papam, qui imperatore maior est,
5 vt dictum fuit supra in prin.† Papa enim ob demerita imperatorem priuat. vt in c.ad apostolicæ.de sen. & re iudi.libro 7.
6 Immo † is dicitur verus imperator quem papa confirmat.c.venerabilem.de electi.& hanc conclusionem, quod crimē lęsæ maiestatis dicatur commmitti contra papam, tenuit etiā Bonifa.in cle.pasto.in §.sanc.col.2.versic. nota quod crimen lęsę maiestatis.de re iudi.nume.23.

SVMMARIVM.

1 *Papa est omnium christianorum dominus.*
2 *Imperator secundum veritatem ab ecclesia dependet.*
3 *Imperator est adiutor & protector ecclesiæ, & illam defendere tenetur.*
4 *Imperatores Reges Principes ecclesiam & eius ministros defendere debent.*
5 *Imperator conspirans contra papam, & sanctæ Romanæ ecclesiæ statum crimen læsæ maiestatis committit.*

QVAESTIO II.

SEcūdo quæro, An imperator offendens papam in casib. contentis in legibus loquentibus de crim.ne lęsę maiestatis, & pro quibus alij incidūt in prędictū crimen, ipse quoq; lęsę maiestatis crimē commit
1 tere dicatur. In hac quęstione, Prępo.in c.ī primis, in §. de pso na.tenuit q sic in 8.col.in ver.qui autem sint.2.q.1.† est.n.papa omniū christianorum dns c.cuncta per mundum.9.q. 4.&
2 †imperium fm veram conclusionem ab ecclesia depēdet, vt voluit Bar.iuris auriga extrauag.ad reprim. super verbo totī⁹ orbis. Papa.n.vtrunque gladium hēt, spiritualem & tpalē, sed exercitium tpalis ecclesia concessit imperatori, vt concludit Abb.in c.nouit.col.7.ver.ex quib.omnib.de iudi.& Pet.de Ancha.in d.cle.past.col.7.ver.26.nota.de sen. & re iud.& habetur per Restaurum in suo tra.de impe.q.v.col.3.in versi. pontifex.
3 nu.4. Comprobatur, quia † impera. adiutor & protector est ecclesię.illamq; defendere tenetur, vt per Ant. Rosel.in trac.suo de potest.papę & impera.§.fi.nu.3. hinc est, q fidelitatem papę iurat.63.dist.i.c.tibi domino,& per Bellenci.in tra. de subst. carit.q.56.& Pe.de Monte in tra.de monarch.concilij.q.4.nu.
4 8.† Constituti etenim sunt imperatores, reges, ac principes, vt ecclesiam eiusq; ministros defendere debeant.23.q.v.c.prīcipes.& c. regnum.& c.administratores. per quę iura ita dixit Spe.in trac.suo de mod.general.concil.congreg.rub.40.nu.2. erit ergo ex prędictis conclusio. q † imperator conspirans cō
5 tra papam & sanctę Romanę ecclesię statum quem defendere tenetur crimen lęsę maiestatis committit.

SVMMARIVM.

1 *Non subditus offendendo principem cui non est subditus crimen læsæ maiestatis non committit.*

2 *Subdi-*

Digitized by Google

1 *Subditus imperatoris est subditus papę, habitu, licet non actu.*
3 *Subditus Imperatoris si papam, offendat incidit in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO III.

TErtio quæro, An subditus imperatoris machinans cõtra papam, vel statum ecclesiæ crimen læsę maiestatis committere dicatur? dicendum videtur quòd non, nam† nõ
1 subditus crimen læsæ maiestatis non committit offendendo principem cui non est subditus, vt per Doct. in l. quisquis. vbi Albe. C. ad l. Iul. maiest. & probat tex. in clemen. pastoralis, &
2 ibi not. scribentes. de re iud. contrarium verius esse dicas. † subditus enim imperij est subditus papę, habitu, licet nõ actu, vt not. Bart. in extrauagan. ad reprimen. in sua gl. in verbo totius orbis, & per ea quæ no. Præposit. in c. cum verum. 96. distin. &
3 in c. nouit. de iudi. † ideo si papam offendat incidit in crimen læsæ maiestatis, & hoc sentit Bar. in Extraua. qui sint rebelles. in versic. rebellando, hanc etiam opinio. sequitur Præpo. in c. in primis, in §. de persona. col. 6. versi. intellige subditus. nu. 18. 2. q. j. & Bonifa. in d. clemen. pastoralis. §. sane. col. 2. in versicu. nota quod crimen læsę maiestatis. nu. 23. vbi istam opinionē rationibus cõprobat, de quibus per eum ibi, licet nõnulli cõtrarium teneant, faciunt pro prædicta conclusione quæ sup. dixi in secunda quæstione proxima præcedēte, in qua conclusum fuit imperatorem machinante cnotra papam incidere in crimen læsæ maiestatis, si enim secus esse diceremus in subdito imperatoris, vtique in hoc melioris cõditionis esset subditi quam ipse imperator, quod nimis absurdum esset.

SVMMARIVM.

1 *Imperator non potuit ferre sententiam condemnatoriam pro crimine læsæ maiestatis contra Regem Robertum, quia non erat eius subditus.*
2 *Subditus Papæ offendens imperatorem, & si crimen læsæ maiestatis contra imperatorem non committat, illud tamen committit contra papã.*
3 *Imperator est defensor papæ & ecclesiæ, & ipsius papæ confederatus, eiq; fidelitatem iurat.*
4 *Subditus papæ si non directe, saltim per quandam consequentiam papam offendere dicitur offendendo imperatorem, qui est fidelis confederatus papæ & ab eo coronatur.*

QVAESTIO IIII.

QVarto quæro, Quid contra dicẽdum sit, quando subditus papæ imperatorem offendit? dicas quod crimen læsæ maiestatis non committit, vt est decisum per tex. clemen.
1 pastoralis. de sent. & re iudica. vbi habetur, q† imperator nõ potuit ferre sententiam condemnatoriam pro crimine læsę maiestatis contra Regẽ Robertum quia nõ erat subditus imperatoris, sed papæ de quo ibi late per scribẽtes, vbi Pe. de An
2 ch. in 19. no. dicas tamen, q† subditus papę imperatorẽ offendens, si non committit crimen læsę maiestatis contra imperatorem, tñ illud committit contra papam imperatorem offen
3 dendo, lædit enim papę maiæstatem, quia † imperator est defensor papę & ecclesię, vt dixi supra in 2. q. & est ipsius papæ confederatus, & ei fidelitatem iurat, ut clemẽ. j. de iureiuran. ideo papam offendere dicitur. facit tex. in l. in prin. ff. ad l. Iul. maie. & in l. non dubito. ff. de capt. & postli. reuer. & ita tenuit Bar. in extrauagan. qui sint rebel. in ver. rebellando. in versi. 2.
4 potest intelligi, vbi dxit, quod † subditus papę si non directe, saltim per quandam consequentiam papam offendere dicitur imperatorem offendendo qui est fidelis confederatus papæ, & ab eo coronatur. Hanc etiam cõclusionem tenuit Præposi. in prælle. c. in primis. in §. de persona. col. 7. ver. de imperatore. nu. 22. 2. q. 1. & idem tenet etiam Pet. de Anch. in d. cle. pasto. col. 3. circa medium. in 8. not.

SVMMARIVM.

1 *Federicus imperator capere faciendo cardinales, & alios prælatos euntes ad concilium sacrilegium perpetrauit.*
2 *Papa est Romanæ ecclesiæ sponsus, & Cardinales sunt eius filii spirituales primi gradus, ipsique maiestatem habent sicuti papæ eorum pater, & offendens incidit in crimen læsæ maiestatis.*
3 *Cardinales sunt pars corporis papæ.*
4 *Cardinalem offendens incurrit crimen lesæ maiestatis.*
5 *Cardinalis est collateralis papæ.*
6 *Episcopi licet iurent fidelitatem papæ, tamen Cardinalis tanquam viscera & pars corporis papæ huiusmodi iuramentum præstare tenetur.*
7 *Cardinales sunt consiliarii papæ & illi assistere debent cotinue, in curia commorantes.*
8 *Cardinales dicti sunt, a cardine, quia sicuti ostium in cardine vertitur, ita in eis administratio totius vniuersalis ecclesiæ versatur.*
9 *Cardinales se habent ad papam sicuti senatores ad Imperatorem.*
10 *Imperatori si offenderet Cardinalem aliquo ex modis contentis in c. fœlicis. de pœ. in 6. in crimen læsæ maiestatis incideret.*
11 *Cardinalem offendens crimen læsæ maiest. & sacrilegium committit.*
12 *Crimen læsæ maiestatis commissum contra principem secularem, dicitur crimen sacrilegio proximum.*
13 *Qubus modis Cardinalem offendens quis incurrat crimen læsæ maiestatis.*
14 *Dispositio c. fœlicis. de pœ. in 6. fallit in eo qui ad sui defensionem Cardinalem percussisset.*
15 *Pœna legis cessat, in percutiente aliquem se defendendo.*
16 *Dispositio d. c. fęlicis, dum loquitur de ratihabitione, non habet locum in sola ratihabitione, sed requiritur quod fuerit gestum nomine ratihabentis.*
17 *Receptatores delinquentium contra cardinales puniuntur & ipsi pœnis, de quibus in d. c. fęlicis.*
18 *Affines & consanguinei receptantes offendentes cardinalem non puniuntur eadem pœna qua extranei, attamen non absoluuntur, sed mitiori pœna cum eis agendum erit.*
19 *Cardinalis qui esset rebellis papæ expresse vel occulte impune potest occidi.*
20 *Idem dicendum esset si Cardinalis esset proditor papæ.*
21 *Quis dicatur proditor.*
22 *Franciscus Alidosius Cardinalis Papiensis licite potuit occidi a Francisco Maria Feltrio de Ruuere Vrbini Duce, & sanctæ Romanæ ecclesiæ Capitaneo Generali, quia dum præesset exercitui ecclesiastico vti legatus, ducibus Gallici exercitus inimicis secreta nunciabat.*
23 *Christophorus Pierius Gigas Poeta Authoris Patruus.*
24 *Occultus rebellis seu proditor impune occidi potest, & q fuerit occultus rebellis in iudicio super homicidio probatur.*
26 *Vrbanus sextus Pontifex septem Cardinales qui clam cum Clemente cũ eo de Pontificatu contendente conspirant, saccis inclusos in mari demergi iussit.*

QVAESTIO V.

QVinto quæro, An offendens Cardinalẽ incidat ī crimẽ læsæ maiestatis? videtur dicendum quod non, sed quod sacrilegium committat per text. in clem. pri. de pœnis, vbi text. dicit, si quis in hoc genus sacrilegij inciderit quod quemuis Pontificem iniuriosè & temere percusserit. Secundo facit tex. in cap. ad apostolicæ. in §. perpetrauit. de senten. & re iudi.
1 in sexto. vbi habetur† quod Imperator Federicus sacrilegium perpetrauit capere faciendo Cardinales & alios prelatos eũtes ad concilium. Tertio pro ista opinione facit text. in capit. fœlicis. de pœnis in sexto in princip. ibi si quis deinceps in hoc sacrilegij genus irrepserit: communis tamen Doctorum opinio est in contrarium, videlicet, quod offendens Cardinalem
* lęsę maiestatis crimen incurrat, quam tenuit And. de Isern. in costitu. regni quę incipit. vt participatio. colum. secun. versicu.
2 in cardinalibus: vbi dixit, quod † Papa est Romanę ecclesię sponsus, & Cardinales sunt eius filii spirituales. primi gradus tamen, & ipsi maiestatem habent sicuti eorum pater papa, & ideo dicit quod eos offendens incidit in crimen lęsę maiestatis. Hanc etiam opinionem tenuit Petr. de Anchara. in dicto cap. fœlicis, per illum tex. colum. secun. in versicu. quarto nota. & Mathe. de Afflict. in cap. pri. in versicu. & bona committentium. colum. octaua. circa fi. in titu. quę sint regal. in vsibus feudorum, idem tenuit Ioan. Andreę in dicto capitu. ad apostolicę. in §. perpetrauit. in versi. cardinales. idem voluit Prępositus in capitu. in primis, in §. de persona. columna septima. numero 20. in versic. qui autem sint. 2. q. pri. vbi rationẽ assignat,
3 quia † Cardinales sunt pars Corporis Papę, & dixit Anto. Rosel. in tract. de concil. in §. sed ex. nu. 45. & Bellene. in tracta. de subsidio. carit. q. 3. num. 5. & Gondisal. Villadiego in tracta. de Card. lega. numero vndecimo. Barb. in tracta. de præstan. Car. in prima parte. numero trentesimoquinto. & dixi tracta. meo de pensio. quæstio. 59. numero 12. & 13. & ista ratio mihi plus placet, quam ratio adducta per Andr. de Iser. quod Cardinales & ipsi maiestatem habere dicantur, & cum ratione Præpositi concurrit Petr. de Ancha. in dicto capitu. fęœlicis. colu. secun. in versicu. quarto nota. supra allegato, vbi dixi quod
4 † offendẽs Cardinalem incurrit crimen læsæ maiestatis, quia
5 læso Cardinali læditur maiestas Papæ, quia † Cardinalis est collateralis Papæ. Idem dixit ibidem Ioan. Andr. colum. pri. in primo notabi. firmatur ista conclusio per tex. expressum in d. cap. fœlicis. in princip. ibi, sicuti reus criminis læsæ maiestatis: ꝓfirmatur etiam prædicta conclusio per ea quæ notanter voluit Hostien. in cap. antiqua de priuileg. vbi dixit, quod † licet
6 episcopi iurent fidelitatem papę, vt in cap. ego enim de iurciu

Digitized by Google

ran. attamen Cardinales tanquam viscera & pars corporis & papæ huiusmodi iuramentum præstare non tenentur, vt etiã dixit Mart. de Laude in tracta. de Cardin. quæstio. 39. & in secundo tracta. simili. quarta. quæstio. & Barba. in præallega. suo tracta. de præstan. cardi. quæstio. pri. numero ventesimosexto. Gondisal. in tracta. de potesta. Cardin. quæst. quinta. numero decimoquarto. potest & alia ratio prædictæ decisionis adduci:
7 quia † Cardinales sunt consiliarij papæ, ideo illi assistere de-
8 bent continue in curia commorantes. † dicti enim sunt Cardinales a Cardine. quia sicuti in cardine ostium vertitur ita in eis versatur administratio totius vniuersalis ecclesię, vt dixit idem Gondisal. in tracta. de orig. digni. ac potesta. cardi. quęst. v. numero 12. & ibidem numero vndecimo. dixit, quod papa permittere non debet Cardinales a se discedere propter co-
9 rum consilium habendum, quia collaterales eius, & de sui latere, & pars corporis sui dicuntur, & † Cardinales se habent ad papam sicuti senatores ad imperatorem, vt ait Barbat. in prędallega. tracta. de prędstan. cardi. in prima parte. quæstio. secũ. numero decimosexto. sed offendens consiliarium & senatorem imperatoris committit crimen læsæ maiestatis. l. quisquis, in princip. C. ad legem Iuliam maiestatis, ergo a fortiori offendens cardinalem consiliarium & senatorem, papæ qui imperatore maior est, vt dixi supra in principio huius tractatus.

10 † Quinimmo si offendens Cardinalem aliquo ex modis contentis in dicto capitu. fœlicis. de pœnis. in vj. esset imperator, in crimen læsę maiestatis incideret. vt voluit Præpositi. in præallegato capitu. in primis. in §. de persona. in octaua colu. versicu. qui autem sint. & ita expresse tenuit glo. in di. capitu. ad apostolicæ. de senten & re iudic. in vj. in verbo cardinales, & licet in illo text. in §. perpetrauit. dicatur, quod Federicus imperator capi faciendo cardinales sacrilegium perpetrauit. Attamen postmodum superuenit dispositio dicti capitu. fœlicis, de pœnis in sexto. in qua dicitur generaliter, quod offendens cardinales incidit in crimen lęsę maiestatis, & sic attenditur ista noua dispositio, & licet etiam in d. capitu. fœlicis, dicatur, si quis in hoc genus sacrilegij, & sic, etiam ibi videatur dici quod sit sacrilegium offendere Cardinalem, dicere pos-
11 sumus quod † offendens Cardinalem vtrunque crimen committit, videlicet sacrilegium, & crimen lęsę maiestatis, vt probat text. in dicto capitu. fœlicis. & ita procedant iura supra in contrarium allegata, & tanto maius est sacrilegium quanto persona contra quam committitur maior est, vt dixit Ioannes Mona. c. in d. capitu. fœlicis. parum post princ. in versicu. quod est maius. alleg. text. in l. secun. & quar. ff. de re militari. idem dixit glo. in dicto capitu. fœlicis. in versicu. sacrilegium. & quod offendens Cardinalem sacrilegium committat, tenuit etiam Barbatia in præallegato tractatu. de prędstan. Card. in prima quæstio. Basilica primæ partis, colum. decima. in versicu. vltimo facit nu. 30.

12 Nec mirum, quia † crimen læsæ maiestatis commissum cõtra principem secularem dicitur crimen sacrilegio proximũ,
13 ad quod est tex. notabilis in l. pri. ff. ad legem Iu. maiest. † Maiestatis etiam crimen solum is committit qui cardinalem percutit, sed etiam qui illum hostiliter insecutus fuerit, aut cœperit vel facientis socius fuerit, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut ad id consilium dederit, vel fauorẽ, aut ex post receptauerit, vel scienter defensauerit huiusmodi facinoroſos, vt expresse dicit tex. in d. c. fœlicis.

14 † Illud autem quod in dicto capitu. fœlicis dicitur de percutiente cardinalem quod in crimen lęsæ maiestatis incidat, fallit in eo qui ad sui defensam cardinalem percussisset. talis enim pœnas de quibus in dicto capitu. fœlicis non incurreret, vt voluit glo. ibi in verbo percusserit, nam non peccat qui authoritate legis aliquid facit. vigesimatertia. quæstio. quarta. capitu. qui peccat idem tenuit Dominic. in præallega. capitu. fœlicis, in versicu. in glo. in verbo percusserit. † cessat enim pœna
15 in percutiente se defendendo capitu. significasti. el secun. de homici. vbi est text. ad hoc notabilis. & capitu. si vero. de senten. excommunica. Accedat allegans Ciceronis dictum in oratio. pro Milone, vbi sic scribit: hoc & ratio doctis, & necessitas barbarbaris, & mos gentibus, & feris natura ipsa prescripsit, vt omnem semper vim quacunque ope possent a corpore, a capite, & vita sua propulsarent.

16 † Et quia text. in dicto capitu. fœlicis, dispon it quod habẽs ratum factum contra Cardinalem, in terminis de quibus ibi, incurrat *in* pœnas inibi contentas, quęro an hoc indistincte verum sit? dicas, solam ratihabitationem, siue, vt vtar verbis Archidiaconi ibi, placentiam, alio non prędio. & quod non sit gestum illius nomine, vel eo consulente, non facit aliquẽ incurrere pœnas de quibus in illo tex. ita dixit credere Archi. in dicto capit. fœlicis. colum. secun. in versicu. ratum habuit. allegat tex. in l. si vero. §. si post. ff. mandat. referens huius opinionis fuisse Tancredum in capitu. mulieres. de sentent. excommunica. facit, quia voluntas in mente retenta nil operatur. Socin. in l. cum quid. colum. vlti. prope, finem, nu. quarantesimosexto. ff. si certum petatur. Areti. in l. Titia. §. item respondit. el primo. in fine. ff. de verborum obligatio. idem in l hęrede. in princip. colum. prima. ff. de acquiren. hęredita. Bart. Socin. consi. 131. in prędsenti. circa fi. colu. 3. Idem Soc. in Paulus. ff. de reb. dubijs.

17 † Et dum in dicto capitu. fœlicis. in quo receptatores delinquentium contra Cardinales puniuntur & ipsi pœnis de quibus ibi, dicas id locum non habere in consanguineo & affine delinquentis eundem receptante, ita voluit ibi Ioan. Monach. colum. secun. in versicu. contrarium. & ibidem Philipp. Franc. colum. secun. in prin. in versicu. in glo. in verbo receptauerit, & Petr. de Anchara. colum. prima. in versicu. Et circa receptatores. in quibus locis concludunt Doctores prędallegg. quod
18 † affines & consanguinei receptantes offendentes Cardinalem non puniuntur eadem pœna qua extranei recuptatores punirentur. attamen non absoluuntur, sed mitiori pęna. cum eis agendum erit, idem tenuit Francisc. de Platea in tracta. de excommu. in §. 33. colum. secun. in prin. in versi. quærit. gl. nu. quarto.

19 † Conclusio sapradicta, quod occidens vel dicens Cardinalem incidat in crimen læsæ maiestatis, & puniatur pœnis de quibus in præallegato capitu. fœlicis, fallit secundo, quando Cardinalis esset rebellis papę expresse vel occulte, quia tali casu impune occidi, capi & detineri posset. facit text. in l. proditores. Digest. de re militari, & ita dixit de rebelle Bar. in extrauagan. qui sint rebelles. in verbo rebellando. in versicu. de pęna vero numero 13. idem voluit Cumanus consilio centesimo quinquagesimotertio. Ad primum respõdetur. circa principio. & quod etiam rebellis occultus possit impune occidi. sentit idem Barto. loco prędallega. in versicu. circa secundum, de
20 quo dicam infra in titu. de rebel. quęstio. vndeci. † Idem dicendum esset si Cardinalis esset proditor Papę, quod multis mo-
21 dis accidere potest, ut infra dicam in titu. de proditor. † & præsertim quando secreta papę eius inimicis reuelaret. quo casu quis proditor dicitur, vt late deducit Hippolit. Marsil. prędceptor & promotor meus in consilio primo. in prima & secunda colum. & dicam latius infra in titu. de prodit. in secun. quę-
22 stio. † Hinc est, quod licite potuit Franciscus Alidosius Cardinalis Papiẽsis occidia Francisco Maria Feltrio de Ruuere Vrbini Duce inuictissimo sanctę Romanę ecclesię tunc Capitaneo generali tempore Iulij secundi Pontificis maximi: *dictus* nanque Cardinalis dum legati de latere munere fungeretur pro eodem pontifice in ciuitate Bononię, vigente tunc inter prędictum Pontificem & Gallorum Regem bello, ecclesiastici exercitus secreta, cui vti legatus pręderat, ducibus Gallici exercitus nunciabat, ea proppter Rauennæ, vbi pontifex ipse aderat, ab eodem Francisco Maria confessus interijt. de cuius nece, cum ad cardinalatus honorem non virtutibus, sed vti prędicto Iulio gratus, assumptus fuisset Christophorus Pierius Gigas patruus meus Poeta non obscurus, sic alludens scripsit.

Quisquis ad immeritos quotiens aspirat honores.
Mox voti est compos factus & ille sui.
Metiri discat rerum qui finis habendus.
Omnibus exemplo tu Papiensis eris.

24 † Formato igitur Romæ processu super prędicti cardinalis morte, & in eodem cõstito quod fuerat ipsi põtifici proditor propter reuelationem secretorum sui exercitus, Franciscus Maria Dux tanti sceleris vltor absoluitur, idque iure factum
25 fuit, siquidem † occultus rebellis seu proditor impune occidi potest, & quod fuerit occultus rebellis seu proditor in iudicio super homicidio probatur, de quo etiam latius dicam infra in titu. de rebell. q. 11.

Addo, quod, postquam hęc scripseram, inueni quod super prędicto casu domi. Caro. Rui. prędceptor meus celeberimus Doctor consuluit ad fauorem prędfati illustrissimi Ducis; qp videlicet Cardinalem prędictum ecclesię rebellem occultum impune occidere potuerit, vt habetur consilio eius iiij. proponitur in themate. per totum. in v. volu. Non omittam quod
26 † Vrbanus sextus Põti fex maximimus ductos maria Nuceriaad Genuam septem Cardinales, qui clam cum Clemente cũ eo de pontificatu cõtendente conpirant, nulla mitiori pœna in eos contentus fuit, quam vt saccis quisque eorum seorsum alligatus & inclusus in mari demergeretur, teste Baptista Fulgo. in libello suo de dictis factisque memoratu dignis, lib. 6. in rub. de seueritate. exemplo. 25.

SVMMARIVM.

1 *Offendens vicarium Imperatoris vel Papæ, non in cotemptum Papæ, sed ob priuatam iniuriam, crimen læsæ maiestatis non committit.*
2 *Cardinalis vel legatus aut officiarius Papæ, si esset episcopus, & sub sua episco-*

Digitized by Google

epiſcopali iuriſdictione haberet aliqua caſtra, & aliquis eius ſubditus ab eo rebellare faceret aliquod ex dictis caſtris, talis propterea non committeret crimen læſæ maieſtatis.

3 *Subditus lædens prælatum inferiorem iure proprio dignitatem ſeu titulum comitatus vel epiſcopatus habentem crimen læſæ maieſtatis non committit.*

4 *Crimen læſæ maieſtatis contra Papam committi dicitur quando quis contra Cardinalem Legatum prouinciam gubernantem, & contra pacificum ſtatum terrarum Romanæ eccleſiæ machinatur.*

5 *Leges loquentes de imperatore vel ipſius officialib. etiam q̃ ſunt pœnales, extenduntur Papam & eius legatum.*

6 *Magna eſt coniunctio inter Romanam eccleſiam & imperium.*

QVAESTIO. VI.

SExto quæro An offendens Legatum vel Vicarium Papæ incidat ī crimine læſę maieſtatis? Et dicendum quod ſic, vt voluit. Barto. in extrauagan. ad reprimen. in verbo rebellando. verſicu. quod dicitur, numero 4. idem tenuit Cardina. in clemen. paſtoralis. in princip. colum. ter. in fi. de re iudica. & Præpoſi. in cap. imprimis in §. de perſona. numero venteſimo. & venteſimoprimo. ſecun. quæſtio. 1. & Cuma. conſilio 153. ad primum reſpondetur. vbi conſuluit

1 quod † offendens Vicarium imperatoris incidit in crimen læſæ maieſtatis, hoc ſane procedit quando legatus vel vicarius Papæ principaliter offenditur in contemptum ipſius Papæ illius poteſtatem & authoritatem ac iuriſdictionem denegando, ſecus ſi id ageretur ob priuatam iniuriam. eo etenim caſu offendens Vicarium ſeu Legatum Papæ crimen læſæ maieſtatis non committeret, vt tenuit Præpoſi. in dict. capitu. imprimis. prędallegato. §. de perſona. idem ſentit Barto. in prædicta extrauagan. ad reprimen. in verſicu. ex tenore, & in dict. verſi. rebellando. allegat Præpoſitus ad hoc Ancha. conſilio ducenteſimoſeptuageſimo. ſubdens, quod

2 † ſi Cardinalis vel Legatus, aut officialis Papę eſſet Epiſcopus, vt puta Parmenſis, & ſub ſua epiſcopali iuriſdictione haberet aliqua caſtra, & aliquis eius ſubditus ab eo rebellare faceret aliquod ex dictis caſtris, quod talis propterea non committeret crimē læſę maieſtatis, eo etenim caſu non offendit eum tanquam Cardinalē, vel Legatum Papę, ſed vti Parmenſem Epiſcopum. Ad idem eſt conſilium Calderi. in rubr. de accuſa. conſi. 6. & vltimo. vbi conſuluit quod volens debellare caſtrum pertinens ad eccleſiam Rauennatem, quo ad temporalem iuriſdictionem, cri

3 men læſę maieſtatis non committit: † Nec crimen læſæ maieſtatis committi dicitur, quando prælatus inferior, qui iure proprio dignitatem ſeu titulum comitatus vł epiſcopatus habet, a ſuo ſubdito læditur. vt voluit Calde. conſilio ſeptimo. in tit. de accuſa. ad idem facit quod voluit Petr. de Anchara. in cle. paſtoralis. colu. 2. circa fin. in viij. not. de re iu. vbi dixit, q̃ rebellis dī q̃ p̃ proſperitatem imperatoris vel imperij aliquid facit, ſecus ſi cōtra alium inferiorem. Concluſionem ſupradictam, quod offendens Legatum Papæ incidat in crimine læſæ maieſtatis, conſulendo tenuit Petr. de Ancha. in conſilio ducenteſimoſeptuageſimoſeptimo. ex prędicta facti narratione. colum.

4 v. vbi dixit, quod † crimen læſę maieſtatis contra Papam committi dicitur, etiam quando quis cōtra Cardinalem Legatum Papæ prouinciam gubernantem, & contra pacificum ſtatum terrarum Romanę eccleſię machinatur. per textus. in l. quiſquis. in prin. C. ad l. Iul. maieſt. & in c. ſi quis cum militibus. vi.

5 q. j. † Et ſi quis dixerit, quod iura prędicta loq. nūtur quando aliquid contra imperatorem vel eius officiales quis molitur, nō quando committur contra legatum Papę, ideo ad caſum prędictum non extenditur, cum pœnalia ſint l. interpretatione. ff. de pœnis. cap. in pœnis. de regu. iuris in ſexto. Reſpondē, iura prędicta papam & eius legatum extendi. Nam ſi quando quis Cardinalem non legatum offendit, & contra ipſum machinatur, incidit in crimen læſę maieſtatis, vt vidimus ſupra quæſtio. quin. & eſt tex. in capitu. fœlicis. de pœnis. in ſexto. a fortiori id dicendum erit quando quis machinatur contra ſtatum Romanę eccleſię, vel contra Cardinalem apoſtolicæ ſedis legatū, eo etenim caſu talis videtur facere etiam contra ſtatum & trā quillitatem Imperij, cum imperator ſit aduocatus & defen-

6 ſor eccleſię, vt dixi ſup. quæſtio. 2. & ideo † magna eſt coniunctio inter Romanam eccleſiam & imperium, vt in Authen. quomodo propter epiſcopos, in prin. & ita voluit Petr. de Anchara. in prędalega. conſi. 277. col. 2.

SVMMARIVM.

1 *Philippus Decius conſuluit pro nonnullis cardinalib. qui a Iulio ſecundo pōtifice maxi. defecerunt, & conciliabulum Piſis indixerunt.*

2 *Tractans de imperio vel regno imperatore vel rege viuente, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO. VII.

SEptimo quæro. An is qui papa viuēte de papatu conuēticulam facit incidat in crimine læſę maieſtatis? & dicendum quod ſic, ita voluit Io. Andr. in capitu. veniens, de teſtibus. Idem tenuit Marti. Lauden. in tracta. ſuo de crimine læſę maieſtatis. quęſtio. 9. allegat Bald. in l. quoniam liberi. Cod. de teſtibus. quod notandum eſſe dixit contra concilium non canonice congregatum vt accidit tempore Iulij ſecundi pontificis maxi. a quo differunt

1 nonnulli Cardinales & conciliabulum Piſis indixerunt, quibus Philippus Decius inſignis Doctor neſcio quo ſpiritu adhę ſit, & pro illis conſuluit, vt habetur conſilio centeſimo quinquageſimoprimo. maximi ponderis, in primo volu. quod tamen conciliabulum improbatum fuit, & approbatum concilium lateranense indictum per ipſum Iulium, mox poſt illius obitum ſine debito terminatum per Leonem decimum dicti Iulii ſucceſſorem: & concluſionem prędictam, de faciente de Papatu conuenticulam Papatu viuente, tenuit etiam ſolēnis Doctor prędceptor meus domi. Hippol. de Marſi. In conſilio primo. colum. quarta. numero venteſimotertio. in primo volumi. & Alexand. in l. pri. ff. ad legem Iul. maieſt. pro qua concluſione facit text. in capit. ſi quis Papa. 79 diſtinctio. idem tenuit Mathe. de Afflict. in c. primo. in ver. & bona commitentium. col. 8. verſicu. trigeſimooctauo. nume. 101. in tit. quę ſint rega. in vſibus feudo.

2 † Idem dicas de tractante de imperio vel regno imperatore, vel rege viuente, vt voluit idem dominus meus in dicto cō ſilio 1. ſequitur Reſtaur. in tracta. de imperatore. quęſtio. 1. 18. in fine.

SVMMARIVM.

1 *Imperator eſt fœderatus Papę & eius aduocatus & defenſor.*

QVAESTIO VIII.

OCtauo quæro, An offendens imperatorem papam offendere dicatur, & ſic incidat in crimen læſę maieſtatis quo ad papam, ſiue imperatoris, ſiue papę ſub

1 ditus ſit? Dicendum quod ſic, quia lędes imperatorem qui † eſt fœderatus papę & eius aduocatus & defenſor, vt habetur per Petrum de Monte in tractatu de monarch. concil. verſiculo poſtquam numero 3. Pari. de Puteo in ttact. de re mi lita. in §. pœnę. numero. Michal. Vulcur. in tracta. de regim. mundi. in ſecunda parte. 4. quæſtio. numero 16. Franciſ. Arias in tract. de bello. numero centeſimononageſimooctauo. Marcus Mantua in tracta. concil. numero centeſimononageſimoquarto. & per Reſtaurum Peruſinum in tracta. de imperatoquęſtio. 73. numero ſeptimo. & octauo. Papam lędere & offendere dicitur, & ita voluit Barto. in extrauagan. qui ſint rebelles. in verſicu. rebellando, columna tertia. & Petrum de Ancharano in clemen. paſtoralis. columna. quin. & in conſi. ducenteſimoſeptuageſimo. & Oldr. in conſi. 43. & Prepoſit. in capitu. imprimis in §. de perſona. numero venteſimoſecundo. 2. q. prima.

SVMMARIVM.

1 *Notorium probatione non indiget.*

2 *Super notorio non eſt neceſſaria ſententia.*

QVAESTIO VIIII.

NOno quæro An Cardinalis Legatus papę contra quem fuit comiſſum crimen læſę maieſtatis de quo dixi ſupra quęſtio. ſexta. poſſit declarare offendentem ipſum incurriſſe pœnas de quibus in capitu. fœlicis. de pœn. in vj. ſtatutas contra offendentem Cardinalem, ſuppoſito tamen quod delictum ſit adeo notorium; quod negari non poſſit, vt puta ſi de eo tota vicinia ſit teſtis, vt in capius. penulti. de purgat. cano. & 41. diſtinctio. capitu. in ſacerdotibus. in ſing. & 24. quæſt. 2. c. ſane. Circa quæſtionem prędictam Arch. in d. c. fœlicis. col. pe. ver. ſed nunquid legatus. pro parte affirmatiua plura adducit fundamenta, & prędertim, quia ſcientia condemnatoria q̃ tales facinoroſos lata eſt per conſtitutionem d. c. fœlicis. & ſic exequtionem ſecum trahit, ita q̃ Cardinalis offenſus non eſt huiuſmodi ſententię promulgator, ſed notificator ſiue denunciator, allegat. 24. q. 1. ca. 1. ibi, factus ſū exequutor conſtituti, non promulgator noui. Prędterea, in faciendo huiuſmodi notificationē non vł, ſuā iniuriam proſequi, ſed potius Romanæ eccleſię q̃ p̃ot, vt in c. Guiliſarius & ſequen. 23. quæſtio. 4. ſub-

1 dens, quod cū præſupponatur factum notorium, & † notoria

Digitized by Google

probatione non indigeãt. 2. q. 1. c. manifesta. & c. quoniam. de
2 fil. presbi. §& propterea non sit necessaria sententia super crimine vel iniuria notoria, non dicetur prædictus legatus iudex in causa propria, sed exequutor siue notificator pœnæ, quod facere potest. cap. nouit. de appel. & hanc partem dicit tenuisse Innocent. in c. j. de offic. deleg. in glos. vlti. versi. iniuriam. concludit tamen Archid. quòd melius est, quod talis notificatio fiat per superiorem dicti Cardinalis legati, cuius opinionem sequitur ibi Ioan. Andreæ. colum. penul. in princ. & ibid. Pet. de Anch. colum. penult. versic. secundo quæro iuxta prædicta, & ista opinio mihi magis placet.

SVMARIVM.

1 *Extrahens confugientem ad ecclesiam diuinam offendit maiestatem.*
2 *Etiam qui conatus fuerit extrahere aliquem de ecclesia, licet de facto non extraxerit, incidit in crimen læsæ maiestatis.*
3 *Confugientes ad ecclesiam quantumcumq; grauia delicta commiserint in eadem tuti sunt.*
4 *Concedere licentiam iudicib. extrahendi de ecclesia enormium delictorum perpetratores est de reseruatis papæ.*
5 *Extrahens de ecclesia publicum latronem, vel nocturum depopulatorem agrorum non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
6 *Qui dicantur publici latrones, & nocturni depopulatores agrorum.*
7 *Extrahens de ecclesia eum qui in ecclesia ea intentione deliquit vt ab ea defenderetur, non incidit in crimine læsæ maiestatis.*
8 *Extrahens de ecclesia eum qui per insidias & industriam homines occidit non incidit in prædictum crimen.*
9 *In terris ecclesiæ occidens etiam per insidias & industriam hominem gaudere deberet immunitate ecclesiæ.*
10 *Tex. Exodi. cap 21. procedebat olim in altarib. veteris testamenti, quæ non erant tantæ authoritatis quantæ nostra sunt.*
11 *Depositio est mors ciuilis.*
12 *Quoties a canonib. mentio fit de morte, intelligitur de morte ciuili, & pot etiam intelligi de sententia excommunicationis.*
13 *Lex antiqua faciens mentionem de morte, exponitur, id est per sententiam excommunicationis.*
14 *Canones facientes mentionẽ de morte intelligendi sunt de morte ciuili, quoniam ipsis non imponunt pœnam mortis naturalis.*
15 *Alius intellectus ad tex. in d. c. 21. Exodi.*
16 *Tex. in c. 1. extra de homici loquitur de clerico per insidias homicidiũ perpetrante.*
17 *Opinio authoris circa d. tex.*
18 *Proditor quis dicatur.*
19 *Proditorie hominem occidere plus est quam ex proposito occidere.*
20 *Extrahens de ecclesia eum qui proditorie hominem interfecit non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
21 *Idem dicendum de extrahente de ecclesia eum qui appensate hominem extra ecclesiam interfecisset.*
22 *Quælibet causa etiam bestialis excusat a pœna.*
23 *Extrahens de ecclesia eum qui veneno aliquem peremit non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
24 *Plus est hominem veneno occidere quam ferro.*
25 *Triplex homicida non gaudet immunitate ecclesiæ.*
26 *Quando opiniones Doctorum sunt variæ, vnam sequens excusatur a culpa & dolo.*
27 *Iudex si captum in ecclesia libere relaxet, & dum ille relaxatus discedit facit illum iterum capi non dicitur ipsum relaxasse.*
28 *Qui tenetur aliquem relaxare non liberatur ab obligatione illum simpliciter relaxando in suo territorio, sed debet facere secure cõduci extra suũ territorium ad locum ubi possit secure stare.*
29 *Extrahens de ecclesia reum criminis læsæ maiestatis commissi contra principem non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
30 *Captus extra ecclesiam, licet per ecclesiam ducatur, inde violenter extrahi potest, nec tali casu immunitas ecclesiæ violari dicitur.*
31 *Veniens de vltra mari cũ equis & armis, & trãsiens per regnum Siciliæ, ex quo equi & arma non possunt extrahi sine regis licentia, poterit eos conducere ad locum sui domicilii extra regnum sine aliqua regis licentia.*
32 *Ductus per cimiterium, licet extra captus, inde amoueri non potest.*
33 *Et sic semel vidit obseruari author in ciuitate Venetiarum, quamuis contraria opinio in iure sit verior, secundum eum.*

QVAESTIO X.

DEcimo quæro, Vtrum extrahens violenter de ecclesia aliquem ad eam confugientem committere dicatur crimen læsæ maiestatis? Dicas quod sic. tex. est clarus de hoc in l. 2. C. de his qui id ecclesias confugiunt, & ratio
1 huius decisionis assignari potest. † Nam extrahens confugientem ad ecclesiam diuinam offendit maiestatem, quia ecclesia domus Dei est, vt habetur in euangelio Ioannis cap. 2. ibi, nolite facere domum patris mei domũ negociationis, q̃ offendere plus est quam terrenam offendere maiestatem, sed offendere temporalem maiestatem est inciedre in crimen læsæ maiestatis l. quisquis. Cod. ad l. Iul. maiesta. a fortiori offendens diuinam l. ne quicquam. versicu. cum sanc. & l. si quis in hoc genus. Cod. de episcop. & cleric. canonizata 2. quæstio. 1. cap. si quis in hoc genus: & igi glo. & Authen. gazaros. C. de hæreti. & cap. vergentis. extra eodem titu. rationem prædictã adducit Odof. in l. fecun. Codi. de his qui ad eccles. confug. posset iudicio me & alia assignari ratio dictæ decisionis, cum confugientes ad ecclesiam sint in ea tuti ex canonum dispositione pariter & legum, nec ex ea possint extrahi, nisi de licẽtia summi Pontificis, vtique extrahens illos immediate lædit pontificis iurisdictionem, & attribuit sibi iurisdictionem quam non habet, sed soli Papæ competit: ideo committit crimen læsæ maiestatis, per ea quæ dicam infra quęstio. 22. sub hac met rubric. conclusionem prædictam, quod extrahens aliquem de ecclesia authoritate propria incurrat crimen læsæ maiestatis. tenuit Abb. in cap. inter alia. colum. octaua. in fine. de immu. ecclesiarum. & rursus ibidem columna 9. in princip. in versi. et faciunt hæc. & idem Abb. in cap. penu. eodem titu. & Nicol. Boer. in tract. de seditios. in 7. & vltimo præsupposito, colum.
2 12. numero 56. & 57. † Quinimo non solum qui de facto & violenter aliquem de ecclesia extraxerunt incidunt in crimẽ læsę maiestatis, sed etiam hi qui extrahere conati sunt, vt vo-
3 luit gl. fi. in d. l. secun. quam ibi sequitur Salice. † Cum, etenim confugientes ad eccclesiam, quantumcunque grauia delicta commiserint, in eadem tuti sint. præallegato capitu. inter alia cap. fina. de immunita. ecclesiarum. cap. sicut antiquitus. capit. miror. cap. diffiniunt. 17. q. 3. hinc est, quod extrahens inde aliquem authoritate sua, sede apostolica inconsulta, diuinam offendit maiestatem, quia violat immunitatem domus Dei: offendit terrenam maiestatem videlicet pontificem, sine cuius
4 authoritate talis extractio fieri non potest. † Et cum concedere licentiam iudicibus extrahendi de ecclesijs enormium delictorum perpetratores sit de reseruatis Papę, hinc est, quod quando Papa mittit vnicos suos ad potentatus consueuit illis tribuere facultatem legati Cardinalis de latere, & dare illis authoritatem concedendi secularibus iudicibus licentiam huiusmodi, vt sæpe vidi in facultatibus concessis sanctitatis suæ nuntijs apud illustrissimã Do. Venetorum residetibus, vt fuerũt Hier. Verallus tunc Rotę auditor, & Fabius Mignanelius Clarissimi iuris Doctores quorum vterque cardinalatus honore donatus sacrosanctum illum senatum virtutum suarum radiis illustrat.

5 †Fallit tamen conclusio prædicta in eo qui de ecclesia extrahit publicum latronem, vel nocturnum depopulatorem agrorum, vt voluit tex. in d. cap. inter alia. de immunita. eccles.
6 †qui autem dicãtur publici latrones, & nocturni depopulatores agrorum. vide per Doc. vbi Abb. in d. c. inter alia.

7 †Secũdo fallit in extrahente de ecclesia, eum qui in ecclesia ea intẽtione deliquit vt ab ipsa defenderetur ecclesia, de quo est tex. in c. fi. de imm. eccl.

8 † Tertio fallit in eo qui per insidiàs & iuduſtriam hominẽ occidit, & ad ecclesiã confugit, extrahens. n. talem, cũ id iure permittente faciat, capit. primo. de homicid. non delinquit, ut habetur etiam Exodi capit. vigesimoprimo. Aduertas tamen quia ista fallentia non videtur procedere, nam dispositio illa Exodi registrata in dicto capit. primo. de homicid. procedebat olim ex veteri testamento, quo tempore nondum emanarãt leges humanę immunitatem ecclesiis cõferentes, sed hodie videtur secus dicendum, ut sentit Abb. in dicto capi. 1 colum. 1.
9 in versicu. in glos. 2. de homicid. dicens, quod † in terris ecclesiæ occidens etiam per insidias & industriam hominem gaudere deberet immunitate ecclesię, allegat ad hoc text. per locum a speciali in dicto cap. fina. de immun. eccle. vbi habetur quod committẽs ex proposito in ecclesia homicidium, vt ab ipsa ecclesia defendatur, tali priuilegio gaudere non debet, ideo punitur in eo in quo deliquit. cum enim in ecclesia delinquendo sacrum violet a sacro non est defendendus, & sic ille tex. loquitur de homicidio ex proposito commisso ĩ ecclesia, ergo secus si homicidium ex proposito quis extra ecclesiam committat per tex. in dicto cap. inter alia. ibi, quatuncunque grauia maleficia, dicens, quod cum casus de quo in dicto c. 1. de homicid. non reperiatur exceptus a generali regula text. in dicto capit. inter alia, standum erit regulę, præsertim quia illa est lex Exodi, & non noua, Innocent. vero in dicto cap. 1. dicit
10 quod † ille tex. Exodi procedebat in altaribus veteris testamenti, quę non erant tantæ authoritatis quantæ nostra sunt.

Alij intelligunt illum tex. de mortuo per pœnitentiam, scili-
11 cet vt moriatur in peccatis suis, vel vt deponatur, † depositio enim est mors ciuilis, 2. quæst. 7. cap. quia ergo. Hostien. autem dicit quod tex. in dicto capi. 1. intelligi potest de incorrigibili, tandem Aba. relatis aliorum opinionibus, distinguendo dicit, text. in dicto capi. 1. de homicid. intelligi posse tam de clerico quam

Digitized by Google

quam laico.de laico ſcilicet vt ab altari euellatur,id eſt,ab ec
cleſia.& a fidelium commuuione per excommunicationem
12 †quoties enim a canonibus mentio fit de morte, intelligitur
de morte ciuili,& etiam intelligi poteſt de ſenten.excommu.
vt probatur in capitulo.per venerabilem.qui filii ſint legitimi
13 †ibi enim lex antiqua faciens mentionem de morte,exponi-
tur,moriatur,videlicet per ſententiam excommunicationis,
quia per eam veluti mortuus a communione quis ſeparatur,
& ad hoc ille tex.eſt notabilis, veruntamen negare non poſſu
mus quod illo tempore text.ille Exodi nō loqueretur de mor
te naturali,per id quod legitur & notatur in capitulo placuit,
14 27.quæſtio.j.†ſed poſtquam diſpoſitio illius tex.eſt incorpora
ta in decretalibus inter canones,intelligi debet ciuiliter,ſecū·
dum ipſorum canonum naturam,quorum diſpoſitio de mor
te loquens intelligitur de ciuili,cum canon non imponat pę
15 nam mortis naturalis.†Secundo modo dicit Abba. in d.capi.
primo.Intelligi poſſe illum text. in clerico.qui cum ſit affixus
& obligatus, ſubdens,quod hodie dupliciter poteſt intelligi,
primo de depoſitione,quæ eſt quædam ciuilis mors. Secūdo
intelligi poteſt de morte naturali,vt puta quando homicidiū
eſt adeo qualificatum quod non videatur ad pœnam ſufficere
ipſa depoſitio, nam eo caſu deponi deberet & tradi curiæ
ſeculari vt moriatur,ita dixit idem Abba,in capitu.primo.de
his qui fil.occider.& in capi.at ſi clerici de iud.At Felin.in d.c.
primo.de homicid.dicit,quod dictum Abbatis,quod ille tex.
loquatur & procedat tam in layco quam in clerico,implicat
aliqualem contradictionem,dicens,quod ſi loquitur in laico
ꝓditorie aliquem occidente,procederet intellectus gloſſ. ibi,
in verbo per inſidias quæ dixit,quod is qui per aggreſſionis in
ſidias aliquem occidit nō iuuatur immunitate eccleſiæ.& ſic
quod iſte erit quartus caſus exceptus a ſupradicta regula gene
rali,tex.in dicto capitu.inter alia. ſi vero loquimur de clerico
26 ipſe degradabitur & tradetur curię ſeculari,dicens,quod † per
tex.in d.ca.primo. ita conſuluit contra quendam epiſcopum
Pet.de.Anch.conſil.153.ex narratis in facto.column.2.quidi
xit,quod tex.in dicto capitu.1.de homicid.loquitur in clerico
per inſidias homicidium perpetrante,nam clericus dicitur,ꝓ-
prie euelli ab altari,laicus enim non poteſt dici euelli,qa cir-
ca altare non miniſtrat, vnde qui radices non egit in loco,vt
fecit clericus in eccleſia,euelli non poteſt,priuatio etenim ha
bitum prę ſupponit,l.decem,ff.de verborum obligationibus,
Ideo dicit debere intelligi illum text.ibi, euellas per degrada-
tionem vt moriatur,uidelicet vt moriatur per exequutionem
iudicis ſecularis,nam verbum,moriatur,referri debet ad mor
tem naturalem,vt notatur in capitulo placuit,17. queſt.1.ca.
ſuſceptum.de reſcript.in 6.ſubdens Anchar.loco prędallegato.
quod dum ille tex.dicit,euellas,loquitur prælato,& ſubdit im
perſonaliter,moriatur,quaſi dicat,non per prędatum eccleſia
ſticum,ſed per iudicem ſecularem ei mors inferat, dicens iſtā
expoſitionem eſſe magis conſonam menti illius text. Exodi,
quam ſint aliæ quas refert Ioan.And.in d.capit.j.& quod illa
lex Exodi redacta fuit in volumine decretalium, vt ſeruet nō
vt fruſtra membranas occupet.Idem dixit etiam ipſe Petr. de
Anch.in repe.cap.ea quæ.colum.29.in fin.in verſi.19. quæro.
& col.30.in prin.in verſi.quidam miſer ſacerdos.de regu. iu.in
6.vbi refert miſerabilem caſum qui accidit tempore ſuo in ci
uitate Venetiarum, quod qdam ſacerdos alium ſacerdotem
per induſtriam occiderat,contra quem ipſe conſuluit, & ibi
ſequitur prædictum intellectum ad tex.in dicto ca.1.de homi
cid.referens,tunc conſuluiſſe epiſcopo Venetiarum,quod ſa-
cerdos ille homicida ꝓditorius degradari poterat, & tradi cu
riæ ſeculari,vt vere moreretur,per tex.in prædallegato cap.1.&
ibidem hanc opinionem tenuit Ioan.de Ana.col.fi. vbi tenet
quod ille tex.cap.primo.de homicid.loquatur de eo qui prodi
torie hominem interfecit,& licet iſta opinio,quod ex illo tex.
inducatur quod clericus ex tali delicto mori debeat,videatur
rigoroſa,tamen vt dicit idem Anch.in dicto capit. ea quæ,ha
bet in ſe æquitatem,quia ſi contigeret quod clericus & laicus
conſpirarent in mortem alicuius,& aliquem in ſimul prodi-
torie occiderent,adeo quod laicus ex tali delicto dilaniaretur
ſi clericus ſolum ad perpetuos carceres damnaretur, iter eos
eſſet nimis magna pœnę inęqualitas, præſertim quia damna
ti ad perpetuos carceres,vt plurimum carceribus fractis aufu-
giunt,quod ſcandalum parat laicis contra clericos & prælatos.

17 †Opinio Pet.de Anchar.& Ioan.de Ana.quod tex.in d. ca.
j.de homicidio loquatur de homicida proditorio, mihi pla-
cet,& propterea recte cōſuluiſſe arbitror Pe.ipſum tunc epi-
ſcopo Venetiarum circa illum ſacerdotem qui ꝓditorie aliū
occiderat ſacerdotem,quem perſuaſerat quod iret ad eius do
mum pro accipiendo maluatico,& cum ille iuiſſet ad id ſua-
ſus pro habēdo maluatico fuit a prędicto proditorie interfe-
18 ctus, †proditor enim is dicitur q proximum circumuenit &
eum callide ſeducit,vt illum in periculum ſalutis traha. 24. q.
3.capitu.transferunt.15.q.1.capit.ſi cupis. & item is proditor
dicitur qui dum ſe amicum oſtendit poſtea damnum iniuriā
vel machinationem infert,vt dixit Angel.in §.interdum.Inſt.
de hæred.quæ ab inteſta.deferun.ad idem eſt glo.in 46. diſtin.
capi.clericus.& 11.q.3.cap.nolite,& late dicam infra in rubr.
de prodit.in 1.quæſt.ab illis enim qui aliud in ore aliud in cor
de gerunt difficillimum eſt cauere,de quibus loquitur ſeruа-
tor noſter dicens,populus iſte labijs me honorat. cor autem
19 ipſorum longe eſt a me,vt habetur Math.cap.15.†Et prodito
rie hominem occidere plus eſt quam ex propoſito occidere,
vt puta inimicum apenſate & apoſtate occidere, quia ab ini-
mico cauere poſſumus,ab eo autem qui ſe amicum extrin-
ſece gerit,& intrinſecus inimicus eſt,fere impoſſibile eſt caue
re.nec aſſentio opinioni dicentium quod tex.in d.cap.j.de ho
micid.loquatur de occidēte hominem ex propoſito, quia hu
iuſmodi intellectus aduerſatur diſpoſitioni tex.in c.fin.de im-
muni.eccle.qui text.loquitur de committente homicidium ī
eccleſia ea intētione vt ab ipſa defendatur,& ſic ponit caſum
exceptum a regula generali dict.cap.inter alia.eodem tit. qui
tex.a cōtrario ſenſu probat., quod committens homicidium
ex propoſito extra eccleſiam ad illam poſtmodum confugiēs
tueri ab ea debet ne inde extrahatur.confirmatur hoc, qa ex-
ceptio debet eſſe de regula,ſed caſus excepti in dicto ca. inter
alia ſunt tales qui ex propoſito & prędeditate committunt,
vt eſt in publico latrone,& in nocturno depopulatore agro-
rum,qui excipiuntur in illo tex.ergo & regula illius tex.intel-
ligi debet etiam in homicidio penſato, non tamen proditо-
20 rio,per ſupradicta. †Erit ergo concluſio, quod extrahens de
eccleſia eum qui proditorie hominem interfecit non incidit
21 in crimen læſę maieſtatis.†Et idem dicas de extrahente de ec-
cleſia eum qui apenſate hominem extra eccleſiam interfeciſ
ſet.non ea ratione,quia talis,vt dixi ſupra,poſſit inde extrahi,
ſed ex eo quod tex.in dicto capitu.primo,de homicid.patitur
22 plures intellectus†& quelibet cauſa etiam beſtialis excuſat a
pœna & dolo,l.igitur.§.poteſt,ff.de liberali.cau. Caſſio.deciſ.
19.nu.4.ſuper regul.Cancel.Roch.de Cur.in tract. de conſue.
nu.124.& dixi in tractatu de penſio.q.75.nu.2. & facit text.in
l.1.in fi.ff.de abige.ibi,ſiue iuſtus ſiue iniuſtus & ſcribit Boer.
dec.168.nu.11.in j.par.

23 †Quarto fallit ſupradicta concluſio,quod extrahēs aliquē
de eccleſia incidat in crimen lęſę maieſtatis, in eo qui ex ec-
cleſia extrahit eum qui veneno aliquem peremit, talis enim
proditor dicitur,vt dixit Fely.in prædallegato capitu.j.de homi
cidio,& ibidem Ioan.de Ana.col.j.num.1.†plus eſt enim ho
minem veneno occidere,quam ferro,l.1.C.de malefic.& Ma
the,per quem tex.dicit Bald.in l.nemo,C.de ſumma Trini.&
fide catho.quod qui alicui venenum exhibet illum proditо-
rie interficere dicitur,& caſus hmōi proculdubio comprehē-
ditur ſub diſpoſitione tex.in d.capi. j.de homicid.cum verum
ſit dicere quod propinans alicui venenum,ex quo ille moria
tur,dicitur illum per induſtriam & inſidias occidiſſe,nam ve-
nenum vt plurimum ſubminiſtratur ab eo de quo venenatus
confidit,& ſæpe magnis viris prępparatur, a quo pauperes &
viles regulariter ſunt immunes,iuxta illud Iuuenalis. Fictilib.
nulla miſcent acouita.Et licet Io.de Ana.in d.c.1. quem ſeq-
tur idem Nico.Boer.deciſ.109.nume.5.in prima parte.dicat ꝙ
25 forte dici poteſt quod†triplex homicida non gaudeat immu.
eccleſia.Primo,qui in eccleſia occidit,ſecūdo qui veneno ne-
cat aliquem,Tertio is qui proditorie occidit,vt in dicto c.i.de
homicid.nihilominus id mea quidem ſententia ſine dubita-
tione tenendum eſt,per ſupradicta, & quamuis variæ ſint in
hoc Doctorum opiniones. Iſtud etiam comprobat pdictam
quartam ac etiam tertiam fallentiam,quia†vbi varię ſunt Do
ctorum opiniones,vt in caſu noſtro,in quo aliqui tenent prę
dictos eſſe tutos in eccleſia.aliqui non,edcuſat a dolo & a cul
pa vnam ſequens:ſecundum not.per Inno.in cap.ne.innitatis
de conſt.& notatur in l.cum prolatis,ff.de re iud.& habetur p
Stefan.de Federicis in tracta.de interpret.iur.in vlt. parte, col.
fina.in fi.

27 †Vnum tamen in hac materia nota dignum nō omittam,
quod ſi iudex captum in eccleſia relaxet libere,ſi dum ille re-
laxatus diſcedit facit illum iterum capi, non dicitur ipſum re
laxaſſe, vt not.Arch.in capitu.miror.17.queſt.4.Bart.in l.i.per
illum text.C.de nauicula.libro vndecimo in verſicu.venio ad
verſicul.uenientes.Idem dicit Felin.in capit.ego enim.col.fin.
verſicu.item refert.de iureiurand.Et ideo dixit Abb.in c.acce.
dens,in prin.per illum text.de procurato.quod†is qui tenetur
aliquem relaxare ſeu reſtituere non liberatur ab obligatione
illum ſimpliciter relaxando in ſuo territorio,ſed debet illum
facere ſecure conduci extra ſuum territorium ad locum ubi
poſſit ſecure ſtare.

29 †Quinto fallit in extrahente de eccleſia rerum criminis lę
ſę maieſtatis commiſſi contra principem,de quo dicam infra
in titulo de pluribus queſtionibus. queſt. quarta, vide ibi di-

cta,

Digitized by Google

cta talem namque de ecclesia extrahens crimen lęsę maiestatis committere non dicitur.

30 † Sexto fallit, quãdo aliquis extra cimiteriũ vel ecclesiã a iustitiario vel officialibus est captus, & ducitur per ecclesiam, nam tunc inde etiam violẽter extrahi potest, nec tali casu immunitas ecclesię violari dicitur, ita voluit Arch. in c. sicut. 17. q. 4. & Ioan. Lupus in repet. rubr. de donati. inter vir. & vxor. vt refert & sequitur Nicol. Boe. in suis decisio. decisio. 178. nume. 13. in prima parte, facit ad hoc quod voluit And. de Iser.
31 in rubrica quæ sint rega. in vsibus feudorum, vbi dixit, † quod si quis veniret de vltra mare cum equis & armis, & transiret per regnum Sicilię, ex quo equi & arma non possunt extrahi sine regis licentia, quod poterit eos conducere ad locum sui domicilij extra regnum sine aliqua Regis licẽtia, per textum in lege si quis post hanc, in versiculo data similiter, C. de ædi.
32 priuat. & ibi glo. & Cy. Alberi. & Angel. † contrariam partẽ, quod imo ductus per cimiterium inde amoueri non possit tenuit Marcus Mantua. consil. lx. circa finem. num. 17. allegat Romanum in lege plerique, & ibi Iaſ. ff. de in ius vocand. & in argumentum tex. in lege quis sit fugitiuus. §. idem Celsus. ff. de ædilitio edict. & in l. sicuti. §. Aristo, & ibi Bald. ff. si seruitus vendic. pro prima opinio. facit text. in capitul. inter alia, de immunitate ecclesiarum, qui loquitur in confugiente ad ecclesiam, & text. in capitul. diffiniuit, & in capitul. sicut. 17. quęst. 4.

33 † Vltimam tamen opinionem semel seruari vidi in alma ciuitate Venetiarum aliarum ciuitatum Regina, sed primam veriorem puto. Nec obstant allegata per Mantuam, quia procedunt in eo, qui insecutus ab officialibus, vt caperetur fugiens se in ecclesiam recepit, & sic ad eorum manus non peruenit. & similiter tex. in dicta l. quis sit fugitiuus. §. idem Celsus. loquitur de seruo fugiente, qui se in tutum locum recepit, nec similiter obstat dictum Bald. in dicta. l. sicuti, §. Aristo. qui a loquitur in bannito insequuto ab officialibus vt caperetur, qui ausugit in alienum territorium, nam ibi capi non potest.

SVMMARIVM.

1 *Qui hominibus armatis templa occupat lęsæ maiestatis reus est.*

QVAESTIO XI.

VNdecimo quæro. vidimus in proxima præcedenti quæstione, qualiter extrahens aliquem de ecclesia propria authoritate ad quam ille confugerat incidit in crimen lęsę maiestatis, per textum in l. 2. C. de his qui ad eccles. confugiunt. Modo videamus quid dicendũ de eo qui sibi templum occupat? Dicas, quod talis incidit in crimen lęsę maiestatis, vt probat tex. in l. j. ibi, locave occupentur vel templa. ff. ad legem iuliam maiest. ad idem est tex. in l. 2. ff. de colleg. illici. iuncta gloss. ibi, in verbo, tenetur. vbi
1 tex. iuncta gloss. probat quod † is qui hominibus armatis templa occupat lęsæ maiestatis reus est. facit etiam ad id text. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccles. cõfug. & ita tenet Ludo. Montal. in tract. suo de reprobatio. sentent. Pilati. articulo primo. nume. 70.

SVMMARIVM.

1 *Impediens nuncios per legatum apostolicum ad Papam missos, & spoliãtes cos literis papæ directis, incidunt in crimen lęsæ maiestatis.*
2 *Imperator obtinet primum locum post papam.*

QVAESTIO XII.

1 DVodecimo quæro. an qui nuncios per legatum apostolicum ad papam missos in via publica impediunt, & literis papæ directis spoliant cris lęsæ maiestatis delictum incidant? Circa hoc Rom. consi. 275. quęritur primo, tenuit quod sic, per tex. in l. i. in prin. ff. ad leg. Iul. maiest. Verum quia vt supra diximus in j. q. huius Rubr. crimẽ lęsæ maiestatis committitur contra papam, siue per clericos siue per laicos eisdem modis quibus committitur contra Imperatorem, vt in toto. tit. ff. & C. de crimi. lęsę maiest. vt etiam dixit Prępos. in c. in primis. in §. de persona. col. 7. versicu. qui autem. nu. 20. 2. q. j. ideo deueniamus ad materiam criminis prædicti, videlicet quot & quibus modis crimen prædictum cõmittatur cõtra Imperatorem, alios Principes et ciuitates, et
2 quia † citra papam, Imperator primum obtinet locum, ab eo exordiendum erit.

SVMMARIVM.

1 *Machinando contra persoñam Imperatoris, crimen lęsæ maiestatis committitur.*
2 *Perduellionis reus dicitur qui contra personam Imperatoris, crimen lęsæ maiestatis commisit.*
3 *Duellum hoc solo casu fieri lex Romana permittebat.*

QVAESTIO XIII.

TErtiodecimo quæro quando Imperator offendi dicatur, vt quis crimen læsæ maiestatis con-
1 tra eum commisisse dicatur? † Respondę, quando aliquis machinatur contra eius personam, proculdubio crimen læsæ maiestatis committit, vt dixit Odofr. in Rubri. C. ad leg. Iul. maie. & Præposi. in c. in primis. in §. de persona. col. 7. versi. de Imperatore. 3. q. j. & est tex. in l. quisquis. in princ. C. ad l. Iul. maie. & hoc procedit, siue quis id solus faciat, siue cũ aliis conspirando in necem ipsius Imperatoris, siue cum militibus siue cum priuatis, siue cum barbaris, vel illum offendere promittendo, vel iureiurando affirmando, vt hĩ in d. l. quisquis. in prin. & ibi Doct. & tales per duelles dicuntur, vt testatur Vlpianus in l. fi. ff. ad legem. iul. maiest. idem dixit Ioan. de Turre
2 Crema. in c. si quis. §. porro. 6. q. j. inquiens, q † perduellionis dicitur reus is qui contra personam imperatoris crimẽ læsæ ma
3 iest. commisit † Duellum etenim Romana lex hoc solo casu fieri permittebat idem dixit etiam Turris Crema. in summa, 3. q. 4. & Spe. in ti. de accusa. §. j. versi. secundo crimen perduellionis.

SVMMARIVM

1 *Conspirando in necem consiliarii vel collateralis Imperatoris, offenditur Imperatoria Maiestas.*
2 *Consiliarii, vel collaterales Imperatoris dicuntur pars corporis ipsius imperatoris.*
3 *Consiliarii vel collaterales Imperatoris, & ipse Imperator dicuntur vnũ corpus.*
4 *Consiliarii dicuntur inhęrere Principi sicut stellæ firmamento cœli.*
5 *Priuata inimicitia non excusat aliquem a crimine lęsæ maiest.*
6 *Occidens consiliarium, siue collateralem Imperatoris ex priuata inimicitia non incidit in crimen lęsæ maiest.*
7 *Andreas de Isernia dum esset Regius consiliarius in Regno occisus fuit & Ex constitutione Regni occidens Consiliarium Regis ex priuata inimicitia tenetur crimine lęsæ maiestatis.*
8 *Occidens Consiliarium Principis in ipsius Principis odium siue Reip. vt tali Consiliario careat, incidit in crimen lęsæ maiestatis.*
9 *Secus si ob priuatam inimicitiam regulariter.*

QVAESTIO XIIII.

QVartodecimo quæro, quid dicẽdum de conspirante in necem Consiliarii Imperatoris, vel illius collateralis? Dicas & hunc in crimẽ
1 læsæ maiest. incidere. † offenditur enim ex hoc imperatoria maiestas: † tales namque pars corporis ipsius imperatoris dicuntur, vt dixit textus in dicta l. quisquis, in princ. C. ad legem Iul. maiest. facit tex. in c. fœlicis. de pœn. in 6, & habetur per Lucam de Penna in l. nihil. C. de pala. sacr. larg. libr.
2 12. ad idem est tex. in ca. si quis. 6. q. j. & ibidem Præpos. † Ex Imperatore enim Rege, vel principe vnum corpus fieri dicit & creari cum eius consiliariis, vt habetur in prælallegato ca. si quis. & in d. l. quisquis. & in e. c. fœlicis. ac in l. humanum. C.
4 de legi. † Quinimo consiliarii dicuntur inhærere principi sicut stellæ firmamento cœli ſm Bald. in l. cum multa. C. de bonis quæ libe. & veluti splendor fulgent firmamenti. argum. text. in c. super Specul. de magistr. & dicuntur Solis radii, capi. multi. de pœn. distin. 2. & tradit Nicol. Boer. in tract. authoritate mag. consi. nume. 229. Et prædicta videntur procedere ẽt si quis ex priuata inimicitia occideret collateralem vel consiliarium Principis, nam vt dicunt Bal. & Innoc. in capitul. 1.
5 de offi. delega. priuata inimicitia non excusat aliquem a crimine læsæ maiestatis.

6 † Contrariam autem partem, quod occidens consiliarium seu collateralem principis ex priuata inimicitia, non committat crimen læsæ Maiestatis, tenuit Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. quem sequitur An. de Iser. & in c. j. in §. & bona committentium. in ti. quæ sint regal. in vsibus feudorũ qui circa hoc plura scribit. idem tenuit Mart. de Laude. in tracta. de cri. læsæ maiest q. 21. & Matth. de Afflict. in d. §. & bona committẽtium. colum. j. & ii. referens, quod † And. de Iser. dũ
7 esset Regius consiliarius in Regno occisus fuit, ob cuius mortem Regina Ioanna constitutionem edidit, quod occidens Regis consiliarium etiam ex particulari odio, vel inimicitia siue vt Rex illo vtili consiliario careat, pœna criminis læsæ maie-

Digitized by Google

ieſtatis teneretur.& idem Mat.de con. regn.li.2.in tit. de his q fideiuſ.num.38.vbi atteſtatur vidiſſe reſcriptum Reginę Ioan nę primę in quo cõdemnabantur de cri.læſę maie.ſceleratiſſi mi illi qui virũ inſontem & reipublicę vtilẽ An.de Iſer.prędi ctum interfeceruntſ.upradictã opi.tenuit etiam Aymo.Crau. conſil.6.col.18.in verſicu.tertio arguitur.num.79.in j.volum. & Aegi.Bella. conſi.15.erit ergo ex præmiſſis firmata conclu ſio,quod occidens conſiliarium Principis,ſiue eius collateralem,in ipſius Principis odium,ſiue reipublicæ, vt tali conſilia rio careat,in crimẽ læſæ maieſtatis incidit,quod etiam tenuit Lucas de Pen.in l.quoties,col.7.verſic.ſic dicimus.C.de exact.
9 trib.lib.10.†ſecus ſi ob priuatam inimicitiam.voluntas enim & propoſitum diſtingunt maleficia.l.qui iniuriæ.in prin.ff.de fur.idem erit in offendente ſenatorem principis,per tex.in d. l.quiſquis.in prin.nam licet ſecus ſtatutum fuerit per Reginã Ioannam in regno Neapolitano, dicta conſtitutio non conſtituit ius vniuerſale.

SVMMARIVM.

1 *Chriſtum Cruci affigere dicuntur qui eius ſacerdotes perſequuntur.*
2 *Hippolitus de Murſiliis magnus criminaliſta fuit præceptor & promotor authoris.*
3 *Dux Valentinus Alexandri ſexti Pont.Max.filius, vicarios perpetuos q erant in Romandiola partim ferro,partim veneno ſuſtulit,ſceleſta domi nandi cupiditate.*
4 *Chriſtophorus Pierius Gigas Poeta,authoris patruus.*

QVAESTIO XV.

VInto decimo quæro, qd dicendum de offendente vicarium Impera.Regis, vel principis? dicas quod ex hoc læditur maieſtas principis,ea p pter talis læſæ maieſtatis reus erit, tũc enim perinde eſt ac ſi ꝯ Principem ipſum attentatum eſſet.facit quod legitur 3.quæſt.
1 prima cap.nulli.in fine.vbi dicitur,quod†Chriſtum Cruci affigere dicuntur,qui eius ſacerdotes perſequuntur.Deus namque organo Zachariæ Prophetæ capite eius ſecundo dixit,q vos tangit,pupillam oculi mei tangit,& tranſumptiue habetur ſecunda quæſt.7. capitu. accuſatio.ad idem facit quia qui Chriſti ſacerdotes recipit aut ſpernit,Chriſtum ſpernere, aut recipere videtur vigeſima primã,diſtinct.capitu.in nouo.8.q. prima,capitu.qui vos.Ad idem facit quod habetur 16. q.j.ca. reuertimini.vbi dicitur,quod cum affligũtur ſacerdotes,Chriſtus affligitur.Hanc opinio.tenuit Raph.Cuma.conſ.153.Ad primum reſpondetur,vbi dixit,quod per iniuriam factã vicario principis crimen læſæ maieſt.committitur,ad quod plura allegata quæ tranſcribere non curaui,videre poteris ibi p eũ.
2 idem tenuit†magnus criminaliſta pceptor & ꝓmotor meus dñs Hippo.de Marſil.conſil.j.col.2.num.20.in j.vol.& Laurẽ. Calcan.conſ.51.licet his quæ ſupra,col.2.num.6. Hanc etiam opin.tenuit Ang.in tracta.ſuo maleſi.in verbo,*che hai tradito la tua patria.*in verſicu.quæro aliquis congregat.in fi.verſic.ſecus ſi contra.num.4.vbi dicit hoc notandum eſſe cõtra Vicarios perpetuos in prouincia Romandiolæ, quorum tamen nullũ extare iſtis temporibus videmus, vt olim tempore quo Ang.
3 prædicta ſcripſit extabant.†Nam Rauennæ,Polentani, Ceſenæ,& Arimini Malateſtę,Foroliuij Ordelaffi demum Riarij, Imolæ Alidoſii,poſt Riarii,Fauẽtiæ Manfredi,pro ſancta Romana eccleſia Vicarii fuere perpetui, quorum aliquos Cæſar Borgia Dux Valentinus nuncupatus Ale. ſexti Pont. Max.filius ferro partim,& partim veneno ſuſtulit,ſceleſta dominandi cupiditate ductus, ob quam tot Italiæ principes ſuis eiecit ſedibus,de quo cum mortuo Alexand.patre omnia amiſiſſet
4 per belle alludẽs†Chriſtophorus Pierius Gigas patruus meus Poeta non obſcurus ſic ſcripſit.

Sæpe Valentinus Cæſar dixiſſe notatus,
Aut nihil in terris,aut ego Cæſar ero.
Tunc ſua fortunæ fuerat rota,nam albula fluxit,
Et fluxit Rodanus ad ſua uota diu.
Nunc uero in ſicco eſt fluuius,defecit;uterque,
Hetruſca, & prima Clauſus in arce fremit.

SVMMARIVM.

1 *Offendens Ambaſciatorem Principis perinde eſt ac ſi Principem offendiſſet.*
2 *Rumpens ſecuritatem datam a Principe incurrit crimen læſæ maieſta.*
3 *Legatus conueniri non poteſt in loco ſuæ legationis, ſed habet ius reuocandi.*
4 *Ambaſciator ſui Principis vices fungitur.*
5 *Ambaſciatores ſecuritatem de iure gentium habere dicuntur.*
6 *Ambaſciatores dicuntur ſancti,nec poſſunt pro repræſaliis cap.*
7 *Offendentes Ambaſciatores ſacrilegium committere dicuntur.*
8 *Bannitus ex Florentia,ſi ad Florentinos Ambaſciator per ſuum principẽ mittatur,offendi ibi tanquam bannitus non poteſt.*
9 *Offendens Ambaſciatorem alicuius Principis cuius dictus offendens non erat ſubditus,crimen læſæ maieſtatis non committit.*
10 *Non ſubditus offendens Principem crimen læſæ maieſtatis committit.*
11 *Offendens legatum Principis non odio ipſius Principis,ſed particulari inimicitia non incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
12 *Offendens Ambaſciatorem qui finita ſibi commiſſa ambaſciata redditum ſuum retardabat non incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
13 *Legatus qui differt reuerti cum poſſit,legatorum priuilegio non gaudet.*
14 *Offendens legatum Principis reuertentem ex legatione ſua, poſtquam eſt ingreſſus principaliorem ciuitatem ſui Principis,in qua ipſe Princeps reſidet,non incidit in crimen læſæ maieſtatis,quia non dicitur amplius legatus.*
15 *Offendens legatum Papæ in reuerſione poſtquam ingreſſus eſt portam Romæ,non incidit in crimen læſæ maieſtatis,niſi talis legatus eſſet Cardinalis.*

QVAESTIO XVI.

SExtodecimo quæro, quid dicendum de offendente Ambaſciatorem principis,ſic enim prĩcipis legatum vocant,an incidat in crimẽ lęſę maieſtatis?dicas quod ſic,vt voluit Bald.in capit. i.de offic. deleg.
1 per tex.in l.oſſa.§.fi.ff.de reli.& ſump.fune. †perinde enim eſt ac ſi principem ipſum offendiſſet,vt inquit Bal.in d.ca.i.ad ꝙ facit tex.in c.ex literis.eo.ti.opinionem Bal ſequitur Fely.in ꝑ alleg.cap.i.in fi.vbi pro opinione Bal. ſic arguit†rumpens ſecuritatem datam a principe incurrit crimen lęſę maieſtatis tex.eſt in l.1.ff.ad l.Iul.maie.Sed Ambaſciatores hanc ſecuritatem habere dicuntur.l.2.ff.de iud. ergo offendẽs iſtos ipſum principem offendere dicitur.Dicas tu quod in dicta l.2.in §.legatis,non probatur intentio Fel.quia ibi diſponit ꝙ †legatus
3 conueniri nõ poteſt in loco ſuę legationis,ſed habet ius reuocandi,& ſic ille tex non loquitur de alia ſecuritate,opinio autem Fely.in ſe vera eſt,ſed alia ratione†Ambaſciator etenim
4 ſui principis vice fungitur.facit tex.in c.lane.de offic. deleg. & ibi no.Abb.hinc eſt,quod offendens illum,& eius principem offendere dicitur.xrętcrea†iſti legati quos Ambaſciatores vocant ſecuritatem de iure gentium habere dicuntur,ideo nemo eos offendere debet,l.fi.ff.de leg.l.ſancitum,ff.de rer. diuiſi.& habetur per Bar.in l.i.verſi circa hanc legem quęro,ff.ad l.Iu.maie.& per Mart.de Lau.in tra.de le.prin.q.18.facit,quia†iſti legati dicuntur ſancti,vt habetur ꝑ Angel. in l.2. §.legatus.de iud.Nec poſſunt pro repręſaliis capi,vt voluit Bart.in l.fi.ff.de
7 lega.& Mar.de Lau.in prędallegato tracta.q.33. & 38.Imo†offendentes legatos,qui ſancti dicuntur committunt etiam ſacrilegium,vt nota.Angel. in l. conſenſiſſę, §.legatis. de iudic. quod tenet idem Martin.in prędalle.quęſt.38.& licet ipſe Martin.in eodem tracta.quęſt.v.dixerit,quod is qui principis legatum verberat, vel ei iniuriam infert teneatur lege Iulia de vi publica.Attamen opinio Bal.& ſequacium,tenentium,quod offendens principis legatum crimen lęſę maieſtatis committat,mihi plus placet,ꝑ ea quę ſupr.dixi, in qua opinione fuit etiam Bart.in extrauag.qui ſint rebel. in verbo rebell.in ver. quod hic dicitur,nu.4.
8 †Et in tantum verum eſt, quod Ambaſciatores habent de iure communi ſecuritatem,quod ſi aliquis eſſet bannitus, vt puta ex Florentia, attamen ſi ad Florentinos Ambaſciator ꝑ ſuum principem mitteretur,offendi ibi tanquam bãnitus nõ poſſet,vt notanter dixit Ang.in §.reuerendiſſimi. in Auth.de ſanct.epiſco.
9 †Concluſionem ſupradictam,quod offendens legatũ principis fiat reus criminis lęſę maieſtatis,limita modis infra ſcriptis.Et primo, vt non procedat quando talis offendens non erat ſubditus illius principis cuius legatus vice fungebatur.
10 †Nam quando non ſubditus principem offendit crimen lęieſtatis non committit clemen.paſtoralis, & ibi Doctor.de re iudicata.Et notatur per Docto.in l.quiſquis,C.ad leg. Iul.maieſta.ſi igitur non ſubditus offendens principem non commit tit crimen lęſę maieſtatis,vt etiam legitur apud Old.cõſil.43. quęritur vtrum citatio,colum.2.verſicu.circa ſextam, & dicã latius infra ſub hac eadem rubrica,quęſt.78.ergo idem a fortiori dicamus eſſe in offendente eius legatum,cum acceſſoriũ naturam ſui principalis ſequatur,vulgato ca. acceſſorium.de reg.iu.in 6.facit,quia ſurrogatus eſt eiuſdem iuris & cõditionis cuius eſt is,in cuius locum ſurrogatur,l.eum qui,§. qui iniuriarum,ff.ſi quis cau.
11 †Secundo fallit dicta concluſio in offendente legatum prĩcipis,non odio principis,ſed ex particulari inimicicia, per ea

quę

Digitized by Google

quæ voluit Bart. in l. hostes, ff. de capti. & postli. reuer. & per ea quæ voluit And. de Iser. in c. j. §. & bona committentium. in ti. quæ sint regal. in vsib. feud. & ibidem Matth. de Afflict. in quibus locis concludunt, quod offendens consiliarium principis ex particulari inimicicia, non incidit in crimen læsæ maiest. faciunt dicta supra q. 14. proxima præcedente.

12 †Tertio fallit prædicta conclusio in offendente Ambasciatorem seu legatum principis, qui finita sibi commissa ambasciata reditum suum retardabat. Talis enim priuilegio legati non gaudet, vt voluit Bar. in l. fi. C. de mercat. Idē voluit Mart.

13 de Lau. in trac. de lega. principium, q. 11. vbi dixit quod† legatus q differt reuerti cum possit, legatorum priuilegio nō gaudet, allegat tex. in l. item hi, §. j. & ibi glo. ft. ex quib. cau. maio. & tex. in l. fi. C. de comer. & merca.

14 †Quarto fallit conclusio prædicta in offendente legatum principis reuertētem ex legatione sua postquam est ingressus principaliorem ciuitatem sui principis in qua ipse princeps residet. Nam eo casu non dicitur amplius legatus, secundū Martin. de Laud. in præalleg. trac. de leg. prin. q. 33. alleg. tex. in l. fin. ff. de offi. procon. & leg. & Specu. in titu. de leg. §. fina. tunc ēm eum offendens non incurreret crimen lęsæ maiestatis quia offensus non repræsentabat vlterius personam principis, & sic eo casu principis maiestas non læditur, sed persona priuata.

15 †Idem erit in legato Papæ si offendatur postquam ingressus est Portam Romæ, tunc enim non est amplius legatus, vt dixit Mart. de Lauden. loco proxime allegato. si tamen legatus Romam reuersus esset Cardinalis, prædicta locum non haberent, per text. in cap. fœlicis. de pœn. in sexto. & per ea quę dixi supra q. 5.

SVMMARIVM.

1 *Statutum puniens turbantes vel turbare volentes statum ciuitatis, intelligitur principaliter, non secundario.*
2 *Arbitrium datum sapientibus super vtilitate publica, vel ciuitatis statu, principaliter, non secundario intelligitur.*
3 *Statutum puniens certa pœna facientes rumorem in ciuitate, si quis aliquē percutiendo rumorem oriri fecerit, non tenebitur pœna statuti prædicti.*
4 *Statutum concedens alicui quod possit facere vindictam de offensa sibi illata, intelligitur per se, non per interpositam personam.*
5 *Banniti qui nolunt ire ad confinia ipsis assignata per principem, non incidunt in crimen lęsæ maiestatis.*
6 *Iudex qui iudicat contra constitutionem Imperatoris non tenetur crimine lęsæ maiestatis, & quæ sit ratio.*

QVAESTIO XVII.

DEcimoseptimo quæro. an sicuti quādo principaliter publica lędit maiestas crimen læsæ maiest. committitur, l. 1. in princ. & l. 2. iuncta gl. in verbo tabulis, ff. ad l. Iul. maiest. Ita dicendum sit qñ non principaliter, sed secundario maiestas publica læditur. Breuiter dicas quod non, vt voluit Bal. in l. j. C. de priua. carce. quem refert & sequitur Albe. Bru. consi. 69. viso processu inquisitionali, col. 2. versi. 3. moueor, facit ad hoc q̄ voluit Bal. in l. j. §. j.

1 col. 2. ff. de iust. & iur. vbi dixit, q̄ †statutum puniens turbantes vel turbare volentes statum ciuitatis, intelligitur principaliter

2 non secundario. †Hinc est, quod arbitrium datum sapientibus super vtilitate publica, vel ciuitatis statu, principaliter, non secundario intelligitur, & ideo arbitrari non poterunt super iuribus priuatorum principaliter, licet secundario publicum cōmodum concernant, vt voluit Bald. in d. l. j. §. j. col. 2. ff. de iust. & iur. & latius per Bar. in l. ambitiosa, ff. de decr. ab ord. fac. & per Nel. in tracta. banni. in 2. parte 2. tempo. q. 50. vbi dixit, †q̄ si exet statutum puniens certa pęna facientes rumorem in ciuitate, si quis aliquem percutiendo rumorem oriri fecerit, nō tenebitur pœna statuti prædicti, cum illius verba principaliter

4 non secundario sint intelligenda. †Et ideo si alicui per statutū conceditur quod facere possit vindictam de offensa sibi illata intelligitur per se, non per interpositam personam, vt attestatur Bal. in l. vt vim, col. 1. ff. de iu. & iu. idem dixit Bart. Cep. consil. 17. ver. præterea illud, faciunt dicta supra. q. 14. de offendente consiliarium principis. hoc idem tenuit Aymo. Crauc. cōsi. 6. col. 17. ver. 3. arguitur in fauorem. 1. volum. Ad idem facit q̄ voluit Bart. in consi. 139. quæritur vtrum. in 1. vol. vbi cōcludit,

5 quod †ille qui noluit ire ad confinia sibi assignata, & omnes q̄ exules sunt, & principi non obediunt, non propterea committunt crimen læsæ maiestatis, sed tunc demum quando qs principaliter insurgit contra ipsum principem, quod refert & sequitur Deci. consil. 410. in causa mota Mediolani, column. vlt. 3. vol. & pro ista conclusione est text. in l. prima, C. ad legem Iu-

6 liā maiesta. vbi dicitur, †quod iudex qui iudicat contra constitutionem imperatoris non tenetur crimine lęsæ maiestatis, & ratio est, quia factum iudicis tali casu non respicit principaliter offensam imperatoris, sed secundario.

SVMMARIVM.

1 *Offendens habentem securitatem a domini Venetis, vel ab aliquo alio superiorē non recognoscente, ne ab eo vexetur, crimen læsæ maiestatis cōmittit.*
2 *Omnia quæ dicuntur de populo Romano attribuenda sunt Regi & ciuitati superiorem non recognoscenti.*

QVAESTIO XVIII.

DEcimo octauo quęro. an olim crimē lęsæ maiestatis incurrebant hi qui aduersus securitatem alicui a Populo Romano factam, ne ab eo vexarentur, attentabant? Dicas quod sic, tex. est in l. 1. & ibi gl. 1. ff. ad legem iul. maiest. & habetur per Math. de Afflict. in c. 1. in §. & bona committentium, nume. 58. in titu. quæ sint re-

1 gal. in vsibus feudorum. †Idem dicas hodie in his qui ab Imperatore Rege, vel ciuitate superiorem non recognoscēte, vt est alma ciuitas Venetiarum, securitatem haberent, per ea q̄ volunt Doctores in l. hostes, ff. de capti. & postlimi. reuer. & p̄ Saly. cet. in l. quisquis. C. ad l. iul. maiest. & hoc voluit etiam idem Matthe. de Afflict. in d. §. & bona committentium, col. v. vers.

2 secundo modo. numero 58. vbi dixit, quod †omnia quę dicuntur de populo Romano attribuenda sunt Regi & ciuitati superiorem non recognoscenti, per not. per Doctores in d. l. hostes, & Guil. de Cun. in l. ex hoc iure gent. ff. de iust. & iur. & Saly. in dicta l. quisquis. Et in ista materia, de frangente alicui salluum conductum, vide quæ latius dicam infra in hoc eo. titu. quęst. 33.

SVMMARIVM.

1 *Populus Romanus olim dominus erat, & post omne ius suum in imperatorem transtulit.*
2 *Tanta erat apud Romanos religio seruandæ fidei etiam hostibus, vt si quando obsides ab eis dati aufugissent Romam reuersi illos ad hostes remittebant.*
3 *Obsides sine principis cui dati sunt licentia testari non possunt, quia sunt quasi serui.*
4 *Bona quæsita per obsides fisco acquiruntur.*
5 *Obsides captiuis æquiparantur, & serui quodammodo sunt.*
6 *Clerici a papa solo in obsides dari possunt.*
7 *Clericus in obsidem ab episcopo suo etiam pro fiducia treugua dari non potest.*
8 *Intellectus verus c. ex rescripto. extra de iureiu.*
9 *Abbas potest monachum etiam inuitū pro necessitate & vtilitate sui Monasterii in certo loco deputare.*
10 *Monachus non potest Abbati resistere cum eius voluntas a voluntate Abbatis dependeat.*
11 *Obsides ab inferioribus ab Imperatore vel Papa, an dari possint.*
12 *Statutum hominis immutare solius Principis est.*
13 *Facientes fugere obsides datos ab inferioribus a Principe, qui proprie obsides non sunt, committerent crimen læsæ maiestatis.*
14 *Obsides dati ab vna ciuitate alteri ciuitati, cum non sint vere obsides, testamenti factionem non amittunt.*
15 *Habens iura principis, seu ius belli indicendi, obsides dare & recipere potest.*
16 *Obdes inter priuatas partes pro obseruatione pactorum quandoque dantur, hi tamen proprie obsides non sunt, nec sic dati sunt loco pignoris.*
17 *Obsides pro causa publica, non priuata, dari possunt.*

QVAESTIO XIX.

DEcimonono quæro, si sint dati obsides imperatori, Regi vel Principi per eius inimicos p̄ pactis inter eos initis seruandis, an faciens eos fugere crimen lęsę maiestatis committat? Dicendum vtique eum reum huiusmodi criminis fieri per tex. in l. 1. ff. ad l. Iul. maiesta. vbi dicitur, quod is qui dolo malo consilium inierit quo obsides iniussu principis fugerent crimine lęsę maiestatis tenetur, & licet ille text.

1 loquatur de obsidibus datis populo Romano † qui tūc orbis dominus erat, cuius omne ius in principem postea translatū est videlicet in imperatorem, vt habetur in l. 1. ff. de const. prī. & in l. 1. ff. de offic. prefect. pretor. ideo ille tex. procedit in obsidibus imperatori datis. dabātur etenim obsides Romano populo, vel pro pace componenda, vel pro composita seruanda & econtra per populum Romanum similiter aliis assignabātur, vt dixit gl. in verbo obsides, ff. de te.

Erat

Digitized by Google

2 Erat que tanta religio apud Romanos ſeruandę fidei etiã hoſti, vt ſi quando obſides ab eis dati aufugiſſent Romam reuerſi illos ad hoſtes remittebant. Vnde legitur in Romanorũ hiſtorijs, quod inita pace inter Romanum populum & Porſenam Ethruſcorum Regem, obſidioneque ſoluta, Porſena initę pacis ſeruãdæ pignus decem Patritiorum vtriuſq; ſexus filios ſibi obſides dari voluit, dumque inter eos aliquę virgines obſides datę in balneum deſcendiſſent, cuſtodeſque earũ honoris gratia receſſiſſent, ipſę amne in quo lauabantur traiecto Romam abierunt, inter quas cum Valerij Conſulis filia eſſet, is paterno ſuperato affectu Senatui perſuaſit vt virgines illę ad Porſenam pro fide ſeruanda remitterentur.

3 †Et obſides iſti ſunt quaſi ſerui, & ideo ſine principis cui dati ſunt licentia teſtari non poſſunt, vt eſt tex. in l. obſides, ff. de
4 teſtam. & rationem aſſignat ibi glo. in verbo obſides, quia †bona quęſita per eos dum ſunt obſides fiſco acquirũtur, tex. eſt in l. Diuus. ff. de iure fiſc. & ibi glo. in verbo bona, quę dicit, q̃ ille text. intelligi debet de obſidibus qui dati erant imperatori pro aliquo pacto ſeruando, ſiue pro aliquo capto qui receſſerat eo dimiſſo, & iſtos dicit illa glo teſtari non poſſe, quam ſequitur ibi Bart. vera autem ratio', quare obſides teſtari non poſſunt, non illa eſt, quia bona per eos quęſita ſint fiſci, loquẽdo de quęſitis in obſidatu, ſiue etiam ſecundum aliquos, etiã de quęſitis antea, ſed ſecum portatis in ipſo obſidatu, ſed qa
5 †obſides captiuis æquiparantur, & ſerui quodammodo fiunt, quod probatur in d. l. diuus, ff. de iure fiſc iuncto tex. in l. eius q. ff. de teſta.

6 †Sed an clerici in obſides dari poſſint? dicendum quod ſic, ſed a ſolo papa vt propriam obſidum naturam ſortiantur, argumen. tex. in c. cuncta per mundum. & c. per principalem, 9. q. 3. ita voluit Abb. in c. ex reſcripto. in ver. venio ad ſecundum membrum. de iureiuran. vbi dixit ſic procedere gloſſ. in capi.
7 vt pridem, 23. q. 8. †A ſuo autem epiſcopo clericus in obſidẽ dari non poteſt, etiam pro fiducia treuguę, gl. eſt reputata ſingularis in d. cap. vt pridem, quam ad hoc pro ſingulari allegat Roma. in ſing. 409. incipiente nunquid epiſcopus, aſſerit tamẽ curiales communiter contrarium dicere, allegantes tex. in p̃allega. ca. ex reſcripto. ad quem tex. reſpondet Roma. quod ibi Abb. dederat monachos in obſides de conſenſu papę, ſubdẽs hoc verũ eſſe ſicuti Deus eſt Deus. Dicas quod Romanus ſic intelligendo illum tex. vult diuinare, cum ibi nulla fiat mẽtio de conſenſu papę, ideo eius intellectus ad illum tex. tanquam diuinatorius eſt reijciendus, iuxta gl. in l. filium quem habentem. C. fam. erciſ. ita dixit An. Corſe. ſingulari ſuo, incipiẽ. an
8 epiſcopus, in verbo obſides. †verus autem intellectus prędicti cap. ex reſcripto erit, quod ibi Abb. monachos pro obſidibus dederat ei qui ſibi pro vtilitate ſui monaſterij grandem pecu
9 nię quantitatem mutuerat. †Nam pro neceſſitate & vtilitate ſui monaſterij Abb. poteſt monachum etiam inuitum de-
10 putare in certo loco, & †monachus non poteſt in hoc Abba. reſiſtere, cum eius voluntas a voluntate Abbatis dependeat, vt in c. religioſis. de elect. in 6. & c. non dicatis, 12. q. 1. ita dixit Abb. in d. c. ex reſcripto. cuius dicta reaſumit Anto. Corſet. in præallega. ſingulari ſuo. Neque proprie dici poſſunt obſides monachi illi caſu d. c. ex reſcripto, vt per Abb. & alios ibi. quinimo licet papa in d. c. mandet ſeruari promiſſa p̃ monachos, id non eſt ea ratione quia monachi pro obſidibus dari potuerint per eorum Abbatem ſuo creditori, ſed quia illi monachi iurauerant de obſeruanda conuentione, vt aperte ibi dicitur.

11 †An autem obſides dari poſſint ab inferioribus ab imperatore vel papa? glo. in l. 2. C. de patri. qui fil. diſtra. dicit quod nõ, fatetur tamẽ quod contrarium de facto eſt vſurpatum, idem dixit Azo in ſumma, ff. de teſta. quem etiam refert Barto. in d. l. obſides. eodem titu. & Abba. in d. cap. ex reſcripto. in præallegato verſicu. cum quęritur. vbi dixit quod dari non poſſunt, vt ſint proprie obſides, vt quodammodo libertatem perdant.
12 †ſtatum enim hominis immutare eſt ſolius principis, argum.
13 tex. in l. 1. §. de qua, ff. de poſtulan. †Ideo faciens fugere huiuſmodi obſides, qui proprie obſides non ſunt, non committeret crimen læſę maieſtatis, quia text. in præallega. l. j. ff. ad l. uli. maieſt. loquitur de veris & ꝓpriis obſidibus datis populo Romano, cuius omnia iura in imperatorem transfuſa ſunt, vt ſupra dictum fuit, & habetur in l. 1. ff. de conſt. prin. & in l. i. ff. de offic. præfe. præto.

14 †Nec iſti obſides dati ab vna ciuitate alteri ciuitati, cum nõ ſint vere obſides, teſtamenti factionem amittunt, vt dixit Dy. quem refert & ſequitur Bar. in d. l. obſides, ff. de teſta. & omnia iſta notanda ſunt, tam pro intellectu d. l. 1. ff. ad l. iul. maieſtat. quam l. Diuus. ff. de iure fiſ. & d. l. obſides, quia facientes fugere iſtos obſides qui vere obſides non ſunt, non puto crimen læſę maieſtatis perpetrare.

15 †Quid autem dicendum ſit in aliis principibus habentib. iura principis, ſeu ius belli indicendi, Abba. in d. c. ex reſcripto. verſi. vnde cum quęritur, de iurei. aſſerit credere quod obſides dare poſſint, & quod dati ab eis vere obſides ſint, idem eſſe dicas in ciuitatibus ſuperiorem non recognoſcentibus, vt eſt ciuitas Venetiarum, nam cum iura principis habeant, vt dixi ſupra in 1. ru. quotuplex ſit maieſtas, & dare & recipere obſides poterunt.

16 †Dantur etiam quandoque obſides inter priuatas partes ꝓ obſeruatione pactorum, uel pro obſeruantia rei iudicatę, & conuentionum. hi tamen proprie obſides non ſunt, nec ſic dati ſunt loco pignoris, ut dixit glo. in d. ca. expoſita. de arb. facit ad hoc tex. in prę all. c. ex reſcripto. de iureiu. & tex. in d. c. expoſita. & faciunt ea quę in locis prędictis dicunt Docto. maxime Abba. & in dictis iuribus, dati pro obſeruantia conuentionũ
17 abuſiue obſides nuncupantur †obſides enim pro cauſa publica non priuata dari poſſunt, ut per Bal. in l. obſes, C. de action. & obliga. & idem in l. obęs, C. de pręd. minor.

SVMMARIVM.

1 *Mittentes literas nuntioſue inimicis vt hoſtes adiuuentur contra Principem incidunt in crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Ciues aduertere debent ne rebellibus ciuitatis literas vel aliud ſignũ mittant per quod ipſi iuuari poſſent cõtra ciuitatem, quia inciderent in crimen læſæ maieſtatis.*
3 *Qui literas ſcienter hoſtibus portant incidunt in crimen læſæ maieſtatis.*
4 *Scribens non doloſe hoſtibus eiſque nuntium mittens, aut eis ſignum dans, non vt principi noceat vel ciuitati, non incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
5 *Nullus debet literas nuntioſue mittere hoſtibus etiam pro ſuis priuatis negotiis bona fide & ſine dolo, principe inconſulto.*
6 *Non ſolum a malo, ſed etiam a ſuſpicione mali cauendum eſt.*
7 *Bonarum mentium eſt ibi culpam timere vbi culpa non eſt.*
8 *Qua pęna puniantur qui literas publicas priuataſue aperiunt.*
9 *Non reſtituens literas ei cui reddere mandatum ſuſceperat, ſed illas alteri pandens, non tamen aduerſario mittentis, incidit in crimen falſi.*
10 *Qui literas alterius aperit & diuulgat ad alterius iniuriam tenetur actione iniuriarum.*
11 *Qui literas alteriſcriptas lacerat vel comburit tenetur criuine falſi.*
12 *Remouens ſigillum de literis alterius tenetur de falſo.*
13 *Clericus aperiens alienas literas eſt deponendus.*
14 *Hi qui ex apertura literarum publicarum conſilium ineunt quo hoſtes principis aduerſus eam iuuentur, incidunt in crimen læſæ maieſt.*

QVAESTIO. XX.

VIgeſimo quęro. an hi qui nuntios literaſue inimicis mittũt incidant in crimen læſę maieſta. circa quod dicas eos dicti criminis reos effici, ut eſt tex. in l. i. ff. ad leg. iul. maieſt. & ibi no. Bar. de quo per Bar. Cœpo. in conſi. 15. uiſa commiſſione. colum. 8. nume. 30. hoc ſane intellige de h s qui doloſe hoſtibus literas ſcribunt nuntioſue mittunt, nam ita loquitur tex. in d. l. i. & ita etiam dixit Mar. de Laud. in ſuo tract. de crimine læſę maie. q. 2. & Matth. de Affli. in cap. 1. in §. & bona committentium. nume. 65. in ti. quę ſint regal ĩ uſib.
1 feudo. ubi dixit, †quod mittẽtes literas nuntioſue inimicis, ut hoſtes adiuuentur contra principem, incidunt in crimen læſę maieſta. Idem uoluit Nicola. Boer. ĩ ſuo tracta. de ſeditio. in 6. preſuppoſito, colum. 4. numero 15. ad idem facit quod uoluit
2 Angel. in d. l. 1. in fi. ff. ad leg. Iul. maieſt. ubi dixit, †quod ciues aduertere debent ut rebellibus ciuitatis non mittant literas, neque eis aliquod ſignum prębeant, per quod ipſi rebelles iuuari poſſent contra ciuitatem. nam inciderent in crimen læſę maieſtatis. Largo tamen modo. & idem dicendum eſt de faciente hoſtibus ſignum, ut dicit text. in dicta l. 1. ff. ad legem xu. maieſta. & ibi Docto.

3 †Quid autem dicendum ſit de his q̃ lĩras hoſtibus portant ĩ terminis ſupradictis. Dicas quod ſi ſcienter id faciunt ĩcidunt ĩ crimen læſę ma. ut dixit Bal. ĩ d. l. 1. ff. ad legem Iul. ma. & Mar
4 tin. de Laude. in tracta. de crĩe læſę ma. q. 2. †Si autem quis, nõ doloſe hoſtibus ſcripſerit, eiſque nuntium miſerit, neque eis ſignum dederit, ut prĩcipi noceret, uel ciuitati, eo caſu nõ ĩcidit in crimen læſę ma. ut probat tex. ĩ d. l. 1. argumento a contrario ſenſu. † Arbitror tamen nullum debere hoſtibus lĩras nuntioſue mittere, et iam pro ſuis q̃a non ſolum a malo, ſed etiam a ſuſpitione mali ca uendum eſt, & †bonarum mentiũ eſt ibi culpam timere, ubi culpa non eſt, ſed ſi ſecus fecerunt non propterea incidunt talia facientes in crimen læſę maieſtatis.

8 †Qua autem pœna puniantur qui literas publicas priuataſ que ad alios directas aperiunt, Barto. in l. qui teſtamentum, ff. ad legem Corn. de falſ. ita diſtinguit, aut quis aperuit dictas lite-

Digitized by Google

literas vt aduersario mittentis eas ostendat, & tali casu incidit in pœnam falsi, allegat ad hoc tex. in l. j. §. is qui deposita, ff. ad leg. Cornel. de fal. si vero aperuit vt ipse eas legeret, alij autem non ostenderit, & hoc casu dicit Barto. non putarem eum incidere in pœnam falsi, sed punietur extraordinarie crimine stellionatus, allegat tex. in c. cum olim magister. de offi. dele. idem dixit Roma. in consi. 367. in versi. dum vero. & similiter hoc tenet Alc. in suo consilio impresso post eius tractatum de duel.
9 nu. 54. †Quid si aliquis non restituit literas ei cui reddere mandatum susceperat, sed illas alteri pandit & manifestat (non tamen aduersario mittentis) Bart. in l. Titio. in versicu. venio ad secundum, ff. ad municip. tenet quod talis incidit in crimē falsi, per tex. in d. l. j. §. is qui deposita. ff. de fal. & l. si quis aliquid, §.
10 qui viui. & seq. ff. de pœn. †Item qui literas alterius aperiret & diuulgaret ad alterius iniuriam, actione iniuriarum teneretur vt voluit Gondisaluus Villadiego Hispanus, in tracta. de lega. in 3. par. q. 1. num. 4. allegat tex. in l. i. §. si quis tabulas, ff. depos. subdens quod non dicitur literas aperire qui clausuram earū detrahit, si aliter eas non aperiat nec legat pro quo dicit esse text. no. in l. si quis in graui, §. in tabulas, ff. ad Salyc. & ibidem
11 Barto. †Qui autem literas alteri scriptas lacerat vel comburit falsi crimine tenetur, vt voluit Abba. in præalleg. c. cum olim. de offi. deleg.

12 †Remouens autem sigillum de literis alterius tenet de falso, secundum Bal. in l. Paulus, ff. de fals. & ita voluit etiam Ioā. Bertach. in suo tracta. de episcop. in prima parte, in versic. vlterius quæro. numero 36. referens sic fuisse punitum quendam ser Gerutium de Monte sancto qui amouerat sigillum de literis Reuerendissimi Cardinalis Firmani tunc legati Prouinciæ
13 Marchię Anconitanę. †Sciendum tamen est, quod si aperiens alienas literas esset clericus, eius pœna esset depositio. c. ad falsariorum, de crimine falsi ita dixit Roma. in præallegato consilio. 165.

14 †Vnum tamen non omittam, quod si quis ex apertura literarum publicarum consilium ineat, quo hostes Principis, aut reipublicæ aduersus eos iuuentur, tali casu aperiens literas publicas incidit in crimen lætæ maiestatis, vt dixit Rom. in pręalle. cons. 165.

SVMMARIVM.

1 *Consiliarius Regis reuelans Regis consilium inimicis eius incidit in crimen proditionis.*
2 *Proditor quis dicatur.*
3 *Reuelans secreta inimicis incurrit crimen perditionis, & falsitatis simul.*
4 *Idem est in secretario principis vel Reipublicæ.*
5 *Secretarius principis vel reipublicæ dicitur in dignitate constitutus.*
6 *Scientia secretarii habetur pro scientia Papæ.*
7 *Reuelatores consiliorum regis, aut viui exuruntur, aut furca suspenduntur.*
8 *Consiliarius regis reuelans consilia regis amico regis animo damnificandi regem, incidit in crimen læsæ maiesta.*
9 *Quid si ex tali reuelatione nullum damnum regi est sequutum.*
10 *Qua pœna puniatur reuelans secretum principis animo non damnificandi eum, sed animo iniuriandi tertium.*
11 *Qua pœna teneantur subditi, quibus vt plurimum secreta principum committuntur, reuelantes secreta sui principis.*
12 *Ad hoc vt vasallus reuelans secretum domini feudum perdat tria requiruntur.*
13 *Vasallus si non animo damnificandi dominum secretum reuelet, sed forte ex eo putans dominum laudare, feudum non amittit.*
14 *Quis probabit animum damnificandi affuisse, vel non affuisse.*
15 *Vasallus reuelans secretum domini Sempronio, quod ipsum dominus vult interficere, non amittit ex hoc feudum.*
16 *Qua pœna teneatur is qui, non sit secretarius vel vasallus principis, cuius secreta reuelat.*
17 *Reuelans secretum principis super re honesta, & alteri non nociua pœna mortis est puniendus, etiam si quis iurasset non reuelare, tenetur illi cui prodesse potest, & non obesse patefacere.*
18 Manifestans secretū quod est inter fœderatos ad pacem, pacem ipsam violare dicitur.
19 *Antiani ciuitatis si iurauerunt aliquid tenere secretum, & id reuelent in damnum communitatis, ab officio remoueri debent.*
20 *Sysiphus qui duorum secreta patefecit hominibus, apud inferos punitur.*
21 *Tarquinius Marcum Tullium Duumuirum eo quòd librum secreta ciuilium sacrorum continentem eius custodiæ commissum corruptum Petronio Sabino referi bonèum dedisset, culeo insutum in mare præcipitari iussit.*
22 *Tria fecerunt Romanos dominari.*
23 *Variis modis secretum panditur.*
24 *Secretum quod dicatur.*
25 *Secretum vnde dicatur.*
26 *Secretum proprie est, quod vulgus ignorat.*
27 *Secretorum principis scientia quam maximè fugienda est.*
28 *Philippides Atheniensis Lysimacho regi, respondit, id tantum ab eo expetere, ne arcanorum suorum quicquam ipsi crederet.*
29 *Consiliarii principum, quibus princeps suam secretam voluntatem in aliquo gerendo negotio propalat, quæ sint contraria diuinis legibus, illi more canum applaudentes eiusque voluntatem sequentes male faciūt.*
30 *Si regi detur per Papam prælatus suspectus in ecclesia sui regni, qui eius secreta pandat, & sit ei suspectus, rex potest eum non admittere, sed Pōtifici rescribere.*
31 *Princeps propter timorem reuelationis secretorum non tenetur admittere prælatum sibi suspectum.*

QVAESTIO XXI.

VIgesimo primo quæro, an reuelans secretum principis crimē læsæ maiestatis incurrat? In hac quæstione considerandi sunt plures casus.
1 †Primo videamus de consiliario Regis reuelante Regis consilium inimicis & hostibus eius, de quo dicendum est, quod
2 incidit in crimen proditionis. Proditor enim dicitur reuelans secretum hostibus. l. omne delictū, §. exploratores, ff. de re mili. vbi dicit tex. quod qui hostibus secreta nuntiant proditores sunt & capitis pœnam luunt, & ideo dixit Ang. in consi. 256.
3 quia consultatio. col. 9. quod †per reuelationem secretorum hostibus vel inimicis factam incurrit quis crimen proditionis & falsitatis simul. facit tex. in l. si quis aliquid, ff. de pœn. & l. i. C. de commer. & merc. & l. 3. ff. de præua. & l. j. C. de aduo. diuer. iudi. & hanc opinionem tenet And. de Iser. in capi. j. quib. mod. feu. ami. & ibidem Matth. de Affl. colum. 4. versi. vl. quæro. Mar. de Laud. in tract. de crimi. læsæ maiest. q. 49. & idem in
4 tract. de consilia. prin. q. 2. †Et idem dicendum erit de secreta-
5 rio principis, vel reipublicæ †qui ex eo quod est secretarius dicitur esse in dignitate constitutus, vt dixit Bart. in l. eadem. col. 2. ff. ad leg. Iulia. maiest. & Bonus de Curtilli in tracta. de nobilit. in tertia parte numero 243. †Et negotium quod geritur inter principem & eius secretarium in tātum dicitur secretum quod Innocen. in ca. cum dilecta. de rescrip. dixerit quod sciētia Cancellarij, seu secretarij habetur pro sciētia Papæ, quod refert & sequitur Matth. de Afflict. in d. c. 1. col. 5. versi. scias tamen. num. 25. in ti. quib. mod. feud. ami. Ad idem facit tex. in l.
7 si quis, §. transfugæ, ff. de pœ. vbi dicitur quod †reuelatores cōsiliorum Regis aut viui exuruntur, aut furca suspenduntur.

8 †Secundus erit casus de consiliario Regis reuelante consilia Regis, amico Regis, animo Regem damnificandi, vt puta qa ex tali reuelatione amicus Regis eius inimicus factus est, quo casu similiter punietur crimen læsæ maiestatis. Ita cōcludit And. de Iser. in d. capit. j. quibus modis feud. ami. & ibidem Matth. de Afflict. in versi. vl. quæro. facit ad hoc tex. in l. cuius
9 dolo. ibi, vt ne ex amicis hostes, ff. ad l. Iul. maiesta. †Si vero ex tali reuelatione aliquod damnum non est sequutum, & tunc quia animum habuit damnificandi regem, punietur in feudi amissione, si quod feudum a Rege tenebat, cuius consilium detexit, per tex. in præallega. capitu. j. quibus mod. feud. amit. si autem aliquod feudum a suo Rege vel principe non tenebat, de periurio tenetur, vt in d. c. 1. de nou. form. fidel. & ita tenet Bal. in l. nullum, C. de testi. vel de falso punietur, vt in l. 1. §. is q. ff. de fal. Bar. in l. solam. de testib. Inn. in c. literas. de pręscr. & si officium haberet, illud perdit. Bal. in c. 1. in versic. credentia. de pace Constan.

10 †Si vero secretum reuelat animo non damnificandi Regē, sed animo tertium iniuriandi, & in infamiam tertii, & eo casu punitur pœna, l. si quis in metallum, §. si quis instrumentū. & §. si instrumenta, ff. de pœn. sed verius videtur quod puniat pœna de qua in d. l. 1. §. si quis tabulas, vt sensit Matth. de Affl. in d. cap. 1. quibus mod feud. ami. Circa istum articulum vide quæ remissiue scribit Nicola. Boer. in suis decisio. in tracta. de autho. magn. consilii, numero 155. qui habetur in 2. parte suarum decisio.

11 †Videndum modo est quid dicendum sit de aliis reuelantibus secreta principis, qui tamen non sunt consiliarii, aut secretarii, sed bene subditi ipsius principis, quib. vt plurimum secreta principis committuntur l. proximos, C. de proxim. sacror. scrinio, libro 12. facit tex. in c. ego episcopus. de iureiuran. nec debent secreta sui principis q̄ vulgo ignorant reuelare. Odof. in extrauagan. de pace constan. circa fi. Mar. de Laud. in tract. de princip. quæst. 216. dicas, quod si reuelans sit vasallus & reuelat consilium secretum, vel verba secreta sibi per dominū dicta, punietur in amissione feudi, vt in d. cap. 1. quibus mod. feud. amit. & in cap. i. de form. fid. & in cap. i. §. penul. de noua forma fideli. vbi est expressum ne vasallus secreta domini reuelet, ita volunt And. de Iser. ibidem, & etiam ibi Matth. de Affli-
flict.

Digitized by Google

flict.column.1.verſicu.notanda ſunt duo. Hoc ſane intellige quando vaſallus animo damnificandi dominum ſecretum eius reuelauit,ita dixit gloſſ.in d.cap.j.quam ibi omnes ſequũ
12 tur ex qua Docto.notant,quod†ad hoc vt vaſallus reuelando ſecretum domini feudum perdat,tria requiruntur: Primo ,ꝙ ſecretum reuelet.Secundo,quod animo damnficandi dominum id agat.Tertio, quod damnum inde principi ſequutum fuerit.& ita dicunt ibi Bald.Alua.Præpo.& Matth. de Afflict. vbi Alu.col.j.ver.quæro,cum gl.nu.4.

13 †Verum ſi non animo damnificandi dominum vaſallus ſecretum reuelet,ſed forte ex eo putãs dominum laudare. Tũc feudum non amittit.vt voluit And.de Iſern. in præallegato.c. 1.quibus mod.feud.ami.in verſicu.item nota quod dicit gloſſ. & ibidem Bald.ac etiam Matth.de Affli.col.3.& Præpo.in rubri.col.j.verſic.primo eſt,& idem col.2.verſicu.extra glo.& ibi
14 Alua.col.1.verſi.quæro,an ſola manifeſtatio. †Quis autem ꝓbabit animum damnificandi non affuiſſe,vel affuiſſe,vide ibi dem latiſſime per Docto.maxime per Matth.de Afflic.in 3.colum.in verſicu.vlterius quæro quis probabit, & idem colum. 4.& Alua.col.vlt.

15 †Notandum tamen eſt,quod ſi dominus in ſecreto dixit vaſallo,quod vult aliquem, vt puta Sempronium interficere,ſi vaſallus hoc Sempronio retulerit, illi dicendo quod caueat, quia interficietur,feudum ex hoc non amittit,vt voluit And. de Iſer.in c.1.de noua forma fid.quem refert & ſequitur Affl. in d.c.j.colum.4.verſ.item quæro quid ſi dominus.nu.21.& eſt gl.in c.vtrum.23.diſt.quam ſequitur Affli.in d.c.1.col.2.verſic. fallit ſingulariter.

16 †Quid autem ſi reuelans ſecretum principis non ſit conſiliarius,ſecretarius, vel vaſallus illius principis cuius ſecretum rauelat?Dicẽdum erit,quod ſi ad damnum principis id faciat pœna mortis puniri debeat,l.ſi quis aliquid.§.transfugę, ff.de pœn.ideo ad mortem punitus fuit Ioab ex eo quod literas ſectetas contra Vriam reuelauit,vt habetur 2.Regum capit.12. dixit etiam Nic.de Lira in 3.Regum c.2.

17 †Et quod reuelans ſecretum principis pœna mortis puniatur.tenuit etiam Gondiſal.Villadiego in tract.de leg.in 3. par. q.1.in ver.& notandum.numero 36.quod dicit intelligi debere dummodo ſecretum ſit ſuper re honeſta,& alteri non nocua,alias autem etiam ſi quis iuraſſet non reuelare tenetur illi cui prodeſſe poteſt & non obeſſe patefacere,vt voluit glo.no. in cap.ego enim.de iureiurand.facit tex.in ca. hoc autem, 22. quæſt.

18 †Vnum ſilentio nõ omittam,quod is qui manifeſtat ſecretum,quod eſt inter fœderatos ad pacem, pacem ipſam violare videtur.Ideo pace carere debet,ſicuti ſupradictum eſt de vaſallo,qui domini credentiam manifeſtauit,vt feudo priuetur.Ita voluit Gondiſal.Villadiego loco proxime allegato ,numero
19 35.†& Antiani alicuius ciuitatis ſi iurarunt aliquid tenere ſecretum,& id reuelent in damnum communitatis, ab officio remoueri debent,vt dixit Bald.in titu.de pace conſtan.in ver. credentia quem refert & ſequitur Gondiſal.vbi ſupra, numero 36.

20 †Fuit & apud antiquos maximum ſcælus reuelatio ſecretorum hinc dicunt quod Siſyphus qui Deorum ſecreta hominibus patefecit ea apud inferos pœna plectitur,vt ingens ſaxum ad Montis Cacumen deferat,quod iterum relapſum ſtatim repetat,& in huiuſmodi labore continue verſetur.

21 †Et de Tarquinio legitur , quod Marcum Tullium duumuirum ex eo quod librum ſecreta ciuilium ſacrorum cõtinẽtem eius cuſtodiæ commiſſum corruptum Petronio Sabino reſcribendum dediſſet,culeo inſutum in mare præcipitari iuſſit,vt atteſtatur Valer.Maxi.libr.1.ſub ti. de cultu Deorum,&
22 idem Valer.in rub.de inſt.antiq. dixit,quod†tria fecerunt Romanos dominari,videlicet,ſanum conſilium in republica:ſecreta tenendo,& priuata paupertas,ideo Conſo,quem conſiliorum Deum Romani appellabant, templum ſub tecto in circo poſuere,vt oſtenderent tectum debere,ſecretumque eſſe conſilium.

23 †Sciẽdum eſt etiam,quod variis modis ſecretum proditur, itaque quo ad pœnam incurrendam pro reuelatione ſecreti non refert an quis verbo,ſigno,aut alio quouis modo ſecretũ nuntiat,quocunque enim caſu dicitur quis ſecretum reuelare & tenetur pœna impoſita pro expreſſione,vt no.Ab.in c.om-
24 nis vtriuſque ſexus in 9.no.de pœ.& remi.†Quando autem dicatur ſecretum?dicas quod pluribus modis ſecretum dicitur. Primum ſecretum dicitur eſſe illud quod pluribus non eſt notum,vt puta quod fit cœtu Cardinaliũ, vt dixit Troil. Malui. in ſuo tracta.de canoniz.ſanct.in 4.dub.numero 24.Secundo ſecretum dicitur quod fit in conſiliis & datur cõſiliarijs ſacra-
25 mentum de non reuelando, † ſecretum etenim dicitur quaſi ſegregate actum,id eſt ſeparate ab alijs,& dixit Geminia.in capitu.fina.§.1.de hæretic.in 6.quod ſecrete fieri dicitur id quod coram pluribus in ſecreto fit.allegat de pœni.diſt.1.§.econtra
26 iuncta gloſſ.in verbo ſecreta.†Attamen ſecretum proprie eſt, quod vulgus ignorat,l.prima §.ſumma,ff.de his qui deiec.vel effuder.Bald.in titu.de pace conſtan.in §.finautem,facit tex.in l.ſi quis in graui,§.aperire.in verſicu.palam vel publice,vel ſecreto.ff.ad Syllania.de quo per eundem Troil.Malui.loco prę allega.numero 26.& plura congerunt ad hoc Docto. in cap.j. quibus mod. feud. amit. Et Hippoly. de Marſi.dominus meus in conſil.1.in primo volumine.†Fugienda eſt igitur quam maxime ſcientia ſecretorum principis,quia nil vtilitatis ſed plurimum incommodi,& detrimenti afferre poteſt.†Ideo Philippi di Athenienſi,qui ob ſingularem eius virtutem maxime charus ac per quam familiaris Lyſimacho regi erat, Lyſimacus cum dixiſſet,an aliquid rerum ſuarum expeteret,reſpondit ille,id ſolum abs te peto,ne arcanorum tuorum quicquam mihi credas

†Vnum non omittam,quod conſiliarii principum, quib. princeps ſuam ſecretam voluntatem in aliquo gerendo negotio propalat,quę ſit contraria diuinis legibus,illi more canum applaudentes eiuſque voluntatem ſequentes male faciunt,eorum etenim iniuſta mandata obſeruare non tenentur, vt inquit Fel.in capi.2.de maior.& obed.& Domi.in ca.admonendi,2.q.7.†Et adeo inuigilare debet princeps ne ſecreta ſui Regni a quoquam reuelentur.quod ſi detur ſibi per papam prælatus ſuſpectus in eccleſia ſui regni, qui eius ſecreta pandat, & ſit ei ſuſpectus,poteſt eum non admittere, ſed Pontifici reſcribere,vt per Abb.in ca.quod ſicut.de elect. & ita dixit Mar. de Lau.in tract.de dign.q.4.ad hoc etiam vide Abb.in c.ex parte,colum.v.de teſti.& Roch.de Cur.in tra.de conſue. nu. 490. & Inno.in c.ſuper his.de accu.Io.de Selua in tract.de benefi.ĩ 2.par.q.23.num.26.Abb.in c.1.columna ſecunda uerſic. item reſpectu,& in capitulo cum terra,colum.prima in v. nota de election.in quibus locis concludunt,quod†propter timorem reuelationis ſecretorum Princeps non tenetur admittere prælatum ſibi ſuſpectum.

SVMMARIVM.

1 *Faciens ſe regem aſſumit ſibi iuriſdictionem quam non habet, occupando ſibi iuriſdictionem Regis cui locus in quo ſe Regem facit eſt ſuppoſitus.*
2 *Duo non poſſunt eſſe reges eiuſdem regni.*
3 *Vt pax ſeruetur inductum eſt,vt vni regno vnicum præſit caput qui populum & multitudinem regat.*
4 *Aſſerens ſe regem regni Neapolitani,quod eſt patrimonium Beati Petri, cum non ſit incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
5 *Qui non intrat per oſtium fur eſt,& latro.*
6 *Chriſtus idem eſt quod vnctus.*
7 *Reges Siciliam intrantes abſque licentia Papæ,crimen læſæ maieſtatis incurrunt.*
7 *Sicilia eſt de patrimonio Beati Petri.*
9 *Contra inuadentes regnum Siciliæ Papæ duellum permittere poſſet, quia tales contra Papam crimen læſæ maieſtatis committunt.*
10 *Exorta guerra inter regem Carolum & regem Petrum de Aragonia ſup inſula Siciliæ,Pontifex cum collegio Cardinalium voluerunt quod pugnarent in ſimul cum centum militibus pro quolibet,& victor remaneret & dominus illius inſulæ.*
11 *Mortuo in prælio contra Mauros in Hiſpania Alphonſo rege,Hiſpanus quidam qui ei perſimilis erat facie,ſe Alphonſum eſſe finxit ,diſſimulaus ſe ob acceptæ cladis dedecus velle ignoto habitu perigrinari id veritus Alphonſus qui in regno ſucceſſerat comprehendi eum ſuſpendique mandauit.*
12 *Quidam ab Eremo profectus ſe Henricum quartum eſſe palam affirmabat,qui per antea mortuus fuerat,cumque multi ad eum confugiſſent, graues inter Germanos diſcordiæ ortæ fuerunt,tandem veritate comperta,relegatus fuit in monaſterium.*
13 *Gerens ſe pro rectore ſine legitimo titulo in aliqua ciuitate, puta Illuſtriſſimi Dominii Veneti,ſuperiorem non recognoſcentis,incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
14 *Tyramus eſt qui non iure principatum tenet , & lege Iulia maieſtatis tenetur.*
15 *Aſſumens ſibi propria authoritate officium magiſtratus cum falſis literis, vel alio modo dolo malo gerens ſe pro magiſtratu , cum non ſit,crimen læſæ maieſtatis committit.*
16 *Crimine læſæ maieſtatis non ſolum tenetur is qui facit ſe regem vel rectorẽ (cum non ſit)ſed etiam is qui non fecit,ſed facere curauerit.*
17 *Gerens ſe pro rectore alicuius loci(cum non ſit)non ſolum crimen læſæ maieſtatis incurrit,ſed etiam crimen falſi.*

QVAESTIO. XXII.

Vigeſimo ſecundo quæro, an faciẽs ſe regem,cum Rex

Rex non sit, incidat in crimen læsæ maiestatis? Ludo. Montal. in tracta. suo de reprobat. senten. Pilat. art. 4. colum. 2. versicu. nunc condescendo, numero 8. mouet hāc quæstionem, q̄ sic,
3 allegat tex. in extrauagan. ad reprimen. & ibi Bart. †Et est rō, quia faciens se regem assumit sibi iurisdictionem quam non habet occupando iurisdictionem Regis, vel Imperatoris, cui locus in quo se regem facit est suppositus, & sic illum priuando, facit tex. in l. tertia, ff. ad legem Iuliam maiesta. pro hoc fa-
2 cit, quia †duo non possunt esse Reges eiusdem regni, argum. tex. in l. si vt certo, §. si duobus vehiculum, ff. commod. facit ēt
3 quod voluit Oldrad. consi. 144. col. 6. vbi dixit quod† vt pax seruetur inductum est, vt vni regno vnicum præsit caput, qui populum & multitudinem regat, idem tenuit Anto. Corset. in tracta. de potesta. regia. in v. & vlti. parte colum. 13. versic. quæro octuagesimo septimo: vbi dixit, quod faciens se Regem nō habens iustum titulum incidit in crimen læse maiestatis, allegat Bartol. in l. lex duodecim tabularum. in j. not. ff. ad l. Iulia. maiesta. hoc idem tenuit etiam Matth. de Afflict. in capitu. j. in §. & bona committentium. colum. 9. nume. 109. in ti. q̄ sint
4 regal. in vsibus feudo. vbi dixit, quod† asserēs se Regem Regni Neapolitani, quod est patrimonium Beati Petri, vt in cap. ad apostolicæ. de re iu. in 6. cum non sit, incidit in crimen lęsę ma-
5 iesta. †qui enim non intrat per ostium fur est & latro. c. relatū de iure patro. c. insinuatum. de simo. glo. in verbo ingressum. in c. non furem, 7. q. 1. facit ad prædicta quod legitur Ioannis c. 10. vbi Iudæi quærentes accusationem contra seruatorem nostrum, vt illum accusarēt dicebant illi, si tu es Christus dic no
6 bis palam, †Christus enim idem est quod vnctus. qa Reges vngebantur, etsi respondisset se Christum esse, statim eum accusassent vti rebellem contra Romanum Imperium, cui ipsi Iudæi erant subditi, & tanquam ad regnum aspirantem, vt declarat ibi Nicol. de Lira in sua glo. in verb. si tu es Christus. hinc est quod Pilatus Iesum interrogauit dicens, tu es Rex Iudæorum, cui Iesus respondit, a remetipso hoc dicis, vt habetur Io. capit. 18. in Euangelio passionis, & rursus in eodem Euangelio dicebant Iudæi Pilato, si hunc dimittis non es amicus Cæsaris, omnis enim qui se Regem facit contradicit Cæsari.

7 †Quin imo Reges Siciliam intrantes sine licentia Papæ lę sæ maiestatis crimen incurrunt, vt dixit Pe. de Perusio in tract. de re mili. lib. i. §. in terris. num. 3. & in §. si mortuo. lib. 7. nume.
8 7. & est ratio, quia †Sicilia est de patrimonio Beati Petri, vt habetur in c. j. 114. distin. & per Docto. in clemen. Romani. de iureiurand. idem dixit An. de Iser. in const. regni. quæ incipit quā plurimum, in titu. de adiutor. exigen. ab homici. colum. 1. nu. 2. idem tenuit Paris de Puteo in tract. de re mili. li. 1. in §. in ter-
9 ris ecclesiæ, vbi dixit, quod† contra inuadentes Regnum Siciliæ papa duellum permittere posset, quia tales contra papam
10 crimen læsæ maiestatis committunt. Referens quod† exorta guerra iter Regem Carolum & Regem Petrum de Aragonia super insula Siciliæ, Pontifex cum collegio Cardinalium voluerunt quod pugnarent in simul cum centum militibus pro quolibet, & qui pugnādo victoriam reportaret remaneret dominus illius insulæ.

Et multotiens accidisse legimus, quod nonnulli se Reges ęsse finxerunt cum non essent, de quibus multa hic annecti possent exempla, sed duobus tantum contentus ero. †Mortuo in
11 prælio cōtra mauros in Hispania Alphonso Rege. Hispanus quidam qui ei persimilis erat facie, se Alphonsum esse finxit, dissimulans se ob acceptæ cladis dedecus velle ignoto habitu peregrinari, quod cum multi crederent ex eo quod vltra simi lem effigiem multis alijs signis se verum Alphonsum ostendere videbatur, quo circa magna hominum multitudo, ita eū esse arbitrabatur, vt multi eum vti Alphonsum sequerentur, id veritus Alphosus qui in Regno successerat, comprehendi eum suspendique mandauit.

12 †Accidit etiam anno a Virginei partus cētesimo trigesimo septimo supra mille in Germania apud vrbem quam solum aureum vocant, quidam ab Eremo profectus se Henricum quartum esse palam affirmabat, qui per antea mortuus fuerat, ideo cum multi ad illum cōfugerent, graues inter Germanos contentiones ortę sunt. Alii etenim falsum, alii verum esse Henricum contendebant. Sed tandem fictione comperta, secum Vrbanius agēdo relegatus fuit, vt Clutij monasterium monachus inhabitarent, vt est legere apud Baptistam Fulgosium in libello de dictis factisque memorabilibus libro 9. in vlti. ti. vbi plura his similia cumulat exempla.

13 †Supradictam conclusionem dicas etiam in eo procedere qui se pro rectore gereret sine aliquo legitimo titu. in aliqua ciuitate, præsertim imperio subiecta, siue alicui ciuitati superiorem non recognoscenti, vt est alma ciuitas Venetiarum, de
14 qua dixi supra in rub. quotuplex sit maiestas †Is enim tyrānus est qui non iure principatum tenet, & l. Iul. maiesta. tenetur, vt dixit Bart. in tracta. de tyran. q. 6. alleg. tex. in l. 3. in fin. ff. ad l. Iulia. maiesta. quod etiam tenet Maria. Socin. iunior consi. 22. in 1. volum. idem voluit Matthæ. de Afflict. in cap. 1. §. & bona committentium, colum. 7. versicu. 25. numero 85. in titu. quæ
15 sint rega. vbi dixit, quod† si quis propria authoritate officium magistratus assumpsit cū falsis literis, vel alio modo dolo malo se pro magistratu gesserit, cum non esset, crimen læsæ maiestatis committit, allegat tex. in dicta l. tertia, ff. ad legem iul. maiestatis, ibi quiue priuatus, & tex. in l. qui nomine, ff. de fals.
16 dicens, quod† non solum tenetur crimine læsæ maiestatis, qui prædicta facit, sed etiam is qui non fecit, sed facēre curauerit, vt dicit tex. in dicta l. tertia. in fine. facit lex final. vbi Bald. C. q̄ res exporta. non debe. & not. in capitu. primo. de Capi. qui curi. vendi. & not. in l. si quis non dicam rapere. C. de episcop. & cleric. facit etiam tex. in l. quisquis. ibi, eadem enim scueritate voluntatem, &c.

17 †Quinimo gerens se pro rectore alicuius loci, cum non sit non solum crimen lęsę maiestatis incurrit, sed etiam crimen falsi, ita voluit Angel. in dicta l. 3. ff. ad legem iul. maiesta. allegat tex. in l. eos, ff. ad legem Cor. de fal. Ad idem est decisio capellæ Tholosanæ. nu. 401. & habetur per Gui. Papę. q. 423. euenit casus.

SVMMARIVM.

1 *Congregans gentem contra ciuitatem superiorem recognoscentem, non tenetur crimine læsæ maiestatis.*

2 *Congregans gentem contra ciuitatem quæ superiorem non recognoscit, vt est alma ciuitas Venetiarum, contra eam eiusque loca, vel consilium & fauorem ad hoc præbens, crimen læsæ maiestatis committit.*

3 *Ciuitates superiorem non recognoscentes Romę æquiparantur.*

QVAESTIO XXIII.

VIgesimo tertio quæro an qui gentem cōgregat in ciuitate contra eam eiusue loca, vel cōsiliū, auxilium & fauorem ad hoc præbet sit reus criminis lęsę maiestatis? Dicas, quod olim si quis congregabat gentem ad prædictum effectum in Vrbe Roma crimen læsæ maiestatis proculdubio committebat. tex. est in l. prima, ff. ad leg. iul. maiesta. vbi glosſ. in verbo in Vrbe dixit, secus esse in aliis ciuitatibus, congregans enim gentem in alia ciuitate tenetur leg. iulia. de vi. l. cum sit, ff. ad legem iul. de vi. & l. vlt. C. eodem
1 titu. & illam glo. sequitur ibidem Barto. †Tu autem distingue, quod aut loquimur de ciuitate quę superiorem non recognoscit, aut de ciuitate quæ superiorem recognoscit. Primo casu dicas, faciens prędicta in ciuitate quę superiorem recognoscit non tenetur crimine lęsę maiestatis, quia huiusmodi ciuitates vice priuatorum funguntur, l. eum qui vectigal. ff. de verborū significatio. facit tex. in l. fallaciter. in fine, C. de abolitio. vbi crimen oppugnatę patrię & crimen lęsę maiestatis, vt species differentes ponuntur. Hoc etiam voluit Bartol. in extrauagan. q̄ sint rebel. in verbo rebellando, & Barthol. Socin. in consilio 275. in causa fratrum Andreę de Meis. colum. 2. versic. sed prę-missis non obstantibus, in secundo volum. ubi dixit, quod crimen lęsę maiestatis committitur tantum contra principem. vel rempublicam Romanorum, per glosſ. in dicta l. prima, superius allegatam, quam etiam sequitur ibi Cyn. & Angel. in aliis autem est pœna capitalis, l. prima, C. de seditionib. & est glosſ. in §. publica. Institu. de public. iudic. & secundum hanc opinionem consuluit Bal. quem refert & sequitur Nell. in tractatu bannito. in prima parte secundi tempo. q. 16. ubi dixit p̄ ista parte vidisse consultum per uiros magnę authoritatis, & attestatur pluries fuisse seruatum Florentię.

2 †Secundo uero casu congregans gentem in ciuitate superiorem non recognoscente, ut alma ciuitas Venetiarum, contra eam eiusue loca, uel consilium & fauorem ad hoc prębēs crimen lęsę maiestatis committit, & sic idem erit quod olim fuit in Roma, per not. Barto. in l. 2. ff. ad legem iul. maiest. idem tenet Maria. Soci. iunior consilio, 22. sequendo ordinem col. 2. uersicu. uerum prędictis, idem tenet etiam Matthę. de Affli. in c. i. in §. & bona committentium, col. 5. nume. 55. in tit. quæ
3 sint regal. in usib. feudo. †Ciuitates enim quę superiorem non recognoscunt Romę æquiparantur, ut dixit Angel. in tracta. malefi. in uerbo & *hai tradito la tua patria.* in uersicu. quęro aliquis congregat, ubi tenet prędictam opinionem. Adducens not. per Bartol. in dicta l. hostes, ff. de capti. & postli. reuer. & in l. lex duodecim tabularum, ff. ad leg. Iulia. maiesta. quod dicit Angel. esse notandum contra illos qui quotidie in ciuitatibus & maxime Bononię populum concitant, & gentium faciunt congregationem.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Delinquens contra propriam patriam improprie dicitur committere crimen læsæ maiestatis.*
2 *Contraria pars teneri probabiliter potest.*
3 *Conscius perturbationis ciuitatis suæ vel alterius delicti commissi in suã patriam punitur vt particeps ex sola scientia.*
4 *Delictum oppugnatæ patriæ idem est quod crimen læsæ maiestatis, quando quis patriam oppugnare nititur, vt illius dominium vsurpet.*
5 *Marinus Falerio Dux Venetiarum facta cum nonnullis plebeis coniuratione de nobilibus interficiendis ad occupandam per Tyrannidem patriam, re detecta, multi ex coniuratis suspendio necantur, At ipse Falerius Dux, super scalam lapideã Atrii Ducalis Palatii securi percussus fuit, eiusque ædes dirutæ, edictoque publico cautum est ne vnquam reedificari possint.*
6 *Falsificans monetam suæ patriæ incidit in crimen læsæ maiestatis, veluti is qui principis monetam falsificat.*
7 *In crimine oppugnatæ patriæ, sicuti in crimen læsæ maiestatis, testes tam accusatoris quam rei admittuntur.*
8 *Contrarietates distinctionibus iuuari debent, & ad concordiam reduci.*
9 *Si patria proditur, non vt principi principali auferatur, sed tantum baroni non est crimen læsæ maiestatis.*
10 *Si quis incurrat in crimen læsæ maiestatis ob patriam proditam, pœnę l. quisquis, C. ad leg. iul. maiesta. non habent locum contra eius filios, nec rei memoria post eius obitum damnatur.*

QVAESTIO XXIIII.

VIgesimo quarto quæro. an is qui patriam oppugnat vel prodit læsæ maiestatis crimen committere dicatur? In ista quæstione videt dicendum, quod non, per tex.in l.fallaciter. C.de abolit. vbi crimen læsæ maiestatis, & crimen oppugnatæ patriæ ponuntur vt species differentes. hoc tenuit gloss.in l.j.ff.ad legem iuliam maiesta. & ita voluit etiam Nellus in tracta. suo bannis in prima parte secundi temporis. quæst.16. quod maxime procedere dixit, vbi non tractatur de subuertenda patria, sed de mutuis dissensionibus & partialitatibus, allegat tex.in l.j. §.ijsdem temporibus.ff.de origin.iur.& tex.in l.si quis ingenuam, §.in ciuilibus.ff.de cap.& attestatur sic vidisse consultum per magnos viros, præsertim Bal. ex eo, quod titulus talis criminis est seditionis, non perduellionis. Hãc partem tenet etiam Barto.in extrauagan. qui sint rebelles, in verbo rebellãdo, & Ioan.Cald.consi.6.in titu.de accusa. & pro ista parte consuluit Pet.de Anchar.consi.187.iste B.de Guarnario, quam veriorem esse dicit Nellus loco præallegato, & cum ea videtur transire Soc.consil.57.in causa restitutionis, colum.3.cum sequenti.in 4.volu.& idem cons. 123. in causa fratris Andreæ, col.2.in 2.vol.& in cons.121.præmittenda est dispositio.col.j. in 4.vol.in quibus locis late examinat hanc materiam, eandem opinionem videtur tenere Matth.de Afflict.in cap.j.in.§.
1 & bona committentium.colum.v.nu.50.vbi dixit, quod †delinquens contra propriam patriam dicitur improprie committere crimen læsę maiestatis.
2 Contrariam partem, quod oppugnans & prodens patriã incidat in crimen lęsę maiesta.tenere probabiliter possum' per tex.& ibi glo.in verbo, prodita.in dicta.l.fallaciter.§.fi. de aboli.quę gl.aperte voluit quod in casu prædicto, quis incurrat crimen læsæ maiest.allegans tex.in l.1.2.3.& 4.& in l.maiestatis. ff.ad leg.iul.maie.& tex.in l.postliminium.§. transfugæ, ff.de cap.& postli.reuer.& in l.omne.§.transfugæ.ff.de re militari. Istam opinionem tenet Maria.Soci.Iun.in consil. 22. sequendo ordinem colũ.2. ver.verum prædictis.in 1.vol.adducens ad comprobationem huius opinionis, quod †cõscius p-
3 turbationis ciuitatis suæ, vel alterius delicti commissi in suã patriam punitur vt particeps ex sola scientia.l.vtrum.ff. ad le. Pompei.de parricid.& quod notatur ibi per doctor.sicuti si q̃ principem suum quis sciret aliquid moliri.l.quisquis.C.ad le. iul.maiest.subdens, quod sicuti pro illo crimine quis bona amittit, ita damnati de isto bona perdunt, allegat tex.in l.non dubito.ff de capt.& l.3.C.de epis.aud.& pro ista opinione cõ suluit etiam Alexand.consi.13.consideratis his.col. 1. & seq. in 6.vol. Hanc etiam partem tenuit Paul.Cast.consi.171. visa
4 & ponderata.col.fin.in 1.volu.vbi dixit, quod † delictum oppugnatæ patriæ comparatur crimini lætæ maiestatis. At ego dixerim non solum comparari, sed idem esse vbi quis patriã
5 oppugnare nititur, vt illius dominium vsurpet, †vt accidit de anno MCCCLIIII. In Marino Falerio, qui dũ creatus fuisset Dux Venetiarum, vt patriam tanti muneris in se colati maxima ingratitudine recompensaret, ad occupandam per tyrannidem Patriam, facta cum nonnullis plebeis cõiuratione de nobilibus interficiendis animum vertit, at re detecta multi ex coniuratis capti, ac tanti sceleris connicti suspẽdio necantur. At Falerius ipse Dux super scalam lapideã Atrij Ducalis palatij securi percussus fuit, vt testatur Petrus Marcellus in suo libello de vitis principum Venetorum in vita ipsius Marini, quin etiam eius ædes dirutæ sunt, & edicto cautũ publicõ ne vnquam reædificari possint.

Pro ista parte facit etiam quod voluit Bald.in l.2.C.de fals.
6 mone. vbi dixit, quod †falsificans monetã suæ patriæ incidit in crimen læsæ maiestatis, veluti is qui principis monetam falsificat. Ad idem facit quod voluit Spec.in ti.de probatio. §. 1.
7 versi.decimum, vbi dixit, quod †in crimine opugnatæ patriæ sicuti in crim.lęs.maiest.testes tam accusatoris quam rei admittuntur.
8 †Verũ quia distinctionibus contrarietates iuuari debent, & ad concordiam reduci, vtramque opinionẽ sustineri posse arbitror, sic distinguendo, aut quis patriam oppugnat suscitãdo in ea partialitates & dissensiones quæ sunt inter ciues, nõ tamen animo occupandi illius dominium, & isto casu procedat prima opinio supra relata, & sic videtur sentire Soc.in prealleg.consi.121.præmittenda.colum.2.in 4.volumi. & So. Iunior in dicto consi.22.colum.3.in 1.vol. Aut quis patriam oppugnat, vt sibi occupet vel ab aliis occupari velit illius dominium, & isto casu locum sibi vendicet Secunda opinio, q̃ oppugnans patriam incidat in crimen lęsę maiestatis, & ideo meritum supplicium sumpserũt illustrissimi domini Veneti, de prefato Marino Falerio, eorum Duce. Dicas, tamen quod
9 †si Patria proditur, non vt principi principali auferatur, sed tantum baroni, quod eo casu non est crimen lęsę maiestatis, vt voluit Sali.in prealleg.l.fallaciter.quem sequitur Matth.de Afflict.in cap.j.§.& bona committentium.col.v.nu.57. in tit quę sint rega.in usib.feud.
10 †Vnum tamen non omittã, quod quãdo quis incurrit crimen lęsæ maiestatis ob patriam proditam, vel occupatã, tali casu locũ non habẽt pœnę, de quibus in l.quisquis, C.ad leg. iul.maiesta.contra filios talium delinquentium, nec rei, aut reorum memoria post eorum obitum damnat̃, vt in l.fi.C.eti. ita voluit Ale.in d.consi.13.col.2.in 6.volu.& Soc.in consi. 123.in causa fratris Andreę.colum.2.& 3.quod sequitur Afflict.in prealleget.cap.j.§.& bona committentium. colum.5. nume.55.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis quis dicatur.*
2 *Incidunt in rebellionem non solum illius authores; verum etiã de ea scientiam habentes, illamque non reuelantes.*
3 *Conspiratio quid sit.*

QVAESTIO XXV.

VIgesimo quinto quæro, an ex2 federatione facta contra principẽ, machinationeve seu cõspiratione ad eius offensam, vel ex tractatu, & ordinatione, q̃ fiat rebellio, crimen lęsę maiestat. quis incurrat? & dicendum q̃ sic, vt voluit Alb.Bru.cõs.28. nobilis dñe.
1 col.2. †Rebellio autem constat, ex eo, quod homines alicui' loci, vel eorũ partem a subiectione eorum domini quis subtrahit, & eos alieno domino subijcere tẽtat, iuraque eorum domini extinguere, vt per Brun.in prealleg ato consi.col. j.in versi.rebellio autem.allegat no.per Bar.in extrauag. qui sint rebel.in ver rebellando.& Bal.in l.amissione.§.qui deficiunt, vbi glo.ff.de capit.dimi.
2 †Quinimo in rebellionem ipsam non solum illius authores, verum etiam de ea scientiã habentes, illamque non reuelantes incidunt, per no.per Bar.in l.vtrum. ff.ad legem Pompe.de parricid. Et quia diximus, quod conspirans ad principis offensam incidit in crimen lęsæ maiesta.sciendum est, quod
3 †conspiratio dicitur machinatio ab aliquibus facta in detrimentum alicuius personæ, vel eiusdem dignitatis, secundum Laurent.quem refert & sequitur Card.in clement. pastoralis, col.1.in 7.not.de re iud.allegat tex.in cap.petitio. de iureiurã do, & idem voluit in clement.prędicta Ioan.de Imol.colum. 4.num.48.& Ioan.de Turre Crema.in ca coniurationum.numer.5.11.q. j.dixit quod conspirare est contra aliquem simul in vnum maligno spiritu insurgere, & idem in ca.conspiratio num.eadem causa & quęstione.qui dixit etiam, quod conspiratio est confederatio facta in prejudicium personę, vel dignitatis alicuius.

SVMMARIVM.

1 *Occidens officialem Regis habentem merum & mistum imperium*

Digitized by Google

cõmittit crimen læsæ maiestatis : quia Principis maiestas lædi dicitur.

2 *Non solum occidens magistratum principis, sed etiam procedẽs ad actum occidendi incidit in crimen læsæ maiestatis.*

3 *Occidens magistratum principis ex particulari odio, vel inimicitia, nõ incidit in crimen læsæ maiestatis .*

QVAESTIO XXVI.

VIgesimo sexto quæritur, an occidẽs eum, qui in aliqua prouinciã, vel ciuitate magistratum pro principe gerebat, incurrat crimen lęsę maiestatis? Dicendum est, quod sic, per text. in l. j. ff. ad leg. iul. maiesta. Ita voluit Matth. de Afflict. in cap. j. in §. & bona committentium. colum. 5. versi. septimo. nume. 63. in titu. quæ sint
1 regal. in vsibus feudo. vbi dixit, quod † occidens officialem Regis habentem merum & mistum imperium committit crimen lęsæ maiestatis, quia principis maiestas lædi dicitur cum eius læditur magistratus. facit 6. q. 1. cap. si quis. & l. quisquis. C. ad legem iul. maiestat. in princ. faciunt dicta supra quæst. 14. & 15. & hoc erit verum si occidatur magistratus, vt illam prouinciam, vel ciuitatẽ occidens priuet tali magistratu; vel propter odium, quod quis habet contra principem, cuius magi-
2 stratum occidit, vel alia ex causa, respectu tamen officij. Et † p̃ dicta conclusio vera est non solum in occidente, verum etiã in eo, qui ad actum occidẽdi processit, vt probatur in dicta. l.
3 quisquis. in princ. Sed † si quis magistratum principis occidat ex particulari odio, vel inimicitia non in odium principis, eo casu non incidit in crimen læsæ maiestatis; & ita voluit Andræ. de Iser. in consti. regni, quę incipit, vt participatio, quẽ sequitur Afflict. loco superius allegato.

SVMMARIVM.

1 *Per duellis quis, & vnde dicatur.*

2 *Crimen læsæ maiestatis proprie contra personam principis, & astantium eius lateri committitur.*

QVAESTIO XXVII.

VIgesimo septimo quæro, an supposito iurisdictionis alicuius principis subtrahens se ab eius obedientia, & principi suo se aduersariũ constituens crimen læsæ maiestatis incurrat? Dicas quod sic.
1 † talis enim perduellis vocatur, idest, perfecte ad duellum paratus siue ad clandestinum, vel publicum bellum accinctus, ideo huiusmodi crimen perduellionis vocatur, vt habetur in l. quos nos hostes, ff. de verbo. sig. & in l. donationes. §. fi. ff. de dona. & in §. per contrarium. Insti. de hæred. quæ ab intest. defer. ac in l. cum filius. §. reis. ff. de leg. 2. ita voluit Old. consilio 43. quæritur vtrum citatio. colum. fin. in prin. & Mar. de Lau. in tract. de crimine læsę maiestatis, quæstione 3. vbi dixit,
2 quod † licet multis modis dicatur committi crimen læsæ maiestatis, tamen proprie committitur contra personam principis & astantium eius lateri, de quo dixi supra quæstione 13. 14. & 15.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis committi dicitur, etiam quando offenditur aliquis princeps, vel communitas, vt puta Venetiarum, qui superiorem non recognoscunt, saltem de facto, ab immemorabili tempore citra.*

2 *Rex Franciæ an recognoscat Imperatorem in superiorem, remissiue.*

3 *Venetiarum ciuitas an recognoscat Imperatorem in superiorem remissiue.*

QVAESTIO XXVIII.

VIgesimo octauo quæro, an crimen lęsę maiestatis committi dicatur contra principes & ciuitates superiorem non recognoscentes? In hoc Doctores, nemine excepto quod viderim, concludunt, q̃ sic. Ita tenuit Ang. in l. 3. ff. ad leg iul. maie. Pau. de Leaz. & Io. de Imo. in Cle. pastoralis. de re iudi. Soc. consi. 57. in cã restitutionis. col. 3. nu. 14. in 4. vol. Idem cõsil. 121. præmittẽda est disputatio. nu. 3. idem voluit Sal. in l. quisquis. C. ad leg. iul. maie. Ang. in tract. de malef. in verbo, *che hai tradito la tua patria*, ver. quæro aliquis cõgregat. Io. And. in c. fœlicis. de pœ. in 6. & ibi Dom. idem tenuit Ang. Are. in §. publica. colum. 1. Institu. de pub. iud. Bru. cõsi. 28. nobilis domine. col. j. in fi. & col. 2. in prĩci. & Præp. in c. in primis. ĩ §. de persona. col. 7. circa fi. ver. 3. dr
1 committi. 2. q. j. vbi dixit, quod † crimen læsę maiestatis committi dicitur etiam quando offenditur aliquis princeps, ut puta Rex Franciæ, vel communitas Venetiarum, qui superiorẽ non recognoscunt, saltim de facto ab immemorabili tempore citra, nam tales supremis principibus comparari asserit, & in suis terris in quibus superiorem non recognoscunt supremi principis authoritatẽ hñt, imperatoris videlicet, per ea q̃ habentur in c. per venerabilem. qui fil. sint legitimi, & ibi Docto. & Calde. & Panor. in c. cum te. de re iudi. Bartol. in l. infamem. ff. de pub. iud. & ideo eorum subditi eos eorumque statum offendentes crimen læsæ maiestatis incurrunt, sicuti dictum est de offendente imperatorem & eius statum. Bartol. in l. lex 12. tabularum. ff. ad legem iul. maiesta. gloss. & ibi Sali. in l. fallaciter. C. de aboli. Pau. de Cast. in l. 3. C. de episc. aud. Sal. in l. 2. C. de fal. monẽt. Ad idem est decisio Guid. Papæ, nume. 344. & habetur per Nic. Boer. in tract. de seditio. in 6. præ-
2 suppositio. Quod autem † Rex Francię non recognoscat imperatorem in superiorem. latissime disputat Io. Igneus in sua
3 disputa. An rex Franciæ subsit impera. † & de ciuitate Venetiarum dixi etiam supra sub Rub. quotuplex maiestas. in versi. o co autem.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis improprie & largo modo contra principes superiorem recognoscentes committi dicitur.*

2 *Licet committat quis crimen læsæ maiestatis offendendo dominos superiorem cognoscentes, tamen ipsius filii non tenentur pęnis de quib. in l. quisquis. C. ad legem iul. maiest.*

3 *Pęnæ de quib. in d. l. quisquis, non habent locum quo ad filios, nisi contra illos qui attentarunt contra personam imperatoris, vel aliorum de quibus in l. quisquis. C. ad leg. iul. maiest.*

QVAESTIO XXIX.

VIgesimo nono quæro, an crimen lęsę maiestatis cõmittat subditus inferioris principis recognoscentis superiorẽ a quo habet plena regalia, vt est Dux Florentię, Dux Ferrariæ, Dux Vrbini, Dux Mantuæ? & dicendũ est, quod sic, etiam si essent Marchiones, & Comites. ita voluit Cum. consil. 153. Ad primum. nam huiusmodi principibus papa vel imperator respectiue videtur dedisse omnem suam potestatem in illo Ducatu, vel principatu, vt voluit Ang. consi. 214. in causa accusationis. & Præpositi. in c. in primis. §. de persona. numer. 24. 2. q. j. idem voluit Ioan. And. in c. fœlicis. & ibi Gemi. in v. q. de pœ. in 6. & Pau. de Cast. in l. 3. C. de episco. aud. qui dixit, quod ad probandam hanc opi. ibi est melior tex. quam sit in iure, subdens, quod quicquid sit de iure, saltem de facto, ita seruatur, prout sensit Ang. in l. j. ff. ad l. iul. maie. & refert & sequitur Alber. Bru. consi. 28. col. 2. in princ. quod & cõsilium incipit, no-
1 bilis domine. vbi dixit quod † improprie & largo modo contra huiusmodi dominos superiorem recognoscentes dicitur
2 crimen lęsę maiestatis committi. † vnum tamen non obliuiscaris, quod in huiusmodi casibus licet committatur crimen lęsę maiestatis. attamen filij delinquentium non incurrunt pœnas de quibus in l. quisquis. in §. filij vero eius. C. ad leg. iul. maiestat. ita sentit Pau. de Cast. in dicta. l. 3. in versi. item nota
3 tex. C. de episco. aud. vbi tenet, quod † pœnæ de quibus in d. l. quisquis. locum non habent quo ad alios nisi contra illos q̃ attentarunt contra personam imperatoris, quãuis plura sint capita criminis prędicti. & hoc idem sentit August. de Ari. in sua add. ad Ange. in tract. de malefic. in verbo, *hai tradito la tua patria*. in addition. quæ incipit, tu autem in hac materia. numero 6.

SVMMARIVM.

1 *Contra principis statum facere dicitur ille qui loca illius in alterius regimen dirigere conatur, & alteri principi submittere.*

2 *Affectus punitur licet non sequatur effectus, in crimine læsæ maiestatis.*

3 *Non subditus attentans quod aliquod castrum vel locus subiectus alicui domino alteri subiiciatur crimen læsæ maiest. non committit.*

4 *Inimicis & hostibus permissum videtur insidias parare.*

QVAESTIO XXX.

VIgesimo quęro, an attentans, q̃ aliquod castrũ seu locus subiectus alicui domino alteri subiicia
tur, maiestatis lęsę crimen committat, etiam si effectus

Digitized by Google

ctus non sequatur dicendum quod sic. l. quisquis. in princ. C.
1 ad legem iuliam maiesta. ibi, eadem enim seueritate. †Ille em̄ contra principis statum facere dicitur qui loca illius in alterius regimen dirigere conatur, & alteri principi submittere,
2 vt scribit Bal. in l. j. §. huius studij. ff. de iusti. & iure. †& in hoc crimine speciale est, vt affectus puniatur non sequuto effectu præallegato. l. quisquis. ita dixit Calcan. consil. 2. nu. 59. & 60. & Cyn. in l. si quis non dicam rapere. colum. 2. versic. modo p declaratione. C. de episc. & cle. & idem Cy. in d. l. quisquis. in 3. not. & quod attentans castrum, quod discedat a Regis fidelitate incidat in crimen lęsæ maiesta. tenuit etiam Matthæ. de Afflict. in cap. j. in §. & bona committentium. colum. 8. num. 102. in titu. quæ sint regal. in vsibus feudor. idem not. Card. in Clement. pastoralis. in 11. no. de re iudic. hoc tamen intellige
3 †quando attentans erat subditus illius principis sub cuius dominio erat castrum illud, per not. per Doct. in d. Clem. pastoralis. de re iudi. vbi habetur, quod non subditus crimen læsæ maiest. committere non dicitur, de quo dicam infra quęstio. 58. & præsertim quando talia attentans esset subditus hostiū vel inimicus ilius principis contra quem sic machinatur.
4 †inimicis enim & hostibus permissum videtur insidias parare, vt no. Angel. in l. cuiusque dolo. ff. ad legem iuliam maiestatis. facit illud Poetæ, dolus, an virtus quis in hoste requirat.

SVMMARIVM.

1 *Mouens guerrā sine principis licētia occupare dicitur quæ principis sunt, & incidit in crimen læsæ maiestatis.*
2 *Mouere guerram ad solum principem pertinet.*
3 *Illicitum est bellum quod sine principis licentia mouetur.*
4 *Committens bellum iniustum crimen læsæ maiestatis admittit.*
5 *Bellum mouens sine principis iussu, licet victoriosus existat, incidit in crimen læsæ maiestatis.*
6 *Epaminūdæ in filium suum animaduersio, ex eo quod contra eius iussa pugnasset, licet victor extitisset.*
7 *Posthumii Tiburti in filium animaduersio, quia inimicos contra eius iussa fudisset.*
8 *Torquati in filium animaduersio.*
9 *Mouens guerram sine licentia principis, si copiam sui principis habere nō potuit, a quo belli mouendi licentiam petere non potuisset crimen læsæ maiestatis non incurrit.*

QVAESTIO XXXI.

TRigesimo primo quæro, an mouens guerram sine licentia principis incidat in crimen læsæ maiestatis? circa quod dico, quod sic, &
1 est ratio, quia † mouens guerram sine principis licentia, occupare dicitur quæ principis sunt, ideo crimen prædictum
2 committit. l. 3. ff. ad legem iuliam maiestatis. †Mouere enim guerram ad solum principem pertinet, vt habetur per Doct. in l. ex hoc iuregentium. ff. de iust. & iure. & per Innocen. in c. olim. el j. de restitu. spol. & in ca. sicut, de iureiuran. Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuer. Oldr. consi. 70. And. de Iser. in cō sti. regni, quę incipit Comes. & Baro. in tit. de cul. pacis. & ibi-
3 dem Matth. de Afflict nume. 76. & †illicitum est bellum, qđ sine principis licentia mouetur, vt l. furem, ff. ad leg. Cor. de sicar. & in l. si alius. §. est & alia, ff. quod vi aut clam. commit-
4 tes autem †bellum iniustum crimen lęsę maiestatis admittit. est tex. in l. Papinianus §. rei perduellionis. ff. de acqui. hęredit.
5 † quod procedit etiam si bellum gerens sine iussu Principis victoriosus existat, vt scribit Albericus in d. l. 3. ff. ad l. Iul. ma. allegat tex. in l. desertorem. §. qui bello. ff. de re milita. vbi iurisconsultus inquit, quod qui in bello rem prohibitam facit, aut mandata ducis belli non seruat, etiam si rem bene gerat
6 capite punitur, facit quod †de Epaminunda legitur, qui cum contra Lacedęmonios ducem ageret, instaretq; tempus creādorum magistratuum, idque in vrbe sine ipso fieri non posset, cum prętor esset, Stesimbroto filio exercitus cura commissa, eidem, ne cum hoste manum consereret, iniunxit. At filius contumeliis hostium lacessitus in aciem contra eos descendit hostesque fudit ac profligauit, sed cum reuerso patri victoria se lætus obtulisset, ab eo primum ceu uictor coronatus, demum quia patris iussa neglexerat capite mulctatus est, teste Bap. Fulg in li. suo de dict. factisque memor. dig.
7 †Idem de Posthumio Tiburto apud Vale. Maxim. in rubr. de disc mil. legimus, qui Aulum Posthumium filium, quia sine eius iussu spōte in hostes progressus eos fuderat, victorem se-
8 curi feriri iussit. †Quod & Manlius Torquatus Latino bello consul in eius filium similiter fecit, nam cum ille prouocatus a Geminio Merio Tusculanorum duce ad dimicandum patre ignaro descenderat, glorioſam victoriam, & spolia specio sa referentem comprehensum a lictore in modum hostiæ mactari iussit, vt testatur idem Valeri. Maxim. in titulo, de discipli. milit.
9 †Supradictam tamen conclusionem, quod mouens grauamen sine licentia superioris incurrat crimen læsę maiestatis, intellige sane procedere, quando mouens guerrā habere potuit copiam sui superioris, a quo belli mouendi licentiam petere potuisset, secus dicendum quādo superior erat absens, cuius copiam habere non poterat. facit ad hoc tex. in l. si alius. §. bellissime, ff. quod vi aut clam, & quod no. in l. nullus. C. de iudæ. ad idem facit tex. in l. ait prætor. §. si debitorem. ff. quæ in frau. cred. per quæ iura ita tenuit Mar. de Laud. in trac. de bello quęst. ij.

SVMMARIVM.

1 *Potestas Bononiæ, qui denegat baculum successori suo consignare ne officium exercere possit, incidit in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XXXII.

TRigesimo secundo quæro, si quis sit destinatus ad regimen alicuius ciuitatis, vel prouinciæ a summo pontifice, imperatore, rege, vel principe contra quem committi potest crimen lęsę maiestatis, & dum iuisset ad exercendum dictum officium, is qui inibi magistratum pro eodem principe gesserat, eidem magistratum consignare denegauit, prohibuitque ne se pro magistratu gereret, an talis prohibens crimen læsæ maiestatis cōmittat? Ang. in l. quiue. ff. ad l. iul. maiest. mouet hanc quęstio-
1 nem, & exemplificat in †potestate Bononiæ, qui denegat baculum successori suo consignare ne officium exercere possit, dicens, quod incidit in crimen lęsę maiestatis per illū tex. in l. sequen. in §. quive. faciunt pro hac q. quę dicam infra hoc eo. ti. q. xlvij. & 50.

SVMMARIVM.

1 *Priuatus qui promiserat sub pœna mille ducatorum non offendere alterū priuatum, si offendat eum, vltra pœnam a lege impositam pro modo offensionis, incidit etiam in pœnam conuentionalem.*
2 *Priuatus qui simpliciter promiserat non offendere alterum priuatum, arbitrio iudicis, grauius tamen quam si securitas non esset data; punietur.*
3 *Offendens illos qui de iuregentium securitatem habent, ut sunt Ambascia tores, & legati principum qua pœna puniatur.*
4 *Legati principum sancti dicuntur.*
5 *Qua pœna puniti fuerunt a Romanis, Minutius, & Manilius, qui pulsarunt legatos Carthaginensium Romam missos, ad pacem petendam.*
6 *Qua pœna puniti fuere Q. Fabius, & Gne. Apronius, Aediles, qui Legatos ab vrbe Apolonia Romam missos verberarunt.*
7 *Offendens habentem securitatem de iure ciuili, seu saluum conductū a principe, siue a iudice, qua pœna sit puniendus.*
8 *Ignorans saluum conductum a principe concessum alicui, si illum offendat, non tenetur tanquam violator securitatis, aut saluiconductus.*
9 *Bannitus affidatus a principe occisus ab eo qui ignorabat illum esse affidatum impune occidi potuit.*
10 *Offendens legatum principis in odium ipsius principis incidit in crimen lęsæ maiestatis, secus si ex particulari odio.*
11 *Affidatus pro se & sociis secum venientibus, si cum eo veniebat Hebræus qui captus & derobatus fuit, an ad illum securitas huiusmodi porrigatur.*
12 *Christiani prohibentur habere familiaritatem iudæorum.*
13 *Iudæus ad christianorum literarum ludum non potest ad discendum ire de rigore & veritate iuris.*
14 *Iudæorum societas non reprobatur, licet enim cum eis contrahere.*
15 *Iudæus esse potest procurator christiani, & pro eo, & contra eum interuenire.*
16 *Immunitas concessa incolis alicuius loci comprehendit etiam iudæos.*
17 *Iudæus si incidenter in itinere associatus fuerit cum eo qui securitatem pro se & sociis secum euntibus habebat si derobatus ac captus fuerit huiusmodi securitas ad eum non porrigitur.*
18 *Socius quis dicatur remisseue.*

QVAESTIO XXXIII.

TRigesimo tertio quæro, vtrū is q fregit saluum cōductum alicui per principem factum crimē læsæ maiestatis committat Circa ꝙ

Digitized by Google

Angel. in l. vtimur. ff. de ſepul. viola. tenuit quod ſic. Idem ſentit Martin. de Laud. in tract. de crimi. læſæ maieſta. q. 6. allegat Bart. in l. 3. §. transfuga. ff. ad l. Cornel. de ſica. & in l. nullã vim. C. de ſuſcep. & arch. lib. x. eandem opinionem ſentit Lucas de Pen. in l. j. in verſi. & not. quod is. C. de nauicula. lib. 10. allegat tex. in l. j. in princip. ff. ad l. iul. maieſt. Idem tenuit Paul. de Caſtro in conſil. 23. in j. volum. & Fely. in cap. ego. n. colum. fin. in verſiculo. Item infert. in fi. nu. 12. de iureiuran. Nicol. Boer. in ſuis deciſion. decl. 179. numer. 2. in prima parte. Dicas tamen quod in hac quæſtione doctores noſtri in varias opiniones ſe diuiſere, vt refert Albe. in l. illicitas. in §. ne potentiores. colum. fin. in ver. ſed quæro quid ſi talis ſecuritas. ff. de offi. prę ſid. Nam aliqui dixerunt quod offendentes habentem ſecuritatem dari debent offenſo, & eius arbitrio puniri. argum. tex. in l. fi. ff. de leg. Alii vero quod violanti ſecuritatem pœna duplicari debeat. l. aut damnum, §. ſecundo. ff. de pœn. ſed ex mẽte Barto. & Alberi. in d. §. ne potentiores. diſtinguendum ſic
1 erit, videlicet, quod †aut priuatus priuatum offendit, quem tamen non offendere promiſerat, & eo caſu ſubdiſtĩgue, quod aut talis promiſſio pœnalis erat, & tunc ultra pœnam a lege impoſitam pro modo offenſionis talis incidit etiam in pęnã
2 conuentionalem. l. ſi quis reum. ff. de cuſt. re. †Aut promiſſio de non offendendo ſimplex erat, & tunc arbitrio iudicis, grauius tamen, quam alias ſi ſecuritas data non eſſet, puniatur, ad hoc alleg. Alberic. in dicto. §. ne potẽtiores. tex. in §. ſi quis hominem. & in §. ſi quis alium. in titulo de pace tenen. in vſi-
3 bus feud. †Si vero offenſa fieret his qui ſecuritatem habẽt de iuregentium, vt ſunt legati hoſtium, vel oratores principum, quorum offenſores incidunt in pœnam ſacrilegij, ut ſenſit Angel. in dicta. l. j. §. legatis. ff. de iudic. & Martin. de Lau. in tra
4 cta. de legatis principum, quæſtio 38. †ſancti enim dicuntur legati. l. ſanctum. ff. de rerum diuiſione. vel dabuntur puniendi, hoſtibus quorum legatum offenderunt. l. finali. ff. de legationib. & hoc tamen ſpeciale eſt in legatis hoſtium, vt ſcribunt
5 Barto. & Alber. in præalleg. §. ne potentiores † Quod ſeruatũ fuiſſe a Romanis legitur. nam cum legati Carthaginenſium Romam petijſſent, pacem a ſenatu populoque Romano petentes, altercatione inter prędictos legatos & L. Minutium ac C. Manilium orta, Minutius, & Manilius legatos ipſos pulſauerunt, vnde eos legatis dandos ſenatus cenſuit, darique eiſdem illos fecit, teſte Valer. Maxi. libro ſexto in rubrica de fide
6 publica. †hoc idem ſeruauit idem ſenatus contra Q. Fabium, Gn. Apronium, ædiles qui legatos vt vrbe Apollonia Romã miſſos orta inter eos controuerſia verberarunt, illos etenim eiſdem legatis dari iuſſit, vt idem Valer. loco prędalleg. ſcribit, de quo poſſent multa alia exempla hic annecti quę omittuntur.

7 †Aut offenſio facta fuit habenti ſecuritatem de iure ciuili, ſeu ſaluum conductum a principe, ſiue a iudice, & tunc ſi talis offenſa fuit perſonalis, & mors ex illa fuerit ſequuta, eo caſu punitur offenſor capitali pœna, & incidit in crimen læſæ maieſtatis, vt uoluit Barto. in dicta. l. tertia, §. transfugas. ff. ad legem Cornel. de ſicar. & Paul. de Caſt. in dicto conſi. 33. in j. volum. aut ex tali offenſa non eſt ſequuta mors, & tunc pro delicti qualitate pœnam arbitrio iudicis ſubibit offendẽs, vt per Barto. & Albe. in dicto §. ne potentiores. § Intellige ſane prędicta ſi ſcienter contra ſecuritatem vel ſaluum conductũ fiat offenſio, contrarium namque erit ſi ignorantur, tunc. n. tanquam violator ſecuritatis, aut ſalui conductus non tenẽt, iuxta ea quæ voluit Paul. de Caſt. in præallegato conſi. 33. faciunt quæ ſcribit Deci. conſi. 327. in 2. volumi. viſo caſu propoſito. colum. 3. ver. & non obſtat, quod bannitus, vbi dixit al
9 legando Alber. in 3. parte ſtatu. quæſtio. 37. in fi. quod †bannitus affidatus a principe occiſus ab eo qui ignorabat illum eſſe affidatum impune occidi potuit, circa quod plura adducit Deci. & diſtinctionem prædictam ſequitur etiam Gregor. Ma
10 galottus in tract. ſecurit. & ſalui conduc. in fine, †dicas tamẽ quod quando offenditur legatus principis, vel reipublicæ in odium principis, aut reipublicę, tali caſu crimen lęſę maieſtatis committitur, ſecus quãdo ex particulari odio vel inimicitia, de quo tamen vide quæ late ſcripſi ſupra hoc eodem titu. q. 16. nam ad dicta ibi me remitto.

11 Sed quæro, quid ſi data fuerit alicui ſecuritas pro ſe & ſocijs ſecum venientibus, a principe, vel republica, ſi cum illo veniebat Hebræus, qui captus & derobatus fuit, an ad illum ſecuritas huiuſmodi porrigatur? in iſta quæſtione videtur dicendum ſecuritatem huiuſmodi ad Hebrẽum non extendi,
12 quia† chriſtiani prohibentur hæbere familiaritatem iudæorum. c. nullus. 28. q. 1. facit quod no. Abb. in c. j. de iudæ. vbi di-
13 xit, quod †de rigore & veritate iuris iudæus ad chriſtianorum literarum ludum non poteſt ad diſcendum ire. attamen quæſtionem hanc mouit Bar. in l. j. in ver. quęro fuit data. ff. ad le. iul. maie. & ibidem dicit, quod ex quo tunc qõ de facto pendebat, nolebat aliquid dicere. Ang. tamen in l. vtimur. in verſi. cu. item attende quod ſi quis. ff. de ſepulch. viola. dixit iudẽum ſocium comprehendi in dicta ſecuritate, ea ratione, quia
14 †Hebrẽorum ſocietas non reprobatur, licet enim cũ eis contrahere. l. quicunque. C. de iudę. ita ſcribit etiam Felin. in cap. ego enim. colum. vltima, in verſicu. item infert. de iureiuran.
15 & Barba. conſilio 63. licet in medium. in 4. volum. † quinimmo iudęus eſſe poteſt procurator chriſtiani, & interuenire pro eo, & contra eum, vt ſcripſit Bal. in l. Spadonem. in §. iam autem. ff. de excuſa. tutor. & Roch. de Cur. in tract. de conſue.
16 in ver. decimoquinto quæro. num. 752. & † immunitas cõceſſa incolis alicuius loci comprehendit eliam iudęos, vt dixit Bal. in d. l. Spadonem in §. iam autem. & ſequitur Rochus.
17 loco præalle. & Barba. in præallega. conſi. 64. in 4. uol. †Quod tamen dixi de iudęo exiſtẽte ĩ ſocietate eius cui facta eſt ſecuritas pro ſe & ſocijs ſecum euntibus, intellige ſane procedere quando iudęus determinato propoſito vt ſocius a principio cum habente huiuſmodi ſecuritatem ſocialiter venit, ſecus ſi incidenter in illius ſocietatem in itinere incidiſſet, vt ſępecõtingit. facit tex. in l. item apud Labeonem. §. ſi quis comiten. ff. de iniu. ita ſcribit Ange. in l. j. circa principium. ff. ad l. iul. ma
18 ieſtatis. vbi ad hunc propoſitum declarat † qs dicatur ſocius.

SVMMARIVM.

1 *Mutuans pecuniam hoſtibus illis opem ferre dicitur.*
2 *Statutum puniens præſtantem auxilium & fauorem delinquenti, comprehendit etiam mutuantem ei pecuniam.*
3 *Opem & auxilium criminoſo delinquenti præſtans, quando puniatur.*
4 *Mutuans pecuniam rebellibus, aut aliquo modo eos iuuans, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
5 *Pecunia eſt belli neruus.*
6 *Intellectus ad tex. in l. cuiuſque dolo. ff. ad leg. iul. maie. & numero 14. cum ſequen.*
7 *Pecuniæ verbum tribus modis ſumi poteſt.*
8 *Pecuniæ verbum, in ſtatutis exorbitantibus, & odioſis, intelligitur de pecunia numerata.*
9 *Pecuniæ uerbum, in ſcripturis, intelligitur de numerata.*
10 *Pecuniæ uerbum, late ſumitur pro his quæ pondere, numero, menſurave conſiſtunt.*
11 *Pecuniæ verbum, latiſſime intelligitur pro omnibus rebus, & corporibus.*
12 *Pecunia eſt quicquid homines habent in terra, videlicet omnia quorum domini ſunt.*
13 *Pecuniæ appellatione, veniunt etiam credita nondum exacta, & ſic nomina debitorum.*
15 *Pecuniæ appellatione, de proprietate vocabuli, veniunt omnes res.*
16 *Diffinitio proprietatem arguit, & rei proprietatem oſtendit.*
17 *Pecuniæ appellatione ea tantum comprehenduntur, quæ in noſtro patrimonio ſunt.*
18 *Rei appellatio, latior eſt quam pecuniæ, & comprehendit etiã ea quæ extra noſtrum patrimonium ſunt.*
19 *An mutuans hoſtibus principis ſui falſam monetam, vt eos iuuet, incidat in crimen læſæ maieſtatis.*
20 *Pecunia falſa, non venit appellatione pecuniæ.*
21 *Pecunia reprobata, venit ſub generali nomine pecuniæ, vt res exiſtens in patrimonio, non ut pecunia proprie.*
22 *Frãciſcus Maria Feltrius de Ruuere Vrbini Dux adulterina moneta exercitum validum comparauit.*
23 *Dominicus Michael Dux Venetiarum dum Tyrum vrbem obſideret; cum numeroſa claſſe, & tum procul eſſet a patria, & ſtipendio indigeret, ne ſocii ſtipendii cauſa militiam detrectarent, ex aluta ad tempus, pecuniam publica forma ſignauit. claſſiariiſque adnumerauit, ea conditione, vt domum reuerſis, aurea & argentea pro temporaria cis daretur.*
24 *Pecunia uita hominis dicitur.*
25 *Pecunia eſt fideiuſſio futuræ neceſſitatis, ſecundum Ariſtotelem.*

QVAESTIO XXXIIII.

TRigeſimoquarto quæro, vtrũ mutuans pecuniam hoſtibus principis ſui incidat in
1 crimen lęſę maieſtatis? Dicas quod ſic. †mutuans enim pecuniam hoſtibus, illis opem ferre dicitur, tex. eſt in l. cuiuſque dolo, vbi Bart. not. ff. ad l. iul. maieſt. qui ex illo text.
2 †infert ad ſtatutum puniens pręſtantem auxiliũ, & furorẽ delinquenti, vt comprehendat etiam mutuantem ei pecuniam. ex hoc enim dicitur illi auxiliũ, & fauorem pręſtare, hãc opinionem tenuit etiam Marti. de Laud. in trac. de crimine lęſę maieſt. q. 4. & Matth. de Afflict. in c. 1. in §. & bona committẽtium, nu. 66. in ti. quę ſint. rega. in vſib. feud.

Quando

Digitized by Google

3 Quando autem præstans opem & auxilium criminoso de linquenti puniatur, vide Bar. in l. si furti. in §. ope. ff. de fur. vbi dixit, quod quando prestatur auxilium extra iudicium, crimi noso, ignorante superiore, vt puta pecuniã illi mutuãdo, vel aliud adiutorium dando, tali casu punitur talis, per tex. in d. 4 l. cuiusq;. per quem tex. dixit ibi Ange. †quod mutuans pecuniam rebellibus, aut aliquo modo eos iuuãs, incidit in crimẽ 5 læsæ maiesta. †est enim pecunia belli nervus, vt per Io. Pirum in tract. de magist. Rom. parte secunda, in rub. de quæstor. magistr. nu. 3.

6 †Sed quæro quomodo intelligere debemus text. in d. l. cuiusque, dum vult, quod adiuuantes hostes pecunia, incidant ĩ 7 crimen læsę maiestatis? cum †pecuniæ verbum, tribus modis sumi possit. Primo stricte, pro pecunia numerata tantum. l. Iulianus. §. mutui dationem, ff. ad Maced. & sic secundum cõ munem vsum loquendi, vt dicit Bart. in l. talis scriptura. ff. de 8 leg. j. Et ideo †in statutis exorbitantibus & odiosis verbũ pecunia, intelligitur de pecunia numerata, ita scribit Bar. ĩ d. l. talis scriptura. & idem in l. singularia. in 4. col. ver. 5. est speciale. ff. si certum peta. facit quod scribit Rom. in singu. 215. incip. tu 9 habes gl. vbi dixit, †quod in scripturis verbum pecunia, intelligitur de numerata. allegat Innoc. in c. sedes. de rescrip. & ibi 10 Imol. †Secundo modo verbum pecunia, late sumitur pro his quę pondere, numero, vel mensura continentur. l. secunda. §. creditum. ff. si certum petatur. & l. secunda. ff. de constituta pecunia.

11 Tertio modo verbum pecunia, intelligitur largissime, pro omnibus rebus & corporib. l. pecunię verbum. ff. de verborũ signific. vt etiam ponit Barto. in d. l. talis scriptura. & per gloss. & Doctor. in l. 2. §. creditum. ff. si cert. petat. accedat quod scribit Augustinus, in libro, de doctrina christiana, vbi dixit, qđ 12 †pecunia est quicquid homines habent in terra, videlicet omnia quorum domini sunt, vt habetur in cap. totum. j. qõ. 3. fa- 13 ciunt tex. in l. pecunię. 1. 2. & 3. ff. de verbor. significat. † Quinimo & pecuniæ appellatione, veniunt etiam credita nondũ exacta. Ita singulariter dixit Floria. in l. procul. ff. de vsufruct. 14 & sic nomina debitorum. Dici forte posset †text. in d. l. cuiusque, non simpliciter intelligendum de pecunia numerata, id est, de omni re quæ pecunię appellatione veniat, iuxta text. ĩ l. pecunię verbũ. ff. de ver. signi. vbi habetur, quod pecunię verbum non solum numeratam pecuniam complectitur, verũ omnem omnino pecuniam, hoc est omnia corpora, ad idẽ tex. in d. l. pecuniæ nomine, ff. e. ti. Intelligendus est ergo tex. in d. l. cuiusque, dum de pecunia loquitur, de omni re quę est in nostra potestate, quam hostibus damus, ad eos iuuandum cõtra principem aut rempublicam, per iura præallegata, ad idẽ facit tex. in l. 2. circa finem. ff. de consti. pecu. vbi dicitur, quod veteres pecunię appellatione, omnes res significari diffiniũt. 15 †Ergo de proprietate vocabuli, omnes res appellatione pecu- 16 niæ veniunt, †diffinitio enim proprietatem arguit, & rei proprietatem ostendit, vt scribit Aret. in l. moribus, col. 3. versic. secundo not. ar. ff. de vulg. & pupil. substit. & Bal. in proœ. decretal. diffinitionem esse dixit, propositionem substantiæ propriam qualitatem comprehendens. Sed huic intellectui ad tex. in d. l. cuiusq;. videntur obstare verba immediate ibi sequẽtia, post verbũ pecunia, quæ talia sunt, aliaue aliqua re adiuti erunt. ex quibus verbis clare apparere videtur, quod verbũ pecunia ibi, de numerata intelligitur, nam alias dicta verba sequentia essent ibi sine effectu aliquid operandi, quod non est dicendum. c. si papa. de priuil. in 6. Dicas, quod dicta verba nõ obstant intellectui prædicto, quia verba, aliave aliqua re, intelligi possunt, de his rebus, quæ sunt extra nostrũ patrimo- 17 nium. †pecuniæ enim appellatio, ea tantum comprehendit, quę ĩ nostro sunt patrimonio. †Rei itaque appellatio, latior 18 est quam pecunię, cum comprehendat etiã ea quę extra nostrum sunt patrimonium, vt declarat Paulus Iurisconsultus in l. rei appellatio. ff. de verb. signific. Verius tamen dici potest quod verbum pecunia positum in illo tex. intelligat proprie videlicet de numerata, propter verba præcedentia dictũ verbum pecunia, quæ talia sunt, comeatu, Armis, telis, equis, de inde sequitur pecunia, aliave aliqua re.

19 †Sed incidẽter quęro de notabili quęstione quam a nullo tactam inueni, an sub dispositione tex. in d. l. cuiusque. comprehendatur is qui hostibus falsam monetam mutuat? Et vi- 20 detur dicendum quod non, quia †falsa pecunia, pecunię appellatione non venit. l. eleganter. §. qui reprobos. ff. de pignor. actio. Bart. in l. quamuis. ff. de auro & argen. lega. & docto. in l. mutui datio. in §. creditum. si cer. peta. & falsus denarius, nõ est denarius. gl. in l. omnes. C. de hęre. Alexan. consi. 104. statutum loquens, col. 2. uersicul. pro hoc. in penult. volum. Tiraquellus in tractatu de vtroque retract. char. 376. nume. 11. 12. & 13. Cõtrarium puto verius, videlicet quod mutuãs seu dãs falsam pecuniam hostibus, vt eos iuuet contra principem, seu 21 rempublicam, crimen læsę maiestatis committat. Nam † pecunia reprobata, venit sub generali nomine pecunię, non ut pecunia proprie, sed vt res existens in patrimonio dantis illã hostibus. facit textus in præallegata. l. rei appellatio. ff. de ver. 22 signi. †Pręterea, etiam ex falsa pecunia iuuantur hostes, quia multotiens illam dant militib. simul cum legali. Et vidi ego validum comparatum exercitum, pro maiori parte, ex adulterina pecunia, ac etiam victoriosum, nã de anno 1517. Cũ Frãciscus Maria Feltrius de Ruuere Vrbini Dux inuictissimus, Vrbino totoque eius dominio a Leone decimo Pont. Max. eiectus fuisset, nacta occasione pacis inter imperatorem tũc Veronam occupãtem, & Illustrissimos dominos Venetos inita, Verona Venetis restituta, Franciscus Maria fortem militũ Hispanorum cohortem, quę ex Verona exierat, ac aliam similem tam Italorũ quam aliorum manum, quę a Venetis, pace composita, missa erat, inito cum dictis militibus fœdere vt irent, sibique adiumento essent ad amissum eius dominatum recuperandum, comparauit, verum cum nõ satis pecuniarum ad id peragendum illi esset, collecta adulterinę pecuniæ summa, eam permixtim cũ legali, militib. errogauit, ea cõditione, vt recuperato eius statu, inter subditos suos, vti legalem eam expendere valerent, cumq; profligatis sæpius hostib. statum recuperasset, edicto cauit, ne quis subditus a militib. suis adulterinam pecuniam accipere recusaret, quia ipsa adiutus pontificis exercitum, in quo ultra triginta milia hominum fuisse dñr, paruo militũ numero, forti tamẽ stipatus pluries fudit fugauitque, re post modum composita, per Thesaurarium suum omnẽ adulterinę pecunię summã militibus eius subditis, pro reb. ab eis emptis, errogatam, colligi iussit, ac legalem illius loco, dari pręcepit. Res profecto tanto principe, ac incomparabili militũ duci non minus fortissimi, quã sapientissimi, ac iusti, digna, & in omne ęuum memoranda.

23 Accedat & aliud exemplum Dñici Michael. Venetiarũ ducis sapientissimi, qui dũ Tyrum vrbem circa Siriam, cum numerosa classe obsideret essetq; obsidio ipsa non minus laboriosa quam longa, & quia procul a patria, stipendio indigebat, ne socij nauales remigesque stipendij cã militiam detrectarent, exoluta ea pellis est, quam corium uocant ad tẽpus pecuniam, publica forma signauit, classiarijq; adnumerauit, ea cõdõne, vt domum reuersis aurea & argentea pro tempore daretur, cui nauales turmę crediderunt & alij in nauib. existentes, publicamque fidem, & Ducis autoritatẽ sequentes quam diu foris bellatum extitit, sine discrimine, imaginaria ĩter se vsi sunt pecunia, quib. reuersis aurea & argentea repenta, loco illius fuit, testatur Sabellicus, in suo opusculo, de exẽplis, li. 6. in rub. de Imperatorum, & ducum in milites authoritate, in quinto exemplo.

24 †Pecuniam vitam hominis esse habetur, in l. aduocati, iũcta gl. ibi, C. de aduoc. diuer. iudic. & per Doct. vbi Decius in l. mutui datio. §. creditum. ff. si cer. pet. & Fran. Cur. in tract. de seq. in princ. in vers. & ideo Aristoteles, vbi etiam allegãdo 25 Aristotelem dicit †nummum esse fideiussorem futurę necessitatis.

SVMMARIVM.

1 *Priuatum carcerem exercere dicitur is qui vltra 20. horas aliquem detinet.*
2 *Rectores qui sciunt aliquem carcerem priuatum exercere, & tollerant; incidunt in crimen læsæ maiestatis, a die scientiæ.*
3 *Carcerem priuatum exercens merum imperium sibi vsurpat.*
4 *Carcer est meri imperii.*
5 *Dominus potest detinere seruum suum in priuato carcere ad correctionem.*
6 *Dominus potest seruum suum confinare in certo loco.*
7 *Pater potest filium suum in priuato carcere detinere ad correctionem.*
8 *Maritus potest detinere vxorem suam carceratam in domo sua ad agendum pœnitentiam de adulterio.*
9 *Bannitus, qui potest impune offendi, potest in priuato carcere detineri.*
10 *Creditor qui authoritate iudicis debitorem suum capit, & rogatus fuit ab eo, ne eum duceret ad carcerem, sed vt custodiret se in domo sua donec ei solueret, si id agat non incidit in crimen læsæ maiestatis.*
11 *Carcerem priuatum exercens in meretricem ex causa libidinis non committit crimen læsæ maiestatis.*
12 *Carcerem priuatum an quis dicatur committere, detinẽdo mulierem liberam ex causa libidinis, quæ tamen non sit meretrix.*
13 *Abbas detinens monachum in carcere non committit priuatum carcerem.*
14 *Parentes & consanguinei detinentes furiosum in carcere, non committũt priuatum carcerem.*
15 *Carcerem primus Anchus Martius Romanorum Rex ædificauit.*
16 *Ius carceris occupans, in crimen læsæ maiestatis incidit.*
17 *Carceris definitio.*
18 *Torquens detentum in priuato carcere, incidit in crimen læsæ maiestatis.*

Digitized by Google

Hiero. Gigantis de crimi. læſæ maieſt.

QVAESTIO XXXV.

TRigeſimoquinto quæro, clarū, eſt quod nemini licet in priuato carcere aliquem
1 detinere,†& is dicitur priuatum carcerem exercere,qui vltra viginti horas aliquem detinet.l.capite quinto, ff. ad leg.iuliam de adulte. quod delictum committere dicatur, exercens priuatum carcerem? dicas quod talis in crimen lęſæ maieſtatis incidit.tex.eſt in l.j.C.de priua. carc. & ibidem not. Cyn.Bal.& Alberi. & eſt ratio,quam ponit ibi tex.quia ex ta
2 li actu publica lęditur maieſtas.†Amplia dictam cōcluſionē, vt procedat etiam in rectoribus locorum qui prędicta ſciunt & tollerant,per tex.in d.l.j.nam & ipſi incidunt in crimen p̄dictum non prouidentes a die ſciētiæ cum poſſunt, vt inquit
3 Bal.in d.l.j.in verſi.in textu ibi,venerit, †vſurpant etenim detinentes aliquem in priuato cacere ſibi merum imperium,vt teſtatur idē Bal.loco præalleg in verſic.in text.ibi cuſtodiam,
4 †Carcer enim eſt meri imperij.vt per Doc.in l.imperium, ff. de iuriſd.omn.iud.vbi Iaſ.col.8.ver.3.mouetur, & quod committens priuatum carcerem incidat in crimen læſæ maieſtatis,tenuit etiam Paris de Put.in tract.de re mili.lib.9.in §.an ſi miles.nu 8.& Io.de Anan.in c.j.col.2.in verſi.vlti. quia hic de clerico percuſſor.

5 Fallit prædicta concluſio in domino qui ſeruum ſuum in priuato carcere detinere poteſt ad correctionem,vt dixit glo. in d.l.j.de priua.carce.& ibi Bal.Cin.& Alber.& Barto.in l.ca
6 pite quinto.ff.de adulter.† Quinimo dominus poteſt ſeruum ſuum confinare in certo loco,vt in l.ex facto.§. proinde ſi ſeruus.ff.de hæredi.inſti.iuncta.l.ij.ff.de liber.hom.exhi. & ita tenuit Cin.in d l.j.

7 †Secundo fallit in patre filium detinente in priuato carcere,per tex.in l.3.§.j.& 2.ff.de libe.homin.exhib. hoc enim ad correctionem facit,vt dicunt Doc.in d.l.j.de priua.carcer.vbi Cin. Alb.& Salic.

8 Tertio fallit in marito detinēte vxorem ſuam carceratam in domo ſua ad agendum pœnitentiam de adulterio. 33. qō. 2.cap.placuit.& ibi no.& c.quemadmodum.in fi.vltim.gloſſ. de iureiurand. vt voluit Albe.in d.l.j.ſubdens,quod forte hoc non eſt verum de iure ciuili,quia imo mulier tali caſu detrudi debet in monaſterium,auth.ſed hodie,C.de adult. dicas q̄ in d.authen.ſed hodie.mulier adultera pro pęna verberatur, & in monaſterium detruditur ad pœnam, marito autē licet eam domi in priuato carcere,non ad pœnā,ſed ad correctionem detinere,vt in iuribus pręallegatis,vt de filio & ſeruo dictum fuit.

9 †Quarto fallit in bannito qui impune offendi poteſt,nam ſi occidi poteſt impune,a fortiori in priuato carcere detineri poterit,vt ſcribit Bal.in præallegata.l.1.C. de priuat.carcer.in verſiculo, quærit hic Iacobus, & idem voluit ibidem Salicetus.

10 Quinto fallit in creditore, qui authoritate iudicis debitorem ſuum cæpit,& cum eum ae carcerem vellet ducere rogatus fuit ab ipſo debitore,vt cuſtodiret ſe in domo ſua donec ei ſolueret,ne ſi ducat ipſum ad carceres ibidem ab alijs ſuis creditoribus interdicatur.Ita decidit Alberic.in d. l. 1. C. de priuat.carcer.& allegat tex.in l.3.§.ſi quis volentem. ff. de liber.homi.exhib.& eſt ratio, quia volenti non fit iniuria neque dolus.l.cum donationis.C.de trant.& ita obtentum fuiſſe atteſtatur in ciuitate Bergomi,vbi dicit fuiſſe de facto quæſtionem.

11 †Sexto fallit in detinente meretricem ex cauſa libidinis, Talis etiam de priuato carcere nō tenetur,vt voluit Bar. in l.
12 verum,in fi.ff.de fur. † Quid autem dicendum ſit in detinente mulierem liberam ex cauſa libidinis,quę tamen nō ſit meretrix? Bar.in d.l.vnum.dicit aduertendum, vtrum eam detinuerit vltra horas 20.per tex.in l.capite quinto.ff.de adulter. Dicerem ego,q̄ ſi inuitam detinet priuatum carcerem committat,& incidat in crimen lęſæ maieſtatis,per d.l.primam.C. de priua.carcer.

13 Septimo fallit in abbate detinente monachum in carcere, vt per Bar.in l.j.per illum tex.C.vbi quis decur. vbi Salicet. & ſcribit Nicol.Boer.deci.174.Dominus an poſſit.nu.2.in 2.par. Et idem deciſ.304.nu.2.eadem parte.

14 †Octauo fallit in parentibus & conſanguineis quibus permiſſum eſt ligare.furioſum & incarcerare l.conguit.§.furioſi vbi Bal.in 1.& 2.no.ff.de offi.præſid.& habetur poſt alios per Boer.in præallegata deciſ.num.3.

15 †Carcerē autem primus Ancus Martius Romanorū rex ædificauit,vt teſtatur Plinius minor in ſuo libello de viris illuſtribus,& Liuius ab vrbe condita.Eutropius autem inuentionē carceris ad cuſtodiam & terrorem Tarquinio ſuperbo regi aſcribit.Vtcūque ſit,inuētum regium fuit,† hinc eſt,quod ius carceris occupans in crimen læſæ maieſtatis incidit,præal leg.l.j.C.de priuat.carc.

17 †Quomodo autem definiatur carcer,Bald.in tract. ſuo de carcer.dicit ſic definiendū eſſe,quod eſt locus ſecurus & horribilis,repertus non ad pœnam,ſed ad delinquentiū vel debitorum cuſtodiam.

18 †Prædictis adde quod a fortiori,crimine lęſę maieſtatis teneretur is qui detentum in priuato carcere torqueret,cū plus ſit torquere quam detinere.l.j.in gl.nec puniri,in fi.C.de quæſt. reorum.ita ſcribit Bar.in d.l.j. in verſic.in tex.ibi violator. C. de priuat.carcer.

SVMMARIVM.

1 *Tributum vnde habuit originem.*
2 *Tributum ſeu cenſum denegans ſoluere principi in contemptum incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
3 *Principis ſecuritas lædit ex denegatione tributi.*
4 *Tributum a contributione eſt dictum, quia ex eo militibus contribuitur.*
5 *Tributum præſtatur in ſignum obedientiæ & recognitionis.*
6 *Tributum ſoluitur imperatori pro recompenſando labores, quos pro ſuis ſubditis ſubit.*
7 *Tributum præſtatur principi, vt ipſe hoſtibus ſuis reſiſtere poſſit.*
8 *Conſulens quod tributum Principi non ſoluatur incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
9 *Tributi præſtatio ſubiectionem probat.*
10 *Chriſtus tributum Cæſari ſoluit.*
11 *Stater duo Didragma valebat, & Didragma duos denarios vſuales.*
12 *Chriſtus tributum Cæſari ſoluit,non quia teneretur,ſed ne alios ſcandalizaret.*
13 *Tributum quid ſit.*
14 *Tributum,cum præſtetur principi in ſignum ſupremæ poteſtatis, nunquā præſcribitur contra principem.*
15 *Eccleſiæ Romanæ & imperio non præſcribitur in his quæ ſunt reſeruata in ſignum uniuerſalis Dominii.*
16 *A ſolutione cenſus ſeu tributi excuſatur ſolum ille qui habet a principe immunitatem tributum non ſoluendi,quæ ei inuiolata permanſit per annos quadraginta.*
17 *Tributi præſtatio licite denegari poteſt principi iuſtitiam non miniſtranti ſubditis.*
18 *Compenſatio non admittitur in ſolutione tributi,nec in decimis.*

QVAESTIO XXXVI.

TRigeſimoſexto quæro. An denegans ſoluere tributum principi in crimen lęſæ maieſtatis incidat? Sed antequā deueniam ad reſolutionem huius
1 quęſtionis,non erit ab re uidere,†vnde tributum ſumpſit primā originem. Polidorus Virgilius Vrbinas in libello ſuo de inuentoribus rerum libro 2.in rubr.de triplici regiminis genere,ſcribit initium tributi fuiſſe apud Hebręos, nam de eo Deus mandatum dedit Moyſi, vt habetur Exod.cap.30.dicēs quando tulerit ſummam filiorum Iſrael iuxta numerum dabunt ſinguli pretium pro animabus ſuis domino, & nō erit plaga in eis.& illud ſoluebāt omnes a 20.annis ſupra,& quiſque ſiclum dabat,qui nummus argenteus eſt Hebraicus,quē Græci ſtateram vocant,teſte Ioſepho li.3.de antiqui.ſecundū vero Arch.in c.magnum.11.q.1.tributum fuit. Primo ſtatutū a Cæſare Auguſto,refert & ſequitur Io.Bertach.in trac.de gabel.ſeu vectigal.in præludijs,in verſicu.& adde q̄ tributū eſt.
2 Prima tamē opinio verior eſt Modo dicas,quod†denegās tributum ſeu cenſum ſoluere principi in contemptum incidit ī crimē læſę maieſta.committit enim contra principis honorē & ſecuritatem.facit text.in extrauag.qui ſint rebel. in prin.ibi
3 contra honorem noſtrum.†lædit enim principis ſecuritas ex denegatione tributi,quia ſi princeps tributa non haberet, ſtipendiū militibus,quos pro ſecuritate ſtatus ſui tenet, vtiq;
4 ſoluere non valeret:†Et tributum eſt dictum a cōtributione, quia ex eo militibus contribuitur,tex.eſt in l.agere, §. ſtipendiū.ff de ver.ſig.Bertach.vero in præallegato tract.de gabel.in prælud.verſi.& dicitur tributum.ſcribit,quod tributum dicitur a tribu,quia prius ſoluebatur per ſingulas tribus ſecundū Iſidorum. Pro ſupradicta concluſione facit tex.in l.j.ibi,qui contra ſecuritatem.ff.ad leg.iul.maieſt.hanc etiam opinionē tenuit Ludouic.Montal.in tract.de reproba.ſent.Pilat. arti.2.
5 nume.51.& num.52.facit,quia†tributum præſtatur in ſignū obedientiæ & recognitionis,vt no.Bartol.in l.competit;C.de præſcrip.30.anno.facit tex.in l.mediterraneę.C.de anno.& tribut.lib.x.denegans ergo tributum Principi ſoluere,ei obediētiam denegant,qui autem ab obediētia ſui principis ſe remouet incidit proculdubio in crimen lęſę maieſtatis,de quo dixi ſupra.

Digitized by Google

6 supra.q.27.†Secundo soluitur imperatori census seu tributū pro recompēsando labores,quos pro suis subditis subit.facit tex.in l.bene a Zenone.C.de quadriennali prescrip.in fine.& tex.in Auth.vt iud.sine quoquo suffrag.in prin.ad idē tex. in Aut.vt diuinę iussiones,in prī.vbi Imperator dixit, Ideoq; voluntarios labores appetimus vt subiectis quietē prēparemus.
7 Idem dixit pontifex in cap.j.de restit.spolia.in 6.& sic. †Tributum prestatur ob communem vtilitatem, videlicet vt imperator hostibus suis resistere possit,in hoc subditorū saluti cōsulens.l.nemo carcerem,circa finem,C.de exactor.tribut.lib. 10.hanc etiam conclusionem firmat pluribus fundamentis Ludouic.Montal.in prēallegato eius tracta.artic.3. colum.1. 2.3.& 4.
8 †Adde prędictis,quod sicuti denegans tributū soluere prīcipi in crimen lęsę maiestatis incidit,ita dicendum erit de cō sulente,quod tributum principi,seu census non soluat̄,vt per eundem Ludouic.in d.tract.artic.3.versic.& not.quod Deus.
9 nu.41.†Tributi enim siue census prestatio,subiectionem probat.c.2.de censib.Alij dicunt,quod est subiectionis signum.c. recipimus.de priuile.in c.magnum.11.q.1.Inno.in c.preterea. de transa.& Bertachi.in tract.de gabell.in preludijs,versic. Et
10 adde quod tributum,nu.4. †Quinimo Christus saluator noster tributum Cesari soluit,vt habetur Matth.cap.17.prope finē.vbi scriptū est,quod Christus iussit Petro,a quo didragma petitū fuerat pro se, vt iret ad mare & hamū immitteret, & primum tolleret piscē, & aperto eius ore inuento statere illū tolleret,& eis,qui didragma petebat solueret pro se & ipso.
11 †Stater enim duo didragma valebat.Et didragma duos denarios vsuales,vt habetur per Archid.in d.c.magnum,vnde versus,dat numos didragma duos,stater id duplicabit. Hinc dicebat Ambrosius cōtra Auxenicū,si enim cēsum filius Dei soluit,quis ut tantus es qui putas esse non soluendum.quod trā
12 sumptiue habetur in d.ca.magnum,11.quęst.j.†Verumtamē est quod Christus tributum soluit,non quod ipse teneretur, sed ne alios scandalizaret,vt Augustinus ad Polentiū scribēs dixit,& transumptiue habetur in c.Iam nunc. in versic.vnde ipse dominus.29.quæs.1.Et tamē perfidi Iudęi inter alias causas,ex quibus Christum morti tradi petebant, ea fuit,quia dicebant eum prohibuisse tributum dari Cæsari, quod falsum erat,quia imo,& ipse voluit tributum soluere, & tentantib. illis circa tributum Cęsari soluendum respondit viso numismate cum imagine Cęsaris,quod Cęsaris Cęsari, quod Dei,
13 Deo.Est aūt tributum quicquid in auro,argento,vel ære tribuitur principi ordinarie,& vniformiter propter obedientiā principaliter,siue ratione personæ,siue rei annuatim, ita di-
14 xit Ludouic.in d.tract.artic.3.Et vnum scias,quod † tributū, cum præstetur principi in signum supremæ potestatis, vt no. gloss.& Bald.in l.1.§.j.ff.de pub.& Abb.in capit. tua nobis.de decim.nunquam prescribitur contra principem, vt habetur ad doctrinam Panormit.in ca.ad audientiam,de prescri.Bal. in l.sicut.col.fin.C.de præscrip.30.annorum,vbi dixit, quod
15 †Ecclesiæ Romanæ,& Imperio,non præscribitur in his quæ sunt reseruata in signū vniuersalis Dominij. Idem tenuit Io. Franc.Balbus in suo tract.de prescript.in 2.par.v. par. princip.
16 col.3.in versi.j.est quęstio.Et solum †quis excusatur a solutione census,seu tributi,quando habet a principe immunitatē, tributum,aut censum non soluendi, quę ei inuiolata permā sit per annos xl.vt no.in l.fi.C.de fund.patrim.lib.12.ita dixit Bal.in l.competit.C.de prescrip.30.annorum, & Iason l.Imperium.xi.colum.in fin.ff.de iurisdict.omnium iud. & sequi-
17 tur Balbus loco præallegato.dicas tamen,quod †tributi præstatio denegari potest licite principi iustitiam nō ministranti subditis,cum tali casu illi resisti possit etiam de facto,vt voluit Lucas de penna in l.j.C.de superindict. lib. 10.refert & sequitur Ale.in l.placet.nu.11.C.de sacrosanc.eccl.scias etiā, ꝙ
18 †compensatio non admittitur in solutione tributi,nec in decimis,vt per Abb.in c.tua nobis,de deci.& de tributo est text. in l.3.C.de compensa.

SVMMARIVM.

1 *Subditus Regis,qui arma mouet contra ipsum,crimen lesæ maiestatis cōmittit.*

QVAESTIO XXXVII.

1 TRigesimoseptimo quæro; quid dicēdum de eo †qui est Inbditus Regis,vel prīcipis,aut reipublicæ,qui arma mouet contra ipsū, vel rempublicam.Dicas,quòd is crimen lęsę maiestatis committit,l.1.in princi.ibi,quoque armati homines.& rursus ibi, quoue quis contra rempublicam arma ferat. ff.ad l.iul.maiesta.qui tex.licēt loquatur in eo qui arma mouet contra populum romanum,rempublicamue,tamen idem erit in eo q contra regem vel principem arma sumit,vt dixit Barto. in l. hostes.ff.de cap.& postlim. reuers.& idem in l.lex duodecim tabularum.ff.ad leg.iul.maiest.hanc etiam conclusionem tenet Martinus de laud.in tracta.de crimi.lęsę maiestat. & Matthæ.de Afflict.in cap.j.§.Et bona committentium. columa. v.num.54.in titul. quę sint regal.in vsibus feudorum. faciunt quę supra dixi quæst. 24. hoc eodem titulo, de oppugnante patriam.

SVMMARIVM.

1 *Sectæ factæ cum pactis iuramento firmatis ad exitium principis continēt crimen læsæ maiestatis.*
2 *Martinus Bocconius Venetus plebei ordinis cum sociis ad geminas columnas suspenduntur ob sectam coniurationem factam contra principem & optimates Reipublicæ Venetæ.*

QVAESTIO XXXVIII.

1 TRigesimooctauo quæro, quid dicem⁹ de his, qui sectas faciunt cum pactis iuramento firmatis. an incidant in crimen læsę maiestatis.Dicas,quod si huiusmodi sectę tēdunt ad exitium regis,principis,aut reipublicæ,tales incidunt in dictum crimen,vt voluit Angel. in l.cuiusque dolo.ff.ad legem iuliam maiestatis , & Brunus consilio lxxix.viso processu inquisitionali. colum. secunda. in fi. Dicas hanc cōclusionem apertissime probari per textum in
2 l.1.ibi,quoue cœtus conuentusue,ff.ad leg.iul. maiestat.Possent de hoc allegari multa exempla,sed vno tantum contentus ero.Venetijs sub duce Petro,Gradonico,qui anno Domini 1290.Venetiarum Dux creatus fuit,quidam Marinus Boconius plebei ordinis,homo multum audax, & ad facinora promptus,in principis,& optimatum cędem cū multis alijs conspirauit,sed Dei opt.Max.ope,coniuratione cognita, Marinus cum socijs ad geminas columnas suspendio necantur, teste Petro Marcello in libro de vitis principum Venetorū, vita dicti Petri Gradonici principis.

SVMMARIVM.

1 *Templum Deo quis primus posuerit.*
2 *Dauid tēplum Deo primus extruere parauit, at Deus per Nathan Prophetam, eum, quod manus hostium sanguine pollutas haberet, reuocauit eique iussit vt templi illius ædificationem Salomoni filio relinqueret.*

QVAESTIO XXXIX.

1 TRigesimonono quęro, an occupās sibi templum incidat in crimē lęsę maiestatis? Dicas breuiter,quod sic,textus est in l.prima.ibi, locaue occupentur,vel templa. ff.ad legem Iuliam maiestat. ad idem textus in lege secunda.ff.de colleg.illic.facit etiam textus in l.denuntiamus, C. de his qui ad eccles.confugiunt. Et ita tenuit Ludouicus Montal.in tractatu suo,de reprobat. sentent. Pi-
1 lati art.primo,num.70. Quis †autem primus templum Deo omnipotenti posuerit, Salomonem fuisse legimus,q Hebręorum Rex ab ortu Adam primi hominis tribus millibus centum & duobus post annis illud Hierosolymis condidit,vt te-
2 statur Ioseph libro octauo antiquitatum,verum † Dauid Pater illud extruere parauerat,at Deus per Nathā Prophetam eum,quod manus hostium sanguine pollutas haberet,reuocauit,eique iussit,vt templi illius ędificationem Salomoni filio relinqueret.

SVMMARIVM.

1 *Maledicere principi est contra diuinum præceptum.*
2 *Ebrietas mentis exilium inducit.*
3 *Vbi est ebrietas ibi est furor.*
4 *Lubricum linguę nullus homo domare potest.*
5 *Maledicens principi ex iniuria ad principem remittendus est.*
6 *Si quis dixit illusorie verba maledicta contra principem,parcitur ei ob te meritatem.*
7 *Maledicta pensanda sunt ex hominum personis.*
8 *Agrippa qui orabat Deum pro morte Tiberii Imperatoris,vt ei succederet in Regno Caius Nepos, viuente Tiberio fuit in carceribus detrusus,& postea a Caio fuit liberatus & sublimatus.*
9 *Ex solis maledictis contra principem crimen læsæ maiestatis non incurritur.*
10 *Ex separatione titulorum diuersitas criminum arguitur.*

Digitized by Google

Hiero. Gigantis de crimi. læsæ maiest.

QVAESTIO XL.

QVadragesimo quæro, an maledicēs principi incurrat crimen læsæ maiestatis? Videtur dicendum quod sic, nam sine dubio maledicens principi illius maiestatem offendere dicitur, & quoties læditur principis maiestas dictum crimen cōmittitur, vt habetur in l. quisquis. in princip. & ibi Docto. C. ad leg. iul. maiest. & dictum fuit supra in pluribus qōnib. Maledi
1 cere † enim principi est cōtra diuinum præceptum. Scriptum est enim Exodi cap. 22. circa finem, Dijs non detrahes, & principi populi tui non maledices. Pro resolutione huius quæstionis distingue, aut maledicens principi id facit ex leuitate, aut furore, seu vinolentia. Nam si furore, satis est quod suo furore puniatur. l diuus. ff. de offic. præsid. Si vinolentia, clarum est
2 quod † Ebrietas mentis exilium inducit. capit. a crapula. extra de vita & honestate clericorum. & ideo dixit Specula. in tractatu de modo general. concil. congreg. parte 4. rub. 35. nu-
3 mero 2. quod † vbi est ebrietas, ibi est furor. Sinautem ex leuitate, lubricum linguæ non est facile ad pœnam trahendum, vt dixit iurisconsult. in l. famosi. ff. ad legem iul. maie ad idem & prædicta facit etiā tex. in l. prima, C. si quis imper. maledix.
4 & † lubricum līguæ nullus homo domare potest. Ecclesiast. c. 20. Iaco. cap. secundo. Ang. in dicta l. famosi. in versi. sequitur
5 in text. nec lubricum. Aut † quis ex iniuria principi maledixit, & tunc ad principem remittendus est, vt in d. l. j. faciunt not. in cap. si quis iratus. 2. q. 3. & cap. quem pœnituerit. §. notandum. & ibi glo. eadem causa & q. Dictum enim hominis quā doque magis noua iactatione iactatur, quam aliqua opinio
6 ne roboratur. 26. dist. cap. deinde. Aut † verba maledicta contra principem quis illusorie dixit, vt in l. hic aut. ff. si cui plus quam per leg. falci. & per Alber. in l. filiam. C. de inoff. testam. & in l. Gracchus ff. de adulte. & isto casu parcitur delinquenti in principem ob temeritatem. facit. tex. in l. omne delictū, §. penul. & in l. respiciendum, § delinquunt. ff. de pœnis. & l. milites. ff. de custodia reor. & Iacobus de Belùis. quem refert
7 Alber. in d. l. famosi. dixit, † ex hominum personis maledicta pensanda esse. ad idem Matthæ. de Afflict. in decis. Neapolit. decisi. 164. vbi refert exemplum Domi. Anton. Archiepiscopi Florentini, qui in prima parte sui historialis titu. vj. c. 21. §.
8 3. refert, quod † Agrippa, qui imperiū affectabat pro Caio ne pote Imperatoris Tiberij, dixit, vtinam viderem mortem importuni senis, videlicet Tiberij, & Caium Dominum totius orbis, de hoc Tiberio accusatus de crimine læsæ maiest. quia Deum orauerat pro morte imperatoris, eundem Tiberius in carcerem detrudi mandauit, in quo stetit mensibus sex vsque ad mortem Tiberij, quē Caius, q illi in imperio successit, liberauit pariter & sublimauit. ad hoc vide Affli. in prædicta
9 decisi. nu. 62. ex prædictis concluditur, quod † ex solis maledictis contra principem crimen læsæ maiest. non incurritur. facit, quia huiusmodi delicta, videlicet crimen læsæ maiestis, & crimen maledicentiæ contra principem, ponuntur sub
10 diuersis titulis, ex † separatione enim titulorum diuersitas criminum arguitur, & isto genere argumentandi vtuntur sæpe Doct. vt Oldr. consi. 310. Regularis. colum. 1. Abb. consi. 57. colum. 3. vers. 3. principaliter. in 1. volum. firmat Aymon. Crauet. in consi. 6. Plura videnda sunt, in princ. & in 2. col. vide ēt ad hoc Matth. de Afflict. in capitu. primo. §. & bona committentium. colum. 3. numero 104. in titu. quæ sint Regal. in vsibus feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Furcæ meri imperii signa sunt.*
2 *Furcarum erectio iurisdictionem probat.*
3 *Furcas erigens propria authoritate, vsurpat authoritatem principis, & crimen læsæ maiestatis incurrit.*
4 *Per furcarum erectionem retinetur possessio meri imperii, licet de facto nō occurrerit casus per annos centum, quod aliquis ibi suspensus fuerit.*
5 *Furcarum erectio inuenta fuit, vt homines conspectu earum terreantur, & delinquentibus accedant ad pœnam.*
6 *In furcarum erectione publica versatur vtilitas, ne maleficia sint impunita, & vt male meriti publice puniantur.*

QVAESTIO XLI.

QVadragesimo primo quæro, an si quis erigat in loco furcas sua propria authoritate, incidat in crimen læsæ maiestatis? Dicas, quod sic. ita voluit Bal. in l. data opera. col. 3. prope finem. C. qui accusa. non possunt. adducit tex. in l. 1. §. fin. ff. ad legem iul. maiest. ibi, quiue priuatus p potestate magistratuue, & tex. in l. eos. §. qui se, ff. ad leg. Corn. de falsi. idem voluit Guilel. Bont. in tractatulo suo de casibus. in quibus pę na mort. impon. numero 3. qui habetur in 11. Tomo tract. & licet neque Bal. neque Guil. in locis prędictis rationem assi-
1 gnent huius decisionis, dicas rationem esse, quia † furcæ meri imperij signa sunt, vt dixit Paris. de Puteo in tractatu, de sindic. in §. contumacia numero 8. Et dixit Ioan. Bertachi. in tra-
2 cta. de gabel. seu vectigal. in prima parte. nume. 37. quod † furcarum erectio iurisdictionem probat, secundum Bal. in l. a p curatore. C. mand. & in cap. j. ti. quid sit inuestitura. & in l. arboribus. §. de illo. ff. de vsufruct. vbi Floria. dixit, id procedere, etiam si per annos centum in illis non fuerit aliquis hō suspē sus. idem voluit Io. Bertac. in trac. suo de gabel. in j. par. col. 8.
3 nu. 37. Qui † igitur ppria authoritate furcas erigit, sua authoritate vsurpat authoritatē principis & magistratus, merito crimen lęsæ maiest. incurrit. d. l. 2. §. fi. idem dixit Ias. in l. imperiū. col. 8. ver. 2. quia qui non habet. ff. de iurisdictio. omnium iudi. facit quod dixit Franc. Balb. in tract. de præscrip. nume. 17.
4 vbi dixit, quod † per furcarum erectionem retinetur possessio meri imperij, licet de facto nō occurrerit casus per annos cē tum, quod aliquis ibi suspensus fuerit. Et dicit Paris de Put. in
5 d. tract. de sindic. in prędicto. §. contumacia. num. 7. quod † furcarum erectio inuenta fuit vt homines conspectu earum terreantur, & delinquentibus accedant ad pœnam. subdens, † q
6 in furcarum erectione publica versatur vtilitas, ne maleficia sint impunita, & vt male meriti publicæ puniantur.

SVMMARIVM.

1 *Rectores prouinciarum finito officio non possunt egredi prouinciam seu ciuitatem, nisi post quinquaginta dies quibus tenentur stare ad sindicatum.*
2 *Fuga officialis, qui debet stare ad sindicatum, facit eū incidere in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XLII.

1 QVadragesimo secundo quæro, certum est, quod de iure communi † Rectores, prouinciarum, finito officio non possunt egredi prouinciam, seu ciuitatem, in qua rectores fuerunt, nisi post quinquaginta dies, quibus tenentur stare ad sindicatū, vt est tex. in l. 1. C. vt omnes iud. tam ciui. quam crimin. modo quæro, si rector prouincię, vel ciuitatis, infra dictum tempus discedat, & nolit stare ad sindicatum, quod crimē committat? Dicas, quod incidit in crimen læsæ maiestatis. text. est de hoc apertus in dicta. l. j. C. vt iud. tam ciuil. quam crim. facit etiam tex. in l. 2. ff. ad l. iul. maie. & ita dixit Alberic. in rubr. ff. eod. titu. idem voluit Matth. de Afflict. in cap. j. in §. & bona committentium. col. 6. nu. 70. in titu. quæ sint regal. in vsibus feu-
2 dorum. vbi dixit, † quod fuga officialis, qui debet stare ad sindicatum, facit eum incidere in crimen læsæ maiestatis. subdens, quod non tamen hoc delictum intelligitur in primo capite legis iuliæ maiestatis, quando huiusmodi delictum nō est contra principem vel Rempublic. Idem tenet Restaur. intracta. de imper. q. 118. nu. 20.

SVMMARIVM.

1 *Scribens, & falsum recitans ad damnum principis, incidit in crimen læsę maiestatis.*
2 *Scribens falsum scienter in libris Reipublicæ vel principis, ad dānum ipsius principis incidit in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XLIII.

1 QVadragesimo tertio quęro, an q scribit & falsum recitat ad damnum reipublicæ vel principis incidat in crimē lęsæ maiestatis? Dicas quod sic. ita tenuit Alberic. in rubri. ff. de crim. læsæ maiesta. per tex. in l. 2. ff. ad l. iul. maiest. ibi, quive sciens falsum q scripserit, vel recitauerit. & hoc enumeratur in primo capite
2 criminis lęsæ maiestatis, vt ibidem dicit tex. hoc † tamen sane intelligendum est de eo, qui scienter in libris Reipublicę, vel principis falsum scripserit. Et licet hoc crimen non sit de directo commissum cōtra Rempublicā vel principem, attamen est in primo capite legis Iul. maie. vt dixit tex. in d. l. 2. & tenet Matth. de Affli. in c. j. § & bona cōmittentiū. col. 6. nu. 73. in ti. quæ sint Rega. in vsib. feud. vbi dicit menti tenendum hoc genus falsi, quod inducit crimen lęsę maiest.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Solicitans vel concitans milites vt rebellent contra principem crimen læsæ maiestatis committit.*
2 *Qui concitat hostes vt bellum sumant vel aliquid contra regem faciant in eius damnum, incidit in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XLIIII.

QVadragesimoquarto quæro: †quid dicendum de eo qui solicitauit, vel concitauit milites vt rebellarent contra Regem vel Rempublicam, vel solicitauit, vel cōcitauit ipsos milites, vel seditionem, vel tumultum, aduersus Regem, vel Rempublicam facerent? Dicas, quod talis crimen læsæ maiestatis committit, vt probatur per text. in l. j. ibi, qui ve milites, ff. ad leg. Iul. maie. facit ad idem tex. in l. 2. & 3. ff. eod. tit. ita concludit Cardinal. in Clemen. pastoralis. in principio. in 9. not. de re iudic. idem tenet Matthæ. de Afflict. in cap. j. in §. & bona cō mittentium. col. 6. numero 69. in titu. quæ sint Regal. in vsibus feudorum. & †idem dicendum de eo qui hostes concitauit, vt bellum sumant, vel aliquid contra Rempublicam seu Regē faciant in eius damnum, vt in l. 3. in princip. ff. ad legem Iulia. maiesta. hoc enim lege duodecim tabularum cautum fuit, vt dicit ibi tex.

1
2

SVMMARIVM

1 *Tiberius antequam ad imperium conscenderet in Germania exercitum ducens præfecto legionis ignominiæ notam intulit, ob id solum quod liberto suo quosdam equites venatum trans Renum sine ipsius licentia misisset.*
2 *Priuatus ad hostes confugiens crimen læsæ maiestatis incurrit.*
3 *Affricanus superior, deuicta Carthagine, cum omnes qui de exercitu Romano ad Pœnos transierant in suam redegisset potestatem, eos qui Romani erant tanquam patriæ fugitiuos Crucibus affixit. Latinos vero, tanquam perfidos socios securi percussit.*
4 *Miles è prælio recedens vel quid faciens quod eius ope hostes victoriam habeant, incidit in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO. XLV.

QVadragesimoquinto de eo videndum est, qui exercitum sine superioris licentia deseruit. Dicas illum crimen lęsæ maiestatis cō mittere, vt probat tex. in l. 2. ibi, aut qui exercitum deseruerit, ff. ad leg. Iul. maiesta. ad idem Matth. de Afflict. in capitu. j. §. & bona committentium, colum. 6. nume. 71. in titu. quæ sint Regal. in vsib. feudo. Propterea †Tiberius antequam ad imperiū conscenderet, cum in Germania exercitum duceret, prefecto legionis ignominiæ notam intulit, ob id solum, quod cū suo liberto paucos equites venatum trans Renum, ab eo licentia non petita, misisset, quia vt ab hoste intercipi possent periculum adiuerat, vt refert Bapti. Fulgosius in suo opere, de dictis factisque memoratu dignis. lib. 2. in rubr. de mili. discipli. in 9. exemplo. Idem erit †in priuato ad hostes confugiente, vt dixit Vlpianus in dic. l. 2. Ideo probe factum legimus † ab Affricano superiore, qui deuicta Carthagine, cū omnes qui de exercitu Romano ad Pœnos transierant in suam redegisset potestatem, eos, qui Romani erant tāquam patriæ fugitiuos Crucibus affixit, in Latinos vero transfugas aliter animaduertit: illos namque tanquam perfidos socios securi percussit, vt testatur Valer. Maxi. in libro 2. in rubr. de discipl. milit. Idem est †in eo armigero vel milite, qui e prelio recessit, aut quid fecit, q eius ope hostes victoriam habuere, l. 3. ibi, qui in bellis recesserit, ff. ad leg. Iul. maie.

1
2
3
4

SVMMARIVM.

1 *Communitatibus & priuatis personis licet loca propria muris circundare & custodire.*
2 *Aedificiorum colatio est de iure gentium, & per consequens licita.*
3 *Castella limitanea, videlicet iuxta Imperii fines posita, alicui priuato tenere non licet.*
4 *Habentes castra in confinibus territorii alicuius ciuitatis coguntur ea dimittere ciuitati in cuius territorio sunt, nisi ex permissione ciuitatis sint eis concessa.*
5 *Castrum primus omnium Cecrops condidit, qui ante tempora Deucalionis fuit, idque a se Ceeropiam nominauit.*
6 *Turres a quibus fuerint inuentæ.*

QVAESTIO XLVI.

QVadragesimosexto quæro, quid dicendum de eo, qui sine principis licētia arcem seu fortilitium in confinibus regni tenet, an crimen læsæ maiestatis committat? Dicas quod sic. ita tenuit Matth. de Afflict in cap. j. §. & bona committentium. colum. 6. numero 77. in titu. quæ sint regal. in vsibus feud. per tex. in l. 2. C. de fun. limitro. vbi Ioan. de Plat. per illum tex. dicit, †q licet alias licitum sit communitatibus & priuatis personis loca propria muris circundare & custodire, l. per prouincias, C. de ędifi. priua. & l. omnes prouinciarum. C. de oper. pub. †cum ædificiorum collatio sit de iure gentium, & per consequens licita, l. ex hoc iure. & ibi Barto. ff. de iusti. & iur. nisi ad æmulationem ciuitatis fiat, vel inde scandalum, aut seditio contra principem sequi possit, vt in glos. ibi in verbo, antiquitas. †Tamē Castella limitanea, videlicet iuxta Imperij fines posita, alicui priuato tenere non licet. & dixit Ang. in dicta l. 2. quod †habentes castra in confinibus territorij Perusini, seu alterius ciuitatis, coguntur ea dimittere communitati Perusiæ, vel ciuitati in cuius territorio sunt cum eorum territoriis, si modo ex permissione ciuitatis non sint eis concessa †Castrum autem, seu oppidum, primus omnium Cecrops cōdidit: qui (teste Iustino lib. 2.) fuit ante tempora Deucalionis, idque a se Cecropiam nominauit. Turres †autem Cyclopes inuenerunt, vt Aristoteles ait: secundum autem Theophrastum Phœnices. Virgilius autem Palladi ascribit, vnde in Bucolicis dixit, Pallas, quas condidit Arces, ipsa colat. ad quod videndus est Pollidorus Virgilius in libello suo de inuentorib. rerum libro 3. capitulo 9.

1
2
3
4
5
6

SVMMARIVM.

1 *Castellani non restituentes castrum iussu domini incidunt in crimē lesæ maiestatis.*
2 *Castellani non restituentes castellum ciuitatis Bononiæ ad iussum antianorum incidunt in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XLVII.

QVadragesimoseptimo quæro, si aliquis erat †Castellanus in aliquo castro pro rege, principe, vel Republica, si princeps illū amoueat, & alium Castellanum in ipso castro destinet scribendo illi quod castrum nouo Castellano a se misso consignet, & ipse id facere recusет, an crimen læsæ maiestatis committat? Dicas quod sic, vt est tex. in l. 3. ibi, aut castra concesserit. ff. ad le. Iulia. maiesta. ita dixit Matth. de Afflict. in capitu. j. §. & bona committentium. colum. 6. in fin. numero 78. in titu. quæ sint regal. in vsibus feudo. vbi dicit tex. in dicta l. tertia intelligendum esse in omnibus istis casibus, videlicet, siue quis recusaue rit consignare castrum nouo Castellano venienti cum literis principis, siue milites ad hostes miserit sine principis licentia, seu castrum ipsum hostibus tradat. & hanc quæstionem tāgit Nicol. Boer. in tract. de custo. Clauium. colum. 6. numero 25. & numero 26. idem tenet, & not. Angel. in dicta l. 3. vbi dixit ex illo text. †notandum, contra Castellanos non restituentes Castellum ciuitatis Bononiæ ad iussum antianorum, quia incidunt in crimen læsæ maiesta. Et eodem modo si illud hostibus concedunt, per gl. ibi.

1
2

SVMMARIVM.

1 *Committentes collegium illicitum incidunt in crimen læsæ maiestatis.*
2 *Validum est argumentum a diuersitate titulorum. Et quando procedat. nume. 6.*
3 *Ciuitates & barones, qui sub vno eodemque principe sunt, cōfœderationes inter se facere non possunt, nisi cum consensu eius fiant.*
4 *Collegium illicitum quid sit. Et quod si approbatum vel reprobatum, & nume. 5.*

QVAESTIO XLVIII.

QVadragesimo octauo quæro: †an committentes collegium illicitum incidāt in crimen læsæ maiestatis? Videtur prima facie dicendum quod non: nam in ff. titu. de collegiis illicitis est titulus separatus, a titu. ad legem Iuliam maie. Ergo diuersa sunt crimina, †arguendo a diuersitate titulorum, quod argumentum est validum per ea quæ dixi sup. quæst. 40. prope finem. Dicas tamen contrarium esse verius, quod imo facientes collegium

1
2

Digitized by Google

gium illicitum incidunt in crimen lęſæ maieſt. vt eſt tex. iuncta gl. ibi, in l. 2. ff. de colleg. illicit. & ibi not. Bart. idem probat tex. in l. j. ibi, quiue cœtus. ff. ad leg. iul. maieſt. & dicit Barto. in
3 l. ſodales. col. 2. verſic. & ideo iſtæ ſectæ. quod †ciuitates, & barones, qui ſub vno eodemq; principe ſunt, cõfœderationes iter ſe facere non poſſunt, quia ſemper huiuſmodi ligæ & cõfœderationes præſumuntur factæ ad dãnum ſtatus principis ſub quo ſunt, niſi fiant cũ conſenſu ſuperioris, ita voluit etiã Marti. de laude. iu trac. ſuo. de confœder. princip. quæſt. 20. allegat Innoc. in cap. dilecta. extra de exceſſ. prælat. idem tenuit Franciſ. Lucanus. in tract. de priuil. fiſci in 2. parte, princ. verſic. Decimus quartus. nu. 14. cõcluſionẽ ſupradictam quod faciẽs collegium illicitum puniatur crim. læſ. maie. tenuit etiam Ludouic. Montal. in tracta. de reproba. ſent. Pilat. articul. 2. col. 3.
4 verſi. ſecundo pro eadem parte. Quid autem †ſit collegiũ illicitũ operepreciũ eſt ſcire, ideo dicas illicita & reprobata eſſe oĩa collegia, quæ a ſuperiore non ſunt approbata vel permiſſa. l. 3. §. in ſumma. ff. de colleg. illicit. Bart. in l. ſodales. in j. col.
5 verſic. ſecundo quęro, ff. eo. tit. & dicit Innoc. quod † collegia illicita dicuntur cõuenticulæ, niſi ſint a ſuperiore cõfirmata: cuius dictũ habetur in c. cum ab Eccleſiarũ, in gl. ſua, in verb. prælatus. de offi. ordi. & Bald. in ca. conuenticulas. in 2. col. in verſi. item nota quod omnia collegia. in tit. de pac. iurament. firman. in vſib. feud. ad idem Abb. in ca. dilecta, in ver. in glo. j. extra de exceſſ. præla. vbi dicit etiam quæ ſint collegia licita, ad idem Paul. de Caſtr. & Barto. Soci. in l. cum ſenatus, ff. de reb. dub. & Feli. in capit. accedentes, in princi. de præſcrip. Erit ergo firma concluſio, quod committens collegium illicitum
6 incidit in crimen læſæ maieſtatis. Ad id, † quod ſupradictum eſt in contrarium arguendo a diuerſitate titulorum. dicas, id non procedere quoties in iure eſt expreſſum contrarium, qđ probatur in dicta. l. 2. ff. de colleg. illic. tunc enim argumentũ, a diuerſitate titulorum non concludit.

SVMMARIVM.

1 *Is qui facit ne Comes vel Baro obediat ſuo principi in crimen læſæ maieſtatis incidit.*
2 *Reges omnes olim populo Romano ſuberant.*

QVAESTIO XLIX.

1 QVadrageſimonono quęro, quid erit dicendum de eo, qui dolo malo egit, ne Comes, Baro, vel alius inferior obediat ſuo Principi? Hunc in lęſæ maieſtatis crimen incidiſſe dixerim, per tex. in l. cuiuſque, ibi, vtve ex amicis. ff. ad legem iul.
2 maieſt. & ibi, cuiuſve dolo malo opera factum, &c. Olim †eĩ omnes Reges populo Romano ſuberant, ideo ſtatuit ibi Scęuola, quod ſi aliquis tantę fuerit temeritatis, vt daret operam quod aliquis eorum regũ non obediret populo Romano, ꝙ talis in crimen læſæ maieſtatis incidat. firmat hanc concluſionem Matthæ. de Afflict. in c. j. §. & bona committentium. col. 7. nu. 92. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Deputatus a principe ob gubernationem exercitus, ſi illum recuſat conſignare ſucceſſori ab ipſo principe miſſo, incidit in crimen lęſæ maieſtatis.*

QVAESTIO L.

1 QVinquageſimo quæro, quid dicendũ de eo, q̃ erat deputatus a prĩcipe gubernator exercitus in aliqua Prouincia ad principis beneplacitum, qui recuſauit exercitũ conſignare alteri gubernatori ab ipſo principe miſſo ad regimẽ & gubernationem ipſius exercitus? Dicas, quod proculdubio is maieſtatis reus erit. ita probat tex. in l. 3. in §. eadem lege, ibi, quiue, cui ei ſucceſſum in Prouincia, & c. ff. ad leg. iul. maie. ad idem facit tex. in l. 1. C. vt tam ciuil. quam mili. iudi. pro iſta quæſtione quæ late dixi ſupra quæſtio. 32. ſub hac eadem Rubrica & quęſt. 47.

SVMMARIVM.

1 *Subditus principis commonens hoſtes de præparatione ipſius principis cõtra eos committit crimen læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO LI.

1 Quinquageſimo primo quæro, an crimen læſæ maieſtatis committat is qui cũ principis ſubditus ſit, cognoſcens quod princeps hoſtes ſuos capere vel debellare facile poteſt, vt ipſius principis fœlici ſucceſſu obuiaret, hoſtes de præparatione principis contra eos, vt caueant, ne in eius poteſtatem veniant, cõmonet? Dicas quod ſic. tex. eſt in l. 4. ibi, quominus hoſtes in poteſtate populi Romani, &c. ff. ad l. iul. maie. Hanc etiam concluſionem tangit Matth. de Afflict. in c. j. §. & bona committentium. col. 7. nu. 88. in ti. quę ſint regal. in vſibus feud.

SVMMARIVM.

1 *Affectus non ſequuto effectu non eſt punibilis.*
2 *Primi motus non ſunt in poteſtate noſtra.*
3 *Voluntas ſola eſt punibilis in crimine læſæ maieſtatis.*
4 *Voluntas quid ſit.*
5 *Delictum attentatum, non conſummatum, punitur in crimine læſæ maieſtatis.*
6 *In probatione verborum contra principem attẽdenda eſt qualitas perſonę, locus, & tempus.*
7 *Homicidium committens per ebrietatem puniri non debet.*
8 *Inebriis nulla eſt ratio, nullum vitæ gerendæ conſilium, nec vlla artium, nec geſtorum, aut lectionum memoria, aut induſtriæ prouidentia eſt.*
9 *Vinum Dei eſt: ebrietas Diaboli opus.*
10 *Dionyſii maioris Siciliæ tyranni, animaduerſio in duos iuuenes, qui inter cœnandum de inſidiis eius capiti parandis inter ſe ſermonem habuerunt.*
11 *In dicente verba contra principem, conſiderandum eſt, an ex lubrico linguę id dixerit. Item locus, & tempus, nu. 13.*
12 *Iulii Cæſaris lepidum reſponſum.*
13 *Reſponſum factum Pirrho a quibuſdam dum ebrii male dixiſſent de eo.*

QVAESTIO LII.

QVinquageſimo ſecundo videndũ eſt, ſi aliquis iurauit ſe velle Principem interficere, vel aliquod illi magnum malum facere, ſiue id etiam ſine iuramento dixerit, an crimen læſæ maieſtatis ex ſolo dicto, aliquo non ſequuto effectu incurrat? Circa hanc quęſtionem dicendum videtur quod non, per tex. in c. j. §. ſi voluerit. in titu. de Capi. qui curiam vendi. vbi dicitur, quod ſi vaſallus dominum offendere voluerit, nihil tamen fecit, quod niſi illi inſidiatus fuerit feudum non propterea amittit, quia †affectus non ſequuto effectu non eſt punibilis, vt late habetur p. Doct. in l. ſi quis non dicam rapere. C. de epiſco. & cleric. vbi Cyn. & Bald. & Salic. facit tex. in l. 1. in fi. ff. quod quiſque iuris l. qui falſam. ff. ad legem Cornel. de fal. facit, quia id forte dictum fuit calore iracundiæ, l. quod calore. ff. de regu. iur. vnde verſus.

Ira impedit animum, ne poßit cernere verum.

2 Primi †etenim motus (vt Philoſophus ait) non ſunt in poteſtate noſtra, vt habetur in l. qui ea. mente. ff. de pœ. imo ſcriptum eſt, quod cogitationis nemo pœnam patitur. l. cogitationis. ff. de pœn. Contrarium tamen dicẽdum eſſe videtur, † qa
3 in crimine læſę maieſtatis ſola voluntas eſt punibilis. l. quiſquis. in princip. ibi, eadem enim ſeueritate voluntatem ſceleleris, qua effectum puniri volumus. C. ad legem iul. maieſtat.
4 eſt enim †voluntas deliberatio animi intelligentis & acceptãtis id quod vult Bal. in l. in emptis. col. 3. verſ. modo veniẽs ad qõnes. C. de contr. emp. & præſumitur durare niſi mutata pbetur. l. fideicommiſſi. §. ſi rem, ff. de leg. 3. & ibi Bar. Bal. in l. 1.
5 C. de colla. l. cum qui. ff. de prob. †Delictum enim attentatum non conſummatum punitur in crimine læſę maieſt. vt notãter dixit Ang. in l. j. §. hæc verba. in fi. ff. quod quiſque iur. quẽ ſequitur Matth. de Afflict. in c. j. §. ſi voluerit, in ti. de Cap. qui curiam vend. col. j. nu. 5. & hanc cõcluſionem videtur firmare idem Matth. in c. j. §. & bona committentium. colum. 7. numer. 86. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorum. pro qua eſt text. in l. 3. in princip. ff. ad legem iuliam maieſt. In iſta materia † conſiderandam eſſe arbitror qualitatem perſonæ ſic iu-
6 rantis, aut dicentis, locum, & tempus huiuſmodi prolatorum verborum, iuxta illud Ouidij, libro. 1. de triſt. in prima Elegia.

Iudicis officium, vt res, ita tempora rerum
Quærere, quæſito tempora tutus erit.

Perſonæ dico qualitatem ſpectandam, quia ſi talia verba prolata eſſent ab eo, qui læuis (vt aiunt) eſſet armaturæ, vtiq; parui momenti & conſiderationis eſſe deberent apud principem. Idem eſſet ſi ab ebrio, vel inſano, dicta eſſent. facit tex. in l. j. C. ſi quis Imp. maledix & ibi glo. in verbo, temulentia, & probantur prędicta per tex. in l. famoſi. ff. ad leg. iul. maieſt.
7 vnde dicit Albe. in d. l. j. q† is, qui per ebrietatem malefi cium committit, puniri non debet, nam ebrius ibi furioſo cõparatur.

Digitized by Google

tur.facit tex.in c.venter.35.distinct.ad idem facit tex.in capit. a crapula.de vita & honesta.clericor. vbi scriptum est, quod ebrietas mentis inducit exilium.inde Proper. Elegia secunda scribit.

Vino forma perit: vino corrumpitur ætas:
Vino sæpe suum nescit amica virum.

8 Et ideo dicebat August.ad sacras virgines, in † ebrijs,non vlla ratio,non vllum vitæ gerendę consilium,nec vlla artium nec gestorum, aut lectionum memoria,aut industriæ prouidentia est.Et Chrysostomus in Homilia ad Antiocheos ait,
9 †vinum Dei est,ebrietas autem Diaboli opus, & idem super cap.9.Genes.Homi.xxix.inquit grauissimum quidem ebrietas est delictum,& quod potest excęcare sensus,& mentē sub mergere,& hominem irrationabile animal facere.
10 Nec ab re† Dionisij maioris Siciliæ tyranni hic subnectemus exemplū, scribit Plutarchus in suis apophthegmatibus, quod cum eidem Dionysio accusati fuissent duo iuuenes,ꝙ inter cœnandum de insidijs eius capiti parandis inter se sermonem habuissent,id scire dissimulans ipsos iuuenes ad cœnandum secum inuitari iussit,dumq;in mensa secum essent, aduertit eorū alterum valde sobrium & parce loqui, alterū vero large potantem & loquacem,istum incolumem dimisit sobrium autem interimi iussit.

Cōsideranda est etiam persona sic dicentis, an talis sit qui id facere potuerit,& an ex linguę lubrico id dixerit, vt dixit tex.ad hoc notab.in l.famosi. ff.ad legem iuliam maiestat. Et
11 †ideo Iulius Cæsar, cum ei dictum fuisset, quod a Galba sibi caueret,qui Crassus erat,respondisse dicitur,cauendum mihi est a Pallidis & Macillentis,& non a Crassis, inferens a Caio Cassio,& Bruto sibi cauendum esse.hi enim pallidi,& macilenti erant, quod testatur Plutarchus in vita eiusdem Iulij Cęsaris.
12 Considerari non ab re dixi †locum,& tempus prolatorum huiusmodi verborum,videlicet an in mensa, vel ieiuno stomacho.Nam plerunque,quæ in mensa aduersus principē di
13 cuntur,excusari possent,†iuxta illud quod apud Valeriū Maximum lib.v.in Rubri.de humanit.de Pirrho legimus. Nam cū ipse audiuisset quosdam in conuiuio Tarentinorum parū honoratum de se sermonem habuisse,eis accersitis quæsiuit, an ea quæ ad eius aures peruenerant dixissent,cui ex his vnus respondit, nisi nobis vinum defeciisset, ista, quę tibi relata sunt,præ ijs quæ de te locuturi eramus lusus & iocus fuisset: quo responso is iram Regis in risum conuertit.Si quando igitur casus acciderit iudicantis auriga Modestini iurisconsult. decisio facile esse poterit,de qua in dicta l.famosi.ff.ad legem iul.maiesta.

dorum præstare tenetur suis vasallis,incidat in crimen lęsma iestatis?Dicas quod non,ita dixit Alberi.in l.j.ff.ad leg.iul.ma
2 iest.allegat tex.in c.de forma,22.q.v.est† enim inuestitura feudalis quidam contractus,vt post alios habetur per Zasium in suo tract.feudorum.in j. parte,versi. feudum autem.vbi dixit esse contractum nominatum,contractus autem est vltro citroque obligatorius.l.Labeo,§.contractum.ff.de verb.signif.
3 ideo licet†vnicuique partium contrahentium, quando sibi conuenta ab altera parte non seruantur, nec ipsa quæ ad se
4 attinent seruare,cum†reciproca sit obligatio vasalli ad dominum,& domini ad vasallum,vt tradit idem Zasius in d.tractat.de feud.in vj.parte, in titulo, ad quid vasal. domino, & dominus vasal. teneat. in versiculo. Nunc ad secundum punctum.

SVMMARIVM.

1 *An statuentes contra honorem principis incidant in crimen læsæ maiestatis.*
2 *Facientes statuta dolo malo vt iurisdictionem occupent, contra honorem principis statuere dicuntur.*
3 *Pronuntians aliquid tanquam iudex,cum iudex non sit,qua pœna teneatur.*

QVAESTIO LV.

1 QVinquagesimoquinto quę-
2 ro:an statuentes † contra honorem principis incidant in crimen læsæ maiestatis? Et hi † statuere dicuntur contra honorem principis qui statuta faciunt non habentes statuendi authoritatem,quod tamē sane intellige quando dolo malo,vt iurisdictionem occupēt statuta condunt,vt dixit Bar.in l.omnes populi.in 8.q. primæ quæstionis princ.vers.Octauo quæro qualiter.ff.de iust.& iur. allegat tex.in l.3.§.fin.ff.ad leg.iul.maie.Idem voluit Ioan.Baptist.de sancto Seuerino in repet.l.omnes populi, colum. 10.
3 in versicu.Octauo.& vltimo quęsiuit Bar. vbi dixit, † quod si quis tanquam iudex aliquem scienter suspendendum iudicauit,cum iudex non esset,vel aliter occidendum pronuntiauerit,& occidi fecerit,quod non solum tenetur de occiso,sed etiam lege iulia maiestatis, per textum in d.l. 3. in fin.si vero hominem non occidisset,sed leuiora tanquam iudex exercuit,tunc punitur extraordinarie,vt ibi per eum.Opinionem Barto.sequitur etiam D.Ioan. Crotus præceptor meus in repet.d.l.omnes populi.colum.8.versicul. Octauæ conclusioni Bartoli.

SVMMARIVM.

1 *Qui milites de aliis militibus delegit sine iussu principis,crimen læsæ maiestatis committit.*

QVAESTIO LIII.

1 QVinquagesimotertio quæ-
ro,an magister militum, aliusue, qui milites de aliis militibus sine principis licentia delegit,incidat in crimen læsæ maiestatis?dicas†quod sic.tex. in l.3.iuncta glo.in verbo,delectum.ff.ad legem iuliam maiestatis,quæ gl.allegat ad hoc tex.in l.militem. C.de re milit.li. 12.credo quod voluerit allegare tex.in l.neminem. C.eodem ti.allegat etiam gloss.tex.in l.iubemus.C.de offi.magistr.mili. quæ lex non est subillo titulo,credo quod voluerit allegare tex.in l.milites.in dicto titu.de offi.magist.mili.prædictam cōclusionem tenuit Matth.de Afflict.in capitu.j. §. & bona cōmittentium.col.7.nume.81.in titu.quæ sint regal.in vsib.feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus morem gerens domino feudi, ex eo quod dominus feudi sibi non præstat quæ præstare tenetur, an incidat in crimen læsæ maiestatis.*
2 *Inuestitura feudalis,est quidam contractus nominatus.*
3 *Licet vnicuiq; partium contrahentium,quando sibi cōuenta ab altera parte non seruantur,nec ipsa quæ ad se attinent seruare.*
4 *Reciproca est obligatio vasalli ad dominum,& econtra.*

QVAESTIO LIIII.

1 QVinquagesimoquarto quę-
ro,vtrum vasallus † qui morem non gerit domino feudi,in his quæ ei tenetur secundum ius feu.

SVMMARIVM.

1 *Subditi Imperatore negligente eos defendere,nec valentes ipsi eorum viribus se tueri, possunt se submittere alteri domino potentiori qui eos defendat.*

QVAESTIO LVI.

1 QVinquagesimosexto quæ-
ro,an subditi imperio,vel alteri Domino,qui ab eo nō defendunt imminēte necessitate, subijciētes se alteri Domino incidant in crimen læsæ maiestatis?Dicas quod non.ita decidit And.de Iser.in c.imperialem.§.prętera.de prohi.feud alie.per Federi.Quinimmo†subditi, imperatore negligente eos defendere, nec valentes ipsi eorum viribus se tueri,possunt se submittere alteri Domino potentiori qui eos defendat, vt voluit Ioan. de Ligna. in sua disput.ciuitatis Tusciæ,& Pau.in repe.l.ex hoc iure.colu. 4.in versicu.Regna,ff.de iusti. & iur.vbi expresse dixit,quod ciuitates & castra minus potentia existentia sub imperatore negligente ea gubernare possent se submittere alteri Regi maiori & potentiori a quo regant,protegantur,& defendantur, nec propterea crimen læsę maiestatis committunt, quod sequitur Soc.in consilio 39.columna penultima.idem voluit Lancilottus Galiaula in repet.l.j. §.si quis ita,numero.7.ff.de verbor.obligatio.

SVMMARIVM.

1 *Conturbans suum principem an incidat in crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO LVII.

QVinquagesimoseptimo quæ-
ro,s. q.40.vidimus,an maledicens principi crimen lęsæ

Digitized by Google

ſę maieſtatis incurrat. Nunc videamus, an is, qui ſuum cõtur
1 bauerit principem †incidat in dictum crimen? Et dicendum eſt quod non, ſed talis alia pœna puniri debet, vt voluit Andræ. de Iſer. magnus feudiſta in cap. 1. §. 1. in titu. quibus modis feudum amitta. in vſibus feudorum. Et Martinus de Laude. in tracta. de crimine læſæ maieſtatis, quęſtione quadrageſima ſexta.

SVMMARIVM.

1 *An eripiens aliquem de manibus curiæ cõdemnatum vel confeſſum de delicto incidat in crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Confeſſus ſpe condemnatus dicitur.*
3 *Si ereptus de manibus familiæ non erat damnatus pro crimine læſæ maieſtatis, neque pro eo captus, ſed pro alio, & eripiens hoc facit vt offenderet & minueret imperium publicum, vel vt imperium ſibi vendicaret, committit crimen læſæ maieſtatis.*
4 *Eripiens aliquem de manu familiæ in cæteris caſibus qualiter puniatur, remiſſiue.*
5 *Lex generaliter loquens non poteſt per hominem, ſed ſolum per legem reſtringi.*
6 *In alternatiuis ſufficit alteram partem eſſe veram.*
7 *Magiſtratus, qui relaxat reum de crimine cõfeſſum, tenetur lege iulia maieſtatis.*
8 *Eripiens de manu familiæ condemnatum vel condemnandũ, cum eſſet confeſſus de crimine, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
9 *Vadens ad carcerem & liberans detentum, tenetur lege iulia maieſtatis.*

QVAESTIO LVIII.

QVinquageſimo octauo quæ-
1 ro, an eripiens †aliquem de manibus curiæ qui cõdemnatus erat de delicto vel cõfeſſus incidat in crimen læſę maieſtatis? Dicendum videtur quod ſic. l. cuiuſque, ibi, item qui confeſſum in iudicio reum, & ibi Barto. ff. ad legem iuliam maie. Idem voluit Lucas de Penna in l. quoties. in princ. C. de exactor. tribut. lib. 10. vbi dixit, quod is, qui con
2 demnatum vel confeſſum de crimine eripit, †quo caſu confeſſus ſpe condemnatus dicitur. l. ſi victum, ff. de re iudicat. in gloſſ. iuxta illud Ouidij, non eſt confeſſi cauſa tuenda Rei. vel eum contra quem probatum erat, argum. tex. in l. ſi. in ſi. ff. de bon. eorum qui ante ſent. incidit in crimen læſæ maieſtatis, ſubdens, quod credit hoc procedere ſi ereptus de manibus familię erat damnatus de crimine læſæ maieſtatis, vel de illo cõfeſſus, aut conuictus. pro cuius opinione videtur glo. in d. l. cuiuſque. in verbo, reum. quæ exponit verba textus ibi, qui confeſſum in iudicio reum. dicens de alio crimine læſæ maieſtatis. Diſtinguit tamẽ Lucas de pen. loco præallegato, quod aut loquimur in iam damnato ad pœnam perduci, vel in carcerem mitti, & hoc caſu talem eripiens dicit crimen læſæ maieſtatis committere, quando talis ſic ereptus erat damnatus, vel in carcerem mitti iuſſus pro crimine læſæ maieſtatis. allegans ad hoc prędictam glo. in præalleg. l. cuiuſque, & in argumentum not. in l. in eos. cum glo. ibi, penult. ff. de cuſt. reor.
3 & plura alia de quibus ibi per eum. Si vero† talis ereptus de manibus familię non erat damnatus pro crimine læſæ maieſtatis, neque pro eo captus, ſed pro alio, & eripiens hoc facit vt offenderet & minueret imperium publicum, vel vt imperium ſibi vendicaret, & etiam in iſto caſu dicit committi crimen læſæ maieſtatis, alias non, argumento text. in l. eum qui. §. cum aliquis. ff. de iniur. & l. quis ſit fugitiuus. §. j. & §. idem ait interrogatus. & §. illud. ff. de ædil. edict. & ff. ad l. iul. maieſ.
4 l. 3. in fi. in cęteris autem caſib. †quãdo quis eripit aliquem de manu familiæ, quid dicendum ſit, & qualiter puniatur, vide eũdem Lucam loco prędallegato. Ego vero indiſtincte ſentio, quod eripiens reum condemnatum vel confeſſum de crimine capitali, pro quocunque crimine de manibus officialium, crimine læſæ maieſtatis tenetur, moueor per tex. in d. l. cuiuſque, in fi. vbi tex. generaliter & indiſtincte loquẽs dicit, quod is, qui confeſſum in iudicio reum & propter hoc in vincula
5 coniectum emiſerit, tenetur crimine læſæ maieſtatis. Lex† n. generaliter loquens non poteſt per hominem, ſed ſolum per legem reſtringi. Bar. in l. proſpexit. ff. qui & a quibus. & vbi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. l. de pretio. ff. de publicia. & d. l. proſpexit nec glo. in d. l. cuiuſque. contrarium tenuiſſe dici poteſt. nam alternatiue loquitur, vel de eo qui de alio crimine dãnatus eſt, vel de eo qui damnatus eſt de cri
6 mine lęſæ maieſtatis, in alternatiuis † enim ſufficiat alteram partem eſſe veram. l. ſi quis ita. ad fin. & ibi Alex. & Doc. ff. de verbo. obliga. Bal. in l. ex lege. colum. vlti. verſic. vltimo quęritur. C. de condi. ob cauſ. ca. cum inter. de reſcrip. glo. & Cardinal. in clemen. j. in verſic. quem etiam. de conceſ. prębend. Et hanc opinio. videtur ſentire Ange. in l. ne quis. ff. de cuſt. reo
7 rum. Vbi dixit, †quod magiſtratus, qui relaxat reum de crimine confeſſum tenetur leg. iu. maie. & ſic loquitur indiſtincte. idem videtur ſentire Barto. in dicta. l. cuiuſque. in verſic. item
8 not. tex. vbi dixit, quod †eripiens de manu familiæ condẽnatum, vel condemnandum, cum eſſet confeſſus de crimine, ĩcidit in crimen lęſæ maieſtatis, quod dicit eſſe notãdum. Quid autem ſit in alijs vide ibi per eum, & ad idem vide Bald. & alios in l. aditos. C. de epi. aud. vbi Bal. ver. ſi autem quis. dicit.
9 †quod vadẽs ad carcerem & liberans detentum tenetur lege iulia maieſtatis.

SVMMARIVM.

1 *An corrumpens imaginem proditoris principis pede altero ſuſpenſi incurrat crimen læſæ maieſtatis.*
1 *Ad hoc vt quis crimine læſę maieſtatis teneatur, requiritur quod princeps principaliter offendatur, non ſecundario.*

QVAESTIO LIX.

QVinquageſimonono quæ
ro. An corrumpens imaginem proditoris principis, quæ ad eiuſdem proditoris infamiam picta erat, vt puta pede altero ſuſpenſa, incurrat crimẽ læſę maieſtatis? Dicas †quod non, ſed tantum punitur in quin gentis aureis. l. ſi quis id quod. ff. de iuriſdict. omnium iudic. & ibi Docto. Et ita tenet Marti. de laude, in tract. ſuo de crimine læſæ maieſtatis. q. 25. Et ratio huius deciſionis eſſe poteſt, quia corrumpens dictam imaginem id non facit iu iniuriam principis, ſed vt amoueatur a conſpectu populi illa imago tanquam ignominioſa famillię illius, & licet ſecundario videa-
2 tur etiam princeps offendi ex illo actu, †tamen non habet ex hoc locum crimen læſę maieſtatis, quia illud locum hẽt, quando directe princeps offenditur, nõ quando ſecundario, vt late dixi ſupra quęſtione decima ſeptima, ſub hac eadem rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Is cuius ope factum fuit vt exercitus principis in manus hoſtium incidat, crimen læſæ maieſtatis committit.*

QVAESTIO LX.

SExageſimo quæro, quid dicẽ-
dum de eo, cuius opera, opeue, factũ ſuerit, vt principis, vel Reipublicæ exercitus proditorie in manus hoſtium inſidijs dilabatur? Dicas hunc † crimen lę-
1 ſę maieſtatis committere, vt probat text. in l. 3. ff. ad legem iuliam maieſtatis. quod multis modis, aſtutijs, & coloribus fieri poteſt, vt dixit Matthę. de Afflict. in capitu. j. §. & bona committentium. colum. vij. verſiculo 27. numero 87. in titul. quæ ſint rega.

SVMMARIVM.

1 *An attentans aliquid contra Rempublicam incidat in crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Priuilegium Reipublicæ Romanæ extenditur hodie ad ceteras Reſpublicas aliarum Ciuitatum.*
3 *Reſpublica maieſtatem habere dicitur.*
4 *Veneta Reſpublica ob eius religionem, iuſtitiam, & legum obſeruationẽ hucuſque regnauit annis 1129.*
5 *Venetæ vrbis primordia iacta fuerunt anno Chriſti 421.*
6 *Venetorum Reſpublica totius Chriſtianitatis decus & ornamentum.*
7 *Venetiarum ciuitas eſt omnibus communis patria, vt olim Roma fuit.*
8 *Attentans aliquid contra Rempublicam Venetam, crimen læſæ maieſtatis incurrit.*

QVAESTIO. LXI.

SExageſimoprimo quęro.
1 An attentans †aliquid contra Rempublicam, vel in eius præiudicium, incidat in crimen læſæ maieſtatis, loquendo de Republicis noſtri temporis, quia de Republica Romanorum non erat dubium. l. 1. 2. 3. &
2 4. cum ſequentibus. ff. ad leg. iul. maieſt. Dicas †quod hodie extendimus priuilegium Reipublicæ Romanę, ad cæteras Reſpublicas aliarum ciuitatum, de quo per Ioan. de Plate. & Lucam

Digitized by Google

eam de Pen.in l.Rempublicam. C. de iure Reipub.libr.11.& tradit Nic.Boer.in tract.de custod.claui.col.7.num.33. Et diximus supra in prin.huius tract.sub rub quotuplex sit maie.
3 Respublica†enim maiestatem habere dicitur, † vt videmus
4 hodie in Republica Veneta,quę ob eius religionem, iustitiã, & legum obseruantiam, iam annis centum viginti nouem supra mille durauit,computato præsenti Millesimo quingen
5 tesimo quinquagesimo.†huius etenim Inclytæ vrbis primordia anno Christianę salutis quadrigẽtesimo vigesimoprimo fuisse testatur.Sabellicus lib.j. primæ Decadis Historiæ Vene-
6 tę †Estque venetorum Respub.totius Christianitatis decus &
7 ornamentum. & Ciuitas Venetiarum est omnibus communis patria,vt olim Roma fuit,vt testatur Raphael Cuma.in consilio 72.visis prædictis,in fine.& Restaur.in tractat.de im-
8 per.quæstione quinquagesimaquarta,numero 10.Ideo† iure merito attentans aliquid contra eam crimen læsæ maiestatis incurrit.

S V M M A R I V M.

1 *An falsificans principis Monetam incidat in crimen læsæ maiestatis.*
2 *Falsificantis monetam omnia bona fisco applicantur.*
3 *Domus in qua fit falsa moneta fisco applicatur, nisi esset alicuius viduæ, vel pupilli ignorantis,vel etiam impuberis scientis.*
4 *Moneta falsa,fabricari in quibus casibus dicatur,remissiue.*
5 *Fabricantes falsam monetam qualiter puniantur, remissiue.*
6 *Quis primus fuerit,cuius nomen in moneta descriptum fuerit.*
7 *Moneta erat tempore legis antiquæ*
8 *Moneta prima quæ fuit fabricata in mundo,fuit facta per Thares patrẽ Abrahæ.*
9 *Lydi omnium primi(secundum Herodotum)numum aureum & argenteũ ad vtendum percusserunt.*
10 *Romæ Aureus Nummus percussus fuit anno vrbis.642.et dictus est Ducatus.*
11 *Nummus Argenteus omnium primus signari docuit Phedon.*
12 *Nummum Aereum,primus omnium Ianus signasse dicitur.*
13 *Nummus Aureus quem Ducatum nuncupant,in ciuitate Venetiarũ primo cudi cœptus est sub Ioannis Danduli Ducatu.*

QVAESTIO LXII.

1 SExagesimosecũdo quęro. an falsificans Regis vel principis monetam incidat†in crimen læsæ maiestatis? Videtur dicendũ, quod non arguendo a diuersitate titulorum, nã in C.titulus de fal.monet.est separatus a titulo ad leg.iul.maiesta.Dicas tamen,quod talis incidat in crimen læsæ maiestatis, per ea quæ voluit Bal.in l.2.C.de fal.mone.vbi dixit,quod falsificantes monetam regis crimen læsæ maiestatis committit, subdens idem esse si aliquis subditus ciuitatis falsificaret monetam illius ciuitatis.quod sequitur Andr.Barba. in consilio 60.incipiente vbi Christus.colum.15.versi.& si ita videantur. in 5.volum.Probatur ista conclusio per tex.expressum in l.si
2 quis.C.de fals.monet.& ibidem tenet Sal.†hinc est,quod omnia bona falsificantis monetam principis fisco applicantur,
3 vt est tex.ĩ d.l.si quis? Quinimo†& domus in qua fit falsa moneta fisco applicatur. l.j. C.de fals. monet. Bald. in d.l.si quis nummos.C.eo.ti.allegando Paul.de Leazar.in clemen. pastoralis.de re iudica.Hoc tamen, quod dictum est de domo, fallit si dicta domus esset alicuius viduæ vel pupilli, qui de hoc ignari essent.Idem erit si talis domus esset impuberis etiam scientis,cum eius ętas quicquid videt ignoret.l.1.§.domus.§.viduas.& §.impuberes,C.de fals.monet.|Prædictam conclusionem sequitur etiam Matth.de Afflict.in cap.j.§.Monetæ.in ti
4 tu.quæ sint regal.in vsibus feudorum.vbi ponit†in quibus casibus dicatur moneta falsa fabricari,& multa circa hanc materiam accumulat,quæ transcribere non intendo, eum vide
5 re poteris.†Et qualiter puniantur fabricantes falsam monetam,late ponit Iacob.de Beluis.in sua practica. in j. tit.in versicu.falsarium,colum.3.versi.iuxta præmissa,vbi discurrit per singulos casus.
6 Quis†autem primus fuerit,cuius nomen in moneta descriptum traditur,Mat.de Afflict.loco prędallegato refert aliquos dicere,quod fuit Imperator Philippus allegando tex.in l.Quĩtus Mutius.§.penul.ff.de aur.& argen.legat. Id tamen tex.ille haud dicit, Moneta tamen fuit ante imperatorem Philippũ,
7 †Genesis enim cap.22.habetur quod moneta erat tempore, antiquæ legis:dicitur nanque ibi.Quadringentos solidos probatæ monetæ publicę.Et dicit Alber.in l.j.in prin.ff.de contra
8 hen.emptio se reperisse in scriptura authentica †quod prima moneta,quę fuit fabricata in mundo, facta fuit per Thares patrem Abrahæ,qui fuit optimus artifex, & eam fabricauit, ad petitionem Regis Nini,qui Niniuę regnauit,& quod fuerunt primi nummi triginta quos ille fabricauit, hi qui dati fuere Iudæ per iudęos pro traditione Iesu Christi seruatoris
9 nostri Herodotus†autem in i.volum.Histor.Roma.Lydos omnium primos nummum aureum,& argẽteum, ad vtendũ
10 percussisse testatur.At † Romæ Aureus nummus, vt Plinius memorat,percussus fuit anno vrbis 642.& dictus est ducatus
11 a Ducatu Romano.Argenteũ†vero numisma omnium primus.authore Strabone.li.8.Geographiæ signari docuit Phedon, Romæ autem Argenteus signatus est circiter annum 483.vt testatur Eutropius in lib.2. suarum Historiarum. In
12 † Aere autem primum numisma Ianus signasse dicitur, in quo ab vna suã, ab altera vero parte nauis imaginem signauit,vnde Ouidius lib.j. Fastorum sic scriptum reliquit.

Multa quidem didici,sed cur Naualis in Aere.
Altera signata est,altera forma Biceps?

Quid nam autem in causa fuerit,quod prędictum Aereũ numisma sic signauerit,declarat Polydorus Virgili° Vrbinas
13 in suo libello de inuentoribus rerum lib.2. capi.20. In †alma autem Venetiarum ciuitate Aureus Nummus,quem Ducatum nuncupant,primo cudi cœptus est sub Ioannis Danduli Ducatu.qui Dux creatur de anno 1280.Teste PetroMarcello in suo libro de vitis principum Venetorum in vita prędicti Ioannis Danduli Ducis.

S V M M A R I V M.

1 *An clericus coniurationem faciens contra principem vel Rempublicã crimen lęsæ maiestatis committat.*
2 *Clericus non ligatur pœnis ciuilibus.*
3 *Clericus licet sit exemptus,a iurisdictione secularium (quod priuilegium est de iure diuino)non propterea desinit esse districtualis vel prouincialis sui principis.*
4 *Clerici ratione vniuersalis dominii,quod habet princeps in regno suo,dicuntur naturaliter siue originarie esse de dominio, & ditione ipsius principis.*

QVAESTIO LXIII.

1 SExagesimotertio quæro; an clericus†coniurationem faciens contra regẽ, principem,vel Rempublicam,crimen lęsę maiestatis committat?circa hoc videtur dicendum ꝙ non,quia clarum est,quod clericus non habet superiorem secularem principem,sed solum Ecclesiasticum.cap.at si clerici.de iudic.cum similibus.Ita voluit Pet.de Anch.in c.quam
2 uis,de pœn.in 6.vbi dixit quod†Clericus non ligatur pœnis ciuilibus,allegando tex.in clem.pastoralis,de re iudic.vbi laicus non subiectus imperatori dictum crimen contra imperatorem committere non potuit,ergo a fortiori,clericus in sortem domini assumptus.12.quęstio.j.cap.duo sunt genera. Idẽ videtur voluisse Card.in ca.vergentis,de hęretic.vbi dixit, ꝙ clericus non incidit in pœnas.l.quisquis.C.ad leg.iul.maiesta. idem voluit Barb.in consi.21.in tertio volum.& Nicol. Boer. in tract.de seditios.in uerbo,pręsuppono etiam sexto. nume. 3.faciunt quę voluit Soc.in consil.12.quæst. 4. in primo volu. Contrariam tamen partem veriorem esse testatur idem An. Barb.in consi.70.incipiente,vbi Christus. col.16. post prin.in 4.vol.vbi ad hoc allegat tex.in c.si quis laicus.22.q.v. vbi dicitur,quod si episcopus,clericus,vel diaconus crimen lęsę maiestatis commiserit degradetur.& loquitur ille tex.de episcopo,clerico,vel diacono,qui regem offendunt.ad idem allegat Abb.in c.at si clerici,in prin.in fi.verbis,de iud.vbi allegando tex.in d.cap.si quis laicus,dixit,quod si clericus,presbyter, vel Episcopus coniurationem faciant contra regem, seu Dominum terrę degradatur,intelligens tex.in d.cap.si quis laicus.loqui de actuali degradatione.Et ratio huius decisionis est, qa
3 †licet Clericus ex clericali priuilegio sit exemptus a iurisdictione secularium,quod priuilegium est de iure diuino,vt habetur per glo.in cap.si Imperator.96.dist.non propterea desinit esse districtualis, vel prouincialis sui principis,vt no. in ca. fin.§.j.de offi.deleg.in 6.Old.in cons.32.q.est vtrum sacerdos.
4 Et†ratione vniuersalis dominij, quod habet princeps in suo regno,clerici terrarum subditarum illi principi, nõ est dubiũ quod dicuntur naturaliter siue originarie esse de dominio & ditione ipsius principis,vt communiter tenẽt Doct.& ibi Ioã. And.in c.fi.§.j.per illum tex.de offi.deleg.in 6.Istam opinionẽ tenet etiam Prępositus,qui hanc quęstionem latissime examinat,respondendo etiam obiectis contrarium tenentium,in c. in primis.in §.de persona.colum.4.5.& 6.qõne.1. cuius dicta videre poteris.

S V M M A R I V M.

1 *Recipiens literas ab hostibus an incidat in crimen lęsæ maiestatis.*

QVAE-

Digitized by Google

Hiero. Gigantis de crimi. læſæ maieſt.

QVAESTIO LXIIII.

SExageſimoquarto quæro, ſupra quęſtio.xx.ſub hac eadem rubrica vidimus qualiter mittens nuntium ſeu literas hoſtibus incidit in crimen læſæ maieſtatis, quid modo dicē-
1 dum de recipiēte literas ab hoſtibus† an incidat in dictum crimen? Breuiter dicas, quod non. Id enim iure cautum non reperitur, quod recipiens ab hoſtibus literas crimine lęſæ maieſtatis teneatur, nec tex. l. 1. circa finem. ff. ad legem iuli. maieſtatis loquens de mittente nuntium, literasve hoſtibus extendi debet ad recipientem hoſtium literas tanquam exorbitans argumen. tex. in l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. matrim. facit tex. in capi. odia reſtringi. de reg. iuris. in vj. & ſic per prędicta tenuit etiam Matthæus de Afflic. in cap. j. §. & bona committentiū. colum. 6. numero 67. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorū, facit illud Ouidij in epiſto. Aſpicit acceptas hoſtis ab hoſte notas.

SVMMARIVM.

1 *An crimen læſę maieſtatis committi dicatur contra tyrannum. Tyranni nulla maieſtas dicitur.*
2 *Guelfæ & Gebellinæ partis nulla dicitur maieſtas, cum ſint nomina partialitatis.*
3 *Contra Tyrannum, qui cōmuniter eſt tolleratus pro principe, & de facto principatum habet, committitur crimen læſæ maieſtatis.*
4 *Tyrannum ob propriam vtilitatem non eſt licitum occidere, ſecus ob publicam.*
5 *Offendens Tyramum, qui non habet iuſtum titulum, non incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
6 *Offendens Tyrannum, qui communiter tolleratur pro principe, licet de facto principatum habeat, incidit in crimen læſę maieſtatis niſi pro publica vtilitate eum offenderet.*
7 *Offendens Tyrannū, qui ciuitatem occupauit, poſtea fuit inueſtitus de ea, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
8 *Tyannus vnde dicatur.*
9 *Fortes reges olim tyranni vocabantur.*
10 *Tyrannus (ſecundum Gregorium) quid ſit?*
11 *Tyrannus tacitus & velatus (vt eſt ille qui ſe facit creari vexilliferū, vel Confalonerium, ſiue ciuitatis cuſtodem) iniuſtitiam faciens, expelli poteſt.*
12 *Federicus Barbaruſſa imperator, qui tyrannico more viuebat, fuit per Innocentium quartum Pontificem maximum præſente ſacro conſilio imperatoria dignitate priuatus.*
13 *Tyranni etiam dicuntur qui propter partialitates ciuitatum faciunt ſe dominos.*
14 *Rex cum eſt iniuſtus tyrannus eſt.*
15 *Tyrannorum mores qui ſint.*
16 *Occidens Regem ſcu principem, qui tyrannice viuit, non incidit in crimē læſæ maieſtatis: Et de iure diuino etiam puniendus non eſſet.*
17 *Tyrannum occidere meritorium eſt.*
18 *Tyrannus primus omnium fuit Athenis Theſeus.*
19 *Dionyſius Siracuſarum tyrannus, qui mortem metuebat, carbone candenti ſibi capillos adurebat.*

QVAESTIO LXV.

SExageſimoquinto quæro, an crimen læſæ maieſtatis committi dicatur contra tyrannum, qui iuriſdictionem ſibi vſurpauit?
1 Et regulariter dicendum erit quod non. † Tyranni enim nulla dicitur eſſe maieſtas. Facit quod voluit Bald. in
2 conſi. lix. licet eleganter. in 1. vol. vbi dixit, † ꝙ partis Guelfę, & Gebellinę, nulla dicitur maieſtas, eū ſint nomina partialitatis, de quibus notatur in c. ſtatutum. §. cum autem. de reſcr. & per Bar. in tract. de Guelf. & Gebel. & hanc opinionem tenuit Soc. in conſil. cclx. colum. 3. in 2. volum. allegat gloſſ. Io. Andreæ in capit. j. de Baptiſ. quæ dixit, quod illa litera, quæ de principibus loquitur, locum non habet in dominis tyrannis, Italiæ, qui de facto ſibi iuriſdictionem vſurpant, quam gloſſ. ibi ſequuntur Doctor. præſertim Cardinal. & Ioan. de Imol. Idem tenuit Socinus in conſilio 67. in cauſa reſtitutionis. colum. v. num. 6. in 4. vol. & Alexand. in conſi. 13. in 6. volum. hanc opinionem tenuit etiam Cardinal. in clemē. paſtoralis, in princip. colum. 7. & Prepo. in ca. in primis. §. de perſona. nu.
3 25. 2. quæſt. j. Id tamen† verum eſſe dicit, niſi eſſet talis Tyrannus qui communiter eſſet toleratus pro principe, & de facto principatum haberet, dicens, quod ita intelligit Sali. in d. l. qſ quis. C. ad l. iul. maieſt. & allegat not. per Bald. in l. ex hoc iure. circa princ. ff. de iuſt & iur. & no. per Innocen. in cap. nihil. de elect. idem voluit Imo. in dicta clement. paſtoralis. columna quarta. numc. 50. de ſentent. & re iudi. & hoc idem ſentit Angel. in tract. malefi. in verbo, *che hai tradito la tua patria*. in verſicul. quæro aliquis congregat. nume. 3. verſic. idem ſi contra dominos. ubi dixit, quod committitur crimen lęſæ maieſta. etiam quando offenduntur domini tyranni italię, quia cum loco principis habeantur, per no. per Bar. in l. hoſtes. ff. de cap & poſtlim. reuerſ. perinde eſt, ac ſi tale delictum contra principem eſſet commiſſum, tam contra delinquentium perſonas, quam contra eius filios, vt in d. l. quiſquis. dicit tamen videndum Barto. in extrauag. qui ſint Rebel. in gloſſ. in verbo, contra noſtrum honorem. verſicu. ſed an hæc conſtitutio. vbi tenuit, quod locum non habet crimen lęſæ maieſtatis, quod dicit Angel. credere uerum eſſe proprie. Bart. tamen in tract. de Guelf. & Gebellin. in verſicu. ſecundum probatur quo ad
4 propriam vtilitatem, nume. 9. dixit, † quod ad propriam vtilitatem non eſt licitum Tyrannum occidere, ſecus ad utilitatē
5 publicam. In hac materia† puto ſic diſtinguendum eſſe ex mente doctorum, quod aut loquitur de tyranno, qui iuſtum non habet titulum, & illum offendens non incidit in crimē læſę maieſtatis, & ſic procedat prima opinio Bal. & aliorum
6 ſupra relata. Aut† loquimur de tyranno qui non communiter tolleratur pro principe, licet de facto principatum haberet, & iſto caſu procedat quod voluit Prępoſi. in dicto cap. in primis. in §. de perſona. & alij ſupra allegati. Hoc tamen ſane intelligerem, niſi quis pro publica utilitate huiuſmodi tyrānum offenderet, iuxta ea quæ dixit Bar. in d. tract. de Guelf. &
7 Gebel. loco ſupra allegato. † Aut tyrannus ciuitatem quam prius occupauerat nūc titulo poſſidet, ut puta quia de ea fuit inueſtitus ab imperatore vel pontifice, & iſto caſu illum offendens incideret in crimen lęſæ maieſtatis, quia, ex quo ti-
8 tulum habet iuſte principatum tenet. Vnde † autem tyrannus dicatur. Bar. in tract. ſuo de tyrannia. in princi. dicit, quod tyrannus dicitur a tyros, Cræce, quod Latine fortis eſt, ſiue an
9 guſtia. †Vnde olim fortes reges tyranni vocabantur. Poſt ac-
10 cidit tyrannos vocari peſſimos & improbos reges. †. Tyrannus vero, ſecundum Gregorium in libro xj. moralium. Is eſt, qui communi Reipublicę non iure principatur, & qui in ciuitate non iure principatur tyrannus eſt, imo ex defectu tituli dicitur tyrānus manifeſtus, ut habetur in tractatu de poteſta. ſecula. & eccle. cap. 134. colum. 2. nume. 8. Et Antonius Corſe. in tract. de poteſt. reg. in 1. parte, colum. penultima, nu-
11 me. 13. dixit, †quod tyrānus tacitus & velatus eſt ille, qui ſub quodam velamine non iuſte principatur in ciuitate, vel obtinuit ſibi titulum fieri, cui nulla quaſi iuriſdictio competit, vt puta ſi ſe creari fecit vexilliferum, vel confalonerium, ſiue ciuitatis cuſtodem. Talis enim tyrannico more viuens, & iniuſtitiam faciens expelli poteſt. allegat ad hoc Bal. in l. 2. colum.
12 12. verſi. ſed nunquid. C. de ſeruit. & aqua. †Et de Federico imperatore Barbaruſſa nūcupato traditur, quod, cum regnum, tyrannico more viuens conquaſſaſſet, & regni homines ſeruili conditione viuere compuliſſet, fuit ab imperio per Innocentium quartum pontificem maximum præſente ſacro cōcilio imperatoria dignitate priuatus, vt habetur in ca. ad apolicę dignitatis. de ſent. & re. iu. li. 6.
13 Dicuntur etiam tyranni† hi, qui propter partialitates ciuitatum faciunt ſe dominos. l. nemo exterus. in fi. C. de iudæ. ca-
14 pitu. principatus. prima queſtione prima. †Et rex, cum eſt iniuſtus, Tyrannus eſt. Vt dixit Auguſtinus in lib. de ciuitate Dei.
15 † Tyrannorum vero mores ſunt, iniuſtis legibus populum opprimere, collectis, & tributis indebitis aggrauare, rebus proprijs ſpoliare, muneribus indebitis hoſtibus ſubditos non defendere, & iniquos magiſtratus ad populorum excorſationē habere. ita dixit Paris de Put. in præallegato tract. de ſindicat. in rubrica de Regum, principum, & Ducum exceſſibus. in §. Rex autem. in princ. Et de his principibus, qui titulum habēt ſed tyrānice viuunt, Prouerbio. c. 18. ſic ſcribitur, Leo rugiēs, & Vrſus exuriens princeps ipſius ſuper populum pauperem. & Eſaiæ c. decimooctauo. Scriptum eſt, principes tui infideles ſocij furum.
16 An autem occidens Regem, ſeu principem, qui Tirannice viuit incurrat crimen læſæ maieſtatis? Dicendum videtur ꝙ non, quinimo de iure diuino etiam puniendus non eſſet. accedat quod habetur in li. Iud. ca. 4. & 5. vbi Ioel mulier Siſam regem interfecit, qui tyrannus erat, & tamen a Deo benedicta fuit. Dum enim impius occiditur Chriſto infundit, & vbi abominatio aboletur ſatisfactio conſecratur. 14. quæſtione prima. cap. Nec is. ad idem facit quod dixit Seneca in Hercule furente vbi ſic ait. Nulla amplior magis victima Ioui mactari poteſt quam rex iniquus. †Quinimo Tom. 2. ſecundę. artic.
17 penulti. teſtatur, meritorium eſſe tyrannum occidere. & ita in rege tyrāno videtur cōcludere Paris de Put. in d. tract. de ſyndic. loco præallegato in §. an liceat occidere regem. Vbi pro iſta concluſione multa adducit, attamen in Concilio Conſtātienſi in 15. ſeſſione, colum. 4. verſi. præcipua. damnatur opinio Ioannis Hus tenentis licitum eſſe occidere quemlibet tyrannum,

Digitized by Google

rānum, de quo plura scribit Restaurus Perusinus in tract. de imper. quæst. 83. colum. 1. nume. 4 & sequentibus. Tyrannus
18 †autem primus omnium Athenis fuit Theseus, post eū Phalaris Agringenti. ac demum plures alij, quos enumerare potius laboriosum esset quam subtile. Et mirum quippe, quod morte dignos se arbitrantes tyranni semper timent sibi mor
19 tem parari. Inde † Dionysius Syracusarum tyrannus cultros metuens tonsorios, tondi a filiabus voluit dum iuniores essent, cum vero adultæ factę essent, carbone candenti sibi capillos adurebat.

S V M M A R I V M.

1 *An voluntas, quæ ad actum non venit, sine opere puniatur in crimine læsæ maiestatis. vbi quod cogitationis pœnam nemo pati debet.*
2 *Voluntas in mente retenta nihil operatur.*
3 *Cogitatio sola quandoque punitur.*
4 *Attentatio sola quandoque punitur.*
5 *Conatus solus quandoque punitur.*
6 *Voluntas sola quandoque punitur.*
7 *Expectatio sola quandoque punitur.*
8 *Intentio sola quandoque punitur.*
9 *Aggressio sola quandoque punitur.*
10 *Ausus solus quandoque punitur.*
11 *Solicitatio sola quandoque punitur.*
12 *Voluntas quid sit.*
13 *Cogitatio sola committendi crimen læsæ maiestatis, cum qua voluntas cōcurrit, punitur, licet non sequatur effectus.*

QVAESTIO LXVI.

Exagesimo sexto quæro, an voluntas, quæ ad actum non venit, sine opere puniatur in crimine lęsę maiestatis? Dicendū
1 videtur quod non, quia †cogitationis pœnam nemo pati debet. de pœni. distinct. 1. cap. cogitationis & l. cogi-
2 tationis. ff. de pœn. †Et voluntas in mente retenta nil operat. Barth. Socin. in l. cum quid, colum. vltima. prope finem. nume. 46. ff. si cert. petat. Aret. in l. Titia. §. Item respondit. el primo. in fine. ff. de verborum obliga. Et idem in l. pro hærede. ff. de acq. hęred. colum. 3. Barth. Soc. consi. 131. in præl. nti. circa fin. Idem in l. Paulus. nume. 1. ff. de rebus dubiis. Dicas, tamen secus esse, in crimine læsæ maiestatis, in quo voluntas quę ad actum non deuenit, puniatur, per tex. in ca. verum 6. quæst. 1. & l. quisquis. in princip. ibi, eadem enim seueritate. C. ad l. iul. maiest. vbi no. Doctor. & in cap. si quis. vbi Archid. colum. 2. in versic. in glo. non punitur. j. quæst. 6. vbi dixit notandum, q
3 †quandoque punitur sola cogitatio, vt in d. c. & in c. quisquis.
4 de pœni. distinct. j. †Quandoque sola attentatio punitur. ca. si quis non dicam. cod. titu. & distin. & 26. q. 2. cap. si quis non di
5 cam. Quandoque solus conatus punitur. 14. quæst. 4. ca. quando multi. †Quandoque sola voluntas. 27. q. 1. ca. nuptiarū bo-
6 num. †Quandoque sola expectatio punitur. 14. q. 3. c. si fœneraueris. †Quandoque sola intentio. de pœn. distinct. j. c. si quis
7 cum telo. †Quandoque sola aggressio. cap. si quis necandi. eo-
8 dem titu. & distinctio. †Quandoque solus ausus. c. si quis pul-
9 satus. de pœni. distinct. prima. † Quandoque sola solicitatio. eadem distinct. cap. solicitatores. facit pro conclusione supra
10 dicta tex. in cle. pastoralis. in verbo tract. de re iud. Hanc conclusionem tenuit etiam Matth. de Afflict in c. j. §. & bona cō
11 mittentium. colum. 2. nume. 23. in 8. speciali, in titul. quæ sint regal. in vsib. feud. & habetur in c. j. §. si voluerit, in titul. de ca-
12 qui cur. vendidit. Et ratio huius decisionis assignari potest, qa †voluntas est deliberatio animi intelligentis & acceptantis id quod vult, secundum Bald. in l. in mentis. colum. 2. versic. modo venio ad quæstiones. C. de contrahenda emp. & præsumitur durare nisi mutata probetur. l. fidecommissa. §. si rem. ff. de leg. 3. & ibi Bar. & Bal. in l. eum qui. ff. de proba. Corn. cōsil. 50. in 2. volum.
13 Idem dicendum est †de sola cogitatione committendi crimen prædictum, cum qua tamen cogitatione voluntas concurrit, vt probatur in dic. l. quisquis. in §. emancipationes. in fi. ibi, quo primum memorati de meunda factione & societate cogitarunt. faciunt not. in §. j. in gloss. in verbo, moliri. institu. de public. iudic. & in cap. sed pensandum. vj. distin. & ita tenet Sigismundus Lofredus in consi. 22. inc. Quando Lucas. col. 3. prope medium. nu. 8. & Iacob. de Arena. in l. si quis non dicā rapere. C. de epis. & cleric.

S V M M A R I V M.

1 *Carenti dolo an imputari possit crimen læsæ maiestatis, & Dux Grauinæ, qui ab inimicis Cæsareæ maiestatis coactus fuit arma sumere contra terras Imperii, a quo imperio feudum recognoscebat, & personaliter aggredi illas sub pęna priuationis feudi prædicti & sui status, nō propterea crimen læsæ maiestatis incurrit.*
2 *Præceptum pęnale inducit iustum metum.*
3 *Soluens ad præceptum tyranni sponte soluere non dicitur.*
4 *Voluntas non exitus in maleficiis spectatur.*
5 *Adulterans vxorem eius cum quo facta fuit pax, vel illi furtum faciens, pacem fregisse non dicitur, nec in pacis ruptæ pęnam incidisse dicitur.*

QVAESTIO LXVII.

Exagesimo septimo quę-
1 ro, an crimen læsę maiestatis imputari possit carenti dolo? †Breuiter dicas quod non. l. j. ibi, dolo malo. ff. ad l. iul. maiest. ad idem tex. in extrauagā. ad reprimendum. in princip. ibi, hostili animo. Ita tenet Andræas de Iser. in c. j. §. item si fidelis. quibus modis feudū amittat. Grammat. in consil. 21. numero 39. faciunt quæ late scribit solemnis Doct. D. Carolus Ruin. pręceptor meus in consi. 23. viso Themate. col. 2. vsque ad fin. vbi consuluit, quod Dux Grauinæ qui ab inimicis Cæsareæ maiestatis coactus fuit arma sumere contra terras imperij, a quo imperio feudum recognoscebat, & personaliter aggredi illas sub pœna priuationis feudi prædicti, & sui status, crimen læsæ maiestatis non p-
2 pterea incurrit, ex quo †præceptum pœnale inducit iustū metum, vt habetur ex no. per Bar. in l. creditor. de solut. cum alijs ibidem per eum adductis. & maxime text. in l. 1. & 2. ff. quod metus caus. & l. 1. §. qui exonerandę. ff. quarum rerum. act. nō datur. & facit tex. in l. Fulcinius. §. quid sit latitare. ff. ex quibus cau. ī posl. eat. facit quod voluit Abb. consi. 60. in i. volum. co-
3 lum. penultim. vbi dixit, †quod ille, qui soluit ad pręceptum tyranni, sponte soluere non dicitur. Et ad hoc plura adducit Ruinus in præallegato consil. colum. 3. facit tex. iuncta glos. ibi, in extrauagan. qui sint rebel. in uersi. machinatur. †
4 tas enim non exitus in maleficijs spectatur. l. diuus. ff. ad legē, Corne. de sicar. facium etiam ad hoc ea quæ voluit idem Ruinus in consi. 2. primo queritur, colum. 2. nume. 4. in v. volum. vbi dixit, quod crimen lęsę maiestatis non incurrit quis, nisi quando dolo malo contra prosperitatem & securitatem prī-
5 cipis, vt illum offendat, aliquid attentat. facit †quod dixit Bar. in d. l. diuus. ff. ad legem Corn. de sicar. vbi voluit, quod facta pace, cum aliquo, adulterans eius vxorem, cum quo pacem fecit, vel illi furtum faciens, pacem fregisse non dicatur, nec in pacis ruptæ pœnam incidit, quia hoc non fecit animo inimicandi, sed principaliter causa luxuriæ vel lucri. ad idem faciunt adducta per Aymon. Crauet. in consilio 6. columna xvij. versiculo. 8. arguitur. in 1. volumin. vbi plura adducit ad probandum, quod is, qui coacte aliquid fecit, rebellis dici nō potest.

S V M M A R I V M.

1 *An non subditus machinans aliquid contra principem crimen læsæ maiestatis incurrat? Qui Imperio non subest, licet aliquod feudum ab Imperatore recognoscat, si aliquid contra imperatorem machinatur crimen læsæ maiestatis non committit.*
2 *Feudum non dat imperium Domino feudi in feudatarium.*
3 *Licet ratione delicti vel contractus quis sortiatur forum illius principis, sub quo deliquit vel contraxit, non propterea efficitur ex hoc eius subditus.*
4 *Licet quis secundum leges ratione feudi sortiatur forum corā Domino feudi, tamen proprie non est subditus Domini feudi, si sub eius Dominio nō habet Domicilium.*
5 *Clericum recognoscentem feudum a principe seculari, coram quo forū sortitur rationem feudi secundum leges, nullus dixerit esse illius subditum si in Dominio ipsius Domicilium non habet.*
6 *Non subditus imperatoris vel alterius principis solicitans, vt a suo principe rebellarent, tenetur crimine læsę maie.*
7 *Licet ratione delicti non subditus efficiatur subditus, non tamen adeo subditus efficitur, vt dicatur committere crimen læsæ maiest.*
8 *In crimine læsæ maiestatis agitur de publico interesse.*
9 *Subditus naturali iure tenetur ad obedientiam principi suo.*
10 *Licet subditus papę offendendo imperatorem non cōmittat crimen læsę maiestatis quo ad imperatorem, attamen dictum crimen incurrit respectu papæ.*
11 *Feudum tenens ab Ecclesia offendens impe. qui est confœd. papæ, feudo illo priuari debet ab Ecclesia a qua illud recognoscebat.*

QVAE

QVAESTIO LXVIII.

SExagesimo octauo quęro, an non subditus aliquid machinatus contra principem cui subditus non est, crimen lęsæ maiestatis incurrat? Dicas quod non. Ista conclusio probatur per tex. in clem. pastorali, de re iudica. & ibi Doctor. vbi dicitur, quod licet Robertus Sicilię Rex teneret quoddam feudum ab Imperatore, non propterea ex eo, quod contra Imperatorem machinatus fuerit, potuit ab ipso imperatore damnari de crimine læsæ maiestatis, cum ipse esset subditus Ecclesiæ. Hanc conclusionem tenuit Bald. in l. secunda. C. de falsa monet. Oldrad. consilio 43. quæritur vtrum citatio,
1 colum. secunda. versiculo circa sextam. vbi concludit †quod is, qui imperio non subest, licet aliquod feudum ab imperatore recognoscat, si aliquid contra imperatorem machinatur,
2 crimen lęsæ maiestatis committere non dicitur: quia † feudum non dat imperium domino feudi in feudatarium. concessio enim feudi est quidam contractus, in quo quis alteri obligatur, non autem imperium concedit, allegat notata per Innocentium in capitulo, postulasti. de foro competenti. ad hoc facit tex. in dicta clementi. pastoralis, de re iudicata. per quem text. dixit Præpos. in c. in primis. in §. de persona. 11. quæstione prima. quod licet in aliquo particulari iure, vt puta feudi, vel delicti, quis efficiatur de foro alicuius principis, tamen si ratione domicilij vel originis non sit subditus dicti principis crimen læsæ maiestatis committere non dicitur offendendo principem ipsum, & communiter Doctores sentire testantur in dicta clem. pastoralis. & rationem
3 assignant: quia, † licet ratione delicti vel contractus quis forum sortiatur illius principis sub quo deliquit vel contraxit, non propterea efficitur ex hoc eius subditus. glossa est communiter approbata in clemen. vnica, in verbo, subditos. de foro competenti. & per Decium in capitulo Ad nostram, columna prima. verficulo quis autem dicatur, de appellationi.
4 Sic de feudo dicemus, quod † licet quis secundum leges ratione feudi forum sortiatur coram domino feudi, tamen proprie nō est subditus domini feudi, si sub eius dominio nō habet domicilium, vt probatur in ca. transmissa. & in c. verum,
5 de foro competenti. † patet etiam in clerico recognoscente feudum a principe seculari, coram quo forum sortitur ratione feudi, vt in illius curia iuxta leges feudorum iudicetur, & tamen nemo diceret clericum esse illius subditum, si in dominio illius principis, a quo feudum tenet domicilium non habet, siue originem.

Et quod non subditus non dicatur committere crimen lęsæ maiestatis. tenuit etiam Baldus in consilio centesimotrigesimono. in primo volumine. idem in l. nihil. C. de manu miss. vindic. & in l. si omnes. §. si vero. C. de episcopis, & clericis. & in l. data opera. columna penultima. C. qui accusare non possunt. Grammatic. voto decimo. numero trigesimoprimo. Imo. in dicta clementina pastoralis. columna secunda. numero vigesimooctauo. versiculo, Nota tertio. idem tenuit Dominus Hippolyt. Marsil. præceptor meus in l. de minore. in principio. colum. secunda, versiculo, Adde in hoc crimine. ff. de quæst. idem tenuit D. Carol. Ruinus & ipse præceptor meus in consil. 23. visō Themate. column. 2. versiculo sed istis non obstantibus. numer. 6. in j. volum. idem tenuit Nico. Boer. in tract. suo de seditiosis. in §. præsuppono etiam. numero secundo. & Andr. Barb. in consilio septuagesimo. vbi Christus. columna tertia. versiculo, & si ista. in quarto volumine. Cępol. in consilio decimoseptimo. columna quinta. versiculo, sed in contrarium. Et hoc etiam tenui in capitulo, ad nostram. in prima columna. in addition. ad lecturam Decij de appellationibus. Lucas de Penna. C. de conduct. & procurat. seu exact. prædior. fiscal. columna secunda. versiculo, An scilicet crimen lęsę maiestatis. libro decimo. ad idem Ioannes Igneus in l. necessarios. §. non alias. numero quadringentesimo decimoseptimo. ff. ad Syllanianum. ad idem Martin. de Laude, in tractatu de crimine lęsę maiestatis. quæstione vigesimasecunda. Limita tamen hanc conclusionem non procede
6 re, quando non † subditus imperatoris, vel alicuius principis, ad defectionem cōtra suum principem solicitauerit, vt a suo deficerent principe, rebellarentque, nam eo casu tenebitur crimine læsæ maiestatis talis. ita limitat idem Ioan. Ignæus in d. §. non alias. numero. 417. supra allegat. pro qua limitatione adducit in argum. tex. in l. vtrum. ff. ad legem Pompe. de parricid. ibi, proinde conscij & extranei eadem pœna. & text. in §. alia. Insti. de public. iudic. ibi, vel conscius criminis existens. & ibi not. Ioan. Faber. Ista limitatio iudicio meo de iure non procedit, quia ea ratione non subditus crimen lęsę maiestatis nō committit, quia illi principi, contra quem est machinatus, ratione domicilii vel originis fidelitatem non debet, & propterea, cum illius maiestati non sit subditus, tale crimen non incurrit. Nec iura allegata per Ignæum probant dictam limitationem, text. in l. vtrum. ff. ad legem Pomp. de parricid. dicit, quod conscius parricidij eadem pœna punitur etiam si sit extraneus. & est ratio quam ponit ibi gloss. in verbo afficiendi. videlicet, quia etiam extranei si occidant, pœna legis Cornelię tenentur, & agentes, & consentientes pari pœna puniuntur. Sortitur enim ibi forum extraneus consentiens
7 parricidio ratione delicti. Sed † licet ratione delicti non subditus efficitur subditus, l. prima. C. vbi de crimine agi oport. non tamen adeo subditus efficitur, vt dicatur committere crimen læsę maiestatis, vt dixit Martinus de Laude in tractatu de crimine lęsę maiestatis. quęstione vigesimasecunda.
8 Alia etiam ratio reddi potest, † quia in crimine lęsę maiestatis agitur de publico interesse, ex morte enim & lęsione principis totus status patriæ concurritur, vt dixit Deci. consilio tricentesimodecimo. colum. fina. numero 26. in tertio volumine. in casu vero l. vtrum. ad legem Pomp. de parricid. agitur de interesse priuato, hoc est de iniuria priuato facta. Præ-
9 terea † subditus naturali iure tenetur ad obedientiam principi suo. Paul. ad Rom. cap. duodecimo. non sic non subditus, qui eam maiestatem reuereri non tenetur cui subditus non est, vt inquit Barto. in extrauagan. ad reprimend. in verbo, Rebellando, in versiculo quid si aliquis homo de terris ecclesię. dum reddit rationem, quare Rex Robertus non potuerit cōdemnari ab imperatore de delicto contra eum commisso p. crimine lęsę maiestatis. Ad text. in paragraph. alia. institut. de public. iudic. qui idem dicit, respondo modo præmisso. Dicas
10 tamen † quod licet subditus papæ offendendo imperatorem non committat crimen lęsę maiestatis, quo ād imperatorem, vt in dicta clementina pastoralis, de re iudic. attamen dictum crimen incurrit respectu papæ, nam cum imperator sit fidelis, & confidatus papæ, & ab eo coronatus, tanquam confidatum principem papæ offendens crimen læsę maiestatis committit, non tamen de dicto crimine tunc imperator, sed papa seu eius iudex cognoscet, ita voluit Barto. in d. extrauaganti ad reprimend. in verbo rebellando. in dicto versiculo,
11 quod si aliquis homo de terris ecclesiæ. facit, quod † voluit Bald. in lege prima, versiculo quadragesimo secundo quęro, ff. de rerum diuisione. vbi dixit, quod tenens feudum ab ecclesia offendens Imperatorem, qui est confœderatus papę, feudo illo priuari debet ab ecclesia, a qua illud recognoscebat. Idem voluit Sigismun. Lofred. in consilio quinto. Omissa facti serie. columna octaua. circa principium. numero 33. & numero 34. adde etiam quę dixi supra quęstione octaua, sub hac eadem rubrica.

Quis de crimine læsæ maiestatis cognoscere possit.

SVMMARIVM.

1 *Principi soli reseruata est cognitio criminis lęsę maiestatis.*
2 *In Regno Franciæ solus Rex cognoscit de crimine læsæ maiestatis.*
3 *Principes si concedant ad tempus alicui Baroni siue Capitaneo merum & mistum imperium in aliqua Ciuitate, Terra, vel Castro cum omnibus prouentibus, in tali generali concessione cognitio criminis lęsæ maiestatis non venit.*
4 *In generali concessione meri & misti Imperii, nunquam censetur concessa punitio criminis læsæ maiestatis, falsę monetæ, & hæresis.*
5 *Reseruari consueta censentur reseruata etiam si non sit expressum.*
6 *In generali concessione facta alicui per Regem de omnibus Regaliis, non venit cognitio criminis lęsę maiestatis contra ipsum Regem.*
7 *Nec minus ea quæ ipsi Regi in Priuilegium Regiæ Coronæ reseruantur.*
8 *Si castrum alicui in perpetuum per Regem concederetur, videtur concessum merum imperium & omnia quæ penes Regem concedentem erant, quę talia erant quę per subditum possideri possunt.*
9 *In Ciuitate Venctiarum cognitio criminis lęsæ maiestatis, falsæ monetę, et sodomiæ, spectat Illustrissimo Decemuirali Consilio solo.*
10 *In regno Neapolitano sola magna Curia Vicarię cognitionem habet de crimine lęsæ maiestatis.*
11 *An imperator vel habens authoritatem ab eo possit procedere contra sibi non subditum, ex eo quod machinatus fuerit contra se vel eius Imperium.*
12 *An si clericus committat crimen lęsæ maiestatis in principem secularem, Iudex laicus procedere possit contra eum.*
13 *Clericos deprehensos in quibuscunque criminibus etiam atrocissimis, non licet alicui principi seculari iudicare.*
14 *Clericatus est de iure diuino.*

Clerici

Digitized by Google

15 *Clerici de iure diuino ab imperatore exempti sunt.*
16 *Princeps secularis etiam in crimine læsæ maiestatis non potest procedere contra Clericum. Nisi ratione feudi quod ab eo teneret.*
17 *Imperator Henricus, qui fecit extrauagantem ad Reprimẽdum quosdam Episcopos propter Rebellionem suis feudis priuauit.*
18 *Tex. in l. quisquis, in §. filii vero, C. ad legem Iulia. maiestatis, non comprehendit filios clericos.*
19 *Reprobatur Consuetudo Anglicana, quod Rex possit cognoscere & Iurisdictionem habere in clericos solutos in actionibus ciuilibus etiam mere personalibus vel criminalibus vbi agitur ciuiliter.*
20 *Domini Veneti ex indulto eis concesso a diuersis Romanis Pontificibus in Atrocioribus procedere possunt contra quoscunque clericos in sacris ordinibus constitutos, tam seculares quam regulares, etiam ordinum mendicantium.*
21 *An clerici qui pensionem habent super fructibus alicuius beneficii Ecclesiastici dicantur beneficiati. remisse.*
22 *Iudices ordinarii Clericorum in crimine læsæ maiestatis erunt hi quibus id oneris iniunctum erit a Pontifice.*
23 *Concilium generale de crimine læsæ maiestatis ab episcopo commisso iudicare poterit.*

VIdimus supra quallter & a quibus crimen læsæ maiestat. committatur: Nunc opere pretium est videre, cui spectet huius criminis perscrutatio, cognitio, & punitio: † Et dicendum est quod soli principi, quia id est de reseruatis sibi, vt habetur per Matthæum de Afflictis in capitul. primo in §. & bona committentium. columna secunda. numero decimo octauo. in titul. quæ sint regalia. in vsibus feudorum. & habetur etiam in tractatu, de potest. secular. & Ecclesia. incerti authoris, capit. centesimo octuagesimonono. in verbo. miles. numero 3.

2 †Et in Regno Franciæ solus Rex cognoscit de huiusmodi crimine scribit Nicol. Boer. in tractatu de seditios. in sexto præsupposito. numero vigesimo. & vigesimoprimo. Hinc est, q si
3 †princeps concedat ad tempus alicui Baroni, siue Capitaneo merum & mistum imperium ī aliqua Ciuitate, Terra, vel Castro, cum omnibus prouenientibus, in tali generali concessione cognitio criminis læsæ maiestatis non venit. ita scribit Matth. de Afflict. loco præallegato versiculo vigesimo, vbi dixit,
4 †quod semper in huiusmodi concessione cẽsentur reseruata principi concedenti punitionem criminis læsæ maiestatis falsę monetæ, & hæresis, dato quod in generali cõcessione non fuisset exceptum de eis, per text. in capitulo cum M. Ferrariensis. de de constit. quem tex. dixit ibi Bal. esse ad hoc meliorem quam sit in iure, ad probandum, quod †consueta reseruari, censeantur reseruata etiam si non sit expressum. ad idem Luc. de Penna. in l. prima, C. de priui. scholar. libro vndecimo. secus tamen quando non ad tempus, sed perpetuo essent concessa aliqua regalia in territorio, nam tunc veniunt regalia de quibus in titu. quæ sint regal. in vsibus feudorum, vt voluit Paul. de Castro in consilio ducentesimo vigesimoseptimo. ad primum. circa finem'. refert & sequitur Felin. in dicto capitulo quæ in ecclesiarum. de constit.

6 †Dicas tamen, quod etiam isto casu non veniret cognitio criminis læsæ maiestatis commissi contra ipsum regem con-
7 cedentem omnia regalia. † Nec minus comprehenderet talis concessio ea quæ ipsi Regi in priuilegium regiæ Coronæ reseruantur, vt voluit Lucas de Penna. in dicta l. prima, C. de priuil. scholar. libro vndecimo, quem sequitur Matth. de Afflict.
8 loco præallegato. Si vero †Castrum alicui in perpetuum concederetur, videtur concessum merum imperium & omnia q̃ penes Regem concedentem erant, quæ talia erant, quæ per subditum possideri possunt, alia vero quæ principis personæ cohærent, vt cudere monetam, condere leges cognoscere de crimine læsæ maiestatis, & similia, concessa non videntur, vt tradit idem Lucas de Penna in dicta l. prima, C. de priuil. scholar. & in l. prima C. de vetera, libro duodecimo. & habetur per Sigismun. Lofredi. in consilio vigesimoquarto, vertitur in Regia. columna secunda. versicul. & per hoc vltra. Hinc est quod
9 in alma †Ciuitate Venetiarum cognitio criminis læsæ maiestatis spectat Illustrissimo Decemuirali Consilio, quod Consilium, vti supremum de tali delicto, ac etiam falsæ monetę, &
10 nefando crimine sodomię, solus cognoscit. In regno † autem Neapolitano sola magna curia Vicarię de hoc crimine cognitionem habet, vt testatur Matth. de Afflict. in capitulo primo in paragrapho. & bona committentium. numero quadragesimosexto, in titulo quę sint Regalia in vsibus feudorum.

11 Sed quęro, an †Imperator, vel habens authoritatem ab eo, procedere possit cõtra sibi non subditum ex eoquod, machinatus fuerit contra se, vel eius imperium? Distingue, aut talis delinquens fuit deprehensus vel ad eum remissus, & isto casu Imperator vel habens authoritatem ab eo procedere poterit contra alienum subditum, vt puta Ecclesię ratione delicti cõmissi. Aut reus talis criminis erat absens, & tunc Imperator sine habens authoritatem ab eo contra talem absentem procedere non poterit, vt probatur per textum. in Clementina pastoralis. de re iudicat. ita voluit Bartol. in extrauagan. qui sint rebel. in verbo, rebellando. in versiculo. sed an contra hominem. numero 10.

12 Sed quid erit dicendum, si † clericus crimen lęsę maiestatis committat contra principem secularem, vtrum iudex laycus procedere possit contra eum? Dicendum quod non, iudicibus enim secularibus in clericos nulla est attributa iurisdictio, siue potestas. capitulo. Nullus iudicum capitulo at si clerici. & capitulo cum non ab homine. de iudicijs, facit quod dixit Deci. post alios. in dicto capitulo at si clerici. in fi
13 ne principij vbi voluit, †quod non liceat regi nec alicui principi seculari iudicare clericos, siue in furto, siue in homicidio, vel periurio, seu in quibuscunque alijs criminibus deprehensi fuerint: & hoc dicit locum habere in quolibet delicto etiam atrocissimo.

Et ideo Docto. maxime Ioan. Andreę. in capitulo vergentis in versicu. conseruata. de hęreticis dicunt, quod clerici exempti sunt a iurisdictione Imperatoris. ad idem facit text. in cap-
14 tulo Bonę. nona distinctio. †Est enim clericatus de iure diuino, vt per Abba. in capitulo solitę benignitatis. in versiculo
15 Nota ibi Pontifex. de maioritate. & obedientia, vbi Abbas dicit, †quod clerici de iure diuino ab Imperatore exempti sunt: nam eo ipso quod quis ordinatur in clericum efficitur res sacra, & in sortem domini transfertur duodecima quęstio. prima capitulo cui portio. & quod clericatus sit de iure diuino. notat etiam glossa in capitulo si imperator xcvj. distinct. & habetur per Prępos. in capitulo imprimis, §. de persona. columna secunda numero sexto secunda quęstione prima. Erit
16 ergo ex pręmissis conclusio, quod †etiam in crimine lęsę maiestatis princeps secularis contra clericum procedere non poterit. Hanc opinionem tenuit Bartol. in extrauagant. ad reprimen. in versiculo conditionibus. vbi dixit, quod iudex laicus, in isto crimine non potest procedere contra clericum. Nisi ratione feudi quod ab eo teneret, per tex. in capitulo verum. de foro competent. & tex. in authen. statuimus. C. de episcopis, &
17 clericis. Dicens, †quod imperator Henricus, qui fecit illam extrauagantem, quosdam episcopos propter rebellionem suis feudis priuauit. & ita tenuit etiam Signorel. de Homodeis. in consilio vigesimoprimo. statuto ciuitatis. columna secunda. Restaur. in tracta. de imperat. quęst. capitulo primo colum. fi.
18 numero 10. facit pro ista conclusione †quod dicunt Docto. in l. quisquis. C. ad legem iul. maiestatis, vbi volunt, quod text. in §. filij vero non comprehendat filios clericos. quod etiam tenuit Arch. in cap. si quis. 6. quæstione 1. de quo dicam infra in ti. de pęn. quas fil. incur. patr. committente crimine lęsę maiestatis. quęstio. vndecima. facit decisio Rot. numero 859. incipit, vtrum valeat. in antiq. secundum vero Modernam impressionem est decisio. decima in rubrica de consuetudine. vbi per
19 plura fundament a †reprobatur consuetudo Anglicana quod Rex possit cognoscere & iurisdictionem habere in clericos solutos in actionibus ciuilibus etiam mere personalibns, vel criminalibus vbi agitur ciuiliter.

20 Fallit prędicta conclusio, †quando princeps secularis haberet priuilegium a sede apostolica, quod in dicto crimine posset etiam contra clericos procedere, vt habent Domini Veneti a diuersis Romanis Pontificibus, quorum priuilegia pluries vidi, & legi. Est namque ipsis indultum, quod in atrocioribus, vt puta in crimine lęsę maiestatis, falsę monetę, ac in nefando crimine sodomię, procedere possit contra quoscunque clericos in sacris ordinibus constitutos tam seculares quam regulares etiam ordinum mendicantium. In cęteris vero crimini bus ex indulto Clementis, septimi procedere possunt contra clericos, dummodo non sint in sacris ordinibus constituti, vel beneficiati.

21 An autem clerici, qui pensionem habent super fructibus alicuius beneficii ecclesiastici, dicantur beneficiati, dixi in tracta. meo de pension. Ecclesiast. quæstio. 14. vbi videre poteris.

Et idem esse in regno Neapolitano testatur Matth. de Affl. in sua gloss. super consti. Regni. lib. j. in ti. vbi clericus pro male si. debeat conueniri. vbi dixit, quod v gore dictę constitutionis clericus pro crimine lęsę maiestatis poterit a iudice layco puniri. Ordinarii †ergo iudices clericorum in tali delicto punien
22 do erunt hi, quibus id oneris iniunctum erit a Pontifice. †Et
23 etiam generale Concilium de tali crimine ab episcopo commisso iudicare poterit, vt factum fuit in synodo Toletana 16. celebrata de anno 693. sub Rege Flauio Egica, a quo synodo

Digitized by Google

Sisbertus Toletanæ ſedis epiſcopus loco, & honore ac omnibus ſuis bonis priuatus, & regi prædicto applicatis, in exilium que perpetuum miſſus fuit ex eo, quod præfatum regem non ſolum regno priuare, ſed ſimul cum alijs complicibus interimere propoſuerat, quod referunt Moderni Hiſpani in eorũ practica criminali canonica in capitu. 110. in verbo læſæ maieſtatis Rei.

Qualiter in crimine læſæ maieſtatis procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Quibus modis procedatur in crimine læſæ maieſtatis, vbi quod in crimin. Tripliciter procedi poteſt, per viam Accuſationis, Denunciationis, & inquiſitionis.*
2 *Regulariter ad Accuſationem criminis deuenitur, cum illud ad actum deducitur.*
3 *Accuſatio in crimine læſæ maieſtatis, etiam Delicto non conſumato, neque ad actum deducto, admittitur.*
4 *Accuſatio quid ſit.*
5 *Inſcriptio ad pœnam talionis in criminis læſæ maieſtatis accuſatione non eſt neceſſaria.*
6 *Hodie de conſuetudine inſcriptio ad pœnam Talionis receſſit ab Aula.*
7 *Inſcriptio hodie non eſt in vſu de iure ciuili ſecus de iure canonico.*
8 *In curia Romana, vbi quis impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimine, non datur ſibi ſignatura quo ad priuationem, niſi ſe inſcribat ad pœnam talionis.*

QVAESTIO PRIMA.

1 PRimo quæro, quibus modis procedi poſſit contra inculpatum de crimine læſæ maieſtatis? Dicas procedi poſſe tripliciter, †videlicet per viam accuſationis: inquiſitionis, & denunciationis, vt eſt de hoc tex. in extrauagan. ad reprimen. poſt principium vbi Barto. & tradit Andr. de Iſer. in capitu. primo §. & bona committentium. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorum. & ibidem Matth. de Affli. ct. columna ſecunda, numero vigeſimoſexto. in fi. Nec id ſpeciale eſt in crimine læſæ maieſtatis quia & in alijs crimini bus ſimiliter procedi poteſt via accuſationis, denunciationis, & inquiſitionis, vt per Specula. in titu. de accuſa. in princ. per accuſationem ſcilicet, vt in l. cum ſuppoſiti. C. ad legem Cor. de falſ. & l. tertia, C. ad legem Fla. de plagi. per denunciationẽ l. ea quidem. C. de accuſa. per inquiſitionem, vt in l. congruit,
2 ff. de offic preſi. Et †licet regulariter ad accuſationem criminis deueniat, cum illud ad actum deducitur, alioquin cogitationis nemo pœnam mereatur, nec ex eo accuſatio procedat, vt de pœni. diſtin. i. cap. cogitationis. & l. cogitationis, ff. de pœn.
3 vt tradit Speculato. loco præallega. †Attamen in crimine læſæ maieſtatis accuſatio admittitur de dicto crimine etiam non conſummato, neque ad actum deducto, et probat tex. in l. qſquis. in princip. C. ad legem Iulia. maieſta. & dixi ſupra quæſt. 65. ſub titu. qualiter & a quibus crimen læſæ maieſtatis. com-
4 mit. †Quid autem ſit accuſatio? Dicas quod nihil aliud eſt, q̃ ius proſequendi vindictam publicam, Inſtitu. de publi. iudicis in princ. vel dic, quod accuſatio eſt delatio alicuius criminis ad vindictam publicam in iudicio legitima interueniente deſcriptione, ita communiter diffiniunt accuſationem Doctores vt teſtatur Felyn. in rubric. de accuſatio. verſicu. quæro quid ſit accuſatio. & accuſare ſecundum Azonem in ſumma, in titu. C. de his qui accuſ. non poſſunt. nihil aliud eſt, quam reum criminis per libellum deferre. Ad idem Hoſtien. in ſumma in titu. de accuſ. extra. in princ. vbi dixit, accuſationem eſſe criminis alicuius hominis apud iudicem competentem legitime facta delatio. addit, inſcriptione interueniente.
5 †Hanc tamen inſcriptionem ad pœnam talionis, dicas neceſſariam non eſſe in accuſatione criminis læſæ maieſta. Imo
6 dicas, †quod hodie de conſuetudine inſcriptio ad pœnam talionis receſſit (vt aiunt) ab Aluarot. Ita dixit Angel. & poſt eum Salice. in l. qui crimen. C. qui accuſ. non poſſunt. & idem Salice. in authentica ſed nouo iure. per illum tex. C. de adulte. Barto. in l. ſi cui. in princip. ff. de accuſa. & Præpoſi. in capitulo primo 2. queſtio. octaua column. quarta in verſicu. etiam ſi accuſatio. vbi ponit, quid ſit de iure canonico, & de ſtylo curię. & idem Prępoſi. in capitu. per ſcripta, in §. libellorum. colum.
7 fina in verſico gloſſa ſuper verbo. vbi dixit, †quod inſcriptio hodie non eſt in vſu de iure ciuili. Allegat Angel. in tractatu de malefic. in verbo, necnon ad querelam in princip. ſecus ta-
8 men de iure canonico, ſubdens †quod vbi quis impetrat beneficium per priuationem alterius ex aliquo crimine, nõ datur ſibi ſignatura quo ad priuationem, niſi ſe inſcribat ad pœnam talionis, & ita quotidie ſeruari in curia Romana teſtatur.

SVMMARIVM.

1 *An quando proceditur per viam accuſationis ſit neceſſarius libellus accuſatorius.*
2 *Accuſare quid ſit.*
3 *Tam in criminibus publicis quam priuatis requiritur libellus accuſatorius in ſcriptis.*

QVAESTIO II.

1 SEcundo quæro, an quando procedit per viam accuſationis, ſit neceſſarius libellus accuſatorius? videtur dicendum †quod non, per text. in dicta extrauagan. ad reprimen. vbi dicitur, quod in hoc crimine procedi debet ſummarie, & de plano, ſine ſtrepitu, & figura iudicij. Contrarium tamen dicas verius eſſe, quod imo libellus accuſatorius requiratur. ita tenuit Barto. in dicta extrauagan. in ſua gloſſa in dicto verbo, ſummarie. quod verbum exponit ſummarie, id eſt breuiter, non diminutiue.

Vnde dicit, quod requiritur libellus accuſatorius, & ita plene formatus ſicuti quando ordinarie proceditur, quia in tali caſu in procedendo nil de ſubſtantialibus. omitti debet. Idem tenuit Lucas de Penn. in l. quiſquis. columna prima in fine. in verſicu. quid ſi quis accuſat. C. de petitio. bonorum, ſubla. libr. decimo, allegatur tex. in l. ſi quis in hac. in fine, C. de epiſcopis & clericis, & tex. in l. tertia C. ad legem iuliam maieſtatis. ibi, accuſationem ſuam. & l. fina. eodem titu. in fine ibi, arguatur. vbi gloſſa. exponit, id eſt, argute accuſetur. & l. eorum, C. de iure fiſci. libr. decimo. †Accuſare enim nihil aliud eſt quam per
2 libellum aliquem de crimine corã iudice deferre, vt dixit Azo loco ſupra allega. ad idem vide late Prępoſi. in capit. j. col. 4. in verſicu. ponitur in diffinitione accuſationis. 2. q. 8. & idem ibi-
3 dem colum. 6. in verſic. Et dum ſubijcit. num. 18. vbi dixit, †q̃ ſiue ſimus in criminibus publicis, ſiue priuatis, requiritur libellus accuſatorius in ſcriptis, l. pen. & l. fina. C. de accuſa.

SVMMARIVM.

1 *Forma libelli in crimine læſæ maieſtatis.*
2 *Dies commiſſi delicti an ſit neceſſe quod exprimatur in libello accuſationis.*
3 *Index quando cogere poſſit accuſatorem ad exprimendum diem commiſſi delicti.*
4 *Index aducrtere debet ne expreſſio diei calumnioſe petatur.*
5 *Dies inſtitutæ accuſationis notandus eſt in porrectione libelli accuſatorii.*
6 *Proceſſus non valeret ſi non appareret de die productæ accuſationis.*
7 *Inquiſitio valet etiam quod non appareat de die qua porrecta fuit.*
8 *Procedere ſine ſolennitate, & repentine, eſt Regum & principum.*
9 *Ordinarie procedere in crimine læſæ maieſtatis quando dicatur.*
10 *Quomodo ſit procedendum quando mãdatur in cauſa procedi de plano.*

QVAESTIO VI.

TErtio quæro, qualiter formabit̃ dictus libellus in crimine læſę maieſtatis? Speculato. in titu. de hęret. in verſicul. Cęterum cum crimen læſę maieſtatis dicit, huiuſmodi
1 libellum formari debere hoc modo, videlicet, †Propono ego N. contra B. quod ipſe hoc anno. menſe tali, imperãte tali Imperatore ſemper Auguſto, cum talibus ſceleſtam iniuit factionem de nece ipſius imperatoris in tali vrbe, in domo ſua propria, in prima camera ipſius domus, ſuper quo eum vobis accuſo & peto ipſum lege iulia maie. puniri, & ad pœnã ipſam ſententialiter condemnari. Iſta forma traditur in capitu. per ſcripta. in §. libellorum, 2. q. 8. & late ibi ponunt Docto. maxime Propoſi. ad idem text. in l. libellorum, ff. de accuſatio. & ibi
2 late Bartol. †Dies autem commiſſi criminis non eſt neceſſe quod exprimatur in accuſationis libello, vt dicunt Docto. in dicto §. libellorum. ibi Prępoſi. column. 1. in verſi. nota quod ſufficit. Hoc tamen intellige, niſi eſſemus in caſu in quo certa dies faceret aliquid commiſſum tali die eſſe delictum quod alias non eſſet, vt dixit Barto. in l. non ſolum, §. ſed vt reprobari, ff. de noui ope. nun. An. & Abb. in capit. 2. per illum tex. de reſti-

Digitized by Google

resti.spolia.quos sequitur Prępoſi.in dicto §.libellorum.col.j.
3 in prælegato versicu.nota quod sufficit.vbi etiam dixit, †q̃ iudex cogere potest accusatorem ad exprimẽdum diem commissi delicti,quando id accusatus peteret,quia vellet reprobare testes accusatoris,per ea quæ habentur in capitu.ex tenore de testibus.vel vellet probare,quod ad sui defensionem fecit, vel aliter delictum vellet excusare:nam in omnibus prędictis casibus iudex posset accusatorem cogere ad declarãdum diẽ, quo delictum,de quo accusat,commissum fuit. allegat Barto. in l.is qui reus,ff.de public.iudic.& in l.secunda, in §. quod si Ephesi.ff.de eo quod certo loco.& quæ not.Bald.in l.prima in
4 §.editiones,ff.de eden.subdit tamẽ,†quod iudex aduertere debet,ne expressio diei calumnioſe petatur, vt per Bald. in d.§. editiones.& declarat notabiliter Bal.Inst.de publi.iudi.in prin
5 cip.in secunda columna.Vnum tamen non omittam, quod licet diem commissi criminis quis non teneatur exprimere in libello accusatorio,attamen dies institutæ accusationis annotandus est in protectione libelli accusatorij.Ita dixit Barto.in
6 extrauagan. ad reprimen.in versicu.per inquisitionem.†Nam si non appareret de die productæ accusationis non valeret p-
7 cessus superinde formatus:†secus dicit esse in inquisitione quę valet licet non appareat de die qua porrecta fuit.& Bar.sequitur Præposi.in dicto capitu.præscripta.in §.libellorum.columna prima in versicu.nota quod sufficit accusatorem.

Nec obstat quod dicatur in dicta extrauagan.ad reprimen. quod in hoc crimine de plano proceditur:quia Bar.ibidem in dicto verbo, de plano. circa intelligentiam dicti verbi distinguit,inter causas minores,& causas graues, at quo ad casum nostrum illud verbum,de plano,dicit intelligẽdum non sine
8 solennitate & repentine,quia † procedere sine solennitate & repẽtine,id est stylus nimis altus,& solum Reges,& Principes
9 hoc faciunt:†sed ordinarie procedendo in hoc crimine est p cedere de plano quando temperate proceditur,non frequen,
10 ter nec stylo alto.adde†quod quando in causa mandatur procedi de plano regulariter censẽt remota necessitates dandi sine offerendi libellum,ac necessitas obseruãdi dies feriatos ob hominum necessitas introductos,ac necessitas cognoscendi p tribunali,vel sententiandi,ac litis contestandæ necessitas,non autem cẽsetur remota necessitas iustitiam, aut veritatem,nõ lædendi, aut de causa plene cognoscẽdi,nisi causa de qua ageretur,natura aliud exposceret,vt in auth.Nisi C.de sen. expe-ric.recitan.ita dixit Bonifa.in d.clem.sæpe.col.2.in fi.in ver.ex quibus infero.de verb.signifi.

SVMMARIVM.

1 *In causis beneficialibus & matrimonialibus proceditur sine strepitu & figura iudicii.*
2 *Verba sine strepitu & figura iudicii quid importent.*
3 *Patroni causarum aliqui in clamore victoriæ spem ponunt.*
4 *Alii in arrogantia spem ponunt.*
5 *Aduocatis de iure prohibitum est vti procacibus, & improbis verbis.*
6 *Aduocati officium laudabile est & homini vitę maxime necessarium.*
7 *Aduocati officium est de iure diuino.*
8 *Dilatio ad inueniendum aduocatum in crimine læsæ maiestatis non datur, secus in aliis.*
9 *Ante extrauagantem ad reprimendum aduocati in crimine læsæ maiesta. interueniebant.*
10 *Papa si mandet procedi in causa sine strepitu & figura iudicii quid agendum sit.*
11 *Remotio strepitus parum aut nihil prodest.*

QVAESTIO IIII.

VArto quæro. dicitur in d. extrauagan. ad reprimen.quod in crimine læsæ maiestatis procedi debet sine strepitu et
1 figura iudicij,†qui modus procedendi est etiã statutus in causis beneficialibus & matrimonialibus ac alijs, vt in clemen.Dispendiosam.de iudic.iuncta clemen.sæpe.de verborum significatio.& in capitu.olim.de accusatio. & in capi-
2 ca quæ.de statu monachorum.†Ideo videamus quid importent illa verba,sine strepitu?Barto. in dicta extrauagan. in d. verbo sine strepitu,dixit,quod sicuti per illud verbum de plano remouetur altitudo loci & styli,ita per hoc verbum, sine strepitu remouetur altitudo vocum,& declamationum,cum vt plurimum,clament & vocem attolant aduocati in defensionibus causarum,præsertim criminalium, & sic strepitum faciunt,ideo rauci sæpius fiunt,de quibus Martialis,in 2. Epigrammatum libro sic inquit.

Prima salutantes atque altera,continet horas.
Exercet Raucos tertia causidicos.

Hinc est quod etiam quandoque dicitur sine aduocatorũ strepitu,vt est tex.in c.fin.in princip.ibi,simpliciter, & de plano sine aduocatorum,& iudiciorum strepitu,& figura,de hę
3 retic.in vj.†namque aliqui causarum patroni,qui in clamore spem victoriæ ponunt,de quibus Bernard. ad Eugenium papam lib.1.capitulo nono sic inquit,Ranæ significant clamosas aduocatorum allegationes,quæ inani, & inflata modulatione velut Ranarum sonis & cantibus mundo deceptionis fabulas intulerunt,ad nihil enim aliud vtiles sunt, nisi quod sonum vocis improbis & importunis clamoribus reddũt.Sũt
4 †& plerique aduocatorum qui eorum spem in arrogãtia ponunt,de quibus Augustin.in epistola ad Macedonium sic loqtur,nihil impudentius arrogantia aduocatorum qui garrulitatem authoritatem putant,& parati ad lites in subiectos tumide intonant.
5 Hinc est,†quod in iure procacibus & improbis verbis vti aduocatis prohibitum est l.fina.§.in refutatorijs.C.de appellation.ad idem tex.in l.quisquis.in §.ante omnia.C.de postulã. vbi Imperator de aduocato lequens sic ait, vt nõ vltra quam litium exposcit vtilitas in licentiam conuitiandi & maledicẽ di temeritatem prorumpant.Inique profecto agunt aduocati
6 sic facientes,†cogitare etenim deberent,laudabile esse & hominum vitæ maximæ necessarium officium aduocati.l.aduocati,C.de aduoc.diuersi.iudici.de quibus Salustius loquens sic dixit,ea enim officia apud omnes sunt honestiora, quæ ingenio,quæ intellectu,quæ denique eloquentia,ac dicendi suadendique artificio constant,vt sunt officia aduocatorum,qui non minus humano generi prouident,quam si prælijs atque vulneribus patriam parentesque saluarent,vt inquit tex.in d. l.aduocati.
7 Quinimo meminisse eos oportet et † aduocationis officiũ de iure diuino esse,& Christum saluatorem nostrum quando que pro salute humani generis,& multorum aduocati subiisse munus:quod eleganter pluribus comprobat Ioan. Baptist.
8 Caccialup.in tracta.suo de aduoc.q.1.Et declarando†dictum verbum,sine strepitu,positum in extrauagan.ad reprimen.dicit ibi Barto.quod licet alias detur parti dilatio ad inueniendum aduocatum,vt in l.ab hostibus.in fin. & in l. ait prætor, ff.ex quibus cau.maior. Tamen quod in isto crimine huiusmodi dilatio danda non erit,cum in eius iudicio sit remotus strepitus aduocatorum,per dictam extrauagãh.dictas tu,quod
9 †ante dictam constitu.Henrici Imperatoris statutum erat,, q̃ in crimine læsæ maiestatis,aduocati interuenire non deberẽt, de quo extat decretum Honorij & Arcadij Imperatorũ in l. quisquis.in §.denique iubemus.C.ad leg.Iul.maiest.Ergo non est verum,quod virtute illorum verborũ,sine strepitu,aduocati in hoc crimine excludantur.quod etiam ex alio comprobo nam tex.in d.clem.dispendiosam.dicit,quod in causis beneficialibus,vsurarum,& matrimonij,ac aliis ibi expressis,procedat,simpliciter,& de plano sine strepitu,& figura iudicij,quorum verborum declaratio ponitur in clemen.sępe. de verbor. obligatio.vbi dicit,aduocatorum, & procuratorum contentiones,& iurgia testiumque superfluam multitudinem refrenando.& sic non prohibet in causis contentis in d.clemen.dispendiosam.posse aduocatos interuenire, sed tantum statuit quod aduocatorum iurgia refrenentur, pariter & contentiones.Erit ergo vera conclusiõ Barto.in d.extrauagan.in verbo strepitu,quod in causa criminis læsæ maiesta.interuenire non possint aduocati,non ex suo fundamento, sed ex eo quod ita specialiter de iure ante dictam extrauagantem statutum erat, per text.in dicta l.quisquis.in §.Denique iubemus.
10 Adde prędictis,†quod si Papa mandet vt procedatur sine strepitu iudicii,non censetur per hoc obseruãtiam ordinis iudiciarii remouisse,sed solum clamorem strepitosum aduocatorum,& procuratorum,multitudinemque ipsorum inutilẽ; ita dixit Bonifac.in d.clem.sæpe,col.3.circa prin.in ver. ex quibus infero.subdens,†quod secundum hoc parum aut nihil p-
11 desset remotio huiusmodi strepitus,cum iudex ex officio suo possit refrenare vbique multitudinem inutilem aduocatorũ & procuratorum sicut & testium,vt in l.prima,in fi.ff.de testibus.iuncta l.Nec quicquam,§.aduocatos,ff.de officio procon sul.& legat.& no.in c.statuta.de hęretic.in 6.nisi dicatur,q̃ in hoc casu multo magis hoc facere potest.

SVMMARIVM.

1 *Verbum sine figura iudicii,quid importet quando mandatur in causa procedi sine figura iudicii.*
2 *Figura est eius quod figuratur similitudo.*
3 *Nemo inferior Papa vel Principe,etiam si sit camerarius Papa sine legatus Cardinalis de latere,potest per se cognoscere,nec alii committere quod in causa procedatur iuris ordine non seruato.*

Digitized by Google

4 *Qualiter sit procedendum, quando committitur causa in Palatio Apostoli co, vt terminis non seruatis sola facti veritate inspecta procedatur. remissiue.*

QVAESTIO V.

QVinto quæro. quid importet illud verbum, sine figura iudicii, positum in d. extrauag. ad reprimen: Bar. ibi, in sua gloss. super dicto verbo, & figura, dicit, quod p dictum verbum tolluntur substantialia iudicij inducta a iure ciuili, non autem ea quę sunt de iure naturali seu gentium inducta naturali ratione. & ideo dicit, quod iudex per illa verba releuatur ab omni forma & figura iudicii a iure ciuili introducta, & obseruare tenetur omnem figuram, & formam iudicij, de iure naturali vel gentium, naturali ratione introductã.

1 Qualiter autem hoc †verbum, sine figura, intelligi debeat qñ mandatur in causa procedi, sine figura iudicij, ponunt Doct. in clemen. sępe. de verborum significatio. vbi Bonifac. colum. 3. in versicu.

Quartum postremo, dixit, quod hoc verbum, figura iudicij, interdum sumitur pro similitudine iudicij, ad denotandũ

2 quod non est iudiciũ sed quasi iudicium, sicuti †figura est eius quod figuratur similitudo. l. vna, §. similique modo. C. de lati. liber. tollend. & l. non figura, ff. de actio. & obliga. & ibi no. interdum sumitur pro forma iudicij, vt in capitu. indemnitatibus, §. si vero. de electio. in 6. ad idem gloss. in verbo, nonne. C. quorum bonorum. Et ex his infert, quod quando mandatur procedi sine figura iudicij, censetur remota hodie litis aliqua lis forma: sed non totalis ordinis iudiciarij. Et menti tenebis,

3 quod †quisque papa inferior, etiam Camerarius Papę, siue ĕt legatus Cardinalis de latere, & multo magis alius principe inferior, nõ potest per se cognoscere nec alij committere quod in causa procedatur iuris ordine non seruato: ita dixit Bonifa. in d. clemen. sæpe. colum. 2. in princip. in versi. ex istis infertur,

4 numero 13. de verborum significa. Quando autem †causa cõmittitur in Palatio apostolico, vt terminis non seruatis sola facta veritate inspecta procedatur, qualiter sit procedendum, vide decis. 2. Rotę in nouis. in ti. de rescrip.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an requiratur in crimine læsæ maiestatis. vbi, quod citatio est de iure diuino & naturali.*
2 *Etiam, si Papa vel Imperator causam alicui committeret cum facultate procedendi vt voluerit, sine citatione procedi non posset.*
3 *Citatio est adeo substantialis quod princeps eam tollere non potest.*
4 *Defectus iudicii procedens ex citatione omissa, siue nullitas processus, nunquam sanatur quando citatio omissa vel non legitime facta fuit.*
5 *Curia Romana, cum petitur sanatio nullitatum factarum in processu causę, omnes alias nullitates sanat præterquam prouenientes ex defectu citationis, iurisdictionis, vel mandati procuratorii.*
6 *Etiam sententia principis in his quæ notorie non sunt, sine citatione lata nõ tenet.*
7 *Citatio non requiritur quando papa non procedit contra committentem crimen læsæ maiestatis retinendo terras ecclesiæ vel Imperatorii violenter.*
8 *Vrbanus contra spoletanos, qui de facto terram ecclesiæ occuparant, processit sine citatione.*
9 *Citatio, quibus, & quot modis fieri possit, & debeat remissiue.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quæro. an citatio requiratur ĩ crimine læsæ maiestat. Dicas breuiter quod sic, †vt in terminis dixit text. in d. extrauagan. ad reprimen. ibi, per nuntium vel literas seu etiam per edictum. & ibidem Barto. in verbo & figura. in versic. quæro igitur vtrum. Est enim citatio de iure diuino & naturali: Nam Deus Adam citauit antequam eum damnaret dicens, Adam Adam vbi es? vt habetur Genesi. cap. 3. & habetur in clementina pastoralis. de re iudica. vbi per Papam incisa fuit sententia Henrici Imperatoris authoris prædictæ extrauagantis ad reprimen. ex eo quod Robertum Siciliæ Regem vti reum criminis læsæ maiestatis sine legitima citatione condemnauerat.

2 Quinimo †etiam si papa vel Imperator causam alicui cõmitteret cum facultate procedendi vt voluerit, sine citatione procedi non posset, vt dixit Roma. in consilio 157. & adeo

3 †est substantialis citatio, quod princeps eam tollere non potest. Abba. in cap. cum olim. in versi. ad idem tex. colum. penu. numero 25. de senten. & re iud. subdens, quod ipse Deus citationem induxisse videtur, pariter & causæ cognitionem, vt colligitur ex text. in capitu. Deus omnipotens 2. quæst. prima, vbi dicitur, quod Deus peccata Sodomæ punire noluit nisi

4 prius descenderet, & videret. Imo †defectus iudicii procedens ex citatione omissa, siue nullitas processus nunquam sanatur

5 quando citatio omissa vel non legitime facta fuit. Ideo †curia Romana, cum petitur sanatio nullitatum factarum in processu causæ, omnes alias nullitates sanat, præterquam prouenientes ex defectu citationis, iurisdictionis, vel mandati procuratorij. Rationem esse dicas: quia vbi alterum istorum deficit, videlicet iurisdictio in iudicante, seu mandatum procuratorium agentis vel defendentis, seu citatio sit omissa vel non legitime facta, iudicium consistere non potest: cum id ex actore iudice, & reo consistat, l. secunda, C. de assertio. tollend. capit. forus. de verborum significatio.

6 Quinimo †etiam sententia principis, in his quæ notoria nõ sunt, sine citatione lata non tenet, vt voluit Abba. in dicto capitu. cum olim. in versiculo. Nam mihi plus placet nume. 24. de senten. & re iudic. Ad idem Marianus Socinus iunior in cõsilio 122. numero 38. in 2. volumine. & l. finali. in principio. cũ gloss. secunda, C. de legibus. & ibi Bald. notat Alexand. consi. vndecimo. Alias consului. colum. 1. in 7. volum. Marianus Socin. Senior in tractatu, de citatione. in septimo articulo princ. in prin. in versicu. & hæc procedunt.

7 Limita prædictam conclusionem †non procedere, quando Papa procederet contra committentem crimen lęsę maiestatis retinendo terras ecclesiæ vel imperii violenter, talis enim condemnari posset sine citatione, dictum fuit singulare Ioannis Andreæ. in dicto capitu. cum olim. de senten. & re iudicat. per illum tex. quem sequitur Math. de Afflict. in capit. primo §. bona committentium. columna quarta, versic. vigesimum nonum speciale: in titulo quæ sint regal. in vsibus feudorum idem dixit Felyn. in dicto capitu. cum olim. in versicu. vltimo

8 nota dictum Hostien. referens †quod Vrbanus ita fecit contra Spoletanos qui de facto terram Ecclesię occuparant. allegat ad hoc Bald. in procœmio feudorum, columna duodecima. & Roman. in singular. numero 678. & in l. 1. C. de hęred. institu. Marian. Socin. in rubr. de dilatio. hoc idem voluit summus criminalista. D. Hippolytus de Marsilijs pięceptor meus. in l. de vno quoque. colum. 2. versicul. Nec habet obstare, ff. de re iudica. & Iaso. in l. prima, columna. 2. ff. de constitu. princip. & in l, ne quicquam, colum. 6. in versicu. quarto limita. ff. de offic.

9 proconsu. Quibus †autem & quot modis fieri possit & debeat dicta citatio, per nuntium, literas, vel edicta, vide plene p Docto. in clemen. pastoralis. de re iudic. & per Bar. in d. extrauag. ad reprimen.

SVMMARIVM.

1 *Libellus accusatorius in crimine læsæ maiestatis inepte formatus an valeat.*
2 *Accusatio non rite facta non est accusatio, & per eam delictum in iudicio non deducitur.*
3 *Libellus accusationis vel inquisitionis ineptus reiici debet.*
4 *Libellus dicitur ineptus quando ex narratis in eo actio non resultat.*
5 *Reo confitente delictum non attenditur ineptitudo accusatorii libelli & processus.*

QVAESTIO VII.

SEptimo quæro. vidimus supra quęst. 2. proxima pręcedente, an quando in hoc crimine lęsę maiestatis proceditur per viam accusationis sit necessarius libellus, & diximus quod sic: Modo videndum est, an si libellus accusatorius inepte formetur valeat? videtur prima facie dicendum quod sic, quia in isto crimine proceditur †summarie, & de plano sine strepitu, & figura iudicij: vt habetur in extrauagan. ad reprimen. Dicas quod Bartol. in hac quęstio. in dict. ex trauagan. in sua gloss. in versiculo per accusationem. voluit, quod in hoc crimine quando per viam accusationis proceditur, libellus accusatorius debeat esse rite formatus, l. non putauit. §. non quęuis, ff. de contra tabul. accusatio enim non rite facta non est accusatio, & per eam delictum in iudicium non deducitur, l. accusatorius, ff. de adulteriis, & l. prima, §. accusatio, ff. ad Turpilianum ibi, nulla erit. & licet text. ibi contrarium probare uideatur, cum ibi sit necessaria absolutio, & l. libellorum in §. quod si libelli, ff. de accusation. ex quo uidetur inferri posse, quod aliqua sit accusatio: attamen Bart. in d. extrauag. loco proxime allegato, ad hoc respondens dixit, quod licet ibi accusatio sit nulla, tamẽ de facto saltim est qualisqualis, iõ est necessaria absolutio in illo casu, sed in casu nostro

Digitized by Google

ſtro reperitur quod accuſatio ſit rite & recte facta in forma, vt ſuper ipſa procedi poſſit, ſecundum formam dictæ extrauagantis. Dicas tu, quod iſta concluſio probatur ſexpreſſe. in d. §. quod ſi libelli. vbi dicitur, quod ſi libelli legitime ordinati nō fuerint Rei nomen aboletur. & gloſſ. ibi, in verbo, Aboletur, exponit, id eſt, cancelletur accuſatio reo petēte. ad idem vide Præpoſi. in ca. per ſcripta. in §. libellorum. col. 1. in verſicu. Nota quod vbi libellus. 2. q. 8. ad idem Ioan. Fran. Purpuratus in
2 repe. l. edita, num. 111. ff. de eden. vbi dixit, †libellum accuſationis vel inquiſitionis ineptum reijci debere, allegat Ang. in cō-
3 ſil. 178. viſis actis. & in conſil. 242. pro prædictis. & †ineptus dicitur libellus quando ex narratis in eo actio nō reſultat, vt patet ex gloſſ. in l. 2. in §. circa, ff. de excuſ. dot. Abba. in capitu. ex parte. colum. 4. de iudic. Corn. in conſil. 121. quanquam circa finem. in 1. volumin. & tradit Purpurat. loco proxime allega-
4 to. †Vnum tamen notabili dignum non omitto, quod inepti tudo accuſatorij libelli & proceſſus nō additur quando reus delictum confitetur. ita voluit Angel. in l. ea quidem. col. 6. C. de accuſatio. & idem in l. inter ſtipulantem, §. ſi Stichum, ff. de verbo. obli. Bal. in l. edita col. antep. C. de eden. Ange. in l. 1. C. de confeſ. & Bal. in cap. j. §. iniuria. de pace iuram. firman. ita refert & ſequitur Ale. in cōſ. 125. viſa inquiſitione, col. 2. in prin. in 4. vol. facit illud Ouidij.

Non eſt confeſſi cauſa tuenda Rei.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio an eſſe debeat in eadem forma in qua eſt forma accuſationis. et in crimine Hæreſis procedi poteſt per inquiſitionem.*
2 *Inquiſitio duplex.*
3 *Inquiſitio ſpecialis quid ſit.*
4 *Inquiſitio in crimine læſæ maieſtatis an debeat eſſe in eadem forma, in qua eſt forma accuſationis.*
5 *In inquiſitione, cum non offeratur iudici, ſed ipſe inquirat, non eſt neceſſe quod prius inquiſitio in ſcriptis formetur, & poſtea in actis cauſæ redigatur.*
6 *Iudex ſumptis iuſtificationibus inquiſitionem in ſcriptis formabit.*
7 *Inquiſitio ab accuſatione in quo diſcrepet.*
8 *Inquiſitio formata in crimine læſæ maieſtatis, an debeat habere concluſionem.*
9 *Quomodo concludatur de conſuetudine in accuſatione, & in inquiſitione.*

QVAESTIO VIII.

QVaero. Dicitur in dicta extrauagan. ad reprimen. q in iſto crimine læſæ maieſtatis procedi poteſt per inquiſitionem, de quo etiam habetur per Speculat. in titu. de inquiſit. in §. quando autem. verſi. tertio decimo. adducit tex. in l. 2. & 3. C. ad legem Iuliam maieſta. idem dixit per dicta iura Ange. in tracta. de malefi. in verbo, hæc eſt quædam inquiſitio. in ver. ſecundo principaliter. colum. 1. nume. 21. vbi dicit. quod inquiſitio in crimine læſæ maieſtatis formari pōt.
1 allegat d. l. 2. & 3. ad legem Iul. maieſt. & †idem dicit in crimine hæreſis. l. apoſtata. C. de apoſtat. & plures alios caſus exprimit in quibus formari poteſt inquiſitio, quos videre poteris. idem voluit Alber. de Gandi. in ſuo tract. malefi. in prin. in titu. quid ſit accuſatio. colum. 1. verſicu. quartus decimus caſus, vbi enumerat omnes caſus in quibus per inquiſitionem procedi poteſt. Sed an inquiſitio in iſto crimine eſſe debeat in eadem forma, in qua eſt forma accuſationis de qua ſupra vidimus? antequam deueniam ad deciſionem iſtius queſtionis. Vi
2 dendum eſt †quid ſit inquiſitio? Ang. in dicto tracta. de malef. loco præallegato dicit, duplicem eſſe inquiſitionem: vnam videlicet generalem, & alteram ſpecialem: generalem autem dicit in quatuor ſpecies quas ibi enumerat, & eas, quia de his impræſentiarum non tractatur. videre ibi poteris per eū. Sed
3 †inquiſitio ſpecialis, quæ ea eſt de qua loquimur, tam quo ad delicta, quam quo ad perſonas. Ang. loco præallegato in verſicul. Et pro expeditione iſtius materiæ. nume. octauo, ſic diffinit, quod eſt quodam ius per officium procedendi ad condemnationem & punitionem contra aliquos nominatim inquiſitos de certis delictis diffamatos, & hoc dicit eſſe de mente Barto. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulter. Ange. in l. ſi vacantia. in verbo, ſamus expediti, C. de bon. vacan. libro decimo. Hoſt. autem in ſua ſumma. in titul. de inquiſitione. §. primo, dicit, quod inquiſitio eſt alicuius criminis manifeſti ex bono, & æquo iudicis competentis Canonice facta inueſtigatio. Auguſtinus de Arimino. in addition. ad tracta. Angel. de malefic. in dicto verbo, hæc eſt quædam inquiſitio. in additio. Incipiente, tu autem in hac materia. adde quod licet Barto. numero vndecimo dicit hanc diffinitionem morderi poſſe, quia inueſtigatio ſonat in factum, ſed inquiſitio eſt quoddam ius, vt Bar. diffinit, in dicto §. ſi ex publico, ideo dicit quod ſibi plus placet diffinitio Bartol. quod inquiſitio ſit quoddam ius, non factum, allegat Bartol. in l. ea quidem, C. de accuſat. dicas quod non meretur morderi diffinitio Hoſtienſ. ex eo quod licet inquiſitio ſit ius quoddam, attamen ius ex facto oritur, ideo facti inueſtigatio acceſſoria eſt, videlicet vtrum delictum de quo inquiritur ſit commiſſum vel non ab eo contra quem inquiritur.

Hanc reprehenſionem Auguſtini de Arimino. non procedere contra diffinitionem Hoſtienſis com probo ex diffinitione inquiſitionis generalis quo ad perſonas, & ſpecialis quo ad delicta, quam ponit Præpoſi. in capitulo primo col. de cimatertia, in verſicu. inquiſitio generalis. ſecunda quæſtione octaua, vbi dixit, quod inquiſitio eſt ius procedendi per officium vel inueſtigandi perſonam quæ maleficium commiſerit vbi etiam ponit de multiplici ſpecie inquiſitionis. Fely. etiam in rubrica de accuſatio. extra. inquiſitionem ſic diffinit, videlicet, quod eſt alicuius criminis manifeſti ex bono & æquo a iudice competenti canonice facta inueſtigatio. & ſic tam Præpoſit. quam Felyn. in ſua diffinitione ponūt dictum verbum, inueſtigatio, prout etiam eſt in præallegata diffinitione Hoſt.
4 Redeundo ad principalem queſtionem, videlicet, †an inquiſitio quę formatur in iſto crimine debeat eſſe in eadem forma, in qua eſſe debet forma accuſationis, de qua dixī ſupra queſt. tertia proxima præcedente: Barto. in dict. extrauagan. ad reprimen. in verbo inquiſitionem. mouet hanc quæſtionem, & adducit gloſſ. Inſtitu. de publi. iudic. quę generaliter loquendo dicit, quod non. & idem dicit Innocen. in capitulo fina. extra. de purgatione canonica. Iacob. vero de Beluiſ. Inſtitu. de actio. in principio contrariam tenuit opinionem dicens, quod eadem ſolennitas requiritur in inquiſitione quę in accuſatione, cuius opinionem amplectitur Barto. loco præallegat. quantum ad hoc, quod in iaquiſitione inſeratur locus & tempus eodē modo quo in acculatione, cum non conueniat in tanto crimine vagari, allegat text. in l. prætor edixit. in princip. ff. de iniur. & in l. idem exigit, ff. de dolo. idem voluit Bartol. in l. ſecunda, §. ſi publico. verſic. quæro vtrum inquiſitio, ff. ad legem Iuliam de adulter. ſubdens, quod licet accuſatio debeat in ſcriptis offerri, vt l. libellorum, ff. de accuſatio. & authen. offeratur, C. de lit. conteſta. & in capitu. per ſcripta, §. libellorum. ſe-
5 cunda quæſt. octaua. attamen, †cum inquiſitio non offeratur iudici, ſed ipſe inquirat, non eſt neceſſe quod prius inquiſitio in ſcriptis formetur, & poſtea in actis cauſæ redigatur. Dicas
6 tamen, †quod iudex ſumptis iuſtificationibus inquiſitionem in ſcriptis formabit, ita dixit Ange. in dicta l. ſi vacantia. in verſiculo. Item quæro quando fieri debeat inquiſitio. Et fuit originale dictum Azon. in Authen. de exhiben. Reis in §. ſcimus. in fine gloſſ. magnæ, quod refert & ſequitur Angel. in ſuo tra. malefic. in verbo, hęc eſt quędam inquiſitio. in verſiculo quarto principaliter, columna prima, in fine in verſi. Item requirit quod inquiſitio.
7 Et †inquiſitio ab accuſatione in hoc diſcrepat, quia ſi non apparet quando fuit exhibita, accuſatio non valet, cum ſit de ſubſtantialibus dies in quo producitur, vt in dicta l. libellorū, & nota in l. in cauſis, C. de accuſatio. ſed ſecus eſt in inquiſitione, in qua ſi non appareret de die, dicit Barto. quod forte non vitiaretur proceſſus: nam dies, quo quis ſuper ipſa inquiſitione citabitur, vel dies in quo inquiſitus reſpondet inquiſitioni, ille poterit dici dies formatæ inquiſitionis. idem tenuit intrepide Prępoſ. in dicto capitulo per ſcripta. in §. libellorum, col. 1. in verſicu. Nota quod ſufficit. 2. q. 8. & dixi ſupra. q. 3. ſub iſto titulo.
8 An autem † inquiſitio, quę formabitur in hoc caſu, concluſionem habere debeat? Bartol. in dicta l. ſecunda, §. ſi publico. verſiculo tertio quęro numero decimotertio. dicit quod non, quemadmodum concluſio non eſt neceſſaria in libello accuſatorio. dicta l. libellorum. & habetur per Præpoſ. in dict. capitulo per ſcripta, §. libellorum. ſubdit tamen Bartol. in di-
9 cto, §. ſi publico, †quod de conſuetudine & in accuſatione, & in inquiſitione concluditur ſic: ſuper quibus omnibus & ſingulis intendit procedere, & punire culpabiles ſecundum formam iuris & ſtatutorum. idem dicit Angel. in tracta. malefic. in verbo, hęc eſt quędam inquiſitio. in verſicu. 4. prin. verſicul. & ſubdit. D. Angel. numero 53. ad idem Roman. ī conſil. 15. Bartholom. Cœpol. ī conſil. 14. columna tertia verſiculo. Nec obſtat. & Angel. in d. l. vacantia.

SVMMARIVM.

1 *Inquiſitio an fieri poſſit non præcedente fama.*

Digitized by Google

Regulariter inquisitio non valet fama non præcedente.
2 *Si diffamatio non præcedit, nec inquisitio procedit.*
3 *Testes examinati in processu inquisitionis formatæ non præcedente diffamatione non probant.*
4 *In crimine læsæ maiestatis valet inquisitio non præcedente diffamatione*
5 *Crimen læsæ maiestatis est enorme delictum.*
6 *In enormibus delictis inquisitio formari poterit etiam fama & indiciis nō præcedentibus.*
7 *In enormibus iuris solennitas non seruatur.*
8 *Rescriptum Papæ vel Imperatoris mandantis contra aliquem inquiri, ēt non præcedente fama subreptitium videtur, & debet expectari secunda iussio.*
9 *Papa vel Imperator rescribens motu proprio præsumitur vti absoluta potestate.*
10 *Motus proprius excludit subreptionem.*
11 *Rescripta contra ius, licet in dubio concessa censeantur per importunitatē, tamen in rescriptis motu proprio concessis secus est.*
12 *Rescriptum motu proprio emanatum habet vim eandem quam habet secūda iussio.*

QVAESTIO IX.

1 NOno quæro, an inquisitio fieri possit nō præcedente fama in crimine læsæ maiestatis? Dicas, †quod regulariter inquisitio non valet fama non præcedente. ca. qualiter & quando. de accusa. c. licet Heli. de simo. & late per Specula. in titu. de inquisitio. in Rubr. qualiter in inquisitione sit procedendum. per totum. maxime columna tertia, & Hostien. in titu. de inquisitione columna secunda, quomodo procedatur & late Præpos. in capitulo primo secunda. quæst. octaua. & per Angel. in tracta. suo malefic. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in versicu. quarto principaliter. vbi dixit, quod requiritur quod fama publica a fide dignis præcedat, & non semel sed sæpius, & quod sit tanta quod scandalum generet. & sine periculo tollerari non possit. capitulo ad petitionem. & capi. qualiter & quando præallega. & capitu. cum oporteat. extra de accusationibus. & ita dixit Angel. in l. si vacantia, C. de bo.
2 vacan. libro decimo dicens idem Angel. †quod si ista diffamatio non procedit, nec inquisitio procedit: imo corruit inquisi
3 tio formata non præcedente diffamatione. & † testes examinati in processu dictæ inquisitionis formatæ non præcedente diffamatione non probant: Specu. in ti. de inquisi. §. Nunc videndum. colum. 3. in principio, quem sequitur ibi Bald. in additione, & idem Specula. eodem titu. §. nunc tractemus. colum. 11. versicu. Nam si aliqua. & sequitur Grammat. in consilio trigesimo octauo. columna tertia, in fin. numero vigesimo tertio. idem voluit Grammat. in suis votis, voto 3. numero trigesimoprimo. & trigesimosecundo. Dicas tamen †secus esse in crimine læsę maiestatis, quia tunc quando proceditur contra imputatum pro crimine læsę maiestatis valet inquisitio non præcedente diffamatione, vt voluit Angel. in tracta. de malefi. in verbo, hæc est quædam inquisitio. in versicul. quarto principaliter. Etiam Bartol. in dicta extrauagan. ad reprimen. in verbo inquisitionem. numero vigesimonono. & Præpositus in capitu. primo colum. vigesimaseptima, versicu. in crimine tamen numero 64. secunda quęstio. octaua vbi dixit, quod in crimine lęsę maiestatis, etiam si fama non præcedat, sed occulte dicatur
5 iudici, iudex īquirere poterit. †Et est ratio, quia delictum hoc
6 est enorme. †in enormibus autem inquisitio formari poterit, etiam fama & indicijs nō præcedentibus. facit text. in l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & clericis, l. prima. C. de fals. mon.
7 in †huiusmodi enim delictis iuris solennitates non seruantur, secundum Innocen. in capitu. cum omnes. de constitu. Bald. in l. quid ergo, §. pœna grauior. columna quarta, ff. de his qui notan. infam. & in crimine lęsę maiestatis. idem scribit Alciat. in capitulo pernitiosa. numero 46. 47. 48. de officio ordin. Vnum
8 tamen notatu dignum scias, †quod si papa, vel imperator mādat contra aliquem inquiri, non obstante, quod fama non p̄cedat, rescriptum huiusmodi subreptitium videtur, & debet expectari secunda iussio, vt voluit Hostien. in capitu. qualiter & quando, el primo. de accusatio. & Præpositus in d. capit. primo
9 numero 60. 2. quæst. 8. Hoc †tamen limita non procedere, quā do rescriptum huiusmodi esset factum motu proprio, quia tunc Papa vel Imperator præsumitur vti absoluta potestate, secundum Anton. de Butr. in capitulo constitutus. in tertia columna de rescrip. quem refert & sequitur Felin. in capitu. causamque el secundo columna tertia versicu. tertio nota quod
10 licet papa, de testi. facit etiam, quia †motus proprius excludit subreptionem gl. in clemen. si Romanus. in verb. validam. de prębend. Felin. in capitu. causamque el secundo columna prima, in versicu. in glossa. placet, numero tertio de testibus, cap.
11 si motu proprio. de prębend. in 6. ad idem facit, quia †licet rescripta contra ius indubio censeātur concessa per importunitatem, vt per gloss. in capitulo primo in verbo, nascatur. de cō stitutio. in sexta tamen in rescriptis concessis motu proprio secus est dicendum, vt not. Bald. in l. quod fauore, columna tertia, C. de legibus. & Abba. in capitu. accedens. de prescription. & Felin. in dicto capitu. causamque. columna penultima in fine in versicu. decimo tertio not. numero decimosexto. de test.
12 ad idem facit, quia †Rescriptum motu ꝓprio emanatum habet vim eandem, quam habet secunda iussio, vt no. Bald. in l. nec damnosa, C. de precibus Imperator. offerend. & Decius in capitulo si quando columna prima in fine de rescript. & vide quę dicam infra quęst. decimaquinta circa finem sub hac eadem rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Citatio an sit necessaria quando proceditur per viam inquisitionis in crimine læsæ maiestatis.*
2 *Inquisitio succedit loco accusationis, & est eiusdem naturæ cuius est accusatio.*
3 *An in citatione inseri debeat copia inquisitionis.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro, an sicuti quando proceditur īcrimine lęsę maiestatis †via accusationis citatio necessaria est, vt vidimus supra quęst. 6. proxima prędecente, ita sit qū
2 per viam inquisitionis proceditur: circa hoc dicas? quod †inquisitio succedit loco accusationis, vt per Barto. in l. infamem, ff. de publ. iudic. Pau. de Castro in cons. 59 Ideo dicendum quod sit eiusdem naturę cuius est accusatio, l. 1. §. hęc actio, ff. si quis testamen. lib. esse iust. fuerit, ita cum specialis inquisitio fit contra certam personam, illa citanda erit, vt dixit Bald. in l. 4. §. t. ff. de conditio. ob turpem causam. facit tex. in ca. inquisitus, de electio. & in clemen. pastoralis. de re iudic. & per Alber. in tracta. suo. de test. in 3. par. in ver. consequēter. nu. 14. idem voluit Angel. in l. si vacantia, C. de bonis vacan. lib. x. ad idem tex. in extrauagan. ad reprimen. & habetur per Prępositum in cap. 1. col. trigesima secunda versicu. imprimis. numero 81. 2. q. 8. allegat tex. in c. nos in quemq uā. & c. Deus omnipotens. & ca. vnus
3 2. q. 1. An autem †in tali citatione inseri debeat copia inquisitionis glo. in cap. prętera. de dilatio. dicit quod sic, attamē dicas sufficere reum citari ad respondendum super tali delicto sine alia expressione circunstantiarum, loci, temporis, seu indiciorum, quę sibi postea exprimentur in articulis, l. j. C. de exhiben. reis. Barto. in extrauagan. ad reprimen. in verbo. super dicto crimine, idem in l. inter accusatorem, ff. de publ. iud. & Salycet. in l. absentem, C. de accusatio. quos sequitur Prępositus in dicto cap. j. & versi. in primis, supra allegato. Et quia de materia citationis fiendę cum ꝓ inquisitionem vel accusationem proceditur īn hoc crimine late tradit Bar. in d. extrauag. ad reprimen. in verb. sup. in verb. ꝓ nuntium. in verb. per edictum & in verb. per literas. Ideo ibi videre poteris, & ꝓ Doct. in cle. pastoralis. de re iud. & per Prępositum in d. ca. j. loco prędallegato, ī quibus locis ad saturitatem de istis citationibus fiendis scriptū inuenies.

SVMMARIVM.

1 *Inquisitio an cęsset si ea pendente superueniat accusatio.*
2 *Pendente iudicio super inquisitione, si superueniat accusatio, cessat iudicium inquisitionis regulariter.*
3 *In crimine læsæ maiestatis superueniente accusatione non cessat inquisitio.*
4 *In crimine læsæ maiestatis & hæresis potest simul & semel procedi super vtraque, & sententia ferretur super inquisitione, vel super accusatione, prout melius in vno processu quam in alio probatum fuerit.*

QVAESTIO LIX.

1 VNdecimo quęro, si pendente † iudicio super inquisitione superueniat accusatio, an cessat iudicium inquisitionis? & regulariter videtur dicendum quod sic, †ut ꝓ Bart. in l. tertia in fine ff. ad legem Iuliam. de adulter. de hoc tamen uide latissime scripta per D. Prępo. in capitulo primo, colum. quadragesimaprima. quadragesimasecunda 2. q. 8. Et ꝓ Ange. in tract. suo male. in uerb. hęc est quędam inquisitio. in uersic. Quęro an inquisitus, & ibi per August. de Arim. in sua addit. quę incipit, tu autem in hac materia adde Bartol. At † in crimine lęsę maiestatis dicas superueniente accusatore non cessare inquisitionem: ita tenuit Martin. de Laud. in tracta. suo

de

Digitized by Google

de crimine læſæ maieſt.q.42.allegat Angel.in l. ea quidem,ff. de accuſa.& Bar.in d.l.3.ff.de adulte.adde tu Bart.in extrauag. ad reprimen.in ver.Denunciationem.idem tenuit Præpoſi.in c.1.colum.42.in verſi.Nam accuſatio ſuperueniens. nu. 108. 2.quæſt.8.allegat Innoc.in c.ex parte.de verbo.ſignifica. Ant. de Butr.in c.qualiter & quando.el 2.in §.debet igitur.de accuſat.& Bar.in d.l.ſi maritus,§.j.ff.de adult & Angel.in l.ſi vacantia.col.35.C.de bon.vacan.li.10.idem voluit idem Præpo.in d. c.j.colum.43.vbi dixit,†quod in crimine læſæ maieſta.& Hæreſis poterit ſimul & ſemel procedi ſuper inquiſitione & ſup accuſatione,& ſententia ferretur vel ſuper inquiſitione,vel ſu per accuſatione, prout melius in vno proceſſu quam in alio probatum fuerit,allegat tex.in c.per hoc. de hære. in 6.

4

S V M M A R I V M.

1 *Si iudex procedens in crimen læſæ maieſtatis ſit inimicus illius contra quē procedit,an iudicare poterit.*
2 *Regulariter omnis exceptio,quæ contra accuſatorem opponi poteſt, contra iud icem opponi poterit,excepto eo quod concerneret quia eſt magiſtra tus.*
3 *Inimicus repellitur ab accuſatione in crimine læſæ maieſtatis.*
4 *Omnes exceptiones quæ opponi poſſunt contra iudicem inquirentem remiſ ſiue.*

QVAESTIO XII.

DVodecimo quæro, quid dicēdum eſt quando iudex inquirens ſit inimicus illius. contra quem inqrit†de crimine læſæ maieſt.Dicas quod iudex contra quem opponitur inimicitia capitalis non poterit eſſe iudex.capitu.qualiter & quando.el 2.iuncta gloſſ.ibi.in verſi.ad inquirendum.de accuſatio.ad idem facit,quod dixit Barto.in l.2.§.ſi ex publico.in verſicu. item quæritur vtrum contra iudicem,ff.de adult.vbi dixit,†quod regulariter omnis executio quæ contra accuſatorem opponi poteſt, contra iudicem opponi poterit,excepto eo quod concerneret, quia eſt magiſtratus.& hoc ſequitur Ange.in tract.de malefi.in verb.Hæc eſt q̄ dam inquiſitio.in verſi.quinto principaliter quæritur,in verſi. ſecundo poteſt opponere. Inimicus†autem repellitur ab accuſatione in iſto crimine,vt dicam infra in titu.qui accuſ.poſſunt.quæſt.6.ad idem Salicet.in l.ea quidem. verſicu. quinto, C.de except.Angel.in l.ſi vacantia,C.de bonis vacan. libro x. ad idem Alexand.in conſilio 64.& in conſilio 73.& in conſilio 175.in ſecundo volumine & Cuman.in conſilio 27.& vide ad prædicta Præpoſit.in capitulo primo columna quarantеſima.in fin.in verſicu.Nam iudex inquirens.2.quæſt.octaua †vbi etiam ponit omnes exceptiones,quæ opponi poſſunt cō tra iudicem inquirentem.vide etiam Speculato.in titu. de inquiſi.§.j.

1
2
3
4

S V M M A R I V M.

1 *Inquiſitio in crimine læſæ maieſtatis an fieri poſſit contra diffamatum a ſuis inimicis.*
In crimine læſæ maieſtatis etiam infames admittuntur ad accuſandum,& teſtificandum.
2 *In crimine læſæ maieſtatis inimicus repellitur a iudicando, & a teſtimonio,& etiam ab accuſando.*

QVAESTIO XIII.

DEcimo tertio quæro. an inquiſitio ſuper crimine læſæ maieſtatis fieri poſſit contra diſtamatum a ſuis inimicis,& maliuolis? videbatur dicendum q̄ ſic:†quia etiam infames admittun tur ad accuſandum,& teſti ficandum in tali crimine l. famoſi. & ibi Docto. ff. ad legem Iuliam de adulter. Contrarium tamen dicas: †quia inimicus repellitur a iudicando in huiuſmodi crimine, vt in proxima præcedenti queſtio.Item repellitur a teſtimonio,vt dicā infra in rubrica quomodo crimen leſę maieſtatis probetur. quæſtione ſecunda.Item repellitur ab accuſando,vt dicam infra in rubrica qui accuſ.poſſunt quæſt.6.facit pro iſta concluſione text.in capitulo qualiter & quando.el ſecundo.de accuſatio.& ea quæ voluit Angel.in l.ſi vacantia,C.de bonis vacā ti libro decimo.Iſtam concluſionem tenet etiam Cataldi.de Boncomp.in ſuo tracta.de Syndic. in verſicu. adde quod licet iudex.numero 142.& Abb in d.capi. qualiter & quando. el 2. in verſicul.quo ad primum.numero 29.& ibidem Io.de Ana. colum.ſi.

1
2

S V M M A R I V M.

1 *Vſque ad quantum tempus inquiri poſſit de maleficio.*
2 *In crimine ſuppoſiti partus perpetuo agi poteſt.*
3 *In crimine parricidii idem eſt.*
4 *Idem in crimine læſæ maieſtatis,& apoſtatatus.*

QVAESTIO XIIII.

DEcimo quarto quæro, vſque ad quantum tempus inquiri poſſit de maleficio? Dicas, quod a die commiſſi criminis † vſque ad annos viginti & non vltra,vt in l.ait prętor,ff.ad leg.Aqui.l.querela,§.falſi, C. C.de falſ.ita dixit Bonifac.de Vitelli.in tra.ſuo malefi.in rubr. de inquiſitio.& earum form.colum.fin.in verſic. ſed vſque ad quod tempus.idem tenuit Ioan.Fran.Balb.in tract.ſuo de præ ſcrip.in 2.par.4.partis princi.fol.94.in verſicu. ſecundo quęro. verſi.Amplia iſtam,& iſte tracta.habetur in volu.tract.ſecundum Venetam impreſſionem Tomo 3.Iſtam concluſionem, quod officium iudicis inquirendi ſuper maleficio commiſſo duret annis 20.tenent Bartol.Angel.& Salicet.in d.l.querela, C.de falſ.& ibi commun.Doct.habetur etiam per Nicol.Boe. in ſuis Deciſ.in prima parte Deciſio.26. vbi iſtam concluſionem late examinat.Hoc tamen ſane intellige,niſi per ſtatutū ciuitatis breuius tempus ad inquirēdum de delicto ſtatutum foret,vt eſt in ciuitate Brixiæ,& Vincentię. Fallit†hoc in crie ſuppoſiti partus in quo perpetuo agi poteſt,l.qui falſam, §.1. ff.ad legem Cornel.de falſ.Item fallit†in crimine parricidii,l. fina.ff.de parricid.l.in cognitione,ff.ad Sylle.& ſequitur Bon. loco pręallega.& habetur per Balbum,in d.ſuo tracta.de prę ſcrip.loco proxime allegato.Idem dicendum†puto in crimine læſæ maieſtatis viuente reo,nam contra ipſum agi poterit & inquiri donec vixerit,ſecus eo mortuo, tali namque caſu cum tractetur ſolum de damnanda ipſius memoria, ius accuſandi & inquirendi ſolum quinquennio durabit,vt ſcripſi in fra queſtione 23.idem in crimine apoſtatatus,in quo agitur p petuo reo viuente,eo autem mortuo ſolum quinquennio durat actio,vt eſt gloſſ.in l.querelam.in verbo,ſicut cœtera, C. ad legem Cornel.de falſis.vide ea quæ ſcripſi infra quæſtione vigeſimanona.

1
2

S V M M A R I V M.

1 *In crimine læſæ maieſtatis an poſſit per denuntiationem procedi,& Denūtiatio quid ſit.*
2 *Denuntiare quid ſit.*
3 *Quot ſint ſpecies denuntiationis.*
4 *Per viam denuntiationis procedi poteſt denuntiante non nominato.*
5 *Denuntianti non poteſt opponi quod ſit infamis.*
6 *Denuntians vim habet cuiuſdam inſtigatoris,ideo deſiſtendo incidit in Turpilianum.*
7 *Quilibet,qui admittitur ad accuſandum,admittitur etiam ad denuntiandū & qui prohibetur accuſare,prohibetur denuntiare.*

QVAESTIO XV.

DEcimo quinto quæro. an procedi poſſit. in hoc crimine læſæ maieſtatis per denūtiationē? Dicas quod ſic:tex.eſt in extrauegan.ad reprimen quę in hoc inducit quid nouum in hoc crimine.Nam de iure antiquo denūciatio non admittebatur niſi per officialem, vt l.diuus,ff.de cuſtodia reo.& l.ea quidem,C.de accuſatio.ita dixit Bar.in d.extraua.in verbo denunciationem. †Sed quęro, quid ſit denuntiatio,Docto.commun.in rub.de accuſatio.(vt teſtatur ibidem Felin.in verſi.quæro quid ſit accuſatio.)ſic eā diffiniunt.Denuntiatio eſt ius deferendi criminis alicuius hominis doli capacis ad pœnitētiam vel correctionem,legitima monitione præcedente.Hoſtienſ.vero ſic eam diffinit:Denuntiatio eſt criminis alicuius apud iudicem ſine inſcriptione legitimę facta delatio ad pœnitentiam peragendam, vel aliam legitimam pœnam imponendam, vel etiam ad vtrunque.& iſta deſcriptio comprehendit omnem ſpeciem denūtiationis, quam ſequitur Præpoſit.in cap.1.in verſic.Circa denunciationem.numero 145.2.q.8.Denuntiare†autem ſecundum Salycet.in l.ea quidem,C.de accuſatio.eſt crimen alicuius deferre apud competentem iudicem ſine inſcriptione legitima ad pę nitentiam peragendam,vel aliam legitimam pœnam ſubeundam. Quot † autem ſint ſpecies denuntiationis: Salycet.

1
2
3

Digitized by Google

loco prędallegato, & Bart. in dicta extrauagan. ad reprimen. in versicu. per denuntiationem, & Angel. in tracta. de malefic. in versicu. Nec non ad denunciationem. dicunt, quod denuntiationis plures sunt species: nam alia est Euangelica, alia Canonica: alia regularis, alia iudiciaria. & habetur per Doct. in cap.
4 nouit. de iud. Attamen solum de iudiciali nunc tractamus, †& per viam denuntiationis procedi potest denuntiante non nominato, & si pendente iudicio super denuntiatione superueniat accusator non sopitur propterea iudicium super denuntiatione, vt dixit Barto. in d. extrauagan. loco supra allegato. fa
5 ciunt dicta supra q. 10. proxima præcedenti. †Nec denuntianti opponi posset quod sit infamis, vt dicit Bart. in d. extrauag.
6 in ver. & contra personas. Vnum tamen nō omitto †quod denuntians vim habet cuiusdam instigatoris, ideo desistendo incidit in Turpilianum, l. ab accusatore, §. Denuntiationis. & l. j. §. incidit, ff. ad Turpil. & habetur per Barto. in d. extrauagan. in
7 verbo, denuntiationem. in princ. Et scias †quod quilibet, q admittitur ad accusandum, admittitur ad denuntiandum. & omnis qui prohibetur accusare prohibetur denuntiare, iuxta l. q accusare. cum l. sequent. ff. de accusa. & cap. cum omni. extra. de accusatio. ita dixit Salicet in d. l. ea quidem. versicu. 3. ratione materiæ. vide tamen ad prædicta Ange. in tracta. malefi. in d. verbo, nec non ad denuntiationem. in versic. secundo principaliter quæritur, & ibidem August. in sua additione quæ incipit, tu autem in hac materia adde. & late ponit Præpotit. in cap. primo, colum. 60. in versic. An prohibitus accusare. vbi in hoc articulo notabilem facit distinctionem, & plene tractat materiam denuntiationis. 2. q. 8. de qua etiam Angel. in dicto tractatu de malefic. in dict. verbo. Nec non ad denuntiationem. per totum.

SVMMARIVM.

1 *In crimine læsæ maiestatis, siue procedatur per accusationem, siue per inq tionem seu denuntiationem quid sit officium iudicis. et Iudex quocunq; modo procedat in crimine læsæ maiestatis semper veritatem inquirere debet.*

2 *De crimine læsæ maiestatis quandoque quis falso accusatur, & ponitur pulchrum exemplum quod accidit in personas Nob. Veronens. Comi. de Pompeis.*

3 *Si iudici post sententiam condemnatoriam appareret de innocentia rei, id principi scribere debet, nec executioni mandare sententiam.*

4 *Si princeps mandaret contra aliquem fieri executionem alicuius sententiæ capitalis, non erit illico parendum quando appareret de innocentia rei post sententiam, sed expectanda esset secunda iussio, & principi rescribendum.*

5 *Iudex si mandatum habet a principe quod aliquem etiam sine causæ cognitione morti tradat, illum mori faciendo iuste facit, & exequitur sine peccato.*

6 *Princeps est lex animata in terris.*

7 *Acta principis præsumuntur legitime facta.*

8 *Non est qui principi dicat, cur ita facis.*

9 *Principis error ius facit.*

10 *Antiochus tertius Asię rex omnibus regni sui Vrbibus scripsit, quod si aliquid in literis, quæ eius nomine scriberentur, esset quod legibus aduersari videretur, crederent easse ignaro scriptas fuisse, & propterea eis nō parerent.*

11 *Sanum consilium est, cum aliquid a principe contra ius mandatur supersedere, & rescribere, expectando secundam iussionem.*

12 *Vbi maius est periculum ibi cautius est agendum.*

13 *Licet iudex, qui habet causæ cognitionem, debeat supersedere, & rescribere cum aliquid ei a principe contra ius mandatur, secus tamen est in executore, qui sententiam superioris, etiam iniustam exequi debet.*

14 *Iudex si ei mandetur a principe vt exequatur sententiam criminalem & corporis afflictiuam iniustam, debet supersedere, & rescribere, maxime quando constat de innocentia eius contra quem scribitur.*

15 *Si princeps motu proprio scribat vt aliquis morti tradatur, non est expectanda secunda iussio.*

16 *Secunda iussio & motus proprius æquiparantur.*

QVAESTIO XVI.

DEcimo sexto quæro. siue procedatur per accusationem, siue per inquisitionem seu denuntiationem, quid sit iudicis officium? In quo articulo
1 dicas, † quod quocunque modo iudex procedat in dicto crimine semper veritatem inquirere debet pro vtraque parte. facit tex. in authentic. qui semel. C. quomodo & quando iudex. ibi, perq uisita veritate. ita dixit Bartol. in extrauagan. ad reprimend. in verbo, receptionem. ad idem tex. in l. famosi, ff. ad legem Iulia. de adulter. & istud procedit etiam in quocunque alio delicto. facit tex. in capit. Deus omnipotens. 2. quæst. j. & c. j. semper eadem causa, & q. Et in crimine læsæ maiestatis, q̄ veritas inquirenda sit per iudicem, est optimus text. in l. famosi, ibi, sed in veritate. ff. ad legem iul. maiest. imo cum dictum cri
2 men sit atrocissimum, †& sæpe aliquibus ab eorum æmulis & inimicis falsę impingatur, vt fieri quandoque vidi, præsertim de anno 1551. contigit in ciuitate Venetiarum, quod quidam scęlestissimus presbyter Veronensis capitali odio prosequens magnificum Comitem Ioannem Paulum de Pompeis & fratres nobiles Veronenses, quorum progenitores & ipsi semp de inclita Venetorum Republica optime meriti fuere, confictis quibusdam falsis literis, quæ videbantur scriptæ manu ipsius Comitis Ioannis Pauli, eundem apud illustrissimos Prę sides Decemuiralis Consilii, quod machinatus fuerit ciuitatē Veronę alieno Dominio supponere, accusauit. Tandem huiusmodi accusationis falsitate comperta accusatorem ipsum vidi ego ad geminas columnas laqueo suspensum, & sic tanti facinoris pœna luit. Præfatus vero Magnificus Comes Ioānes Paulus cum cęteris eius fratribus non solum absoluti fuere, verum etiam a prędicto excelso Decemuirali Consilio muneribus ob sinceram eorum progenitorumque suorum erga illustrissimum Dominium Venetum fidem donati. Ideo iudices, cum aliquis de dicto delicto accusatur, soliciti & diligentissimi esse debent ad inquirendam veritatem, iuxta tex. in di-
3 cta l. famosi. †Quinimo si iudici post sententiam condemnatoriam appareret de Innocentia Rei, id principi scribere debet, nec executioni mandare sententiam, l. prima, §. si quis vltro ff. de quæstio. Ita voluit Bartol. loco proxime allegat. quod reassumit Ioan. Ignęus in sua disputa. An Rex Francię recognoscat imperatorem. numero 124. & numero 125. adducēs tex. in l. Diuus. ff. de re iud.

4 Quinimo † si princeps mandaret contra aliquem fieri executionem alicuius sententię capitalis, non erit illico parendū quando appareret de innocentia rei post sententiam, sed expectanda esset secunda iussio, & principi rescribendum. facit tex. in capitu. si quando de rescriptis & in terminis tex. in l. si vendicati, C. de pœn. capitu. cum apud sexta quæst. tertia & habetur per Moder. in l. prima, C. de summa Trini. & fide catho. ad idē facit text cum gloss. in §. deinde. in Authentic. de mand. princ. vbi glo. inuehit contra eos, qui non audent reclamare contra literas imperatoris vel papę iniustas. ad idem glo. in §. fina. in Authen. vt determi. sit nume. clericorum. in verbo, contradicere. & late per Igneum. in d. sua disputatione. numero. 125. & 126. vbi videtur impugnare dictum Cyni in l. rescripta, C. de p̄ cibus Impera. offerend. approbatum per Abba. in capi. quanto. de iureiurando. Nam dixit Cyn. in d. l. rescripta. †quod iu-
5 dex si mandatum habet a principe, quod aliquem etiam sine causę cognitione morti tradat, illum mori faciendo, id iuste facit, & exequitur sine peccato: mouetur Cyn. duplici ratione.
6 Prima quia †princeps est lex animata in terris, §. fi. in Aut. de consul. colla. 4.
7 Secunda ratio est, quia † acta principis prędumuntur legitime facta.
8 Tertiam rationem dicas esse. quia †non est qui principi dicat, cur ita facis c. quamuis. de pœn. dist. 3.
9 Quarta ratio erit, quia †principis error ius facit. l. 3. §. fina. ff. de adimendis legat. facit tex. in §. sed & quod principi. Insti. de iure naturali, gent. & ciuil. subdit tamen idem Ignęus, quod tutius erit iudici expectare secundam iussionem, per textum in capitu. apud Thessalonicam 11. quæst. 3. & dict. cap. si quando. de rescr.

Nec iusto principi molestum erit, quod eius iussa, quę iudici, cui iuiunguntur, non iusta videntur, executioni missa non
10 fuerint. facit, quod †de Antiocho tertio Asię rege scribitur. Is enim omnibus regni sui Vrbibus scripsisse traditur, quod si quid in literis, quę eius nomine scriberentur, esset quod legibus aduersari videretur, crederent ignaro se eiusmodi literas scriptas fuisse, & propterea eis non parerent. facit tex. in l. di-
11 gna vox. C. de legi. sanum †igitur erit consilium iudicis, cui aliquid simile, a principe demandatur, supersedere & rescribere expectando secundam iussionem, tum quia, (vt inquit iuuenalis) nulla vnquam de morte hominis cunctario sera est. Tum
12 quia, †vbi maius est periculum ibi cautius est agendum. cap. vbi periculum. de electionibus. in sexto & prędertim quia hoc consilium rescribendi, quando mandatur quod iniustum nobis videtur, est introductum a sacris Canonibus, vt in dicto ca-
13 pitulo si quando. de rescriptis. †& licet ista conclusio, quod iudex in casu prędisso supersedere debeat, procedat quādo scribitur iudici qui habet causę cognitionem, secus dicendum videtur in executore, qui sententiam superioris etiam iniustam exequi debet capitulo pastoralis, §. quia vero, ff. de officio de legatis, & capitulo si quando eodem titulo attamen

id

Digitized by Google

4 id ſane intelligendum eſt, † niſi eſſemus in ſententia crimina li & corporis afflictiua; vt nota. Abb. poſt Innocen. in dicto §. quia vero. & maxime hoc procedit quando conſtaret de innocentia eius contra quem ſcribitur: nam tunc omnino eſſet ſuperſedendum, vt not. Bald. in l. additos. circa finem. verſic. dicit etiam Innocen. Cod. de epiſco. audien. vnum tamen ſcias,
15 †quod quando literæ principis alicui ſcriptæ, vt aliquem morti traderet, eſſent ſcriptæ motu proprio, eo caſu ſecunda iuſſio non eſſet expectanda: †quia ſecunda iuſſio, & motus p-
16 prius æquiparantur, vt not. Bald. in l. nec damnoſa. C. de precibus Impe. offeren. quod dictum pro ſingulari notat Roma. in l. ſi vero. in §. de viro. ff. ſolu. matrimo. in 31. fallen. Alexand. in l. 1. in princ. ff. quod quiſque iur. refert & ſequitur Deci. in di. capitulo, ſi quando colum. 1. in fi. de reſcr.

SVMMARIVM.

1 *Accuſator in crimine læſæ maieſtatis an cogatur proſequi ſuam accuſationem, & nemo inuitus accuſare compellitur.*
2 *Accuſator ſuæ acceſationi renunciare poteſt.*
3 *Accuſator an & quando poſſit deſiſtere a ſua accuſatione impune.*
4 *In crimine læſæ maieſtatis iudex cogit accuſatorem ad proſequendam ſuã accuſationem.*

QVAESTIO XVII.

DEcimo ſeptimo quæro, An accuſator in crimine læſæ maieſtatis cogatur proſequi ſuam accuſationem? videtur dicendum quod non: quia
1 †nemo inuitus agere vel accuſare compellitur. l. vnica. Codi. vt nem. inuit. ager. vel accuſa. cogat. † Et accuſator ſuæ accuſa
2 tioni renunciare poteſt. Barto. in l. maritus. §. ſi negauerit. ff. de adulte. Salice. in l. ſi ea. C. qui accuſa. non poſſunt. Bald. in l. trã
3 ſigere. C. de tranſact. & Alexand. in dicto § ſi negauerit. Et † an & quando accuſator impune poſſit deſiſtere a ſua accuſatione, late ſcribit Præpoſi. in cap. 1. columna nona. ſecun. quæſt. 8. vbi dixit, quod ſi citato reo ad reſpondendum accuſationi contra eum propoſitæ, ipſe non compareat, vel ſi reus nondum erat citatus, eo caſu poteſt accuſator impune deſiſtere ab accuſatione. l. quæſitum. & ibi Bart. l. in ſenatus. §. qui poſt. ff. ad Turp. l. Miles. §. ſocer. ff. de adulte. no. in cap. licet. & in ca. qualiter & quando, el ſecun. de accuſatio. prædicta tamen regulariter procedunt, †ſed in crimine læſæ maieſtatis ſecus, eſt
4 nam in eo ſpeciale eſt, quod iudex cogat accuſatorem ad proſequendam ſuam accuſationem, vt voluit Ange. in l. accuſationis. Cod. de accuſatio. idem voluit Mar. de Laude in tracta. ſuo. de crim. læſæ maieſta. quæſt. 44.

Et pro iſta concluſione eſt text. ad literam in l. fallaciter. in §. fine. C. de abolitio. ibi, vt inuiolata maieſtate, aperte enim ibi dicitur, abolitio criminis: non datur in crimine violatæ maieſtatis, aut patriæ oppugnatę, vel proditæ.

SVMMARIVM.

1 *Accuſatus, inquiſitus, vel denunciatus de crimine læſæ maieſtatis citatus q̃ veniat ad ſe defendendum, ſi non compareat in termino ei in citatorio aſſignato, an damnari debeat. quia ex ſola contumacia de iure communi quis noo habetur pro confeſſo.*
2 *Reus per legitimas probationes conuinci debet, vel per confeſsionem.*
3 *Si iudici conſtet citationem non peruenisſe ad notitiam citati, vel citatum fuiſſe legitime impeditum quominus venire potuerit, an poſſit tunc procedere contra talem citatum non valente comparere.*
Et dicitur q̃ non, imo proceſſus eſt ipſo iure nullus. nu. 6.
4 *Legitime impeditus quominus comparere poſſit, contumax dici non poteſt.*
5 *Ad hoc ut quis dicatur neglexiſſe comparere, requiritur ſcientia citationis, & q̃ non fuerit legitime impeditus.*
6 *Si in termino citationis aliquis compareat ad excuſandum citatum, & dicat illum eſse in lõginquis partibus, adeo quod impoßibile eſſet comparere infra terminum citationis, vel dicat citatum legitime impeditum comparere non poſſe, & offerat ſe probaturum, iudex debet dare citato alium terminum habilem ad comparendum.*
7 *Iudex, qui terminum habilem ad comparendum abſenti vel legitime impedito aſſignare neglexerit, fecit ut proceßus ſit nullus.*

QVAESTIO XVIII.

DEcimooctauo quęro, Accuſat' inquiſit', vel denũciatus, de crimine læſæ maieſtatis, citatus per nuncium, ſiue literas, vel per edictum, (iuxta in extrauagan. ad reprimen.) quod veniat ad ſe defendendũ, ſi non compareat in termino ei in citatorio aſſignato, an damnari debeat tex. in dicta extrauagan. dicit quod ſic: Hoc terribile eſſe dixit Ioan. Igneus, in ſua copioſa diſputatione, an Rex Franciæ recognoſcat Imperatorem. numero centeſimo-
1 uigeſimotertio. & centeſimouigeſimoquarto. † cum ex ſola contumacia de iure communi quis non habeatur pro confeſſo, vt per Barto. in l. lex Cornelia. §. fina. ff. ad Syell. & idem
2 Barto. in dicta extrauagan. in verſicu. receptionem. Reus † eũ per legitimas probationes conuinci debet. l. fina. Cod. de probatio. cap. Nos in quenquam. ſecun. quæſt. j. ſiue per confeſſionem. dicta l. lex Cornelia. ff. ad Sylle. & l. qui ſententiam. in fi. C. de pœn. l. inde Natius. §. fina. cum l. ſequenti. ff. ad legem Aquil.
3 † Sed quid erit dicendum ſi iudici conſtet quod citatio non peruenerit ad notitiam citati, vel quod citatus fuerit legitime impeditus quominus venire potuerit, vt puta quia citatus tẽpore citationis erat alibi detentus in carceribus pro debito ſiue delicto, & ſic non fuit in eius poteſtate poſſe comparere:
4 †Iſte enim contumax dici non poterit. l. contumacia. §. contumaciæ. ff. de re iudica. l. de vnoquoque. §. primo. eodem titu. Barto. in conſi. ducenteſimouigeſimooctauo. Catharina accuſauit, in verſicu. Quinto quod ipſe publicatio, an tunc iudex procedere poſſit contra talem citatum non valentem comparere? Et dicas quod non per tex. in dicta extrauag. ad reprimen. ibi citatum neglexerit in termino perſonaliter. & c. nam
5 † ad hoc vt qnis dicatur neglexiſſe comparere requiritur ſciẽtia citationis, & q̃ non fuerit legitime impeditus.

Quinimmo, ſi tali caſu iudex procederet, proceſſus eſſet ipſo iure nullus, tali namque caſu citatus nec vere nec ficte negligit comparere, ita tenuit Barto. in prædicta extrauagan. ad reprimen. in verſicu. neglexerit. allegat no. per gloſ. in l. quæſi-
6 tum. ff. de re iud. verum, †ſi in termino citationis aliquis comparens, excuſando citatum, dicat illum eſſe in longinquis partibus, adeo quod impoſſibile eſſet comparere infra terminum ĩ citatione contentum, puta octo dierum, quia intra dictum terminum notitiam dictæ citationis citatus habere non poterit, vel dicat citatum eſſe legitime impeditum & comparere nõ poſſe, quod ex cũ ſator offerat ſe probaturum: eo caſu citato dari deberet alius terminus habilis ad comparendum: q̃ multoties ſeruari vidi in alma ciuitate Venetiarum, vbi æquitas quam maxme conſideratur.
7 Sin autem † terminum habilem iudex aſſignare cõtempſerit: eo caſu proceſſus contra talem agitatus erit nullus, vt dicit Barto. in dicta extrauagan. in verſicu. neglexerit.

SVMMARIVM.

1 *An in crimine læſæ maieſtatis proceſſus contra reum formatus publicari debeat.*
2 *Quod teſtium examinatio in crinalibus fiat in ſecreto eſt de iure naturali ſeui Diuino.*
3 *Illa conſtitutio regni ſi quis per inquiſitionem, quomodo procedat.*
4 *Reo accuſato inquiſito vel denunciato de crimine læſæ maieſtatis proceſſus publicari debet, vt ſuas poßit facere défenſiones.*
5 *In crimine Hæreſis teſtes publicantur.*
6 *Quid obſeruetur in ciuitate Venetiarum in cauſis criminalibus, circa publicationem proceßus.*

QVAESTIO XIX.

DEcimo nono quæro, An ĩ crimine læ-
1 ſæ maieſtatis proceſſus contra reum formatus † publicari debeat? Barto. in extrauagan. ad reprimen. in ver. figura iudicii. in verſicu. circa vero dicta teſtium. dicit, quod glo. in l. ſi quando. Cod. de teſtib. dicit, †quod per Danie
2 lem inductum fuit, quod teſtium eaxminatio in crimnalibus fieret in ſecreto, vt legitur Danielis capit. 14. & ſic hoc eſt de iure naturali ſeu diuino: Ideo dicit Barto. quod ex hoc ſequitur, quod publicatio teſtium fieri debeat: nam ſi ſecus fieret auferretur reo defenſio: cum proceſſu nõ publicato opponere nun poſſet contra teſtes & eorum dicta. quod iuri naturali
3 repugnaret. Idem † tenuit Math. de Afflict. in cap. 1. in §. & bona committentium colum. 1. numero 9. in titu. quæ ſint rega. in vſibus feudorum, vbi dixit, quod conſtitutio regni, quæ incipit, ſi quis per inquiſitionem: quæ vult, quod in crimine læſæ maieſtatis non detur copia teſtium parti inquiſitæ niſi facta conſultatione cum rege, & ſi rex reſcripſerit dandam, dari debere, alios non: locum habet quando crimen læſæ maieſtatis eſt commiſſum cõtra regem videlicet ipſius regis perſonam ſecus ſi eſſet comiſſum cõtra illius collaterales. Erit ergo con-

culſio,

Digitized by Google

4 clusio, † quod processus publicari debet reo accusato, inquisito, vel denunciato de tali crimine: ad hoc vt suas possit face re defensiones. pro qua cõclusione faciunt quæ scribit Præp. in cap. nominationis. in §. sententia. in versicu. publicatio autem. vbi dixit, quod publicatio processus fit ne ius partis læda tur. 2. quæstio. 6. facit etiam pro dicta conclusione text. iuncta glo. in cap. fina. de hæreti. in 6. vbi habetur, † quod in crimine
5 hæresis testes publicantur. ad idem est tex. in cap. quoniam fre quenter. in §. sunt & alij ext. vt li. non contest. vbi expresse dici tur, ꝙ in causa inquisitionis testes publicari debent.

Et de ista materia publicationis testium in causa crimina li, vide etiam per Ange. in tracta. suo malefi. in verbo, quia iu dex dictum processum publicauit. & ibi August. de Arim. in
6 sua addi. attamen † in alma Ciuitate Venetiarum secus seruatur: nam in criminalibus, neque reis datur copia indiciorum, neque ei publicantur attestationes, neque testium nomina, vt possint suas facere defensiones. Bene possunt ipsi rei in eorum constitutis dum examinantur dicere, si forte contra me examinati essent talis & talis, eis sic & sic oppono, quod probare intendo per tales & tales testes, eos nominando, & testes per ipsos reos nominati examinari debent demum. Sed formato toto processu tam ad offensam quam ad defensam publicatur reis processus, & facta publicatione non admittitur alter reus ad opponendum contra personas testium: nisi ad producendum scripturas publicas, ex quibus appareret quod testes examinati contra ipsum essent condemnati, vel banniti, siue infames effecti, qui stylus, licet videatur aliquantulum durus, tamen seruandus est, l. prospexit. ff. qui & a quibus.

SVMMARIVM.

1 *An crimen læsæ maiestatis simul cum pęna morte rei extinguatur, & generaliter quæcunque crimina simul cum pęna morte extinguuntur, ꝙ procedit etiam si post latam sententiam contra eum appellatione pendente reus mortuus fuerit.*
2 *Si reus ante sententiam mortuus fuerit, siue ipse mandauerit delictum fieri, siue ipse fecerit, eius bona suis reseruantur hæredibus.*
3 *Bona rei qui viuens condemnatus fuit suis non reseruantur.*
3 *In crimine læsæ maiestatis proceditur, dato ꝙ reus pendente iudicio vel eo nondum cępto mortuus fuerit.*
5 *Quomodo formari debeat libellus, & contra quem quando de crimine læsæ mniestatis post obitum rei proceditur.*
6 *Forma inquisitionis contra memoriam alicuius proditoris.*

QVAESTIO XX.

1 VIgesimo quæro, Clarum est in iure, † ꝙ generaliter quæcunque crimina simul cum pęna morte extinguũtur. l. 1. & 2. C. si reus vel accusa. mor. fuer. 24. quæst. 2. c. in summa quod etiam procedit si reus post latam contra eum sententiam pendente appellatione mortuus fuerit. l. fin. C. si reus vel accusa. mor. fuerit. l. 2. C. si pendente appella. reus mortuus fuer. † Et in istis casibus, siue reus mandauerit delictum fieri, siue ipse fecerit, eius bona eo mortuo suis reseruã
2 tur hæredibus. l. defunctis. C. si reus vel accus. mor. fuerit. fallit
3 tamen † hoc quando quis condemnatus fuisset, vt l. eorum, & ibi no. Bart. C. de iu. fis.

Quid dicemus in crimine læsæ maiestatis? Dicas in eo secus esse, propter immanitatem ipsius criminis. Nam † in eo ẽt
4 post obitum imputari de tali crimine, si mortuus quis fuerit pendente iudicio, siue eo nondum cœpto, procedi super eo potest. l. penu. & vlti. Cod. ad legem Iul. maiesta. l. fina. ff. ad le. Iul. maiest. §. publica. Inst. de publ. iudic. ad idem est bonus tex. & ibi glo. in verbo, maiestatis. in l. ex iudiciorum. ff. ad accusa. & est bona glo. in cap. in summa. vigesima quarta. quæst. enumerat omnes casus in quib. proceditur post obitum alicuius. ad idem glo. in cap. accusatus, de hæret. in 6. iuncto ibi text. in verbo, post mortem. & no. in §. interdum. Insti. de hæred. quæ ab intestato defe. Et isto casu non damnatur defunctus, sed ei⁹ memoria, vt per dictũ §. per contrarium. Inst. eodem titu. & l. secun. in fi. C. de testam. manum. & in d. l. fina. C. ad legem Iul. maiest. Roma. singu. 432. incipit, de crimine læsę maiestatis, & singu. 778. incipiente, tu scis quod in casibus in quibus, & habetur per Barto. Cœpo. in consilio decimoseptimo. visa commissione. colum. 3. numero 3. idem tenuit Henric. Boich. in c. si Episcopus. colum. 1 verificu, super eo. extra de hæret. quod tamen dicit procedere in crimine perduellionis, idest, illius, qui hostili animo aduersus Rempublicam vel Principem animatus fuit. l. fi. ff. ad l. Iul. maiest. & ibidem connumerat alios casus in quibus post obitum proceditur.

5 Sed videamus † qualiter confirmari debeat libellus, quando post obitum deputati de crimine læsæ maiestatis procedi-
tur, & eõtra quem fieri debeat processus. Dicas quod processus & inquisitio non formabitur cõtra ipsum mortuum, sed contra eius memoriam, quę damnanda venit per confiscationem bonorum: ita dixit Ange. Areti. in dicto §. interdum. Insti. de hæred. quæ ab insta. defer. vbi bona glo. in versicu. memoria, dicit, quod defunctus nõ est damnandus cum iam sit mortuus, nec contra eum formandus est processus, cum mortuus citari non possit. l. de qua re. †. i. ff. de iudic.

6 Sed hoc modo formanda erit inquisitio, videlicet, † Hæc est quædam inquisitio, & c. quę fit contra memoriam talis ꝓditoris, & c. in eo, de eo, & super eo, & c. Idem dixit Ang. in tracta. malefi. in ver. *che hai tradito la tua patria.* in versicu. & bene aduertas. & idem Ange. in dicto tracta. in verbo, qui iudex videns, & cognoscens. in versicu. & prædicta procedunt. Vbi dixit, quod in inquisitione quę fit in tali casu debet peti eius memoriam damnari, & pronunciari eum contra Principem vel Rempublicam fecisse: & propter hoc eius bona in fiscum inferri.

SVMMARIVM.

1 *An aliqui sint citandi cum proceditur contra defuncti memoriam in crimine læsæ maiestatis, & citandi sunt filii, cognati, & successores defuncti vt veniant ad contradicendum ne memoria defuncti damnetur.*
2 *Citandi sunt filii, cognati, & successores non solum quando post mortem cęptum fuit iudicium, sed etiam quando in vita fuit accusatus, & pendente appellatione decessit.*
3 *Reus quis non dicitur nisi porrecta accusatione contra eum, & sequuta litis contestatione.*
4 *Litis contestatio fit per porrectionẽ libelli, & sequutam responsionem.*
5 *Reus in criminalibus proprie quis dicitur quando processus contra eum fuit formatus & citatus vt veniat ad se defendendum.*
6 *Hæretici memoria post obitum damnatur.*

QVAESTIO XXI.

1 VIgesimo primo quæro, An aliq citandi sint cum proceditur contra defuncti memoriã in hoc crimine læsę maiestatis? Dicas, ꝙ † citandi sunt filii, & alii agnati, cognati, successores defuncti, quod veniant ad contradicendum quicquid volunt & possunt, ne memoria, puta Titii, damnetur, virtute & occasione cuiusdam inquisitionis formatę contra memoriam dicti Titii, ex eo, ꝙ viuens crimen lęsę maiestatis contra principem commiserit. Ita voluit Ange. in §. interdum. column. 2. in versicu. in glo. in verbo damnato. Inst. de hær. quæ ab intes. defer. vbi dicit, quod non est mirum quod prędicta citari debeant. quia eorum inter. l. 1. 2. & 3. ff. de liberal. causa. & l. lege Cornelia. in princi. ff. de iniur. ac etiam sua interest propter bona. vt l. 1. & per totũ. C. si reus vel accusat. mor. fuer. ad idem Ange. in tracta. de malefi. in verb. *hai tradito la tua patria.* in versicu. Et bene aduertas. idẽ voluit Ange. in l. fina. C. ad legem Iuliam maiestat. & Ange. in §. publica. iudic. Bald. in consi. 43. in 3. volum. Ioã. Ignеus in l. 1. versic. si sibi manus. nu. 202. ff. ad Sille. Et † citandi
2 sunt filii, & agnati defuncti, tam quando contra defuncti memoriam tale iudicium cœpit eo iam mortuo, quam quando defunctus fuit ĩ vita accusatus & pendente accusatione decissit: pro primo casu est tex. in d. l. pen. & fi. C. ad legem Iul. maiesta. pro secundo casu est tex. in l. fina. ff. eodem titu. nam text.
3 tex. in prędicta l. fina. loquitur de reo maiestatis: † reus autem quis non dicitur, nisi porrecta accusatione contra eum, & sequuta litis contestatione. l. Adulteram. Codice. de adulter. litis
4 † autem contestatio fit per porrectionem libelli, & subsequutam responsionem. l. 1. in princ. C od. de lit. contest vel di-
5 cas rectius loquendo † in criminalibus proprie reum dici aliquem formato processu contra eum super crimine, & eo citato ad se defendendum, vt per Pari. de Put. in tracta. suo de remili. in § cum plerunque, numero primo. & dicam infra quęstio. 28. proxime sequen. in. versicu. in ista quęstione. & text. in d. l. fina in iam accusat o mortuo intelligunt Doct. ibidem. & Lucas de Penna in l. quisquis. colum. 2. in principio. C. de petitio. bonorum subla. libro decimo. idem sentit Ange. in tracta. suo maefic. in verbo, qui dominus iudex videns, versiculo, &
6 prædicta procedunt. nu. 41. Et idem † est in hæretico, cuius memoria post obitum damnatur. c. accusa. §. in eov ero. de hære. in 6. & Specu. in titu. de accusatore. §. 1. in versicu. Item quòd reus est mortuus.

SVMMARIVM.

1 *Quando proceditur contra reum criminis læsa maiestatis iam mortuum qualiter pronuncietur.*

Digitized by Google

2 *Fiscus porrigere debet accusationem contra reum criminis læsæ maiestatis, & declarare facere defunctum commisisse crimen læsæ maiestatis, cunque talis declaratio in rem transiuerit in rem iudicatam, fiscus bona ipsius defuncti apprehendet.*

3 *Sententia in crimine læsæ maiestatis nõ debet ferri contra defunctum, quia neque accusatio contra defunctum datur, sed contra defuncti memoriam.*

QVAESTIÓ XXII.

VIgesimo secundo quæro, Qualis erit forma condemnationis fiendæ in tali casu? glo.no.ad hoc. in §. per contrarium. Institu. de hæred.quæ ab intestato defer in verbo damnatam, sic pronunciandum esse dicit. Pronuncio contra Imperium Luciũ Titium feciſſe, & ideo eius bona in fiscum inferri. Nam per hoc defuncti memoria damnatur, & infamia quadam defuncti afficitur.quam glo.sequitur ibi Ange.& idem Angelꝰ tracta.suo de malefi.in verbo.qui dominus iudex videns. in ver. Et prædicta procedunt.ad idem Cœpo. in consilio quarantesimosecundo.visa commissione.in versicu.quantum vero ad condemnationem.

Et Barba.in l.qui a latronibus.§.fina. ff. de testam.Ioannes de Pla.in l.eorum patri nomina.colum.fina.circa princip. C.
3 de iure fisci.libro decimo.qui dixit, quod oportet quod † fiscus porrigat accusationem, & declarare faciat defunctum cõmisisse crimen læsæ maiestatis:quo facto, postquam talis declaratio in rem transiuerit iudicatam, fiscus bona eiusdem defuncti apprehendet.

3 Et notandum,quod tali casu sententia † non fertur contra defunctum:quia neque accusatio contra defunctum datur, nam nulliter ageretur, vt dixit glo. in l. si seruus.in fine.ff.de bonis auctori iudic.possiden. sed processus formabitur contra defuncti memoriam,& illa damnari petitur,vt habetur vltra alias per Gulielmum Maynerium in l.sicuti pœna.nu.16. ff.de regu.iu.

SVMMARIVM.

1 *Quanto tempore duret ius accusandi memoriam defuncti post rei obitum.*
2 *Ius accusandi defuncti memoriam durat solum annis quinque.*
3 *Querela inofficiosi testamenti intentari potest solum infra quinquennium.*
4 *Accusatio adulterii durat quinquennio.*
5 *Accusatio apostatatus durat quinquennio post obitum apostatæ.*
6 *Accusatio de crimine peculatus durat quinquennio.*

QVAESTIO XXIII.

VIgesimo tertio quæro, Quanto tempore duret huiusmodi ius accusandi memoriam defun
1 cti † post rei obitum? & videtur dicendum quod vsque ad annos 30.superinde fieri possit accusatio, per tex.in l.omnes. C. de præscrip.30.vel 40.annorum..vel saltim annis 20.faciũt dicta supra quæstio.decimaquarta. proxima præcedenti,vbi diximus quod in viginti.annos inquiri potest de de-
2 licto,vt in l.ait prætor.ff.ad legem Aquil.†Dicas tamen quod istud ius accusandi defuncti memoriam durat solum annis quinque, vel vt habetur in l.secun.Cod.de apost. & de hoc gl. singularis,in l.Manicheos.Cod.de hæret. & habetur per glos. 24.quæst.secun.in summa,& per Roma.in singu.421. Incipiẽ. de crimimine læsæ maiestatis.idem voluit Ang.in tra. de malefi.in verb.& *hai tradito la tua patria.* in versicu.& bene aduertas,in fin.vbi dixit,quod tali iuri damnandi memoriam defuncti delinquentis quinquennio præscribitur,argumento l.secũ. C.de apost.idem voluit Ange.in l.in §.interdum,columna secunda.in versicu. in glo. damnato.in fi.Inst.de hæred.quæ ab intestato defer.idem voluit Alberic. in l.fina.in finalibus verbis.ff.ad legem Iul.maiesta.& Alexand.in apostil.ad Bart.in d.
* l.fina. & ista est communis opi. Glossa tamen in capitu. accusatus.de hæret.in sexto.videtur tenere, quod istud ius duret annis 40.quam menti tenendam & singularem dicit Augus. de Ari.in addi.ad Ange.in tracta.de malefi.in verb.& *hai tradito la tua patria.*numero decimoseptimo.dicens, quod licet illa glo.loquatur in hæretico,tamen locum habet in crimine læsæ maiestatis.& ita illam glo.intelligit Ioan Andreæ ibi in nouel.& ibidem Gemin. communis tamen opinio (vt dixi) est de quinquennio.

3 Et† eodem temporis spacio durat etiam querela inofficiosi testamenti,quæ solum intentari potest intra quinquenniũ.
4 l.si quis filium.in fi.Cod.de inoffi.testamen idem † in accusa
5 tione adulterii.l.adulter.C.ad legem Iul.maiest.idem† in accusatione apostatatus post obitum apostatæ.l.secun.C.de apost.
6 & l.apostatarum.eodem titu.idem † in crimine peculatus. lege peculatus ff.ad legem Iuliam pecu.& in quibusdam aliis criminibus,de quibus vide glo.no.in l.quærela. in verbo sicut cœtera.& ibi Docto.Cod.ad l.Cornel.de falſ. & ibi Odofred. in versicu.*Or signori.*

SVMMARIVM.

1 *An in omni casu criminis læsæ maiestatis damnetur defuncti memoria post eius obitum.*
2 *Bona defuncti auferuntur hæredibus in duobus tantum casibus, videlicet quando defunctus molitus est contra Imperatorem, & contra rempublicam.*
3 *Commisso crimine læsæ maiestatis contra principem inferiorem, non habet locum damnatio memoriæ defuncti, nec pœna l.quisquis. C.ad l.Iul.mai. quo ad filios.*
4 *Cum dicitur de republica, intelligitur Romanorum.*
5 *L.fi.ff.ad l.Iul.mai.dum de principe loquitur, intelligitur de summo principe Romanorum.*
6 *Dispositio di.l.fina.ff.ad l.Iul.maiest.& l.penul.& fin.Cod. eodem titulo locum non habent in Duce Mediolani qui ab Imperatore maiestatem habet.*

QVAESTIO XXIIII.

VIgesimo quarto quæro, An ĩ om ĩ casu cri
1 minis læsæ maiestatis damnabitur defuncti memoria † post eius obitum? glo.in l.penu.C.ad legem Iul. maiest.in verbo meminisse.dicit,quod non: sed solum id fiet contra illius memoriam,qui contra Imperatorem vel Rempublicam est molitus.ad idem est tex.in l.fina.ff.ad legem Iul. maiest.vbi Vlpianus iureconsultus expresse dixit, quod non omnis,qui læsæ maiestatis reus est, in eadem conditione est, vt contra eum post mortem procedi possit:sed tantum is,qui perduellionis reus est hostili animo aduersus Rempublicam vel principem animatus. cœterum si quis ex alia causa Iuliæ maiestatis reus sit per mortem a pœna criminis liberabitur. ista sunt verba Vlpiani in d.l.fina.ff. ad legem Iul. maiest.Erit
2 ergo in dictis duobus casib. speciale, quod bona defuncti ab eius hæredibus auferantur,ita voluit etiam Azo in summa.in titu.de crimi.læsę maiestatis.C.in §.sunt autem.per tex.in di.l. fina.Odofre.in l.eorum patrimonia,colum.3. versicu.secũdo modo.numero decimoquinto.C.de iure fisci.libro decimo.et Bald.in consilio sexagesimotertio. si quis commisit.in quar. volumi.idem voluit Alexand.in consilio decimotertio. Consideratis his quæ in themate.columna secunda. in quinto vo-
3 lumi.vbi dixit,quod † quando tale crimen est commissum cõtra principem inferiorem, non habet locum damnatio memoriæ defuncti,nec pœna.l.quisquis.Cod. ad legem Iul.maie. quo ad filios. hoc etiam tenuit Ioan.Igneus in sua disputatio. An Rex Franciæ subsit Impera. numero centesimooctauo. idem voluit etiam Math.de Afflict.in capit.primo.in §. & bona committentium,columna secunda.numero decimoquinto.in titu.quæ sint regal.in vsibus feudorum, & tradit post alios Fraciſc. Lucanus in tracta. suo de priuileg. fisci.in prima parte.numero vndecimo. & Angel.in consilio ducentesimouigesimotertio.columna 1.in versicu.Contrarium est verum. & est tex.in §.publicorum.versicu.publica autem.Instit. de public.iud.glo.in §.per contrarium.in verbo, post mortem.Inst. de hæred.quæ ab intestato defer.& in d.§.publicorum,in versicu. publica autem.in glos.in verbo memor.Insti. de public. iudi.Et,dum dicitur † de Republica, intelligitur Romanorũ
4 Deci.in consilio ccccx.in causa mota. columna pen. versicu. Et ita ex omnibus in tertio volumi. vbi dixit, quod non esset idem,si tale delictum committeretur contra Rempubli. Florentinorum:tunc enim defuncti memoria damnari non posset.adducit ad hoc Ange.in l.pri.C.ne ex delict. defunct. colu. 1.in versicu.glo.ibi ex duobus. & sequitur Cœpol. in consilio decimoseptimo.visa commissione.columna.v. numero duodecimo.& numero decimotertio.Et † di.l.fina.ff. ad legem Iu
5 liam maiest.dum de principe loquitur,intelligitur de summo principe Romanorum:vnde Deci.in d.consi.consuluit,quod
6 † dispositio d.l.fina.ff. ad legem Iul. maiesta. & l. penulti.& fi. Cod.eodem titu.locum non habent in Duce Mediolani, qui ab Imperatore maiestatem habet, quem recognoscit: quod probare dicit ex verbis d.l.fina.ff.ad legem Iul. maiesta. dum ibi dicitur, plane non quisquis maiestatis reus est, in eadem conditione est, vt eius memoria damnari debeat: Sed solum &c.

Et prædictam conclusionem,quod quando quis commisit crimen læsæ maiestatis cõtra principis inferiores eius memoria post eius obitum damnari non possit tenuit etiam Dom. Carolus Rui.præceptor meus in consilio 4. col.v.nu. 12.in v. volu.

Digitized by Google

volu. & ibidem concluditur, quod cuiusdam, qui crimen læsę maiestatis contra Ducē Mediolani commisit, damnari nō potuerit memoria: vt per eum in d. colum. 6. Et istam esse communem opinionem, & veram attestatur Nicolaus Boerius in tracta. de seditio. in 6. præsuppositō. numero vigesimo.
* quam procedere dixit etiam in non recognoscentibus superiorem de facto ex priuilegio vel consuetudine præscripta: Allegat Socinum in consilio cccl xxv. in causa fratris Andr. in secundo volumi. & ita seruari dicit in Regno Franciæ. In dominis & principibus ab ipso Rege inferioribus, & ipsum Regem recogoscentibus.

SVMMARIVM.

1 *Si fiat statutum in ciuitate q̄ in crimine lęsæ maiestatis, vel oppugnatæ patriæ damnari possit defuncti memoria & eius bona confiscari post rei obitum in his casib. in quib. cessante dicto statuto id de iure aliter fieri non posset, an dictum statutum valebit.*
2 *Sententia confiscationis bonorum lata contra mortui memoriam nō ex eo q̄ mortuus machinatus esset contra Cæsarem aut Rempublicam, sed in aliis capitibus d. l. Iulię, est ipso ire nulla.*
3 *Sententia lata contra iuris dispositionem expręssam est nulla.*
4 *Sententia lata contra rationem legis etiam loquentis in aliis terminis est nulla.*
5 *Sententia lata contra statutum est nulla.*
6 *Sententia lata contra consuetudinem notoriam est nulla.*

QVAESTIO XXV.

VIgesimo quinto quæro, Si fiat statutum in ciuitate, † quæ ius statuendi habeat: quod in crimine lęsę maiestatis vel oppugnatæ patrię, damnari possit defuncti memoria, & eius bona cōfiscari post rei obitum: in ijs casibus, in quibus cessante dicto statuto id de iure alias fieri non posset, an dictum statutum valebit? Ange. in consilio ducentesimo vigesimo tertio. pro decisione consultationis. columna prima. versicu. Concludo igitur. dicit, q̄ dictum statutum valebit: Cessante vero dicto statuto, si esset
2 † lata sententia, contra mortui memoriam confiscationis bonorum propter crimen læsæ maiestatis, non ex eo q̄ mortuus machinatus esset contra Cæsarem aut Rempublicam Romanorum, sed in aliis capitibus dictæ legis iuliæ, de quib. late dixi supra in Rubri. qualiter & a quibus crimen læsæ maiestatis committa. talis sententia esset ipso iure nulla, nisi virtute alicuius statuti ciuitatis fieri potuerit, vt decidit Ange. in dicto consilio ducentesimo vigesimo tertio. in 1. colum. versicu. cōclude igitur. & erit ratio: quia dicta sententia, cessante statuto, esset contra casum legis, quia decisum est per legem, quod in alijs capitibus legis Iulię maiestatis præterquam in duobus supra specificatis, post rei obitum procedi non possit. d. l. fina. ff. ad legem Iuliam maiesta. Sententia † autem lata contra ex
3 pręssam iuris dispositionem nulla est. capitu. primo. vbi late
4 ponunt Docto. & maxime post alios Fely. de re iudic. † quod etiam locum habet, quando sententia est lata contra rationē legis etiam loquentis in aliis terminis, vt per Anto. de Butri. & Abb. in dicto capitu. primo. & ibidem Felyn. in principio.
5 idem est, quando sententia fertur contra legem municipalē, Bar. & Ange. in l. cum prolatis. ff. de re iudica. & Ange. in lege
6 1. de appella. idem erit, quando † sententia lata esset contra consuetudinem notoriam, Felyn. in dicto cap. primo. colum. secun. vel amplia secundo. Quinimmo dicas, quod fuit dubitatum apud veteres, an iudex, qui pronunciasset contra Imperatoris constitutionem, de crimine læsæ maiestatis accusari posset? & Imperator Alex. statuit, quod non, vt est tex. in l. 1. C. ad legem Iul. maiest.

SVMMARIVM.

1 *Si offendatur maiestas Reipublica Veneta an damnabitur defuncti memoria.*
2 *Respublica Veneta superiorem non recognoscit, & vim Imperatoris obtineat in toto suo domino.*
3 *Respublica Romanorum extincta & eius loco successit. Respubica Venetorum.*

QVAESTIO XXVI.

VIgesimo sexto quæro, Vidimus in proxima præcedenti quæstio. quod in aliis casibus præterquam in duobus expressis in l fina. ff. ad legem Iuliam maiesta. & in l. penu. & fi. C. eodem titulo videlicet quā do offenditur persona Imperatoris, vel Respublica Romana non damnatur defuncti memoria: quid dicendum erit, si of-
1 fendatur maiestas Reipublicæ † Venetæ? proculdubio dicen-
2 dum erit idem esse. † cum illa superiorem non recognoscat, & vim Imperatoris obtineat ī toto suo Dominio, vt late dixi supra in pr.ncip. præsentis tracta. in rubrica qutuplex sit maiestas.
3 Quinimmo, † cum iam diu Romanorum Respublica extincta sit, eius loco successit Respublica Venetorum, vt dixit Raphael Fulgosi. in consilio sexagesimo secundo. columna secū. vbi inquit, nouiorem autem Romam intelligo Rempublicam Venetorum, quæ in suæ ditioni suppositos nouioris Romæ prærogatiua lætatur. faciūt ad prædicta ea quę supra dixi. quæstio. 1 1. in titu. qualiter crimen lęsæ maiestatis contra Imperat. comit.

SVMMARIVM.

1 *Qui teneatur probare, an accusator vel fiscus, crimen lęsæ maiestatis fuisse ab eo commissum cuius memoriā vult damnari, an hæredibus incumbat onus probandi innocentia defuncti, & accusator vel fiscus tenetur probare defunctum commisisse crimen lęsæ maiestatis antequam bona ab hæredibus auferantur.*
2 *Hæres tenetur defuncti innocentiam defendere. sed fiscus probare debet, & nisi probet eo ipso hæres dicitur probasse innocentiam. Et numero quarto.*
3 *Iura iuribus declarantur.*
5 *Reus quis dicatur? & nu. 2.*
7 *L. fina. ff. ad legem Iuliam maiestatis, loquitur in reo delato ante eius mortem.*
8 *Hæres defuncto reo, & citato tenetur purgare indicia contra defunctum facientia.*
9 *Verbum, instaurari, quid significet.*

QVAESTIO XXVII.

VIgesimo septimo quæro; Dictum fuit supra quæstio. vigesima. & aliis sequētibus sub hoc eodem tit. quod mortuo imputato vel accusato de crimine lęsę maiestatis post eius obitum dānatur eius memoria, & omnia eius bona fisco applicantur, & auferuntur hæredibus illus, per tex. in l. penul. & fi. C. ad le.
1 Iul. maiest. & l. fina. eodem titu. † Quis teneatur probare, an accusator, vel fiscus, delictum esse ab eo commissum qui defunctus est, an hæredibus incumbat onus probandi innocentiā defuncti? Odofred. hanc quęstio. examinat in lege eorum patrimonia. Codi. de iure fisci. libro decimo. vbi casum ponit, quod is qui dicitur commisisse crimen læsæ maiestatis antequam de hoc accusaretur mortuus fuerit, & fiscus ex tali imputatione velit illius bona apprehendere tanquam rei criminis prędicti, negantibus hæredibus defunctum tale crimen commisisse, an fiscus dicta denegatione non obstante bona defuncti apprehendere possit? & dicit quod non: nam defunctus debet de hoc accusari, vel inquiri, & conuinci, ita q̄ cōstet ipsum huiusmodi delictum commisisse. allegat tex. in lege quisquis. cum l. sequent. Cod. ad legem Iul. maiesta. & l. res quę in controuersia. ff. eodem titu. ibi, conuicto mortuo memoria eius damnetur.
2 Ergo patet quod necesse est quod accusator uel fiscus probet defunctum tale crimen commisisse antequam bona ab hæredi bus auferantur.

Huic tamen conclusioni duo iura obstare videntur: videlicet textus, in l. fina. ff. ad legem Iuliam maiesta. ibi, nam nisi hoc crimen a successoribus purgetur hęreditas fisco vendicatur. Et tex. in d. l. res quę. ff. de iure fisci, ibi, & defuncto maiestatis reo parato hęrede purgare Innocentiam mortui, & c. per quę duo iura videtur, quod onus probandi Innocentiam defuncti incumbat hęredi. in quibus iuribus Odofred. d. l. eorum patrimonia, respondet dicendo, quod verbum, purgent, in dictis iuribus positum intelligitur, hoc est, defendant: † tenetur
3 enim hęres defuncti Innocentiam defendere: Sed fiscus probare debet, & nisi probet, eo ipso hæredes dicuntur probasse Innocentiam defuncti. argumen. tex. in l. fina. ff. de bo. eorum qui ante senten. & l. conuicto. Codice. qui test. facer. poss. & facit text. in d. l. eorum patrimonia. & indubitate leges prędictæ pręsupponunt delictum esse probatum, vel saltim vehementer esse indiciatum, quia alias purgatio non requireretur, & ipsa duo iura ita intelligi debent, quia † iura iuribus declarā-
4 tur. tex. enim in d. l. fina. C. ad legem Iuliam maiesta. requirit, quod mortuus sit conuictus ad hoc ut eius memoria damnari possit.

Defunctus enim, nisi contrarium probetur, Innocens pręsumitur, nam dolum allegans illum probare debet, ideo fiscus probare tenetur. l. fina. ff. de bon. eorum. Et ad tex. in d. l. 2.

C. qui

Digitized by Google

C. qui test. facer. poss. respondet Odofred.in d.l.eorum patrimonia. columna fina. numero venteſimoſeptimo, quod eo ipſo hæres probat Innocentiam quando delictum non probatur.& iſtam opinionem ſentit etiam Alber.in d.l. fina.ff.ad legem Iul.maieſt.

In iſta quæſtione diſtinguendum eſſe ſentio: quod aut quis in vita non fuit de iſto crim.læſæ maieſtatis accuſatus,inquiſitus,vel denunciatus, & contra ipſum proceſſum non fuit, & iſto caſu locum habeat quod dicitur in l.fina.C.ad l.Iul. maieſta. oportet enim tunc quod defunctus de crimine conuincatur vt bona ab eius hæredibus auferantur, & fiſco applicentur,vt ibi dicit tex.Aut quia in vita accuſatus, inquiſitus,vel denunciatus fuit de tali crimine, & formato proceſſu probatum contra cum fuerit,vel taliter indicatum quod contra defunctum,ſi viueret ad torturam procedi potuiſſet: & iſto caſu locum habeant tex.in d.l.fina.ff.ad legem iul.maieſt.& tex.in d.l.res quæ.ff.de iure fiſci.quod manifeſte patet:nam tex. in di. l.res quæ dicit,defuncto maieſtatis reo pararo hærede purgare &c.& ſic loquitur de eo qui reus erat.Reus† autem quis nõ
5 dicitur niſi formato proceſſu contra eum, & poſtquam fuit citatus ad ſe defendendum,vt per Paridem de Put.in tractatu de re milita.in §.cum plerunque.numero quinto.Ant.de Bu-
6 tri.in cap.cum inter de excep.nam † quando quis eſt citatus eius nomen dicitur inter reos receptum,vt per Ange. in tract. de malefic.in verbo ad quærelam.Titii.verſicu. & adde quod
7 Barto.in l.is quis reus.ff.de publi.iudic.†tex.vero in d.l.fina. ff. ad legem iuliam maieſt.ſimiliter loquitur in eo,qui erat reus huius criminis.patet ibi,is qui in reatu &c.

Et quia reus ſi viueret deberet purgare indicia contra eũ laborantia,vel ex probationibus fidei,vel medio torturæ, iõ non mirum ſi hoc onus purgationis eo defuncto in hæredes transfertur,ſi defuncti bona non ad fiſcũ pertinere prætẽdũt, ſed eis remanere debere. Et iſta eſt vera intelligentia illorum iurium. Nec placet quod dicitur, quod hæres ex ſola ſuſceptione defenſionis dicatur purgare innocentiam defuncti ſi non eſt probatum, quia iſtud procederet quando poſt obitũ eius cui tali crimen imputatur contra eius memoriam in-
8 choatur proceſſus,vt loquitur tex.in d.l.fina.C. ad legem iul. maieſt.ſed† quando poſt formationem proceſſus reus citatus moreretur,tunc neceſſario erit purgatio hæredis, vt d.l.fina. ff.eodem titu.& d.l.res quæ.in princip.ff.de iure fiſci. & in lege penu.Cod.ad legem iuliam maieſta.ibi, nam poſt rei mortem crimen inſtaurari ſolere. loquitur enim de eo qui ante erat factus reus huiusmodi criminis per proceſſum,formatũ contra eum: verbum nanque, inſtaurari, ibi poſitum id indicat.

9 † Inſtaurare enim nil aliud eſt,quam iam cœptum denuo proſequi facit illud Vergilij in 8.Aeneid.Certatim inſtaurant epulas,id eſt,denuo ponunt.& alibi idem dicit,Inſtaurati animi Regis ſuccurrite tectis.

SVMMARIVM.

1 *Aduocatus an interuenire poſſit quãdo agitur de damnanda defuncti memoria.*
2 *Hæredes poſt obitum defuncti,de cuius memoria damnanda agitur, poſſunt inſtare quod procedatur ad ſententiam ſuper defuncti Innocentia, quoniam eorum intereſt.*

QVAESTIO XXVIII.

VIgeſimo octauo quæro, An qñ agit de damnanda defuncti memoria imputati de crimine læſæ maieſtatis interuenire poſſit. Aduocatus ad ſe defendendam rei memoria? Et videbatur dicendum qđ non, quia pro reo criminis læſæ maieſtatis Aduocati interuenire non poſſunt,vt vidimus ſupra quæſt.4.Hanc quæſtionem examinat Præpoſi.in cap.ſi quando.colum.3. ver.& prædicta 2.q.6.& ibi dixit,quod in hoc caſu, ex quo non agitur de imponenda pœna ordinaria pro crimine iſto, nec locum habeãt rationes per quas alias in criminalibus defenſor interuenire non poſſit,poterit defenſor accedere pro defuncto qui ſe perſonaliter tueri non poteſt.adducit Bal.in l.reos.in fi. C. de accuſatio.& Albe.in l.ſeruum.§.publice.ff. de procurator. & in C.de hære.qui atteſtatur,q̃ ita ſeruatum fuit tempore Clemẽtis Papæ V. quando Philippus Rex Franciæ volebat, q̃ damnaretur memoria Bonifacii viij.Ponti.Maxi.tanquam hęretici.facit tex.in l.4.§.fi.cum ſeq.ff.de liberal. cauſa. & l.non tantum de appella.

Et plura ad hoc adducit Præpo. loco prędallegato quæ videre poteris,quia eius dicta tranſcribere potius eſſet laboriosum quam ſubtile. Confirmatur concluſio prędicta, quia cũ tractetur poſt obitum defuncti ſolum de auferendis defuncti bonis ab eius hæredibus,illi citandi ſunt,vt vidimus ſupra qõ. 20.proximæ preceden.Ideo abſurdum eſſet dicere q̃ tali caſu defenſor interuenire non poſſet pro eis, cum nullo iure id prohibitum inueniatur:ſicuti ſtatutum eſt quando ad pœnã ordinariam contra viuentem pro hoc crimine proceditur.

2 Sed quæro: † an hæredes poſt obitum defuncti,de cuius memoria damnanda agitur,inſtare poſſint,pro eorum intereſſe, pro purganda innocẽtia ipſius defuncti, quod procedatur ad ſententiam ſuper rei Innocentia iam defuncti? & dicas, q̃ ſic, ita voluit Ioan.de Plat.in l.eorum patrimonia.colum.3.num. 3.C.de iure fiſci. libro x. pro quo dicit eſſe caſum ſingularem in l.filio.§.Seia.ff.de adimen.lega.facit tex.in l.fina.ibi, nam niſi hoc crimen a ſucceſſoribus purgetur, &c. ff. ad legem iuliã maieſt.Intereſt enim hęredum defuncti,quod ex quo accuſata eſt defuncti memoria fiat abſolutio.

SVMMARIVM.

1 *Quanto tempore duret ius accuſandi in crimine læſæ maieſtatis?*
2 *Ius accuſandi in criminalibus durat annis xx.*
3 *Accuſatio in crimine apoſtatatus durat perpetuo dum viuit apoſtata, & poſt eius obitum durat quinquennio.*
4 *In crimine ſuppoſiti partus perpetuo agi poteſt.*
Idem in crimine parricidii.nu. 5.
Et in crimine læſæ maieſtatis.nu.6.
7 *Accuſatio peculatus quinquennio tollitur.*
8 *Accuſatio iniuriarum anno tollitur.*
9 *Si per ſtatutum aſsignetur certum tempus ad accuſandum, vltra illud tẽpus inquiri non poteſt.*

QVAESTIO XXIX.

VIgeſimo nono quæro, Vidimus ſupra. q. 14.hoc eodem titu. quanto tempore duret ius inquirendi de crimine, & fuit concluſum quod annis xx.per rex.in l.querela §.falſi.C.de fal. & ſupra q. 23. tractauimus quanto tempore duret ius accuſandi memoriã† de
1 functi pro crimine læſæ maieſtatis, & dictum fuit quod durat quinqnennio,reſtat videre quanto tempore duret ius accuſãdi in hoc crimine.Breuiter dicas, † quod ius accuſandi in criminalibus durat annis xx.hoc enim temporis ſpacio regulariter criminales actiones tolluntur.tex.eſt in d. l.querela,& in l.
* ait prætor.ff.ad legem Aqui.Ita communiter tenent Doctor. in d.l.querela.vbi Barto.Ange.& Sali. & habetur per Ioannẽ Franciſcum Balb.in tracta.ſuo de præſcrip.in ſecunda partẽ 4. par.princip.in verſicu.ſecundo quæro, verſicu.amplia iſtam. idem voluit in d.l.querela Cynus & Odofredus ibidem in verſicul.*Or ſignori.*

3 Fallit iſta concluſio † in crimine apoſtatatus, quia dum viuit apoſtata accuſatio perpetuo durat.l.3.& l.apoſtatarum.C. de apoſtatis.poſt obitum vero apoſtatæ durat quinquennio,
4 tantum.Item fallit,†in crimine ſuppoſiti partus,de quo perpetuo agi poteſt.l.qui falſam.§.i.ff.ad l.Corne.de falſ. Item fallit,
5 † in crimine parricidij l.fina.ff.de parricid.Et habetur per Bonifa.de Vitellin.in tract.ſuo malefi.in rub.de inquiſitio, & earum form.colum.fina.idem puto dicendum † in crimine læſę
6 maieſtatis,quod ſcilicet durante vita eius qui dictum crimen commiſit etiam vltra annos xx. accuſatio fieri poſſit propter criminis atrocitatem.faciunt dicta ſupra q.14.nec obſtat tex. in d.l.querela.ibi,ſicut cætera quoque fere crimina!, quia crimen læſæ maieſtatis de ſe requirit ſpecialem mẽtionem.facit, quia ſtatutum concedens generalem obolitionem criminũ. non comprehendit crimẽ læſę maieſtatis,de quo vide ea quæ ſcripſi infra q.8.in rub. de pluribus quęſtionibus. Accuſatio
7 † vero peculatus quinquennio tollitur,ut no.in l.fin. ff.de cri.
8 peculat.Et†accuſatio iniuriarum anno tollitur.Inſt. de iniur. in fi.& habetur per Odofred.in dic.l.querela.in fi.Alex.in l.ita demum.ff.de procurat.& Petr.de Anch.in conſi.cxc. Et ſcias
9 † quod ſi per ſtatutum aſſignetur certum tempus ad accuſandum vltra illud tempus inquiri non poterit de dicto.Barto. in d.l.querelam.

FINIS LIBRI PRIMI.

HIERO.

Digitized by Google

HIERONYMI GIGANTIS IVRISC. FORO SEMPRONIENSIS DE CRI. LAESAE MAIESTA.

LIBER SECVNDVS.

Qui accusare possint in crimine lęsæ maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *An forensis admittatur ad accusandum in crimine lęsæ maiestatis, nam forensis in crimine publico non admittitur ad accusandum.*
2 *Stante statuto q̃ quilibet accusare possit, non admitteretur forensis ad accusandum.*
3 *Si iniuria fiat sacerdoti quilibet talem accusare poterit.*
4 *Forensis in crimine lęsæ maiestatis admittitur ad accusandum.*

QVAESTIO PRIMA.

PRimo quæro. An forẽsis admittatur ad accusandum in crimine lęsæ maiestatis? videtur dicendum quod non, quia crimen lęsæ maiest. est crimen publicum. l. 1. ff. de pub. iudi. facit tex. in cap. ius publicum. iuncta glo. 1. j. distinct. §. publica autem. Inst. de public. iu
1 dic. forensis † autem in crimine publico non admittitur ad accusandum, vt tenet glo. in l. is qui reus. ff. de pub. iud. & Ange. in rub. ff. de pub. iud. quia, cum sit forensis, sua non interest ẽt ratione patriæ. facit pro ista opi. tex. in l. in prouinciali. in §. fi. ff. de ope. noui nuncia. vbi Pau. de Castro per illum text. dixit,
2 † quod stante statuto, quod quilibet accusare possit, quod forensis non admittetur ad accusandum. & Ias. ibi ad hoc allegauit Bald. qui hanc opinionem tenuit in cap. ex parte. Adæ, de testibus. columna secunda. versi. dicit Barto. ad idem facit,
3 † quod voluit Bal. & Pau. de Castro in l. prima. §. huius studij. ff. de iust. & iure. vbi dixerunt, quod si iniuria fiat sacerdoti, q̃libet de populo talem accusare poterit, dummodo sit de populo illius loci. quod sequitur etiam Prępos. in summa. q. 8. Contrarium tamen dicas tenuisse Imo. in l. 1. ff. de iudic, Imo & Ang in l. si quis. ff. de priuat. delict. vbi ĩ indiuiduo tenet, q̃ forensis accusare poterit, & idem tenuit Ange. in tracta. malefic. in verb. ad querelam Titii in versicu. in crimine autem publico. de quo tamen late tradit idem Ang. in tracta. malefi. in verb. *che hai tradito la tua patria.* in versicu. in crimine autem publico: & ibi in addi. Sed † quicquid dicant in hoc Doct. in crimine
4 lęsę maiestatis forensem admitti ad accusandum cẽseo, nam in isto crimine omnes admittuntur ad accusandum, etiã alias prohibiti, vt per Ange. in d. suo tracta. de malefi. in d. ver. *hai tradito la tua patria.* in ver. quero qui possit accusare facit tex. in l. famosi. ff. ad legem Iuliam maie. Quinimmo ex quo, hoc crimen publicum est, non solum ciuis, sed etiam forensis ad accusandum admitti debet. Barto. in dicta l. is qui reus: & ibi Imo. super glo. fina. & Ange. in dicto tracta. in verbo ad querelam Titii. in dic. versicu. in crimine autem publico.

SVMMARIVM.

1 *An mulier admittatur ad accusandum in crimine lęsæ maiestatis, nã mulier ad accusandum non admittitur nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur regulariter.*
2 *Mulier admittitur ad accusandum in crimine lęsæ maiestatis.*
3 *Fuluia mulier coniurationem Catilinæ detexit.*
4 *Mulier admittitur ad accusandum in lege Iulia de annona.*
5 *Mulier admittitur ad accusandum suspectum tutorem.*
6 *Mulier admittitur ad accusandã eum, qui falsum commisit circa testamentum, licet ad eam, vel alios suos non pertineat.*
7 *Mulier admittitur ad accusandum in crimine hæresis.*
8 *Mulier accusat sacrilegium.*
9 *Mulier admittitur ad accusandum in crimine simoniæ.*
10 *Mulier admittitur ad accusandum pastorem bona ecclesiæ dilapidantem.*
11 *Commater accusare potest occisorem compatris sui.*
12 *Mulier in casibus, in quibus potest accusare tenetur de iure ciuili inscribere se ad pœnam talionis: secus hodie.*

QVAESTIO II.

SEcundo quæro, An mulier admittatur ad accusandũ in hoc crimen lęsæ maiestatis? videtur prima facie dicendum quod non ratione fragilitatis sex⁹,
1 l. de crimine. C. qui accusare non possunt. † vbi, mulier ad accusandum non admittitur, nisi suam vel suorum iniuriam prosequatur. l. secun. ff. de accusatio. & habetur per Ange. in tracta. suo malefi. in verbo, ad querelam Titii. in versicu. Et licet in supradictis, & per Præpos. in cap. prohibentur. in princip. 2. quæst. 1. & ibidem Ioan. de Turre Cremat. colu. 1. 1. in versi. prohibentur, ad idem tex. in l. senatus. C. qui accusa. non possunt. l. 1. & ibi Ang. ff. de accusatio. prędicta tamen re
2 gulariter procedunt. Attamen † secus est in crimine lęsæ maiestatis, in quo mulier admittitur ad accusandum. Specu. in titu. de accusatio. §. 1. versicu. item quod est mulier. Hippo. Marsil. pręceptor meus. in l. de minore, in princip. columna secunda. versicu. & subdit etiam. ff. de quęstio probatur ista conclusio in l. in quęstionibus. ff. de accusationib. & 6. quęstio. prima. capit. nullus, & hoc tenuit etiam glo. in verbo prosequatur, in dicta l. de crimine, & ibi Bart. vbi glo. dixit, † quod Fuluia mu-
3 lier coniurationem Catiliæ detexit, facit tex. in l. in quæstionibus. ff. ad leg. iul. maiest. ad idem glo. in l. secun. in verbo, testamentaria. ff. de accusatio. & tex. in cap. certis de causis. §. in digestis. xv. quęstio. 4. ubi tex. in versicu. in quęstionibus, dixit q̃ Iulia mulier coniurationem Sergii Catilinę detexit, & Marcum Tullium Consulem in iudicium eius instruxit, idem dicitur in dicta l. in quæstionibus, vbi dicitur, Fuluia non Iulia. & Petr. Andr. Gammarus in sua glo. supra Constit. Iulii 2. Põti. Maxi. de simoniaca Electio. Papę, dicit illam fuisse Iuliam, non Fuluiam. Secundo † fallit supradicta conclusio, quod mu-
4 lier non admittatur ad accusandum in l. Iulia de annona. in qua mulier ad accusandum admittitur. l. fi. in fi. ff. ad legem iu-
5 liam. de Annon. Tertio † fallit in acusatione ſnſpecti tutoris: nam ibi mulier admittitur. §. consequens. Institu. de suspect. tu-
6 tor. Quarto † fallit, quando mulier accusat eum qui falsum commiserit circa testamentum, licet ad eam vel ad alios suos non pertineat: id. n. speciale pp est criminis immanitatem, vt dixit glo. in l. 2. in verbo testamentaria. ff. de accusat. Quinto
7 fallit in crimine hæresis. l. Manicheos. C. de hęret. c. vergentis,
8 de hęreti. Sexto † fallit in crimine sacrilegii. l. si quis in hoc genus. C. de episcop. & cleri. & secun. quæst. prima. cap. in primis.
9 Septimo † fallit in crimine simoniæ. l. si quemquam. C. de epis-
10 cop. & cleric. Octauo † fallit quando Pastor Ecclesiæ dilapidat. cap. licet Heli, de simo. hos omnes casus enumerat Specu. in titu. de accusa. in fi. & Salice. in dicta l. de crimine. C. qui accusa. non possunt. Nono † fallit in Commatre, quæ accusare
11 potest occisorem Compatris sui, de quo And. Barba. in capi. coram. colum. 6. versicu. Ego auduco. de offic. de lega. vbi approbat dictum Bald. hoc tenentis in l. i. C. qui accusa. non possunt. Et circa prędictos casus, quod mulier possit accusare, idem dixit Prępos. in capitu. prohibetur. secun. quæstio. 1. col. 2. versicu. vlti. quæro. & Ange. in tracta. malefic. in verbo, ad querelam Titii. versi. & licet in supracticis. vbi August. & Hie-
12 rony. in additio. Mulier † tamen in casibus, in quibus ad accusandum admittitur, inscribere se debet de iure ciuili ad pœnã talionis, alias non admitteretur. d. l. de crimine. C. qui accusa. non possunt. Ange. in dicto tracta. de malefic. in prędicto verbo, ad querelam Titii. in versicu. & licet in supradictis. Secus autem est de iure canonico, de quo habes glos. 15. quæstione tertia. in capitu. de crimine. & 2. quæstio. prima. cap. mulierem. idem tenuit glo. 2. quæst. 8. & glo. in cap. super his. de accusa. & Albe. in d. l. de crimine. Sed (vt alias dixi) hodie pœna talionis recessit ab Aula, nec seruatur de consuetudine.

SVMMARIVM.

1 *An frater in crimine lęsæ maiestatis admittatur ad accusandum fratrem? nam regulariter fratri fratrem non permittitur accusare.*
2 *Frater dicitur quasi fere alter.*
3 *Frater naturalis tantum, non admittitur ad accusandum fratrem.*
4 *Frater, qui suam vel suorum iniuriam prosequitur, admittitur ad accusandum fratrem etiam in crimine capitali.*
5 *Frater in crimine lęsæ maiestatis accusat.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro. An frater in hoc crimine lęsæ maiestatis admittatur ad accusandum fratrem? Dicas, † quod regulariter fratri fratrem non non permittitur accusare. l. magnum. C. qui accusa. non possunt, & est ratio, sanguinis coniunctio,

Digitized by Google

iunctio,quæ immutabilis est l.iura sanguinis. ff.de regulis iur.
2 †dicitur enim frater quasi fere alter. idem habetur per Ioan. de Anan.in cap.accusasti.in versicu.nunquid autem frater,de accusat.hoc tamen videtur locum habere in magnis delictis, secus in leuibus.l.sororem.C.qui accu.non possun. † idem di-
3 cendum erit in fratre naturali tantum; vt nota. Salicet.in di.l. magnum.& ita voluit Ange.in tracta.malefic.in verb.ad que relam.versicu.5.repellitur.
4 Fallit†tamen in fratre,qui suam vel suorum iniuriam prosequitur: tunc enim frater ad accusandum fratrem admittitur etiam in crimine capitali,sicuti de matre dicitur in l. propter. & in l.si sororem.C.qui accu.non poss.Specu.in titu. de Spec. in titu.de accusatore.§.primo.versic.Item quod est frater.Augusti.de Arim.in addit.ad tracta.Ange. de malefi. in additione super dicto versicu.quinto repellitur.Corroboratur dicta conclusio,quod frater non admitritur ad accusandum fratrem in crimine capitali:nam, vt supra diximus, secundum Aulum Gel.libro decimotertio.noct.atticarum.frater dicitur quasi fere alter.

Et Salustius in Iugurata sic inquit, quis autem amicior q̃ frater fratri:aut quẽ alienũ fidum inuenies:si tuis hostis fueris facit illud Pauli ad Hæbreos ca.13.Charitas fraternitatis ĩ vo-
5 bis maneat.Dicas † tamen secus esse in crimine læsæ maiestatis:nam in isto crimine frater fratrem accusat, vt voluit Spec. in d.titu.de accus.§.1.in d.ver.Item q̃ est frater:allegat.tex.in l. pe.C.de acc.idem tenuit magnus criminalista D. Hipp.præceptor meus in l.de minore.in prin.col.1.numero.3. ff.de qõ.& Placen.in tracta.suo de accus. publi.iudi.tit.2.numero 7.

SVMMARIVM.

1 *An infamis admittatur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis, quia regulariter ab accusando repellitur.*
2 *Infamis admittitur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis, etiam q̃ sit damnatus de crimine publico.*
3 *Infamis non potest accusare inimicum suum, etiam in crimine læsæ maiestatis.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quæro, Quid dicendum de infa. mi. an ad accusandum ĩ hoc crimine admitatur? Dicas † infamem regulariter ab accusando repelli.l.qui criminis.C. qui accusa.non poss.Et ratio dicitur esse,propter præsumptam calumniam.Regula.semel malus de reg. iuris.in 6. l.Cassius.ff.de senat.Cyn.in d.l.qui criminis, aliam addit rationem:quia si is qui accusat non probat,perdit famam:l.fin. C. de accusa.sed infamis,cum iam famam amiserit, eam amplius perdere non potest.l.cognitionum.§.primo.ff.de var. & extraordi.crimin.l.2.C.ut infra certum temp.idem dicit Io. de Turre Crema.in cap.in primis.colum.3. versicu. nam infames.2. quæstio.j.
2 Fallit† tamen ista regula in crimine læsę maiestatis,in quo infamis admittitur ad accusandum.Ange.in tracta.de malef. in verbo,& ad querelam.versicu.sexto ab hac accusatione,& text.de hoc clarus.in l.famosi, & ibi Barto. & omnes.ff.ad legem iuliam maiest.idem Barto.in l. in quæstionibus. ff. ad legem iuliam maiest.Et hoc procedit etiam in damnato de crimine publico.Ange.in prædicto tracta. in verbo *che hai tradito la tua patria*.in versicu.quæro quis possit accusare. idem voluit Ange.in l.qui iudicio.ff. de accusat. & vide Augusti.de Arimino in addit.ad Ange.in dicto tract.super dicto versicu. quæro quis possit accusare.Erit ergo firma conclusio, quod ĩ hoc crimine læsæ maiestatis infamis admittitur ad accusandum. Istã
5 † conclusionem limita,tamã non procedere,quando infamis esset inimicus illius quem accusat: nam tunc non admittere tur ad accusandum,etiam in hoc crimine.ita voluit Ange.in dicta l.famosi.in princip.in versicu.in textu ibi.ff. ad legem iuliam maiesta. inimicus enim repellitur ab accusando in isto crimine,vt infra quæstio.sexta.proxime sequent.

SVMMARIVM.

1 *An socius criminis admittatur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis, nam non admittitur ad accusandum regulariter.*
2 *Socius criminis admittitur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis, in crimine simoniæ.nu.3.& crimine hæresis.nu.4.*
5 *Socius criminis effectus inimicus non admittitur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis.*

QVAESTIO V.

1 QVinto quęro. † Iure cautum est, quod socius criminis non admittat ad accusandum. l.si filium.Cod.de liberali causa.15.quæstio.3.cap.nemini,Graudi.in tracta.suo de malefi.in rub.qui poss.accusare,.in versicu.item quod est socius.Specu.in titu.de accusa.§.primo.versicu.item repellitur qui fuit socius.Bald.in rubri.Codi.qui accus.Ange.in tracta.malefi.& ibi Augusti.in addit.in versicu.ad querelam Titii.versicu.Decimonono repellitur, Alexand.in consilio centesimouigesimoseptimo.in quarto.volumi. Ista conclusio regulariter procedit:Fallit† tamen in crimine læsæ
2 maiestatis,vt voluit Ioan.de Turre Cremat.in capi..si quis.secun.colum.versicu.respondeo.distinctio.79. ad idem est text. in cap.veniens,el primo,& ibi glo.de test.& nota.in l. fina. C. de accusat.Alberic.in l.famosi.ff.ad legem Iuliam maiesta. & ibi Ange.text.in cap.quæro ergo.§.verum.6.quæstio.1. & in capi.primo.de confes.& cap.si quis Papa.& ibi glo.lxxix.Distin. idem voluit Augusti.in tracta.malefi.Ange.in sua addi. versic. prædicti:Decimonono.idem tenuit etiam Ioan.Ignæus in sua disputationə,an Rex Franciæ recogn.Imper.numero centesimo uigesimo.
3 Secundo†fallit ĩ crimine simoniæ,vt voluit Turre Cremat. in dicto cap.si quis, & est expressum in Constitu.Iulii 2.de si-
4 moniac.Elect.Ponti. Tertio † fallit prædicta conclusio in crimine hæresis, vt dixit idem Turris Cremat. loco præallegato.
5 Istam conclusionem † limitarem non procedere, quando socius criminis esset effectus inimicus accusati, per ea quæ dixi supra q.4.proxi.præceden.in fi. & quæ dicuntur in q. 6. proxi sequen.

SVMMARIVM.

1 *An inimicus admittatur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis, quia regulariter ad accusandum non admittitur.*
2 *Crimina per testes non per accusatorem probantur.*
3 *Inimicus in crimine læsæ maiestatis repellitur ab accusando.*
4 *Idem in criminibus exceptuatis,ac in notoriis.nu.6.*
5 *Inimicus repellitur obiiciendo in crimen per viam exceptionis.*
7 *Inimicus qui prohibetur accusare,an denunciare possit.*
8 *Inimicus ad repellendum accusatorem qualis esse debeat.*
9 *Vbi agitur de repellendo a præmio,sufficit quælibet odiositas qualitercunq; concepta.*
10 *Inimicitia capitalis,quot,& quibus modis dicatur.*
11 *Inimici amicus,repellitur ab accusando: & quomodo intelligatur.*
12 *Complices dicuntur qui sunt consocii ad malum non ad bonum.*
13 *Inimicus admittitur ad accusandum de hæresi,stricto modo sumpta.*
14 *Quod committitur in diuinam religionem in omnium fertur iniuriam.*

QVAESTIO VI.

SExto quęro. An inimicus accusa. possit? Dicas,quod videtur dicendum prima facie quod sic: quia admittitur infamis,qui alias repellitur, vt dixi supra quæs.4.proxima pręcedente.Item admittitur ad accosandũ in hoc crimine socius criminis, ut vidimus in proxma pręcedenti q̃ contrarium dicas: †quia inimicus regulariter ad accu
1 sandum non admittitur.cap.per tuas.de simo.§.si vero quis odiosus.In Auth.de test.Inst.de excus.tuto.§.inimicitiæ.3.q. v.c. accusatores.Ioan.de Turre Cremat.in cap.in primis.colum.3. numero octauo.secun.q.1.Abb.tamen in cap.licet Heli.colu. secun.versi.vlti.collige.de simon.dixit,in iure ciuili non reperiri inimicum accusare non posse.& videtur tenere, quod ini
2 micus accusare possit,& rationem assignat,quia † crimina per testes non per accusatorem probantur, ideo facilius admittitur accusator quam testis.Idem tenuit Abb.in cap. 1.in versi. circa tertiam & vltimam.de accusatio.Imo. in l.is qui reus.ff. de public.iudic.tenet opinionem Abbatis de iure ciuili, secus dicit esse de iure canonico.idem dixit Felin.in cap.primo. col. secunda.versicu.vtrum inimicus.de accusa.allegat.cap.memi nimus.& cap.cum oporteat.eodem titulo ad idem est text.in cap.accusatores,el primo.3.quæstio.v.ad idem text. in capitu. cum P.Manconella.de accusatio.Bald.tamen & Ange.in dic. l.is qui reus,tenent inimicum repelli ab accusatione. Et idem tenuit Ange. in tractatu malefi.in verbo ad querelam Titii. versicu.vigesimo repellitur,& ibi Augusti.in addit.Dicas† q̃ in
3 crimine læsæ maiestatis non est dubium inimicum ab accusãdo repelli,ita tenuit Specu.in titu.de accusatio.in primo §.versicu.fina.in fine per tex.in cap.per tuas.de simon. idem in titu. de accusatio.in tertia parte in §.secundo.in versic.primo. Angel.

Digitized by Google

gel. in l. qui accusare. ff. de accusa. inimicus enim capitalis non accusat. Præpolit. in cap. episcop. in versicu. in ea glo. ibi. 3. q. 1. & idem in cap. in primis. §. quia ego, columna 1. in versic. Nota quod inimicus. 2. quæst. 1. ad idem in cap. accusatores. el 1. 3. quæstio. v.

Et quod inimicus non admittatur ad accusandum in hoc crimine, tenuit etiam Alber. in l. famosi, in versicu. conspiratores tamen. ff. ad legem iuliam, & ibidem Ange. in princ. vbi
4 dixit, quod † in criminibus exceptuatis inimici ad accusandū non admittuntur, per tex. in cap. per tuas, extra de simo. idem tenuit August. de Arim. in addit. suis ad tract. Ange. de malefi. in verbo, ad querelam Titii in addit. quæ incipit, tu autem in hac materia: versic. tene tamen menti. Quinimmo † inimicus
5 repellitur etiam ab obijciendo crimen per viam exceptionis, vt est tex. in dicto cap. meminimus. de accusatio. Talis enim voluntaria obiectio accusationem sapit, vt nota. in capitu. exhibita. de iudic. & per Innocen. in cap. Dudum. de elect. ita dixit Præposi. in cap. accusatoribus, in j. no. quæstio. v. idem vo luit Arch. in dicto cap. accusatores. el 1. 3. quæstio. v. & Specul.
6 in titu. de accusatio. in versicu. item cum inimico. † Amplia prædictam conclusionem, quod inimicus ab accusando repel latur, vt procedat etiam in notoriis, secundum Roman. consi lio trecentesimouigesimoquarto. in proposita consultatione, & Alexand. in consilio centesimouigesimoquito. visa inquisi tione formata, in columna fina. in fine in quarto volumi. ad idem est text. in capit. nulli episcoporum. tertia quæstio. v. Sed
7 † qd dicemus de inimico qui accusare prohibetur, an saltim poterit denunciare? Decisio huius dubij pendet ab illa quæstione, vtrum prohibitus accusare possit denunciare: in qua Ioan. And. & Arch. in cap. indemnitatibus. §. primo. de elect. ī 6. dixerunt, quod sic. & idem voluit Bald. in lege prima. Codi. si tuto. non gesser. per illum tex. ad quod facit quod tradit An ge. in lege quęsitum. ff. de in ius vocand. istum articulum exa minat serioſe Præpoli. in cap. pri. secunda quæstio. octaua. columna quinquagesi. secun. in versicu. an prohibitus accusare. numero centesimoquarantesimonono. vbi facit longam dis-
8 finictionem, vide ibi per eum. Qualis † autem debeat esse inimicitia ad repellendum accusatorem, tradunt Docto. in dict. cap. accusatores, & vide per Ange. in tracta. de malefic. in verbo ad querelam. In versic. vigesimo repellitur inimicus, & ibi August. in add. in quibus locis concludunt, ex inimicitia, capi tali repelli quem ab accusando: allegat Ange. loco prælega to no. in lege Labeo. ff. de arbit. & in lege inimicitię, ff. de his quib. ut indign. & l. 3. §. fina. & ibi Barto. ff. de adimen. lega. idē voluit Ioan. de Ana. in cap. repellātur, versicu. vtrum autem quælibet inimicitia, de accusatio. vbi refert opin. Vincentij, q̄ sola capitalis inimicitia repellat accusantem: quod dicit verū esse vbi agitur de repellendo inimicum, a iure communi, vt ī
9 l. licet. ff. de arbit. sed vbi † agitur de repellendo a præmio, sufficit quælibet odiositas qualitercunque concepta, allegat text. in l. testamento Centurio. ff. de manu. testam. & l. Lucius. ff. de lega. secundo.

10 Quot † autem, & quibus modis dicatur capitalis inimicitia: vide Felin. in cap. cum oporteat. columna 4. de accusat. vbi etiam ponit quid dicendum de inimico reconcilliato, de quo etiam habetur per Doct. in c. accusatoribus. tertia q. 5.

11 Et non solum inimicus repellitur ab accusando, sed † etiā amicus inimici: ita dixit Ioan. de Ana. in d. cap. repelluntur, in princ. allegat. quod habetur in cap. accedens, el secon. vt lite non contesta. vbi probatur, quod inimicitia extenditur ad ter tiam personam, subdens quod regulariter ista materia nō est multum extendenda, vt not. Innocen. in cap. insinuante, de of fic. delega. & istud quod dictum est de amico inimici, intellige de cohabitante cum inimico cohabitatione continua: secus si modico tempore, per id quod habetur in l. licet. §. in factū actio. ff. Naut. caup. stabu. ita dixit Ioan. de Ana. loco proxime allegato, vide Præposi. in d. cap. accusatore. in fi. 3. q. v. Felin. au tem in cap. cum oportea. columna 4. in versicu. Nota sexto. di cit, quod eo ipso quod quis conuersatur cum inimico meo, inimicus meus pręsumitur: ideo dicit, quod non solum cohabitantes cum inimico meo, vt in d. cap. repellantur, admitti non debent ad accusandum, sed etiam conuersantes, & etiā
12 complices. Subdens, quod † complices dicuntur qui sunt con
13 socij ad malum, & non ad bonum. Conclusionem † supradictam, quod inimicus ab accusando repellatur, limita nō procedere in hæresi stricto modo sumpta: quia tunc dicitur prose
14 qui suam vel suorum iniuriam † quod enim committitur in diuinam religionē in omnium fertur iniuriam l. Manichęos. Cod. de hære. ita voluit Francisc. Episcopus Squillacens. in tra. de fide cat. c. 51.

S V M M A R I V M.

1 *An pupillus admittatur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis, quia regulariter non admittitur ad accusandum.*
2 *Pupillus cum authoritate tutoris admittitur ad accusandum in crimine læsæ maiestatis.*
3 *In crimine læsæ maiestatis omnes admittantur ad accusandum, qui alias accusare prohibentur.*

QVAESTIO VII.

Septimo quæro, An pupillus accusare poterit? Dicas, q̄
1 † regulariter non admittitur ad accusandum. l. 1. & 2. ff. de accusa. cap. prohibentur. secunda. quæst. 1. l. 1. Cod. de fals. monet. 4. q. 3. cap. inuiti. & per Barto. di. l. 2. §. pupillus. ff. de accusat. Ange. in tracta. malefic. in verbo, & ad querelam Titii. in versicu. Duodecimo prohibetur Pupillus, idem voluit Ioan. de Turre Cremat. in cap. prohibētur. colu. 1. in versic. prohibentur. secun. quæst. 1. & est ratio propter fragilitatem ætatis, & carentiam intellectus, vt dixit Ange. in di.
2 tracta. malefic. in prælega. versicu. Dicas, † quod in crim. læsæ maiestat. pupillus accusandum ad admittitur cum authoritate tutoris: ita voluit Specu. in titu. de accusa. §. pri. in versic. item excipitur, quod est Pupillus, allegat. tex. in l. clarum. C. de author. præstan. idem dixit Grandi. in suo tracta. malefic. in ru br. qui accusare possunt. columna prima. in versicu. item ī cri
3 mine læsæ maiestatis, facit, quia † in isto crimine omnes admit tuntur ad accusandum, qui alias accusare prohibiti sunt, voluit Ange. in dicto tracta. de malefi. in verbo, *che hai tradito la tua patria*. in versic. quęro quis possit accusare, in prin. ad idem facit tex. in l. famosi. ff. ad legem iuliam maie. vbi Ang. in prin. dixit, q̄ etiam prohibiti accusare de crimine publico admittuntur ad accusandum crimine læsæ maiestatis.

S V M M A R I V M.

1 *An filius admittatur ad accusandum patrem in crimine læsæ maiestatis, nam alias pater a filio accusari non potest.*
2 *Filios castigatores esse parentum suorum lex erubescit.*
3 *Filius admittatur ad accusandum patrem in crimine læsæ maiestatis propter criminis immanitatem.*
4 *Filius tenetur indicare patrem contra imperium vel Rempublicam machinantem.*
5 *Castrorum disciplina est antiquior quam liberorum charitas.*
6 *Pro patria pater in filium, & filius in patrem, insurgere debet.*
7 *Filius accusans patrem de crimine læsæ maiestatis (si cum veritate procedat accusatio) ingratus non dicitur.*
8 *Vasallus sciens patrem suum velle grauiter delinquere contra dominum suum, contra quem non committitur crimen læsæ maiestatis, & non reuelans eum, non perdit feudum: secus si alius præter patrem.*
9 *Maior est fidelitas quam filius præstare domino feudi tenetur, quam*
10 *Obligatio filii erga patrem est de iure naturali & diuino.*
11 *Obligatio feudatarii erga dominum feudi est de iure ciuili.*

QVAESTIO VIII.

Octauo quæro. An filius admittatur ad accusādum patrem
1 in hoc crimine læsę maiestatis? Et dicendum videtur quod non: quia † pater a filio accusari non po test. l. iniquum. C. qui accusare. ff. de accusat. † Erubescit enim lex filios castigatores esse parentum suorum. §. sed quod sancitum, in Authen. de nup. collat. 4. cum oportet. Cod. de bon. quæ liber. præsertim ne videantur filii sanguinem suum trade re, quem excusare tenentur. l. 1. ff. de bon. eorum qui ante sen ten. mor. sibi consciuer. & l. fina. ff. de popul. actio. facit text in decimooctauo. Leuit. vbi dicitur, turpitudinem patris tui &
3 matris tuæ non discooperies. Dicas tamē, † quod tantę immu nitatis est hoc læsę maiestatis crimen, quod filius ad accusandum patrem admittitur. Ita tenuit Ioan. Igneus in sua disputa tione, an Rex Franciæ recognoscat Imperatorem: allegat tex. in l. famosi. ff. ad legem iul. maiest. & l. hi quos. ff. de accusa. l. vix. certis. ff. de iudic. l. fina. C. ad legem iul. maiest. & hanc suā conclusionem comprobat hac etiam ratione, quia si hoc ca su licitum est filio patrem occidere, (de quo inferius loco suo dicam) a fortiori licebit filio patrem accusare, & sic via iuris
4 contra eum vt facit pro ista opinione id † quod voluit Andr. de Iser. in cap. j. præterea. in princip. in titu. quæ fuit prima cau. sa benefic. amittend. in vsibus feudo rum, vbi dixit, quod filius tenetur iudicare patrem contra Imperium vel Rempublicā machinantem allegat Tullium libro 3. de offic. vbi dixit, q̄
5 † castrorum disciplina est antiquior quam liberorum charitas, l. postliminium. §. filius. ff. de capt. & postlim. reuers. ad idem dicas facere, quod rursus dicit idem Cicero in eodem libro 3. officiorum.

Digitized by Google

officiorum. cuius hęc ſunt verba: Quid ſi Tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebit ne filius? Immo vero obſecrabit patrem ne id faciat: ſi nil proficiet, accuſabit: minabitur etiam ad extremum: ſi ad pernitiem patrię res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris, facit ad hoc glo. in capitulo primo, in verbo, & Chriſtiani. de conuer.
6 infid. quæ dixit, † quod ꝑ patria pater in filium & filius in pa-
7 trem inſurgere debet. † Nec propterea filius de hoc crimine patrem accuſans ingratus dicetur, ſi cum veritate procedat accuſatio, ita dixit notanter Matth. de Afflict. in capit. primo. in §. & bona committentium, columna quarta. verſiculo, & ſcias quod tanta. numero quaranteſimoprimo. in titu. quæ ſint regal. in vſibus feudorum, de quo dicit eſſe gloſsā in conſtitu. regni. quæ incipit Inconſutilem. de hæret. in verbo flammarum.

8 Vnum tamen not. dignum non omittam, † quod ſi vaſallus ſciuit patrem ſuum velle grauiter delinqnere contra dominum ſuum, contra quem non committitur crimen læſæ maieſtatis, ſi hoc non reuelet domino feudi, non debet propterea feudum perdere: ſed ſi alius pręter patrem volebat dominum ſuum interficere, vel contra eum grauiter delinquere, tenetur id domino ſuo reuelare: & ita intelligi debet text. in capitulo primo. §. præterea ſi vaſallus in titu. quæ ſuit prima cauſa benefi. amitten.

In hoc tamen videtur diſſentire Matthæ. de Afflict. in dicto §. pręterea. Ea ratione: quod † maior ſit fidelitas quam filius præſtare domino feudi tenetur, quam patri: dicit tamen cogitandum.

10 At dixerim ego ſecus eſſe. nam † obligatio, quam filius erga patrem habet, eſt nedum de iure naturali, ſed etiam diuino: præcepit enim Deus parentes honorari. Deuteronom. cap. 5. Matth. cap. 15. Exod. cap. vigeſi. Leuitic. cap. vigeſi. Prouerb.
11 cap. vigeſi. Obligatio † vero feudatarij erga dominum feudi eſt de iure ciuili. Ciuilis autem ratio naturalia iura perimere non poteſt. l. iura ſanguinis, ff. de regu. iur. & in §. minus, Inſtit. de hæred. quæ ab intęſta. defer.

SVMMARIVM.

1 *An pater filium de crimine læſæ maieſtatis accuſare poterit? & carmen ſuam nemo odio habere tenetur.*
2 *Pater longe plus filium amat, quam filius patrem.*
3 *Pater ſciens filium contra regem machinari, non tenetur illum regi reuelare.*
4 *Pater filium in crimine læſæ maieſtatis accuſat.*
5 *Pater in filium, & filius in patrem, pro patria inſurgere debet.*
6 *Romani filios contra patriam machinantes non ſolum denunciabāt, ſed ipſi met puniebant.*
7 *Exempla de Lucio Bruto primo Conſule, & de Caſſio. nu. 8.*
8 *Si filius patrem, uel pater filium accuſat, vel denunciat, mitius accuſatus puniri debet.*

QVAESTIO IX.

1 NOno quæro, An pater filium de crimine læsæ maieſtatis accuſare poterit? videtur prima facie dicēdum quod nō: quia † nemo carnem ſuam odio habere tenetur, capitu. dilecto. de præbend. vigeſimatertia quæſtio. ſecunda, capi. cum extimemus. Et licet filius patrem accuſet in hoc crimine, vt vidimus ſupra proxima præcedent. quæſtio. Tamen † pa-
2 ter longe plus filium amat, quam filius patrem: vt teſtatur Ariſtote. libro octauo. Et hicorum, facit † quia ſi pater ſciuit fi-
3 lium machinari contra regem, non tenetur illum regi reuelare, per tex. in l. milites argumen. §. deſertorem, Digeſt. de re milita. ita dixit Ioan. de Anan. in capitu. fina. de his qui fili. occid. idem tenet Felin. in capitulo primo, cotumna ſecunda, verſicu. limita non habet locum in patre. de offic. delegat. vbi per tex. in dicta lege milites argumen. & tex. in l. vtrum, ff. de parricid. dixit, quod pater filium quem ſcit contra principem machinari denunciare non tenetur.

4 Dicas tamen † contrariam partem veriorem eſſe, quod immo pater filium accuſat in hoc crimine. Ita tenuit Ioan. Igneus in ſua diſputatio. an Rex Franciæ recognoſcat. Impera. vbi dixit, quod immo pater filium contra Imperatorem machinantem tenetur illi offerre: allegat text. in l. qui cum vno. §. filium, ff. de re milit. ibi, vel a patre poſtea exhibitus, quem textus, Bartho. Cœpola Veronen. ad hoc notat in prima ſua Cautela, facit glo. in capitulo primo, de conuerſat. in
5 fideli. in verb. Chriſtiani, quæ dixit, † quod pater in filium, & filius in patrem pro patria inſurgere debet. ad idem facit quod voluit Matth. de Afflict. in capitu. primo. in §. præterea ſi vaſallus, columna 3. verſicu. ſed iuxta hoc quæro, numero vigeſimo. in tit. quæ ſit prima cauſa beneficii amittend. vbi reprobat opinionem Ioan. de Anan ſupra relatam. Et quod pater filium denunciare teneatur in crimine læſę maieſtatis, late tradit Matthæ. de Afflict. in capitu. imperiam, §. inſuper, de prohita feud. alien. per Federicum, & habetur per eundem in ſua glo. ſuper Coſtitu. Regni, in titu. ne filius pro patre in prin.
6 Quinimo † Antiqui Romani filios ꝺ patriam machināte nō ſolū denūciabant ſed ꝑſimet puniebāt: de quo poſſent plura
7 adduci exempla, ſed duobus tantum contentus ero. † Lucius Brutus, filios ſuos Tarquinij dominationem a ſe expulſam reducentes, ſummum Imperium Romæ obtinens, comprehenſos, proque tribunali virgis cæſos, & ad Palum religatos ſecuri percuti iuſſit. exuit namque patrem vt conſulem ageret, orbuſque viuere quam publicæ vindictæ deeſſe maluit: vt teſtatur Valerius Maximus, libro quinto. capitu. 4. in titu. de parentum ſeueritate aduerſus liberos, in primo exemplo. † Lucio Bruto Aemulatus Caſſius, filium, qui dum Tribunus Ple-
8 bis eſſet Agrariam legem primus tulerat, ac multis aliis rebus populariter hominum animos amore ſui deuictos tene bat, poſtquam poteſtatem illiam filius depoſuit, Caſſius propinquorum & amicorum adhibito Conſilio Affectati Regni crimine domi damnauit, ac verberibus actum necari iuſſit, illiuſque peculium Cereri conſecrauit: Teſte Vale. Maxi.
9 eodem loco, in ſecundo exemplo. Scias tamen, † quod quando filius patrem, vel accuſat, vel denunciat, mitius accuſatus puniri debet. dicta l. milites argumen. in fine, ff. de mili. de quo vide Bartho. in dicta prima ſua cautela; & infra latius dicam. q. 6. in titu. de variis quęſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *An miles in crimine læſæ maieſtatis accuſare poterit? quia alias miles prohibetur accuſare, & quæ ſit ratio numero 2. & quomodo intelligatur nu. 6.*
3 *Miles in crimine læſæ maieſtatis admittitur ad accuſandum.*
4 *Miles qui ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur poteſt accuſare.*
5 *Item pro annona fraudanda.*
7 *Milites hodie, cum non ſubiiciant ſe ſacramento, accuſare poterunt.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro, Certum eſt, ꝙ † miles prohibetur accuſare, cap. prohiberi. 2. quęſtio. 1. qui accuſare, ff. de accuſatio. l. non prohibentur, C. qui accuſare non poſſunt, & ratio eſt, quia militaribus exercitiis operam dare debent, vt l. milites. C. de procurat. idem tenuit Ange. in tractatu malefi. in uerbo ad querelam Titii in verſicu. vndecimo prohibetur. Et Gandi. in tractatu ſuo malef. in rub. qui accuſa. in verſicu. Item milites prohibentur, quia debent ſuos ciues defendere, & in caſtris inſiſtere, & non verſari circa lites, nec inferioribus eſſe terribiles. Quod miles accuſare non poſſit, voluit etiam Speculator, in titu. de accuſa. in verſicu. item excipitur quod eſt miles, vbi dirit, quod miles propter ſacramentū accuſare non poteſt, ſecunda quæſtio. 1. capi. prohiberi. Quid dicendum in crimine læſæ maieſtatis? Dicas, † quod fallit prę-
3 dicta concluſio in dicto crimine, in quo miles admittitur ad accuſandum, ita dixit Specula. in præallegato verſicu. item quod eſt miles: per tex. in l. nullus, Cod. ad legem Iuliam maieſtatis. idem voluit Do. Hippolit. de Marſil. præceptor meus in l. de minore in prin. colu. 2. verſi. & subdit etiam, ff. de quæſtio. idem tenuerūt Cyn. Odof. & alii in dicta l. nullus. Secun-
4 do † fallit prædicta concluſio in milite, qui ſuam vel ſuorū iniuriam proſequitur, nam tunc accuſare poteſt. l. non prohibētur, & ibi Ang. & alii. C. qui accu. non poſ. & l. ſi crimen. eo. tit. ita dixit etiam Spęcu. in prędicto verſi. item quod eſt miles, in tit. de accuſ. & Gandi. in tractat. malefic. in dicta rubric. qui accuſa. poſſ. prędallegat. uerſicu. item milites prohibentur, idem voluit Mar. de Laude in trac. de mili. quæſtione xlij. Ter-
5 tio, † fallit pro Annona fraudanda, l. mulierem. ff. de accuſati. & hoc iō eſt, ne, a ſuſceptis ſignis auocetur argum. C. locato l. fi. & l. milte. & 16. qō. 1. cap. generaliter. ita voluit Spe. in prę-
6 allega. verſi. item quod eſt miles, vbi dixit † quod prædicta procedunt in milite qui iurat ſe mortem non euitaturū pro republica, ff. ex quibus cau. maior. l. penult. & ff. de his qui no. infa. l. 2. non autem procedunt prædicta in milite q ſtat in domo propria, qui modo prædicto non iurat nec ſtipendium merętur. l. qui ſtipendia, C. de procura & in dicta. l. qui accuſ. idem

Digitized by Google

dixit Auguſt. de Arim. in add. ad Angel. in tracta. de malefi. in dicto verbo, & ad querelam Titij. in add. ſuper verſic. vndecimo prohibetur. vbi dixit, † quod cum hodie milites non ſubijciant ſe ſacramento prædicto, quod accuſare poterunt. alleg. tex. iuncta glo. magna in d. l. qui accuſare. ff. de accuſatio. Et q milites noſtri temporis accuſare non prohibeantur, tenuit ēt Salic. in d. l. non prohibentur. C. qui accuſa. non poſſunt. idem tenuit Ange. in tract. de malefi. in d. verbo, ad querelam Titij prælleg. verſic. vndecimo prohibetur.

SVMMARIVM.

1 *An ſeruus dominum accuſare poterit in crimine læſæ maieſtatis? nam ſeruus dominum non accuſat regulariter.*
2 *Seruus in crimine læſæ maieſtatis admittitur ad accuſandum dominum.*
3 *Serui in occultis regulariter, maxime quando per alios melius detegi non poteſt q domi ſit, admittuntur ad accuſandum.*
4 *Et in lege Iulia de Ambitu.*
5 *Item in lege Iulia de Annona.*
6 *Seruus accuſat illum qui tabulas teſtamenti ſubtraxit in quo ſibi libertas relicta erat.*
7 *Seruus admittitur ad accuſandum de nece domini.*
8 *Seruus quo tempore cœperit, & nu. 9.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimo quæro, †Regulariter ſeruus dominū non accuſat. l. qui accuſare. ff. de accuſatio, l. ſeruus, C. de iud. & per Gandi. in tracta. de malefi. ſup rubr. q accuſa. poſ. vel non, in princ. vbi dixit, quod ſerui accuſare prohibentur, quia quantum attinet ad ius ciuile ſerui pro nihilo habentur, l. quod attinet, & l. ſeruitutem, ff de regu. iur. Quid
2 dicendum in crimine læſę maieſt. Dicas † q admittitur ad accuſandum l. meminiſſe. C. ad legem Iuliam maieſ. l. vix certis, de iudic. l. famoſi. ff. ad legem Iuliam maieſta. l. penult. qui accuſa. non poſſ. Barto. in l. 1. C. de preci. impe. offerend. rationē dicit eſſe Ioan. Igneus in ſua diſput. an Rex Franciæ recognoſcat Impera. numero centeſimodecimooctauo. huiuſmodi crimen occulte fit, & nemini panditur: & ideo † in iſtis occul
3 tis, etiam in aliis criminibus regulariter ſerui admittuntur in in defectum, & maxime quando per alios melius detegi non poteſt quid domi fit. l. conſenſu. †. ſuper plagis, C. de repud. l. ſi. §. licentia C. de iur. delib. §. ſi vero abſunt, in Auth. de hæred. & Falcid. §. diſtrahitur, in Auth. de nupt. & no. in Authen. ſi dicatur. C. d eteſt.

4 Secundo † fallit ſupradicta concluſio, quod ſeruus non admittatur, ad accuſandum in l. Iulia de ambitu, vbi admittitur
5 ſeruus. Tertio † fallit in l. Iulia de Annona, l. 1. ff. ad legem iul.
6 de Anno. Quarto † fallit, quia ſeruus quandoque accuſat illū qui tabula teſtamenti ſubtraxit, in quo ſibi libertas relicta erat. l. nullos. ff. ad leg. Corne. de falſ. Iſtas fallentias ponit Gandi. in d. tract. de malefi. ſub rub. qui accuſare poſſunt, in princ.
7 adde tu † Quintam fallentiam, quod ſeruus admittitur ad accuſandum de nece domini, vt per Bart. in l. 1. num. 1. & 3. C. de precibus Impera. offerend. de quo eſt tex. expreſſus in dicta l. 1. Non erit fortaſſe inutile ſcire † quo tempore cœperit ſeruitus, quod ſeruitus cœpit ſub Rege Pharaone in Aegypto quando fames totam terram oppreſſerat annis ſeptem: nam tunc homines, ne fame perirent, ſe ipſos in ſeruitutem regiam da
9 bant, vt habetur Geneſ. c. 57. & † ex ebrietate videtur ortum habuiſſe ſeruitutem, manebat antequam vinum iueniretur, omnibus inconcuſſa libertas, nec eſſet hodie ſeruitus ſi ebrietas non fuiſſet, dicit tex. in c. 6. die, in §. manebat autem. 35. diſt. glo. in c. ius gentium. in verbo ſeruitutes, Diſtin. j.

SVMMARIVM.

1 *An vaſallus accuſare poterit dominum de crimine læſæ maieſtatis? quia vaſallus delator vel accuſator domini ſui feudum perdit.*
2 *Vaſallus dominum accuſat in crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO XII.

DVodecimo quæro, An vaſallus accuſare poterit dominum de crimine læſæ maieſtatis? videtur prima facie dicendum quod non. †Nam vaſallus, qui
1 fuit delator vel accuſator domini ſui, feudum perdit, vt habetur in c. j. §. item ſi delator, & ibi glo. in verbo perdit, in tit. quæ fuit prima cauſa benef. amitten. in vſibus feudorum. Dicas ta-
2 men † quod vaſallus dominum acuſat in crimine læſæ maieſtatis, vt voluit gloſſa in d. §. item ſi delator. & ibidem Matth. de Affict. numero 31. idem voluit Specu. in titu. de accuſa. §. j. in verſicu. item quod eſt libertus, allegat tex. in l. penu. C. ad legem Iuliam maieſt. faciunt ad hoc quæ dixi ſupra in Rubrica qualiter & per quos crimen læſę maieſtatis committatur. quę ſtio. vigeſimaquin.

SVMMARIVM.

1 *An libertus dominum accuſare poſſit ae crimine læſæ maieſtatis? nam regulariter dominum ſuum accuſare non poteſt.*
2 *Libertus dominum alere tenetur, & ſi non alit poteſt in ſeruitutem reuocari. numero 3.*
4 *Liberti, & eorum filii, & familiares prohibētur accuſare patronos propter reuerentia, niſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequantur.*
5 *Libertus in crimine læſæ maieſtatis dominum accuſat.*
6 *Libertus non admittitur contra dominum in accuſatione famoſa.*
7 *Libertus in crimine Annonæ admittitur ad accuſandum dominum.*
8 *Item in crimine falſæ monetæ.*

QVAESTIO XIII.

1 TErtio decimo videamus de Liberto, an dominum ſuum accuſare poſſit? & regulariter dicendum eſt quod non, vt per Specu. in tit. de accuſa. §. primo. verſicu. item quod eſt libertus. ubi dixit,
2 quod libertus dominū accusare non poteſt, ſicuti nec ſeruus facit, † quia libertus dominum alere tenetur, glo. in l. j. C. de oper. liber. not. in l ſi quis a liberis, §. ſi quis libertis. ff. de libe. agnoſcend. quinimmo † ſi libertus dominum non alit, poteſt in
3 ſeruitutem reuoca. Specu. in titu. qui filii ſint legi. verſic. & no. vide ad hoc, quod libertus teneatur patronum alere qui non habet vnde ſe alat, quę ſcribit Pau. de Citad. in tracta. ſuo de iure patro. in v. parte, in 6. articu. columna ſecunda, in verſic. quinto. alitur a liberto patronus, idem dixit Gandi. in tracta. de malefi. in rub. qui accuſ. poſſ. vel non columna 1. in fine, in
4 verſicu. item prohibentur liberti. vbi dixit † quod liberti & eorum filii & familiares prohibentur accuſare patronos propter reuerentiam, quam eis debent, niſi ſuam uel ſuorum iniuriam proſequātur, l. qui accuſare, ff. de accuſatio, l. hi tamē. §. 1. qui accuſ. non poſ. l. iniquum, & l. ſi quis ex familia. & l. ſimilem. C. eo. titu. Dicas tamen † quod in crimine læſæ maieſta-
5 tis libertus dominum accuſat, vt dixit Spe. in dicto tit. de accuſatore. §. 1. in dicto verſi. item quod eſt libertus, circa finem q tex. in l. pen. C. ad legem Iuliam maieſt. faciunt dicta ſupra q. 8. vbi uidimus, quod filius patrem accuſat in hoc crimine, & etiam ſeruus dominum, ut q. 11. proxi. pręceden. & † quod
6 libertus non admittatur contra dominum in accuſatione famoſa, habetur in l. adoptiui. §. patronum, ff. de in ius vocando cum ſequent. & l. honori. & in l. liberto. de obſeq. a liber. præſt. prętерquam in crimine læſæ maieſtatis, tenuit etiam Pau. de Citadi. in ſuo tracta. de iure patro. in v. parte, in vi. arti. in verſi. ſecun. debetur honor. Erit ergo ex prædictis concluno, quod libertus patronum non accuſat. fallit pluribus modis. Primo, quando libertus ſuam vel ſuorum iniuriam proſequitur dictum fuit ſupra. Secundo fallit in crimine læſæ maieſtatir, de
7 quo dictum fuit ſupra. Tertio † fallit in crimine annonæ in quo admittuntur perſonæ alias prohibitæ ad accuſandum, l. mulier, ff. de accuſatio. Quarto † fallit in crimine falsæ mone-
8 tæ. 2. C. quibus. ex cauſ. ſer. pro præmio. lib. & prędictos caſus ponit Pau. de Citad. loco ſupra alleg. verſi. ſecundo debetur, in 1. colum.

SVMMARIVM.

2 *An alimentatus alimentatorem ſuum accusare poſſit de crimine læſæ maieſtatis, nam alimentatus in domo alicuius regulariter alimentatorem ſuum accuſare non poterit.*
3 *Alimentatus in crimine læſæ maieſtatis admittitur ad accuſandum alimētatorem ſuum.*
3 *Familiaris regulariter non admittitur ad accuſandum dominum ſuum a fallit in crimine læſæ maieſtatis*

QVAESTIO XIIII.

1 QVarto decimo quæro, Quid dicendum de eo, q a tenera ętate eſt alimētus in domo alicui us, an alimentatorē ſuū acuſare poterit? Dicas q nō, pōt tamen ꝙ cum agere ciuiliter, ut eſt tex. ī l. iniquū, C. de his qui accu. nō poſ. Spe. in ti. accuſato. §. j. ver. itē
2 q eſt libertus, iſta regulariter procedunt: † in crimine autē læſę maieſtatis admittetur, vt voluit idem Specu. loco. prælleg. in fi.

Digitized by Google

3 fi.dicti verſiculi.Idem † dicendum erit de familiari, qui alias accuſare prohibetur dominum ſuum,nam admittetur ad accuſandum eum in hoc crimine.tex.eſt apertus in l.ſi quis ex familiaribus,C.qui accuſa.non poſſunt, & habetur per Specul. in d.verſi.item quod eſt libertus,in fi.& Gandi.in tracta.male. in tit.qui accuſ.poſ.in verſi.item prohibentur libert.

SVMMARIVM.

1 *An maritus, & vxor inuicem ſe accuſare poſſint de crimine læſæ maieſtatis,& qui non poteſt eſſe teſtis contra aliquem, non poteſt eundem accuſare.*
2 *Vxor non poteſt eſſe teſtis contra maritum cui reuerentiam debet.*
3 *Pater pro patria in filium,& filius in patrem, & maritus in vxorem inſurgere debent.*
4 *Vir licite dimittere poteſt uxorem ſuam machinantẽ contra imperium:& contra vxor virum.*
5 *Omnis poteſt accuſare de crimine læſæ maieſtatis, etiam ille qui alias eſt prohibitus.*
6 *Vxor non tenetur denunciare ſeu accuſare uirum de crimine læſæ maieſtatis.*
7 *Non eſt amor, qui coniugalem vincat.*
8 *Vxor ſciens virum velle committeae crimen læſæ maieſtatis, licet illum accuſare non debeat, debet tamen illum diſſuadere.*
9 *Vxoris obligatio erga maritum maior eſt quam filii erga patrem, & econtra.*
10 *Matrimonium eſt de iure diuino,& fuit a Deo inſtitutum in Paradiſo Terreſtri.nu.11.& eſt ſacramentum.nu.12.*
13 *Vxor ſi accuſaret uirum proditionem committeret, & fidem coniugalem frangeret.*

QVAESTIO XV.

QVinto decimo quæro. Quid dicendum de marito & vxore, an alter alterum accuſare poſſit in crimine læſæ maieſtatis? & videtur dicẽdum quod non:nam ſcriptum eſt & erunt duo in carne vna. Matth.cap.19.Pauli ad Epheſ.cap.v.Marc.10. Geneſ.capi.ſecũ.
1 facit,quia,†qui non poteſt eſſe teſtis,non poteſt accuſare, vt per Specu.in titu.de accuſator.§.primo.verſicu.item quia non poteſt eſſe teſtis. † vxor autem teſtis eſſe non poteſt contra
2 maritum,cui ſubiecta eſt & reuerentiã debet, vt voluit Cy.in lege ſecun.Cod.de teſtibus.Abb.in cap.literis,in fine extra de teſtibus.immo etiam,marito volente, vxor contra ipſum teſtificari non poteſt.ita notanter dixit Ioan.Andreæ. in additi. Specula.in titu.de teſte.§.primo.verſicu. ſed quid de vxore.in add.quæ incipit,vbi ſubeſt ſola ratio.& habetur per D. Hipp. Marſi.præceptor meum in conſilio vigeſimoſecundo. gratia Domini non me deſerat.columna ſecun.numero quinto.volumine primo.

Pro contraria parte,quod maritus vxorem, & vxor maritum accuſare poſſit in crimine læſæ maieſtatis,facit gl.in capi. primo.in verbo, & Chriſtiani.de conuerſ.infidel. quæ dicit,
3 † quod pro patria pater in filium,& filius in patrem,& maritus in vxorem inſurgere debent.ad idem facit, quia† vir licite
4 dimittere poteſt vxorem ſuam machinantem contra Imperium,& econtra vxor virum.tex.eſt in l.ex conſenſu.in principio,& in §.vir quoque.C.de repud. comprobatur prædicta
5 concluſio † ex doctrina Angeli in tractatu de malefi.in verb. *che hai tradito la tua patria.*in verſicu. quæro quis poſſit accuſa. in princ.vbi dixit,quod omnis poteſt accuſare de crimine læſæ maieſtatis,etiam ille qui alias eſt prohibitus,facit textus in lege famoſi.& ibi not.Docto.& l.quæſtionibus,ff.ad legem Iuliam maieſt.

Nec obſtat quod regulariter vxor teſtis eſſe non poſſit cõtra maritum,quia filius contra patrem teſtimonium non dicit,& tamen admittitur in crimine læſæ maieſtatis ad accusãdum patrem,vt vidimus ſupra quæſtio. octaua. proxima præcedente.Hanc quæſtionem tangit Matth. de Afflict. in cap.1. §.præterea,colun a 3.in fi.verſicu.ſed iterum quæritur, in titu. quæ fuit prima cauſa benefi.amitten. numero 22. Et idem in titu.de pace tenen.& eius violat.in c.1.§.ſi quis hominem, in verſicu.vndecimo nota.colum.3. nnmero 26. & vtrobique ſe remittit ad ea quæ circa hoc dixit Andr.de Iſer.in conſtitutione incipiente,pœnam in titu.de vxoribus foriudicatorum,& parentibus in conſtitu.Regni.vbi Andreas tenet,† quod vxor
6 non teneatur denunciare ſeu accuſare virum de tali delicto, dicens, quod in iure non inuenitur quod cõiunx maritum denunciare teneatur,vt dicitur de patre & filio. Nam licet dicatur quod nullus amor vincat paternum,l.ſi pater.C.de ſpõſalibus,& in l.iſti quidem,ff.quod met. cauſa. Attamen Chri-
7 ſtus dicit,†quod nõ eſt amor quia cõiugalem vincat,qui ſcriptum eſt Marci.ca.10.& Geneſ.2. Dimittet homo patrem & matrem,& adhærebit vxori, & erunt duo in carne vna facit. c.debitum,de bigam.cap.gaudemus,de diuor.& Matth.capit. 19.& Pauli ad Epheſ.5.& dicit idem Iſer.loco prẽallegato,†qp
8 vxor ſciens virum velle committere crimen læſæ maieſtatis, licet illum denunciare non debeat,tamen illum in quantum poteſt diſſuadere & retrahere debet ne id crimen perpetret. Et tenendo iſtam opinionem non obſtat quod dictum eſt de filio qui patrem accuſat, & econtra:quia † maior eſt obliga-
9 tio vxoris erga maritum,quam filii erga patrem, & econtra, vt ſupra dictum fuit: quia vir relinquere debet patrẽ & matrem & vxori adhęre. Nec obſtat iſtud quod dicitur: quod vir licite dimittit vxorem ſuam machinantem cõ imperiũ per tex.in dicta lege conſenſu,in principio,& §.vir quoque.Cod. de repud.quia diſpoſitio illa procedit de iure ciuili, quod locum non habet in matrimonio,ſed in eo ſeruatur ius canonicum,ſecundum quod ſtatutum eſt, quod quos Deus coniunxit homo non ſeparet.præterea, excepta cauſa fornicationis, ex nullo crimine vxorem dimittere quis poteſt,c.in coniugio trigeſima quæſtio.prima.cap.omnes accusationes,eadem cauſa.quæſtio. ſeptima. confirmatur prædicta concluſio, quia
10 † matrimonium eſt de iure diuino.capitulo primo, de voto, in ſexto.capitu.ſunt qui dicunt. vigeſimaſeptima. quæſtio. ſecun.& not.Abb.in cap.cum ad monaſterium, in fina.colum.
11 extra,de ſtatu monach. † fuit enim in Terreſtri Paradiſo, a Deo inſtitutum.Geneſ.cap. 1. & habetur per Corne.in conſilio octauo.coluna fina.numero quarto.in quarto volumine.
12 Et † matrimonium eſt ſacramentum.capitu.gaudemus, de diuor.in princip.cap.omne. vigeſimaſeptima. quæſtio. ſecun.& fides vnum eſt ex bonis matrimonii, ut dicit ille text. Ergo concluditur, quod obligatio, quam vxor habet erga virum, & econtra,eſt de iure diuino:& ſic longe anterior obligationi quam quis erga patriam vel Imperatorem habet.† Et pro-
13 pterea dicendum non eſt vxorem poſſe aut debere accuſare virum de crimine læſæ maieſtatis: Id enim ſi faceret proditionem committeret,vt dixit Andr.de Iſer.in dic.conſtitutio.pœna carere,columna ſecunda, de vxoribus foriudicat. & fidem coniugalem frangeret,quę etiam hoſti ſeruanda eſt.vigeſimaoctaua.quæſtio.prima.capitu.noli. & cum iſta opi. vti de iure veriori tranſeo.

SVMMARIVM.

1 *An ille, qui erat in coniuratione contra principem uel rempublicam,ſi reuelet coniurationem impunitatem mereatur?*
2 *Reuelans tractatum de morte papę liberari,& præmiari debet.*
3 *Præmium,quod datur reuelantibus,licet non participi reuelanti, tamen ſecus eſt in crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO XVI.

DEcimo ſexto quæro, Quid dicendum de eo,
1 qui erat in cõiuratione contra principem vel Rẽpublicam?Dicas, † quod ſi a principio coniurationem reuelauit,non ſolum impunitatem,ſed etiam præmium meretur. Si vero non a principio, ſed poſt aliquod tps antequam delictum fiat id reuelet,nulla tamen prius de eo habita notitia per principem,tunc impunitatem tantum,non aũt præmium conſequitur:tex.eſt ad hoc notab.in l.quiſquis.§.ſane ſi quis.C.ad leg.Iul.maieſt.c.ſi quis.& ibi Præp.6.q.1.† Idem
2 dicas in reuelante tractatum, qui fieret de morte pontificis: quia,etiam ſi particeps eſſet, liberatur & præmiari debet. c.ſi quis Papa.in fi.xxviij.Diſt. & ex hoc limita doctrinam Bart.in
3 l.3.ff.de cond.ob.turp.cauſam,vbi dixit, † quod præmium qđ datur reuelantibus non datur participi reuelanti: vt eius doctrina non procedat in reuelante crimen lęſę maieſtatis modo prędicto:quia reuelans dictum crimẽ,a principio præmiũ conſequitur iuribus prędictis.

SVMMARIVM.

1 *An laicus clericum accuſare poſſit de crimine læſæ maieſtatis? quia laici non admittuntur ad accuſandum clerico vel epiſcopoe.*
2 *Laici clericos in crimine læſæ maieſtatis accuſat.*
3 *Laici ſuam uel ſuorum iniuriam proſequentes clericos accuſat.*
4 *Laici clericos accuſat in crimine hæreſis.*
5 *Item in crimine ſimoniæ.*
6 *Item in crimine ſacrilegii.*
7 *Item in crimine dilapidationis.*
8 *Laicus accuſans clericum bonæ vitæ,& ipſe debet eſſe bonæ vitæ.*
9 *Laici ignoti,vel ſuſpecti de falſitate,ſeu inimici, non admittuntur ad accuſandum clericos in caſibus ſupraſcriptis.*

Digitized by Google

Hiero. Gigantis de crimi. læsæ maiest.

QVAESTIO XVII.

1 DEcimo septimo quæro, An laicus clericum accusare possit in crimine læsę maiestatis? & videtur dicendum quod non, quia † laici non admittuntur ad accusandum clericos vel episcopos: tex. est in capi. 1. secun. quæstio. 7. & in capitu. nullus, & in capitu. laico. eadem causa, & q. c. clericum cuiuslibet. vndeci. quæstio. j. c. cū P. de accusatio. & habetur per Ioan. de Turre Cremat. in d. c. 1. colum. 1. Ista conclusio fallit † primo ī crimine læsę maiestatis, cap. sane. 15. quæst. 4. idem voluit glo. in ver. quod vero, 2. q. 7. in summa: & ibidem Præpos. & Archid. & Egid. Bellemera, ita tenuit etiam Tur. Cremat. in d. cap. j. columna. 1. versicu. secundus casus.

3 Secundo fallit † quando laicus suam vel suorum iniuriam prosequitur. 4. q. 6. c. omnibus. c. de cętero. de test. gl. in d. verbo, quod vero, 2. q. 7. & ibi Præpos. Archid. tamen dicit hoc solū procedere, quando ciuiliter agitur. sed Hostien. in d. cap. de cętero, de testib. contrarium tenuit: quod immo quando suam vel suorum iniuriam prosequitur etiam laicꝰ clericum criminaliter accusat. pro cuius opi. Præp. in c. quod vero. 2. q. 7. colu. 2. in princ. allegat text. in c. Maximianus, 81. distinctio. Tertio
4 fallit † in crimine hæresis. c. sacerdos, c. oues, 2. q. 7. Quarto fal-
5 lit † in crimine simoniæ. c. tanta. de simo. Quinto fallit † in cri-
6 mine sacrilegij, 17. q. 4. §. qui autem. Sexto fallit † in crimine
7 dilapidationis, 7. q. 2. c. non liceat, prædictas fallentias ponit etiam glo. præallega. in d. versi. quod vero. 2. q. 7. Dicit tamen Ioan. de Turre Cremat. loco prędalle. quod in his criminibus admittitur laicus ad accusandum clericum, duobus cōcurrētibus. Primo, quod laicus bono zelo denunciet crimen. ext. de simon. c. licet Heli. Secundo, quod clericus accusatus talis vitę
8 fuerit suspectus, vt in cap. in primis, 2. q. 1. si autem † clericus esset bonę nitę admitteretur tātum laicus bonæ vitę, c. per tuas, de simon. idem dixit glo. prędallega. in summa. in d. versi. quod vero. quæ voluit, quod si clericus qui accusatur sit malæ vitę, admittetur ad accusandum eum ī casibus prędictis etiam laicus malæ vitæ: per tex. in d. c. per tuas, de simon. Vnum tamen
9 non omitto: † quod in casibus in quibus laici admittuntur ad accusandum clericos, ignoti vel suspecti de falsitate seu inimici non admittuntur, 4. q. v. accusatoribus, & cap. canonica, & c. accusatores, nisi prius inquiratur de vita, & fide, & intentione eius, 2. q. 7. c. si qui. & c. quærendum, vel nisi habeat aliquas literas testimoniales de persona sua, vel saltim testmonium populi, 2. q. 7. c. terminationes, ita per iura prædicta dixit Egid. Bellam. in d. c. de cœtero, col. fina. prope finem. de test. alleg. Io. And. & Arch. in d. cap. quærendum, & Innocen. in c. cum P. de accusat. in glo. 1. in fi. prędicta sane intellige, quando agitur de crimine criminaliter: alias secus secundum opi. Collectarii recitatam per Bellameram in d. cap. de cœtero, in fine.

SVMMARIVM.

1 *An sacerdos teneatur reuelare si audiuit aliquem in confessione, qui ei dixit quod crimen læsa maiestatis contra principem committere volebat?*
2 *Confessio sacramentalis est de iure diuino: & ita eius celatio.*
3 *Confessionis sacramentalis reuelator est violator sacramenti.*
4 *Confessio sacramentalis ad impediendum malum non debet reuelari.*
5 *Sacerdos licite iurat se nihil scire, licet quid sciat in confessione.*
6 *Sacerdos non potest confessionem sacramentalem reuelare, etiam ex licentia & præcepto superioris, etiam si papa id mandaret sub pœna excommunicationis. & nu. 7.*
8 *Sacerdos in actu confessionis vices veri Dei gerit.*
9 *Sacerdos an possit de licentia conficientis reuelare confessionem sacramentalem.*
10 *Confessio sacramentalis est de peccato commisso non committendo.*
11 *Confitens quod vult delictum aliquod committere, & q̄ abstinere non potest, sacerdos debet quanto cautius potest reuelare vt peccatum impediatur, non tam en propalando quoquo modo. nu. 2.*
12 *Peccatum commissum dicitur detegi in pœnitentia, non committendum.*

QVAESTIO XVIII.

1 DEecimooctauo quæro, Vtrū sacerdos, † q̄ aliquem in cōfessione adiuit, a quo intellexit q̄ volebat crimē læsæ maiestatis committere in principem vel Rempublicam, siue quod tale crimen commisit, an hoc reuelare teneatur? Hæc est ardua quęstio: circa quam Ange. in tractatu suo de malefic. in verb. *che hai tradito la tua patria*. in versicu. quæro an sacerdos. dicit, quod salua opinione Canonistarum & Thologorum cui se submittit, ipse tenet quod talis sacerdos non teneatur reuelare huiusmodi confessionem, per tex. in cap. omnis vtriusque sexus, in versicu. Caueant autem de pœnit. & remissio. & ibi not. per Innocent. & Anton. de Butr. Demum idem Ange. sic distinguit, quod aut aliquis confessus est sacerdoti crimen læsę maiestatis iam cōmissum, vt puta confessus est quod ipse interuenit in tracta. facto contra principem vel Rempublicam, & tunc husuſmodi crimen per sacerdotem propalari non potest, quia eo ipso q̄ illam pœnitentiam iniunxit, & peccatum iam commissum est & perfectum, princeps vel respublica lædi non potest ex illius non propalatione, ideo sacerdos id reuelare non debet, cap. sacerdos, cap. nemo, cap. significasti, de pœniten. & remissio. Et idem dicit esse, quando quis confessus est quod est in tractatu contra principem, & eum pœnitet, & præteritæ volūtatis sibi pœnitentiam iniungi petit, quæ sibi iniuncta fuit: Nam etiam hoc casu id sacerdos propalare non debet, c. cū quidam. de pœnitet remis.

Quando vero quis cōfiteretur sacerdoti, & ei diceret, quod habuit, habetque tractatum, & quotidie illum exerceret contra principem vel rempublicam, & quod huiusmodi tentationi non potest resistere, & quod omnia exequetur cum aliis, hoc casu dicit Ange. se credere, quod si sacerdos manifestet illis, quibus prodesse, non obesse potest, non accusando personam, & illis dicendo, caueatis, quia tali die & tali loco tumultus fieri debet, vel aliud scandalum in populo: id iuste faceret cap. hoc videtur trigasima. distinctio. quod tamen verum esse dicit si confitens tantummodo de se dixit: Si vero nominasset socios in specie, vel dixerit quod sunt plures alii, & isto casu siue etiam illum pœnituerit de suo malo proposito, & pœnitentiam petat, dicit se credere, quod sacerdos non male faceret notificare illis quibus obesse & non prodesse posset, quod est tractatus in ciuitate contra principem vel rempublicam ipsum confitentem, aliter nec etiam alios nominando qui confessi non sunt, sed sibi a cofitente nominati, capitu. nemo, de simo. subdens Ange. hę dicta pro se corrigenda, ut iuris est.

2 Tu autem in hac materia considera, † quod sicuti confessio sacramentalis est de iure diuino, ita pariter dicendum est de eius celatione, quæ pariter de iure diuino censenda est, ut dixit Ioan. de Turre Cremat. Cardina. in capitulo sacerdos. columna secunda. versicu. Tertio ratione necessitatis, de pœniten. distincti. sexta. & rationem assignat quare sacerdos teneatur confessionem celare, quia in sacramentis id quod exterius geritur signum est eius quod getur interius, ideo sicut Deus homini confitenti tegit peccatum interius, ita & sacerdos exterius celare debet, & hinc est, † quod tanquam violator sa-
3 cramenti est reuelator confessionis, & multas alias rationes adducit in dicto cap. sacerdos, quas breuitatis causa non refero: eum videre poteris, conferunt ad prædicta ea quæ scribit Archiepiscopus Florentinus in quarta parte suę summę, in ti-
4 tu. 17. capi. vigesimo secundo. in principio, ubi dixit, † quod ad impediendum malum non debet reuelari confessio, vt puta ad proditionem detegendam: subdens, quod tenentes contrarium falsum dicūt. subiungit tamen, quod confessor debet monere confitentes vt desistant, & principi vel prelato dicere quod vigilet circa suum gregem sine alia reuelatione. adduc-
5 it Thomam in 4. senten. distinctio. 21. Quinimmo † si iudex defert iuramentum sacerdoti de veritate dicenda, tali casu sacerdos licite iurat se nihil scire: quia quod scit non scit vt homo, sed vt Deus, ita dixit Guliel. quem refert & sequitur prędictus Archiepiscopus Florentinus loco præallegato. Nec † etiam
6 per licentiam aut superioris pręceptum, etiam si papa id mādaret sub pœna excommunicationis, tenetur, nec posset, sacerdos confessionem reuelare, quia sigillum confessionis (ut dictum est s̄.) est de iure diuino, & de necessitate sacramenti, secundum Petrum de Pallude in 4. distinctio. 21. Demum
7 dicas † quod sacerdos in actu confessionis vices veri Dei gerit, vt est tex. iuncta glo. in cap. dilectus, de excessib. prelatorum, habetur in cap. sacer. de offic. ord. & in hoc est maior Papa, q̄ vices puri & veri Dei, haud hominis repręsentat, ca. quanto, de translat. episcopi. hinc est, quod non potest compelli a papa tanquam † ab inferiore in illo actu, & minus a quocunq;
8 alio ordinario, ut confessionem reuelet, seu ea quę a confitente habuit in actu confessionis, ita dixit solennis Doctor pręceptor & promotor meus ad gradum iuris canonici in almo Bononiensi Gymasio D. Augustt. Berous in suis quęstio. familiar. quęstio. 11. numero 23. An † autem de licentia confiten-
9 tis reuelatio fieri possit? vide eundem Archiepiscopum loco supra allegato, & Ioan. de Turre Cremat. in dicto capit. sacerdos, & late per Doctor. in dicto cap. omnis vtriusque sexus. de pœniten. & remis. Egid. Bellem. in d. c. sacerdos, de pœniten. distinct. 6. dixit, quod quando quis dicit suo confessori, q̄ vult aliquem

Digitized by Google

aliquem interficere, & quod non poteſt tentationi huiuſmodi reſiſtere, vel quid ſimile, quod iſta non eſt proprie confeſ-
10 ſio: quia † confeſſio eſt de peccato commiſſo, non committendo: & propterea quod tali caſu ſacerdos non tenetur omnino celare, ſed id tali perſonæ reuelare poſſet cui poſſet prodeſſe & non obeſſe. 22. quæſtio. v. cap. hoc videtur, non tamē propalando confitentem. Idem videtur tenere Iacob. Zocchus Ferrarien. qui fuit præceptor Felyn. in d. cap. omnis vtriuſ
que ſexus. in verſicu. in ordine ſequitur 22. quæſtio. de pœnit. & remiſſio. dum recitat opinionem Ioan. Andreæ ibi, qui dixit ſe credere quod ſacerdos quicquid poterit circa hoc facere vt peccatum impediatur, quando aliquis eſt confeſſus ſe velle homicidium committere, facere debet, vt occuratur delicto ſine proditione perſonæ. hoc idem voluit Innocen. in di.
11 capi. omnis vtriuſque ſexus. dicens † quod quando aliquis dicit confeſſori quod vult delictum committere & quod abſtinere non poteſt, hoc peccatum non dicitur confeſſori detectum in pœnitentia: ideo ſacerdos debet quanto cautius poteſt reuelare vt peccatum impediatur. ſubdens tenēdum ſem-
12 per menti, † quod peccatum commiſſum non committendum dicitur detegi in pœnitentia: & hoc ſequitur Abb. in di. cap. omnis vtriuſque ſexus. columna fina. circa medium, vbi dixit, hoc procedere quando peccator dicit ſe omnino facturum delictum: ſecus ſi pœniteret de prædicta voluntate: nam tunc eſſet peccatum commiſſum ſaltim reſpectu voluntatis. idem voluit Cardina. Zabarel. in di. cap. omnis vtriuſque ſexus, columna vlti. in verſicu. in §. Caueant. & ibidem Anton. de Butr. columna octaua. verſicu. ſecundo quæro. Eſt igitur
* commun. opin. canoniſtarum, quod quando quis confitetur, ſi dicat confeſſori, quod vult committere homicidium in perſonam talis, & quod non poteſt reſiſtere huic tentationi, quod eo caſu pro obuiando ne tale delictum ſequatur, ſacerdos eo cautius modo quo facere poterit id reuelet ei cui prodeſſe non obeſſe poteſt, non tamen nominando aut propalā do perſonam quoquo modo: alias ei denegatur quantūcunque malum exinde ſequi poſſet. Et vide poſt alios Adrianum Florentinum, qui poſtmodum fuit Papa, & eius nominis ſextus: in ſuo libro in 4. ſentent. in titu. de confeſſione, in §. circa materiam confeſſionis, colum. 12. & decimatertia. folio centeſimoquaranteſimoprimo.

SVMMARIVM.

1 *An ſocius criminis læſæ maieſtatis ſi ſocium accuſet, & non probet, ſaltim excuſetur a crimine præſumptæ calumniæ?*
2 *Calumniator præſumitur qui non probat quod impinxit.*
3 *Conſcius criminis læſæ maieſtatis ſi accuſat ſocium & non probet, excuſatur a pœna præſumptæ calumniæ.*
4 *Accuſatur in crimine falſæ monetæ, ſi non probet, non punitur de calumnia.*
5 *Falſans monetam Principis incidit in crimen læſa maieſtatis.*

QVAESTIO XIX.

DEcimonono quæro, Vidimus ſupra queſtio. 15. proxima præcedente de eo qui erat in coniuratione criminis læſæ maieſtatis qualiter reuelando modo præmium modo impunitatem conſequatur: Quid dicendum de ſocio criminis † prædicti qui ſocium accuſat &
1 non probat, an ſaltem excuſetur, a pœna præſumptæ calumniæ? & dicendum videtur quod non: ſed puniri debeat, per nota. per Docto. & ibidem Cyn. in l. qui crimen. C. qui accuſare non poſſunt, lege vlti. Cod. de accuſatio. l. 1. ff. ad Turpillia.
2 præſumitur, enim calumniator eo ipſo quod non probat qđ impinxit. no. in cap. primo. de elect. in ſexto. cap. ſecun. de ca-
* lumnia. l. non ignorat. C. de fruct. & lit. expenſ. & iſtam opin. communiter teneri teſtatur Ioan. de Fantu. in capit. qui non probauerit iſecunda queſt. 3. & hanc opinio. tenuit Hoſtien. in rubr. de dolo, & contuma. in ſumma in capi. quæ pœna. §. ſed ſi petatur, in verſicu. alij vero dicunt, & iſtam partem tenet etiam Præpoſi. in di. cap. qui non prouauerit & in cap. quemquam. columna prima, in fi. verſicu. in ea Gloſſ. ibi, iuſtus dolor. di. ſecun. queſtio. 3. Dicas ſane, quod prædicta regulariter
3 procedunt. Attamen in crimine læſæ maieſtatit ſecus eſt, in quo conſcius criminis læſæ maieſtatis ſi accuſat, ſi non probet excuſatur a pœna præſumptæ calumniæ, ita dixit Ioan. Igne⁹, in ſua diſputa. An Rex Franciæ recognoſc. Impera. numero centeſimouigeſimoprimo. Allegat Cyn. poſt Petr. in l. 1. Cod. de falſ. monet. Cyn. tamen ibi nil dicit de crimine læſæ maieſtatis, ſed ibidem in verſicu. ſecundo oppono dicit, quod † ac-
4 cuſator in crimine læſæ monetæ ſi non probet non punitur de calumnia: quod ſpeciale eſſe dicit in eo crimine. Adducit ſimiliter Igneus ad probandam prædictam concluſionem Specula. in titu. de libe. concept. in §. nunc autem dicendum, verſicu. 16. vbi Specu. dicit, quod in accuſatione falſæ monetæ accuſator habet immunitatem pęnæ, per tex. in l. prima. C. de fal. mone. & ibi glo. in verbo immunitatem, licet non probet, dicens d. glo. quod ſi ſunt ſocii non puniuntur, allegat text. in l. quiſquis, in fi. Cod. ad legem Iuliam maieſta. & ſic allegata per Igneum, cum non loquantur in crimine lęſæ maieſtatis, non videntur probare ſupradictam concluſionem, dicas ſal-
5 uando Igneum, † quod falſans monetam Principis incidit in crimine læsę maieſtatis, lege ſecun. vbi de hoc eſt text. expreſſus, C. de falſ. mone. & dixi ſupra late. quæſtio. 51. ſub rubr. qualiter, & a quibus crimen læſæ maieſtatis committatur. Ergo quæ dicta ſunt de accuſatore non probante in crimine falſę monetæ procedunt in accuſante in crimine læſę maieſtatis, per prędicta.

SVMMARIVM.

1 *An quilibet principis proditorem manifeſtare teneatur, nam malefactorē quis indicare non tenetur regulariter de iure ciuili, ſecus de iure canonico.*
2 *Proditorem Principi manifeſtare quilibet tenetur: dummodo ſit ſubditus. numero 3.*
4 *Vxor non tenetur manifeſtare maritum in crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO XX.

VIgeſimo quæro, An quilibet Principis proditorem manifeſtare teneatur? dicendum q† regulariter de iure ciuili quis malefactorem indicare non tenetur.
1 l. in ciuile. C. de fur. de iure autem canonico ſecus eſt. c. q. eum furē. ext. de fur. Attamen dicas, † quod ſic per tex. in l. Methrodorum. ff. de pœn. & ita dixit Mart. de Laud. in tra. de cri. læſæ
2 maie. q. 3. & idē in tra. de princip. q. 558. And. de Iſer. in capit. 1. §. præterea, in prin. in verſic. quamuis regulariter. in titu. quæ
3 fuit. 1. cau. benef. ami. Prędicta tamen concluſio † procedit in ſubdito. Ange. in l. 2. C. de Parricid. gl. in Clemen. paſtoralis, in verbo non ſufficit, de re iud. quæ dixit, quod crimen læſæ maſtatis non committitur per non ſubditum, quod exclamat Bald. in l. nihil. C. de manumiſ. Oldra. in in conſi. 44. Fel. in c. 1. col. 1. verſi. fallit tertio. & verſi. confirma hoc de offic. delegat. de quo late dixi ſupra q. 58. ſub rub. qualit. & a quibus crimi. læſæ maieſta. committit. Secundo fallit † in vxore quę non tenetur accuſare, nec manifeſtare virum ſuum in crimine læſæ maieſtatis, vt diximus ſupra quæſtio. 15. proxi. prędced.

Quomodo & per quos crimen læſæ maieſtatis probetur.

SVMMARIVM.

1 *An ex confeſſione rei probetur crimen, quia confeſſio dicitur legitima probatio.*
2 *Nulla eſt maior probatio quam oris proprii confeſſio, dum modo ſpontanea & iudicialis ſit. nu. 3.*
Et de delicto conſtet. nu. 4.
4 *Reus confeſſus ſine alia probatione eſt damnandus.*
6 *Confeſſio ſpontanea Rei eſt tantæ potentiæ, quod licet aliàs iudex inordinate proceſſerit contra reum, attamen confeſſus non poterit dicere de nullitate proceſſus.*
7 *Confeſsio ficta, ſcilicet quando ex forma ſtatuti quis habetur pro confeſſo, eſt alterius naturæ.*
8 *Ex confeſsione vera licet quis ex inordinato proceſſu condemnari poſſit: tamen ſecus eſt in ficta.*
9 *Si reus ficte confeſſus condemnatur ex inordinato proceſſu ſententia eſt ipſo iure nulla.*
10 *Confeſsio ficta vere delictum non probat.*
11 *Notarius ex vera confeſsione, vel quia conuictus condemnatus de falſo, nunquam vlterius inſtrumenta conficere poterit. Secus ſi eſſet damnatus ex ficta confeſsione propter contumaciam.*
12 *Sententia lata contra ſponte & vere confeſſum vel conuictum facit illum infamem quo ad omnes.*
13 *Secus ſi ex ficta confeſsione, quia nō eſt inhabilitatus niſi quo ad illam perſonam tantum ad cuius inſtantiam fuit condemnatus.*
14 *Quæ poſſint opponi contra confeſsionem ſponte per reum in iudicio factam.*
15 *Confeſsio rei in crimine notorio poſt tempus datum & limitatum per ſtatutum ad accuſandum non valet nec ei nocet.*
16 *Confeſsio rei facta extra iudicium non inducit probationem delicti, ſed ſolum indicium ad torturam.*

Digitized by Google

17 *Confessio rei facta in tormentis an probet delictum. & numero 18. & 19.*

20 *Reus quando dicatur perseuerare in confessione.*

21 *Confessus in tormẽtis sub promissione gratiæ a iudice sibi promissa, si perseueret in sua confessione, illa sibi non nocet.*

22 *Confessus in tormentis non præcedentibus indiciis, si perseueret in sua confessione, illa sibi non præiudicat.*

23 *Iudex a tormentis incipere non debet.*

24 *Tortura data reo sine indiciis tanquam contra leges factum non valet.*

25 *Confessio torti sine indiciis, etiam si milies sit ratificata ad bãchum iuris, nulla est: Nisi primo extra iudicium reus sponte fecisset illamnet confessionem.nu. 29.*

26 *Citatio illegitime facta facit vt processus, sententia, & omnia inde sequuta sint nulla.*

27 *In crimine læsæ maiestatis quis non potest torqueri non præcedentibus indiciis.*

28 *Confessio facta in crimine læsæ maiestatis non præcedentibus indiciis non valet.*

30 *Confessio indiciis non præcedentibus facta in tormẽtis, etiamsi superueniãt indicia non valet.*

31 *Confessio indiciis non præcedentibus, etiam ratificata cum iuramento non valet.*

32 *Idem si confessus fuerit in tormentis repetitis quæ repeti non poterant, ex tali confessione non poterit condemnari.*

33 *Et quicquid ex ea sequitur non valet.*

QVAESTIO PRIMA.

1 PRimo quæro, An ex confessione rei probetur crimen? & dicendum quod sic:† quia confessio dicitur legitima probatio. Glo. in ca. ad abolendam. in verb. deprehensi. extr. de hæret. & habetur per D. Hip. Marsi. magnũ criminalistam præceptorem & promotorem meum in repe. Rub. C. de proba. numero 7.† Nulla enim
2 est maior probatio, quam oris proprij confessio. l. 1. C. de confess. proinde. §. notandum. ff. ad legem Aquil. c. Pisanis. de restit. spoliat. Bart. in l. si confessus. ff. de cust. reo Alexand. in consi. centesimo vigesimo quinto. visa inquis. colum. j. in fi. in quarto volum. Id sane intellige, in confessione spontanea iudicia
3 li.† Et ideo reus confessus sine alia probatione est damnãdus,
4 vt communiter concludunt Docto. quod testatur Bonifa. de Vitel. in tracta. suo malefi. in rub. de confes. in prin. facit tex. in l. cum reis. ff. de pœn. l. confessus, ff. de cust. reorum. in confessum enim nullæ sunt partes indiciis nisi in condemnando, l. proinde. ff. ad leg. Aqui. fallit illud Ouidij.

Non est confessi causa tuenda rei.

5 Prædicta, quod confessio rei plene probet, procedunt† quãdo de delicto constat: alias confessus puniri. non posset ex sua sola confessione. Ange. in l. certum, in princ. ff. de confess. adde Bald. in Authe. sed nouo iure, columna secunda, in ver sicu. sed pone quod quis confiretur. Cod. de seruis fug. & per Domi. Hippo. Marsi. dominum meum in sua practic. crimi. in §. principium, numero 6. Nam si secus diceremus, quis membrorum suorum dominus efficeretur, contra legis dispositionem. l. liber homo. ff. ad legem Aqui. & plura ad hoc adducit Aimon. Crauet. in consi. 262. Protestor nolle. col. secun. num. 3. & 4. in 2. volu.

6 Et scias,† quod est tantæ potentiæ spontanea rei confessio, quod licet alias iudex inordinate processerit contra reum, attamen confessus non poterit dicere de nullitate processus: vt per Ang. in tract. de malef. in verb. qui dominus iudex videns, in versi. quæritur tamen versicu. sit igitur multum cautus, ubi dixit, quod iudex secure potest cõdemnare reum confessum sponte ex ordinato processu. quod not. Bar. in d. l. si confessus, ff. de custo. reorum. idem uoluit idem Ange. in d. tracta. in ver. comparent dicti inquisiti & confitentur, in versic. quæro an confessus. de hoc videtur tex. in c. 1. de accusat. in 6. Alex. in consi. 34. in 4. volum. Abb. in consi. 24. Pau. de Castro in cosilio 17. Potestas, & late per August. de Arim. in add. ad tracta. Ange. de malefi. in verbo comparent dicti inquisiti, prẽallegato, in add. quæ incipit, tu autem in hac materia adde ea quæ dicit Roma. ad idem vide Thomam Grammati. in consilio 40. in causa Magnifici Tristani, columna fin. sub numero 29. allegat, vltra alios, Abbatem antiquum, in ca. Pisanis, de restitu. spolia. Prædicta† locum non sibi vendicant in ficta, & non ve-
7 ra confessione, vt puta quando ex forma statuti contumax habetur pro confesso: ista enim confessio ficta est alterius Naturę, vt per Ange. in prædallegat. tracta. de malefi. in versiculo, qui dominus iudex videns. versiculo, quæritur tamen ad idem Iacob. de Arena in l. fina. C. de iura. calum. vbi dixit, quod confessio resultans ex contumacia non est vera, sed ficta cõessio, ad iem Bald. in l. ita demum. C. de procurato. Bartd. in l. eius qui delatorem, ff. de iure fis. D. Hippo. Marsi. præceptor meus, in consilio decimo. casus dubitationis, columna secunda. numero vndecimo. in primo volumi. idem consilio 73. num. 12. in 1. volumine.

8 Et† multum differt ista ficta confessio a vera. Primo, quia ex vera confessione quis condemnari potest ex inordinato processu, vt per Barto. in d. l. si confessus, ff. de custo. reorum, & dixi supra proxime. Attamen secus ex ficta confessione: nam eius vigore nunquam aliquis dãnari potest nisi processus fuerit rite, & recte formatus, vt dicit Ange. in dicto tracta. de malefi. in verbo, qui dominus iudex videns, versi. sis igitur multũ cautus, ad idem Petr. de Ancha. consi. 409. & Abb. consi. 24.
9 immo† si reus ficte confessus condemnaretur ex inordinato processu, sententia esset ipso iure nulla, singulariter dixit Bal. in add. Specu. in titu. de accusa. in §. & nota quod accusatio, versicu. & nota quod ubi libellus, & sequitur Angel. in dicto tract. loco prædallegato. Secundo differt vera confessio a ficta quia vera vera vere delictum probat. dicta l. si confessus, & l. 1. & l. 3. ff. de confess & l. inde Neratius, ff. ad legem Aquil. attamen† ficta confessio vere delictum non probat. hinc est, quod
10 11 †si Notarius ex vera confessione, vel quia sit conuictus, condẽnatus sit de falso, nunquam vlterius instrumenta conficere poterit, §. fina. in Authen. de tabellion. Barto. in l. eadem. §. primo. ff. ad legem Iuliam repetundar. Damnatus vero ex ficta confessione propter contumaciam, instrumentorum confectionem non perdit, vt notat Barto. in dicta. l. ideo, in princi. ff. de euict. & Bald. in l. trasigere, circa medium, C. de transact. Pau. de Cast. in consi. 198. Bar. in consi. xj.

Eo enim casu magis ob suam absentiam & contumaciam sententia lata esse dicitur, quam quod maleficium commiserit, l. qui repudiantis, in fi. ff. de inof. testam. & ad hoc vide Barto. in l. Papianus. §. meminisse, ff. eodem titu. & l. 1. in fi. ff. si qs ius dicenti non obtemperaue. & in l. omne. §. 1. ff. de re milita.
12 Tertius effectus est, † nam sententia lata contra vere & sponte confessum, vel conuictum de delicto facit illum infamem quo ad omnes, vt in d. l. si confessus, ff. de custo. reorum. & lege
13 quoniam. ff. de infam. Attamen † sententia lata in contumaciam, & sic ex ficta confessione, non inhabilitat condemnatum, nisi quo ad illam personam ad cuius instantiam fuit cõdemnatus: ita singulariter dicit Bart. in l. eius qui delatorem, in fi. ff. de iure fisci. per tex. in l. secun. §. fina. ff. eodem titulo. & prædicta sequitur Ange. in dicto tracta. de malefic. in prædalle. verb. qui dominus iudex videns. columna secunda. & Roma. in consilio quinquagesimo quarto. & Barto. in consilio centesimo decimo sexto. statuto Perusinæ ciuitatis, & Abb. in consi.
14 65. Scias tamen, † quod plura opponi possunt cõtra confessionem sponte per reum in iudicio factam, de quibus per Bonif. de Vitel. in tracta. suo de malefi. in rub. de confes. & contra eã quid sit faciẽdum: vbi ad saturitatem videre poteris. Vnum tamen
15 silentio non prætereo, † quod si confessio criminis facta. fuerit per reum in crimine notorio post tempus datum & limitatum per statutum ad accusandum, talis confessio nõ valet, nec illi nocet: ita dixit Bald. notanter in cap. fina. columna penultima. de offic. delegat. in versicu. pone quod maleficium. idem refert & sequitur præceptor meus Dominus Hippolitus de Marsi. in lege fina. ff. de iurisdictione omnium iudicum, columna prima, numero pri. & secun. Socin. consilio cviij. præsupposito statuto. columna penult. post med. in 4. uolumi. pro quo dicto plura allegat præceptor meus loco prædalleg. quem videre poteris. Quid autem dicendum erit† de con-
16 fessione rei facta extra iudicium: an ex ea inducatur probatio delicti? Dicas quod non: sed solum indicium facit ad torturã, l. capite quinto. ff. de adulter. & ibi not. per glos. Bart. ad idem Angelus in tractatu de malefic. in verbo, comparent dicti inquisiti, in princip. numero 4. Marsi. Præceptor meus in l. eos, columna 3. numero 20. in versic. alio etiam casu. ff. ad le. Cornel. de falsi. Petr. de Ancha. consilio 186. ex prædict. Romanus, consi. 7. visis necessarijs, post princ. & consi. clxvii. Anton. accusatus, circa medium. Felin. in cap. ad hoc. de simon. Marsi. in l. de minore, columna septima. numero 29. ff. de quæstio. ubi
17 multas cotas ad hoc congerit. Sed† quid' dicemus de confessione rei facta in tormentis: an ex ea delictum probetur? Regulariter dicendum erit, quod si reus in ea perseueret, habebitur pro confesso, vt l. prima. §. Diuus. ff. de quęstion. & Codice. quorum appella. non recipian. l. 2. Hoc sane intellige quando talis confessio naturæ conuenit: alias secus. l. confessionibus, §. 1. ff. de interroga. actio. Pręceptor meus in rub. C. de prob. nu. 106.
18 Secundo intellige, † si talis confessio sit possibilis: nam si alias esset impossibilis reo confitenti non nocet, argu. l. fi. ff. quæsẽten. sine appella. rescind. & ff. de reg. iur. l. impossibilium. Ita voluit Bonifac. in tracta. de malefi. in rub. quæ indi. præcedere. de be. tortu. in versicu. sed confiteatur in tormentis, ad idem præceptor meus in l. 1. §. prẽterea, num. 33. & nu. 35. ff. ad leg. Cor. de sicar. & in l. j. in princ. numero 33. ff. de quæstio. Tertio pro-

cedit

Digitized by Google

19 cedit† ſupradicta concluſſio,quando confeſſio eſt verſimilis: alias confitenti non nocet, vt habetur per dictum Dominum meum,in l.1.in princ. numero trenteſimoquinto. ff. de quæſtio.& idem in l.de minore,in prin.numero 30.eodem titu.& per Gramma.in conſ.decimoſexto.incomprehenſibilis, colum.1.numero ſecundo.Ancha.conſilio vigeſimotertio.vi
20 ſa inquiſitione.& idem conſi.ducenteſimoquarāteſimoſeptimo.Extra ordinem.Quando † autem reus dicatur perſeuerare in confeſſione,vide Gandi. in tracta.prædicto de malefi.in rubr.de perſeueratione,poſt tormen.in prin. vbi inter cœtera dixit,quod talis perſeuerantia fieri debet in loco vbi ius reddi tur,allegat in argumentum l.penul.ff.de iuſt.& iure,& lege ſi locus,ff.de iudic.vel in alio loco publico & honeſto.l.voluit. ff.de interrog.action.cum l.ſequen.& l.3.Cod.de cuſto.reorū,
21 ibi publico teſtimonio,concluſionem ſupradictam, † quod confeſſus in tormentis ſi perſeueret in ſua confeſſione,illa ſibi noceat,limita non procedere in eo qui confeſſus ſub promiſſione gratiæ vel indulgētionæ ſibi a iudice promiſſæ ſi de lictum fateretur, quod etiam procedit etiam in confeſſione iudiciaria rei facta ſine tormentis ſub dicta promiſſione. Ita ſingulariter dixit Ioan.de Imo. in conſi.centeſimonono. viſa inquiſitione,quem refert & ſequitur dominus meus Hippol. de Marſi.in lege j.§.quæſtioni.colum.fina. verſicu. modo redeundo. numero duodecimo. ff. de quæſtio. & ibi plura pro hoc dicto allegat.idem in l.ſi quis obrepſerit, numero 10.ff. ad leo.Cornel.de falſ.& idem in rubrica. C. de probatio. numero centeſimodecimoquinto.& in conſilio decimoquarto. numero vigeſimonono.& conſilio 32. numero vigeſimoſecundo.in primo volum.Secundo limita†in confeſſione illi⁹,
22 qui indicijs non præcedentibus tortus fuit,nam ſi vigore tormentorum confiteatur,vt in ſua perſeueret confeſſione.non valet dicta confeſſio,nec ſibi præiudicat,l.diuus.§. ex quibus, ff. de quæſtion.ita notanter dixit Bonif.in tracta. ſuo de mael. in rubr.quæ indi . debeant præced.tortu.columna fi. in fine,
23 & rationem dicit eſſe:quia† iudex a tormentis incipere non debet,niſi indicia præcedant legitima vel probationes,l.milites,ff.de quæſtio.l.unius.§.in ea.& l.maritus,& l.fina.C.de falſ. ſicut Hyppo.in rubr.de probatio.numero centeſimo ſexageſimo.Ideo † ſi quis torqueatur ſine indicijs,id tanquam con-
24 tra leges factum non valet, l.non dubium.Cod.de leg.idem voluit Ioan.de Ana.in conſil.decimoſeptimo.viſa relatione, columna prima.verſicu.Tertio præmitto.& Iaſ.in conſi. centeſimooctuageſimooctauo.Spectabilis Dominus,columna j. numero ſecundo. in ſecundo volumine,& Floria.in l.empto rem,in prin.in verſic.ea ibi de probatio.& præſumptio. ff. idē tenuit Hippol.præceptor meus in l.1.columna v.verſicu. pri.
25 enim,numero decimoquarto.ff.de quæſtio.vbi dixit,†quod ſi tortus ſine indicijs confitetur delictum, etiam ſi milies ratificet ſuam confeſſionem ad banchum iuris,cōfeſſio nulla eſt.
* glo.not.in l.quęſtionis.& ibi Bar.ff.de quæſtio.& commu· ita tenent Docto.Ange.in l.1.Cod.de confeſ.Petr. de Anchar.in clemen.1.de homic.& Salice.in l.ſecun.columna fina.Cod.de cuſto. eorum & plures alios hoc tenentes allegat Dominus meus loco pręallega. adde quod idem tenuit Thom. Grammat.in conſilio decimoquinto.conditoris machinæ. colum. fina.numero decimo.idem Dominus meus in conſi. octauo. in cauſa magiſtri Ioannis,colum.4.verſicu. nam confeſſio facta.numero 13. in j. volumi. & in conſi. vigeſimo. Digneris quæſo.colu.i.numero 2.& 3.in 1.volum.vbi dixit,quod ratificatio,& omnia inde ſequuta ſunt nulla,argumē. eorum quæ voluit glo.in l.accuſatoribus,in gloſ.fina.C.de accuſatio.quæ
26 dixit,†quod ſi citatio non eſt legitime facta, proceſſus,ſentētia, &.omnia inde ſequuta ſunt nulla. & idem in conſilio vigeſimonono.ſolamen omnium.colum.v.in fi.numero 28. in 1.volum.& in conſi.45.licet allegationes,colum.1.circa principium,numero 1.in j.volum.Grammat.in conſi.73.viſo pro
27 ceſſu numero 6.& numero 8.Et † prædicta procedunt etiam in reo criminis læſæ maieſtatis, qui torqueri non poteſt non pręcedentibus indicijs,tex.eſt notab.& ibi glo.Cin. & Salicet. in l.ſi quis alicui.C.ad legem Iuliam maieſt. Ange.in tractatu malefi.in verb.*che hai tradito la tua patria.*in primis verbis,Dominus meus de Marſi.in l.de minore,numero 9.ff.de quæſtio.& in l.1.columna.7.verſicu. modo redeundo.eodem titu.Ideo
28 etiam hoc caſu,videlicet in crimine læſæ maieſtatis,'talis confeſſio non valet,vt habetur per eundem dominum meum in conſi.quaranteſimoſexto.Omnipotens ſempiterne Deus.col. 3.in fi.verſicu.& prædicta iura.in 1. volu. Fallit prędicta con-
29 cluſio,†quando reus primo extra indicium feciſſet illammet confeſſionem ſponte,vt voluit,glo.in l.capite quinto. ff.de adulter.idem voluit Ioan.de Imo.in cap.at ſi clerici, de iudic. Fel.in cap.olim.columna.v.verſicu.fallit octauo. de reſcrip.& in c.ſignificaſti,el j.circa medium verſicu.ſi ex coniecturis, de homic.Marſi.dominus meus in l.quęſtionis habendæ. verſic. vlterius ſemper teneas menti. ff.de quæſt.idem ſequitur Tho. Grammat.in conſilio 40.in cauſa Magnifici Triſtani,'colu.3. numero 19.

30 Amplia prædictā concluſionem,† quod cōfeſſio torti ſine indicijs non valeat,ut procedat etiam ſi antequam confeſſus in tortura,ponatur in priſtina libertate, ſuperueniāt indicia, nam non propterea validatur dicta confeſſio nulla. ita dixit Ange.in tracta.malefic.in verbo Fama publica,in verſic.quinto quęro iudex torſit,& ibi Auguſt.in add.Barto.in l.maritus, columna 1.verſicu.item ſoluit glo.ff.de quæſtio.Bald.in l.fin. poſt glo.ibi.Cod.de accuſatio.colum.j.in verſicu.in glo.fallit. Præceptor meus in l.quæſtionis habendę,colum ſecun.in ver. modo redeundo ad tex.numero x.& ibi dixit, quod hoc fundamento duos a morte liberauit quos etiam nominat, & in v.coluna.numero 28.verſicu. viſis modo dictis. ff. de quęſtio. vbi multa adducit ad hoc & Grammat.in conſi. 21. colum.4. numero 20.& in conſilio 37. viſo proceſſu mihi tranſmiſſo, col.2. num.6.

31 Secundo amplia†vt procedat etiam ſi reus tortus ſine indicijs ratificaſſet ſuam confeſſionem ad banchum iuris, etiam cum iuramento,ita tenuit idem Domiu⁹ meus, qui latiſſime examinat hunc articulum ad partes arguendo in d. l.quęſtionis habendæ.columna 8.verſicu.quęro vlterius,ff.de quæſtionibus,columna vndecima.& penultim.in verſicu.& illis omnibus,vbi concludit, quod talis inualida confeſſio iuramento rei non validatur, & idem dixit in conſilio vigeſimo Digneris quęſo.columna.fi.numero ſexageſimotertio. in primo volumine.

32 Tertio amplia † vt non ſolum procedat in torto ſine indicijs, ſed etiam in reo qui cōfeſſus eſt poſt tormenta repetita quę repeti non poterant.ex tali enim confeſſione non poterit condenari, per tex.in l.repeti.ff.de quæſtio.iuncta gloſ.ibi: ita dixit Par.de puteo,in tract.de ſyndicat.fol.100. colu.3.in verſi.& ideo reus,quod ſequitur pręfatus Dominus in d.l.quę ſtionis habendę,columna quarta. verſi. & ſcias etiam,nu.24. ff.de quęſtio.

33 Quarto amplia prędictam concluſionem,† quod ſicuti nō valet confeſſio rei facta in tormentis ſibi illatis, indicijs non pręcedentibus,ita pariter ipſo iure non valet quicquid poſtea ſequitur ex ea.Paris de Puteo in dicto tracta.de ſyndica. folio 102.colum.3.verſicu.confeſſio refertur,ſequitur idem Dominus meus in l.de vno quoque.numero 37.ff.de re iud.& idem in dicta l.quęſtionis habendæ.columna 4.verſicu.vlterius amplia.numero 25.ff.de quęſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *An inimicus in crimine læſæ maieſtatis admittatur ad teſtificandum, cū conſpirantes & inimici non admittantur in teſtes in crimine læſæ maieſtatis.*
2 *Crimen læſæ maieſtatis eſt crimen exceptum.*
3 *Inimicus etiam conſtitutus in articulo mortis, & recipiens corpus domini, ſi deponeret contra ſuum inimicum in crimine læſæ maieſtatis ei non eſſet credendum.*
4 *Idem ſi inimicus eſſet examinatus cum tormentis.*
5 *Dictum capitalis inimici indicium non facit ad torturam.*
6 *Inimicus ſi poſt examen recōciliatus fuerit,ei contra quem depoſuit, eius dictum propterea non reualidatur.*
7 *Capitalis inimicitia ex quibus causis oriatur:*
8 *Capitalis inimicitia oritur ex ſolis minis de occidendo, ſi ille minās erat conſuetus minas executioni mandare,vel ſi erat potens ad illud faciendum.*
9 *Capitalis inimicicia oritur ex ſola prolatione iniuriarum ad inuicem.*
10 *Capitalis inimicitia oritur ex accuſatione capitali.*
11 *Capitalis inimicitia oritur ex tortura illata, & etiam ex ſola carceratione,& ſemper durare præſumitur niſi contrarium probetur.*
12 *Capitalis inimicitia oritur contra teſtem,qui in cauſa capitali contra aliquem depoſuit.*
13 *Capitalis inimicitia oritur contra eum qui occidit conſanguineum vel affinem meum.*
14 *Capitalis inimicitia oritur vbi mouetur quæſtio ſtatus, vel de bonis omnibus,aut de maiori parte eorum.*
15 *Capitalis inimicus dicitur qui alterius vxorem ſeu eius terram tenet.*
16 *Capitalis inimicus is dicitur qui aliquem offendit in perſona,aut rebus.*
17 *Capitalis inimicitia oritur ex facto inhoneſto.*
18 *Capitalis inimicitia quandoque oritur ex ſpoliatione vnius rei.*
19 *Capitalis inimicitia oritur quando eſt quæſtio de magna quantitate pecuniarum.*
20 *Bona temporalia ſunt vita hominis.*
21 *Capitalis inimicus dicitur qui aliquem vulnerauit in facie.*
22 *Capitalis inimicitia quæ dicatur vltra caſus expreſſos relinquitur arbitrio iudicis.*
23 *Inimicus repellitur a teſtimonio ferendo, etiam ſi inimicitia ſit cauſata culpa eius contra quem teſtis producitur.*
24 *Niſi talis inimicitia eſſet in fraudem procurata.*

Digitized by Google

25 *Teſtis eſſe non poterit qui dudum fuerat inimicus & de recenti reconcilia tus fuit.*

26 *Iudæus de proximo effectus chriſtianus teſtis eſſe non poterit contra chri ſtianum.*

27 *Commorans vel habitans cum capitali inimico meo inimicus meus præſu ſumitur, & a teſtimonio, & ab accuſando repellitur.*

28 *Idem amico inimici mei capitalis ei magna amicitia iuncto.*

29 *Idem in eo qui ligam vel parentelam fecit cum inimico meo capitali.*

30 *Omnis inimicitia, quem concludit teſtem non diligere illum contra quem teſtificatur, illum repelle dicitur a teſtimonio.*

31 *Si quis non demonſtraret odium concepiſſe contra eum a quo eſt offenſus, ſi apparet præceſſiſſe veriſimilem cauſam magni odii, talis a teſtimonio repelli debet & etiam ab accuſatione, tanquam inimicus.*

32 *In teſtibus recipiendis idem iudicatur de inimico præſumpto quod de vero.*

33 *Quando ſubeſt cauſa inimicitiæ inter teſtem & partem ſemper teſtis repel litur, licet alias de inimicitia non appareat, etiam teſtis ipſi atteſtentur nullam habere inimicitiam.*

34 *Inimicus etiam is dicitur, qui alicui non loquitur, cui per antea erat ſoli tus loqui.*

35 *Inimicus etiam dicitur non ſolum qui nocet, ſed etiam is qui noceret ſi poſ ſet.*

36 *Inimicus etiam dicitur, qui parentelam ſeu confœderationem fecit cum ini mico meo.*

37 *Quæ differentia ſit inter inimicum capitalem, & non capitalem in teſtifi cando.*

38 *Inimicus qui examinari non poterat, ſi examinetur, nõ facit indicium, nec aliquid probat.*

QVAESTIO II.

SEcundo quæro, An inimicus in cri mine læſæ maieſta tis admittatur ad teſtificandum? Breuiter dicas q̃ non, ita voluit Barto. in l. in quæſtionibus. ff. ad le
1 gem iul. maieſt. Alb. in l. famoſi. ff. e. vbi dixit, † q̃ conſpirantes & inimici non admittuntur in teſtes in tali crimine: allegat text. in cap. per tuas. extra de Simonia, vbi nota. idem tenuit dominus meus Hippolit. de Marſil. in l. de mino re, in princip. columna 2. numero 8. ff. de quæſtio. & licet text. d. cap. per tuas, loquatur in ſimonia, & ſic in crimine excepto,
2 idem etiam erit † in crimine læſę maieſtatis, quod pariter crimen exceptum eſt, vt habetur in cap. ſi quis cum militibus. 6. q. 1. Specu. in titu. de accuſat. col. fina. circa medium. Et gloſ. in c. 1. in vlt. glo. de teſt. in 6. Et quod inimicus non admittatur in teſtem in iſto crimine læſæ maieſtatis tenuit ēt idem Specu. in præalleg. tit. de accuſa. §. j. in vltimis verbis, & Abb. in cap. inquiſitionis, in §. tertiæ, de accuſatio. Roma. in l. ſi vero. §. de vi ro. col. 22. verſi. quintadecima. ff. ſolu matri Bal. in l. in his. §. 1. in fi. ff. eo. titu. idem tenuit Thom. Gram. in conſi. 49. in cauſa mag. Triſtani, uumero 8. & 9. idem Gram. in ſuis votis, voto 3. col. v. in fi. & colu. 6. in prin. & voto 11. col. 2. nume. 17. & Ale. in conſi. 127. in fi. in 4. volum. & tex. in c. cum P. Manconella, & ibi Abb. de accuſat. Ange. in l. qui accuſare. ff. de accuſ. Bal. in l. præſcriptio. col. 11. ver. tertium exemplum C. ſi contra ius vel vtil. publi. Matth. de Afflict. in c. 1. §. & bona committentium, col. j. nume. 9. in tit. quæ ſint regal. in vſib. feud. Et prædicta concluſio † procedit etiam ſi inimicus eſſet conſtitutus in
3 articulo mortis, & recipiens corpus domini deponeret cõtra ſuum inimicum, ei non eſſet credendum, vt notan. dixit Bal. in titu. de pace Conſtan. in ver. vaſalli refert & ſequitur Tho. Gramma. in conſi. 47. numero 7. idem voluit dominus meus Marſil. in l. 1. §. præterea. col. 2. nume. 7. ff. de quæſtio. idem pro-
4 cedit † etiam ſi inimicus eſſet examinatus cum tormentis, ita dixit notan. Præpoſit. in cap. illi qui, in 1. colum. verſicu. gloſ.
5 ſecunda. 5. qõ. 5. Nec † dictum capitalis inimici indicium facit ad torturam, vt notab. dixit Bal. in conſilio 316. præſuppoſito
6 ſtatuto. col. prima, in quarto volum. item † amplia prædictam concluſionem, vt procedat etiam ſi inimicus fuiſſet de facto examinatus, & poſt examen reconciliatus ei contra quem de poſuit, nam eius dictum propterea non reualidatur, vt voluit Io. An. in add. Specu. in ti. de teſte, in prin. Fel. in cap. quoties. columna 2. de teſt. dominus meus Marſi. in l. 1. §. præterea. nu. 102. ff. de quęſtio.

7 Modo videamus, † ex quibus cauſis oriatur capitalis inimi citia ad hoc vt ſciamus quando quis ratione inimicitiæ repel
8 latur a teſtimonio. † Primo capitalis inimicitia oritur ex ſolis minis de occidendo, vt dixit glo. in l. licet. ff. de arbitr. Ange. in conſi. 261. ponderandum. Alex. a conſi. 14. in quarto volumi. Abb. in c. repellantur. nume. 4. de accuſatio. Cardi. in cap. cum non oporteat, de accuſa. & ibi Ioan. de Ana. in 3. col. qui dicit hoc limitandum fore (ſecundum Bal. in l. metum. C. qui met. cau) ſi ille minans erat conſuetus eius minas executioni man dare, per no. per Doct. in ſimili. in l. 1. C. vnde vi. & in l. vt vim. ff. de iuſt. & iu. vel ſi minans erat potens ad illud faciendum, ita refert & ſequitur idem Marſi. in d. l. 1. §. præterea, colu. 6. ff.
9 de quęſtio. Secundo † inimicitia capitalis oritur ex ſola prolatione iniuriarum ad inuicem, vt dixit Bal. in c. veniens, in fin. per illum tex. de iureiuran. quem ſequitur Laſi. in l. procuratoribus. C. de procurator. & Marſil. in d. §. præterea, colu. 6. in fin. verſic. item oritur etiã capitalis inimicitia, & dicit, quod ita fuit iudicatum. idem in conſi. 3. col. 2. verſi. item oritur. Gram.
10 in conſi. 57. in cauſa mihi tranſmiſſa col. 1. nu. 70. Tertio † inimicitia capitalis oritur ex accuſatione capitali, Bart. in l. 4. §. fin. ff. de adim. leg. glo. in l. 3. ff. de arbit Abb. in accedens, vt lit. non conte. glo. in §. item ſi propter. Inſt. de excuſat. tut. Gram. in conſilio 46. colum. ſecun. in prin. nume. 3 4. Dominus meus Marſi. in l. j. § præterea, col. 7. in princ. ff. de quæſtio. Barto. in l.
11 1. de his quibus vt indign. & lege 4. in princip. ff. de teſt. & per Doct. in l. liberi. C. de inoffi. teſta. Quarto † inimicitia capitalis oritur ex tortura illata, imo etiam ex ſola carceratione: & sẽper durare præſumitur, niſi contrarium probetur, Bal. ī l. ignorat. in fi. C. ad exhibend. & in l. ſeruus. C. fam. l. erciſcunde, & in Authen. ſi dicãtur. C. de teſt. Fel. in cap. cum oporteat. in 6. col. de accuſatio. Grammat. in conſi. 46. in cauſa mag. Triſtani. co.
12 1. numero 1. & 2. Quinto † capitalis inimicitia oritur contra teſtem, qui in cauſa capitali contra aliquem depoſuit. Abb. in cap. cum P. in fine de accuſatio. Alexan. in l. teſtibus. ff. de teſt. Bar. in d. Auth. ſi dicatur, C. de teſt. Specu. in titu. de teſt. §. 1. in princip. glo. & Bart. in l. 3. ff. eodem. Innocent. & Docto. in d. c. cum oporteat. & in c. cum P. Manconella. eodem titu. Gram. ī conſilio 46. col. 2. nume. 4. & 5. Ioã. de Anan. in d. cum P. col. j. ver. Nota quod teſtis, vbi dixit, quod repellitur etiam ab accu
13 ſando. Sexto † capitalis inimicitia oritur contra eum qui occidit conſanguineum vel affinem meum, Bar. in l. 4. §. fina. ff. de adimen. le. ad quod allegat tex. in l. lex Cornelia. ff. de iniu. Dominus meus Marſi. in l. 1. §. præterea, col. 6. parum ante finẽ. ff.
14 de excuſatio. tuto. Septimo † capitalis inimicitia oritur ubi mouetur quæſtio ſtatus, vel de bonis omnibus, aut de eorum maiori parte: vt probatur in cap. frequens. de reſt. ſpoliato. glo. in Authen. de teſte, in §. ſi quis vero. in verb. quæſtiones, & in verſi. inimicus, in dicto cap. cum oporteat. & ita dixit Bald. in l. athletæ. §. dat remiſſionẽ. ff. de excuſat. tuto. & Abb. in capit. 1. nume. 3. extra de iudic. Octauo † dicitur capitalis inimicus q̃
15 vxorem alterius ſeu eius terram tenet, ut voluit Bald. per illũ tex. in cap. accedens, el 2. ext. ut lit. non conteſt. quem ſequitur Marſi. Dominus meus in dicta l. 1. §. præterea, col. 6. num. 23. ff. de quęſtio. idem dixit Anton. de Butr. in dicto cap. accedens.
16 Nono † inimicus capitalis is dicitur, qui aliquem offendit in perſona, aut rebus, vt voluit Bal. in l. in his. §. 1. ff. ſolut. matri. quem ſequitur prędallegat. Dominus meus in dicta l. 1. §. præterea, col. 6. in fi. Decimo † inimicitia capitalis oritur ex facto in-
17 honeſto, ut in l. cum ibi no. ff. de his quibus vt indign. glo. in l. ſororem. Cod. eodem titu. vt de hærede vel legatario qui ſtuprauit vxorem defuncti, pro hoc allegat Abb. tex. in cap. non eſt crudelis. 23. quęſt. v. ita voluit Ioan. de Ana. in dicto capitu.
18 cum oporteat. co. 3. ſub nu. 60. Vndecimo † capitalis inimicitia quandoque oritur ex ſpoliatione vnius rei, vt in capit. item cum quis. de reſtitu. ſpolia. facit tex. in cap. accedens: vt lite nõ conteſt. ita tenuit Ioan. de Anan. in dicto cap. cum opor. colu. 3. nume. 7. de accuſat. Duodecimo † inimicitia capitalis oritur quando eſt quęſtio de magna quantitate pecuniarum, ut uoluit Bart. in l. 3. de teſt. facit quod uoluit Bald. in l. parentes. C. de teſt. vbi cauſam ciuilem magnam æquiparat cauſę criminali. idem voluit Pet. de Anchar. in conſi. 27. rationes inductæ. circa finẽ. & in conſi. 93. in cauſa quæ vertitur, col. 2. & Dominus meus Marſi. in l. j. §. præterea, colum. 6. nume. 23. ff. de quæ
20 ſtio. Nec eſt mirum, quia † bona temporalia ſunt vita hominis, ut in l. aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iudic. Tertio decimo
21 † dicitur capitalis inimicus qui aliquem vulnerauit in facie, vt voluit Alexan. in conſi. 99. in cauſa inquiſitionis, colum. 1. ī j. volumi. vbi plura allegat ad hoc refert & ſequitur Marſi. Dominus meus in d. l. 1. § præterea, colu. 7. circa princ. ff. de quæ-
22 ſtio. Quartodecimo ſcias, † quod capitalis inimicitia quę dicitur, vltra caſus expreſſos, arbitrio iudicis relinquitur, vt voluit gl. in cap. 2. 4. q. 3. Gemin. in cap. quãuis, de procurat. in 6. Felin. in cap. cum oporteat. de accuſat. Quintodecimo † prædi-
23 cta quæ dixi de inimico, q̃ repellitur a teſtimonio ferendo, lo cum habent etiam ſi inimicitia eſſet cauſata culpa eius cõtra quem, teſtis producitur: ita dicunt Doc. in c. repellantur, de accuſat. & Innocen. in c cum l. & A. de re iudic. Hoc tamẽ ſane
24 intellige, † niſi culpa eſſet artificioſe adhibita ad cauſandam inimicitiam ne ille poſſet eſſe teſtis contra ſe: ut faciunt aliq, ſcientes quod aliquis poterit teſtificari contra eos, ut illum repellant, antequã ille in teſtem producatur dant ei alpam vel aliter verberãt, quod ut fiat ſæpe auocati cautelloſi qui Deũ non timent conſulunt: Nam talis inimicitia in fraudem procurata non obſtaret. Bar. in l. j. §. ſi ſeruus, & in §. cum quis. ff.

de

Digitized by Google

de quæ lio.refert & ſequitur Præpoſit.in ca.accuſatores.in ver
25 ſic 1.& ex his dictis.3.q.5.Sextodecimo†teſtis eſſe non poterit qui dudum fuerat inimicus,& de recenti reconciliatus fuit.c. accuſatores,el j.& ibi no.Docto.maxime Præpoſi.& Ioan.de Turre Cremat.3.q.5.idem tenet Felin.in c.eam te.in verſi.infi delitas,ibi,limita ſecundo.de reſcrip.Alexand. in conſi.149.in cauſa inquiſitionis.colum.1.in 1.volum.Ioan.Crottus Præce ptor meus inſignis Doctor in tractatu ſuo de teſt.fol. 6.col.3. in fi.ibi decimo extenditur. & prædictos ſequitur conſulendo Dominus Maria Soc.Nepos,in conſil.67.numero 42.in 1.volumi.idem tenet Hippol.Marſil.D.meus in d.l.j.§.præterea,co lum. 1.in verſicu.ampli a etiam hunc tex.ff.de quæſtio.allegat vltra alios Roma.in ſingu.20.Iunocen.in c.cum I.& A.& gl.
26 in c.conſtituit.17.q.4.quæ dixit,†quod ludæus de proximo ef fectus Chriſtianus teſtis eſſe non poterit contra Chriſtianum
27 Decimoſeptimo†commorans vel habitans cum capitali inimico meo,inimicus meus præſumitur,& a teſtimonio & ab accuſando repellitur.capitulo accuſatoribus,& ibi Prępoſit. in 2.not.capitu.repellantur,& cap.cum oporteat.de accu.
28 Decimooctauo†amicus inimici mei capitalis non admittetur ad accuſandum me neque ad teſtimonium ferendum ꝙ tra me,ſi inimico meo ſit magna amicitia iũctus,vt dixit Prę
29 poſi.in d.c.accuſatoribus,per illum tex.3.q.5.†Et idem erit de eo qui ligam vel parentelam fecit cum inimico meo capitali.Bald.in l.liberti.C.de inoffic.teſtam.& idem tenet in d. c.accuſatoribus Præpo.in 2.no.in fi.
30 Decimonono ſcias,†quod omnis inimicitia, quæ concludit teſtem non diligere illum contra quem teſtificatur, illum repellere dicitur a teſtimonio,vt eſt tex.no.in c.inquiſitionis. extra de accuſa.& 3.q.5.c.accuſatores.& cap.teſtes.per quæ iura ita dixit Præpoſit.in capitu.quod vero.colum.fi.in princ.ea
31 dem cau.& q.vbi dixit fortius, †quod ſi quis non demonſtraret odium concepiſſe contra eum a quo eſt offenſus, ſi apparet præceſſiſſe veriſimilem cauſam magni odii,talis a teſtimonio repelli debet,& etiam ab accuſatione tanquam inimicus allegat Bald.in l.prę ſcriptione,col.15. C. ſi contra ius vel ytil. publ.Roman.in rub.ff.de arb.col.11.& An.de Bu.in dicto capitu.cum oporteat.de accuſat.& gloſſ.in dicto capitu. accuſa-
32 tores.3.quæſt.v.facit ad prędicta,†quia idem iudicatur de inimico præſumpto,quod de vero in teſtibus recipiendis,ſecundum Innocen.in capi.cum I.& A.de reiud.& Bart.in l. 1.in fi. C.de his quibus vt indign.Bald.in authen.ſi vero dicatur.C.de teſti.& ſequitur Thomas Grammat.in conſil. 58. in cauſa Ioannis Dominici Melæ.colum.2.nume.10.Hippol. de Marſil. Dominus meus in l.1.§.præterea,col.1.verſicu.Amplia etiam vbi plures idem tenentes allegat, ff.de quæſtio.Ad idem facit
33 †quod quando ſubeſt cauſa inimicitię inter teſtem & partē, contra quam producitur,ſemper teſtis repellitur,licet alias de inimicitia non appareat,etiam ſi teſtes ipſi atteſtētur nullam habere inimicitiam, vt dixit Innocen. in dicto capi. cum I.& A.in fi.de re iudic.& Bald.in l.prę ſcriptione,colum. antepen. C.ſi contra ius vel vtil.publ.& in authen.ſi dicatur, C.de teſtibus. Abb.in capi.repellantur.& in cap.cum oporteat.de accuſatio.Bal.in conſil.316.prę ſuppoſito.in 4.volum. Alexand.in conſil.164.viſa inquiſitione.in 1.volum.& conſi.19.eod. vol. Thom.Gramma.in conſi.46.col.3.num.16.Marſil. Dominus meus in l.j.§.prę terea.col.1.in verſicu.Amplia etiam. in fine, ff.de quæſtio.& latiſſime,in ſingulari ſuo nu. 178.Scias etiam,
34 †quod inimicus is dicitur,qui alicui non loquitur.gloſſ.in capitu.cum Adrianus.63.diſtinct quam Barba.in dicto capit.repellantur.ad hoc ſingularem eſſe dicit.hoc tamen ſane intellige de eo ꝙ per antea erat ſolitus cum eo loqui, ita dixit poſt alios Barba.loco prę alleg.& Dominus meus in dicta l.prima
35 §.prę terea.col.2.num.8.Item†inimicus etiam dicitur non ſolum qui nocet, ſed etiam is qui noceret ſi poſſet.Bald.in auth ſi dicatur.C. de teſt. & idem in l.prima,circa finem,C.ſi qua cunque prędit.poteſt.Idem dixit xoan.de Ana.in dicto c.cum oporteat,2.colum.de accuſa.& Marſil.in prę alleg.§. prę terea.
36 Dicitur etiam†inimicus qui parentelam ſeu confœderationē fecit cum inimico meo,vt volunt Doctor. in dicto capitu.repellantur.Bald.in l.liberi,C.de inoffic.teſtamen.
37 Sed†quę erit differentia inter inimicum capitalem, & inimicum non capitalem in teſtificando? Reſponde,quod inimicus capitalis omnino a teſtimonio repellitur,vt ſupra dictum fuit.ſed inimicus non capitalis admittitur ad teſtificandum,licet ſibi diminuatur fides,vt voluit xnnocen. in dicto capitulo cum oporteat.& Docto.in prę allegata authen.ſi dicatur.& rationem allegat Salyc.in dicta authen.quia pro leui inimicitia de facili quis non ita prę ſumitur mentiri, ſicuti pro graui, vt notat.in authenti. de teſte.in §. ſi vero quis dicatur.& in l.licet ff.de arb.& habetur per Marſil.Do.meum in prę allegata,l.1.§. prę terea colum.2.verſicu.Amplia etiam hunc tex.nume.7.in
38 fi.Vnum nō omitto,†quod teſtis inimicus qui examinari nō poterat,ſi examinetur,non facit indicium.nec probat aliquid Bar.in l.1.§.ſi cum quis.ff.de quęſtio.Bal.in l.imperator, ff.de ſtatu homin.Angel.in l.inter ſtipulantem,in §.Stichum,ff.de verbo.oblig.Roma.in conſi.359.Alexand.in conſil. 126.in 4. volu.Floria.in l.licet,§.lex iulia,ff.de teſti.Tho.Gram.in conſi lio 42.ſunt iam anni.col.2.num.4.& 5.idem conſi.38.formata inquiſitione.numero 14.

SVMMARIVM.

1 *An infamis in crimine læſæ maieſtatis in teſtem admittatur? nam regulariter tam in cauſa ciuili ardua, quam in criminali non admittitur ad teſtificandum.*
2 *Infamis in crimine læſæ maieſta. ad teſtificandum admittitur.*
3 *Non tamen dicitur integer teſtis. Et vnus teſtis infamis non ſufficeret ad inferendam torturam. vide tamen nu. 5.*
4 *Infames in caſibus in quibus ſpecialiter recipiuntur ad teſtificandum non debent recipi ſine tormentis.*
6 *Teſtes infames, aliis non concurrentibus adminiculis, ſolam præſumptionē faciunt.*
7 *Infames in crimine ſimoniæ non admittuntur ad teſtificandum.*
8 *Infamis qui etiam ſit inimicus non admittitur ad teſtificandum in crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO III.

TErtio quæro. an infamis ī crimine lęſę maieſtatis in teſtem admittatur?
1 Dicas,quod†licet infamis regulariter tam in cauſa ciuili ardua quam in cauſa criminali non admittatur ad teſtimonium,vt per Bald.in cap.ad noſtram.in princ.de p batio.Alexan.in conſil.40.circa primum dubium in 1. volu. & in conſi.179.in cauſa Anglorum.& conſil.4. animaduerſis. in 2.volu.Decius in conſi.163.in cauſa.colum. 8. in j. volu.& Tho.Gramma.in conſi.38.col.2.numer.10. Marſil.Dominus meus,in ſing.ſuo.109.incipit.infamis.vbi dixit, quod infamis infamia facti in totum repellitur a teſtimonio in cauſa ciuili ardua,ad quod plura allegat.Attamen†in crimine lęſę maieſtatis infamis ad teſtimonium admittitur,per tex.in l. famoſi, ff.ad legem iuliam.maieſta.& ibi not.Docto.maxime Barto. & l.in quęſtione,ff.eo.ti.vbi eſt tex.clarus ad hoc.vide tex.in c. per tuas.ext.de ſimon.no.Ioan.Andr.& Abba.in cap.fi.de teſt. Specu.in ti.de excuſ.tutorum.in §.primo,in fin.& D.Ioan.Crotus prę ceptor meus in tracta.de teſti.columna nona numero quaranteſimotertio.
3 Dicas tamen,†quod licet infames in crimine lęſę maieſta. & ſimonię admittantur in teſtes,non propterea dicuntur integri teſtes,vt in dicto capitu.per tuas.de ſimoni.Et ideo vnus teſtis infamis non ſufficeret ad inferēdam torturam,per ea quę habentur in l.prima,§.Item lex Cornelia,& ibi Bartol.ff.ad legem Corne.de fal.& ita dixit Alexand.in conſi.vndecimo nu-
4 mero 9.in j.volu.& ibidem nume.decimo,vbi dixit,†quod in caſibus,in quibus ſpeciali iure inductum eſt, quod teſtes infames recipiantur contra accuſatum,vel inquiſitum, huiuſmodi teſtes non debent recipi ſine tormentis.alleg.no.per glo.Inoc.& alios,in cap.cum P.de accu.& glo.in d.cap.per tuas idē voluit Fulgo.in conſi.173.in cauſa inquiſitionis,in primo uolumna.Alexand.in dicto conſi.vndecimo,circa princip. in ſecunda col.primo,volu.Marſi.Dominus meus in conſi.109.colum.antepenul.num.14.in j.volum.Gramma. in conſil 70.& vlt.in fi.Alberic.in tract.de teſti.column. 25. & idem Marſi.in conſil.79.ſalus omnium.in tertia column.in ſecundo volum.
5 Scias tamen,†quod in eo,ꝙ dictum eſt qnod vnus teſtis infamis non facit indicium ad torturam,contrarium tenuit Bald. in l.j.col.6.C.de ſum.Tri.& fide catho. refert Dominus meus in ſingul.457.inc.teſtimonium infamis,qui tamen non audet
6 dictum Bal.approbare.Er†prædicti teſtes infames ſolam præſumptionem faciunt alijs non concernentibus adminiculis. tex.eſt in dicto cap.per tuas.in §.nos vero vbi Abb.in 4.no.de ſimo.gl.in cap.j.in verb.ad teſtimonium.de teſt.in 6. & Ale.in
7 dicto conſi.11.Et†quod indiſtincte teſtes infames non admittantur in crimine ſimonię,voluit etiam D.Io. Coraſius mihi vti frater honorandus in ſuis Miſcellaneis ca.20.li.5.Et ſcias,
8 †quod licet teſtis infamis admittatur,vt prędixi in hoc crim. lęſę.ma.Attamen ſecus eſſet quando eſſet inimicus eius cōtra quem in ī teſtem produceretur,per ea ꝙ dixi ī proxima prędenden.quęſt.Et ita dixit Ang.ī d.l.famoſi.ī verſi.in tex.ibi,ff.ad legem Iul.maie.Si cupis ad ſaturitatem videre materiā iſtam de teſte īfame,vide Dūm meum D.Io.Crotum ī prę al.tra.ſuo.de teſt.col.8.verſi.circa tertium,nu.30.cum ſequen.vſque ad nu. 54.& Felyn.in ca.teſtimonium.de teſtibus.

SVM-

Digitized by Google

Hiero. Gigantis de crimi. læſæ maieſt.

S V M M A R I V M.

1 *An accuſati de crimine pendente iudicio poſſint eſſe teſtes in crimine læſæ maieſtatis.*
Accuſatus criminaliter, pendente accuſatione contra eum, regulariter teſtis eſſe non poteſt.
2 *Secus eſt in crimine læſæ maieſtatis, hæreſis, & ſimoniæ.*

QVAESTIO IIII

QVarto quæro, an accuſati de crimine pendẽte iudicio poterũt eſſe teſtes in crimine læſæ maieſtatis? Dicas, †quod
1 regulariter pendente accuſatione de crimine contra aliquem talis teſtis eſſe non poterit, vt probat tex. in capi. non debet. & ibi Docto. maxime Abba. in 1. no. ext. de teſt. vbi dixit, quod ex pendentia cauſæ criminalis contra aliquem grauatur eius opinio, vt interim nõ dicatur integri ſtatus. Et hinc eſt, q̃uod accuſatus criminaliter pendente accuſatione repelli tur ab ordine, ſubiungens idem Abba. quod in omni actu in
2 in quo requiritur integritas ſtatus, talis repellitur: Attamẽ †ſecus eſt in crimine læſæ maieſtatis, in quo admittuntur in teſtẽ & idem eſt in crimine hæreſis, & ſimoniæ. capitu. non debet. ext. de teſtib. & ita voluit Albe. in l. famoſi, ff. ad legem Iul. maieſtatis idem tenuit D. Anto. de But. in cap. fin. de teſti. per tex. in cap. in fidei fauorem. de hær. in 6. hoc etiam voluit Crotus Dominus meus in tract. de teſti. num. 103. in verſi. limitatur tamen. Nec obſtant ſupra allegata, quia procedunt regulariter, in crimine autem læſæ maieſtatis propter criminis atrocitatẽ multa conceduntur, quæ alias denegarentur, vt in quæſt. 2. & 3. ſupra proximis præcedentibus.

S V M M A R I V M.

1 *An infames admittantur ad probandum adminicula criminis læſæ maieſ. in quo ſtricta interpretatio fieri debet.*
2 *Qui vult conſequens vult etiam neceſſarium antecedens.*
3 *Authoritas rectoris ſucceſſoris teſtibus etiam legalibus, non eſt probanda ſed ſcriptura.*
4 *Legato Cardinali non creditur de ſua iuriſdictione, vbi agitur de alterius præiudicid.*
5 *Stante ſtatuto quod adulterium probari poſſit per teſtes infames, non tamen idem erit in probando matrimonio.*
6 *Matrimonium probandum non eſt in crimine adulterii quando eſt notorium, niſi negaretur. Et ad probandum illud requiruntur teſtes omni exceptione maiores.*
7 *Cauſa matrimonii dicitur grauis & ardua.*
8 *Infames in cauſis ciuilibus arduis non admittuntur in teſtes.*

QVAESTIO V.

QVinto quæro, ſupra q. 3. vidimus, q̃ infames admittũtur ad p̃bandum crimen læſæ maieſtatis, an admittantur ad probandum adminicula talis delicti? Et videt
1 dicendum quod non: quia †in iſto crimine ſtricta interpretatio fieri debet, vt dixit Thomas Grammaticus in q̃ſi. 31. Tremendi Dei. nu. 41. allegat And. de Iſer. & Præpoſi. in c. 1. §. item ſi fidelis ver. turpiter luſerit. in ti. quib. mo. feu. amit. in vſib. feu. & An. de Iſer. c. 1. §. & bona committentium, col. 13. in ti. quę ſint regal. no. Bar. in l. in qõnibus, ff. ad legem Iul. maieſt. Et ibi dixit, q̃ teſtes infames licet admittantur ad probandum crimen læſæ maieſtatis, attamen non admittant ad probandum adminicula talis delicti. Et exemplificat Bart. in dicta l. in qõnibus, in ver. item dicit in eo qui dum eſſet rector Prouincię ſucceſſorem non admiſit. nam ſi volo hoc probare id probare potero per teſtes infames, quia qui ſucceſſorẽ ſibi in offi. a ſuperiore miſſum non admittit, crimen læſę maieſtatis incurrit, vt vidimus ſupra ſub Rub. qualiter & a quib. crimẽ læſæ maie. commit. q. 32. ſed ad probandum adminicula, ſcilicet, q̃ ille erat legitima ſucceſſor, infames non admittẽtur, cũ ſolum admittantur ad probandum delictum, non autem ad minicula delicti, vt dicit tex. in dicto c. per tuas. de ſimon. & h. d. Bart. eſſe perpetuo menti tenendum, opi. Bar. ſequitur Ioan. de Ana. in ca. per tuas, colum. 2. in verſi. nunquid autem tales criminoſi. de accu. Idem voluit Matth. de Affli. in d. c. 1. §. & bona committtentium, nu. 7. & 9. in ti. quæ ſint rega. in vſibus feud. Et pro doctrina Bar. facit, q̃ voluit Bal. in auth. ſi dicatur col. vl. C. de teſtibus. vbi dixit, q̃ ſi ſtatuto cauetur, q̃ infamis poſſit adulterium probare, quod licet adulterium non poſſit eſſe ſine matrimonio, quod non poterunt teſtes infames matrimonium probare. Ego autem de dicta doctrina Bar. ſemp dubitaui, quia crimen læſæ maieſtatis additi deberet ad probandum eadem ratione qua teſtis infamis admittitur ad probandum adminiculum ſine quo dictum crimen non ſtaret, nam cum alicui aliquid conceditur, eidem omnia conceſſa intelliguntur, per quæ ad illud peruenitur, l. 2. ff. de iuriſ. omnium iud. vbi illi, cui mandata eſt iuriſdictio, omnia conceſſa intelligũt, ſine quibus iuriſdictio exerceri non poteſt. & contra doctrinam Bar. tenuit Angel. in dicta l. famoſi, vbi dixit, q̃ non credit eſſe verum dictum Bar. niſi qñ adminicula non reſpicerent ſubſtãtiam delicti, ſecus quando adminicula eſſent de ſubſtantia, vt in exemplo Bar. alleg. in arg. tex. in l. ad rẽ mobilem, & l. ad legatum, ff. de proc. & tex. in d. l. 2. ff. de iuriſ. om. iu. & certe antequam vidiſſem Ang. dubitaui de dicto Bar. q̃a tex. per ipſum alle. in dicto c. per tuas, pro eius dicto id non p̃bat, adeo q̃ eius dictum conſiſtit in ſola eius authoritate, q̃ę magna eſt, ſed non neceſſaria, quamuis probabilis. Diſtinguẽdum igitur eſſe arbitror pro concordia contrarietatis q̃ eſt inter Bar. & Ang. in hoc articulo, quod aut adminicula ad quæ probandum inducit infamis, erant de ſubſtantia criminis læſę maieſtatis, adeo q̃ illis non probatis non erat probatum crimen læſę maieſtatis, adeo q̃ illis non probatis non erat probatum crimen læſę maieſtatis, & hoc caſu locum habeat q̃ dixit Angel. qui voluit teſtes infames admitti ad probandum dicta adminicula, ex quo ad probandum ipſum crimen admittuntur, q̃ ratione comprobo ſumendo exemplum Bar. de eo qui non admiſit ſucceſſorem ſuum in officio: Nam ad hoc vt crimen læſę maieſtatis committat̃, requiritur q̃ probetur non admiſſum eſſe legitimum ſucceſſorem. ergo iſta qualitas eſt pars ſubſtantialis dicti criminis, ex qua ipſum crimen reſultat ergo infamis, qui admittitur ad probandum crimen læſę maieſtatis, dicta l. famoſi, & ibi Docto. ff. ad legem iuliam maie. admittẽt ad hoc probandum: quia idem iuris eſt de parte q̃
2 de toto, l. quæ de tota, ff. de rei vend. facit, †quia qui vult conſequens vult etiam neceſſarium antecedens. Alias ſi ſecus diceremus, eſſet dare caſum in quo infamis non admitteret ad probandum crimen læſę maie. quod eſſet contra tex. in dicta l. famoſi, & ea q̃ dixi ſupra q. 4. proxime præcedente. Aut loqmur de adminiculis non ſubſtantialibus ad dictum crimen, & eo caſu procederet opi. Bar. cum quo in hoc caſu cõcordat etiam Ang. in dicta l. famoſi. Niſi diceremus, quod in prędicto exemplo Bar. verum eſſe diceret, quod teſtes infames non admitterentur ad probandum illum eſſe legitimum ſucceſſorẽ
3 alia ratione, videlicet, †quia dicto caſu authoritas ſucceſſoris non probanda teſtibus, etiam legalibus ſed ſcriptura, ei enim non creditur aſſerenti ſe miſſum ad gubernandum illam prouinciam ſiue ciuitatem a principe, niſi oſtendat literas ſuę deputationis, per tex. in c. nobiliſſimus, 17. diſt. l. prohibiturus, C.
4 de iure fiſ. l. vnica, C. de mand. Princ. imo †vbi agit̃ de alterius preiudicio etiam Legato Cardinali non creditur de ſua iuriſdictione glo. in c. ſicut. de ſen. excom. & habetur per Gondiſaluum Villadiego, in tra. ſuo de leg. q. 6. col. 2. num. 18. Ad ilud
5 q̃ dixit Bal. in auth. ſi dicatur, col. vlt. C. de te. q̃ †ſi ſtatutum dicat, q̃ adulterium poſſit p̃bari per teſtes infames, q̃ licet adulterium non poſſit eſſe ſine matrimonio, non propterea poterit matrimonium probari per teſtes infames. Dicas id ideo eſſe, quia teſtis infamis ideo habilitatur a ſtatuto ad probandũ adulterium, quia perſonę ĩfames, vt ſunt lenę & lenones, ſunt miniſtri huiuſmodi criminis.
6 Nec †ſemper probãdum eſt matrimonium in crimine adulterij, q̃ñ maxime eſt notorium, niſi id negaretur, quo caſu ad id probandum infames non admittuntur, quia in eo requirũtur teſtes omni exceptione maiores, c. 1. extra de conſang. &
7 affin. Et † cauſa matrimonij dicitur cauſa grauis & ardua, vt
8 per Docto. in l. admonendi, ff. de iureiuran. & †infames in cauſis ciuilibus arduis non admittuntur ad teſtimonium, quia cã ciuilis ardua ęquiparatur criminali, l. propter litem, ff. de excuſatio. tut. Abb. in cap. teſtimonium, de teſtibus, & ibi Felyn. colum. 3. verſi. Eſt alia infamia facti numero 10. & dominus Io. Crotus dominus meus in tract. ſuo de teſta. num. 47. in verſic. ſecundo ampliatur.

S V M M A R I V M.

1 *An mulier poſſit eſſe teſtis in crimine læſæ maie. nam de iure canonico in criminalibus non admittitur in teſtem.*
2 *Fallit tamen quando crimen probari non poſſet per maſculos.*
3 *Mulier de iure ciuili in criminalibus poteſt eſſe teſtis.*
4 *Mulier quare repellatur a teſtimonio in cauſa teſtamenti. remiſſiue.*
5 *Mulier in crimine læſæ maieſtatis, non admittitur ad teſtificandum*
6 *Etiam ſi ſit infamis.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO VI.

EXto quæro. an mulier teſtis eſſe poterit ī cā criminis læſæ maie
1 ſtatis? Dicas, †quod de iure canonico mulier ī criminalibus teſtis eſſe non poteſt, vt eſt gloſ. in cap. ex eo. 15. q. 3. & tradunt Docto. in c. 3. vbi Abb. Anto. de Bu. & alij, extra de teſt. & ibi Fel. glo. in c. forus. in fi. de verb. ſignific. Arch. in c. 2. de iud. in 6. Dominus meus Io. Crot. in tract. de teſta. num. 55. Fallit tamen, †quando crimen probari non poſ-
2 ſet per teſtes maſculos, vt per Alexand. conſi. 64. viſo themate in prin. in 1. vol. Iaſon in l. fina. in fi. C. de his quibus vt indign. Ioan. Andr. in titu. de teſte. in §. 1. in uerſic. item excipitur ꝙ eſt mulier. in add. Specu. Ale. conſi. 24. animaduerſio. in 2. volum. Marſil. Dominus meus in l. Diuus in 2. col. ff. de quæſtio.

3 De †iure vero ciuili mulier in cā criminali poterit eſſe teſtis, vt voluit Specul. in ti. de teſte. §. j. in ver. item ꝙ eſt mulier. Abb. in c. quoniam. extra de teſt. vbi per Feli. late per totum. & eſt gloſſ. in c. forus. de verb. ſign. & in c. ex eo. 15. q. 3. & ita com
* muniter tenent Docto. vt dicit Fel. in d. c. quoniam. & dominus Io. Cro. præceptor meus in tract. ſuo, de teſte. nu. 57. & pro iſta cōi opinione eſt tex. in l. 3. §. lege Iulia, ff. de teſt. vbi mulier in accu. legis Iuliæ de vi repellitur, ꝙa ſui corporis quæſtum fecit. Ergo a contrario ſi mulier non laboraſſet tali vitio admitteretur in ſimilib. cauſis. ad idem facit tex. a contrario ſenſu in
4 l. ex eo, ff. de teſti. Quare †autem mulier repellatur in cā teſtamenti a teſtimonio, rōnē aſſignat præfatus dñs meus in pālle
5 ga. tract. de teſt. nu. 57. & Fel. in d. c. qñi. 2. col. In †crimine vero maieſtatis non erit dubium quod mulier in teſtem admittat̄, quia ſi de iure ciuili admittitur regulariter in criminalibus, vt proxime dictum fuit, a fortiori admitteretur in crimine lęſę maieſtatis, in quo infames etiam, & criminoſi admittuntur, ꝙ in alijs criminibus repelluntur, vt in l. famoſi, ff. ad legem Iul. maieſta. & dixi ſupra q. 3. & quęſt. 4. proxime præcedentib.

6 Quinimo, †in crimine læſæ ma. admittitur mulier etiam ſi ſit infamis. & hoc eſt quod probat tex. in l. in quæſtionibus. in verb. etiam, ff. ad leg. Iu. maie. qui loquitur de muliere infami, vt patet per exemplum ꝙ ponit, & ita ſentit ibi Bar. & ita illū tex. intelligit Fely. in dicto cap. quoniam. col. 2. de teſt. & ſequitur Cro. dñs meus in dicto tract. de teſt. num. 57. vbi dixit, ꝙ Iulia (de qua in d. l. in quæſt.) quæ coniurationem Catilinæ detexit, fuit meretrix. Ex quo notabis, quod tenentes quod ſpeciale ſit in crimine læſæ maieſtatis, quod mulier in teſtem admittatur per illum tex. videntur non recte loqui, ſed bene ex eo probatur, quod mulier etiam infamis admittit̄ in dicto crimine, & hoc ſpeciale eſt. Et quod mulier admittatur in teſtem in crimine læſę maieſtatis, tenuit etiam Alber. in dicta l. famoſi. & Martin. de Laude. in tracta. ſuo de crimine lęſę maieſtatis. quęſtio. 27.

SVMMARIVM.

1 *An ſocius criminis admittatur ad teſtificandum in crimine læſæ maieſtat. cum regulariter non admittatur contra ſocium.*
2 *Socius criminis contra ſocium admittitur in teſtem in crimine læſæ maieſtatis.*
3 *Etiam ſi iuraſſet non reuelare, ac etiam ſi pretium pro hoc accepiſſe.*
4 *Dummodo ex qualitate teſtificantis, & perſonæ contra quem deponit veriſimile ſit eum non mentiri.*
5 *Sola depoſitio ſocii criminis ad torturam non ſufficit, niſi cum ea ſit alia præſumptio vel aliud indicium.*
6 *Socius criminis etiam in crimine læſæ maieſta. non admittitur ad teſtificandum ſi eſt inimicus.*
7 *Et etiam ſi alias eſſet criminoſus vel infamis ex alio delicto.*
8 *Statutum quod accuſatori credatur de damno dato, vel alio crimine, non comprehendit infamem, infamia facti.*
9 *Statutum quod libris mercatorum plena fides adhibeatur proſcribente, nō comprehendit mercatorem infamem vel ſuſpectæ vitæ.*
10 *Duo ſpecialia circa idem concurrere non poſſunt.*
11 *Inſtrumentum quod ſit de nouo repertum ſtatur iuramento producētis.*
12 *Niſi producens eſſet alias periurus.*
13 *In quibus caſibus ſocius criminis admittatur in teſtem, vel de ſociis interrogari poſſit remiſſiue.*

QVAESTIO VII.

SEptimo quæro. quid ſit dicēdum de ſocio criminis, an ad
1 mittatur ad teſtificandum in crimine lęſę maieſtatis? Dicas, †quod regulariter non admittitur cōtra ſocium, l. fi. C. de accu. c. j. extra de confeſ. l. qñ. C. de teſtibus. c.
2 veniens. & c perſonas. de teſt. Dicas tamen, †ſecus eſſe in crimine læſę maieſta. in quo ſocius criminis contra ſocium in teſtē admittit̄, vt voluit Albe. in l. famoſi, ff. ad leg. Iu. maie. Doct. & max. Saly. in d. l. quoniam. C. de teſtib. Mar. de Laud. in tract. de cri. læſæ maie. allegat Bal. in l. qñ liberi, C. de teſti. idem voluit Dominus Hipp. Marſi. Dominus meus, in l. de minore. in prī. col. 1. num. 3. ff. de quęſtio. idem probat tex. in c. quęro ergo, §. verum, 6. q. 1. 79. Diſtin. ca. ſi quis Papa. & ibi gloſſ. Alex. in conſilio 13. colum. 3 verſicu. octauo pręſuppono. in 6. volu. vbi di
3 xit, †quod ad probandam conſpirationem factam cōtra principem admitti poſſunt teſtes etiam participes criminis, & qui iuraſſent non reuelare, etiam quando pretium pro hoc accepiſſent allegat tex. in cap fi. de teſt. cogend. & glo. in c. veniens, el 1. de teſt. ad idem Marſi. in conſi. 1. in 1. volu. nume. 32. & in conſi. 109. num. 11. in 2. vol & Io. Cro. Dominus meus, in trac. de teſt. num. 92. Prædictam concluſionem ſane intellige ſecundum Are. in capi. cum P. Manconella. colum. 8. de accuſ. quod
4 †ad hoc vt ſocio criminis credatur etiam in criminibus exceptis, vltra alia diminicula & coniecturas, reqniritur, quod ex numero teſtium, vel ex qualitate deponentium, vel eorum pſonis contra quos deponit veriſimile ſit eos non mentiri. allegat ad hoc tex. in capi. in fidei, §. fina. de hære. in 6. idem voluit Marſi. Dominus meus in conſil. 74. numero 13. in 1. volu. Math. de Afflict. in cap. 1. in §. & bona committentium. colum. 3.
5 num. 27. in ti. quę ſint regal. in vſibus feudo. vbi dixit, †quod ſola depoſitio ſocij criminis ad torturam non ſufficeret, niſi cū ea eſſet alia præſumptio, vel aliud indicium: allegat Ale. conſ. 89. in 3. volu. Abb. in c. 1. de confeſ. & Fran. Bru. in tract. de qō. q. v. ad idem Gramma. conſi. 35. in cauſa Magnifici Antonij. ī
6 fi. num. 49. Prędictam concluſionem, †quod ſocius criminis admittatur ad teſtificandum in crimine lęſę maieſtatis, limita non procedere quando eſſet inimicus eius contra quem deponit, tunc enim nullatenus eſſet admittendus. ita voluit Alex. ī conſi. 126. eſt tamen conſilium D. Vincentij Paleoti, Doctoris Bononien. quem refert & ſequitur Tho. Gram. in conſi. 38. formata inquiſitione, colum. 3. in prin. nu. 3. faciūt dicta ſupra q. 2. proxima præced. vbi vidimus, quod inimicus in teſtem non
7 admittitur in hoc crimine lęſę maieſta. Limita †ſecundo pdictam concluſionem, vt procedat, niſi alias ſocius criminis eſſet criminoſus vel infamis ex alio delicto. ita dixit idem Gramma. in conſ. 35. in cauſa Magnifici Antonij Berna. col. 4 num. 27. alleg. Angel. in l. qui in iudicio, ff. de accuſa. vbi dixit, quod
8 †ſi ex forma ſtatuti acculatori eſt credendum de damno dato vel alio crimine, ei non crederetur ſi eſſet infamis infamia facti. idem voluit Dominus meus Marſil. in conſi. 74. col. 3. in j. volum. Corſe. ſingu. ſuo in verbo integer. & hanc opinionē corroborat Gramma. in d. conſi. ex eo quod dixit Bald. in ſua repe. l. cunctos populos, col. 15. verſi. Quintum exemplum, C.
9 de ſum. Tri. & fide catho. vbi dixit, †quod ſtante ſtatuto, quod libris mercatorum plena fides adhibeatur pro ſcribente, id ſane intelligi debet, niſi alias mercator eſset infamis vel ſuſpectę vitę. idem voluit Iaſ. in l. admonēdi, ff. de iur. iuran. tu adde aliam rationem, quare ſocius criminis alias infamis nō ſit admittendus in teſtem in crimine lęſę maieſtatis, quia, quod ſocius criminis admittatur in crimine lęſę maieſtat. hoc eſt ſpeciale in d. crimine, quia regulariter non admittitur in alijs criminibus, vt dixit Math. de Afflict. in d. §. & bona committentium, loco prędallegato. quando autem ſocius criminis eſset infamis concurrerent duę ſpecialitates, vna quod tanquam ſocius criminis admitteretur, alia quod tanquam infamis, quod
10 eſse non debet, †quia duo ſpecialia circa idem concurrere nō poſſunt, l. 1. vbi glo. Bar. & Doct. C. de do. promiſſio. Oldrad. in conſi. 79. facit etiam illud, quod duo vincula magis ſtringunt quam vnum, §. affinitatis. Inſtitu. de nup. authen. itaque. & ibi
11 Bar. C. commu. de ſucceſſio. facit etiam, quia †quod inſtrumentum ſit de nouo repertum ſtatur iuramento producentis. Bar. & Doct. in l. admonendi, ff. de iure iuran. habetur in c. paſtoralis. de excep. Hoc †tamen non procedit, ſi producens inſtrumē
12 tum de nouo repertum eſset alias periurus, vt dixit Roma. in
13 d. l. admonendi. †Et in quibus aliis caſibus ſocius criminis in teſtem admittatur, vel de ſociis interrogari poſſit, vide quę magiſtraliter & copioſe ponit Do. Ioan. Crottus Dominus meus in prędallega. tracta. ſuo. de teſt. in verſicul. Octauo principaliter, num. 91.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes ſingulares in crimine læſæ maieſt. admittuntur.*
2 *Iura loquentia de ſingularitate teſtium, quomodo ſint intelligenda.*
3 *Teſtes ſingulares in crimine hæreſis admittuntur, cum diſtinctione tamen vt ibi.*
4 *Ad probandum aliquid in genere an teſtes ſingulares ſufficiant.*

QVAESTIO VIII.

OCtauo quæritur. quid dicendum de teſtibus ſingularib.
an probent in crimine lęſę maieſtatis, cū alias nullo modo probent, l. iuliurādi, C. de teſti. c. licet cauſam

Digitized by Google

ſam. de probatio. Dicas, †quod in d. crimine admittuntur, ita not. dixit Pe. de Anch. in conſi. 440. Ex prædicta facti narratione. in 2. dubio. vbi notabiliter dixit, aduertendum eſſe in materia ſingularitatis teſtium: Nam quandoque deducitur vnum factum quod perficitur vno loco & tempore, vt puta homicidium, vel adulterium, aut vna obligatio ex conſenſu deſcendens, & iſto caſu quando teſtes deponunt, de diuerſis locis & temporibus, vti ſingulares non probant identitatem facti, & hoc modo intelligendum eſt exemplum de Suſanna & iura loquentia de ſingularitate. Aliquãdo vero deducitur aliquod factum quod momento temporis eſſentiam non capit, aut in vno loco tantum, veluti eſt conſpiratio, coniuratio, & tractatus, qui contra principem fiunt, & iſto caſu dicit, quod ſingularitas teſtium non infringit probationem, quinimo probat. quod comprobat per iura & rationes de quibus per eum ibi. & hoc tenet etiam Cro. Dominus meus tract. de teſt. in verſic. Nona ſit concluſio num. 325. idem tenuit Math. de Afflict. in c. 1. in §. & bona committentium. col. 3. num. 29. in 8. Speciali. in ti. quæ ſint regal. in vſibus feu. Et Marſil. Dominus meus in conſi. 1. col. 4. verſi. quia reſpondeo. in 1. volum. Io. de Anan. in cap. licet Heli. col. 4. de ſimon. idem tenet Nicol. Bellon. in con
3 ſi. 23. num. 3. & †idem eſt in probanda hæreſi, vt per Bald. in l. actor, col. 3. C. de probatio. Fely. autem in ca. licet. el 2. col. v. de teſti. In hęreſi diſtinguit, quod aut teſtes inducuntur ad probãdum hæreſim in genere, & iſto caſu dicit procedere opinionẽ Bald. in d. l. actor. Aut tractatur de probanda hæreſi in ſpecie & eo caſu dicit teſtes ſingulares non probare, vt ibidem late
4 per eum. †An autem verum ſit, quod vbi agitur de probando aliquid in genere teſtes ſingulares ſufficiant, vide eũdem Do. Io. Cro. in d. tract. ſuo. de teſti. in verſicu. ſeptima ſit concluſio. ſub num. 324. vbi adducit tenentes & negatiuam, & affirmatiuam partem circa hoc, & tandem ipſe videtur reſidere ĩ parre negatiua, videlicet quod etiam quando tractatur de probãdo aliquid in genere teſtes ſingulares non admittantur. vide dicta per eum ibi.

SVMMARIVM.

1 *An frater contra fratrem in crimine læſæ maieſtatis, teſtificari cogatur? cum Attinentes vſque ad ſeptimum gradum teſtificari non coguntur, regulariter, tam in ciuilibus quam in criminalibus. Poſſunt tamen, ſi volunt, teſtificari.*
2 *Iudex, attinentibus ſponte deponentibus, debet facere ſcribi in actis, quod volentes deponunt.*
3 *Frater contra fratrum in maioribus criminibus & exceptis teſtificari cogitur.*
4 *In defectum tamen aliarum probationum.*
5 *Crimen læſæ maieſtatis eſt de exceptis.*
6 *Frater ad fratris defenſam an teſtificaci poſſit.*
7 *Frater vel conſanguineus ſi ſit multum nota fidei, & integræ vitæ, in cauſa fratris vel conſanguinei probat.*
8 *Fratres & conſanguinei in criminalibus ad meram defenſionem & probationem innocentiæ admittuntur. Secus ad reprobationem teſtium.*

QVAESTIO IX.



Ono quæro. an frater contra fratrem in hoc crimine læſæ maieſtat.
1 teſtificari cogatur? Dicas, †quod regulariter attinẽtes vſque ad ſeptimum gradum teſtificari non coguntur, vt habetur in l. lege Iulia, ff. de teſt. vbi glo. in verb. denuncietur. dixit, hoc eſſe verum tam in ciuilibus quam in criminalibus. ad idem gl. in l. fœmina. in verb. iniuriam, C. ad Turpilia. Io. de Imo. in c. dilectionem. de teſt. cogen. poſſunt tamẽ
2 ſi volunt teſtificari, ſed eo caſu †quando volunt examinari, tunc cautus ſit iudex, quod in actis deſcribi faciat, quod volentes deponunt. ita notan. dixit Bar. in auth. presbyteros. in 3. no.
3 C. de epi. & cle. & ibidem Cy. fallit tamen regula prædicta †in maioribus criminibus, in quibus frater contra fratrem teſtificari cogitur, vt per Spec. in ti. de teſt. in §. de teſtium compulſione. ver. ſed nunquid frater cogitur. vbi dixit, quod idem eſt in criminibus exceptis. allegat tex. in c. literas. de præſump. vbi
4 frater contra fratrem in crimine hæreſis deponit. †hoc tamẽ ſane intelligẽdum eſt in defectum aliarum probationum, vt dicit idem Specu. loco præal. allegat tex. in l. quoniam. in fi. C.
5 de hære. & in c. quanquam. 14. q. 2. Conſtat †autem crimen læſæ maieſta. eſſe de criminibus exceptis: Ergo in crimine læſæ maieſta. frater contra fratrem teſtificari cogetur. facit; quia in hoc crimine frater fratrem accuſat, vt vidimus ſupra in rubr.
6 qui accu. poſſ. q. 3. An †autem frater ad fratris defenſam teſtificari poſſit? Videtur dicendum, quod ſi frater vel cõſanguineus eſſet vir integræ vitæ & magnę ſanctimonię, in quo ceſſaret ver iſimiliter ſuſpicio quod mentiretur, pro fratre vel coniuncto, talis admitteretur ad probandum Innocẽtiam fratris vel conſanguinei in criminalibus. facit quod dixerunt Ioan. An. & Ioan. de Imo. in cap. cum R. Canonicus. extra de officio delega. vbi volunt, †quod ſi frater vel conſanguineus producat
7 in teſtem in cauſa fratris vel conſanguinei, eius fides nõ diminuitur, ſi ſit multum notę fidei, & integrę vitæ. quorum dictũ ſequitur Cro. Dominus meus in præalle. tractatu de teſtibus, numero 85. & 86. vbi pro iſta opinione allegat tex. in capi. in
8 literis, in fi. extra de teſt. Dicas, †quod conſanguinei, etiam fratres admittuntur in criminalibus ad defenſam, per tex. in l. parentes, ff. de teſtib. & in capi. literas. de præſump. Id tamen locum habere dicas vbi admeram defenſionem & probationẽ Innocentiæ inducuntur, ſecus ſi ad reprobationem teſtium eſſent producti, vt ſcribunt Bal. & Saly. in l. parentes, C. de teſtib. & ſequitur Ale. in conſ. v. in 3. col. in 1. vol. & Gramma. conſ. 52. in cauſa mota, col. 2. nu. 12.

SVMMARIVM.

1 *An iudæus poterit eſſe teſtis in crimine læſæ maieſtatis? nam regulariter contra Chriſtianum in teſtem non admittitur.*
2 *Iudæus contra Chriſtianum in multis partibus in teſtem admittitur.*
3 *Iudæus in eauſa matrimoniali vertente inter Chriſtianos, quando ab aliis vocatur in conteſtem, poteſt teſtificari. Et ita conſuluit author cum cele herrimis Doctoribus Paduæ legentibus.*
4 *Iudæus in crimine læſæ maieſtatis, & hæreſis, contra Chriſtianum teſtis eſſe poteſt.*
5 *Maior eſt prohibitio in hæretico quam in Iudæo.*
6 *Crimen hæreſis & læſæ maieſtatis æquiparantur. Et de vno ad aliud arguitur.*
7 *Iudæus in aliis cauſis quando admittatur in teſtem. remiſſiue.*
8 *Iudæus teſtificando iurare debet ſuper ſuam legem.*
9 *Iudæo in qua forma iudex deferre debeat iuramentum. remiſſiue.*
10 *Iudæus iurans ſecundum ſuam legem, ſi diceret, de falſo punitur.*
11 *Iudæus nuper ad fidem conuerſus, non poteſt eſſe teſtis contra Chriſtianũ, in caſibus in quibus, cum erat Iudæus, non poterat.*
12 *Periurus etiam poſt peractam pœnitentiam teſtis eſſe non poterit.*
13 *Stante ſtatuto quod percutiens Antianum puniatur in duplum, an percutiens eum qui de proximo fuit Antianus puniatur pœna dicti ſtatuti.*

QVAESTIO X.

DEcimo quæro. quid dicendũ de iudęo, an poterit eſſe teſtis in
1 crimine læſę maieſta. Dicas, †quod regulariter iudęus contra Chriſtianum in teſtem non admittit, c. iudæi extra de iudę. 2. q. 7. c. alicui, l. quoniam, C. de hęre. l. 2. in fi. C. de ſumma Tri. & fide cathol. c. 1. de teſt. c. licet vniuerſis. eo. ti. c. placuit. 4. q. 3. Specu. in ti. de teſte. §. 1. ver. Item quod eſt Iudęus. Alex. conſi. 60. viſo proceſſu inquiſitionis. in 1. vol.
2 Veruntamen †in multis partibus Iudæi contra Chriſtianum in teſtes admittuntur, vt teſtatur Specu. in tract. de mod. gene.
3 concil. congregand. rubr. 61. numero 30. Et †ego cõſului alias in Ciuitate Venetiarum ĩ cauſa matrimoniali quæ inter Nobiles vertebatur, quod quidam magiſter Lazarus Hebręus Medicus, qui fuerat præſens contractui matrimonii, & ab aliis teſtibus examinatis vocabatur in conteſtem, examinari poſſet ſuper contractu matrimonii, & Conſi. meo Celeberrimi Doctores tunc Paduę legentes, D. Petrus Paulus Pariſius, qui poſt modum fuit Cardinalis, D. Marianus Socinus Nepos, D. Ant. Fran. de Doctoribus Patauin. & D. Bernardinus Gamarus Bo
4 nonienſis, ſe ſubſcripſere. Dicas, quod in crimine lęſę maieſtatis iudęus teſtis eſſe poterit, ſicuti contra Chriſtianum in crimine hęreſis admittitur. capitulo. contra Chriſtianos. de hęre. in 6. capitulo. ſi hęreticus, 2. q. 8. cap. in fidei fauorem. de hęretic. in ſexta quę iura quamuis in hęretico loquantur, atta
5 men intelliguntur etiam in iudęo, quia †maior eſt prohibitio in hęretico, quam in iudęo, ſecundum gloſſ. in cap. pagani, 2. q. 7. pro qua facit tex. in c. 1. de hęre. in 6. Et quod iudęus admittatur in teſtem in hoc crimine lęſę maieſtatis, videtur ſentire Felyn. in d. cap. iudæi. de teſt. in 6. fallentia. vbi ponit regulam, quod iudęi non admittuntur in teſtes contra Chriſtianos: Demum dicit, quod d. regula fallit in criminibus exceptis. idem dixit Gondiſal. de Villadiego, in ſuo tract. de hęre. q. 13. verſic.
6 Eſt tamen ſpeciale in hoc crimine, numero 10. facit, quia †crimen hęreſis & lęſę maieſtatis ęquiparantur, cap. vergentis, de hęretic. ubi glo. in uerb. exhęredato. & in l. manicheos, C. de hęre. & de uno ad aliud arguitur, glo. in l. nutum, ff. de acquir. hęre. & gloſſ. in d. l. manicheos, in uerbo debet. glo. 2. in c. 1. de teſti. in 6. quam ad hoc pro ſingulari allegat Alexan. in l. ſi qs
7 filio §. hi autem, ff. de iniu. rup. & irri. teſtam. Quando † autem iudęus admittatur in teſtem in aliis cauſis, uide per D. Io. Cro

tum

Digitized by Google

tum præceptorem meum, in tracta. ſuo de teſt. in verſicul. No no quæritur. numero 136. & per Felyn. in d. capi. Iudęi. de teſti.
8 & ibi per omnes. Et †quando Iudæus admittitur in teſtem iurare debet ſuper ſuam legem, non ſuper Euangelia, vt p Ioã. de Imo. in clemen. 1. de teſti. Anto. de Butr. in prooemio Gregoriano, & †in qua forma iudex deferre debet iuramentum
9 Hebræo, vide Specu. in ti. de iuram. calum. in §. reſtat. verſi. penul. Et †ſi Iudęus iurans ſecundum ſuam legem deierat, de falſo puniri poteſt, quia ſtatur eius ſacramento quando iurat p ſuam legem. Ita dixit Andr. de Iſern. in conſti. regni, quæ incipit, ſi quis poſterum. in rubr. de defenſ. impoſit. nume. 31. Vnũ
11 non omitto, †quod in caſibus in quibus Iudæus teſtis eſſe nõ poteſt contra Chriſtianum, in eiſdem iudæus nuper ad fidem conuerſus contra Chriſtianum teſtis eſſe non poterit. facit ad hoc gloſſ. in l. qui cum vno, §. ignominia, ff. de re mili. quæ vo
12 luit †quod periurus etiam poſt peractam pœnitentiam teſtis eſſe non poſſit. ita dixit Do. Hippo. Dominus meus in l. prima §. præterea. colum. 2. verſicu. pro quibus etiam facit, numero 5. ff. de quæſtio. allegat in argum. tex. in l. filii, §. vidua, ff. ad mu nicipal. & in capitu. is qui. in fi. de ſepul. in 6. Et pro iſta opin. vide eundem D. meum in ſingũ. ſuo num. 179. incipien. viget communiter. vbi examinat illam quęſtionem.

13 An †ſtante ſtatuto quod percutiens Antianum ſiue priorẽ puniatur in duplum, percutiẽs eum qui de proximo fuit Antianus ſiue prior puniatur pœna dicti ſtatuti, & tandem addu ctis Doctorum in hoc diſcrepantium opinionibus, ipſe ſequitur opinionem Alberici, qui tenuit partem affirmatiuam, p quã opinione multa adducit pro cõcluſione ſupradicta. facit iudicio meo mirabiliter tex. in capit. accuſatores. & quod ibi not. Io. de Tur. Crema. & Prępoſi. 3. q. 5. vbi habetur, quod inimicus nouiter reconciliatus non admittitur in teſtem. de quo dixi ſupra q. 2. proxima prędecedenti ſub hac eadem rubrica. in ver. ſexto decimo teſtis.

SVMMARIVM.

1 *An periurus in crimine læſæ maie. admittatur in teſtem. nam periurus nõ admittitur in teſtem, etiam ſi emendatus ſit.*
2 *Periurur in crimine læſæ maieſtatis admittitur in teſtem. Et quibus concernentibus, nu. 8.*
3 *Periurus in crimine hæreſis quando admittatur in teſtem.*
4 *Et quando in crimine ſimoniæ.*
5 *Crimen hæreſis eſt maius crimine læſæ maieſt.*
6 *Idem etiam dicitur de crimine ſimoniæ quando hæreſim ſapit.*
7 *Reſpectu ſimoniacæ hæreſis. cætera crimina quaſi pro nihilo reputantur.*
9 *Seruus, vtilis perſona, vel liber & criminoſus, ac infamis, obſcurus, vel ignotus, ſine tortura non admittuntur in teſtes.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimo quæro, certum eſt quod periurus non admittitur in teſtem, etiam ſi emendatus eſſet, nam perdit perpetuo fidem aliquid probandi per ſuum iuramentum. glo. eſt ad hoc communiter approbata in cap. per tuas. in verſicu. adulterij, de ſimon. & in cap. teſtimonium. de teſti. facit tex. in capitulo Paruuli, vigeſim aſecunda, quęſt. quinta.

Notant Docto. vbi Alexand. & Iaſ. in l. 2. §. quod diximus, ff. ſi quis cautio. Felyn. in capitu. ex parte. de teſti. ſed quid dice-
2 mus †in crimine læſę maieſtatis, an periurus in teſtem admittendus ſit? Teneo quod ſic, cum temperamento tamẽ, de quo
3 infra dicam. Moueor, quia †periurus admittitur in teſtem in crimine hęreſis, tex. eſt in cap. accuſatus, §. licet vero periurus. de hęre. in ſexto quod tamen procedit, quando quis fuit periurus ex eo, quod coram iudice tam de ſe quam de alijs in facto hęreſis veritatem dicere iurauit, & tamen eam celando deierauit, & poſtmodum dictum ſuum corrigere velit, tam contra ſe quam contra alios ſuos complices deponendo, nam ſi ex manifeſtis indicijs appareat talem non animi leuitate aut odij fomite ſeu corruptione pecunię, ſed zelo fidei Chriſtianę dictum ſuum velle corrigere, ac ea quę iureiurando tacuerat reuelare ad fidei fauorem, niſi aliud obſtet, eius ſtari deberet depoſitioni tam contra ſe, quam cõtra alios, vt ad literam dicit tex. in d. §. licet.

Et per illum tex. ita dixit in crimine hęreſi Gondiſal. Villadiego Hiſpan. in tract. ſuo de hęretic. quęſt. decimatertia, col. ſecunda, numero duodecimo vbi dixit, quod admittuntur in teſtes periuri in crimine hęreſis, & ita demum eorum dictis fides adhibetur, ſi ex veriſimilibus coniecturis, & ex numero teſtium, & ex qualitate tam deponentium quam eorum cõtra quos deponunt, ac aliis circunſtantijs, ſic teſtificantes falſum dicere non præſumantur, vt dicitur in dicto cap. in fidei fauorem. de hęre. in 6. vbi habetur quod excommunicati, & participes ac ſocij criminis admittuntur in crimine Hęreſis in Teſtes, concurrentibus tamen ſupradictis.

Nec obſtat prędictis gloſſ. in dicto capi. per tuas. el primo. in
4 verbo adulterij ſupra allegata, de ſimon. quæ voluit, †quod in crimine ſimonię periurus non admittatur, & tamen crimẽ ſimonię & hęreſis parificantur.

Nam dicere poſſumus, quod idem erit in crimine ſimonię quod in crimine hęreſis. quando concurrunt ea de quibus ſupra. & dictum glo. in dicto capi. per tuas. regulariter procedit ſed ſecus erit cum dicto temperamento de quo in d. cap. in fi-
5 dei. Et †licet crimen hęreſis maius videatur crimine lęſę maieſtatis, cum plus ſit diuinam quam temporalem offendere maieſtatem, vt dixit tex. in capitu. vergentis. de hęret.

6 Et ſit †etiam crimen ſimonię (quãdo tamen hęreſim ſapit) maius crimine lęſę maieſtatis humanę, vt dicit tex. in dicto ca
7 pitulo per tuas. in §. hęc omnia. vbi dixit, quod †ſimoniaca hęreſis eſt tantę immanitatis quod ad eius comparationem cętera crimina quaſi pro nihilo reputantur. Nihilominus quan
8 do apparet quod zelo iuſtitię periurus deponeret in crimine lęſæ maieſtatis, concurrentibus ſupradictis, indubie teneo ipſum admittendum eſſe, argum. tex. in dicto capitu. per tuas. in verſiculo prętera. de ſimon. Prædictis tamen non concurrentibus dicerem periurum non admittendum ſine quæſtionib. per gloſſ. in capitulo in ſumma decimaquinta quæſtio. ſexta,
9 quæ dixit, quod †ſeruus, vilis perſona, vel liber, & criminoſus, ac infamis, obſcurus, vel ignotus ſine tortura non admittuntur.

SVMMARIVM.

1 *An minor in crimine læſæ maieſtatis teſtis eſſe poſſit. quia regulariter in criminalibus non admittitur in teſtem qui non ſit maior annis viginti.*
2 *Niſi quando crimen non poſſet per alios probari.*
3 *Et multo minus minor quatuordecim annis.*
Qui non poteſt torqueri, ſed ferula cædi debet, vel minis terreri ad veritatem dicendam.
4 *Minor in crimine læſæ maie. examinatur, & torquetur.*

QVAESTIO XII.

1 DVodecimo quęro, an minor teſtis eſſe poterit in crimine læſæ maieſtatis? Dicas †quod regulariter ĩ criminalibus niſi quis ſit maior annis 20. in teſtẽ nõ admittitur, l. teſtimonium. & ibi gloſſ. ff. de teſtib. Hoc tamen
2 fallit, †quando crimen non poſſet per alios probari. Tũc eĩ minoris teſtimonium in ſubſidium admittitur, ſecundum Ioan. And. in titu. de teſtib. §. primo, verſicu. item excipitur quod eſt impubes. in additio. Specula. idem dixit Alexand. in conſil. vigeſimoquarto anima duerſis. in ſecundo volumine. Crotus
3 dominus meus in tracta. ſuo de teſt. numero 71. Nec †etiam & multo minus teſtificari poterunt in criminalibus minores annis decimoquarto, torqueri enim non poſſint, ſed ferula cędi debent, vel minus terreri ad veritatem dicendam, l. de minore, ff. de quæſtio. in princi. & l. ex libero, §. de minore, ff. eodem titulo, l. prima, §. impuberes, ff. ad Sylle. & habetur per Bonif. de Vitelli. in tracta. ſuo malefic. in titu. de quęſtio. & tormen. & quæ perſonæ ab eis excuſent. & l. inuiti, ff. de teſti. Attamen
4 †in crimine lęſę maieſtatis minor in teſtem examinatur, & etiam torquetur propter criminis atrocitatem. tex. in l. de minore. in princip. ff. de quæſtio. & ibi Doctor. idem dixit Alber. in tracta. de teſti. in rubric. quando repellantur teſtes ratione perſonę. in verſicu. prætera inquit, verſiculo. repellitur etiam teſtis, numero decimo ad idem Anto. Capitius in ſuis Deciſi. Neapolita. Deciſi. centeſimotrigeſima numero quinquaginta quinq;. In iſto enim crimine multa conceduntur contra regulas iuris, vt patet ex his quæ dixi ſupra in pluribus quęſtionibus, in rubric. qui accuſare poſſunt. & longe plura adducit Math. de Afflict. in titu. quæ ſint regal. in capttulo primo, in §. & bona committentium, vbi enumerat omnia ſpecialia q̃ ſunt in hoc crimine lęſę maieſtatis, idem facit Anto. Capit. in præallegata Deciſi. 130. numero 9. & D. Hippol. de Marſil. Dominus meus in l. de minore in princ. in prima, & ſecunda columna, ff. de quæſtio. facit ad prędicta, quod pupillus & impubes cum authoritate tutoris admittuntur ad accuſandum in hoc crimine, qui in alijs repelluntur; vt habetur per Specu. in titu. de accuſatore, §. primo, verſicu. item excipitur quod eſt dupillus, & dixi ſupra in rubric. qui accuſare poſſ. q. 7.

SVMMARIVM

1 *An meretrix poterit eſſe teſtis in crimine læſæ maieſtatis? quæ regulari-*
ter

Digitized by Google

ter repellitur a teſtimonio.
2 *Meretrix in crimine læſæ maieſtatis admittitur ad teſtificandum.*
3 *Tamen eius dictum aliis non concurrentibus, indicium non facit ad torturam.*
4 *Meretrix publica quæ dicatur.*
5 *Meretricum publicarum vſus a Solone inſtitutus fuit.*

QVAESTIO XIII.

TErtio decimo qd dicemus de meretrice: an poterit eſſe teſtis in crimine læſæ maieſtatis? Dicas, †quod regulariter meretrix repellitur a teſtimonio, quia infamis. Infamis enī repellitut regulariter a teſtimonio in criminalibus, l. ſciant, C. de probatio. & habetur in c. teſtimonium. de teſti. & dixi ſup. quæſtio. tertia ſub hac eadem rubr. Et quod meretrix tāquam perſona infamis repellatur a teſtimonio in criminalibus, tenuit Alexand. in conſilio vndecimo circa primum. column. prima verſicu. & dicit Bart. in primo volumine. Dicas tamē, †quod ſecus erit in hoc crimine, in quo infames ad teſtimonium admittuntur, vt vidimus ſupra proxime in dicta, q. 3. Et ita dixit Alexand. in d. conſilio 9. columna prima, in princip. & probatur hoc per tex. in l. in quæſtionibus, ff. ad legem Iuliam maieſta. vbi Iulia quæ meretrix fuit, detexit coniurationem Catilinæ. faciunt ad hoc quę dixi ſupra quęſt. ſexta proxima præcedenti in verſicu. in crimine vero. Dicas tamen, †q eius dictum tanquam non integri teſtis per ſe ſolum alijs non concurrentibus indicium non faceret ad torturam, quia teſtis non integræ opinionis & famæ indicium non facit ad torturam, vt dixit Bald. in capitu. ſacramentum. de conſuetu. recti ſeu. Barto. in l. admonendi, colum. 12. ff. de iureiurand. Alexā. in conſi. ſupra allegato, qui in meretrice loquitur. idem dixit Marſi. Dominus meus in conſi. 101. in præmiſſa cauſa, colum na ſecunda, numero 18. in 2. volum. Publica †autem meretrix ea dicitur, quæ publice & palam proſtituitur, l. palam. ff. de ritu nup. mulieres enim quę ſui corporis quæſtum faciunt (vt ſupra dictum eſt,) a teſtimonio regulariter repelluntur, ad q vltra ſuperius allegata eſt bonus tex. in l. tertia, §. lege Iulia. ff. de teſti. vbi mulier, in accuſatione legis Iuliæ de vi, repellitur quia ſui corporis quæſtum fecerat. †Meretricum publicarum vſum a Solone inſtitutū Philemon ſcribit, vt ea Venere contenti iuuenes a pudicis ſolicitandis abſtinerēt, vt teſtatur An. Alc. in l. Maſſurius ſcribit, ff. de verb. ſignific.

SVMMARIVM.

1 *An clericus contra laicum admittatur in teſtem in crimine læſæ maieſtatis.*
Clericus vbi pœna ſanguinis ingreditur non admittitur in teſtem.
2 *Clericus teſtificari poteſt contra laicum in crimine Eccleſiaſtico, coram iudice Eccleſiaſtico.*
3 *Clericus in iudicio ſeculari admittitur in teſtem quando veritas aliter haberi non poteſt.*
4 *Clericus vbi agitur ciuiliter de crimine poteſt eſſe teſtis.*
5 *Secus ſi criminaliter.*
6 *Clericus contra laicum in cauſa criminali vbi pœna ſanguinis non ingeritur in vtroque foro teſtificari poſſit.*
7 *Clericus in crimine læſæ maieſtatis contra laycum non cogitur teſtificari.*
8 *Secus poſt obitum inculpati quando agitur de damnanda eius memoria, quia tunc cogetur a ſuo iudice Eccleſiaſtico.*
9 *Inhabilitas clerici ſcilicet quod non poſſit teſtificari in cauſa vbi ingeritur pœna ſanguinei s procedit ratione ordinis clericis.*

QVAESTIO XIIII.

VArtodecimo quæro, an Clericus cōtra Laicum in teſtem admittatur in crimine læſę maieſtatis? Dicas, †quod clericus, vbi pœna ſanguinis ingeritur, in teſtem non admittitur. glo. in capit. teſt monium nona quæſtio. prima per tex. in cap. de cætero. de teſti. ad idem tex. in dicto cap. teſtimonium. & per Felin. in d. cap. de cætero, in principio. & ibi Abba. & Doctor. & gloſſ. in capitu. j. 52. Diſtin. in verb. ſacerdotes. Crotus Dominus meus in tract. de teſt. nume. 69. Limita prædictam concluſionem, †vt nō procedat ſi laycus accuſaretē de crīe corā Eccleſiaſtico Iudice, vt voluit Abba. in dictb capit. de cætero, & ibi Fel. columna 1. in princi. de teſti. & Arch. in dicto capi. teſtimonium. vbi Præpo. in princip. adducit. 6. quæſtio. 1. capitu. 1. Et idem tenuit Ioan. de Tur. Crema. in dicto c. teſtimonium.

3 Limita 2. †quando in iudicio ſeculari veritas aliter haberi non poſſet, vt per Abba. in dicto capitu. de cætero. per tex. in capitu. quanquam, 14. quæſtio. ſecunda Anton. de Butr. in capitulo dilectorum. colum. vltima, de teſti. cogend. idem tenuit Præpoſi. in dicto capitu. teſtimonium. & ibidem Turris Cremata 11. quæſtio. prima, Felyn. autem in dicto capitu. de cęte-
4 ro. columna prima verſicu. fallit 2. dicit †in hoc bene conſiderandum, quia ſi loquimur vbi non agitur criminaliter Clericus admittitur, vt not. Archid. in clemen. teſtimonium. de teſti. vbi dixit, quod vbi de crimine agitur ciuiliter clericus poſſet eſſe teſtis, nec ei noceret ſi poſtea iudex laicum ſanguine puniret. idem dixit Turris Cremata in dicto capitulo teſtimo-
5 nium. vndecima quęſtio. prima. Sinautem †loquimur in cauſa criminali criminaliter mota, ſecus dicit Fely. eſſe dicendum Nam eo caſu clericus teſtis eſſe non poterit, alleg. no. per Specula. in ti. de legat. §. iuxta, verſicu. Item litigioſus. & gloſſ. in capitu. 1. li. Diſtinct. ſubdens, quod in hoc nō valeret proteſtatio, de qua in capitulo ſecundo de homicid. in ſexto quia eſſet cō traria facto, cum nihil ciuiliter ageret. facit quod dixit Thom. ſecunda ſecundę quęſt. 70. articulo primo. in fi. vbi dixit, quod miniſtri altaris cogēdi non ſunt teſtificari in cauſa ſanguinis.
6 Poteſt †tamen Clericus contra Laycum in cauſa criminali, vbi non ingeritur pœna ſanguinis, ſiue coram Eccleſiaſtico cauſa agatur, teſtificari capit. quandoque decimaquarta, quęſtio. ſecunda Abba. & Aretin. in dicto capitu. de cœtero. de teſti. Imo tali caſu clericus cogi poterit, vt voluit Anton. de But. in capitulo dilectus. extra de teſti. cogend. & Crotus Dominus meus in tra. de teſti. nu. 69. verſi. ſecunda. concluſi.
7 Ex præmiſſis colligo, †quod clericus in crimine lęſę maieſtatis (in quo ingeritur pœna ſanguinis, vt in l. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſt.) contra laicum non cogetur teſtificari, per prędmiſſa.
8 Fallit tamen prędicta concluſio, †quando agitur de crimine lęſę maieſtatis, poſt obitum rei ad damnādam eius memoriam, quia cum tunc agatur amplius de pœna ſanguinis, cum mortuus ſit inculpatus de tali crimine, ſed ſolum agatur de ſiſcatione bonorum defuncti, l. penult. & final. C. ad legem Iuliam maieſt. l. fina. ff. eodem. clericus contra talem cogetur teſtificari. a ſuo iudice eccleſiaſtico tamen, per prędicta. Erit ergo concluſio, quod in crimine lęſę maieſtatis quando tractat de pœna ſanguinis, clericus contra laicum in teſtem non ad-
9 mittetur, & †iſta inhabilitas in clerico procedit ratione ordinis clericalis, non defectu perſonę, vt dicimus de infame criminoſo vel ſimilibus, qui, ex quo alias repelluntur a teſtimonio, tamen in crimine lęſę maieſtatis admittūtur, vt in l. famoſi, ff. ad leg. Iu. maie.

SVMMARIVM.

1 *An laycus admittatur ad teſtificandum contra clericum in crimine læſæ maieſtatis. nam regulariter non admittitur in teſtem contra clericum in criminali cauſa.*
Etiam ſi clericus ſit tantum primæ tonſuræ.
2 *Laici clericis ſunt infeſti.*
3 *Laicus gradu & conuerſatione non eſt par clerico.*
4 *Clerici Dei legatione funguntur.*
5 *Laicus in crimine læſæ maieſtatis admittitur in teſtem contra clericum, & ſub num. 7.*
6 *Crimina excepta quæ ſint?*
7 *Laici contra clericos in criminibus exceptis admittuntur in teſtes.*
8 *Laici in quibus caſibus admittantur in teſtes contra clericos. remiſſiue.*

QVAESTIO XV.

DEcimoquinto quæro. quid dicēdum ecōtra, an laycus admittatur in teſtem cōtra clericum accuſatum de crimine læſę maieſtatis? Et videtur di
1 cēdum quod non, quia †regulariter laycus non admittitur in teſtem contra clericum in criminail cauſa. text. eſt. in capitu. de cœtero. de teſti. & procedit hoc etiam in clerico primę tonſurę, vt dixit Felyn. in dicto capit. de cœtero. in princip. & Dominic. in capitu. ſicut ſacerdotes, ſecunda quęſtio. ſeptima, & probatur per tex. in dicto capitu. de cętero, in verbo, clericum iuncto ca. cleros. & ibi gloſſ. in verbo Pſalmiſtas, vigeſimaprima diſtinct. Huius deciſionis duplex ratio reddi poteſt, ſecundum Domi. Ioan. Cro. pręceptorem meum in tracta. ſuo, de
2 teſt. numero 59. Prima, †quia layci clericis ſunt infeſti. cap. laycis. & capitu. laycus. ſecunda quęſtio. ſeptima. Secunda ratio eſt
3 ſecundum Aretin. in dicto capitu. de cœtero, quia †laycus gradu non eſt par clerico, neque etiam conuerſatione, & hęc ratio reuerentiam reſpicit qua laycus clericum debet proſequi,
4 quoniam †clerici Dei legatione funguntur. capitu. accuſati. in fin. ſecunda quęſtio. ſeptima, facit tex. in capit. quis dubitat & in capitu. duo ſunt, 15. diſtinctio. prędicta regulariter procedūt
5 ſed †in crimine lęſę maieſtatis ſecus dicendum arbitror. Conſtat

Digitized by Google

ſtat enim crimen læſæ maieſtatis eſſe crimen exceptum, vt te-
6 net Alberic.in l.famoſi,ff.ad legem Iul.maieſtat. vbi dixit,†q̃ crimina excepta ſunt,maieſtatis,ſimoniæ,hęreſis, fraudati cē
7 ſus,fraudatæ Annonæ,& crimen dilapidationis.

†In criminibus autem exceptis layci contra clericos admittuntur.capitu.tanta.de ſimon.gloſſ.in d.cap. de cætero. & ibi Doctor.maxime Felyn.colum. 2.in fi. verſicu. limita ſexto.de teſti.Et hoc in crimine lęſæ maieſtatis firmat Alber.in d. l.famoſi.vbi dixit,quod in crimine læſę maieſtatis recipiuntur in teſtes fœminæ,layci,& criminoſi,contra clericos,& quod laicus contra clericum in crimine læſæ maieſtatis teſtificari poſſit, tenuit etiam gloſ.in capi.cum P.Manconella.de accuſatio-
& ibi Docto.& Boer.in tracta.de ſedit.in 6. & vltima præſuppoſito.numero 5.in fin.& vide ad hoc Specula. in titu. de accuſator.in verſicu.in ſumma nota.vbi etiam enumerat crimi
8 na excepta. In † quibus autem alijs caſibus layci contra clericum admittuntur,vide per Docto.late in dicto cap.de cętero vbi Felyn.& per dictum D.meum in tracta.de teſti. nume. 59. cum ſequen.

S V M M A R I V M

1 *An ſerui,criminoſi, & infames, admittuntur in teſtes contra clericos in crimine læſæ maieſtatis.*
2 *Serui,criminoſi,& infames,in crimine læſæ maieſtatis cõtra clericum male vocis,& famæ,in teſtes admittuntur,ſicuti contra laicos.*
3 *Secus ſi eſt bonæ vocis,conditionis & famæ.*
4 *Ex vita præterita præſens præſumitur.*

QVAESTIO XVI.

DEcimoſexto quæro. clarũ eſt, q̃ ſerui, criminoſi,& infames,admittuntur in teſtes in crimi. læſæ maieſtatis contra Dominos,vt vidimus ſup quęſtione tertia de infami,& criminoſo.quæſtione quarta, & ſeptima xi. & xiii. proxime præcedentibus. & de ſeruis habet
1 in l.famoſi,ff.ad legem Iuliam maieſta.†An huiuſmodi perſonæ admittentur in huiuſmodi crimine contra clericos? Di-
2 ſtingue,quod†aut clerici accuſati,inquiſiti,vel denunciati de crimine læſę maieſtatis ſunt malæ vocis & famę,ita vt veriſimiliter credere poſſimus eos huiuſmodi delictum cõmiſiſſe, & eo caſu infames,criminoſi,& ſerui contra eos ad accuſandum,& teſtificandum admitterentur, ſicuti admittuntur contra laicos.ita probat tex.in capitu.in primis in §.de perſona.in
3 verſic.quod autem dicatur a ſeruis, 2.quæſt. prima. †Aut tales clerici accuſati,inquiſiti,vel denunciati hactenus fuerunt bonæ vocis,conditionis, & famæ,vt non videatur veriſimile eos talia commiſiſſe,& eo caſu ſerui,infames, & criminoſi layci
4 contra eos non reciperentur, nam † ex eorum vita præterita præſens prętumitur.28.Diſtin.capitu.quia ſunt.& diſtinct. 61. capi.miramur.Diſtinct.40.capitu.multis.Ioan. de Turre Crema.in dicto capitu.in primis.colum.vlti.verſic.non enim ſerui.numero 12.Idem ſentit Prępo.in §.de perſona,col. 8. in fi. ver.Nota quod Epiſcopus.

S V M M A R I V M.

1 *An ſerui,criminoſi,infames,& alias inhabiles admittanturad excuſandum reum inculpatum de crimine læſæ maie.*
2 *Actor & reus non debent ad imparia iudicari.*
3 *In criminibus exceptis ad excuſationem imputati teſtes non admittuntur,niſi ſint idonei.*
4 *Domeſtici & familiares,qui alias admittuntur ad prębandum ea quæ domi fiunt,non admittuntur ad excuſandum inculpatum de crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO XVII.

DEcimoſeptimo. vidimus ſupra qualiter criminoſi,infames, & alias inhabiles admittuntur cõtra inculpatum de crimine lęſę maieſtatis propter dicti criminis atrocitatē,
1 Nunc autem quæro,an†ſimiliter teſtes prędictę qualitatis admittantur ad excuſandum reum inculpatum de tali crimine?
2 & videtur dicendum quod ſic,quia†Actor & reus non debēt ad imparia iudicari,l.fina.C.de fruct & lit. expen. Cõtrarium
3 tamen dicas,quod†imo in criminibus exceptis ad excuſatio-
4 nem imputati teſtes nõ admittũtur,niſi ſint idonei, ideo†Domeſtici,& familiares,qui alias admittuntur ad probandum ea quæ Domi fiunt,l.conſenſu,§.ſuper plagis,C.de repud.Iſto caſu non admitterentur.caſus eſt nota. quem ad hoc põderat ibi Aretin.in dicto cap.fi.de teſtib.refert & ſequitur D.Io.Cro. Dominus meus in tra.de teſtib.num.104.

S V M M A R I V M.

1 *An crimen læſæ maieſtatis per duellum probari poſſit.*
2 *Duellum in crimine læſæ maieſta.æquiparatur torturæ.*
3 *Et eius loco ſuccedit.*
4 *Duellum permittitur in crimine læſæ maieſtatis.*
5 *Qualia,& quæ indicia eſſe debeant vt ducilari poſſit in crimine læſæ maieſtatis,relinquitur arbitrio iudicis.*
6 *Duello locus non eſt quando crimen teſtibus vel aliis probationiqus probari poteſt.*
7 *Duello vt ſit locus in crimine læſæ maieſtatis quæ reperiantur.*
8 *Si Duellantes per totam diem ſtatutam pugnaſſent, nec appareret quis eſſet victor,an ſequenti die ſit pugnandum.*
9 *Imputatus de crimine læſæ maieſtatis victus in Duello an habeatur pro confeſſo,& ſub nu.10.*
10 *Quotiens ex indiciis etiam indubitatis reus condemnatur, nunquam imponitur ſibi vera pęna delicti,ſed mitior.*
11 *Duellum licet ſit ſpecies probationis,tamen eſt irregularis probatio.*
12 *Comprobatur exemplo quatuor nobilium Florentinorum qui pugnarunt duo pro parte ſuper quædam querela, & vnus pro parte occiſi fuere.*

QVAESTIO XVIII.

DEcimooctauo quæro. an crimen læſę maieſtatis per duellum ptobari poſſit?Dicendum breuiter†quod ſic,vt not.glo.in l.fi.ff.ad legem Iuliam maieſta.Et hinc eſt,quod hoc crimen perduellionis vocatur: vt dixit Math.de Afflict. n capitu.primo, §. & bona committentium,columna tertia numero 34.in 17.ſpeciali. in tit. quę ſint regal.in vſibus feudorum.ad idem Calcan. in conſilio ſecundo.Quod autem columna ſexta. verſicul.item dicit. nota vndecimo,& Marianus Socinus iunior in conſilio 122. Nolebam profecto.columna ſecunda.numero 2.in ſecundo volu.
2 Sciendum tamen eſt,†quod Duellum in hoc caſu torturę ęquiparatur,quę indiciis non pręcedentibus inferri non debet,vt in l.maritus,ff.de quęſtio.ita dixit Bal.in capitu.j.§.ſi quis hominem.in ti.de pace tenend.in vſibus feudorum quem refert & ſequitur idem Afflict.numero 60.Et idem Natth. in ſua gl. ſuper conſtit.regni.in titu. in quibus cauſis pugna locum habeat.ſuper conſtitu.incipiente,Monarchia, numero quarto. & Paris de Puteo in tracta. de re mili. in §. An prouocans ad
3 duellum.quinimo†loco torturę ſuccedit,vt per Calcan.in pallega.conſi.ſecundo colum.6. verſicu. & iſtud etiam probari
4 poteſt.†Et quod duellum permittatur in crimine lęſę maieſt. tenuit etiam Ioan.de Ligna.in tracta.de duello,in verſicu.circa quintum.allegat ad hoc tex.in Longobarda, de publi.criminali.in l.ſi quis.idem tenuit Bald.in l.qua actione, §.ſi quis, ff.ad legem Falcid.idem voluit Paris de Puteo in tracta.de re milita.in capitu. An pugna & Duella ſingularium perſonarum,& Calcan.in prędallega.conſilio ſecundo columna quinta,& columna ſexta.Contra iam tamē partem uidetur ſenſiſſe Bald.in l.cum filius,§.fina.ff.de legat.ſecundo,& ibi glo.cuius opinionem ſequitur Iacob.de Caſtillo Hiſpan. in tractat. ſuo de duello columna 5.numero 33.in uerſicu.aliqui etiam prędictis.annumerant.
5 Qualia† autem,& quę indicia eſſe debeant,ut duellari poſſit in hoc crimine,relinquendum eſt iudicis arbitrio,ut inquit
6 Bald.in dict.cap.1.§.ſi quis hominem.Quando uero†tale crimen teſtibus probari poſſet,uel per alias manifeſtas probationes,duello locus non eſſet,ut probat tex.in dicto,§. ſi quis hominem.dicitur enim in illo tex.quod ſi delictum poteſt manifeſte probari probatio per duellum locum non habet. Ergo a contrario ſenſu,quando manifeſte probari non poſſet,admittetur probatio per duellum,& ille tex.probat ſupradictam cõcluſionem,quod duello probari poſſit crimen lęſę maieſtatis, ex quo patet quod opinio Bald.in d.l.cum filius,§.fina. & Iac. de Caſtillo,contrarium tenentium non eſt uera, Niſi diſtinguas,quod prima opinio procedit quando tale crimen probari non poteſt.

Secunda uero,uidelicet Bald.& Iaco.de Caſtillo. procedat quando crimen poteſt aliter probari,& ſic concordabis hãc
7 diſcrepantiam.†Non omitto quod Bald.in dicta, l.cum filius, §.fina.dicit ſe audiuiſſe ab imperatore,quod multa ſunt neceſſaria in iſto duello. Primo, quod ille qui prouocatur de hoc crimine ſit diffamatus. Secundo, quod crimen probari non poſſit per ueram probationem.

Ter-

Digitized by Google

Tertio, quod ille qui prouocat sit maior vel par, nam minori maiorem prouocare non liceret. Quarto, quod agatur de pœna personali: nam si ageretur de bonis tantum, duellum fieri non deberet. Quinto requiritur, quod primo sit electa via armorum, non iudicialis, nam si esset electa via iudicialis esset renuntiatum Duello. Sed quæro de
8 notabili dubitatione, † si die statuta ad pugnam duellantes per totam illam diem pugnassent, nec posset apparere quis esset victor vel victus, an sequenti die sit pugnandum? Bald. in dicto §. si quis hominem. monet hoc dubium & dicit, quod sequenti die non erit pugnandum, sed victus dicetur qui se obtulit per duellum probare certa die & non probauit. adducit in argumen. tex. in l. si viam. §. fi. ff. quod vi aut clam. dicens, quod in pugna, in qua vnus alium superare habet, non dabitur noua dilatio, argumen. tex. in l. in executione. § fin. ff. de verborum oblig. refert & sequitur Afflict. in dicto capit. 1. in §. si quis hominem, in titu. de pace tenen. in fin.

Sed † quid erit. si imputatus de crimine læsæ maiestatis remansit victus in duello, an ex eo habeatur pro confesso? Dicas, quod regulariter victus in duello non habetur ac si per omnia esset confessus delictum: Nam dicitur præsumptione confessus: ideo ex tali præsumptione non posset ad mortem condemnari, sicuti posset is qui vere esset confessus, vt uoluit Matth. de Afflict. in constit. regni. in tit. de sacramen. præstan. in constitutione incipiente, summo periculo. num. 4. allegat tex. in cap. afferte, de præsumptio. & Bald. in ca. 1. §. si quis hominem. de pace tenen. & eius viola. in vsibus feud. per gl. ibi.
10 facit, † quia quotiens ex non veris probationibus, sed ex indicijs & præsumptionibus etiam indubitatis reus condemnatur, nunquam sibi imponi potest aut debet vera pœna delicti, sed mitior: vt notanter dixit Innocen. in cap. quia uerisimile. de præsump. quod dictum extollunt Docto. ibi. & in dicto cap. afferte. & in aliis locis, maxime summus criminalista D. Hippol. præceptor meus in consil. 7. nume. 36. in primo volumine. Veruntamen. in casu nostro Matth. de afflict. loco præallegato nume. 9. tenuit, quod in crimine læsæ maiesta. victus in duello habeatur ac si vere esset confessus & conuictus & propterea quod ultimo supplicio puniri debeat: & sic tenet, quod uera pœna delicti puniri debeat. cuius opinio mihi
11 nimis rigida videtur: quia † licet duellum sit species probationis, attamen est irregularis probatio, vt voluit Paris de Puteo, in tract. de re milit. in Rub. quod pugna est species probationis. vbi dixit, quod ideo reus uictus in duello pœna confessi punitur, licet mitius agatur cum eo quam cum confesso: quia est conuictus ex præsumptionibus, quo casu quis mitius punitur. alleg. gloss. & Bald. in titulo de pace tenen. in dicto §. si quis hominem. facit quod voluit Abb. in capitulo primo, de torneam. ubi dixit, quod aliqui agunt duellum ut Deus ostendat Miraculum: quia credunt quod habens iustitiam vincat Deo operante, quæ ratio est fallax: quia, ut plurimum, minus fortis succumbit, cum semper non reperiantur duo pugnantes paris fortitudinis. capitu. secundo, de cleric. pugnan. in duel. & capitulo secundo, de purga. vulgar. comprobatur
12 hoc † per exemplum illorum quatuor Nobilium Florentinorum, qui de anno 1530. pugnarunt in castris sub Florentiam existentibus, quorum duo erant in ciuitate, videlicet Dãtes Castellionus statura satis grandi, & Ludouicus Martellus statura potius parua quam mediocri: isti duo pro patria pugnantes dixerant Ioannem Bandinum, & Bretinum Aldobrandi, quorum Ioannes erat statuta maior, esse rebelles patriæ, ex quo adhærebant Illustri familiæ Mediceæ, & super ista querela statuta die pugnarunt, & tandẽ duo statura minores, unus pro parte, singulari duello occisi fuere: Nam Dantes Castellionus Bertinum Aldobrandi, & Ioannes Bandinus Ludouicum Martelli occidit. Itaque apparet duellum non esse ueram, & indubitatam probationem delicti.

S V M M A R I V M.

1 *An standum sit assertioni principis dicentis aliquem commisisse crimen læsæ maiestatis contra se?*
2 *Non creditur regi nec principi, si per suas literas attestetur quod talis fuit eius proditor, & quod propterea feudum amisit quod a se tenebat.*
3 *Quod procedit etiam in Papa.*
4 *Ex cuius narratione quis non potest iure suo priuari.*
5 *Limitatio ad clemen. primam. de probatio.*
6 *Principis dicto non standum in crimine læsæ maiestatis, quia in eius facultate esset aliquem priuare iure suo sine causa.*

QVAESTIO XIX.

DEcimonono quæro, 1 An standum sit assertioni principis † dicentis aliquem commisisse crimen læsæ maiestatis contra se? Et dicas quod non: quia agitur de suo interesse ratione confiscationis bonorum. Ita dixit Cardinal. in consil. 128. in quæstione quæ uertitur. in prin. vbi concludit in Duce Mediolani, quod illius assertioni non erit standum asserentis quendam contra se crimen læsæ maiestatis cõmisisse. idem tenuit Andræ. de Isern. in cap. 1. in fin. in tit. quo
2 temp. mil. ubi dixit, † quod nec regi, nec principi creditur si per suas literas attestetur quod talis fuit eius proditor, & quod propterea feudum amisit quod a se tenebat: cum testimonium dicat in causa propria, in qua nullus est idoneus testis. l. nullus. ff. de testibus. Hoc † etiam & in Papa locum habet: quia † ex eius narratione non potest aliquis iure suo priuari, vt habetur per Abb. in clementi. prima. de probatio. &
3 4 idem in cap. quæ in ecclesiarum. colum. fin. de constitut. † &
5 hoc casu limitatur dicta clemen. prima, ut dixit Deci. in cons. 528. pro resolutione casus. columna secunda, in princip. in 7. volumine, qui sequitur supradictam opinionem, & in consilio 544. Serenissimus Imperator Caro. columna secunda, vbi concludit, non esse standum assertioni dicti Imperatoris asserentis in quadam sua declaratoria, quod illustres Domini Federicus & Pirrhus de Gonza. fratres essent sui rebelles: & propterea omnia eorum feuda ad ipsum Cæsarem esse deuoluta, ex quo talis rebellio non erat aliter probata, cum de eius interesse tractaretur, allegando Andr. de Isern. loco præallegato. † Si enim staretur principis dicto in hoc, esset in eius fa
6 cultate priuare aliquem iure suo sine causa ex sola eius assertione, quod vtique iniustum & absurdum esset: vt dixit Felin. in d. c. quæ in ecclesiarum, de constitu. ad quod multa allegat Deci. in dicto suo consilio 544. columna secunda, & ideo bene dixit Card. in dicto consilio 128. in princ. quod ex quo, in casu in quo consuluit, crimen læsę maiestatis non erat probatum per testes, nec instrumẽta, nec per confessionem, nec aliter, non erat standum assertioni Ducis Mediolani. idem tenuit Decius in consilio 410. in causa mota Mediolani. columna secunda, versicul. Tertio principaliter. in tertio volumine, idem uoluit Ias. consilio 34. ad motiua. columna sexta, nume. 8. & nume. 9. in primo volumine, & idem tenet solennis Doctor præceptor meus Dominus Carol. Ruinus in consil. 147. visis his quę proponuntur. numero 8. in primo volumine, & consilio 3. videtur prima facie. columna 3. nume. 5. in quinto volumine.

S V M M A R I V M.

1 *An testes qui deponunt audiuisse aliquos coniurantes contra principem mediãte curtina, vel tenui pariete vel alicuius muri fissura probent crimen læsæ maiestatis? vbi, quod testimonium in re perceptibili per sensum auditus, vt sunt verba, valet, licet partes, vel curtina in medio fuerit inter testes & contrahentes.*
2 *Quod in testamentis locum non habet: quia testes debent esse ad præsentiã testatoris.*
3 *Testes de auditu mediante curtina uel quid simile in contractibus valent, dummodo noscant uoces contrahentium.*
4 *Secus est in causa ubi agitur de dissolutione matrimonii.*
5 *Cautela ad probandum aliquid, vbi non sunt testes, nec scriptura. & sub numero 6.*
6 *Et an procedat in criminalibus supradicta cautela. & nu. 7.*
8 *Testes de auditu mediante curtina uel tenui pariete, in crimine læsæ maiestatis probant.*

QVAESTIO XX.

1 VIgesimo quæro. Vtrum testes, † qui deponunt audiuisse aliquos coniurantes contra principem, mediante curtina uel tenui pariete, uel alicuius muri fissura, probent crimen lęsę maiestatis? Dicas, quod glo. in l. in summa. §. idem Labeo. ff. de aqua pluui. arcend. dicit, quod tale testimonium in re perceptibili per sensum auditus, ut sunt verba, ualet, licet paries uel curtina in medio fuerit inter testes & contrahentes, vel testatorem. & illam glo. dicit ibi Imol. esse
2 singularem. Veruntamen, † quod dicit illa glo. de testatore communiter reprobatur, ut ibidem tęstatur Io. de Imo. quia in testamentis testes esse debent ad prędentiam testatoris. l. si non speciali. & ibi doct. C. de testa. faciunt quę habentur in l. iubemus. C. eod. tit. & in l. hac consultissima. §. at cum humana. C. qui test. facere poss. Bar. autem in dicto §. idem Labeo, sentit hoc procedere eo casu quo testes prius testatorem non vidissent nec audiuissent: secus autem esse dicit, si testes testatorem prius uiderant & eum audierant, & postea post curtinam uel tenuem parietem fuissent. Imol. vero in dicto §. idem Labeo. tutius esse dicit, quod in testamentis testes sint prędentes, cuius opinioni adhęreo propter multas fraudes quę fieri
3 possent, & per tex. in dicta l. si non speciali. In † contractibus

vero

Digitized by Google

vero dicit Imo.communiter teneri,quod huiusmodi testimonium non vitietur,dummodo testes habeant notas voces cõtrahentium,allegat gl.4.quæst.9.in ca. testes.& in §.si vero absunt.in authen.de hæred.& falcid.Alia vero gl.in cap.præterea.de testi.voluit,quod testimonium de auditu proprio non probet pariete intermedio sine alijs adminiculis. Tu autem
2 dicas,†quod gl.in dicto cap.præterea.in verb.de auditu. loquitur,vbi agitur de dissolutione matrimonij,in quo articulo testes de auditu mediante tenui pariete vel curtina, nisi concurreret fama & alia adminicula,non probarent.gl.vero in dict. §.idem Labeo,loquitur in contractibus, & isto modo concordari possunt ne ad inuicem sint contrariæ,ita eas concordando dixit Imol.in dicto §.preterea.in fi.vbi dat Cautelam,
5 †quod quãdo aliquis veritatẽ fateri non vult ĩ præsentia aliorum,quod potest adduci ad confitendum in loco vbi post curtinam essent testes,qui audirent, & qui de hoc essent admoniti,dummodo notas haberent partiũ voces.vide de hoc
6 Fel.in d.c.præterea.col.& vlt.in ver.vlt.pondera . Sed † quid dicemus in criminálibus?Hostiens.in c.2.de consuet. ponit casum in quodam tabernario,qui subtraxerat siue furtiue abstulerat Ganeæ Scyhpum suum argenteum,quem nolebat restituere,nec in præsentia testium confiteri,licet cum esset solus cum ea id nõ negaret:at illa mulier Notariũ,& quosdam testes posuit post parietem,& tabernarium calefactum ad id confitendum induxit,qualiter sibi Scyphum subtraxerat, & restituturum promisit,quo audito mulier rogauit tabellionẽ & testes de confessione tabernarij.& sic sentit Hostiens.prędictam confessionem hoc modo probari potuisse. quod refert Abb.in dicto cap.2.de consuet.vbi Andr.Barba.colum.11.refert de quodã accusato de crimine capitali,qui seueriter tortus constanter negabat se illud delictum commisisse,sed post modum cum solus esset cum Potestate confitebatur delictũ, quod cotã testibus fateri nolebat.Potestas posuit testes & Notarium post parietem, & blando sermone ab illo extorsit cõfessionem,& rogauit de hoc Notarium stantem in abscondito de dicta confessione, & sic illum decapitari fecit.subdens Barba.quod præmium illius Potestatis debuisset esse laqueus. & certe bene dixit,quia illa confessio fuit extorta, & sic illius
7 vigore non debebat ille mori.Quod†autem testes de auditu medio pariete,vel curtina non probent in criminalibus,licet notas habeant loquentium voces,sentit Fely. in dicto capit. præterea.col.2.versic.vlt.pondera. licet ad hoc nil alleget,nisi Imo.in dicto §.idem Labeo,qui dixit,quod glo. in dicto cap. præterea.loquitur in pœnalibus. Contrariam partem tenuit Alexan.in consil.166.Animaduersis colum.3.versicu.Nec obstat quod iste testis.in 2.vol.vbi dixit,quod præterquam ad pbandum testamentum,testes,qui audierunt medio pariete, vel curtina,si notam habent vocem eius contra quem deponunt,probant ac si illum vidissent,& propterea consuluit credendum cuidam mulieri, quæ deposuit cõtra quendã in causa criminali quem non vidit,sed tantum illius vocem, quam
8 notam habebat,audiuit.Concluderem ego,†quod in crimine læsæ maiestatis huiusmodi testes admittendi essent & probarent,quia tractatus & cõspirationes secretè fiunt, & vt plurimum intra priuatos lares. Iudex autem ex circũstantijs arbitrabitur quanta fides illis adhibenda sit iuxta text.in l.3. ff. de testi.nam si dicti testes deponerent vidisse & agnouisse ingredièntes camerã, licet eos non viderint quando insimul loquebantur,arbitror eos tali casu probare, de quo vide Dominũ Carolum Ruin. præceptorem meum in consilio septuagesimo primo,quamuis circa primum.colum. penultima. versiculo hinc etiam videmus.numero 21.in 3.volumin. vbi dixit quod si testes vidissent ingredientes cameram, plene probarent.alleg.Abb.qui hoc dicit in capitulo cum causam. de testib.De ista materia,quando probent testes deponentes audiuisse medio pariete vel curtina,vide per Domin. Ioan. Crot. Dominum meum in tractat.de testib.numero 346. vsque ad numerum 351.

SVMMARIVM.

1 *An crimen læsæ maiestatis per instrumentum probari possit,nam Crimẽ testibus,non testimoniis,probandum est.*
2 *Delictum non consistit in instrumento,sed extrinsecus, non probatur directo per instrumentum plene,& sub nu.3.*
3 *Delictum per literas non probatur in iudicio.*
4 *Delictum directo per instrumentum quando probetur. & nu.5.*
5 *Testibus non citatis nec iuratis in alterius præiudicium non creditur.*
6 *Nemo est dominus membrorum suorum.*
7 *Crimen læsæ maiestatis instrumento probari potest,quia coniuratio ex eo probatur.*
8 *Quod procedit etiam si scriptura coniurationis inita esset manu priuata.*

QVAESTIO XXI.

VIgesimo primo quero. an crimẽ lęsę maiestatis per instrumẽtum probari possit?circa quod videtur dicendum ꝙ non,per tex.in l. diuus Adrianus.in prin.ff.de cus.& exhi.reo.& per tex.in l.3.§.diuus Adria
1 nus.ff.de test.in quib.iuribus dicitur,quod†testibus, non testimoniis,credendum est. Et quod crimen testimonijs probari non possit,tenuit Ias.in consilio 34.Ad motiua data.col.6.nume.9.in 1.volum.Et Aymon Crauet.in tract. suo de antiqui. tempor.in 1.parte in versic.quarto limitatur.nume. 13. idem tenuit Collect.in c.cum in ecclesiis.in princ.extra de maior.&
2 obedien.& Flori.in dicta l.3.§.diuus. vbi dixit,quod † non cõsistit in instrumento sed extrinsecus,non probatur directo ꝑ instrumentum plene.subdit tamen quod facit adminiculum.
3 Et,†quod delictum per literas nõ probetur in iudicio, tenuit Egid.Bellem.in cap.placuit,6.quęst.3.Pro contraria parte, ꝙ immo crimen per instrumentum probetur seu priuatam scripturam,facit tex.in l.senatus.in princ.ff.ad senat.consul. Turpillian.& ibidem Bar.Bal.in l.contra negantem.C.ad leg.Aq. idem in l.2.ff.de fer.& Bar.in l.non intelligitur.§.tacite, ff. de iure fi.vbi dixit,quod per priuatam scripturam delictum probatur,quod tamen procedere testatur quando delictum promittendo vel contrahendo committitur,vt dixit Bar.in d.l.senatus,ad prædicta vide gl.in c.cum in ecclesijs.de maiorita & obed.& in c.cum impositionibus.de iureiur.in 6.Et per Ioan. And.in regula,semel malus.in Mercur.& Sali.in l.fi.C. de probatio.& in d.c.cum in ecclesijs.in versic.in gl. tertia. vbi dixit, quod aut ex tenore instrumenti patet crimẽ ita quod directe instrumentum non fuit confectum super crimine, & tunc crimen per instrumentum probatur, & ponit exemplum in canonicis,qui se adinuicem per instrumentum super coniuratione,quam contra eorum episcopum faciebant, obligarunt.
4 †Nam dicit Abbas per hoc instrumentum coniurationis crimen probatur. Aut agitur de probatione directe fienda per instrumentum,& tunc distinguit,aut instrumentum scriptũ fuit sine consensu illius qui crimen commisisse dicitur, & nõ probat,nam si secus diceremus,quis de facili de crimine quin ceretur.Nec est hoc officium notarij nec testes descripti in illo instrumento darent illi fidem,cum†testibus in alterius prę
5 iudicium non credatur,nisi citati fuerint & iurauerint, vt in cap.2.de testib. Si vero ille,qui criminosus dicitur,instrumento consenserit,& isto casu instrumentum probat,quo ad pœnam cui imputatus de crimine potest se subijcere. allega. ad hoc tex.in cap.cum dilecti.de electio.& in cap.penult.extr. de crim.fall.quo vero ad pœnam,cui se obligare non potest, in-
6 strumento non creditur,cum†nemo sit dominus membrorum suorum.l.liber homo.ff.ad legem Aquil. & in capitulo, contingit, el primo. de sententia excommunicatio.Fel. in dicto capitulo,cum in ecclesijs,Regulam ponit, delictũ instrumento probari. adducit tamen octo fallentias ad regulam prędictam,& quia eius dicta transcribere non intendo, eum videre poteris, ex cuius dictis comprobatur prędicta distinctio Abbatis.Erit ergo ex prędictis conclusio, † quod crimen lęsę maiestatis quod committitur ex coniuratione facta contra rempubl.vel principem, instrumento probari poterit, cũ coniuratio instrumento probetur, vt dixit etiam Fel.in dicto cap.cum in ecclesijs.col.2.vers.fallit quarto.vbi alios adducit
8 †subdens hoc procedere etiam si scriptura initę coniurationis esset manu priuata.

SVMMARIVM.

1 *Conspiratio quid sit?*
2 *An conspiratio & coniuratio sint vnum & idem.*
3 *Iniquum est crimen contra proximum coniurare.*
4 *Conspiratio fit pacto tantum sine iuramento.Et vnde dicatur.*
5 *Conspiratio dicitur multorum cõuentio,quæ fit ad subuersionem status vel dignitatis alterius.*
6 *Conspiratio quandoque in bonam partem accipitur.*

QVAESTIO XXII.

VIgesimo secundo quæro . dictum est in proxima præcedẽti quęstione, quod coniuratio per instrumentum probatur,& in quæstio.14.in rubric. qualiter,& a quibus crimen lęsę maiestatis committat. quod conspirantes in necem principis seu eius consiliariorum incidunt in crimen lęsę maiestatis , modo videamus quid sit conspiratio, & quid coniuratio ? circa
1 quod dicas, † quod conspiratio dici potest omnis conuenticula vel coniuratio multorum , quę ad actum illicitum

Digitized by Google

fiat. 11.q.1.c.coniurationum.cum quatuor ſequentibus ca.& ibi no.Doct.maxime Ioan.de Turre Crema.facit quod habe tur.in c.j.§.cõuenticulas.de pace iuramen.firm.in vſib.feud. Alex.in conſi.13.colum.3.in fi.in 6.volum.idem dixit Marti. de Laude in tracta.de crimine lęſę maieſta.q.16.allegat Ioan. And.in c.exhibita.de iud.& Imol.in cap.petitio.de iureiurã. ad idem Franc.Lucanus in tractat.ſuo de priuil.fiſc.in 2.parte princip.in Rubr.de crimine læſæ maieſtat.col.3.nu.14.Sed vi
2 dendum eſt,†an conſpiratio,& coniuratio ſint vnum & idẽ, vel diuerſa?Et breuiter dicas,quod ſunt diuerſa,nam cõiuratio dicitur quando fit cum iuramento: dicta, a coniurando, hoc eſt,inſimul iurando.ita dixit Aegid.Bellam.in dicto cap. coniurationum.& ibidem Io.de Turre Crema.& Archid.qui
3 dixit,†quod coniuratio eſt plurium contra aliquos in vnum facta iuratio,& eſt iniquum crimen contra proximum coniurare,de quo habetur 2.Regum capit.15. quod Abſalon, in odium patris ſui coniurationem fieri procurauit.& Actuum Apoſtolorum.cap.18.dicitur, quod pluſquam quadraginta
4 viri in Pauli necem coniurationem fecerant. † Conſpiratio autem fit pacto tantum ſine iuramento.Dicitur autem conſpiratio,a conſpirando,id eſt,ſimul aſpirando contra aliquẽ. ita dicunt in dicto capitu.coniurationum.Archid.Io.de Tur re Crema.& Aegid.Bellam.& ibi Turris Crema. dixit ✱quod conſpirare eſt contra aliquem ſimul in vnum maligno ſpiritu inſurgere.Nam ſic Iudæi contra Chriſtum conſpirarunt,
6 vt habetur Ioannis ca.11.&† dicitur conſpiratio multorum conuentio, quę fit ad ſubuerſionem ſtatus vel dignitatis alterius:vt dicit Archid.in c.conſpirationum.in princip.11.q.j. facit glo.in c.per tuas.in verb.conſpiratio.de ſimon.& de iure iuran.c.petitio.vbi colligitur,quod conſpiratio eſt confœderatio facta in præiudicium alicuius perſonæ,vel eius dignita-
7 tis.Accipitur†tamen quandoque conſpiratio in bonam partem.glo.in c.ſi quis.clericorum.diſtin.11.q.1.Prępoſi.in dicto cap.conſpirationum.colum.j.verſi.& proprie. & vide eundẽ in dicto ca.ſi quis clericorum.vbi ponit quando conſpiratio licita ſit.colum.1.verſi.in gloſſ.ibi licet.vbi Aegid.Bellam. ſuper eadem glo.

SVMMARIVM.

1 *Delictum an probetur,ſi quis veniam petat a principe.*
2 *Vbi non eſt delictum non cadit petitio veniæ.*
3 *Petitio veniæ non eſt ſufficiens probatio delicti.*
4 *Petens veniam quando delictum fateri videatur.& nu.5.6.*
7 *Cautela petentis veniam iudicialiter,ne videatur delictum fateri.*
8 *Petens abſolutionem ab excommunicatione an videatur fateri ſe excommunicatum?& numero 9.*

QVAESTIO XXIII.

1 VIgeſimo tertio vidimus ſ. ſub hac eadem.rub.q.1.qualiter crimen lęſę maie. confeſſione rei probet:Nũc q̃ro†an delictũ hmõdi pbetur, ſi quis veniã petat a principe,& ſic,an veniã petens videatur delictum fateri,cum accuſatus,inquiſitus vel denũciatus fuerit contra principem conſpiraſſe?In hac quæſtione videtur di
2 cendum quod ſic,quia†vbi non eſt delictum non cadit petitio veniæ,priuatio enim habitum præſupponit.l.decem.ff.de verbo.obligatio.Dicas tamen contrarium eſſe de iure verius.
3 Nam † petitio veniæ non eſt ſufficiens probatio delicti,vt eſt glo.ſingularis in c.exhibita.de homicid.quam exclamat & ſequitur Roma.in l.1.§.nunciatio.ff.de oper.nou.nuncia. accuſatus namque veniam petendo ad placandam principis irã contra ſe ex falſa maleuolorum informatione cauſatum.Di
4 ſtinguendum†tamen eſt in hac materia,ex mente Docto.in d.c.exhibita,quod aut quis ſolemniter coram iudice veniam petit,aut extra iudicium,primo caſu petẽs veniam delictum fateri videtur,vt dicunt Hoſtien.Anton.de Butr.Ioan. de An. Cardina.& Abb.in d.c.exhibita. vbi tenet quod ita procedãt ea quæ habentur in cap.venerabilis.de electio.& in l.decem.
5 ff.de verbo.oblig.Secundo vero caſu,†petens veniam fateri non videtur delictum,hoc etiam voluit Cœpol. in conſilio 21.colum.4.verſicu.ſed plus dico ſupradictam diſtinctionem ſequitur Mar.Blanch.in tract.ſuo de indic.num.308. vbi dicit quod glo.prædicta in d.c.exhibita.iuncto tex.non probat illud ad quod allegatur per Doct.quia in illo text. clericus ille non erat culpabilis de nece pueri,de quo ibi,quia illum non percuſſerat,ſed puer ille ex negligentia & medici imperitia, obierat, & petierat veniam a patre pueri vt illius dolorem mitigaret,& ſic ibi conſtabat,quod petitio veniæ criminis cõfeſſionem continere non poterat ſubdens,quod gl.illa in verbo poſtulauit,ex qua doctores argumentum ſumunt de petitione venię,non loquitur,ſed de diſpenſatione petita a ſummo põtifice.Tu autem dicas,quod immo ille tex. probat cõcluſionem prædictam doctorum etiam iuncta d.gl.in verbo poſtulauit.nam in d.tex.dicitur,qnod puer ille veniam petierat a patre pueri percuſſi,vt illius dolorem mitigaret,licet aſſereret puerũ illius filiũ non percuſſiſſe,& quia petitio venię videbatur arguere ipſum eſſe culpabilem, licet contrarium ipſum aſſereret,ideo epiſcopus,ex quo ille veniam petierat, a ſacrorum ordinum ſuſceptione repellebat, tanquam illius delicti culpabilem,ideo papa mandat, quod conſtito ita eſſe vt ille aſſerebat,qui veniam petierat, Epiſcopus ipſum a ſuſceptione ordinum non repelleret, & ſic ibi aperte proba-
6 tur id quod dicunt Doct.†quod petitio veniæ ibidem extrain dicialiter facta delicti confeſſionem non inducit,& d.gloſ.dicit,quod Epiſcopus male faciebat repellendo illum, ex quo veniam petierat a patre pueri percuſſi ſuſceptione ſacrorum ordinum.ergo ſentit d.glo.quod ibi petitio veniæ delicti confeſſionem non inducat.& ſic iuncta textui optime probet intentionem doctorum ad quod no.ibi eam Abb.in 2.nota.& idem Abb.ibidem in c.exhibita.in fi.vbi etiam id not.Pet. de
7 Anch.in v.no.Dicas tamen,†quod licet petitio veniæ iudicialiter facta delicti confeſſionem inducat,attamen,ad hoc euitandum cautela erit, quod quis dicat,non puto me feciſſe, ſed ſi in aliquo læſi,veniam peto,ita voluit Abbas in d. c.exhibita.in fin.verbis,& ibidem Pet.de Ancha.in v.not. vbi dixit,quod petitio veniæ etiam in iudicio facta ad cautelam de
8 lictum non probat.& idem†erit in excommunicato,nam licet quis petendo abſolutionem ab excommunicatione videatur fateri ſe excommunicatum,cum abſolutio vinculum præſupponat.c.ad diſſoluendum.de deſponſ.impuber.& l.de
9 cem.ff.de verborum obligat.Attamen†ſi quis in iudicio abſolutionem petat ab excommunicatione ad cautelã nõ ex hoc ſe excommunicatum fatetur,vt dixit Ioan.And.in d.c.exhibita.colum.vlt.in ver.in gl.pen.allegat tex.in cap.Venerabili.de ſenten.excommmunic.

SVMMARIVM.

1 *In crimine læſæ maieſtatis an ex ſolo dicto ſocii criminis quis ad torturam poni poſſit?*
2 *Quid dicendum ſi cum dicto ſocii criminis ſit aliquod indicium, vel præſumptio?*
3 *Qui requirantur vt dictum ſocii criminis indicium faciat?*
4 *An dictum ſocii criminis receptum in tortura ſine iuramento indicium faciat ad torturam contra aliquem?*

QVAESTIO XXIIII.

VIgeſimo quarto vidimus ſupra ſub hac eadem Rubri.q.7.quod ſocius criminis admittitur in teſtem contra ſocium eiuſdẽ cri-
1 minis in crimine læſæ maieſtatis.Modo quęro,cum† nemini de ſe confeſſo in alium credatur,niſi in dicto crimine.c.nemini.15.q.3.& no.in c.vlt.de teſt.cogend. Rom.in l.ſi quis in graui.ff.ad Syll. no. in c.cum monaſterium.de confeſ.& in l.quoniam liberi.C.de teſtib. An in crimine læſæ maieſtatis ex ſolo dicto ſocij criminis ad torturam procedi poſſit contra imputatum de tali crimine?Dyn.in ſuo tractat.de quæſtio.dixit,
2 †quod inculpatio facta per ſocium criminis illis caſibus, in quibus de ſocio interrogari poteſt,qui ponuntur per gloſſ.in l.accuſationis.C.de accuſationib.indicium facit ad torturam ſi cum dicto ſocij criminis ſit aliqua præſumptio vel aliud indicium,alias ſola aſſertio illius ad torturam non ſufficeret,vt etiam voluit Abb.in c.1.de confeſſ.glo.in l.accuſationis. C.de accuſat.Brun.in trac.de quęſtio.q.5.Barto.in l.repeti.ff.de quæſtio.Alexand.in l.1.eod.titu.& in conſil.89.in 3.volumi.& cõſil.128.in 4.volum.Bal.in l.quoniam.C.de teſtib.& Matth.de Afflict.in capitu.j.in §.& bona committentium.colum.3.in tit.quæ ſint regal.in vſibus feudorum.vbi dixit, quod ita vidit practicatum,& iudicatum.idem tenuit Thomas Grammat. in conſilio 35.in cauſa Magnifici Antonij.in fin.numero.49. faciunt quæ dixi ſupra.q.7.ſub hac eadem rubr. Et premiſſã concluſionem tenuit etiam Guid.de Suzar.in tractat.ſuo de tormen.colum.8.& Salicet.in l.fi.de accuſatio. Alexan. in cõſil.89.viſo themate ante ſcriptę inquiſitionis. colum.2. in 3. volum,Hippol.dominus meus in l.1.§.diuus Antonius. col. 2.ff.de quæſtio.& in ſingulari 209.incipiente,ſocius criminis,
3 †Vnum tamen perpetuo menti tenebis, quod ad hoc vt ſocius criminis indicium faciat contra ſocium,requiritur quod deponat medio iuramento,deinde in tormentis,nam ſi extra torturam deponeret,eius dictum nil ualeret, ita ſingulariter dixit Rapha.Fulgo.in conſilio 173.in cauſa inquiſitionis, colum.prima.& Soc.in regula.375.in 4.fallentia.& hoc dictum multum exclamat idem dominus meus in ſua practica criminali,

Digitized by Google

criminali,in §.diligenter. nume.6. & Dec.in consil.342.in cā.
4 in 1.& 2.colum. † & dixit singulariter idem dominus meus in dicta sua practica,& in dicto §.aggredior.nume.62. in versiculo.Aliud enim venit singulariter notandum, quod dictum socij criminis etiam receptum in tortura sine iuramento indicium non facit ad torturam contra eum, quem inculpat.

S V M M A R I V M.

1 *An vnus testis in crimine læsæ maiestatis indicium faciat ad torturam.*
2 *Ad probandum indicium duo testes requiruntur.*
3 *Vbi plura indicia probarentur testibus singularibus,ex illis resultaret plures præsumptiones quæ ad torturam sufficerent.*

QVAESTIO XXV.

1 VIgesimo quinto quæro, an vn⁹ testis ī crimine læsæ maiestatis indicium faciat ad torturam? & dicendum quod sic,vt nota.Alberi.in l. in quæstionibus.ff.ad legem iuliam maiestatis. per text. ibidem in fin.ex vnico enim iudicio videtur quod procedi possit ad torturam in crimine lęsæ maiestatis,vt videntur tenere Petr. & Cyn. in l.si quis.C.ad legem iuliam maiestatis.& no. Bald. in l.milites.C.de quæstio. Sed contra hanc conclusionem videtur tex.in dicta l.si quis.ibi,si alijs manifestis indiciis accusationem suam,&c.Et quod plura indicia requirantur in hoc crimine læsæ maiestatis,tenuit etiam per tex.in d.l.si quis. Io. Igneus in sua disp. An Rex Franciæ recognoscat Imperato. numero 121.& in hoc tamen distinguendum est,quod aut vnus testis deponit de veritate facti,& eo casu indiciū facit ad torturam regulariter.Cyn.in l.fina. C.de quæstio.not.in d.l. si quis,C.ad legem iuliam maiestatis & in l.maritus.ff.de quæ-
2 stio.Bar.in l.j.§.item Cornelio.ff.eo.† Aut vnus testis deponit non de facti veritate,sed de indicio,& tunc,quia ad probandum indicium duo testes requiruntur ad minus.glos.singularis,& ibi Docto.in l.fina.C.famil.erciscę.Bar.in l.fin.ff.de quæs. ad idem facit quod no.in l.cum Sillanianum.C.de his quibus vt indign.idem dixit Ang.in suo tract.malefic.in verbo.Quod fama public.præcedente.in versicul.quęro qualiter probetur, & Salice.in l.si.C.de quæstio.dictum vnius testis indicium nō
3 facit,vnum tamen nota.dignum non omitto, † quod licet quodlibet indicium duobus testib.probari debeat ad hoc, vt indicium sit sufficiens ad torturam,attamen vbi plura essent indicia,& probarentur testibus singularibus, ex illis resultarent plures præsumptiones quæ ad torturam sufficerent, vt voluit Fulgo.in d.l.fina.C. famil. erciscundę. quem sequitur Socin.consilio 54.in 3.volumi.Fanciſc.Brun.in tract. de indici.& tortura. colum.2. Et Grammat.consil.30.in causa mota.col.2.nu.10.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex an procedere debeat ad torturam contra imputatum de crimine sine indiciis solemniter receptis.*
2 *Quid dicendum in crimine læsę maiestatis.*
3 *Iudices male faciunt,qui imputatum de crimine lęsæ maiestatis statim sine indiciis torquent.*
4 *Iudex qui a lege vel ab homine habet quodcunque arbitrium, sine legitimis indicijs reum ad torturam ponere non potest.*
5 *Reus imputatus de delicto exculpatus ab offenso,etiam si contra eum essent legitima indicia torqueri non potest.*

QVAESTIO XXVI.

1 VIgesimo sexto quæro, iure cautum est, quod iudex accedere non debeat ad torturam contra imputatum de crimine sine indicijs solemniter receptis,de quo habetur in l.j.in princ. ff.de quæst. & in l.1.C.eo.titu.& habetur per Marsi.D.meum in d.l.j.ff.de quęstio.in 2.colum.& per eundem in singulari.117.incipiente,ad torturam,& per Ange.in tract.de malefi.in verbo fama public.in versic.quæro an vnum indicium.& est tex.in c.cum
2 in contemplatione. extra de regu.iur.† An idem sit in crimine læsę maiestatis,& videtur dicendum quod non, sed quod ad torturam procedi possit etiam quod indicia non præcedāt per doctrinam Bald.in l.quicunque.C.de ser.fugit.in fi. vbi dixit,quod in tractatibus qui secrete fiunt propter difficultatē probationum incipiendum esset a tortura,cum sint etiam alii casus,qui tantum non continent facinus,in quibus a tortura incipi potest sine indicijs,vt not. per gl.12.q.2.cap.quęstio. Contrarium autem dicendum est quod immò in crimine lę sę maiestatis ad torturam procedi non potest legitimis non p cedētibus indiciis, text. est in l.si quis, & ibi Sali. C.ad legem iuliam maiestatis.& Ang.in tract.de malefi.in verb.*che hai tradito la tua patria.*in princ.& ibi August.de Arim in addi.1.hāc opinionem tenuit etiam Barba.in consi.penul.& Ange.in d. l.si quis.& facit tex.in l.famosi.ff.ad legem iuliam maiestatis,
3 & ibi Alberi.qui dixit,† quod iudices non debent in hoc crimine statim reū cędere, sed veritatem inquirere,dicens hoc esse contra multos Rectores & iudices,qui,statim quod quis inculpatur quod aliquid fecerit vel tractauerit contra principem,ponunt eum ad torturam & asperrime torquent, nam contra iura procedunt,vt probatur in d. l. famosi. idem dixit idem Alberic. in rubric. ff. ad legem iuliam maiestatis. vbi dixit,quod in isto crimine & alijs non est procedendum ad torturam sine legitimis indicijs. Eandem opinionem tenuit Dominus Hippolytus.D.meus,in d.l.de minore.in princ.col. 2.in fi.versic.secundo etiam aduertas.ff.de quęstio.& in l. 1.in prin.in 2.colum.in versicu. secundo debent præcedere.eod.titulo. & idem in singulari suo.117. incipiente, ad torturam. suprallegato.idem tenuit Matth.de Afflict.in c.j.in §.& bona committentium.colum.3. uersi.vigesimum tertium speciale. in ti.quę sint regal.in vsibus feudorum.Et prędicta conclusio
4 adeo vera est,† quod etiam si iudex a lege vel ab homine haberet quodcunque arbitrium,etiam tunc non posset ponere reum ad torturā legitimis non præcedentibus indicijs, ita voluit Ias.qui plura allegat ad hoc in l.milites.C.de testam.mil. & sequitur præal.D.meus in d.l.1.colum.2.prælleg. versic.secundo debent præcedere,idem voluit Ant.Capi. in suis Decisio.Neapol.126.num.4.allegat Alexā.in l.filius familias. in v. apostil.ad Bar.& Pau.de Leaz.in c.grauis.de depositi. Vnū nō
5 omitto,† quod si offensus exculpauerit imputatum de delicto ēt si contra eum essent legitima indicia,non posset cōtra eū procedi ad torturam. ita singul.dixit Bal.in l.1.col.pen.C.cōmu.de legat.

S V M M A R I V M.

1 *Doctor & miles regulariter torqueri non possunt.*
2 *Quid dicendum in crimine lęsę maiestatis.*
3 *Princeps mandans constitutum in dignitate in crimine lęsæ maiestatis torqueri,sine indiciis malefacit.*
4 *Rex dicitur a regendo secundum iustitiam.*
5 *Tortus de mandato regis,si sit nobilis, etiam confessus, confessio sua ei nō noceret.*
6 *Iudex torquens aliquem de Antianis siue prioribus ciuitatis quo casu capite puniatur.*

QVAESTIO XXVII.

1 VIgesimo septimo quæro, iure cautum est,quod Doctor,& miles torqueri non possunt.l.omnes iudices. C.de decur.lib.10.l. milites.C.de q.& no.in l.diuus.& in l.3.§.1.ff. de q. Quid dām
2 in cri.lęs.maiestatis? Dicas,† quod ipsi,& alij alias priuilegiati ne torqueantur,torqueri possunt,priuilegio non obstante,& hoc propter huiusmodi criminis atrocitatem.tex. est in l.nullus.C.ad leg.iul.maiest.& in l.si quēquam.C.de epis.& cle.l.de curiones.C.de q.& habetur per Io.Igneū,in sua disp. an Rex Francię.recog.imper.nu.114.& Abb.in c.cum in contempla
3 tione.col.2.in ver.5.quęro.de reg.iur.† Hāc tamen conclusionē,q⁹ miles & doctor in crimine lęsę maiestatis torqueri possint intellige sano modo,videlicet,si contra tales personas indicia extarent,& non aliter.ita voluit An.de Iser.in const.reg. in ti.de pugn.sublat.li.2.nu.27.vbi dixit,quod si princeps sine indicijs mandaret torqueri constitutum in dignitate pro crimine lęsę maiestatis de potestate absoluta & sine iusta causa
4 male faceret,quia suam excederet potestatem. Nam† Rex dicitur a regendo,secundum iustitiam.25.q.v.c. Regū,& idem dixit Matth.de Afflict.in ead.const.regni.li.2.nu.27.vbi subdit
5 † quod si Rex mandaret Nobilem torqueri sine indicijs,& ille sic tortus confessus fuisset,quod talis confessio ei non noceret,per tex.in l.diuus.§.ex quibus,ff.de quęst.& hoc dicas p cedere etiam si perseueraret in confessione, nam talis perseuerantia ei non nocet.ita notan.dixit Bonifa.in tracta. suo de malefi.in ti.de quibus caus.quis poss.torq.in versi.Dico,quod ante.col.fin.in fi.alleg.tex.in d.l.diuus. §.ex quib.ff.de quęstio. & de hoc dixi latius supra, q.1.versi.Ex prędicta procedunt, & versi.Secundo Amplia.cum seq.sub hac eadem rub.vbi plene scripsi circa confessionem rei factam in tormentis nō præ-
6 cedentibus indicijs.Vnum tamen non omitto,† q⁹ iudex torquens aliquem de Antianis siue Priorib.Ciuitatis, prętereā in crimine lęsę maiesta.vel proditionis Populi,capite punit. ita

Digitized by Google

dixit Ioan.de Ana.in capitu.1.colum.2.in verſicu.vltim.quia hic.de cler.percuſſo.vbi allegat Angel.in l. Decuriones. C.de quæſtio.vbi dixit,quod iudex qui torquet non torquendum capite punitur.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici an in crimine lęſæ maieſtatis torqueri poſsint?*
2 *Clerici in ſacris ordinibus conſtituti, ſi ſint infames, an toqueri poſſint.*
3 *Clerici & etiam presbyteri ſi ſint ſuſpecti an torqueri poſsint?*
4 *In crimine læſæ maieſtatis in quibus caſibus laici torquętur, an torqueantur clerici?*
5 *Tortura in clerico moderata eße debet.*
6 *Clericus regulariter torqueri non poteſt per laicum.*
7 *In crimine læſæ maieſtatis torquetur non ſolum reus, ſed etiam accuſator & teſtis, & quicunque nobilis, & in magna dignitate conſtitutus.*
8 *In crimine ſimoniæ milites & alii priuilegiati quando non poſsint torqueri*

QVAESTIO XXVIII.

1 VIgeſimo octauo quæro, quid ſit dicendum de clerico: An in crimine læſæ maieſtatis torqueri poterit? tex.in l.presbyteri. la 1.C.de epiſco. & cler.dicit,presbyteros torquendos non eſſe teſtimoniū dicentes ita tamen vt falſa non ſimulent, in cæteris vero dicit ſeruandum ius commune. Abb.vero in c.j.de depo.col.2. in prin.in ver.Nota vlterius.per illum tex.dixit,quod clericus etiam in cauſa ciuili habente delictum annexum torqueri poterit.ſed Cardinal.Zabarel.in c.cum in cōtemplatione.colum.3.in fi.& colum.4.in princip.extra de regu.iur.dixit,clericos non conſtitutos in ſacris militibus æquiparari, & ſicuti milites torqueri regulariter non pñt,ita erit in clerico. Dicas
2 tamen,†quod clerici in ſacris ordinibus conſtituti,niſi ſint infames torqueri non poſſunt,ſecundum Doct. in cap. grauis. de depoſi. itaq; tex.in d.l.presbyteri.intelligitur de presbytero non infami ſecundum Cardi.in d.c.cum in contemplatione, colum.3.prope finem.nam talis torqueri non poteſt etiam ſi teſtificādo vacillaret,vt dixit Bal.in d.l.presbyteri.Et licet aliq diſtinguant inter clericos in ſacris cōſtitutos, & alios non cō-
3 ſtitutos in ſacris. Attamen†commu.opinio eſt, quod clerici, & etiam presbyteri ſi ſunt ſuſpecti,poſſunt ex cauſa torqueri vt voluit Abb.in d.c.cum in contemplatione. colum.2.verſi. Communis concluſio.extra de reg.iur.vbi dixit,quod Abbas antiquus in c.j. extra de depoſi.dixit not.verbum, videlicet, quod non reperitur clericos eſſe torquendos niſi ſint infames,& hoc dictum communiter approbari teſtatur Cardin. in d.c.1.col.j.in v.no.de depoſi.vbi dixit,quod hoc non probatur per tex.in d.cap.j.quia licet papa ibi dixerit,quod audiuit,non propterea probatur quod ille clericus eſſet infamis, & iſta ratione motus Abb.in d.cap.8.dixit,dubitare de dicta doctrina Abbatis antiqui,quæ vt dixit Car.Zabarel. loco ſupra allegato,commun.tenetur a Doct. contra d. doctrinam Abbatis antiqui,tenuit etiam Alciat.in c.pernicioſam, num. 43.44.& 45.de offi.ordinar,opinionem tamen dicti Abbatis antiqui ſequitur Pau.de Liazar.ibidem,& Andræ. Barbat. in cap.ſi conſtiterit.in 3.colum.de accuſa. & D. Hippoly. Domi nus meus in l.edictum.colum.2.verſic.Item etiam clerici. ff. de quæſt.& in ſingulari ſuo.lv.incipiente, aduertas. vbi dicit hoc practicaſſe in ciuitate Cumarū & obtinuiſſe, quod quidam pauper presbyter non torqueretur,quia non erat diffamatus,& prædictam doctrinam Abbatis antiqui ſequitur ēt Fely.in ca.veniens,el.2.de teſtib.& in ca.vniuerſitatis.de ſent. excommuni.& in ca.cum oporteat, colu.penult. de accuſat. & Bonus de Curtili,in tract.ſuo de Nobilit.in v.parte.colum. 2.numero.7.& Cardina.in d.capit.cum in contemplatione. colum.2.circa medium.extra de regul.iur. & Nicol. Boer. in
4 prima parte ſuarum Deciſion.Deciſi.416. numero 6. † Idem erit in crimine læſę maieſtatis,vt voluit Cardinal. in dicto capit.cum in contemplatione.colum.4.circa princip.& Prępo. in c.presbyteri,el 1.in verſi.in eadem gl. 6.q.1. vbi dixit,quod in quibus caſibus laici torquentur ad inueniēdam veritatem, torquentur & ipſi clerici ſi oportet, vt puta, ſi eſſent infames vel criminoſi,& alias tales qui non reciperentur ad teſtimonium,& Egid.Bellem.in d.c.presbyteri.in fine. idem facit tex.in c.nullus.6.q.1.vbi habetur,quod in crimine lęſæ maieſtatis nemo cuiuſcūque dignitatis priuilegio excuſatur a tormentis.ſecus tamen in alijs criminibus.ad idem tex. in l. nullus.C.ad leg.iul.maieſt.idem tenuit Nicol.Boer.in tract. de ſe
3 ditioſ. in 7. præſuppoſito parum poſt principiū. ſub nume.2. † Tortura tamen in clerico debet eſſe moderata, ne potius in pœnam tranſeat,quam in indagationem veritatis, vt dixit Abb.in c.vniuerſitatis.de ſenten.excommunica.Prępoſit.in c.illi qui.colum.2.nume.7.v.q.v.ad idem Card.in ca.cū
6 in contemplatione.colum.4.extra de regu.iur.†Scias tamen, quod clericus regulariter torqueri non poteſt per laicum,gl. in c.illi.ibi,per clericos.v.q.v.ad idem gl.in c.presbyteri. ead. cauſa.& q.& gl.in c.in ſumma.45.diſtinct.& gloſſ.23.qō.5.in verb.Epiſcopis.Abb.in c.vt famæ,de ſenten. excommunicat. de quo vide per Prępoſi.in d.cap.illi qui.colum.2.in uerſicul.
7 in ea gl.ibi,v.q.v.†Quinimo ī hoc crimine propter eius atrocitatem torquetur non ſolum reus ſed etiam accuſator,& teſtis,& quicunque ſit quantumcūque ſit nobilis,& in magna dignitate conſtitutus,nec aliquis auditur volēs opponere exceptionem,quod torqueri non debeat,ſecus tamen eſt in ſimonia,in quo crimine quandoque reus torquetur,quandoque teſtis,ſed tantum vilis,vt puta ſeruus vel infamis & huiuſ
8 modi perſonæ.Prętereā†in crimine ſimoniæ milites, decuriones,& alij priuilegiati poſſunt exceptionem ſui priuilegij opponere, quādo mādantur torqueri ſine licentia & conſenſu principis.Ita notanter dixit Io.de Turre Crema.in c.ſi quis.§. porro,in fin.6.q.1.probatur eius dictum per c.nullus. eadem cauſa & q. Et q accuſator torqueatur in crimine læſæ maieſtatis,tenuit etiam Prępoſi.in d.c.illi qui.in 1.colum. verſicu. oppono quod accuſator.v.q.v.vbi dixit, q accuſator torqueri non debet,niſi in crimine læſæ maieſtatis,quod etiam voluit ibidem Egidius Bellem.colum.1.in princ.

S V M M A R I V M.

1 *Crimen læſæ maieſtatis an pręſumptionibus probari poſsit?*
2 *Probatio per coniecturas admittitur in his quæ ſunt difficilis probationis.*
3 *Crimen læſæ maieſtatis cum ſit enormiſsimum euidentiores præſumptiones requirit.*
4 *Iudex temperare debet ſuam ſententiam quando aliquem cōdemnat prę ſumptionibus & indiciis.*

QVAESTIO XXIX.

1 VIgeſimo nono quæro, an crimen lætę maieſtatis præſumptionibus probari poſſit? Dicēdum videtur q ſic. Nam videmus cætera crimina præſumptionibus,& indicijs probari ac iudicari poſſe,
2 l.fi.C.de probatio.circa fin.†in his enim quę ſunt difficilis probationis probatio per coniecturas admittitur,ſecundum Bar to.in l.ſi quis ex argentarijs.§.penul.ff.de edend.& in l. ſi quā do,C.vnde vi.& An.de Butr.in cap.veniens.el j.colum. final. de teſt.& de hoc late ſcribit D.Hip.Marſil.pręceptor meus in conſi.44.nume.8.& conſi.61.num.26.eodem volum.& in cō
3 ſil.115.num.10.& conſil.117.numer.35.in 2.volum.†verum, cum crimen læſę maieſtatis ſit crimen enormiſſimū & grauiſſimum,maiores,& euidentiores in eo præſumptiones ac aperta iudicia requiri dixerim facit tex.in c.literas. iuncta gl. ibi de præſumptio.& quod dicunt Docto.maxime Abb.ibi,ī verſi.nota quod ſuſpicio,col.2.vbi dixit,notādum eſſe ex illo text.quod quanto crimen eſt grauius, tanto præſumptiones eſſe debent vehementiores,vbi enim maius eſt periculū, ibi cautius agendum eſt.c.vbi periculum,de election.in 6. & facit optime tex.in l.famoſi.ibi,hoc tamen crimen a iudicibus,
4 ad leg.iul.maieſt.†Sciendum tamen eſt, quod quando quis præſumptionibus & indicijs condemnatur,iudex temperare debet ſuam ſententiam,& non debet condemnare reum ordinaria pœna delicti,per no.per Innocen.in ca.quia veriſimile.de pręſumptio.de quo late ſcribit Aug. de Arim.in tracta. Ang.de malefic.in verb.quod fama publ.prędecente,in additio.ſua quę incipit,tu autem in hac materia,in verſiculo, ad de tamen quod ex pręſumptione.& habetur per prędictum D.meum in conſi.7.colum.7.numero.36.in 1.volum.& per Thom.Grammat.voto.21.nume.8.9.& 10.ad idem Bal. in l. non eſt veriſimile.quod met.cauſa.& Alex.in conſ.115.in 3. volum.Abb.in cap.auditis.de præſcrip. & idem Abb.& Anton.de Butr.in c.quanto.de pręſumption.& Petr. de Anchar. in c.ſemel malus.de reg.iur.& Iaſ.in l.ſeruum fugitiuum.col. 4.C.de ſeruis fugit.Bald. in l. 2. C.de his quę pœn.nomine,& Grammat.conſilio 13.columna penultim.numero 37.

S V M M A R I V M.

1 *Accuſatus in crimine læſę maieſtatis accuſatore non probante an abſolui debeat? & nu.2.*
3 *Et quid ſit in crimine falſi.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO XXX.

1 RIgesimo quæro, si accusator ī crimine læsæ maiestatis non probauerit, an reus absolui debeat? Et dicendum videtur quod sic, quia regulariter accusatore nō probāte reus absoluitur. l.qui accusare, C.de eden. l.j.ff.ad Turp.quinimo id etiam dicimus in causa ciuili, quod actore non probante reus absoluitur.l.2.de probation.l.fina. C.de rei vendic.cap.cum ecclesia Sutrina.de causa pos.& propriet.c.j.vt ecclesia.benefi.sine diminu. confer. imo scriptum est in iure, quod actore non probante reus & si nullam facit defensionem, quam tamen facere nō cogitur, absoluēdus est.
2 l.frustra,& l.actor.C.de probatio.c.accusator.vj.q. v. † prædictis tamen non obstantibus, quę regulariter procedunt, in crimine læsæ maiestatis secus est, quia & si accusator in probando deficiat, accusatus tamen suam innocentiam probare tenetur, & indicia contra se existentia, aut probationibus aut
3 per torturam purgare.l.si quis.C.ad leg.iul.maiestatis. † idem est in crimine falsi.l.vbi autem. C. de fals. & ita dixit Ioann. Igneus in sua copiosa disputatione.an Rex Franc.Imperat.recogn.num.centesimo vigesimo secundo.

De pœnis committentium crimen læsæ maiestatis.

SVMMARIVM.

1 *Rei criminis læsæ maiestatis apud veteres diuersimode puniebantur.*
2 *Conuicto reo maiestatis crimine olim quarta pars bonorum eius accusatori dabatur, residuo relicto eius liberis.*
3 *Lege duodecim tabularum pœna capitis tantum rei prædicti puniebantur.*
4 *Iure Longobardorum reus criminis læsę maiestatis periculum uitæ incurrebat, et eius bona fisco applicabantur.*
5 *Diuus Seuerus statuit, quod bona rei criminis læsæ maiestatis liberis damnati conseruarentur.*
6 *Honorius, & Archadius Imperatores reos criminis læsæ maiestatis capite puniri, & eorum bona fisco applicari statuere.*
7 *Apud dominos Venetos rei dicti criminis suspendio necantur.*
8 *Laquei pœna ignominiosissima, vilissima, atque fœdissima habetur.*
9 *Cur introducta sit per dominos Venetos pœna laquei contra reos criminis læsæ maiestatis.*
10 *Iudex cadauer eius qui suspensus est non permittet in ligno manere, sed eo ea die sepeliatur.*
11 *Antiquitus apud Venetos homicidæ suspendebantur, Michaelis Mauroceni Ducis Venetorum tempore lege cautum fuit, quod homicidæ securi percuterentur.*
12 *Nobiles regulariter suspendi non debent.*
13 *In crimine adulterii aliter punitur Ignobilis, quam Nobilis, & numero 14.*
15 *In crimine læsæ maiestatis Nobilis sicut Ignobilis torquetur, et Nobilitas sæpe auget delictum.*
16 *Nobilis si sit proditor altioribus furcis suspendi debet, quod in Gallia seruatur.*
17 *Florentini Archiepiscopum Ecclesiæ Pisanæ pro crimine læsę maiestatis suspenderunt.*
18 *In Gallia Transalpina rei criminis læsæ maiestatis, quatuor alligati equis dilaniantur.*

QVAESTIO PRIMA.

1 REi criminis læsæ maiestatis diuersimode apud veteres puniri cōpertū est.Nā apud Macedones sęuissima pęna afficiebātur.Non solū enim in ipsos Nocentes pœna statuta erat, sed illorum parentes, & propinqui omnes cum ipsis reis occidebantur.quod Alexand.Magno nimis durum visum fuit, & ideo hanc pœnæ duritiem mitigando, ad nocentes tantum illam reuocauit, vt testatur Quintus Curtius.libr.7.quod refert Ioan.Ferrarius in suis annotationibus in libris institu.in titu. de hæred.quæ ab intest.defer.in verb.perduelles. in versiculo,
2 Maiestatis apud.† Demū conuicto Maiestatis reo quarta pars bonorum eius accusatori dabatur, residuo bonorum liberis concesso, ut Author est Corn.Tacit. lib.4. Silio inquit condēnato Marcus Lepidus quartā accusatoribus secundum necessitudinem legis, cætera liberis concessit, quod refert And. Alciat.elegans Doctor in l.indicasse reum. ff.de verborum significatione.† Lege autem duodecim tabularum rei huiusmodi criminis tantum capitis pœna puniri statutū fuit, vt habetur in l.lex Duodecim tabularum,ff.ad leg.iul.maiesta. vbi Martianus iurisconsultus dixit, quod is, qui hostes concitauerit quiue opem hosti tradiderit, lege duodecim tabularum capite punitur. Postmodum iure† Longobardorum cautum erat, quod qui contra regis vitam cogitauerit, aut consilium dederit vitę periculum incurreret, & eius bona fisco applicarētur, vt habetur in 1.libr.dictarum legum sub rubric.de malefic.&
5 publicis crimi.cap.j. †Diuus vero Seuerus statuit rei criminis læsæ maiestatis bona liberis damnati conseruari, sed illis non existentib.fisco vendicari decreuit, vt habetur in l.eorū,ff.ad l.
6 iul.maiest. Postremo† vero Honorius & Archadius Imperatores statuerunt, reos criminis læsæ maiestatis non solum capite puniri, sed eorum bona omnia fisco addici, vt habetur in l.quisquis, C.ad leg. iul.maiest. & hoc iure cōmuniter vtimur. de aliis vero pœnis contentis in d.l.alibi.infra dicemus.
7 †Apud vero dominos Venetos rei criminis lęsæ maiestatis suspendio necantur, quod recte factum arbitror: Nam cum tale crimen omnium nefandissimum sit, ita fœdissima pœna eos puniri conuenit qui huiusmodi crimē commiserunt. Si-
8 quidem† laquei pœna ignominiosissima, vilissima, atque fœdissima habetur, vt per Bal.in rubr.extra de offi. delega.in penult.colum.versic.contra notorium.& in l.omnes. vbi etiam Io.de Plate.C.de delator.lib.x. & Ange.in auth. sed nouo iure.ante finem, C.de seruis fugiti.& per Andr. Tiraquel.Regiū Consiliarium in tracta.suo de nobili.capit.vigesimo.numero 106.vbi alleg.illud Euripidis in Helena, turpes quidem laquei sublimes.& ibidem multa circa hoc fœdissimum mortis genus, quod etiam apud antiquos in vsu fuit congerit.† Nec ab
9 re huiusmodi mortis genere in reo criminis læsæ maiestatis vtuntur Domini Veneti.siquidē & Iudas Scariot vnus ex duodecim discipulis Iesu Christi Saluatoris nostri, cum in eius maiestatem proditionis crimen commisisset, eundem Pharisęis tradendo, se fœdissima morte ex crimine prędicto dignum iudicans laqueo suspendit. de quo Augustinus contra Petilianum sic scribit, laqueo traditor perit, laqueum talibus dereliquit, quod transumptiue habetur in c.tu dixisti.23.q.5.& Nicolaus de Lyra super primo cap.Actuum Apostolorum, de prędicto Iuda Scariot loquens scribit, quod dignam sibi traditor pœnam inuenit, dum guttur, quo vox proditionis exierat, laqueo necauit,& dignum etiam locum interitus quęsiuit, vt qui Angelorum & hominum dominum prodiderat, cœlo, & terræ perosus, quasi aeris spiritibus sociandus, (iuxta exemplum Achitophel & Absolon) in medio aeris periret, digno etiam exitu & mors ipsa successit vt viscera eius, quę proditionem cōceperant, rupta caderent,& in auras euoluerentur, vt
10 de scias, quod† iudex cadauer eius, qui ob delictum suspensus fuit, non permittet in ligno permanere. Sed eo die sepeliatur,
11 vt habetur Deutero.ca.21.in fine.† Quinimo antiquitus apud eosdem Dominos Venetos homicidę etiam suspendebātur, verum postmodum sub Michaele Mauroceno inclito eorū, Duce.lxj.lex lata fuit, vt de cœtero homicidę securi percuterētur, vt est legere apud Petrū Marcellū ī suo libello de vitis prī.
12 Venetorum, in vita d.Michaelis Ducis. Et licet† regulariter nobiles tali mortis genere affici non debeant, cum nobilitati deferatur in pœnis infligendis.c.fi.vbi gl.& Doc. extra de pęn.& facit tex.in c.qui contra ecclesię pacem.24.q.j.& in c.cōtumaces.50.distin.not.Alber.in l.presbyteri.C.de episcop.& cle. facit quod no.Bar.in l.si quis viduam.ff.de quaestio. post glo. ibi,
13 vbi Bar.dixit,† quod in crimine adulterij aliter punitur ignobilis, aliter nobilis. Ignobilis enim decapitatur.l.quamuis, C.
14 de adulter. Nobilis† vero deportatur, vt in dicta l.quamuis, & dixit Bart. in l.desertorem, in §. pœna militum. vbi glos.ff.de re milita.quod ex delicto, ex quo plebeius suspendi debet, miles seu nobilis non suspendetur, sed decapitabitur, quod dicit in Italia seruari, sed non in Francia.de quo late scribit Bonus de Curtili in tractat.suo de nobili.colum.1.& post eum ad saturitatem Andrę.Tiraq.in prędalleg. tract. suo de nobilit. cap.
15 vigesimo.numero 106.† Attamen in crimine lęsę maiestatis nobilitatis priuilegia cessant, quia ī eo nobilis sicut ignobilis torquetur.l.si quis alicui, C.ad leg.iul.maiest. Quinimo dicas, quod nobilitas sępe auget delictum.l.omne delictum.§. Augetur.ff.de re militari.cap.nullus itaque. vbi bona glo. j.quæst. prima.cap.vltim.30.quęst.j.glo.in cap.inter corporalia. versi. sane quoniam.de transla.episcopi.vbi glos.allegat illud Iuuenalis satira.2.tacito tamen authore, Omne animi vitiū tanto conspectius in se crimen habet, quanto, maior qui peccat habetur. & plura circa hoc adducit Tiraquellus, loco prędalleg.
16 cap.22.nume.112.† Quinimo nobilis si sit proditor non mō pœna Ignobiliū, sed & grauiori puniēdus erit, vt voluit Bald. in cap.cum quidam.de iureiuran. vbi dixit, quod nobilis incidens in crimen proditionis altioribus furcis suspendēdus erit,

quod in Gallia seruari asserit. & ibidem refert & sequitur Feli. in vertic. tertius est, & i verſicu. quod autem dictum est, & idem Feli. in capitu. pastoralis, columna prima, versi. secundo fallit. de off. delega. & reassumit idem Tiraquellus loco prę-
17 alleg. †Et isto mortis genere vsi sunt domini Florentini anno salutis, quadringentesimo septuagesimo octauo supra mille in eos, qui corũ ciuitatis statũ turbare, tentarũt. inter quos, cũ esset Franc. Saluiatus Pisanę ecclesię Archiepiscopus, qui per fraudem Palatium occupare inuentus, eundem ad ipsius Palatij fenestras suspenderunt. Illique Iacobum Patrum equestri dignitate magnisque opibus insignem qui in coniuratorum numero esse inuentus fuerat, ad eiusdem Palatij fenestras suspensum addiderunt, vt scribit Bapt. Fulgos. in libro suo de dic. factisque memorabilibus. libro 6. sub rubric. de seuerit. Exem
16 plo xxvij. †In Gallia autem Transalpina rei criminis lęsæ maiestatis, (vt mihi retulit Ioan. Corasius Tholos. vir sane de nostra legali scientia optime meritus, nunc Ferrariæ legens,) conuicti seu confessi quatuor alligati equis viui dilaniantur.

SVMMARIVM.

1 *Bona rei crimine læs. maiest. extra territorium condemantis existentia, an veniant in confiscatione bonorum.*
2 *Bona damnati cum confiscatione bonorum an fisco illius loci in quo sita sunt applicentur.*
3 *Si condemnatus haberet mercantias, pecunias, & alia mobilia, extra territorium, illa pertinent ad fiscum condemnantis.*

QVAESTIO II.

SEcundo quæro, in proxima præce-
denti quæstione vidimus qualiter damnato reo maiestatis omnia eius bona fisco applicantur, per tex. in l. quis-
1 quis. C. ad leg. iul. maiest. an †bona alibi sita extra territorium condemnatis ad ipsum condemnatum spectantia veniant in dicta confiscatione? Bar. post Gui. de Cunio in l. cunctos populos. colum. penul. & vl. C. de summa Trini. & fid. Catho. in ista quęstione sic distinguit, quod aut iurisdictiones sunt separatę, sed fiscalis Bursa in effectu est vna in vtroque loco, videlicet in loco condemnationis, & in loco vbi bona sita sunt, aut sunt separatę burlę fiscales. Primo casu, dicit ꝙ si publicatio fit de iure communi bona vtriusque loci veniũt in confiscatione, allegat tex. in l. si quando. C. de bo. vacan. dicit tamen quod fiet executio per officialem illius loci vbi bona sita sunt, & hoc procedit vbi tam locus condemnationis, quam locus situationis bonorum sunt sub eodem domino. Aut talis publicatio bonorum fit non ex forma iuris communis, sed ex forma statutorum, & specialium constitutionũ illius loci in quo fit condemnatio, & tunc subdistinguit, quod aut illæ leges speciales sunt in vtroque loco, videlicet in loco condemnationis & in loco situationis bonorum, & tunc omnia bona quæ sunt sub eodem domino veniunt in cõfiscatione bonorum. Aut dictæ leges speciales non se extendunt in vtroque dictorum locorum, & tũc dicit Bar. quod talis bonorum publicatio non extendit se extra locum, in quo se extendunt speciales leges loci condẽnationis, per tex. in l. extra territorium. ff. de iurisd. om. iud. c. vt animarum. de constitu. in 6. cum allis per eum allegatis.

Secundo vero casu quando distinctę sunt iurisdictiones, & distinctæ burse fiscales, aut publicatio bonorum non fit de iure communi, & eo casu dicit Bart. quod non extenditur ad bona alibi sita per iura prędicta. Aut fit iure communi, & tũc etiam ad bona alibi sita extẽditur. Et isto casu dicit, ꝙ quælibet ciuitas habebit bona sua in eius territorio. Hanc distinctionẽ facit etiam Signorol. de Homodeis, in repetitione sua l. cunctos populos. columna fin. versi. mihi autem videtur. quam recitat, tacito Bartolo, veluti suam. de quo miratus sum. Nellus etiam in suo tract. Bannit. in prima parte secundi temporis. quæst. 14. hanc quæstionem latissime examinat, & aliorum, q de ea scripserunt opiniones recitata prædicta distinctione Barto. quam approbat in omnibus suis membris, pręterquam in vltim. in quo Barto. concludit, omnia bona publicati sed ꝙ vnaquęque ciuitas habet bona in suo territorio sita. Hoc. n. dicit per omnia verum sibi non videri, vt scilicet alia ciuitas in cuius territorio sunt bona damnati ea habeat vigore dictę condemnationis, cum hoc condemnationis forma nõ patiatur, in qua dici solet, & omnia eius bona fisco nostro applicamus. Sed dicit quod illa ciuitas, in qua bona condemnati sũt habebit illa tanquam vacantia, per tex. in l. cum vnus. §. penultim. ff. de bon. author. iudic. possiden. quia condemnatus est effectus seruus pœnę. l. qui vltimo. ff. de pœn. & hæredem non habet. quod maxime procedit quando quis esset damnatus p crimine lęsæ maiestatis, argumen. text. in l. quisquis. C. ad le-
2 gem iuliam maiestat. Et, † quod bona damnati cum confiscatione bonorum existentia extra territorium condemnatis fisco illius loci in quo sita sunt applicentur, tenuit etiam Matthæ. Afflict. in cap. j. §. denique. in ti. quæ fuit prima causa beue-
3 fic. amitten. circa fin. numero 35. Illud †tamen sane intelligas in bonis stabilibus, nã si cõdemnatus haberet mercantias, pecunias, & alia bona mobilia in alterius territorio, illa spectãt fisco illius ciuitatis quę condemnauit, & est ratio, quia bona mobilia concernunt personam condemnati, vt voluit Bald. in l. mercatores, C. de cõmer. & merca. Oldrad. in consilio 17. circa principi. Alexander consilio 16. in fin. in primo volum. vide etiam circa prædicta Angelum in tractatu de malefic. & ibi Augustin. in addition. in verbo, & eius bona publicamus. & Alberic. in tractat. statutorum. in prima parte, quæstione 56.

SVMMARIVM.

1 *Bona alienari prohibita an veniant in confiscatione bonorum.*
2 *Quid dicendum quando alienatio est prohibita a testatore in fauorem eius qui alienare prohibetur.*
3 *Vsusfructus bonorum alienari prohibitorum, an veniat in fiscum viuente reo.*
4 *Vsusfructus alienari non potest.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro, quid dicendũ de Bonis alienari prohibitis. An veniãt in confiscatione bonorum? Breuiter dicendum est ꝙ non. facit tex. & ibi Barto. in l. imperator. ff. de fideicõ. lib. ad idem tex. in l. iura libertorum. ff. de iurepat. idem voluit Io. An. in addi. Spe. in ti. de feu. & Alex. in cons. 23. opportune consideratis. in 1. vol. & in cõs. 89. in 4. vol. Marti de Laude. in tract. suo, de fisco. quæst. 263. Et quod in confiscatione bonorum non veniant bona per testatorem alienari prohibita, est casus in authen. bona damnatorum, C. de bo. proscrip. & habetur per Deci. in consi. 442. in causa in qua molestatur. colũ. 5. nume. 27 Bar. in d. l. imperator. Ludouic. Roma. in l. si constante. §. fin. ff. sol. matr. quem sequitur etiam Ange. in tractat. malefi. in verb. & eius bona publicamus. in versi. Et nota, qđ facta. & idem Ludouic. in l. si finita. in §. si de vectigalibus, ff.
2 de dam. infect. Hoc †tamen procedere dicas quando prohibita est alienatio in alterius fauorem, quam eius, qui alienare prohibetur a testatore. vt no. Bar. in l. si quis in tantam, circa med. C. vnde vi. faciunt etiam no. per Salice. in l. j. C. de bo. liber. ad idem Maria. Soci. Iunior, in consi. 158. Abunde. colum. 11. nume. 36. in 2. volum. vbi dixit, quod bonorum cõfiscatio fideicommisso non nocet, iuxta no. per Bar. in d. l. imperator, ff. de fideicom. liber. & per moder. repetẽtes in l. filius familias. §. diui. ff. de legat. j. & per D. Augu. Beroum præceptorem & p motorem meum in suis quæstionibus familiar. quęst. 41. Sed
3 quæritur: † an saltim vsusfructus huiusmodi bonorum alienari prohibitorum vsufructuario, cuius bona publicata sunt, naturaliter viuente, veniat in d. confiscatione. circa hoc Bald. & Salicet. in l. j. C. de bon. quę liber. Tenuerunt, quod non per
4 tex. in l. corruptionem. in fi. de vsufruc. †Vsusfructus enim alienari non potest. l. vsusfructus. ff. de iur. do. §. finitur. in ff. de vsuf. hoc idem tenuit Alex. in consi. 88. opportune consideratis. in 3. volu. & Matth. de Afflict. in ti. de capi. Corrad in §. præterea. colum. 1. nu. 5. in vsibus feudorum. Contrariam autem partẽ, quod imo vsusfructus bonorum prohibitorum alienari, durante vita naturali ipsius cõdemnati in fiscum veniat, tenuit Io. Ant. Rubeus Alex. in consi. 154. Decreueram in hac causa. versicu. circa illud. numero 2. pro cuius opinione adduco ea, quæ voluit Matth. de Afflict. in titulo quę sint regal. in §. & bona committentium, colum. 1. numer. 5. vbi dixit, quod licet in confiscatione bonorum feudum non veniat, quod tamen fiscus feudum tenebit durante vita ipsius condemnati, illo vero mortuo feudum ad illius Agnatos ad quos spectaret mortuo condemnato deuoluitur, adducit ad hoc Andræ. de Iser. in cap. j. §. præterea. in tit. quę fuit prima causa benefi. amitte. & in §. denique. eodem titu. idem voluit Paul. de Castr. in l. in sulam. in princi. ff. solut. matrim. Et pro ista opinione, quam puto veriorem, faciunt quę dicam infra, quęstio. v. sub hac eadem rubr. vbi examinatur illa quęstio, vtrum feudum veniat in confiscatione bonorum, & vide in qõ. sequenti, in versicu. concordando. & in q. 6. proxime sequenti. in versic. vnum tamen non omittam.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ius patronatus an veniat in generali confiscatione bonorum rei criminis læsæ maiestatis.*
2 *Ius patronatus in translatione odiosa vniuersitatis non venit. Secus in voluntaria & fauorabili.*
3 *Dominium Venetum totius Christianæ Reipublicæ speculum determinauit ius patronatus non venire in confiscatione bonorum in crimine lesæ maiestatis.*
4 *Concordia opinionum diuersarum in dicto articulo.*
5 *Ius patronatus damnati de crimine lesæ maiestatis, venditis per fiscum omnibus eius bonis, an transeat in emptorem dictorum bonorum.*
9 *Quid dicendum in iure patronatus consistente in aliquo castro vel villa ipsius condemnati venditis.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quæro, an iuspatronatus veniat in generali confiscatione bonorum facta ob crimen læsæ maiestatis? In ista quæstione Doctores varij fuere. Nam Floria. in l. via. §. si fundus. ff. de seruit. rustico. prædior. Tenuit iuspatronatus trãsire in fiscum facta generali bonorum confiscatione. Ea ratione, quia iuspatronatus trãsit cum uniuersitate bonorum. idem sentit gloss. in c. filijs. 16. q. 7. idem tenet Alb. & Ioan. Andræ. in c. nobis. de iure patron. idem Abb. in c. cum laici, & in c. quanto. eod. tit. idem tenet etiam Cardinal. in d. cap. quanto, dicens, quod ita alias consuluit. idem sentit Pau. de Cittadi. in suo tract. de iure patronat. parte 9. quæst. 20. vbi dixit, quod quando delictum est adeo graue quod omnia bona delinquentis confiscantur, tunc iuspatronatus transit cum vniuersitate bonorum. Contrariam autem partem semper arbitratus sum veriorem esse. pro qua sæpe allegaui, et consului, quod in generali bonorum confiscatione iuspatronatus non veniat, & hoc tenuit glo. in ca. satis peruersum, 50. distinct. & gloss. in clemen. pastoralis. in verbo subiectæ. de re iudic. Bartol. in extrauag. ad reprimend. in verbo, rebellando, Card. in clemen. si plures, de iure patr. Matth. de Afflict. in ca. vnico, §. ex eadem l. nume. 9. in titu. de leg. Corrad. in vsib. feudorum. idem tenuit Ioan. Bertach. in tract. suo de episco. in 4. parte. versiculo, Trigesimo quæro, numero 69. allegat gloss. Butr. & Doct. in d. clemen. pastoralis. de re iud. idem tenuit Archi. in d. c. filiis. 16. q. 7. Imol. in l. insulam. ff. soluto matrimon. hanc etiam opinionem sequitur Angel. in tracta. maleficiorum. in verbo, & eius bona publicamus. in versi. & nota ꝙ facta. nume. 15. idem tenuit Præpositi. in cap. j. colum. penultima,
2 10. dist. vbi dixit, †ꝙ in translatione vniuersitatis odiosa, ut puta in confiscatione bonorum, iuspatronatus non venit, secus autem in translatione voluntaria & fauorabili. idem tenuit Felin. in d. c. quanto, colum. 3. de iudi. & hanc quæstionem latissime examinat Rochus de Cur. in tract. de iure patronat. in verbo ipse vel is. q. 29. vbi recitat aliorum opiniones, tandem concludit, quod opinio tenentium, quod iuspatronatus non transeat in generali confiscatione bonorum, sit æquior, quã dicit tenuisse Andræam Pomum Rotæ auditorem in dict. ca. quanto. de iudi. idem tenuit Nellus in tract. bannitor. in 1. part secundi temporis. q. 32. & Albe. in tract. statut. parte 3. q. 16. & 17. idem voluit collectar. in cap. in quibusdam, versic. sed nunquid patronatus. extra de pẽ. vbi dixit, quod patronatus Ecclesiæ condemnatus per iudicem secularem de crimine lesæ maiestatis iuspatronatus non amittit. idem voluit collect. in cap. fin. ver. quid si patronus, de iure patron. Et istam partem ego alias defendi & obtinui dum verterẽ quæstio Venetiis: vtrũ in generali confiscatione alias facta de bonis cuiusdam Enselmini de Enselminis ciuis Paduę olim rebellis Illustrissimi Dominij Venetorum, qui erat patronus ecclesiæ sancti Antonij extra muros Taruisij, quod erat penes ipsum Enselminum si mul cum eius bonis deuenisset in præfatum Illustrissimũ Dominium. Et tenebam quod non, sed quod eo mortuo deuenerat in eius descendentes, quam quæstionem obtinui committi excellentissimis Doctoribus tunc Paduæ legentibus decidendam, & sic consultum fuit contra Dominium, de quo vide consilia Clarissimorum doctorum D. Mari. Socin. Nepotis numero 51. requisitus a Magnific. in secundo volum. & D.
3 Mar. Mantua consilio v. visis scripturis. †Secundum quorum consilia idem Illustrissimum Dominium totius Christianæ Reipublicę, speculum determinauit. Et hanc opinionem, ꝙ iuspatronatus non veniat in generali cõfiscatione bonorum, tenuit etiam Barto. Cępol. consilio 80. Andræ. de Iser. in capi. licet. in ti. si de feudo fue. controuersia inter Dominum & Agnat. Card. in clement. prima. de excess. prælatorum. & Pe. de Anch. in c. fœlicis, in 10. nota. de pœn. in 6. & ista opinio communis est, a qua in iudicando & consulendo non esset recedendum. Concordando tamen prædictas opiniones forte di-
4 cere possumus, †quod prima opinio tenentium, quod iuspatronatus confiscatis bonis omnibus delinquentis in fiscum transeat, procedat, donec viuit condemnatus, vt scilicet eo viuente fiscus habeat præsentare eueniente casu vacationis beneficij patronalis, sicuti præsentare potuisset cõdemnatus, ante condemnationem. faciunt ad hoc tex. in l. vectigali fundo. ff. de pignoribus, & l. peto, §. prædium, ff. de lega. 2. & l. Statius, §. Cornelio fœlici, ff. de iure fis. & cap. j. in fi. de capit. Corrad. quæ iura ad hoc allegat Roch. de Cur. in d. tract. de iure patr. præalleg. q. 29. colum. 3. versic. vel dicamus, qui tamen in ista opinione non firmat pedes, pro qua tamen faciunt dicta supra q. 3. proxima præced. circa fi. Secundavero opinio locum habet post obitum condemnati. nam eo mortuo iuspatronatus non erit apud fiscum, sed transibit in descẽdentes dãnati. & in isto casu consuluerunt D. Marian. Soc. & Dom. Mar. Mãtua supra allegati.

5 Ex præmissis deciditur alia dubitatio, an videlicet †iuspatronatus, quod erat apud damnatum de crimine læsæ maiestatis venditis per fiscum omnibus bonis rebellis transeat in emptorem omnium bonorum? Et dicendum, quod non: quia in fiscum non transit, (vt est comm. opi. Doctorum,) a fortiori nõ transibit in emptorem, cum nemo plus iuris in alium transferre potest, quam ipse habeat. vulga. cap. Nemo plus iuris, de
6 reg. iur. in 6. fallit hoc, †quando iuspatronatus esset in aliquo Castro vel villa, ad ipsum condemnatum pertinens, nam tũc confiscato castro vel villa ad ipsum condemnatum pertinenti, & eius facta venditione, transiret iuspatronatus prædictum in emptorem, quia continetur in isto vniuersali. cap. cum secundum. de iure patro. & no. 16. q. 7. cap. Piç mentis. & habẽ per Andræ. de Iser. in cap. vnico. §. ex ea l. de leg. Corrad. & in cap. generali, in ti. si de feu. fuerit controuersia, & per Matthę. Afflict. in dicto §. ex ea. l. nume. 8. in vsibus feud. Et hoc modo limitabis conclusionem supra firmatã, quod in generali confiscatione bonorum iuspatronatus in fiscum non transeat, vt non procedat quando esset confiscatum castrum vel villa, in qua esset iuspatronatus, nam tunc cum ipsa vniuersitate Castri seu villę in fiscum deueniret, per iura prædicta.

SVMMARIVM.

1 *Feudum an veniat in generali confiscatione bonorum in crimine lesæ maiestatis.*
2 *Bona ecclesiæ non publicantur ob delictum clerici.*
3 *Feudum an veniat in confiscatione prædicta, saluo iure dominii.*
4 *Fiscus an condemnato viuente feudum tenebit donec ille vixerit.*
5 *Concordia opinionum in dicta materia.*
6 *Feudum quod esset transitoriũ ad extraneos hæredes, an in fiscum transeat per confiscationem bonorum.*
7 *Et quid quo ad usumfructum.*
8 *Quid dicendum in feudo Ecclesiæ.*
9 *Vasallus qui crimen læsæ maiestatis commisit contra dominum feudi, an feudo priuetur ipso iure.*
10 *Vasallus in Regno Neapolitano committens crimen lesæ maiestatis, ipso iure amittit dominium & possessionem feudi.*

QVAESTIO V.

1 QVinto quæro, quid dicendum sit de feudo, an veniat ĩ generali confiscatione bonorum facta pro crimine læsę maiestatis, seu alio pro quo bona omnia condemnati confiscantur? In ista quęstio. variæ sunt Doctorum opiniones. Alexan. in l. si finita, §. si de vectigalibus. ff. de damno infect. tenuit quod nõ, & ibi pro ista opinione multa accumulat, post Bart. ibi, colum. 1. idem tenuit, Alber. in auth. si vero Dominus temporalis. C. de hæretic. & Mart. de laud. in suo tract. de crmine lęsę maiestatis. quæst. 15. vbi ad hoc alleg. Ioan. Andrę. in c. quibusdam, de pœn. in 6. & idem Mar. in trac. de fisco. q. 263. Alex. in consi. 88. vtrũ emphyteusis, versi. idem videmus in feudo, in 4. vol. Nellus in tractatu suo bannitorum, in prima parte secundi temporis, quæstio. 23. & pro ista opinione Albe. in dict. authen. si vero Dñs.
2 allegat tex. in clementina secunda. de hæreti. vbi †propter delictum clerici bona ecclesię non publicãtur, & ibidem per Io. Andr. adducit etiam tex. in cap. in quibusdam. §. fi. de pœn. & in cap. fœlicis. eodem tit. in 6. in ver. si qua vero feuda. ĩ hac etiam opinione fuit D. Alex. cõsilio 88. opportune considerat is. columna secunda. in 3. volumi. & Ioan. Bapt. Caccialup. in tractatu feud. in versiculo incipiente, vigesimo quia possessio, numero 49.

Digitized by Google

3 Secunda vero opinio fuit, †quod feudum veniat in cõfisca tione cum cæteris bonis damnati saluo iure Dominij. & hãc tenuit Alberi. in tractatu suo statut. in 3. parte. qõ. 16. pro qua opinione adducit in argumen. dict. authent. si vero Dominus temporalis. C. de hęre. & tex. in l. si quis presbiter. C. de episco. & cler. & tex. in l. si finita. §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto. & ibi Dyn. & Guid. de Suzar. in suis quæstionibus statutorum. folio 5. versi. sed pone quęstionem de facto quidam vasallus. vbi dicit, quod in vita vasalli feudum remanebit penes fiscum, vel quod extimabitur ius Domini, & sibi per fiscum satisfiet. Hanc etiam opinionem tenuit Gandi. in tractatu maleficiorum in rubric. de pœn. reor. in versiculo, item pone quod in statuto contineatur. & Specula. in titu. de feud. in §. quoniam, versiculo quadragesimo quæritur. Opinionem Guid. de Suzar. refert etiam & sequitur idem Alberi. in dicta authen. si vero Dominus temporalis. & Soci. in consilio 114. in causa quę vertitur. columna 17. versiculo. Postremo non omitto. in 2. volum. Et hanc opinionem tenuit etiam Matth. de Afflict. in ti. quæ sint regal. in §. & bona committentium, columna prima. numero quinto, vbi dixit, quod licet Agnati eius, qui commisit crimen læsæ maiestatis tenentis antiquum feudum, in quo ipsi Agnati succedunt ipso damnato & eius
4 bonis publicatis, prædicto feudo non priuentur. †Fiscus tamẽ condemnato viuente, feudum tenebit donec ille vixerit, eo vero mortuo Agnati succedent q̃ alias succedere deberẽt, & hoc etiam voluit And. de Iser. in cap. j. in §. præterea, in tit. quę
5 sit prima causa beneficij amitten. & in §. deniq;. eod. titu. †Cõcordando prædictas opiniones possumus dicere, quod aut q̃rimus, an confiscatis bonis omnibus damnati de crimine læsæ maiestatis feudum trãseat in fiscum quo ad proprietatem, & dicendum quod nõ, per supradicta. & ita procedat prima
6 opinio supra relata. hoc †tamen locum non habere dicas, qñ vigore concessionis de eo factę feudum esset transitorium ad extraneos hæredes, vt in c. feudum. si de feudo fuerit contro. inter Dominum. & Agna. & in c. j. in ti. de feud. non habente propri. natu. feud. tali enim casu feudum transibit in fiscum in generali confiscatione bonorum etiam quo ad proprietatem, voluit Curt. Iunior consil. 4. super controuersia vertente. colum. penult. numer. 20. in primo volum. Aut quærimus:
7 †an feudum transeat in fiscum quo ad vsumfructum durante vita condemnati, cuius omnia bona fisco obuenta sunt ex tali condemnatione, & isto casu procedat opinio doctorum tenentium, ex confiscatione bonorum omnium feudum in
8 fiscum transferri. Limita † tamẽ supradictam conclusionem, quod feudum amittatur per eum qui crimen læsæ maiestatis commisit, vt non procedat in feudo, quod is, qui tale delictũ commisit, tenebat ab ecclesia, nam cõfiscatio bonorum omnium talis qui contra Imperatorem, Regem, vel Rempublic. huiusmodi delictum commisit, facta per iudicem secularem eum non priuat feudo per eum ab ecclesia recognito, nisi p sententiam Ecclesiæ sit priuatus. tex. est in clement. pastoralis, de re iudicata. & ita dixit Bal. in l. j. quæstio. 42. ff. de rerum diui sione. & Iacob. Alua. in cap. j. §. illud. in fin. in ti. de prohib. feu. alie. per Federic. & Mart. de laud. in tracta. de crimine læsę ma
10 iestatis. q. 33. & habetur per doct. in d. clement. pastoralis. †An autem vasallus, qui crimen læsę maiestatis commisit contra Dominum Feudi, illo priuetur ipso iure, & sic feudum reuertatur ad dominum non expectata aliqua sententia, in casib. in quibus ad Dominum reuerti debet? Dicas, quod expectanda erit sententia, vt voluit Bal. in tract. suo feudorum. numer. 45. & ita etiam consulendo tenuit Cardin. consilio 127. in q.
11 quæ vertitur inter Andræam. colum. 1. ad fin. †In regno vero Neapolitano vasallus committens crimen læsæ maiestatis ipso iure amittit Dominium & possessionem feudi etiam sine alia apprehensione vigore consti. regni, vt dicit Matth. de Afflict. in cap. j. in §. sed nec alia. colum. fina. nume. 107. in ti. quę fuit prima causa benefi. amittẽ. vide ad hoc quæ dicam latius infra quæst. 25. sub hac eadem rubrica.

SVMMARIVM.

1 *An confiscatis bonis omnibus rei criminis læsæ maiestatis, in tali confiscatione veniant bona Emphyteuticaria?*
2 *Emphyteusis quæ ab ecclesia recognoscitur in fiscum non transit, & quare.*
3 *Fiscus est loco extranei hæredis.*
4 *Emphyteusis quæ est concessa ea conditione vt transeat, etiam ad extraneos transit in filium.*
5 *Emphyteusis ecclesiæ quæ ex consuetudine ipsius ecclesiæ est trãsitoria ad extraneos transit in fiscum.*
6 *Emphyteusis ecclesiastica venit in confiscatione bonorum facta per iudicẽ ecclesiasticum.*
7 *Emphyteusis quę recognoscitur a priuato, regulariter transit ad extraneos hæredes.*
8 *Emphyteusis priuati cui est appositum pactum ne trãseat ad extraneos hæredes, non transit in fiscum.*
9 *Quando Emphyteusis non potest in fiscum transire ex confiscatione bonorum, transibit saltem quo ad vsumfructum viuente reo.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quęro, an confiscatis bonis omnib. rei criminis læsę maiestatis, in tali confiscatione veniant bona Emphyteuticaria? In hac quęstione distingue, quod aut loquimur de Emphyteusi quę ab ecclesia re
2 cognoscitur a priuato. Primo casu dicimus † Emphyteusim, quæ ab ecclesia recognoscitur, in fiscum non transire. Ratio est, quia non est transitoria ad extraneũ hęredem, vt per Bar. & alios in l. si finita, in §. si de vectigalibus. ff. de dam. infect. ea enim quæ ad extraneos hæredes non sunt transitoria, in fiscũ non transeunt, vt habetur per glo. & Doct. in l. etiam. in princip. ff. solu. matrimo. & per Soc. in consi. 121. præmittenda est disputatio. num. 18. in 4. volu. & quod Emphyteusis ecclesiastica in fiscum non transeat, tenuit etiam Marti. de Lau. in tracta. de fisco. quęst. 3. Alexan. in consil. 88. opportune consideratis. in 2. & 3. colum. in 3. volu. & in consi. 88. vtrum Emphyteusis ecclesiastica. in prin. in 4. volu. & per D. Carolum Ruinum præceptorem meum in consil. 155. Quantum ad casũ.
3 colum. 2. in fi. & col. 3. num. 10. & 11. Fiscus †enim est loco extranei hęredis. l. libertorum, vbi Barto. not. ff. de iure patron. & in l. eorum. ff. ad legem iuliam maiestatis. l. eum qui, ff. de interdict. & relegat. ad quem dicta Emphyteusis non est transitoria, vt per Barto. & Doct. in dicta. l. etiam. idem voluit Deci. consi. 442. prędens consultatio. colum. vj. num. 31. in 3. volum. & rursus Decius in consi. 171. colum. j. in j. volum. Calderi. in consi. 6. in rubr. de locato. Idem tenuit Vincen. Herculanus p̃ceptor meus in l. insulam. colum. 2. versic. ex hoc infertur. nu. 4. ff. solut. matrimo. & Anton. de Butr. in consi. 61. stricte non
4 reputo. in fin. Prędictam conclusionem tripliciter limita. †Primo vt non procedat quãdo Emphyteusis ecclesiastica ea cõditione esset concessa, vt etiam ad extraneos transiret: Nam tunc transiret etiam in fiscum cum alijs bonis confiscatis, vt dixit Soc. consi. 266. in causa quæ vertitur. colum. xj. versicul. ex quibus infero. in 2. volum. quem sequitur Ruin. Dominus meus in prędalleg. consi. 155. Quantum ad casum. colum. fin. circa princ. ff. solu. matr. vbi dixit, quod ex legitimis causis emphyteusis ecclesiæ potest alicui concedi ea conditione, quod transeat etiam ad extraneos. Secundo limita prædictam con
5 clusionem procedere †quando cõsuetudo ecclesię illius, quę Emphyteusim cõcessit, se haberet, quod emphyteusis a se cõcessa transiret etiam ad extraneos. Ita uoluit Alexan. in dicta l. etiam. in princip. colum. penult. versiculo. Hęc tamen secunda. Anto. de Bu. in consi. 23. Alexand. consilio. 180. consideratis his. in 2. volum. in versicu. alia ratione. colum. 2. vbi ad hoc allegat tex. in cap. j. in princ. cum ibi no. in titu. qui feud. dare poss. iuncta l. licet excepto. C. locati. Curt. in dicta l. etiam. in princ. in sua Apostil. ad lect. Alexand. ibi. Tertio limita cõclu
6 sionem supradictam non procedere, †quando cõfiscatio bonorum fieret per iudicem ecclesiasticum. Tunc enim Emphiteusis ecclesiastica veniret in confiscatione bonorum. Ita voluit Mart. de Laude, in tract. suo de fisco. quęst. 3. allegat Bald. in l. fi. ff. de rerum diuisio. & 9. quęst. 5. cap. quia. Alberi. in l. cũ duobus. §. fi. ff. pro socio. & Oldrad. in consil. 17. & facit quod dixi supra. quęst. v. proxima præcedenti, in versic. limita tamẽ.
7 †Secundo vero casu si loquamur de Emphyteusi priuati, quę non ab ecclesia, sed a clerico, de bonis tamẽ suis patrimonialibus, non ecclesię, (nam ista regulariter transit ad extraneos, vt per Calder. in consi. 6. in rubric. de loca. vbi attestatur ita cõmuniter teneri. alleg. tex. in l. si domus. §. fin. & l. si tibi, ff. de legat. j. & l. in conuentionibus. in fin. ff. de verbo. signifi. & habetur per Alex. in l. si patroni, in princip. colum. vltima. versicu. Respondeo finaliter. ff. ad Trebellia. vbi dixit hanc esse commu. opi.) non erit dubium, quod ista veniet in confiscatione
8 bonorum, & in fiscum transibit. Fallit tamen hoc, † quando in Emphyteusi priuati pactum esset appositum, quod ad extraneum hęredem non transiret, vt no. in dicta l. si finita, ĩ §. si de vectigalibus. & ibi commun. Doct. ff. de damno infect. Bal. & alij, in l. si quis presbyter, C. de episcop. & cleric. Bald. in dicta l. insulam, Oldrad. consi. 17. Thema tale est. Petr. de Anch. in repe. cap. postulasti. in 8. quęst. de foro competent. Anton. de Butr. in consi. 62. stricte. in fi. Socin. in consil. 121. prędemittenda est. col. 4. in prin. volum. vlti. Deci. in consil. 445. In causa in qua molestatur, colum. 6. versicu. Idem est in bonis, numero 21. in 3. volum. Alexand. consi. 88. opportune consideratis. colum. 2. versicu. Idem etiam communiter concluditur. in 3. volumi.

lumi.& in consi.24.in j.volumi.& consi.49.viso Themate.co
9 lum.3.in 6.volum.†Vnum tamen non omittam,quod eo ca su,quo Emphyteusis ex generali bonorum confiscatione nō transit in Fiscum.Fiscus tamen durante vita condemnati fructus & commoditatem talis vtilis dominij percipiet,soluendo tamen donec fructus percipit annuum canonem,ab inde enim supra cōmoditas & fructus dicitur. l.fundus.ff. famil. erciscund.l.fructus.ff.solu.matrimo.mortuo autem condēnato res Emphyteutica ad dominum vel ad eos ad quos deuoluitur reuertetur.l.lex vectigalis. ff.de pignor. & ita dixit Nellus in tract.bannitorum.in j.par.secundi tempor. quæstio. 24. faciunt quæ dixi supra quæstio.3.4.& quinta.proxime præcedentibus.

SVMMARIVM.

1 *An in confiscatione bonorum veniant bona etiam futura?*
2 *Substitutio futura an vaniat in confiscatione bonorum?*

QVAESTIO VII.

1 SEptimo quęro, confiscatis bonis omnibus eius, qui crimen læsæ maiestatis commisit, an in prædicta confiscatione comprehendantur bona non solum præsentia,sed etiam futura?Hanc quaestionē ponit gl.in l.nam ad ea.ff.de condit.& demonstrat.quæ dixit, quod bona futura in tali confiscatione non veniunt. Idem voluit Bar.in l.si certa forma,C.de iure fisc.libr.10.facit text. in l.si tibi mandauero.§.is cuius bona.ff.mand. & hoc voluit etiam Nell. in tract.bannit. in j.parte secundi tempor.quęst. 18.& Alberic.in trac.statutorum.q.13.& Ang.in tract.de malef.in verbo,& eius bona publicamus.in versic.& nota quod
2 facta.num.12.Idem voluit Imol.in l.ex facto.§.fin.ff.de vulg. & pupil.Et hinc est†quod in tali confiscatione bonorum nō venit futura substitutio,vt est casus. & ibi Bal. in dicta l. ex facto.§.fin.idem voluit Alber.in trac.statutorum,parte 12.in fi. vbi dixit,quod si homicida erat alteri substitutus, & post bannum & sententiā extitit conditio substitutionis,illa bona nō veniunt in confiscatione,per tex.in l.substitutio.cum ibi not. ff.de acqui.rer.Domin.

SVMMARIVM.

1 *Hæreditas delata condemnato de crimine læsæ maiestatis, antequam condemnaretur, nondum tamen adita,an veniat in confiscatione bonorum?*

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro, quid dicendum erit de hæreditate delata condemnato de crimine lęsę maiestatis antequā condemnaretur,quæ tamen nondū erat adita,an veniat in confiscatione bonorum facta ex tali delicto,vel alio pro quo bona omnia confiscantur? Hanc quæstionem mouet Nellus,in tract.bannit.in prima par.secundi tempor.quæstio.30.qui dicit eam vidisse de facto,& quod terminatū fuit, quod talis hęreditas non veniret in huiusmodi cōfiscatione bonorum,per multas rationes de quibus ibi per eum, quas referre esset potius laboriosum quam subtile,quia videre poteris ibidem.Et quid sit etiam dicendum,quando condemnato aliquid ex contractu vel ex vltima voluntate debetur sub conditione,& talis conditio est purificata post condemnationem,an id veniat in confiscatione bonorum, vide eundem Nell.in præalleg.tracta.in eadem prima parte secundi tēpor. quæst.31.

SVMMARIVM.

1 *Pater an teneatur dare legitimam filii condemnati de crimine læsæ maiestatis fisco?*
2 *Pater filium qui commisit crimen læsæ maiestatis exhæredare potest.*
3 *Filius proditor patriæ dicitur parentum & liberorum occisor.*
4 *Filius qui commisit crimen læsæ maiestatis,si prætereatur a patre in testamento,illud non rumpit.*
5 *In cōfiscatione bonorum an veniat id quod pater singulis annis dare solitus erat filio pro alimentis?*

QVAESTIO IX.

1 NOno quæritur. si condemnetur filius de crimine lęsę maiestatis,an pater eius legitimam fisco dare teneatur? Dicas,quod filius patre viuente nullam habet actionem ad petendum legitimam,vt habetur in l.post emancipationem.ff.de liber.lega.facit tex.in l.& si condemnatus.ff. de nox.& tex.in l.si qua pœna.de his qui sunt sui vel alie. iur. & habetur per Bar.in l.fi.ff.de libe.agnos. idem tenuit Nellus in tract.bannit.in prima parte,secundi tempor.quæst.33.Cō-
2 probatur ista conclusio ex eo,quod† pater, filium qui commisit crimen læsę maiestatis exhæredare potest, vt voluit Andr.de Isern.in cap.j.§.præterea vasallus.colum.3.in versic.Audiui iudicatum.in ti.quæ fuit prima causa benefi. amitten. ad
3 idem facit,†quia filius proditor patrię dicitur parentum & liberorum occisor.l.minime,ff.de religios.& sumpti. funerum. per quem textum Curt.Iunior in authent.non licet,column. quinta,numero 26.C.de libe.præterit.dixit,quod filius ex tali causa exhęredari potest a patre,& dictam causam esse de cō-
4 prehensis in §.causas.in authen.vt cū de appel.cognos.†Quinimo filius qui commisit crimen læsę maiestatis,si a patre in testamento prætereatur,tanquam pręteritus patris testamentum non rumpit,vt per Bart.in l.hac edictali.C.de secund.nupt.Erit ego conclusio ex præmissis,quod pater nō poterit molestari,a fisco super legitima filij, qui condēnatus fuisset pro crimine lęsę maiestatis cum confiscatione bonorum. Quid
5 autem dicendum sit†de eo,quod pater filio singulis annis solitus erat dare pro alimētis,an saltem id veniat in cōfiscatione?Dicas quod non,secundum Nellum in prędicto tract.bannit.in prima par.secundi temp.q.36.

SVMMARIVM.

1 *Peculium profectitium,confiscatis bonis filii condemnati de crimine læsæ maiestatis,an veniat in tali confiscatione.*
2 *Pater habet dominium in peculio profectitio filii.*
3 *Peculium profectitium est pleno iure patris, etiam quo ad proprietatem.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro. quid dicendum erit de Peculio pfectitio, an publicatis bonis filij condemnati de crimine lęsę maiestatis,id veniet in tali confiscatione?Do. Ioan.Crot.solennis Doctor,& pręceptor meus recolēdę memorię in sua repet.l.frater,a fratre.colum.6.numer.19.versic. Prima sit conclusio.ff.de cond.indeb.decidit,quod publicatis bonis filij dictum peculium publicatum nō censeatur,quia
2 †in eo Pater Dominium habet,ideo dicitur esse in bonis patris.l.certum,C. famil.erciscun.& ibi glo.hinc est, quod tāquā res aliena in confiscatione non veniet.Idem voluit Alber. in l.2.§.sed vtrum.col.3.versi.Extra gloss.ff.de mino.idem voluit Dominus Carolus Ruinus,Dominus meus,in consi.25.quia
3 copiose.col.2.nu.5.& colum.3.in princip.in 5.volum.† est.n. pleno iure patris peculium profectitium etiam quo ad proprietatem.l.si plures. §.in arrogato..ff.de vulga. & pupil.l.placet.ff.de acquir.hęred.iuncta.l.cum oportet.in princip. C. de bon.quę.liber.

SVMMARIVM.

1 *Peculium aduentitium,filio condemnato de crimine læsæ maiestatis an veniat in confiscaitone bonorum.*
2 *Publicatis bonis filii in casibus in quibus in eo pater non habet vsumfructum peculium aduentitium transit in fiscum.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimo. quid dicemus de peculio aduentitio,an ad id veniat in confiscatione bonorum facta filio condemnato de crimine lęsę maiestatis? Dicas quod cum illud filius contrahendo non possit alienare.l.fi.§.filius autem,C.de bo.quę lib.ideo multo minus delinquendo,vt no.Bar. in l. si finita,§.si de vectalibus.colum.penul.ff.de dam.infecto.idem tenuit Maria.Soc.iunior in consil.77.colum.secun.in versicu. Secundus casus.numero 8.in 2.volumi.idem tenuit Alberic. in tract.suo statu.in 3.par.q.12.& Nellus in tract.bannit.in prima parte secundi tempor.q.25.vbi respondit ad no.per Spec. in titu.de stat.monach.uers.quęritur,quod procedit in eo qui religionem intrauit,non autem in condemnato,& alleg.nota.per Bal.in l.3.C.qui bon.ced.poss.Et uidetur expressum in
2 l.si filius,C.de bon.proscri. † In casibus, autem in quibus pater† usumfructum non habet in peculio aduentitio filij, publicatis bonis,filij, huiusmodi peculium publicatum censebitur, cum de eo filius disponere possit,§.j.in authen. ut liceat Mat.& Auiæ.colum.8.& ita voluit Dominus meus Ioā. Crotus in sua repe.l.frater a fratre.colum.7.numer.21. ff. de condic.

Digitized by Google

condic inde. idem tenuit Do. Carolus Rui. pręceptor meus in consi. 24. quia copiosę. col. 3. nu. 6. in 5. vo. vbi dixit hāc esse cō munem opinionem.

SVMMARIVM.

1 *Peculium Castrense, vel quasi filio condemnato de crimine lęsæ maiestatis an veniat in confiscatione bonorum.*
2 *Filius in tali peculio habet plenum ius, & in eo est loco patrisfamilias.*

QVAESTIO XII.

DVodecimo quæro, an peculiū Castrense vel quasi filio condemnato prō crimine læsę maiesta. cum confiscatione bonorum veniat in huiusmodi cōfiscatione? Et dicendum videtur quod nō, per tex. ad hoc singu. in l. 2. C. de bo. proscr. per quem tex. ita dicunt Bart. & alij in l. si finita, in §. si de vectigalibus. ff. de damno infecto, & idem voluit Cy. in d l. 3. C. de bon. proscriptor. & Alberi. in tracta. statut. in 3. par. q. 12. & in l. 3. §. sed verum. ff. de min. in ver. extra glo. quærunt. Contrariam tamen partem, quod immo peculium castrense vel quasi veniat in tali publicatione bonorū filij, tenuit Ang. in l. si filius. ff. de dam. infe. & mouetur,
2 †quia filius in tali peculio habet plenum ius, & in eo est loco patrisfamilias, per tex. in l. 2. ff. ad Macedon. & illud potest alienare, & de eo libere, disponere. Ergo delinquendo potest illud amittere. Alienare enim illud tacite dicitur, cum delictū bonorum confiscatione dignum quis perpetrauit, argumento tex. in l. imperatores. ff. de iure fisci. & hanc partem tenuit Nellus in tract. sub bannitorum in prima parte secundi tempor. q. 25. Et solennis doctor pręceptor meus Do. Ioan. Crottus, in repet. l. frater a fratre, colum. 7. & colum. 21. in versi. tertia conclusio, ff. de condi. indeb. vbi respondeo, ad tex. in d. l. si filius. C. de bon. proscr. (super quo fundatur opinio tenētium contrarium, de qua supra dixi,) dicit illum tex. procedere secū dum iura antiqua, secundum ea, quę pater occupabat bona filij iure peculij. l. 2. ff. de castrens. pecul. sed hodie filiusfamilias in peculio Castrensi hæredem habet ab intestato. §. j. in auth. de hęredit. quæ ab intest. defer. colum. 9. & etiam not. per gl. & scribentes in l. si infanti. C. de iure deliber. subdens, quod fiscus in talibus bonis tanquam hęres succedet. l. 2. C. ad leg. iul. de vi. Et istam opinionem de iure veriorē arbitror, pręsertim in crimine læsæ maiestatis, in quo filiusfamilias commisso tali delicto amittit omnia sua bona, nec reperitur iure cautum quod fieri debeat aliqua distinctio inter bona quę sunt sua de iure communi, & ea quæ sunt ex priuilegio, vt puta peculium Castrense, vt distinguebat Pet. in d. l. si filius. cuius distinctionem refert ibi Cy. Præterea dicta distinctio, casu quo procederet, militaret in confiscatione bonorum filii nihil operaretur, quod esse non debet. l. si quando. ff. de legatis primo.

SVMMARVM.

1 *An publicatis bonis patris ob crimen læsæ maiestatis, veniat peculiū profectitium, aduentitium, vel Castrense.*
2 *Peculium Castrense est filii, ideo non venit in confiscatione bonorum patris.*
3 *Peculium profectitium, licet sit paternum, non venit in publicatione bonorum.*
4 *Aduentitium filii est, ideo non venit in confiscatione bonorum patris. Hoc tamen procedere videtur.*

QVAESTIO XIII.

1 TErtio decimo quæro. an publicatis bonis patris ob crimē læsæ maiestatis in tali publicatione veniat peculium profectitium, aduentitiū, vel Castrense? Et dicendum est quod non, vt uoluit Alberi. in tracta. suo statut. in 3. part. q. 12. & in l. 3. §. sed vtrum. col. 3. versic. extra gloss. ff. de minor. idem tenuit Nellus in tractat. ban-
2 nit. in j. parte secundi tempor. q. 26. vbi dixit, quod †publicatis bonis patris non venit peculium castrense, quia illud est filii:
3 peculium †autem profectititium, licet sit paternum, tamen ex Diui Pij constitutionis benignitate non publicatur, vt in d. l.
4 3. §. sed vtrum. †Aduentitium fortius dixit non publicari, licet in eo pater habeat vsumfructum, quia filij est. l. cum oportet, C. de bon. quæ libe Ego vero circa peculium profectitium an ceps sum, quia illud patris, non filij est. l. certum, C. fami. ercis-cun. & ista ratione non venit in confiscatione bonorum filij, vt dixit Nellus in tract. bannitorum, in prima parte secundi tē por. q. 25. Ergo cum sit patris, illius bonis confiscatis veniet & peculium profectitium. faciunt dicta supra in 10. quæst. proxime præcedenti. & præsertim hoc procedere dicerem, quando pater esset damnatus pro crimine læsæ maiestatis, iuxta terminos l. quisquis, C. ad legem iul. maie. vbi nedum pater, sed & filij puniuntur ex paterno delicto, & successionum etiam extraneorum incapaces fiunt. Et quod in contrarium dicitur arbitror procedere quando ex delicto patris filius non puniretur sicuti punitur in crimine lęsę maiestatis in terminis præallegatę l. quisquis.

SVMMARIVM.

1 *An legata, & hæreditates delatæ ei qui crimen lęsæ maiestatis commisit fisco obueniant.*
2 *Quando aliquis non est incapax sed indignus, tunc fiscus aufert.*

QVAESTIO XIIII.

1 QVarto decimo quæro. an legata & hęreditates delatę, & relicta ei qui crimen lęsę maiestatis commisit, fisco obueniat, siue ad hęredes trāseant, vel ab intestato venientibus remaneāt? Dicas quod fisco nullatenus obueniunt: Nam quando aliquis est incapax hęreditatis vel legati, tunc fiscus non aufert tanquam ab indigno, Sed id remanet penes venientes ab intestato. l. si quis mihi bona. §. si quis plane, ff. de acquirend. hæredit. & ita tenent Iaco de Aren. Cy. Barto. Ang. Paul. de Cast. Bald. Fulgo. & alij, in l. j. C. de hæred. institu. & probat in l. si metallum. ff. de his quæ pro non scri. habentur, & in l. in metallum. ff. de iure fisc. Bal. in l. 1. C. de secun. nup. vbi post Petr. dixit, q quando quis non potest capere non est locus fisco, sed illud efficitur pro nō scripto, & ideo remanet alijs ab intestato succedentibus. idem voluit Bar. in l. si deportati, ff. de le. 3. hoc idē tenuit Marian. Soc. consi. 22. versic. verum prædictis. colum. 4. in j. volum. vbi dixit, hanc opinionem, maxime in hæreditate quæ ab intestato defertur, tenuisse Iac. Butri. in d. l. 1. C. de hær. inst. alle. etiam quod no. gl. in §. legati. insti. de lega. & in l. si qs, mihi bona, §. si quis. ff. de acquiren. hæredi. ad idem Ioan. de
2 Imo. in l. si seruus eius, eod. ti. †Secus tamen dicendum quando aliquis non esset incapax, sed indignus, tunc enim aufert fiscus tanquam ab indigno. vt ff. de inoffi. testa. l. Papinianus, §. meminisse. & l. cum talibus. §. fin. ff. de his quibus vt indig. & hanc opi. tenuit etiam Bal. in d. l. si quis, colum. fi. versic. tertio dicitur hic.

SVMMARIVM.

1 *Legitima detrahenda per condemnatum crimine læsæ maiestatis grauatum restituere hæreditatem si sine filiis decederet, cui applicabitur.*

QVAESTIO XV.

QVinto decimo quæro. fuit aliquis condemnatus pro crimine læsę maiestatis, & eius bona publicata, verum cum ille esset grauatus restituere hęreditatem in euentum quod sine filiis decederet, cui
1 †legitima ex dictis bonis detrahenda ad ipsum condemnatū spectans, applicabitur? Dicas quod fisco, ita dicit Bal. in cōsi. 8. in 4. vol. pro quo facit tex. in l. quisquis, in prin. C. ad l. iul. maiest. vbi dicitur, quod bona omnia damnati pro dicto crimine fiscus capit.

SVMMARIVM.

1 *Primogenito condemnato de crimine lęsæ maiestatis, quid post patris obitum in feudo successit, cui applicabitur eius feudum.*

QVAESTIO XVI.

1 SExto decimo quæro. Primogenitus qui post patris obitum in feudo successit, si in crimen lęsę maiestatis incidat contra Dominum, an feudum deueniat in Dominū feudi vel in fiscum, siue in eius fratrem secundogenitum? Matth. Afflic. in c. j. in §. Pterea si vasallus in versi. gl. tertia. num. 81. in ti. quę fuit prima cau. bene. amit. vbi dicit, quod si feudum est paternum acquisitum per antecessores istius primogeniti, & secundogeniti a se ipsis & eorum descendentibus, & sic est paternum, non autem hęreditarium, sed peruenit in descendentes ex pacto & pro-

Digitized by Google

proui lentia. Et tunc crimen primogeniti non habet nocere secundogenito. Eo enim casu secundogenitus non succedit primogenito, sed illi a quo radicem habuit ipsum feudum. Primogenitus namque per delictum commissum in dominũ feudum alienare non potest in præiudicium agnatorum, vt in cap. si vasallus culpam, in titu. si de feudo fuerit controuersia. Et ideo in casu prædicto frater secundogenitus fiscum exclu dit, idem tenuit Andr. de Iser. ibidem siue iure Francorum, siue iure Longobardorum viuatur. Fallit primo prædicta conclusio, quando feudum esset cõcessum alicui & eius filijs primogenitis successiue futuris. Eo enim casu, si primogenitus crimen lęsæ maiestatis committat, secundogenitus non succe det in feudo, quia non est primogenitus primi acquirẽtis, nec fratris delictum committentis, sed fiscus succedet, quia considerata forma inuestituræ nullus supereſt Agnatus qui succedere possit, ita voluit Matthæ. de Afflict. in d. capitu. j. in §. præterea si vasallus. nume. 84. Secundo fallit in feudo nouo, in quo fiscus, non secundogenitus succedit, ita voluit Andr. de Iser. quem sequitur Matth. prædictus loco prędallegato numero 87.

SVMMARIVM.

1 *Si vnus ex duobus fratribus qui inter se feudum diuiserunt cõmittat crimen læsæ maiestatis cui eius portio deueniat?*

QVAESTIO XVII.

1 DEcimo septimo quæro, duo fratres diuiserunt feudum paternum, in quo iure Longobardorum vel communi iure feudorum siue Romano viuebatur, si eorum vnus crimen lęsæ maiestatis in Dominum suum, a quo feudum recognoscebat cõmiserit, an illius pars Domino feudi, & sic fisco vel alteri fratri applicetur? Dicas, quod portionem prædicti feudi alter frater per ius accrescendi consequetur, ita voluit And. de Iser. in c. j. §. fina. in titu. quæ fuit prima causa benef. amitt. & ibidem Matth. de Afflict. colum. fin. nu. 31. & idem Matth. in c. j. §. sed & res. in titu. per quos fiat inuesti. & in c. j. de duobus frat. a capit. inuesti.

SVMMARIVM.

1 *Damnato filio de crimine læsæ maiestatis, mortuo postea eius patre, an fiscus eius legitimam capiat?*
2 *Bona postea quæsita non veniunt in confiscatione bonorum.*

QVAESTIO XVIII.

bitur de tali crimine proculdubio teſtamentum non valebit, ſi autem abſoluetur teſtamentum validum erit, quia accuſatio ſuum non eſt ſortita effectum, cum ſecundum iuris regulam, non præſtat impedimentum quod de iure non ſortitur effectum. cap. non præſtat. de regulis iur. in 6. cap. ſi verum. 31. quæſt. 2. l. ſi dari ſtipuler. ff. de verbo. oblig. cap. congregato. de electio.

SVMMARIVM.

1 *An reus criminis læſæ maieſtatis gaudeat beneficio præſcriptionis.*
2 *Committens crimen læſæ maieſtatis priuatur omnibus his, quæ introducta ſunt de iure ciuili.*
3 *Item priuatur beneficio conſuetudinis, qua cæteri gaudent.*

QVAESTIO XXIX.

VIgeſimo nono, quæro; an committens crimen læſæ maieſtatis gaudeat beneficio præſcriptionis? in hac quæſtio. Matthæ. de Afflict. in cap. j. in §. & bona committentium. colum. 3. num. 33. in ti. quæ ſint regal, in vſibus feudorum. dixit, quod committens crimen læſæ maieſtatis in regno vigore conſtitutionis illius regni, quæ incipit bona proditorum, non gaudet ipſe nec eius filij præſcriptionis beneficio. † Tu dicas, quod idē
1 erit in alijs locis. nam committens tale crimen priuatur omnibus his quæ introducta ſunt de iure ciuili, vt per Bar. in extrauagan. qui ſint rebel. in verb. rebellando, verſicu. quæro qd de dominio. num. 17. Et in verſi. ex prædictis. nume. 21. præſcriptio autem eſt de iure ciuili introducta propter bonū publicum. l. 1. & 3. ff. de vſucapio. Azo in ſumma. ff. de vſucapi. pro emptor. circa princip. Franc. Balb. in tract. de præſcr. par. 1. col. 6. in prin. verſi. 4. principaliter quæro.

3 †Item priuatur committens crimen læſæ maieſtatis beneficio conſuetudinis qua cæteri gaudent. ita voluit Matthæ. de Afflic. in d. c. 1. in d. §. & bona committētium. nu. 24. in ti. quæ ſint reg. idem de Rebelle dixit Bal. in extrauag. de pace Conſt. in verſi. habet. & idem voluit Mar. de laud. in trac. de crim. læſę maieſta. q. 29.

SVMMARIVM.

1 *Clericus committens crimen læſæ maieſtatis contra principem vel regem, an priuari poſsit beneficiis eccleſiaſticis.*
2 *Clericus pro magna culpa beneficio eccleſiaſtico priuari poteſt.*
3 *Pœna priuationis beneficiorum nunquam locum habet, niſi vbi lex vel Canon hoc dicit.*
4 *Clericus committens crimen læſæ maieſtatis contra papam ſiue Cardinalem prouinciam gubernantem, beneficiis priuatur.*

QVAESTIO XXX.

1 TRigeſimo quæro, an clericus committens crimen læſæ maieſtatis contra principem ſeu regem priuari poſſit beneficiis eccleſiaſticis quæ obtinet? In iſta quæſtione diſtinguendum puto, quod aut clericus committit crimen læſę maieſtatis cōtra regem recognoſcentem ſuum regnum in feudum a papa, aut contra alium principem non recognoſcentem ſtatum ſuum in feudum a papa. Primo caſu dicerem clericum a ſuo iudice eccleſiaſtico priuari debere beneficijs, ita dixit Matthæ. de Afflict. in cap. primo, in §. & bona committentium. colum. 9. nume. 114. allegat ad hoc tex. in cap. primo regum. vbi, dicitur quod ſi peccauerit vir in virum placari ei poteſt Dominus: ſi autem vir in Dominum peccauerit, quis orabit pro eo? quaſi dicat nullus. Videtur enim delictum in eccleſia commiſſum cum in talem regem committitur, qui ab eccleſia regnum habet. Illa namque ſuum defendere feudatarium tenetur. ſubdens idem Matthęus, quod talis clericus, qui contra Cardinalem rebellionis crimen commiſit, vt in cap. fœlicis. de pœni. in 6. dicit enim magnam fore culpam eſſe contra Dominum temporalem quem eccleſia defendit. † Pro magna autem culpa clericus beneficio priuari poteſt. 16. q. 1. ca. inuentum. & ibi gl. Inno. in c. ex tuarum. de purga. can. Hanc etiam opinionem, quod clericus qui commiſit crimen læſæ maieſt. tis contra regem recognoſcentem ſuum regnum in feudum ab eccleſia (vt eſt Rex Neapolis & Rex Siciliæ) beneficijs eccleſiaſticis priuetur, tenuit idem Matth. de Affl. in conſti. Reg. lib. j. in tit. vbi cler. pro malefic. debeat conueniri. nu. 3. 4. 5. & 6. Aut clericus commiſit tale crimen contra alium principē & fuit condemnatus cum confiſcatione bonorum, & dicas q̄ tali caſu beneficiis non priuatur. & hoc ſentit idem Matth. loco proxime allegato, vbi dicit ſecus eſſe, quando alio modo quam contra Regem vel imperatorem clericus crimē læſæ maieſtatis cōmitteret, faciunt plura quæ adducit Laſi. in conſi. 86. in cauſa R. D. Gentilis. colum. 3. in verſi. Nam pœna priuationis. in 3. vol. vbi conſuluit pro R. D. Gentile Balliono
3 tunc Epiſcopo Vrbeuetano. † & ibi dicit, quod pœna priuationis beneficiorum nunquam locum habet niſi vbi lex vel Canon hoc dicit. Ad quod facit tex. in §. cum igitur. in verbo, nec quælibet lex, in authen. de non eligen. ſecund. nubēt. Bal. in authent. ex teſtamento, C. de ſecun. nupt. gloſ. & ibi Docto. in c. fi. de iure patr. Curtius Iunior in authen. non licet. nu. 25. C. de liber. præterit. Et prędictam cōcluſionem intellige, quādo condemnatio a laico fieret, ita dixit Collectar. in ca. in quibuſdam. verſi. ſed quid erit de beneficiis extra de pœ. quia nil ad Imperatorem de bonis eccleſiæ, vt dixit ibi gloſ. ad idem tex. optimus in clementi. paſtoralis, de re iudicat. & ideo dixit idem Matth. in dict. §. & bona committentium. numero 114. ſupra allegato, quod nunquam vidit clericum beneficio priuari propter rebellionem commiſſam in principem ſecularem.

4 †Quando vero clericus commiſiſſet crimen læſę maieſtatis contra papam, ſiue cōtra Cardinalem prouinciam gubernantem, tunc nō eſt dubium quod ob tale crimen beneficiis priuabitur. facit tex. in d. c. fœlicis. de pœ. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Qui crimen læſæ maieſtatis commiſit, an ſuccedere poſsit alicui ex teſtamento, vel ab inteſtato.*
2 *Hæreditas eſt de iure ciuili.*
3 *Committens crimen læſæ maieſtatis priuatur omnibus quæ iuris ciuilis ſunt.*

QVAESTIO XXXI.

1 TRigeſimo primo quæro, an is q crimē læſæ maieſtatis commiſit, poſſit ex teſtamento vel ab inteſtato alicui ſuccedere? Dicendum breuiter quod non. l. prima. ff. de hęredibus inſtituen. l. quiſquis. C. ad leg. iul. maieſ. ſi enim filij eius ob delictum paternum incapaces fiāt hęreditatis, & ſucceſſionum etiam extraneorum, vt in dicta l. quiſquis. §. filij vero. A fortiori idē erit in patre reo dicti crimi nis. auth. multo magis. C. de ſac. ſanct. eccl. & ita tenuit etiam Franciſ. Lucan. in tract. ſuo, de priuileg. fiſ. in 2. par. prin. in ver
2 ſic. vigeſimus caſus. num. 20. †Eſt enim hęreditas de iure ciuili. l. obuenire hęreditatem. ff. de verb. ſign. l. tutelas. ff. de ca. diminutio. c. ius quiritum. j. diſtinct. l. 2. ff. de acqui. hęr. & habē per gl. ius quiritum, quę dicit hoc eſſe verū, ſiue hęreditas ab
3 inteſtato ſiue ex teſtamēto obueniat. †Et cōmittens crimen læſæ maieſtatis priuatur omnib. quę iuris ciuilis ſunt, de quo ſupra q. 29. proxima prędecenti ſatis dixi.

SVMMARIVM.

1 *Reo criminis læſæ maieſtatis defuncto an aliquæ pœnæ contra eum locum habeant?*
2 *Regulariter quæcunque crimina morte cum pœna extinguuntur.*

QVAESTIO XXXII.

1 TRigeſimo ſecundo quæro: vidimus hucuſque de pęnis reorum criminis læſę maieſtatis quę ipſis viuentibus infliguntur: Nunc vidēdū an ipſis mortuis aliquibus pœnis locus fit? Et videtur dicendū
2 q̄ non, †quia regulariter quæcunque crimina cū pœna, morte extinguntur. l. 1. & 2. C. ſi reus, vel accu. mor. fuerit, ſecus tamen eſſe dicas in crimine læſæ maieſtatis, quod morte rei nō extinguitur. de quo ſ. q. 19. in rubric. qualiter in crimine læſę maieſtatis procedatur. Quia in iſto crimine etiam reo mortuo damnatur eius memoria, & bona ipſius fiſco applicātur. l. penul. & vlt. C. ad legem iuliam maie. l. fin. ff. eod. §. publica. inſt. de publi. iudic. l. ex iudiciorum. & ibi gloſſ. in verbo maieſtatis. ff. de accuſ. §. per contrarium. inſt. de hęr. quę ab inteſta. defer. & iſtam materiam per plures quęſtiones examinaui ſupra in prędallegata rubr. qualiter in crim. læſę maieſtatis procedat. & late deduxi quę ſeruari debeant, quādo defuncti memoria damnatur. videre poteris ibi omnia, quia iam ſcripta indignum eſſet, & pœnitus fruſtratorium repetere.

SVMMARIVM.

1 *Reo criminis læſæ maieſtatis pendente accuſatione mortuo, numquid fiet aliqua iniuria eius cadaueri.*

2 *Reus*

Digitized by Google

2 *Reus crimininis siue ante, siue post condemnationem moriatur nulla ei iniuria fiet, & Iudices errant qui cadauera puniendorum ad furcas mittunt.*

3 *Iudex faciens suspendi cadauer delinquentis mortui, tenetur in sindicatu.*

4 *Latrones famosi etiam mortui suspendi possunt.*

5 *Si esset consuetudo in loco quod cadauer delinquentis suspenderetur, tollerãda esset.*

6 *Cadauer rei criminis qui semetipsum in carceribus interfecit, an pœnæ subiiciendum sit.*

7 *Cadauer rei mortui suspendi, vel bestiis dari potest propter atrocitatem delicti.*

8 *Et hoc seruatum fuit in ciuitate Venetiarum.*

9 *Saul percussus a muliere se occidi mandauit, ne a muliere occisum dici posset.*

10 *Occidens semetipsum in carceribus an hæredem habeat.*

QVAESTIO XXXIII.

1 TRigesimo tertio quæro, quid dicẽdum erit de reo criminis lęsę maiestatis mortuo pendente accusationę, vtrum eius cadaueri fiet aliqua iniuria, vt puta illud suspendendo, vel quid simile faciendo? Dicas, †quod siue ante, siue post condemnationem, reus criminis mortuus fuerit, nulla ei iniuria fiet, per Ange. in l. si quis. in versic. in tex. ibi, C. si reus, vel accus. mort. fuerit, vbi dixit, quod errant iudices qui cadauera puniendorum ad furcas mittunt. idem Ange. in l. 1. ff. de public. iudic. & ibi Imo. & Bald. in l. 1. C. ne ex delict. defunct. allegat Cyn. in l.

2 2. C. qui testam. face. possunt. dicens Angel. ibi, quod †iudex cauere debet quando delinquens moritur processu pendente, quod illius cadauer suspendi non faciat, alias in sindicatu tenerentur, quia cadaueri iniuria fieri non debet. l. 1. §. quoties, ff. de iniur. idem voluit Sebastia. Sapia, in repe. l. imperium. colum. 7. nume. 10. ff. de iurisd. omnium iudic. †vbi tamen Imola dixit, quod contrarium seruatur in famosis latronibus, & hoc in eorum odium videtur tollerari posse, vt in cap. mulier, 15. q. 1. hanc eandem sententiam sequitur Angel. in tractatu suo malefi. in verbo, qui Dominus iudex videns: versiculo. Et prædicta procedunt, numero 43. ad idem Gondisal. Villadig. Hispan. in tractat. suo de hære. quæstio. 22. numero. 4.

5 †vbi inuehit contra iudices cõtrarium facientes, quos in sindicatu teneri dicit, subdens tamen, quod vbi contrarium de consuetudine seruatur toleranda esset talis consuetudo

6 propter delicti atrocitatem. † Sed quid dicemus de cadauere rei criminis, qui ad euitandam infamiam & supplicium de eo sumendum in carceribus existens semetipsum interfecit, vel sumpto veneno necauit, an eius cadauer subijciatur pœnæ quæ viuo corporaliter infligenda veniret? Dicas, quod non, vt per Alexand. & alios post Cyn. in d. l. 2. C. qui testam.

7 fac. poss. vbi Rom. † Prædicta tamen conclusio procedere nõ videtur quando quis enormiter deliquit, nam propter atrocitatem & enormitatem delicti cadauer rei mortui suspendi, vel bestiis dari potest, vt est glosa nota. in l. 3. ff. arbor. furtim cæsar. exemplificans in famoso latrone, & ita intelligens tex. in l. capitalium. §. famosos. ff. de pœn. quam glost. Roma. in l. si vero. §. de viro. in 46. fallentia, mirabilem esse dicit. idem tenuit Gasp. Valla. in sua repetitio. l. imperium. colum. 6. numero 15. ff. de iurisdictio. omnium iudicum. attendenda tamen

8 erit locorum consuetudo, vt supra dixi. † Et vidi ego semel in inclita ciuitate Venetiarum, quam appellare solitus sum aliarum ciuitatum Reginam, seruatum fuisse, quod cadauer cuiusdam rei qui atrocissimum delictum commiserat, eius etenim materteram cum duobus illius filijs paruulis in eorum domo propria penes ecclesiam sancti Mauritij vna, & eadem hora interfecit, vt illi pecunias & localia pro satis notabili summa eriperet, tãdem captus & in carcerem detrusus, ad mortem condemnatus, vt forti erat animo ad euitandam pœnæ infamiam illiusque atrocitatem, semetipsum sumpto veneno necauit, attamen eius cadauer dilaniatum

9 fuit, iuxta condemnationis formam. † Imitatus est Saul qui percussus a muliere se occidi mãdauit. ne a muliere occisum dici posset, vt habetur. 2. Reg. cap. 1.

10 †An autem is qui crimen commisit, & semetipsum in carceribus detentum interemit hæredem habeat? Franciscus Lucanus in tractatu suo de fisc. in secunda parte principali in rubrica, de publica. bonorum, nume. primo. circa hoc distinguit, vt ibi per eum. subdit tamen, quod si talis erat reus criminis læsæ maiestatis vel hæresis, pro quibus criminibus post obitum rei illius memoria damnatur, & se in carceribus perimat, hæredem non habebit, vt in §. per contrarium, instit. de hæreditatibus, quæ ab intestato deferuntur, & in l. final. C. ad legem iuliam maiestatis, & in authent. idem de infam. C. de hęre.

SVMMARIVM.

1 *Damnatus pro crimine læsæ maiestatis si extra patriam moriatur an in patria sepeliri possit.*

2 *Accusatio rei regulariter morte extinguitur.*

3 *Cadauera mortuorum ne in ciuitate sepelirentur Romana lege cautum erat.*

4 *Idem lege Duodecim Tabularum statutum erat.*

5 *Corpora mortuorum vt in ecclesia sepeliantur Canonum dispositione introductum est.*

6 *Princeps solus concedere potest quod cadauera rebellium extra ciuitatem sepulta, in ciuitatem reducantur.*

QVAESTIO XXXIIII.

1 TRigesimo quarto quæro, si aliquis damnatus pro crimine læsæ maiestatis, & bannitus extra patriam moriatur, an illius cadauer conduci possit ad eius patriam, vel in alium locum vbi ex forma sui banni viuens permanere non potereat inibi sepeliendum? Dicas breuiter, q̃ nõ. Ita voluit Bar. in l. j. §. 1. ff. de cadauer. puniẽ. vbi dixit, q̃ sicut bannitus viuens stare non põt in ciuitate, ita nec mortuus ad illam vt ibi sepeliatur adduci potest. & Bart. sequitur Hier. Buttigella. in repetit. l. quod te, ff. si certum petatur. in final. verbis, & idem erit dicendum in quocunque

2 alio bannito ex identitate rationis. † Et licet in contrarium faciat, quia morte rei regulariter extinguitur accusatio. l. secunda. C. si reus vel accusat. mort. fuer. item quia morte bannum extinguitur, iuxta illud, Mors faciet certo ne sim cum venerit exul. Dicas tamen cõclusionem supra firmatam in reo criminis læsæ maiestatis defuncto veram esse, quia propter atrocitatem talis criminis videmus, quod post obitum imputari de tali crimine proceditur ad illius memoriam damnandam. l. penult. & vltima. C. ad legem iuliam maiesta. & dixi supra quæstio. 32. †Quinimo testatur Cicero olim Romana lege cautum, ne mortuorum quorumcunque cadauera in ciuitate sepelirentur. Traianus autem imperatorum omnium solus intra vrbem (teste Eutropio) sepultus est, eiusque ossa in aureã vrnam collocata in foro a se ædificato sub columna

4 reposita fuere. †Et lege duodecim tabularum similiter cautũ fuit ne in vrbe mortuorum cadauera sepulturæ traderentur, cuius legis hæc sunt verba, ne in vrbe sepelito, neve vrito, ne facito rogum, Ascia ne polito. idque etiam ciuili iure prohibitum esse probat text. in l. mortuorum. C. de religios. & sumptib. funerum. †Verum, vt mortuorum corpora in ecclesiis sepelirentur, sacrorum canonum dispositione introductum

6 est, vt habetur in toto titulo, de sepultu. extra. †Dicas tamen, quod solus princeps concedere potest quod cadauera rebellium extra ciuitatem sepulta in ciuitate reducantur. l. 2. C. de cadauer. punito. & habetur per Matth. de Afflict. in titul. quæ sint regal. in princ. colum. 5. versicu. vigesimosecundo. numero 53. in vsibus feudorum.

SVMMARIVM.

1 *Domus committentis crimen læsæ maiestatis destrui debet.*

2 *Idem de domo blasphemi olim erat. Idem de domo eius qui Cardinalem interfecit.*

3 *Idem de eo qui pacem tenere & iurare voluit.*

4 *Edictum Reginę Ioannæ de morte And. de Iser. eius consiliarii.*

5 *Pœna destructionis domus rei criminis læsæ maiestatis erat etiam apud Romanos.*

6 *Domus Marini Faletri Ducis Venetorum destructæ ob crimen læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XXXV.

TRigesimo quinto quæro. an domus committentis crimen lęsę maiestatis eo damnato, destrui debeant? Istam quæstionem tangit Lucas de Penna Doctor Tholosanus in l. quisquis. columna. 2. versiculo, vtrum autem in tali crimine. C. de petitione bonorum sublato. vbi dicit nulla lege cautum reperiri domum committẽtis crimen lęsę maiestatis dirui debere; sed id fieri æquissimum esse in detestationem huiusmodi criminis. † Blasphemus enim tali pœna afficiebatur. vigesima tertia quæstione, quarta, capitulo quando. in versiculo. Nabuch Donosor. Idem de eo qui Cardinalem interfecit. capitulo fœlicis. de pœ

3 nis. in sexto. Idem de eo qui pacem tenere & iurare noluit, vt in titulo de pace iuramen. firmand. §. prętera bona, procedi enim debet in his criminibus de similibus ad similia. lege,

famosi

Digitized by Google

famoſi in fi.ibi,ad exemplum legis Iuliæ.Idem tenuit Matth. de Afflict.in capitulo primo, in §. & bona committentium. columna quarta in 19.ſpeciali.numero 37.in titulo.quæ ſint rega.in vſibus feudorum vbi dixit,quod domus eius qui commiſit crimen læſæ maieſtatis deſtrui debet vſque a fundamentis,ſubdens,quod hęc eſt noua pœna impoſita,per textum in
4 dicto capitu.fœlicis.de pœnis.in 6.†& atteſtatur vidiſſe quod dam edictum Regis Ludouici, & Reginę Ioannæ primæ de morte D.Andreæ de Iſernia conſiliarij tunc regii,qui in ciuitate Neapolis occiſus fuit quoddam ſero diei 11. Octobris, anno Chriſtianæ ſalutis 1353.& eius occiſores damnati fuere ad pœnam mortis,confiſcationis bonorum,& quod eorum
5 domus deſtruerentur.†Dicas tu,quod iſta non eſt noua pœna, imo antiqua Romanorum, vt legitur apud Plinium minorem.in ſuo libello de viris illuſtribus,vbi dixit,quod Quintus Cincinatus Dictator effectus Sp.Melium, a Seruilio Hala magiſtro equitum occidi iuſſit,& illius domum ſolo æquari,ex eo quod regnum affectauit.Id enim proculdubio maieſtatis crimen erat,vt de Gigãtibus ſcriptum legimus hoc Carmine.

Affectaſſe fuerunt Regnum Cæleſte Gigantes.

6 †Legimus & in Venetorum Hiſtorijs,quod Marinus Faletro Dux deprehenſus cum quibuſdam plebeis conſpiraſſe vt ex ciuitatis Duce,cuius temperata eſt poteſtas,Tyranni de ciuitatem occuparet,qui captus a Senatu iuſſus eſt capite mulctari,eiuſque ædes ſolo æquatæ.

SVMMARIVM

1 *Vxor an prohibere poſſit ratione ſuæ dotis,ne Domus mariti rei criminis diruatur.*
2 *Domus mariti delinquentis cuius fundus eſt dotalis an dirui poſſit.*
3 *Malefactores ita puniri debent vt Innocentes non puniantur.*
4 *Domus rei mortui cuius memoria damnatur non diruitur.*
5 *Domus rei criminis læſæ maieſtatis diruitur,quando ſumus in primo capite.*

QVAESTIO XXXVI.

1 TRigeſimo ſexto quæro, quando domus, rei criminis læſæ maieſtatis deſtrui debet,vel quando id municipali iure ſtatutum eſt,an vxor delinquentis domum ne diruatur ratione ſuę dotis defendere poſſit?Hanc quæſtionem tangit Gandin.in tractatu ſuo maleficio.in rub. de bon.malefact.columna prima, numero tertio, vbi tenet, quod de iure mulier defendere poterit ne dom us diruatur,p tex.in l.prima,C.ad legem Iuliam de vi publica. & l. 3. C. ne vxor pro marit.& de hoc dicit eſſe caſum in l.creditoris, ff.de diſtract.pignor.præfertur etenim mulier alijs creditoribus, l. aſſiduis,C.qui pot.in pigno.habeant.Idem tenuit Roman.in conſilio cxxviii.& licet Gandin. loco prędallegato dicat,quod iſtud de iure verum eſt,attamen de conſuetudine aliter ſeruari per rectores.loquitur enim in ſtatuto, dicens quod ex quo poteſtas iurauit ſeruare ſtatuta,aliter facere non poteſt quantumcunque ſtatutum durum ſit.l.proſpexit,ff.qui, & a quib. domus enim tempore maleficii erat in bonis mariti, licet hypothecata doti vxoris, l. ſciendum.ff.qui ſatiſdare cogantur. Hanc opinionem tenuit etiam Albericus in tractat.ſuo ſtat. in tertia parte,quæſt.7.facit, quia licet domus illa eſſet vxori obligata pro dote,tamen in bonis mariti debitoris dotis remanſit.l.ſi dominum,C.de pigno.actio.Ideo in tali domo ſtatutum locum habebit,ne delictum impunitum remaneat,l. ita vulneratus,ff.ad legem Aqui.l.ſi a reo,ff.de fideiuſſo.& ita dixit Alb.loco prędalleg.

2 †Prædictam concluſionem limita non procedere, quãdo talis domus eſſet fundus dotalis ipſius vxoris.Nam tunc non diceretur proprie eſſe in bonis viri,cum ab eo neque alienari neque obligari poſſit,l.lex Iulia,l.Iulian. & l. ſed nec libertas, ff.de fun.dotali.ſi enim domus,quæ eſſet fundus dotalis poſſet dirui ob.viri delictum,vtique de facili mulier indotata remaneret,& ſine delicto puniretur, quod non eſt dicendum,
3 nam†malefactores ita puniri debent,vt Innocentes non puniantur,l.2.in fine,C.de his qui latro.facit pro iſta opinio.textus,in l.quiſquis,§.vxores,C.ad legem Iuliam maieſtatis. vbi habetur,quod licet vir incidat in crimen læſæ maieſtatis, vxori tamen eius dos reſtitui debet.

4 †Secundo limita non procedere,quando poſt obitum rei criminis lęſę maieſtatis contra eius memoriam procederetur Nam,cum eo caſu non procedatur contra mortuum, ſed tãtum ad damnandam eius memoriam per confiſcationem bonorum,vt l.penultima & vltima,C.ad legem Iuliam maieſt. & l.vltima.ff.eodem titulo,locum non habebit dicta pęna diruptionis domus.

5 †Tertio dicerem, dictam pœnam diruptionis domus ob crimen lęſę maieſtatis locum ſibi ſolum vendicare quando eſſemus in primo capite dicti criminis iuxta terminos,l.quiſquis,C.ad legem Iuliam maieſtatis,ſecus in aliis capitibus dicti criminis quę plura ſunt, de quibus dixi ſupra in rubrica. qualiter & a quibus crimen lęſę maieſtat. contra imperator. & alios prin.committat.in plurib.quęſt.

SVMMARIVM.

1 *Domus rei criminis læſæ maieſtatis ſi dum diruitur,det damnum Domui vicini,quis de tali damno teneatur.*
2 *Domus ſi ſit communis inter duos fratres, an & quando dirui poſſit.*
3 *Quando fiſcus non ſuccedit in omnibus bonis, & ſocius velit partem deſtruendam redimere an admittatue.*
4 *Domus quam reus criminis læſæ maieſtatis in pignus dederat, an propter crimen læſæ maie.Domini illius deſtrui debeat?*
5 *Domus quam reus criminis læſæ maieſtatis in pignus habebat an deſtrui debeat.*
6 *Domus rei criminis læſæ maieſtatis diruta, an reædificari poſſit.*
7 *Papa ſolus remittere poteſt pœnam diruptionis Domus.de qua in capitu. fœlicis.de pęn.in 6.*

QVAESTIO XXXVII.

1 TRgeſimo ſeptimo quæritur. quid dicendum,ſi dum diruitur domus eius, qui crimen lęſę maieſtatis commiſit, aliquis murus domus prędictę cadat ſupra domum vicini,ex quo is damno afficiatur,quis vicinum de huiuſmodi damno reſarciet? videtur dicendum,quod rector qui domum ipſam dirui mandauit, argumento textus,in l.2.§.tribuni, ibi,lęſiones & damna,C.de his qui latro.l.3.ff.quod metus cau.l.quemadmodum, §.magiſtratus,ff.ad legem Aquiliam. l. nec magiſtratus, ff.de iniuriis.prædicta tamen procedunt,quando rector non iure feciſſet,ſed quando exequitur legem,ſtatutum, vel conſuetudinẽ, aliud dicendum videtur, verum ſi ob crimen lęſę maieſtatis domus deſtrueretur,ex quo tali caſu omnia bona rei in fiſcũ dęuenium,l.quiſquis in principio,C.ad legem Iuliam maieſt. tunc dicendum eſſet fiſcum de tali damno teneri,l.tutoris,C. ad legem iuliam de vi.alias autem malefactor teneretur, ita per prędicta dixit Alberic.in tract.ſuo ſtatutorum parte 3. q. nona circa hanc quęſtionem vide etiam Gandin.in tract.malefic.in rubr.de bon.malefact.columna tertia verſicul.item q̃ ro aliquis commiſit maleficium,& in verſicul. ſed nunc quę
2 ro.colum.3.in fin.†vbi dixit,quod ſi Domus vel Turris communis inter duos fratres fuerit,& vnus delictum committat, propter quod vigore ſtatuti deſtruitur pars dictę Domus vel Turris,quę pura erat pars ſuperior,de damno quod alter frater non delinquens patitur,a fratre delinquente reſarciri deberet,ſi ſoluẽdo eſſet,ſin minus regreſſum habebit contra co mune.argumen.l.miles,ff.de adulte. Circa hoc vltimum quã do committens crimen lęſę maieſtat. vel aliud propter quod eius Domus deſtrui debet, ſi is domum communem cũ alio habeat,quid agendum ſit, Archidia. & Ioan. Andr. mouent hanc quęſtionem in d.capitu.fœlicis.de pœn.in 6.vbi referũt dicta Bartholom.Brixien.in ſua quęſtio.Dominica.nume.44. & tandem pro deciſione remittit ſe ad not.per eum in addit. Speculato.in rub.de pœn.& per Barto.in l.at eius,in §.de eo, ff.de aqua pluuia arcend.Philip.Franc.in dicto capitu.fœlicis. in prima columna in vltima not.dicit quod ſi propter tale delictum Domus fuit deſtructa, tunc ſocius recurſum habere poterit contra delinquentem.argumen.tex.in l.ſi is cum quo ff.commun.diuidun.ſecundum Bart.ibi.Si vero Domus non fuit deſtructa,ſed lata eſt ſententia de ea deſtruenda, quod eo caſu fiſcus redimet partem ſocii vt tota deſtruatur,ſecũdum Bart.ibidem.& hoc modo dicit poſſe procedere opinionem Ioann.Andr. de qua loco ſupra allegato,ſubdens, idem eſſet non lata ſententia,ſi tamen maleficium eſſet ſcandaloſum, ſed ſi maleficium non eſſet ſcandaloſum,fiſcus tamen in omnibus bonis ſuccederet,vt in crimine lęſę maieſtatis, l.quiſ-
3 quis,C.ad legem Iuliam maieſtat.†& idem dicit eſſe quando fiſcus non ſuccedit in omnibus bonis, & ſocius velit partem deſtruendam redimere, eo caſu erit admittendus,

Digitized by Google

non autem cogendus. Si autem ſocius nolit partem deſtruendam redimere, tunc huiuſmodi pęna in aliud commutari debet. argum. l. & ſi Seuerior, C. de infam. ſecundum Bartol. in d. §. de eo Et ſi cupis circa iſtam quæſtionem plura videre, vide Docto. in d. l. fœlicis. vbi Franc. & Barto. in d. l. hactenus, ff. de aqua pluuia arcenda, & in l. ſi interdum, ff. commun. diui. & Bald. in d. l. & ſi ſeuerior. Alber. in tracta. ſtatuto. in verbo bona, verſicul. ſtatutum dicat quod bona, & in eodem tract. in verbo delinquens. in verſicu. ſtatutum quod pro delicto. & in verb. maleficium. colum. 1. verſicu. ſtatutum dicat quod p
4 maleficio. †Quid autem dicendum ſit quando aliquis domũ ſuam alicui in pignus dedit, demum in crimen incidit, ꝓpter quod eius domus deſtrui debet? circa hoc vide Alber. in d. tra
5 cta. ſuo ſtatut. parte 3. quæſt. 14. †Et quid erit quando creditor qui talem domum in pignus habebat incidit in crimen ſimile, an domus ei pignorata deſtruatur? vide eundem Alber. in d. tracta. quæſt. 15. in d. 3. parte. & ibidem etiam ponit quid dicendum erit quando maritus conſtituit vxori quartam partem ſecundum legem Longobardam, an poſſit mulier defendere dictam quartam partem bonorum mariti qui crimen læſæ maie. commiſit, & ſic Domum ne deſtruatur.

6 †Sed vtrum deſtructa Domo, puta rei criminis læſæ maieſtatis, illa poſtmodum reædificari poterit? videtur dicendum, quod ſi in ſententia condemnatoria contra eum lata nõ fuiſſet prohibita reædificatio, quod refici poſſit, ita ſenſit Domi. in prælegato. c. fœlicis, columna prima, in verſicul. Nota argumen. quod mandatum. de pœn. in 6. Sed dicas contrarium verius eſſe, vt tenet Philipp. Franch. in d. capit. fœlicis. columna prima, uerſicu, vltimo noto. vbi dicit quod iſta pars, videlicet quod domus deſtructa ob crimen reædificari nõ poſſit, eſt verior, & quod fuit diſputatum & concluſum in ſimili q̃ſtione de ciuitate condemnata, a papa ad deſtructionem murorum, quod non poſſit reparare muros dirutos ſine licentia Papę, ſecundum Cyn. in l. ſeruus, C. de pœn. & Barto. in l. ſi
7 quis adulterium, §. primo, ff. de adulter. †Quinimo dixit idem Franch. in d. cap. fœlicis. in vl. no. quod dicta pœna diruptionis Domus de qua in d. capi. fœlicis. remitti non poteſt niſi p Papam, per no. in capi. ſicut Sancti. in fin. 15. diſtinct. quia pœnę iuris ab alio quam a papa remitti non poſſunt, ſecundum omnes ibi. ad quod facit tex. in capitulo frater, 16. quæſtione, prima, & idem voluit Dominic. ibi in prima columna. in verſiculo quæro an iſta.

FINIS SECVNDI LIBRI.

HIERONYMI GIGANTIS IVRISCON. FORO SEMPRONIEN. DE CRIMINE LAESEA MAIESTATIS.

LIBER TERTIVS.

De pœnis quas filij incurrunt patre committente crimen læſæ maieſtatis.

SVMMARIVM.

1 *An filius puniatur ex delicto patris in crimine læſæ maieſtatis iuxta illud Filius non portabit iniquitatem patris.*
2 *Non occidentur patres pro filiis, ſed vnuſquiſque in ſuo peccato morietur.*
3 *Pœna ſuos tenere debet authore.*
4 *Filii committentium crimen læſæ maieſtatis in principem, excludantur a materna, auita & omnium proximorum hereditate.*
5 *Item teſtamento extraneorum nihil capiunt.*
6 *Item perpetuo ſunt infames, nec ad honores admittuntur.*
7 *Patres comederunt uuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt.*
8 *Princeps habetur quaſi Deus in terris.*
9 *Pęna legis quiſquis, C. ad legem Iul. maieſt. contra filios locum non habet, niſi in caſibus ibi expreſſis.*
10 *Commiſſo crimine læſæ maieſtatis contra Regem Franciæ non habent locũ pœnę. d. l. quiſquis.*

QVAESTIO PRIMA.

VIdimus hucuſque quibus pœnis afficiantur committentes crimen læſæ maieſtatis, modo opere pretium eſt videre, vtrum eorum filij ex huiuſmodi paterno delicto aliquam incurrant pęnã? Et videretur dicendum quod non, † filius enim patris iniquitatem nõ portabit, vt habetur Ezechiel. c. 17. & in c. Iudæi. 1. q. 4. l. filiam, ff. de ſena. l. crimen, ff. de pœn. l. quotiens, ff. de noxal. l. enrancipatio, §. fina. ff. de ſena. & habe
2 tur in toto ti. C. ne fil. pro pat. facit illud Leuiti. c. 24. †vbi dicitur, non occidentur patres pro filiis, nec filij pro patribus, ſed vnuſquiſque in peccato ſuo morietur. & idem dicitur Regũ. 4. capi. 14. idem habetur Paralip. lib. 2. c. 25. & Deuter. ca. 24. &
3 Regum, 4. ca. 4. facit tex. in l. ſancimus, C. de pœ. †vbi habetur, quod pœna ſuos authores tenere debet. nec vlterius progredi contra eos qui procul ſunt a calumnia. ad idem facit tex. in l. ſi quis in ſuo, §. legis, C. de inoffic. teſtam. l. legem, C. de natura lib. lib. in fin. in 1. reſpõ. & l. ob maritorum, C. ne vxor pro marito, l. ſi pęna, & l. crimen. de pœ. l. 3. §. quod pater, ff. de mune. & hono. l. actione, §. diximus. ff. pro ſoci. l. generali, §. fi. ff. de ritu nup. l. maritus, ff. ſol. ma. l. fin. ff. ad Sylle. & in Auth. vt nulli iudic. §. fi. colum. 9. Dicas tamen quod prædicta omnia ſibi locum vendicant regulariter loquendo, ſecus tamẽ eſt in crimine lęſę maie. l. quiſquis, §. filij vero, C. ad leg. Iuliam maieſta.
4 †nam filij eorum qui in principem commiſerunt crimen læſę maieſtatis, primo, a Materna & Auita, ac etiam ab omniũ
5 proximorum hæreditate ac ſucceſſione alieni habentur. †Se-
6 cundo, teſtamento extraneorum nil capere poſſunt. †Tertio, perpetuo infames ſunt, & ad nullos honores admittuntur, vt eſt expreſſum in d. l. quiſquis, §. filij vero. & habetur etiam 6. q. 1. cap. quæro, §. vtrum. de pœ. diſtin. 1. c. quiſquis, facit quod habetur Hierem. c. 5. vbi dicitur, patres noſtri peccauerunt & non ſunt. & nos iniquitates eorum portauimus. †Et quod ha
7 betur Hiere. c. 31. vbi legitur: patres comederunt vuam acerbam, & dentes filiorum obſtupuerunt. Idem habetur Ezech. c. 18. Et ratio quare ſic ſtatutum ſit in crimine lęſę maieſtat. eſt
8 propter immanitatem. dicti criminis, †offenditur enim princeps, qui habetur quaſi Deus in terris, ut eſt tex. in Authen. de conſul. §. fi. col. 4. prętera pęna iſta q̃ imponitur filiis propter delictum patris ſtatuta eſt a lege in duriorem patrum vindictam ac pœnam: pater enim terretur magis propter filii pęnã per tex. in l. iſti quidem. in fi. ff. q̃ me. cau. & §. fina. Inſt. de noxalib. †Et quod pęna d. l. quiſquis. non habeat locum in aliis
9 caſibus criminis lęſę maieſtat. quo ad filios, niſi in caſibus ibi expreſſis, tenuit etiam Nic. Boer. in tract. de ſeditio. in 6. p̃ſuppoſito, nu. 20. 21. & 23. ubi dixit quod licet in Regno Franciæ locum habeat crimen lęſę maieſta. contra Regem commiſ-
10 ſum: tamen †pœnæ d. l. quiſquis, quo ad filios & eorum incapacitatem locum non habent, cum poſſint ſuccedere, & capere relicta eis in teſtamento ſuorum & aliorum, etiam ab inteſtato, nec efficiũtur infames, & ad honores promoueri poſſunt, ſed tali caſu pęna d. l. quiſquis. ſolum locum habet, quo ad pęnam corporalem & bonorum confiſcationem. pęnę. n. contra filios locum ſibi uendicant in primo capite d. legis Iulię. de quo in d. l. quiſquis. ſecus in aliis caſibus in quibus delictum patris filio non nocet. de quo habetur etiam per Ioannem Coraſium Tholoſanum nunc Ferrarię legentem mihi uti fratrem honorandum. in d. l. filiam. in uerſic. auferendam ff. de ſena.

SVMMARIVM.

1 *Filius committentis crimen læſæ maieſtatis, an capiat bona ex donatione matris.*
2 *Donationis actus eſt contrarius ſucceſſioni teſtamenti, vel ab inteſtato.*
3 *Ex ſucceſſione teſtamenti, vel ab inteſtato ad caſum donationis non infertur*
4 *Lę quiſquis, C. ad legem Iul. maieſta. an ſit penalis & odioſa, vel fauorabilis.*
5 *Lex quantuncunque ſit fauorabilis, tamen quãdo pœnam imponit eſt odioſa & non extendenda.*
6 *Filius rei criminis læſæ maieſtatis erit capax donationis inter vivos ſibi a matre facta.*

QVAESTIO II.

1 SEcundo quæro. uidimus ſup. ꝓxi. q̃ filius cõmittẽtis crimẽ lęſę maie. efficit ẽt incapax maternę hereditatis, tam ex teſtamẽto, quam ab inteſtato, l. q̃ſquis. §. filii.

Digitized by Google

§.filii vero,C.ad leg. Iuliam maiestatis. Quid dicendum erit de bonis,a matre filio donatis? Hanc quæstionem late examinat Paris.in consil.69.numero 26.cum sequent.in 3.volu.vbi arguit ad vtranque partem,& tandem nume.171.concludit,q̃ tex.in d.l. quisquis.in d.§.filii vero.non vendicet sibi locum in bonis donatis per matrem filijs,cum ex dispositione d.l.quisquis.filij reddantur incapaces maternæ successionis, tam ab intestato quam ex testamento.nec prohibet ille tex. matrem
2 inter viuos filijs posse donare.†iste enim actus donationis est penitus contrarius successioni testati vel ab intestato, continens tacitam voluntatem ipsius morientis,l.conficiuntur, ff. de iure codic.& quia dicti actus inter se nil commune habẽt,
3 l.verba contraxerunt,ff.de verb.signifi.†nec ex successione ex testamento vel ab intestato ad casum donationis inter viuos inferri potest,l.inter stipulantem,§.sacram,ff.de verbo.oblig. facit gloss.in l.1.in verb.dõnationem,C. de secund. nup.& in donatione inter viuos habetur per Alexand. in l. 2.colum.3. versi.item in alio,ff.de lega.1.& pro ista conclusione lõge plura adducit Paris,in d.suo consil.69.quem videre poteris. comprobatur conclusio prædicta per ea quæ voluit Saly.in d.l.qsquis.in §.filii vero.colum.1.ver.adhuc quæro,quid si mr̃,†vbi
4 dicit quod materia d.l.quisquis.est pœnalis & odiosa,ideo nõ extendenda.Et licet aliqui dicant quod imo d.l.quisquis.sit fauorabilis non odiosa,quia introducta fauore publico,vt homines a tam graui delicto abstineant metu pœnæ,iuxta illud Horatii,*Oderunt peccare mali formidine pœnę*. vt noluit Claud.de Seysel.in l.si quis id quod.colum.2.circa medium,ff.de iurisd. omn.iud.nihilominus dato quod hoc verum esset,non tamẽ
5 obstaret,†quia quantuncunque lex sit fauorabilis,tamen vbi est apposita pœna erit odiosa,& non extendetur,vt dixit Bal. in l.illud.colum.2.versicu.istud est notandum,C.de sacrosan. eccles.per tex.in Authen.de non alienand. §. quia vero Leonis.el secundo,& ibi Iacob.de Beluis.†Erit ergo conclusio, q̃
6 filius rei criminis læsæ maiestatis erit capax donationis inter viuos sibi a matre factæ: licet matri neque ex testamento neque ab intestato succedere possit.Considera tamen quod contra istam conclusionem videtur facere text.in d.l.quisquis. in §.filii vero.ibi,sint perpetuo Egentes & Pauperes. & ibi, sint postremo tales vt his perpetua egestate sordẽtibus fit & mors solatium,& vita supplicium.quæ dispositio esset inanis & frustratoria,si tales filii capere possent ex donatione matris, q̃ capere non possunt ex testamẽto vel ab intestato in bonis maternis,& sic fieret fraus dictæ legi.cum ergo ratio paupertatis conseruandæ in dictis filiis militet etiam in donatione, & vbi est eadem ratio,ibi debeat esse eadem iuris dispositio,vulgaris iuribus:Ergo idem videtur dicendum de donatione. Nec mirum si propter atrocitatem tanti criminis filii innocentes puniuntur,nam Deus propter illud nefandissimum crimẽ deleuit funditus ciuitates Sodomæ,& Gomorræ,& tres illis finitimas ciuitates,& tamen ibi proculdubio erant infiniti infantes & furiosi,qui innocentes erant.

V M M A R I V M

1 *Filius damnati de crimine læsæ maiestatis,an sit capax donationis causa mortis sibi per matrem factæ.*
2 *Donatio causa mortis sapit vltimam voluntatem.*
3 *Testari qui non potest ratione defectus consensus,non poterit donare causa mortis.*
4 *Vsurarius manifestus qui non potest testari,nisi seruata certa solennitate, non poterit donare causa mortis.*
5 *Cardinalis vel episcopus habens facultatem testandi a Papa donare poterit causa mortis.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro, quid dicendum de donatione causa mortis facta p̃ matrem filio patre damnato de crimine læsæ maiestat? Dicas huiusmodi donationem non valere, prohibitum est enim filio damnati de dicto crimine posse aliquid capere de bonis maternis,tam ab intestato, quam ex testamen-
2 to,l.quisquis,§.filii vero.C.ad legem iul.maiesta. †donatio autem causa mortis sapit vltimam voluntatem, l.fina. C.de donat.caus.mort.Inst.de dona.§.1.Bald.& alii in l.tam is,§.filius ff.de donat.causa mort.& habetur per Barto.& Docto.in l.2. ff.de legat.primo,& ibi solennis Doctor præceptor meus Dominus Vincent.Hercu.de Perusio, columna tertia.vbi dixit, quod donatio causa mortis videtur vltima voluntas,cum requirat quinque testes,prout requirunt aliæ vltimę volũtates, circa testamentum,l.fi.C.de donat.causa mort.l.fi.C.de codic. & qui non potest testari ratione ætatis, non potest donare cã
3 mortis,l.prima,§.primo,ff.de tutel.& ration.distrah.†Item q̃ ratione defectus consensus testari non potest,non poterit do-
4 nare causa mortis,l.discretis,C.qui test.facer.possunt.† Hinc est quod vsurarius manifestus qui testari non potest, nisi seruata solennitate de qua in capitu.quanquam.de vsur.in 6.ita etiam non poterit donare causa mortis,vt habetur per Lappum alleg.125.vbi dixit quod non valet donatio causa mortis facta ab vsurario,nisi restitutis vsuris vel pręstita cautione,
5 vt in d.c.quamquam.†facit etiam, quia si a papa conceditur facultas Cardinali vel Episcopo testandi,poterit vigore huiusmodi facultatis fieri donatio causa mortis, & codicilli, vt dixit Angel.de Perig.de Perusio.in d.l.2.colum.1.versi.sed si cõcederetur,ff.de lega.1.Concludo igitur,quod donatio causa mortis facta per matrem filio reddito incapaci maternæ successionis,tam ex testamento,quam ab intestato, ex eo quod crimen lęsæ maiestatis commisit,non valeat.

S V M M A R I V M.

1 *Filius damnati de crimine læsæ maiestatis, an priuetur feudo.*
2 *Delictum patris quo ad feudum nocet filiis,sed non agnatis.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quæro, quid dicẽdum de feudo, an patre damnato de crimine læsę maiestatis filius qui ex patris delicto efficitur insuccessibilis,iuxta terminos l.quisquis,C. ad legem Iuliam maiestatis.illo priuetur? Andr.de Isern. in capitulo primo,in §.prętera.in titu.quę fuit prima causa bene fi.amitten.dixit quod in feudis omnis descendens ex illo sanguine maculato & infecto est priuatus feudi successione,non habita distinctione,an feudum sit paternum & antiquum,& sic ex pacto & prouidentia,vel hęreditarium. Hanc opinionem Isern.refert etiam & sequitur Matth.de Afflict. in dicto, §.prętera.in verficu.gloss.tertia numero octauo,quando sumus in crimine lęsę maiestatis,per textum in dicta,l.quisquis,
2 C.ad legem Iuliam maiestatis.†& ibidem dixit, quod quo ad feudum delictum patris filijs nocet,sed non agnatis. & alleg. ad hoc Bald.idem dicentem,in l.prima,in versicu. vigesimo-octauo quęro,ff.de rerum diui.& tex.in capitulo primo in titulo si vasal.feud.priue.uide ad hoc Afflict.loco prędalleg.colum.2.num.11.vsque ad num.14.uide ad prędicta quę dixi supra,q.3.in rub.proxmi prędced.

S V M M A R I V M.

1 *Dispositio l.quisquis,C.ad legem Iul.maiest.an locum habeat in filiis iam natis.*
2 *Filii propter delictum patris,quando puniuntur,regulariter intelligi dẽt de filiis post delictum natis.*

QVAESTIO V.

1 QVinto quæro, an dispositio l.quisquis. in §.filii uero.quę inhabilitat filios eius qui crimen lęsę maiestatis commisit a successione paterna,materna,& auita, ac omnium proximorum & etiam extraneorum, locũ habeat in filiis iam natis tempore delicti? In hac quęst.Cyn.& Pet.in d.l.quisquis,C.ad legem iuliam maiestatis tenuerũt quod nõ,
2 per tex.in l.secunda,C.de liber.& eorum lib. †ubi uidetur tradi regula,quod quando propter delictum patris filii puniuntur, intelligi debet de filiis post delictum natis. ad idem allegat tex.in l.diuo Marco.C.de quęst.& in l.emancipatum,ff.de sena.in quibus iuribus probatur, quod attenditur tempus natiuitatis seu conceptionis filii ad qualitatem, quam filius a patre suscipit indagandam.idem tenuit Angel.in dicta l.quisquis,columna prima uersic.in tex.ibi filii nati,ubi dixit quod intelligi debet ibi de filiis natis post crimen contractum,tunc enim sunt ex sanguine reprobato & infecto, & ideo illi puniuntur taquam criminis quodammodo participes, & quod ante nati & concepti non punientur pęna dictę legis.Contra-
* riam tamen partem magis communiter tenent Docto.quod imo etiam nati ante delictum comprehendantur in dispositione dicta.l.quisquis.quę cum loquatur generaliter,generaliter intelligi debet,l.de pretio, ff.de publician. cum vulgaribus,& hanc opinionem sequitur Claudius de Seysel. in l.si quis id quod.colum quinta,sexta & septima, ff.de iurisdictio. omn.iud.pro qua ibi multa adducit, idem tenuit Gemin. in capitu.quisquis,6.quęst.1.& Specula.in titu.de sen.§.2. uersic.

Digitized by Google

quinto quęro. Saly. & Albe. in d. l. quiſquis column. prima ubi dixit quod ratio quare filius puniatur in d. l. quiſquis. eſt, quia præſumitur imitator patris, quę ratio militat etiam in filijs ante delictum natis, & poſtmodum naſcituris. Hanc etiam partem tenuit Angel. in tract. malefi. in verb. *che hai tradito la tua patria*. in verſic. quærit ibi Saly. numero 13. vbi dixit idem eſſe in iam natis quod in naſcituris. & ad hoc Auguſt. de Ari. ibi in addi. alleg. not. per glo. Bar. Bald. & Salyc. in l. 2. C. de liber. & eorum lib. Nellus in tracta. ſuo Bannito. in 2. parte primi temporis. q. 10. dicit quod opinio Cyn. & Petr. ſupra relata, quod nati ante contractum delictum non comprehendā tur in d. l. quiſquis. ſed ſolum procreati & nati poſt delictum ꝑ miſſum, æquitatem ſapit. Sed contraria opinio, quod indifferenter nati & naſcituri comprehendantur, forte verior eſt. Et iſtam opinionem, quod nati ante, comprehendantur in d. l. quiſquis, §. filii vero, quæ communis eſt, ſequor, pro qua ineui tabiliter facit tex. in d. §. filij vero. vbi vita reſeruatur ex Imperatoria lenitate filijs eius qui crimen læſæ maieſtatis commiſit. Ergo de iam natis loquitur.

SVMMARIVM.

1 *Filii emancipati a patre, ante commiſſum crimen læſæ maieſtatis, an puniantur.*
2 *Filii emancipati deſinunt eſſe de familia patris.*
3 *Emancipatio facta per patrem de filio, parum ante commiſſum crimen læſæ maieſtatis, præſumitur in fraudem facta.*
4 *Donatio facta ante delictum, ſed poſtquam delinquens delictum facere propoſuerat reuocatur.*
5 *Factum ſuſpitione pęnæ in fraudem fiſci factum cenſetur.*
6 *Crimen læſæ maieſta. ſemper fit præmeditate.*
7 *Donatio facta omnium bonorum ante cemmiſſum delictum præſumitur facta in fraudem fiſci.*
8 *Factum in fraudem fiſci & pœnæ præſumitur, quando de propinquo ſequitur delictum, & nu. 9.*
10 *Fraus præſumitur ex vicinitate actus.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quæro, quid dicēdū de filijs emancipatis a patre ante commiſſum per eum crimen læſæ maieſtatis, an hi incidant † in pœnas de quibus in d. l. quiſquis, §. filii vero, C. ad legem Iul. maieſt. Dicas breuiter quod non. Ita dixit gloſſ. in capitu. ſi quis cum militibus. in verbo filii vero, 6. q. 1. vbi eſt tex. idem ad literam, vt in d. l. quiſquis & voluit illa glo. quod filii per patrem emancipati ante delictum nō comprehendantur in d. l. quiſquis, idem tenuit ibi Ioan. de Turre Crema. in verſic. ſed hic ſurgit quæſtio. idem dixit ibidem Præpo. in fi. & Archidia. in verſi. in gloſſ. filii hanc eandem ſententiam ſeq. Lucas de Pen. in l. quiſquis, colum. 2. verſicu. filii autem. C. de peti. bonorum ſubla. lib. 10. ad idem Matth. de Affl. in ſua gloſ. ſuper conſti. regni. in tit. de patre recept. colum. fi.
2 in fine. † & rationem huius deciſionis eſſe, puto quia filius emancipatus deſinit eſſe de familia patris ſui l. quinetiam, §. fi. ff. de rit. nup. nomen filii amittit. l. ſenatoris, la 2. ff. de ſenat.
3 †Hanc concluſionem admittēdam cenſeo cum hoc temperamento, videlicet: quod non procedat, quando pater filium ſeu filios emancipauit parum antequam crimen læſæ maieſtatis cōtra principem vel eius collaterales committeret. Talis enim emancipatio præſumeretur facta in fraudem: ſcilicet, vt filius non incurret in pœnas d. l. quiſquis, §. filii vero facit. ad hoc quod voluit Bar. & Doct. de donatione facta ante delictum commiſſum in l. poſt contractum, ff. de donat. vbi Bar.
4 in verſi. & vt plene † dicit quod quando donatio facta eſt ante delictum commiſſum tempore quo iam delinquens delictū facere propoſuerat & ſic propter delictum committendum alienauit, quod tunc talis donatio eodem modo reuocatur,
5 prout reuocatur donatio poſt delictum facta: †quia factum ſuſpitione pęnę in fraudem fiſci factum cenſetur l. in fraudē.
6 in prin. ff. de iure fiſci, l. ſed ſi maritus. in fi. ff. qui & a quib. †facit, quia vt videmus crimen læſę maieſtatis ſemper fit præmeditate probatur in d. l. quiſquis, C. ad legem Iul. maieſt. Et prædicta maxime procederent quādo pater antequam delictum huiuſmodi commiſiſſet filiam emancipaſſet, eidem bonorū ſuorum in præmium emancipationis parte aſſignata arg. eorum quę not. Bar. in d. l. poſt contractum. in verſicu. & prima
7 eſt præſumptio † vbi dicit quod ſi is qui deliquit ante commiſſum delictum donauit omnia bona ſua præſumitur id in fraudem fiſci feciſſe l. omnes §. Lucius, ff. de his quę in frau. credi. faciūt no. per Bal. in l. 1. colum. vl. C. qui bon. cede. poſſunt, &
8 in l. ſi quis poſt hac, C. de bon. proſcrip. †factum enim in fraudem fiſci & pœnę ꝑſumitur q̄ de propinquo ſequitur delictū l. ſi ventri, §. fi. ff. de priuil. credi. & l. ſed Iulianus, §. ſed ſi filius, ff. ad Macedo. c. officij. ext. de elect. per quæ iura dixit Barto. in
9 d. l. poſt contractum. in verſi. quinto pręſumitur† quod donatio facta a delinquente ante contractum delictum cenſetur facta in fraudem fiſci. Et probatur iſta opinio in caſu noſtro per tex. in d. l. quiſquis. in §. emancipationes. in fi. ibi, quo primum, & ibi, bona gloſſ. in verb. non valeant. †facit etiam quia ex vicinitate actus fraus præſumitur. de quo etiam per Corne. in conſil. 61. viſa copia proceſſus, colum. prima in verſi. ſecundo dictus. in 3. volum. & per Chaſſaneum in conſi. 33. Hug. & Martinum, colum. fi. numero 15. quod etiam probatur, argu. tex. in l. ſi ventri, §. fi. ff. de priuil. cred. & l. ſi quis poſt hac. ff. de bon. dam.

SVMMARIVM.

1 *Filii naturales commiſſo crimine læſæ maieſtatis per patrem an puniantur, vbi & ſpurii appellatione filiorum continentur.*
2 *Filius natus in ſeruitute ſpurius eſt.*
3 *Filius ſpurius patrem occidens tenetur lege Pompeia, de Parricidiis.*
4 *Princeps eſt omnium ſubditorum pater.*
5 *Statutum faciens mentionem de filio, intelligitur de legitimo & naturali.*
6 *Luxuria non debet eſſe melioris conditionis quam caſtitas.*
7 *Filii vbi condemnantur per iudicem vel ſtatutum ex delicto patris, veniūt etiam naturales.*
8 *Papa, vel Imperator eſt omnium pater.*
9 *Baſtardi non poſſunt appellari de domo, familia, ſeu agnatione patris.*
10 *Baſtardi non poſſunt vti inſigniis domus paternæ. & ſunt infames, & vilis conditionis.*
11 *Filius nuturalis etiam legitimatus, non admittitur ad feudum conceſſum patri proſe & filiis.*
12 *Domini Veneti filios legitimatos non admittunt ad nobilitatem & eorum conſilia. nec etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium, ſed benè ad bonorum ſucceſſiones.*
13 *Baſtardi per Moſaycam legem templum domini ingredi vſque ad decimā generationem prohibebantur. & ibi, quod Frater teſtamentum fratris querelare poteſt, ſi frater inſtituit baſtardum eius hæredem.*
14 *Filius naturalis tantum cuius pater præſumptiue certus eſt, comprehendi tur in l. quiſquis, C. ad legem Iul. maie.*
15 *Filii ſpurii, quando ſunt banniti omnes de tali domo comprehendun- tur.*
16 *Filius adoptiuus an comprehendatur in diſpoſitione dicta legis quiſquis.*
17 *Filius adoptiuus an in vltimis voluntatibus, contractibus, & priuilegiis comprehendatur.*

QVAESTIO VII.

SEptimo quæro, quid dicendum de filijs naturalibus eius q crimen læſæ maieſtatis commiſit, an & ipſi comprehēdantur in l. quiſquis, §. filii vero, C. ad legem iuliam maieſta. Et videtur dicendum quod & ipſi ſubiaceant pœnis de quibus in d. §. filii vero. eorum patre committente
1 crimen lęſæ maieſta. in principem ſiue eius collaterales. †Appellatione enim filiorum ſpurii continentur, l. cum pater, ff. de lega. ſecundo. facit, quia vulgari ſermone naturales filii appellantur, cui appellationi ſtandum eſt, l. ſi ſeruus plurium, §. final. ff. de lega. primo, l. Labeo, ff. de ſupellect. lega. l. cum Delanionis, §. Aſinam molendinariam, ff. de fund. inſtru. Et hanc concluſionem Albe. in d. l. quiſquis, columna ſecunda refert tenuiſſe quendam Thomam Formagiarium Doctorem Bononienſem diſputando, & inter alias rationes adducebatur,
2 †quia filius natus in ſeruitute ſpurius eſt, vt cauetur l. ex libera, ff. de ſuis & legiti. demum alia lege cauetur, quod nati in ſeruitute appellatione filiorum continentur. l. Lucius, §. fina. ff. de leg. ſecundo. Hanc concluſionem tenuit etiam Ioannes Andr. in capitulo ſtatutum. de hæret. in ſexto. & Ange. in §. interdum. columna ſecunda, verſiculo quod habetur. Inſt. de hę red. quæ ab inteſt. defer. & Bald. in dicta, l. quiſquis. ſequitur eā-
3 dem opinionem, †& dixit ibi, quod ſi filius ſpurius patrem occidat, lege Pompeia de Parricid. tenetur: Ergo idem eſſe dēt cum de principe occidendo tractatur, †quia princeps eſt omnium ſubditorum pater, vt in l. poſtliminium, ff. de ca. & poſt lim. reuer. & hoc dicit eſſe verum quando de iure communi in materia indifferenti profertur iſtud verbum filii, †ſed quando a ſtatuto profertur, tunc dicit intelligendum de filio legitimo

Digitized by Google

timo & naturali, nam verbum filius, eſt ſimpliciter prolatum & nemo ſimpliciter appellari poteſt filius niſi ſit iuſtus, l. vlt. ff. de iur. delib. l. generaliter. in fi. ff. de inſtit. & ſubſtit. quod etiã oſtenditur ex diffinitione filii l. filium diffinimus. ff. de his qui ſunt ſui vel alie. iu. item ſpurii filij nuncupari non debent. Authen. ex complexu. C. de inceſt. nup. & in auth. quibus mod. natural. effic. ſui, §. præterea. Et pro iſta opinione, quod filij naturales tantum comprehendantur in d. l. quiſquis, §. filij vero.
6 C. ad legem Iuliam maieſta. facit ratio †quia luxuria non debet eſſe melioris conditionis quam caſtitas. caſus eſt in ſimili in l. quarta, iuncta rub. C. de interd. matri. ad idem gloſſ. in capit. ſtatutum fœlicis. in verb. voluntas. de hære. in 6. Angel. Imo. & Alex. in l. ex facto, §. qui rogatus, ff. ad ſenat. conſ. Trebellia. †vbi dicunt, quod ſi ex delicto patris condemnantur
7 filij per iudicem, vel per ſtatutum puniatur, quod filiorum appellatione veniũt etiam illegitime nati. idem dixit Dominus & Præceptor meus Carol. Ruin. in conſi. 70. de duobus eſt videndum. colum. 5. num. 13. in 3. vol. idem voluit Angel. in tracta. maleſi. in verb. *& hai tradito la tua patria.* verſicu. quærit Cy. num. 14. & hanc opinionem tenuit etiam Marti. de Laud. in tracta. de crimi. læſæ maieſtatis, quæſtio. 20. vbi rationem ad-
8 ducit, †quod facere contra Imperatorem vel Papam eſt contra ius quaſi naturale, quia Imperator & papa eſt omnium pater. allegat ad hoc Alber. in dicta, l. filium diffinimus. Facit pro iſta opinione tex. in capit. ſi gens Anglorum, 56. diſtinct. vbi habetur quod baſtardi ſunt prompti ad omnia deteriora.
9 In contrariũ tamen facere videtur, †quod iſti naturales, quos baſtardos vulgo appellamus, non poſſunt appellari de domo familia, ſeu agnatione patris. Dyn. in l. cum pater. §. mater, ff.
10 de leg. 2. And. de Iſer. in capi. 1. in ti. ſi de feu. defunct. †nec poſſunt inſigniis Domus paternæ vti, vt late per And. Tiraque. in tracta. ſuo nobilit. capitu. 25. numero 12. & 13. item infames & vilis conditionis ſunt, vt per Azon. in ſumma, C. de infam. Bald. in l. 3. in princip. in vlt. not. ff. de liber. & poſthum. Bal. in
11 conſi. 373. ptẽmittendum eſt. in princip. in primo volumine. †nec etiam legitimatus admittitur naturalis filius ad feudum conceſſum patri pro ſe & filiis, vt habetur in cap. naturales. & ibi late Docto. in titu. ſi de feud. fue. controu. inter Do. & agn.
12 †& Domini Veneti tales legitimatos non admittunt ad nobilitatem, nec ad eorum conſilia, vt dixit Fulgoſ. in conſilio, 62. ſtante ſtatuto, columna ſecunda verſicul. hoc quoque euidentius.

Quinimo Domini Veneti nec etiam legitimatos per ſubſequens matrimonium admittunt ad eorum nobilitatem, ſed bene illos admittunt vti legitimos ad bonorum ſucceſſiones ad fideicommiſſa & feuda, iuxta terminos capitulo. tanta, qui fil. ſint legitimi facit, quia proprie filii naturales appellatione filiorum non veniũt, quia de iuſtis intelligitur, l. vl. ff. de
13 iur. deliber. †quinimo Moſayca lege iſti baſtardi templum domini ingredi vſque ad decimam generationem prohibebantur, vt habetur Deut. cap. 23. Et de iure communi ſi baſtardus inſtituatur hæres in teſtamento fratris, frater tanquam ſit inſtituta turpis perſona, teſtamentum fratris querelare poteſt, vt per Cyn. in l. fratres, C. de inoffi. teſtamen. Alexand. in l. ex fact. colum. 5. in princ. ff. de vulgar. & pupillari ſubſti. In hac quæſt. Cyn. in d. l. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſta. ad partes arguit, quem vide ibidem in ſecunda colum. in verſicu. quarto quæritur, demum diſtinguit ſic, quod aut filius natus eſt ex certo complexu, vt ex concubinatu vel ex alio coitu certo, licet a lege damnato, & tunc quia pater eſt certus, dicit in eo locũ habere, d. l. quiſquis. quia talis eſt de ſanguine improbato. arg. tex. in l. nihil, & l. adoptiuus, §. ſeruiles, ff. de ri. nuptia. aut eſt natus de tali coitu, ex quo patet reputatur incertus. & tunc dicit Cy. non habere locum l. prædic. quiſquis. quia ceſſant rationes ſecundum quas nos informare debemus, vt in §. oportet. in Authen. de iudic. & ff. de ri. nup. l. lege, §. j. cum iſta diſtinctione trãſit Alberic. in d. l. quiſquis, colum. 2. & Saly. ibidem colum.
14 1. verſicu. quæro tertio. †Erit ergo concluſio, quod filius naturalis tantum, cuius pater præſumptiue certus eſt, comprehendetur in d. l. quiſquis. in §. filii vero, C. ad legem Iuliam maieſta. & hanc concluſionem tenuit etiam D. Io. Corraſius Tholoſas in l. liberos. in fin. ff. de ſena. †Pro qua facit, quod voluit
15 Ang. in l. ita ſtipulatus, §. Griſogonus, ff. de verb. ob. vbi tenuit q; ſi ſunt banniti omnes de tali domo, includuntur etiam ſpurii, propter communem vſum loquendi, licet proprie nõ ſint de domo. Ad idem Felyn. in procem. Decre. colum. 2. nume. 9.
16 †Sed quid dicemus de filio adoptiuo, an comprehendetur in diſpoſitione d. l. quiſquis, §. filii vero, C. ad legem Iul. maieſta. Dicas quod non, & erit ratio, quia ex quo non deſcẽdit a ſanguine infecto non militant in eo rationes de quibus in d. §. filii vero. Ergo nec militabit eadem iuris diſpoſitio, capi. cum
17 ceſſante. de appella. cum vulgaribus. †facit etiam, quia filius adoptiuus in vltimis voluntatibus, in contractibus, in priuilegiis, & etiam in diſpoſitione legali appellatione filii nõ venit, l. ſi ita quis, §. fina. ff. de lega. ſecundo, & no. per Specula. in titu. de loca. §. nunc aliqua, verſiculo 68. Alex. in l. adoptiuum, ff. de in ius vocand. & l. fideicommiſſum, ff. de condictio. & de monſtra. & per Domi. Carolum Ruinum Pręceptorem meũ in conſi. 87. Quia Matthæus. columna octaua, nume. 16. in 3. volumine.

V M M A R I V M

1 *L. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſta. an locum habeat in hæredibus ſecundi gradus.*
2 *Iura ſanguinis, & carnis, magis transfunduntur in filios quam in Nepotes.*
3 *Liberorum appellatione comprehenduntur cæteri deſcendentes.*

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro. an diſpoſitio l. quiſqs, §. filii vero, C. ad legem Iuliam maieſtã. locum habeat in hæredibus ſecũdi gradus, videlicet in nepotibus? Hanc quæſtionẽ examinat Alberic. in d. l. quiſquis. colum. 1. verſicu. item quæritur vtrum. vbi dicit, quod Ricardus ſub dubio forte tenebat quod ſic. allegando tex. in l. ſenatus conſulto, ff. de ritu. nup. & tex. in l. filium, ff. ad Macedon. facit prò iſta parte tex. in l. liberorum, ff. de verbo. ſignif. & l. filii. & l. iuſta eo. ti. Pro contraria vero opinione allegat tex. in l. quod ſi nepotes, ff. de teſtamen. tutel. & hanc opinionem, quod hæredes ſecundi gradus non comprehẽdãtur in diſpoſitione, d. l. quiſquis, §. filii vero. refert tenuiſſe Thomã Formagiarium Doctorem Bononienſem, q hãc quęſtionem diſputauit, in quęſtione quę incipit, quęritur nunquid vbi dixit, quod in nepotibus non eſt eadem ratio q̃
2 eſt in filiis. †quia iura ſanguinis & carnis magis transfunduntur in filios, quam in nepotes, qui remotiores ſunt. ar. l. cum q̃ ritur, ff. de excep. rei iud. Cyn. autem in d. l. quiſquis, col. 1. verſi. tertio quero. dicit, quod hoc dubium eſt ſublatum per quandam conſtitutionem Federici Imperatoris, quam Romana ecclęſia poſt illius damnationem approbauit, in qua vtitur verbo liberorum †quorum appellatione comprehenduntur cæ-
3 teri deſcendentes, l. quod ſi nepotes, ff. de teſtamen. & l. liberorum ff. de verbo. ſignifi.

S V M M A R I V M.

1 *Filius clericus patre committente crimen læſæ maieſtatis, an priuetur beneficio eccleſiaſtico.*
2 *Filii clerici non comprehendantur in l. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſtatis.*
3 *Filius clericus ob delictum criminis læſæ maieſta. a patre commiſſum non priuatur ſua præbenda.*
4 *Filii committentis crimen læſæ maieſtatis ſi poſt delictum patris fiant clerici, ſunt incapaces beneficiorum eccleſiaſticorum propter infamiam.*
5 *Iuſpatronatus an tranſeat in fiſcum commiſſo crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO IX.

NOno quęro. quid dicẽdum de filiis clericis, an comprehendãtur, in l. quiſquis, §. filii vero, C. ad legem Iuliam maieſtatis? Ioannes de Turre Cremata in capitulo ſi qs in verſiculo ſurgit hic dubium, ſexta quęſt. prima, dicit, ſecundum opinionem Laurentii quod non. idem not. gloſſ. 56. di-
1 ſtinct. in capitulo ſatis peruerſum. †vbi dixit, quod filius clericus patre committente crimen læſę maieſtatis in principem non priuatur ſuo beneficio eccleſiaſtico, quia cum ſit clericus eſt exemptus a iuriſdictione Imperatoris, vt no. Docto. maxime Ioannes Andræas in capitulo vergentis. in uerſiculo conſeruata. de hęre. clericatus enim eos exemit a iuriſdictione iudicum ſecularium, 96. diſt. capitu. bene quidem. hanc opinionem tenuit etiam Auguſtinus de Arimino, in additio. ad tracta. Ange. de maleſi. in uerbo *& hai tradito la tua patria.* in addi-
2 tione quę incipit. Tu autem in hac materia. †Et quod filii clerici non comprehendantur in diſpoſitione dictę l. quiſquis, ſentit etiam Archid. in dicto capitulo ſi quis ſexta, quęſtione prima. & Matth. de Afflict. in capitulo primo, §. & bona commissentium. columna 9. in fin. numero 118. in titulo quę ſint regal. not. Docto. in clemen. paſtoral. de re iud. Imo. in l. cum filius, ff. de uerborum obligation. & Angelus in tractatu maleficio. in verſiculo, & eius bona publicamus. in uerſicul.
3 quid ſi filiusfamilias, numero 27. † ubi dixit, quod filius

Digitized by Google

ob delictum criminis læſæ maieſtatis, a patre commiſſum nõ priuatur beneficio eccleſiaſtico quod obtinet, neque ſua prę benda. Idem tenuit Collectar. in capitu. in quibuſdam, verſic. ſed quid ſi pater. extra, de pœnis. idem tenuit Henric. Boich. in dicto capitulo vergentis. columna fi. in fi. de hære. vbi dixit, quod cum clerici ſint exempti a iuriſdictione iudicis ſeculari. 16. diſtinct. capitu. duo ſunt. & prima quæſt. 4. contrarium non perdunt beneficia ob crimen læſæ maieſtatis a patre cõmiſſum, ſubdens, quod ſi tempore delicti commiſſi per patrẽ filii erant clerici, admittuntur etiam ad obtinenda beneficia
4 eccleſiaſtica: †ſecus vero ſi tunc erant laici, & poſt patris delictum effecti ſunt clerici, quia tunc propter infamiam ad obtinenda non eſſent capaces, per textum in capitu. infames, 6. q. 1. iſtam opinionem tenuit etiam Cardinal. Zabarel. in d. capitu. vergentis. in fin. de hæret. & ibidem Ioannes de Anania. columna ſecunda verſiculo vtrum autem filius, pro qua adduco ea quæ late dixi ſupra quæſtio. quarta ſub rubrica de pę
5 nis committen. crimen læſæ maieſtatis. †vbi vidimus, an iuſpatronatus tranſeat in fiſcum commiſſo crimine læſæ maieſtatis, & propterea confiſcatis bonis delinquẽtis, & deciſum fuit quod non, & tamen iuſpatronatus eſt annexum ſpiritualitati. capitu. quanto. de iudic. ſiergo pater ex tali delicto iuſpatronatus non amittit quo ad ꝓprietatem, a fortiori filius ex patris delicto non amittet beneficium eccleſiaſticum, quod eſt quid ſpirituale. Quid autem dicendum ſit, quando pater crimen læſæ maieſtatis commiſit offendẽdo papam vel eius Cardinales, an eo caſu filius amittat beneficia eccleſiaſtica q̃ obtinet? vide infra q. 11.

SVMMARIVM.

1 *Filii rei crimine læſæ maieſtatis nn puniantur qualitercunque per patrem tale delictum ſic commiſſum.*
2 *Secundo filii rei criminis læſæ maieſtatis. qui molitus eſt contra Rempublicam ſuæ ciuitatis, an comprehendantur in l. quiſquis. C. ad legem Iuliã maieſtatis.*
3 *L. quiſquis, C. ad leg. Iul. maieſtatis, continet nouam pœnam contra offendẽtem principem, vel eius Collaterales.*
4 *Filii rei criminis læſæ maieſtatis in ciuitate Venetiarum Nobilitate priuatur.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro, an diſpoſitio, l quiſquis, §. filij vero, C. ad legem Iuliam maieſtatis. vbi filij illius qui commiſit crimen læſæ maieſtatis efficiuntur incapaces ſucceſſionis paternæ, maternæ, auitæ, & omnium proximorum, ac ẽt extraneorum, locum ſibi vendicet qualitercunque per patrẽ committatur dictum crimen? Dicas quod non, ſed ſolum qñ pater dictum crimen commiſit contra principem, & eius col
2 laterales, qui pars principis reputantur, vt in d. l. quiſquis. †Secus ſi quis molitus eſſet contra Rempublicam Romanorum aut ſuæ Ciuitatis. ita dixit Angel. in d. l. quiſquis. columna 1. in fi. in verſicu. in tex ibi proximorum & allegat tex. in l eorum ff. ad legem Iuliam maieſtatis. idem ſentit Cyn. in d. l. quiſquis §. filij vero. columna prima verſiculo tertio oppono & Soci. conſi. 275. in cauſa fratrum Andræę columna ſecunda, verſi. confirmatur allegat tex. in l. prima ſecunda & tertia ff. ad leg. Iuliam maieſtatis. in quibus legibus ponitur pœna quam incurrit committens tale delictum contra Rempublicam Ro-
3 manorum, & tamen non irrogatur filijs aliqua pœna. †facit quia tex. dict. l. quiſquis. continet nouam pœnam contra offendentem principem, vel eos qui ſunt ad latus illius, dicens.
4 quod cum ſimus in odioſis extenſio fieri non debet. †& ego vidi ſeruatum in Alma Ciuitate Venetiarum quod patre dãnato de crimine lęſæ maieſtatis filij tantum nobilitatis gradu priuati fuere, & non inhabili tati ad ſucceſſiones aliquorũ, ꝑterquam paternam, quia patris bona omnia in fiſcum delata fuere.

SVMMARIVM.

1 *Filius patre committente crimen læſæ maieſtatis contra Papam amittit beneficia eccleſiaſtica.*
2 *Filius patre committente dictum delictum contra papam vel Cardinalem fit inhabilis ad beneficia Eccleſiaſtica obtinenda.*
3 *Idem eſt ſi pater damnetur de hæreſis.*

QVAESTIO XI.

VNdecimo quæro, vidimus ſupra q. 9. proxima præcedente, quod filius patre committente crimen læſæ maieſtatis contra principem, ſiue eius Collaterales non priuatur beneficiis eccleſiaſticis, quę obtinet. Quid dicendum erit, ſi pater crimẽ prædictum cõtra Papam vel eius Cardinales committat? Dicas tali caſu filium beneficiis eccleſiaſticis quæ obtinet priuari, argum. c. j. de ſciſma. no. Ioan. de Imol. In l. ſi quis inſultaret. in fi. prin. ff. ſolu. matrimo. Et hanc concluſionem videtur ſentire Ioã. de Turre Crema. in cap. ſi quis, 16. quæſt. prima in verſic. ſurgit iterum quæſtio, vbi dicit quod ſi pater committeret crimen lęſę maieſtatis contra papam, credit, quod hoc caſu filius eius clericus priuaretur beneficiis, vt in capitu. fœlicis. de pœn. in 6. & ita etiam tenuit Hen
2 ric. Boich. in capitu. vergentis. colum. fin. in fin. de hęret. †vbi dixit, quod ſi pater committit crimen læſę maieſtatis contra Papam vel Cardinalem amittit filius beneficia quę obtinet, & ad obtinenda inhabilis efficitur. Et pro iſta concluſione eſt textus expreſſus in dicto cap. fœlicis. in §. quod ſi quis prędictorum. vbi expreſſe dicitur, quod filii necnon & nepotes eorũ, qui crimen lęſę maieſtatis Cardinalem hoſtiliter inſequentes vel percutientes, ſiue capientes committunt, beneficijs eccleſiaſticis priuantur, etiam ſi pontificali dignitate pręfulgeant.
3 de quo Docto. late in prędicto capi. fœlicis. †idem eſt in hęreſi: nam ſi pater damnetur de hęreſi, eius filius ſi ſit clericus non ſolum fit incapax ad obtinenda beneficia eccleſiaſtica, ſed etiam iam obtentis priuatur, vt habetur per Henric. Boic. in dicto cap. vergentis. colum. fin. prope fin. alleg. tex. in capit. quicunque, §. hęretici. eod. ti. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Filii committentium crimen læſæ maieſtatis incurrunt infamiam, non ex ſuo ſed ex patris delicto.*
2 *Filii prædicti an ab honoribus eccleſiaſticis, & etiam ordinibus repellantur*
3 *Filii eius qui commiſit crimen læſæ maieſtatis, ſi reſtituantur ad famam ſiue ad ordines per Papam, an in foro Imperiali ad honores admittantur.*
4 *Infamis reſtitutus ad famam per Papam etiam damnatus perſecularem iudicem recipiendus eſt ab Imperatore.*
5 *Filii rei criminis læſæ maieſtatis reſtituti ad famam per Imperatorem, an ad ordines Eccleſiaſticos recipiantur.*
6 *Infamis ex ꝓprio delicto ab Imperatore reſtitutus ad famam ad ordines eccleſiaſticos promoueri non poteſt.*
7 *Pater damnatus de crimine læſæ maieſtatis, ex cuius delicto filii effecti ſunt infames, ſi reſtituatur ab Imperatore, an cenſeantur & ipſi reſtituti.*
8 *Principali ſublato tollitur acceſſorium.*

QVAESTIO XII.

1 DVodecimo quæro, certum eſt ꝙ filii committentiũ crimen lęſę maieſtatis in principem vel eius conſiliarios efficiuntur infames, vt habetur in l. qſquis. in §. filii vero, C. ad legem iul. maieſtatis. & eſt ſpeciale in crimine iſto. vt quis incurrat infamiam, nõ ex ſuo, ſed ex alie-
2 no delicto, vt no. Archid. in cap. ſi quis. 6. quęſt. prima. †an propter hoc repellántur iſti filii ab honoribus eccleſiaſticis, & ẽtr dinibus? Et dicendũ eſt quod ſic. Infames enim omnes ſunt qui, a legibus ſeculi infamantur, capitu. ſecundo 6. q. 1. ita dixit Prępoſi. in d. capitu. ſi quis. in verſicu. an tales repellantur. facit vulgata iuris regula in capitu. infamibus. de regulis iuris in 6. vbi dicitur, quod infamibus portæ dignitatum non patẽt l. infamia, C. de decurio. libro decimo. l. iudices, C. de dign. lib.
3 12. & habetur per Dyn. in d. cap. infamibus. †Sed quid ſi papa filium eius qui crimen lęſę maieſtat. commiſit, reſtitueret ad famam ſiue ad ordines habilitaret, an talis etiam in foro imperiali ad honores eſſet admittendus? Et dicendum quod ſic, per text. in capitu. per venerabilem qui fil. ſint legitimi, & not. in capitu. cum te. de re iudica. ita voluit Prępoſi. in dicto capitu. ſi quis. uerſicu. ſupra allegato, & idem voluit ibidem ante eum Ioannem. de Turre Crema. in verſicul. item inſurgit hic alia quęſtio, vtrum ſi papa. idem tenuit Collect. in cap.
4 in quibuſdam. verſicu. qnid ſi Papa. extra de pœn. †vbi dixit, quod ſi papa aliquem damnatum per ſecularem reſtituat ad famam, quod talis recipiendus eſt ab imperatore, qui minor eſt papa, allegat Archidia. in capitulo verum. ſexta quęſtion. prima, reprehendentem Gratianum dicentem, infamiam ex lege ortam non niſi per imperatorem tolli poſſe, quia imo et
5 papa illam tollere poteſt. †Quid autem dicemus ſi imperator prędictos filios reſtituat? Dicas, quod eccleſia ſtatim illos ad ordines recipiet, cum ipſi nunquam deliquerint, ita dixit prępoſi. in d. cap. ſi quis. verſic. quęro an tales. †Secus autem eſſet in

Digitized by Google

in his q ex proprio facto infames sunt. Tales enim ēt ab Imperatore restitui & ad ordines promoueri non possent, nisi papa eos restituet.capi.illi.6. q. 1.ita notanter dixit Ioannes de Turre Cremata,in d.cap.si quis in versiculo item insurgit
7 alia qō, Quid de aliis qui infames sunt eadē causa & q. † Sed quid dicendum sit,quando Imperator patrem damnatum de crimine læsæ maiestatis restituit,an filij qui ex patris delicto ī fames facti sunt(vt in d.l.quisquis,§.filii vero, C. ad legem Iul. maiestatis) censeantur & ipsi restituti, & ab infamia liberati, adeo quod ad ordines ecclesiasticos promoueri possint sine alia Papæ dispensatione?Dicas quod sic:Ita voluit Io.de Turre Cremata,in d.cap.si quis.6.q.1.ver.item surgit quæstio,vtrū
8 si Imperator.nu.8.†facit,quia sublato principali tollitur accessorium:filii enim ex facto patris,non suo,infames effecti sunt patre igitur,& sic principali ad famam restituto ab Imperatore,& ipsi filii restituti censendi sunt.

SVMMARIVM

1 *Patre damnato de crimine læsæ maiestatis in contumaciam, quia voluit compaarere,an filii puniantur.*
2 *Regulariter vbi quis ex alterius delicto punitur,non tenetur quando contra principalem ob eius contumaciam fertur sententia.*
3 *Distinctio Authorts in casu prædicto.*

QVAESTIO XIII.

1 TErtio decimo quęro, si pater imputatus de crimine læsæ maiestatis contra principem vel illius Collateralem citatus ad se defendendum a tali imputatione non compareat, & contra ipsum contumacem sit lata sententia bannitoria & confiscationis bonorum, iuxta terminos l.quisquis.in prin.C.ad legem Iuliam maiestatis,an talicasu puniantur eius filii,vt continetur in d.l.quisquis, §.fi
2 lii vero?Videtur dicendum quod non, †quia vbi aliquis ex alterius delicto punitur non tenetur quando contra principalem ob eius contumaciam fertur sententia.facit tex.in l.si iō, de euict.l.prędes.C.de pign.& ibi glos.Dyn.in l.prima, C.quando ex fact.tut.& habetur per Bart.in l.cum filius.in princ.ff.de
3 verb.oblig.†In isto articulo distinguerem,quod aut ex processu contra talem formato probatum est ipsum crimē lęsę maiestat. in principem siue eius Collateralem commisisse,& eo casu,quia sententia lata est contra conuictum, licet contumacem,dicerem filios affici pœnis,de quibus in d.§. filii vero,qa vere constat de patris delicto:Aut crimen in processu nō erat probatum,sed pater condemnatus fuit ex mera contumacia, & isto casu dicerem prædictam sententiam filiis non nocere, & sic locum esse superius dictis.Cogita tamē: Dubium enim facit,quia dicitur in d.l.quisquis.quod eadem seueritate voluntas scęleris huiusmodi,qua effectus puniri debet.

SVMMARIVM.

1 *Filiæ committentis crimen læsæ maiestatis an incidant in pœnas in quas incidunt.*
2 *Filius committentis crimen læsæ maiest.& filia eiusdem,quinque modis inter se differunt.*
3 *Fœminæ regulariter masculis timidiores sunt, secus in actibus Venereis.*
4 *Animalia masculina fœuineis audaciora sunt exceptis Vrsa,& Panthera nam fœminæ maribus sunt audaciores.*
5 *Filiæ fœminæ,an infames fiant sicuti masculi in casu l.quisquis ,C.ad l.Iuliam maiest.*
6 *Extensio in materia pœnali,licet fiat de persona ad personam, quando hoc procedat.*
7 *Masculinum licet alias in materia odiosa concipiat fœmininum, secus est quando odium est irrationale.*
8 *Rebellis si quis factus sit cum suis,an fœminæ ex ipso rebelle natæ comprehendantur.*
9 *Filii bannitorum si prohibeantur a statuto stare in ciuitate , fœminæ non comprehenduntur.*
10 *Dispositio l.quisquis,C.ad legm Iul.maiest.quo ad filios continet odium irrationale.*
11 *Constitutiones in quibus vnus pro alio punitur,sunt contra ius naturæ,& diuinum.*
12 *Statutum quod imponit pœnam vni pro alio non est laudabile, sed valde iniquum.& nunqnam extendi debet.*
13 *Dispositio in filiis non habet locum in filiabus , quando est diuersa ratio.*
14 *Filius natus ex patre partiali contra Regem præsumitur esse eiusdem vitii.nam Filius gesta patris imitari præsumitur.*
15 *Filius præsumitur eiusdem intentionis cuius fuit pater.*
16 *Posterorum appellatione veniunt etiam fœmina.*
17 *Iudex in iudicando , a communi opinione regulariter recedere non debet.*
18 *Iudex qui contra communem opinionem iudicat,censetur per imperitiam iudicare.*
19 *Iudex iudicans contra communem opinionem litem suam facere dicitur.*

QVAESTIO XIIII.

1 QVarto decimo quæro. an pœna infamiæ & incapacitatis,de qua in d.l.quisquis. in §. filii vero.inducta contra filios eius,q in principem vel eius Collaterales crimen læsæ maiestatis committunt,locum habeat etiam in filiabus?Et dicendum quod non,per tex.in dicta l.qsquis.§.ad filias sane,C.ad legem Iuliam maiestatis,vbi filiæ capiunt Falcidiam ex bonis matris,siue testata siue intestata de cesserit,ex quo tex.iuncto tex.ibidem in §.filii vero. plures eliciuntur differentiæ inter filium, & filiam eius qui commisit crimine læsę maie.

2 †Prima erit,quod filius,a successione materna siue ex testamento siue ab intestato totaliter excluditur,dicto §.filii vero, attamen filia Falcidiam in bonis matris habere debet, vt in dicto §.ad filias.

Secunda differentia erit,quod filius excluditur a successione extraneorum ex testamēto,vt in dicto §.filii vero. & tamē in filiabus hoc dispositum non reperitur, vt patet ex dicto §. ad filias.

Tertia erit differentia, nam filii perpetuo egentes & pauperes esse debent,vt in prędallegato §.filii vero.at filię mediocrem Alimoniam potius quam ęmolumentum & nomen hęredis habere debent,vt disponitur in dicto §. ad filias.

Quarta erit differentia,quia filios paterna infamia semper concomitatur. Quinta erit differentia, quiafilii paterni hoc est hęreditarii criminis exempla metiuntur, vt inquit text.in dicto §.filii vero,filias autem pro infirmitate sexus minus aut iuras esse confidimus:ideo circa eas mitior debet esse senten-
3 tia,vt dicit tex.in prædallegato, §.ad filias sane. in fin.†ex quo not.Cyn.quod fœminæ regulariter masculis timidiores sunt, secus tamen dicit esse in actibus Venereis,allegat illud Iuuenalis.

Fortem animum præstant rebus,quas turpiter agunt.

4 †Idem dicas esse in animalibus in quibus fœminæ pariter timidiores sunt,vt inquit Aristote. libro 9. de animal.Excipit tamen Vrsam & Pantheram , quas dicit audaciores maribus
5 esse.†Sed quæro,an secunda & quarta differentia circa fœminas veritatem contineant,& sic an filię in casu d. l. quisquis, C.ad legem Iuliam maiestatis reddantur infames sicuti filii.& pariter incapaces ad successiones extraneorum?Barto. in l.prima,ff.de verborum signi.tenuit,pœnam infamię & incapacitatis bonorum,de quibus in dicto §.filii vero.fi tendi non debere ad filias fœminas : dum ibi dicit, quod appellatione filiorum non veniunt filiæ,& sic quod masculinum non concipiat fœmininum in terminis d.l.quisquis,§.filii vero, & rationem esse dicit,quia dicta l.quisquis.continet odium irrationabile. & idem tenuere Bald.Angel.& Salicet.in l.quicunque
6 C.de seruis.fug.quia & ipsi ea ratione mouentur, †quod licet alias in materia pœnali extensio fiat de persona ad personā, vt not.glos.& Docto.in l.si quis id quod,ff.de iurisdictio.omnium iudicum.& not.Bald.per illum textum in capitulo primo §.porro.in titulo quæ fuit prima causa benef.amittend in vsibus feudorum.Hoc tamen procedit quando odium est rationale,secus si sit irrationale,vt in dicta l.quisquis , §.filii vero.nam irrationale est,quod filius pro patre puniatur quādo ipse non deliquit. Isto enim casu de vna persona aliam non fit extensio : ita dixit Dec. in terminis d. l. quisquis.in consilio quadragesimoquarto. Et diligenter pro viribus,columna penultima,versiculo confirmatur hoc,quia , in primo volumi.

7 Quinimo licet alias in materia odiosa masculinum concipiat fœmininum,vt in dict.l.si quis id quod. Tamen quando odium est irrationale,secus est,vt in dicta l.quisquis,§.filij vero.& hoc etiam tenuerunt Bald.Angel.& alij , in l. Gallus.in in prin principio,ff.de liberis,& posthum.Imola in l.si ita scriptum.de lega.secundo Cyn.& alii in dicta l.quicunque , C.de seruis.fugi. Et quod propter odium irrationale quod continet dicta l.quisquis.in §.filii vero.ibi masculinum non concipiat fœmininum,tenuit etiam Ias.in dicta l.si quis id quod.columna secunda versiculo item vbi tractatur de odio. & ibidē columna tertia versiculo,Sexto limita.& idem voluit Aretinus in consilio trigesimonono.per totum , †vbi notanter dixit,quod si aliquis sit factus rebellis, ipse & sui, ea ratione qa ipse tradidit Arcem siue Fortilitium Hostibus, quod sub illo verbo , sui , non venient fœminę ex ipso rebelle natę.

Digitized by Google

ad idem facit quod dixit Baldus, in l. quicunque. C. de seruis
9 fugit. † vbi voluit, quod si ex forma statuti filij bannitorum prohibeantur stare is ciuitate, sub dispositione dicti statuti filię fęminæ non comprehenduntur. Idem tenuit Cur. iunior, in consilio 176. præsupponitur in facto. columna 3. numer. 8. & Cur. senior, consil. 30. in facto contingit dubitari. Et quod vbi agitur de odio irrationali (vt in dicta l. quisquis.) masculinum fœmininum non concipiat. tenuit etiã Dominus Carolus Ruinus præceptor meus in consil. 103. visis legitimatio-
10 nibus, columna 8. numero 14. in 3. volumine. † Pro conclusione prædicta, quod dispositio dicta l. quisquis. in dicta §. filij vero. contineat odium irrationale, facit quod legitur. Ezech. cap. 17. & in cap. Iudæi. j. quæst. 4. vbi scriptum est, quod filius iniquitatem patris non portabit. ad idem facit quod uoluit
11 Bald. & ibidem Salyc. in rubr. C. res inter ali. acta. † vbi dixit, quod constitutiones in quibus vnus pro alio punitur sunt cõtra ius naturæ & diuinum. Et dixit idem Bald. in l. dotis. C. de iure do. quod statutum quod filijs pro patribus pęnam impo
12 nit, est valde durum & rigorosum. † & dixit Angel. in l. Sancimus. C. res inter alios acta. quod statutum quod imponit pęnam uni pro alio nõ est laudabile, sed valde iniquum. ad idẽ facit quod voluit Bal. in l. captiui. C. de epis. & cleric. vbi dixit, quod statutum quo unus pro alio punitur, tanquam odiosum nunquam extendi debet, maxime quando pęna corporalis uel infamiæ imponitur. Confirmatur prædicta conclusio, quod dicta l. quisquis. in §. filij vero. contineat odium irrationale, ex eo quod filius ex patris delicto puniatur: quia id est contra iuris communis dispositionem, quo cautum est, q̃ pœna suos tenere debeat authores. l. sancimus. ff. de pęn. & in rub. C. ne fil. pro patre. & rursus est cõtra ius diuinum, in quo scriptum est: anima quæ peccauerit, ipsa morietur, c. si habes. 24. quæst. 3. est etiam contra ius canonum quo cauetur, vt nul lus odio alterius prægrauetur. ca. non debet. de regul. iur. in 6. Et quod masculinum non concipiat fœmininum. in d. §. filij vero. propter odium irrationale, de quo ibi, tenuit etiã Deci. in l. fœminæ. numero 409. ff. de reg. iur. comprobatur & alia ratione: quod in dicta l. filij vero. appellatione filiorum non
13 veniant filiæ: † quia vbicunque est diuersa ratio in filiabus quam in filiis, dispositum in vno non habet locum in alio, ut notanter dixit Bald. in l. seruus. C. commu. de succes. in dicta auth. filij vero. dicitur quod ideo ibi disponitur contra filios: quia paterni, hoc est hæreditarii criminis exempla in eis metiuntur. quod ibi dicit Saly. in 2. no. quod filius censetur hę res eiusdem proditionis, & de simili proditione contra eum
14 est præsumptio, per verba textus ibi, in quibus &c. † Adde tu, quod filius natus ex patre partiali contra regem, præsumitur & ipse esse eiusdem vitij, vt notanter dixit Ange. in l. si fugitiui, C. de seruis. fugit. & filius gesta parẽtis imitari præsumitur.
15 Specula. in proœm. Specul. † ad idem facit quod voluit Bald. in l. liberti libertæque, C. de oper. lib. vbi dixit, quod filius præsumitur eiusdem intentionis cuius pater fuit. faciunt plura q̃ ad hoc congerit Thom. Gramm. in consilio 13. in causa Milo niana. colum. 2. & idem in consil. 31. in causa mag. Io. Bap. co lumna prima, numero 45. In §. vero ad filias sane, in eadem. l. quisquis, C. ad legem Iul. maiestat. dicitur, q̃ circa eas mitior debet esse sentẽtia, quas pro infirmitate sexus minus ausuras confidendum est, & sic pater, quod diuersa est ratio in filiab.
* quam in filijs, merito de maiculo ad fœminam ibi non fiet extensio. Et ista est commun. opi. contra quam insurgit Clau dius de Seysello in d. l. si quis id quod. ff. de iurisdi. omnium iu dic. vbi voluit, quod pœna incapacitatis & infamiæ statuta cõ tra filios committentis crimen læsæ maiestatis (de qua in dic. §. filii vero.) locum habeat etiam in filiabus, asserens ita consuluisse in quadam causa, quę tunc indecisa pendebat, & mul ta circa hoc pro, & contra, adducit, & tandem residet in dicta contraria opinione. Et licet omnia adducta per Claudium contra dictam communem opinionem transcribere non intendam, non propterea omittam respondere aliquibus per eum adductis, quæ magis stringere videntur pro eius opinio.

Et primo non obstat quod idem Claud. dixit, quod tex. d. l. quisquis. in §. filii vero. declaratur per tex. in l. fin. C. de bo. dam na. in fi. vbi dicit tex. quod committens crimen læsæ maiestat.
16 iustam pœnam ad suos etiam posteros transmittit, † & posterorum appellatione veniunt etiam filiæ, vt per glos. in l. surdi dorum, C. de excusat. mune. libro decimo, & facit text. in cap. vbicunque. de pœ. in 6.

Nam dico quod d. l. fi. in fi. C. de bon. damna. non declarat d. l. quisquis imo ab illa declaratur, vt colligitur ex gl. in verb. transmittit. in d. l. fi. quæ declarãdo illa verba, ad suos posteros transmittit, refert se ad tex. in dicta l. quisquis. ad quod facit et tex. in auth. bona damna. C. eo. ti. de bon. damnat. quę aut. im mediate sequitur post d. l. fina. & dicta authentic. in fin. dicit, in maiestatis vero crimine condemnatis veteres leges seruari iubemus. & ibi glos. in verbo iubemus. dicit, vt supra ad leg. Iul. maiesta. Ex quo clare patet d. l. fi. in fi. non declarare tex. in d. l. quisquis, sed ab illo declarari. Nec etiam obstat communi opinioni tex. in dicta l. si quis id quod, ff. de iurisdictio. omn. iu dicum in quo Claudius facit magnum fundamentum, p̃ sua opinione, quia licet ibi verbum, si quis, declaretur per illum tex. comprehendere tam fœminam quam masculum contra uenientem, id merito procedit, quia pœna suos Authores tenet, quod etiam erit in crimine læsæ maiestatis.

Nam nemo dubitat quod in dicta, l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiesta. illud verbum, quisquis, non comprehendat etiam fęminam committentem crimen læsę maiestatis: sed in d. §. filii vero, disponitur, quod filii non ex suo, sed ex patris delicto puniãtur, ergo non est bona illatio quod idem sit in filiabus, in quibus est inducta alia dispositio diuersa, vt habetur in eadẽ l. quisquis. in §. ad filias sane.

Secundo respondetur, quod tex. in dicta, l. si quis id quod, cõtinet odium rationale, quia punit pariter & masculum & fœminam delinquentem, sed tex. in dicta l. quisquis, §. filii vero. punit filium, non ex suo sed ex paterno delicto, quod est irrationale, vt supra dictum fuit. cum igitur tex. in d. l. si quis id quod. contineat casum longe diuersum, ex eo ad casum nostrum, non erit bona illatio. l. Papinianus exuli. de minor. ff. Et dum subdit Claudius loco præallegato, quod eius opinio tenenda est in iudicando & consulendo, & quod temerarium esset aliter iudicare, cõstat ex præmissis secus fieri debere, ma-
17 xime quia (vt dixi.) Prima opin. communis est, † & a communi opinione regulariter in iudicando recedere non debemus, vt no. Docto. in capi. primo vbi Abba. colum. 3. versiculo, & vt habeas. de consti. & Bald. in l. prima, in fine. ff. de vulgari & pupillari substit. & in capi. primo in fin. de nat. succes. feudo. Alexand. in consilio vigesimoquinto num. 2. in 6. vol. Soc. ne pos. cons. 179. nu. 74. in 3. vo.

18 † Quinimo iudex, qui contra communem opinionem iudicat, censetur per imperitiam iudicasse, vt dixit Ale. in l. cum prolatis. & ibi Angel. ff. de re iudic. Ias. in l. fina. colum. penul. ff. qui satisda. cogan. & dixit Barto. in l. secunda, C. de pœn. in-
19 dic. qui mal. iudic. † quod iudicans contra communem dicitur facere litem suam. Cæterum si cupis videre quibus casib. masculinum concipiat fœmininum, vide per Archid. in capitu. si quis suadente. 17. quæst. 4. & ibidem per Egi. Bellamer. latissime Et per Doct. in d. l. si quis id quod, ff. de iurisd. om. iu. & per Do cto. in l. quicunque, C. de ser. fugi. & per Decium, in d. l. fœmi-nę, ff. de regu. iur.

SVMMARIVM.

1 *Filia damnati de crimine læsæ maiestatis an dotari debeat a fisco, in quẽ bona patris deuenerunt.*
2 *Ferdinandus Rex Neapolis Principis Rosani filias, qui contra eum cri men læsæ maiestatis commiserat, honorifice dotauit.*
3 *Filii imitatores patris esse censentur.*
4 *Fęminæ minus ausuræ iudicantur.*
5 *Fęminæ timidiores viris sunt, præterquam in actibus venereis.*
6 *Ratio cur mulieres sint audaciores viris in actibus venereis.*
7 *Filia quando simul cum patre machinata est contra principem vel eius statum, æque punitur.*
8 *Mulieres de Bocacijs Brixienses damnatæ fuere pro crimine Læsæ maiestatis.*

QVAESTIO XV.

1 QVintodecimo quæro. an filia dãnati de crimine lęsę maiestatis dotari debeat a fisco, in quẽ patris damnati bona deuenerunt? In hac quæstione Bald. in l. si patri, colum. 3. C. de dot. promissio. tenet quod sic. quem refert & sequitur Matth. de Afflict. in cap. 1. in §. prę terea si vasallus. iu versic. gloss. 3. numero 80. in ti. quæ fuit pri ma causa benefi. ami. & idem Matth. in ti. quę sint regal. in §.
2 & bona committentium, colum. 1. circa princip. † vbi tenẽdo hanc opinionem refert, quod tempore suo Ferdinandus Rex Neapolis hoc seruauit: Nam cum fuisset damnatus Princeps Rosani, qui notorię maiestatis crimen commiserat contra ip sum regem, illius bonis omnib. fisco delatis, idem rex eiusdẽ dãnati filias honorifice nuptui tradidit, easdẽ ex paternis bonis fisco additis dotando. Et sic ex hoc cõfirmatur conclusio de qua sup. q. prox. pręced. Quod filię rei criminis lęsæ maiest. non puniuntur eisdẽ pœnis, quib. masculi ex huiusmodi pa
3 tris delicto. † Et diuersitatis ratio est, qa filii imitatores patris esse censentur, & eius delicti hęredes, d. §. filii vero, l. quisquis.
4 C. ad leg. iul. maiest † fœminę vero minus ausurę iudicantur, cum maribus timidiores sint, vt no. Doct. in d. l. quisquis in §.
5 ad fęminas sane. vbi Cyn. in 6. not. † dicit, fœminas timidiores viris

Digitized by Google

viris esse, præter quam in actibus veneries, in quibus vir audaciores sunt. facit illud Ouidij li. 4. Metham.

Callida per tenebras versato Cardine Tysbe.
Egreditur, fallitque suos, adopertaque vultum.
Peruenit ad tumulum, dictaque sub arbore sedit.
Audacem faciebat amor.

6 †Rationem autem, cur mulieres audaciores sint viris in actibus veneries esse puto, quia (vt inquit Aristote. libro quarto. de animal.) fœminæ habent partes inferiores validores quam viri: viri vero partes superiores validores quam fœminæ. Ideo mulieres ad luxuriam proniores sunt.

Et quia tempore Aestiuo mulieres magis stimulantur ad venerem, quam tempore hyemali, puto eas audaciores in actibus venereis esse Aestate quam hyeme: secus in masculis quam mulieres venerem appetũt, teste Aristotele, libro quinto. de animal. 7 †Limita tamen supradictam conclusionẽ non procedere, quando filia simul cum patre machinata fuisset contra principem, vel eius statum, per tex. in dicta l. quisquis, C. ad leg. Iul. maiest.

Nam sub illo verbo, quisquis, comprehenditur tam masculus quam fœmina committens crimen læsæ maiestatis, ut no. ibi Docto. & habetur expressum in l. si quis id quod. ff. de iurisdicti. omnium iudicum multoties enim repertum est fœminas etiam in prædictum crimen incidisse.

8 †Et ego vidi condemnationem latam vsque de anno domini milesimo quadringentesimo duodecimo die trigesimo Iulij. per quendam Domi. Petrum de Ballano tunc potestatẽ Brixiæ, pro magnifico Domi. Pandulfo de malatestis, tunc Brixiæ & Bergomi Domini, contra quasdam mulieres de Bocca eijs pro crimine læsæ maiestatis, quæ insimul cum eorum viris rebellarant ab eodem Domino Pandulfo, & adhæserant Domino Fazino Cani Scaligero, qui tunc Veronæ Dominatum tenebat, fuere etenim dictæ mulieres ad pœnam capitis, & bonorum confiscatione condemnatæ.

SVMMARIVM.

1 *Hermaphroditus patre committente crimen lesæ maiestatis an puniatur sicut cæteri filii eiusdem.*
2 *Hermaphroditus incalescens magis in sexum femineum, quam virilem, non succedit in feudo, a quo fœminæ excluduntur.*
3 *Hermaphrodito cum baptizatur, quando sibi imponatur nomen maris vel fœminæ.*
4 *Hermaphroditus an possit esse testis.*
5 *Fœminæ in testamentis an possint esse testes.*
6 *Primus Hermaphroditus fuit Veneris, & Mercurii filius.*
7 *Androginæ sunt Populi in Aphrica vtriusque sexus.*
8 *Hermaphroditus pariter incalescens in vtroque sexu quomodo sit iudicãdus.*
9 *Hermaphroditus incalescens pariter in vtroque sexu ad ordines clericales promoueri non potest.*
10 *Reprobatur opinio Præpositi circa Hermaprditum.*
11 *Vna & eadem res non debet diuerso iure censeri.*
12 *Incertitudo actum vitiat.*
13 *Hermaphroditus partiter in utroque sexu incalescens, an ad successionem feudi admittatur.*
14 *Imperfectus non est omnino qui perfecto similis est.*
15 *Hermaphroditus quod incalescat magis in vno quam in alio sexu, quomodo cognoscatur.*
16 *Hermaphroditus qui vtriusque membri officio fungi potest, cogi potest alterum eligere quo vti velit. & ibi habes, quod equus Turchus in ciuitate Venetiarum visus est habens vtrunque sexum.*
17 *Hermaphroditus tenetur singulo anno confiteri peccata sua.*
18 *Hermaphroditus incidit in pœnam legis, si quis in tantam. Codice. vnde vi.*
19 *Statutum q̃ mulieres contrahere non possint sine consensu consanguineorũ an comprehendat hermaphroditum.*
20 *Matrimonium contractum cum Hermaphrodito an teneat.*
21 *In ciuitate Venetiarum Hermaphroditus quidam qui reputabatur puella nupsit: & matrimonium fuit dissolutum.*

QVAESTIO XVI.

Vidim' s. quæst. 14. & quæsto. 15. proximei ptẽcedentibus qualiter ex patris delicto in crimine læsæ maiestatis filius puniatur: & quod cum filiabus mitius agitur, & quod tex. in l. quisquis, in princ. C. ad legem Iuliam maiestatis comprehendit, tam fœminam quam masculum dictum crimen perpetrantem.

SExto decimo quæro,

1 †Quid dicendum erit de Hermaphrodito, an iudicandus sit secundum dispositionem, tex. & dict. l. quisquis, in §. filii vero. aut secundum dispositionem d. l. in §. ad fœminas tanc, & sic an uti filius vel vti filia illius qui crimen læsæ maiestatis commisit iudicandus sit? Pro intelligentia huius quæstionis distinguendum puto: quod aut Hermaphroditus incalescit magis in sexum virilem, aut magis in sexum fœmineum. Primo casu ut masculus iudicabitur, l. sed & quæsitum, & ibi Docto. maxime Alexand. ff. de liber. & posthum. Et eo casu vti filius masculus iudicabitur incurrisse pœnas, de quibus in di. §. filii vero patre committente crimen læsæ maiestatis.

Secundo vero casu, quando magis incalescit in fœmineum sexum, & tunc vt fœmina censendus est l. cum quæritur, ff. de stat. hom. & sic comprehendetur sub dispositione d. §. ad filias sane. † facit ad hoc, quia quando Hermaphroditus in-
2 calescit magis in sexum fœmineum quam virilem, (quo casu iudicatur vt fœmina,) non succedet in feudo, a quo regulariter fœminę excluduntur, ut voluit glo. in l. de quibus, in verbo quibus, ff. de legibus, per text. in dicta l. cum quęritur. secꝰ si magis in virilem sexum incalescat, vt voluit Bald. in capitu. primo. de alien. feu. pater. & idem in cap. si clientulus, colum. 4. de alien. feud. Docto. in lega 1. C. quæ sit longe consuetud. &
3 Bal. in lege fina. Cod. de suis & legi. †facit, quia cum baptizatꝰ Hermaphroditus, si eius sexus magis in virilem prævaleat, ei nomen masculi imponitur: si secus, fœminæ nomen ei imponendum est, ut per Bald. in l. quoties. Cod. de suis & legi. & Angel. in l. de quibus, ff. de legibus.

4 †Sed an Hermaphroditus poterit esse testis? Dicas hoc dependere a qualitate eius sexus, ut dicit tex. in cap. testes. §. Hermaphroditus, 4. quęstio. 3. & l. repetundarum, ff. de test. Nam si quæramus, an possit esse testis in testamento: videndum erit an magis in eo sexus masculinus quam fœmineus prȩualeat. Nam si prȩualeat sexus fœmineus non poterit esse testis in te-
5 stamento, † quia fœminæ in testamentis testes esse non possunt, §. testes. Institu. de testamen. & ita dixit gl. in dicto. §. Hermaphroditus, & ibi Docto. maxime Ioan. de Turre Cremat. idem voluit Specu. in titu. de instrumen. æditio. §. duodecimo. versicu. quid si unus ex testibus. In iudiciis vero admitteretur, vt dicit prȩallegat. glo. Si vero magis in sexum virilem incalesceret, tunc etiam in testamento testis esse poterit, ut dicunt Docto. ibi, quod ex illo tex. probatur, dum ibi dicitur, Hermaphroditus an ad testimoniũ admittatur, qualitas sexus incalescentis ostendit & ibidem Ioan. de Turre Crema. idem tenuit Hostien. in summa, in titu. de testibus. in versicu. quis possit esse testis, versicu. quid de Hermaphrodito. Vide Nell. in tract. suo de testi. numero quarto. & Stepha. Aufre. in simili tracta. numero quarantesimonono. & Iacob. Butri. similiter in tractatude testibus. numero septimo. & Ioannem Corasium Doctorem Tholosanum in lege conqueritur, † ubi di-
6 xit quod prius Hermaphroditus fuit Veneris Mercurij filius dictũ ab Hermes, quo nomine Mercurius a Græcis. nũcupabatur, & Aphrodite, quod est Vęnꝰ, & appellatur etiam Androginos, qui vir est, & fœmina, & ut testatur Plinius libro septimo. capitu. 3. † Androginæ sunt Populi in Aphrica vtriusque
7 sexus, inter se mutuis. vicibus coeuntes, quib. dextea Mamma
8 virilis est, leua muliebris. † Quid autem dicendum erit si in Hermaphrodito sit parilitas sexus, adeo ut non magis in uno quam in alio sexu incalescat Hug. quem referunt Docto. in d. §. Hermaphroditus. dicit se credere quod tunc de eo sit iudicãdum sicuti de fœmina, & ideo testificari non poterit, in casi-
9 bus in quibus fœminæ intestes non admittuntur, †& minus ĩ tali casu ad ordines clericales promoueri posset, ut uoluit Io. de Turre Cremat. qui refert etiam Guilielm. ita tenuisse, & Pręposit. in dicto §. Hermaphroditus, rationem adducens, qa vbi in Hermaphrodito paritas sexus reperitur, ordinari non debet. quia tutior via tenenda est, cap. Iuuenis, de spon. sed circa testimonium ferendum, dicit esse dubitabile, quia edictũ de testib. est prohibitorium certarũ personarum, & qui non reperitur prohibitus, testificari posse videtur, l. 1. & l. 3. in prin. ff. de testibus. subdens quod Hermaphroditus. solum reperitur prohibitus, quando magis in fœmineum sexum incalescit, vbi fœminę a testimonio arcentur, ergo in casu dubio testifi-
10 cari non erit prohibitus, †& in ista opinione residet idem Prępositi. quæ salua tanti viri reuerentia, mihi non placet. Nam in Hermaphrodito iure statutum est, q̃ ad hoc ut sciamus an testis esse possit necne, qualitas sexus incalescentis spectãda est, ut dicit expresse text. in dicto capitu. si testes, in prædallegato. §. Hermaphroditus, ergo eo non apparente testificari non poterit. Secũdo reprobatur dicta doctrina Præpositi ex alio, quia ipse d. §. Hermaphroditus, concedit, quod non apparente in quo sexu magis prævaleat, ordinari nõ poterit, quod nulla alia ratione esse potest, nisi quia potius fœmina quam mas iudicetur, cum fœminæ ordinari non possint, ut supra dictũ fuit. Ergo pariter in testimonio ferendo, ubi in teste requi-
11 ritur qualitas masculina, admitti non debet, †quia vna et ea-

dem

Digitized by Google

dem res non debet diuerso iure censeri. l. cum qui ædes, ff. de vsucap. facit, quia vbi actus est ī incerto non est satisfactum legi requirenti certam qualitatem, puta masculininatis, vt in l. repetundarū, ff. de testi. & in d. c. si testes, §. Hermaphroditus, 4.
12 quæst. 3. †videmus enim quod incertitudo actum vitiat. l. duo sunt Titij. ff. de testam. tutel. præterea si teneremus opinionem Præpositi, esset destruere dictum Hugo. quem refert & sequitur idem Præposit. in dicto §. Hermaphroditus. qui voluit, quod in paritate sexus Hermaphroditus iudicetur vt fęmina. Nec obstat fundamentum Præpositi, dum dicit, quod edictū de testibus est prohibitorium certarum personarum, l. prima. & l. 3. ff. de testib. & qui nō reperitur prohibitus testificari potest: quia respondeo, quod in casu nostro decisum est in iure, qualitatem sexus magis incalescentis in Hermaphrodito spectandam, vt sciamus, an in negocio de quo agitur testis esse possit, vt in l. repetnudarum. & in dicto §. Hermaphroditus.
13 † Quid autem dicendum erit quo ad feudi successionem, an Hermaphroditus æqualiter in vtroque sexu incalescēs ad illam admittatur? Ange. in l. de quibus, mouet hanc quæstionem in secun. columna. versicu. sequitur. in glo. idem erit. Et ibi decidit, quod si talis peteret se ad feudum admitti tanquā masculus. & exciperetur contra eum quod esset fœmina, tūc cum probationes essent æquales, succumberet agens. argum. tex. in l. si vero. §. qui pro rei qualitate. ff. qui satisda. cogantur, Bald. vero in l. quoties, columna secun. versi. Sed contrarium dicebatur. C. de suis & legitim. dicit se consuluisse, quod si visis pudendis, quæ sunt vilissima pars corporis nostri, non appareret maior incalescentia in vno sexu quam in alio, si tamen ex aliis operibus virtutis videlicet quod agilitate corporis in eo virilitas præponderaret, quod tali casu in feudo succe-
14 deret, quia non est omnino imperfectus qui similis est perfecto, quia imperfectio tali casu est occulta, quia tegitur, perfectio autem est euidens & manifesta, & ideo dicit hanc eligen-
15 dam. †Sed quæro quomodo cognosci possit, qđ Hermaphroditus magis in vno quam in alio sexu incalescat? Præposit in c. testes, §. Hermaphroditus, 4. quæst. 3. refert Hug. dicere, quod hoc cognoscitur per aspectum corporis vel cōuersationem, vel si barbam habet, & semper velit & virilia pertractare & exercere, non autem fœminea, ac semper cum viris vult esse & conuersari, non autem cum fœminis. dicit enim ex hoc significari quod in virilem sexum magis incalescat, & si vero barba careat, & semper velit esse cum fœminis, opera fœminea exercere, & eo casu iudicari posset fœmineum sexum in eo præualere. Idem dixit ibidem Ioan. de Tur re Cremat. & ibidem dicit Præpos. quod ad huiusmodi propositum multum facit inspectio genitalium. Dicas tamen, q̄ si ex inspectione genitalium non appareret, quod magis in vno quam in alio sexu præualeret, sed ex corporis agilitate & aliis virtutibus virilibus, & operibus virilitas constaret, ut masculus iudicaretur, vt dixit Bald in prę alleg. l. quoties, columna penult. versicu. sed contrarium dicebatur, C. de suis & legiti-
16 hæred. †Quid si Hermaphroditus vtriusque membri offic. fungi possit, quod vtrique quandoque accidisse inuentum est? Et Host. in summa in titu. de teste, in versic. quid de Hermaphrodito. Testatur, quod in sua villa Scrusix Hermaphroditus inuentus est, qui & fœminei & virilis sexus officio utebatur. Dixit Ho'tien. ibidem, quod cogi potest eligere quo uti velit, & iureiurando astringentur de cœteroac altero non vtendū: cum duplici officio, & maxime tam diuerso fungi nō debeat. argum. 16. q. 1. c. presbyteros & argum. tex. in c. diuersis, de cleric. coniugat. & l. si plures, ff. de pact. quod suo tempore fecisse dicit Episcopum Taurinensem eius Diocesanum. Et ego vidi in Ciuitate Venetiarum hoc anno 1551. de mense Ianuarij equum vnum Turchum habentem vtrunque sexum, & carē tem testiculis: sed sexus fœmineus in eo erat admodum patuus ac inutilis, emittebat enim vrinam ex membro, quod etiā
17 erat satis paruulum, non ex signo fœmineo, †Cœterum Hermaphroditus tenetur singulo anno confiteri peccata sua, ut masculus & fœmina: Ita dixit Anton. de Butri. in cap. omnis vtriusque sexus. de pœnit. & remissio. & ibidem Iaco. Zochus,
18 Ferrariensis. †Item Hermaphroditus incidit in pœnam l. si qs in tantam. C. vnde vi. secundum Barto. & Bald. in d. l. si quis in
19 tantam. †Quid dicendum stante statutorquod mulier contrahere non possit sine consensu consanguineorum, an in eo comprehendetur Hermaphroditus? Bal. in lege omnes populi. columna 9. versi. quid si statutum dicat. ff. de iusti. & iure & dixit, quod non: quia Hermaphroditus est homo mistus, nō autem proprie mulier. idem tenuit Petr. de Anchara in repet. cap. canonum statuta. in versic. venio ad quartum membrū. de constitu. de quo vide solennem Doctorem Præceptorem meum Domi. Guliel. Pontanum Perusinum in l. stipulationū. colum. 8. circa fi versicu. quod firmat Bal. ff. de verborum obli-
20 gatio. †Ex prædictis deciditur quęstio, vtrum matrimonium contractum cum aliqua tanquam muliere, quæ tamen vtrūque sexum habebat, tenuerit: Nam si sexus masculinus prævaleat, vtiq; matrimonium erit inualidum, si uero in ea fęminus sexus validor esset, vtique matrimonium tenebit. † Et
21 casus accidit am multis annis in hac alma Ciuitate Venetiarum, quod quędam nobilis puella, (ita enim reputabatur) nupsit cuidam nobili, a quo transducta, & viro ut secum tanq̄ cum eius uxore matrimonium consummaret requisita, inuenta est magis in vtilem quam in fœmineum sexum incalescere, quo circa re in iudicium coram Reuerendiss. Patriarcha loci ordinario deducta matrimonium inter eos contractum inualidum existere pronunciatum extitit, de quo perbelle alludens Christophorus Pierius Gigas Patruus meus egregius poeta sic scripsit.

Sanguine Patritio Puer est, & nata Puella.
Credita femella est: mas fuit ille simul.
In dubio est sexu, maris at plus parte cal-scit.
Pro Pudor. Vt mulier nupsit Adulter erat.

SVMMARIVM.

1 *Mater committens in principem sicut pater, incidit in crimen læsæ maiestatis.*
2 *Lex exhorbitans aliquando loquens in matre ad patrem extenditur identitate rationis.*
3 *Filii matre committente crimen læsæ maiestatis in principem, an incidant in pœnam l. quisquis, C. ad leg. Iu. maie.*
4 *Filius non dicitur vna persona cum matre, sicuti cum patre.*
5 *Mater committens crimen læsæ maiestatis punitur eisdem pœnis, quibus pater tale delictum committens.*
6 *Secus quo ad filios.*
7 *Quando aliquis punitur a iure, vel ab homine usque ad certam generationem descendentes ex linea masculina tantum comprehenduntur.*
8 *Priuilegia concessa masculis & eorum posteris, ad fœminas non extēdun tur.*
9 *Posteri plus in delicto patris quam matris puniuntur.*
10 *Statuta loquentia in patre non extenduntur ad matrem.*
11 *Marius non punitur vxore committente crimen læsæ maiestatis.*
12 *Filii a femine viri procedunt, non matris.*
13 *Filius patri non matri assimilatur.*
14 *Filius generationem a patre non a matre consequitur.*
15 *Masculus potest generare in alio fœmina uero, est quæ generat ab alio.*
16 *In generatione an requiratur concursus paterni & materni seminis.*
17 *Filius cum patre una & eadem caro reputatur.*
18 *Crimen læsæ maiestatis, & crimen hæresis æquiparantur.*
19 *Argumentum de crimine læsæ maiestatis, ad crimen hæresis validum est. Non econtra.*
20 *Maiestatem diuinam offendere plus est, quam offendere terrenam.*
21 *Æquiparatio criminis læsæ maiestatis, & hæresis, quo casu procedat.*

QVAESTIO XVII.

DEcimo septimo quero; Vidimus hucusque quomodo ex delicto læsæ maiestatis per patrem commisso filii puniātur iuxta terminos l. quisquis. C. ad legem Iuliam maiesta. verum quia etiam mater committens dictum crimen, incidit in pœnam illius legis, quam non est dubium a dicta lege comprehendi, ut dixit Ange. in tracta. malefi. in verb. *che hai tradito la tua patria.* in versicu. & aduertendum est, vbi refert, quod licet inusitatum videatur, quod mulier huiusmodi crimen committat, tamen quod ipse semel de facto uidit Bononiæ. Idem tenuit Ange. in §. interdum. Institu. de hęred. quæ ab intestato de
1 ferunt. †vbi dixit, quod glo. in d. l. quisquis, in §. ad filias sanc, in verbo non ausuras, quæ dicit, quod mater incidit in crimē læsæ maiestatis, si in principem committat, vt est dictum de patre in eadem l. quisquis, in princip. est communiter appro-
2 bata, †nec hoc est mirandum, quia aliquando lex exorbitans
1 loquens in matre ex identitate rationis ad patrem extēditur,
3 ut not. per glo. in l. fœminæ. Cod. de secund. nup. † An autem commisso crimine læsæ maiestatis in principem per matrem filii puniantur, sicut i puniuntur quando pater huiusmodi crimen commisit? In ista quæstione Alberic. in dicta l. quisquis. colum. penul. dixit, quod non, †quia filius non dicitur vna per-
4 sona cum matre sicuti cū patre. Et qa ille tex. hoc nō dicit: ergo extendi non debet. l. interpretatione. ff. de pœn. hoc tenuit Odrofred. ibi in versic. sed quæro quid erit si mater. vbi dixit, quod Azo contrarium tenuit, quamuis pro sua opinione non alleget aliquam legem. & quod dicta l. quisquis loquitur tantum de patre, & nil de matre dicit: unde cum sit pœnalis & odiosa, vt colligitur. argumen. ff. de liber. & posthum l. cum quidam.

Digitized by Google

5 quidam.extendi non debet.†Oldrad.vero in hac quæſtione vt refert Alberic.in d.l.quiſquis.diſtinguebat, quod aut loqmur de pœnis, quibus puniuntur committentes dictum crimen, quæ ipſius committentis perſonam concernunt. Et eo caſu idem ſit in matre tale delictum committente quod eſt in patre,videlicet quod capite puniatur,& eius bona fiſco applicẽ tur,& iſto modo procedat glo.in dicta l.quiſquis, ſupra allegata.

6 Quo vero ad pœnas quæ alios tangunt, vt puta quod filii bonis maternis ſicuti paternis,quando pater delinquit, punia tur,vel quantum, ad id quod ſint incapaces ſucceſſionum aliorum,quod hoc caſu d.l.quiſquis.locum non habeat.Et ita etiam tenuit Hoſtien.in c.vergentis,de hære.& rationem ad-
7 ducit,† nam quoties ab homine, vel a iure puniuntur aliqui vſque ad certam generationem,ſolum illi qui deſcendunt ex linea maſculina puniuntur, non autem ex linea fœminina, niſi aliud a lege vel ab homine exprimatur, ca.vbicunque,de
8 pœn.in 6. † ſicuti & priuilegia conceſſa maſculis eorumque poſteris,non ad fœminasſed ſolum ad maſculos extendũtur, l.§.j.ff.de iure immu.ergo pœnæ ad eas multomagis non ſunt trahendę,vt no.in c.ſtatutum,de hæret. in 6.ĩ & iſta deciſione reſidet Alberic.in d.l.quiſquis,columna 1.† facit pro iſta opi-
9 nione,quia poſteri plus in delicto patris quam matris puniun tur:& eſt ratio,quia maior eſt dignitas in ſexu virili.l.j.ff.de ſe nator.& not.Ioan.Monach.in cap.ſtatutum, in princi. de hæret.in 6.

Contrarium vero partem,quod immo & filii matre committente crimen læſæ maieſtatis puniãtur eiſdem pœnis,ſicuti quando pater dictum crimen admiſit,tenuit glo.in d. l.quiſ quis.in §.ad fœminas ſane,in verb.minus auſuras, quam glo. ſequitur Petr.vt refert vbi Cyn.columna 1.circa medium. In verſicu.circa legem iſtam,vbi dicit,quod ratio qua Petrus mo tus,illa eſt,quia eadem ratio eſt in matre quæ in patre, & vbi eadem eſt ratio,ibidem idem ius eſſe debet.l.a Titio.ff.de verborum obligatio.Et in iſta opinione videtur etiam Cy.reſide re.pro qua eſt glo.in cap.ſtatutum.el ſecon.de hæret.in 6.ĩ ver bo inane,quæ tamen ad hoc nil allegat,ſed tantummodo re fert glo.in d.l.quiſquis,Sal.tamen in d.l.quiſquis, in §.filii vero,columna prima.verſicu.adhuc quæro,relata opinione Petri & Cyni dicit eorum opinionem ſibi non videri tutam, cũ materia ſit pœnalis & odioſa.† Ideo ſtatuta in patre non ſunt ad matrem extendenda,argum.eorum quę not.in l.ſecun.C. de patr.qui fil.diſtraxerunt,& argumen.eorum quæ notantur
11 in l.raptores,C.de epiſc.& cleric. & in §. item miſta. Inſti. de actio.†& rationem adducit: quia ſi vxor committit crimen
12 læsæ maieſtatis, maritus & ſic pater filiorum non punitur. Ergo nec filii,qui a ſemine viri procedunt, non matris,vt l.le-
13 ge duodecim tabularum,§.1.C.de ſuis, & leg.hære.& in hac opinione reſidet Sal. cuius opinionem tanquam æquiorem amplector.†pro qua facit,quia filius patri non matri aſſimila tur,iuxt a illud,Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri.& hinc eſt,q in crimine læſæ maieſtatis filius patris criminis hæres eſſe cẽſetur,vt dixit tex.in dicta l.quiſquis,§.filii vero.†Item facit,qa
14 filius generationem a patre non a matre,conſequitur: Nam principium motus in generatione pater eſt. Mater vero eſt ſicut materia,vt dixit Ariſtote.libro decimoquarto. de animal. hinc eſt,quod fœmina non generat per ſe,quia indiget principio motus,quod eſt mas:vt idem Ariſtotel.teſtatur eo libr.
15 etiam dixit,†quod mas eſt illud quod poteſt generare ĩ alio: Fœmina vero eſt quæ generat ab alio:merito ergo patris non matris naturam filius ſequi præſumitur.
16 An autem in generatione requiratur concurſus paterni & materni ſeminis,vel ſufficiat ſolum emiſſio ſeminis patris receptum a matre? vide quæ late circa hoc ſcribit Nicolaus Boerius alios referens deciſio.251. numero 7. & numero 8.in 2.parte.

Et hinc eſt,quod filius dicitur eſſe portio paterni corporis, l.cum ſcimus,C.de agrico.& cenſi.libro vndecimo.& cum pa tre (ut dictum fuit) vna eadem perſona, l.ſina. C. de impube.& ali.ſubſtitut.†quinimmo filius cum patre vna & eadem caro reputatur,vbi habetur 35.quæſtio.6.c.hæc authoritas. Et pro iſta opinione,quod filii non puniantur matre in principem crimen læſæ maieſtatis committente,facit etiam, quod not.Docto. in dicto cap.ſtatutum,el 2.de hęret.in 6.vbi Phili. Franc.& Pet.de Anchara. dicunt quod maior eſt infectio in patre quam in matre.
18 †Nec obſtat,ſi quis dixerit,quod cum crimen læſæ maieſtatis & crimen hæreſis æquiparantur, per tex.in l.Manicheos, C.de hæret.& cap.vergentis, eodem titu. & ibi gloſſ.in verbo exhæredatio. Ergo diſpoſitum in vno debet in alio locum habere:cum de crimine hæreſis ad crimen læſæ maieſtatis arguatur.glo.id l.Mancheos,in verbo debet.& no. in Authenti. Gazaros.C.de hæret. vbi Cyn. & Sal. ſed in hæreſim ſi mater incidat,eius filii puniuntur,vt habetur in d.c.ſtatutum.de hæret.in 6.& ibi glo.in verbo. Inane: Ergo idem erit in crimine
19 læſæ maieſtatis.†Reſpondeo ad huiuſumodi obiectum,dicas, quod de crimine læſæ maieſtatis ad crimen hæreſis validum eſt argumen.ſed non econtra. Si enim in crimine læsæ maieſtatis aliquid eſt permiſſum, multo magis id erit in crimine hęreſis,dicta l.Manicheos,& in pręallegata Authẽ. Gazaros, C.de hæreti.& in dicto cap.vergentis,in fi.Non tamen omnia quæ in crimine hæreſis admittuntur locum habent in crimine læſæ maieſtatis,ita uoluit Ioannes Igneus in repeti.l.neceſ ſarios,§.non alias,numero 6.& 45.ff.ad Sylle.ratio prędictę di uerſitatis eſſe poteſt:quia per hæreſim offenditur diuina Maieſtas:per crimen læſæ mai eſtatis offenditur maieſtas terrena.
20 †plus autem eſt diuinam quam terrenam offendere maieſtatem,l.hi qui ſanctam.C.de hære.cap. vbicunque. de pœnis.
21 †Quinimmo æquiparatio prędicta de crimine hęreſis, ad crimen læſę maieſtatis habet locum in his quæ in iure expreſſa ſunt,ut uoluit Prępoſi.in c.penu.§.porro.6.q.1 ſed iure cautũ reperitur,q in crimine læſæ maieſtatis filii puniantur ex delicto matris:Ergo in hoc non procedet equiparatio inter hęreſim,& crimen lęſę maieſtatis,per prędicta.

SVMMARIVM.

1 *Crimen lęſæ maieſtatis commiſſum per maritum, an noceat eius vxori.*
2 *Vxor pro marito pati non debet.*
3 *Vxor marito committẽte crimen læſæ maieſtatis,quo tempore dotes ſuas repetat.*
4 *Exilium paupertatem inducit.*
5 *Vxor etiam bonis mariti non publicatis dotem ſuam repetere poterit.*
6 *Vxor repetit ſuam dotem a fiſco,a quo bona mariti ſunt occupata.*

QVAESTIO XVIII.

1 DEcimo octauo quæro. Si maritus crimen lęſę maieſtatis in principem commiſerit, an ex hoc aliquod nocumentum ſequatur eius vxori? Dicas quod non:per tex.in l.quiſquis,§.vxores ſane. C. ad legem Iuliam maieſt.ubi tex.dicit,quod uxores committẽtium crimen lęſę maieſtati, recuperãt ſuas dotes.†Non enim
2 vxor pro marito pati debet. l. ob maritorum. C. ne vxor pro marit.& habetur in toto illo titu.Nec ex mariti delicti conditio vxoris in ſuis bonis fit deterior. l.i. C.ad legem Iuliam de vi publi.& l.1.C.de priuil.fiſc.& ita.tenuit etiam Anto.de Bu.
3 conſilio 61.ſtricte non reputo.numero †. † Sed videndum eſt quo tempore vxor dotes ſuas repetere poterit? & dicendum eſt,quod ſi mulier nõ eſt ĩculpa,ſtatim viro bannito illas pete
4 re poterit.†Exilium enim paupertatem inducit.glo.no.in Authen.de exhib.& intromit.reis,in princ.idem dixit Ioan. And. in titu.de donat.§.fina.ſuper verſicu.quid ſi vir eſt in banno.ĩ addi.Specu.Et ita tenet Alexand.in l.n cum dotem, §. ſi maritus,verſicu.Ex his infert Imo.fff.olu.matrimo.Ange.in l.cum acutiſſimi.§.illud.C.de pręſcript. 30. annorum.& Roman.in
5 conſilio 187.†Quinimmo etiam bonis mariti banniti nõ publicatis vxor dotem ſuam repetere poterit,ut voluit Barto.in d.l.ſi conſtante.in verſicu.quinto quęro, pone quod maritus.
6 † Et ſi bona mariti eſſent a fiſco occupata, mulier dotem ſuã a fiſco repetere poterit,ut in l.1.& ibi not.C. de repu.ita dixit etiam Baptiſta de ſancto Blaſio,in ſuo tract.de priuil.dot.Cẽturia 2.in verſicu.centeſimo trigeſimo. numero 46. & habetur per Campeg.in tractatu ſuo de pote.in 3.parte. quęſtio.vigeſimatertia.incipiente,ſi maritus ſit bannitus.

SVMMARIVM.

1 *Vxor ſequens maritum reum criminis læſæ maieſtatis,an incurrat aliquã pœnam.*
2 *Vxor non tenetur capere, vel denunciare regi maritum ſuum rebellem,ut capiatur.*
3 *Vxor dans opem marito contra regem punitur.*
4 *Opem ferre dicitur,qui aliquem adiuuat ad peccandum.*
5 *Vxor an teneatur ſequi maritum bannitum.*
6 *Maritus & vxor dicuntur ſocii diuinæ & humanæ Domus.*

QVAE.

Digitized by Google

QVAESTIO XIX.

1 DEcimonono quæro, Si vxor maritum p̃ crimine læſę maieſtatis bannitum ſequatur, an incurrat in aliquam pœnam? Dicas quod non: quia propter mariti rebellionem non ſeparatur matrimonium. Scriptum eſt enim Matthæi cap. 19. & erunt duo in carne vna idem Geneſ. cap. 2. Pauli ad Epheſ. ca. 5. & ad hoc Corinth. cap. 6. Mar. cap. 10. Hoc tamen procedit, dummodo ipſa vxor contra principem aliquid machinata non fuerit: vt habetur per Andr. de Iſer. in cap. 1. §. ſi quis hominem. de pace tenend. & in cap. 1. §. porro, quæ ſit prima cauſa benefic. amittend. & idem voluit Matth. de Afflict. in conſti. regni. libro 2. de vxor.
2 foriudicat. numero 4. †Hinc eſt vt dicit ibi idem Matth. quod vxor non tenetur capere, vel denunciare regi maritum ſuum rebellem vt capiatur: de quo habetur in Authen. vt nul. iudi. §. ſi vero contra imperium Arctiſſima enim coniunctio, quæ eſt inter virum & vxorem, illam a tali denuncia excuſat: Et ità iudicatum fuiſſe teſtatur ipſe Matthæ. loco præallegato.
3 ††Secus tamen eſſe dicit, quando debet opem marito contra regem, vt puta ſi venderet ſua iocalia, vt maritum rebellantẽ
4 contra regem iuuaret. †opem enim fere dicitur qui aliquem adiuuat ad peccandum. 14. quæſt. 6. cap. ſi res, l. qui opem. C. de furt. Et quod vxor non teneatur denunciare maritum rebellem, tenuit etiam idem Matth. in conſt. regni. libro primo. in
5 titu. ne fil. pro pat. numero 7. †Sed an vxor teneatur ſequi maritum bannitum, habetur per Barto. in l. Mæuia. §. fina. ff. de annu. legat. per Alexan. & alios, in l. ſi cum dotem. §. maritus, ff. ſolu. matrimo. & in cap. 1. de coniug. leproſ. per Doctor. in quibus locis concludunt, quod vxor tenetur ſequi maritum
6 bannitum. †dicũtur enim maritus & vxor ſocij diuinæ & humanæ domus, l. aduerſus. C. de crim. expil. hęre. Quid enim tã humanum eſt quam vt fortuitis caſibus mulieris martos, aut vxorem viri participem eſſe, vt dicit tex. in dicta l. ſi cum dotem. §. ſi maritus. ff. ſolu. matrimonio. & habetur per Ioan. Boſche. in tracta. ſuo de iniuſt. nup. libro 2. verſicu. quantum ad exilium. numero 8. & per Claud. de Seyſel. in l. ſi conſtante. in 8. columna. ff. ſolu. matrimo.

SVMMARIVM.

1 *Receptans malefactorem punitur eadem pœna, qua puniendus eſſet malefactor.*
2 *An vxor acceptans virum bannitum pro crimine læſæ maieſt. teneatur pœna receptatorum.*
3 *Vxor de infortunio mariti participare debet.*

QVAESTIO XX.

1 VIgeſimo quæro, Cautum eſt iure noſtro, quod receptans malefactorem puniatur eadem pœna qua malefactor puniendus eſſet. l. 1. C. de his qui latro. & l. 1. ff. de recep. vbi tex. dicit peſſimum genus eſt receptatorum, ſi-
2 ne quibus latere nemo diu poteſt. †Quid dicendum de vxore receptante virum bannitum, maxime pro crimine læſę maieſtatis? Dicas, quod tali caſu pœna receptatorum non tenebitur vxor, ita tenuit Alberi. in tracta. ſuo ſtatut. in 4. par. quæſt. 7. vbi dicit ita fuiſſe Parmæ iudicatum, per tex. in l. 1. C. de repud. ibi, non mutet vxor affectum, præſertim quia †vxor de
3 infortunio mariti participare dẽt, l. ſi cum dotem. §. maritus, ff. ſolu. matrimo. idem tenuit Ange. in tract. ſuo malefi. in verbo maleficio ſemper aſtitit. numero vigeſimoquinto. & ibidem Auguſt. de Arimin. in ſua additio.

SVMMARIVM.

1 *Vxor an teneatur alere uirum bannitum pro crimine læſæ maieſtatis, vel pro alio delicto.*
2 *Vxor tenetur alere virum ſuum extra territorium.*
3 *Si fructus dotis ſufficerent ad alimenta vtrimque, Alias ſecus.*
4 *Vxor an cogetur alimenta præſtare viro ſuo bannito, ex bonis parafernalibus quæ ipſa habet.*
5 *Vxor an cogetur alimenta præſtare ex bonis parafernalibus viro ſuo, qui eſſet Hoſtis Ciuitatis? Et de veritate iſtius concluſionis vide numero 7.*
6 *Iuri particulari bonum publicum præfertur.*
7 *Obligatio vxoris erga maritum & econuerſo eſt de iure diuino.*

QVAESTIO XXI.

1 VIgeſimo primo quæro. An vxor virum bannitum pro crimine læſæ maieſtatis, vel alio delicto alere, teneatur? Specu. in titu. de donat. inter virum & vxorem. §. fina. verſicu. Sed quid ſi vir eſt in bãno. dixit, quod vxor quæ ſuam exegit dotem iuxta formam l. vbi adhuc. C. de iur. dotium, tenetur alere virum ſuum bannitum ſiue excommunicatum de dotis ſuę fructibus. idem voluit Auguſt. de Arim. in ſua addit. ad tracta. Ange. de malefic. in verbo. Et dicto maleficio ſemper aſtitit. in vlti. add. in verſi.
2 ſed tu vide Speculatorem, † ubi dixit vxorem teneri alere virum ſuum extra territorium. & Specu. ſequitur Bart. in l. ſi cõſtante. in ver. Quinto quęro. Pone quod maritus, ff. ſolut. matrimo. vbi dixit dictum Specu. eſſe menti tenendum: pro quo facere dicit tex. in l. mutus, §. manente. ff. de iure dotium, & tex. in Authen. de inceſt. nup. in §. ſi vero contigerit, columna ſecunda.
3 † Hanc tamen concluſionem procedere dicas, ſi fructus dotis ſufficerent ad alimenta vtriuſque, alias ſecus, vt dixit Ioan. Franc. Ripa in d. l. ſi conſtante in princip. colum. x. verſi. Quarto dum Barto. ff. ſolut. matrim. Sed pone, † fructus dotis
4 non ſufficiunt, mulier tamẽ eſt dives habẽs bona paraphernalia, an ex talibus bonjs cogetur viro alimenta præſtare? circa hoc glo. in l. ſi ſtipulata. in fi. ff. de dona. inter uirum & vxorem, tenuit quod non: ſed communiter reprobatur a Doctoribus. Contrarium enim tenuerunt Barto. Ange. & Alex. in l. ſi cum dotem. §. ſin autem in ſæuiſſimo, ff. ſolut. matrimo. & Specu. in tit. qui fil. ſint leg. §. 1. verſic. quid ſi mulier dives. Et hanc opinionem humanam eſſe tenendam atteſtatur ſolennis Doctor Dominus & præceptor meus Ioan. Crot. in repet. d. l. ſi conſtante, columna decimaſexta. in verſicu. tertia ſit concluſio, num. quaranteſimooctauo. licet ingenii exercen
5 di gratia contra ipſam arguat. † Prædictam tamen concluſionem limita non procedere, quando maritus eſſet hoſtis ciuitatis, vt dicitur de bannito, qui ex forma ſtatuti impune occidi poſſet. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capit. dimin. Ita prædictam concluſionem limitat Bald. Nouel. in dicta l. ſi conſtãte. † mouetur ex eo, quia iuri particulari bonum publicum præfertur. l. veluti. arguendo ab ordine literæ, ff. de iuſt. & iure,
7 l. 1. §. ſi eadem. ff. de ventr. in poſſ. mitten. † prædicta limitatio non videtur vera, nam uidemus quod propter inſolubilem obligationem, quam habet vxor erga virum ſuum, uxor nõ tenetur denuciare marituu reum criminis læſę maieſtatis, de quo late dixi ſupra in rubri. qui accuſa. poſſ. in crim. læſæ maieſta. q. 15. Idem vxor virum bannitum etiam pro crimine læſæ maieſtatis ſequi tenetur, ut dixi ſupra quæſtio. 19. proxima pręceden. Et ad idem faciunt dicta ſupra quæſtio. 20. proxima præcedente, vbi dixit, quod vxor receptans virum & bãnitum etiam pro crimi. læſę maieſtatis non punitur. † Quin-
8 immo obligatio vxoris erga maritum, & econuerſo eſt de iure diuino. Scriptum eſt enim in euangelio, & erunt duo in carne vna. Matth. cap. 19. & Marci. cap. 10. ac Geneſ. c. 2.

SVMMARIVM.

1 *Filio committente crimen læſæ maieſtatis, an pater ex eius delicto aliquã pœnam incurrat.*
2 *Pater non portabit iniquitatem filii.*
3 *Diſpoſitio l. quisquis. in §. filii uero. C. ad le. Iu. maieſt. continet odium irrationale. Ideo extendi non debet.*
4 *Interpretatio ſtricta fieri debet in materia criminis læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO XXII.

VIgeſimo ſecundo quæro, Vidimus ſupra qualiter filij filiæue committentis crimen læſę maieſtatis in principem puniantur iuxta terminos l. quiſquis, C. ad legem Iuliam maieſt. † modo
1 videndum eſt, an econuerſo filio committente crimen læſæ maieſtatis pater ex eius delicto aliquam pœnam incurrat? Sal. in l. quiſquis, in §. filii vero. in verſic. ad dictum vero ſacræ
2 ſcripturæ. dicit, quod non, † quia ſcriptum eſt in ſacris literis, quod pater non probabit iniquitatem filij. Item adducit aliã rationem, quia in patre ceſſat ratio ſucceſſionis ſanguinis improbati. facit, quia vbi ceſſat ratio diſpoſitionis, ceſſat & ipſa diſpoſitio, c. cum ceſſante, de appellat. Tertiam adducit rationem, quia pœnæ ſunt molliendæ. l. interpretatione, ff. de pœn.
3 Addo quartam rationem, quia diſpoſitio d. l. quiſquis, in præalleg.

Digitized by Google

alleg.§.filij vero continet odium irrationale: quia ibi filius ex facto patris punitur.ita dicunt ibi Doct.ideo extra suos termi nos extendi non debet.Hinc est,q̃ dispositio d. §.filij vero nõ extenditur ad filias,de quo late dixi supra q.14. proxima præcedenti sub hac eadem rubri. & hanc opinionem tenuit etiã Odofred.in d.l.quisquis,in versi.*Or Signori.* idem tenuit Dec.in consi.410.causa mota Mediolani,col.3.nu.16.in 3.vol.† Stri-
4 cta enim interpretatio fieri debet in materia criminis læsæ maiestatis,vt etiam dicit idem Deci.in d.consi.410.colum.16. versicu.Et vlterius.numero 15.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio l.quisquis. præsertim in §.filii uero.C.ad leg.Iul.maiest.& an locum habeat in omnibus capitulis criminis læsæ maiestatis.*
2 *Dispositio d.l.cõtinet nouam dispositionem contra offendentem principem, & eos qui sibi assistunt.*
3 *Pœna d.l.respectu filiorum,de consuetudine non seruatur.*
4 *Crimen læsæ maiestatis proprie committi dicitur quando contra personã principis,& astantium ad eius latus,& qui sui corporis pars dicũtur, committitur improprie vero, cæteris aliis casibus.*
5 *Si quis commiserit crimen læsæ maiestatis contra ciuitatem nõ recognoscẽtem superiorem,eius filii non incidunt in pœnas de quibus in di. l.quisquis.§. filii vero.*
6 *Secus tenet Saly.*
7 *Concordia opinionum per Authorem,in supradicto articulo.*
8 *De principe superiorem non recognoscente idem iudicatur, quod de supremo principe.*
9 *Quam opinionem tenet Author,in supradicto articulo.*
10 *Author vidit Venetijs seruatum,q̃ damnato quodam nobili de crimine læsæ maiestatis,eius filii tantum nobilitate priuati fuere,sed non propterea redditi incapaces successionum aliorum.*
11 *Ciuitas Venetiarum superiorem non recognoscit, & ideo Domini Veneti quod agunt in sua Ciuitate,iure suo agunt.*
12 *Domini Veneti cur Imperatoris legibus non vtantur.*
13 *Vera ratio assignatur per Authorem.*
14 *Nec est reprehensibile eorum institutum, immo laudabile.*
15 *Melius est iusto principe regi,qui secũdum æquitatem causas iudicet, quã iusta leges.*
16 *In Gallia solennitates iuris,& subtilitates etiam in curiis secularibus non seruantur.Et actiones contrariæ in Gallia cumulantur. Et laici legib. imperialibus non vtuntur.*
17 *Parisijs., & in locis circumuicinis ius ciuile non legitur,& Consuetudines feudales in tota Gallia non fuerunt receptæ,& Galli Romanis legibus non vtuntur,nisi inquantum ratione nituntur.*
18 *In Hispania lege cautum est,q̃ quicunque legem imperialem receperit capite puniatur,& Pauca prouinciæ reguntur iure ciuili.*
19 *Prouinciæ quæ iure ciuili non vtuntur.*
20 *Offendens Consiliarium de latere Imperatoris ab eo missum ad regendam prouinciam uel Ciuitatem,an puniri debeat tanquam delinquens in magistratum,uel tanquam delinquens in Consiliarium Imperatoris.*

QVAESTIO XXIII.

1 VIgesimo tertio quæro, An dispositio l. qſquis,C.ad leg.Iul.maiesta. præsertim in §.filii vero. locum habeat in omnibus capitulis criminis læsæ maiestatis quæ plura sunt,vt vidimus supra sub Rubr. qualit. & a quibus crimi. læsæ maiestatis committi.in pluribus quæstionb.dicendum videtur,q̃ dispositio d.l.quisquis,in §.filii vero,inhabilitans filios committentium crimen læsæ maiestatis ad successiones maternas,& aliorum etiam extraneorum, locum sibi nõ vendicet,nisi in terminis l.quisquis, videlicet, quando tale crimen cõmittitur contra principem & eius Collaterales in eorum necem conspirando,et sic in primo capite criminis prædicti.ita tenuit Cyn.in d.l.quisquis, cuius opinionem sequitur Soc.in consi.175.in causa fratrum Andreæ,colum. 1.2.versi.Confirmatur,in 2.volumi.pro qua allegat tex. in l.1.2.& 3.ff.ad legem Iul.maiest.inquibus legibus exprimitur pœna quæ cõmittenti crimen læsæ maiestatis contra Rẽpublicam Romanorum infligitur,& tamen pœna prædicta ĩhabilitatis & infamiæ filiorum non imponitur, nec mirum
2 †quia tex.d.l.quisquis,continet nouam dispositionem contra offendentem principem,& eos qui sibi assistunt,vt ibidem dicunt Doct.Ergo extendi non debet,cum simus in pœnalib.& odiosis,c.odia restringi.de regu.iur.in 6.& c. in pœnalibus, e. titu.idem voluit Ang.in d.l.quisquis,col.fi.in versicu. Item in tex.ibi,vbi dixit,quod pœna de qua ibi, quod filii aliquid capere non possint,etiam ex testamento extraneorum, locum habet solum quando eorum pater damnatur ex crimine læsę maiestatis directe in principem, vel eos q̃ recte principis pars reputantur, commisso: non autem ex eo quod quis contra Rempublicam Romanorum, aut suæ ciuitatis machinatus fuerit.allegat tex.in l.eorum.ff.ad legem Iul.mai. idem voluit
3 Ange.in l.fallaciter.C.de Abolition.†vbi dixit, quod pœna d. l.quisquis.respectu filiorum de consuetudine non seruatur,q̃ verbum Angeli tanquam viri excellentissimi magni practici multum esse ponderandum a iudicibus affirmat Soci. in prę allegato consi.275.colum.2.in versi. confirmantur. hoc idem videtur sentire Sal.in dicta l.quisquis,in prin.in prima oppos.
4 †vbi dixit,quod licet crimen læsę maiestatis pluribus modis committatur,tamen proprie committi dicitur,quando cõtra personam principis,& astantium ad eius latus,& qui sui corporis pars dicuntur committitur,improprie vero cæteris aliis casibus.Idem voluit Card.consi.191. & Ioan. Fab.in §. publica.iudic.ubi dixit,quod patre committente crimen læsæ maiestatis,filii tantum puniuntur,in casu d.l.quisquis, & pro ista opinione tanquam verissima multa congerit Soci.in consilio 275.per tres aut quatuor colum.ad idem Soci.in d.consi.121. præmittenda est disputatio.versicu.secundo respondeo.in iiij. volumine.idem voluit Augustin.de Arimin.in addit. ad trac. Angel. de. malefic. in verb. *bai tradito la tua patria.* in secunda
5 addi.incipiente.Tu autem in hac materia.†vbi tenuit,quod si quis commiserit crimen læsę maiestatis contra Ciuitatẽ non recognoscentem superiorem, eius filii non incidunt in pœnas,de quibus in d.l.quisquis,§.filii vero. pro qua opinione allegat text.in l.prima.iuncta Rubrica.C.de seditio. vbi habetur qua pœna puniantur committentes contra propriam Rempublicam.Et pro ista opinione consuluit Bartholom.Cœpol. in cõsi.80.vbi expresse dixit,q̃ dispositio d.l.quisquis, in §.filii vero. priuans filios committentium crimen læsæ maiestatis successione extraneorum,procedit, quãdo huiusmodi crimẽ committitur contra principem, seu eos qui sunt pars corporis ipsius principis: secus esse dicens in aliis capitulis dicti cri-
6 minis.†Sal.vero qui videbatur sentire in d. l.quisquis, in principio prędictam opinionem,ibidem in versicu.Iuxta hoc quę ro.secus tenet.Dicit enim,q̃ si quis crimen læsæ maiestatis cõtra aliquem ex dominis Italiæ non recognoscentem superiorem committat, de eo iudicandum esse vti de committente tale crimen contra personam Imperatoris,argumento notatorum per Doct.in l.hostes,ff.de capti.& postlim.reuers.& per Gulielm.in l.ex hoc iure.ff.de iust. & iur.Quando vero huiusmodi crimen committeretur contra principem recognoscẽtem superiorem, vt puta in Italia sunt aliqui Vicarii Imperatoris,si quis aliquem eorum offendat, licet committat crimẽ læsę maiestatis,ut in l.prima.ff.ad legem Iuliam maiestat. Tamen hoc casu dicit Sal.pœna ad filios non extẽdetur,ex quo dicit insurgere quoddam mirandum,quod maior erit,pœna, quando tale crimen committitur cõtra eum qui de facto dominatur,quam quando contra eum, qui dominatur de iure, seu cum titulo iuris.quod ideo esse dicit quia in isto secundo casu quis non offendit principem sed eius vicarium.hoc tamẽ probat August.de Ari.in add.ad tractatum Ange.de malefic. in verb.*che chai tradito la tua patria.*in versicu.quæro aliquis cõgregat.per tex.in d.l.quisquis.Dicas † q̃ opinio August.proce
7 dere posset in eo qui esset Vicarius Imperatoris in aliqua Ciuitate imperio subiecta,non tamen perpetuus sed ad tempus: Sed Vicario perpetuo qui Titulum habet, secus dicerem. Et est ratio,quia vicarius perpetuus,licet habeat iurisdictionem ab Imperatore,tamen illam exercet nomine suo:Vicarius autem temporalis,non suo,sed Imperatoris nomine iurisdictionem exercet.ad quod voluit Barto.in extrauagan.qui sint rebell.in verbo rebellando,ubi dicit, quod solum crimen læsæ maiestatis committitur contra personam principis & eius officialium, qui nomine ipsius administrant: Secus est contra eos qui principaliter propter se iurisdictionem administrant, licet illam a principe habeant.quod sequitur Deci. in consil. ccccx.in causa mota Mediolani columna fina.in fi.in quarto. vol.& ad prędicta est tex.optimus in d.extrauagan.qui sint rebell.ibi,cõtra nos & officiales nostros in his quæ ad commissum eis officium pertinent rebellando. faciunt ad hoc dicta supra in rubric.qualiter & a quibus crimen læsę maiest.commit.quęstione 6.

Erit ergo conclusio secundum Sal.in d. l.quisquis. q̃ pœna d.l.quisquis,quo ad filias locum habeat, etiam quando quis commisit crimen læsæ maiestatis contra aliquem principem vel Rempublicam superiorem non recognuscentem. hanc opinionem tenuit etiam Mar. de Lau. in tractatu suo de cri-
8 mine læsæ maiestatis.q.1.& rationem adducit,†quia de principe superiorem non recognoscente idem iudicatur quod de supremo principe:adducens in argumen.nota.in d.l.hostes.ff. de cap.& postlim.reuers.ideo dicit, q̃ tali casu erit locus pœnis de quibus in d.l.quisquis.etiam quo ad filios: secus tamen esse tenet quando tale crimen esset commissum contra prin-
9 cipem superiorem recognoscentem.† Prima opinio supra retala,q̃ pœnæ de quib.in d.l.quisquis.quo ad filios locum non habeant extra casum illius legis,mihi plus placet,& est communis.

Digitized by Google

munis. & licet Ange. in d. tracta. malefic. in verbo. *& hai tradito la tua patria*, in primo verſicu. incipiente. quæro aliquis congregrat gentem. dixerit, ꝙ ſi contra Dominos Italiæ, qui communiter loco principis habentur, quis committat crimen læſæ maieſtatis, perinde eſſe ac ſi contra principem tale delictū cōmiſſum eſſet, tam contra delinquentium perſonas, quam contra perſonas eius filiorum, vt in d. l. quiſquis, hoc non procedere conſtat, quia dicit, vide tamen Bart. in tracta. qui ſint rebell. in glo. contra noſtrum honorem. verſi. Sed an hæc conſtitutio. vbi nil dicit, de hoc. credo ꝙ voluerit allegare Bar. ibi, in verbo rebellando, qui contrairū tenuit, vt dixi ſupra. Et prę dictam opinionem, quæ ut dixi communis eſt, tenuit etiam Nico. Boer. in tracta. ſuo de ſeditioſis. in 6. præſuppoſito num.
19 26. Et ego † vidi Venetijs ſeruatum, ꝙ damnato quodam Nobili de crimine læſę maieſtatis eius filij tātum Nobilitate priuati fuere, ſed non propterea redditi incapaces ſucceſſionum aliorum, vt diſponitur in d. l. quiſquis, in §. filij vero. C. ad leg.
11 Iul. maieſt. Et tamen clare conſtat † Ciuitatem Venetiarum ſuperiorem non recognoſcere, vt dixi ſupra in prin. huius tracta. Et ꝙ agunt Domini Veneti in ſua Ciuitate iure ſuo agūt.
12 viuunt enim eorum proprijs legibus, non cōmuni iure. † Cur autem Imperatoris legibus non vtantur? nonnulli id factum putant, ne Venetæ libertati præiudicium fiat, nonuullorum regum exemplo. Bernardus vero Iuſtinianus Venetę Hiſtorię ſcriptor id factum arbitratur: vt lites breuiores fierent. At Bal. in l. milites, colum. 2. C. de milit. teſtat. in verſicu. Ex prædictis apparet, dixit, ꝙ Domini Veneti reputant ſe adeo ſapientes, ꝙ iure communi viuere nolunt. Ludou. vero Bologninus in ſua addi. ad conſilium Io. de Ana. 53. in fi. detrahens Venetorum gloriæ auſus eſt dicere, ꝙ Domini Veneti id ex ſuperbia faciunt, ex eo ꝙ non dignantur viuere ſecundum leges imperiales, quod erroneum eſſe liquido conſtat. Nam Domini Veneti omnes alias eorum Ciuitates Imperialibus legibus vti permittunt, ꝙ vtique non facerent, ſi ſuperbia & authoritate vti vellent, vt inconſiderate aſſerit Bolognin. Vera igitur † ratio,
13 quare Domini Veneti in eorum Ciuitate vſum imperialiū legum non receperint, ea fuit, vt lites breuiores fierent, ideo eorum ſtatutis, & de bono & æquo in Ciuitate ipſa Vrbanas cauſas iudicant, quod ſane fieri conſtat pro maiori commoditate incolarum, præſertim cum Ciuitas ipſa infinitis mercātilibus negocijs repleta ſit. † Nec eſt reprehenſibile eorum in-
14 ſtitutum, immo laudabile, quia ſecundum Ariſtote. Poli. lib. 3. melius eſt Ciuitatem regi a viro optimo, quā lege optima. Et not. Bar. & ibi Paul. de Caſtro in l. præſenti. C. de his qui ad
15 eccleſ. confug. † melius eſt iuſto principe regi, qui ſecundum ęquitatem cauſas iudicet, quam iuſta lege. Ideo Dauid Pſalm. 95. dicit, Indicabit orbem terrę. in æquitate, & populos in veritate ſua. Clarum eſt igitur, ꝙ neque ex eo ꝙ Domini Veneti reputent ſe nimium ſapientes, vt dixit, Bal. in d. l. milites, neq; ex eo ꝙ ex ſuperbia non dignentur viuere ſecūdum leges imperiales, vt dixit Ludo. Bologni. loco præallega. ſed pro commodiori & celeri cauſarum vrbanarum eorum ciuitatis expeditione, in iudicandis cauſis non admittunt imperialium le-
16 gum diſpoſitionem. † Quinimmo videmus ꝙ etiam in Gallia ſollennitates iuris, & ſubtilitates etiam in curijs ſeculāribus non ſeruātur, ita ꝙ actiones contrariæ in Gallia cumulātur, vt euitetur circuitus. & tamen ſecus eſt de iure communi, ut per Doct. in l. edita. C. de ædend. & ita teſtatur Chaſſan. in conſil. 51. colum. v. & vj. in verſi. ex quo ſequitur. Quinimmo ī Frācia laici legibus imperialibus non vtuntur. Hinc eſt † ꝙ Pari-
17 ſijs & in locis circumuicinis ius ciuile non legitur, text. eſt in c. ſuper ſpecula de priuileg. immo conſuetudines feudales in tota Gallia non fuerunt receptæ: Nec Galli Romanis legibus vtuntur, niſi inquantum ratione nituntur, nec eas pro legib. receperunt, vt dixit idem Chaſſa. in conſi. 8. ſuper duobus, verſicu. item & maxime. col. v. † Et ī Hiſpania lege cautum eſt, ꝙ
18 quicunque imperialem receperit capite puniatur. de quo Ioan. Andr. in capi. ſuper ſpecula, in princ. de priuileg. allegat ad hoc Vinc. ibi Quinimmo. ſcribit Hoſti. in d. cap. ſuper ſpecula, in §. quia tamen, ꝙ paucæ prouinciæ reguntur iure ciui-
19 li: † Nam Hiſpania, Anglia, Scotia, Balia, Hibernia, Alemania, Datia, Suetia, Vngaria, Boemia, Polonia, Bulgaria, non vtūtur legib. ſeu iure ciuili: ſed ſpālib. ꝓſuetudinib. & ſtatutis, excepta Italia, & regno Arelatenſe. & Ant. de Butr. in d. c. ſuper ſpecula. in princip. ſcribit, quod in Italia excipitur Nobilis Ciuitas Venetiarum, quæ vt plurimum regitur iure non ſcri-
20 pto. † Sed pone, Impeator miſit aliquem ex ſuis conſiliariis, q reſident apud ſe, & eius lateri adhærent, ad regendum & gubernandum aliquam ſuam prouinciam ſeu ciuitatem, quæritur, ſi quis illum offendat vel cōtra eum proditionem faciat, an incidat in pœnas de quibus in d. l. quiſquis. C. ad legem Iuliam. maieſt. & ſic an puniri debeat tanquam delinquens in magiſtratum vel tanquam delinquens in conſiliarium Imperatoris? Sal. mouet hanc quæſtionem in d. l. quiſquis, in verſi. quęro tertio, pone princeps. & ibi dicit, ꝙ credit ꝙ talis puniri debeat tanquam in magiſtratum committens: quia ille magiſtratum agebat re & nomine, licet tunc, conſiliarius Regis ſeu Imperatoris eſſet, ideo dicit attendendam qualitatem magiſtratus, allegat tex. in l. qui ſub prætextu, & ibi nota. per Guiliel. de Cun. de ſacroſanct. eccleſ. & tex. in l. cū quęritur, de ſtat. hom. allegat etiam tex. in d. l. quiſquis, quę de his Conſiliariis tantum loquitur, qui Conſiliariis & conſiſtorio Principis interſunt. & ad idem adducit in ſimili text. in l. legatis ſeruis §. officio. ff. de leg. 3. pro opinione Salic. adduco text. in extrauagan. qui ſint rebell. vbi Imperii rebelles pronūciantur etiam illi, qui contra officiales imperij in his, quæ ad comiſſum eis officium pertinent, rebellant.

De proditoribus.

SVMMARIVM.

1 *Proditor quis ſit. & proditor dicitur, qui propter timorem tacet, & veritatem non defendit.*
2 *Proditor dicitur, qui alterius crimen ſibi ſoli notum, malitioſe detegit.*
3 *Proditor dicitur, qui ſecretum ſibi commiſſum publicat.*
4 *Proditionis crimen ex tribus causis dicitur maius vel minus.*
5 *Proditor dicitur is, qui bellum mouet ſine diffidatione.*
6 *Proditor dicitur, qui alicui venenatam potionem propinat.*
7 *Proditor dicitur, qui non oſtendit ſe facere illud quod facit, & ſecrete contrarium facit eius quod facere debet.*
8 *Proditores dicuntur qui veniunt contra fidem datam.*
9 *Proditor dicitur, qui dum ſe amicum oſtendit, poſtea damnum, iniuriam, vel machinationem infert.*
10 *Proditor eſt qui ad hoſtes ſe transfert, vel eius literas mittit in damnum reipublicæ vel domini ſui.*
11 *Proditor dicitur ſubditus, qui infamat dominum ſuum, vel aliquid contra illius honorem facit.*
12 *Proditor dicitur is, qui Caſtrum, Arcemue, ſeu locum conſimilem ſuæ fidei commiſſum hoſtibus tradit.*
13 *Proditor dicitur vaſallus, vel ſubditus principis qui permisit venire in ſui principis territorio eius inimicos.*
14 *Quandoque quis dicitur proditor Dei.*
15 *Proditor principis dicitur proditor Dei.*
16 *Proditorie occidere dicitur quis, quando ſine diffidatione aliquem occidit.*
17 *Dux Valentinus proditorie occupauit ſtatum Guidobaldo Feltrio Vrbini Duci.*
18 *Guidobaldus Vrbini Dux fuit ad modum eruditus literis Græcis, & Latinis.*

QVAESTIO PRIMA.

1 PRimo quæro quis ſit Proditor. Dicas ꝙ proditor quis dī multis modis, ut inquit glo. in cap. clericus qui adulationibus, 46. diſt. & ibi Ioan. de Turre Cremata col. 2. in fi. Et primo proditor dī qui propter timorem tacet, & veritatem non defendit. 11. q. 3. ca. nolite. de quo dixi in tra. meo de Reſid. Epiſc. in prooemio. † Secundo is proditor dī, qui alterius
2 crimen ſibi ſolum notum malitioſe detegit. 2. q. 1. cap. ſi peccauerit. † Tertio proditor dī, qui proximum circumuenit & eum callide ſeducit, vt ī illum periculum ſalutis trahat. 24. q.
3 3. c. transferunt, & 15. quæſt. cap. ſi cupis. Quarto is proditor dī, qui fraterna diſcordia infectus iura charitatis & veritatis ſpernit. 11. quæſt. 3. cap. abijt. Quinto dicitur proditor, qui ſecretum ſibi commiſſum publicat. de pœn. diſtin. 1. cap. ſi peccauerit. 2. q. 1. & in cap. nolite. 11. quæſt. 3. Et in hoc ſciendum
4 eſt, † ꝙ crimen proditionis ex tribus cauſis dicitur maius vel minus. Vno modo ex parte perſonæ quæ prodit ſecretum, ut puta, ſi ſit ſacerdos, ut prędalleg. cap. ſacerdos. Secundo modo ex parte perſonæ proditæ: Magis enim peccat, qui Dominum ſuum prodit quam alium. cap. de forma. 22. q. v. Tertio & vltimo modo ex modo proditionis: Longe enim differt an ſecre-
5 tum in pœnitentiam commiſſum fuerit, an non. † Sexto proditor dicitur, is qui bellum mouet ſine diffidatione, vt dixit
6 Ioan. And. in cap. 1. de homic. in 6. † etiam proditor dicitur q alicui venenatam potiona propinat, vt fecit ſceleſtiſſimus, ille illuſtriſſi. & inuictiſſimo Franc. Mariæ Feltrio de Ruuere Vrbini Duci, & Illuſtriſſimi Dominij Venetorū generali Capitaneo, ex qua potione cum vniuerſo totius Italiæ, ac etiam
7 exterorum mœrore extinctus fuit. † Septimo proditor dicitur, qui non oſtendit ſe facere illud quod facit, & ſecrete contrarium facit eius quod facere debet. l. omne delictum. §. explora-

to-

Digitized by Google

torcs.ff.de re milita.l.1.ff.de prœuaricat.l.Athlætas. §. penul.ff. de his qui no.infa.Bart.in l.respiciendum, in §. delinquunt.ff. de pœn.Io.And.in c.1.de homic.in 6. in nouel. Bald.in c.1.in prin.in titu.quibus modis feud.amit.in vsib.feud.& in Authē. Item nulla.C.de epis.& cleric.glo.in c.clericus qui.46.di.Bar. in extrauag.qui sint rebel.in verbo rebellis, ver.item nota q̄
8 proditorie.†Octauo proditores dicunt,qui veniunt contra fidem datam Auge.in l.1.§.non fuit.ff.de dol.allegat tex. in l.proditores,ff.de re milit.& tex.in l.fi.C.de delator.libro 10. Alex. in consi.13.consideratis his quæ in themate,colu.2.nume. 9.ī
9 6.volum.†Nono proditor dicitur qui dum se amicum ostendit,postea damnum iniuriam vel machinationem infert, vt dixit Ange.in §.interdum,nume.6.Inst.de hæret.quæ ab intes.
10 defer.ad idem glo.46.dist.in c.clericus & 11.q.3.c.nolite.†Decimo proditor est qui ad hostes se trāsfert,vel eius literas mit mit in damnum Reipublicæ vel Domini sui,vt dix Matth.de Affli.in c.1.§.porro qui Dominum,nu.26.in ti. quæ fuit pri. cau.benef.amit.in vsib.feu.†Vndecimo proditor dicitur subdi
11 tus qui infamat Dominum suum,vel aliquid contra illius honorem facit. Ita dixit D.Hippo. Marsi.præceptor meus in consi.1.colum.3.nume.22. in 1.vol.alleg.Io.And.in c. 1. de feud. quem refert & sequitur Bal.in c.1.in prin.col. 6. vers. quid de
12 de rebus,in titu.quibus caus.feu.amit.†Duodecimo proditor dicitur,is qui Castrum, Arcemue seu locum consimilem suæ fidei commissum,hostibus tradit,22.q.v.c.de forma.†Tertiodecimo proditor dicitur, vasallus vel subditus principis, qui permisit venire in sui principis territorio eius inimicos,vt voluit Bald.in l.1.ff.de rerum diuis.q.42.& Mart.de Lau. in trac. de crim.læse maiesta.q.38.hoc tamen sane procedit, si vasallus vel subditus poterat impedire, ne gentes inimicæ pertransirent.facit text.in l.si quis a Barbarijs,ff.de re mil.& ita tenuit Matth.de Affl.in c.1.in §.& bona committentium,nu.100.in
14 titu.quæ sint regal.†Quandoque quis dicitur proditor sui ipsius, vt puta in muliere quæ extrinsecus ostendit nolle viro consentire,& illi resistit aliquantisper, tamen aliud in corde gerit,& se victam dissimulat:de qua Ouid.alludens dicit.

Quę,cum ita pugnaret tanquam quod vincere nollet.
Victa: non egre proditione sua.

Et si cupis plura videre in hac materia, videas Paridem de Put.in tract.de re milita.in titu.quando prouoc.ad pugnam ratione prodit.numero 5.& ibidem numero 3.dicit, † q̄ prodi-
15 tor principis dicitur proditor Dei: allegat 23.quæst. v. capit. si apud & 2.quæst.7.cap.non potest.& Prouer.cap.7. & l. fina.C. de summa Trinita.& fide cath.vide etiam late per Lucam de Penna in l.fina.C.de delat.lib. 10.& dicit idem Luc. in l.quisquis,columna 2.in versicu.tales delinquentes.C. de peti. bon. sublat.libro 10.quod proditor dicitur is qui crimen læsæ maiestatis commisit.

Proditorie autem occidere dicitur quis, quando sine diffidatione aliquem occidit,vt habetur in cap. 1. de homic. in 6. & per Matth.de Afflict.in suis decisio. Nepolita. Decis. cclxv. numero 64.Et proditorie quid fieri dicitur, quando fingo me amicum,& tracto ut inimicum,vt dixit Bartol. in extrauag. ad reprimē.in verbo rebellis.facit illud Psalmi lxi. Ore suo benedicebat: corde autem maledicit. & quod dicitur, Populus iste labiis me adorat: cor autem ipsorum longe est, a me,ut habetur Matth cap.15.†Et ita fecit Cæsar Borgia Alexand.6.
17 Ponti.Maximi filius, Valentinus Dux nuncupatus, qui fingēs se amicissimum Guidobaldi Feltrij eius nominis primi Vrbini Ducis,velleque per ius loca cum exercitu in Romandiolæ prouinciam iturus pertransire,circiter annum Domini millesimum quingēteſimum,cum primum ciuitatem Callij, ut dicti Vrbini Ducis amicus ingressus est,illam occupauit:& nisi re intellecta Guidobaldus Dux Vrbini existens insperatæ rei nouitate perterritus fugam arripuisset, in illius sanguinolentas manus incidisset:& propterea merito illum proditorie id egisse scribit Ioan.in consi.81.in causa Reuerendissi. Domini Gentilis,in 3.volum.Et hæc ipse noui,quia tunc puer eram,et Ciuitas Forosempronij mihi patria demum de anno 1502.de
18 mense Octobris direpta & lacerata fuit miserabiliter ab exercitu dicti Valentini Ducis,& ipse in tenera ætate tunc constitutus præda dictorum militum fui,qui me aliquandiu in Fanensi primo,demum ī Pisaurensi Arce captiuum detinuere, donec a patre meo tercentum aureorum numorum precio redemptus fui.Sed relinquamus ista quæ potius ad Historiam q̄
19 ad præsentem tractatum pertinent.† Hoc vnum silentio non præteribo,q̄ Guidobaldus Dux præfatus admodum literatus, Græcas enim & Latinas literatus non minori studio, in quib. admodum eruditus fuit,quam Federicus ille summus armorum Dux,ac semper victoriosus eius pater literatissimus coluit,cui Christophorus Pierius Gigas Patruus meus ob singularem eius doctrinam Poeta nō obscurus, admodum gratus extitit,eique vt patrem imitaretur sic scripsit.

Quid opus est Graios videas librosue Latinos.
Vt belli & pacis tempora noſce queas.
Nam propria virtute Ducem clarumque triumphis.
Ante oculos si vis ponere.pone patrem.

SVMMARIVM.

1 *An proditor dicatur qui iustitiam baratauit.*
2 *Qui iustitiam opprimunt,cum posit sint ad illam administrandam,proditores nuncupandi sunt*
3 *Arma iudicum qui iustitiam peruertunt, depicta in Ciuitate seu Palatio deleri debent ad eorum vituperium.*
4 *Iudex qui ī commisso sibi officio iuste & laudabiliter se gerit,Dei minister appellabitur.*

QVAESTIO II.

1 SEcundo quęro; An prditor dicatur qui iustitiam baratauit? Dicas q̄ sic: & q̄ cōtra eum procedi debet ad instar rei criminis læsæ maiestatis,ut in l.1.& ī Authen.ibi posita.C.de pœn.iud.qui mal.iudica. & ita tenuit Paris de Put.in tracta.de syndic. in prin. colum.2.
2 num.9.†Tales enim qui iustitiam opptimunt,cum positi sint ad illam administrandam,iustitiam prodere videntur:merito igitur proditores nūcupandi sunt.& propterea dixit idem Pa-
3 ris loco præallegato.†q̄ iudicum,qui iustitiam peruertunt, Arma depicta in ciuitate seu Palatio deleri debent ad eorum ui tuperium,argumen.tex.in l.eorum,cum ibi no. per Bar. ff.de
4 pœn.†Dei enim minister appellabitur iudex,qui in commisso sibi officio iuste & laudabiliter se gesserit 23.quæ.5.cap.qui malos,& ideo tales publice commendandi sunt.l.iustissimos, C.de officio rector.prouinc.facit quod dicitur Psa. 32.Rectos decet collaudatio.Econtra vero iustitiam vendens, aliter peruertens Satanæ minister nuncupandus erit.

SVMMARIVM.

1 *Filius si sit proditor patriæ vel domini sui,an ex hoc poterit a patre exhęredari.*
2 *Filius si crimen læsæ maiestatis commiserit, & a patre prætereatur in suo testamento non propterea tanquam præteritus testamentum rumpit.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro, Si filius sit proditor patrię vel domini sui, an ex hoc poterit a patre exheredari? Videtur dicendum quod non: & est ratio,quia ista causa non est de enumeratis in §.causas. in Authē.vt cum de appella. cognosc.ex quib. pater filium exhæredare possit, ita dixit Mart. de Laud. in tra dc cri.læsę maiest.q.39.Verum tamen talis filius patri succedere non poterit:quia est propriie proditor.l.1.C.de hæred.inst.& not.in l.eius qui.ff.de test.& in l.fallaciter,C.de abolitio.In cō trarium,quod imo pater filium proditorem patriæ vel principis sui exheredare possit,facit quod dixit And. de Isern.in c. 1.§.præterea si vasallus,colu. 3.in versicu. Audiui iudicatum, titu.quæ fuit prima causa benefic.amittend.vbi voluit, quod pater exhæredare possit filium crimen læsę maiestatis committentem, & qui fuit proditor regis vel Domini sui, facit,
2 † quia si filius crimen læsę maiestatis commiserit, & a patre prętereatur in suo testamento,non propterea tanquam prętereritus,licet paternum testamentum rumpit censetur, enim mortuus,viuat,ut uoluit Bart.in l.hac edictali.C.de secun.nupt.quem sequitur Matth.de Affli.in c.1.§.& bona committentium,col.3.nu.32.in ti.quæ sint rega.in vsi.feu. facit etiam,qa si filius patre committente crimen læsę maiest. contra personam imperatoris vel eius Consiliariorum punitur,quia infamis efficitur perpetuo, & insuccessibilis hæreditatum, tam ab intestato quam ex testamento, quorumcunque etiam extraneorum,ut in l.quisquis,§.filij vero.C.ad leg.Iul.maiest.ergo multo magis cum ipse commiserit huiusmodi crimen a patre exhæredari poterit. Authen.multo magis, C.deepisc.& cleric.cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *An Proditor a duello repellatur.*
2 *Maximum delictum attribuitur ei,cui proditio impingitur.*
3 *Fuluia,siue Iulia mulier impudica detexit conurationem Catilinæ,in Romanam Rempublicam.*

QVAESTIO IIII.

1 Quarto quęro, An proditor a duello repellatur? Circa hoc Paris de Puteo in trac.

suo

Digitized by Google

ſuo de re milit. in titu. quando prouoc. ad pugn. ratione proditionis, in princ. tenet ℘ sic. Hoc tamen ſane procedit, quando notorium eſſet, vel per ſententiam appareret aliquem proditorem eſſe: ſecus autem eſſet, quãdo non fuiſſet de proditione cond̃natus, vel non adeſſent teſtes probantes dictam prodionem. Iſto enim caſu ſi quis aliquem proditorem appellaret, ille ſic infamatus ſe defendendo poſſet ipſum infamantẽ & proditorem nuncupantem ad Duellum prouocare: ita vo
3 luit Paris de Puteo loco præallegato. † Maximum enim delictum attribuitur ei cui proditio impingitur: nam proditionis pœna ipſum eiuſque honorem, famam bonam, & poſteros maculat. facit tex. in l. quiſquis, C. ad legem Iul. maieſt. & l. proditores, ff. de re milita. Ita voluit etiam elegans Doctor And. Alcia. in tract. ſuo de Duel. in titu. quæ excep. repellant prouocantem. vbi ponit, an huiuſmodi exceptio, tu es proditor, repellat prouocantem ad Duellum in crimine læſę maieſtatis. & ℘ talis non repellatur, facit, quia quicunque admittitur ad accuſandum & teſtificandum in dicto crimine, etiam ſi ſit infamis, l. famoſi. & ibi Doct. ff. ad legem Iuliam maieſt. † Et Lu-
3 cij Sergij Catilinæ in Romanam Rempublicam factam coniurationem, Fuluia impudica mulier (alij Iuliam dicunt) detexit. & Marcum Tulium Conſulem in eius iudicium inſtruxit. putat tamen Alciatus loco præallegato etiam tali caſu a Duello proditorem reijci.

SVMMARIVM.

1 *Vaſallus ſi fuerit proditor domini ſui, an feudum amittat.*
2 *Fieri non poſſe dicitur, quod honeſte & ſine decore fieri non poteſt.*
3 *Qui proditionem commiſſit, ita deinceps facturus præſumitur.*
4 *Proditor ſtare non poteſt in curia principis.*

QVAESTIO V.

1 QVinto quæro, Si vaſallus fuit proditor Domini ſui, an feudum amittat? Dicas breuiter ℘ sic. cap. i. in tit. An ille qui interfecit fratrem Domini, feud. amitt. ad idem tex. in c. 1. in §. item, in titu. quibus mod. feu. amit. Ideo talis in curia Domini ſui ſine dedecore eſſe nõ po-
2 teſt. † Dicimus enim quid fieri non poſſe, non ſolum quando ſecundum naturam fieri non poteſt, vt dixit Iacob. de Beluiſ. in d. c. 1. in prędlega. titu. An ille qui interfecit, allegat ad hoc tex in l. an eadem, ff. ex quibus cau. maior. Dicas pro hoc eſſe tex. apertum in l. Nepos proculo. ff. de verborum ſig. vbi dicitur, quod fieri poſſe non dicitur, quod honeſte fieri non poteſt. ad idem tex. in l. filius, ff. de condi. inſt. † qui enim proditionem commiſit ita deinceps facturus præſumitur, argumen. ff.
3 4 de accuſa. l. ſi cui. §. iiſdem criminibus, & l. fi. eo. ti. † Ideo proditor ſtare non poteſt in curia principis imo a conuentu principum repellitur, vt dixit Bald. in dicto cap. 1. in titu. An frater qui interfecit fratrem domini. & ibi Matth. de Afflict. colum. 3. numero 23.

SVMMARIVM.

1 *Qua pœna puniatur Proditor Principis, Regis, vel Domini ſui.*
2 *Idem dicitur de proditore populi cui ſubeſt & patriæ.*
3 *Quo genere mortis proditores puniantur, attenditur conſuetudo regionis.*
4 *In Italia vt plurimum furcis ſuſpenduntur.*
5 *Nobilis proditor punietur grauiori pœna quam ignobilis.*
6 *Nobilis ſi proditionem committit in Gallia, altioribus furcis ſuſpenditur, & ibi Rebelles, & committentes crimen læſę maieſtatis qua pœna puniantur.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quæro, Qua pœna puniatur proditor Principis, Regis, vt Domini ſui, vt puta Baronis, Comitis, Marchionis, vel Epiſcodi temporalem iuriſdictionem habentis? Dicendum quod pœna mortis punietur: quia crimen læſæ maieſtatis vel quaſi committit, vt voluit Bald. in l. data opera. colum. 3. ver. vltimo, in hac. C. qui accuſ.
2 poſ. † Idem dicendũ in proditore populi cui ſubeſt & patriæ. Dicitur enim committere crimen læſę maieſt. vt voluit Alex. in conſi. 13. Conſideratis his quæ in themate, col. 1. in 6. volu. vbi dixit, hoc probari in l. fi. cum glo. ibi in verbo prodita. vbi no. Doct. C. de abol. vbi etiam Ang. qui dixit ad hoc illam glo. eſſe ſingularem. & no. Iacob. de But. in dicta lege quiſquis. in fi. C. ad legem Iuliam maieſt. & Bal. in l. 1. de falſ. mo. † Quo
3 autem genere mortis proditores puniantur, attendenda erit conſuetudo regionis in qua huiuſmodi delictum committi-
4 tur. Sed ut plurimum in Italia furcis ſuſpenduntur, † quod recte factum exemplo eſt nobis Iuda Schariot vnus ex duodecim diſcipulis Ieſus Chriſti Seruatoris noſtri, qui poſtquã Chriſtum phariſæis tradidit ſemetipſum laqueo ſuſpendit, vt teſtantur Mattheus, Marcus, Lucas, & Ioannes Euangeliſtæ,
5 in eorum Euangelijs paſſionis. † Sciendum tamen eſt, quod ſi Nobilis ſit proditor non ea pœna qua Ignobiles pro tali delicto punietur, ſed grauiori, ut dixit Bald. in cap. cum quidam. extra de iureiuran. vbi voluit, quod Nobilis incidens in crimẽ proditionis altioribus furcis ſuſpendatur, quod in Gallia ſeruari dicit: & refert ac ſequitur Felyn. ibidem in verſicu. Tertius eſt. & in verſicu. quod autem dictum eſt. & in cap. Paſtor. colum. 1. verſicu. ſecundo fallit de officio delegat. ℘ prædicta reaſſumit ſolennis Doctor Andr. Tiraquellus in tract. ſuo de
6 nobil. cap. 20. numero 116. At curioſius agens † quæſiui a præclaro Doctore Dom. Ioan. Coraſio Tholoſano, cum quo mihi arctiſſima eſt amicitia, & qui in Ferrarienſi Gymaſio modo ius ciuile legit, quo nam mortis genere rebelles Regis, & qui crimen læſæ maieſtatis in regem committunt, in Gallia puniantur? qui mihi retulit, quod huiuſmodi nefandiſſimi crimis rei quatuor ferociſſimis equis manibus pedibuſq; alligati viui dilaniantur. Vide ad prædicta quæ latius ſcripſi ſupra in rubrica de pœn. committen. crimen læſę maieſtatis, quæſtio. j.

SVMMARIVM.

1 *Si quis fuit proditor principis, & tandem ad gratiam reſtitutus fuerit, ſi poſt huiusmodi reſtitutionem aliquis illum proditorem vocet, an iniuriarum agere poſſit contra nominantem ipſum proditorem.*
2 *A Principe reſtitutus amplius proditor dici non poteſt.*
3 *Reſtitutio tollit omnem maculam.*
4 *Prodori a principe reſtituto, ſi quis dixerit, tu fuiſti proditor, iniuriarum, actione non tenebitur.*
5 *Si quis dicat proditori reſtituto, quod eſt proditor, & quod vult cum eo pugnare & probare, ℘ eſt proditor, talis reſtitutum, ad duellum iniuſte prouocaret.*

QVAESTIO VII.

1 SEptimo quæro, Si quis fuit proditor Impatoris vel Regis ſeu alterius Principis, & tandem ad gratiã reſtitutus fuerit, princeps ſibi namque indulſit, ſi poſt huiuſmodi reſtitutionem & indulgentiam aliquis illum proditorem uocet, an iniuriarũ agere poſſit, cõtra nominantem ipſum proditorem? Hanc quæſtionem mouet And. de Iſern. in capitu. pri. §. prędterea ſi vaſallus, columna v. verſicu. Vnde qui vocat hunc. in titu. quæ fuit prima cauſa benefic. amittend. vbi dixit, quod vocans reſtitutum proditorem actione iniuriarum tenetur per tex. in l. imperialem. §. 2. C. de nup. & l. quod ita ſtatutum, ff. de ędil. edicto. idem dixit Matthe. de Afflict. in dicto §. prędterea. in verſicu. glo. tertia. nume. 98. † per reſtitutionem enim a principe factam amplius p-
2 ditor dici non poteſt, cum princeps de inhabili habilem facere poſſit. l. quidam conſulebant, ff. de re iudica. & l. 2. C. de cri.
3 ſacrileg. † Reſtitutio enim tollit omnem maculam, ut voluit Andr. de Iſer. in c. j. in titu. de vaſal. decrep. æta. & etiam in d. §. prædterea, per tex. in l. j. ff. de poſtu. & l. non omnis, §. a Barbaris,
4 ff. de re milita. Verumtamen † ſi quis dixit tali reſtituto, tu fuiſti proditor, iniuriarum actione non tenebitur, vt dicit idem Iſer. in d. §. prędterea. quem ſequitur ibidem Afflict. in di. verſic. glo. 3. nume. 101. Et hoc procedit etiam ſi princeps in reſtitutione dixiſſet, volumus, quod tibi dici non poſſit, quod fuiſti proditor, de quo Afflict. loco prędallegato. Vnum non omit-
5 to, † quod ſi quis dicat reſtituto quod eſt proditor, & velit. cũ eo pugnare, dicens quod vult probare, quod eſt proditor, talis reſtitutum ad duellum iniuſte prouocaret: quia facta reſtitutione amplius non eſt proditor, ita dixit Iacob. de Caſtillo in tract. ſuo de Duell. lib. 4. cap. 7.

SVMMARIVM.

1 *Damnati de proditione per eum contra principem commiſſa, & propterea banniti, an eius arma depicta in ciuitate, a qua ipſe ob tale delictum exul factus eſt, deleri debeant.*
2 *Qua pœna puniatur corrumpens rebellis aut proditoris imaginem in foro pictam ad illius ignominiam, vt cunctis appareat.*
3 *Depingere figuram alicuius propter proditionem, vel laudem, eſt impii, vel iurisdictionis. Et depingens eam, ſine ſuperioris licentia, tanquam vtens imperio & iurisdictione, incidit in crimen læſæ maieſtatis.*
4 *Proditor non poteſt eſſe teſtis in aliqua cauſa.*
5 *Principis proditor, Dei proditor dicitur.*
6 *Proditorem principis quilibet denunciare tenetur.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro, Aliquis damnatus fuit de proditione per eum contra principem commissa, & propterea bannit', an eius arma depicta in ciuitate, a qua ipse ob tale delictum exul factus est, deleri debeant? Dicendum quod sic, secundum Bartol. in l.2.de oper.public.idem tenuit Marti.de Lau.in tract.de crim.læsę maiesta.q.41. Matth.de Afflict.in c. 1.in §.& bona committentium,colu.2.in.speciali. nu. 25.in tit.quæ sint regal.facit tex.in l.eorum, ff.de pœ. quam ad hoc singularem esse dixit Rom.in singulari suo eccclxxvj. incipi. Eorum Arma.& idem singulari dclxix.idem dixit And. Tira quellus in tract.suo de nobilit.cap.20.nu.116.idem dixit Bart. in d.l.eorum.& Ias.in §.pœnales,Inst.de actio.& Paris de Put. in tract.suo de syndic.in prin. nu.9. Vide adhoc ea quæ scripsi
2 in rubr.de rebel.q.23.infra.†Sed qua pœna punitur is, qui rebellis aut proditoris, imaginem in foro pictam pedibus, seu pedum altero suspensam ad illius ignominiam, vt cunctis appareat,corrumpit,seu delet,ne cognosci possit? Dicas talem puniri in ducatis quingentis,l.si quis id quod.ff.de iurisdictio. omn.iud.& ibi Docto.idem dixit Mar.de Lau.in tract.de cri. læsæ maiesta. quæstio. 36. Ad prędicta vide, quæ scripsi supra quæstio.59.in rub.qualiter & a quibus cri. læsæ maiestā. com-
3 mit.Vnum non omittam,†quod depingere figuram alicuius propter proditionem vt laudem est imperii,vel iurisdictionis: Ideo fieri non potest sine authoritate superioris: immo talis sine superioris licentia id faciens, tanquam vtens imperio & iurisdictione,cū illam non habeat,incidit in crimen læsæ maiestasis,vt scribit Curtius iunior.in l.si quis id quod,colu.5.nume.5.ff.de iurisd.Sciendum est etiam,†quod proditor non po-
4 terit esse testis in aliqua causa,secundum Bal.in ç.licet vniuersis.de testi.quod tenuit etiam Marr.de Lau.in suo tract.de crimine læsæ maie.q.43.facit,†quia principis proditor ipsius Dei
5 proditor esse dicitur,23.q.v.c.si apud.& 2.q.7.c. non potest.& prouerbior.c.8.& l.fina.C.de summa Trinita.& fide Catho.& ideo † licet de iure quis non teneatur aliquem denunciare,ni
6 hilominus proditorem principis quilibet denūciare tenetur, l.Methrodorum.ff.de pœ.ita dixit Andr.de Isern.in c.1.§.1.in titu.quę fuit prima causa benefi.amittend,idem tenuit Mart. de Lau.in tract.de principe q. dlviij. & idem in tract.de crim. læsæ maiesta.q.53.& Matt.de Afflict.in c.1.in §.& bona committentium,nu.373.in tit.quæ sint regal.

SVMMARIVM.

1 *Anproditor,& rebellis inter se diferant,& Non subditus, non dicitur committere crimen læsæ maiestatis.*
2 *Proditor potest esse etiam qui subditus non est.*
3 *Proditor sui episcopi vel alterius domini spiritualis habentis temporalem. iuris dictionem,crimen læsæ maiestatis committere dicitur.*
4 *An proditor,vel quicquam proditorie facere differant.*
5 *Associans aliquem in itinere,& nulla inter eos superueniente rixa, socium percutiens,id proditorie fecisse dicitur.*
6 *Proditorie agens contra priuatum, non dicitur proditor, sed proditorie agere.*
7 *Proditor dicitur is, qui contra Principem vel rempublicam proditionem facit.*
8 *Multis modis contra principem, vel Rempublicam committitur proditio.*

QVAESTIO IX.

1 NOno quæro, An proditor & rebellis inter se differant,an vero sint vnum & idem? Dicas quod differunt,quia rebellio non cadit in non subditum illius principis contra quem committitur,de quo dixi,infra q.7.sub rub. de rebell.& & ita voluit Bar.in extrauagan.qui sint rebel.in verbo rebellis.ad idem Bald.in l.amissione,§.qui deficiunt,post glo.ibi.ff. de capit.diminut. & habetur per Sigismund. Lofredi.in consil.v.omissa facti serie,col.x.prope finem nu.42.& faciunt dicta supra q.68.in rub.qualiter & a quibus crim.læsæ maiestat. committat.vbi vidimus,quod non subditus non dicitur com-
2 mittere crimen læsę maiestatis, † proditor vero potest esse ēt qui subditus non est, vt dixit Barto. in d.extrauagan. qui sint rebel.in d.verbo rebellis.& propterea dicitur, quod non omnis proditor dicitur committere crimen læsę maiestatis, sed solum is qui dum subditus est proditionem committit, in magnum principis aut Reipubliciæ, cui subest, damnum, vt dixit Matth.de Afflict.in c.1.§.& bona committentium colu. 8.versicu.Trigesimo septimo.in fi.numero 99. in tit. quæ sint
3 regal.in vsibus feudorum. Ideo † proditor sui episcopi vel alterius domini spiritualis,habentis temporalem iurisdictionē crimen læsę maiestatis committere dicitur,ita dixit Bald. in l. data opera.C.qui accusa.non possunt.quem sequitur Ioan.de Anan.in c.qualiter & quando 2.§.fina.colum.3. de accusat.& Præposi. in c.inprimis.in §.de persona,colum.3.versicu.quod
4 proditor.2.q.1.†Sed an proditor,vel quicquam proditorie facere differant? Bar.in l.respiciendum,§.delinquunt,ff.de pœn. in princ.dixit,quod prodere est vnum,actibus offendere,& aliud in mente gerere: allegat no.in l.1.ff.de præuaricat.& text.
5 in l.3.in princ.ff.ad legem Iuliam maiest.Ideo dicit, † quod si quis associat aliquem in itinere,& nulla inter eos superuenię te rixa socium percutiat, id proditorie fecisse dicitur: quia aliud gerebat in animo quam in actu.l.fina. C. de delator.lib. x.vel cum aliquis ostendens se alicuius amicum illum retro percutit,id proditorie egisse dicitur, vt per Bart. in d. §.delinquunt.quem sequuntur Docto.in cap.1.de homicid. vbi Pet. de Anchara.Ioan.de Anan.& Felyn. & tali casu † proditorie
6 agens contra priuatum,non dicitur proditor, sed proditorie agere,l.Athletas,§.1.ff.de his qui no.infam.ad idem Alexan. in consi.145.viso themate.colum.secun.versicu.& ex his.in
7 volum.& Alber.in l.si amici domum,ff. de adult. † proditor autem dicitur is,qui contra principem vel Rempublicam proditionem facit,vt declarat Bar.in d.extrauaga.qui sint rebe.in
8 verb.rebelli.in.versicu.item nota quod proditorie.Multis † autem modis contra principem vel Rempublicam committi proditio,de quibus dixi supra in princ.in 1.q.huius Rub.Multa,alia de proditoribus scripsi supra Rub. j. & in variis quæstionibus,quæ hic non reperto.

De rebellibus.

SVMMARIVM.

1 *Rebellis quis dicatur.*
2 *Rebelles dicuntur etiam,qui rebellant contra prosperitatem papæ.*
3 *Rebellis dicitur omnis in proterua & notoria inobedientia existens: & rebellis pluribus modis quis dicitur.*
4 *Rebellis,a rebellando dicitur,& rebelles appellantur, qui in fide non permanent,& iussis Principis non obediunt.*
5 *Rebellis exponitur,id est infidelis, & rebellio dicitur quasi reiteratio belli,& post pacem ad bellum reuersio.*
6 *Resistere quis dicitur pluribus modis,& transfuga appellabatur ab Antiquis,qui recedebat de terris principi subiectis,& ibat ad hostes.*
7 *Isti viui exuruntur,aut furca suspenduntur.*
8 *Scipio Africanus superior deuicta Carthagine, grauius in Romanos quā in Latinos transfugas animaduertit.*
9 *De iure ciuili antiquo,qui rebellando locum in quo sub principis obedientia stabant retinebant,speciale nomen non habebant,sed hi qui deficiūt vocabantur.*

QVAESTIO PRIMA.

1 QVm etiam hi,qui à principe rebellant,in crimen læsæ maiestatis incidant: Ideo de eis quoque videndum erit. Et primo quæro: †quis dicatur rebellis? Dicas, quod is dicitur, qui quomodocunque publice vel occulte contra principis honorem & fidelitatem rebellionis opera facit, & contra Imperij prosperitatem aliquid machinatur, vel contra principem & eius officiales in his quæ ad commissum eis officium pertinent rebellando, ita dicit text. in Extrauagan. qui sint rebel.
2 † Rebelles dicuntur etiam non solum qui rebellant contra prosperitatem imderatoris, sed etiam qui rebellant contra prosperitatem Papæ,vt per Ias.in consilio octuagesimosexto. in causa Reuerend. Domini Gentilis columna tertia. versic. Rebelles,in tertio volumine, & idem Ias. in consilio centesimo trigesimonono. in præsenti consultatione, columna secunda.in fi.versicu.Nam rebellis,vbi dixit, † quod rebellis di-
3 citur omnis in proterua & notoria inobedientia existens.

Dicitur etiam quis pluribus aliis modis rebellis: sed quia alij modi quibus quis rebelllis dicitur,non faciunt ad materiam nostram, ideo de illis aliter non scribam, sed poteris videre Barto.in d.Extrauagan.qui sint rebel.in verbo rebellis,& per Docto.in clementi.pastoralis,de re iudicat.& Præposit.in ca-
4 pi.in primis,in §.de persona. secunda quæstio.prima.† Et dicitur rebellis,a rebellando: nam rebello,verbum repugno significat, & quasi bellando aut certando, contrauenio & contendo.vnde rebelles appellantur qui in fide non permanent, & iussis Principis non obediunt. ita testatur Ambrosius Calepi.in suo Dictionario,ad idem Bartol.in d.extrauagan. qui
5 sint rebel. in verb.rebellis, † vbi exponit rebellis id est infide-

Digitized by Google

lis, & idem in eadem extrauag. in verb. tenore, vbi dixit, quod rebellare id; est quod resistere. Et isto vocabulo antiqui legũ condĩtores non vtebantur. Et propter Henricus 7. Imperator constitutionem prædictam fecit ad hoc declarandum, vt testatur ibidem Barto. in prædicta glo. Dicitur & rebellio quasi reiteratio belli, & post pacem ad bellum reuersio, vt dixit do mi. in c. fi. 38. distin. istud autem competeret ciuitatibus, quas bello deuicisset princeps, quæ demum ab eo rebellarẽt. † Resi
6 stere autem quis dicitur pluribus modis. Primo aliquid faciẽdo contra, vel non faciendo, vt puta, non obediendo. Et quia antiqui (vt dictum est) hoc nomine, rebellis, non vtebantur: Quando aliquis recedebat de terris principi subiectis ad hostes eundo, transfuga appellabatur, vt in l. si quis aliquid §. trãs fuga. ff. de pœn. & in l. postliminium, §. transfugæ. & §. filius, ff.
7 de capt. & postlimi. reuers. † Isti aut viui exuruntur, aut furca suspenduntur, dicit text. in dicta l. si quis aliquid. §. transfugæ.
8 † & ideo Scipio Africanus superior deuicta Carthagine, cũ omnes, quos de exercitu Romaqo ad Carthaginenses transfugerant, in suam redegisset potestatem, grauius in Romanos quam in Latinos transfugas animaduertit. Romanos enim tanquam patriæ fugitiuos crucibus affixit, Latinos vero tãquam perfidos socios securi percussit, vt testatur Val. Maxi. lib. 2. in rub. de milit. discipl.
9 †Quãdoque autem quis rebellando locum, in quo sub principis obediẽdia stabat, retinebat. Et isti de iure ciuile antiquo, speciale nomen non habebãt, sed hi qui deficiunt, vocabantur vt in l. amissione, §. qui deficiunt, ff. de cap. diminut. Ita declarat Bar. in præalleg. glo. in verbo tenore. subdens, quod isti si rebellant faciendo bellum principi, tanquam hostes ipso iure puniebantur, & ea quæ iuris ciuilis sunt amittebant, illi autem qui principi non obediendo rebellant, vt puta non accepiãdo eius gentem, ipso iure non puniebantur, nec ea quæ iuris ciuilis sunt amittebant, nisi senatus vel princeps id declaret, vt in præalleg. l. amissione. Ideo in hoc Henricus Imperator suppletprædictam suam constitutionem, statuendo, ꝙ quocunq; modo quocunque aliquis contra principis honorem cõmittat, vel machinetur rebellando, rebellis sit, & ita declarat Bar. in dicta sua glo.

SVMMARIVM.

1 *An rebellis Imperii dicatur, qui se imperio subditum fatetur, sed odio personæ imperatoris rebellat.*
2 *Non potest quis dicere, quod est rebellis imperatoris, & non imperii, nec e contra.*

QVAESTIO II.

1 SEcundo quæro, An rebellis imperii dicatur, qui se imperio subditum fatetur, sed odio personę imperatoris rebellat? Et est dicendum quod sic, per tex. in l. amissione, ff. de capi. dimin. & per tex. in d. extrauagan. qui sint rebel & habetur per Bart. in sua gl. in ver tenore. in d. extrauag. vbi dicit, quod non potest † quis dicere,
2 quod est rebellis imperatoris, & non imperii, nec contra. de quo Bar. in gl. in verb. in præallega. Extrauagan.

SVMMARIVM.

1 *An is qui officiali principis parere recusat, rebellis dicatur, vbi Rebellis dicitur, qui parere recusat officiali principis, in his, quæ ad commissum illi officium a principe spectant.*
2 *Rebellis improprie dicitur, qui officiali principis parere recusat in his, quę ad commissum illi officium non spectant, vlterius Rebellis dicitur etiã, qui iudici suo non vult parere.*
3 *Rebelles intelliguntur omnes, qui sunt in proterua & notoria inobedientia.*
4 *Verbum Rebellis, est verbum generale, & comprehendit quemlibet subditum contradicentem dicto vel facto sui superioris.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro, An is qui officiali principis parere recusat rebellis dicatur? Respondẽ distinguendo, quod aut quis parere recusat officiali principis in his, quę ad commissum illi officium a principe spectant, aut non. Primo casu talis rebellis dicitur, vt dicit tex. in extrauag. qui sint rebel. & per Deci. in c. fane. el 2. in 4. not. col. 2. de officio delegat. † Secundo ve
2 casu dicitur rebellis, sed improprie. Nam non solum dicitur rebellis qui domino suo resistit, sed etiam ille qui iudici suo non vult parere, vt dicit Decius in d. c. fane. de officio delegat. in 4. not. ab. allegat tex. in c. ea quæ §. 1. de stat. monach. ibi, cõtumaces & rebelles & in c. 2. de noui operis nunciat. ubi Dec.
3 dicit, † quod omnes qui sunt in proterua & notoria inobedientia, rebelles intelliguntur, quod no. Ang. in l. 2. §. fina. de iudic. ad idem Bal. in l. si vero. §. qui ergo. ff. de milit. testam. vbi dixit,
4 † ꝙ verbum rebellis, est verbum generale, & comprehendit quemlibet subditum contradicentẽ dicto vel facto sui superioris. Ita non omnis rebellio inducit in crimen læsæ maiestatis. sed solum quæ statum imperij concernit, vt dixit Bonifa. in clem. pasto. §. fane, in 1. colum. numero 4. versicu. Non enim omnis rebellio. de re iudica.

SVMMARIVM.

1 *An rebellis dicatur, qui coacte & per metum rebellionem fecit.*
2 *Voluntas coacta non est proprie voluntas.*
3 *Rebellio facta per Castrum Duciæ contra communitatem Imolæ, ex quo fuit meticulose facta, & ex iusto timore, puniri non debet.*
4 *Rebellio facta ad importunas preces alicuius Tyranni, puniri non debet.*
5 *Facere metu Tyranni, & ad illius importunas preces facere æquiparantur, nam Preces Tyranni iussui æquiparantur.*
6 *Renunciatio beneficii metu perdendi patrimonium facta a clerico facta non valet, etiam si esset iurata.*
7 *Matrimonium metu contractum est nullum.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quæro, An rebellis dicatur q coacte & per metum rebellionem fecit? Dicas ꝙ non: ita voluit Bald. i consi. 36. proponitur consuetudo Ciuitatis, in 3. vol. vbi dixit, ꝙ talis rebellio dicitur passiua, non
2 actiua. facit † quia voluntas coacta non est proprie voluntas, vt dixit Bal. in cõsi. suo schismat. quod est impressum sub rub. si quis aliquem testa. phohibu. Abb. in consi. 3. q. vi. in 2. volu. & Imo. in cons. 34. visis & ponderatis, col. fi. ver. circa secundũ
3 vbi consuluit, † ꝙ rebellio facta per Castrum Duciæ contra communitatem Imolę, ex quo fuerat meticulose facta, & ex iusto timore puniri non deberet, cum non sit imputandũ illi qui aliquid propter iustum metum facit, per ea quæ notantur
4 in l. j. & per totum titulum. ff. de eo ꝙ met. cau. † & hoc procedit etiam si rebellio esset facta ad importunas preces alicuius
5 Tyranni, nam metu Tyranni facta dicerẽtur. † Aequiparant enim ista, aliquid facere metu Tyranni, & ad illius importunas preces facere, vt dixit Inno. in c. petitio. de iureiur. & Bart. ĩ tract. de Tyra. q. 7. preces. n. eorum iussui æquiparantur, vt per gl. in l. 1. in prin. ff. ꝙ iussu. circa quod plura allegat Matth. de
6 Afflict. in suis decis. Neapoli. Decis. lxix. nu. 5. facit, † quia renunciatio beneficij metu perdendi patrimonium suum a clerico facta, non valet, c. Abb. ext. de his quæ vi metusue causa fiunt. vbi tex. in fi. dicit, ꝙ quæ metu fiunt, de iure debent in iritum reuocari. Imo si renunciatio beneficii metu facta esset ẽt iura
7 ta non valeret, tex. est in c. ad audientiam, e. ti. † idem dicimus de matrimonio metu contracto, ꝙ est nullum, vt per Abb. & & alios in c. cum locum. de spon. & in c. consultationi. e. ti. Idẽ Abb. in c. veniens, ver. item potest notari. de spon. & in c. ad id quod. ver. no. pri. e. ti. vbi concludit, ꝙ matrimonium metu ꝯ. ctum, est ipso iure nullum. Et præmissam conclusionem, ꝙ rebellis non sit qui metu rebellionem fecit, tenuit etiam Aymo Craue. in consi. 6. col. 18. in ver. 7. arguitur, nu. 84. ad idem Lau. Calc. in consi. 81. col. 2. & vide Gramma. in consi. 31. in causa mag. Ioan. Bap. per totum, vbi consuluit in contingentia facti pro ista opin.

SVMMARIVM.

1 *Machinari contra imperium quid sit.*
2 *Machinari est aliquid dolose ordinare, & Machinatio in arte verborum consistit.*
3 *Rebellans contra officiales imperatoris pro his quæ petunt pro statu imperii, sine dubio, rebellis dicitur.*

QVAESTIO V.

1 QVinto quæro, Dixi ĩ. in diffinitione rebellis, ꝙ rebellis est qui aliquid machinatur ꝯ prosperitatem imperij. modo videndum, quid sit machinari ꝯ imperiũ. Bar. in extrauag. qui sint rebel. in verb. machinantur,
2 dicit, † ꝙ machinari est aliquid dolose ordinare: machinatio. n. in arte verborum consistit, vt ff. de do. l. i. §. i. & ibi not. & ita dixit d. gl. ibi in verb. machinationem. vt puta dicit ibi Barto. faciendo inter se ligas, & societates prohibitas, sub aliquo velamine vel colore licito, allegat tex. in l. secunda. ff. de extraord. crimin. subiungens Exemplum, quando Imperatore vel

eius

Digitized by Google

eius nuncio volente ingredi Ciuitatem pro recuperandis iuribus Imperij, tam ibi quam alibi aliqui respondent, quod nolunt tot armatos vel tantam eius gentem, quia esset periculosum eorum statui, & sic illi dant verba: done labatur tempus in quo multa fieri possent pro prosperitate Imperij. Dicit. n. Bar. ibi, quod istæ sunt quædam machinationes, licet ad belli eos actus non sit deuentum. Ista nãque machinatio, inobedientia sequuta, illos rebellos facit. ad idem vide Curt. iunior. consi. 137. colu. 3. num. 12. in 2. volum. vbi dixit, † ꝙ quando
5 aliquis rebellat contra officiales imperatoris pro his quæ petunt pro statu Imperij, sine dubio rebellis dicitur. ideo concludit quod homines cuiusdam castri qui denegarunt hospitari milites Cæsareę Maiestatis ad mandata Capitanei generalis merito dici poterunt rebelles Imperij.

SVMMARIVM.

1 *An esse rebellem imperii, vel esse in odium imperii idem sit, & Rebellio est quid mortale.*
2 *Esse in odium imperii est medicinale.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quæro; An esse rebellem Imperij vel esse in odium imperii idem sit? Dicas quod non: nam rebellio est quid mortale, nec remitti potest, nisi ex Principis gratia, vt habetur per Docto. in c. j. §. & bona cõmittentium, vbi Matthæ. de Afflict. in tit. quæ sint regal. in vsi.
2 feudo. † Esse autem in odium imperii est medicinale: remittitur enim odium purgata contumacia, Auth. item nulla communitas. C. de epis. & cleric. ita voluit Matth. de Lau. in tract. de crim. læsæ maiest. q. 48. Dicas quod fuit originalis doctrina Barto. in extrauag. qui sint rebel. in sua glo. in verbo rebellis, in versi. item nota quod aliud.

SVMMARIVM.

1 *Si hi qui libertatem ab imperatore recognoscunt siue ex priuilegio, siue ex Imperatoris patientia imperio sint rebelles, an priuari possint libertate.*
2 *Et an idem sit in his qui a Papa libertatem recognoscunt.*
3 *An idem sit in Dominis Venetis.*
4 *Domini Veneti liberi sunt.*
5 *Ciuitas Venetiarum cum in mari fundata sit Imperatorem recognoscere non tenetur.*
6 *Nonnulli dicunt Dominos Venetos ex eo liberos esse, quia libertatem cõtra Imperatorem præscripserunt, & Albericus de Rosate, testatur vidisse priuilegium exemptionis concessum Duci & Ciuitati Venetiarũ Bulla aurea munitum.*
7 *Non subditus rebellionem non committit.*
8 *Ciuitas Venetiarum vim Imperatoris habet, & potest in suis terris omnia quæ Imperator in suis.*
9 *Quælibet ciuitas quæ superiorem non recognoscit, tantum habet imperiũ in suo territorio quantum Imperator in vniuerso.*

QVAESTIO VII.

1 SEptimo quæro; Si hi qui libertatẽ ab Imperatore recognoscunt, siue ex priuilegio, siue ex Imperatoris patientia, imperio sint rebelles, an priuari possint libertate? Dicas sic, secundum Bald. in cap. sicut, de iureiuran. † Idem erit in his qui à Papa libertatem re-
2 cognoscunt, ita voluit Mart. de Laud. in tracta. de crim. læsæ maiest. q. 51. sed † in quantum dicunt de Dominis Venetis, ab eis dissentio; quia Domini Veneti sunt liberi iuris, cum eorũ
3 Ciuitas in mari fundata sit. Bald. in rubri. ff. de rerum diuisio. colum. versicu. circa ædificia quæro, iure enim gentium Ciuitates in mari fundatæ sunt ipsorum ędificantium, l. interim. in princ. ff. de rerum diuisio. Barth. Cœpo. in tracta. de seruit. rust.
4 prædio. in cap. de mari. nume. 4. † cum igitur Domini Veneti non in solo alicuius, sed in mari eorum ciuitatem ædificauerint, liberi sunt: vt ratione prædicta, tenuit etiam Ias. in l. ex hoc iure, numero 6. ff. de iust. & iur. idem voluit Ioan. Francis. Ripa in l. possessio. colum. 2. numero 8. ff. de acquiren. possess.
5 vbi dixit, † quod ideo ciuitas Venetiarum Imperatorem recognoscere non tenetur, quia in mari fundata est. ita etiam dixit idem Ripa in l. insulam. numero 22. ff. de verborum obligat.
6 † Nonnulli alij dicunt Dominos Venetos ex eo liberos esse, quia libertatem contra Imperatorem præscripserunt, vt dixit Barto. in l. 1. ff. de rerum diuisio. & ibidem Bald. idem dixit Io. Igneus in repe. §. non alias, l. necessarias, ff. ad Syllania. nume. 203. Ias. in d. l. ex hoc iure. colum. 4. numero 6. Alberi. in l. cunctos populos, colu. v. in versi. communiter glo. & omnes, C. de summa Trinita. & fide Catho. vbi dixit, quod ciuitas Venetiarum allegat præscriptionem libertatis tanti temporis cuius initii memoria non existit: licet postmodum subdat vidisse priuilegium exemptionis concessum Domino Duci, & ciuitati Venetiarum, bulla aurea munitum. vtcunque sit, siue dicamus dominos Venetos liberos esse, quia eorum ciuitas est in mari ædificata (quod mihi plus placet) siue ex eo quod libertatem præscripserint: vtique verum est dicere quod non subsunt imperio: ergo non possunt dici committere rebellionẽ
7 contra imperium, quia † non subditus in dictum crimen nõ incidit, vt dixit Bar. in d. extrauagan. qui sint rebelles, in verbo rebellando, in prin. & in versicu. quod si aliquis homo de terris Ecclesię, ad hoc, quod non subditus non dicatur committere crimen rebellionis habetur, etiam per Paris. consi. 101. Bona de quibus, numero 33. in primo volumi. faciunt quæ late dixi supra in Rubr. qualiter & a quibus crim. q. 68. Et ex istis liquido constat dictum Marti. de Laud. de Dominis Venetis nõ esse verum. Et quod domini Veneti non subsint imperio, tenuit etiam Matth. de Afflict. in cap. 1. in versicu. in glos. 1. in princ. in titu. de pac. tenend. & eius violat. in vsibus feudorum, ad idem facit, quod voluit Ias. in d. l. cunctos populos, colum.
8 29. vbi dixit, † quod Ciuitas Venetiarum Imperatorem non recognoscit, immo & ipsa vim imperatoris habet: & quod potest in suis terris omnia, quæ Imperator potest in suis. hoc idẽ dixit idem Ias. in consi. 70. in 3. volumi. facit quod notanter dixit Barto. in l. infamem, in fi. C. de publi. iudic. vbi dixit, † quod
9 quælibet Ciuitas ꝙ superiorem non recognoscit, tatum habet imperium in suo territorio quantum Imperator in vniuerso.

SVMMARIVM.

1 *An quis possit esse rebellis occulte.*
2 *Rebellis occulte. an impune occidi possit.*

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quæro, An quis possit esse rebellis occulte? Et videtur dicendum quod non, quia secreta cordis iudicat solus Deus, & occulta solus scit. c. erubescen. 32. distinct. Dicas tamen aliquem posse esse occulte rebellem, vt habetur in extrauagan. qui sint rebel. ibi, publice vel occulte.
2 Sed † an impune occidi possit rebellis occulte? Dicendum ꝙ sic: quia ipso facto rebellis incurrit pœnam contentam in di. extrauag. & an fuerit occulte rebellis iustificabitur in iudicio super homicidio. argumen. tex. in l. de pupillo, & §. si quis rinos, versicu. toties, ff. de ope. noui nuncia. & ita voluit Bartol. in d. extrauagan. qui sint rebel. in verbo rebellando, versic. circa secundum. Idem voluit Petr. de Anchara. in consilio 288. ex prædicta facti narratione, colum. 2. faciunt, quæ dixi supra q. v. nu. 19. in rub. qualiter & a quibus crim. læsæ maiest. committat. in versi. conclusionem supra firmatam, vbi tenui Cardinalem expresse vel occulte rebellem Papæ posse impune offendi, quod est no. ad limitationem tex. in c. fęlicis, de pę. in 6.

SVMMARIVM.

1 *Vasallus an teneatur obedire domino rebelli cui ante rebellionem præstiterat iuramentum fidelitatis.*
2 *Debitor fidelitatis non tenetur obedire domino rebelli.*

QVAESTIO IX.

1 NOno quæro. An vasallus teneatur obedire dño rebelli, cui ante rebellionem fidelitatis præstiterat iuramentum? Et dicas quod non. ita tenuit Bar. in extrauag. qui sint
2 rebel. in ver. rebellando, vbi dixit. † ꝙ debitor fidelitatis nõ tenetur obedire domino rebelli, non ex eo quod sit liberatus à fidelitate per rebellionem domini: sed tanquam a principio promissio fidelitatis fuisset conditionata, videlicet, si non erit rebellis principi, per tex. in c. 1. in titu. hic finitur lex, deinde incip. const. cum ibi no. & ita etiam tenet solennis Doctor præceptor meus D. Caro. Rui. in consi. cv. casus iste de quo quæritur. col. j. nu. 4. in 1. vol. ad idem Albe. Bru. in consi. 28. Nobilis domine, col. 1. ver. rebellio autem. in 2. volu.

SVMMARIVM.

1 *An ciuitates quæ a Tyrannis per vim capiuntur vel occupantur, qui Tyranni hostes Imperii sunt, rebelles dicantur.*
2 *In ciuitate rebelle & eius territorio, quilibet potest prædari, & comburere.*

Digitized by Google

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro, An ciuitates quæ a Tyrannis per vim capiuntur vel occupantur, qui Tyrāni hoſtes imperij sūt, rebelles dicantur? Reſponde quod non: ſed quæ ꝓprio motu ciuium vel maioris partis eorum rebellant, rebelles ſunt. Et in iſtis quo ad amiſſionem eorum iurium idem ſer
2 uatur quod in priuato. † quo autem ad pœnam per hominē inferendam, dicendum eſt, quod quilibet poteſt prædari in dicta Ciuitate & eius territorio, ac etiam cōburere, & ſimilia facere quæ conſueuere fieri in eos contra quos nobis eſt bellū, l.3.in fi.ff.de acqui.rer.do. ita notanter dixit Bar.in d.extrauag. qui ſint rebel.in verb.rebellando, verſi.item iſtæ pœnæ.

SVMMARIVM.

1 *An per rebellionem ſubditorum princeps ſua poſſeſſione priuetur.*
2 *Domini a ſubditis non dependent.*
3 *Seruus aufugiens a domino non poteſt ſuam poſſeſſionem domino interuertere.*
4 *Subditi alicuius non poſſunt iuris dictionem quam ipſi non habent in alium transferre.*
5 *Subditi rebellantes, ſi dominum ſumm re pellant de territorio, vel in carcerem coniiciant, interuertunt ei poſſeſſionem.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimo quæro, An per rebellionem ſubditorū princeps ſua poſſeſſione priuetur? Dicas quod nō, per tex.& ibi no.per Doct.in l.1.C.de ſerui.fugit.vbi dicitur, quod ex fuga ſerui domino ſuo damnum non fit, & ibi Bald.in vl.no.dicit, ꝙ ex fuga ſerui & malitia ſubditorum
2 non fit præiudicium domino: † cum Domini a ſubditis nō dependeant. ſubditi enim a Dominis inuiti poſſidentur, l.male agitur.C.de præſcrip.3.annorum. ita dixit Bald.in d.l.1.colu.3. verſicu.ſolue quod per furtum.C.de ſeru. fugit. † ſubdens ibi
3 dem, quod ſeruus qui a Domino ſuo aufugit, non poteſt ſuā poſſeſſionem Domino interuertere, immo iram, & vindictā contra ſe prouocat qui rebellat.l.ſi certus, §.apetitus, ff.ad ſena.conſul.Sylla.l.omne delictum, §.contumacia. ff.de re mili. & l.liberi.in fi.C.de inoffi.teſtam.& hanc opinionem, quæ vera eſt, tenuit Bal.in l.ſi aquam, in ſua repe.C.de ſeruit.& Matt. de Lau.in tracta.de crimine læſæ maieſta.quæſtio.v. comprobant prędicta. † quia ſi ruſtici ſe ſubmittant alterius iuriſdictio
4 ni, & ſe etiam conſtituant, id ius nomine illius cui ſe ſubmiſerunt poſſidere, non tamen propter hoc trāsferunt in illum aliquod ius iuriſdictionis, ſi ſubditi erant iuriſdictioni alterius Domini. nam ſubditi alicuius non poſſunt iuriſdictionem, q̄ ipſi non habent, in alium transfere: ita voluit Barr. cum quo ceteri tranſeunt, in l.ꝙ meo.ff. de acquiren. poſſeſſio. colum. vlti.verſi.ſed ſi ruſtici. Et hoc tenet etiam Egregius Doctor regius Conſiliarius Dominus Andræas Tyraquellus in tract.de iure conſtit.poſſeſſor.in 2.parte, Ampliatione 32. numero 4. allegat idem tenere Inno.in c.dilectus. extra de capel. monacho.& in c.olim inter, de reſtit. ſpolia. hanc etiam concluſionem, ꝙ per rebellionem ſubditorum Dominus non priuetur ſua poſſeſſione, tenuit etiam Antonius Corſetus in ſuo tract. de poteſt.regia in prima parte colum.penult.nu.7. † illam ta-
3 men ſane limita non procedere, quando ſubditi rebellantes dominum ſuum rebellarent de territorio, vel in carcerē cōiiceret, l.1.§.penult. ff. de vi & vi ārma. vt voluit Corſet. loco prædallegato.

SVMMARIVM.

1 *An communitas rebellando contra ſuam dominum crimen læſę maieſ.com mittere dicatur.*
2 *Quando Regimina deputata delinquunt conſi. ſolenniter congregato, totus populus interpretatiue deliquiſſe dicitur.*
3 *Quod facit conſilium, totus populus facere videtur.*
4 *Si communitas vel vniuerſitas eſſet pro rebellione punienda pecuniariter, innocentes & qui contradixſſent non eſſent collectandi & exequendi.*
5 *Bononia propter rebellionem ſemel aratrum paſſa eſt, ac demum ex gratia reædificata.*
6 *Idem Carthagini contingit.*
7 *An ſi vniuerſitas punita fuerit propter rebellionem, poſſit etiam contra particulares perſonas pro tali delicto procedi? Et nu.8.*
9 *Ciuitas ſi rebellat officiali principis propter principem, quia non vult ipſi principi parere, crimen læſę maieſtatis committit. Secus ſi rebellaßet propter ipſum officialem tantum.*

QVAESTIO XII.

1 Duodecimo quęro, An communitas rebellando contra ſuum dominum crimen læſę maieſtatis committere dicatur? Et dicit quod ſic: punitur enim. eſto ꝙ ſint aliqui innocentes, & aliqui contradixerint ne rebellio fieret, † quādo naque regimina de-
2 putata delinquunt conſi. ſolenniter congregato, totus populꝰ intepretatiue deliquiſſe dr̄, vt per Bar.in l.aut facta.§.deliquūt. ff.de pœ.Abb.in c.dilectus, el 2.& ibi late per Io.de Anan.extra de ſimo.accedat quod voluit Ange.in l.metum.§.animaduertendum, in fi.ff.quod met.cau. vbi dixit, † ꝙ illud quod fa-
3 4 cit conſilium totus populus facere videtur. † Quinimmo licet delictum fieret non conuocato conſilio, ſi tamen cauſam ſuc ceſſiuam habeat, vt & in rebellione, & guerra, ac ſimilibus ꝓpter tolerantiam vniuerſitatis, ac communitatis, delictū qua ſi tacite ratificatur, ſecundum Io.And.in d.c.dilectus, el 2.col. antepenu.Petr.de Anch.in conſi.158.ex narratis, & Felyn.in c.cum omnes, in 6.declaratio.de conſt.quos refert & ſequitur Albert.Brun.in conſi.28.Nobilis dominæ, col. 2.in fi.ſciendū
5 tamen eſt, † ꝙ vbi communitas vel vniuerſitas pro tali delicto eſſet punienda pecuniaiiter, innocentes, & qui contradixiſſet non eſſent collectandi & exequendi, vt dixit Ioan.de Ana.in d.c.dilectus, & ſequitur Brunus, in d.conſilio 28. col.28.num. 12.Luc.de Penna in l.3.col.6.de exactorib. & executor.lib.12. C.& habetur in d.c.dilectus, per Doct. † & dixit Bar. in d.§.de-
6 linquunt.& Io.de Anan.poſt Abb.in d.c.dilectus, quod Bononia propter rebellionem ſemel aratrum paſſa eſt, ac de-
7 mum ex gratia reædificata. † idem Carthagini contigit, quia & ipſa aratrum paſſa eſt, vt dicit tex.in l.ſi vſusfructus Ciuita-
8 tis, ff.quibus mod.vſufruct.amittat. † An autem, non obſtante ſtatuto ꝙ vniuerſitas punita fuerit propter rebellionem a ſe factam, poſſit etiam contra particulares perſonas pro tali delicto procedi? Eſt dicendum quod ſic, quia pœna quæ imponitur pro tali delicto, videlicet capitis & confiſcationis bonorum, l.quiſquis.C.ad leg.Iul.maieſt.melius conuenit ſingularibus perſonis quam vniuerſitati, vt voluit Cy.in l.ſi quis tantam, colum.3.verſi. ſed pone quod ciuitas, C.vnde vi. Salicet. in l.1.C.de ſeditioſ. vbi ad hoc allegat text.in l.j.ff.de magiſtr. conueniend.Bald.in l.Polla.Cod.de his quibus vt indig.Ioan. Monach.& Ioan.Andr.in capit.fina. de pœn.in 6.vbi dicunt,
9 † quod etiam ſi eſſet proceſſum contra vniuerſitatem, & illa condemnata & punita, adhuc tamen puniri poſſent ſingulares perſonæ vniuerſitatis prædictæ: quod in Ciuitate Viterbij ſeruatum dicunt, argumen.l.ſemper, §. in ſepulchro, ff.quod vi aut clam.not.Barto. in l.aut facta. C. de pœn.& Anton.de Butri.in dicto cap.dilectus, el ſecundo, de ſimoni.& ita voluit Alexand.conſilio 13.con4deratis his quæ in themate.colum. 3.verſi.quinto præſuppono.in 6.volumine, & ita tenet etiam Albert.Brun.in prædallegato conſilio ſuo 28.numero 11. & in verſicu.ex quibus omnibus, & vide ad prædicta Lucā de Penna, in l.3.colum.penul.& vltim. C. de exactor. & executorib.
10 libro 12.vbi ad partes arguit. † Idem dicendum eſt, quando ciuitas eſt rebellis officiali principis propter principem, quia noluit ipſi principi parere: ſecus ſi rebellaſſet propter ipſum officialem tantum, vt voluit Barto. & Alexand. in lege hoſtes, ff.de capti.& poſtlim.reuerſ.ita dixit Anton.Capit. in ſuis deciſio .Neapolitan. deciſio. xxx. numero quaranteſimoſecundo.

SVMMARIVM.

1 *An Caſtrum rebellans proprie Ciuitati committat crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Si propter partialitates vna pars cinium aliam expelleret, non eſt crimen læſæ maieſtatis.*
3 *Caſtrum rebellans proprie ciuitati ſuperiorem non recognoſcenti, incidit in crimine læſæ maieſtatis.*

QVAESTIO XIII.

1 DEcimo tertio quæro, An caſtrū rebellans propriæ ciuitati committat crimē læſæ maieſtatis? In hac q. Petr. de Anchara. in conſilio ducenteſimooctuageſimoſeptimo. iſte B.de Garnario Bannitus, arguit ad vtranque partem, & tandem concludit quod non incidit in crimen læſę maieſtatis caſtrum rebellans propriæ ciuitati: quia non contra Imperatorem ſeu Principem principaliter rebellio facta eſt directe, per not.Barto.in extrauagan.qui ſint rebelles.in verbo quoniam, circa princip. quem ſequitur Auguſt.de Arimin.in additio.ad tracta.Ang.de malefic. in verb. che hai tradito la tua patria.columna ſecun.in addi. quæ inci
2 pit, tu autem in hac materia adde & dic, vbi dixit, † quod idē eſt quando propter partialitates vna pars ciuium aliam expelleret. Nam eo caſu nō eſt crimen læſæ maieſtatis, prædictam concluſionem dixerim ego procedere, quādo caſtrum rebellat

Digitized by Google

lat proprie ciuitati, quæ ſuperiorem recognoſcit, vt puta aliquod Caſtrum Ceſenæ vel Imolæ rebellat a ſua ciuitate, non
3 tamen ab eccleſia ſeu pōtifice. †Secus autem quādo aliquod caſtrum rebellaret a ciuitate ſuperiorem non recognoſcēte, vt eſt ciuitas Venetiarum. Nam tali caſu caſtrum rebellans incideret in crimen læſę maieſtatis, per ea quæ dixi ſupra 11. 12. & 16. quæſtio. in rubric. qualiter & a quibus crim. læſę maieſta. committat.

SVMMARIVM.

2 *An ex ſola aſſertione principis aſſerentis aliquem eſſe ſuum rebellem, ille probetur rebellis.*

QVAESTIO XIIII.

1 QVarto decimo quæro, An ex ſola aſſertione principis aſſerentis aliquem eſſe ſuum rebellem ille probetur rebellis? Dicas quod non, ita tenuit Deci. in conſi. 544. Sereniſſimis Imperator Carolus, colum. 2. in 3. volumi. vbi concludit non eſſe ſtandū aſſertioni dicti imperatoris, aſſerentis in quadam ſua declaratoria, quod Illuſtres D. Federicus & Pirrus de Gonzaga eſſent ſui rebelles, & propterea omnia eorum feuda deuoluta eſſe ad ipſum Cæſarem: ex qua talis rebellio aliter probata non erat, cum de imperatoris intereſſe tractaretur. idem tenet idē Deci. conſi. 410. in cauſa mota Mediolani, colum. 2. verſi. Tertio principaliter, in tertio volumine. & Domi. Carol. Ruin. præceptor meus in conſilio 147. viſis his quæ proponuntur, nume. 8. & in conſi. Tertio videtur prima facie, colum. 3. nu. 5. in v. volu. & Iaſ. in conſi. 34. ad motiua data, in j. volu. & in conſi. 86. in cauſa Reuerend. D. Gentilis, colu. 4. verſic. ſed fortaſis, in 3. volu. vbi de aſſertione Papę loquitur, aſſerentis aliquem eſſe rebellem eccleſię, quod non probet.

SVMMARIVM.

1 *Stante ſtatuto, quod extante maſculo filia non ſuccedat, an ſi filius ſit rebellis filia ſuccedet.*
2 *Filius rebellis fingitur non extare.*
3 *Statutum ſupradictum intelligitur, ſi maſculus qui extat ſit habilis ad ſuccedendum, nam Inhabilis quantum ad ſucceſſionem habetur pro mortuo.*

QVAESTIO XV.

1 DEcimo quinto quæro, Stāte ſtatuto, & extante maſculo filia non ſuccedat, quid dicendū erit ſi filius ſit rebellis, an filia ſuccedet? Bal. in l. illicitas, §. qui vniuerſas, ff. de officio præſid. tenuit filiam ſuccedere, & teſtatur idem tenuiſſe Cynum. †nam filius, ex quo effectus eſt rebellis, fingitur non extare, & ſic ſequens admittit. idem voluit Matth. de Afflict. in c. 1. §. præterea. in ver. gl. 3. nu. 84. in ti. quæ fuit j. cau. benef. amit. in vſib. feud. facit, † quia præ
3 dictum ſtatutum, quod ſtantibus maſculis filiæ non ſuccedāt, intelligitur ſi ille maſculus, qui extat, ſit habilis ad ſuccedendum: Inhabilis quantum ad illam ſucceſſionem habetur pro mortuo. l. 1. §. fi. ff. de cōtratab. & per Bal. in l. fœminæ. C. de inoffi. teſtam. Laurus de Pallat. in tractatu ſuo, quod ſtantibus maſc. fœm. non ſucced. in princ. nume. 10. Sed nulli dubium, quod rebellis eſt inhabilis ad ſuccedendum. l. quiſquis. C. ad legem Iul. maieſt. ergo fœmina eo caſu admitteretur.

SVMMARIVM.

1 *Si ex decreto Ciuitatis aliquis ſit factus rebellis ipſe & ſui, an ſub illo verbo ſui, filiæ fœminæ comprehendantur.*
2 *Statutum loquens per verba indefinita omnes caſus complectitur, in quibus eſt eadem ratio, ex interpretatione potius, quam ex proprietate ſermonis.*
3 *Statutum loquens per verbum, ſi quis, & ſic per adiectiuum ſine termino, fœminam non comprehendit, quando non militat eadem ratio.*

QVAESTIO XVI.

1 SExto decimo quæro, Si ex decreto ciuitatis aliquis ſit factus rebellis ipſe & ſui, an ſub illo verbo, ſui, filiæ fœminæ comprehēdantur? Dicas quod non, vt voluit Are. conſi. 36. in facto dicitur contigiſſe. mouetur ea ratione, quia dictio, ſui, poſita in dicto decreto eſt indefinita loquutio, & propterea vniuerſalis, ac ſi dictum eſſet, & omnes ſui. allegat not. in l. ſi pluribus, ff. de leg. 3. Et eo caſu ſuccedit doctrina Bart. in l. omnes populi.
2 in 6. q. princ. ff. de iuſt. & iur. vbi dixit, † quando ſtatutum loquitur per verba indefinita omnes caſus complectitur in qb. eſt eadem ratio, ex interpretatione potius quam ex proprietate ſermonis: allegat tex. in l. ſi ſeruitus, ff. de ſeruit. vrbano. prædio. Caſus vero in quibus non eſt eadem ratio, ex ſua propria ſignificatione non complectitur, ſed in caſu noſtro nō eſt eadem ratio puniendi fœminas ſicut maſculos, in crimine læſæ maieſtatis, l. quiſquis, in §. filij vero. iuncto §. ad filias ſane. C. ad legem Iuliam maieſt. ad idem facit doctrina Bart. in l. 1. in prin. ff. de pecu. †vbi voluit, quod ſi ſtatutum loquitur per ver
3 bum, ſiquis, & ſic per adiectiuum ſine termino, vt in q. noſtra, fœminam non comprehendet, quando non militat eadem ratio puniendi fœminam ſicuti maſculum, & plura allegat Are. in præallegato conſi. ad probandam hanc concluſionē, pro qua faciunt quæ dixi ſupra in rub. de pœ. quas filij incurr. Patr. commit. cri. læſæ maieſt. q. 14.

SVMMARIVM.

1 *Si Caſtro rebellanti fuerint ablata bona, & poſtmodum ſequuta reconciliatio, an ex ſola, reconciliatione intelligantur illi reſtituta bona.*
2 *Rebannitus ex indulgentia bona non recuperat, & Ex reſtitutionne, omnia reſtituta videntur.*
3 *Rebannitus an recuperaret bona alienata per fiſcum.*
4 *Qui emit a fiſco, inquietari non poteſt.*
5 *Si bona rebellium aliis ſunt conceſſa, facta pace reddenda ſunt primis dominis, & Pax non habet vim ſimplicis indulgentia, ſed reſtitutionis in integrum.*

QVAESTIO XVII.

1 DEcimo ſeptimo quæro, Caſtrū rebellauit, propter quam rebellionem fuerunt ſibi ablata bona, ſequuta eſt poſtmodum reconciliatio, quæritur an ex hoc intelligantur illi reſtituta bona ex ſola reconciliatione? Martin. de Laud. ponit hanc quæſtionem in tract. ſuo de cri. læſę maieſta. q. 49. & decidit q̄ non recuperet bona ex ſimplici reconciliatione. allegat ad hoc Ang. in l. filio quē. ff. de liber. & poſth. Nellus in tracta. bannitorum, in 1. par. tertij temporis, q. 4. tangit hanc quæſtionem in bannito, an recuperet bona quando fuit ſimpliciter rebannitus, vel a banno exemptus, & deinde ancellatus a banno, & diffentia facit, an ex rebannitione conſequatur indulgentiam, aut reſtitutionē:
2 †quia ex indulgentia bona non recuperat, ſi vero reſtitutus fuerit, tunc omnia reſtituta videntur, l. 1. C. de ſen. paſſis. l. fin.
3 e. titu. †Sed an recuperet bona allienata per fiſcum? idem Nellus ibidem. q. v. dicit, quod communis opin. tenuit Bart. in d. l. fina. C. de ſent. paſ. pluribus: & primo, quia qui a fiſco emit, nullo modo inquietari poteſt, l. bene a Zenone. C. de quadri. præſcrip. Secundo, quia idem eſſe debet in qualibet ciuitate, nam poſt bonorum publicationem fiſcus legitime tenuit, vti hæres, bona confiſcata. l. 3. C. ad legem Iul. de vi. † & qui emit
4 a fiſco inquietari non poteſt. l. ſed ſi lex. §. item ſi rem. ff. de pe. hære. ad hoc facit glo in l. Gallus, §. & quid ſi tantum. ff. de lib. & poſth. quæ dicit, quod reſtitutio non trahitur ad ius quæſitum, & in iſta opinione reſidet Nellus. pro qua facit text. in c. quamuis, de reſcrip. in 6. & ibi vide in glo. magna. idem tenuit Bal. in l. ſed ſi hac §. ſed ſi pœnam. ff. de in ius vocand. idem in l. data. C. de appellationib. Imo. in l. ſi marito publico, in prin. ff. ſolu. matrimo. & latiſſime tradunt Docto. in d. §. & quid ſi tantum. vbi per Alexan. colum. 8. & 9. ad idem Alexand. conſil. 119. in 3. volumi. & conſi. 1. in ſecundo volumi. & Bal. con 221. in 4. volumi. †Dicas tamen ſecundum Nicol. Boer. in ſuis
5 deciſ. dec. 38. nu. 7. in 1. parte, quod ſi bona rebellium aliis ſunt conceſſa, facta pace reddenda ſunt primis Dominis, per text. quem Bal. dicit ſingul. ad hoc in extrauag. de pace Conſtant. in verbo priuilegia. Pax enim non haber vim ſimplicis indulgentiæ, ſed reſtitutionis in integrum, quod ſequitur Aret. in d. l. Gallus, in §. & quid ſi tantum, ff. de liber. & poſth. & Soci. in conſi. lviij. colum. 2. circa med. verſic. ad huc dici poteſt quod ex quo in 3. colum.

SVMMARIVM.

1 *An Extrauagans, qui ſint rebel. locum habeat contra eos qui rebellant cōtra regem vel principem, vel contra propriam Ciuitatem.*
2 *Extrauagans ſupradicta quos officiales comprehendat.*
3 *Quando rebellio fit contra regem, principem, vel Ciuitatem, quod ius ſeruari debeat.*
4 *Extrauagans ſupradicta comprehendit eos qui rebellant contra rectores per Romanam Eccleſiam in partibus Italiæ poſitos.*

Digitized by Google

QVAESTIO XVIII.

1 DEcimo octauo quęro; An extra uagã. qui sint rebelles; locum habeat contra eos qui rebellant contra aliquem regem vel Principem, vel contra propriam ciuitatem? Bart. in d. extrauagan. in verbo rebellando, in versicu. sed an hæc constitutio, dicit, quod videtur dicendum quod sic, ex quo dicitur in illo text. contra officiales nostros: nam omnes prædicti dici possunt officiales Imperatoris, qui vel ab eo, iurisdictionem habent, ex constitutione, cõcessione, vel longa consuetudine, quæ consuetudo vim habet constitutionis. alleg. tex. in l. j. §. denique. ff. de aqua pluar cen. & in l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quoti. & æsti. Istis tamen non obstantibus Bart. in d. versicu. sed an hæc constitutio, contrarium tenet, ea ratione, quia quando cõtra Regem, alium Principem, vel propriam ciuitatem committitur rebellio, tunc non fit ꝺ prosperitatem imperatoris principaliter. licet ex tali rebellione Rex Princeps, vel respubli. læditur, & de hoc dicit esse casum in l. si quis ingenuum. §. in ciuilib.
2 ff. de cap. & postlimi. reuers. † & illa constitutio dum de officialibus Imperatoris loquitur, intelligitur de illis qui principaliter & directe pro eo sunt, vt sunt Legati & Vicarij Imperatoris, l. 2. C. de his qui vic. alter. gerunt. lege prima. §. deportatos, ff. de legat. 3. Nam reges, & ciuitates licet iurisdictionem habeant ab Imperatore, tamẽ illam exercerent principaliter propter se, non propter impetatorem, ideo dicit Barto. quod isto casu cessat illa cõstitutio quæ contra eos, qui machinãtur cõtra principis personam, vel eius officiales, aut imperii ꝓsperitatem, & sic in his tantum casibus prouidet d. noua constitu-
3 tio. † Quando autem rebellio fit contra Regem uel principem, uel ciuitatem, seruari debere dicit ius antiquum, uidelicet dispositionem l. amissione. §. qui deficiunt, ff. de cap. dimi. quæ de his qui deficiunt, a iurisdictione eorum sub quorum Dominio sunt, generaliter loquitur, & hoc sequitur Petr. de Anchara. consilio cclxxxvii. incipit, iste B. de Garnario, & Io. Calde. in consilio 6. in titu. de accusa. & Deci. in consi. ccccx. colum. ultim. circa fin. in 3. uolumi.
4 † Quid autem dicendum sit de his qui rebellant contra rectores per Romanam Ecclesiam in partibus Italiæ positos, ut puta Bononiæ, Perusii, in Marchia Anchonitana, & alibi. Bar. in d. extrauagan. qui sint rebel. in uerbo rebellando, ĩ uer. sed quid si quis rebelat, dixit, quod eo casu est locus dictę cõstitutioni, nam eo casu imperium est ecclesiæ, & sic huiusmodi rebellantes faciunt cõtra prosperitatem imperii, faciunt ad hoc quæ ad hoc proposítum serioſe scribit Petr. de Anch. in consi. 277. ex prædicta facti narratione.

SVMMARIVM.

1 *An bona rebellium vendita, propter bonum publicum, restitui possint ipsis rebellibus.*
2 *Princeps ex causa indulgere potest delinquentibus, etiam in præiudicium publicum, & priuatorum. & Causę indulgentiæ multæ esse possunt.*
3 *Princeps quando possit tollere ius alteri quæsitum.*

QVAESTIO XIX.

1 DEcimo nono quæro. An bona rebellium vendita propter bonum publicum, vt puta, pacis Reipu. restitui possint ipsis rebellibus? Dicas quod ꝙ sic, ita tenet Mar. de La. in tra. suo de cri. læsæ mai. q. 14. vbi testatur circa hoc audisse opinionem magnorum virorum allegantium Bartol. in l. quæcunque. C. de nõ. instrum. iur. hast.
2 fiscal. libro x. facit text. in l. Lucius. ff. de euictio. † Item facit, quia Princeps ex causa indulgere potest delinquentibus, etiã in pręiudicum publicum priuatorum Causæ vero indulgentiæ multæ esse possunt, videlicet propter publicam vtilitatem, vt puta pro pace habenda, vt colligitur ex not. per Innocen. in cap. in nostra, de iniur. & dam. dato. Hostien. in summa, de pęnit. & remiss. §. fina. versicu. sed pone quod guerra. Alexan. in consilio ducentesimo decimo sexto. in secundo volumine, & habetur late per Matth. de Afflict. in cap. j. §. & bona committentium, numero centesimo trigesimo octauo. in titu. quę
3 siut regal. in vsibus feudorum. † ad hoc faciunt etiam adducta per Nellum, in tracta. bannitorum, in prima parte tertij temporis. quæst. octaua. vbi dixit, quod quando liberatio a banno fit propter vtilitatem publicam, tunc Princeps potest tollere ius quæsitum alteri. l. Lucius. ff. de euictio. l. item si verberatus, §. fina. ff. de rei vendicatio.

SVMMARIVM.

1 *Si filius feudatarii sit rebellis, & moriatur i rebellione viuo patre, relicto filio vel filia, demum pater defuncti rebellis moriatur, & sic Auus, an feudum quod Auus viuens tenebat fiscum transeat, vel ad nepotem ex filio rebelli.*

QVAESTIO XX.

1 VIgesimo quæro. Si filius feudatarij sit rebellis, & mortuus fuerit, in rebellione viuo patre, relicto tamẽ filio vel filia, demum patet defuncti rebellis moriatur, & sic auus, an feudum quod auus viuẽs tenebat ad fiscum transeat, vel ad nepotem, & sic filium vel filiam rebellis defuncti? Andr. de Iser. super consti. regni, quæ incipit, ob filiorum culpas in titu. vt pater foriudicati, ex delicto filii nõ teneatur. mouet hanc quæstionem, & tenet, quod filius rebellis succedet in feudo, excluso fisco, secus tamen dicendum esse asserit, si filius qui fuit rebellis moreretur post obitum patris, nam tali casu, fiscus succederet, ita etiam tenuit Matth. de Afflict. in c. t. §. præterea si vasallus, in versicu. glo. tertia, nu. 79. titu. quæ fuit pri. cau. benefi. amitten.

SVMMARIVM.

1 *Si suditus alicuius principis armasumat contra principem confœderatum principi suo, ab eius principe tanquam suus rebellis puniri poterit.*
2 *Confœderatio est tantæ potentię, quod de duobus corporibus vnum facit ad mutuam defensionem contra Hostes.*
3 *Princeps confœderatus punire potest hostes & rebelles sui confœderati.*
4 *Mutua iurisdictio datur in rebelles confœderatorum, & Ciuitas bannitos alterius confœderatæ receptare non debet.*
5 *Bellum iustum indicitur contra rebelles.*

QVAESTIO XXI.

1 VIgesimo primo quæro, Si subditus alicuius Principis, arma sumat contra principem confœderatum principi suo, an ab eius principe tanquam suus rebellis puniri poterit? Dicas quod sic nam videtur etiam contra suum principem arma sumere. ita dixit in l. secunda. columna antepenul. versicu. & nota. C. de seruitu. & aqua. & Bald. sequitur Sigism. Lofred. in consilio quinto. co
2 lum. 8. numero 38. † facit, quia confœderatio est tantæ potentię, quod de duobus corporib. vnum facit ad mutuam defensionem contra hostes, vt dicit idem Sigism. ibidem, & qui alteri adhæret videtur esse unus spiritus cũ illo, iuxta illud quod habetur in cap. damnatus, C. de summa Trinita. & fide cath. quod qui Deo adhæret, vnus spiritus est cum illo. facit illud Psalmistę, Adhæsit anima mea post te, Psal. lxvii. adde text. in cap. 1. de postulat. ibi, qui regi tunc temporis adhærebat, & in ca. conquæsti. ibi, & eius sequaces, de senten. excommunica. & plura ad hoc adducit Felyn. in rubr. de tregu. & pac. col. penu.
3 numero 20. † Hinc est quod princeps confœderatus punire potest hostes & rebelles sui confœderati, per text. in l. non dubito. ff. de cap. & postli. reuers. idem voluit Barto. in extrauagan. qui sint rebel. in verb. rebellando. dum ponit intellectum clemen. pastoralis, de re iudica. ideo dixit Bald. in rubr. de treug.
4 & pace. † quod datur mutua iurisdictio in rebelles confœderatorum, adeo quod vna ciuitas Bannitos alterius ciuitatis confœderatæ receptare nõ debet, idem dixit Sigism. Lofred. in d. suo consi. v. omissa facti serie, col. 7. nu. 3. ad idem Pet. d'Anch. in consi. 158. col. 2. ex narratis, idem tenuit Alb. Bru. consi. 86. dubitatur an regia maiestatis, nu. 7. allegat Bart. in l. hostes. ff. de capti. & postli. reuers. & Bal. in rub. de treug. & pac. † & adde ꝙ contra rebelles iustum indicitur bellum, ut per And. de Iser. in consti. regni, quæ incipit. pacis cultum, in versicu. contra rebelles, in tit. de cult. pac.

SVMMARIVM.

1 *Si aliquis diffamatur esse rebellis cum non sit, quo remedio sit illi succurrendum, ne huiusmodi infamia laboret.*

QVAESTIO XXII.

1 VIgesimo secundo quęro. Aliquis diffamatur esse rebellis cum non sit, quæritur quo remedio sit illi succurrẽdũ, ne huiusmodi infamia laboret? Dicas ꝙ cõtra diffamantes agere poterit remedio l. diffamari. C. de ing. & manũ. & petere se pronunciari nõ esse talẽ, ita voluit Bar. ĩ extrau. q sint rebel. in ver. rebellãdo ĩ vers.

tertio

Digitized by Google

tertio pœna imponitur, allegat illud, quod principaliter peti potest, vt de ætate pronuncietur. l. de ætate. ff. de minor. l. 2. ff. de fer. & ibi no. & hoc dicit Bar. fieri potest ciuiliter agendo, sicuti enim ciuitas admitteretur ad vindicandum ciuem suũ, eadem ratione ciuis petere posset se pronunciari ciuem esse eiusdem ciuitatis, & per consequens non rebellem, l. de iure, ff. ad municipal. not. in l. 1. §. per hanc. ff. de rei vend.

SVMMARIVM.

1 *Quid faciendum sit de insigniis rebellium pictis aut sculptis in ciuitate, Et quid de armis proditorum.*
2 *Veneti effigiem simul cum insignijs Marini Faletri eorum Ducis, qui imperium sibi vendicare machinabatur, ex aula in qua singulorum ducũ effigies pictæ sunt, deleri fecerunt.*
3 *Rebelli ius reddi non debet, & principis rebellem quis denunciare tenetur sub pœna relegationis.*

QVAESTIO XXIII.

1 VIgesimo tertio quæro, Quid dicendum de insignijs rebellium pictis aut sculptis in ciuitate? Dicas quod deleri debent vbicunque reperiantur, lege eorum. ff. de pœn. & ibi Barto. idem dixit Roman. in singul. suo numero allegat text. in lege eorum, quem ad hoc dicit etiam singularem. hoc idem Ias. in §. pœnales, columna 3. numero decimoquarto. & decimoquinto. Institu. de actio. qui ad hoc allegat etiam tex. in l. tertia. Cod. de offic. Rector. prouinc. & idem de armis proditorum dicit idem Roma. in singu. numero quadringentesimo septuagesimoquarto. incipiẽte, eorum arma. † & ideo Domini Veneti effigiem Marini Faletri eorum ducis, qui per Tyrannidem Imperium sibi vendicare machinabatur, & propterea decapitatus fuerat, ex aula vbi magna comitia celebrantur, in qua singulorum Ducum effigies pictæ sunt, deleri fecerunt, insimul cum eius insignis, 3 † Hoc vnum non omittam, quod rebelli ius reddi non debet, vt voluit Cyn. in l. prima. C. de natura. liber. & Bal. in Authen. habita. columna 3. versicu. Tertio not. C. de fil. pro patr. & Principis rebellem quis denunciare tenetur, sub pœna relegationis. lege Methrodorum, versicu. fina. ff. de pœn. idem dixit Franc. Lucanus, in tracta. suo de reprob. sent. Pilat. in secun. dubio, articu. 4. in versicu. vltimo pro nunc addas, numero decimosexto. & Roman. in singu. suo, incipiente, nunquid tenea tur quis. numero 787. vbi dicit quod tex. in dicta lege Methrodorum, est singularis ad probandum, quod quis indicare teneatur rebellem principis.

SVMMARIVM.

1 *An qui rebellat contra officiales principis crimen læsæ maiestatis incurrat.*
2 *Officiali principis vltra eius officium aliquid facienti legitime resisti potest.*
3 *Rebellans officiali principis, in his quę ad statum imperii pertinẽt, crimẽ læsę maiestatis incurrit: aliàs secus.*
4 *Secus etiam si offenderetur talis officialis ob priuatam iniuriam.*

QVAESTIO XXIIII.

1 VIgesimo quarto quæro, Clarum est, quod qui rebellat contra Principem crimen læsę maiestatis incurrit, sed quid dicendum de eo qui rebellat contra officiales principis? Dicas quod idem est, ut habetur in extrauagan. qui sint rebel. Hoc tamen intellige de his qui rebellant contra principis officiales, in his quæ ad com-
2 missum eius officium pertinent, secus in aliis. † nam si vltra eorum officium aliquid facerent, eis legitime resisti potest, l. prohibitam. C. de iure fisci. libro decimo. l. deuotum. C. de me
3 tal. libro duodecimo. † Item intellige etiam prędictam conclusionem, quando quis rebellat in his quæ ad statum imperii pertinent, alias secus esset, vt est tex. in d. extrauagã. qui sint rebel. in versicu. rebellando. & ibi Barto. in princip. dicti versicu. ad idem Proposit. in cap. in primis. in §. de persona. in versi. quod tamen dicitur, numero vigesimoprimo. secunda quæst.
4 prima. † vbi dixit supradictam conclusionem procedere, quando officiales offenderentur in contemptum ipsius imperatoris vel principis, eius potestatem denegando, secus tamen quã do ob priuatam iniuriam offenderentur, tunc enim offendens eos crimen læsę maiestaris non incurrit, ita dixit Oldra. consilio quarantesimotertio. & Petr. de Anchara. consilio cclxx. Bar. in l. hostes. ff. de capti. & postlimi. reuers. & Bald. in cap. primo, de officio delegat. faciunt ad hoc ea quæ dixi supra quęstio. 16. in rubrica qualiter & a quibus cri. læsæ maiest. lib. 1. & quæsto. xiiij.

SVMMARIVM.

1 *Rebelles quibus pœnis subiaceant.*
2 *Rebelles impune occidi possunt.*
3 *Etiam si sit occulte rebellis. Et in iudicio super homicidio liquidabitur ipsum fuisse rebellem.*
4 *Rebellis occidi potest ante sententiam contra eum latam.*
5 *Publicę interest quod rebelles occidantur.*
6 *Rebelles capi possunt & detineri vti serui. Item damnari potest vt capite puniatur.*
7 *Locus rebellis principis perdit tam priuilegia quam etiam consuetudines priuilegiatas.*
8 *An pro occidendo rebelle liceat conuocare amicos.*
9 *An filii rebellium nati & concepti post rebellionem sint ciues suę Ciuitatis.*

QVAESTIO XXV.

1 VIgesimo quinto quæro, Quibus pœnis subiaceant rebelles? Dicas quod quædam est pœna, quæ ipso iure eis infligitur vtscilicet omnia quæ
2 iuris ciuilis sunt perdant. l. amissione, ff. de c. dimin. † Secundo impune occidi possunt, l. 1. ff. ad leg. Corne. de sicca. l. prodito res, ff. de re milita. & habetur per Thom. Gram. in suis votis, voto x. nu. 36. & D. Carol. Rnin. præceptorem meum, consi. 1. colum. tertia. in fi in quinto volumine, & ibidem numero vndecimo. eadem colum. † & hoc procedit etiam, quando quis
3 esset occulte rebellis: nam occidi potest impune, & in iudicio super homicidio liquidabitur ipsum fuisse rebellem, ut per Barto. in extrauagan. qui sint rebel. in verbo rebellando. versi. circa secundum: & sequitur idem Præceptor meus loco præallegato, & Petr. de Anchara. consilio ducentesimoseptuagesi-
4 moseptimo. † quod nota, quia speciale est in rebelle, quod occidi possit ante sententiam contra eum latam: & ratio est, quia periculum est in mora, † ac etiam quia publicæ interest,
5 quod rebelles occidantur, vt per dictos Doctores in locis prę allegatis. Tertio capi possunt & detineri, vt serui. l. transfuga. ff. de acquirend. rerum domi. Quarto damnari potest, vt capite puniatur, l. si quis aliquid. §. transfugæ. ff. de pœn. ita Bart. in extrauang. qui sint rebel. iu verbo rebellando, in versicu. de pę na vero rebellium, numero 13. vbi late dicit, de his quæ rebel les facti amittunt, ad idem Curt. iun. in consilo cxxxvij. colu.
7 3. numero 13. in secundo volu. & ibidem dixit nu. 14. quod lo cus rebellis principi perdit tam priuilegia quam etiam cõsuetudines priuilegiatas, secundum Bal. in tit. de pace Constan. in verbo Nos Romanorum, vbi dixit quod locus rebellis habe-
8 tur pro mortuo. † Sed quæro, an pro occidendo rebelli, qui impune occidi potest, licitum sit ad id conuocare amicos? Dicas breuiter ꝙ sic, facit quod voluit Iac. But. & Pau. de Castr. in l. refectionis, per illum text. Commun. prædio. vbi dicunt, ꝙ cui licet aliquem impune offendere, idem ad idem faciendũ licet amicos & etiam extraneos conuocare, de quo vide per eundem Ruin. Dominum meum, in prędallegat. consi. pri. 2. in
9 princ. in v. volu. † Vlterius quæro, an filij rebellium nati & cõcepti post rebellionem, sint ciues suæ ciuitatis? Glosa reputata singularis in l. imperator. in fi. dixit quod non, vbi Bal. Ange. & Alber. ff. de stat. homi. & Nico. Boer. decis. xiij. nu. 27. in pri par. suarum decisio. sequentes glo. prędictam.

SVMMARIVM.

1 *Quando bona rebellium tempore rebellionis aliis personis concessa sunt, an facta pace primis eorum dominis sint reddenda.*

QVAESTIO XXVI.

1 VIgesimo sexto quæro, Quãdo bona rebelliũ tempore rebellionis aliis personis concessa sunt, an facta pace primis eorum dominis sint reddenda? Dicas ꝙ sic, tex. est quem Bal. singularem dicit, in extraua. de pace Constan. in verb. priuilegia. Et est ratio, quia pax non habet vim simplicis indulgentiæ, sed restitutionis in integrũ, quod voluit Are. in l. Gal. §. & quid si tantum. ff. de lib. & post. & Soc. consi. 58. col. 2. circa medium. in ver. adhuc dici potest. in volum. Ita scribit etiam Nico. Boer. decis. xxxviij. nume. 7. in prima parte. prędicta tamẽ procedunt, nisi aliter actum sit in capitulis pacis.

Digitized by Google

Hieron. Gigan. de crmi. lęſæ maieſt.

De pluribus, & varijs Quæſtionibus.

SVMMARIVM.

1 *An Rex ſeu Princeps contra quem fuit commiſſum crimen læſę maieſta. etiam non notorie delinquentem bonis ſuis priuare poſſi, quamuis non vocatum neque conuictum, nam crimen læſæ maieſtatis eſt ſatis horrẽdum, & iuſte cenſetur maximum omnium peccatorum.*
2 *Imputato de crimine læſę maieſtatis in principem commiſſo, non citato legitime, bona ſibi auferri nõ poſſunt, nec damnari poteſt, niſi ſimus in notorio crimine.*
3 *Citatio eſt de iure diuino, & tolli non poteſt, & princeps iudicat ut Deus.*
4 *Reus etiam in crimine læſæ maieſtatis damnari non debet, niſi veritate comperta.*
5 *Citatio fit, vt quis ſe defendere ualeat.*
6 *Imperatore contra non legitime citatum, procedere non poteſt.*
7 *Defenſio eſt de iure naturali, & tolli non poteſt.*
8 *Quo caſu in crimine læſæ maieſtatis procedi poſſit ſine citatione.*

QVAESTIO PRIMA.

PRimo quęro, Vidimus ſupra q. 6. in rubrica quali. in crim. læſę maieſtatis procedat. quod citari debet inculpatus de crimine læſę maieſtatis, antequam condemnetur, de quo eſt tex. in extrauagan. ad reprimend. † Modo quæro, an
1 Rex ſeu princeps contra quem fuit commiſſum huiuſmodi crimen, etiam non notorie delinquentem bonis ſuis priuare poſſit, quamuis non vocatum neque conuictum? Lucas de Penna in l. quiſquis, columna ſecunda. verſicu. quinimmo. C. de peti. bonorum ſublat. libro decimo. decidit quod ſic allegat 2. Regum cap. 16. poſt princ. immo plus dicit, quod etiam ſi Rex vel princeps ſic agendo errauerit, & bona per eum ablata alteri donaſſet, non propterea reuocarentur, allegat Regum 2. cap. 19. ſubdens, quod hoc crimen eſt ſatis horrendũ, & quod iuſte cenſetur maximum omnium peccatorum, vt in Authen. de nup. §. fungitur. & eſt etiam ſcæleſtiſſimum. l. fi. C. ad legem Iuliam maieſt. Ideo dicit, quod hoc crimen eſt ſeueriſſime vendicandum: nam ſi quod in regiam admittitur maieſtatem vindicta compreſſum nõ fuerit, quod ĩ minores ſubditos admittitur inultum tranſire dubitari non debet. 23. q. v. cap. relegentes.
2 †Contrarium teneo, videlicet quod niſi ſimus in notorio crimine læſæ maieſtatis, imputato de tali crimine in regem ſeu principem commiſſo, non citato legitime, bona ſibi auferri non poſſunt, nec damnari poteſt, facit tex. in d. extrauag. ad reprimend. vbi ſtatuitur, quod imputatus de crimine læſæ maieſtatis per nuncium vel per literas, ſeu per edictum citari debet, antequam contra ipſum ad aliquam procedatur cõdemnationem. † Citatio enim eſt de iure diuino, quæ tolli nõ
3 poteſt. Princeps autem iudicat vt Deus, ſecundum Bald. in lege ſancimus, Cod. de iudic. Deus autem cui apertum & notiſſimum erat Adam tranſgreſſum fuiſſe eius mandata, & peccaſſe, antequam illum damnaret, vocauit eum, Dicẽs Adam Adam, vbi es? vt habetur Geneſ. cap. 3. Et quod citatio neceſſaria ſit in crimine iſto, dixi ſupra quæſti. 6. in præallegat. Rub. qualiter in crim. læſę maieſtatis proced. † Secundo hanc opi-
4 nionem comprobo, quia etiam in crimine læſę maieſtatis dãnari non debet reus, niſi veritate comperta, exemplo Summi Dei, qui volens delicta ciuitatum Sodomæ, & Gomorræ punire, & ſi ſibi aperta eſſent eorum ſcælera, attamen dixit, Deſcendam, & videbo vtrum clamorem qui peruenit ad me, opere compleuerint. cap. Deus omnipotens, ſecun. quæ. 1. ad idem facit text. in l. famoſi. ff. ad legem Iuliam maieſta. ibi, hoc tamen a iudicibus, vbi dicitur crimen læſę maieſtatis a iudicib. non in occaſionem, ob principalis maieſtatis venerationem habendum eſt, ſed in veritate rei iudicatæ, & ſic probat ille text. quod imputatus de crimine læſæ maieſtatis non ex abrupto, ſed cauſa cognita damnandus eſt, Accedat quod habetur Actuum Apoſtolorum, cap. 25. vbi ſcriptum eſt, quod non erat Romanis conſuetudo, damnare aliquem hominem prius, quam is, qui accuſaretur, præſentes haberet accuſatores, locũque defendẽdi acciperet, ad abluenda crimina quæ ei o-
5 bijciuntur. † facit, quia cum citatio fiat, vt quis ſe defendere valeat, cum defenſio de iure naturali ſit, & propterea nulli deneganda, & procedere contra non citatum, nil aliud eſt, quã
6 defenſionem tollere: † quinimmo nec Imperator contra nõ citatum legitime, præſertim in iſto crimine læſę maieſtatis procedere poteſt, clemen. paſtoralis. de re iudic. vbi Doct. & Mrjan. Socin. iunior, in conſilio decimooctauo. viſo themate. in ſecun. volumi. columna vltima. verſicu. nec mirum. nume.
7 31. †Et quod tolli non poſſit defenſio, cum ſit de iure naturali, vide vltra alios per Marc. Mantuam, in ſuis Dialog. libro v.
8 Dialo. 98. † Quo autem caſu in crimi. læſę maie. procedi poſſit contra aliquem ſine citatione, vide quæ dixi ſupra prędalle. q. 6. in verſicu. limita prędictam, in rubri. qualiter in crim. læſę maieſta. procedatur.

SVMMARIVM.

1 *An ſola ſcientia ſit punibilis in crimine læſę maieſtatis, non ſubſequuto aliquo conſenſu, conſilio, vel facto.*
2 *Scientia ſola punibilis eſt, quando maleficium committi debet in perſonam eius, cui ipſe ſciens, ſuppoſitus eſt.*
3 *Scientia filii de nece patris punibilis.*
4 *Scientia vaſalli de morte domini punibilis eſt.*
5 *Nõ indicans rebellionem, incidit in pœnam relegationis, & Vaſallus ſciẽs & non indicans rebellionem, in feloniam incidit, & feudo priuatur.*
6 *In crimine læſæ maieſtatis punitur affectus, licet non ſequatur effectus.*
7 *Iſocrates in quadam ſua oratione quid ſentiat in iſta concluſione.*
8 *Scientia quæ probari non poteſt, in crimine læſę maieſtatis, non eſt punibilis, & Nemo ſe tormentis, & ſqualori carceris ſubmittere debet.*
9 *Culpa non eſt, in diſcrimine vitæ ſe non ponere, & Qui audiuit & non reuelauit, quia probare non poterat, immunis eſt a delicto.*
10 *Iudices homines occidentes ex ea ſola cauſa, quod ſecretum non reuelant, quod probare non poſſunt, omnes ſunt homicidę.*
11 *Opinio Bar. & Sal. in concluſione iſta ſeruatur in practica. Quæ tamen nimis rigoroſa videtur authori.*
12 *Scieatia vxoris ſcientis maritum velle committere crimen læſæ maieſta. & econtra, non eſt punibilis.*
13 *Scientia non ſubditi in crimine læſæ maieſtatis non eſt punibilis.*

QVAESTIO II.

1 SEcundo quęro; An ſola ſcientia ſit punibilis in crimine læſæ maieſtatis, non ſubſequuto aliquo conſenſu, conſilio, vel facto? Breuiter videtur dicendum quod ſic, propter atrocitatem & immanitatem ipſius criminis, ad hoc facit tex. in l. quiſquis. & ibi Doct. Cod. ad legem Iuliam maieſta. & hoc tenuit Ange. in §. publica. inſtit. de public. iudic. in verſicu. ſingulariter tene menti. allegat ad hoc text. in l. vtrum, ff. ad leg. Pompe. de *parricid. vbi* dicitur, quod conſcij parricidii eadem pœna *puniendi ſunt*. Dicas tu quod ille tex. non probat intentionem Angeli, quia ibi non punitur nuda ſcientia, ſed puniuntur conſcij & participes. ita illum tex. declarat ibi glo. in verbo conſcij, quæ dixit, quod ſola ſcientia ſine participatione non puniretur in caſu illo dicit etiam idem Ange. ibidem, quod ita communiter ſeruatur, & licet opinio Angeli non probetur, vt dixi per text. in dicta lege vtrum. eſt tamen vera. & ita tenet Barto. in dicta l. vtrum. vbi approbando gloſam ibi, quæ tenuit ſimplicem ſcientiam non eſſe punibilem, pro ea allegat text. in lege culpa caret. ff. de regu. iur. & in cap. non eſt ſine culpa. de regu. iu. in ſexto. † Demum dicit, quod ſola ſcientia punibilis eſt, quã-
2 do maleficium committi debet in perſonam eius, cui ipſe ſciens ſuppoſitus eſt, ut ſi ſeruus eſt ſciens de morte Do-
3 mini lege prima. §. ſi ſeruus, ff. ad Syllanian. † vel in filio ſi ſciẽs fuit de nece patris, vt in lege ſecunda, eodem titu. de parricid.
4 † Item ſi vaſallus fuit ſciens de morte Domini, eadem ratione, & de eo qui ſciens fuit de turbatione ſtatus ſuæ Ciuitatis, vel de alio in Ciuitatem ſuam ſeu ſuum Principem commiſſo, vt in dicta lege quiſquis. in fine. C. ad legem Iuliam maieſtatis, in aliis autem caſibus dicit procedere gloſ. in dicta lege vtrum. hanc etiam opinionem in caſu quæſtionis noſtræ tenuit Alberic. in conſilio ſuo xxviij. Nobilis domine, colum. ſecunda. verſicu. quod autem conſcij, vbi dixit, quod Roma.
5 in ſingulari ſuo, numero 794. incipiente. Nunquid. † voluit, quod non indicans rebellionem incidat in pœnam relegationis, per tex. in lege Methrodorum, §. fina. ff. de pœ. & ſi ſciens & non reuelans rebellionem ſit vaſallus, in feloniam incidit, & feudo priuatur, vt voluit Petr. de Anchara. in conſilio quadringenteſimoquaranteſimo. in prima. & ſecunda. columna. Primam autem opinionem, quod ex ſola ſcientia non reuelans quis incidat in crimen læſæ maieſtatis, tenuit etiam Salicet. in dicta lege, quiſquis. & Ange. in tractatu maleficiorum, in verbo. *Et hai tradito la tua patria.* in verſicu. quod crimen. numero decimo. idem tenuit Decius, in l. culpa caret. numero vndecimo. ff. de regu. iu. & Marti. de Laude in tractatu de crimine læſę maieſtatis, quæſtio. decimatertia. ad idem Calcane. conſilio ſecundo. Quod autem, columna tertia. verſicu. vnde
6 cimo pro hoc facit, † punitur etiam in hoc crimine affectus, licet non ſequatur effectus. Ange. in lege fina. §. fina. ff. quod

quiſ-

Digitized by Google

qui ſque.iur.Archidia.in capitu.ego 12.queſtio. ſecunda & ad hoc vide Reſtaurum Peruſinum,in tracta. ſuo,de Imperat.q. cxviij.colum.2.& Felyn.in capitu.de cætero.column.vlt.de re
7 iudic.†Et pro hac concluſione facit quod pulchre ſcribit Iſocrates,in 2.ſua Oratione,quam in Nicoclis Cypriorum Regis perſona conſcripſit,vbi Rex loquens dixit:Ne ſilentio prętereatis(ſubditis loquens)ſi quiſquam indigne ſe circa Dominatum meum gerere videretis,ſed reprehendite potius,eademq; pœna dignos exiſtimetis.& magiſtratui meo vim faciętes &
8 huiuſmodi iniurias contegentes.†Limita tamen prædictam concluſionem,quando talis ſcientia probari non poſſet: nimis enim abſurdum eſſet,quod quis teneretur reuelare quod probare non poſſet,cum nemo ſe tormētis ſubmittere dēat, quibus huiuſmodi criminis delator ſupponitur,l.3.C.ad leg. iuliam maieſtatis.& ſimiliter ſqualori carceris,l.fina. C.de accuſatio.

9 †Nec culpa eſt in diſcrimine vitæ ſe non ponere, vt inquit gloſſ.in lege neminem,C.de infam.qui enim tantum audiuit & non reuelauit ex eo,quod id probare non poterat,immunis eſt a delicto,per text.in lege noſtris.in fi. C.de calumniat. & hanc opinionem ſequutum fuiſſe Bal.in quodam ſuo con
10 ſil.teſtatur Angel.in d.tracta.malefic. loco prælallegato.†ſubdens,quod Bal.in dicto ſuo conſi.dicebat,quod iudices ſequētes opinionem Barto.in dicta l.vtrum.& homines occidētes, ex ea ſola cauſa,quod ſecretum non reuelant, quod probare non poſſunt,omnes ſunt homicidæ,& quod Bal. in prædicto ſuo conſilio deplorat memoriam fidelis militis Domini Ioannis Barbadori,qui ob hanc cauſam cum aliquibus eius ſequacibus fuit decapitatus,quod refert Ioan.de Plat.in §.publica.Inſti.de public.iud.iſtam opinionem tenuit etiam elegans Docto.And.Alciat.in lege bona fides.numero 20.ff.depoſi.&
* idem in l.4.§.Cato.numero 30.ff.de verborum obligatio.vbi dixit hanc eſſe communem opinionem, ſubdit tamen ſe dubitare de hac opinione,dicens non eſſe verū, quod talis ſciēs & reuelans tormentis ſubijci debeat,quia tex.in dicta lege 3. C.ad legem Iuliam maieſtatis.loquitur de accuſante aliquem ad pœnam,non in reuelante,vt princeps caueat,allegat not.
11 per Soc.in conſi.202.in quarto volumine.†Opinionem Bar. & Saly.in practica ſeruari atteſtatur ipſe Angel.loco prælallegato,& ibidem Auguſtinus de Ariminio, in ſua additione, q̄ incipit,Tu autem in hac materia adde quod alias, dicit illam ſeruaſſe,& allegat Barto.in l.1.§.occiſorum,ff.ad Syl'a nian.& ibi Ang.& Abb.in cap.1.de reſt.ſpolia & in cap.1.in c.1.de of. delega.& ita tenuit etiam Matth.de Afflict.in cap.j.in §.& bona committentium.colum.8.verſicu.quadrageſimo,numero 103.in titu.quæ ſint regal.in vſibus feudorum.Iſta vltima opinio mihi nimis rigoroſa videtur.

12 †Secundo limita concluſionem prædictam,non procedere in vxore ſciente,quod maritus vult committere crimen læſæ maieſtatis,vel econtra,non enim tenetur vxor maritum,& maritus vxorem tali caſu denunciare,vt late dixi ſupra, q.15. in rubr.qui accuſ.poſſunt,in crimine lęſę maieſt.vide quæ ibi ſcripſi.

13 †Tertio limita concluſionem prædictam,non vendicare ſibi locum in non ſubdito ſciente crimen læſæ maieſtatis committendum contra aliquem principem,& non reuelante, vt voluit Angel.in l.frater,ff.ad legem Pomp.de Parricid. vbi dixit,quod forenſis qui non eſt de populo,& ſic ius populi tueri non tenetur,licet ſciat conſpirationem,tamen ſi non reuelat eam,puniri non debet.faciunt pro iſta limitatione ea quę ſcripſi ſupra in rubrica.qualiter & a quibus crimen læſæ maieſtatis committat.quæſtio.68.vbi concluſum fuit,quod non ſubditus committere non dicitur crimen lęſę maieſtat.

SVMMARIVM.

1 *An is qui commiſit crimen læſæ maieſtatis confugiens ad eccleſiam inde extrahi poſſit inconſulto Romano Pontifice, vel alio ab eo authoritatē habente.*
2 *Nuntiis apoſtolicis apud Dominium Venetum exiſtentibus eſt data facultas extrahendi ab eccleſia enormium delictorum reos. & reus quātumcunque grauia crimina commiſerit,ſi ad eccleſiam confugerit, non eſt inde violenter extrahendus.*
3 *Extrahere reum de eccleſia inconſulto Pontifice,vel habente ad id authoritatem,eſt crimen læſæ maieſtatis.*
4 *Crimen læſæ maieſt.eſt crimen exceptum.*
5 *In crimine læſæ maieſt.recedimus a communibus regulis.*
6 *Maius & minus delictum ex qualitate pœnæ cognoſcitur.*
7 *Filii publicorum latronum,& nocturnorum depopulatorum agrorum,nō puniuntur ex patris delicto.*
8 *Crimen læſæ maieſt.dicitur poſſimum omnium peccatorum.*
9 *Facientes aliquem per aſſaſinos occidi ſunt excommunicati, & ab omni Chriſtiano populo diffidati.*
10 *Qui aliquem veneno necauit,non ſentit beneficium, c. inter alia de immu. eccle.*
11 *Exceptio regulam firmat,ſed non ampliat.*
12 *Crimen læſæ maie.requirit de ſe ſpecialem mentionem.*
13 *Cardinalis licet ex conſuetudine liberare poſſit eum qui ad mortem ducitur, ſi illi obuiet, attamen non liberabit reum criminis læſæ maie ſtatis.*
14 *Caſus exceptus extenditur ex identitate rationis.*
15 *Si crimen læſæ maieſtatis comprehenderetur ſub regula tex.in c.inter alia de immu.eccle.ſequeretur abſurdum, quod ſub regula remaneret caſus longe maior,quam eſſent excepti.*
16 *Argumentum ab abſurdo vitando valet.*
Et eſt optimum & concludens.
17 *Craſſus Brutus Romanus,a Caſſio patre qualiter punitus,pro crimine læſæ maieſt.*
18 *Excommunicatus,Blaſphemus,Iudæi,Infideles,& ſacrilegi,an gaudeant immuniiate eccleſiarum.*
19 *Hæretici non gaudent immunitate eccleſiarum.*

QVAESTIO III.

1 TErtio quæro. vtrum is qui commiſit crim. læſæ maieſtatis confugiens ad eccleſiam inde extrahi poſſit incōſulto Romano Pōtifice.vel alio ab eo authoritatem habente,vt puta legato de latere,vel nuncio Apoſtolico cum authoritate Lega
2 ti Cardinalis,de latere?†vt eſt nunc in Alma Ciuitate Venetiarum Reuerend.Pater D.Ludouicus Beccadellus Bononiē ſis,Epiſcopus Rauellenſis,vir ſane integritate & exemplaritate uitæ conſpicuus,ac de Græca Latinàque lingua optime meritus,cui indultum eſt a ſede Apoſtolica poſſe iudicibus laicis licentiam extrahendi de eccleſijs immanium delictorum præparatores,concedere.In hac quæſtione dicendum videtur,ꝙ rei criminis lęſę maieſtatis in eccleſia ſecuri eſſe debeant,per tex.in cap.inter alia.de immun.eccleſiarum,vbi ponitur regula,quod reus quantumcunque grauia crimina commiſerit,ſi ad eccleſiam confugerit,non eſt inde violenter extrahendus, a qua regula ille text. excipit duos tantum caſus,videlicet publicum latronem,& nocturnum depopulatorem Agrorum. Tertius caſus excipitur quando quis ea intentione in eccleſia deliquit,vt ab eccleſia tueatur,vt eſt tex.in cap. fin. eodem titulo de immunitate eccle.

Ergo cum non excipiatur a dicta regula eius criminis lęſę maieſtatis,remanet ſub regula prędicta,quia exceptio regulā firmat in caſibus non exceptuatis,cap. quoniam frequenter, vt li.non conteſta.l.nam quod liquide,§.fina.ff.de penu.legat. l.quæſitum,§.denique.& ibi Bar.ff.de fund.inſtru.l.legata inutiliter.vbi Barto.in princip.ff.de lega.primo,32.queſ.7.ca. Do
3 minus noſter.†facit pro iſta opinione, quia extrahere reum de eccleſia inconſulto Pontifice,vel habente ad id authoritatem,eſt crimen lęſę maieſtatis,tex.eſt in l. ſecunda,C.de his q ad eccleſi.confug.de quo late dixi ſupra in rubric. qualiter & a quibus crimen lęſę maieſta.committatur, q. 10.In contrarium,quod imo is qui crimen læſę maieſtatis commiſit, confugiens ad eccleſiam in ea non ſit tutus, faciunt infra dicenda.†Primo,quia crimen læſę maieſtatis eſt crimen exceptum,
4 vt habetur in cap.ſi quis cum militibus,6.q.1.& per Specu.in titul.de accuſatore,columna vl.circa medium,gloſſ.in capi.j. in gl.vl.de teſti.in 6.

5 †Ideo in iſto crimine recedimus a communibus regulis, vt late tradit Matth.de Afflict.in cap.1.in §.& bona committentium,in titul.quę ſint rega.in vſibus feudorum vbi enumerat multas ſpecialitates quę ſunt in iſto crimine,& de quibus dixi ſupra in rubr.qualiter & a quibus crim. lęſę maieſt.commit.in pluribus quęſtionibus.

Secundo facit,quia ſi publicus latro,& nocturnus depopulator agrorum non gaudent immunitate eccleſię,vt in d.cap. inter alia,a fortiori is qui crimen lęſę maieſtatis commiſit,cū
6 hoc illis maius ſit delictum†probo.nam maius & minus delictum ex qualitate pœnę cognoſcitur, cum pœna delicto ſit commenſuranda,vt dixit Bald.in cap.1.in 1.no.in titu.de vaſ. qui contra conſtitu.Loth. in vſibus feudo.pœna autem criminis lęſę maieſtatis contra perſonam principis commiſſi, longe maior eſt,quam ea qua punitur publicum latrocinium,& qua nocturni depopulatores agrorum:probo,nam committentes crimen lęſę maieſtatis in principem decapitantur, vel ſecundum conſuetudinem aliquarum regionum ſuſpendun tur & eorum bona confiſcantur, ac eorum filij infamies perpetuo efficiuntur,& inſucceſſibiles fiunt,etiam hęreditatum extraneorum,vt habetur in l.quiſquis in principio,& in §.fi-
7 lij uero,C.ad legem iuliam maieſt.†at filii publicorum latronum,& nocturnorum depopulatorum agrorum nō puniū̄ ex pa-

ex patris delicto, ſi igitur in minori delicto quis nõ tuetur ab eccleſia, ergo a fortiori in maiori, vt eſt crimen lęſę maieſtatis
8 authentic. multo magis, C. de ſacroſanct. eccleſi. †ad idem facit, quia crimen læſæ maieſtatis dicitur peſſimum omniũ pec catorum, vt in Auth. de nup. §. ſi igitur.

9 †Tertio adduco, quod habetur in capitulo. j. de homicid. in 6. vbi hi qui faciunt aliquem per aſſaſinos occidi, ſunt excom municati, & ab omni Chriſtiano populo diffidati. quos clarum eſt, ſi ad eccleſias confugerent, ab illarum immunitate penitus alieni eſſent, & tamen haud dubium, quod crimen læſæ maieſtatis illo maius eſt delictum, vt ex genere pœnæ clare cõ
10 ſtat per ſupradicta. †facit etiam, quia vt videtur ſentire Ioannes de Anania, qui aliquem veneno necauit, non ſentit bene ficium dict. capitul. inter alia. de immunita. eccleſiarum ita dixit idem Ioannes de Anania. in capitulo primo, column. 2. in princip. de homicid. de quo dixi ſupra quæſt. x. verſi.

Quarto fallit. in rubric. qualiter & a quibus crimẽ læſæ maieſtatis commi. Et tenendo iſtam opinionem, non obſtant allegata in contrarium, quibus reſpondeo. Et primo nõ obſtat quod dicitur, quod exceptio firmat regulam in caſibus nõ exceptuatis, per tex. in dicta l. nam quod liquide. §. fina. ff. de pœ. lega. cum alijs ſupra allegatis, ergo cum caſus noſter non ſit
11 de exceptuatis remanet ſub regula. †Nam iſta conſequentia falſa eſt, & eſt ratio, quia exceptio regulam firmat. ſed nõ ampliat, adeo quod plus in ea comprehendatur, quam ſit de natura regulæ, vt dixit Bartol. in l. generali, §. vxori, ff. de vſufruc. lega. & in l. quæſitum, §. denique, ff. de fundo inſtruct. & per Felynuum in capitulo quoniam frequenter. colum. prima verſi. iſta & his ſimilia. vt li. non conteſta. ſed regula tex. dict. capitulo, inter alia, quæ generaliter loquitur de delictis quantumcunque grauibus, non comprehendit crimen læſæ maieſtatis,
12 †& eſt ratio, quia huiuſmodi crimen requirit de ſe ſpecialem mentionem, comprobo, quia ſi ſit alicui conceſſa abolitio omnium delictorum, ſeu criminum, non propterea cenſetur conceſſa abolitio criminis lęſę maieſtatis, per ea quæ voluit Angel. in ſua diſputatione, quæ incipit, Exorta guerra. & Romanus in l. ſi quis in graui. in §. hi quoque, ff. ad Syllan. Barba. in tract. de præſtant. Cardinal. in quarta quæſtione primæ partis, in verſic. ſed pone quod aliquis, †vbi dixit quod licet Car
13 dinalis ex conſuetudine liberare poſſet eum qui ad mortem ducitur, ſi illi obuiet, attamen non liberabit reum criminis lę ſæ maieſtatis, & habetur per D. Hip. Marſil. pręceptorem meũ in l. vnica, C. de rapt. virgin. num. 108. & in l. 1. numero 23. ff. de quæſtion. & idem in l. de minore. numer. 2. eodem tit. Ale. in l. de pupillo, §. ſi pluribus, ff. de oper. nou. nunci. & idem Præceptor meus in ſingul. 164. incipiente, nemo debet ſe ſubmitte re, faciunt etiam pro prędicta opinione quæ dixi ſupra in rubrica quis de læſę maieſta. crimin. cognoſ. poſſit. & ea quæ habentur per Felyn. in d. cap. quoniam frequenter. in prima & 2.
14 colum. †Secundo reſpondeo, quod caſus exceptus extenditur ex identitate rationis, vt no. Abba. in ca. cum dilecta, de cõfir. vtil. vel inut. in 5. no. Ergo a fortiori dicemus exceptum caſum noſtrum, in quo non identitas ſed maioritas rationis militat, per ſupradicta.

15 †Tertio dicitur, quod ſi diceremus caſum noſtrum cõprehendi ſub regula tex. in d. c. inter alia. ſequeretur abſurdum, ꝙ ſub regula remaneret caſus longe maior quam eſſent excepti quod nõ eſt dicẽdum, quia quod abſurditatem inducere poſſet, damnandum eſt, c. cum ſatis abſurdum. de offic. Archidia. cap. ſolite, de maior. & obedien. Abb. in c. iniuſtum. de rerum
16 permu. †vbi dixit, quod valet argum. ab abſurdo vitando. facit tex. in l. nam abſurdum, ff. de ope. liber. idem no. ex illo tex. ¶D. Guliel. Pontanus, Peruſin. inſignis Doctor, & præceptor meus, in l. diuottio. in 5. colum. num. 7. ff. ſoluto. matrimo. Cœpol. in l. exempli. in 3. notabil. ff. de ædi. edict. Et iſte modns arguendi ab abſurdo vitando eſt optimus, & concludens, vt per Socin. nepotem, in conſi. 10. colum. 4. num. 16. in 2. volu. & idem in conſi. 168. colum. 12. in prin. nu. 74. eo. vol. nec obſtat, quod extrahens aliquem de eccleſia dicatur comittere crim. lęſę maieſta. nam id ſane intelligitur, quando is qui ab eccleſia extrahitur ex iuris diſpoſitione, inde extrahi nõ poteſt, ſecus in caſibus non prohibitis, vt eſt caſus noſter, & ita ſeruari vidi in
17 reis criminis lęſę maieſta. †& etiam apud antiquos Romanos ſeruatum legi, quod Craſſus Brutus nomine, in bello Latino, conuenit cum Latinis certa mercede, portas vrbis eis aperire, & cum in hoc deprehẽſus fuiſſet, ad Paladis auxiliare templũ confugit, pater vero illius Caſſius occluſis dicti Templi foribus necatum filium fame, inſepultum abiecit.

18 †Nunquid autem excommunicatus, blaſphemus qui conſuetus eſt Blaſphemare Deum & glorioſam Virginem, Iudęi, infideles, & ſacrilegi, gaudeant immunitate eccleſię? Vide vltra dicta per Docto. in d. cap. inter alia. & in cap. fi. de immu. eccleſiarum. Nicola. Boer. De c. 110. in prima parte ſuarum deciſionum. & eundem deciſion. 109. eadem parte, & de excommunicato, idem tenuit Mantua. in conſil. 60. nume. 4. & 5. vbi dixit, quod gaudet immunitate eccleſię.

19 †De hęretico etiam eſt dicẽdum quod non gaudeat immunitate eccleſię. gloſſ. in Authentic. de mandat. princip. §. neque autem, column. 3. Gondiſal. Villadiego, in tract. de hæret. quæſtio, nona.

SVMMARIVM.

1 *An valeat ſtatutum quod in crimine læſę maieſtatis puniantur etiam fratres delinquentis, ne tepidi, & remiſſi ſint circa fratrum ſuorum inſolẽtias cohibendas & reprehendendas.*
2 *Statutum Florentiæ, quod vno de familia delinquente alii puniantur, valet.*
3 *Statutum huiuſmodi locum ſibi non vendicat contra fratres & affines delinquentis abſentes, & penitus ignorantes voluntatem fratris.*
4 *Item locum ſibi non vendicabit contra fratrem ſeu affinem delinquentis, cui idem delinquens erat inimicus.*
5 *Item locum ſibi non vendicaret, quando frater eßet adeo ceruicoſæ naturæ, quod fratris & aliorum admonitiones omnino contemneret.*

QVAESTIO IIII.

1 QVarto quęro. an valeat ſtatutum, quod in crimine lęſę maieſtatis puniantur etiam fratres delinquentis, ne tepidi & remiſſi ſint circa fratrum ſuorum inſolentias cohibendas, & reprehendendas? Videtur dicendum ſtatutum p̃dictum valere, per ea quę voluit Bar. in quodam ſuo conſilio incipiente. Chriſti nomine amen, videtur quod vigore dicti arbitrij, vbi conſuluit, valere ſtatutum Florentinum, quod pro conſortibus delinquentibus alii tenerentur, dicens veriſimile eſſe quod facilius abſtinebunt ab huiuſmodi delictis, ſi videbunt alios de ſua familia ex eorum delicto puniri, quod conſ. refert & ſequitur Pe. de Anchar. in cap. 1. in vndecima prin. q. extra de conſt. & poſt eum Decius, in conſilio 64. & diligenter pro viribus, colum. 2. in princ. in verſic. quantum vero ad Ducalis, in primo volu. & idem tenet Bartol. in l. iure prouiſum,
2 C. de fabricenſ. libr. 11. †vbi ex illo text. colligit Argumentum valere ſtatutum Florentię, quod vno de familia delinquente alii puniantur, idem in l. 1. §. familię, ff. de publ. & idem Bart. in tracta. de repręſal. in 3. quęſt. princ. & idem poſt Gui. de Suza. in l. ſançimus, C. de pœn. idem tenuit Decius, in pręalleg. conſil. 64. colum. 2. vbi concludit, quod vigore ſimilis ſtatuti, dicẽtis, quod collaterales eius qui crimen lęſę maieſtatis commiſit, puniantur vltimo ſupplicio, frater qui erat abſens a fratre, & cum quo non erat in amicitia puniri non deberet. & propterea iſta ratione conſuluit, quod Dom. Princiuallis de Lampugnano frater Ioannis Andreę, qui Galeatium Mariam Mediolani Ducem interemit in pœna ſtatuti prędicti non inciderit, ex eo quod dictum ſtatutũ, ſeu conſtitutio Ciuitatis Mediolani exprimit rationem, quare vult collatetales delinquentis puniri, ne tepidi ſint & remiſſi circa collateralium ſuorum cohibendas, & reprehendendas Inſolentias.

3 †Et ex deductis per Deci. in d. conſil. 46. notabiliter infertur huiuſmodi ſtatutum locum ſibi non vendicare cõtra fratres, & affines delinquentis abſentes, & penitus ignorantes voluntatem fratris volentis huiuſmodi nefandiſſimum facinus committere, quibus non eſt quid imputãdum, ſi fratris vel affinis inſolentiam non cohibuere.

4 †Secundo quod idem ſtatutum locum ſibi non vendicabit contra fratrem ſeu affinem delinquentis, cuius idem delinquens erat inimicus, per iura & rationes adductas per Dec. in d. conſi. 64. colum. 3. & 4. quas videre poteris, idem tenuit Alc. in l. 1. §. ſi quis ita. nu. 6. ff. de verb. obl.

5 †Tertio, limitarem concluſionem prędictam non procedere, quando frater eſſet adeo ceruicoſę naturę quod fratris & aliorum admonitiones omnino contemneret, quia impoſſibilium nulla eſt obligatio, l. non dubium, C. de legibus, l. apud Iulianum, §. 1. ff. de lega. 1. videmus enim quod impoſſibilitas excuſat ab excommunicatione, c. quęſtionis. & ibi gl. & Doc. de Appel. de quibus obſtinatis ſic Ouidius, li. primo, de Remedio amoris ſcripſit.

Impatiens animus, nec adhuc tractabilis arte
Reſpuit, atque odio verba monentis habet.

SVMMARIVM.

1 *An filius patrem damnatum pro crimine læſæ maieſtatis adire teneatur.*

2 Per-

Digitized by Google

2 *Persona patris, & patroni sancta filio & liberto videri debet esto quod turpis esset.*
3 *Filii receptantes patres bannitos vel hæreticos, pœna statuta contra receptatores talium non puniuntur, propter naturalem obligationem, quam filii erga parentes habent.*
4 *Filius patrem indigentem etiam infidelem alimentare tenetur.*
5 *Filius alimenta denegare non debet etiam patri rebelli.*

QVAESTIO V.

1 VInto quæro, an filius patrem damnatum pro crimin. lesæ maiestatis alere teneatur? Dicas quod sic, per tex.in l. mutus, § manente, ff. de in. dot. vbi Paulus iurisconsultus voluit, quod filia patrem in exilium seu in insulam deportatum alere debeat ad idem facit tex. iuncta gloss. tertia, l. l. legatum, ff. de capti. & postlimi. reuers. & tex. in §. si vero con-
2 tigerit, in Authen. de incestis nup. † Persona enim patris & patroni, sancta filio & liberto videri debet, esto quod turpis esset, l.
3 libert. & l. j. in fi & l. honori, & l. licet, ff. de obsequi. libe. † hinc est quod propter naturalem obligationem quam filij erga parentes habent, filij receptantes patres bannitos vel hæreticos pœna statuta contra receptatores talium non puniuntur, l. fi. ff. de recep. & ita tenuit Alb. in tract. suo statutorum parte 3. q. 7. & Ioan. Igneus, in disputatione sua: An Rex Frãciæ recogn. Imperat. num. 117. vbi expresse dixit, quod filius patrem damnatum pro crimine læsæ maiestatis alere tenetur. allegat tex. in c. j. 30. distinct. vbi præcipitur filio, quod patri subueniat, licet infideli. ad idem tex. in §. 1. in Auth de incest. nup. in verſi. pascentes, & adducit no. in c. non satis, 86. distinct. facit ad præ-
dicta quæ voluit Henri. Boich. in ca. vnico, colum. fi. de expo.
4 & langui. † vbi dixit, quod filius patrem indigentem, etiam infidelem alimentare tenetur. Et prædictam opinionem, quod filius teneatur alere patrem damnatum de crimine læsæ ma-
5 iestatis, tenuit etiam Barto. in tract. suo de alimen. † vbi expresse dixit, quod etiam patri rebelli filius alimenta denegare nõ debet, facit illud Ciceronis in res. aruſp. dicẽtis. Parẽtibus nos primum natura conciliat, quos non alere nefarium est. & alibi, in oratione post redit. ad sena. ad idem dicit, Parentes chariſſimos habere debemus, quod ab his vita, patrimonium, libertas, & Ciuitas, tradita est.

SVMMARIVM

1 *Si filius crimen læsæ maiestatis commisit pro quo decapitari deberet per patrem sponte sua principi contra quem commisit præsentetur, an decapitari debeat.*
2 *Comes Palatinus filium suum qui læsæ maiestatis crimen contra Imperatorem commiserat, Imperatori præsentauit, Imperator viso tex. in l. milites agrum. in §. desertorem, ff. de re mili. pepercit illius vitæ, illumque ad tempus in exilium misit.*
3 *Idem decendum est in patre Hebræo præsentante filium, qui crimẽ lesæ maiestatis commisit.*
4 *Sicuti pater Christianus in causa capitali admittitur ad defendendum filium, ita pater Hebræus admittitur ad defendendum filium Hebræum. nam Iudæi vtuntur iure communi quo ad iudicia.*
5 *Si pater crimen læsæ maiest. committat, & per filium principi præsentetur an mori debeat.*

QVAESTIO VI.

1 SExto quæro, de notabili qõne filius crimen lesæ maiestatis cõmisit, pro quo crimine si in fortiam iustitiæ peruenerit decapitari debet, l. quisquis in prin. C. ad leg. Iul. maiest. Pater illum sponte sua principi contra quem filius deliquit, præsentauit, an decapitabitur, ex quo clare constat ipsum crimen lesę maiest. in principem suum cui eum pater pſentauit, commisisse? Pau. de Cast. in l. propter insidias. C. qui accus. non possunt dixit quod non, per tex. in l. milites agrum, §. desertorem, ff. de re mili. hanc etiam opin. tenuit Salyc. in d. l. propter insidias, per tex. in d. §. desertorem. quem ad hoc notabilem esse dicit, & pro ista opinione dixit Rayner. de Forli.
2 in d. l. propter insidias. consuluisse in ciuitate Forliuij. † & Pau. de Cast. ibidem refert, quod cum Comes Palatinus filium suũ qui læsæ maiestatis crimen contra Imperatorem commiserat, Imperatori præsentasset, Imperator viso tex. in d. §. desertorem. pepercipit illius vitæ, illumq; ad tempus in exilium misit, hanc opin. sequutus est Barth. Cœpol. in suis cautelis. cautel. 1. & Augusti. de Arimin. in sua addi. ad tract. Ange. de maleſic. in verbo. necnon ad querelam. versicu. vigesimo primo, & Felyn. in capitu. accusasti, colum. vltima. de accusa. idem voluit D. Hippolytus de Marsil. magnus Criminalista, Præceptor & promotor meus, dum Doctoratus gradum in almo Bononiensi Gymnasio de anno 1514. sumpsi. in l. 1. §. auditum, nu. 8. ff. ad leg. Cornel. de sicar. & idem in l. 1. §. ad quæstionem. numero 16. ff. de quæstio. & in l. vnius. §. seruus. numer. 7. eodem titu. idem voluit Alciat. in c. placuit. in prima regula præsumptionum. in 4. præsumptione. de præsumptio. idem voluit Matthę. de Afflict. in c. imperialem, §. insuper. numer. 18. in titu. de prohib. feu. alie. & Nicol. Boer. in tract. suo de seditio. § 8. & vi-
3 ti. numero 27. † Idem dicendum esse arbitror in patre Hebræo præsentante filium qui crimen læsę maiestatis commisit argumen. eorum quę voluit Bartholom. Cœpol. in consi. 75. Patet
4 potest admitti, † vbi consuluit, quod sicuti pater Christianus in causa capitali admittitur ad defendendum filium, vt p Docto. in l. seruum quoque, § publice, ff. de procurat. & in l. pen. §. ad crimen, ff. de public. iudic. & in c. veniens. ext. de accusatio. ita pater Hebræus admittitur ad defendendum filium Hebræum, facit, quia Iudęi vtuntur iure communi, quo ad iudicial. Iudęi Romano. C. de Iudę. † Quid autem econtra dicemus si pater crimen lesę maiestatis committat, & per filium principi præsentetur, an mori debeat? Dicas quod relaxabitur patri vita tantum, intuitu filij illum præsentantis, vt notabiliter voluit Angel. in l. si adulterium cum incestu. in §. liberto, in fine, ff. de adul. quem sequitur idem Dominus meus, de Marsi. in l. 1. §. in auditum filium, num. 9. ff. ad legem Corn. de sicar. & in l. 1. §. ad quęstionem. nume. 16. & nume. 17. ff. de quęstio.

SVMMARIVM.

1 *An licitum sit filio patrem damnatum de crimine lesæ maiestatis impune occidere, & econtra patri filium.*
2 *Pater honorari debet a filiis.*
3 *Filius qui non honorat patrem suum maledictus erit.*
4 *Filius qui maledixerit patri suo aut matri, morte morietur.*
5 *Miles qui patrem suum vel matrem maleficum appellat, militia priuandus est.*
6 *Filius dicitur pars corporis patris. & pater & filius censetur vna eadẽque persona.*
7 *Is qui se obligauit defendere aliquem aduersus omnes homines, non tenetur assumere defensionem aduersus filios, & proprios parentes.*
8 *Filius patrem rcum criminis lesæ maiestatis, & rebellem, impune occidere potest.*
Idem dicendum, quando pater esset hostis fidei.
9 *Si pater adhuc damnatus non esset, principis, tamen vel patriæ se inimicum fecisset, a filio impune interfici posset, & econtra filius a patre.*
10 *Plus patrię quam parentibus debemus.*
11 *Aduocatus debet potius aduocare pro patria, quam pro patre.*
12 *Maior charitas est in patriam quam in patrem. nam pro republica filius in patrem, & pater in filium insurgere debet.*
13 *Crassus Brutus eius filium pro crimine lesæ maiestatis, qualiter puniuit.*
14 *Vxor an virum bannitum pro crimine lesæ maiestatis impune occidere possit.*

QVAESTIO VII.

1 SEptimo quæro, an licitũ sit filio patrem damnatum de crimine lesę maiestatis impune occidere, & econtra patri filium? Videtur in hac quęstione dicendum quod non, quia pater quamuis impius, crudelis, & contemptor legum sit, tamen pater est, vt inquit tex. in §. 1. in fine in Authen. de incest. nup. colum. 2. & idem de filio no. in l. 3. §.
2 emancipatus, ff. de bonorum possessi. contra tabu. † facit, quia scriptum est Eccles. c. 4.
Qui honorat patrem suum iocundabitur in filijs, & in die orationis suę exaudietur. & ibidem.
Qui honorat patrem suum, vita viuet longiore. & ibidem rursus.
Qui timet dominum, honorat parentes. & rursus ibidẽ. Honora patrem tuum, vt superueniat tibi benedictio a Domino & eod. libr. ca. 7. Honora patrem tuum, & gemitus matris tuę ne obliuiscaris, memento quoniam nisi per illos natus non
3 fuisses. † & scriptum est Deute. c. 16. Maledictus qui non honorat patrem suum, & eod. lib. c. 5. Honora patrem tuum, & matrem sicut præcepit tibi dominus Deus tuus, vt longo viuas tẽpore, & bene sit tibi in terra.
4 † Et dicitur Leui. c. 20. Qui maledixerit patri suo, aut matri morte moriatur. facit quod voluit Marti. de Laud. in tract. suo
5 de mili. q. 21. † vbi dixit, quod miles qui patrem suum vel matrem

Digitized by Google

trem maleficium appellat,militia priuandus est.ad idem facit quod voluit Cicero.lib.1.Epist.familia.in Epistola ad Lentulum,vbi dixit,Vim neque patriæ,neque parenti afferre oportet.& rursus idem Cicero,in oratio:pro Roscio,sic inquit,Cõmunio sanguinis portentum. atque monstrum certissimum est esse aliquem humana specie & figura,qui tantum immanitate bestias vicerit,vt propter quos hãc suauissimam lucem aspexerit,eos indignissime luce priuauit, cum etiam feras inter se se,partus,atque educatio,& natura ipsa conciliet. †ad idem facit,quia filius dicitur pars corporis patris, vt ait Arist. lib.v.Ethicor.ad idem tex.in l.cum scimus,§.vltim.C.de agric. & censi.lib.11.Quinimo,pater & filius censentur vna & eadẽ persona.l.fina.C.de impub.& alijs substit.Comprobatur opinio prædicta,ex eo quod supra,in 5.proxima præcedenti q.dixi,vbi concluſum fuit ex mente Doctorum, quod filius patrem damnatum de crimine lęsę maiestatis alere tenetur, ad quod optime facit tex.in supra alleg.§.j.in fi.in Authen.de incest.nu. colum.2.nam si teneremus quod filius patrem rebellem impune occidere posset,vtique non teneretur eidem alimenta præstare:cum denegare alimenta sit necare. l. necare, ff.de liber.agno.& l.fi.C.de alen.liber.†facit,quia is qui se obligauit defendere aliquem aduersus omnes homines,non tenetur assumere defensionem aduersus filios, & proprios parentes,ita dixit solennis Doctor præceptor meus,Domin. Card.Ruin.consi.43.

Quia ad plenum,colum.pen.versi.prętera.num.18.in 4.volum.allegat glo.in ca.de ferijs,22.q.†Contrariam vero partẽ quod imo filius patrem reum criminis lęsæ maiestat. & rebellem impune occidere possit,tenuit Angel.in l.fallaciter, C.de abolitio.& idem in l.famosi.in versic.sequitur in tex.ff.ad leg. Iuliam maiest.& idem Angel.in consi.223.pro decisione consultationis,in princ.vbi dixit,quod patriam oppugnantes a liberis,& parentibus occidi possunt,& Parricidij,vel legis Cornelię nullam pœnam subeunt,allegat tex.in l.minime, ff.de religios.& sump.funer.& ibi glo.vbi Alexand. idem sequitur, & ampliat idem etiam esse quando pater esset hostis fidei.

†Quinimo,etiam si pater adhuc damnatus non esset,principis tamen vel patriæ suę se inimicum fecisset, a filio impune interfici posset,& econtra filius a patre,ita voluit Ioã.Igneus. in sua disputatione,an Rex Franciæ recognos.Impera. num. 126.†& ratio est,quia plus patriæ quam parẽtibus debemus, vt habetur in l.veluti.vbi Bar.& alij,ff.de iust.& iur.& quod filius magis patriæ quam patri sit obligatus,facit dictum Bal.in l.qui necessitati,C.de aduo.diuersi.iudic.& Alexand.in l. veluti,ff.de iust.& iur.†vbi tenuerunt, quod aduocatus debet potius aduocare pro patria,quam pro patre. subdit tamen idem Igneus ibidem,quod prædicta procedunt in foro contentioso Sed quod in foro animæ,& pœnitentiali dubitaret, †& p prædicta opinione facit, quia maior charitas est in patriam q̃ in patrem.glos.in l.veluti,ff.de iust.& iur.quę citat illud Ciceronis,in primo Officiorum.cuius hæc sunt verba:Vnicuique nostrum chari sunt parentes,chari sunt liberi, & familiares, sed omnes hominum charitates vna patria complexa est,pro qua non dubitet quis mortem appetere. & idem Cicero, de somnio Scipionis,inquit,Omnibus qui patriam auxerint,adiuuerint,atque seruauerint,certum esse in cœlo diffinitum locum,vbi beati sempiterno æuo fruantur.facit tex.in l.j.§.si ea, ibi,Reipublicę nascimur,ff.de ven.in possessio.mitten. & tex. in d.l.minime,ff.de reli.& sum.funer.facit etiam pro ista opinione glo.in c.j.de conuersi.infide.quæ dixit, quod pro Republica filius in patrem,& pater in filium insurgere debet. †ad id etiam facit,quod in Romanorum Historijs legitur, quod Crassus Brutus nomine,in bello Latino, pacta cum Latinis mercede,portas vrbis eis aperire pollicitus, deprehẽsus ĩ hoc, ad Palladis auxiliare templum confugit,at eius pater Cassius occlusis dicti templi foribus necatum filium fame insepultũ abiecit.

Quid dicendum sit in presenti difficultate,dubium sum,qa vt vtar verbis Virgilij, in primo Eneidos, Hinc inde vastę rupes,approbo,tamẽ Igneidistinctionem supra relatam, quod aut loquimur in foro animæ,& tunc locus erit primę opinioni,quod filius patrem damnatum etiam pro lęsę maiesta.crimine interficere impune non possit, aut sumus in foro fori, & sic in foro iudiciali,& eo casu nunquam cõsulerem,quod filius patrem qui crimen lęsę maiestatis cõtra principem vel suam Rempublicam commisisset,occideret,sed si casus eueniret,dicerem eum puniri non debere,per prædicta.ad hoc accedat,quod voluit Alcia.in l.bonafides,numero 11.ff.deposi. vbi dixit,quod si pater hostis publicus sit iudicatus, mandatumque sit,vt quicunque possit eum occidat, dicendum erit, quod si iuris rigorem spectemus,filius huic legi parere tenea tur, allegat tex.in d.l.minime,ff.de rel.& sump.fune. Sed si naturalem intueamur æquitatem,secus erit: Humanius autem agendo,dicendum erit filium tali decreto non teneri, sed si id fecerit,pœnam non mereri.

†Sed quid dicemus de vxore,an virum bannitum pro crimine lęsę maiestatis impune occidere possit?Dicas quod non,ita consuluit Bartholo.Cœpol.in consi.suo v.Casus talis est,quẽ sequitur Ioan.Franc.Ripa,in l.si constante,col.x.nume.48.ff. solu.ma.& pro ista opinione faciunt ea quæ dixi supra in rubri.de pœn.quas filij incur.patr.commi.crim.lęsæ maiest.quæstione 19.20.& 21.

SVMMARIVM.

1 *Statutum concedens abolitionem criminum delinquentibus,an comprehendat etiam crimen lęsæ maiestatis.*
2 *Abolitio criminis lęsæ maiestat. est de reseruatis principi,sicuti est illius cognitio.*
3 *Crimen lęsæ maiestatis, requirit specificam mentionem in abolitione.*
4 *In generali sermone non veniunt ea quæ requirunt specialem mentionem.*

QVAESTIO VIII.

1 OCtauo quęro. An statutum concedẽs abolitionem criminum delinquentibus,comprehendat etiam crimen lęsę maiestat.Breuiter dicas quod non. ita voluit Ang. in disputatione sua,quæ incipit,exorta guerra.& Roman.in l. si quis in graui,§.hi quoque,ff.ad Syllani. & Dominus meus de Marsi.in l.vnica,C.de rap.virgin.numero 108.idem in l.j. numero 23.ff.de quęst.Idem in l.de minore,num.2.ff.eodem titu.Alexand.in l.de pupillo,§.si pluribus,ff.de ope.nou.nun. & idem Dominus meus in singulari suo,146.incipien.Nemo
2 debet se submittere,& erit ratio huius decisionis,†quia abolitio criminis lęsę maiestat. est de reseruatis Principi,sicuti est illius cognitio,vt vidimus supra in rubr.quis de lęsæ maiesta.
3 crimine cognosc.possit.†& istud crimen,cum illius cognitio, & punitio sit de reseruatis principi,requirit specialem mentionem,vt per Andr.de Iser.& Matth.de Afflict.in cap.j.§.& bona committentium,numero 46.in titul.quę sint regal.in vsibus feudorum.†& facit,quia ea quę requirunt specialem mẽtionem,non veniunt in generali sermone glos.in cap.inquisitionis.de hęr.in 6.& dixi supra loco prędallegato.hoc etiam tenuit An.Cap.in suis dec.Neapo.dec.130.num.56.allegat ad hoc Barb.in consi.xij.in 2.volu.

SVMMARIVM.

1 *An licitum sit supplicare Papę vel Principi pro his, qui lęsæ maiestatis crimen in eos commiserunt.*
2 *Princeps Deus mundi dicitur.*
3 *Supplicari non debet pro clerico turbante statum Ciuitatis suæ.*
4 *Supplicare licet principi pro reis cæterorum criminum.*
5 *Aduocare an liceat pro filiis rebellium,seu pro ipsis rebellibus,& his qui crimen lęsæ maie.commiserunt.*
6 *Aduocati interuenire non debent pro hæreticis.*
7 *Aduocatus & defensor interuenire potest,quando agitur de damnãda rei criminis lęsæ maiestatis memoria,post eius obitum, & similiter quando agitur de damnanda memoria eius qui de hæresi est inculpatus.*

QVAESTIO IX.

1 NOno quęro. An licitũ sit supplicare papę vel principi pro his q̃ lęsę maiest.crimen in eos commiserũt? Dicas quod non,imo supplicantes pro huiusmodi delinquentibus perpetuæ infamię pœnam incurrunt,l.quisquis,§.iubemus,C.ad legem Iul.maie.& ibidem notat Ang. adducens illud,quod habetur Reg.cap.2.vbi dicitur, si peccauerit vir in virum placari ei potest Deus,si autem in Deum peccauerit,
2 quis orabit p̃ eo?quasi dicat nullus.†princeps enim Deus mũdi dicitur,vt no.in l.imperialem,in fi.de proh.feud.alien. per Fede.& dicitur princeps habere celeste arbitrium.l.1.in fin. C.
3 de sum.Tri.†& dixit Ange.in d.l.imperialem quod pariformiter supplicari non debet pro clerico turbante statum Ciuitatis suę.

Quinimo ab ea eijci debet,per cẽtum milliaria,allegat tex. in l.si quis,C.de episcop.& cler.ad idem vide Barto.in l.in furti,§.ope.in princ.versic.Tamen circa hoc dicas,ff.de fur.comprobatur concluſio prędicta, quia nemo veniam expectare debet a Domino,cõtra quem huiusmodi nefandissimum crimen est molitus,vt in simili dixit tex.in l.vnica,C.de Thesau.

lib.

Digitized by Google

4 lib.10.& in l.fi.§.cum autem,C.de iure.deliberandi.†in cæteris vero delictis supplicare licet Principi,l.cum reus,C.de pœnis.Imo & delinquentes sæpius restituit etiam quo ad omnia l.1.C.de senten.pas.& l.fallaciter,C.de abolitio.& hoc etiam voluit Ioan.Igneus in sua disputatione, an Rex Franciæ Im-
5 peratorem recognosc.num.113.†Sed an licebit aduocare pro filijs rebellium,seu pro ipsis rebellibus,& his qui crimen lesę maiestatis commiserunt?Et dicendum quod non.facit ad hoc tex.in c.fęlicis.in princ.ibi,vel defensauerit,de pœn.in 6.vbi dicitur, quod is qui scienter defensauerit eum qui Cardinalem offendit,sicut reus criminis læsæ maiestatis perpetuo infamis esse debet,ac alijs pœnis subijcitur,de quibus ibidem.& ita tenuit Matthæ.de Afflic.in c.j.in §.& bona committentium.nu-
6 me.40.in ti.quæ sint Rega.†idem dicendum est in crimine hęresis,in quo aduocati interuenire non debent.cap. si quis adnersus.de hære.idem habetur in c.fin.de hære.in 6.Et pro prædicta cōclusione,ꝙ aduocatus interuenire non possit pro eo qui crimen læsæ maiestatis commisit,tex.est etiam,in d.l.quisquis,§.denique iubemus,C.ad legem Iul.maiest.& habetur p Bartol.in extrauag.ad reprimen.in verb.sine strepitu, de quo
7 dixi supra in rubr.quali.in crim.læsæ maie.procedat.q.4.†Attamen quando agitur de damnanda rei criminis læsæ maiestatis memoria post eius obitum, & similiter quando agitur de damnanda memoria eius qui de hæresi est inculpatus,aduocatus & defensor interuenire potest,vt per Bal.in l. reos. in fi. C.de accu.& late habetur per Præpo.in c.si quando. col.3.2.q.7.& dixi latius s̄.in rubric.qualiter in crim.læsæ maiest.procedat.q.27.

SVMMARIVM

1 *Receptatores reorum criminis læsæ maie.qua pœna puniantur.*
2 *Filius receptans patrem damnatum de crimi.læsæ maie.siue post huiusmodi crimen commissum,ante condemnationem siue post condemnationem, an pœna capitis puniri possit.*
3 *Bannum & excommunicatio æquiparantur.*
4 *Filius receptans patrem damnatum de crimine læsæ maiestatis commisso in personam principis,siue eius lateri astantium,non est immunis ab aliquali pœna extraordinaria.*
5 *Affinis vel consanguineus receptans affinem vel consanguineum qui contra Cardinalem deliquit,in terminis c.fœlicis.de pœn.in 6.non punitur pœna ordinaria,de qua ibi.*
6 *Vxor receptans virum bannitum vel condemnatum de crimine læsæ maiestatis.an puniatur pœna receptatorum.*
7 *Receptator qui per vim,& violentiam sibi illatam,a bannito vel condemnato,receptauit eum,nullatenus puniri debet.*
8 *Receptator banniti vel condemnati de crimine læsæ maiestatis ita demum punitur,si scienter delinquentem receptat,secus si ignoranter, dummodo notorium non sit receptatum esse delinquentem.*
9 *Scientem non ignorantem lex vult obligari.*
10 *Per notorium probatur scientia.*
11 *Violator pacis non potest impune receptari ab agnato,nisi per ignorantiā illum agnatus receptauerit.*

QVAESTIO X.

1 DEcimo quæro, qua pœna puniātur receptatores reorum criminis lesę maiestatis?Dicas quod capite puniūtur.Bar.in l.fi.C.de fabricens. & in l.omnes, C.de agricol.& censi.lib.10.& no.in l.j.ff.de recep. Et ita seruari vidisse in decreto regio lato in morte Domini Andreæ de Iser. testatur Matth.de Afflict.in titu.quæ sint reg.in §. & bona cōmittentium.colum.4.versicul.vigesimum secundum speciale in vsibus feudo.

2 †Sed quid dicemus de filio receptante patrem damnatum de crimine læsæ maiestatis,siue post huiusmodi crimen commissum,ante condemnationem,siue post condemnationem vtrum tali pœna puniri possit?Dicas quod videtur dicendum quod non,vt voluit Albe.in tracta.suo statu.parte 4.q.7.vbi dixit,quod filij receptantes Patres bannitos,vel Hæreticos, pœna receptatorum non puniuntur.adducit tex.in l.fin.ff. de receptator.& tex.in c.inter alia.de senten.excommunica. & 11.
3 q.3.quoniam multos,†dicens quod Bannum, & excommunicatio æquiparantur,allegat tex.in capit.1. in titu.hic finitur
4 lex Corrad.deinde consuetu.regni,inci.†Dixerim ego in hoc articulo,filium receptantem patrem damnatum de crimi.lesę maiestatis non esse immunem ab aliquali pœna extraordinaria,quando in personam Principis,siue eius lateri astantiū huiusmodi crimen commissum fuerit,iuxta terminos tex. in l.quisquis,C.ad legem Iuliam maiest.videmus enim,quod tali casu,filius, etsi nil deliquerit,punitur tamen, ex delicto patris,vt in d.l.quisquis, §. filij vero.quinimo vt supra vidimus, q.7.proxima præcedente, licet filio impune occidere patrem rebellem,vel damnatum de crimine lesę maiestatis, faciunt ad prędicta quę voluit Pet.de Anch.post glossibi.in cap. fœlicis.columna prima versicul. Et circa receptatores. de pœn. in
5 6.†vbi dixit,quod affinis vel consanguineus receptans affinē vel consanguineum qui contra Cardinalem deliquit, in terminis d.ca.fœlicis,non punietur pœna ordinaria, de qua ibi & ibidem voluit in terminis quęstionis nostrę And.de Iser.in const.Regni,quę incipit Patarenorum,in ver.ratio quare,nume.2.in ti.de recepta.Patare.& Dominic.in d.c.fœlicis,columna 3.circa fin.in versi.in glos.in verb.receptauerit.idem voluit Archidia.in d.c.fęlis.colum.2.in versic.receptauerit, vbi dixit, consanguineos receptantes consanguineum delinquentem, non puniri in casu prędicti ca.hoc tamen sane intellige,scilicet pœna inibi statuta contra receptantes delinquentes,qui in Cardinalem insurrexerunt, attamen in totum non excusantur,mitiori etenim pœna cum eis agendum erit, d.l.fina. ff.de recepta.& ita tenent Cyn.& Bald.in l.prima, C. de his qui latron. vbi dicunt, quod mitiori pœna puniuntur receptantes proximum,vel patronum,quam si alias non esset persona cō iuncta,quod voluit Alexand.in add.ad Bartol.in d.l.fi.ff.de receptat.

6 †Quid autem dicendum sit de vxore receptante virum Bānitum,vel damnatum de crimine lesę maiestatis? Dixi supra in rub.de pœn.quas filii incur.patre commit.crimen lesę maiesta.q.20.vbi concluſi,quod pœna receptatorum non puniatur.& dictis ibidem adde,quod ita tenuit etiam And.de Isern. in const.regni,quę incipit,Patarenorum.num.5.in rub. de recep.Patare.& Alexand.in d.add.sua ad Bar.in d.l.fi.ff. de recep.
7 †Prędictam conclusionem de receptante condemnatum,dicas non habere locum, quando bannitus vel condemnatus violentiam fecisset receptatori, qui per vim illum receptasset, nam eo casu ille nullatenus puniri debet,vt dixit Alexā. loco proxime allegato.& idem voluit Bal.in tra.suo statu.in verbo receptare,ver.statutum dicit.

8 †Secundo conclusionem prędictam,de receptante damnatum de crimine lesę maiestatis,intellige procedere, in eo qui scienter delinquentem receptat,secus si ignoranter, & ignorantia præsumitur,nisi probetur scientia, dummodo notoriū non sit receptatum esse delinquentem,ita dixit glos.in l.1.ff. de recep.quam ibidem sequitur Bar.ad idem Roma.in consi-
9 lio,463.circa propositam,vbi glo.prędictam sequitur, †& est ratio,quia scientem non ignorantem lex vult obligari,l.generali,C.de tabul.lib.10.l.fi.C.de decre.ab ordin.facien.c. cognoscentes,de const.c.vt animarum,eod.titu.lib.6.prędictam glo. in d.l.1.ff.de recep.sequitur etiam Bart.in d.l.omnes,C.de agri. & censi.lib.12.pro qua Roma.in prealleg.consil.463.dicit esse casum,in l.Methrodorum.a contrario sensu.in versicu.faciēs, ff.de pœ.ad idem tex.in l.2 §.sed etenim,ff.de incē.ruin.& nau
10 frag.†scientia autem probabitur,vt inquit Bartol. in d. l.1.in princ.ff.de recep.si erat notorium per cōtractum talem esse delinquentem,facit ꝙ voluit Bald.in ca.1.in §.cōuenticulam.de
11 pac.iuram.firmand.in vsib.feu.†vbi dixit,quod violator pacis non potest impune receptari ab agnato, nisi per ignorātiam illum agnatus receptauerit.

SVMMARIVM.

1 *An bona condemnati pro crimine læsæ maiestatis possit aliquis petere sibi a principe concedi.*
2 *Si bona condemnati pro crimine læsæ maie.ex mera principis liberalitate alicui concederentur,valeret huiusmodi concessio.*
3 *Feudum deuolutum ad principem contra quem est commissum crimen læsæ maie.alius potest petere sibi concedi.*
4 *Principi de consilio procerum suorum bona ad se deuoluta crimine læsæ maie.potest alteri concedere.*
5 *Principis concessio de bonis ad se deuolutis ex crimine læsæ maiestat. apposita clausula non obstante iure communi,valet.*
6 *Idem si princeps dicta bona concedat alicui motu proprio.*
7 *Princeps de bonis damnatis de crimine læsæ maie.ad se deuolutis,cum alio quo contrahere potest.*

QVAESTIO XI.

1 VNdecimo quæro. an bona condēnati pro crimin. lesæ maiesta.possit aliquis petere sibi,a principe concedi?Dicas quod non,quinimo.si quis ea sibi concedi petierit.tanquam pacis violator puniendus esset,vt habetur in l.quisquis,C.de peti.bono.sublat.vbi dicitur, quod si forte nimia mentientis importunitate per principis rescriptū dicta bona essent alicui concessa,tale rescriptum reiiciendū esset.

Digitized by Google

2 esset. †Quando autem bona prædicta ex mera principis liberalitate alicui concessa essent, valeret proculdubio huiusmodi concessio. †Fallit tamen ista conclusio, in quinque casibus
3 enumeratis per Matth. de Afflict. in const. regni. lib. j. in tit. de hæreti. num. 66. verticu. in glos. fi. Primo nisi Imperator, Rex, vel Princeps contra quem tale delictum est commissum feudum quod tenebatur a delinquente ad se deuolutum, ad postulationem petentis illi concedat, quia concedi solitum erat ita voluit Bald. in l. 1. C. de pet. bono. subla. allegat tex. in §. prę terea in Auth. de reter.

4 †Secundo fallit, quando princeps de consilio Procerum & consiliorum suorum bona prædicta ad se deuoluta petenti concessisset. Ea enim quæ fiunt cum consilio Procerum magis valent, vt voluit And. de Iser. in cap. 1. de prohib. feud. alie. per Lothar.

5 †Tertio fallit, quando princeps concedens dicta bona, in rescripto huiusmodi concessionis apposuisset clausulam, non obstante iure communi, & dispositione l. j. C. de peti. bon. sub lat. vt voluit ibidem glo.

6 †Quarto fallit, quando in rescripto concessionis dictorum bonorum esset apposita clausula, motus proprij, vt habetur in d. l. j. C. de petitio. bono. subla.

7 †Quinto fallit, quando princeps de bonis damnati pro crimine lælæ maiest. ad se per eorum confiscationem deuolutis, cum aliquo contrahit, vt voluit Afflict. loco prędallegato.

SVMMARIVM.

1 *An confiscatis bonis delinquentis, volentibus eius creditoribus sibi satisfieri in bonis delinquentis, fisco ante omnia satisfieri debeat de expensis.*
2 *Si pro re tua inuenienda ego aliquid expendo, illas expensas mihi restitui teneris.*
3 *Expensæ factæ pro re communi, præsumuntur pro rata factæ.*
4 *Expensas factas per patrem vel fratrem in obtinendo beneficio ecclesiastico pro filio, an pater deducat de portione filii.*
5 *Filius clericus beneficium ecclesiasticum quod obtinuit expensis patris, iure quasi castrensis peculii possidet.*
6 *Impensa quæ fit pro punitione criminis, fisco incumbit.*
7 *Fiscus ad quem deuoluuntur bona damnati, loco hæredis habetur.*
8 *Expensæ quas facit dominus in fructuum perceptione, non repetuntur.*

QVAESTIO XII.

1 DVodecimo quæro, an confiscatis bonis eius qui delictum commisit, volentibus eius creditoribus sibi satisfieri in bonis dicti delinquentis sui debitoris, fisco ante omnia satisfieri debeat, de expensis vtilibus & necessarijs per eum factis, pro cōsequendo dicto eius rebelle, & illius bonis sibi incorporandis, adeo quod dictæ expensę in primis deduci debeant? Hanc quæstionem mouet Matth. de Afflict. in cap. j. §. & bona committentium, colum. 10. nume. 119. in titu. quæ sint reg. in vsibus feudorum vbi decidit, quod fisco ante omnia satisfieri debet de expensis prędictis, & rationem assignat, quia fiscus habet ius retentionis in dictis bonis iuxta no. per Barto. in l. si non inducta, C. in quibus cau. pignus
2 tacit. contrah. at. †Item quia si pro re tua inuenienda ego aliquid expendo, illas expensas mihi restituere teneris, vt per Barto. in l. falsus, §. qui alienum. in fin. ff. de fur. ergo idem erit, si expendi pro illa recuperanda. item dicit facere, quia si fiscus vtiliter negotium creditorum gessit, ergo vtili negotiorum gestorum actione tenetur, pro eorum ratis ad expēsas prędictas, per ea quæ notantur in l. si pupilli, §. si Titij, ff. de nego. gest.
3 †Item facit, quia expensæ factæ pro re communi. præsumuntur pro rata factæ, l. sed & si. §. adeo, & ibi Barto. ff. de pet. hæreditat. †ad idem adducit, quia expensas factas per patrem vel fratrem in obtinendo beneficio ecclesiastico pro filio, pater deducit de portione filij, vt voluit Guiliel. de Cuneo. in l. tres fratres, ff. de pa. & ex istis in hac opinione residet ipse Mattheus, subdens, quod D. An. Baldasi Regius consiliarius sibi dixit, ita fuisse iudicatum per consilium Regis Castellæ: dicit tamen, q̄ si antequam per fiscum factæ fuissent tales expensæ, creditores protestati fuissent quod dictis expensis subiacere non intē debant, quia ius eorum aliquo tempore recuperabunt, tali casu non tenerentur ad eas. per no. in l. fin. C. de nego. gest. & ibi Alexan. Dicas quod istud fundamentum non est verum, quia expensas quas facit pater, vt filius consequatur beneficium ecclesiasticum, ei non imputantur in legitima. nam ecclesiasticum beneficium neque vendi neque transmitti potest ad hæ-
5 redes. †quinimo, filius beneficium huiusmodi iure quasi castrensis peculij possidet, l. sacrosanctæ, C. de episco. & cle. & q̄a pater creditur tales impensas fecisse propter onera ecclesiasticæ dignitatis, ideo filius illas habere debet pręcipuas, l. j. §. sed an id. ibi propter onera dignitatis, ff. de collat. bonorum, & ita scribit Ioan. Franc. Ripa in l. in quartam, ff. ad legem Falcid. numero 166. sequutus Barto. Bald. & alios, quos refert idem tenē tes. Circa prædicta. inquantum Mattheus voluit, quod fiscus recuperet expensas quas facit in consequendo eius rebelle. q̄ illę imprimis & ante omnia deducantur, ad præiudicium anteriorum creditorum. Dixerim ego id de iure (mea quidem sententia) non procedere, † quia omnis impensa quæ fit pro punitione criminis, fisco incumbit, vt per Doct. in l. prima, C. de muli. quę ser. public. se commiscuer. & est ratio, quia fiscus accipit mulctas, & pœnas, vt patet in l. prima, & toto tit. C. de mod. mulct. & per Azon. in ti. de pę. in Summa, pręsertim qñ omnia bona delinquentis confiscantur, vt fit in crimine lęsæ maiestatis, l. quisquis, in princip. C. ad legem Iul. maiestatis, p̄ nota. per Bald. in l. non ignorat, C. de fruct. & lit. expens. Quantum vero ad illud quod voluit idem Matthæus, quod expensæ quas facit fiscus pro incorporandis sibi bonis sui rebellis, debeant in primis & ante omnia deduci. similiter etiam in hoc
7 ab eo dissentio, †& est ratio, quia fiscus ad quem deuoluunt̄ bona damnati, loco hæredis habetur, vt voluit Mar. de Laud. in tracta. de fisc. q. 86. & Franc. Luc. in simili tract. suo, de fisco, parte. j. nu. 4. idem voluit Matth. de Afflict. in tracta. de iur. Prothomis. in §. 4. nume. 25. vbi dixit, quod fiscus succedens in bonis ex aliquo delicto, loco hęredis habetur.

At iure cautum nō reperitur, quod hęres detrahat aliquas expensas per se factas in consequenda hęreditate. ergo idem
8 in casu nostro, †facit, quia expensę quas facit Dominus in fructuum perceptione, non repetuntur, quia non ad perpetuam vtilitatem fiunt, Pet. de Vbal. in tracta. de duobus fratri. parte 11. numero 62.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio an detur in crimine lęsæ maiestatis.*
2 *Distinctio, an detur appellatio in crimine lęsæ maie.*
3 *Aequior est opinio, quod detur appellatio condemnato de crimine lęsæ maiestatis. nam appellationem denegare, est defensionem adimere.*
4 *Appellatio in crimine lęsæ maiesta. non datur, quando crimen esset per rei confessionem, aut per testes clare probatum.*
5 *Appellatio in crimine lęsæ maie. non datur, quando est notorium facti permanentis, quod quis commisit crimen lęsæ maie.*
6 *Appellatio regulatiter in notoriis nō admittitur, nisi legitima causa exprimatur.*
7 *Iudex in notoriis delictis statim potest ad executionem procedere.*
8 *Appellatio non datur in crimine lęsę maiestatis, quando in proditione esset seditio concitata, vel facto ordinato.*

QVAESTIO XIII.

1 TErtio decimo quæro. An in crimine lęsę maiestatis detur appellatio? Angel. in §. publica, in fin. Inst. de publ. iud. tenuit quod non, idem in l. cōstitutiones, ff. de appel. & in tract. suo male. in verb. prędente, & appellante, idem tenuit Dominus Hippolitus de Marsi. prędecptor meus, in consi. 38. numero 1. in primo volu. & idem in l. de minore. in prin. col. 2. num. 7. ff. de quęstio. & Ang. in d. trac. malefi. in verb. *Et hai tradito la tua patria*, in princi. hoc etiam voluit Ioan. Igneus Doctor Vltramontan. in sua eleganti disputatione, an Rex Franc. recognosc. Imperator. numero 128. & Roma. in l. Pantonius, §. rei perduellionis, ff. de acquirend. hęredi. qui arguit contra glo. ibi, quę contrarium tenet. Contrariam vero partem, quod imo in d. crimine detur appellatio, tenuit Martin. de Laud. in suo tract. de crim. lęsę maiestatis, q. 7. allegat prędictam glos. in d. l. Pantonius, §. rei. & hanc opi. tenuit etiam And. de Iser. in cap. j. in 9. colum. in titu. quæ sint regal. vbi dicit, iure cautum non reperiri, quod in crimine lęsę maiestatis appellatio sit prohibita, idem voluit Matthæ. de Afflict. in d. cap. 1. in §. & bona committentium, colum. 4. numero 42. in versicu. vigesimum primum speciale, in prędallegato titu. quę sint regal. allegat no. per glos. in cap. manifesta in glos. magna, 2. q. prima. & in ca. prętera, & in ca. cum sit Romana. de appel. opinionem prędictam tenuit etiam Augu. de
1 Arimin. in sua addi. ad tract. Angel. de malefi. in verbo, prędente Gaio & appellante. Ioan. Igneus in d. sua disputa. num. 129.
2 †in isto articulo sic distinguit, quod aut accusatus de crimine lęsæ maiestatis est taliter conuictus, quod huiusmodi delictū negare non valet, & tunc ei appellatio denegabitur, per rationem l. 2. C. quorum appel. non recipiant. & isto modo dicit procedere tex. in d. l. constitutiones, ff. de appel. aut delictū non est plene probatum, ita quod de eo fit dūbium, & isto casu dicit

Digitized by Google

cit appellationem dari, & executioni ſententiæ ſuperſedendum eſſe,& hoc modo dicit intelligendum eſſe tex.in d.l.Pannonius,§.rei perduellionis,cum ſua gloſſ.ff.de acquiren.hæreditа.ibi,ſuſpenſa cognitione,& ibi,cui de innocentia, ſubdēs quod ſi mora in exequendo eſſet ſcandalum paritura, aut p̄iudicium,ſi ſententia executioni non mitteretur, ꝙ tūc appellatio danda non eſſet,alias ſecus,allegat Pau.de Ca.in d. §.rei perduellionis,& in d.§.hi autem.

3 †Opinionem tenentium appellationem dari,condemnato de crimine læſę maieſtatis,æquiorem eſſe arbitror, denegare enim appellationem,eſt defenſionem adimere,quæ eſt de iure naturali,l.vt vim,ff.de iuſti.& iur.& ibi not.facit tex. in l.famoſi.ibi,hoc tamen crimen a iudicibus.vbi Modeſtinus Iuriſ conſultus , quod non in occaſionem ob principis maieſtatis venerationem,crimen læſæ maieſtatis cēſendum eſſe ait, ſed in veritate rei iudicatæ habendum eſſe arbitratus eſt, qui tex. præſtat nobis argumentum manifeſtum,quod de veritate rei iudicatæ inſpiciendum eſt , ergo non ſtatim exequenda erit ſententia.Erit igitur concluſio,quod regulariter in crimine læſę maieſtatis appellatio detur,quam tenet etiam Decius,in d. cap.cum ſit Romana.col.4.in nono no.

4 †Limita tamen concluſionem hanc vt inf.Primo , vt non procedat quando delictum eſſet clare probatum, per rei confeſſionem,vel per teſtes,per text.in d. l.2.C.quorum appellat. non recipiant.vt tenuit Ignęus in primo membro ſuæ diſtinctionis,ſupra relatæ.

5 †Secūdo limita dictam concluſionem,non procedere, qū notorium eſt facti permanentis,quod quis commiſit crimen læſæ maieſtatis,vt puta,quia teneret terram eccleſiæ,vel imperij rebellatam,vel in tali rebellione caperetur.Talis enim appellare non poterit,quia erat notorium facti permanentis,ipſum eſſe rebellem.ita voluit Andr.de Iſern.in capitu. 1.in tit. quæ ſint regal.colum.9.& ſequitur ibidem Matth. de Afflict. in §.& bona committentium.colum.4.numero 42. in verſic.
6 vigeſimum primum ſpeciale.†& pro iſta opinione facit,quia regulariter in notorijs appellatio nō admittitur,niſi legitima cauſa exprimatur,vt per Abb.& Docto.in c.conſuluit, & ibi Decius,colum.3.in verſicu.circa iſtum tex.de app. & facit tex. in c.cum ſit Romana,& in c.cum ſpeciale,§.porro.eod.ti.idē tenuit Roma.in conſil.324.in propoſita conſultatione, in fi.
7 †Item facit ad prædicta,quia in notorijs delictis iudex ſtatim non data dilatione poteſt ad executionem procedere, vt per Bald.in l.a procedente,in vl.no.C.de dilat.& idem in c.ſignificante.col.2.de appel.& in l.accuſatoribus,colum.2.in verſi.& per hoc patet,C.de accu.

8 †Tertio fallit,quando in proditione eſſet ſeditio concitata vel facto ordinata,prout in d.l.conſtitutione,§. quid tamē,ff. de appel.ſecundum opinion. Andr.de Iſer.ſupra relatam. Talis enim delinquens,quia eſt caput factionis,non appellat,ſecundum eum.

SVMMARIVM

1 *Quis dicatur perduellis.*
2 *Hoſtem antiqui pellegrinum vocabant.*
3 *Perduellis dicitur qui crimen læſæ maie.contra principem vel rempublicam commiſit.*
4 *Crimen læſæ maie.latius eſt,quam crimen perduellionis.*
5 *Crimen læſæ maieſtatis contra principem , quare perduellionis dicatur.*
6 *Perduellis non dicitur qui ex alia cauſa quam Machinationis contra principem crimen læſæ maie.commiſit.*

QVAESTIO XIIII.

1  Varto decimo quæro . quis dicatur p duellis? Caius Iuriſconſultus in l. quos nos hoſtes, ff.de verbo.ſignifica.dicit,eos quos nos hoſtes appellamus,antiquos perduelles vocaſſe And.Alci. elegans Doctor,in d.l.quos nos,dixit publicos hoſtes,merito inimicos appellari,quos veteres,qa cum illis duellum, id eſt bellum eſſet, perduelliones appellabant,nam ea dictione eos ſolos iudicari opinatus eſt,aduerſus quos ius belli eſſet . Et ideo inimicus perduellio non dicetur, neque iuxta Ciceronis ſententiam li. 2.de offic.latrones perduelles ſunt,ſiquidem pyratā ex perduel
2 lium numero nō eſſe,aſſeuerat:†hoſtem autem,antiqui Pellegrinum vocabant,vt habetur apud Ambro.Calepin.in ſuo
3 vocabulario,in verſic.perduellis,†ſed in materia criminis læſę maieſtatis perduellis dicitur,qui crimen læſę maieſtatis aduerſus Rempublicam,vel principem commiſit, vt teſtatur Vulpian.in l.fina ff.ad legem Iuliam maieſtatis. Itaque non omne maieſtatis crimen perduellionis erit:cum crimen læſę maieſtatis generalius ſit,quod & multis modis committitur , vt ſupra vidimus,ſed ſolum quando quis hoſtili animo, aduerſus Rempublicam,vel principem ſuum animatus fuit,vt in d l.fina.& ita voluit etiam Gof.in ſumma,de cler.pugn.in duel. §.primo,& Cardin.Turr.Cremat.in ca.ſi quis,§ porro , 6.q.1.
4 †vbi & ipſe dicit,quod crimen læſę maieſtatis latius eſt,quam perduellionis,ſiquidem perduellionis reus quis dicitur, quando contra perſonam Imperatoris committit. Hoc enim ſolo caſu Romana lex Duellum permittebat,quod etiam no. idē Turre Cre.3.q.4.in ſumma.& Spe.in ti.de accu.§.j.ver.Secundo,crimen perduellionis.

5 †Sed quare crimen læſę maieſtatis dicatur crimen perduellionis?glo.in §.per contrarium, Inſt.de hęred. quę ab inteſt.defer.dicit,quod olim quando alicui imputabatur , quod crimē læſę maieſtatis commiſiſſet.contra Imperatorem,vel Regem, eo caſu p̄miſſum erat duellum,videlicet duorum pugna, vel quod ex eo dicitur,quia perduelles hoſtes dicuntur,d.l.quos nos hoſtes,ff.de verbo.ſignifi.& idem dixit Matth.de Afflict. in conſt.regni,in titu.de hęre.num.29.Ioan.de Imo.in clemē. paſtoralis,colum.quarta,num.xlix.idem tenet,& ſequitur ibidem Card.in 15.no.& in quęſt.5.Egid.vero Bellam.in d.cap.ſi quis cum militibus,in d.§.porro.dixit,quod crimen læſę maieſtatis,non ideo perduellionis dicitur,ex eo quod per duellū probari poſſit,ſed dicitur perduellionis,id eſt crimē hoſtis,vel hoſtile,per text.in d.l.quos nos hoſtes,cuius opinionem ſi ſequamur & aliorum hoc tenentium,reus criminis læſę maieſtatis,in quocunque caſu dicti criminis,perduellionis reus diceretur,quod eſſet contra tex.in d.l.fina.ff.ad legem Iul. maieſta.& ideo mihi magis placet illa opinio , quod ideo dicatur crimen perduellionis,crimen læſę maieſtatis,quando quis hoſtili animo in Rempublicam,vel principem inſurgit , vt in dicta l.fina.quia eo ſolo caſu duellum permittebatur, vt ſupra dictum fuit,vtcunque ſit,hoc omnes tenent,quod perduellionis crimen,appelletur crimen læſę maieſtatis,quod ex machinatione facta contra Rempublicam vel principem committitur,de quo eſt tex.in dicta,l.fina.ff.ad legem Iuliam maieſta. ad idem facit tex.in dicto,§.per contrarium.Inſt.de hęred.quę ab inteſt.defer.

6 †Si vero ex alia cauſa,quis læſę maieſtatis reus ſit,perduellis non dicetur,nec eo mortuo eius damnabitur memoria,facit tex.in l.cum filius,§.fina.ff.de legat.ſecundo. Et de hoc verbo perduellis,plura ſcribit Ioan.Ferrarius in ſuis annotationibus in quatuor Inſtitu.libros,in tit.de hęredi.quę ab inteſt.defer.in ver.perduellionis reus.

SVMMARIVM.

1 *An crimen læſæ maieſtatis,& crimen ſimoniæ æquiparentur.*
2 *Emendo quis ſpiritualia, vel vendendo, diuinam offendit maieſtatem.*
3 *Crimen læſæ maieſtatis,hęreſis,& ſimoniæ,quæ hęreſim ſapit,æquiparantur.*
4 *Æquiparatio ſupradicta procedit in his in quibus expreſſum inuenitur in iure.*
5 *Omnes qui in crimine ſimoniæ admittuntur , admittuntur etiam in aliis criminibus exceptis.Sed non omnes qui repelluntur in huiuſmodi crimine ſimonię,repelluntur in aliis criminibus exceptis.*
6 *Ad comparationem ſimoniæ,& hæreſis,omnia crimina pro nullo reputantur.*
7 *Simonia peior eſt idolatria.*
8 *Crimen hæreſis an criminii læſæ maieſtatis, & econtra æquiparetur.*
9 *In crimine hæreſis,ſicuti in crimine læſæ maieſtatis , quis accuſari poteſt poſt mortem,& eius memoria damnari,& bona per fiſcum ab eius hęredibus auferuntur.*
10 *Plus eſt diuinam quam temporalem offendere maieſtatem.*
11 *Diſtinctio,an valeat argumentum de crimine læſę maie.ad crimen hęreſis, & econtra.*
12 *Argumentum de minori ad maius validum eſt.*
13 *Crimen hęreſis eſt maius crimine læſę maie.humanæ.*
14 *Timor domini timori hominum anteponendus eſt.*
15 *Quæ differentia ſit inter crimen hæreſis & crimen læſæ ma.*
16 *Hæreticus amittit dominium bonorum ſuorum.*
Secus eſt in crimine læſæ maie.
17 *In crimine hęreſis extenditur infamia vſque ad ſecundum gradum, per lineam paternam,quando pater in hæreſim eſt prolapſus ſi vero mater, extenditur ad primum gradum.*
Secus eſt in crimine læſæ maieſtatis,in quo pœna extenditur ſolum ad primum gradum.
18 *Filii hæreticorum non ſolum fiunt inhabiles ad beneficia obtinenda, ſed & obtenta ipſo iure perdunt.*
Secus tamen eſt in filiis committentium crimen læſæ maieſtat.contra principem.

QVAE.

Digitized by Google

Hieron. Gigan. de crimi. lęsæ maiest.

QVAESTIO XV.

1 QVinto decimo quæro, an crimen læsæ maiestatis, & crimen simoniæ, æquiparentur? Dicas quod sic: nam quemadmodum quis machinando contra Imperatorem, Regem, siue Principem suum, læsæ maiestat. crimen committit, quia terrenam offendit ma-
2 iestatem, l. qui squis, C. ad leg. Iul. maiestatis. †Pari modo emẽdo quis spiritualia vel ea vendendo, diuinam offendit maiestatem, & sic læsæ diuinæ maiestatis crimen committit, tex. est in l. si quicquam. in fi. & ibidem Bal. C. de episco. & eleri. facit tex. in c. fi. ad fi. 6. q. 1. vbi Præposi. dixit, ista duo æquiparari, facit etiam tex. in c. sane, in prin. 15. q. 3. & tex in ca. vergentis. de hæretic. in 6. glo. in c. si quis Papa. in versic. pertulerit, 79. distin.
3 facit etiam glos. in cap. j. de testibus. in 6. quæ †dixit, tria hæc crimina æquiparari, videlicet læsæ maiestat. hæresis, & simoniæ, intellige sane, de simonia quæ hæresim sapit, vt puta, quando quis pecuniam dedit pro consequendo beneficium, vel ecclesiasticum ordinem, credens gratiam sancti Spiritus prætio acquiri posse: tali enim casu, simonia est species hæresis, quinimo est quid deterius, vt est tex. in ca. eos, j. q. j. & declarat Abb. in c. licet Heli. el j. super glo. in verb. indifferenter, de simon. & idem Abb. in c. ex diligenti. eodem titu. & in c. per tuas, el j. in
4 versi. sed contra hoc opponitur, eodem titu. †Intellige tamen hanc æquiparationem, procedere in his in quibus expressum inuenitur in iure, vt notanter dixit Præpo. in c. pen. §. porro. 6.
5 q. j. †Scias etiam, quod omnes qui in crimine simoniæ admittuntur, admittuntur etiam in alijs criminibus exceptis, sed non omnes qui repelluntur in huiusmodi crimine simoniæ, repelluntur in alijs criminibus exceptis, vt per Abb. in d. cap.
6 per tuas. versicu. in glo. in verb. de simonia. †& dicit tex. in ca. fin. j. q. vlt. quod omnia crimina ad comparationem simoniæ, & hæresis pro nullo reputantur, ad idem tex. est in d. c. p tuas, el j. in §. cætera. de simon. †Imo simonia peior est idolatria. c. cito turpem. j. q. j. ad idem Gaspar. de Perusin. in tracta. de reseruat. benefi. colum. 4. nu. 23.

8 †Quid autem dicendum sit in crimine hæresis, an crimine læsæ maiestatis, & econtra æquiparetur? Videtur eadem ratione dicendum quod sic, per tex. in lege Manichęos, C. de hæret. & in ca. vergentis, ext. eodem titu. & ibi glo. in verb. exhæredatio, quinimo de vno ad aliud arguitur, glo. in l. mutum, ff. de acquirenda hęre. glo. in dicta l. Manichęos. in verb. debet, no. Cy. & Saly. in auth. Gazaros, C. eodem titu. de hęre. Geminia. in c. si quis. 6. q. j. glo. in c. cum secundum, de hęre. in 6. quæ dixit, quod dispositio illius tex. locum habet in crimine lęsę maiestatis, & tamen loquitur in hęresi, ad idem glo. in cap. j. in gl. 2. de testibus. in 6. quam ad hoc pro singulari allegat Alexan. in l. si quis filio. §. hi autem, ff. de iniust. rup. & irri. fact. testam. ad idem glo. in c. 2. de hęre. in 6. & glo. in c. fœlicis. eodem titulo, & in capi. non debet. de regu. iur. in 6. hanc conclusionem tenuit etiam Clau. de Seise. in l. si quis id quod. colum. 2. in l. si quis id quod. colum. 2. in fi. numero 7. ff. de iurisdict. omnium iudic. & Ioan. de Turre Crema. in c. si quis. 79. distinct. numer. 8. ad idem Ange. in tracta. de malefi. in verb. *Et hai tradito la tua patria*, nume. 18. vbi dixit, quod crimen lęsę maiestatis, hęresis,
9 & simoniæ equiparantur allegat gl. in c. j. de cens. in 6. †Hinc est quod sicuti in crimine lęsę maiestatis. quis accusari potest post mortem, & eius memoria damnari, l. fina. C. ad legem Iuliam maiest. Ita est in crimine hęresis cap. fin. de hęreti. & post hęretici obitum, bona per fiscum ab eius hęredibus auferuntur, sicuti fit in crimine lęsę maiestatis, tex. est iuncta glo. ibi, in verb. post mortem. in dicto cap. accusatus, §. in eo vero casu. de hęre. in 6. facit, quia hęreticus diuinam offendit maiestatem, sicuti committens crimen lęsę maiesta. temporalem lędit, q-
10 nimo †plus est diuinam quam temporalem offendere maiestatem, vnde diuus Bernardus super Cantic. sic ait, si reum regię maiestatis quamuis humanę, legibus capite plecti sancitũ est, quis finis contemnentium diuinam omnipotentiam erit?
11 †In isto articulo distinguerem ego sic, quod aut quærimus, an de crimine lęsę maiestatis ad crimen hęresis argui possit, aut quęrimus an de crimine hęresis ad crimen lęsę maiestatis valeat argumentum. Primo casu dico argumentum valere, nam ea quę licent, in crimine lęsę maiestatis, a fortiori licent in crimine hęresis, ita arguit Imperator, in dicta l. Manichęos, C. de hęre. facit tex. in auth. Gazaros, C. eodem titu. & in cap. vergen
12 tis, in fi. ext. de hęre. †Tunc enim arguitur de minori ad maius quod argumentum validum est, & hoc sentit Ioan. Igneus, in repe. §. non alias, l. necessarios, numero 6. & numero 45. ff. ad Syllanian. Secundo vero casu, dicas non valere argumentum de crimine hęresis ad crimen lęsę maiestatis, esset enim arguere de maiori ad minus, quod profecto esset absurdissimum,
13 †quia crimen hęresis proculdubio, est maius crimine lęsę maiestatis humanę, vt no. Ioan. Monach. in cap. statutum. in principio. de hęre. in 6. vbi dixit, crimen lęsę maiestatis minus esse crimine hęresis, quod patet, quia per hęresim offenditur diuina maiestas, facit tex. in ca. duo sunt. 17. distinct. & d. authen. Gazaros. & dicto c. cum secundum, in quibus locis habetur, quod plus est diuinam, quam temporalem offendere maiestatem,
14 †& timor domini timori hominum anteponendus est, vt no. per Ioan. Monach. in cap. inquisitionis, in prin. de hęre. in 6. & a Deo est omnis terrena potestas, vt habetur Pauli c. 13. ad Roma. & Petri prima c. 2. & Ioannis. c. 19. vbi Christus Pilato respondet, Non haberes potestatem aduersus me vllam, nisi tibi datum esset desuper. longa †igitur est differentia inter crimen hę-
15 resis, & crimen lęsę maiestatis, quod etiam ex eo ostẽditur, quia in crimine hęresis appellatione filiorum filię comprehenduntur, vt in d. c. vergentis, in fi. de hęre. & in dicto crimine hęresis puniuntur filię hęreticorum sicuti filij, vt est expressum in ca. statutum & in cap. vbicunque. de pœn. secus tamen est in crimine lęsę maiestatis, vt est tex. in l. quisquis, §. ad filias vero, C. ad legem iul. maiest. & dixi supra late in rubr. de pœn. quas filij incurr. patre committent. crimen lęsę maiest. q. 14. & habetur
16 per Docto. in d. l. quisquis. †item in crimine hęresis, hęreticus amittit dominium bonorum suorum ipso iure. d. c. cum secundum, de hære. in 6. c. quicunque, eodem titu. & no. Collectar. in c. excommunicamus. in princ. extr. de hęre. & idem in c. in quibusdam. versi. Hodie tamen. de pœ. secus tamen est in crimine lęsę maiestatis, vt est tex. qui cauillari non potest in l. quę situm, ff. qui & a quibus. de quo late scripsi supra in rubric. de
17 pœnis commit. crim. lęsæ maiestatis, q. 25. †item in crimine hęresis extenditur infamia vsque ad secundum gradum, per lineam paternam, quando pater in hęresim est prolapsus, si vero mater indictum crimen inciderit, extẽditur ad primum gradum. cap. statutum. de hęret. in 6. secus tamen est in crimine lęsę maiestatis, in quo pœna extenditur solum ad primum gra-
18 dum, l. quisquis, C. ad leg. iul. maiest. in §. ad filias vero. †item filij hęreticorum non solum fiunt inhabiles ad beneficia obtinenda, sed etiam obtenta ipso iure perdunt, secus tamen est in filijs eorum qui crimen lęsę maiestatis contra principem secularem commiserunt, vt habetur per Henric. Boich. in d. ca. vergentis, colum. fi. prope finem. de hęre. de quo etiam dixi supra q. 9. in rubri. de pœ. quas filij incur. patr. commit. crim. lęsę maiestatis, possent plura alia adduci, ad ostendendum, quod omnia ea quę statuta sunt in crimine hęresis locum non habent in crimine lęsę maiestatis, quę breuitati studendo omitto. Erit ergo conclusio, quod de crim. lę. maie. ad crimen hęresis validum erit argumentum, sed econtra non, nisi quatenus in iure expressum reperiatur.

SVMMARIVM.

1 *Habens priuilegium ab Imperatore, quod possit eos qui ad suplicium ducuntur liberare, an possit liberare damnatum de crimine læsæ maiestatis.*
2 *Crimen læsæ maiestatis requirit specificam de se mentionem fieri.*
3 *Concessa alicui iurisdictione causarum criminalium, non censetur ei concessa cognitio criminis læsæ maie.*
4 *Cognoscere de crimine læsæ maie. ad solum principem spectat.*
5 *Principi reseruata non transeunt in aliquem ex generali concessione.*
6 *Cardinales ex consuetudine priuilegium habent, quod obuiantes damnatũ ad mortem, qui ad supplicium ducitur, illum liberare possint. Liberare tamen non poterunt damnatum de crimine lę. maiestatis. hęresis, vel falsi.*
7 *An valeat concessio huiusmodi priuilegii.*

QVAESTIO XVI.

1 SExto decimo quæro. Imperator cõcessit alicui priuilegium, quod criminosi ad mortem damnati, quando ad supplicium ducuntur transeũtes ante eius domum ab eo impune e manibus officialium eripi possint, an habens huiusmodi priuilegium damnatum de crimine lęsę maiestatis, qui ad supplicium duceretur, transeũtem antè eius domum liberare posset? Dicẽdum erit quod nõ ex pluribus.

2 Primo, quia crimen lęsę maiestatis requirit specificam de se mentionem fieri, vt vidimus supra q. 5. hoc eodem titu. vbi dictum fuit, quod statutum concedens generalem abolitionẽ criminum, crimen lęsę maiestatis non comprehendit, vt per Roman. in l. si quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Syllania. & Hippoly. Marsi. Dominum meum in Lvnica, numero 108. C. de rapto. virgin. & per alia allegata in quęst. prędicta.

3 †Secundo facit, quia concessa alicui iurisdictione causarum criminalium, non propterea censetur ei cõcessa cognitio criminis

Digitized by Google

minis læsæ maiest.vt dixi.s.in rub.quis de læsæ maiest.crim.co-
4 gnos.possit.†Tertio moueor,quia cognoscere de crimine læ sæ maiestatis,ad solum principem spectat.& ad eundem liberare reum ipsius criminis spectabit,cum eius sit absoluere cu ius est condemnare.l.nemo qui condemnare.ff.de regu. iur. & quod liberare reū huiusmodi sit de reseruatis principi, no. per Doct.in ca.1.versic. & bona committentium. in titu.quę
5 sint regal.in vsib. feudor.†Quarto facit,quia reseruata princi pi,non transeunt in aliquem,ex generali concessione, vt habetur in materia criminis huiusmodi, per Lucam de Pen. in
6 lege prima.C.de priui.scholar.li.11.†Quinto adduco, ꝙ licet Cardinales ex consuetudine priuilegium habeant, ꝙ obuian tes damnatum ad mortem,qui ad suppliciū ducitur, illum li berare possint,vt per Bal.in l.additos.C.de appel.& per Mar. de Laud.in tract.de Card.q.48.Attamen liberare non posūt vigore dicti eorum priuilegii damnatum de crimine læsæ ma iestatis,hæresis,vel falsi,vt scribit Barba.in tracta.de præstant. Card.in 9.q.primę partis.
7 †An antem valeat cōcessio huiusmodi priuilegij?Videtur dicendum ꝙ non,per tex.in l.quicunque.C.de diuers.reser.li. 12.& hoc tenuit Andræ.de Iser.in c.1.in ver.& bona commit tentium,vbi etiam Mat.de Afflict.colum.7.in fi.& 8. in prin. & col.11.nu.135.in ti.quæ sint rega.in vsib feu.esset.n.iniquū & contra publicam vtilitatem,quæ dictat maleficia non debere remanere impunita,& dixit Afflict.loco præalle.ꝙ vidit plura ex dictis priuilegijs,quæ hodie non sunt in vsu,subdens ꝙ non valeret talis consuetudo quantumcunque antiqua in aliqua domo,vel ciuitate,quia esset cōtra neruum correctio nis,induceret enim peccatum,& propterea non valeret,c. fi. in gl.vltim.de consuetud.8.distinct.c.frustra.

SVMMARIVM.

1 *An faciens parentelam,vel confœderationem,cum inimico domini sui cē seatur illius hostis,& rebellis,ita quod feudo priuari debeat.*
2 *Confœderati sunt eiusdem intentionis & voluntatis.*
3 *Feudum tenens ab ecclesia si offendat imperatorem, feudo priuari debet ab ipsa ecclesia.*
4 *Offendens confœderatum principis, vel ciuitatis, puniri potest in ciuitate confœderata.*
5 *Mutua iurisdictio datur in rebelle confœderatorum.*

QVAESTIO XVII.

1 DEcimo septimo quæro. An faciens parentelam,vel confœderationem cum inimico Domini sui cēseatur illius hostis,& rebellis, ita ꝙ feudo priuari debeat?Bal.in l.liberti,circa fin.C. de inoffic.te stam.tenuit quod sic,idem voluit Mar.Laud.in tract.de con-
2 fœder.princ.q.26.rationem assignat,† confœderati sunt eiusdem intentionis,& voluntatis,allegat Bal.in d.l.liberti, facit ad hoc glo.in c.1.§.porro.in titu.quæ fuit prim.causa benefic.
3 amit.†& dixit idem Bal.in l.1.versiculo quadragesimosecundo quæro.ff.de rerum diuis.quod tenens feudum ab ecclesia, si offendat Imperatorem,qui est confœderatus cum ecclesia feudo priuari debet ab ipsa ecclesia,quē sequitur Sigismond. Lofred.in consi.v.omissa facti serie.colum.8.nume.33.& nu-
4 me.34.†& offendens confœderatum principi,vel ciuitatis pu niri potest in ciuitate confœderata,vt scribit Mart.de Laud.ī dicto tract.de confœd.prin.q.lxij.allegat Ang.in Auth.de rebus immob.alien.& Bar.in l.non dubito.ff.de cap.& postlim. reuers.ad idem Bar.in extrauagan.qui sint rebel.in verbo,rebellando,ad idem facit quod dixit Bal.in rub.de treug.& pac.
5 †vbi scribit,quod datur mutua iurisdictio in rebelle confœde ratorum,adeo quod vna ciuitas alterius ciuitatis confœderatæ bannitos receptare non potest.idem dixit Petr. de Anc. in consi.clviij.ex narratis.col.2.

SVMMARIVM

1 *Confederatus alteri principi,si demum feudum habuerit ab imperatore, an impune possit defendere confœderatum, cui Imperator bellū mouit.*
2 *Prima obligatio secundæ præfertur.*
3 *Col'igatus duobus insolidum,est obligatus secundo,saluo iure primi. Confœderatus vni prius,potest etiam alteri confœderari, saluo iure primi.*
4 *Comes Nicola.de Pithigliano Capitaneus generalis Venetorum, qui pro eis militauit contra Regem Francorum,an propterea priuari debuerit feudo,quod tenebat a rege Hispaniæ confœderato dicto regi Franco rum.*
5 *Distinctio Authoris in dicto casu.*
6 *Confœderationes factæ inter principis subditos non valent sine superioris consensu.*

QVAESTIO XVIII.

1 DEcimo octauo quæro, Aliqs Dominus confœderationem fecit cum aliquo Principe, qua confœderatione stante nulli dubiū, ꝙ dicti confœderati mutuo inter se obligati sunt ad defensionē,alter alterius,demum vnus dictorū cōfœderatorū in feudū habuit aliquod castrum ab Imperatore,quæritur si bellum moueatur per imperatorem contra principem,cum quo eius feudatarius confœderatus est,& talis confœderatus adiuuet suū cō fœderatū ꝺ imperatorē,in tali bello,an incidat in crimen lęsę
2 maiestatis?In hac q.dicendum arbitror ꝙ non,† quia prima obligatio secundę præfertur,facit quod in simili dixit Marti. de laud.in tract.de confœder.princ.q.lx.vbi voluit, ꝙ si Dux Mediolani confœderationem fecit cum Ianuensibus. primo secundo loco cum Rege Francorum,prima confœderatio secundæ præferenda erit,per regulam l.qui prior.ff.de regu.iur. ex prima.n.confœderatione causatur obligatio personalis,ad præstandum auxilium in bello,confœderato, ergo prioritas temporis prioris confœderati iura potiora facit,per text. in l. operis,ff.loc.allegat Io.And.in c.recolentes.de statu monac.ī
3 nouella.†vbi dixit ꝙ quando quis est colligatus duob.in soli dum,est obligatus secundo,saluo iure primi,nam cōfœderatus vni prius,potest etiam alteri cōfœderari, saluo iure primi, c.j.§.fin.in ti.de nou.for.fideli.faciūt quæ latissime adduxit Si
4 gismund.Lofred.in consi.v.omissa facti serie,† vbi cōsuluit, quod comes Nicola.de Pitigliano,qui erat generalis capitaneus Reipublicę Venetorum,& militauit pro dicta Republica contra Francorum Regem confœderatum regis catholici, licet postq̄ erat Capitaneus generalis dictæ Reipublicæ,quoddā feudum in regno recognouisset,ab ipso Rege catholico, attamen quia prius obligatus erat Illustris. Dominio Veneto rum, ꝙ propterea crimen læsæ maiest.non commiserit in di ctam regiam maiestatem,& per consequens nō meruerit feu
5 do ipso priuari.† In hac quęstione distinguendum arbitror sic, ꝙ ante præfati duo principes confœderati aliquē superio rē principem recognoscebant, aut non, si superiorem principem recognoscebant,distinguo,aut talem confœderationē cum authoritate principis superioris fecerunt, aut non, si cū authoritate principis superioris confœderationem fecerunt, & tunc procedant superius dicta, aut dicta confœderatio facta est sine licentia principis superioris,& tunc secus dicendū.
6 †Erit ratio,quia confœderationes factæ inter principes subdi tos non valent,sine superioris consensu,vt per Inno.in c.dile cta,de excess.prælat.quem refert & sequitur Mart.de Laud. in tract.de confœder.princi.q.20.idem voluit Petr.de Anch.in clem.pastoralis,colum.1.in 4.no.de re iudi.si tamen superior erat absens,ita quod eius consensus requiri non poterat,con fœderationes valebunt,vt dicit idem Anch.loco prædicto,aut superiorem non recognoscebant,& tali casu cōfœderationes valebunt secundū Bar.in l. fi. ff.de col.illic.& ita dixit Mar.de Lau.loco prœal.& in hoc casu procedat cōclusio.s.firmata.

SVMMARIVM

1 *Filius præteritus a patre,si crimen læsæ maiestatis committat, an querela inofficiosi fisco competat.*
2 *Fiscus loco hæredis habetur.*
3 *Filius bannitus,mortuus reputatur ante patrem.*
4 *Filius damnatus de crimine læsæ maiestatis præteritus per antea a patre, quo casu transmittat dictam querelam in fiscum.*
5 *Fiscus in quem damnati bona deueniunt,habetur loco extranei hæredis.*

QVAESTIO XIX.

1 DEcimo nono quæro, si filius a patre præterit' in testamento, quo casu testamentum patris nullum dicere poterat l.Gallus.§.in omnib. & l. inter cætera.ff.de lib.& post.crimen lęsę maiestatis cōmittat. & oīa eius bona in fiscum deueniant,an fiscus qui dicto filio succes sit, propter dictū delictum ex persona filij,dicere possit testa-
2 mentum nullum?Videtur prima facie dicēdum quod sic.†Nā fiscus loco hæredis habetur,l.inter cos.§.fi. ff. de fideiussor. l. 2.C.ad leg.iul.de vi public.Contrarium,quod imo fisco non competat dicta querela inofficiosi.testa.voluit Bal.in l.si qua pœna.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur.quē sequitur Frā.Cremen.in suis singu.12.& 89.incip.pone quod filius. Et ratio hu
3 ius decisionis erit, †quia filius bannitus mortuus reputatur ante patrem,vt in d.l.si qua pœna. Ergo non poterit dictam actionem in fiscum tranimittere, quam ipse bannitus non habebat,capitul.nemo plus iuris. de regul. iuris. in 6.l.
4 tradito.ff.de acquiren.rerum dominio. † In ista quæstione distinguendū puto, ꝙ aut filius defuncto patre antequā conde-

Digitized by Google

naretur, iam querelam contra patris testamentū instituerat, vel præparauerat, iuxta tex. in l. quemadmodum. ff. de inoffic. testam. aut non. primo casu dicerem, querelam huiusmodi ī fiscum transire, quia tali casu mortuo filio querela transit ad eius hęredem, etiam extraneum, tex. est iuncta glo. ibi, in verbo, ad hęredem in l. posthumus. in fi. ff. de inoffi. testa. † Fiscus autem in quem damnati bona deueniunt loco extranei hæredis habetur. l. libertorum. vbi not. Bart. ff. de iur. patron. l. eū qui. ff. de interdict. & relega. Secundo uero casu, dicerem huiusmodi querelam in fiscum non transire, quia talis querela non transmittitur eo casu, nisi ad suos hæredes, facit glos. in d. l. posthumus. supra allegata, & est tex. in l. si quis filium. circa fi. C. de inoffic. testam. Aut filius patre adhuc viuente, a quo ī testamento iam condito fuerat præteritus, commisit crimen læiæ maiestatis, & est capitaliter bannitus, cum confiscatione bonorum, & isto casu querela inofficiosi de persona filij cui fiscus successit, fisco non competit. & idem erit in quocunq; alio delicto, pro quo filius esset capitaliter damnatus, cū confiscatione bonorum, & ita procedat opinio Bal. in d. l. si qua pœna. & Cremens. in dictis suis singular.

FINIS.

PRAECLARVS, ET ELEGANS TRACTATVS

DE SEDITIOSIS ŌMNIBVS, ciuitatum, villarum, & castrorum, dominis Scabinis seu consulibus, ac cœteris reipublicæ administratoribus vtilis, quotidianus ac necessarius,

PER CLARISSIMVM VIRVM DOMI. *Nicolaum Boherii. I. V. interpretem, de Montepessulano, Christianissimi domini nostri Francorum principis, in suo excelso consistorio consiliarium ordinarium editus.*

SI summo ingenio parique fretus scientia officium scribendi facile me implere posse crederem, tamen tam arduum hoc opus ingredi sine magno difficultatis timore nō possum. Scribendum tamen est. Cum temporibus decursu sæpe ortæ sunt, nunc indies oriantur de ciuitatibus, villis & castris huius Christianissimi Francorum regni seditiones, tumultus, seu populorum commotiones, aduersus illustrissimum ac Christianissimum principem dominū meū supremum vel eius officiarios, consules ac administratores ciuitatum & locorum regni sui. Necnon alios terrarum dominos, & quod peius, & ægreferendū est in ecclesias & ministros Dei. Cum longe grauius sit ęternam quam temporalem offendere maiestatem. Quæritur qua pęna tales seditiosi veniāt de iure plectendi. Ideo IESV Christi benedicti, ac intemeratæ, & gloriosæ virginis eius genitricis prius nomina inuoco vt ipse pijssimus Iesus media eius matre Maria veritatem ponat in ore meo, ipse enim ad Moysen dicit. Ero semper in ore tuo & docebo te quid loquaris. Et ad suos glorioſos Apostolos ait. Dum steteritis ante reges &c. dabitur enim vobis in illa hora quid loquamini, cum veritas super omnia amāda sit l. cum ita legatum. ff. de cond. & demon. tutores veritatis esse debemus. l. 1. C. de lati. lib. tol. quoniam omnia vera consonāt vt ait Aristo. 4. Ethic. ac etiam victoriam contra mihi ęmulos (quam eius gratia huc vsque tribuit.) Iuxta virtutem mei nominis Nicolai (qui populi victor dicitur) concedere digneſur signantes nos signo sacrosanctę crucis † ad omnem enim actum, ad omnem incessum manus pingat crucem, vt inquit Hiero. in 3. parte Epistola. 41. c. 15. de contemplatione, oratione & lectione. colum. 2. & tex. cum gl. in cap. postea signatur. de consecra. dis. 4. vbi gl. refert illud quod dicit diabolus de iudęo qui supra se fecerat signum crucis. Inueni vas vacuum sed signatum. & in Epistola. 17. eo. li. col. 12. dicit, crebro signaculo crucis munias frontem tuā, ne exterminator Aegypti in te locum reperiat. accedat rub. & nigrum. Nemini licere signū saluato. Christi. &c. Idcirco illud in medio afferam Bal. quod venit in mentem in commento. l. precibus. C. de impube. & alijs. subst. col. 14. ea inquit quę sunt a magistris tradita recito, & post terga metentium quasi spicas colligendo vado. & Ruth. 2. c. tanti Doctoris fretus auctoritate id sequar, & breuius, quam res tanta dici possit. Ad cuius euidentiam aliqua puto esse pręmittenda & præsupponenda.

SVMMARIVM.

1 *Seditio generatur per proprii commodi procurationem.*
2 *Mores nouos ad vitæ rectitudinem non necessarios inducere, est discordiam inducere.*
3 *Seditio, et discordia generatur, si aliis alleuiatis, alii nimis in collectis grauentur.*
4 *Seditio facilius oritur si delicta non puniantur.*
5 *Iustitia dicitur anima ciuitatis.*
6 *Iudex toto conatu seditionibus obuiare debet, & officium irenarchæ, quale.*
7 *Clericos arcens a seditione non incidit in canonem, si quis suadente diabolo.*
8 *Impotentia seu difficultas puniendi, excusat iudicem a puniendis delictis.*
9 *Iudici non imputatur, si aduersus seditiosos potentiores non processerit.*
10 *Fatuitas maxima ex seditione oritur. & Crudelitas nimia descendit ex partialitate & seditione.*
11 *Crudelitas Adonibesech regis Iebus hic memoratur.*
12 *Libertas summa est sub domino iusto degere.*
13 *Seditiones fugere qui debeant. & Crimina quæ ex partialium seditionibus oriantur.*
14 *Seditio Lucii Catilinæ olim Romani qualis.*
15 *Seditionum cruentarum exempla hic recensentur.*
16 *Seditio C. Marii & aliorum Romanorum militum qualis fuerit.*
17 *Mutius Scæuola quid aduersus Porsenam regem tentauerit.*
18 *Fortitudo quando virtus dici possit.*
19 *Seditio qualis a Tyberio Graccho Africano excitata fuerit.*
20 *Gaius Gracchus qualem olim excitauerit tragediam.*
21 *Seditio Liuii Drusi & aliorum Romanorum qualis fuerit.*
22 *Lemouicenses in seditione Marcum exactorem tributorum tempore Chilperici regis interemerunt. et Scholares Parisienses qualem aduersus cīues tempore diui Ludouici regis mouerint seditionem. & Pastorelli in Francia qui fuerint, & qualem fecerint seditionem.*
23 *Pastores francigenæ Syriam profecturi prope Carcassonā ab incolis sunt interfecti, & Monetæ variatio tempore Philippi pulchri Parisiis fuit in causa seditionis.*
24 *Stephanus barbetus ciuis Parisiensis quid suo tempore fecerit.*
25 *Auctores seditionis sunt illaqueandi furcis. & Domum delicatam habere nostra non interest, ne ob id a forensibus vexari nos oporteat.*
26 *Ædificare volentes domos quid facere debeant, & Seditio qualis & ob quam rem apud Attrebatum orta fuerit temporibus Ioannis regis.*
27 *Seditio ob monetæ mutationem Parisiis orta fuit Ioannis regis tempore.*
28 *Prædones Constantienses & Ebroicenses agrum Parisiorum populati sunt.*
29 *Seditio quanta fuerit Lutetiæ aduersus Carolum regem Ioannis regis primogenitum.*
30 *Seditio qualis in Montepessulano fuerit tempore Caroli quinti Francorum Regis.*
31 *Parisienses aduersus Carolum sextum ob nimiam vectigalium exactionē grandem mouerunt seditionem.*
32 *Onera plurima subeunt qui populo præsunt.*
33 *Gandenses qualem ob nimiam pecuniarum exactionem aduersus Ludouicum Flandrensium comitem excitarint excetram.*
34 *Lutetiani quantam seditionem fecerint tempore Caroli sexti. 35. 36.*
37 *Aruerni etiam aliquando seditionis fuere auctores, ducē sibi Petrum Berium constituentes, & Gandenses Caroli septimi tempestate a suo Philippo Burgundorum duce discesserunt.*
38 *Ianuenses populares aduersus nobiles seditionem fecerunt aliquando, & Agenenses ob subsidium super rebus venalibus seditionem qualiter excitarint & nu. sequentibus.*
42 *Tretenses aliquando a seditione non fuerunt immunes.*

Et primo quod tria sunt quæ generant seditionem & discordiam in ciuitatibus & villis secundum beatum Antoni. archiepis. Florentinū
1 in 2. parte summæ suæ. ti. 4. c. 8. §. 3. † Primo proprij commodi procuratio inordinata, quando aliquis nimis intendit suę vtilitati & alij inde grauantur, & modicam cum eo possunt habere cōcordiā. vnde ait Senec. in prou. principiū discordiæ est aliquid ex communi suum facere. Turpiusq; nihil est quam cum illo bellum gerere cum quo familiter vixeris, propter quod dī. in c. erit autem lex. 4. distin. & lex quæ ligat homines subditos ad sui obseruantiam, ligat in concordia & pace, qđ nullo priuato commodo, sed pro communi ciuium vtilitate debet esse scripta. Exemplum de Roboam qui nimis voluit prouidere bursæ suæ, vt posset facere expen. superfluas in curia sua, vt pater eius Salomon. Et diminuere noluit exactionem tributorum seu talliarum, ex hac tāta est orta discordia inter tribum Iuda & tribus Israel, quod nū quam tolli potuit, & amisit magnam partem dominij sui, vt habetur 3 Reg. 12.

Indu-

Digitized by Google

2 Inducere†enim nouos mores non neceſſarios ad rectitudinẽ vitæ inducit diſcordiam. & in decre.dicitur,diſcordiam parit præſumptio nouitatã,vel ſm Pe.Iac.in tit.de refecti.murorũ. verſi.modo quæritur an principes &c. Quod propter monetæ, ſeu pecuniæ mutationem, & deteriorationẽ,quæ fit plerumq; quæſito colore adinuẽto, vt ex illo lucro a Deo & hominibus maledicto princeps poſſit guerram ſuſtinere. Ideo deſcendunt machinationes & maledictiones populi,intelligẽ quando tributa ſine cauſa imponit & grauat ſubditos, ſecus ſi propter iuſtam defenſionem ſtatus ſecundum Inn. in ca. ꝙ ſuper,de voto.& Bal.in c.cum ab eccleſiarum.de offi.or. quia tunc poteſt ſuperindicta ponere.l.1.& per totum. C. de ſuper indi.li.10.& tenet Mar.Laud. in trac.de prin.§.7.tamen ſi ſine cauſa opprimeret, non debent in eum conſpirare,vt ſing.vo lit D.Stephã.buynardus.in repeti.l.quiſquis. in 1. no. C. ad legem iuliam maieſtatis.licet ſit permiſſum,in finibus defenſionis ſtare,vt ibi per eum qui extendit & corroborat prædicta p
3 plures rationes & dicta &c.†Secundum generãs diſcordiam & ſeditionem eſt,quando aliqui nimis vexantur in collectis, & in alijs laboribus,& alij nimis alleuiantur,vel cum honores,& officia aliquibus copioſe conferũtur,alijs vero parum aut nihil.l.quis tam inueniri,C.de decur. lib.10.vnde generatur diſcordia inter eos,vel etiam quando rectores & adminiſtratiores reipu.nimis grauant ſubditos,propter quod ſubditi minus diligunt eos.tex.eſt celebris & mente tenẽdus in Auc. de man.prin.§.deinde conueniens eſt.collat.3. ibi, vt nulli populi ciuitatum alterutri,ſeditionem faciant,ſed omnem pacẽ Dei eſſe ciuitatibus dum æquitas ſeruatur hic noſtris ſubiectis, & neque lucri neque paſſiones alicuius cauſa ad aliquã partium declinatur.vnde dicit Greg.in ca.ad hæc.89. di.dum reuerentiam minores potentioribus exhibent, & potẽtiores minoribus dilectionem impendunt,vera concordia fit, & ex diuerſitate contentio.& recte officiorum adminiſtratio geritur ſingulorum.& dixi in tract.de auctoritate magni conſilij
4 parlamentorum regni.poſt princ.2.poſtil. †Tertium eſt per ꝙ ſequitur ſeditio & diſcordia, non punire delicta. Nam per hoc datur audacia malis ad lędendum alios, ex quo ſeditiones,diſcordiæ,& inimicitiæ ſequuntur.Et ſi puniantur aliqui impotentes,& non alij potentes & maiores,oriũtur indignationes & murmurationes, exemplum de tribu Beniamĩ quæ noluit punire ſcælus commiſſum ab hominibus ciuitatis Gabaa,qui erant in tribu ſua,inde orta eſt diſcordia inter eos, & alias tribus,& propter hoc mouentes bellum contra eos,pene totam gladio peremerunt.& hoc in caſu erant claues iuſtitiæ,vt dicit gl.in l.ad ſplendidioris.C.de diuerſis offic. lib.12. quando delicta potentum celantur, & non puniuntur, de quo dixi de auto.magni conſilij & parlamentorum regni.fo.
5 13.†Nam iuſtitia eſt anima ciuitatis ſecundum Albe.de roſa. in l.iuſtitia.ff.de iuſti.& iure.Multum ergo ſecundum Beatũ Ant.vbi ſupra caueri debet diſcordia,maxime quia vt ait Hieron.poſt Salluſt.in Iugurtino.Concordia paruæ res creſcunt, diſcordia maximę dilabuntur.quia ſicut virtus vnita eſt magis infinita,id eſt,fortior,ita quanto magis eſt diuiſa tanto debilitatur,& demum deficit,quoniam omne regnum in ſe diuiſum deſolabitur.& idem dicit Lucas de Penna. in l. vnica, in verbo concordiam.C.de irenarch.lib.11.Et de prædictis ꝙ quęrebantur Agenenſes contra conſules & iuratos ciuitatis, vt inf.dicam.& maxime quod honores conſulares continuãtur in illos qui erant eiuſdem domus & familiæ, vt de patre in filium,vel generum,aut in nepotem,vel alios conſanguineos,& in ſeipſos,quod fieri non debet.l.1.C. de mu. & hon. lib.10.niſi aliis idoneis deficientibus.l.honor.§.pen.& fi.ff.eo. tit.Nulli autem magis commaculantur communitatem diſ-
6 cordiis quam ſeditioſi & partiales,†ideo quam primum iudex videt prouiſiones,& materiam diſpoſitam ad ſeditiones, monopolia,rixas,tumultus,ac delicta committenda,totis conatibus debet obuiare,vt dicit tex.in d.Auc. de mand. princi. §.deinde conueniens eſt.& ibi gl.& Iacob.de Beluiſo.colla. 3. quia ad eius officium ſpectat ne veniatur ad rixas & arma.l. æquiſſimum.ff.de vſufr.& Luc.de penna in l.1.colum.15. poſt prin.ver.ſed ſecundum ius Romanorum.C.pub.letitiæ.lib.12. & in d.l.vnica.de irenarch.& officium irenarchę erat, qui ad prouinciarum tutelam quietis & pacis per ſingula territoria faciebat ſtare concordiam.& ibi glo.ſuper rub.& Io.de Pla.& Iac.rebuff.& tenet Paris de Puteo.in tract.ſindicat. in verbo, iudices.verſi.vbi fiunt prouiſiones,& in verbo,officialis. verſi cu.ſi duo ſunt &c.quoniam ſcriptum eſt Lucæ.21. cum autẽ audieritis prælia & ſeditiones,nolite terreri &c. & j.ad Corinth.6.c.In multa patientia,in tribulationibus,in neceſſitatib.ĩ
7 anguſtijs,in plagis,in carceribꝫ in ſeditionibus &c. † Quinimmo etiam clericos arcere a tali turba & ſeditione,nec incidãt in canonem ſi quis ſuadente diabolo.17.q.4.vt tenẽt ibi gl.in verbo,violentas.alias ſi non occurrãt,debent priuari officio, vt no.Cyn.in l.ſeruus.C.de nox.actio.Bar.& Bal.in l.1.ff. le of fic.præfe.vrb.Et Bal.in l.nullus.C.de ſum.Tri. & Paris de Put. in d.trac.ti.de offi.ſindi.§.ſindicantur etiã officiales qui violẽtas manus &c.Et etiam incurrunt ſententiam excommunicationis.c.fœlicis.§.fi.& ibi Philip.franc.in j.nota.de pœnis.li. 6.Et hoc ſi poſſunt ſine grandi periculo obuiare,vt d.cap.fœlicis.§.fi.ibi,& facultãs ei affuerit &c. & ibi Phi.fran. in 5.not.
8 †dicit,ꝙ a pęna quæ ĩponitur ratione negligentiæ excuſat impotentia ſeu difficultas,ſi delictum puniri non poteſt propter potentiam facientis,vel multitudinem delinquentium, vel graue ſcandalum,vt quia armis ſe defendunt,vel loci difficultate ſe protegunt ſecundum Archi.& Io.An. ibi,ꝙ facit ad q. ſecundum Philip.de villa,vel iudice obligato capere malefactorem,vt excuſetur ſi capere non poteſt.ſ.dictis interuenientibus.de quo per Bart.in l.j.§.occiſorum.ff.ad ſil. quia vt dicit Bal.in trac.ſchiſma.colum.3.in verſi.porro multitudo modũ non ſeruat.& nemo eſt qui furentis populi rumorem non pauideat.pro hoc adducit tex.in ca.ſtatutum.§.cum vero. ibi, niſi actor eandem ciuitatem,vel dioceſim intrare non audẽs,aut aduerſarij potentiam merito horreſcens &c.de reſcriptis, lib. 6.vbi gl.in verbo,non audẽs. dicit forte erat Gibellinus,& ibi
9 regunt Guelphi,vel econuerſo.†Ideo non poteſt imputari ordinario & maioribus iudicibus Agenenſium qui non fecerant informationes nec proceſſerãt ad captionem ſeditioſorum ad aduentum vſque domini in fratris mei domini Bertrandi de chaſſaignes iurium profeſſoris ac in ſupremi Burdegale parlamenti conſiliarij optimi,ac boni & recti iudicis per dictam curiam ad cõtra ipſos ſeditioſos procedẽdum cõmiſſi & deputati,qui poſtea fuit collega adiunctus,vt ſ.dicam cum ob metum ſeditioſæ communitatis Agenẽſis auſi non fuerunt,vt ſ.dicẽdis apparebit, quia in huiuſmodi ſeditionib. & partialitatib. reperiuntur & deſcendunt tria magna mala
10 ſecundum Beatum Ant.vbi.ſ. †Prima, magna fatuitas,quia non vĩ ſub cælo eſſe ſtultior gens q̃ partiales, qui ex appetitu & deſiderio mali,dum partialitatem & diuiſionem affectant, ponẽtes in periculo ſubſtantiam temporalem, corpus,filios, conſanguineos,amicos & eorũ bona.Quid. n. boni ex partialitate lucrentur non videtur,niſi hæc pericula experiri.Et huiuſmodi partiales ſimiles ſunt frenetico,qui gaudens exponit ſe magnis periculis nil reputans ea,& hoc quia rõne caret.Secundũ malũ eſt, nimia crudelitas,nõ.n.inuenitur tanta crudelitas in aliquo genere hominum quanta in partialitatib.& ſeditioſis,rõ.n.eſt ſecundum eum,quia habitum odij ſemper habent contra homines contrariæ partis,tã notos, quã ignotos,præſentes,p̃teritos,& futuros,aduerſus infantes, & ſenes. Aliquando aduerſus conſanguineos & affines,& contra eos qui aliquando ſibi in multis ſeruierunt, & eorum omnium quibus odium gerunt, & in mente homicidæ dici poſſunt. Qui enim odit fratrem ſuum homicida eſt.j.Ioan.3.Sed vltra odium cordiale quis exprimere valeat ſeueras & immanes
11 crudelitates, quas contra aliam partem exercent? non parcunt ætati, non ſexui, non conſanguinitati, non amicitiæ, non fidei, non religioni, non ſanctitati, ſed vſque ad deuorationem humanæ carnis perueniunt. † Sed iſtis iuſto Dei iudicio frequenter euenit quod accidit crudeliſſimo Adonibezech regi Iebus,ſeu Hieruſalẽ, cui capto fuerunt abſciſi pedes & manus,& poſitus fuit ſub menſa comedẽtium ſicut canis,qui memorans ſuę exercitæ crudelitatis,ait,reddidit mihi Deus quod feci.Septuaginta.n.reges abſciſis manum & pedũ ſummitatib.colligebant ſub menſa mea reliquias ciborum, ſicut feci,ſic mihi factum eſt.Iudicum.j.ca. Et quod etiam accidit crudeli Tyro regi Perſarum,qui ex crudelitate delectabatur effundere ſanguinem humanũ,ſed hũc captũ regina Tamaris,cuius filiũ occiderat,decapitari fecit,et caput eius ĩ ollã ſeu vtrẽ ſanguine plenũ demergi dicẽs,ſanguinẽ ſitiſti,ſangui
12 nẽ bibe.†Sub iuſto enim dño ſumma libertas eſt ſm Ang. in l.j.in fi.ff.de ſerui.vrb.præd.qui alleg.Senecam. Quid Bartholomeo de Salyceto iurium profeſſori propter iſtas partialitates accidit,expulſus,relegatuſque & confinatus ad ciuitatẽ Paduanam extitit,vt refert And.Barb.in rep.Ioannina c.Raynaldus.charta.16.col.3.ver.pro certo ſe valde commendat.de teſta.& in c.Rodulphus.& ibi Fel.col.2.de reſcrip. Tertium malum eſt,magna in eo diuturnitas.Nam ſemper morãtur ĩ huiuſmodi diuiſionibus & partialitatib.Et multũ difficile eſt dimittere partialitatẽ ĩ qua ĩueterati ſunt & firmiter habituati, vñ ſm Beat.Ant.vbi.ſ.de talib.ſeditionibus & diſcordiis q̃ ſũt in ciuitatib.& caſtris,dici põt illud ꝙ Pſal.pręclariſſimus diuino cantauit ore,Vidi iniquitatẽ & ꝯdictionem in ciuitate,tota die circundabant eã ſuper muros eius iniquitas,& labor in medio eius & iniuſtitia,ꝙ exponit ipſe ſingulariter ibi, Qualem ciuitatis ſtatũ deſcribit Ver.li.1.Aenei.Ac veluti magno ĩ populo coorta eſt ſeditio,ſęuitq; animis ignobile vulgus,lãq;
13 faces,& ſaxa volãt,furor arma miniſtrat.†Iõ boũes honeſti,ſagaces,ac præcipue iuriſperiti iſtas ſeditiones,diſcordias,& partialitates fugere & pręcauere debent,nec ſibi aſſumere nomẽ

Digitized by Google

Guelphi, vel Gibellini, aut communitatis, vel sectæ seditiosæ, vt no. Bar in tract. de Guelph. in 3. q. princi. in fi. ar. l. facta. in §. in danda. ff. ad trebel. & Marti. lauden. in trac. de prin. §. 153. dicit, quod ista nomina sunt diabolica, quæ nō possunt esse ad bonum publicum, immo ad consumptionem reipubl. vt experientia docet. Multa enim profecto crimina ex malivolentia partialium & seditiosorū oriuntur. Hinc homicidia, hinc adulteria, illinc meretricia, raptus fornicationes, monialium violationes, rapinę, furta, incendia, sacrilegia, alij fame moriuntur, alij igne comburūtur, alij decapitantur, alij membris detrūcantur, manibus, lingua, & aliis membris, etiam q̄ vere cundum est dicere pudentibus &c. In clericis continentia, in religiosis deficit vita regularis, vt apparet claris exemplis infr. dicēdis. Postquam enim, vt inquit Beatus Ant. in ciuitate Romana conquęsito dominio orbis ingressæ sunt vrbem partialitatum & seditionum discordię, agente Mario contra Syllā. Et ecōtra Catilina, cōtra Sertorium, & Ciceronem. Cęsare ꝫ Pompeium innumerę cędes ciuium secutæ sunt, sanguis humanus. s. modum effusus, vt ſ. dicam. Et si tempore Octauiani imperium pacificum fuerit, hoc summo Deo ob natiuitatem Christi operante euenit, demum paulatim ad nihilum deductum est. & orta est seditio in Ephraim & Iepte, & occiduntur Ephraim cogniti in prolatione cuiusdam verbi, vt Iudicum. 12. Item alia aduersus reges, vt primi Esdrę. 4. & etiam
14 apud Machabeos alia seditio. vt. 2. Machabeorum 14 c. †Et iam Catilinæ coniurationem quam Sallustius describit sciūt omnes. & de supplicio agentibus Cæsar parcendum dignitati. Cato animaduertendum pro scælere censebat, quam sentētiam secutis omnibus in carcere parricidę strangulantur, & quamuis parte coniurationis oppressa, tamen ab incepto Catilina non destitit. sed infestis ab Etruria signis patriā petens obuio Antonij exercitu opprimitur, quam atrociter dimicatum sit, exitus docuit, & idem Iustinus in Lucij flori epithome lib. 4. Et Valerius maximus lib 9. ca. 7 ti. de vi & seditione, & de populo Ro. tam violentiæ, & seditionis togatę, quam ēt armatæ facta refert. & primo Togatorum. L. Equitum. qui se Gracchi filium simulabat, tribunatumq; aduersus leges cum L. Saturnino petebat, a Mario quintū cōsulatum gerente in publicam custodiam ductum, populus clausris carceris conuulsis taptum humeris suis per summam animorum alacri-
15 tatem portauit. †Idem Q. Metellum censorem, quod ab eo tanquam Gracchi filio censum recipere nolebat, lapidibus prosternere conatus est, affirmante tantummodo tres filios. T. Graccho fuisse. E quibus vnum in Sardinia stipendia merētem. Alterum infantem Prænestę. Tertium post patris mortē natum Romę decessisse, nec oportere clarissimę familię ignotas sordes inferi, cum interim improuida concitatæ multitudinis temeritas pro imprudentia & audacia aduersus consulatum & censuram tetendi, principesque suos omni petulantiæ genere vexauit, vesana hæc tantummodo, illa etiam cruēta seditio, populus enim Minutium cōpetitorem Saturnini nomen iam creatis tribunis vnoque loco candidatus duobus restante vi prius in ædes priuatas compulit. extractum deinde interemit, vt cæde integerrimi ciuis facultas adipiscendæ potestatis terrimo ciui daretur. Præterea creditorum, quorum consternatio aduersus Sempronij assellonis prætoris vrbani caput intolerabili modo exarsit, quem quia causam debito susceperat. concitati a L. Cassio Tr. Pl. pro æde cōcordię sacrificium facientem ab ipsis altaribus fugere extra forum coactum. Inque tabernacula latitantem prætextatum discerpserunt, detestanda fori conditio Nunc de seditiosis militibus re
16 feram. † Et primo quod cum C. Mario lege Sulpicia prouincia Asia vt aduersus Mithridatem bellum gereret priuato decreta esset, missum ab eo Gratidium legatum Lu. Syllam cōsulem accipiendarum legionum causa milites trucidarunt, procul dubio indignati, quod a summo imperio ad eum qui nullo in honore versaretur transire cogerentur. Sed quis ferat militem scita plebis exitio legati corrigentem pro consule istud tam violenter exercitus illud aduersus consulem. Item Q. Pomponium Syllę collegam senatus iussu ad exercitum. Cn. Pom. quem aliquamdiu inuita ciuitate obtinebat, contēdere ausum ambitiosi ducis illecebris corrupti milites sacrificare incipientem adorti in modum hostię mactauerunt, tantumque scęlus curia castris cedere se cōfessa inultum habuit. Tum quod ille quoque exercitus nepharie violentus qui C. carbonem fratrem carbonis terconsulis propter ciuilia disso lutam disciplinam militarem prę fractius & rigidius astringere conatum priuauit vita, satiusque duxit maximo scęlere coinquinari, quā prauos ac tetros mores mutare. Reperio prę terea Cornelium nepotem, alias Plinium aut Sueto. appella
17 tum, de gestis Ro. referentem in capitu. duodecimo. † quod cum Porsena rex vrbem obsideret, Mutius Sceuola Cordes, vir Romane constantię senatum adijt. Et veniam transfugē di petijt, necem regis repromittens accepta potestate in castra Porsenę venit. Ibiq; purpuratum scribam pro rege deceptus occidit. Apprehensus ad regem pertractus dexteram aris imposuit, hoc supplicij area exigens quod in cede peccasset. Vide cum misericordia regis distraheret quasi beneficium referens sit, trecētos aduersus eum similes coniurasse. qua re ille teritus bellum acceptis obsidibus deposuit. Mutio prata trans Tyberim data ab eo mutia appellata, statuaque ei honoris gratia constituta est.

Idem refert de eodem Mutio Titus Liuius, in secūdo libro decadis, tamen videtur propter illius manus combustionem voluntarie factam, necem quam quis sibi iactationis causa conscisuit, vt fecit Empedocles. l. si quis filio. §. eius. ff. de iniusto rup. testam. actum non esse virtuosum, quia secundum Bar. ibi hoc faciunt vt ostendant se fortes & de nulla re time
18 re, sed non est actus virtuosus, †quia ad hoc vt fortitudo sit virtus requiritur quod tendat ad debitum finem, quia attentare magna pericula non est magnanimitas, sed temeritas, vt voluit Io. de pla. in l. in his. in 6. not. C. de prēd. nauic. lib. 11. allega. illud Senecę in libro de quatuor virtutibus. Eris magnanimus si pericula non adpetas &c. Idēq; Cornelius c. 19. refert de C. Neomarcio qui captis Cariolis vrbe Volscorum coriolanus dictus, ob egregia militię facinora a Postumio optionē numerum accipiens, equum tantum & hospitem sumpsit, virtutis, & pietatis exēplū. hic consul graui annona aduentum e Sicilia frumentum magno pretio populo dādum curauit, vt hac iniuria plebs agros non seditione coleret. Ergo a Tr. Pl. Decio dicta die ad Volscos concessit, eosque duce Actio Tulio aduersum Romanos concitauit, & ad quartum lapidem ab vrbe castra posuit. Cumque nullis ciuium legationib. flecteretur, a Veturia matre & Volūnia vxore matronarum numero comitata motus, omisso vt proditor occisus est. Ibi templum fortunę muliebri constitutum, hoc idē refert Titus Liu. eo. li. sic accidit Holoferni, cui Iudith caput amputauit. vt Iudith. 12. c. & dixi in trac. de cust. cla. por. ciui. in ult. prę sup.
19 †Item refert idē Cornelius nepos de Tyberio Graccho Affricano, qui ex filia nepos quęsto. Mancino in Hispania fœdus eius flagitiosum probauit. periculum deditionis eloquentię gratia effugit. Tr. Pl. legem tulit, ne quis plus mille agri iugera haberet. Octauio collega interce dente nouo exemplo magistratu abrogauit. deinde tulit vt ea familia, quę de Attali hęre dirate erat ageretur & populo diuideretur. Deinde cum prorogare sibi potestatē vellet aduersus auspicia in publicum processit, statimque capitolium petijt, manum ad caput referens qua salutem suam populo commendabat. hoc nobilitas ita accepit, quasi Diadema posceretur. Segniterque cessante Mutio consule. Scipio Nasica sequi se iussit, qui saluam rempublic. vellent. Gracchum in capitolio persecutus oppressit. cuius corpus Lucretij ædilis manu in Tyberim missum, vnde ille Vespillo dictus Nasica vt inuidiæ substraheretur per speciem legationis in Asiam ablegatus est, huius Tyberii Gracchi seditionem refert etiam Iustinus in. 3. Epithom. refert Lu
20 cij flori. †Necnon aliam causam Gracchi, fratris Tyberij mortui seditionem etiam Cornelius idem. Nam cū statim & mortis & legum fratris sui vindex non minore impetu incaluit ipse Caius, qui cum pari tumultu atque terrore plebem in auctos agros arcesseret, & recentem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur. Iamque nimius & potens altero tribunatu secunda plebs volitaret, abrogare auso legibus suis Municio tribuno fretus comitum manu fatale familiæ suę capitolium inuasit. Inde proximorum cede depulsus, cum se Inauentinum recepisset. Inde quoq; obuia senatus manu ab optimo consule oppressus est, insultatum quoque reliquis illud caput tribuni plebis percussoribus auro pensatum est. Nihilominus Apulius Saturninus, vt ait Iustinus, Gracchanas asserere leges non destitit, tantum animorum viro Marius dabat, qui nobilitari inimicus, consulatu præterea confisus, occiso palā comicus animo competitore tribunatus subrogare conatus in eius locū Caiū Gracchum hominem sine tribu, sine nomine, sed subito titulo in familiam ipse se adoptabat, cum tot tantisque ludibrijs exultaret impune rogandis Gracchorum legibus ita vehementer incubuit, vt senatum cogeret in uerba iurare, cū renuentibus aqua & igni interdicturū se minaretur, vnus tamen extitit qui mallet exiliū, igitur post Metelli fugam omni nobilitate percussa, iam cum tertiū annū dominaretur, eo vesaniæ progressus est, vt cōsularia quoque comitia noua cędę turbaret, quippe vt satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret Gaiū Mēmiū competitorem interfici iussit. Et in eo tumultu regē ex Satellitib. suis appellatū lętus accepit. Tum vero iā cōspiratione senatus ipso quoq; iā Mario cōsule, qa tueri nō poterat aduerso directe in foro acies, repulsus īde capitoliū ꝯiuasit, sed cū abruptis fistulis obsideret, senatuiq; p legatos pęnitētię fidē faceret, ab arce digressus cū ducib. factionis recept⁹ in curiā est, ibi ī cū facta irruptione, populus fustib. saxisq; coopertū, ī ipsa quoq; morte lacerauit.

Digitized by Google

21 cerauit.†Item de Luitio druſo ſeditionem adduxit ibi Iuſtinus.eo.lib.Denique idem Titus Liuius lib.3.in prin.refert ſeditiones alias fuiſſe Romæ ob legem de Agrarijs.a T.Emylio conſule cum quinto Fabio latam,& atrox certamen aderat, niſi Fabius cõſilio neutri partium acerbo rem expediſſet.Eodemque libro plures magnas diſcordias & ſeditiones ibi fuiſſe propter creãdos decem tribunos qui ſummæ rei preeſſent militarique honore illos tribunos militum appellari.Aduerſus quos. SP.Oppius ſenatui preſidens. Nihil aſpere quippe agi voluit,ne ipſis ſeditionis eſſet locus.ſed mittuntur tres legati conſulares C.Iulius.P.Sulpitius.Sp.Tarpeius, qui quærerent ſenatum vrbis,cuius iuſſu caſtra deſæuiſſent, aut quid ſibi vellent.& tandem plebs decem creari tribunos obtinuit, & tempore etiam Martini papę quarti fuit Romæ ſeditio,ex eo ꝙ Carolo Sicilię regi ſenatoriam dignitatem,qua a Nicolao papa iij.priuatus fuerat,reſtituit,quod non ita ab omnib. probatum eſt,maxime ab Vrſinis & Hannibalibus, vt refert Platina in dicti Martini quarti chronica.Non omitto illas veſperas ſiculas ſiue Sicilianas contra Gallos, qui nullo ſexus diſcrimine habito cæſi ſunt,qua in re adeo certe ſæuitum eſt,vt etiam mulieres Gallico compreſſu prẽgnantes cęſæ dicãtur, vt ibi per Platinam.

22 †Sed in regno noſtro Franciæ maiores numero ſeditiones fuiſſe factas comperio.Tempore enim Chilperid regis,qui in ſingulos impoſuit,qui vineas, vel poſſiderent, vel colerent pendere quotannis vini vrceolum,ideſt amphoram. Cui tributo legẽdo Marcus quidam apud Aquitanos exactor poſitus,dum penſionem ſuperbe cõtumelioſeque exigit,a Lemouicenſibus occiditur,vt patet in chronica eiuſdem per Gaiinum edita.fol.12.

Alia inſuper tempore diui Ludonici inter ſcholares, & ciues Pariſienſes,ita vt nonnullis vtrinque occiſis,cum ſibi de iniurijs illatis ſatis non eſſet factũ ſcholaſtici dicerent,eo indignati de vniuerſitate transferẽda,quos rex Anglus Francorũ perpetuus & implacabilis hoſtis clandeſtinis nuntiis vt id facerent ſollicitabat,vt in eiuſdem diui Ludouici apparet chronica. fol.59.Item ſuo etiam tempore Paſtorelorum fuit ſeditio,qui Pariſios Aurelianoſque & Bituriges profecti,cũ nõ furto,non adulterijs abſtinerent, a Biturigibus, non longe a vico,qui mortuorum mare dicitur, quo ad nouam villam iter eſt, perempti ſunt.

Hi enim paſtorelos ſe nominari volebant. de quibus hoc diſtichon ſcriptũ recitat Gaguinus,fo.61.verſo. N,Semel. & bis.c.li.conĩge dice.Duxit paſtorum ſæua megera chorum.

23 †Alia paſtorum ſeditio fuit tempore Philippi lõgi,qui admoniti cęleſti,vt ipſi dicebant oraculo in Syriam religionis
h Chriſtianę cauſa profecturos ſe iactabant.qui poſtquam magno numero aucti ſunt, latrunculis non diſſimiles cum prædas agerent.Carcaſſonam vſque progreſſi ab incolis diſſipati aufugerunt,pluribus interfectis,& patibulo ſtrangulatis.

Pręterea fuit alia tẽpore Philippi pulchri bellonacorum in eorum epiſcopum nomine Symonem ſeditio facta, quæ eo proceſſerat,vt ciuitate extorris pręſul nobilium quorundam manu collecta ciues quoſdam ex inſidijs ceperit,ſuburbijs igne conſumptis.Eodem tempore a Pariſiis ob monetæ vſum alia fuit non modica ſeditio. diuites enim qui ſuas inquilinis & variorum miniſteriorum opificibus domos locauerant,minoris pretij monetam accipere annuæ penſionis loco recuſabant, alteram quę iuſtioris ponderis erant exigẽ
24 tes.Cuius inuenti auctor Stephanus barbetus habebatur.†Et hic Stephanus in delitijs habebat hortos a ſuo nomine barbetos appellatos cum præclaris ædibus in eo loco, cui barbeti porta nomẽ poſtea manſit, populus furens in barbeti poſſeſſiones delatus quicquid in ędibus & hortis fuit,vaſtat,atq; incendit,mox inde mouentes ad viam ſancti Martini vbi ipſe barbetus incolebat ſe conferunt, fuſtibus, clauiſque & verubus,vt cui arma furor miniſtrabat,inſtructi. Effractis barbeti portis domum,ſuppellectilemque omnem diripiũt. erat per hos dies Philippus pulcher apud tẽplarios, quẽ nihil periculi expectantẽ ſeditioſi in tẽplo cõfeſtim obſidẽt. Nec qcq̃ ad eum inferri ſuſtinebant,quod non,vel raperẽt, vel coęuo interficerent.tam repentino populi motu attonitus rex, miſſo ad ſeditioſos Pariſiano cum quibuſque aulicis præpoſito, dicere illis imperat,ſi quid in illos a quopiam commiſſum eſſet aut iniuria illata ſe regem eſſe qui eos tueri poſſit,petant modo ſi quid a rege optent. Et domum abeant ſe protinus curaturum vt populo melius conſultum ſit, his pro tempore ſimulatis, leuis populus a furore temperans cum domum
25 quiſque petiiſſet † nihil cunctatus ipſe rex Philippus ſeditionis auctores ad octo & viginti correctos,furcis ad quatuor vrbis celebriores portas erectis,illaqueari, & ſtrangulari mandat.Nec multum poſt monetam ad legitimum ęris valorem cudit,vt in eius chronica. fol.69.cum ſequen.

Nota quod non intereſt noſtra habere domum delicatã ita & habilem vt eius intuitu a forenſibus vexemur immenſe,& tenet Ang.in l.j.per gl.ibi,in ver.non licere,ibi,quia plures homines veniebant a me.ff.de ſeruitu. vrbanorum prædicẽtes tenementi tuq in viridarijs delectaris,qa premeris ſumptu continuo. Et hoc faciunt nonnulli qui eorum nomen perpetuare cupiunt, cum ex magnitudine ædificiorum preſumatur quis magnanimus,tex.in l.in his.in fin.ibi, per ia duſtriam hominis animoſi acceſſit.C.de prædijs nauicula.lib. 11.vbi Bar.dicit,ꝙ ex illo tex.habemus vnum modum probandi hominem ingenioſum & magnanimum,& idem ibi, Io.de pla.in 6.no.& Lucas de penna colum.2.Ibi dicit, quod ſunt nonnulli quia laborioſæ ætatis initio quęſtu omiſſo,& & agricultura & delitijs in eorum vita ſumunt auſpicia, decorem domus excogitant,eam tandem laborioſe conſtructã vacuam habitare coguntur,contra quos adduxit illud Pro-
26 uerbio.24.†Præpara foris opus tuũ, exerce diligenter agrum tuum,vt poſtea ędifices tibi domum.

Item Bernar.ad quendam nobilem ait.Si vis ędificare domũ inducat te neceſſitas,non voluntas.Cupiditas ędificandi ędificando non tollitur,nimia & inordinata ædificandi cupiditas expectat ędificiorum venditionem Turris completa & Archa euacuata faciunt tarde hominem ſapientem.vt ibi ꝑ eum,qui plura adduxit.Nam qui altam facit domum ſuam quærit ruinam.Prouerb.17. Non omittit illud Tullij.j.offi.ornanda eſt dignitas domo,non ex domo tota quærenda, nec domo dominus,ſed domus domino honeſtanda eſt,& uti in cunctis habenda ratio,non ſua ſolum,ſed etiam aliorum.

Fuit deniq; alia tpe Ioannis regis apud ciuitatẽ Attrebatenſem ſeditio,Cuius ſeditionis ipſorum plebeiorũ aduerſũ primores ciuitatis cã fuit ĩpoſiti ad belli vſum cẽſus exactio, plebs.n.in opulẽtos inſurgẽs aliquot interfectis rei publicę regimen vſurpauit.Ad quos miſſus a rege Arnulphus dangregus ſeneſcallus centum ſupplicio affecit, vt fol. octuageſimo
27 per Gagui. †Et eodem tempore fuit alia Pariſiis ob monetæ mutationẽ,quam non bono animo Pariſienſes ferentes Andegauorum comitem vicarium, a Carolo Normanię ducęq Ioannis regis ab Anglis capiti primogenitus erat,relictũ plurimo populo comitante conueniunt, vt monetę vſum inhibeat,quod comes,dum Carolus ab imperatore redire,concedit.Carolo ab Imperatore reuerſo mercatorum prępoſitum ad ſanctum Germanum altiſſiodorenſem per archiepiſcopũ Senonen.vocat.Quem cum ingenti armatę plebis multitudine venientem archiepiſcopus monet nõ aduerſari legi quã de moneta Carolus tulerat.Sed plebis frequentia fretus præpoſitus pernegat id ſe facturum, neque permiſſurum eã monetã in vſum venire,atq; ita loquutus domũ diſceſſit, moxq; quoſq; opifices ab opere ceſſare,& in armis eſſe paratos iubet.Trepidatum eſt,ne quod a plebe inſigne flagitium patraretur.Exacta nocte Carolus ſub initium lucis palatium petijt quo idem mercatorum præpoſitus ſe confert. Quẽ Carolus alloquens dicit, ego præpoſite bono aĩo fero ꝙ a conciuib. tuis commiſſum eſt.Et ſi quid culpæ eſt illã tibi remitto,nec impedio conuentum procerum habere,eoſque ab officijs ſe mouere placet,qui ſub patre ptãtẽ geſſere.Monetę vero cõſiderationem atq; vſum ad arbitrium eorum deferre placet qa publico cõuentu delegabuntur.Caroli verba præpoſitus libẽs excepit,petit de ipſius chyrographum ab ipſo cõſcribi,ꝙ Carolus facile admiſit. & tandem concionem ad parlamentũ Carolus vocat.Et obtinẽt pariſiẽſes in petitis ſine alia puni
28 tione.†Eodẽ tpe non pauci ex Conſtantienſi atque Edroicẽſi territorio pariſiorũ prædones agrũ incurſantes,cuncta popularãt.Et licet in eos cũ copijs miſſus eſſet Petrus viliarius prę fectus vigilũ nullos graſſatores dãno affecit. Ea propter occaſione ſumpta Carolus copias ꝯhit,ſiue vt prędonibus, vt ipſe dicebat occurreret,ſiue vt plerique ſentiebant,Pariſio & vicinis oppidis præſidium collocaret, idque metuentes pariſiaci Carolum admonent ne id faciat declarando ſe in vrbem milites non admiſſuros.Et ob id veriti pariſienſes ne aperto bello arma circunferrentur ſignum ſibi ciuilis concordiæ accõmodant,capuciola rubri & blani coloris cõſuunt,quæ quiq; ferãt,hæc ad diſcẽſionẽ ſpectare aduertẽs Carolꝰ ad forũ quẽ halas vocãt,vbi Pariſiẽſes cõuenire frequẽter ſoliti eſsẽt,ꝓdire cõſtituit,& ad illos orationẽ habuit vt ibi. fo.83.Et paulo poſt monetę prętiũ mutatũ eſt.Nã mutonus,id.n.monetę aureę nomẽ erat.ꝙ arietis effigiẽ quẽ mutonẽ Franci dicũt ſculptã haberet,ſolidis turonẽ.triginta ęſtimatus eſt,vñ Perrinus marcus cãpſoris cuiuſdã inſtitor Io.bailetũ Caroli ꝓfati theſaurariũ incautũ a tergo occidit,quẽ ĩ ędẽ diui Mederici latẽtẽ Carolus inde euelli iubet, & manu qua Bailletũ peremerat
29 abſciſſa homicidã patibulo ſtrãgulari.Poſtridie†ꝯcto pariſius in ęde diui Eligij magno populi cętu, cæſo prius Reginaldo dancy,dũ a palatio domũ petit,mercatorũ ꝓpoſitus Stephanus marcellus cubiculũ Caroli ingreſſus. Nihil inquit ſerene princeps inter ea q̃ geſturi ſumus ꝓtriſteris, & ſimul hæc dicẽs

Digitized by Google

Nic. Boer. de ſeditioſis.

Conflauum campanum mareſcallum Carolo conſpiciente necant. Robertumque claromontenſem inde fugiētem in penetrali interimunt. Quibus cædibus perterritus Carolus, atq; a ſuis deſertus, ait illi, tu præpoſite libera Carolum & ſerua. Securus eſto præpoſitus reſpondit, & hoc tuo capiti capuciolum impone. id enim veſtimenti genus erat, quod ſibi populus ad diuerſæ partis diſcrimen deſumpſerat. Carolus igitur commutato cum præpoſito capucio, per omnem diem illā, populari inſigni vſus ſuum præpoſito capucium ferre permiſit. Cęlorum cadauera trahi a ſatellibus & ad menſam marmoream quæ in atrio ad gradus palatij eſt proijci inſpiciēte Carolo præpoſitus, iubet, vbi ad populi ſpectaculum ad veſperam vſque relicta iacuere. Itaque eo ſuperbiæ proceſſit populi furor, vt præpoſitus tyranno perſimilis abuteretur magiſtratu. Et laneos Carolo pannos bicolores miſit. Ex quibus capuciola ſuis aulicis conficeret, futura munimenta aduerſus ſeditioſos. Id quoque Carolus non recuſauit. Conuocatis prę terea in auguſtinenſium cœnobio permultis qui per eos dies in communi Franciæ conuentu agebant, cędem a ſe factam præpoſitus, adnitente maxime Roberto corbio, laudari probarique imperat. Carolum deinde in ſenatu parlamenti, ius dicentem cum pleriſque armatis conueniens petit, ea oīa illibata ſeruari quæ ad triū ſtatuū de legatis īſtituta decreta q; eſſent, neque impediret aliquot ex ſuis magiſtrat. ammoueri, ſed ſineret eos rempublicam moderari a quibus regendam eſſe populus decreuerat. Reciperetque in ſuum conſilium tres, aut ad ſummum quatuor Pariſianos ciues quos populus deſignaret. Poſtulata Carolus admiſit. CumqueNauarro rege donationibus ab ipſo Carolo factis placato. Pariſiani conſiderātes ne per principum beniuolentiam male cum eis ageretur. Et peſſimorum facinorum pœnas luerent ad alias ciuitates & regni primiores literas dant, ſuadentes ſuam ſocietatem ꝓfiteri, & capuciolum Pariſien. fœderis atque communis amicitiæ præſeferre, quod iam Carolus ipſe, & Nauarrus rex, Philippus præterea Aurelianus francię regis frater, & comes Stāpenſis aſſumpſiſſent, litteris acceptis pauci aſſumpſere. Inter tot reipublicę damna Carolus conſilium cæpit, non ſe regis vicarium & locum tenentem, vt ſolitus erat regentem appellare, plus auctoritatis in ea appellatione eſſe ratus. Et ipſo Carolo apud Compendium exiſtente Pariſiani arcem luparā occuparunt, & preſidio impoſito machinas inde belli ad ædes publicas vrbis tranſduxerunt. Itaque parum abfuit quin ad priorem aduerſitatem nouæ factiones accederent, nam abeū te Pariſio Carolo nemo nobilium Pariſios inuiſebat, Carolū ſequentes. Et aliquot ciuitates cum Pariſijs ſentiebant, ſed lō ge plures Caroli partes tuebantur, & infinitæ ſeditiones ſecu
30 tę fuere, vt ibi fol. 83. cum ſequenti. †Fuit præterea eodem Carolo tunc rege quinto exiſtente, cędes apud Montem peſſula num nobile caſtrum, in quo originem ſumpſi, a ciuibus truculenter occiſis octoginta viris ingenuis atque nobilibus, inter quos fuere Gulliemus poncellus eques, Andegauorum ducis cancellarius. Guido deſſerus, & Arnoldus eiuſdem loci prætor. cædis cauſa hęc fuiſſe memoratur ſecundū Guaguinum in chronica eiuſdem Caroli. erat in prouincia Narbonenſi, cui linguę Occitanæ nunc nomen eſt. Ludouicns Andegauus Caroli frater poſitus a rege gubernator, cuius nomine cum ob bellum quod in ea regione gerebatur pēſum magiſtratus exigerent, ſeditione facta ſanguinarij ciues eos trucidarunt, deiectis in altos puteos cadaueribus occiſorum. tam deteſtabile flagitium non pręterierunt impune, nam armatis inſtructus dux apud Montempeſſula cum aduenīſſent omnis populus fletu merore lachrimiſque confectus vrbe egreſſus, & loci conſules funes ex canabe collo tanquam morti obnoxij geſtantes per vias proſtrati duci obuiam pergunt miſerabili clamore ignoſci ſibi flagitantes. Aſſiſtebant duci, cardinales, auernię, cum pontificis Clementis oratoribus, qui eo placandi ducis cauſa conuenirent, poſtridie aduentus ducis in villam ipſe in tabulatum quod ei in foro edictum erat, cū pluribus pręcipua dignitate viri comitatus cōſcendit. Ex quo ab omni plebe conſpectus cum grauem admodum in ciues ſententiam tuliſſet. ſublato rurſus clamore populus veniam frequenter repetebat, quorum fletibus votis cardinales oratoreſque pontificis accedentes animum tandē ducis inflexerunt, ſententiæ ſeueritatem rigoremque moderantes, quod ipſorum miſertus fuit, habuit igitur locum miſeratio. Nam cum ſex centi necis iudicium excepiſſent, ſoli cędis auctores, & qui operā ſcæleri dederant regis arbitrio reſeruati ſunt. cunque omnium incolarū bona fiſco deputata forent, dimidiū remiſſum eſt, armis omnibus quę apud illos extāt deditis, pēſata inſuper ad plenum impenſa quam dux ob huiuſmodi cę
31 dem ſuſtinuiſſet, vt ibi vide, fo. 91. ‡Item etiam tempore Caroli ſexti, quædam ex Pariſianis plebecula, nouis furijs acta eſt, videns ſe vectigalium magnitudine premi, itaque Prępoſitum mercatorum aggrediens ad contionem venire hoīem cogit, vbi vnus ex plebe audentior, vice multitudi *nis petit* pē. ſiones & vectigalia tolli. Quod quandoque quidam olim poſtulaſſent, nec fuiſſent exauditi, iam adeſſe tempus, cum ſatis illis factum eſſe oporteat. Concitate multitudini plerique ſobrie obſiſtere cupientes, rati ſi res in craſtinam deferretur, cō peſci furorem poſſe, in poſteram diem negociū remittebant. quod intelligens quidam veterum calceorum ſutor temere exurgens, pompa, inquit, aulicorum & faſtus, in humeros populi recidunt, & quę ab illis per luxum profunduntur, damna noſtra & calamitates ſunt. Hāc vilis opificis temeritatē arguere auſus eſt Ioannes Dormanus, regius cancellarius, obtinuitque in alterum diem poſtulata tranſferri. Non reſtrinxit mora furorem. Enimuero reddit poſtridie concitatior plebs, & petita, ex regis primorumque eius ſnīa, reportauit. Et vt ſedatior domum plebs repeteret ad illam adhuc furētem cōcionari Ioannē Mareſium Carolus imperat, atque cauſas memorare, quamobrem cenſus, & vectigalia reipu. moderatori
32 bus pendantur. †Oportere eos qui prēſunt multa onera ſubire, bella plurima a Carolo patre geſta. Et item a filio gerenda eſſe, quæ ſine populari ope bene procedere non poſſunt Regios prouentus & fiſcum Anglorum iniquitate imminutos eſſe, Regē publicę liberatis, & populi tutorem, populum coadiutorem eſſe, debere æquo animo ferre, ſi quid nonnunquam durius per neceſſitatem imperetur. nihilominus tamē gratum nūc regi eſſe vectigalia tolli, dicendo abirent. Abeāt ipſi domū, & quieſcant tumultuari. Et cum ad hanc Ioannis orationē ſedata turba eſſe ſperaretur, ſublato clamore, volumus inquiunt, iudęos vrbe expelli. Quibus reſpondente Ioanne de re ipſa ad regem relaturum ſe, procurrens confeſtim q
que plebeius publicanorum ædes aggrediuntur, atque effractis pixidibus vbi repoſita de vectigalibus pecunia erat, nummos in vias diſpergit, libelloſque rationum miniſtris interfectis carpit & laniat, ludęorū domos aliquot & bona diripit. Quæ tametſi reddi reſtituique rex iuſſiſſet, nequaquam tamē obtemperatum eſt, vt vide. in chronica eiuſdem fol. 92. verſo. in fi. cum ſeq.

33 †Item eo tempore alia fuit apud Flamingos & Gandenſes ſeditio, ob nouam pecunię a Ludouico Flandrenſi comite, exactionem. Qui nam ſiue egens, ſiue pecunię auidus a Gandenſibus, qui propter oppidi magnitudinem & populi frequentiam primi inter Flandrenſes habentur, grandem pecuniam arrogantiſſime petens, cum ea ſibi conſtanter negaret̄ loco diſcedens, & ego, inquit, huic populo me principē & dominum exhibebo. Et Halſo militi attributis copijs, & Anglorum manu mādat Gandenſibus bellum inferre, qui mox Gā denſem agrum quotidianis incurſionibus vexat. Ibant nihilominus Gandenſes armis inſtructi, ſeque viriliter tuebantur incōmodis multis hoſtem afficiētes. Recordati tamen debite ſuo comiti ſubiectionis petūt ab illo ſe audiri, Admiſit eos comes. Quorum hęc breuis oratio fuit. Tui, inquiunt, comes, ſumus, Tu nobis es princeps & comes. Tibi cum oratione parare nos decet, tu nos tueri debes, ſi quid in te peccauimus ꝙ tibi moleſtum ſit, id nobis condonari ſuppliciter flagitamus. Tantum ne libertatem tollas, quam a maioribus acceptam, Gandenſis populus tueri inſtituit. Cogi ſe vectigalibus neſcit. Si rebus ſuis per aliquam neceſſitatem opus eſt pecuniarium ſubſidium, id tibi non coactione, ſed ſua ſe ſponte daturum liber populus offert. His comitem verbis placaſſe rati, ab aulicis imprudentibus, & per ætatem rerum imperitis, iniurias acceperunt, iactantibus comitis & poteſtate eſſe illorum obſtinatam rebellionem flectere calcaribus perinde ac ſtimulis aſellum illos agi oportere, & omni modo iugum imponere, Quo accepto cōuitio Gandenſes abiere. Comes vero magno pere ſtudebat illos rerum & commeatus penuria afflictari, vt egentes, poteſtati eius ſe crederent. At Gandenſes animo erecti, vim propulſare bello conſtituūt quoad fugam comes dederit, vt in præfati Caroli ſexti chronica, vide fo. 94.

34 †Fuit deniq; alia apud Pariſianos eiuſdem Caroli. 6. tpe & duce Andegauo Francię regente ſeditio. Andegauus. n. durū alij item principes & regij plerique conſultores. qui reb. gerē dis pręerant, nouū tributi genus inſtituere contēdūt. Habitis aliquot concionibus, nō blandis, nunc amicorū interuentu, adducere non paucos ī ſuā ſnīam ſtudebant. Obſiſtebat tñ popul', nec Petro Bilerio, nec Ioāni Mareſio qui maxime popularis erāt, aures accōmodabat, tametſi dicerēt ex ea ptinacia regē irritatū iri. Et hinc periculū grauioris alicuius pęnę impendere. Itaq; diſcedens a principib. populus arma capit, decanos quadragenarioſque & quinquagenarios per ciuitatē ponens. Cathenas quę ad compita viarum intra vrbem erant prętendebat, poſitis contra nocturnas inſidias, excubijs, cuſtodib. prętera ad portas ordinatis, Idq; facere incipientib. Pariſianis reliquę fere regni vrbes ſequuntur. Itaq; ducenti ex Rothomagenſibus plebei homines hoc exemplum imitati, quēdā obeſum ciuem qui ob craſsā corpulētiā Craſſus vocabat,

alioquin

Digitized by Google

alioquin renitentem, sibi regem præficiũt, curruique impositum per vrbem circunferentes, tandem in rerum venalium foro constitutum ad abolendis vectigalibus legem ferre, & eam promulgare compellunt, a cæde non abstinentes. Sæuitum enim est in vectigalium quæstores. & expilatũ diui Audoeni cœnobium. Propterea quod in eo priuilegia quædã reposita esse audierant, quæ libertati ciuitatis non congruerẽt. Arcẽ quoque oppugnare adorti, inde a præsidio repulsi sunt aliquot interemptis. dũ hæc Rothomagi geruntur, Adegatus dux regens post quartum mensem cum Parisianæ plebis seditionem sedatam esse putat, legem de vectigalibus exigendis tulit, & in foro iudiciali apud Castelletum promulgare iubet institutis ministris qui legendi vectigalis officiũ exequerẽtur.

35 †Ad Kalendas Martias cũ eius officij causa quęstor ad mercatũ apud hallas aduenisset obolumq; p nasturtio a muliercula, cui Perota morela nomen erat, exigeret, quęsta & voci ferans anus, mercatores aliquod in quæstorem excitauit, qui hominem multis vulneribus confossum trucidauerunt, eius facinoris fama vbi per ciuitatem vulgata est protinus vilium artium ministri arma capiunt, perque ciuitatis vias circumcursant, ad cædem perpetrandum animati, quibus cũ perditi plerique, & nullius ęstimationis homines facile accedebãt, & vt inermibus arma non deessent, publicas ædes adoriunt, vbi emotis cuulsisque postibus cõmunia arma rapiunt & ea induuntur, fuere ex prudentioribus nonnulli, & inter illos Parisianus antistes, qui tot malis insurgentibus coactas clam fortunas suas ciuitate exportarent, tutiore se loco committentes. Inter arma quæ furibunda plebs sumpserat, erant plumbei mallei quibus obuios quosque subsidii pecuniarij exactores trucidabant, domos eorum fortunis omnibus spoliantes, nec ad ecclesiam profugientibus immunitas præstabatur, vnum enim diui Iacobi hospitalis ædę, diuæ Mariæ simulachrum amplexantem, protinus necauerunt. simile ad diuum Germanum de pratis, quo nonnuli confugerẽt, cum facere molirentur, defendentibus se incolis, inanes in vrbem reuersi. Castelleti itẽ & episcopi carcere recluso, capituos oẽs & Hugonem aubriotum soluerunt, hunc sibi ducem pręficiẽtes. Sed cõscius quid pensi furijs incitata plebs haberet noctu se ex vrbe proripuit, quo in sequente luce domi non inuento sæuius furere omnes cœperunt. constitueruntque Charentonum pontem petere, & prosternere. Sed destiterunt a Ioãne Maresio admoniti. Tũq; frigescere illis cœpit hesternus furor

36 & mentis insania. †Parisiana seditione ad Carolum perlata, auctores supplicio grauissimo plectere cõstituit. Sed regis indignationem quidam ex ciuibus, & schola Parisiensi delecti sapientes mitigauerunt. de his tantum pœna sumpta est qui castelletũ violauerũt, subsidio pecuniario abrogato. de quo postea contentio fuit non modica, vt ibi vide, fo. xcvj. Nã incurtraci publicis ædibus literas repertæ sunt Parisiacæ factionis, quas illis de seditione Parisienses dedisse subscriptio annotabat. Id Carolus egerrime admodum tulit, atque s. morõ furia correptus, plerisque mortem minatur. & ipsi regi per ciuitatem pergenti. Præpositus magna ciuium multitudine stipatus, humilis, pronusque occurrens, cum loqui cœpisset, rex audire noluit. Præpositique pręces omnino aspernatus est, iubetque eum a conspectu procerum discedere, sed præteriens ad diuæ Marię templum profectus, supplicatione absoluta Palacium redijt. Erant per compita & diuersoria vrbis dispositi ad custodiam milites, prohibiti ne populo, & ne militi populus iniuriam faceret. E dicti tamen contemptores duo ex plebe fuere, qui mox cõprehensi a suis fenestris illaqueati strangulatiq; pepẽderũt, & sic cõtumaciæ & superbiæ pœnas dederunt. Incesserunt eo die per vrbem Biturigum & Burgundiæ duces, magna armatorum manu vallati, & seditionis insigniores auctores trecentum in vinculum primũ coniectos, paulopost carnifex capite mulctauit, inter quos fuerunt Guillermus Cenomanensis, Ioãnes filiolus, & Martinus doublus & paucis interiectis diebus. Nicolaus flamingus, supplicio eorum expleto, cathenæ omnes ex compitis euulsæ in arcem vicenarum arma per quasque domos inuenta, partim in Lupara m, partim in Palatium deportata sunt. Et Ioannes Marsius, homo populo gratus, delatus quod inter seditiosos furẽti plebi fauisset, & cum eo duodecim capite puniti, prius scabinis, & Præposito mercatorum ab eorum officijs priuatis. Inter hæc ad gradus Palatinos, vbi Philippi pulchri simulacrum visit, extructo throno, Carolus patruelibus, & aulicorum nobilitate circunsessus, Petrum Diogemontem cancellarium affari, qui conuenerat populum, iubet. Qui a Carolo quinto ad p̃sentia tempora orationem deducens præteritas seditiones & populi flagitia regia pręterea gesta, & ex Flamingis habitas victorias, prolixa oratione memorauit. Hęc postquam loquutus est cancellarius, ad Carolum conuersus, Hæc ne sunt inquit sereniſſime rex, quæ mihi dicenda commiseras. Assentiẽte rege, Patrules eius genua Caroli procliues, populo indulgeri orant, nobilitate quoque atque fortunis insignes fœminæ, passis crinibus lachrymantes, procumbente humi populo, regis miserationem expectabãt. Mouit regem miserabilis clamor, & mortis suppl cij pecuniaria mulcta commutauit. Nam dimidiam fortunarum omnium partem, reus quique redimẽdi sui cã pendit, quæ militi ad stipẽdium distributa est.

37 †Eadem quoque tempestate Aruerni, adiunctis Lemouicensibus atque Pictauis, grauissimam seditionem excitauerunt, ducem sibi quendam Petrum breuerium instituentes, atq; ita p nequissimã licentiam grassantes, nobilem quemque clerũ item & alicuius pensi hominem sibi obuium, sine miseratione obtruncabant. Nam deprehensi forte per viam scoti æquitis capiti initium cassidem imponunt, Sacerdoti amputatis digitis, capitis verticem deglubunt, deinde cremant. Religiosũ hospitalis ordinis per allas procedere arbori appensum, sagittis telisque confossum necant. Nec modus illis erat vllus sęuiendi. Pluris inter illos habebatur qui duriora flagitia committeret, huius tam detestandę in humanitatis nuntio accepto, Biturigum dux qui Auenionem salutandi pontificis causa petebat delecto nobiliũ exercitu in seditiosos mouet, quos non difficili prælio, multis occisis, multisque laqueo strangulatis superault. Item tempore Caroli. 7. Gãdenses a Philippo Burgundiorũ duce discessere, ob salis tributum quod illis imponere conabatur. Hinc bello excitato, magna pars regionis cędę, atque incendio vastatur. Redierunt tandem in ducis beniuolentiam Gandenses, rebellionis pœnas magno ere luentes. Et apud Parisios tempore Ludouici. 11. qui ad principes regni Ludouico ob bonum publicum aduertẽtes oratores misissent, proscriptionis pœnã Ludouicus in oratores qui ad cõiuratos legati fuerãt pronũtiauit, vt ibi vide, fo. 142. Præterea apud Bituriges eodẽ tẽpore, ob tributũ in aliquod sup reb. impositum, fuit populi eleuatio aduersum ipsius tributi receptorem, quem trucidarũt, cuius mortis pęna nõ euasere. Nam rex ipse Ludouicus armatos misit milites, & in eorũ stillicidijs decẽ & tres ex fautoribus laqueo strãgulari pręcepit; & alios plures eiusdem ciuitatis prisonarios supra currũ per aliquot menses se quocunque ibat loco iussit.

38 †Item apud Ianuenses communis populus aduersus nobiles irruit, & tandẽ aduersus dominum nostrum supremũ regem Ludouic. 12. cuius animã possideat paradisus. Et hac nostra tẽpestate anno præsenti 513. supra mille, in ciuitate Agenensi pp subsidium super reb. venũdandis imponendum ad refectionem siue reparationem pontis ciuitatis supra fluuiũ Baronem existen. conuertendum, ac propterea alia grandia q̃ sibi communitas dicebat non iure fuisse, sed contra ipsius ciuitatis priuilegia, consuetudinis, & statuta imposita quorum etiam denariorum siue reipu. redditũ sibi a cõsulibus, & cõsiliarijs, quos vulgus iuratos vocat rationẽ reddi postulabat. Nec non ob electionem consularis dignitatis quæ quotannis est fieri solita, ĩ deligẽdo vno ex prudentioribus cuiuslibet status siue guyethi non celebratam, sed veteres cõsules suos parentes affines & amicos contra ciuitatis morem ex quadam, vt ipsi dicebant, inter eos firmata pactione eligebant. Aduersus quos communitas die quo subsidium deliberatum fuit, quæ secũda Iulij erat, circa solis occasum ĩsurrexit. Inter quos auctores erant Petrus de la sarre, dictus Clerguet, Andreas de la Grosse vocatus brosset, Guyrandus de Podio veteri, in vulgari Vasconio dictus de Peylo viet, & plures alij ad numerũ mille & vltra, sed non æque principales auctores erant, vt infra in sententia inserta continetur, qui pervias ciuitatis publicas paucis armatis circumcursant, ad iniurias, & cędem, vt alij qui dicebant, consulibus & iuratis ac alijs Regijs officiarij inferendum, & perpetrandum animati, quibus perditi plerique & nullius est imitationis homines & pueri accedebant vociferantes, vbi sunt nũc isti latrones consules, vectigal nouum quod ipsi rheuam appellant, imponere volentes, trucidere. n. eos oportet, & altum communis plateę puteum ex cadaueribus ipsorum repleri, clamantesque more Tuscorum & Apulorum, viuat, viuat rex & communitas quæ tandem in cõmũni platea se contulerunt, manum a circunstantib. leuare

39 præcipiunt, eosque & eorum partem sequi astringẽtes. †Et ne consules iuratique consiliarij ac alij officiarij a ciuitate nocte illa vel sequenti luce fugam arripere possent, ad clauium portarum ciuitatis custodes seu clauigeros accesserunt, eisq; claues pluribus noctibus seruandas quibusdam ex ipsis tradiderũt, inter quos fuere præfatus Petrus de peylo viet, Petrus darque, Ioãnes bastardus, dictus trompeta, & Petrus de domo noua remouerunt. Et exacta nocte, sequenti die lunæ, quæ tertia Iulij erat, post initium lucis, in diuæ Mariæ carmelitarum cõuentu & pradello eiusdem in numero duorum millium ad campanarum ecclesiarum eiusdem conuentus sanctorum Hylarij, Fidis, & Caprasij sonum seu pulsationem, quę ad hominum vocationem ignis extinguendi cã fieri solet, se cõgregauerunt. Ad quos eo in loco nobilis Petrus Gaillardus, do-

Digitized by Google

minus de Busconio ciuis plebi gratus, causa placandi & pacis inter eos componendæ se contulit. Eosque hortatus est, vt ex ipsis aliquot magis honestiores, ad ipsis consulibus sua prætensa grauamina demonstranda eligerent. Id quoque facere furibunda plebs recusat, declarãsq; omnem plebem interesse velle. Et subito ad communẽ seu publicam domũ accesserũt per vias publicas cridando, vbi sunt latrones consules, & vir gas more bidellorum vniuersitatum ante se deferri facientes. Sed cum illic consules ac cœteros ciuitatis consiliarios non inuenissent, centum ex ipsis peiores ad ipsam communem
40 domum inuitos consules adducendum delegerunt. † Qui eos dem consules ad domos eorũ, & vias publicas ac ędes sacras circunquerentes duos quibus nomen erat Raynaldus, alius Ioannis Theobalbus iurisperitus & integræ famę vir, & Petrus abbrecombus in diui Stephani æde missam audientes, violenter diuina perturbantes officia, extra ad domum com munem adduxerũt. Alium autem qui ad diui Dominici pinnaculum quo confugerat nomine Armaniacum, sutorem, q eos de seditione increpuerat, eripiũt. Quendam alium nomi ne Ioannem de broha, publicum scribam in vicini domo ab sconsum, per crines extrahi iubent, qui præ timore mortis in suas caligas se extercorauit, quo in derisum postea exter corator seu iuxta eorum vulgare, Cacator vocatus fuit. Eosdẽq; ac plures alios ciues prisonarios constituerunt, Claues archi uorum a manibus consulum, propterea, quod in eis priuilegia quædam reposita esse dicebant, quæ libertati ciuitatis cõ gruerunt, ac pariter feras Archiuorum ferreis instrumentis per unum ex fabris euelli conati sunt. Statutorumque libros & rationum in numero quinque e domo communi, exportari per Antonium rinbacum fecerunt, alias insuper se ditiones, & congregationes tam de die quam de nocte, quam uis ter a iudice maiore, ne ipsas sub mortis pœna & bonorũ confiscatione facerent, admoniti fuissent, peregerunt. Itaque eo superbię ꝓcessit populi furor, vt omnes primores se mor-
41 tuos esse crederẽt. † Cumque Agenenses considerãtes ne per iustitiam male cum eis ageretur, & pessimorum facinorum pœnas luerent, ad aliarum ciuitatum & castrorum primores literas dant, suadentes suam societatem profiteri, & eorum fœderis ac communis amicitiæ esse. Quorum literis habitatores castrorũ sancti Clari de podio mugio acquieuerũt, idẽ in eorum locis committentes. Itaque ꝙ cæteras Vasconiæ, ciuitates exemplo eorum maxime in castro de Logmaine, in comitatu Armaniacij existente, contra consules ac proprios dominos, & officiarios regios, nisi quod hanc Agenensium seditionem ad christianissimum principem dominum nostrũ supremum perlatam', ac annulos commissarios per ipsum ad seditiosos puniendos deputatos intellexissent moneri, & se leuari omnes aiebant. Postquam per compita & diuersoria, vrbis Agenij dispositi fuere ad custodiam, prẽter custodes ad portas ordinatos, ducentum & plus armati homines, ne noctu in eorum lectis prisonarij ad Burdegalensem curiãvbi adornati fuerant ducerẽtur. Sed hanc Agenensium seditionẽ rex Ludo. dominus noster supremus cuius anima requiescat in bona pace egerrime admodum ferens illorum punitionẽ clarissimo viro & illustri domino Bertrando de stissaco, equi ti, domino ciusdem loci, ac Prætragoricensis seneschalco consiliarioq;, & ipsius regis chambellano, & nobili ac spectabili viro iurium professori, do. Bertrando de chassaignes, dño loci Stanfortis, etiam in suprema Burdegalæ curia consiliario, & mihi Nic. Boerij, inter cæteros tui sacri regalis consistorij cõ siliarios minimo per patentes literas commisit & deputauit, de quorum punitione apparet per sententias per nos cõmissa
42 rios ante dictos in fine operis insertas. † Præterea nobis apud Agenẽsens sic existẽtib. similis populi cõmotio facta in cãpa nia apud Trecenses, ad quos puniẽdos potens dñs de aurual le, eiusdem campaniæ gubernator, & nobilis, ac clarissimus vir. d. Petrus de la verande, iurium professor, & eques, consiliariusque, & magister requęstarũ regalis hospitij ordinarius missi fuere. qui per eorum sententiam duos principales seditionis authores ad mortem in patibulo subeũdam, aliosque in emendam retinentes condemnauerunt, quorum sententia, quę appellatione suspensa fuerat, per arrestum fuit confir mata, ac etiam profecto hoc anno apud Pannoniæ seu Vngarię regnum fuit magna aduersus eorum principem populi seditio, qui seuere puniri fecit eosdem, vt in exemplo & histo ria impressa patet.

S V M M A R I V M.

1 *Seditio dicitur perturbatio quietis seu pacis publicæ.*
2 *Seditiosus dicitur qui animorum, dissensiones facit & discordias gignit.*
3 *Seditio proprie fit inter partes multitudinis inter se dissentientes, & Bellum & rixa differunt a seditione.*
4 *Seditio quid sit, & in quibus locum habeat.*
5 *Congregatio multis nominibus vocatur.*

SEcundo prę̃suppono quid
1 sit seditio, † & est quietis publicæ perturbatio. l. 1. & 2. C. de sedi. vnde secundũ gl. ibi, seditio dicitur quasi seorsum itio, quia in diuersum vadunt, aliosque trahunt, vel dicitur a sedo as. per contrarium, quia plerunque populo discordante itur ad manus, & apud græcos dicitur pharatrea c. coniurationũ. xj. q. j. vbi glo. exponit a Phares quod est diuisio, inde Pharisei c. seditionarios. 46. di. & seditio secundum Beatum Ant. archiepi. Floren. in 2. part. suæ sum. ti. 4. ca. 8. §. j. importat discordiam, non quancunque, sed inter partes alicuius multitudinis, quia discordia est sexta filia inanis gloriæ, sub qua continetur seditio, secũdum Bea. Tho.
2 2. 2. q. 47. articu. 1. Ideo Isido. in li. Etymo. dicit † quod seditiosus est, qui dissensiones animorum facit, & sic discordias gignit. Conuenit autem secundum diuum Tho. vbi supra, in aliquo cum schismate, rixa & bello, & in aliquo differt. Conuenit in hoc, quia importat quandam contradictionem, sicut illa. Differt autem a schismate, quia schisma opponitur vnita ti speciali scilicet multitudini ciuitatis. Differt autem a bello, & rixa, quia bellum est contra extraneos hostes, quasi multitudinem. Rixa vero est vnus ad vnum, vel paucorum ad pau cos. vt per Bar. & Ang. in l. si in rixa. ff. de ic. & l. quoniam mul
3 ta facinora. C. de vi pub. † Sed seditio proprie est inter partes vnius multitudinis inter se dissentientes, puta cum vna pars ciuitatis excitatur in tumultum contra aliam, vt colligi põt ex d. ll. de sedi. & tenet Car. Alex. in d. c. seditionarios. post Archid & idem Ang. de claua. in sua sum. in verbo, seditio. Secũdo etiã bellum & rixa in hoc differunt a seditione, quia bellum & rixa important impugnationem in actu, sed seditio di ci potest, siue sit huiusmodi impugnatio in actu, siue fiat præparatio ad impugnationẽ huiusmodi, vt ꝯ. dicam in solutione q. princ. qua pœna puniantur seditiosi. vnde glo. dicit. 2. ad
4 Corint. 12. quod seditiones sunt † tumultus ad pugnam. s. quibus se præparant & intentant pugnare, vt dicit Iudicum. 12. Ideo seditio habet locum in exercitu, in classe, in campo, in schola, & vbicunq; multitudo est hominum. Ideo ſm Bonif. de vitalli. in dicto suo trac. criminũ. ti. t. de sedit. seditiosus dr̃ il le qui seditionẽ, vel proditionẽ tractat de aliqua ciuitate vel castro habẽdo vel dando, causã faciendi guerram ꝯ publicã vtilitatem, vel tractat facere nouitatem in ciuitate vel bonũ publicum statum ipsius, vel tractat se fieri dominũ terræ vel alterius loci. & ad præmissa facit quod tradit Bal. in cõsi. 122. inc. decretum domi. volum. 1. quod verbum congregationis est genus generalissimum. l. j. §. conuentionis. ff. de pact. ibi dũ dicit, in vnum locum congregantur ẽt veniunt &c. & prędicatur de conuentione nuda in qua aliquibus pactionibus non firmantur, sicut est congregatio ad audiendam aliquam præ-
5 dicationem vel harengam, vel aliquod parlamentum. † Item etiam de congregatione in qua aliqd pactiouib. vel statutis firmatur, quæ habẽt diuersa nomina, secundum ꝙ congregati ei nomen imponunt, vel secundum quod ius imponit, nam aliquando vocatur vnio, aliquando confœderatio, aliquando secta, aliquando conuenticula, aliquando coniuratio. i. simul iuratio, aliquando conspiratio, ideſt simul vel in idem spiratio, & de vtroque est tex. cum sua glo. in cap. constitutionem. §. j. cum seq. de verborum significatio. lib. 6. vbi licet coniuratio capiatur pro conspiratione, & conspiratio pro coniuratione, secundum Doct. Fely. in c. fi. de testib. cog. & in c. exhibita. colum. 2. versi. nota limitationem. de iud. & Cœpo. veronen. in consi. 4. col. 3. cum seq. & Luc. de pen. in l. magistros. colum. vl. C. de profess. lib. x. & Archi. in d. ca. coniurationum. 11. q. 1. Aliquando mutinatio, & inde mutini in Francia vocantur, quę omnia fere colliguntur ex l. 1. & 2. ff. ad legem iul. maiest. Aliquando monopolium, vt C. de monopo. Aliquando consilium, vt d. l. 1. & passione dominica dicitur, Mat. 26. Tunc congregati principes sacerdotum, seniores populi in atrium principis sacerdotum qui dicebatur Cayphas, & consilium fecerunt vt Iesum dolo tenerent, & occiderent. dicebant autem, non in die festo. Ne forte tumultus fieret, & idẽ Marc. 12. & Lucæ. 23. Nam hæc omnia, secundum Bald. in d. consi. significant quendam consensum inter se fidei interpositione firmata, quibus homines ad seditionem, & tumultum cõtra rempublic. vel tertium prouocantur, vt nota. Fel. in d. c. fin. de testi. cogen. & in aliis iuribus. in 4. præsuppo. alleg.

S V M M A R I V M.

1 *Homines quatuor gentem constituunt.*
2 *Multitudo an possit in quatuor consistere.*
3 *Populus ex decem hominibus constitui potest.*

Ter-

Digitized by Google

1 TErtio præmitto† quot homines faciant congregationem,& Bart.in l.2.ff.vi bo.rapt.& in l.j.ff. de probatio.dicit, quod quatuor homines faciunt gentem.& pro eius opi. est tex.in Lombar.in l.1. de aggre.in vico facta,quæ est canonizata.11.q.2.c.cum dcuotissimam. ibi, si quis manu armata vsq; ad quatuor homines in vicum alterius.&c.& in l.2.de sedi.contra iudicem vel ciuitatem leuata.co.li.2.c.1.& ibi per omnes.& in c.congregato, de elec.Sed Bal.in l.1.§.fi.ff.de iusti.& iur.& in consi.186. in fi. volum.1.tenet contrarium,quia d.l.1.hoc non dicit, quia ibi ponitur genus pro geniculo,non pro collectione multitudinis,maxime,in statutis & decretis seu ordinationibus punientibus facientes congregationem,vt l.2.ibi Bal. in versic.collegerit.C.de sedi.de quo statim dicam,†& quod quatuor homines non dicantur multitudo,adducit tex.in l.fi.C.de testamēt. ideo, secundum ipsum, quatuor,aut quinque congregantes se ad malefactores puniendos non incidunt in pœnam statuti congregationes prohibentis, ideo Bituriges qui pastorellos de quibus dictum est supra,occiderūt,non tenentur,licet sine auct.princ.se congregauerint.faciunt no. in l.fi Barsatoram. C.de fideiuss.& quæ dixi in §.19.de iur.om.iudi. & idem secundū Bal.in d.consi.186.si conuocauerint amicos beneuolos ad extirpandas istas bestias condemnatas quæ regioni nocent,vt no.in l.3.§.cum igitur.ff.de vi & vi arma.sicut enim ad tuitionem rerum licet congregare amicos,vt ibi cum not.in l.1. C. vnde vi.multomagis ad tuitionem publicam, & idem tenet Bar.in suo trac.de Guelphis & Gibellinis.in 3.princ.q.& dico quod debet relinqui arbitrio iudicantis,quot homines faciāt congregationem.secundum gl.& Doct.in c.latores.de cler.ex cō.ministrā.& in c.disciplina.45.di.& Fel.in c.dilectus,in 2.colum.in fi.de simo.

3 †Sed decem homines bene faciunt populum. vt no.in d.c. 1.& alijs iuribus supra alleg.gl. & Io.Fab.in § si grex.instit. de lega.& Bald.in d.l.1.§.huius. colum.3. vbi dicit quod facile fit turba coadunata,idest decem hominibus vel plurib⁹ ad idē flagitium committendum.nam turba a turbo dicta est ex genere tumultus.l.prætor. ff.vi bo.rapt.sicut dicitur tēpus turbatum,quando est inuolutum,& aer commixtus.& turbare idē est quod confundere,vel inquietare,vel imbrigare,l.j.§.fi.ff.de ser.corrup.& per Bart.in ti.qui sint rebelles.in verbo,rebellis, & in verbo tenere.

habet,& tūc Moyses,& Aaron orauerūt pro populo,& exaudiuit dominus clamorem populi.vel secundum Bal.quando est inimicitia priuata.non præsumitur talia fieri contra principem vel rempublicam,sed solummodovt priuatus a priuato se defendat. tex.est celebris in l.si quis ingenuam. §. in ciuib. ff.de cap.licet ipse idem Bal.teneat contrarium post Innocen.
3 in c.1.de offi.deleg.sed Bar.†tenet primum,quod priuata inimicitia excusat a pœna rebellionis,in l.hostes.de cap.cuius sē tentia videtur humanior,secundum Marti.Lau. in trac.de crimi.læsæ maiest.§.21. & hoc fere natura inductum est.Quia,vt ait Aristo.congregat separatiss.mos communis timor, vnde secundum Bal.in d.consi.130 hæc consue.inoleuit,vt de pace iur.fi.§.conuenticulas. cū ibi no.quia si quis vult diuidere aliquam cognationem,debet ei resisti saltem consulendo.l.possessionem.C.communia vtriusque iud. Nam qua mente aliquid fiat,animaduerti conuenit.alle.tex.in l.ex charitate amicitiæ.ff.ad exhiben.quam non inueni ibi,quia amicus amico vult bona.l.offi.C.de neg.gest.& d.l.3.§.cum igitur,de vi & vi arm.& Hester.v.vbi Aman reuersus ad domum, conuocauit ad se amicos,ex eo quod Mardocheus sedens ei non assurgit. & etiam habetur Lucæ.15.vbi dominus qui ouem perdiderat & inueniens conuocauit amicos & vicinos,.& 2.Machabe.7. c.vbi Iudas Machabeus & qui cum illo erant conuocauerūt cognatos & amicos.&c.& idem tenet Car.Alexan.in d.§.conuenticulas.colum.2.ver.vnde si aliquis &c. de pace iurament. firman.& per prædicta, & alia per ipsum Bald. adducta in dicto consi.130.decidit †quod stante cōstitutione & decreto domini,disponente quod nullus audeat vel præsumat palam vel secrete,directe vel indirecte vel aliquo quæsito colore contra
4 here & fabricare,nec modo aliquo celebrare adinuicem aliquam ligam,vnionem,confederationem,sectam vel conuenticulam,nec vllam conuersationem,vel conspirationem sub pœna ęris, & personæ eiusdem domini arbitrio imponenda &c.quod si aliqui,ne eorum amici de stirpe domus diuidantur inter se ad instantiam quorundam, accesserint ad quendā locum vbi plurimos conuocauerint & congregauerint, qui inter eos hæc verba habuerunt & protulerunt.Amici vos cognoscitis & nos cognoscimus instigationes & astutias illorū de Gambarinis qui volunt vos diuidere, & quia virtus vnita fortior est ipsa dispersa,rogamus vos vt eis non credatis, nec aliqualiter adhærere velitis.Quinimmo vestro solito more in defensionibus,& offensionibus,vbi offendere uos velint, esse debeatis in idem, alias in finalem consumptionem faciliter incurrere poteritis &c.quod non debeant puniri, sed eorum pœna est ipsi principi reseruata, qui pro motu animi sui sit declaraturus,cui nihil potest aliud quam persuaderi,quod imponat pœnam pro motu & pietate animi iuxta modicitatē non enormem.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas personarum in delictis puniendis attendi debet.*
2 *Qualitas causæ in puniendis delictis debet considerari.*
3 *Inimicitia priuata excusat a rebellionis pœna.*
4 *Amicos & cognatos conuocare quando sit licitum.*

QVarto iuxta prædicta præmitto, ꝙ in talibus congregationibus puniendis vel remissius cōplectendis, debet considerari qualitas personarum & causæ. l. aut facta. §. causa. & §. perso-
1 na.& ibi per Docto.ff.de pœ.†& de qualitate personæ patet, quia ex personis hominum dicta pensamus.l.1. C. si quis imperato.maledi.& l.famosi.§.i.ff.ad legem iuliam maiesta.& l. fi.ff.de act.& obli.& l.si quis aliquid.§.authores.ibi,pro qualitate dignitatis. ff.de pœ.ideo si probata fuerint aliqua verba contra principem tempore seditionis furore durante, veluti quod se alteri regi.s.Anglię vel Aragon.redderent,si vellet rex noster eos subsidijs opprimere,vel contra consules & cōsiliarios ciuitatum,dicendo quod eos occidere oportebat, & puteum corporibus eorum repleri totum,vt aliqui Agen.dicebant non veniunt in consideratione, quia lubricum linguę ad pœnam facile non trahendū.d.l.j.& d.l.famosi.§.1.& olim Præpositi laborum corrigebant eos qui male loquebantur de principe,vt no.gl.super rubr.C.de prępo.labo. lib.12. tamen si nobiles Burgenses & alii diuites hęc dicerent contra principem,magis essent puniendi quam ciues plebei & pauperes, vt voluit Mar.lauden.in d.tracta.de cri.læsæ maie.§.36.allega. Bal.in l.1.C.de conducto.& procura.lib.11.tamē genus istud maledicendi sub crimine lęsæ maiesta.non comprænditur, vt d.Iuris.& tenet. D.Steph.bnynardus.d.l.quisquis. in 1.not.
2 ver.secundo dictum notabile.†De secundo,scilicet de qualitate causę,patet per tex.in l.mulier. ff. rerum amota.& d.l.2. ff. vi bo.rap.tex.in l.Pomponius.in 2.ff.de neg.gest.& Oldr.in terminis in consi.315.in fi.versi.ex præmissis itaque apparet, & hoc probatur Numeri.20.c.in prin.quod cum populus aqua indigeret,conuenerunt aduersus Moysen & Aaron,& in versi.in seditione dixerunt.Quare nos fecistis ascendere de Egypto,& eduxistis in locum istum pessimum,qui seri non potest, nec gignit,nec vineas nec malogranata,insuper & aquam nō

SVMMARIVM.

1 *Populus quando licite possit se congregare sine superioris,aut suorum iudicum auctoritate.*
2 *Monachi an possint licite iurare se defensuros aduersus quemlibet monasterii bona diripientem.*
3 *Congregationes laicorum an sint licitæ.*
4 *Congregatio licita censetur cuius finis licitus reperitur.*
5 *Guelphis sua permittuntur statuta & Gibellinis sua.*
6 *Seditiosi non dicuntur qui regimen tyrannicum perturbare nituntur.*
7 *Tyrannus in populo sibi subiecto seditiosus est, & ideo expellendus.*

1 QVinto iuxta præmissa† præmitto,an populo licitū sit se congregare sine superioris aut suorū iudicum auctoritate? & videtur quod nō,vt probat.1.Macha.14.ante fi.ibi.ne liceat vlli ex populo & ex sacerdotib. irritū facere aliquid horum, & ꝙ dicere his quę abeo dicuntur,aut cōuocare conuētū in ragione sine ipso,& vestiri purpura. sic & etiam Psal.15.non congregabo conuenticulam eorum.& in aucten.de mand.prin. §. deinde conueniens.& §.deinde competens, coll.3.in l.denunciamus. C.de his qui ad eccle.confug. & tenet Abb.post Host.in d.c.fi. de testi.cogen.& Doct.per illum tex.in l.conuenticulam.C.de episco.& cler.& in d.§.couuenticulas.& Car.Alexand.in ca. illud,col.5.di.23.& ita habetur ī stilo,& libro consue.& ibi,per Aufreri.in ti.quorū cognitio pertinet ad regem, & tenet Io. Faber in l.addictos.C.de epi.audi.& in.l.1.de offic.mili.iudi.& Inno.in cap.significasti,& ibi per Doct. insuper Fel.de offi.de legat.& bo.tex.in auct.vt neque miles neque fœdera. collat.8. & in c.1.& 3.23.q.3.In cōtrarium,quod possit se congregare, voluit gl.in d.§ conuēticulas. vbi dicit,ꝙ de consue. ciuitates, faciunt iuratas cōfœderationes maxime in Italia,& ī ciuitatibus expressis in pace constantiæ,& præcipue si fiat super licito tangente communitatem,vt puta,vt clerici non permittant

episcopo

Digitized by Google

epiſcopo res eccleſiæ alienare, vt tenent Archi. Pet. de Anch. & Phili. Franc. in d. ca. conſtitutionem. de verb. ſig. lib. 6. in illa
a quæſt. an †monachi qui videntes ſuum monaſterium in temporalibus labi. ex dilapidatione abbatis, iurauerunt inſimul ſe iuuare & defendere pro poſſe, tam contra abbatem, quam contra quamcunque aliam perſonam monaſterium deſtruẽtem, dicantur coniuratores a iure reprobati, ubi concludũt, quod ſi ex cauſa de præſenti & communi contra prælatum & ſuperiorem, & quia iam dilapidabat & male tractabat perſonas & bona monaſterij, quod poſſit fieri prædicta conuentio, ſed ſi contra ſuperiorem nihil apparet de præſenti iniuſtũ vel præſumptum, quod tunc non licet ſubdito coniurare vel cõſpirare contra prælatum. per. d. ca conſtitutionem, quia iſtę conuentiones alliciunt ſubditos ad peccandum & ad iurgia, quæ licet per ſe non ſint mala, tamen quia malum ex eis ſeq poteſt reprobantur a iure, vt no. in c. Et ſi Chriſtus. de iureiurando. & tenet Luc. de penna in l. magiſtros. colum. vl. de profeſ. & med. li. 10. & Io. Fab. C. de monopo. & Andr. de Iſern. & Card. Alex. in d. §. conuenticulas. & Docto. in l. per iniquum, C. de iur. om. iud. & Bar. in l. fi. ff. de colle. illic. & Hoſt. in ſum. de iureiuran. §. ſed an ſit licitum. & Bald. in d. conſil. 130. †&
3 ideo iſtæ fraternitates quæ fiunt per laicos, ſiue mares, ſiue mulieres ad bonum, ſunt licitę, de quo per Archid. in cap. ſi deſpicit. diſt. 41. & Fel. poſt Abb. ſicu. in c. accedentes. colum. 1. & 2. de præſcrip. vbi Fel. ponit ſigna cognoſcendi collegia, licita, tamen requiritur quod iſtæ conuenticulæ mercatorũ ſint auctoritate ſuperioris approbatę vel confirmatæ, vt no. Bart. in l. fi. de colleg. illic. & in l. 1. §. 1. ſub prætextu. de extraor. crimi. vbi etiam dicit, quod ſuperior poteſt mandare collegijs, vt portent ſibi ſtatuta collegiorum ſuorum. de quo plene per Card. Alexan. in d. §. conuenticulas. col. 2. vbi ponit regulam, quodomnia collegia, cõgregationes & ſodalitates ſunt pro-
4 hibitę l. j. in princip. ff. de colleg. illicit. †vnde ſecundum eum per finem licitum licita cognoſcitur congregatio, & econtra per finem illicitum, quod ſit illicita. l. ſi a reo. §. fina. ff. de fideiuſſ. & per Ang. in conſ. 376. col. 1. & Lud. de Ro. in conſil. 37. & huiuſmodi confratriæ ſolent de ſtilo Franciæ per ipſum principem approbari. & ita tenet Bonif. de Vitalinis, in trac. maleſi. titu. de colle. illic. vel ſecundum Bart. in trac. de Guelphis & Gibelli. in 3. q. princ. quando congregationes tendunt principaliter ad bonum publicum, vt ciuitas recte & quiete gubernetur, licet tamen nõ poſſint aduerſariis reſiſtere niſi ſub vno partialitatis nomine, vt Guelphorum vel gibellinorum, aut communitatis, tunc licitum eſt communi ſe cõgregare. Et ideo dicit Bal. in l. 2. §. deinde cum eſſet. ff. de ori. iuris. quod plebei poſſunt ſibi facere legem de per ſe. Et magna
5 tes de per ſe. † & ſic ſecundum eum Guelphi poſſunt habere ſua ſtatuta, & Gibellini ſua, & idem dicit Bal. in conſi. 160. in prin. vol. 1. & dixi in trac. de cuſto. clauium porta. fo. 8. colu. 2. Sed quando vna pars non ſolũ vult reſiſtere, ſed vult ponere in adminiſtratione, & regimine alios regẽtes, iſtud eſt ſimpliciter illicitum, vt d. l. 1. de ſedi. & ibi no. per gl. de eo qui volebat deponere poteſtatem, vt dicam. ℣. in ſolu. q. princ. niſi ſecũdum Bart. tales regentes quos volunt deponere, eſſent tyranni, tunc duobus concurrentibus licitum & permiſſum eſt deponere. Primo ſi habendo recurſum ad ſuperiorẽ non poſſit tyrannides deponi ſine magna difficultate. Secũdò, quod ipſi hoc faciant propter vtilitatem publicam, vt ſtatus ciuitatis reſtauretur, ſecus ſi hoc facerent, vt alijs expulſis, nouam tyrannidem innouarent, vt ipſe hoc probat iuribus & dictis sãctorum Doct. vt ibi per eum, tamen iſtis duobus interuenientibus, ſi peruenerint ad actum, ita quod rumor vel tumultus irrepſerat in ciuitate, non incidunt in l. 1. C de ſedi. alleg. Beatum Tho. 2. 2. q. 42. art. 2. & idem Mart. de Laude in tracta. de princ. §. 111. & Ang. de clau. in ſua ſumma, in verbo, ſeditio. in vlti. q. & etiam diuus Anto. in d. ſua ſum. 2. parte. ti. 4. c. 8. §.
6 j. vbi volunt† quod cum regimẽ tyrannicum non ſit iuſtum, quia nõ ordinatur ad bonum commune, ſed ab bonum priuatum regentis vt dicitur. 3. Politi. Ideo perturbatio huiuſmodi regiminis non habet rationem ſeditionis, niſi forte quando ſic perturbatur inordinate tiranni regimen, quod multitudo ſubiecta maius detrimentum patitur perturbatione ſe-
7 quenti quam tyranni regimine. Magis autem tirannus † ſeditioſus in populo ſibi ſubdito ſeditiones & diſcordias nutrit, vt diutius dominari poſſit, & tenet Barto. in tractat. de tyran. & in l. decernimus, & ibi Moder. C. de ſacro. ſanct. eccleſi. & Marti. de Laude. in tracta. de confędera. pace & conuentioñ. princip. §. 14. Vnde Ioiada ſummus ſacerdos, qui cum multitudine armata abſtulit regnum Iuda. ab Athalia, quod ſibi iniuſte vſurpauerat, non fuit ſeditioſus, ſed virtuoſus. 4 Reg. 11. Similiter Aioth & Gedeon auferentes dominia ab oppreſſoribus ſuis. vt in lib. Iudicum habetur.

S V M M A R I V M.

1 *Oppugnans vel prodens propriam ciuitatem vel alium principem ab Imperatore inferiorem, an incidat in crimen læſæ maieſtatis.*
2 *Monetam & imaginem Cæſaris falſificans crimen læſæ maieſtatis incurrit.*
3 *Forenſis licet conſpirationem a populo factam ſciuerit, non tamen punitur & Clericus an poſſit committere crimen maieſt. læſæ.*
4 *Marchio Ferrarienſis iura de crimine læſæ maieſtat. loquentia contra ſuos ſubditos exercet.*
5 *Ciuitas Florentiæ ex priuilegio ſibi indulto regalia habet.*
6 *Crimen læſæ maieſtatis etiam aduerſus dominum ciuitatis committi poteſt.*
7 *Crimen læſæ maieſtatis incurrunt qui cardinales, clericos, vel religioſos inſultant.*
8 *Ciuitates quæ iuis fiſci habere dicantur.*
9 *Crimen læſæ maieſt. committere dicuntur, qui in principem, vel eos qui ad latus eius ſunt, moliuntur.*
10 *Conatus in quibus puniatur criminibus.*
11 *Maieſtas duplex eſt, diuina ſcilicet & humana, & poſtrema hæc triplex reperitur.*
12 *Filii non puniantur ob crimen læſæ maieſta. a parentibus commiſſum.*
13 *Oppugnans ciuitatem imperatori ſubiectam & obedientem in perduellionis crimen incidit. & Inimicos principis ſui in terram intrare permittens, læſæ maieſtatis crimen incurrit.*
14 *Ciues mittentes literas rebellibus ciuitatis, aut aliquod ſignum dantes criminis læſæ maieſt. rei efficiuntur.*
15 *Nuntium vel literas hoſtibus mittens, aut aliud ſignum faciens quo poſſint ciuitatem & eius dominium occupare crimen incurrit maieſtatis læſæ, & Crimen læſæ maieſ. quis proprie dicatur committere. item Perduelles qui dicantur.*
16 *Crimen læſæ maieſt. non committitur vbi ſubtractio non fit a iuriſdictione principis.*
17 *Maieſtas papæ eſt maior imperiali maieſtate. & Rex francorum de iure ſuperiorem nõ recognoſcit. hinc eſt, quod Ciuitatem regi Francorum ſubditam oppugnans reus eſt maieſtatis læſæ.*
18 *Laicus iuramentum violando prophanans quod regi & domino ſuo iurat & peruerſe & doloſe regnum eius tractat, & in mortem ipſius inſidiatur, crimine maieſtatis læſæ irretitur.*
19 *Maieſtas dicitur maior ſtans, ſiue maior poteſtas.*
20 *Crimen maieſt. læſæ an extinguatur morte.*
21 *Confiſcatio quælibet bonorum ad ipſum regem deuenire debet.*
22 *Rex Francorum ſolus in regno ſuo gratiam ſeu remiſsionem concedere poteſt.*
23 *Crimen læſæ maieſt. locum habet contra regem Francię, tamen filii eius, qui crimen commiſit non ſunt infames.*
24 *Princeps occupatori violento ciuitatis vel prouinciæ non poteſt ipſam cõcedere.*

1 PRęſuppono etiam ſexto, †an oppugnãs vel rebellans aut prodens propriam ciuitatem vel alium principem ab imperatore inferiorem recognoſcentem vel non recognoſcentem ſuperiorem incidat in crimen læſæ maieſta. ita quod habeat locum. l. quiſquis. C. ad l. iuliam maieſta. Vel dicatur ſeditionem committere, quæ nõ ſolum contra principem committitur. l. 1. C. de ſediti. ſcilicet etiam contra ciuitates, caſtra, & alia oppida ac loca, vt l. 2. in princ. de ſedi. dum dicit, in nonnullis locis aut ciuitatibus &c. & l. denuntiamus. ibi, collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis vel vici cuiuslibet loci &c. C. de his qui ad ec. confu. & l. 1. ibi, locave occupantur. & l. 3. ff. ad legem iuliam maieſt. & circa hanc. q. gl. & Doct. ſunt varij. Nam glo. in l. fallaciter, §. fin. in verbo, prodita. quam ibi ſequitur Bal. C. de abol. tenet quod committit crimen lęſæ maieſta. & Bal. ibi not. illũ text. in verſi. oppugnata. ad duo. Primo, contra venientes cum vexillis eleuatis hoſtiliter contra ciuitatem. Secundo, contra ꝓditores populi, qui incidunt in crimen læſæ maie. & idem te-
2 nent Bal. in l. ſi quis nummos, C. de falſa monet. †qui dicit, ꝙ qui falſificat monetam & imaginem Cæſaris in derogationẽ ſuæ maieſtatis cõmittit crimen læſę maieſta. & idem dicit in ciuitate iſta, loquẽdo de ciuitate Peruſij, ſi ꝙs ſubditus eiuſdẽ ciuitatis falſaret monetam ipſius. alleg. Pau. de Leaza. in clemen. paſtoralis, de re iud. bene dicit Bal. vbi vult prodere populum, incidit in crimen læſæ maieſtatis. quod dicit eſſe verũ in ſubdito, ſecus in non ſubdito, per tex. ibi, quia nõ committit crimen lęſę maieſta. gl. in d. cle. paſtoralis, in verbo, innuit. quam ibi ſequuntur Doct. idem tenet Egid. Bellamera in cõſil. 15. in 2. q. & Steph. Buinar. in d. l. quiſquis. in 1. no. verſic. 6. addendo prędictis. & Io. Fab. in l. meminiſſe. C. ad leg. iul. maieſt. & Bal. in l. 2. ad fi. C. de vind. manu. Et ideo dicit Angel. in
3 l. frater. ff. de parric. in fin. †quod forenſis qui non eſt de populo, & ſic ius populi non debet tueri, licet ſciat conſpirationẽ, tamen non debet puniri ex hoc quod non reuelauit. & ſingulariter Old. in conſi. 43. colum. 2. verſi. circa. vj. & Marti. lauden. in trac. de crimi. læſæ maieſta. §. 22. & ſic videtur quod clericus non dicitur committere crimen læſæ maieſt. nec habeat

locum

Digitized by Google

locum in eo.l.quiſquis.ad legem iuliam maieſt. vt voluit An dr.Barba.in conſi.21.volùm.3.de quo per Bart.Soci.in conſil. 12.in 3.& 4.q.volum.1.Abb.ſic.in c.at ſi clericiin princ. in fi. de iudi.& tex.in c.ſi quis laicus.22.qō.v.de quo dicam. ℑ.circa fi.q.prin.& ſingulariter Hiero.de tortis in ſuo eleganti conſi. in Florentinos, qui archiepiſcopum Piſarum ſuſpenderunt, edito, quod reperitur inter conſilia do.Ant.de But.vltimum. & per Bald.in conſil.24.volumi.4.incip.quidam plebanus,& Steph.Buinar.in d.l.quiſquis.in 1.no.ver.5. declaratur. & hāc Bal.opi.ſequitur Cœpola in conſi.17.colum.3. verſic.cum er go caſus noſter.dicens in 4.colum.verſic.præterea licet &c.q̄ in Italia eſt talis conſuetudo inter principes etiam recogno-
4 ſcentes ſuperiorem eccleſiam Romanam† vt eſt marchio Fer rarien.qui publicat bona & exercet iura loquentia de crimi. læſæ maieſta.contra ſubditos ſuos ſibi rebelles & proditores. & idem And.Barb.conſuluit pro prædicto marchione Ferra rien.in conſi.50.incip.vbi Chriſtus.colum.12.cum ſeq.verſic. capio primum.volum.4.vbi hanc tenet multum ſingulariter & pro ipſa adduxit tex.in d.c.ſi quis laicus.22.qō.v. per quem tex.probat quod crimen læſæ maieſtat.cōmittit, qui offendit regem aut dominum terræ.& idem tenet Ang. in conſi.357. incip.Dominus Greg.pagnocij &c.qui Gregorius fuit ob cau ſam turbationis ſtatus condemnatus ad mortem, & omnia
5 eius bona confiſcata communitati Florentię,& talis ſenten- tia tenuit de iure,ſecundū eum,† eo quod ciuitas Florētiæ ha bet regalia ex priuilegio ſibi indulto per Cęſarem, quæ ſint regalia,c.j.alias eſſet nulla publicatio,tanquam facta a iudi- dice iuriſdictione carente.l.j.C.de bo.vacā.libr.10. & pariter Odofr.in d.l.2.C.de ſedi.per tex.in d.l.1.ad l.iul.maieſt. & etiā Ang.in tract.malefi.in gl.che hai tradito la patria tua.in 1.q. in ciuitatibus ſuperiorem non recognoſcentibus, quia tales ciuitates æquiparantur ciuitati Romanę,vel principi, vt not. Bar.in l.hoſtes.circa.fi.ff.de capt.Et habebit locum hoc crimē quocunque modo aliquid contra ius fiat,ſicut ſi fieret con- tra ciuitatem Romanam d.l.1.2.3.& 4.& idem tenet ipſe An ge.Are.in §.per cōtrarium, quem legit cum.§.interdum.inſt. de hære.quæ ab inteſt.deferuntur.& idem Pau. de Caſt.in l.3. per illum tex.C.de epi.aud.& hoc quādo per ſeipſas ſe regūt, vt Peruſia & Bononia, etiam ſi ſint alicui ſubditę. & ita dicit ſeruari de facto,quicquid ſit de iure, dicens quod in hac qō. Bal.& Ang.fratres,fuerunt in conſulendo contrarij. & idem
6 tenet Barth.Brixien.in reper.in verbo.maieſtas.† dicens,quod nedum aduerſus reges,ſed etiam aduerſus dominum ciuita- tis committitur crimen læſæ maieſt.alleg.d.l.3.& in hanc par tem videtur inclinare Fely.in c.cum non liceat.colum.6. de p̄ ſcri.& Archi.in c.fœlicis.& ibi Pe.de Anch.in 4.no.de pœnis. lib.6.& Zaba.in d.cle.paſtoralis.in 5.quæſtio.& ibi Ioan. An. & de Imol.& Ioan.Fab.in proęmio.inſti.per tex.in l. non du- bito.ff.de cap.& idem tenuit Odof.in l.fi. in 4.nota. C.de iu re reipu.li.10.vbi dicit,quod reſpu. Romanorum & aliarum ciuitatum in hoc parificantur,quia pariter puniūtur ſeditioſi ſi contra Rom'a.vel aliam ciuitatē.d.l.j.ad l.iul.ma.& d.l.falla citer.& iſtā partē tenet Mart.Lau.in tract.de cri.læ.ma.ī prin. ſi non recognoſcat ſuperiorē,ſed ſi nō recognoſcat,cōmittit crimen læſæ maieſt. l.1. ad l.iul. maieſt.non tamen pœna ex- tenditur ad liberos,ſecundum.d.l.quiſquis.& idem tenet Lu-
7 douic.Bolog.in conſi.75.volens † quod etiam habeat locum contra inſultantes vel delinquentes aduerſus epiſcopos,cardi nales & clericos vel religioſos familiares Papæ & Cardina- lium.de quo per Io.de Ana.in conſi.76.& prædictam ſenten- tiam tenuit Egid.Bellam.in d.conſi.15.in 1.q.ſi ex priuilegio vel permiſſu Imperatoris aut de conſuetudine tanti tempo- ris,de cuius initio non extet memoria, vnus rex haberet ſu- premum dominium,& ſic ab eo appellari non poſſit, tunc contra talem principem crimen lęſę maieſt.committitur,& ibi ita conſuluit pro Ludo.rege Hieruſalem & Siciliæ comi- te Prouinciæ,a quo non appellatur,& eſt ſupremus, licet re- cognoſcat imperatorem ſecundum eum, & ego vidi in Ar- chiuis ciuitatis Aquenſis comitatus Prouinciæ iuramentum fidelitatis ſub ſigillo aureo, & in comitatibus Prouincię & Folcalcherij habet comes iura imperialia ex priuilegio,vt di cit Albe.de Roſa.in prima parte ſtatu.q.165.& iſtam partem
8 tenet ipſe in 3.parte ſtat.q.19.† vbi dicit, quod licet de ſtricto iure ciuitates & regna ius fiſci non habeant,fallit in ciuitati- bus Lombardiæ,quibus propter pacem Conſtantię conceſ- ſum fuit merum & mixtum imperium & regalia, & idem credit in alijs dominis & ciuitatibus habentibus merum im perium ab imperatore.& idem in regno Franciæ, & alijs re- gnis,tamen ſecundum Bar.in rubr.ff.de rerum diuiſio.ciuitas vel dominus non recognoſcens ſuperiorem habet de conſue tudine regalia,& iura fiſcalia,& etiam Mart.lauden. in tract. de prin.§.122.& 187.& idem tenet Guido papæ.in.q.344.vo- lens,quod habeat locum in Delphino &duce Burgundiæ,& etiam Duce Sabaudiæ,licet recognoſcat in ſuperiorem impe ratorem,& ita dicit fuiſſe iudicatum,& in Delphino duce co mite conſanguineis regijs, & in paribus Francię reſpectu ad principem,& per quandam conſequentiam,& non reſpectu ad eos.tenet Stepha.Buy.in d.l.quiſquis.in 3.no. ſed ſm Aegi. in d.conſ.contra aliquem ducem,comitem,vel Baronem Re gni Franciæ,ſed ſolum contra ipſum regē, qui ſupremus eſt dominus in regno,crimen lęſę maieſ.infra regnum commit ti poteſt,quia nullus alius quam rex ſupremus dominus in re gno dici poteſt,ille enim a quo appellatur,ſupremus dici nō poteſt,vt etiam dixi in tract.de cuſto.clauium portarum, & hoc tenet Io.Barberij in viatorio iuris.tit.de crimine lęſæ ma ieſta.in 2.membro.Sed contrarium tenet gl.in d.l.1.ad l.iuliā.
9 maieſta.† quia illi dicuntur committere crimen lęſę maieſt. qui contra principem vel contra eos,qui iuxta latus ſuū ſunt aut contra rempublicam Romanorum moliuntur vt ibi, d.l.quiſquis.Non autem illi qui contra alias ciuitates moliun tur,vt probatur in d.l.fallaciter.in fi.vbi crimen lęſę maieſta. & crimen patrię oppugnatę ponuntur vt ſpecies differentes, ciuitates enim alię ab vrbe Roma fungūtur iure priuatorū.l. eum qui vectigal.ff.de verbo.ſigni.& Bal.in conſi.49. in prin. volum.2.& ſecundum hanc opi.conſuluit Bal.prout refert & ſequitur Nellus de ſancto Geminia.in tracta.bannitorum. in 1.parte,vbi dicit ita vidiſſe per viros magnæ auctoritatis con ſultum,quod pluries in ciuitate Floren. obſeruatum fuit. Et hanc ſimiliter tenent Aug. Ariminen. & Bernardus Landr. in addi.Ang.Are.tra.de malefi.in gl.che hai tradito. Nam ſe- cundum ipſos titulus talis criminis eſt ſeditionis,non perduel lionis vel maieſta.alleg.tex.in d.l.1.de ſedi.& ideo Aug.Arim. dicit gl.in d.l.fallaciter.eſſe falſam.per tex.ibi,in quo ponun- tur caſus ſeparati,ſcilicet demolitio contra patriam,& crimē lęſę maieſta.dictum eſt.l.allega.Bald.in d.conſil.incip. Quam quam allegata ſint multa & plura &c.quod potui inuenire. & Ange.Pau.de Caſt.Alex.& Iaſ.in l.j.§.fin. ff.quod quiſque
10 iur.dum volunt,† quod conatus nō puniatur, niſi in crimine lęſę maie.& in crimine patrię expugnatę,vel turbationis ſta- tus,& Ange.in l.6.ad legem iuliam maieſt.vbi dicit quod eſt ſolum pœna capitalis,per text.in d.l.1.de ſedi.vbi idem teńet per tex.in aucten.de mand.princip.§.fi.& in l.capitalium.§.ſo lent quidem.ff.de pœn.vbi gl.ponit exemplum in Ioſeph de curione Bononienſi,& Bergollo Piſano, qui aduerſus quietē ciuitatum ſuarum ſępe conuenerunt,& populum concitaue runt,& facit ſecundum eum.Ecc.26.c.circa princ.dum dicit, deleturam ciuitatis & collectionē populi &c.& idē vult Bal. in d.l.j.de ſeditio.dum dicit,quod tenens caſtrum rebellatum contra principem debet mori,& Ang.in l.lex.12.tab.in fin.ff. ad legem iuliam.& Ang.in additio.ad Bart.in d.l.j. ad legem
11 iuliam maieſta.& dixi in q.de cuſt.claui.† Nam certum eſt, q̄ duplex eſt maieſtas, diui. & humana.auc.gazaros.C.de hęre. & dicam.ℑ.circa fi.q.prin. Et eſt humana triplex.ſ.imperato- ris,vt in prohe.inſt.ibi,imperatoriam maieſtatem, & etiā re- gia.l.1.C.vt nemo pri.ibi,regię maieſtatis &c.Item populi Ro mani.d.l.1.ad legem iuliam maieſtat. dicitur enim maieſtas, cum loco priuatorum habeātur, vt dictum eſt,ita tenuit Cy. in d.l.quiſquis.quem ibi ſequuntur Ang.&Saly.in j.oppo.vbi dicit Ang.quod hodie de conſuetudine in filiorum & filia- rum perſonis non habet locum,idem dicit in d.l.fallaciter.& in l.vna.colum.2.C.ne ex delic. defunc. & tuba veritatis Bar. in d.l.1.in fi.ad legem iuliam maieſ.vbi dicitquod tenetur ſo- lum lege iulia de vi public.& latius in extrauagan. qui ſint rebelles.in verbo,rebellando.poſt prin. ver. Sed an hoc cōſti tutio habeat locum &c.& hoc per tex.in d.l.ſi quis ingenuā. §.in ciuilibus.ff.de capt.& Ang.in d.l.frater,de parric.& Hip- po.de Marſi.in ſuo ſin.164.ante fi.& Io.de pla.in d.§.j.inſti.de pup.iud.& Petr.de Anch.in d.cle.paſtoralis. verſicul. octauo no.& Cald.in conſi.vlt.ti.de accu.& ſingulariter Ang.in con ſil.223.inc.caſus talis eſt,forti guerra.&c.maxime vt filij non puniantur,ſecundum d.l.quiſquis.& idem Io.Fab.in §. publi-
12 ca.de iud.† vbi dicit quod filij tantum puniuntur in terminis d.l.quisqs.licet alias poſſet dici crimen lęſæ maie. tamen filij non puniuntur.& pulchre & ampliſſime tenet hanc partem illuſtris Doc.Barth.ſoci.in conſi.275.inc.in cauſa fratris And. volum.2.qui dicit hanc eſſe communem,& reſpondet ſingu lariter ad iura in j.parte adducta,volens illud habere locum, etiam ſi tales principes non recognoſcant ſuperiorem ex pri uilegio vel ex conſue.præſcripta,aut ex conceſſione ſuperio- ris, quæ ſingula membra ſeparatim examinat. Idem tenuit Anto.de Bu.in conſi.61.in princip. Quid dicendum,Saly.in d. l.fallaciter. concordat iſtas opinio. videlicet aut patria prodi- tur vel oppugnatur,vt principi vel populo Romano auferā- tur,& tunc procedit opi.glo.in d.l.fallaciter. ſupra primo lo- co relata,quod tunc crimen læſæ maieſtatis committatur,q̄a maieſtas cui debent obedire offenditur,vt d.l.& l.penult.ad l. iuliam maieſta.Aut oppugnatur vel proditur patria aut ciui- tas,ſed non ad finem vt principi auferatur, tunc non com

mit-

Digitized by Google

mittitur crimen læſæ maieſtatis, & ita loquitur gloſſ. in d.l.1. ff. ad le. iuli. maie. s. ſecundo loco adducta, & ſic Saly. tenet q̃ in dubio vel indiſtincte non eſt crimen læſę maieſt. quod cõmittitur contra inferiorem a principe. Et iſta diſtinctio eſt valde ſingularis, quam ſequitur Ioan. de pla. in d. §. 1. in vlt. q. inſt. de pub. iud. & illuſtris Doc. Bar. ſoci. in conſi. 22. colum. 2. ver. ſed hic aduertendum. cum ſeq. vol. j. quia ſecundum eum aut loquimur de his qui oppugnãt per partialitatem, expellẽdo vnam partem aut factionem, eo quod ſunt de alia parte ſeu factione, & introducendo partem ſuam, non tamen occupando dominium ipſius ciuitatis, & tunc non dicitur crimen læſæ maie. committi. & ita loquuntur iura ſecundo loco allegata, quia ſecundum eum Gibellinæ, & Guelphę partes ſunt duę ſectæ ſolum approbatæ pro locis in quibus ſunt. alleg. Bar. in l. ſi quis a filio. § ſi princip. ſed non vbique, & Io. And. in capit. ſtatutum. §. cum vero, in verbo, non audens. de reſcrip. lib. 6. & idem Cardi. Alexan. in d. §. cõuenticulas. col. 3. ver. quæro quid in parte Gibellina, & Guelpha, & dixi ſupra, in proxi. præſuppoſitione.

13 Aut oppugnat ciuitatem Imperio ſubiectam & Imperatori obedientem, illius dominium & iuriſdictionem mixtum & merum Imperium occupando, & talis indubitanter dicitur crimen læſæ maieſt. incurrere, quia qui contra principem arma ſumunt, eum tangere totum videntur. l. vulgaris. in princip. ff. de fur. & ita loquuntur iura ſuperius in prima parte adducta, quia ille dicitur facere p̃ ſtatum principis, qui vult dirigere ſtatum ad aliud regimen, puta regem, vt voluit Bal. in l. j. §. huius ſtudij. colum. 2. in fin. verſicu. & dicitur ſtatus a ſto ſtas. ff. de iuſti. & iure. & Martinus lauden. in d. tract. de crimi. læſæ maieſt §. 12. vel etiam ſi inimicos principis permitteret intrare in territorio vel regno principis. tex. celebris in l. ſi qs barbaris ſcelerata factione. C. de re mili. li. 12. vbi gl. ponit exẽplum de poteſtate caſtri Franci qui permiſit venire Mutinenſes corruptus ab eis. tenet Bal. in l. 1. q. 42. ff. de rerum diuiſio. & Mart. lauden. vbi s. §. 38. quia qui non tenetur ponere fortilicium in manibus inimicorum, tenetur curare, ne per inimicos occupetur, quantum poteſt, vt eleganter dicit Angel. in l. non eſt impoſſibile. in fi. ff. de pac. & Mart. de Laud. in tract. de caſtel. & caſtris. §. 31. & 33. p quo adduco bo. tex. in l. dolo. in princip. ff. ſi ven. nom. in poſ. & ibi gl. ſingula. & dixi in trac. de cuſto. clau. in 3. præſuppoſitione, & pro hac parte facit q̃ dicit Ang. in d. l. j. ad l. iul. maieſt.

14 Nota vt curent & aduertant ciues, vt rebellib. ciuitatis nõ mittant literas, neque aliquod ſignum prębeant eis, per quod ipſi poſſint ſe iuuare contra ciuitatem. Nam contrarium facientes incidunt in maieſtatem, per illum tex. accipiendo, maieſtatem large, vt ipſe dicit, quod dictum adducit Barba. in dicto conſil. 70. contra Salycet. & ego pro Saly. quia Ange. ibi in princip. ſequitur gloſſ. quod non habeat locum in alijs ciuitatibus, & dominis inferioribus a principe, & ſic non eſt veriſimile quod in fin. per dictum ſupra allegat. voluerit contrarium, quia dictum Doctor. debet intelligi ſecundum legem quam allegat. vt dicit Bartolus in l. non ſolum. §. ſi liberationis. ff. de libę. lega. & dixi in addit. ad Mandago. de ele. in 1. addi. ſed dictum Ange. in d. l. 1. ad legem iuliam maieſtat. & etiam opi. Saly. probatur per tex. ibi, qui ve hoſtibus populi Romani nuntium, literasve miſerit, ſignumve dederit, feceritve. dolo malo quo hoſtes populi Romani conſilio adiu
15 uentur aduerſus rempu. qui tex. clare vult, †quod mittens nũtium vel literas, aut ſignum faciẽs hoſtibus, quo poſſint occupare ciuitatem, & dominium illius vſurpare, cõmittit crimẽ læſæ maieſt. ita tenet Mar. de Laud. in d. tract. de cri. læſæ ma. ergo ſequit̃, ſi ad hunc finẽ non fecerit, non incidit in crimẽ lęſę ma. §. 2. vbi dicit quod doloſe mittat. & Ludo. de Ro. in d. conſil. 365. in fi. & Cœpo. in d. conſi. 17. colum. 6. in princip. & Oldra. in d. conſi. 43. in 6. q. vbi dicit, quod ille proprie dicitur crimen lęſæ maieſtatis committere, qui iuriſdictioni & poteſtati Imperij ſuppoſitus, ab obedientia ſe realiter ſubtrahens, hoſtis animum aſſumit, & ſe domino ſuo aduerſarium parat. & ideo tales perduelles vocantur, ideſt perfecte ad duellũ ſiue bellum clãdeſtinum vel publicum parati, & accincti. vnde & tale crimen vocatum eſt crimen perduellionis. l. donationes. §. fi. ff. de dona. & §. per contrarium. inſt. de hæredi. quæ abinteſta. defe. & l. cum filius. §. reis. ff. de le. 2. idem tenuit Bal. in ti. qui ſint rebelles. in ver. tenore. & Mar. lau. vbi ſupra. §. 26.
16 facit. l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. † vbi ergo nõ eſt ſubtractio a iuriſd. pote. princ. non eſt crimen lęſæ maieſtatis ſecundum eum. In hoc articulo, ego, ſaluo ſemper ſaniore iudicio, hanc vltimam partem tanquam in iure veriſſimam, in conſulendo & in iudicando firmiter tenendam cenſeo & ſequor, quod contra rebellem & proditorem Ducum, Marchionum, Comitum, & aliorum dominorum temporalium ac ciuitatum ſuperiorum recognoſcentium pœna l. qſ quis. ad legem iuliam maieſta. Non habeat locum, quo ad bona & perſonas liberorum, ſed ſolum pœna erit capitalis, per d. l. j. de ſeditio. niſi proditio fieret cum armis, tũc propter vim publicam bona veniunt publicanda, vt j. dicam in ſolutione. q. qua pœna puniantur ſeditioſi, iſto in caſu filij nõ erunt incapaces, nec ſecundum. d. l. quiſquis. quia indicens taliter bellum, non dicitur committere crimen læſæ maieſta. l. hoſtes. ff. de capt. vt voluit Oldra. in dicto conſ. 43. in 6. quæſ. & iſtam partem tenet Alber. de Rota. in d. l. quiſquis. Secus vero eſt quando fit rebellio contra propriam perſonam ipſius
17 Imperatoris. d. l. quiſquis. †Idem ſi conſpiretur contra Papam c. in primis. in fi. 2. quæſt. j. Cuius maieſtas maior eſt Imperiali. c. ſolitæ. de maio. & obedien. aut rebellio fiat in perſonam ſupremi domini noſtri regis, qui de iure non recognoſcit ſuperiorem. cap. per venerabilem. §. inſuper, qui filij ſint legitimi, & ibi per Innoc. & Modernio. & dixi de auc. magni cõtilij, & parlamentorum regni. Aut etiam contra eos qui iuxta latus eorum ſunt, vel ſi oppugnatur. aliqua ciuitas eis ſubdita ad finem vt eis auferatur, & tunc habet locum pœna dictæ l. quiſquis. vt tenet ibi Cy. & Stepha. Buynar. in tertio notabili, & idem dicit ſi contra Auguſtum committeretur, per illum tex. & ſemel vidi in magno conſilio, ſcilicet Anno quingenteſimo octauo ſupra mille proceſſum in crimine læſæ maieſt. per ſummum pontificem Iulium ſecundum, motum contra illos de Bẽtiuolis, ex eo quo præfati de Bentiuolis dominium ciuitatis Bononiæ ſibi occupabant, qui tandem fuit per cõſilium remiſſus perficiendus determinandus coram certis nõ ſuſpectis iudicibus per ipſum papam deputandis. & hanc concluſionem probo per tex. in d. c. ſi quis, laicus. 22. quæſtione. 5. de quo fecit feſtum Barb. in dicto conſilio 70. ſupra in prima
18 parte alleg. Nam tex. dicit. †Si quis laicus iuramentum violãdo prophanat, quod Regi & domino ſuo iurat, & poſtea per uerſe & doloſe eius Regnum tractauerit, & in mortem ipſius aliquo machinamento inſidiatur &c. & ſic copulatiue loquitur, non ſolum quando prodit Regnum, ſed & in mortem ipſius Regis inſidiatus eſt. Non enim videtur habere locum in alio domino terræ a principe inferiore, nec eſt ſub correctione mens illius literæ. & ita tenet Oldr. in dicto conſilio qua-
19 drageſimo tertio. in 6. quæſtio. vbi vult †quod maieſtas dicitur maior ſtãs ſiue maior poteſtas, arguendo ab etymologia vocabuli. l. decernimus. C. de epiſcopis & clericis. & l. tugurii. ff. de verborum ſignificatio. l. prima. ff. de acquirenda poſſeſſio. l. finali. ff. ad munic. & omnes poſt Bart. in l. prima. ff. ſolut. matrimonio, ſed crimen læſæ maieſt. non committitur niſi cum læditur maior poteſtas, ſed in inferiore nulla eſt poteſtas in læſo reſpectu lædentis, loquendo de poteſtate, prout accipit lex, poteſtatis. ff. de verbo. ſig.

Poſito etiam quod talis rebellis teneat ab eodem inferiore domino feudum, quia ſecundum Oldra. illud non dat domino imperium in ſuum vaſallum. Eſt enim quidam contractus in quo quis alteri obligatur, vt de noua forma fideli. cũ alijs per eum allega. vbi conſuluit pro quodam rege qui auxilium præbuerat aliquibus contra imperatorem, concludendo quod ille Rex non commiſit crimen læſę maieſtat. vt ibi per eum. Et iſtud tenet Bal. in conſi. 60. vol. 2. inci. punctus ſeu
20 facti narratio &c. vbi vult †q̃ crimen læſæ maie. p̃ principẽ vel rempu. Ro. commiſſum, morte nõ extinguitur, ſed bene contra alios principes & ciuitates commiſſum per mortem extinguatur. alleg. l. fi. ff. ad legem iuliam maieſt. idem tenet gl. in d. l. meminiſſe. C. e. tit. Et iſta eſt vera & communis opi. & etiam in non recognoſcentibus ſuperiorem de facto, ex priuilegio vel conſuetudine præſcripta, vt patet per Sc ci. in d. conſ. 375. Quia in delictis mitior & benignior pœna eſt accipienda. l. ĩterpretatione, ff. de pœn. Et in hoc regno Francię ita obſeruatur in iſtis dominis & principibus ab ipſo rege inferioribus, & ipſum recognoſcentibus, ſecundum Albe. de Roſa. in d. q. 19. in ſing. per Egi. de bellamera in d. conſi. 15. & ita reperi in grã di conſuetudinario Franciæ noui ter in vulgari impreſſo. ti. de iuribus rega. colum. 6. verſi. Item la ou vne ville ne obeiſt au Roy. &c. quia ad eũ ſolum ſpectat cognoſcere de crimine lę ſę maieſtatis, prout in d. lib. conſue. eo. tit. fo. v. ver. Itẽ au Roy noſtro ſyre &c. quod de facto fuit iudicatum contra regem
21 Nauarrę. †Et ibi etiam dicitur quod omnis confiſcatio bonorum ſpectat ad ipſum regem, & non ad alium, etiam altum iuſtitiarium, de quo vltimo, an bona publicata ſpectent ad ipſum principem vel ad domi num immediatum, vide Egidium in dicto conſi. 15. in 2. q. & Guidopapæ. in q. 341. et Aufrerium in q. capellę Toloſę. q. 395. & plene per Bar. & omnes Moder. in l. ſi finita. §. ſi de vectigalibus. ff. de damno infect. & Albe. de roſa. in 3. parte q. 7. & Io. Fab. in auct. bona damnatorum. C. de bonis dam. & Spec. ti. de feu. verſ. 40. & quid de bonis cler. vide quę dixi in §. 10. de iuriſ. omnium iud. & Fel. in c. excommunicamus. in princ. de hære. & Stepha. buynar. in d. l. qſquis. in 4. not. ver. 3. procedit. cum ver. ſequen. quia in hoc regno ſolum contra ipſum regem, & non contra alios princi-

pes

Digitized by Google

pes sibi subditos, crimẽ lęsę maie. committitur, vt supra dictũ est. Præterea habet solus cognitionem quo ad portionem armorum, si fiat publice cum multitudine gentium, vel in icineribus publicis, quia ipse solus prohibet vsum armorum, ideo solus offenditur, vt uidere licet in stilo parlamenti, in prima
22 parte. titu. de iurib. reg. & ibi per Aufrerium. † & pariter nullus princeps præter ipsum in regno potest gratiam & remissionẽ criminosis facere, cum solum ad supremum dominum illud spectet. l. 3. C. de epis. audi. & l. fi. C. de senten. passis, & l. fi. C. de genera. abolit. & tenet Signo. de homodeis in consil. clv. colũ. secunda. versicu. præterea non est nouum quod princeps &c. & etiam reappellare deportatos ad ciuitatem. l. relegati. in fi. ff. de pœ. nisi inferior ex causa faceret. l. is qui reus. per gloss. & Bar. ff. de pub. iud. & Ange. in l. si decesserit. ff. qui satisda. cogantur. & in l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. faciunt not. per Bald. in l. prima, C. de iure aureo. annulo. qui possit reseruata principi. sed hic nullo modo possunt etiam ex causa. & per Fely. in sermone, hodie mecum eris &c. & istam partem tenuit domi. Gulliel. domini Accusarij in quadam q. per eum disputata incip. quidam Albertus arminxij. &c. secundum Alberi. de Rosat. in dicta quęstio. 19. quę de iure communi, & etiam diuino procedit vt ibi. † Et licet in hoc regno habeat locum crimen læsæ
23 maiesta. contra principem nostrum supremum, vt dictum est. tamen pęna dictę. l. quisquis. quo ad filios, incapacitatem seu inhabilitatem ipsorum, non habet locum quin possint succedere, & capere eis relicta in testamento suorum parentum, aliorum, & etiam ab intestato, nec efficiuntur infames, sed ad honores possunt promoueri, sed habet locum quo ad pœnã corporalem & confiscationem bonorum omnium, quia cõsuetudo est generalis in hoc secundum Ange. in d. l. quisquis, vt s. dictum. Si alii domini & principes cõtrariam habeãt cõsuetudinem, ego me remitto consuetudini, & conscientiæ eorum & suorum consiliariorum. & etiam de iure d. l. quisquis. loquitur in filijs in potestate constitutis, & non in emancipatis vt voluit August. Arimin. in additio. ad Angel. Aret. in tracta. male. in gl. che hai tradito. versic. matrem. per glos. in cap. si quis. ó. quæstio. prima, quam non inueni. volens plus Aug. ibi quod pœna. d. l. quisquis. nõ habeat locum si filii sint clerici. per gl. in cap. satis peruersum. lvj. distin. non priuantur beneficijs, & tenet Mart. de crimine læsæ maiestatis. §. 31. de quo plene dixi in addit. ad Dyn. in regu. non debet aliquis alterius
24 odio pręgrauari. de regu. iur. lib. 6. † & no. quod violento occupatori ciuitatis vel prouinciæ, princeps non potest concedere ciuitatem vel prouinciam violenter occupatam. l. meminerint. C. vnde vi. & ibi Bart. nisi ex causa vera & iusta princeps faceret concessionem, non obstante dicta violentia. l. lucius, ff. de euictione. & tenet Martin. Lauden. in d. tractat. de princip. §. 12.

SVMMARIVM.

1 *Seditio est crimen graue & enorme.*
2 *Appellatio & si per iudicem, a quo non admittatur, tamen executio differri debet.*
3 *Iudex vnius ciuitatis non potest cognoscere de seditione facta in alia, & Delictum vniuersitatis nisi notorium & famosum esse potest.*
4 *Delictum per. x. homines commissum potest dici notorium.*
5 *Consultor non tenetur si per viam iustitiæ procedatur.*
6 *Vniuersitas vel populus seditionem vel tumultum faciens qualiter puniri debeat. & Vniuersitas delinquere potest in omittendo.*
7 *Vniuersitas qualiter in committendo delinquere possit.*
8 *Sindicus vniuersitatis quando legitime censeatur ordinatus.*
9 *Deliberatio consilii non requiritur in delicto consistente in ommittendo, & Ciuitas sine deliberatione delictum continuatum committere potest.*
10 *Voluntas & intentio potius factis quam verbis demonstratur.*
11 *Vniuersitati quando possit præiudicare pars maior.*
12 *Vniuersitas ex consilii deliberatione delictum committens an censeatur delinquere.*
13 *Ciuitas an teneatur de delicto consulum.*
14 *Vniuersitas non dicitur delinquere in eo quod a quolibet priuato commitii potest.*
15 *Vniuersitas quæ in faciendo deliquit an possit criminaliter puniri.*
16 *Pœna quæ infligi possit pro delicto vniuersitatis.*
17 *Ciuitas priuatur priuilegio episcopali ob delictum homicidii.*
18 *Inquisitio facilius fit contra vniuersitatem quam contra personas singulares.*
19 *Ciuitas tota ob hæresis crimen potest comburi.*
20 *Punitio temporalis vni quandoque infligitur ob delictum alterius, scilicet non spiritualis seu æterna, & Ciues omnes puniuntur ob iudicis delictum.*
21 *Vniuersitas decapitari non potest.*
22 *Vniuersitas nil aliud est ab hominibus ipsam repræsentantibus.*
23 *Vniuersitas vere dicitur deliquisse in his qui reperiuntur consensisse delicto.*
24 *Multitudo delinquentium est causa rigoris iuris relaxandi. & papa non potest omnes clericos vel episcopos priuare.*
25 *Multitudini in septem casibus non parcitur. & Multitudini in delicto maximo non parcitur, nec etiam multitudini religiosorum.*
26 *Multitudini non parcitur in delicto committendo, licet bene in commisso.*
27 *Vniuersitas illa puniri potest ob delictum in qua infantes, aut personæ similes non reperiuntur.*
28 *Seditiosi qua sint pœna afficiendi.*
29 *Seditiosi ædes alienas expilantes capite plectuntur.*
30 *Bona damnatorum hodie non sunt publicanda, nisi in crimine læsæ maiestatis, & Deportatio nil aliud est quam omnium bonorum publicatio.*
31 *Bona damnatorum non censentur confiscata nisi hoc expresse in sententia dicatur.*
32 *Seditiosi derobatores puniuntur per. l. si quando. C. vnde vi.*
33 *Seditiosi ex proposito, dolo, & conspiratione machinata mouentes, pro dignitatis qualitate sunt puniendi.*
34 *Dictio studiose, in delictis malum animum significat.*
35 *Seditiosi mori debent si seditio inualuit cruenta. & factio prærupta.*
36 *Offendere personam publicam grauius est quam priuatam.*
37 *Delictum coram indice pro tribunali sedente commissum, nullam probationem aliam exigit.*
38 *Authores seditionis sunt capite puniendi.*
39 *Præparamenta ad aliquid faciendum sufficere dicuntur vt ipsum factum censeatur.*
40 *Procedere in delicto quid sit, & quid ipsum consummare.*
41 *Tractatus solus etiam in atrocissimis non est puniendus.*
42 *Conatus solus in quibus criminibus puniatur, nullo etiam effectu sequuto.*
43 *Turba non punitur, sed bene quod in turba perpetratur.*
44 *Seditio iustitiæ opponitur, & communi bono.*
45 *Seditio Chore qualis fuerit, & qualiter perierint qui in seditione fuerunt.*
46 *Plaga in Israel cessauit Moyse & Aaron pro populo orantibus.*
47 *Seditiosis toto conatu resistere licet etiam eos occidendo.*
48 *Consulatum sibi propter suam nobilitatem vsurpare volentes sunt fustigandi, & postulatis priuandi.*
49 *Agenenses seditioni de quibus arguantur.*
50 *Personæ honestæ non sunt fustigandæ, sed viles bene.*
51 *Lapidem iaciens ex lasciuia, si aliquem interfecerit, mitius puniri debet.*
52 *Tumultu per accidens incidente, pœna pecuniaria locum habet, & nõ corporalis.*
53 *Aurelianenses clamantes aduersus scholares, moriantur, vel occidantur, pecuniaria pœna multati sunt.*
54 *Malitia crescente, debet etiam pœna augeri.*
55 *Seditiosi vtcunque sunt excusandi, si magistratus aut consulum auctoritate seditionem fecerint.*
56 *Clerici in episcopum proprium seditiosi, depositi traduntur curiæ seculari, & Extrahentes aliquem de ecclesia crimen læsæ maiestatis incurrunt.*
57 *Maiestatem celestem offendentes grauius puniuntur quam qui temporalem.*
58 *Pœna extrahentium aliquem de ecclesia qualis sit hodie de iure canonico.*
59 *Mulieres tempore guerræ possunt ciuitatem tueri, & defendere, vbi nota quod Carcassona ciuitas a Carcassa vetula dicta est, quod sola eam ciuitem defenderit.*
60 *Mulieres possunt crimen læsæ maie. incurrere.*
61 *Milites ex proposito & dolose seditionem facientes in exercitu belli debẽt capite plecti.*
62 *Patrem velle filium mori non est verisimile.*
63 *Miles qui per lasciuiam aliquibus rixantibus seditionem fecerit militiæ gradu priuari debet.*
64 *Pugilum fortitudo clamoribus incitatur, & sermo imperatoris paratas ad prælium acies acutosque mucrones accendit.*

Septimo & vltimo pręsuppono,

qualiter contra seditiosos & conspiratores & similes sit procedendum, Et quomodo probetur rebellio & seditio? vide Ange. are. in d. tracta. malefi. in glos. che hai tradito. in princi.
1 † vbi dicit, quod quamuis istud crimen sit enorme & graue, vt probatur in passione dominica. Lu. 23. vbi iudęi accusabãt Iesum Christum benedictum dicentes. Hunc inuenimus subuertentem gentem nostram &c. & ibi sequitur, at illi inuale scebant dicentes, commouit populum, docens per vniuersã Iudęam, incipiens a Galilea vsque hunc, &c. Sic etiam diuũ Paulum vt Actuum. 24. Inuenimus hunc hominem pestiferum & concitantem seditiones omnibus Iudęis in vniuerso orbe, & authorem seditionis sectæ Nazarenorum &c. ita qđ appellari non potest. l. constitutiones. & ibi Bar. Ange. Aret. & Mod. ff. de app. & Alex. in addi. ad Bar. in d. l. si qs a filio. §. hi autem

autem.de iniu.rup.teſta.& in l.Pantonius.§.rei perduellionis. ff.de acqu.hære.& Io.An.Arch.& ſequa.in c.fœlicis.de pœ.li-
2 6.†licet ſecundū Bar.in l.1.ff.de of.eius cui man.eſt iuriſ.appel latio per iudicem tenet.Alexā.in d.§.hi autem.& Marti. laud. in d.tract.de crimi.læſæ maieſta.§.7. tamen procedi nō poteſt ad torturam, niſi præcedentibus indicijs & alijs præſumptionibus per tex.gl.Cy.Bar.Bal.& Ang.& Saly.in l. ſi quis alicui, C.ad legem iuliam maieſtatis.& ipſis præcedentib.omnis poteſt torqueri nullo priuilegio obſtante, ſiue ſit miles armatæ vel cęleſtis militiæ,ſiue doctor.ca.1.de depoſito.& Barb.in cō ſil.43.colum.4.verſ.& ſi quiſpiam.li.1.& tex.in l.nullus.& ibi omnes.C.ad legem iuliam maieſtatis, & contra ſeditioſos ꝓceditur per viam inquiſitionis,vt in aucten.de princ.§.fi.& ibi Ange.pro hoc alleg.l.1.in fi.C.de abol.& aduertendum eſt ſe
3 cundum Ange.ibi,†quod de hoc crimine ſeditionis vnius ciuitatis,puta Peruſij,non poteſt cognoſcere iudex Florentiæ, per tex.ibi,quia de ſeditione commiſſa in ciuitate Conſtanti nopoli non poteſt prę ſes prouincię cognoſcere, ſed debet inquirere & inueſtigare diligenter contra facientes ſeditionē, & ipſos ad ciuitatem remittere,quod eſt ſingulare, quia regulariter delictum alibi commiſſum poteſt hic puniri,vt volunt Doc.in l.1.C.vbi de cri.agi opor.& per Bar.in l.ſi cui. §.cū ſacrilegium.ff.de accu. & dixi in §.24.in gl.1.de iur.om.iu.li.con ſue.Biturig. Sed facilius inquiritur contra vniuerſitatem, quā contra ſingulares perſonas,quia delictum magnæ vniuerſitatis non poteſt eſſe niſi notorium & famoſum.l.iuſtiſſimos.C. de offi.rec.prouin.& tenet Alexan.in addi.ad Bart.in l.aut facta.§.nonnunquam,de pœ.Et hoc verum ſecundum Barto. ibi,ſi vniuerſitas delinquit, vt vniuerſitas, quia propoſito & deliberato conſilio hoc fecit,vt ꝯ.dicam,ſecus ſi non propoſito & deliberato conſilio,quia tunc debet inquiri cōtra ſingulos atque ſingula.Pau.de Ca.in d.conſi.ccccxv.vol.vj.verſi. ſecunda pars verborum.vol.antiq.vbi conſuluit pro communitate Ianuenſium,quæ tunc tranſtulerat dominium ciuitatis Ianuæ in regem Franciæ,vt ipſe refert ibi.colum. 7.verſicu. nunc ad propoſitum.& idem tenet Pau.de Caſt.in conſi.105. incip.in cauſa Sforcij.vel nouo.Ideo dicit Bal.in l.j.§. fin.ff.de
4 iuſt.& iur.†quod delictum quod fit per decem homines, vel ſupra eſt notorium,vnde ſecundum Bar.in ſuo tract. de Guelphis.in 4.prin.quęſt.quis poteſt probari eſſe de factione Gibellinorum vel Guelphorum,vel illis adhærere, quando expreſſe dicit ſe eſſe illius factionis,quod ſufficit,nemo enim videtur dicere quod mente nō cogitauerit.l.Labeo.ff.de ſupell. le.vel quia illi parti fauebat in conſilijs, & in armis,ac in aliis factis.Et hoc intelligit in factis volūtarijs,put faciebat nobilis, vir, & eques veteranus Bertrādus de forces eiuſdem loci dñs, q in conſilijs,& alijs fauebat cōitati ſeditioſę Agenenſi, & ꝓ ipſa vniuerſitate iuit erga Chriſtianiſſimū regem noſtrum,et pro hoc tex.in d.l.j.de ſeditio.ibi,publicam diſciplinam defendere fortaſſe tentauerint &c.quod exponit Ioan.Faber ibi,de
5 facto,& non de iure,vt ꝯ.dicam.†Quia vbi proceditur per viā iuſtitiæ, aduocatus cōſulendo iure aut plebiſcitādo,non tenetur,ideo dominus Nico.Bertrandi iuris vtriuſque Docto.qui fuit aduocatus pro dicta communitate coram nobis commiſſariis ante dictis teneri non poteſt de conſilio. & etiā ſtatim dimiſit illos.Ideo eſt intelligēdum de conſilio fraudulēto circa ſeditionem faciendam,aut poſt factam & commiſſam,defendendo verbo & facto.l.conſilij non fraudulenti.ff.de re iudi.& in regula nullus ex conſi.& ibi dixi poſt Dy.eo.lib. 6. bo. eſt tex.in l.aut facta.in prin.ibi,conſilia vt coniurationes.&c. ff.de pœ.& Collect.in c.nuper.& ibi per Do. Celſum Hug.in addi.de ſen.excommu.& in cap.ſane.de renun.& tractatus & conſpiratio per complices & ſocios criminis poteſt probari, vt no.Bal.in l.quoniam liberi.C.de teſti.maxime quæ fit contra principem,tenet Mar.Lauden.in d.tracta.de crimine læſæ maieſtatis §.8.volens ibi in §.11.quod contra notoriæ tenentes ciuitates eccleſiæ Romanæ, ſine citatione proceditur ad ſententiam.alleg.Bald.in proę.feudo.Et laicus contra clericū in crimine læſæ maieſt.poteſt teſtificari,vt tenet gl. in c. cū. p. Manconella.de acc.& Mar.vbi ſ.§.27. de quo per omnes in d. c.cum.p.Manconel.
6 His præſuppoſitis venio ad ſolutionem.q.† qua pœna de iu.puniatur populus,collegium,capitulum,vel vniuerſitas ſeditionem,rebellionem & tumultum faciens, aut aliud delictum committens,circa quam Doc.ꝯ.allegandi mouent plures quæſtiones,quas omnes per vnam claram diſtinctionem & breuem,omiſſis,argum.compræhendam.Ideo, aut agitur de ſeditione facta in ciuitate, aut in acie & bello.Si in ciuitate,tunc aut vniuerſitas delictum committit in ommittendo, aut in faciendo. Si in omittendo, & tunc vniuerſitas poteſt vere & proprie delinquere.vt tenet Cy.in l. ſi quis in tantam. colum.3.ver.ſed pone iuxta hoc.C.vnde vi. vbi mouet iſtam quæſtio.& etiam Bar.in l.aut facta.§.nonnumquam,ff.de pœnis.& Saly.in d.l.1.C.de ſedi.in 1.q.& 2.& Ant.de But.Abb.ſicu.in c.dilectus.in 2.colum.pen.& ibi Io.de Ana.colum.3.de ſimo.& ſecundum ipſos punitur totum collegiū ſeu vniuerſitas,licet ſecundum Saly.nulla conuocatio & conſilij deliberatio fuerit facta,vt l.iubemus nullam nauem.C.de ſac.eccle.& ratio eſt,quia licet negligentia regentium vniuerſitatē hoc contingat,tamen ipſa vniuerſitas dicitur negligere, vt d. l.iubemus,& negligentia illorum quibus mandatur non excu
7 ſat mandantem.l.procurator.§ ſi tutores.in fin.ff.manda.† Si vero in faciendo & committendo, & tunc, aut per modum vniuerſi,vt quia populus & vniuerſitas ꝙocata extitit perſonum campanæ vel tubæ, vel alio ſimili ſigno more ſolito.l. 2.iuncta glo.C.de decurio.lib.10.& conſil. deliberato ad hoc delictum committendum proceſſit,dicitur delictum committere,aliasvniuerſitas ipſa non dicitur committere,ſed ſingulariter ſing.tex.eſt celebris in l.ſemper.§.ſi in ſepulchro.ff.quod vi aut clam,& hoc eſt quod vult gl.in l.ſi ex dolo.§.1.ff.de dolo.& expreſſe in l.aliud.§.auferatur.ff.de regu.iur.& in l.ſicut, ff.quod cuiuſque vniuer.& Sal.in d.l.1.in 4.q.de ſedi. & Bart. in d.l.aut facta.§.nonnunquam.ver.vlterius quæro. & Ange. in l.metum.§.animaduertendum.ff.quod me.cauſa.& ſingu., Old.in d.conſi.cccxv.& gl.in prag.ſanc.in ti.de numero card'. in verbo ibi,collegialiter.& etiam in ti.de interdi.in princ. in verbo,locorum.& Pau.de Caſt.in conſi.cv.inci.in cā Sfortij, ver.nouorum.& Dyn.in regula delictum perſonæ, & quæ ibi dixi in addi.& poſt me.d.Celſus Hug.de reg.iur.lib.6.& Colle. in c.plerunque,in pe.q.& ibi d.Celſus.de reſcri.& ample Hiero.de tortis in d.conſi.l. in fauorem Florētinorum edito. col. 2.in princ.vbi refert Io.de Ligna.in clem.1.de pœn.ita dixiſſe coram ſummo pontifi.& cardinalibus in ciuitate Bononien ſi.facit tex.& quod nota.ibi Bar.in l.actuarios. C.de numera.
8 & chartul.li.12.†quod ſindicus creatus non congregata vniuerſitate ad ſonum campanæ,vel alio ſigno,vel non congregata in loco vbi alias conſueta fuerat congregari,vel non cōgregata de mandato ſuperioris,prout conſueuerat,non dicit legitime ordinatus,& ita dicit de facto ſe obtinuiſſe, & idem Anto.corſe.in ſingu.conſuetudo.Ita etiam quod ſi omnes ciues velo eleuato,& vexillo erecto,& pulſata p rius campana, iuiſſet ad hoc faciendum,non dicetur vniuerſitas delinquere ſi deliberatio non præceſſerit.Et iſto caſu illi qui conuocauerunt,& eleuauerunt vexillum,& campanam pulſauerunt,dicuntur incitatores perſonarum,& tenētur tanquam ſeditioſi ſecundum Bar.in d.§.nonnunquam.& Saly.in d.l.1. in 3.q. de ſedi.& Abb.ſicu.in cap.dilectus.in q.penulti.& ibi Io.de Ana. colum.5.q.3.& colum.ſeq.verſicu.dicit etiam per not. in capitu.cum omnes,de conſtitu.& idem Fely.in capit. dilectus.colum.vltim.ver.ſexto in quantum & omnes &c. vbi hoc limitat tribus modis.

9 †Primo vt habeat locum in delicto quod conſiſtit in faciēdo, ſecus in omittendo, in quo non requiritur conſilij deliberatio,vt ſ.in primo membro dixi.

Secundo conſiſtit verum in delicto quod non habet tractum ſucceſſiuum, ſicut eſt homicidium, & ſimilia, ſecus ſi eſſet delictum continuatum,vt rebellio,guerra,tolerantia p̄ſidis erga ſubditos opprimentes,vnde in iſtis credit quod ſine deliberatione,& pulſatione campanæ, & congregatione ſolenni,ſi fuerit ab vna vniuerſitate perpetrata,vel ſi fuerit vna ciuitas paſſa per ſubditos perpetrati aliquo tempore,quod vere illud dicatur delictum vniuerſitatis,poſtquam totus populus concurrit,ſecundum Pet. de Anca.in conſi.clviij.incip.ex narratis in facto apparet &c.& in clem.1.poſt Card.ibi 4.q.de
10 pœ.†Satis enim,ſecundum eum,factis ipſis declaratur intentio vniuerſitatis,& euidentius declaratur voluntas hominis factis quam verbis.ca.dilecti filij, de ap.& reprehendenda tu magis es.ff.de inſti.& ſubſti.quod etiam ſequitur Io.de Ana. in d capit. dilectus.colum.v.verſicul. & circa prædicta an & quando eccleſia &c.Et ſic videtur feciſſe communitas Agenenſis, quę die lunæ tertia Iulij contiuando tumultum & ſeditionem nocte præcedente incohatam,pulſare fecit campanas eccleſiarum, & virgas tanquam vexillum anteferri faciebat ad conuentum carmelitarum vſque, vbi ſe congregauit.Ad requiſitionem tamen Domini Dubuſcon volentis ſedare tumultum, & communicato cum eodem Dubuſcon qui nihil potuit proficere,velo eleuato acceſſit ipſa cōmunitas ad domum ciuitatis communem,& poſtea continuauit p menſem & vltra faciendo quietum armis,et alia peregit,prout ſupra narratum eſt,vt in ſententia per dominos mihi collegas lata ad longum inſerta continetur. Sed per hoc dicitur vniuerſitas Agenenſis deliquiſſe. Tum quia totus populus nō occurrit nec hic fecit, quod requirebatur,vt volunt Doc. ſ.alle.licet eſſent mille & plus de plebeis ruſticis et miſerabili
11 busperſonis.‡Tum quia ad hoc vt maior pars poſſit præiudicare vniuerſitati,ſecundum legem quod maior pars.ff.ad muni.requiritur quod illa tendant ad vtilitatem,vel ſaltem non tendant ad damnum.Sed quando tendunt ad damnum & de

lictum

Digitized by Google

lictum,requiritur quod omnes concordent,alias contradictio vnius faceret ne videatur gestum ab ipsa vniuersitate, vt tenet Gui.de cu.in d.l.iubemus.quem ibi sequitur Pau.de Castro colum.2.& Fely.in d.capit.cum omnes.colum.9.versi.in eadem glo.ibi,si sint plures.de consti.& Alex.in d.l.quod maior pars.vbi in fin.dicit quod illa lex non habet locum in criminalibus.alleg.gl.in cap.milites.lvj.distin.Et tenet Bald.in d.l.metum §.animaduertendum.vbi dicit, quod si maior pars canonicorum delinquit,non videntur propterea omnes delinquere,l.1.in prin.ff.de magi.conue.quod not.quia videtur
12 restringere dictum omnium Docto.†volentium vniuersitatem delinquere si ex consilij deliberatione commiserit delictum,sed non facit. Nam istud intelligitur quando maior pars delinquit sine conuocatione & deliberatione precedente,quia vniuersitas tunc non dicitur delinquere, vt supra dictum est.faciunt no.per Abba.in ca.auditis.de elec.& capitu.1.de his quæ fi.a maior.& ideo nos processimus tanquam cõtra singulares & particulares,vt supra dictum est.tertio nisi p coniecturas & actus sequentes detegatur volũtas populi,forte non puniunt,nec in exilium ponunt delinquentes.ita colligitur secundum Fely.ex verbis Cardi.in d.cle.1.in 4.q.de pœ.
13 †Et prædicta conclusio procedit,etiam si consules & officiarij ciuitatis delictum ipsum commiserint,vt voluit Bartol. in d.§.nonnunquam.licet Io.de Ana.in d.capit.dilectus,colum.6.versicu.quarto principaliter.& Cyn. in d.l.iubemus. teneat contrarium,sed opi.Bar.est verior quam tenet Oldr.in d.consil.cccxv.& quod nullo modo dicatur vniuersitas delinquere nisi fecerit de liberationem,vt dictum est,& hoc casu vera est conclusio,quando delictum est commissum circa id quod a sola vniuersitate fieri potuit, puta statuta illicita condendo, vel collectas imponendo, & tunc secundum Bar.in d.§.nõnũ quam.cum priuatus hoc facere non possit,ipsa vniuersitas dicitur vere proprie facere, ĩ qua hoc ius residet.l.omnes populi.ff.de iusti.& iure.& auc.cassa & irrita.C.de sac.sanct.eccles.i. & auc.item nulla communitas.C.de episc.& cler.illud tenet Saly.in l.1.in 4.q.de sedi.& Abba.sicu.in d.capi.dilectus. colũ. penult.& ibi Io.de Ana.colum.3.in fi.qui ambo post Ant. ibi alle.tex.in d.c.grauem.& in c.nouerit.de sententia excommu
14 nica.Idem Maria.soci.in ca.dilectus.†Si vero est commissum circa id quod a quolibet priuato fieri potest,vt est crimen homicidij,rapinę vel violentiæ,aut doli,& tunc secundum Bart. vniuersitas proprie non dicitur illud committere, quia non cadit in vniuersitatem,& ad eorum commixtionem & perpetrationem vna persona exigitur,& pro hoc alleg.d.l. sed si ex dolo, §.i.de dolo.& l.1.§.fin.ff.de acquirend.poss.sed vniuersitas non est vera persona,sed ficta.l.mortuo.ff.de fideiuss.ideo ficte & non vere delinquit,vt ipse probat, & ipsum sequitur Io.Barbe.in suo viatorio,eo tacito.& tenuit Spec.ti.de accus. in fi.& Abb.sicũ d.c.dilectus.col pe.& ibi Io.de Ana.col.4.post princip.Sed Saly. in d.l.1.de sedi. in 3. & 4.q.tenet contrarium circa hoc vltimum,quod vniuersitas vt persona repræsentata dicitur vere facere, quia vniuersitas nihil aliud est quam homines vniuersitatis,sed hoĩes vniuersitatis vere fecerunt,ergo & vniuersitas vere fecit quod homines. Pro hoc alleg.text.in d.l.sempet.§.in sepulchro.& in l.si familia.ff.de iurisd.omniũ iudicum,& hoc dicit esse verum,quando homines vniuersitatis ad hoc faciendum conuenerunt vt vniuersi, vt dictum est,alias si singuli conuenerunt sine deliberatione vniuersitatis,tunc uerum dicit Bar.& istam partem tenuit Albe. de Gãdino in tract.inale.ti.de homi.ver.q.talis est sępe de facto contingit, commune seu vniuersitas &c.

15 †Sed in modo puniendi ipsam vniuersitatẽ quæ delinquit in faciendo,quod puniatur criminaliter,est altercatio nõ modica.Nam Cy.d.l.si quis in tantam.ver.sed pone quod facit homicidium &c.varias refert opiniones,& finaliter concludit, quod teneatur criminaliter, sed alterabitur pœna propter multitudinem,secundum gl.in §.nonnunquam, quia fieret magna hominum strages,& idem tenet Ang.in d.l.si familia. in prima fallentia,sed Inno.in d.c.dilectus.& in d.c.grauem.de sententia excommunica.tenet contrarium,quod vniuersitas non puniat,ne innocentes,vt pupilli,furiosi,& similes personæ,quæ non possunt delinquere puniãtur,sed pęna transmutetur in pœnam pecuniariam, nisi ex delicto aliquid peruenerit ad ipsam vniuersitatem, tunc tenetur.d.l. si ex dolo,§. 1.& hoc tenent omnes.tex.in c.sępe.de resti.spo.& in capitu. quia.v.de iudic.& Paul.de Castro consil.cccxv.colum.2. vel tertio videndum est &c.vsque ad fi.quod est singu. incip.quia scio quod super isto.volumi.antiq.Sed Bar.in d.§.nonnunquã reassumit illas opi.& tandem distinguit.

16 †Aut delicti pęna est realis,aut personalis,primo casu,aut non ęque cadit illa pœna in singulos de vniuersitate sicut in ipsa vniuersitate.exemplum, publicatur res ex delicto, si illa res est vniuersitatis, ipsa vniuersitas punitur.d.l.iubemus. de sacrosanct.eccl.& in hoc conueniunt omnes scriben.in locis supra alleg.& Abba.& Io.de Ana.in d.cap.dilectus.de offi ordi.Aut pœna ęque cadit in singulos,vt pœna certę pecuniæ, vel quantitatis,& tunc dicit.Aut collegium est paruũ, vt est collegium ancianorum,vel capitulum canonicorũ, vel collegiũ Doctorũ.Aut magnum,vt puta ciuitas aut castrũ. Primo casu,ęt non puniatur collegium,sed tantum hi qui consenserunt,per tex.in prin.ff.de magist.conuen. Secundo vero casu quod puniatur vniuersitas, vt d.auct.en.item nulla communitas.§.1.de pace.

Ratio diuersitatis secundum Bar.est,quia in collegio amplo & diffuso,nõ ita de facili cognoscunt dissentientes a consentienbus,seu delinquentes a non delinquentib.sicut in collegio paruo.& idem tenet Abb.sicu.& Io.de Ana.in d.c.dilectus.post Anto.qui ambo alleg.tex.in c.ita nos.25.q.†ubi ciui
17 tas priuatur dignitate episcopali propter delictum homicidii, quod proprie non cadit in vniuersitatem,sed tenetur ex eo quod mandauit,vel ratum habuit.pro quo etiam allegat cap.vbi periculum.§.ciuitas, de elec.lib.6. accedat similis tex. in d.c.fœlicis.§.fi.& ibi Francus in ultimo nota.Sed Saly.in d.l.j.de sedi.dicit quod est truffa,qa ĩfantes, furioli,mulieres,ac multi alij possent discerni,ergo non est bona ratio ĩ casu certi,vt ipsemet Bar.secundum Sali.uidetur fateri dum dicit,ęt si pro pœnam soluendo dẽt collecta imponi, quod non consentientes non tenentur ad contributionem per d.l.1.in prin ci.de magist.conuen.& ideo nõ placet sibi distinctio collegij
18 parui,vel diffusi,vt infra dicam.†Item etiam,quia facilius ingritur contra vniuersitatem,quam cõtra singulares personas, quia delictum magnę vniuersitatis non potest esse nisi notorium,vt dixi in vltima prępositione supra. Sed quando pęna est personalis, & tũc secundum Bar. Aut tale est crimen ęt afficit filium propter patrem,ut crimen lasæ maiestatis.l.quisquis.C.ad legem iuliam maiesta. vel crimen hæresis. c. statutum.de hære.lib.6.& c.fœlicis.de pœ.eo. lib. & tunc vniuersitas vel cõmunitas criminaliter punitur,vt factum fuit de Carthagine,quę passa fuit aratrum.l.si vsusfructus ciuitati,ff.quimo.vsusfami.vbi glo.idem dicit de Troia.vnde Bartol. refert se uidisse quandam sentẽtiam diffinitiuam imperatoris Henri.quam dedit contra ciuitatẽ Brixiæ. quę fuerat sibi rebellis, in qua dicebat illam ciuitatẽ esse subiiciendam aratro, quam pœnam ex misericordia relaxauit.Et etiam dicit Bonifacium Papam ita fecisse propter hęresim quorũdam templariorum quod totum collegium destruere fecit.vnde Fely.in d.capitu. dilectus.colum.penul.ver.secundo inquantum dicunt &c. al-
19 leg.tex.in capitu.si audieris.23.†vbi propter hæresim tota ciuitas potest comburi.& idem tenet Pet.de Anchara.in capitul. Romana.§.vniuersitatem. de sententia excommunication. libro sexto. Et sic bona in communi existentia publicantur, & idem voluit Bar.in ti.qui sint rebelles.in verbo, rebellãdo, colum.vltima,& Abb.sicul.in d.capit.dilectus.colum. penul. Ioan.de Anan.columna 4. dicentes, quod ciuitas Bononiæ etiam fuit prorsus destructa & passa aratrum ex sententia imperatoris,sed post ex indulgentia fuit reędificata,vt legitur in legenda Sancti Ambrosij,vt refert Bar.in procemio. ff.§.hæc tria.Sic etiam secũdum eos,Deus deleuit funditus Sodomam & Gomorram & tres finitimas seu vicinas ciuitates, & tamẽ ibi erant multi & infantes & furiosi qui non poterant delin-
20 quere.†Ex atrocitate ergo delicti sępe unus punitur pro alio temporaliter,non autem spiritualiter. pro quo vide bonam glo.24.quęst.3.in summa.& in §.ecclesia.1.q.4.& sic,secundũ ipsos,in huiusmodi delictis cessant rationes Inn. Et opi.videtur seruari in hoc regno secundum quod reperi scriptum in magno consuetudinario Franc.titu.de iuribus rega.fo.6. ver. Item la ou vne ville ne obeist an Roy,elle doibt estre rasee.Et pro hac opi.facit tex.in l.iudices.C.de naui.lib.11.vbi propter delictum iudicis puniuntur omnes ciues,quem text. inducit Barto.ibi,quod propter denegatam iustitiam a iudice vel rectore loci conceduntur repręsaliæ cõtra omnes ciuitates,tex. cum glo.in cap.dominus noster.23.quæstio.1.idem Ant.cons. in singulari.iudex,immo secundum Innocen.in capi.cum ex iniuncto.de noui oper.nuntiatio.ciuitas potest mori, si princeps eam damnat ad aratrum,& tenet Mar.lauden.in trac.de princip.§.cij. Aut crimen non est tale quod affligatur alius quam committens,vt est homicidium,violentia, vel rapina,
21 & secundum Bar.†cum uniuersitas non habeat caput sed fictum decapitari non potest,sed pœna illa commutabitur in pecuniariam, vt.l. quid ergo. §. pœna grauior. ff.de his qui no.inf.& l.hos accusare,§.omnibus.ff.de accu.& isto casu habebit locum opi.Inno.ne innocentes pro nocentibus puniãtur.& ipsum Barto.sequitur Abb.sic.in d.cap.dilectus colum na.vlti.uer.scilicet in modo puniendi.& etiam Ioan.de Ana. colum.4.Sed prædictam distinctionem reprahendit Salice.in d.l.1.de reditio.dicens,quod siue collegium sit uniuersale, siue particulare,magnum & diffusum, siue paruum, quod solum puniantur qui cõsenserunt,per d.l.j.in prin. de magistra.

conue.

Digitized by Google

conue. Et illius. l. fuit ratio, qa p̃ſentes qui fuerunt maior pars totius, totam vniuerſitatem repꝛeſentant. l. quod maior pars, ff. ad munic. Ergo per eos repræſentata vere facit, vt ſupra dictum eſt. † Cum vniuerſitas nihil aliud ſit, quam homines ipſam repꝛeſentantes, merito lex ipſos ſolum puniri voluit, & dicetur vniuerſitas punita taliter, qualiter fuit repræſentata. Et idem ſecũdum eum, vbi pœna eſt perſonalis eadem ratione, tam in homicidio quã in crimine læſæ maieſtatis, in quo ex patris delicto filij puniuntur, & non alij de genere ſuo. Iõ ciuitas non ſubiicietur aratro ſine principis conſciẽtia, vt voluit ipſemet Bar. in extraua. qui ſint rebel. in verbo, rebellan do. quaſi ad fi. Et iſtam opi. tenuit Gand. in d. ti. de homici. vbi dicit quod auctores & participes homicidij, ſi appareãt, puni ri debent, per tex. in l. quoniam. C. ad legem iuliam, de ui pub. Si vero non appareant, tunc pecuniariter. Sed in hæreſi, bene dicit Bar. ſecundum Saly. quia ſinguli de collegio dicũtur p ec care, merito puniuntur. Scilicet ſi opi. Saly. eſſet vera, fruſtra, quꝛitur an vniuerſitas tractatu p̃cedẽte & cõſilio deliberato deliquerit, ſi ſolũ ſinguli conſentientes tenentur, quemadmo
9 dum ſi ſine conſilij deliberatione deliquiſſent, vt dictum eſt,
23 & ipſemet voluit in d. l. j. de ſedi. in 3. q. † Sed poteſt reſponde ri, quod vniuerſitas tunc vere delinquit, & etiam punitur in illis qui reperientur conſenſiſſe, & culpabiles ipſam vniuerſitatem repræſentantes, cum per deliberationem conſilij vniuerſitas ipſa deliquerit. Et eius opi. eſt ęqua, & multum mihi placet, vt ſtatim dicam. tamen ſecundum Sal. eo in caſu ſi collegium eſſet magnum, ita quod ex præſentium pœna ſequeretur magna ſtrages, tunc principalioribus punitis pœna alio rum in pecuniariam vel aliam commutari debet. ar. l. qui cædem. ff. de ſica. & hoc eſt quod vult dicere gl. in d. l. aut facta. §. nonnunquam. & facit tex. in l. ſi quis aliquid. §. auctores. ff. de pę. & in d. c. dilectus. de ſim. & in l. ſi familia. ff. ſi fami. fur. & c. vt conſtitueret. l. di. ibi, ſed populorum plurimorũ ſtrages deſtrahendum eſt aliquid ſeueritati &c. & Alb. de Roſ. in l. a pro cedente. C. de dila. & Martin. Lauden. in dicto tracta. de prin. §. cxij. & in §. ccxxxv. & no. in c. ſane. de temp. ordi. & ſenꝛit Bart. in ſuo tract. de Guelphis & Gibel. in 4. princ. q. verſ. quid enim
24 ſi una pars erat extra ciuitatem &c. † quia multitudo inducit iudicem ad diſpenſandum contra iuris rigorem, cum ob populum multum crimen pertranſeat inultum. v. diſt. iurib. & c. non poteſt. 23. q. 4. Et etiam propter ſcandalum euitandum, quia ſcandaloſum eſſet totum populum vnius ciuitatis interficere, & depopulare vrbem in detrimentum reipub. cuius intereſt amplam habere ſobolem, ad replendas ciuitates liberis hominibus. l. j. ff. ſol. matri. vnde interrogatus Homerus qđ maximum eſſet ornamentum ciuitatis, pueri (inquit) & turres, per pueros numeroſitatem ſignificans, de quo per Soci. in conſi. cxxxix. colum. 6. ver. vltra oſtenditur. l. 1. & dixi in §. 1. de conſue. iuri. ſtat. perſona. quoniam in lata gente, gloria principis, & diminutione populi, contritio principis denotatur. j. q. 4. c. eccleſia. §. item Dauid, & ideo dicit gl. in c. fi. ix. q. vl. quod Papa nõ poteſt priuare omnes clericos, vel omnes epiſcopos quia vniuerſalem ſtatum eccleſiæ turbaret. Et licet multitudini parcatur, vt dictis iurib. hoc fallit in ſeptem caſibus, ſecun-
25 dum Io. de Ana. & Fely. in d. dilectus. col. 1. † Primo, niſi multitudo defenderet ex quadam auctoritate delictum ſuum, vt tenet gl. in ca. cometſationes. xiiij. diſt. prout feciſſe uidentur ſe diuioſi Agenenſes, qui per plures noctes ibant per portas ciuitatis faciendo guyetum, dicentes quod nullum commiſſariũ auctoritate curiæ ſupremæ Burdegalen. deputatum intra ciuitatem introire ſinerent. Quinimmo eundem in quadam parua nauicula vocata in eorum vulgari, gabarrot, ſine aliquo remo ſupra Baronam ponerent, poſteaque ei dicerent, venitis de Burdegale reuertimini Burdegale. & ab excluſis molendinorum pręcaueatis, & plura verba de quibus in ſententia inſerta ſit aliqua mentio. ratione cuius proceſſimus magis rigoroſe, quia ex quo quis perſeuerat in malitia, grauius puniẽdus eſt quam alius. 1 1. q. 3. cap. præcipue. & 2. q. 4. cap. quanto. & dixi in §. 2 2. de iuriſ. om. iu. Secundo niſi eſſet delictum maximum, vt voluit Arch. in cap. denique. 4. diſt. fac. 2. q. 1. multi. Tertio, niſi eſſet multitudo religioſorũ. vt tenet Hoſ. in c. eaq; de ſtatu mona. Quarto niſi loquamur in pœna ęterna. gl. in
26 d. c. denique. † Quinto, niſi eſſet delictum nõ commiſſum ſed committendum, vt voluit Bar. in d. §. nõnunquam. Sexto, niſi ceſſaret ſcandalum, quia illo ceſſante poteſt puniri. gl. in c. latores. de cleri. excom. mini. Septimo, niſi in multitudine eſſent aliqui principaliores, qui illi poterunt puniri, ſecundum gl. in d. ca latores. vt ſupra dixi. Et iſtas limitationes ponit Domini. poſt Arch. in d. c. denique. & d. c. vt conſtitueretur. l. di. & omnes iſti caſus fallen. reincidunt cum di. Barto. Et quamuis opi. Bar. ſit communis, tamen mihi magis placet opi. Sal. q ſolum conſentientes teneantur, non alii, nec toti ciues qui nõ deliquerunt, qui forte erũt maior pars totius, quia in iptis cõgregationibus conſilij populorum, non ſunt ſenſu carentes vt mulieres, ĩfantes, furioſi, ebetes, & huiuſmodi ſimiles vocati, nec vocari conſueuerunt, ſecundum Ang. in conſi. lxiij. in fi. & in d. §. animaduertendum. & dixi in. §. 10. in gl. 1. ante fi. de conſue. iur. ſtat. perſo. licet tales perſonæ ſequantur alios, qui tamen ignorant quo pacto & animo, aut iure res agatur & fiat. l. 1. C. de fal. mone. l. diuus. ff. de offi. præſi. & l. omnes. C. de pęn. quia peccatum vnius alios prouocat ad peccandũ. 2. q. 7. Paulus. in 1. & c. magnæ. §. j. de voto. ergo iniquum eſſet quod tales perſonæ, quæ non conſenſerunt propter delictum aliorum punirẽtur, hoc voluit Barth. Brix. in c. epiſcopus qui mã
27 cip. 1 2. q. 2. dum dicit, † q illa vniuerſitas poterit criminaliter puniri, in qua non ſunt infantes & ſimiles perſonæ. Et in pœnis mitior pœna eſt amplectenda. l. præſes. ff. de pę. & in regula, in pœnis. de re. iu. & quæ ibi dixi poſt Dy. & ſ. in 6. præſuppoſitione. Et profecto Cy. Inno. & eorum ſequaces videntur habuiſſe bonam & æquam rationem, & ipſos ſequitur Alb. de Roſa. in d. l. aliud. § refertur. qui alle. Gand. in d. ti. de homi. alias ſequeretur quod appellatione perſonę, in odioſis, compræhenderetur vniuerſitas, q̃ no. vt uoluit Io. de Ana. in c. cũ in illis. circa fi. de præben. li. 6. Secus in fauorabilibus, vt ibi p eum, & Car. Alex. in d. §. conuenticulas. in primo no. de pa. te nen. vbi vide. & iſtam opi. tenet Pau. de Caſt. in d. conſil. cv. & Ange. in l. qui cędem. ff. de ſica. qui alleg. Inno. in d. c. grauem. & ſentit Alb. in 2. par. ſtatu. q. lxxi. & q. lxxvij. & facit ecc. 26. vbi dicitur. A tribus timuit cor meum, & quarto, facies mea metuit. Deletum ciuitatis & collectionẽ populi. &c. & in iſtã partem inclinat Boniſa. de vitali. in d. tract. de ſeditio. in fi. & ĩ titu. ad legem iuliam maieſtatis. Si vero p modum particularium & tanquã ſingulares fiat ſeditio, & tunc pœna ſequitur ſuos auctores. l. ſancimus. C. de pœn. & c. quæſiuit. de his quæ
28 fiunt a prælat. † Quia aut cum ſeditione occurrit, & commiſſum eſt aliud delictum, aut non. Si non occurrit aliud delictum, aut eſt facta in ciuitate Romana, & tunc tales committunt crimen læſæ maieſtatis, in qua ſpecie ſunt hi qui fecerunt homines armari cum telis et lapidibus, conueneruntve, vt homines ad ſeditionem conuocentur aduerſus rempublicam, aut quo quis magiſtratus qui Imperium habet, occidatur, & alijs caſibus no. in l. 1. 2. & 3. cum ſeq. ff. ad legem iuliã maie. & per Io. Fab. Ang. Are. & Io. de Pla. in §. 1. inſti. de pub. iud. & hoc tenet Car. Alexand. in d. cap. ſeditionarios. xlvj. di, ſtin. In alijs vero ciuitatibus, qui turbę, ſeditionisve faciendæ conſilium inierunt, & gentem cum armis congregauerunt, vim publicam committunt. l. 1. & 3. in prin. & l. qui dolo. ver. hac. l. tenetur. ff. ad legem iuliam, de vi publi. & l. fina. C. eo. & iſta fuit opi. Bartol. & vera in d. l. j. ad legem iuliam maieſta. vt ſupra dixi, in 6. præſuppoſitione. Quorum pœna eſt mortis. l. 1. C. de ſeditio. ſaltem deportatio cum publicatione bonorum omnium. inſti. de public. iudi. §. item lex iulia. de vi. & ibi Ang. & Docto. ſupra alleg. & l. 1. & 2. C. de vi publi. Et tenet Boniſa. de vitali. in tract. de maleſi. titu. de colleg. illic. verſicul. vnde notandum eſt. & trac. ad legem iuliam de vi publi.
29 † Et ſi in tali turba & ſeditione ædes alienas, aut villas expilla uerint, expugnauerint cum armis, tunc capite puniuntur. l. ſi qui ædes alienas. ff. de vi publi. & Alex. in conſi. cxj. colum. 4. verſi. nec prædictis obſtat. volum. 1. quod fecerunt Agenenſes accipiendo per vim ex archiuis ſtatuta & alia ciuitatis documenta, illaque ad eorum domum portantes. & idem Guido pape in deci. 422. vbi tenet quod qui extrahunt aliquem per vim cum armis de domo ſua (in qua debebat eſſe tutus). l. 1. C. de præto. li. 12. & l. plerique. cum. l. ſeq. ff. de in ius vocã. & l. nemo de domo ſua. ff. de reg. iu. & conſtituerint priſonariũ, quod committunt tria delicta. Primo iniuriam, per dicta iura. Secundo crimen capitale triplici modo, vt ibi per eum.
30 Tertio vim publicam, per iura ſuprallega. † tamen in hoc caſu ſecundum ipſum hodie non publicantur bona, ſed deferuntur aſcendentibus & deſcendentibus, niſi in crimine lę ſę maieſtatis. auc. bona damnatorum. C. de bo. dam. ex quo perdit vitam, aut ciuitatem, vel ſtatum, non perdit bona, vt tenet ibi Bal. & Ang. ſed ſub correctione d. auc. bona damnatorum. non corriguntur iura antiqua in illis caſibus in quibus imponunt pęnam ademptionis bonorum expreſſe & per ſe, & non in conſequentiam alterius pœnæ, vt tenet Petr. de bella Pertica, quem ſequitur Cy. in d. auc. bona. & Bar. in l. j. ff. de bo. dam. vbi iſtã dicit eſſe cõem. ſcilicet pœna. l. iulię de vi pu. eſt deportatio. d. l. qui dolo. §. fi. cum ſua gl. & d. §. item lex iul. ſed deportatio nihil aliud eſt q̃ oĩum bonorũ publicatio. l. 1. §. fi. ff. de fal. & in §. item lex Cornelia in verb. deportatio. inſt. de pu. iud. Tum etiam non hẽt locum d. auct. bona dam. qñ expreſſe per ſententiã bona publicant & fiſco applicantur, vt tenet Ang. Are. in tract. maleſi. in glo. & eius bona publica
31 mus. in prin. † alias ſecundum eum bona regulariter non intelliguntur cõfiſcata, quamuis quis ſit damnatus ad mortem naturalem vel ciuilem. Idem tenet Alb. de gandi. in tit. de bo. maleſiac. in 1. q. ideo iudex debet eſſe cautus, quodin ſnĩa confi ſcet

Digitized by Google

fiſcet & publicet bona deportati, propter opi. euitandas, prout fecimus in ſententia per nos contra ſeditioſos Agenenſes lata, vt infra per tenorem eius appareblt. & ſic ſe habet ſtylus curiarum Franciæ, tamẽ in aliquibus ciuitatibus & locis ſunt conſuetudines & ſtatuta circa publicationem bonorum, vt apud Bituriges, apud quos bona delinquentium pro quocunque crimine, etiam læſæ maieſtatis vel hæreſis, non confiſcantur, ſed remanent eorum parẽtibus, vt dixi plene in §. x. & 12. de iuriſdict. omn. iudi. †Et no. quod contra tales ſeditioſos derobatores habet locum diſpoſitio, l. ſi quando, C. vnde vi. & c. fina. quod met. cauſa, vt tenet Ioan. de Imo. in conſ. 2. & etiam ad omnia reſarciendum damna tenentur, ſecundum Bald. in capitu. primo, §. iniuria. quem ibi ſequitur Card. Alexan. in fi. de pace. iura. fir. Si vero ſine armis, tũc non perdunt omnia bona, ſed tertiam partem, vt dicto, §. item lex Iul. de vi. Et ſi forte banniantur ad tempus, debent ipſis reſeruari, & reuerſis reſtitui bona dimiſſa, ſecundum Odofre. & Albe. de Roſa. in dicta, aucten. bona damnatorum. refert & ſequitur Martin. de Lau. in tracta. de crimine læſæ maieſta. §. quinquageſimo. vel etiam ſi homicidium commiſſum fuerit in ſeditione, quod pariter teneantur de homicidio, vt tenet glo. in l. quoniam multa facinora, C. de vi pu. & ꝓ hoc tex. in d. l. qui dolo. verſic. hac. l. tenentur & qui cõuocatis hominibus vim fecerint quo quis verberetur & pulſetur, etſi neque homo occiſus ſit. &c. & legitur in paſſione dominica, Marci. 13. & Lucæ. 23. de Barraba qui cũ ſeditioſis erat vinctus propter ſeditionem quandam factam in ciuitate & homicidium &c. & ita iudicatum fuit per Carolũ V. contra primum Marcum ſeditioſum, qui a tergo occiderat Ioan. Bailletum eiuſdem Caroli theſaurarium in ciuitate Pa
33 riſienſi, vt ſupra in exemplis oſtenſum eſt, †quia violentia præambula non confunditur propter delictum ſecutum, ad cuius factum tẽdebat, l. ſi confidis. & ibi ita tenet Ang. C. de vi pub. Et ideo circa iſtum artic. concluditur, quod ſi contra principẽ Roma. aut vrbem Romanam vel regem Franciæ committatur, quod teneantur crimine læſæ maieſtatis, vt dictum eſt. ſupra in ſexta, præſuppoſitione, & ſupra probatum eſt in exemplis in prima præſuppoſitione poſitis, tempore regis Philippi pulchri, tunc in ciuitate Pariſien. apud templarios exiſtentis. Si vero ſimplex ſeditio fiat contra rempublic. aliarum ciuitatum aut dominorum, & tunc ſecundum Bart. in l. capitalium §. ſolent quidam qui ſe vulgo iuuenes appellant. verſicul. nonnunquam, ff. de pœn. aut fit per laſciuiam & inſolentiam populi, aut ex dolo & propoſito ac malitia, l. reſpiciendum, §. de
34 linquunt, ff. de pœnis. †Si ex propoſito, dolo & machinata cõſpiratione, vt quia ſecundum Barto. acclamauerunt fortiter, quod moriantur conſules, qui regunt, vel incitauerunt & congregauerunt populum per campanarum pulſationem & vexilli delationem, vt ſupra dictum eſt in princ. huius, quæſt. & in 6. præſuppoſitione, & tunc debent tales auctores ſeditionis ꝑ qualitate dignitatis puniri, iuxta formam tex. in l. ſi quis aliq d. §. auctores, ff. de pœ. quia aut furcha tolluntur, aut beſtijs ſubijciuntur, aut in inſulam deportantur, & hoc videtur velle etiã tex. in dicto, §. ſolent. ibi, qui ſi nihil amplius admiſerint &c. & in l. prima, & 2. cum ſua gloſſ. de ſedi. vbi glo. dicit quod volebant, deponere poteſtatem & aliam facere. & idem tenet Bar. in d. ſuo tract. de Guelph. in 3. quæſt. principali. quando ſecundum eam poſſunt habere recurſum ad ſuperiorem, hoc facere non debent, etiam ad vtilitatem reipub. ideo debent puniri dictis pœnis. & tenet Bald. in d. l. fallaciter, §. fina. de aboli. & in l. denuntiamus, ff. de his qui ad ecc. confugiun. & tenet Ange. in d. l. prima, ad leg. Iul. maieſtatis, & in dicta, l. ſecunda. de ſedi. vbi dicit quod requiritur quod ſtudioſe rumorem concitaue-
35 rint & ad finem tumultus, †quia in delictis, verbum ſtudioſe, ſignificat malum animum i. doloſum, ſed in actibus bonis ſignificat, actum meritorium, ſecundum Bal. in l. prima, §. huius ſtudij. colum. j, ff. de iuſti. & iure, vbi adducit ad quæſt. de ſtatuto puniente aliquid ſtudioſe factum. & idem no. colum. ſecunda, ver. item ſi ſtatutum eſt factum contra turbantes. & quod ſic debeant puniri, tenet Barto. in l. ſi in rixa, ff. ad legem Iuliã, de ſica. & Ioan. de Pla. in §. primo, in fi. Inſt. de pub. iud. & Ioã. And. Anto. de Bu. Abba. ſicul. & Felyn. in dicto, cap. fin. de teſtibus cogen. & Alexand. in d. conſi. 111. colum. 4. verſic. nec prædictis obſtat, vol. j. & Card. Alexan. in d. c. ſeditionarios, vbicunque enim inualuit ſeditio cruenta, & prærupta factio, deberit tunc tales ſeditioſi mori, l. ſi quis filio exhæredato, §. hi autem. omnes, ibi, ſeditio prærupta factioque cruenta &c. ff. de iniuſt. rup. teſta.

Et exemplificant ibi Bald. & Imo. prẽruptam factionem & ſeditionem cruentam, quando ſeditioſi interficiunt magiſtratum aut Patricium ciuitatis, vel cõſulem vel aliquem de maioribus. idem tenet Hiero. de Tortis in d. ſuo conſi. column. 9. verſi. ſed ipſa occiſio fuit facta &c.

36 †Nam grauius eſt offendere perſonam publicam quam priuatam, ideo grauior pœna eſt imponenda, ſecundum Ale. in d. l. ſi familia. per illum tex. de iuri. omn. iud. allego bo. tex. in l. aut facta, §. in magiſtratum vel in priuatum. de pẽn. & in l. prætor, §. fi. ff. de iniur. quia iudices & magiſtratus dicuntur habere maieſtatem, vt voluit Ioan. Fab. in prooemio inſti. in prin. & Egid. Bellamera. in dicto conſi. 15. non dico quod habeat locũ crimen læſæ maie. vt dixi, iup. in 6. præſuppoſitione, licet Cyn. in l. ſi non conuicij. in 4. quæſt. C. de iniu. videatur ſentire cum Pet. de Bella Pertica. ibi, quod omnis iniuria illata officiali Regis actu gerenti officium, intelligitur facta regi. & idem Luc. de Penna. in l. j. colum. v. in prin. C. de coarta. & princ. lib. 12. & Stepha. Buynardus. in d. l. quiſquis, in 2. no. ante fi. ver. per quos tex. quando in contemptum regis, dicunt ſe non curare de Rege, nulla quoque allegata cauſa, ſecus ſi cum cauſa in contemptum præſidis vel odium partis aduerſæ, vel indebite ſe graua
37 tum ex priuilegio prætendit. & ibi exemplificat de Normanis, & de Burgundis. †Vnum circa hoc no. ꝙ delictum commiſſũ in conſpectu iudicis adhuc ſedentis pro tribunali, non exigit aliam probationem, quia de eo conſtat, vt iudici. ita no. gloſ. in c. Deus omnipotens, §. quando autem crimen in verbo, ſedentis, 2. q. 1. quam reputauit ſingu. Albe. de Roſa. in l. illicitas, §. veritas, ff. de offi. præſid. & An. Corſeti in ſingulari, delictum. Et ſic videtur quod poſſit cognoſcere & eſſe iudex. de quo in clemen. 1. de pœn. & plene dixi in §. 21. de iuriſd. omn. iud. Expedit enim reipub. tales ſeditionum cõcitatores Duces factionum occidere, l. conſtitutiones, ff. de appellatio. & l. 3. §. qui auctor ſeditionis, ff. de ſicar. ita vt multis Craſſantibus opus ſit exemplo mortis acerbiſſimę, l. aut facta, §. fin. & l. capitalium, §. famoſos, ff. de pœnis, & l. 11. C. ad leg. Iuli. repet. Et idem ſm
38 l. Longobardam, †vt qui auctores in capite fuerint, capite puniantur, & cœteri qui in ſeditionẽ cucurrerunt, in emendam condemnẽtur, l. ſi pro quacunque cauſa, & l. pen. de aggreſ. in vico facta, & in l. 1. de ſeditione contra iudicem vel ciuitatem leuata. Auctores. n. magis ſunt puniendi, vt probatur per id ꝙ dicit Dominica veritas Pontio Pilato Ioan. 18. propterea qui me tradidit tibi maius peccatum habet, bonus tex. in dicto capitu. latores. ibi, eos quos magis cauſam delicti eſſe conſtiterit &c. Et idem ſecundum Ioan. Fab. in dicta l. 1. & 2. de ſeditio. quando plebs de facto, & per potentiam ſe defendit, ſecus ſi de iure ſe opponeret. Et non ſolum ſi ſe defendat de facto, ſed etiam ſi tentauerit ſe defendere, propter verbum ibi poſitum tentauerit, & in dicta, l. denuntiamus, & tenet Ang. in l. in eadem cauſa, ff. de vi publi. quod tenens homines armatos in domo, vel qui ineunt conſilium cauſa ſeditionis, licet ad nullũ alium actum peruenerint. tenentur eadem, l. & ratio reddi po
39 teſt. †quia per ſola præparamenta dicitur res quaſi peracta, l. ſi partem, ff. quemadmodum ſeruit. ami. cum no. in l. is qui cum telo, C. de ſicar. & idem tenet Angel. in dicta Auct. de mandatis principum. § ſi. per illum tex. ibi, qui populũ in turbas ſollicitare tentant, &c. vbi dicit nota contra tentantes pacificum ſtatum ciuitatis Pariſii, vt puniantẽ. Et voluit Bald. in conſi. 24. volumine 4. vbi ponit quid ſit attentare, tractare, procedere, & conſummare. Quia attentare idem eſt quod ad aliquem actum procedere, l. ſi quis non dicam rapere. & ibi per omnes, C. de epiſ. & cle. & in auct. habita, ne filius pro patre, & c. quãuis. de offic. ord. lib. 6.

Tractare eſt colloquium habere, qualiter quid geri queat, c. cum olim. de arbi. c. dudum. de reb. eccle. non alien. li. 6. l. Põponius cum ſua gl. ff. de negotiis geſtis. †procedere eſt proſeq
40 inchoata & maliuolum, actum animi & propoſitum conari producere ad finem. l. poſſeſſio, ff. de vſucapio. Conſummare delictum eſt id facere quod ceſſet eſſe delictum. vnde aliqui dicunt delictum eſſe conſummatum quando lex punit cõſiliũ principaliter non acceſſorie, l. prima, §. perſuadere, ff. de ſeruo corrupto.

Et quædam non conſummata in opere ſunt conſummata in crimine, quia factioſam voluntatem notant, & multo fortius factioſam factionem. l. quæſitum, ff. qui & a quib. & tales ordientes ſm eũ lex cenſet eſſe reos, quia poſt factum non haberent iudicem punitorem. debet enim factum habere vltorem, dicta l. quiſquis. ad legem Iuliam maieſtatis & §. per contrarium, Inſtitu. de hæredita. quæ ab inteſtato, deferunt. ſed ꝑpter ſolum conatum ſine aliquo actu ex propoſito celebrato, videtur durum quod debeant ſuſpendi, vt in ſequenti membro dicam, quia ſecundum Bald. in l. non ideo minus. in ſexta quæſtio. C. de accuſ.

41 †Solus tractatus & ſola ordinatio non punitur, etiam in atrociſſimis, niſi ſit proceſſum ad aliquem actum ordinatum de preſenti ad ipſum factum, quia vbi lex punit affectum ac ſi delictum eſſet conſummatum, iudex poteſt ex poteſtate ſibi a lege conceſſa mitigare pẽnã, ſed non tenetur. ita dicebat Bal. in voce, prout refert Salycet. in dicta, l. is qui cum telo, ꝑ text. ſingula. & optimum in l. aut facta, §. cuẽtus, ff. de pẽ. ꝙ eſt cor

Digitized by Google

di tenendū, ꝑm Saly. & ꝑt Fel. in tra. de conat. in fin. uersicu. ul timo scias, qnem posuit post titu. de appella. ideo dicit Specu. in titu. de accusatio. §. j. ver. Quid si in primo actum fuerit &c. esse omnibus legibus volentibus conatum puniri derogatum per contrariam consuetu. quæ verba multum commendant Ang. & Paul. de Cast. in d. l. prima, §. fi. quod quisque iuris. & Felyn. in d. tract. colum. 3. versic. & ideo dicit Bar. &c. quod intelligunt verum Ange. & Paul. †præterquam in crimin. læsę maiestatis, & crimine oppugatę patriæ in quibus non spectatur euentus, sed sufficit simplex conatus, quia sero pararetur vindicta crimine consummato, vt si quis faceret tractatum contra statum ciuitatis, & ipsos sequitur Alexand. ibi & Iaso. & Martin. Lauden. in d. tracta. de crimine læsæ maiestatis, §. 19. & ista est communis in istis duobus casibus, & in simonia, & in volente intoxicare aliquem veneno, de quo per Felyn. in dict. tracta. versicu. quinto fallit. cum versi. sequen. & intelligo quā do conati sunt prodere & expugnare patriam vel ciuitatem, & ad aliquem processerunt actum, vt tenet Bald. in d. consilio 24. & Bonifa. de Vitali. in dicto tracta. de criminibus. titu. de seditio. versicu. vt dixi perueniendo ad actum &c. sed in alijs delictis non punitur conatus de consuetu. nec l. is qui cum telo, habet locum in patria consuetudinaria, vt not. Aufrer. in stylo parlamenti. 4. parte, §. 136. licet Barto. in l. prima, §. Diuus, ff. de sicar. reprobet illud Spe. dictum, vt ibi vide.

43 †Quia lex dicit, non punitur turba, sed factum in turba, l. ꝓtor ff. vi bono. rapto. & d. l. metum. post prin. ꝙ met. cau. & voluit Bald. in consi. 130. volum. i. Præterea Alberi de Rosa. iudicio suo in verbo seditio, dicit quod facere seditionem est graue peccatum, vnde Apostolus numerat seditiones inter alia peccata ad Gala. v. etiam iurisc. in d. l. constitutiones. de app. & in alijs iuribus, sup. alleg. & est speciale peccatum, quia habet speciale bonum (cui opponitur) scilicet vnitatem & pacem multitudinis. Et ratio est secundum Bea. Thom. ij. ij. quæst. 40. artic. 2. & etiam diuum Anton. in sua summa. in 2. parte titu. 4. capi. 8. & Ange. de claua. in sua summa. inversicu. seditio. in 1. q. & secunda, quia seditio opponitur vnitati multitudinis populi ciuitatis vel regni. Et dicit August. 21. de ciuita. Dei quod populum determinant sapientes, non omnem cœtum multitudinis, sed cœtum iuris consensu & vtilitatis communione sociatum. vnde manifestum est vnitatem cui opponitur seditio esse vnitatem iuris & communis vtilitatis. †Ex quo patet, 44 quod opponitur iustitiæ & bono communi, ideo ex genere suo est mortale, & tanto grauius quantum bonum commune quod impugnatur per seditionem est maius quam bonum priuatum quod impugnatur per rixam. Et delictum huiusmodi secundum ipsos primo quidem & principaliter pertinet ad eos qui seditionem procurarunt, qui prauissime peccant sicut filius Socri, qui clamans coram omni populo Israel. non est tibi pars in Dauid &c. fecit seditionem, faciens tribus Israel recedere a regimine Dauid, sed Ioab procedens contra eum fecit eum decapitare, vt habetur. 2. Reg. 20. Secundo pertinet ad illos qui sequūtur eos perturbantes bonum commune, sicut illa multitudo quæ secuta est Absalonem in coniuratione cō tra patrem suum Dauid & suos adhærentes & sequaces, sed puniti sunt quando ex peste mortui sunt. 70. millia virorum. 2. Reg. vigesimo secundo non enim solum propter peccatum Dauid, sed propter coniurationem populi occisi sunt secundum Tho. Et Dauid tamen luxit Absalonem tribus diebus & tribus noctibus, vt not. Cy. in l. propter insidias, C. qui acc. non possl. & Tho. Ferracij. in caut. 35. ante fi.

45 †Item legitur Choræ filijs Esau, filijs Cahat. filiis Dathan, atque Abiron, de filijs Eliab, Hon quoque filio Pheleph. & de filijs Ruben. qui surrexerunt contra Moysen & Aaron dicentes quare se eleuabant supra populum dñi &c. Et iratus Moyses valde ait ad dominum ne respicias sacrificia eorum &c. Loquensque dominus ad Moysen, & Aaron, separamini de medio congregationis huius, vt eos repente disperdam, & separatis Chore, & Datam, & Abiron cum vxoribus & liberis ac bonis, confestim dirupta est terra sub pedibus eorum, & aperiēs os suum deuorauit illos, descenderuntque viui in infernum, & perierunt de medio multitudinis, vt habetur numeri. 16. & ibi sequitur, cūque oriretur seditio, & tumultus increscret, Moyses & Aaron fugerunt ad tabernaculum Federis, quod postq̄ ingressi sunt operuit nubes & apparuit gloria domini dixitq; ad Moysen. Recedite de medio huius multitudinis, etiam nūc 46 delebo eos. †Cunque iacerent in terra, dicit Moyses ad Aarō. Tolle Thuribulum & hausto igne de altari mitte incensum desuper pergens cito ad populum, vt roges pro eis, iam enim ingressa est ira a domino, & plaga desęuit. quod cū fecisset Aaron, & cum cucurrisset ad mediam multitudinem quam vastabat incendium, obtulit thymiama, & stans inter mortuos & viuentes pro populo deprecatus est, & plaga cessauit, fuerūt autem qui percussi sunt. 14. millia hominum septigenti, absq; his qui pericrant in seditione Chorę. Illi vero qui bonum commune defendunt eis resistentes non sunt dicendi seditiosi. sicut nec illi qui defendunt se cum inuaduntur a b aliis, dicendi sunt, vt contingit domino du Buscon, vt supra dictum est, sic factum fuisse legitur in actibus Apostolorum per quendam nomine Iasonem qui Thessalonicam pro diuo Paulo Apostolo seditionem commouentibus turbis semetipsum dederit vt Apostolo dicendi faceret libertatem, vt refert diuus Hier in epistola. 82. scribens super epistolam ad Roma. quæ incipit, Paulus seruus Iesu Christi. libr. primo, & dixi supra in tertia p̄ 47 suppositione, †imo licitum est eisdem toto conatu resistere ēt eos occidendo, vt singulariter voluit Hiero. de Tortis in dicto suo consi. Si vero per lasciuiam, tunc debet procedi secundum Barto. eo ordine & forma per illum, §. solent tradita, quia aut non est peruentum ad actum, sed solum est statum & remansum in terminis insolentiæ & acclamationis, vt quia secundū Barto. in d. §. solent. acclamauerunt vt turbarent populares dū falso clamant foras vel ad arma. & glo. ibi exemplificat in Bergollo Pisano, & non de Ioseph decurione Bono. credo quod voluit dicere de Ioseph ab Arimathia nobili decurione qui non acclamabat sicut cæteri iudæi quod Christus Crucifigeretur, quoniam ipse discipulus Iesus erat, occultus autem ꝓpter metum iudæorum, & debet esse loco Bon. bonus & iustus, vt Luce. 23. in fin. pro hoc bonus tex. in l. 3 §. si intra vociferationem, aut leuem querelam seditio mota est &c. ff. de re mil. vel 48 secundum glo. in d. l. secunda, C. de sedi. †volebant esse consules propter suam nobilitatem, & non processerunt vltra, tales debent de rigore fustigari per tex. in dicto, §. solent. & carere debent effectu postulatorum, dicta l. secunda de seditio. & illā glo. multum commendat ibi Angel. in fin. contra facientes numorem in palatio, vt ad officia assumantur.

Et est in Tuscia multum in vsu, vt ipse dicit, quia contentiosis verbis non est strependum. capitu. in loco benedictionis, v. quæstio. quarta, ibi, nullus debet, aut indiscretis vocibus p̄strepere, aut quibuslibet tumultibus perturbare, nullis etiam fabulis vanis vel risibus agi.

Et (quod est deterius) obstinatis disceptationibus tumultuosas voces effundere. Et ne vndique cachinis & vocibus aer resonet & audientium aures præstrepitu terreantur, vt dicit Hieron. in epistola 14. cap. 7. libro tertio. Sed cum omni modestia stantes vno loquente cęteri sileant. Nec alter alterum ex auidiate loquendi interrumpat & præbeat impedimenta loquenti. Secus si acclamatio per populum fieret propter lętitiam dicendo, viuat talis, tunc non debēt in aliquo puniri gl. & Doc. insuper Lud. bolog. in secundis interpret. in l. j. C. de quæst. li. 12. vbi Land. alle. bo. tex. in l. iustissimos. ibi, publicis acclamationibus collaudandi damus omnibus potestatē, vt honoris 49 eius auctores proferamus. C. de offi. rect. prouin. †sed si fiat ꝑm eum pp seditionem tunc dēnt puniri, quēadmodū Agenēses fecerunt, q̄ p vias & vicos ciuitatis acclamabant, viuat Rex & communitas faciendo deferri ensem & virgas ante eos congregādo populū, & dicendo, vbi sunt isti fures cōsules & alia plura, vt sup. dictum est, sic ēt fecit quidam plebanus de Quincia Romandiolæ, vt refert Bal. in d. consi. 24. vol. 4. qui clamauit postq̄ ingressus fuit portā ciuitatis q̄ prodere intēdebat, viuat viuat nobilis antedictus, vt ibi vide. & non solum pp talē vociferationē seditiosam quis tenet, sed ēt profecto qñ quis 2 citauit alios ad vociferationē, vel qui submisit ut vociferaret l. apud Labeonem, §. feciſſe conuicium, ff. de iniu. faciunt quæ dixi consil. 1. incipien. si quis animo iniuriandi, posito in fi. li. consue. Biturig. vbi posui de scholare uociferante contra Doctorem legentem. & etiam quod dicit Bald. in d. tracta. schismatis de Romanis acclamantibus tempore electionis Papæ Vrbani, ante conclaue Cardinalium, Romanolo uolemo, Italiano lo uolemo, ut dixi in additio. ad mandag. in tracta. de 50 elec. c. 103. †Et intellige ꝙ fustigari debent si sint uiles personę quia nobiles & honestę personæ non patiuntur illas uiles pęnas, ut tenet Barto. in §. ferui cęsi, qui. §. dependet ex d. §. solent, & Cœp. in consi. 40. colum. 3. uersi. quantum ad mortem &c. dixi in tracta. de custo. claui. fol. 6. columna tertia, sed debēt alias in emendam condemnari secundum facultates eorum, quia causa & personæ considerari debent, l. una, C. si quis impe. maledi. ut dixi, sup. in 4. præsuppositione, & isto modo debet procedi ad punitionem talium seditiosorum, nisi ad proditionem ciuitatis uel patrię, aut dominij ipsius per aliquem actum processissent, ut supra dictum est, alias oporteret desistuere text. in dicto, §. Solent gloss. & Doctor. hic alle. & mens intellectus Angel. & sequac. est iste. & pro hac conclusione fa- 51 cit quod no. Paul. de Castro. in l. j. C. ubi sena. uel clari. †quod quando noctis tempore, quod potius ex lasciuia quam dolo præsumitur, aliquis proiecit lapidem & percusit unum q̄ mortuus est, ipse consuluit quod debet mitius puniri, scilicet pecuniariter, uel forte sibi dare bannum pro ali-

quo

Digitized by Google

quo tempore & idem Cœpo. in l. prima, colum. octaua, verſi. ex quo refert, C. de ſer. fugi. dicens eſſe bene notandum ad adiuuandum pueros & homines ludentes per laſciuiam ad lapides ſicut ludunt Veronæ ſecundum ipſum. & Pet. de Ancha. in conſilio 283. incipien. iure ſcripto & conſuetudine. & dixi in §. vigeſimoquarto, in additio. 3. de iuriſdict. omnium iudic. vel ludunt ad niuem vel ad poma auricentia, vt in Montepeſſulano & Anenione tempore carniſpriuij. ſicut etiã fit in multis alijs locis. & aliquis in eo ludo occidatur per iactum lapidis vel niuis aut Aureicentium pomorum, quod occidens nõ debet puniri pœna mortis vel corporali, facit, l. item ſi obſtetrix, §. ſed ſi per laſciuiam. cum §. ſequen. & l. ſequen. ff. ad leg. Aquil. vbi Bal. in §. quemadmodum no. illum text. cõtra iſtos qui faciunt ſeditiones. & in l. omne delictum, §. penult. ibi, per vinum aut laſciuam, ff. de re mili.

52 †Quia etiam quando per accidẽs tumultus inciderit, quod debeant pœna pecuniaria condemnari. voluit Ange. in d. l. ſecunda, de ſeditio. quoniam non fuit mota controuerſia in exitum reipub. l. ſi quis ingenuam, §. in ciuilibus. de cap. & ibi Alexand. in additio. per quem tex. dicit ibi Barto. quod propter diſſenſiones ciuiles reſpubli. læditur. & Felyn. in dicto capitulo fina. de teſti. cogen. vbi allega. Bald. in l. prima, §. fina. ff. de iuſtit. & iure quod ſi ſtatutum puniat morte turbantem ſtatum ciuitatis, debet intelligi ſi principaliter hoc agit, non autem ſi venit in conſequentiam alterius delicti. & eſt ratio, quia debet attendi quod principaliter agitur, l. ſi quis nec caulam valde remotam, ff. ſi certum petatur. quod intelligit Felyn. quando occaſionaliter, & per cauſam valde remotam contingit turbatio ſtatus. ſecus ſi immediate, & ex actibus proximis eſt deuentum ad concitationem & rumorem populi. allegando Bal. in dicto conſilio ex inſultu, & idem tenet Angel. in dicta l. metum, §. animaduertendum. vbi dicit, quod ſi populus cogat p legem ſubditum ad aliquid faciendum, non potes conqueri de populo. & ideo ne res tranſeat in exemplum malum debẽt remiſſius puniri. dicta l. ſi quis aliquid, §. qui abortionis, & tenet Bald. in dicto conſilio 130. in fin. Et Agenenſes ab initio bene fecerant ſe opponendo & contradicendo ne ſubſidium & Rhena pro ponte reficiendo imponeretur. Sed malo freti conſilio ſe poſtea congregauerunt modo & forma quibus ſupradictum eſt, & ita ſecundum iſtam concluſionem fuit iudi-
53 catum per arreſtum ſupremæ curiæ Pariſienſis †pro vniuerſitate Aurelinianenſi, contra quoſdam particulares ciues eiuſdem ciuitatis, qui fuerunt in emendam condemnati, ex eo q̃ clamauerant contra ſcholares a mort a mort, vt refert dom. Stepha. aufrerij in ſtylo parlamenti in quarta parte de arreſtis §. 76. & idem Ioan. Galli. in quæſt. 121. in fine, ſequendo de verbo ad verbum ipſum Aufrerium, licet alio ſtylo, ſcilicet per modum quæſtionum.

Si vero tales acclamantes fuerant prius admoniti &, prohibiti a iudice ne talia facerent, tunc grauius puniuntur ꝓpter contemptum iudicis, vt dicit tex. iuncta gloſſ. in dicto, §. ſolẽt. ibi, nec ante ſint a præſide admoniti, &c. prout fuerunt Agenenſes qui per iudicem maiorem fuerant prohibiti, tam in iudicio quam extra per vocem præconis, igitur &c. pro hoc facit tex. in capitulo, ſi quis clericorum auctoritate interdicente, vndeçima quæſtio. prima, vbi Doctor. dicunt, quod ſi intercidit auctoritas ſuperioris etiam ad bonum, eſt prohibita coniuratio, licet alias auctoritate non intercedente valeat, vt per glo. ibi, & dixi, ſupra in 5. præſuppoſitione. Si vero ſemel fuſtigati & correcti ſecundo acclamauerint, tunc debent mitti in exilium per dictũ, §. ſolent. Si autem ſæpius ſeditioſe & turbulenter ſe geſſerint in eadem temeritate propoſiti perſeueraue rint, tunc capite plectendi ſunt, vt dicit textus. in dicto, §. ſolent.

64 †Quia creſcente malitia creſcere debet & pœna, l. ſi diutino tempore, & ibi gloſſ. ff. de pœn. & dixi in §. 22. in princip. de iuriſdictio. omnium iudicum. Et intelligo ſæpius, qui ter ſeditioſe ſe habuerit per d. §. ſolent, & tex. in l. ſeruos, §. ſeruos, ibi. viles autem infameſque perſonæ, & hi qui his aut ſæpius violentiam. &c. C. de vi public. prout fecerat dictus Clerget. qui auctor trium fuerat ſeditionum. videlicet duarum præcedentium, vt ſponte coram nobis confeſſus eſt, & huiuſmodi vltimę quæ fuit grandis & continuata ſeditio duorum menſium ſpatio, ex qua ſolum debebat ſuſpendi, tamen miſericorditer cum eo & aliis complicibus ſuis procedẽdo fuit, & plures alii in ſentẽtia nominati fuſtigati, nam ipſi Agenenſes ſoliti ſunt ſeditiones facere, quoniam Archidiaconum maioris eccleſiæ intra Garonę fluuium violẽter ab eccleſia extractum ſubmer
55 ſerũt, vt a fide dignis ibi tunc intellexi. †Si vero ſeditio fiat ex mandato & inſtgatione iudicum ſeu magiſtratuum, aut conſulum, quod committentes ſunt excuſandi, ſed non in totum, quia iuſſu magiſtratus & ſuæ ciuitatis, villæ, vel caſtri voluntate id fecerunt, l. quenquam, ff. de aqua plu. arcen. & l. non videtur, §. qui iuſſu, ff. de regul. iur. & quæ no. Dyn. in regula, ꝓ q̃ſ que mandato iudicis. & ibi dixi in addi. eod. ti. lib. 6. & hoc tenet Alber. de Gardi. ti. de homicid. vbi dicit hac ratione motum fuiſſe imperatorem Federicum, ad parcendum ambaſiatoribus Lombardiæ, qui miſſi fuerant contra eum in Alamaniam pro diſcordia concitanda inter eum, & filium eius Henricum, quia inerant præcepto eorum ciuium & magiſtratuũ. Sed de iure canonico, ſeditioſi, ſi ſint clerici, puniuntur ꝓ ſimplici ſeditione, quia promoueri ad ſacros ordines prohibent, dicto cap. ſeditionarios, 46. diſtin. & iam promoti priuãtur honore quo vtebantur, cap. coniuratorum, & capitu. ſequen. 11 q. prima, de quo vide quod dictum eſt, ſup. in ſexta, præſuppoſitione.

56 †Et ſi fiat contra proprium epiſcopum, & ſint incorrigibiles, debent deponi, & tradi curiæ ſeculari, vt tenet glo. Abb. & Docto. in d. cap. fin. de teſtib. cogen. Si vero layci, excommunicantur, & in vna libra auri condemnandi, ſunt §. d. conuenticulas. & §. epiſcopus. de pace tenend. Aut ſeditio fit in eccleſia, & per laycos, tunc vltimo ſupplicio debent plecti, d. l. denunciamus. & ibi Odof. & Docto. de his qui ad ecc. confu. & gloſſ. in capit. j. §. prohibeantur. etiam ne diuina officia tumultuoſi quorumque per eccleſiam &c. in verſicu. perturbent. de his q̃ tempore diuinorum off. vag. per eccle. in pragma. ſanc. & Alexand. in d. conſil. 111. columna 4. verſicu. nec prædictis obſtat volum. 1. & non immerito, quia tales extrahentes de eccleſia eos, ad quam propter deuotionem acceſſerãt, aut ſeditionem. & tumultum euitandum confugerant, tenentur crimine læſæ, maieſta. ac ſi illud crimen commiſiſſent, l. 2. C. de his qui ad ecc. confu. vbi Odof. dicit, quod eſt priuilegium eccleſiarum, præcipue Gallicarum, quia in eas confugiẽtes ſunt ſecuri. Idem tenet Lucas de Penna, in l. j. de Palatijs & Domib. domini. libr.
57 11. †Nam ſicut tenentur crimine læſę maieſta. qui offendũt terreſtrem. maieſtatem, l. quiſquis. crebro alleg. multo fortius qui offendunt cęleſtem, l. ſi quenquam, verſi. cum ſane. & l. ſi quis hoc genus ſacrilegii, C. de epi. & cler. canonizata, 2. q. 1. ſi quis hoc genus. & ibi gl. & auct. Gazaros, C. de hære. & vnde ſumitur de ſtatu. & conſue. contra lib. §. Gazaros. & in cap. vergentis. de hęre. Et tenet Stephanns Buynar. in d. l. quiſquis. in tertio nota. Et non ſolum qui ab eccleſia de facto abduxerunt. ſed q conati ſunt abducere, vt tenet gloſſ. fina. per illum tex. in d. l. 2. quam ibi ſequitur Saly. propter verbum, ibi, tentauerit, poſitũ vt ſupra dixi. Et aliquando tales ſeditioſi extractos ab eccleſia carceribus mancipant & intrudunt, quod eſt aliud crimen capitale, l. prima, de coarta & priu. libr. 12. imo cenſetur eſſe crimen læſę maieſta. l. 1. C. de priua. carce. de quo ibi per Doct. & Barto. in l. capite quinto, ff. de adulter. & Lucas de Penna in d. l. 11. colum. 2. verſicu. quid ergo. ſi quis capiat. de coarta. quod eſt notan. quia ſępe contigit, vt ſupra viſum. Sic feciſſe videntur Agenenſes, qui conſules & iuratos viliæ per quos ciuitas regebatur, capitu. fin. de procura. ac etiam alios qui eorum ligã non ſequebantur, vel qui eos de factione reprehendebant, a maiori, & Iacobitarum eccleſiis extraxerunt, nec non a domo propria & intra carceres domus cõmunis ĩduxerunt. Per quos etiam actus videntur regem domiuum eorum poſſeſſione ciuitatis priuaſſe l. prima, §. pen. ff. de vi & vi arma. no. Bal. in repe. l. ſi aquam, C. de ſeru. & aqua. & Mart. de Lauden. in dicto tract. de crimine læſæ maieſtat. §. 5. incip. rebellio ſubditorum, &c.

58 †Sed hodie eſt alia pœna de iure canonico, ſecundum Ioã. Fab. in d. l. 2. de his qui ad eccl. confugiun. contra tales tumultuoſos extrahentes homines de eccleſia, videlicet, quod vltra excommunicationem debent condemnari in ſumma triginta librarum argenti, & ad damnorum reſtitutionem. decimaſexta, quæſtione quarta, quiſquis. capitulo nullus. & capitulo ſi quis contumax, eadẽ. cauſa. & quæſtio. & in cap. ſi quis in conſil. 119. uæſtio. tertia de quo per gloſſ. Archidiaconum, & ſequa. in d. cap. conſtitutionem, §. primo, & ſecundo, de verb. ſignifi. lib. 6.

Et not. quod non ſolum viri, ſed etiam mulieres poſſunt facere ſeditionem & inſultum, vt ſupra viſum eſt in exemplis de Perota Morela Pariſien. Quem plerunque & pro maiori parte ex conſilio & perſuaſione maritorum committunt, vt in Lombarda. de aggreſ. in vico facta, l. relatum eſt nobis. ſecundum quam illę mulieres tonſę capillis debent fuſtigari per ciuitatem. Et ego vidi in prouincia prouinciæ mulieres cuiuſdã caſtri, quæ præſentibus maritis ſe irruerunt in procos eorum domini temporalis & illos occiderunt, vt dixi in d. l. relatũ. in
59 annotationib. noſtris, †q̃a mulieres pſũt delinquere, & tueri ciuitatem tpe guerræ vt no. Luc. de Pen. in l. eſt verum, C. de incol. li. 10. & dixi in qõ. de cuſt. caluium. Et apud Valeriũ Maxi. li. 4. tit. de amore coniugali. Legitur de Hypſicratea vxore Mithridatis, quæ tonſis capillis equo ſe & armis aſſuefecit. Et in Francia de Ioanna puella quæ tempore Caroli ſexti,

Digitized by Google

Francorum regis purgauit Frãcia Anglis, vt dixi in §. ſeptimo de conſuetudin. feudorum column. penul. & facit tex. in l. prima, de vxor. mil. tamen ſine licentia principis vxor non debet ire ad maritum militem in exercitio armorum exiſtentem, l. quicunque. & ibi Ioan. de Pla. Iacob. Rebuff. & Luc. de Penna C. de re milita. libro duodecimo. & Martin. Lauden. in tracta. de milite, §. vndecimo, & 9. Et communiter dicitur de quadã Bauci & vetula Carcaſſa, quæ ſola defendit ciuitatem Carcaſſone, & inde ciuitas illa Carcaſſona a prædicta vetula Carcaſſa nomen aſſumpſit. Et agenti per informationes comperimus quod quædam Guilardina de Columber vidua fecit de nocte durante ſeditione pulſare campanã eccleſiæ de capella & ideo dicebat Vergi. ſecundo Eneidos. Notum. q̃. furens qd
60 fœmina poſſit. †Et licet lex eas minus auſuras quam viros p̃ſumat, dicta l. quiſquis. ad leg. Iuliam maieſtatis, & l. optimam C. de contrahend. & commit. ſtipu. tamen ſecundum glo. in l. quiſquis in verbo, auſuras. crimen læſæ maieſtatis. committere poſſunt, & idem tenet Angel. Aret. in dicto tracta. malefic. in ſ. gloſ. che hai tradito. vlti. colum. verſiculo & aduertendum eſt. de quo ibi per Angel. Arimin. & Bernar. Landri. in additi. & Franc. de Are. in conſilio trigeſimono, & facit, l. ſi quis in tã tam, C. vnde vi. vbi gloſ. extendit illam, l. pœnalem loquentem in viro ad mulierem. & Pau. de Ca. in l. ſi quis id quod, ff. de iu riſdictio. omnium iudic. & Docto. in l. ſi quis maior, C. de tran ſact. de quo ibi per Thom. Parpalia. in ſua repetition. columna prima. Sed in pœnis eiſdem inſligendis, vel euitandis, ſufficit mulieribus paruus ſeu modicus error, ſecundum Oldrad.
61 conſilio 291. ante fin. †Aut vero ſeditio fit in acie ſeu exercitu belli per ipſos milites ex propoſito & dolo, tunc capite plecti debent, l. tertia, §. qui ſeditionem, ff. de re milita. vbi gloſſ. ponit exemplum, primo in eo qui incitauit milites in aliquem & non in hoſtem. Secundo quando quis retraxit ſeu remouit milites ſæuientes in hoſtes ab illo propoſito.

Tertio quando incitauit etiam in hoſtem, ſed non ex præcepto Ducis belli, vt in dicta, l. tertia §. in bello, vt fecit T. Manlius, filius T. Manlij torqnati conſulis, qui contra edictum conſulum pugnauit aduerſus latinos, quamuis proſpere pugnaſſet, pater ad ſe vocari iuſſit. Quando quidem inquit tu. T. Mãli neque imperium conſulare, neque maieſtatem patriam veritus aduerſus edictum noſtrum extra ordinem in hoſtem pugnaſti. Et quantum in te fuit diſciplinam militarem, qua ſtetit ad hanc diem Romana res, ſoluiſti, neque in eam neceſſitatem adduxiſti, vt aut reipublic. mihi, aut mei meorumque obliuiſcendum ſit, nos potius noſtro debito plectemur, quam reſpublic. tanto ſuo damno noſtra peccata luat. Triſte exemplum, ſed in poſterum ſalubre iuuentuti, erimus. Me quidem cũ ingenita charitas liberum, tum ſpecimen illud virtutis deceptum vana imagine decoris in te monet, ſed cum aut morte tua ſancienda ſint conſulum imperia, aut impunitate imperpetuum abroganda, nec te quidem ſi quid in te noſtri ſanguinis eſt recuſare cenſeam, quin diſciplinam militarem tua culpa prolapſam pœna reſtituas, itaque velut emerſo ab admiratione animo cum ſilentio defixi ſtetiſſent, repente poſtea cum ceruice cæſa viſus eſt cuor. Tum libero conqueſtu coortæ voces ſunt, vt neque lamentis, neque execrationibus parceretur, ſpoliiſque contectum iuuenis corpus, quantum militaribus ſtudijs funus vllum concelebrari poteſt ſtructo extra vallum rogo concremaretur. Manalia namque imperia non in præſentia modo horrenda, ſed exempli etiam triſtis impoſterum eſſent, fecit tamen atrocitas pœnç obedientem Duci millitem. ita refert Titius Liuius. octauo primæ decadis.
62 †non enim veriſimile eſt patrem velle mori filium, l. qui vno §. qui filium, & l. milites agrum. §. deſertorem, ff. de re mil. per quem tex. dicunt Docto. quod ſi pater filium qui commiſit ali quod delictum, puta crimen læſæ maieſtatis offerat & exhibeat iudici, quod filius non debet mori, nec eſt ita puniendus de quo per Cœpo. in ſua prima cautela. & Bald. in l. fina. in fi. C. de vſur. rei iudi. & Iaſo. in l. de quibus, columna dccimaquinta, ante fin. ff. de legi. & de ſeueritate & indulgentia parentum in liberos, vide Valeri. in v. circa fin. & Cyn. & Docto. in dicta l. propter inſidias. qui accuſa. non poſſunt, & in iſtis tribus caſibus debent pœna capitali puniri. & tenet Martin. de Laud.
63 in tracta. de mili. §. 49. †Sed ſi per laſciuiam aliquibus rixantibus, vel vociferantibus, aut lęuem querelam habẽtibus miles fecerit ſeditionem. debet militię gradu priuari, dicta l. tertia, §. ſi intra vociferationem, & in §. fina. in Authentic. de man. princip. vnde Iuſtinus, libro duodecimo grande narrat iudicium factum per Alexan. magnum, qui dimiſſis veteranis exercitũ ex minoribus ſupplet, ſed recentem Veteranorum diſceſſum ęgre ferentes, miſſionem & ipſi flagitabant, nec annos, ſed ſtipendia ſua numerari iubebant, pariter in militia lectos, pariter ſacramento ſolui ęquum cenſentes.

Nec iam precibus, ſed contentione agebant, iubẽtes cum patre ſuo Hammone finire bella, vt milites ſuos fatidiat, contra ille, nunc caſtigare milites, nũc lenibus verbis monere, ne gloriam militiæ ſeditionibus infuſcarent, at poſtremum cum nihil proficeret verbis, ad corripiendos ſeditionis authores, e tribunali in cõdicionem armatam inermis ipſe deſilijt, & ne mine prohibente. 13. correptos manu ſua ipſe ad ſupplicia duxit, tantam vel illis moriendi patientiam metus regis, vel hinc exigendi ſupplicia conſtantiam diſciplina militaris dabat, & diuus Hieron. in decimoſeptimo. Epiſcop. in tertia parte dicit,
64 †pugilum fortitudo clamoribus incitatur, paratas ad pręlium acies, acutoſque mucrones ſermo imperatoris accendit, & de pluribus aliis militaribus ſeditionibus viſum eſt, ſupra in exemplis enarratis ſecundum Valerium & alios, ſupra alleg. vnum non omitto in hac ſeditionum materia ſingulare, quod quã do aliquis expulſus eſt de ciuitate propter ſeditionem & proditionem, vbicunque arma eius ſunt depicta, in ſui honorem, debent deſtrui, vt no, Bar. in l. eorum per illum tex. ſingu. ff. de pœn. & vbi ad infamiam talis proditoris eſt depicta imago, vt quia ſuſpenſus pedibus, vel aliquod aliud, q̃ corrumpens vel radens talem imaginem punitur in quingentis aureis, l. ſi quis id quod, ff. de iuriſd. omn. iud. & ibi per Doct. ita tenet Martin. Lau. in tract. de cri. lęſę maieſt. §. 26.

FINIS.

CONRADI BRVNI TRACTATVS. DE SEDITIONIBVS LIBER PRIMVS.

Quid ſit Seditio,

SVMMARIVM.

1 *Seditio a ſeorſim eundo dicta. fit perturbulentiorem populi motum. num. 2. Deſcribitur. nu. 3. verius definitur, nu. 4. Poteſt eſſe vbicunque eſt hominũ multitudo nu. 5.*
6 *Multitudinem quæ homines faciant, iudicis arbitrio relinquitur, pro materia ſubiecta.*
7 *Seditio, ex Tyrannis quomodo differant.*
8 *Bella externa non continentur appellatione ſeditionis.*
9 *Seditio bellum ciuile dicitur & differt a rixa. num. 10. & a rebellione non ad quem effectum ſint. nume. 12. Vnde nomen & formam accipiat, numero 13.*
14 *Aemulatio inter ciues non eſt ſeditio.*
15 *Diſcordia inter ciues poteſt eſſe bona & mala.*

CAP. PRIMVM.

1 Editio† a ſeorſim eundo dicta glo. in Rubr. C. de Sedi. Archidia. Ioan. Andr. quos refert Dom. capi. docet de Immu. eccleſiarum libro ſexto Ia. conſilio 161. 4. volumine. I. ſecunda, §. populo deinde aucto. & §. & cum placuiſſet, ff. de orig. iu. eſt vt Ciceroni placet, in Bru. ſeu de clar. orator. libro ſecundo, in Catilinam. in ora. pro Cluentio, capitu. coniurationum, prima quæſtio. prima, quod plebis vel inter ſe, vel cum magiſtratibus diſſentiens, ſeorſim ſcedat.

Vnde & ſeditiones, quibus plebs Romana a patribus ſecedens, primum quidem in ſacrum montem trãs Anienem, poſt reges exactos anno ſeptimo, ac deinde poſt annos Quadraginta, in montem Auentinum ſe contulit, ſeceſſiones a ſcriptoribus vocantur.

1 Fit autem ſeditio, †per tutbulentiorẽ poupli motum, vñ & impetus, motus, iucurſio, cõcitatio plebis, vis multitudinis, appellatur. Græci Pharatream a diuiſione, vt opinor: Germani Auffruer Auffſtanndt, vocant. Ab eodem nimirum motu plebis doncitatore. Propter quem & ſeditio, nunc vehementiori morbo, Cyp. Epi. 5. ad Corn. in Pythia. nuncincendio, turbini, & a Pindaro tempeſtati maris comparatur Quã & tempeſtatem aliquoties appellat Liuiuius li. 2. ab vrb. cond. Ad quam comparationem, ẽt Poeta noſter alluſiſſe vr, qui Aelum ventoſo ratione ſua placare fingens, eos ſeditioſo populo comparat.

Ac veluti (inquit) *magno in populo cum ſæpe coorta eſt,*

Sedi-

Digitized by Google

Seditio, fæuitque animis ignobile vulgus,
Iamq; faces & saxa volant, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem,
Conspexere silent, arrectisque auribus astant,
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.
Sic cunctus pelagi cecidit fragor, æquora postquam
Prospiciens genitor, cæloque inuectus aporto.
Flectit equos, curruque volans dat lora secunda.

Hinc etiam concilari, incendi, flagrare, æstuare, sequire seditiones apud authores dicuntur, Cicer. de oratore, in oratione in Vati. ab incendio videlicet, ex morbo sumpta metaphora, & seditiosi ipsi turbulenti, & rumultuosi appellantur. Est autem
3 seditio† (vt quidam definiunt) quietis publicę perturbatio. Nicolaus Boerius in tractatu de Seditio. ver. 2. præsuppono. nu. 2. Sed hęc descriptio potius, q̃ definitio seditionis esse vr. Neque enim cum definitio conuertitur. Etsi enim omnis seditio quietem Reipublicæ perturbet, non tamen omnis reipublicę perturbatio seditio est. Nam & Tyrannide, & externis bellis, Reipublicæ status plerunque commouetur, ac perturbatur, & tamen neque Tyranni, neque qui extrinsecus bella reipublicæ inferunt, seditiosi appellantur.

4 Verius itaque definitur sedirio, † vt sit motus populi & subditorum, eorumue qui eiusdem multitudinis partes sunt, vel in eadem multitudine versantur, quo vel plures inter se, vel vnus pluresue aduersus eos, quibus fidelitate astricti sunt, vtilitatis alicuius consequendæ, vel damni alijs aut iniuriæ inferendæ causa, scientes & volentes in detrimentum & damnum Reipublicæ, ad dissensionem concitantur.

Motum in hac definitione pro genere ponimus, non quidem vt generaliter mutationem in Republica designet, vt generationem, corruptionem & similia: nec vt quemlibet etiam animi motum denotet, vt in illo Iureconsulti. l. obseruandum, ff. de officio præsidijs, Non est constantis, & recti iudicis, cuius animi motum vultus detegit. Item in illo Ciceronis. secunda de clar. cratoribus. & de natura Deorum libro secundo. Omnes motus animi, tanquam ventus hominem deferunt. Item Nunquam animus agitatione & motu vacuus esse potest.

Sed vt studium & conatum ardentius aliquid machinandi significet. Qua in significatione, accipitur illud Ciceronis. in Catilinam libro secundo Is omnes motus Catilinæ conatusque prohibuit. Ac talis quidem conatus interdum in actum exit, intrdum res conuitijs. iurgijs, rixis, querelis, & verborum velitatione agitur, manibus abstinetur, & quo minus ad effectum perducatur, bonis consiliis impeditur. Vtroque autem modo, & cum perficitur, & cum impeditur, seditio motus appellatur. Liuius libro secundo ab vrbe condict. eam sedi tionem, quæ nec dum erupit, sed vt erumpat iam apparata est, maturam appellat. Ea res (inquit) maturam iam seditionem, ac prope erumpentem oppressit. Addidimus in deffinitione, Populi, Cuius appellatione hoc loco omnis hominum
5 multitudo venit. Nam seditio† esse potest, vbicuuque est hominum multitudo, vt in populo, in gente, in collegio, in exercitu, in classe, in schola, & in quolibet cœtu & congregatione. Cicero. de cla. or. & pro Cluentio.

Vnde quod seditiose factum est, veteres populariter factũ esse dixerunt. Instituta de iure personarum §. fina. l. Imperato. ff. de legatis primo l. secunda, §. hoc rescripto vbi Bartol. ff. ad Syllanian. Bald. in l. antiquitas, C. de vsufruct. l. sed & si susceperit, ff. de iudic. Ita populariter loquitur, qui seditiose loquitur: populariter agit, qui seditiose agit, & contentiones seditiosæ, populariter concitari dicuntur. Cœterum, quot homines multitudinem, quot populum, quod collegium, quot gentem, quot exercitum, quot cœtum & congregationem faciant: certa quidem regula dari non potest. Siquidem interdum duo, interdum quatuor, interdum septem, interdum quadraginta, interdum quinquaginta, interdum maior pars viciniæ, multi dicuntur.

Sed & idem numerus hominum, ad diuersa facta comparatione, nunc multitudo, nunc paucitas appellatur. Panor. in capitulo latores, de cleric. excommuni ministra. Sic decem aut viginti hominum millla, relatione ad ciuitatem aliquam facta, multi homines dicuntur, & tamen habito ad magnam aliquam prouinciam respectu, iidem homines pauci dicuntur. Ita Moyses, Exod. trigesimo secundo, capitulo disciplina quadragesima quinta, distinctio. cuius iussu Viginti tria hominum millia occisa leguntur, tamẽ paucorum vitam gladio extinxisse dicitur.

Et ad eundem modum, de gente, de populo, de collegio, de turba, de cœtu, de congregatione, aliisque similibus constituunt leges, Baldus in Authentic. quod locum, C. de collati. Barto. in l. sicut, ff. quod quisque iure no. gloss. in capitulo primo de electione. Bartol. in l. prima, ff. de probation. & in l. prætor. la seconda, ff. de vi bonorum raptorum. Innocen. in capitulo primo de electio. Bald. in l. prima, C. de tutorib. & curatore, illustr. personarum. vt populum decem, turbam viginti, collegium tres, duo congregationem, cœtum decem homines constituant: Et tamen interdum plures, interdum pauciores has appellationes recipiunt. Est igitur in arbitrio Iudicis
6 †& boni viri positum, vt ipse, quot homines multi sint vel pauci, quot populus, turba, gens, cœtus, congregatio &c. interpretatur, eamque rem ita arbitretur, vt materiæ subiectæ conuenire existimabit subditorum.

Hoc additum est propter Tyrannidem, qua tametsi ipsa res publica commouetur, tamen huiusmodi motus non seditio est, sed Tyrannis: Inter seditionem enim & Tyrannidem hoc
7 interest, †quod Tyrannis caput, Seditio membra Reipublicæ occupat. Nec potest caput, sed membra, seorsim ire & secedere.

Sed & propter rebelles, additur verbum ubditorum. Rebellio siquidem subditorum est erga Dominos suos, nec ad numerum vel multitudinem hoc casu respicitur. glossa in dicto capitulo lato. vbi Panor. de cleric. excommunica. ministrante Siue enim multi sunt, siue pauci, Si obediẽtiam dominis suis subtrahunt, seditiosi & rebelles appellantur.

Eorumue qui vel eiusdem multitudinis partes sunt, vel in eadem multitudine versantur: Hoc additur propter bella ex-
8 terna, † quæ ideo appellatione seditionis non continentur, quia non ab his, qui eiusdem multitudinis partes sunt, vel in eadem multitudine versantur: sed ab externis inferuntur, atque extrinsecus intentantur, non secedendo, & seorsim eundo, sed aliunde in nos per vim irruendo fiunt.

9 Vnde & seditiones, †ciuilia, intestina, & domestica mala & bella, appellarunt veteres, quod ea ipsa non extrinsecus inferantur, sed in ipsis visceribus vnius corporis, inter ciues videlicet & domesticos enascantur. Quod nomen Cicero seditioni Catilinariæ tribuit, in Catilina. libro secundo, dum inquit. Atque hæc omnia sic agentur quirites, vt res maxime, minimo motu, pericula summa, nullo tumultu: bellum intestinum & domesticum, post hominum memoriam crudelissimum & maximum, me vno togato duce & Imperatore sedetur. Quo vel plures inter se: Hoc additur, propter eos motus, & dissensiones, qui inter paucos alicuius multitudinis concitantur, qui non seditio, sed rixa potius appellantur. Siqui-
10 dem seditio, †quæ inter subditos ipsos oritur, non paucorum est, sed multorum, & eorum quidem, qui sunt vnius multitudinis partes, vel in eadem conuersantur. Rixa autem in duos tantum, aut paucos orto conflictu concitatur, veluti si duos pluresue, de possessione alicuius prædii altercantes, alter alterum eiiciat, verberet, interficiatue. l in rixa, ff. ad legem Cornelia, de Sicar. l. qui multa, ff. ad legem Iuliam, ff. de vi publ. L. 4. ff. vi bo. rap.

Vel vnus pluresue, aduersus eos, quibus fidelitati astricti
11 sunt: Hoc addidimus propter rebellionem, †quæ vel Vasallorum est, aduersus dominos suos, vel subditorum & domesticorum aduersus eos, quorum Imperio subiecti sunt, & fidelitate obstricti.

Nam qui non sunt Vasalli, subditi aut domestici, si tumultuosis aliquid agant, seditiosi quidem sunt, rebellus autem dici non debent. Vel vtilitatis consequendę, vel damni aliis, aut iniuriæ inferendę causa: Hęc verba finem seditionis denotant.
12 Omnis enim seditio† fit aut ob vtilitatem aliquam consequẽdam, aut damnum iniuriamue a nobis repellendam, aliisue inferendam. Inter se ad dissensionem scientes & volentes in detrimentum & damnum Reipublicę concitantur: His verbis forma seditionis explicatur: Quippe a discordia seditio† & nomẽ & formam accipit. Nam quid aliud est seorsum ire, quam cum aliis dissentire? Nec omnis discordia seditionem parit, sed ea tantum, quę Reipublicę detrimentum, & damnum affert, & quietem illius & Tranquillitatem perturbat. Nam & inferendis legibus, disceptandis controuersiis, & aliis rebus iudicandis, & ordinandis magistratibus, Ordines alicuius Regni vel ciuitatis, plerunque inter se dissentiunt: nec tamen huiusmodi discordia seditio est, vt q̃ Reipublicę prodest magis quã obest.

Quippe quę collatis inter se diuersorum & eorundem dissentientium sententiis, tandem in concordiam coalescit. Sic nec mutua inter ciues æmulatio †& dissensio, qua alter alterum prudentia, consilio, & rebus gerendis, superare intendit, seditio est: Nam & ipsa Reipublicę, non solum non noxia est, sed etiam vtilis. Ac talem quidem discordiam Apollonius apud Philostratum, dissentientem corcordiam appellat, & ciuitati in primis vtilem affirmat. Philostrat. libro quarto, de vita Apol. Ciuitas, inquit, recte habitanda dissentientis concordię indiget, quę salutem quandoq; affert. Nam vt seditio, quę ad gladios, mutuasque plagas ciues deducit, a ciuitatibus,

Digitized by Google

exterminãda penitus est, sic mutua ciuium æmulatio, p̃ communi ciuitatis bono, ceu quod alius alio melius sententiam dicat, aut magistratum rectius gerat, aut præclarius legatione fungatur, aut etiam splendidiora construat ædificia, aut in aliquo huiusmodi excellat: Talis, inquam, cõtentio, aut æmulatio ciuitati plurimum confert, licet ciues pro communi bo
15 no faciat dissidere: Atque hac ratione discordia† ciuium bonorum & malorum, ad malos collata, seditio appellatur, ad bonos vero, Reipublicæ defensio. Nam huiusmodi motus, quatenus mali cum bonis dissentiunt, damnum: quatenus vero prauis malorum conatibus resistunt, vtilitatem Reipublicæ afferunt. Ideoque & mali huiusmodi discordiarum vel authores, vel fautores, & participes, passim in historijs seditiosi: boni vero eorundem persequutores, merito reipublicæ vindices, tutores, & defensores appellantur. Iaso. consilio 86. tertij volumi. Neque vero omnis dissensio, qua detrimentum reipublicæ infertur, Seditio est. Felinus in rubrica de treug. & pace. Sed ea tantum, quæ eo animo fit, vt reipublicæ officiatur. Ideoque si quis in rixa inimicum verberet, inde tumultus aliquis oriatur, quo Respublica offenditur, non est ob id seditiosus dicendus: Marsil. de Hyp. singu. 247. & in l. prima, de c. sicar. Quia nõ eo animo in rixam venit, vt tumultum aliquem cõcitaret, aut in exitium Reipublicæ contenderet. Non enim ad ea quæ occasionaliter: Sed ad ea potius, q̃ principaliter aguntur, respiciendum est.

Prima diuisio seditionum, in Monasticam, Oeconomicam, & Politicam.

SVMMARIVM.

1 *Seditionum genera varia sunt.*
2 *Seditio inter carnem & spiritum quam sit periculosa & grauis assignatur ratio nu. 3.*
4 *Conscientiæ vis quanta sit cuius bellum raro quiescit in homine, numero 5.*
6 *Seditio domestica quæ sit.*
7 *Seditio Politica qua sit.*

CAP. II.

1 SVnt autem varia seditionũ genera. Ac primum quidem, seditionum alia est Monastica siue vnius hominis ad ipsum, alia Oeconomica siue Domestica, alia Politica siue Ciuilis. Aug. de Salut. documen. c. 16. Monastica duplex est, vna carnis aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem: De qua accipiendum est, quod Apostolus dicit Gal. 5. Caro enim concupiscit aduersus Spiritum, Spiritus autem aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicem aduersantur, vt non quæcunque vultis, illa faciatis. Item illud. Rom. 7.

Video aliam legem in membris meis repugnãtem legi mẽtis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quæ est in membris meis. Et iterum. Ego enim mente seruio legi Dei, carne autem legi peccati. Item veritas ipsa Dominus noster Iesus Christus dicit. Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma Matth. 26.

Quibus aliisque his similibus scripturæ testimonijs & exẽplis ostenditur, quam grauis sit illa inter carnem & Spiritum
2 colluctatio, † & discordantibus ad se inuicem quotidiana congressio, vt non quæ volumus ipsa faciamus: Dum Spiritus cœlestia & diuina quærit, caro terrena & sæcularia concupiscit. Cæterum quantum inter se pugnent, ipsorum quoque inter se pugnantia & contraria opera demonstrant. Manifesta sunt enim (vt idem Apostolus testatur Gal. 5.) opera carnis: Quæ sunt, fornicatio, immunditia, impudicitia, luxuria, idolorum seruitus, beneficia, inimicitiæ, contẽtiones, æmulationes, iræ, rixæ, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, ebrietates, comessationes & his similia.

Fructus autem Spiritus sunt, Charitas, gaudium, pax, patientia, benignitas, bonitas, longanimitas, mansuetudo, fides, mo-
3 destia, continẽtia, castitas. Et hæc quidem interna seditio † eo quoque grauior est, quia perpetua in nobis est, & quæ nunquam, quam diu in hac mortali carne peregrinamur, extingui potest. Fomes quippe huius mali intus in vltimis carnis recessibus latitat, nec vnquam titillatorij sensus non stimulant. Qui etsi rationis authoritate ad tempus dometur, tamen vsque redit stimulus semel repressus, maxime in ijs membris, in quibus libidinum appetitus resident.

Nam vt cætera membra imperio rationis obediant, & arbitrij retineant libertatem: tamen vbi hic Babyloniæ fornax exarserit, & quasi pice & Naphtha conspersi libidinum ebullierint appetitus, inflammata caro aliquando libertatis priuatur honore: In tantum, vt rebellia membra (velit nolit ratio, in motus nefarios interdum audacter exurgãt. Altera animę seditio est quam aduersus Spiritum, iam a carne victum, exercet Conscientia, quæ nullo non suppliciorum genere nocen
4 tem iam territat & affligit. Ab ipsa siquidem conscientia, † anima peccatrix captiuatur, accusatur, conuincitur, cõdemnatur, ac morti traditur.

Est autem Conscientia, vt Origentes alibi scribit, in epis. ad Roma. libro secundo capitulo secundo, Spiritus, qui ab Apostolo anima esse dicitur, velut quidam pædagogus ei sociatus & rector, vt eam de melioribus moneat, vel de culpis castiget & arguat. De qua & illud dictum est. primo Cor. 2. Quia nemo scit hominum, quæ sunt hominis, nisi Spiritus hominis, qui in ipso est. Et ipse fit conscientię Spiritus: de quo dicitur: Ille Spiritus testimonium reddit Spiritui nostro. Sed & conscientiæ
5 bellum † raro quiescit in homine. Neque enim sine aliquo conscientiæ vulnere esse possumus, nec quisquam sic sibi Blãdiri de puro atque immaculato corde potest, vt innocentia sua fretus, nullius se peccati sibi conscius esse dicere possit. Cũ scriptum sit. Prouer. c. 20.

Quis gloriabitur se habere castum cor, aut quis gloriabitur mundum se esse a peccatis? Et iterum in Epistola sua Ioannes prima captu. 1. ponat & dicat. Si dixerimus quia peccatum non habemus, nosmetipsos decipimus, & veritas in nobis nõ
6 est. Seditio † Oeconomica siue Domestica est, quę vxore & marito, parentibus & liberis, domino & seruis inter se discordan
7 tibus, in societate Domestica excitatur. Seditio † Politica siue ciuilis est, quam subditi aduersus Dominum, vel alterutrum inter se vicini vel ciuitates vnius Imperij vinculo constricti concitant.

Inter schisma & seditionem quid conueniat, & quid interst.

SVMMARIVM

1 *Seditionum ciuilium diuisio.*
2 *Schisma vnde dictum. Quid sit, ex Augustino, nu. 5.*
3 *Ecclesia est corpus, & fideles membra. cuius vnitas diuersis modis scinditur. 4. & 6. 9.*
7 *Seditio Chore. Dathan, & Abyron contra Moysem & Aaron.*
8 *Schismatici in nouo testamento multi recensentur.*
10 *Schismata viginti nouem in ecclesia de contentione Pontificatus numerantur.*
11 *Vnitas ciuilis societatis seditione scinditur & perturbatur. & numer. 13. alio modo. nu. 15.*
12 *Seditiones Gracchorum quales fuerint.*
14 *Seditio a Fabio Ambastio Tribuno plebis excitata qualis fuerit.*
16 *Romanum imperium a triginta Tyrannis sub Galieno occupatum.*
17 *Regilianus per iocum factus imperator.*
18 *Marii ex Fabro Ferrario in principem creatio & interitus.*
19 *Imperii diuisio sub Ludouico tertio.*
20 *Schisma in imperio per obitum Henrici. VII. anno Domini. 1314.*

CAP. III.

ALia diuisio seditionum est.
1 Nam ciuilium seditionum † quædam ob res sacras, q̃dam ob prophanas oriuntur, illa, proprie schisma, hæc vero seditio appellatur Nec est inconueniens, vt seditio tanquam genus in schisma & seditionem scindatur. Nam idẽ in aliis quoque vsu venit, ut genere in certas species diuiso, species ipsa nomen generis retineat, vt de adoptione, & plerisq; aliis lureconsulti affirmant.

2 Schisma † χίζω dictum est, quod est scindo, quia per ipsum Ecclesię vnitas scinditur. Ecclesię vnitas est, qualis & corporis primo Cor. 12. Nam vt corpus diuersa membra habet, diuersis officiis distincta, de vno tamen spiriru & virtute participan
3 tia: Sic ecclesia † & ipsa corpus est, cuius membra sunt fideles, multa quidem & inter se diuersa, sed mutuę charitatis, & vnius Spiritus compage, ita coniuncta & vnita, vt in idipsum pro inuicem solicita sint, & siquid compatitur vnum membrum, compatiantur & alia: Si glorietur vnum, glorientur & alia, vt Apostolus Paulus docet.

4 Hæc vnitas † diuersis modis scinditur. Primo pp diuersã fidei professionem, vel diuersam in actib. Ecclesiasticis sniam, cum discessione ab Episcopali & Ecclesiastica obediẽtia cõinctã;

iuxta

Digitized by Google

iuxta illud Prophetæ. Esaiæ 22. Scissuras ciuitatis videbis, quia multiplicatæ sunt. Et in hac significatione schisma ab Augu-
5 stino diffinitur libro 2. contra Cresco. Gram. Vt sit † recens cõgregationis, ex aliqua sententiarum diuersitate dissentio.

Ad quem modum omnes hæretici, schismatici appellantur, atque huius generis tot fere schismata sunt quot hæreses. Nam vix hæresis vnquam fuit, quę pręter hoc quod eius asser tores a Catholicis dissentientes, seipsos ab Ecclesia separauerunt, subinde etiam inter Christi fideles, non aliquam diuisionem, & multorum Episcoporum suorum ab obedientia defectionem peperit. Cuius rei innumera fere exempla a me referri possent, de quibus post hac nonnihil dicemus, cum de seditionibus ex hæresibus descendentibus tractabimus. Secundo cum Episcopi, aliique inferioris etiam condi
6 tionis homines, Rom. Pontifici † tanquam Ecclesię capiti pertinaciter, & cum quadam rebellione debitam obedientiam subtrahunt: de quibus B. Cyprianus, ad Cornelium Papam, ad hunc modum scribit, libro primo epistola prima. Nec enim hęreses aliũde ortę sunt, aut nata schismata, quam inde, quod sacerdoti Dei non obtemperatur. nec vnus in Ecclesia ad tempus sacerdos & ad tempus iudex, Christi vice cogitatur, cui si secundũ ministeria diuina obtẽperet fraternitas vniuersa, nemo post diuinum iudicium, post populi suffragium, post coepiscoporum consensum, iudicem nõ se iam Episcopi, sed Dei faceret, nemo dissidio vnitatis Christi Ecclesiam scinderet. Idẽ ad Florentium Papianum.

Inde, inquit, schismata oriuntur, dum Episcopus, qui vnus est & pręest, superbe quorundam præsumptione contemnitur: & homo dignatione Dei honoratus, indignus hominib. iudicatur.

Ac talis quidem seditio fuit Chore, Dathan, & Abyron,
7 cum eorum asseclis. Hij † nimirum, ab obedientia summi sacerdotis sese subtrahentes, adeoque profani ipsi eorum officia vsurpantes, ac contra Moysen & Aron stantes, dixerunt. Num. 16. Sufficiat nobis, quia omnis multitudo sanctorum est, & in ipsis est dominus, Cur eleuamini super populum Domini? Dein de vocati a Moyse dixerunt, Non veniemus, nunquid parum est tibi, quod eduxisti nos de terra AEgypti, quę lacte & melle manabat, vt occideres in deserto, nisi & dominatus fueris nostri? an & oculos nostros vis eruere? non venie
8 mus &c. In nouo testamento, † instituto iam vere Euangelico sacerdotio, veteres hos schismaticos imitati sunt, Nouatus, Vuicleph, Hus, & innumeri alii schismatici. Et nostris temporibus Lutherus, Zuuinglius cum eorum & diaboli satellitibus, infinita prope Lutheranorum & Zuuinglianorum cohorte, qui & idem, summo in Ecclesia sacerdoti Summo Pontifici, aliisque Episcopis resistentes, nihil scribunt & docent, quam, Omnes Christiani sunt ex æquo sacerdotes & Episcopi: Omnis multitudo sanctorum est, in ipsis est spiritus Dei, Quid eleuamini super ipsos, cum & ipsi omnia munia sacerdotis implere possint? Quid vobis consecrandi munus arrogatis, cum & mulieres consecrare, & corpus Christi conficere possint? Quid tibi primatum in Ecclesia vsurpas Romanæ Pontifex: cum omnes tecum sacerdotes, per Vniuersam Ecclesiam, parem potestatem & iurisdictionem habeant? Quid præsumitis Episcopi, cum omne officium & iurisdictio, quã hactenus in Ecclesia exercuistis, totum ad magistratus sæculares pertineat? Deinde admoniti a summo Pontifice, reliquisque Episcopis: Ecclesiæ prælatos, vt ministros debita venerationе & obedientia prosequantur, miris modis in plebe vociferantur, Iniusto se dominio premi, & nescio quod lac & mel verbi Dei, & communicationis in vtraque specie, multo tempore eis fuisse subtractum, & innumera eiusdem generis similia, quorum omnium plena eorum scripta reperiũtur, & templa eorum boatu complentur.

9 Tertio diuiditur vnitas Ecclesię, † duobus pluribusue de Põtificatu, siue summo siue inferiori contendentib. Nam qui hoc modo se pro Pontificibus gerunt, nolentes per cessionem, renunciationem, alioue legitimos modos, vt vnus Ecclesiæ Episcopus legitime præficiatur consentire, pro schismaticis habendi sunt: qui Ecclesiasticam vnitatem scindunt, non quidem eius authoritati detrahentes: sed obedientiam potius Christo, q̃ est verum & primarium caput Ecclesię, subtrahentes.

10 Huius generis viginti nouem schismata, † in Romana Ecclesia numerantur. Primum, inter Cornelium, & Nouatianum anno domini. 251. Secundum, inter Liberium, & Fœlicem anno domini 335. Tertium, inter Damasum, & Vrsicinum. anno 366. Quartum, inter Bonifacium primum, & Eulalium. anno 493. Sextum, inter Bonifacium, & Dioscorum. anno 530. Septimum, inter Stephanum, & Constantinum secundum. Octauum, inter Eugenium secundum, & Sisinnium. Nonum, inter Leonem quintum, & Christophorum presbyterum. decimum, inter Ioannem secundum, & Leonem octauum. Vndecimum, inter Gregorium, & Ioannem Episcopum Placentinum. duodecimum, inter Benedictum nonum, & Syluestrum tertium. decimum tertium, inter Benedictum octauum, & alium quendam Antipapam, per seditionem suffectum. decimumquartum, inter Benedictum decimum, & Gerardum, Episcopum Florentinum, decimum quintum, inter Alexandrum secundum, & Cadulum, Episcopum Parmensem, ab Henrico Imperatore creatum, & Clementem appellatum. decimum sextum, inter Gregorium & Episcopum Parmensem. decimum septimum, inter Paschalẽ secundum, Gibertum Theodoricum & Magnulphum. Decimumoctauum, inter Gelasium secundum, & Brittonem Bracarensem Archiepiscopum, qui ab Henrico Imperatore Antipapa factus, Gregorius appellatus est.

Decimum nonum, inter Innocentium secundum, & Petrum, Petri Leonis ciuis Romani filium. qui facinorosotum seditionibus creatus, Anacletus appellatus fuit. Vicesimum inter Alexandrum papam tertium, & Octauianum Cardinalem appelaltum Victorem, Guidonem Cremensem, & Ioannem Sarnienſem, Antipapas.

Vicesimumprimum, inter Ioannem Vicesimum tertium, & Petrum Corbonensem Minoritam, a Ludouico Bauaro Imperatore creatum. Vicesimumsecundum, inter Vrbanum sextum, & Robertum Gebennensem Cardinalem Clementem appellatum.

Vicesimum tertium, mortuo Vrbano intet Robertum Gebennensem, & Petrum de Tomatellis, qui Bonifacius nonus appellatus est. Vicesimumquartum, inter eundem Bonifacium, & Petrum de Luna, qui mortuo Clemente, Antipapa creatus est, & Benedictus decimus tertius appellatus. Vicesimumquintum, mortuo Bonifacio inter Innocentium septimum, & eundem Petrum de Luna, Vicesimumsextum, inter eundem Petrum, & Angelum Corarium, qui Gregorius duo decimus appellatus fuit. Vicesimumseptimum, inter Alexandrum quintum, & eosdem Benedictum, & Gregorium, quibus propter Schisma in Concilio Pisano depositis, Alexander electus est.

Vicesimum octauum, inter Ioannem vigesimumquartum alii vigesimumtertium dicunt, mortuo Alexandro V. creatum, antea Balthassar Cossa nuncupatum, & cosdem Benedictum & Gregorium. Inter omnia autem grauissima certe schismata, quæ ab Vrbano sexto, vsque ad Martinum quintum, & ita annis circiter Triginta nouem continuis durauerunt, ac tandem in Concilio Constantiensi, amotis tribus Põtificibus, & Martino quinto suffecto, sublatum est. Vicesimũ nonum, inter Eugenium quartum, & Amadeum Sabaudiæ Ducem, in Basiliensi Concilio electum, & Fœlicem V. appel-
11 latum. Seditio est, † qua vnitas ciuilis societatis scinditur, ac perturbatur. Nam vt in Ecclesiastica communione ita, etiam in ciuili societate multa membra, certis officiis distincta, vnũ corpus Ciuile construunt, quod & ipsum variis modis scinditur, atque perturbatur.

Primum propter diuersum in republica studium, quo vel ad nouandas, rite semel latas leges, vel constituta iudicia contenditur. Nam vt huiusmodi studiis æqualitas illa communis iuris turbatur, qua scilicet in rebus causisque ciuium æqualitas conseruatur, ita & vnitas ipsa ciuium, ad discordias & dissensiones ciuiles, per huiusmodi mutationem conuertatur necesse est. Ac tales quidam ferunt Gracchorum seditiones,
12 † quas ob id tantum excitatas esse constat, Quod Gracchis populo gratificari studentibus, quædam ab ipsis leges latæ sunt, quibus quum agrorum possessiones, & iura a diuitibus in tenuiores, & iudicia a senatoribus in Equites transferri viderentur, variis inter ciues concitatis dissensionum studiis, non solum maxima, inter omnes Reipublicæ ordines turbatio & discordia exorta est: verum etiam totius reipublicę status conuersio subsequuta.

13 Secundo diuiditur vnitas † ciuilis, quoties plebs ipsa aduersus magistrarum reipublicę insurgit, vel authoritati eius detrahendo, vel sibi ipsi authoritatem contra leges arrogando, vel obedientiam legibus magistratibusue aut dominis suis subtrahendo.

Et ad hunc modum scissa & turbata fuit vnitas ciuilis, quãdo plebs in montem sacrum secedens, sese a patribus diuisit, & ide magistratum Tribunicium extorsit. Qua diuisione nulla nunquam in republica Romana perniciotior fuit: Quippe quæ omnium seditionum causam excitauit, & earundẽ fons, & origo fuit, & Lucius Florus testatur libro tertio, capitu. 12.
14 Epit. Eiusdẽ generis est seditio † illa, a Fabio Ambusto tribuno bis excitata, qua patrum authoritati in tantum derogatum est, vt noua lege lata, alter consulum ex plebe creari cœperit. T. Liui. libro sexto, ab vrbe condita. Plinius de viris illustrib.

Digitized by Google

Eodem pertinent ſeditiones,quibus ſubditi a dominis ſuis deficientes,debitam eis obedientiam ſubtrahunt. Cuiuſmodi eſt calamitoſa illa,& nunquam ſatis deplorata ſeditio,quam noſtra ętate in vniuerſa prope Germania, ruſtici contra principes & dominos ſuos.Et altera,qua principes quidam imperii,aduerſus inuictiſſimum Ro. imperatorem Carolum eius nominis Quintũ,excitarunt, qua nembra imperii ita inter ſe ſciſſa,& diuiſa,& a capite diuulſa,& reſpublica imperii dilacerata eſt, vt de ſalute ipſius iam deſperatũ eſſet,niſi Chriſtianiſſimi illius,& fortiſſimi impera.potentia & virtute, tam atrocem ſeditionẽ ſedatam,ac ſeditionis authoribus ſublatis,omnia ad priſtinum ſtatum,vnitatem,& concordiam redactum
15 irſi ſperaremus.Tertio ciuilis vnitas† diſſipatur,quoties multis de Imperio contendentibus,ipſa Reſpublica in diuerſas partes diſtrahitur.Auguſt.lib.3.ca.30.de ciuitate Dei.Cuiuſmodi tunt cõtentiones illę inter Marium & Syllam:inter C. Cęſarẽ & Pompeium Magnum:inter Octauium Auguſtum, & M. Antonium. Qui omnes pari ſtudio ad principatum Reipub. aſpirantes,ac vrbem & Imperium ſibi vendicantes,varijs bellis non tam in aduerſos bellum geſſerunt:quam contra patriã pugnarunt,vt inquit Appianus.de bell.Ciui.lib.1.2.3.& 4.& libro j.de bel.ciui.Rom.Donec tandem Sylla ſponte ſua potentia m deponente,& C.Cęſare in Senatu viginti tribus vulneribus confoſſo,& vitam ſimul & Imperium amittente:Octauius Auguſtus Cæſar,primum Lepidum dignitate ſpoliaret, & Antonium circa Actium bello vinceret, ac deinde omnibus ciuilibus bellis confectis,a Valerio Meſſala oratore, nomine Senatus & populi ſalutatus Auguſtus, & vnicus Imperij Romani Princeps declararetur.Ad eundem fere modum,reſpu
16 blica† Romanorum ſub Galieno Principe,qui vino, mimis, & meretricibus magis quam Imperio vacauit,ſciſſa fuit:quo regnante,vno tempore triginta Tyranni,in diuerſis orbis partibus,contemptu mali principis,Imperium affectarũt ſimul, & arripuerunt.Quibuſdam eorum a gentibus, alijs a militaribus exercitibus,alijs a fœminis,alijs coacte,alijs ſponte,aliis inter conuiuia,& veluti periocum ad id faſtigii euectis. Trebellius Pollio in libro de triginta Tyrann. Siquidem de Regil
17 liano traditur:† cum milites cum eo quidam cœnarent,vnum ex his dixiſſe,Regilliani nomen vnde credimus dictum? & alium continuo reſpondiſſe,Credimus quod a regno:Tũ ſcholaſticum quendam quaſi Grammatice cępiſſe declinare, & dicere.Rex,Regis,Regio,Regillianus:ad quæ milites, Ergo põt Rex eſſe.Item alius,Deus tibi nomẽ poſuit: Quibus ita dictis, cum alia die mane proceſſiſſet,a Principibus Imperator eſt ſalutatus.Addo inter hos abiectæ & humilis conditionis,vt Zenobiani fœminam,& Marium ex fabro ferrario principes eſ-
18 ſe creatos.Ac Marius† quidem cum triduo tantum imperaſſet,a milite quodam,qui in eius quõdam officina fabrili operatus fuerat,occiſus eſt:additis ad facinus his verbis.Hic eſt gladius,quem ipſe feciſti. Similis vero diuiſio poſt Imperium in
19 Germanos tranſlatum aliquoties facta eſt:† Cuiuſmodi inter alias fuit,anno a natiuitate Domini,DCCCCXIII. qua Ludouico tertio Imperii gubernacula tenente: Germanis contemptis,Itali quoque, & Galli Imperium ſibi vindicarunt. Nam Itali Berengarium, Galli Ludouicum Boſonis filium: Germani vero defuncto Ludouico tertio,Conradum ex Frãcorum genere oriundum,Imperatores elegerunt. Idem acci-
20 dit† anno a ſalute reparata M.CCCXIII.quo tempore imperio per obitum Hẽrici Imperatoris eius nominis Septimi,Fridericus Dux Auſtriæ, in diſcordia Principum electus, tribus videlicet in Federicum,& tribus aliis(nam eorum ſex fuerũt) in Ludouicum ſuffragia ſua conferentibus,Reges Romanorum electi fuerunt.Nec diſſimilia his fuerunt ſchiſmata, quæ Henrico quarto,& Rudolpho Sueuiæ Duce(qui regnãte eodem Henrico,a paucis quibuſdam principibus in Forchem in Ro.Regem electus fuit) Phylippo & Othone Quarto, & iiſdem regnantibus aliquanto poſt tempore Bertholdo de Zermgen,aliiſque vno & eodem tempore in diſcordia Principum Germanorum in Reges Romanorum electis, & ſimul Imperii gubernacula arripientibus & tenentibus,exorta fuerunt.

De rebellione.

SVMMARIVM

1 *Seditio in rebellionem & factionem diuiditur,& quæ vtraque ſit.*
2 *Poteſtatum gradus ſunt tam in temporalibus quam in ſpiritualibus.*
3 *Eccleſia Romana eſt mater & caput omnium eccleſiarum.*
4 *Imperator eſt dominus omnium ſubditorum imperii.*
5 *Obedientia conſiſtit in tribus,enumeratis & declaratis ibi.*
6 *Deo primum obediendum eſt. Deinde poteſtatibus quoque humanis numero 7.*
8 *Subditorum fidelitas erga ſuperiores quot & quibus capitibus conſtat.*
9 *Vaſalli & officiales qualem obedientiam erga dominos exhibere debeat.*
10 *Obedientia domeſticorum qualis in dominos & patres familias eſſe debent.*
11 *Rebelles Deo qui ſint.*
12 *Rebelles hominibus qui dicantur.*
13 *Subditi,vaſalli,& officiales quando dicantur rebelles dominis ſuis.*
14 *Vaſallus adulterans vxorem domini,ipſo volente,vel non reclamante,excuſatur a rebellionis crimine.*
15 *Crimina aliena quomodo committenti imputentur vel non.*
16 *Seuera vxoris Valentiniani Impera.Stolida ſimplicitas quam ſibi nocuerit.*
17 *Hermilindæ vxoris Cuniperti Regis Longobardum ſtellida & ſibi nociua ſimplicitas.*
18 *Mulieres Zelotipa ſunt,maritis alienum amorem potius inuidentes quam indulgentes.*
19 *Subditi tenentur obedire Dominis,ſi iuſta præcipiãt,ſecus ſi iniqua & Decontraria.*

CAP. IIII.

1 RVrſus† ſeditio in rebellionẽ & Factionem diuiditur: Illa inferiorum & ſubditorum eſt,aduerſus ſuperiores & dominos ſuos: Hęc vero inferiorum,& ſubditorum inter ſe.Rebellio verbum nouum eſt,& priſcis legum conditoribus incognitum, vt Bartolus ſcribit.in extrauag.qui ſint Rebelles,in verbo Re bellis, & verbo tenore.Eſt autem a rebellando dicta,Rebellio quaſi repugnantia & inobediẽtia:Rebellare ſiquidem,repugnare eſt. Decius conſilio 544.in tertio volumine,quomodo Et vulnera,vlcera,aliaue vitia apud Plinium rebellare dicuntur,quę ſemel curata denuo repullulant. Plinius libro ſecundo capitulo 33.nat.hiſt.Eſt igitur Rebellio repugnãtia, qua qui aliorũ poteſtati ſubiecti ſunt,aut aliqua fidelitate aſtricti, debitã eis obedientiam relinquunt,atque abiiciunt. Obedientia inferiorum eſt erga ſuperiores,& eos qui poteſtate aliqua fungũtur. Supremam poteſtatem habet Deus,cui omnia ſubiecta ſunt, in cœlo & in terra:Matt.vlt.cuius poteſtas eſt ſempiterna, Daniel.4.& regnum eius in generatione & generationem,quod nunquam corrumpetur.Daniel.7.Inter homines autem po-
2 teſtatum gradus† quidam ſunt, tam in ſpiritualibus quam in temporalibus.Ac in ſpiritualibus quidem primum locum habet Romana & Catholica Eccleſia,& illius caput Romanus
3 Pontifex.Eccleſia† ſiquidem Romana omnium Eccleſiarum mater eſt,& caput,quam qui deſerit, in Eccleſia eſſe non poteſt,vt inquit Cyprianus.lib.1.Epiſt.1.

Secundum locum ſortiuntur Epiſcopi, Epiſcopo presbyter, presbytero Diaconus, Diacono Subdiaconus, Subdiacono Acolytus,Acolyto Exorciſta, Exorciſtæ Lector, Lectori Hoſtiarius,Hoſtiario Abbas,Abbati Monachus ſubiectus eſt. In
4 temporalibus vero,Imperator dominus eſt† omnium Regũ, Principum,& Subditorum Imperii, a quo in reliquos omnes,veluti a fonte omnis poteſtas & iuriſdictio deriuatur.Poſt imperatorem Reges & Principes,Superiores & Domini ſunt, quiſque eorum,qui ſub imperio ipſius conſtituti ſunt. His addimus poteſtatem,quam parentes in filios, Domini in ſeruos & officiales,Mariti in vxores,Patres familias in familiam,Duces exercitus in milites:Magiſtri & præpoſiti ſcholarum, in diſcipulos,& alii ad eundem modum in alios habent. In hoc igitur ordine poteſtatum & Magiſtratuum generaliter, qui ſunt inferiores iis, quorum ſub imperio ſunt, obedientiam præſtare debent,etiam ſi ipſi quoque aliorum ſint ſuperiores Iuſtum eſt enim,vt qui ſcit ſe aliis eſſe præpoſitum,non moleſte ferat,aliquem ſibi eſſe prelatum, ſed obedientiam quam exigit,ipſe etiam dependat,vt Iulius papa ad Orientales Epiſcopos ſcribit.epiſtola prima,ad Orientales Epiſcopos glo. 93. diſtin.in ſumma.

5 Potro obedientia† in tribus rebus conſiſtit: In mandato ſuſcipiendo & conficiendo,in reuerentia exibenda, & in iudicio ſubeundo.Mandatum,leges,& pręcepta ſuperiorum comprehendit:Vnde mandatis obediunt,qui legibus,& præceptis ſuperiorum parent.Reuerentia,fidelitatem,honorem,omnia que alia officia,& obſequia,complectitur, quibus inferiores iis,quorum ſub poteſtate ſunt,aſtringuntur. Itaque reuerentiam exhibent,qui eos quorum ſub imperio ſunt,diligunt,& debito honore afficiunt, tum fidelitatem eis & debita obſequia præſtant.Iudicium poteſtas eſt,qua qui ſuperiorum iuriſdictioni ſubiecti ſunt,coercentur,vt quod iuſtum eſt, faciant: quod iniuſtum eſt,deuitent.Iudicium igitur ſuſcipiunt, q iudicũ,quorũ iuriſdictioni ſubiecti ſunt,præceptis & ſententiis parent

Digitized by Google

6 rent. Primùm igitur Deo † obediendum eſt: quod tum fit, cũ ipſius mandata cuſtodimus, & debitum illi cultum & honorem exhibemus. Iuxta illud Diliges Dominum Deum tuum, & obedias voci eius, & illi adhæreas, & cuſtodias mandata illius: Deut. 30. Et illud. Afferte Domino gloriam & honorem. Pſal. 28. Item illud. Soli Deo honor & gloria. Tim. 1. Deinde
7 poteſtatibus † quoque humanis obediendum eſt, Paulo Apoſtolo ita præcipiente. Omnis anima, inquit, poteſtatibus ſublimioribus ſubdita ſit. Non eſt enim poteſtas niſi a Deo: quæ autem a Deo ſunt, ordinata ſunt. Itaque qui poteſtati reſiſtit, ordinationi Dei reſiſtit. Rom. 13. Idem Petrus Apoſtol. præcipit. Subiecti (inquit eſtote omni humanæ creaturæ: ſiue regi, quaſi præcellenti: ſiue ducibus, tanquam ab eo miſſis Pe. 2. Tum autem recte regibus & poteſtatibus obedimus, cum eorum iuſtis mandatis, & legibus, & rectis iudiciis paremus, debitam illis reuerentiam & honorem exhibemus: fidelita-
8 tem item, tributa, aliaque obſequia præſtamus. Fidelitas † ſubditorum certa quædam habet capita, De forma fidelitatis, c. vnico, de noua forma fide. c. 1. in vſibus feudorum. ea nimirũ ſunt, quę his verbis continentur, Incolume, tutum, honeſtũ, vtile, facile, poſſibile. Incolume, ne damnum Domino in corpore afferant. Tutum, ne damno ſint Domino arcana eius reuelando. Honeſtum, ne faciãt, quo fama Domini lædatur, neue iuſtitia, aliaque quæ ad honeſtatem eius pertinent, impediantur. Vtile, ne faciat, vt bonis eius & poſſeſſionibus damnum aliquod aut detrimentum afferatur. Facile vel poſſibile, id ipſius dolo faciat difficile vel impoſſibile. Et vt ſummatim dicam, ſubditi dominis ſuis obedire debent, non dominari: iuxta illud Sapientis. Prouerb. 14. Non decent ſtultum diuitię, nec ſeruum dominari Principibus. Item Prouerb. 30. Per tria mouetur terra, & quartum non poteſt ſuſtinere: per ſeruum, cum regnauerit, per ſtultum, cum fuerit ſaturatus cibo, & per odioſam mulierem, cum aſſumpta fuerit Matrimonio, & p ancilam, cum fuerit hæres dominæ ſuæ. Eandem obedientiã
9 & fidelitatem vaſalli, † & officiales dominis ſuis debent. Nam & ipſi ad certa ſeruitia dominorum obligantur, nec quicquã agere debẽt, quo dominus vitam amittat, vel membrum, vel quo in perſona læſionem, vel iniuriam aliquam, vel contumeliam, accipiat. Quin curare etiam debent, quo minus hæc ab aliis in dominum comittantur, aut ſi tale aliquid reſciuerint, quam primum hoc & domino renunciare, & ipſi, quoad poſſunt, impedire tenentur. Sed & ſecreta domini, nunquã ſine iuſſu aut permiſſione ipſius, manifeſtare debent. Ad idẽ fere genus pertinet filiorum † erga parentes, ſeruorum erga
10 Dominos, & vxorum erga maritos obedientia. Nam & ipſi tam diuino quam humano iure, ad quædam obſequia, tum reuerentiam & honorem his ipſis præſtanda aſtringuntur. De filiis ſi quidem & ſeruis dictum eſt, Filii obedite parentibus veſtris in Domino. Epheſ. 6. Item, Honora patrem & matrem tuam. Exod. 20. Item. Serui, obedite dominis carnalibus cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri. Coloſſ. 3. Sic & vxor viro ſubiecta eſt, cui & communi lege naturæ, & præcepto diuino ſeruire tenetur. Siquidem mulieri dixit Domin' Deus. Geneſ. 3. Sub viri poteſtate eris, & ipſe dominabitur tibi. Sed & naturalis ordo eſt, vt in omnibus ſeruiant fœminæ viris. 33. q. v. cap. eſt ordo. & cap. hæc imago. & Glo. in capitu. a Subdiacono. 93. diſtinctio. quia nulla iuſtitia eſt, vt maior ſeruiat minori, vt inquit Auguſtinus, cap. cum caput 23. quæſt. 5. Certum eſt autem, virum muliere eſſe maiorem. Nam vir ad imaginem Dei factus, imago & gloria Dei eſt, non mulier, vt Apoſtolus teſtatur. 1. Corinth. 11.

Atque hæc ſane fuſius aliquanto de obedientia dicere voluimus, quæ eo pertinent, ut iam intelligamus, qui eam relinquunt & abiiciunt: Quibus modis inobedientiæ & rebellionis crimen committant. Nam rebelles ſunt, ut inquit Baldus, in l. ſi vero. §. qui ergo ff. de teſta. Iaſ. conſilio 139. volumine 4. & conſilio 86. volum. 3. qui dicto vel facto ſuperiorum cõtradicunt: ſiue, vt Ang. de Peruſio videtur, in l. 2. ff. de iud. per glo. in l. ſi certarum, §. fina. in glo. fina. ff. de teſtam. militis. qui ſunt in notoria proteruia, & inobedientia. Et vt varij atque diuerſi ſunt gradus obedientiæ, ita varij etiam ſunt modi, quibus ab obedientia deciditur: vnde & variæ ſpecies rebellionis o-
11 riantur neceſſe eſt. Ac primum quidem Deo rebelles † ſunt, q leges vel mandata Dei tranſgrediuntur, quique cultum, & honorem illi debitum, detrahunt. Quo ſane nomine, populus Iſrael vt rebellis a Moyſe reprehenditur. Contempſiſtis, inqt, Imperium Domini Dei veſtri, & non credidiſtis ei: neq; vocẽ eius audire voluiſtis: ſed ſemper fuiſtis rebelles, a die qua noſſe vos cœpi. Recte Deo rebelles hic vocat ſcriptura, qui Deo non credunt, & qui Imperium Dei, ſiue (ut alio loco ſcriptura dicit) verbum Domini contemnunt, neque vocem eius audiunt. Nam in his duabus rebus, vera erga Deom obedientia conſiſtit: nempe, vt Deo credamus, id eſt, Deum vera fide, ſpe & charitate colamus, qui eſt vnicus & verus cultus, & honor Deo debitus, & vt manduta eius cuſtodiamus: quæ qui negle
xerit, quoniam inobedientes Deo ſunt, merito & rebelles
12 Deo dicũtur. Deinde hominibus rebelles † ſunt, qui in aliena poteſtate conſtituti, obedientiam eorum, quorum ſub imperio ſunt, relinquunt: Id eſt, debita eos reuerentia & honore fruſtrantur, vel leges & mandata eorum tranſgrediuntur vel iuſta eorum iudicia declinant atque contemnũt. Bald. in l. benignus, ff. de legibus, c. Nolite 11. diſtinct. Sic filius non obediens parentibus, nec debitam eis reuerentiam exhibens: & ſeruus, abiiciens obedientiam domini, non ſeruiens eidem cũ timore, & tremore in ſimplicitate cordis ſui: ille quidem parentibus, hic vero domino, rebelles eſſe dicuntur. Sic vxor marito rebellis eſt, quia eius imperio non paret, nec reuerentiã ei, & honorem, & obſequia debita coniugalia præſtat. capi. literas. vbi Panor. de reſt. ſpoli.

13 Sic rebelles ſunt ſubditi, † vaſalli, & officiales dominis ſuis, qui debitam eis obedientiam ſubtrahentes, imperium eorum contemnunt, nec debita illis ſeruitia & obſequia, aliqua quæ ad fidelitatem eorum pertinent, ea qua oportet fide præſtant. Similiter & ſubditi in hoc genere rebelles ſunt, qui dominorum ſuorũ leges & mandata tranſgrediuntur, eaque, quæ iura & leges præcipiunt, diſcere atque agere detrectant: Quos ſacri Canones ob id diaboli, non Chriſti membra eſſe pronũciant. cap. fina. 83. diſtinct. & ibi Domi. Ludo. Roma. conſil. 523. numero 16. Item, qui iudicum, quorum iuriſdictioni ſubiecti ſunt, præceptis aduerſantur, & iuriſdictionem per vim, alijſue illicitis modis remorantur atque impediunt. cap. 1. vbi Bald. de offic. delega. Veluti ſi ad iudicium vocati, dicant, ſe nolle parere, nec ut iuſtitia fiat permittere: aut eos, qui ad iudicium uocati fuerint, vi exemerint. Item ſubditi, & vaſalli, q violentas manus in dominos iniecerint, aut armis, veneno, alijſue ſimilibus rebus, dominorum vitæ inſidiati, aut tale aliquid machinati fuerint, quo dominus vitam amittat, vel mẽbro lædatur. cap. 2. de ope. nou. nunc. Abbas in cap. ſane. 2. de offic. deleg. Iaſ. in conſi. centeſimotrigeſimonono. volumi. 4. Similiter qui dominos in prælio campeſtri, vel priuato certamine deſerunt: nec dum mortuos, aut ad mortem vulneratos, aut qui captos, non liberant. cap. 1. §. ſi quis miles. de feud. ſine culpa amitt. Nam vt ſeruorum, ita etiam ſubditorum & Vaſallorum fides exigit, ut dominos ſuos etiam aduerſus parentes & liberos ſuos iuuet, & ab eis, ſi poſſunt, omnem vim & iniuriam propulſent: quos ſi deſerant, inobedientes vtique ſunt atque rebelles. cap. domino guerram. §. fina. in titu. hic finitur text. Similiter rebelles ſunt ſubditi & Vaſalli, qui amicitias contrahunt cum iis, qui dominis ſunt inimici, & qui ſuorum dominorum arcana reuelant. Denique rebelles ſunt ſubditi & Vaſalli, qui honorem & exiſtimationem dominorum ſuorum, vel lædunt, vel non defendunt: veluti ſi conuicijs & probris eos infeſtauerint, & iniuſtas in eos calumnias ſtruxerint. glo. in dicto cap. 1. quibus modis feudum amitt. vbi And. de Iſern. Bald. & Aluarotus. Similiter ſi in vxorem, ſponſam, matrem, filiam, neptem, nurum, ſororem domini, volentes vel inuitas, adulterium vel ſtuprum commiſerint, aut committere tentauerint: vel cum vxore turpiter luſerint, amplexi aut oſculati eas fuerint, aut quo hoc ab alijs fieret, conſilium vel opem tulerint. Nam quicquid in has perſonas, etiam de adulterio vel ſtupro alioqui ſuſpectas, admiſerint, nõ ſolum ad ipſarum, ſed ipſorum etiam dominorum iniuriam pertinere intelliguntur: quæ tanto maior eſt, quanto maiore fide, qui ea perpetrant, dominis ſuis aſtricti ſunt. Minorem ſiquidem dolorem afferũt mala, ab extraneis illata (vt inquit Gregorius in Homelia Martyrum.) quam quæ a domeſticis & cõiunctis, & de quibus nihil mali ſuſpicari aut præſumere poſſumus, inferuntur. Iuxta illud Pſalmi. 54. Si inimicus meus male dixiſſet mihi ſuſtinuiſſem vtique: Et ſi is, qui oderat me, ſuper me magna loquutus fuiſſet, abſcõdiſſem forſan ab eo: Tu vero homo vnanimis, dux meus, & notus meus, qui ſimul dulces mecum capiebas cibos.

Atque omnia hæc ita accipienda ſunt, ſi inuito domino hæc fiant. Nam ſi eo cõſentiente, ſubditus vel vaſallus, † adul
14 terium vel ſtuprum in vxorem vel ſponſam domini commiſerit, & ſi neque dominus a crimine lenocinij, neque ſubditus & vaſallus a reatu adulterii & ſtupri immunes ſunt: tamen ſubditus & vaſallus a crimine rebellionis excuſabuntur. Neque enim domino rebellant, qui ipſius voluntati obtemperant, aut ſaltem non repugnant. Cœterum inuito domino fieri intelligitur, non ſolum quod prohibetur: ſed etiam quod non expreſſe ab eo permiſſum eſt. Neque enim aliena crimi-
15 na † nobis imputantur, niſi quæ expreſſe nobis vel mandantibus vel permittentibus perpetrantur. Atque certe neſcio an Candaulem Lydorum Regem a lenocinio excuſem, qui (Herodoto teſte libro primo. & Inſtit. libro j.) Gygi vni ex Satellitibus vxorem ſuam, omnium fœminarum pulcherrimã, non ſolum de foma laudauit: ſed vt nudam etiam conſpice-

ret,

Digitized by Google

ret, ſummopere repugnantem impulit, & in cubiculum, in quo mulier cubauit, eam cum introduxit, ac ſe abſente, nudæ ipſius videndæ poteſtatem dedit. Quo facto & amicum in adulterium vxoris illectum, hoſtem ſibi fecit, & vxorem veluti tradito alij amore a ſe alienauit. Nam vt a dolo fortaſſe excuſetur, qui nihil de fide Gygis dubitauit, vt cuius in rebus etiam maximis conſilio vſus fuit: tamen culpa quomodo vacet, non video. Quis enim leuitatem eam, cum tanto periculo coniunctam, non culpet? & quis tam ſtupidus eſt, q intimo etiam amico, & eidem ſoli, & in abdito & ſecreto loco, vxorem nudam conſpiciendam permittat, non ſolum qđ graue ſit, in ea re in vxore eiuſmodi periculum facere: ſed ēt quod inhoneſtum & inuerecundum ſit, honeſtæ vxoris hoc modo pudicitiam tentare. Quod & ipſa memorabilis exempli vindicta plane teſtata eſt. Quippe hoc modo leuitatem mariti experta, optionem Gygi dedit, vt vel maritum Cādaulem interficeret, & ſeipſa ſimul & regno poteritetur, aut ipſe ſimili modo occumberet. Qua neceſſitate coactus Gyges, ut ipſe ſupereſſet, quam ſaluo domino periret, elegit, ac dominum, ipſa pugionem præbente Regina, dormientem Cādaulem in eodem cubiculo, quo nudam Reginam conſpexerat, obtruncauit, vxoreque & regno eius potius eſt, atque ita vxor mariti ſanguine dotata, regnum viri & ſe pariter adultero tradidit. hoc loco uec Candaulem a ſuſpicione lenocinij: nec Gygem ab adulterio excuſare poſſunt. Verum non video, cur Gygem hunc rebellem domino ſuo fuiſſe dicamus, vt qni nihil temerę, nihil proterue, nihil inobedienter agens: ſed domini ſui voluntati obtemperans, nudam eius vxorem contemplatus eſt. Illud vero magis mirandum, quod Seuera, †Valen-
16 tiniani Imperatoris, vxor Iuſtinam virginem, nudam a ſe in balenis conſpectam, ita marito commendauit, vt non verita ſit dicere tam ſpecioſam eam eſſe, vt ei⁹ amore ipſa quoque, etſi mulier, capta eſſet. Quo ſermone permotus Imperator, virginem poſtea viuente Seucra, ſed tamen non repudiata, vxorem duxit: & ita ſimul duas vxores habuit, atque vt idem aliis quoque liceret, lege ſanciuit. Socrates in tripartita. libro octauo. cap. 21. Theodor. in catalogo Cæſarum in Valentiniano. Huic aud diſſimile eſt, quod Paulus Diaconus in hiſtoria Lombardica. de Hermilinda† vxore Cuniperti Regis Longobardorum refert: Quæ cum in baleno, Theodotam puellam, ex nobiliſſimo Romanorum genere ortam, ac forma in primis eleganti, flauis plexiſque capillis, pene, vſque ad pedes decoratam, vidiſſet pulchritudinem virginis Regi laudauit. Quo ſermone vxoris magno puellæ accēſus amore, paulopoſt cū ea concubuit: ſed corruptam tamen deinde monaſticæ vitæ in monaſtero, quod ex nomine ipſius appellauit Ticini, mancipauit.

Hæc exempla eo tantum adduxi, ut in his mulieribus ſimplicitatem magis miremur, quam culpam reprehendamus.
18 Etenim † vt mulieres plerunque Zelotypę ſunt: ita rara ſunt earum exempla mulierum, quæ maritis alienum amorem non inuideant, magis quam indulgeant. Cœterum† de cuſto-
19 diendis legibus, & mandatis ſuperiorum diximus, vt qui ea tranſgrediuntur rebelles ſint: de ijs accipiendum eſt, quę iuſta ſunt. Quæ autem iniqua ſunt & iniuſta, & Deo contraria, ea neque ſuſpicienda ſunt, neque conficienda. Itaque hoc caſu ſeruandum eſt, quod Canon conſulit, cap. non ſemper, cap. ſi dominus, & cap. ſi is. 11. quæſtio. 3. vt ſi dominus, pater, & maritus, ea iubeat, quæ non ſunt aduerſa ſanctis ſcripturis, & iuſtitiæ regulis: ſubijciantur ſubditus, ſeruus, Vaſallus domino: filius patri, vxor marito. Si vero contraria præcipiunt, magis obediant ſcripturis quam corporis domino & poteſtati. Et ſi bonum eſt, quod præceperint, iubentium exequantnr voluntatem: ſi malum reſpondeant. Oportet Deo magis obedire, quam homnibus Actus. c. 5.

De Rebellibus Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *Poteſtates ſupremę duæ ſunt, ſcilicet, ſacerdotium & imperium, & de vtraque plura.*
2 *Imperium a quo & quomodo a pop. Roma. in imperatorem fuerit translatum.*
3 *Romanæ eccleſiæ obedientiam qui vere exhibeant. & numero decimoſeptimo.*
4 *Pontifici Romano quidebitam exhibeant reuerentiam & honorem.*
5 *Conſuetudo eccleſiæ ſeruanda erit in honore deferendo Pontifici.*
6 *Honor non vitæ, ſed dignitati principis deferendus eſt. nam vita ipſius iudicabit. nu. 7.*
8 *Federicus Barbaroſa imper. quibus verbis vſus fuerit in petendo venia ab Alex. Pont.*
9 *Fidelitatem a perſona ſubditorum metimur, & quomodo.*
10 *Eccleſiæ in vnitate non manet, niſi qui Rom. eccleſ. & eius capiti Ro. Pon. obtemperat.*
11 *Epiſcopi quale iuramentum Ro. Pont. exhibeant.*
12 *Imperator Roma. fidelitatem Roma. eccleſiæ, vt eius Præſuli Roma. Pont. iurat.*
13 *Romanorum Rex quale iuramentum Ponti. exhibeat per ſe. & quale Nūtio Apoſtolico. nu. xiiii.*
15 *Electus in regem Ro. ante vnctionem & coronationem iurat in manib. Archiepiſcopi colonienſis, in eccleſia Aquenſi, & ſuper quibus, & ſub qua forma. & poſt vnctionem & coronationem præſtat aliud. numero 16.*
18 *Rebelles Romanæ eccleſiæ & ſumo Pontifici in primo genere qui ſint.*
19 *Romanæ eccleſiæ autboritas multa completitur.*
20 *Romanam eccleſiam ſolus Chriſtus fundauit, a qua deinde aliæ eccleſiæ inſtitutæ ſunt.*
21 *Romaaæ eccleſiæ primatum negantes rebelles in Deum ſunt.*
22 *Eccleſia Conſtantinopolitana ſæpe rebellis fuit eccleſiæ Romanæ.*
23 *Eccleſiæ authoritate ſalua hæreſes & ſchismata non facile naſcuntur, vel nata propangantur.*
24 *Principes ſeculares inueſtituras Epiſcopatum, vel alicuius eccleſiaſticæ dignitatis alicui ſtaro attentate eccleſiæ Romanæ authoritatem innominant, & qui id commiſerint multi numerantur. Dimiſa vt numero 25.*
26 *Anaſtaſii imperatoris rebellio contra papam.*
27 *Rebelles Romanæ eccleſiæ ſunt, qui ipſam, & legitima conſilia, ius poteſtatemqne condendorum canonum. habere negant.*
28 *Rebelles Romanæ eccleſiæ in ſecundo genere qui ſint.*
29 *Theodora Iuſtiniani imperatoris coniux Romanæ rccleſiæ rebellis fuit.*
30 *Romani ſæpe rebelles fuerunt Romanis Pontificib. quando & quibus. & numero 31.*
32 *Cincius Romanus ciuis Benedictus ſex. Pont. carcerauit, & fame interemit.*
33 *Cincini Romani in Gregorium Papam ſeptimum nephandum & honorā dum ſcælus.*
34 *Antipapæ fraudibus & dolo Rom. Pont. a ſede ſua eietis ſurrogati.*
35 *Romanæ eccleſiæ terras hoſpitaliter inuadentes rebelles eius ſunt, ut fuit Otto. quartus.*
36 *Rebelles Romanæ eccleſiæ in tertio genere ſunt, qui incauſis ad ipſa ſpectā tibus ſe ingerunt.*
37 *Pontifici iniuſta præcipienti impune non obeditur.*
38 *Præcepta & diffinita a Domino, Prophetis, vel Apoſtolis, nulla Pont. cō ſtitutione mutari poſſunt.*

CAP. V.

IAm ad eam partem Rebellionis reuertor quæ eſt ſubditorū & vaſallorum aduerſus dominos ſuos, cuius tres ſunt partes. Quarum prioribus quidem duabus, ſupremis a Deo ordinatis poteſtatibus reſiſtitur: Altera ad Romanam & Apoſtolicā Eccleſiam, altera ad Roma. Imperium reſpicit. Quibus additur tertia illa, qua poteſtatibus inferioribus, Sacerdotio, & Imperio ſubiectis, ſua cuique obedientia ſbutrahitur: de quibus omnib. ordine iam, & de vnaquaque ſigillatim dicemus.

Primum igitur ſciendum eſt, duas eſſe ſupremas poteſtates,
1 Sacerdotium & Imperium: Illud quidem diuinis miniſtrans, hoc vero humanis præſidens, ac diligentiam exhibens: ſed vtrunque tamen ab vno proficiſcens principio, & a Deo ordinatum, ut inquit Impe. Iuſtinianus. in Authen. quomodo opor. Epiſcopos. in princip. Panorm. in cap. 1. nume. 6. de tranſla. Epiſcopi. Roma, 13. Sacerdotium per Clericos, Imperium per laycos adminiſtratur: vtriuſque autem exercitium, in vnam aliquam perſonam, tanquam caput, collatum eſt. Sacerdotii quidem in Romanum Pontificem, & eam quam modcratur Roma. Eccleſiam, immediate per Chriſtum vni dicentē Petro. Matth. 16. Tu es Petrus: & ſuper hanc petram ædifica. Eccleſiam meam. Item Paſce oues meas. Imperii vero†in im
2 peratorem Romanorum a populo Romano, per Valerium Meſſalam oratorem nomine Senatus & populi Romani, Octauium Cæſarem, ciuilibus omnibus confectis bellis, Imperatorem, & Auguſtum ſalutantem? Inſtitu. de iure nat. gent. & ciuili. §. ſed & quod princ. C. de vet. Iur. Enu. l. 1. §. cum eum ff. de orig. Iur. l. ſecunda. §. igitur. Porro Sacerdotii ſiue eccleſiaſticę poteſtatis imperio & obedientiæ ſubiecti ſunt.

In ordine quidem Eccleſiaſtico, omnes Eccleſiæ & earum prælati, Patriarchæ. Primates, Archiepiſcopi, Epiſcopi, Sacerdotes, aliique Clerici, id eſt, in ſortem domini uocati, & diuinis miniſterijs mancipati. In ordine vero & ſtatu Laycorum, omnes prouincię & regna, eorumque præſides, imperator, Reges, principes, & quibus præſident gentes, populi & ſubditi, qui vnius Chriſtianæ & Catholicæ fidei confeſſione, & Sacramentorum participatione & communione, Chriſtiani appel

Eccleſię,

Digitized by Google

lantur. A qua quidem obedientia Romanæ & Apoſtolicæ Eccleſię, nemo, quantalibet etiam dignitate præfulgeat, exẽptus eſt, cap. certum diſtinctio. 10. immo a qua nemo eximi a quoquam, & ne à Romano quidem pontifice, poteſt: Pano. in cap. cum inſtantia. de cenſibus.

Tum quia omnis anima ſublimioribus poteſtatibus ſubiecta, eiſdem fideliter obedire debet: 1. Pet. 2. Roma. 3.

Tum quia hæc Eccleſia omnium aliarum mater eſt & caput. Cui non ſolum aliæ omne communi lege naturę, tanquam minores maiori ſeruire & obedire: ſed ipſius etiam iudicio omnes reges principes voluntatem ſuam ſubdere, & legibus & mandatis parere tenentur. 3. quæſt. v. cap. eſt ordo Cœ
3 terum obedientiam † huic Eccleſiæ exhibent: Primum, qui ea quæ ab Apoſtolis, & eorum ſucceſſoribus, tum ſacris Conciliis & ſanctis Patribus conſtituta atque decreta, & communi Eccleſiæ conſenſu etiam ſine ſcripto tradita & recepta ſũt, fideliter cuſtodiunt.

Deinde, qui ſanctæ Eccleſię, & eius præſidi Romano Pontifici, debitam reuerentiam & honorem exhibent. Porro
4 † reuerentiam Roma. Pontifici exhibent: Primum, qui ipſum tanquam patrem animarum, & ſummum ſacerdotem venerantur. Nam ſi humano more illos vereri ſolemus, quorum iudicio nunc erigi, nunc deprimi poſſumus: & in primis ſacerdotes, quibus & Chriſtus, tametſi malis, & ſacrilegis, honorẽ exhibendum eſſe vt verbo docuit, & reipſa declarauit. Matth. 8. cap. nonne. 1. quæſt. 1. Quanto magis omnes reuerebũtur eum ſacerdotem, cui omnium animarum cura a Chriſto commiſſa eſt, dicente Petro paſce oues meas: Matth. 16. Et & qui ligare & ſoluere animas in cœlo & in terra poteſt, iuxta verbum Domini. Quodcunque ligaueris ſuper terram, erit ligatum & in cœlis: & quodcunque ſolueris ſuper terram, erit ſolutum & in cœlis. Cœterum in honore deferendo pontifi-
5 ci, Eccleſiæ † conſuetudo ſeruanda erit, nec culpandum & refutandum, quod multis retro actis ſæculis a maioribus noſtris cuſtoditum eſſe ſcimus. Veluti, quod Roma. Pontificem Sanctiſſimum Beatiſſimum appellamus: pedes ipſius oſculamur, & quæ ſunt generis eiuſdem. Neque enim nouus eſt hic honor, vt quem ante annos mille & eo amplius, Reges etiam & principes, & orbis Monarchæ, Romanis pontificibus exhibuerunt: tunc ſanctiſſimos eos & beatiſſimos appellantes: nunc pedes eorum oſculantes, vt principum quoque Conſtitutionibus multis in locis declaratur. in Authen. de monach. §. fina. in Authen. de menſura ordinandorum Clericorum. §. fina. in Authen. de ſanctiſſ. Epiſc. in rub. in Authen. vt Eccleſia Roma. cum ſimilibus.

6 Sed nec vitam ſpectabimus eius, quem honoramus. † Neque eim perſonæ meritis, ſed dignitati ſupremæ huius Sedis, quæ toto orbe venerabilis eſt, & cui quicquid fidelium eſt vbique ſubmittitur, cum honorem deferimus: nihil dubitantes, ſedem iſtam, etiamſi Pontifex inutilis ſit, nihilominus tamen dignitatem ſuam retinere: Vt ad Carolum ſcribit Leo papa IIII. Ad quem modum Chriſtus leproſis pręcipiẽs Luc. 17. vt ſe ſacerdotibus oſtenderent, non vitam eorum, vt quos vano tantum nomine ſacerdotes, immo ſacrilegos magis, quam ſacerdotes eſſe ſciebat: ſed dignitatem & officium potius in ipſis honorandam eſſe demonſtrat. Ita & nos Romanum Pontificem ſanctiſſimum appellantes, & pedes ipſius oſculantes, dignitatem & officium ipſius, non vitam, ho-
7 noramus. Nam vitam ipſius Deus † iudicabit & remunerabit, ſiue bonam ſiue prauam. Nec noſtrum eſt, ante tempus iudicare, maxime eum, quem inter omnes Deus ſpecialiter ſuo iudicio reſeruauit: nec ſcimus, quis in terribili iudicio Dei qualis futurus ſit. 1. Cor. 4. Nam ſunt multa, quæ dẽ iudicio illius homines ignorant: quia fortaſſe quæ nos laudamus, ille reprehendit: & quæ nos reprehendimus, ille laudabit.

8 Atque eo fortaſſis reſpexit Federicus † Imperator Barbaroſſa vt refert Nauclerus libro 2. Chronographiæ, generatione xl. qui cum ad pedes Alexandri Põtificis prouolutus, veniam denuo poſtularet, ac Pontifex eiuſdem collum pede comprimens, dixiſſet ſcriptum eſt. Super Aſpidem & Baſiliſcum ambulabis, & conculcabis Leonem, & Draconem: Pſal. 90.

Reſpondit, non tibi, ſed Petro, cuius ſucceſſor es, pareo. Nimirum ſignificans, obedientiam & honorem, quem pontifici exhibebat, non ipſius perſonæ, ſed dignitati ſedis, cui præſideret, a ſe deferri. Deinde reuerentiam Rom. Eccleſiæ, & ſummo pontifici exhibent, qui fide, qua ijſipſis obſtricti ſunt, fideliter præſtant. Fidelitatem † a perſona ſubditorum metimur.
9 Nam alia priuati, alia publicis officiis Præpoſiti, alia Clerici, alia Layci obligantur: ac primum quidem generaliter omnium Chriſtianorum fides id exigit, vt Eccleſiæ, cuius membra ſunt, honorem authoritatem tueantur, nec ſe ab vnitate eius ſcindant.

Neque enim in ſchiſmate fides eſſe poteſt, c. aduocant. 24. q. 1. ideoque qui ſe ab Eccleſiæ vnitate ſeparant, etſi fidem etiã erga Deum teneant, tamen erga Dei Eccleſiam non tenent, cuius patiuntur velut quoſdam artus, deinde & membra lacerari. In vnitate autem Eccleſiæ † non manet, niſi qui Rom.
10 Eccleſiæ, & illius capiti Roma. pontifici obtemperat. a cuius tanquam capitis vnitate, vnitas etiam Eccleſiæ Catholicæ ꝓficiſcitur, vt inquit Cyprianus: & cuius communicatio Catholicæ eccleſiæ vnitas pariter, & charitas ab eodem appellatur. Deinde ſpeciali fidelitate Eccleſiæ Roma. & Summo Pontifici obligantur, qui dignitatem aliquam ab eis accipiunt, aut publicis officiis præficiuntur: quam & conceptis verbis, ad eã rem certa forma iurare tenentur. Cuiuſmodi eſt, quam iurãt Epiſcopi ſub hac forma. † Ego N. Episcopus, ab hac hora ĩan-
11 tea, fidelis ero ſancto Petro, ſanctæque Romanæ Eccleſiæ, domino meo papæ N. eiuſque ſucceſſoribus Canonice intrãtibus. Non ero neque in conſilio, neque in facto, ut vitam perdat vel membrum, vel capiatur mala captione. Conſilium, quod mihi aut per ſe, aut per literas, aut per nũcium manifeſtabit, ad damnum eius nulli pandam. Papatum Roma. Eccleſiæ, & ſanctorum patrum adiutor ero, ad defendendum & retinendum ſaluo ordine meo, cõtra omnes homines. Vocatus ad Synodum veniam, niſi prępeditus fuero Canonica præpeditione: Legatum Apoſtolice ſedis, quem certum eſſe cognouero, in eundo & redeundo honorifice tractabo, & in ſuis neceſſitatibus adiuuabo. Limina ſanctorum Apoſtolorum, ſingulis annis, aut per me, aut per certum nuncium, viſitabo, niſi eorum, abſoluat licentia: Sic me Deus adiuuet, & hæc sãcta Euangelia. cap. ego N. Epiſcopus de iureiũr.

Sub hac forma cœteri quoque Eccleſiarum prelati, qui dignitates ſuas a Romana Eccleſia accipiunt, fidelitatem iurãt. Sed & Imperator Romanorum, † fidelitatem Rom. Eccleſię,
12 & eius præſuli Romano pontifici, iurat. Primum quidem, eũ electus iam in Regem Romanorum, tanquam ad imperialis dignitatis celſitudinem ſufficiens & habilis a Summo pontifice declaratur, approbatur, atque confirmatur, ſub hac forma quæ habetur in cap. tibi domino 63. diſt.

Tibi Domino N. papæ, ego N. promittere, & iurare facio, per Patrem & Filium & Spiritum ſanctũ, & per lignum hoc viuificæ crucis, & per has Reliquias ſanctorum, quod ſi permittente domino Romam venero, ſanctam Roma. Eccleſiã, & te Rectorem ipſius exaltabo, ſecundum meum poſſe: et vitam aut membra nunquam, neque ipſum honorem quem habes mea voluntate, aut meo conſilio, aut meo conſenſu, aut mea exhortatione perdes: Et in Roma nullum placitum, aut ordinationem faciam, de omnibus quæ ad te, aut ad Romanos pertinent, ſine tuo conſilio: & quicquid de terra ſancti Petri, ad noſtram poteſtatem peruenerit, tibi reddam: &, cuicunque Italicum regimen commiſero, iurare faciam illũ, ut adiutor tui ſit, ad defendendum terram ſancti Petri, ſecun-
13 dum ſuum poſſe. Deinde † approbatus & confirmatus iam Romanorum Rex, conſecrationis & coronationis inſignia accepturus, ita iurat l. 1. de iureiurando. Ego N. Romanorum Rex, annuente domino, futurus Imperator, promitto, ſpondeo, & polliceor, atque iuro, coram Deo & Beato Petro, me de cœtero protectorem, procuratorem, & defenſorem fore ſummi Pontificis, huius ſanctæ Roma. Eccleſiæ, in omnibus neceſſitatibus, & utilitatibus ſuis, cuſtodiendo & cõſeruando poſſeſſiones, honores, & iura eius, quanto diuino fuero ſuffultus adiutorio, ſecundum ſcire & poſſe meum, recta & pura fide: Sic me Deus adiuuet, & hæc ſancta Dei Euangelia.

Poſtremo, priuſquam Italiam ingreditur, vel ibidem iura aliqua exercet, ſub teſtimonio ſuarum patentium literarum, Apoſtolico ad hoc miſſo Nuncio, eidem pontificis & Roma. Eccleſię nomine, tactis ſacroſanctis Euangeliis, hæc capita iurat.

14 Quod Eccleſiam, † & fidem Catholicam, pura fide, totiſque viribus conſeruabit reuerenter, & defenſabit: omnemq; hæreſim, ſchiſma, & hæreticos: quoslibet fautores, receptatores, & defenſores ipſorum exterminabit, ac nunquam cum Sarracæno, Pagano, Schiſmatico, aut alio quolibet communionem Catholicę fidei non habente, aut cum aliquo alio, Romanæ & Catholicæ Eccleſiæ inimico vel rebelle, ſeu eidẽ manifeſte ſuſpecto, vnionem, quamlibet ſeu paretelam, & cõfœderationem inibit: ſed pontificum, honorem, & ſtatum manutenebit, & defendet, & conſeruabit, contra omnes homines cuiuſcunque exiſtant præeminentiæ, dignitatis, vel ſtatus. Ac poſtremo omnia priuilegia per Imperatores Romanorum, prædeceſſores ſuos, Romanæ Eccleſiæ: omnium vero maxime per Conſtantinum, Carolum, Henricum, Ottonem IIII. Federicum II. atque Rodolphum, ſuper conceſſione, recognitione, annotatione, quittatione, & libera dimiſſione, terrarum, & prouinciarum Roma. Eccleſię ubilibet poſitarum, ſed Apoſtolicæ Romaniſque pontificibus conceſſa, ac etiam ab aliis recognita, confirmata, ac ex certa ſcientia innouata,

ac

Digitized by Google

ac etiam de nouo concessa, incōcussa seruabit. Nec terras aut prouincias, ad ius & proprietatem Rom. Ecclesiæ pertinētes, vllo vnquam tempore occupabit, seu ab alio, quantum ab ipso erit, occupari permittet: Nec eis, aut aliqua parte ipsarum, iura aliqua, possessiones, aut tenutas habebit, seu quomodo libet possidebit, nec in eis iurisdictionem quancunque exercebit: quodque Ecclesiam vt princeps Catholicus, & ipsius aduocatus atque defensor, iuuabit, & consiliis & auxiliis illi assistet opportunis, contra quoscunque inobedientes, & rebelles. Quod item non solum Romanam, sed alias etiam Ecclesias, earumque libertatem, bona, iura, prælatos, & ministros, pro virili tua manutenebit, cōseruabit, atque defendet, ac Romanæ Ecclesiæ vasallos contra iustitiam nullatenus offendet: di. cle. 1. de iureiuran. deuotos ac fideles Ecclesiæ, etiam in Imperio constitutos, benigne tratabit, nec eos opprimet, aut per alios opprimi sustinebit, sed in suis potius iurib. & iustitijs ꝓseruabit. Henningus, consi. j. Atq; hæc fere sunt capita iuramenti, quod Ecclesiæ Romanæ, & Summis pontificibus, Reges Romanorum electi, & futuri Imperatores, præstare tenentur: quod proprie iuramentum fidelitatis appellatur, vt Concilio Viennenti Clemens V. declarauit. Eiusdem fere generis est,
15 quod electus, † in Romanorum Regem in ecclesia Aquensi, ante vnctionem & coronationem Archiepiscopo Coloniē. interroganti respondet, atque iurat, ad hunc modum. Colonienſis a rege electo quærit. Vis sanctam fidem Catholicam, a sanctis Apostolis traditam, tenere, & operibus fide dignis seruare? Respondet ei Rex, volo. Colonienſis. Vis sanctis ecclesijs, Ecclesiarumque ministris fidelis esse tutor, & defensor? Rex, volo. Colonieſis. Vis regnum Dei tibi a Deo concessū, secundum iustitiam prædecessorum tuorum regere, & efficaciter defendere? Rex, volo. Colonienſis. Vis iura & regna Imperij, bonaque & iura eiusdem iniuste dispersa, conseruare & recuperare, & fideliter in vsus regni & imperij dispēsare? Rex, volo. Colonienſis. Vis pauperum, diuitum, viduarum & orphanorum, æquus esse iudex, et pius defensor? Rex volo. Colonienſis. Vis integerrimo in Christo patri, & domino Romano pontifici, & sanctæ Romanæ Ecclesiæ, defensionem debitam & fidem reuerenter exhibere? Respondet Rex, positis duobus dignitis manus suæ dextræ super altare, Volo, in quā tam diuino suffultus fuero adiutorio, & precibus Christianorum adiutus: quantum valuero, omnia præmissa fideliter adimplebo: Sic me Deus adiuuet, & sanctum Dei Euangelium. Post vnctionem autem & coronationem, † iuramentum præ
16 stat sub hac forma: primum Latine, deinde Germanice. Profiteor, & promitto, coram Deo & Angelis eius, amodo & deinceps, legem, & iustitiam, pacemque Dei ecclesiæ seruare, populoque mihi subiecto prodesse, & iustitiam facere, & regni iura conseruare, saluo condigno diuinæ misericordiæ respectu, sicut cum auxilio principum, & fidelium regni atque meorum, melius inuenire potero. Sanctissimo Romano pontifici, & ecclesiæ Romanæ, cæterisque pontificibus & ecclesijs Dei, condignum & Canonicum honorem exhibere volo: ea etiam quæ ab Imperatoribus, & Regibus, Ecclesijs, seu Ecclesiasticis viris collata sunt, erogata inuiolabiliter ipsis conseruabo, & faciam conseruari. Abbatibus, & Ordinibus, & Vasallis regni, honorem volo portare & exhibere, Domino nostro Iesu Christo mihi auxilium præstante, fortitudinem, & decorem.

17 Tertio obedientiam Romanæ † Ecclesiæ & Summo Pontifici præstant, qui iudicium Ecclesiæ agnoscunt, & obediēter suscipiunt. De quo ita scribit Innocentius papa ad Ruffum, & cæteros Episcopos per Thessaliam constitutos. ca. patet. & 6. cuncta 9. quæst. 3.

Nemo vnquam Apostolico culmini de cuius iudicio non licet tractari, manus obuias audacter intulit, nemo in hoc rebellis extitit, nisi qui de se voluit iudicari. Et Gelasius Papa. Nec de iudicio Romanæ Ecclesiæ Canones vnquam præceperunt iudicari, sententiamqua illius constituerunt, nō oportere dissolui, cuius potius sequenda decreta mandauerunt: & idem, cuncta per mundum nouit ecclesia, quod sacrosancta Romana Ecclesia fas de omnibus habeat iudicandi, neque cuique de eius liceat iudicare iudicio.

Atque hęc de obedientia Romanæ Ecclesiæ & summi pōtificis, ideo præfari voluimus, vt intelligamus, qui ab ea decedunt, id est, qui Romanæ ecclesię, & summorum Pōtificum, sacrorum Conciliorum, & sanctorum Patrum leges, regulas, præcepta, & traditiones non custodiunt, nec reuerentiam honorem eis exhibent, nec eorum iudicia agnoscunt & subeunt: eos Romanæ Ecclesię, & summo pontifici inobedientes esse, & rebelles. In primo igitur genere rebelles sunt, † qui
18 Romanæ Ecclesiæ & summi pontificis authoritatem imminuunt, & quantum in ipsis est, prorsus tollere & subuertere
19 conantur. Ad authoritatem autem Roma. Ecclesię † inter alia hęc quoque pertinent, vt primatū Ecclesia: retineat vt Romanę Ecclesię † authoritatem imminunt Imperatores,
24 Reges, Duces, Marchiones, Comites, vel quęlibet aliæ ꝙ seculares personę, quę inuestituram Episcopatuum, vel alicui' ecclesiasticę dignitatis, cuiquam dare attentauerunt. Quales inter imperatores fuerunt Henrici, Quartus, Quintus, & Sextus: Quorum ille, defunctis in imperio ecclesiarum prælatis, annulos & baculos eorum pastorales accipiens, familiares suos ecclesiis uacantibus intrusit. ut dicit Nauclerus in secundo Chronographię.

At filius eius, Henricus Quintus, cum uenisset Romam, a Paschali II. vt ait Platina in Paschali 2. honorifice susceptus, post exosculatos pedes eius, ipsum simul cum Cardinalibus cępit, & coegit eum confirmare illos, quibus ille Episcopatus dederat. Sextus vero Henricus, Federici primi filius, Leodiensem Episcopum, quod pręter decretum eius confirmatus esset occidit. Quibus Federicum secundum cōmune rauerim, qui & ipse variis modis ditionem pontificiam uexans, pontifices & Episcopos in ecclesijs posuit, & a Romano pontifice institutos expulit. ut dicit Nauclerus libro secundo. generatione 41. In eadem causa sunt imperatores, qui sine consensu Romanę Ecclesię, Romanum pontificem eligere, & sedem Apostolicam ordinare pręsumunt. cap. Adrianus, cap. in Synodo. cap. ego Ludouicus, cap. constitutio. 63. distin. Quales sunt, qui propria authoritate ius ordinandi Apostolicam sedem, sibi vendicarunt. At qui permittente Romana ecclesia, hoc iu-
25 re vsi sunt, minime inter rebelles † numerantur. Itaque ab hoc crimine immune fuerunt, Carolus magnus, Otto primus, & eius successores, vsque ad Henricum primum, qui consentiente, ac eius ordinandi sedem Apostolicam in ipsos tranferente Romana ecclesia, Romanos pontifices elegerunt. Cæterum, qui eodem iure denuo, a Ludouico, Ottone, & Hērico Imperatoribus, Romanę ecclesię restituto, pontifices elegerunt: a crimine rebellionis minime excusantur.

26 Tertio, Romanę † ecclesię authoritatem imminuunt, qui dogmata, mandata, interdicta, sanctiones, vel decreta, quę ꝓ catholica fide, vel ecclesiastica disciplina, pro correctione imminentium vel futurorum malorum, a Sedis Apostolicę prę-sule salubriter promulgata sunt, contemnunt: cap. si quis. 25. quæst. 2. cap generali. 25. quæst. 1. præsertim reges, Episcopi, alii-que potentes, qui indignum potentia sua arbitrātur, vt cuius-

que

Digitized by Google

que imperio pareant. Quemadmodum Anastasium Imperatorem legimus, apud Platinam in Hormisda. Legatis suis ad Hormisdam papam missis, inter cætera illud quoque in mandatis dedisse, vt sciret, imperatoris proprium esse imperare, & non imperata põtificis, aut cuiusuis alterius accipere. Om-
27 nium autem maxime in hoc genere rebelles † sunt q̃ Ro. Ecclesiam, & legitima Concilia, ius, potestatemque condendorum Canonum, habere negant. Quales nostra ætate sunt omnes fere hæretici & schismatici, quibus illud in primis familiare est, vt dicant: Nullam esse neque pontifici, neque sedi Apostolicæ, neque sacris Concilijs, quicquam diffiniendi aut statuendi facultatem: quin potius quæ ab eis hactenus quocunque tempore statuta sunt, ea velut humana figmenta, non solum non esse seruanda, sed etiam qui custodiunt ea hypocritas esse de quibus Christus dicit, Matth. 15. Sine causa autem colunt me, docentes doctrinas & mandata homium. Quam sententiam quo magis probarent, & rebellionem confirmarent, ante multos annos, omnes ecclesiasticarum Cõstitutionum libros, quod nos corpus Canonum vocamus, in cõtemptum Apostolicæ authoritatis condemnauerunt, atque igne-
28 combusserunt. Anno Domini 1520. Vuittenbergæ. In secundo genere, Roma. Ecclesiæ rebelles † sunt, qui dignitatem, honorem, vitam membra pontificis lædunt, aut aliud quid faciũt, quo sancta Romana Ecclesia, vel qui illi præstet Romaman. pontifex, iniuriam aut damnum in persona vel rebus accipiant.

Sic rebellis olim Roma. ecclesiæ fuit Theodoricus Rex Gothorum, qui Ioannem pontificem, vt ait Platina in Ioanne primo. Liberatus in Breuiario. c. 22. primum quidem vt legatione nõ admodum honesta ad Iustinum Imperatorem fungeretur, compulit: Deinde eadem legatione rite functum, ac Rauennæ ad se venientem, & legationem renunciãtem, hoc tantum nomine, quod a Iustino comiter exceptus, & honorifice tractatus fuisset, in carcerem coniecit, vbi & pædore, situ, & inedia perijt.

29 Sic Theodora † Augusta, Iustiniani imperatoris coniunx, Roma. ecclesiæ rebellis fuit. teste Platina in Syluerio. vt cuius impia & fraudulenta machinatione Syluerius papa, homo sanctissimus, quia Anthemium, ob Eutichianam hæresim q̃demnatum, ac a Sede Constantinopolitana, cui præerat, depositum, reuocare detrectabat, pontificatus dignitate destitutus, & in Pontiam insulam in exilium pulsus, mortuus est.

30 Ad eundem modum Romani † sæpe Romanis pontificibus rebelles fuerunt, vt Leoni IIII. quem dum Letaniam maiorem, a Gregorio papa institutam, cum populo & Clero ageret, quorundam insidijs captum, ac pontificali habitu priuatum, multisque verberibus adeo cæsum, ut oculis & lingua captus puteretur, in monasterio sancti Erasmi, ĩ vincula coniecerunt, quem & occidissent, nisi a Vinigisio Duce Spoletano liberatus, clam Spoletum deductus fuisset. Sic &
31 Ioanni † decimo tertio rebellarunt, quem, vt dicit Nauclerus libro secundo generatione. 33. in Ecclesiam Lateranesem irruentes, cœperunt. Captum primum in Adriani molem (quod Castrum S. Angeli vocant perduxerunt, mox in exilium pepulerunt.

Quanquam sunt, qui scribant, vt Platina in Ioanne. 13. & Luitiprandus libro 6. cap. 9. hunc pontificem, in Synodo ob immania & immpijssima facinora sua, pontificatu destitutũ, ac Leonem illi Octauum fuisse suffectum. Sed & priuati quidam homines, Romanis pontificibus in hoc genere rebelles fuerunt. teste Naucle. libro 2. generatione 33. Vt Cincius Ro-
32 manus † Ciuis, a quo Benedictus papa Sextus captus, & in arcem Sancti Angeli ductus, & ibidem carceri mancipatus, & non multo post strangulatus, vel (vt alii scribunt) fame interemptus fuit. Et alius item Cincius, † qui Gregorium papam Se-
33 ptimum, in festiuitate natiuitatis Domini, Missam celebrantem, ac hostiam iam in sacrificio frangentem, raptum Altario deturbauit, attractumque ad domum, quæ sibi eo loci erat, turri inclusit. In eadem conditione sunt, † quorum fraudi-
34 bus & dolo, Romanis pontificibus a sede sua ejectis, alii Antipapæ surrogantur. Quomodo Henricus imperator huius nominis Quartus, Gregorio papæ Septimo, Gibertum Rauẽnatem Archiepiscopum, quem Clementem appellarunt. Federicus primus, Alexandro papæ tertio, primum Octauianum in seditione electum, quem seditiosi Victorem appellarunt: Deinde eo defuncto, Guidonem Cremensem, quem Paschalem vocarunt. Et illo similiter mortuo, Ioannem Sarmiensem, Abbatem Cardinalem, ex Ponnonia, hominem malum, & furto infamem, a seditiosis quibusdam electum, surrogarunt: eosque tanquam legirimos pontifices veneratº est. Et eijdem nõ ipse solum, sed multi etiam Germanię principes, tam ecclesiastici quam seculares, obedientiam fecerunt.
35 Postremo in hoc genere Romanæ Ecclesiæ rebellarunt, † qui eiusdem terras hostiliter inuaserunt, & occuparunt.

In qua re alios crudelitate superauit Otto Imperator, huius nominis Quartus, qui Innocentio papæ tertio ecclesiam gubernante totam pene Romandiolam, & Regni Neapolitani prouincias, suo subiugauit Imperio, vt ait Nauclerus libro 2. generatione. 41. Quin & Apuliam intrans, multas ad regnũ Siciliæ pertinentes ciuitates, principatumque Capuæ cum palatio ciuitatis, accepit. Multaque alia ad ius, dominiumque Roma. ecclesiæ, & Patrimonij Petri pertinentia, in suam potestatem redegit, propter quod & rebellis, & inobediens, ecclesiæ Romanæ declaratus, primum anathemate percussus, deinde etiam imperiali dignitate priuatus fuit.

36 In tertio generales † sunt, qui personas, & causas, ad Iurisdictionem Romanæ Ecclesiæ pertinentes, vel ipsi iudicant, vel quo minus ab Apostolica sede de his cognoscatur atque iudicetur, impediunt. Quales sunt nostræ ętatis schismatici, qui sine illius sedis authoriutate, scripturas interpretãtur, doctrinas examinant, & fidei religionisque causas decidunt: Sacramenta Ecclesiæ & diuinorũm ministeriorũ ritus abolẽt, ministros ecclesiæ instituunt, atque destituunt: de matrimoniis, alijsque mere ecclesiasticis causis cognoscunt: iurisdictionem in Episcopos, aliosque Clericos vsurpant.

Denique, ne quid harum causarum, siue per appellationẽ, siue aliis legitimis modis, secundum regulas ecclesiasticas, ad Sedem Apostolicam referatur, impediunt. 24. quæst. 1. ca. quoties, 3. q. 6. cap. accusatus, & cap. sequen. 17. q. 4. cap. nemini. 21. distinct. cap. quod autem. 9. quęst. 3. cap. ipsi sunt cum similib. Nam hæc omnia ita Romanæ ecclesię iurisdictioni subiecta sunt, ut de his iudices, & magistratus sæculares, nõ solum nullam cognoscendi, diffiniendique potestatem habeant: sed etiã quę a sede Apostolica super his iudicata, diffinitaque fuerũt, firmiter custodire teneantur.

Cœterum, quæ de mandatis, sanctionibus decretis, & iudicijs Romanorum pontificum custodiendis diximus, de iustis
37 accipienda sunt. Siquidem iniusta præcipienti pontifici, † impune nou obeditur. Veluti si tale aliquid decteuit, aut mandauerit, quo status vniuersalis Ecclesiæ turbetur, aut vnde scãdala & peccata enascantur: vel quod aduersetur iis, quæ Dominus, Prophetæ, vel Apostoli docuerunt, atque præceperunt.
38 Nam quod dominus, † vel Apostoli, & eos sequentes sancti Patres, diffinierunt, nulla constitutione, decreto, vel mandato Romani pontificis, mutari potest: 25. q. 1. c. sunt quidam. quin potius quod ita prædicatum est, ipse vsque ad animam & sanguinem confirmare tenetur.

De Ditione Romani Imperij, & subditis eius.

SVMMARIVM.

1 *Imperio Romano qui subiecti sint, & qui ab eo exempti, magna est altercatio.*
2 *Potestas duplex, legitima, & Tyrannica, vtraque a Deo, & quomodo, & ad quid ordinatæ.* 3.
4 *Potestatem iniustam Deus permittit, ut ex ea bonum aliquo deliciat.*
5 *Deus non solum per malos, sed etiam per bonos peccata populorum punit.*
6 *Regum superbiam reprehendit Deus similitudine ferra & securis.*
7 *Reges puniendo peccata seruiunt Deo, & comprobatur exemplis. numero 8. 9.*
10 *Peccata quando puniantur a Deo cum culpa, vel sine culpa eorum qui puniunt.*
11 *Peccata bonorum aliquando punit Deus, vt tandem per bonos correctos ipsi quoque puniantur.*
12 *Regibus & bonis & malis Deus bene vtitur.*
13 *Potestas in ecclesia est, vel sanctorum vel malignantium, & quomodo.*
14 *Regnum Tyrannicum descendit a Cham filio Noe, & quomodo.*
15 *Potestas legitima a Noe cœpit, & quomodo.*
16 *Iudices & Reges regnarunt post Abraham, qui ex semine eius descenderunt.*
17 *Pontifices & reges iidem erant in veteri testamento.*
18 *Melchisedeh fuit Rex Salem, & sacerdos Dei altissimi.*
19 *Christus vtranque potestatem, sacerdotalem, & Regiam in Petrum & eius successores Romanos põtifices pleno iure contulit, & duos gladios. nume. 21.*
20 *Pascere oues quid sit.*
22 *Sacerdotis nutus quid sit.*
23 *Christus regnum recusauit, & quare nil tamen prohibet quin vicarius Christi in terris, exigente necessitate, etiam regiam potestatem exercere possit. nu. 24.*
25 *Apostoli cura gladii usu abstinuerint.*
26 *Romanum pontificem de temporalibus iudicare non est dignum.*
27 *Potestas temporalis subest spirituali, hæc a Deo est immediate & principaliter, illa mediate, quia per ecclesiam transfusa est inimperatorem.*

28 *Impera-*

Digitized by Google

28 *Imperium Romanum vsque ad Constantinum Tyrannicum fuit.*
29 *Imperio in ecclesiam per Christum trãslato, simul & Romana monarchiæ qualitas & conditio mutata est.*
30 *Populus Romanus quam potestatem in Augustum transtulerit.*
31 *Nabuchodonosor præfiguruit vtrunque imperium.*
32 *Monarchia Romani imperii non fuit legitima, sed Tyrannica.*
33 *Imperium legitime asquirunt, qui authoritate ecclesiæ ad illud euehuntur.*
34 *Subditi Romano imperio quæ contra illud præscribere possint & quæ non.*
35 *Venetorum dominium quo iure sit exemptum a iurisdictione Romani imperii.*
36 *Reges Galliarum, & Hispaniarum, & quidam alii quomodo ab imperio exempti sint.*
37 *Imperator quomodo dicatur Monarcha & dominus totius orbis.*
38 *Potestates seculares ita ab imperatore dependent sicut membra a capite.*
39 *Imperator cur varios magistratus constituerit.*
40 *Magistratus infimi qui dicantur.*

CAP. VI.

VEnio iam ad alteram speciẽ Rebellionis, eius videlicet, quæ aduersus Romanũ imperium, & illius Monarcham, Romanum principem imperatorem, committitur: Quam & ipsam ex obedientia eorum, qui Romano imperio subditi sunt, metimur.

Neque enim commode cognosci potest, qui sint Romano imperio rebelles, nisi prius cognoscatur, qui sint Romani imperij, a subditis imperij, vel pstetur vel subtrahat. Quod vt certius intelligamus, primũ omniũ discutiendũ erit, qui sint Romani imperij iurisdictioni & potestati subiecti. Deinde in quibus rebus cõsistat ea, quam subditi Romano imperio debẽt, obedientia: & postremo, quibus modis ab obedientia & potestate Romani imperij, per rebellionem discedatur. Primum igitur, quod ad iurisdictionem Romani Imperij attinet, magna semper apud Iureconsultos altercatio fuit, qui Romano
1 † Imperio subiecti sint, & qui ab eius potestate & iurisdictione exempti: Alijs dicentibus, imperatorem totius orbis tenere principatum, nec quenquam ab eodem esse exemptum. Alijs contra affirmantibus, multos Reges, principes, Nationes, & populos, a iurisdictione imperij Romani esse exemptos. Ego rescissis disputationum ambagibus, de hac re sententiã meã in breues aliquot conclusiones conferam. capitu. quid culpatur. 23. quæst. 1. c. aud acter. 8. q. 1.

2 Prima conclusio. Duplex est potestas, † Legitima, & Tyrãnica: & vtraque a Deo, illa quidem iubente, hæc vero permittente: ac de vtraque dicitur. Non est potestas nisi a Deo, Rom. 13. vt docet ac testatur Augustinus, Epistola. 48. & 50. Itaque omnis potestas a Deo est, vel operante, vt potestas bonorum principum, quam legitime accipiunt: vel permittente, cuiusmodi est potestas malorum, vi aut dolo sibi potestaem vsurpantium. ar. 2. quæstio. 7. capitu. 1. & 23. quæstio, quin. §. hinc notandum.

Secunda conclusio. Potestates † ita a Deo ordinatæ sunt,
3 vt per Legitimam boni a malis defendantur: per Tyrannicã bonorum patientia probetur, & malorum iniquitas puniatur. De bonis dicitur. Rom. 13. Principes non sunt timori boni operis, sed mali: vis autem non timere potestatem, bonũ fac, & laudem habebis ex illa. Dei enim minister est, tibi ī bonum. Si autem male feceris, time: non enim sine causa gladium portat. De malis dicit dominus per Prophetam. Oseę. 8. Ipsi regnauerunt, & non ex me. Quod explicãs Hieronymus. cap. audacter. 8. quæst. 1. Audacter (inquit) fortassis aliquid dicimus, tamen quod scriptum est dicimus. Non semper princeps populo, & iudex ecclesiæ per Dei arbitrium datur, sed put merita nostra deposcunt. Si mali sunt actus nostri, & operamur maligna in conspectu Dei: datur nobis princeps secundum cor nostrum. Et hoc tibi de scripturis āsctis probabo. Audi nanque, quid dominus dicat. Oseę. 8. Fecerunt sibi Regem, & non per me: principem, & non per consilium meum. Et hoc dictum videtur de Saule illo, 2. Reg. cap. 10. quem vtique ipse Dominus elegerat, & regem sibi fieri iusserat: Sed quoniam non secundum Dei voluntatem, sed secundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum sua voluntate vel consilio constitutum. Mali igitur principes, nõ ex Deo regnant: qui a non ipso cooperante regnant, sed permit
4 tente. Ideo autem Deus † iniustam potestatem permittit, ut ex ea bonum aliquod eliciat. Nam etsi malum non efficiat, omnes ordinat, vt inquit Augustinus: Tamen malorum potestatem permittit. Primum, vt per eam qui probati sunt, manifestiores fiat: malorum vero peccata potentius vindicetur. Sic diabolo, in iustum virum Iob, potestas permissa est, non aliã ob causam, quam vt ipsius iustitia & patientia probaretur: in Iudam vero, vt damnandus se suspenderet. Neque vero p malos tantum, sed etiam per bonos, peccata † populorum punit
5 Deus. In vtrorumque siquidem manibus gladii accipites, ad faciendam vindictam in nationibus, & increpationes in populis: Psalm. 149. Illorum quidem nescientium, horum vero scientium. Per nescientes peccata punit, cap. remittuntur. 23. quæst. v. sicut Sennacherib, & per Nabuchodonosor Regem, & per Antiochum, & per Principes Romanorum, & per nõ nullos reges gentilium, populum Israeliticum delinquentem aliquando captiuauit. Vnde ipse Dominus ait per Prophetã. Esa. 19. Virga furoris mei Assur: ipse autem non cognouit. Assur erat virga furoris Domini: quia per eum innumeras gentes diuina iustitia flagellare disposuit, ipse vero nõ cognouit: quia in superbiam elatus. Victoriam, quam assecutus fuerat, non diuinæ potentię, sed suis viribus attribuit. Vnde contra
6 eius superbiam Dominus loquitur dicens. † Nunquid gloriabitur serra contra eum, qui secat in ea? aut nunquid exaltabitur securis contra eum, qui cędit in ea? Quib. similitudinib. satis perspicue ostenditur, qui sicut serra & securis, nec secare, nec cędere ligna possunt, nisi ab alio regãtur, ac ideo contra regentem, se superbire non debent: sic illi, per quos Deus punit, absque nutu diuinæ dispositionis nihil agere valent: ac iõ
7 contra regentem se, superbire eis non licet. Tales † in eo, quod puniunt, Deo seruire dicuntur: in eo autem quod ignorantes, se esse ministros iræ Dei, impia vanitate superbiunt, nec mercedem suæ seruitutis a Deo non (nisi temporalem) inueniunt: pœnam vero suæ superbiæ non effugiunt. Vnde cum Dominus diceret ad Prophetam de Nabuchodonosor. Quid dabo ei pro labore, quo seruiuit mihi apud Tyrum: statim subiunxit. Hiere. 27. Ezech. 26. Da (hoc est datam sibi pronuncia) Aegyptum & Aethiopiam. Cum autem in corde suo superbiens postea diceret. Nonne hæc est Babylon, quam ego condidi in robore regni mei? &c. Statim immutauit Deus rationabilem mentem eius, & induit eum ferina bestialitate, vt ab hominibus fugiens, cum bestijs viueret.

8 Per Antiochum, † quem, cum idolatriam iudaicæ plebis dominus punire decreuisset: & pacem quam ex lege Dei abiecta, & ex ea sacris nationum assumptis quærebant, illis in perniciem verteret. Quia Dei dispositionem ignorans, suæ facultati deuastationem illius plebis attribuit imprecatur in eum Propheta, dicens Psalm. 78. Effunde iram tuam in gentes, quę te non nouerunt: & in regna, quę non nouerunt nomẽ tuũ: ne forte dicant in gẽtibus, vbi est Deus eorum. Similiter, cum
9 per Romanos † peccatum mortis Christi Deus punire decreuisset, vrbis excidium, & Iudaicæ plebis miseram captiuitatẽ, suis viribus ascribere cœperunt: Vnde contra eos Propheta imprecatur, dicens. Psal. 73. Leua manus tuas in superbias eorum, qui te oderunt: & qui multa maligna operati sunt, monumenta suæ victoriæ posuerunt in medio atrio tuo.

Per scientes peccata puniuntur, sicut Deus per filios Israel voluit peccata punire Amorrhæorum & Chananeorum, & aliarum gentium, quarum terram Israeliticis possidendam dedit: Quibus etiam præcepit, Deut. 7. vt nemini eorum parcerent, sed omnes morti traderent.

Quod propter peccata eorũ illis contigesset, ex verbis Domini apparet, qui cum diceret ad Abraham: Genes. 15. Semini tuo dabo terram hanc, veluti quæreret, Quare non modo das mihi? audiuit. Nondum enim sunt peccata Amorrhæorum consummata: Quæ tunc intelliguntur fuisse consummata, cum populus ille de Aegyptiaca seruitute liberatus, terram eorum (sicut Abrahæ promissum fuerat) hæreditatem accepit. Cum ergo sic diuino iussu † ad puniendum peccata
10 populi excitantur (Sicut populus ille iudaicus est excitatus ad occupandam terram promissionis, & ad delendas gentes peccatrices) sine culpa noxius sanguis effunditur: & quæ ab eis male possidentur, in ius & dominium rite transeunt bonorum. Cum vero occulto instinctu aliqui monẽtur ad persequendum malos (sicut Sennacharib, & cæteri qui populum delinquentem persecuti sunt) licet occulto instinctu operante, illorum meritis incitentur ad persequendum: tamen quia praua intentione, non peccata delinquentium punire, sed illorum bona rapere, vel suę ditioni subijcere quærunt, non sũt
11 immunes a crimine. De quibus etiam notandum est, † quod aliquando excitatur ad puniendum peccata bonorum, ut tãdem per bonos correctos ipsi quoque puniantur: Sicut in libro 3. & 6. Iudicum legitur, de Iabin Rege Chananæorum, et de Madianitis, quod propter idolatriam populi suscitauit eos Deus, ut Israel affligerent, & terram eorum occuparent. Cum autem populus Dei, sub manibus eorum diutius afflictus, peccatum suum recognosceret, & per pœnitentiam sibi Deum placaret Iud. 5. & 7. Dei præcepto & Barach comitatus Delbora Prophetissam vxorem Lapidoth, Iabin regem Chananæorum, & Zizarã Ducem exercitus sui contriuit, & Gedeon

Zebeę

Digitized by Google

Zebee & Salmana Reges Madianitarum, & Oreb, & Zeb Duces eorum morti tradidit. Apparet ergo. quod aliquando per legitimam potestatem gerentes, aliquando per populos diuino iussu excitatos, mali pro peccatis suis non solum flagelantur, sed etiam rite perduntur.

12 Vtranque igitur potestatem, tam bonam quam malam, Deus † ordinat: Bonam quidem propitius, malam vero iratus. Reges enim quando boni sunt, muneris est diuini: Quando vero mali sunt, scæleris est populi. Nam secundū meritum plebium, rectorum quoque vita disponitur, vt non immerito dictum sit. Iob. 34. Qui regnare facit hominem hypocritā, propter peccata populi. Irascente enim Deo, talem rectorem populi suscipiunt, qualem pro peccata meruerunt. 2. q. 7. c. j. d. c. audacter 8. q. 1.

13 Tertia conclusio. Omnis potestas † in Ecclesia est: Vel ea quæ dicitur malignatium, vel ea quæ vocatur sanctorum. Nā omne imperium, siue iustum siue iniustum, de congregatione aliqua homnium constituitur. Quæ quidem congregatio, si sancta fuerit, sanctorum: sin vero maligna, malignantium Ecclesia vocatur. Qui in priore Ecclesia sunt, filij Dei: Qui in posteriore, filij hominum in sancta scriptura appellātur. Genes. 6. De priore dicitur in Psalmo. 149. Laus eius in ecclesia sanctorum. de altera idem Psaltes: Psa. 25. Odiui ecclesiam malignantium: & cum impijs non sedebo. In ecclesia igitur sā ctorum, legitima: in ea vero quæ dicitur malignantium, Tyrānica regna constituuntur.

14 Quarta conclusio Tyrannicum regnum † a Cham descendit, filio Noe, illo videlicet, qui pudenda patris fratribus detexit. Nam ex filio eius Chus, natus est Nemroth, qui primus coepit potens esse in terra, & fuit robustus venator coram domino, id est permittente Domino. Genes. 10. Huius regni principium fuit Babylon, vt scriptura testatur: A quo descenderūt Reges gentium Amorrhæorum & Chananæorum, iniusti & violenti vsurpatores inuasores regnorum. Propter quod & regna eorum a domino dantur Abrahæ & semini eius. Genes. 12. 13. 15. De quibus dicitur in Psalmo. 78. Effunde iram tuam in gentes, quę te non nouerunt: & in regna, quæ nomen tuū non inuocauerunt. Et vox illa Domini: Matth. 21.

Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti, facienti iustitiam. Et illud Ecclesiast. 10. Regnum a gente in gentem transferetur, propter iniustitias, & iniurias, & contumelias, ac diuersos dolos. Item paulopost. Sedes Ducum superborum destruxit Deus, & sedere fecit mites pro eis.

15 Quinta conclusio. Potestas † legitima, quæ Deo cooperante ordinata est, a Noe coepit. Nam cum ante tempora Noe, Deus mundum per se ipsum gubernasset, vt qui & præcepta hominibus dedit, & delinquētibus pœnas imposuit: a tempore Noe creaturas suas per ministros regere coepit.

Quorum ipse Noe, qui & arcam iubēte Domino gubernauit, per quam Ecclesia designata est: 21. quæst. Quoniam leges dedit subditis, inter quas prima fuit, per quam Chanaan filiū Cham propter delictum patris, quod in Noe patrem pudendi eius fratribus ostendendo perpetrauerat, maledixit: Sem vero & Iaphet, quia verenda patris operuerant, benedixit: Genes. 9. Maledictus (inquit) puer Chanaan, seruus seruorum erit fratrib. suis: Benedictus Dominus Deus Sem, sit Chanaan seruus eius: Delatet Deus Iaphet, & habitet in Tabernaculis Sem, sitque Chanaan seruus eius. Post Noe Sem filius, & post hunc posteri eius, vsque ad Abraham filium Thare, qui & ipse a Sem descendit, gladij potestatem habuerunt. Post Abra-

16 ham † regnarunt iudices & reges, qui ex semine eius descenderunt, sicut promiserat ei dominus. Genes. 17. Ponam (inqt) te in gentibus, Regesque ex te egredientur. Et iterum: Et bene dicā vxori tuæ, & ex illa dabo tibi filium, cui benedicturas sū: Eritque in nationes, & Reges populorum orientur ex eo. Porro Abraham & Regibus ab eo descendentibus successit Christus, Rex reginum, & Dominus dominātium, cui omnis potestas data est (ut de seipso testatur) in cœlo & in terra. Matth. vlt. De quo & Propheta ait Zach. 9. Potestas eius a mari vsq; ad mare. Et in Psalmo. 71. Et dominabitur a mari vsque ad mare.

Sexta conclusio. Quemadmodum in veteri Testamento ij-

17 dem erant pontifices † & Reges: Vt de Samuele testatur scriptura. Et Samuel (inquit) Psal. 98. inter eos, qui inuocant nomen Domini. Item Samuel inuocator nominis Domini, & idem tamen populum Israel cunctis diebus suis iudicauit, & rexit Israel. Regum. 7. Sic tēpore Abrahæ fuit Melchisedech,

18 idem & rex Salem, & sacerdos Dei Altissimi, offerens panem & vinum, & benedicens ei. Hic primus Rex verus & iustus fuit, qui in diuina scriptura memoratur. Genes. 14. Qui secūdum Apostolum Rex istitię interpretatur. Heb. 7. Sic Moyses sacerdos fuit, de quo dicitur. Psal. 98. Moyses & Aron in sacerdotibus eius. Exodi. 7. Et idem rexit populum Israel omnibus diebus vitæ suæ, vt de eo scriptura testatur. Exod. 18. Sic. n. in Exodo loquitur ad eum dominus. Ecce, constitui te Deum Pharaonis. Item: altera autem die sedit Moyses, vt iudicaret populum. Ita & Christus in nouo Testamēto, secundum carnem, & Regiam potastatem habuit & Sacerdotalem, idem Rex & Dominus omnium, & summus sacerdos. Ac de sacerdotio eius, cuius Typum gessit Melchisedech, in Psalm. 109. dicitur tu es sacerdos in æternum, secundum ordinem Melchisedech. De Regia autem potestate idem psaltes Psal. 71. Deus iudicium tuum Regi da, & iustitiam tuam filio Regis: iudicare populum tuum iniustitia, & pauperes tuos in iudicio. Et alius Propheta. Hiere. 23. Et regnabit Rex, & sapiens erit, & faciet iudicium & iustitiam in terra. Et illud Apostoli. Heb. 1. Thronus tu° Deus in sæculum sæculi: virga æquitatis, virga regni tui. De vtraque autem potestate, æquè illud in Psal. 44. dicitur. Vnxit te Deus, Deus tuus, oleo lætitiæ præ consortibus tuis. In regno siquidem iudæorum, Reges & Sacerdotes vngebantur.

19 Septima conclusio. Christus † vtranque potestatem, Sacerdotalem & regiam, in Petrum, & eius successores Romanos pontifices, pleno iure contulit. Vt etiam quicunque in ecclesia primatum tenet, generalis Christi Vicarius sit, & vtranq; potestatem obtineat, & Spiritualem & Temporalem. Cum enim plenariam potestatem receperit Christus (vt antea dictū est) conueniens fuit, vt eiusdem plenitudinem Vicario suo in terris relinqueret. cap. pro humani. de homicid. libro 6. Pano. in cap. venerabilem. de elect.

Si enim diligens paterfamilias ita familiam suam curat, vt etiam absente se nihil illi desit, quod ad profectum eius pertinere videatur: Quanto magis Christum credendum est, plenam curam & authoritatem Vicario suo in terris commisisse, vt se quoque absente nihil ecclesiæ suę deesset, quod ad fœlicem eius gubernationem, tam in spiritualibus quam in temporalibus, pertinere videretur? Hanc igitur potestatem Christus Petro mandauit, Ioan. vltim. quando eidem Ecclesię suæ administrationem committens, dixit. pasce oues meas. Quo loco & vniuersas oues, & curam vniuersam, quæ ad profectum tam animarum quam corporum pertinet, id est, administrationem omnem, tā in spiritualibus quam in tēporalibus, per quam & saluti animarum, & publicæ hominū tranquillitati & paci consulitur: & quicquid adeo Christus ip se potuit, Petro tanquam Vicario suo, mandasse intelligitur.

20 Pascere † siquidem oues, est credentes, ne deficiant, confortare, terrena subsidia, quoties necesse est, subditis administrare: exempla virtum præbere, aduersariis obsistere, peccantes corrigere &c.

21 Octaua conclusio. Quemadmodum Ecclesia † duas potestates a Christo accepit, alteram spiritualem, alteram temporalem: ita & duplicem gladium habet, alterum quidem Spiritualem, ad puniendum spiritualiter: alterum vero Materialē, ad puniendum corporaliter. Quorum etsi par sit ius & potestas, tamen diuersum est exercitium. Siquidem Spiritualem habet secundum vsum & meram exequutionem: materialē vero, secundum nutum & imperium. Quod Bernar. ad Eugenium scribens, his verbis confirmat. Quid tu (inquit) denuo vsurpare gladium tentas, quem semel iussus es reponere in vaginam? Quem tamen qui tuum negat, non satis mihi videtur attendere verbū Dñi, dicentis. Conuerte gladium tuum in vaginam. Tuus ergo, & euaginandus ad tuum nutum: alioqui si nullo modo ad te pertineret & is, dicentibus Apostolis: Ioan. 18. Matth. 26. Luc. 22. Ecce gladij duo hic, non respondisset Dominus: Satis est, sed nimis est. Vterque ergo est Ecclesiæ & spiritualis & materialis: Sed is quidem pro ecclesia, ille vero ab ecclesia exercendus: ille sacerdotis is militis manu. Sed sane ad nutum sacerdotis, & iussum imperatoris. Nutum

22 Sacerdotis † intelligimus, signum illud voluntatis, quo sacerdos per prædicationem verbi Dei, per exhortationem aut etiā per iussionem quandam demonstrat, vindictam de scelleratis hominibus esse sumendam.

Hanc subsequitur iussus principis sæcularis, imperantis militi, vt quod sacerdos admonuit, id ipse armata manu exequatur. Aluarus libro 2. de planct. Ecclesiæ. ar. 69. versicu. quid autem sit hoc gladium. In exercitio igitur temporalis gladii tria concurrunt: Nutus sacerdotis, tanquam primum mouens, sed remotum: iussio & imperim principis, tanquam proximum mouens: Et exequutio ministri.

23 Nona conclusio. Etsi Christus † in terris viuens regnum terrenum temporaliter administrare noluerit, ipso id testante & dicente. Ioan. cap. 18. Regnum meum non est de hoc mundo. Item Nunc autem regnum meum non est hinc. Non dicit: Regnum meum non est hic. Hic est enim regnum eius, vsque in finem sæculi: sed tamen non est hinc, quia peregrinatur in mundo, ut inquit Augustinus. Sic etiam ab exercitio iudiciariæ potestatis abstinere se ostendens dixit. Luc. 12. Quis me constituit iudicem aut diuisorem super vos: non quod iudicā

di

Digitized by Google

di potestatem non haberet, sed quia propter diuina descenderat, terrenna declinare voluit, vt inquit Ambrosius. Tamē
24 nihil pruhibet, quin † Vicarius Christi in terris, exigente necessitate, etiam regiam potestatem exercere possit. Quod & in veteri Testamento sacerdotes fecisse legimus, qui & ipsi necessitate suadente, materiali gladio vsi sunt. Sic Moyses Exod. 2. Aegyptium interfecit, qui tamen sacerdos fuit. Iuxta illud Psal. 98. Moyses & Aron in sacerdotibus eius. Idem mandauit Leuit. Exod. 32. Num. 25. vt interficerent fratres suos idolatras. Sic Phynees, filius Elazari sacerdotis, & ipse sacerdos, accepto pugione, scortum perforauit, & iudæum coeūtem cum Madianitide. 1. Reg. 25. Propropter quod meruit pactum sacerdotij sēpiterni. Sic & Samuel, minister Dei. 3. Reg. 18. & 19. Agag regem pinguissimum in frusta concidit. Et Helias Prophetarum eximius 4. Reg. 1. Propheas Baal, & duos quinquagenarios Ochoziē occidit. Sic & Matathias. 1. Machab. 2. filius Ioannis sacerdotis Domini, Zelator legis, iudæū super Aram sacrificantem interfecit. Sic Petrus Ananiam & Zaphiram actu. c. 5. trucidauit. Paulus Act. 13. Elimam Magum, vijs domini resistētē, æterna seueritate damnauit. Neque vero Christus ab vsu gladij temporalis ideo abstinuit, quod eius potestatem non habuerit.

Quomodo enim gladij potestatem non habuit, cui data est omnis potestas in cœlo & in terra. Matth. vlti. Sed vt exemplo suo doceret, vt qui spiritualibus intenti esse debent, eos sęcularibus negocijs minime implicari debere. Sic & Apostoli a multis rebus abstinuerunt, † quorum tamen plenam potestatem habuisse dinoscuntur: partim quia potioribus intenti,
25 indignum esse iudicarunt, vt circa minutiora versarentur: partim, quia potestate sua ita vti noluerunt, ne quod impedimentum darent Euangelio Christi, sed omnia ad ædificationem fierent. Ideo indignum esse putabant, vt verbum Dei relinquerent, & mensis ministrarent: Act. 6.

Et Apostolus Paulus. 2. Thess. 3. Denunciamus (inquit vobis fratres in nomine Domini nostri Iesu Christi, vt subtrahatis vos ab omni fratre, inquiete ambulante, & non secūdum traditionem, quam acceperunt a nobis. Ipsi enim scitis, quomodo vos, neque panem ab aliquo gratis manducamus: Sed in labore & fatigatione die ac nocte laborantes, ne quem vestrorum grauaremus. Non quia non habuerimus potestatē: sed vt nosmetipsos formam daremus vobis, qua nos imitaremini &c. Et idem Apostolus. 1. Cor. 9. Nescitis (inquit quoniam qui in templo operantur, quæ de templo sunt edūt. Et. Qui altario deseruiunt, cum altario participant? Sic & Dominus ordinauit iis, qui Euangelium annunciant, de Euangelio viuere. Ego autem nullo horum vsus sum &c.

Quibus vtique locis Apostolus demonstrat, non ex altario se viuere, sed manibus quærere, non quod potestatem non habeat, sed ne quod impedimentum det Euangelio Christi. Et ad hunc modum idem Apostolus scribit. 2. Tim. 2. Nemo militans Deo, implicat se negocijs sæcularibus. † Non quod pō-
26 tifices & sacerdotes, maxime vero Romanus pontifex, de temporalibus iudicandi potestatem non habeat: sed quia indignum est, vt de minimis iudicet, cui maxima iudicandi potestas data est. Quod idem Apostolus, ad Corinthios. 1. ca. 6. scribens, his verbis significat. An nescitis (inquit) quoniam sancti de hoc mundo iudicabunt? Et si in vobis iudicabitur mūdus: indigni estis, qui de minimis iudicetis? Nescitis, quoniam Angelos iudicabimus? quanto magis sęcularia? Sæcularia igitur iudicia si habueritis: contemptibiles qui sunt in ecclesia, illos constituite ad iudicandum.

Quem locum Apostoli exponens Bernard. libro 11. de consyd. ad Eugenium. ita ad Eugenium scribit. Itaque secundum Apostolum. 2. Tim. 2. inquit, indigne tibi vsurpas tu Apostolice, officium vile graduum contemptibilium. Vnde & dicebat Episcopus, Episcopum instruens: Nemo militans Deo, implicet se negocijs sæcularibus. Ego autem parco tibi: non enim forti a loquor, sed possibilia. Putas ne hæc tempora sustinerēt, si hominibus litigantibus pro terrena hæreditate, & flagitantibus abs te iudicium, voce Domini Luc. 12. responderes. O homines, quis me constituit iudicem super vos? in quale tu iudicium mox venires. Quid dicit homo rusticanus & imperitus, ignorans primatum suum, inhonorans summam præexcelsam sedem, detrahens Apostolicæ dignitati: Et tamen non monstrabunt puto, qui hoc dicerent, vbi aliquando quispiam Apostolorum iudex sederit hominum, ac diuisor terminorum, aut distributor terrarum. Stetisse denique lego Apostolos iudicandos: sedisse iudicantes non lego. Erit illud: non fuit ita, Nec imminutor est dignitatis seruus Prouer. 22. si nō vult esse maior domino suo: aut discipulus, si nō vult esse maior eo, qui se misit: aut filius, si non transgreditur terminos, quos posuerunt patres sui. Quis me constituit iudicem, ait D. Luc. 12. & Magister: & erit iniuria seruo, discipuloque, nisi iudicet vniuersos? Mihi tamen non videtur bonus existimator rerū, qui indignum putat Apostolis seu Apostolicis vtris, non iudicare de talibus: quibus datum est iudicium in maiora.

Quid ni contemnant iudicare de terrenis possessiunculis hominum, qui in cœlestibus & angelos iudicabunt? Ergo in criminibus, non in possessionibus potestas vestra, quoniam propter illa, & non propter has, accepistis claues Regni cœlorum. Præuaricatores vtique excluduri, non possessores. Vt sciatis, ait Luc. 5. quia filius habet potestatem in terra dimittē di peccata, &c.

Quænam tibi maior videtur & dignitas & potestas, dimittendi peccata, an prædia diuidendi? Sed non est comparatio, habent hæc infima & terrena iudices suos, Reges & principes terræ. Quid fines alienos inuaditis? quid falcem vestram in alienam messem extenditis? non quia indigni vos, sed quia indignum vobis talibus insistere, quippe potioribus occupatis. Denique nisi necessitas exigit: audi quid censeat, non ego, sed Apostolus. 1. Cor. 6. Si enim iudicabitur in vobis mundus, huic indigni estis, qui de minimis iudicetis. Sed aliud incidenter excurrere in ista, causa quidem vrgente: aliud vltro incumbere istis tanquam magnis, dignisque tali taliunque intentione rebus.

27 Decima cōclusio. Etsi vtraque potestas † ab vno principio descendat, nempe Deo, & ab eodem in Ecclesiam deriuata sit: tamen ita inter se ordinatæ sunt, vt altera dependeat ab altera. Oportet enim gladium esse sub gladio, & temporalem authoritatem spirituali subijci potestati. Nā cū dicat Apostolus. Nō est ptās nisi a Deo quę aūt a Deo sunt, ordinata sunt. Qūo ordinatæ esse possent, nisi gladius esset sub gladio, & tanquam inferior reduceretur per aliud in suprema? Spiritualis autem tanto & dignitate & nobilitate temporalem pręcellit, quanto spiritualia temporalia antecellunt. Sic igitur vtraque potestas a Deo est. Spiritualis quidem immediate & principaliter, ut quæ immediate a Christo in Ecclesiam collata est: Temporalis vero mediate, quia per Ecclesiam in imperatorem transfertur. In Authen. quomodo opor. Epis. in princi. 96. distinct. cap. si quis dubitet. & Duo sunt. Quo fit, vt hodie legitimus Imperator esse non possit, nisi qui a Romano pontifice tanquam ecclesiæ præside & Vicario Christi, approbatus fuerit & confirmatus: A quo & inungitur, consecratur, & coronatur. Cle. Roman. de iureiur. & Cle. Pastoralis de re iud. cap. ad apostolicæ. de re iud. libro 6. Panormita. in capit. Venerabilem. de elect. Bald. in l. cunctos populos in 1. C. de summa Trinita. & fide catho.

Ad Ecclesiam enim pertinet, electum imperatorem examinare: & eundem, si iustus & Catholicus fuerit, approbare. Sin vero infidelis vel hęreticus, vel Ecclesiæ rebellis fuerit, reprobare.

28 Vndecima conclusio. Imperium † Romanum, etsi iustissimis legibus fundatum, & latissime probatum fuerit: tamē ex eo tempore, quo conditum fuit, vsque ad Constantinum Magnum Imperatorem (qui inter Romanos principes primus ad Christi fidem conuersus est) Tyrannicum fuit: nō a sanctorum, sed a malignantium Ecclesia propagatum: & a Deo, nō quidem iubente, sed permittente, ordinatum.

Duodecima conclusio. Imperio in Ecclesiam per Christū
29 translato, † simul & Romanæ Monarchiæ & conditio mutata est. Nam quod in antea in Gentilibus Tyrannicum fuit, tū demum in Constantino, alijsque Christianis principibus successoribus eius, legitimū esse cœpit: Quippe ab ecclesia malignantium, in ecclesiam sanctorum translatum. Quo fit ut lōge diuersissimo iure Imperium Romanum tenuerint principes, qui Cōstantinum præcesserunt: & qui eidē in administratione Imperij successerunt. Nam si quis originem Romani Imperij spectet, facile comperiet, violentiam eam fuisse & Tyrannicam. Nam si Romulus & Remus primum vrbem ipsam Romam condiderunt, & regnum instituerunt: Quod eis iure gentium permissum fuisse videtur. ff. de orig. iur. l. ex hoc iure ff. de iust. & iure. Tamen hoc ipso Tyrannidem exercerunt, ꝙ Romulus occiso fratre, per violentiam aliorum quoque regna inuasit, ac terminos imperij Romani, occupatis alienis regnis & possessionibus, dilatauit. l. fina. ff. de rerum diuisi. Vn-
30 de, etsi populus Romanus † in Octauium Cæsarem Augustum, omnem potestatem Imperii transtulerit: tamen quēadmodum populus per Tyrannidem Imperium occupauit, sic non aliam quam Tyrannicam potestatem in ipsum, vt principem transferre potuit. Inst. de iure na. gen. & ciui. §. sed quod princip. C. de vet. iure Enucl. l. j. §. cum cum. ff. de origi. iur. l. 2. §. igitur. At Christo iam nato, Monarchia Romana, quæ antea Tyrannica fuit, in ipsum Christum, & per Christum in Ecclesiam in ipsos Romanos principes legitimo iure translata est: Vt iam imperium, quod in idolatris antea Tyrannicū fuit, in Christianis legitimum & sit & habeatur. Regna siquidem idolatrarum & paganorum, Deum verum non colentium, ad ecclesiam (cuius tamen antea erant, licet per eos occupata

Digitized by Google

cupata) rediderunt. cap.ſi de rebus.23.q.7. ad omnes enim impios & infideles illa vox Domini valet: Matth. vigeſimo primo. Auferetur a vobis regnum Dei, & dabitur genti facienti iuſtitiam. Etſi autem Chriſto adhuc in carne nobiſcnm verſante, & Apoſtolis Eccleſiam Chriſti gubernantibus, idolatræ vſque ad Conſtatinum magnum Romani imperij gubernacula tenuerint, quin multis etiam modis eccleſiam perſequuti fuerint, idque Chriſto & Apoſtolis non ſolum permittentibus, ſed eorum etiam poteſtatem approbantibus: Tamen nihilominus eorum imperium Tyrannicum fuit, vt quod Chriſto permittente magis quam iubente, adminiſtrauerint. Et vtrunque ſa
31 ne tempus, † & quod ſub Apoſtolis habuit, & quod nunc habet eccleſia rege illo, qui Nabuchodonoſor vocabatur, præfiguratum eſt. Dan. tertio. Vide epiſtola quarteſimaoctaua.

Temporibus ſiquidem Apoſtolorum & Martyrum, illud implebatur, quod figuratum eſt, quando Rex memoratus pios & iuſtos cogebat adorare ſimulachrum, & recuſantes mittebat in ignem: Nunc illud impletur, quod paulo poſt in eodem Rege figuratum eſt, couuerſus ad adorandum Deum verum, decreuit in regno ſuo, vt quicunque blaſphemaret Deum Sidrach, Miſach, & Abdenago, pœnis debitis ſubiaceret. Prius ergo tempus illius Regis, ſignificabat priora tempora regum infidelium, quos patiebantur Chriſtiani pro impiis. Poſterius vero tempus eiuſdem Regis, ſignificabat tempora Regum fidelium, quos patiuntur impii pro Chriſtianis. Ac de infidelibus dicitur in Pſalmo ſecundo. Quare fremuerunt, gentes, & populi meditati ſunt inania? Aſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in vnum, aduerſus Dominum & aduerſus Chriſtum eius. De fidelibus vero accipitur, quod in eodem Pſalmo dicitur. Et nunc reges intelligite: Erudimini, qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore.

32 Decimatertia concluſio. Etſi imperium † Romanum primum ſub Regibus, deinde ſub Conſulibus, ac poſtremo ſub idolatris imperatoribus latiſſime propagatum fuerit, vt Auguſti temporibus vniuerſus orbis Roma. imperio ſubiectus fuerit, vt Lucas Euangeliſta teſtatur. capitulo ſecundo. & Antoninus imperator ſuis quoque temporibus non dubitauerit, Dominum ſe mundi appellare. Ego quidem, inquit, mundi Dominus, lex autem maris. Digeſtis. ad leg. Rhod. de iact. l. deprecatio.

Tamen non fuit, quod tunc obtinuerunt, legitimum, ſed Tyrannicum potius imperium: vtpote ab his, qui de Eccleſia malignantium fuerunt, occupatum. Vnde nec Reges, nec Conſules, nec Imperatores eius temporis legitimi orbis Domini, ſed violenti potius inuaſores & occupatores, fuerunt. Siue enim eorum anteceſſores, ſpectemus, ſiue ſucceſſores: filij hominum fuerunt, neque a Sem, neque ab Iſaac, ſtirpe videlicet legitimorum Regum, ſed a Cham & Iſmael, linea Tyrannorum, deſcenderunt: Vnde & ſucceſſores vitiorum & culpæ, Tyranni non legitimi Domini orbis vel imperii fuerunt. Digeſtis. de diuerſ. & tempo. præſcrip. lege cum hæres. & l.2.C. de fruct. & lit. expenſ.

Decimaquarta concluſio. Quemadmodum Chriſtus.
33 †totius orbis Rex & Dominus, Imperium & totius mundi dominium ab iniuſtis poſſeſſoribus vendicauit, & in eccleſiam ſuam tranſtulit: Ioan. vigeſimoprimo. Ita qui authoritate eccleſiæ ad imperialis dignitatis culmen enehuntur, ſimul etiam orbis dominium acquirunt, omniumque gentium, regnorum & populorum monarchæ, tam diuino quam humano iure conſtituuntur. lege cunctos populos. Codice. de ſumma Trinitat. & fide Catholica. in extraua gan. ad reprimendum. Quomodo in crimine læſę maieſtatis proced. Diuino, quia quod Eccleſiæ authoritate fit, diuina iuſſione fieri intelligitur, iuxta verbum Chriſti. Paſce oues meas: Humano, quia & humanæ leges Romanos Impe ratores totius orbis dominos eſſe pronunciat.

Decima quinta concluſio. Etſi Romano imperio ſub-
34 diti, † contra ipſius obedientiam præſcribere non poſſint. capitulo cum non liceat, de præſcrip. vbi Abb. Panormitan. in dicto capitulo cum non liceat de præſcript. tamen nihil prohibet, quin iura imperii vel priuilegio principis acquirere, vel temporis diuturnitate præſcribere poſſint, ita ut a iuriſdictione imperii exempti, plenitudine poteſtatis, quam imperator in vniuerſo imperio habet, ipſi in ſuis regnis utantur. Quo caſu non obedientia abiecta, ſed libertas potius data vel præſcripta eſſe cenſetur. Præpoſit. Alexandrinus in tit. de pace iura. fir. in prin.

35 Atque ad hunc modum Venetorum † dominium, a iuriſdictione Romani imperii, priuilegio principis exemptum eſſe fertur. Bar. in l. hoſtes ff. de capt. & poſtli. reuerſ. Bal. in c. ſicut de iureiuran. Quod priuilegium Albe. de Roſ. vidiſſe ſe teſtatur: Vt alibi tradit Iaſon. in l. cunctos populos C. de ſumma. Trita. & fide Catho. Quanquam ſunt, qui Venetos ipſo etiam iure a Romano imperio exemptos eſſe contendant: Hac ratione moti, quod ciuitas Venetiarum non in ſolo, ſed in mari ædificata iure gentium eorum ſit, qui eam ædificauerunt. At Galliarum & Hiſpaniarum, & quidam alii Reges,
36 ab imperio exempti ſunt, non quidem ipſo iure, vel priuilegio aliquo principali, ſed tanti temporis cuius initii non eſt memoria hominum, præſcriptione. Quo ſane tempore, cum imperator nullum in eos imperium aut iuriſdictionē exercuerit, videtur vſui iuriſdictionis, quam in ipſos habuit, renunciaſſe, & veluti per obliuionem amiſiſſe, & libertatem exemptionem eis ab imperio per tacitum conſenſum permiſiſſe. Nec tamen qui ad hunc modum libertatem & exemptionem contra imperium pręſcribunt, acephali eſſe dicētur. Nam etſi ab imperij iuriſdictione exempti ſint, tamen obediētiam eccleſiæ, etiam in temporalibus minime abjicere poſſunt.

Decima ſexta concluſio Etſi Romanum imperium † cer-
37 tis ſemper limitibus concluſum fuerit, nec unquam tam late proceſſerit, quin quædam regna, nationes, & populi, ab ipſius poteſtate iuriſdictione fuerint exempta: l. deprecatio. ff. ad leg. Rho. de iact. d. l. cūctos populos, C. de ſumma Trinita. & fide Cath. Tamen nihilominus & ipſum totius orbis monarchia, & Romani imperatores, tam idolatræ quam Chriſtiani, eiuſdem monarchæ & domini: Illi quidem iniuſti & Tyranni, hij vero legitimi fuerunt, & appellari potuerunt. Etſi enim quidam populi aliorum regum imperio ſubiecti ſint, nihilominus ius vniuerſalitatis totius orbis apud Imperatorem remanet, Bar. in extrauagan. ad reprimēdum. in verbo totius. vt ipſe dominus vniuerſalis orbis appelletur, etiāſi certa quædam regna particulares dominos habeant. Propter quod & totum orbem a poſſeſſore vendicare poteſt: Quemadmodum gregem vendicare poteſt, cuius eſt grex, etiamſi quædam capita ipſius eſſe negentur. l. i. in fi. & l. ſecunda. & 3. ff. de rei vendicatio.

Decimaſeptima concluſio. Etſi Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quædam etiam ciuitates imperiales, vel ex priuilegio principum Romnarum, uel tanti temporis præſcriptione, cuius initii memoria hominum non exiſtit, in ditionibus ſuis etiam ea, quæ ad poteſtatem Romani imperatoris pertinent, pleno iure exercere poſſunt, vt qui locum imperato. in terris ſuis tenent. lo. And. in add. ſpe. in ti. de inſt. ed. §. porro. Alex. de Imo. in conſi. 1. quinti vol. Tamen nihilominus iuriſdictioni & obedientiæ Roma. imperi, & principum Romanorum, ſubiecti ſunt: Nō ſolum vt vaſalli, qui regalia ſua in feudum ab imperio tenent, ſed ēt vt ſubditi, q iure ſubiectionis & parendi neceſſitate, velint nolint, Romanorum imperatorum obedientiæ obnoxii aſtringūtur. Pau. de Ca. in conſi. 34. in 2. par. Quemadmodum. n. membra † in
38 corpore naturali a capite dependent, a quo influxū virtutū naturalium recipiunt, c. ſingu. 89 diſt. tamen inter ſe alia aliis & dignitate & operationib. antecellunt: ita & in Republi. qui pręeſt & dominatur, vice capitis fungitur. Subditi vero inſtar membrorum habēt, quorum alii aliis & dignitate & officijs ſunt præcellentiores. Sed omnes tamē, quantalibet dignitate præfulgeant, quicquid honoris & muneris obtinent, totum hoc a capite, a quo omnes dignitates & officia in Rempubli cam deriuantur, recipiunt. Ad quem ſane modum imperii quoq; honores & munera ab imperatore, tāquam a capite, in officiales imperii, membra, diſtribuuntur: ſiquidem fons eſt imperator, a quo magiſtratus tanquam riuuli deſcendūt. Vnde imperio Romano, a populo Romano in Imperatorē
39 translato, imperator † vniuerſale quidem imperium obtinet. l. 1. ff. de conſt. Bar. in l. Imperium. in 3. col. ff. de iuriſd. om. iu. Verum, cum vniuerſa imperii negocia & cauſas ipſe unus & ſolus per ſe expedire non poſſit, magiſtratus conſtituit, & iter hos gradus quoſdam fecit, ut alii aliis ſint dignitate & officio pręſtatiores, quos in partem curarum & ſolicitudinum uocans, maioribus quidem maiores, inferiorib. vero inferiores cauſas expediendas committit: Glo. in c. quod translationē, de off. leg. quaſdam etiam in ſingnum ſummę poteſtatis ſibi expediendas reſeruauit. Bald. in l. reſcripta. C. de precib. Impe. offerend. Porro maiores magiſtratus olim erant Senatores, Conſules, Patricij, Dictatores, Præfecti prætorio, præfecti vrbis, Præſides, proconſules, prætores, Quæſtores: Quorum alii Superilluſtres, alij illuſtres, alii Spectabiles, alij Clariſſimi appellabantur.

Et his cauſæ maiores, quales ſunt meri & mixti imperii
40 demandabantur. Infimi autem Magiſtratus † erant muni-

cipales, quibus causæ ciuiles committebantur. Iason in lege quæcunque.ff.de offi.eius,cui mandata est iurisd.

Ac maioribus quidem Magistratibus hodie succedunt reges, Cardinales, Patriarchæ,qui æquiparantur Præfectis prætorio,& vocantur illustres. Bartolus in lege omnes populi. Digestis.de iustit.& iure. & in lege prima.in principio Digestis.quod cuiuscunque vni.no. Similiter Duces,Marchiones, Comites, & Episcopi: qui Spectabilium locum obtinent, qui iidem illustres appellari possunt,aut similes illustribus. Sic Abbates,& reliqui,qui merum & mixtum imperium ab imperio habent,loco Clarissimorum.sunt.

Nihilominus tamen imperatori, tanquam præcellenti, non solum vt Vasalli, sed etiam vt missi & subditi, iure subiectionis & ea fidelitare obnoxij sunt: a qua, ni volente & consentiente Imperatore, nulla ratione absolui Possunt. Hij igitur omnes, quantalibet in imperio potestate & iurisdictione prædíti sint, tamen Romano imperatori tanquam membra capiti, subiecti sunt. Propter quod & Præsides, & a Rege tanquam præcellenti missi ab Apostolo dicuntur. pri. Pet. secun. Qui Regalia dignitatesque & officia sua ab imperio in feudum tenent.

Hæc habui,quæ de potestate & iurisdictione Romani imperii,quantum quidem ad institutum nostrum pertinet, dicere volui: quæ ideo in breues has conclusiones contraxi, vt quæ ab alijs prolixe & confuse referuntur (quæ res plerunque magnam obscuritatem parere solet) ea commoda a me breuitate,& certo expeditoque ordine,explicarentur.

De obedientia subditorum Roma. Imperij, & in quibus rebus consistat.

SVMMARIVM.

1 *Romano imperio qui obedire astringantur, & qui ab eiusdem obedientia exempti censeantur,& in quibus Romani imperii obedientia consistat.*
2 *Leges Romanæ ab omnibus Romani imperii subditis obseruari debent, & quomodo lex definiatur.*
3 *Legis oraculum certius est quam principis, eiusque ratio sufficienter hic explicatur.*
4 *Mandatum principis, & lex quomodo differant, & quid sit mandatum principis,nu.5. & quot modis lex fiat, & quis mandatis principum parere dicatur.*
6 *Iudiciorum diuersæ species sunt nam alia magistratus,alia vero imperialia esse dicuntur.*
7 *Iudiciorum imperialium multiplex differentia reperitur,nam aut ad certas causas,aut ad uniuersitatem demandantur.*
8 *Iudicium cameræ imperialis quale sit & quando in causis competere dicatur.*
9 *Principum electorum imperii exemptiones hic breuiter relata cernuntur.*
10 *Mores populorum seruandi in deferrendo honore regibus,& plurium hic referuntur.*
11 *Aethiopes adeo reges suos excolebant vt si quando aliqua corporis parte debilitaretur turpe existimarent non eadem parte debiles esse.*
12 *Erulorum mos refertur quo vxores post viri obitum se neci dare solebant.*
13 *Romanis principibus qualis honor præcipuus exhibebatur, & quando, & quo adorandi mos introductus fuerit.*
14 *Ritus salutandi imperatores varius exemplis demonstratur,& qualiter se in salutationibus gererent.*
15 *Principi honor deferendus iuxta consuetudinem temporis, vel præceptũ legis.*
16 *Imperatori quales nunc honor exhibeatur ab omnibus principibus, & ab electoribus,tam in comitando,quam seruiendo.*
17 *Subditi imperio fidelitatem ei iureiurando præstant æque, sed tamen sub diuersa iurisiurandi forma.*
18 *Vasalli sub qua forma dominis suis fidelitatem iurent& quid significẽt illa verba,incolume,tutum honestum,utile,possibile.*
19 *Snbditus & vasallus imperii differunt, nam vasallus potest renunciare feudo, subditus vero minime eo inuito se eximere potest.*

Caput VII.

HIs ad hunc modum de ditione Roma. imperii & subditis eius breuiter explicatis, subest, vt de obedientia subditorum Romani imperij, & in quibus rebus consistat dicamus Ad obedientiam igitur Romani imperi astringuntur om
1 nes Reges, † nationes, & populi: Duces, Marchiones, Comites, Barones, & quicunque eidem feudi subiectionis, vel quocunque alio iure obligati sunt. Rursus vero ab eadem obedientia eximuntur, quicunque libertatem, vel ex priuilegio principis acceperunt, vel diuturnitate temporis præscripserunt. Porro obedientia Romanis imperatoribus a subditis tum demum recte præstaretur, cum & eorum legibus & mandatis obtemperant: Et debitum eis honorem venerationemque exhibent, & iudicialibus eorum sententiis & præceptis parent. Etenim in his tribus obedientia Romani Imperij consistit.

2 Primum igitur leges † Romanæ ab omnibus Roma. imperii subditis obseruari debent, vt Imperatores, Valentinianus & Martianus, constituerunt. lege leges sacratissimæ.Codice.de legibus. Leges (inquiunt) sacratissimę,quę constringunt hominum vitas, intelligi ab omnibus debent, vt vniuersi præscripto earum manifestius cognito,vel inhibita declinent:vel permissa sectentur.

Legem Iureconsulti diffiniunt regulam esse, iustorum & iniustorum: & eorum, quæ natura ciuilia sunt.lege secunda.Digestis.de legibus & Senatus consultis.

Est enim præceptrix faciendorum, prohibitrix autem
3 non faciendorum. Etsi autem † Imperator ipse viua lex in terris sit, vnde & penes ipsum vnum, legum condendarum potestas est: Tamen certius est legis, quam principis oraculum. Nam principes quantumlibet sancti, tamen homines sunt, perturbationibus obnoxii: quibus affecti, non raro iniusta etiam dercernunt. capitulo septimo. & capitulo duodecimo. Lex autem mens est sine appetitu: Vnde qui legem præesse iubet, videtur Deum iubere præesse & leges. Qui autem iubet hominem solum pręesse, quantumlibet prudentem, adiungit & bestiam. Libido quippe talis est, atque ita obliquos agit, etiam viros optimos, qui sunt in potestate. Qua sane ratione Theodosius & Valentinianus, lege digna vox. Codice de legibus. etsi Romani principes, & legum conditores, vocem maiestate regnantis dignam esse dicunt, legibus alligatum se principem profiteri: & maius imperio esse fatentur submittere legibus principatum. Eiusdem fe
4 re virtutis est mandatum † principis. Nam & ipsum legi æquiparatur, nec alio ab lege & constitutione differt, quam species a genere. Mandatum si quidem sub lege continetur, quod lege vniuersaliter sancitur, id particulariter mandato præcipitur: Immo, si uniuersale sit, ipsum quoque pro lege habetur. Glos.in Rubrica. Codice. de manda. princip.

Si quidem legem ex eo metimur, quod a principe vniuersaliter constituitur: siue ad proceres missa oratione condatur: siue per modum mandati & edicti promulgetur: siue spontaneo motu principis ædatur: siue relatio vel lis mota eius occasionem postulauerit. lege leges vt generales, & lege finali.Codice.de legibus.lege prima. Digestis.de constitu.princip.

5 Est autem mandatum principis, † vt Accursius diffiniuit,in Authen.de manda.princip.in princip.constitutio quædam, continens præcepta de laudabiliter prouincia gubernanda. Legibus igitur & mandatis principum parent,qui quod his ipsis sancitur atque pręcipitur, fideliter exequuntur.

Deinde iudicia Romani imperii in hoc constituta sunt, vt quæ a legibus, iuste præcipiuntur, ea per iudices iustos exequutioni demandentur. Parum est enim ius, in Republica esse, nisi sint, qui iura reddere possint. lege secunda. paragrapho.post originem.Digestis. de origi. iuris. Iudicio-
6 rum † quędam ab Imperatore, quædam a Magistratibus ab eo creatis exerceatur. Illa imperialia appellantur: Hæc vero vel a Magistratibus ipsis, vel a prouinciis, territoriis & ciuitatibus, quibus pręsunt, nomina sor-
7 tiuntur. Rursus imperialium iudiciorum † quædam pro. Tribuali Cæsaris, & ex ipsius persona & nomine redduntur.

Quædam ab ipso principe aliis tanquam delegatis, vel ad certas causas, vel ad vniuersitatem causarum, exercenda demandantur Et eorum, quę ex persona & nomine Cęsaris exercentur, quędam in omnes vniuersi imperii subditos, & in vniuersis causis, tam ciuilibus quam criminalibus,redduntur.Cuiusmodi sunt,quę in curia Cęsaris ęduntur.

Quædam in vniuersos quidem imperii subditos dantur, sed ad certa tamen causarum genera restringuntur. Qua-

le

Digitized by Google

8 le est iudicium † Imperialis cameræ. Quod in omnes quidem Romani imperii subditos competit, sed a cuius iurisdictione primum causæ criminales exemptæ sunt: exceptis his, quæ sunt fractæ pacis. Deinde in ciuilibus causis. In prima quidem instantia personæ, & causę principum Impe
9 rij. In secunda vero principis Electores, † quibus ex constitutione Caroli Imperatoris, huius nominis Quarti (quam auream Bullam vocant) concessum est, ne a sententiis, quas vel ipsi, vel eorum iudices tulerint, ad Tribunal Cæsareum appellari possit. Quo iure Dux Saxonię, & Marchio Brandenburgensis vtuntur. Qui vero circa Rhenum sunt Archiepiscopi, & imperij Archicancellarii, & Comes Palatinus, etsi eodem iure, quo cœteri muniti, tamen appellationem his, qui se grauatos eorum sententiis conqueruntur, permittunt. Postremo reuerentia quoque & honor, Roma principi exhibendus est: Quod & scriptura præcipit. Estote (inquit Petrus Apostolus) subiecti omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi, tanquam præcellenti: siue Ducibus ab eo missis. Et paulo post. Regem honorificate. 1. Pet. 2.

10 Cæterum in deferendo honore Regibus, † mores gentium, populorumque, spectandos arbitror. Nam vt in cœteris, ita in hac re quælibet prouincia suo sensu abundat. Quibusdam in more fuit, Reges suos flexis genibus adorare: Quod de Aethiopibus tradunt. Diod. Sic. libro quarto. de fab. antiq. gest. Alii statuam Regis sui adorarunt. Philostr. libro primo. de vita Apoll. Alii Regem quidem suum adorauerunt, sed non nisi purpura indutum: Quod a Romanis obseruatum esse legimus. lege vndecima. Codice. de Fabricensibus. Illud quoque de Aethiopib. satis miratu dignum narratur. † Quod
11 illorum Regibus amici, præter adorationis honorem, illum quoque cultum exhibuerunt. Vt si quando aliqua corporis parte Rex ex quauis causa debilitaretur: domestici homines sponte sua eandem partem debilitarent. Turpe enim existimabant, Rege claudo, non etiam omnes amicos claudos esse. Et quidem absurdum videbatur, cum veræ sit amicitiæ, ex rebus aduersis amicorum dolere, lætari secundis, non & corporis quoque doloris participes esse. Quin illud quoque consuetudinis esse ferunt, amicos vltro in Regis morte vita defungi: existimantes eum interitum gloriosum, veræque amicitię testem.

12 Simile aliquid de Erulorum † moribus (qui populus fugit olim super Histrum flumen habitans) tradit Procopius. libro secundo. de bello Goth. Nam Erulo viro vel ob senium, vel aduersam valetudinem ex humanis exempto, pro eorum amore necesse erat, vt vel vxor ipsa, quæ virtutis existimationem aliqua fuisset ad id tempus adepta, vel sibi gloriam in posterum relinquere vellet, laqueo apud viri sepulchrum non longe post vitam finiret. Ei vero, quæ non ita se gessisset, reliquebatur de cœtero ignominiæ nota, odijque in viri propinquos conuincebatur.

13 Sed redeamus iam ad principes. Præcipuus honor, † qui olim Romanis principibus exhibeatur, erat adoratio, vt paulo ante dixi. Ea nihil aliud fuit, quam saluatio principis, quam & salutationem sæpe Romani etiam leges appellant. Glos. in lege pen. Codice. de consulibus. Quanquam non desint, qui scribant a Diocletiano adorandi principi morem introductum fuisse, cum ante eum cuncti salutarentur. Eutropius lib. 9. rerum Romanarum.

Ego, siue adoratio illa, siue salutatio appelletur, omnino religiosum quendam cultum fuisse censeo, quem Veteres principibus, velut terrestibus quibusdam numinibus, ac omnem potestatem a Deo habentibus, tribuerunt. Nec vero aliis adorandi Romanis principibus purpuram facultas erat, quam quibus hoc ex beneficio principis concedebatur. Glo. in lege prima. Codice. de vetera. Milit. Quales fuerunt Corniculariі præfectorum prætorio, Veterani milites, Apparitores præfecti vrbis, domestici protectores principis, Prunicerius Fabricesium, militantes in sacris scrinijs, honorati vehiculis, & legum Doctores. Quibus omnibus non solum Secretarium principis ingrediendi, salutandique principem ius erat: sed quietem simul, omniumque personalium munerum vocationem eodem ipso beneficio consequebantur. Tandem eo res processit, vt salutatio principibus non tam honori, quam maximo oneri, ob nimiam salutantium assiduitatem, fuerit. Propter quod Adrianum ferunt, neminem salutantium, nisi ob rem necessariam, recepisse: Au-
14 tor Dion Casius in Adriano. Iam & ritus † salutandi varius fuit. Maximino iuniori Romano principi vitio vertebatur, quod in saluationibus manum porrigeret, & genua osculari sibi pateretur, nonnunquam etiam pedes. Contra vero seniori Maximino laudi dabatur, quod huismodi pedum oscula recusaret. Nam ad pedes eius aduoli volentibus, dixisse fertur. Dij prohibeant, vt quisquam ingenuorum pedibus meis obsculum figat: Autor Iulius Capitolinus in duobus Maximinis. Quod igitur tantopere a Veteribus
15 † obseruatum est, vt in deferendo honore principi, mores & consuetudinem cuiusque temporis spectandam esse censerent: Idem hodie quoque custodiri debet, vt eum honorem Romanorum Imperatori exhibeamus, quem vel lex præcipit, vel imperij consuetudo approbat. Veluti, vt adituri principem, in genua procumbamus, aut etiam pedibus eius aduoluamur: quod quidem ad omnes pertinet. Similiter, vt Electores, alijque principes, in deferendo Romanorum imperatori honore, eum morem custodiant, qui a veteribus inductus, & ad hæc vsque tempora custoditus est.

16 Veluti, † quod Cæsari curiam celebranti, omnes principes in Comitatu assistunt, & vel sacrorum causa ad templum, vel propter publicas imperii consultationes, ad procerum cœtum proficiscentem, quisque suo ordine comitantur.

Quod item Electores principes vel præeuntes, vel sequentes, quisque proprium officii sui Insigne, vt Comes Palatinus orbis figuram, quam pomum vocant, gladium Dux Saxoniæ, Marchio Brandenburgensis Sceptrum Imperiale: & quibusdam Conuentibus & actibus, tres Archiepiscopi, imperii Archicancellarii, quisque in sua prouincia, Imperij Sigillum collo appensum gestant.

Sic & certi quidam ritus sunt, quibus Electores principes Cæsari ad mensam ministrant: Quæ omnia, quibus modis quoque ordine peragenda sint, in constitutione Caroli Quarti (quam auream Bullam vocant) ordine descri-
17 buntur. † Illud quoque ad reuerentiam & honorem Romani imperatoris pertinet, vt fidelitas ei a subditis imperii præstetur. Ea duplex est: Vna, qua Romano Imperatori subditi sunt. Altera, quatenus Vasalli obligantur. Quæ & capita quædam communia habent, quæ ab vtrisque iurantur, quanquam diuersa iuramentorum forma expressa. Subditi ei, sub cuius iurisdictione sunt nominatim, vitam, membrum, mentem, & eius rectum honorem, custodire iurant. capit. vnico. Qualit. iur. deb. vasalli.

18 Vasalli † vero sub hac fere vel simili forma dominis suis fidelitatem iurant. De noua forma fidelitatis, capitulo vnico. in vsibus feudorum. Ego Titius iuro, quod ab hac hora in antea, vsque ad vltimum diem vitæ meæ, ero tibi. N. domino meo fidelis, contra omnem hominem, excepto Imperatore vel Rege: ide est, nunquam scienter ero in consilio, vel auxilio, vel in facto, quod tu amittas vitam, vel membrum aliquod: vel quod tu recipias in persona aliquam læsionem, vel iniuriam, contumeliam: vel quod tu amittas aliquem honorem, quem nunc, habes, vel in antea habebis. Et si sciuero, vel audiuero de aliquo, quod velit aliquod istorum contra te facere, pro posse meo, vt non fiat, impedimentum præstabo: Et si impedimentum prędare nequiuero, quam cito potero tibi nunciabo, & contra eum, prout potero, auxilium meum tibi præstabo. Et si contigerit te rem aliquam, quam habes vel habebis, iniuste vel fortuito casu amittere: eam recuperare iuuabo, & recuperatam omni tempore retinere, & si sciuero te velle iuste aliquem offendere. Et quando ego generaliter vel specialiter fuero requisitus, meum tibi, potero præstabo auxilium. Et si aliquid mihi de secreto manifestaueris, illud sine tua licentia nemini pandam, vel per quod pandatur, faciam. Et si consilium a me super aliquo facto postulaueris, illud tibi dabo consilium, quod mihi videbitur magis expedire tibi. Et nunquam ex persona mea aliquid faciam scienter, quod pertineat ad tuam vel tuorum iniuriam vel contumeliam. Sane hæc iuramenti forma multa habet capita, quæ his verbis continentur. Incolume, tutum, honestum, vtile, possibile.

Si quidem incolumne valet, ne Vasallus iurans sit in damno domino de cordore suo. De forma fidelitatis, capitulo vnico. in vsibus feudorum. Et hoc est quod iurant, se nunquam consilio, vel auxilio, vel facto interfuturum, quo dominus amittat uitam, vel membrum aliquod in persona læsionem aliquam, iniuriam, vel contumeliam recipiat. Tutum, significat, ne Vasallus iurans domini secreta reuelet: aut munitiones suas, quo minus tutus esse possit, prodat. Et illud est, quod vasallus iurat, se cretum, quod ei manifestauerit dominus, sine licentia domini se nemini reuelaturum. Honestum, videlicet, ne Vasallus tale aliquid faciat, quo honorem aliaue amittat, quæ ad honestatem eius pertinere videntur. Et hoc est, quod in prędata forma vasallus iurat, nihil tale facturum, quo dominus honorem aliquem amittat. Vtile, designat idem, quod in

Digitized by Google

prædicta forma exprimitur, vt vasallus iuret, si dominus rem aliquam iuiuste, vel fortuito casu amiserit, se vt eandē recuperet, auxilio futurum. Facile idem significat, quod in prædicta forma Vasallus iurat, se impedimenta quoque, quæ domino, quo minus hæc omnia consequatur, obstare possunt, remoturum: aut ut remoueantur hęc ipsa, domino renūciaturum. Sāne his capitibus ea quoque continentur, quæ subditi dominis suis, sub quorum iurisdictione sunt iurant. Nā quid aliud est vita, membrum, mens, & rectus honor, quam quod in iuramento vasalli, incolume, tutum & honestum? Tantum enim hæc valent, ac si subditus iuret, non se consilio, auxilio, vel facto interfuturum, quo dominus amittat, vel vitam, vel membrum, vel honorem: nec arcanum aliquod in pernicie domini reuelaturum. Iacobinus de sancto Georgio in tracta. de homagijs. columna septima. versiculo octauo. homo &
19 subditus. Cœterum, inter subditum † & vasallum imperii ea differentia est, Quod vasallus regulariter potest feudum suum domino renunciare: subditus vero ab obedientia domini eo inuito, se minime eximere potest.

Iam igitur quoque Romano imperio subiecti sunt, siue vasalli siue subditi, ea fidelitate astringuntur Romanorum imperatori, vt ipsius tum incolumnitatem & securitatem, tum honorem etiam conseruare, & arcana custodire. Et in his quę ad vtilitatem imperij pertinent, consilio & auxilio iuuare: Quæ vero imperio noxia esse cognouerint, impedire teneantur.

Obedientiam Romanis Imperatoribus, alijsque potestatibus, tam iustis quam iniustis exhibendam esse.

SVMMARIVM.

1 *Principibus ita malis, sicut bonis ex præcepto Dei obediēdum est, amplia vt nu. 3. & 4.*
2 *Seruire iuxta loquendi morem scripturæ, obedire est.*
3 *Obedientia superioribus debita, intelligitur in licitis, & diuino verbo non contrarius.*
6 *Potestas iniquorum non est perpetua.*

Caput VIII.

IAm vero quæ de obedientia Romanis imperatoribus præstanda dicta sunt, non solū in bonis, sed etiam in malis principibus & potestatibus locum habent. Etenim de vtrisque dictum est. Roma. decimo tertio. Omnis potestas a Deo est: & qui potestati resistit, Dei
1 ordinationi resistit. Nam & mali principes † a Deo permittuntur, vt per eos peccata populorum puniantur, vt supra demonstratum est. Sed nec minus illis, quam bonis & iustis, ex præcepto diuino obediendum est.

Sic in veteri Testamento, tametsi mala & Tyrannica fuit potestas Nabuchodonosoris, Cyri, & aliorum Idolatrarum: Tamen nihilominus Deum non solum monarchas eos esse permisit, atque etiam præcepit, vt debita eis a subditis obedientia præstaretur. Nam & Christos eos & seruos appellat. Dan. 3. In hoc videlicet ordinatos, vt iniquitas populorum per eos compescatur. Simul atque præcipit, vt omnes gentes eis seruiant. Hiere. 28. quod vtique obedientiam eis prę standam esse significat. Seruire † siquidem, iuxta loquendi morem scripturę, obedire est. In quo sensu accipiendum est illud, quod Dominus ad Rebeccam dicit. Hen. 25. Duæ gentes sunt in vtero tuo, & duo populi ex ventre tuo diuidentur. Populusque populum superabit, & maior seruiet minori. Item illud Isaac ad Iacob filium: Seruiant tibi populi, & adorent te Tribus. Gene. 27. Similiter in nouo Testamento, Christus & Apostoli & verbo & exemplo docuerunt, Regibus tam iustis, quam iniustis: tam idolatris quam Catholicis, esse obediendum. De vtriusque enim, tam idolatris, qui tum fuerunt: quam Christianis, qui post futuri erant accipiendum est illud, quod Dominus dicit. Matth. 22. Reddite Cæsari, quæ sunt Cæsaris: & Deo quæ sunt Dei. & illud Apostoli Petri. Subiecti estote omni humanæ creaturæ propter Deum: siue Regi, tanquam præcellenti: siue Ducibus: tanquam ab eo missis, ad vindictam malefactorum, laudem vero bonorum. Et post pauca: Regem honrificate. 1. Pet. secun. Similiter illud Apostoli Pauli. Roma. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit. Non est enim potestas, nisi a Deo. Et post aliqua. Vis non timere potestatem? bonum fac: & habebis laudem & illa: Dei enim minister est, tibi in bonum. Si enim malefecerit, time: non enim sine causa portat gladium. Dei enim minister est, vindex in iram, ei qui male agit. Ideoque necessitate subditi estote, nono solum propter iram, sed etiam propter conscientiam. Ideo enim & tributa potestatis: ministri enim Dei sunt, in hoc ipsum seruientes. Reddite ergo omnibus debita: cui tributum, tributum: cui vectigal, vectigal: cui timorem, timorem: cui honorem, honorem. Et hæc quidem verbo Christus & Apostoli docuerunt. Illa vero ad exempla
3 pertinent, quibus & ipsis & obedientiam & honorem Romanis pricipibus non solum Christianis, sed etiam idolatris, præstandum esse docemur. Ac primum quidem Christus, didrachmam Cæsari pro se & discipulis solui iussit: non quod ipse aut discipuli subditi essent Cæsari. capitulo magnum vndecima quæstione prima. sed ut hoc exemplo ostenderet, tributum eo magis soluendum esse Cæsari a subditis, cum idem ipse & discipuli soluerent, necessitati tributi soluendi minime obnoxij: Quod verba Domini plane demonstrant. Sic enim ad Petrum loquitur. Matth. 17. Quid tibi videtur Simon Reges terræ a quibus tribum accipiunt vel censum? a filiis suis, an ab alienis? Cunque Petrus respondisset, Ab alienis. Dixit illi Dominus. Ergo liberi sunt filii. Vt autem non scandalizemus eos, vade ad mare, & mitte hamum: & eum piscem, qui primus ascenderit, tolle: & aperte ore eius, inuenies staterem: illum sumens, da eis pro me & te. Sic Apostolus Paulus Actu. 25. vt obedientiam suam egra Cæsarem testaretur, accusatus a iudæis coram Festo præside, ac rationem reddens eorum, quę in eum afferebantur. Neque in templum (inquit) neque in Cæsarem quicquam peccaui. Cunque Festus ingratiam iudæorum Paulo dixisset, Vis Hierosolymam ascendere, & ibi de his judicari apud me? Respondit Paulus. Ad tribunal Cęsaris sto, ibi me opportet iudicari: Iudæis non nocui, sicut tu melius nosti. Si enim nocui, aut dignum aliquod morte feci: non recuso mori. Si vero nihil est eorum, quæ illi accusant me: nemo potest me illis donare. Cæsarem appello. Act. 27. Quam Apostoli appellationem angelus quoque Domini eidem nocte assistens, approbauit. Ne timeas (inquit) Paule, Cæsare oportet te assistere. Cœterum, quod de obedientia Imperatoribus Romanorum etiam malis præstanda, dictum
4 est: † Idem etiam in cœteris potestatibus inferioribus locum sibi vendicat, vt & ipsis etiam si iniquis, obediendum sit. August. in Psalmo centesimo nouagesimoquarto. Ac prima quidē & quotidiana potestas, a qua cœterarum quoque gradus conijcere licet, est domini in seruum: at serui dominis suis obedire tenentur. Iuxta quod Paulus præcipit Coloss. 3. Obedite, inquit, dominis vestris secundum carnem, cum timore & tremore, & in simplicitate cordis: non ad oculum seruientes, quasi hominibus placentes, sed quasi serui Christi facientes bonam voluntatem Dei, ex animo cum bona voluntate.

Hic serui dominis suis obedire iubentur, non bonis tantum, sed etiam malis. Neque enim qui dominos nominat, malos excludit, quos expresse etiam nominat Petrus Apostolus. Serui (inquit) subditi estote in omni timore dominis: non tantum bonis & modestis, sed etiam dyscolis. Hæc est enim gratia, si propter Dei conscientiam sustinet quis tristitias, patiens iniuste. 1. Pet. secun. Idem quoque Christi exemplo confirmatur, qui omnium Dominus multa in passione mala a seruis iniquis sustinuit. Nisi enim iniqui fuissent, Dominum suum honorassent, non contumelijs afficissent. Si igitur Dominus cœli & terræ, per quem facta sunt omnia, seruiuit indignis, immo pro sæuientibus & furentibus etiam rogauit. Ait enim: pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciunt: Luc. 23. Quāto magis non debet dedignari homo ex toto animo, & ex tota voluntate bona, cum tota dilectione seruire domino etiam malo? Quod autem de domino & seruo dictum est, hoc de omnibus etiam potestatibns & Regibus, & de omnibus culminibus sæculi intelligendum est. Aliquando enim potestates bonæ sunt, & timent Deum: Aliquando non timent Deum. Et vtrisque obediendum est: † Sed in his tamen
5 quæ sunt licita, nec diuino verbo contraria. In his enim, quæ Dei mandatis repugnant, oportet Deo magis obedire, quam hominibus. Act. c. 5.

Iulianus nonne infidelis imperator fuit? nonne Apostata fuit iniquus & idolatra? Milites Christiani seruierunt imperatori infideli vbi ueniebatur ad causam Christi, non agnoscebant, nisi illum qui in cœlo erat.

Quando volebat, ut Idola colerent, vt thurificarent, præponebant illi Deum. Quando autem dicebat, producite aciem, Ite contra illam gentem: statim obtemperabant. Distinguebant Dominum æternum a domino temporali. Neq;
6 vero blandiantur sibi potestates, † Reges, & domini iniqui, q in bonos eis potestas a Deo permittitur: non. n. sic erit semper.

Quo-

Digitized by Google

Quoniam non derelinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas, ut inquit Psalmus 124. Sentitur ad tempus virga peccatorum super sortem iustorum: sed non ibi relinquitur, non erit in æternum. Veniet tempus † quando vnus agnoscatur Deus: veniet tempus, quando vnus Christus in claritate sua apparens, congregabit ante se omnes gentes, & diuidet eos, sicut diuidit pastor hædos ab ouibus: oues ponet ad dexteram, hædos ad sinistram: Matth. cap. 25. & videbis ibi multos seruos inter oues, & multos dominos inter hædos. Et rursus, multos dominos inter oues, & multos seruos inter hædos.

De his, qui Romano Imperio rebelles sunt. Caput IX.

SVMMARIVM.

1 *Rebelles & infideles imperio qui proprie dicantur. nu. 7.*
2 *Regum Franciæ olim imminuta potestas.*
3 *Imperator quæ non possit in imperio sine procerum consensu tractare.*
4 *Imperialis potestatis plenitudinis quæ sint.*
5 *Rebelles imperio sunt qui leges nouant aut abrogant.*
6 *Lex agraria quatuor cruentas seditiones peperit.*
8 *Rebelles dicuntur, qui non permanent in ea fide & obedientia quæ imperatori astricti sunt.*
9 *Constitutio Henrici Septimi de rebellibus.*
10 *Potentia, genus, dignitas, vel diuitiæ non excusant a crimine rebellionis, nec sanguinis necessitudo. nu. xi.*

HIs itaque Ditione Romani imperii, & obedientia subditorum & Vasallorũ eius, breuiter examinatis atque discussis: Consequens est, vt ad alteram iam rebellionis speciem veniamus, quam eorum esse diximus, qui Romano imperio debitam obedientiam subtrahunt: cuius & ipsius multa genera considerandæ sunt. Primum eorum, qui principis authoritatem diminuunt, dum vel Monarcham ipsi orbis esse negãt, vel de authoritate eius aliquid derogant vel ipsi sibi imperia potestatem arrogant. In quo genere rebelles sunt, quidam nostri temporis seditiosi. Qui famosis aduersus imperatorem ędi tis libellis, plenam illum in Imperio potestatem habere negant. Tum quæ illi propria est, eam sibi in Ditionibus suis vẽdicant, & quam imperatore certis limitibus, ita contractam esse dicunt, vt nihil illi permissum sit soli, vel tractare, vel cõstituere, vel decernere, quod non procerum imperij consensu prius confirmatum fuerit, atque roboratum: eam se liberam, & nullis terminis coartatam habere contendant. Ac merito quidem † rebelles & infideles imperio vocabimus istos, vt quid quod imperatoris proprium est, id maiestati eius illi adimunt, & sibi attribuunt: & qui subditi sunt, domini sui nõ solum potestatem, sed etiam nomen vsurpant. Talem quidẽ in imperio imperatorem fingentes, qualem olim Galli Regẽ
2 sibi constituebant. Solebant enim Franci † antiqua Regum stirpe Reges habere, sed qui nil clarum in se præter inane Regis vocabulum habebãt. Nã & opes & potentia Regni penes palatij prędatores, qui maiores dom⁹ appellabãtur, & ad quos summa imperii pertinebat, tenebantur, nec aliud quicquam Regi permittebatur, quam vt regio tantum nomine contentus, crine profuso, barba submissa, in solio resideret, ac speciẽ dominandi effingeret. Legatos vndecunque venientes audiret, eiusque abeuntibus responsa, quæ doctus erat aut iussus, ex sua velut potestate redderet: cum præter inutile Regis nomen, & precarium vitæ stipendium, quod ei præfectus Aulæ pro vt videbatur, exhibebat, nihil aliud possideret.

Ac talem quidem nostri etiam seditiosi imperatorem & esse & habere capiunt, nempe truncum, & mutam potius principis imaginem, quam principem, authoritate aliqua fungẽ-
3 tem. Non me fugit, multa esse, de quibus imperator † in imperio sine consensu procerum nihil tractare, statuere, aut decernere potest: maxime quæ eiusmodi sunt, vt formam aliqnam generalem constitutionis exposcant. Siquidem ita longa consuetudine ac pactis introductum est, vt ea ipsa primum ab vniuersis imperii ordinibus tractentur, & quod maiori parti procerum placuerit, id deinde imperiali authoritate confirmetur.

Quod & veteribus, imperio necdum in Germanos translato, in vsu fuit, in Theodosij & Valentiniani constitutione comprobatur: lege humanum Codice. de legibus. ac veteres quidem, quæ ad hunc modum constituebantur, pragmaticas sanctiones: nostri ordinationes imperij apellant. At rursus negari non potest, multa præterea esse, quorum omnis tracta-
4 tus † & dispositio non ad ordines imperrii, sed ad solum imperatorem pertinet. Cuiusmodi sunt, quæ plenitudini potestatis eius reseruata esse dicuntur. Nam commeatum, remeatumque Exulibus dat solus imperator. Bald. in in lege rescripta. Codice. de precibus. Impera. offerend. Rem iudicatam solus rescindit sine appellatione: causas iudicibus delegat, appellatione remota: ordinem iudiciciorum peruetit. Ius aliorum tollit: de propria causa cognoscit: defectus contractuum supplet atque resarcit. Tabelliones & Comites Palatinos creat: spurios natalibus restituit: minoribus veniam ætatis cõcedit. Emancipationem infantis permittit: iuri communi derogat, aliaque multa solus agit imperator de plenitudine potestatis suæ. Cuius qui participes esse volunt, non video, quomodo non authoritatem eius diminuant, & subditi domino suo rebellent? Iam & Imperialem potestatem quomodo sumere sibi possunt, imperii subditi & Vasalli? Qui tamen Regalia ab imperio teneant, & quædam etiam quæ supremæ potestatis sunt, exerceant: tamen eo non proprio, sed vicario quodam iure obtinent, quibus & submoueri, si ijs non legitime vtantur, imperatoris Decreto & Authoritate possunt.

5 Simili modo imperio † rebelles sunt, qui publicas imperii leges & constitutiones, vel temere transgrediuntur, vel propria authoritate nouare aut abrogare conantur. Et enim hoc velut proprium omni rebellioni, vt per eam vel exolescant leges, vt sine legibus viuatur. Quod exactis regibus Romæ accidit, ex quo ipse viginti prope annis popu. Romanus incerto magis iure & consuetudine aliqua vti, quam lata lege cœpit, vt Pomponius Iureconsultus scribit: lege secunda. §. exactis. ff. de orig. iur. vel nouæ ferantur. Quemadmodum lex
6 Agraria Tiberio non solum per rebellionem lata fuit, sed etiam quatuor cruentas seditiones peperit: Quarum primam ipse excitauit, alteram C. Gracchus, illi⁹ quem dixi Tiberii frater: Tertiam Apuelius Saturninus, Quartam Liuius Drusus: nec aliam sane ob causam, quam quod legem Agrariam a Tiberio Gracchо latam defenderent.

Et nostris quoque temporibus videmus, quam perfidiose rebelles quidam leges, tam Canonicas quam Ciuiles, calumnientur. Quarum alias quidem impias & iniustas, alias per adulationes Episcoporum a principibus extortas, alias fictis titulis sub nomine Imperatorum, alicui legum codicib. insertas esse mentiuntur, vt alias a nobis enarratum est.

7 Alterum genus rebellium † Roma. Imperij eorum est, qui iudicia Romani imperii, vel in alios ordines transferre, vel in totum abolere conantur. tum iudices etiam ipsos varijs calumniarum generibus persequuntur. Cuiusmodi olim fuit C. Gracchi rebellio, De qua Appianus de bell. ciuilibus. Ro. libro primo. qui lege lata iudicia a Senatoribus ad Equites transtulit: Et Equites, velut principes, super Senatores exulit. Senatores vero quasi noxios illis subdit: sed quæ res nec ipsa diu durauit. Posterioribus enim temporibus iudicandi munus, quod Gracchus ereptum Senatui ad Equites, Sylla ab illis ad Senatum transtulerat, Contra æqualiter inter vtrunque ordinem partitus est. Velleius Paterculus lib. 2. Roma. historiæ. Quanta vero a rebellibus nostri temporis, tum iudiciorum, tum iudicum, imperii commutatio facta sit, res ipsa demonstrat, quæ ob omnium iam oculos versatur, supremo illo imperialis cameræ iudicio suspenso. Et ex his etiam facile cognosci potest, quæ alias a nobis de variis calumniis in iudicem assessores eiusdem iudicii concinnatis, ac de iniusta etiam iudicis & assessorum exauthoratione a nobis relata sunt. Sed quæ omnia tam miserrimæ antea seruituri obnoxia, suppressa seditiosorum audacia, ab Inuictissimo Imperatore Carolo, huius nominis Quinto, velut postliminio, in pristinum statum restituta sunt.

8 In tertio genere rebellionis † numerantur, qui non in ea, qua Romanorum imperatori astricti sunt fide & obedientia, permanent: Id est, quorum consilio, auxilio, & dolo malo fit, vt imperator vitam vel membrum aliquod amittat: vel ut personæ ipsius damnum aliquod, iniuria, vel contumelia inferatur: vel ut ipsius honor & existimatio lædatur: vel qui hęc ipsa eidem non renunciauerit, quo minus pepetrarentur, impediuerit. Similiter, qui arcana sibi a principe concredita, non diligenter custodiuerit. Denique qui quæ utilia esse putauerit, vt quæ ad fidem, honorem, & debita principis obsequia pertinent, ea prętermiserit: ea vero, quæ non vtilia, id est, quæ vitæ incolumnitati, securitati, honori, potentiæue principis aduersantur, ea admiserit.

Atque hæc sane, quæ de tribus illis generibus rebellium
9 & infidelium diximus, Henricus Imperator, † huius nominis Septimus, Costitutione illa, quam rebellibus sanciuit, breuibus his verbis. Tenore (inquit) præsentium decernimus & pronunciamus, quod illi omnes & singuli sunt rebelles & infideles nostri imperii, qui quomodocunque publice vel occulte contra nostrum honorem & infidelitatem rebellionis opera faciunt, & nostri imperij

Digitized by Google

proſperitatem aliquid machinantur, contra nos ſeu Officiales noſtros in his,quæ ad commiſſum eis officium pertinent, rebellando.Nam quod in hac Conſtitutione declaratur, eos rebelles & infideles imperii eſſe qui contra honorem & infidelitatem principis opera rebellionis faciunt : idem eſt,quod nos in numeratis trium generum rebellibus,eos rebelles imperio eſſe diffiniuimus,qui authoritatē principis diminuunt, Romani imperii leges, iudicia, & iudices contemnunt, abiiciūt,atq; perfide perſequūtur:nec in ea,qua Romanorū imperatori aſtricti ſunt,fide ꝓmanent, ſed ipſius tū vitæ & incolumitati,tum honori & exiſtimationi inſidiantur &c. ac imperii imperatoriſque proſperitati, conſilio,auxilio, & facto aduerſanctur:ſiquidem hæc qui perpetrant, recte rebellionis opera contra honorem & fidelitatem principis facere, & contra proſperitatem imperij machinari intelliguntur. Porro nō ſolum priuati,ſed etiam Duces,Comites,prouinciæ,ciuitates, & communitates,& quicunque alij imperij ſubditi & Vaſalli,rebelles eſſe poſſunt : † neque enim a reatu huius criminis eximunt,genus,dignitas, potentia vel diuitiæ. Siquidem par eſt in hoc genere omnium conditio, vt qui rebellionis opera perpetrant,cuiuſcunque conditionis ſint, rebelles eſſe dicantur: non tantum ſingulares, ſed etiam multorum homnium coniunctæ communitates & ſocietates, id quod verba quoq; conſtitutionis imperialis præ ſe fertūt.Quod.n.Omnes & ſinguli,dr, nemo excluditur : quin potius omnes imperii ſubditi & vaſalli cuiuſcunq; conditionis ſunt,accipiuntur.Deinde verbum,Omnes ciuitates & communitates: Singuli vero,ſingulas perſonas deſignat Hac igitur ratione vt dicit Naucl. vol.2. generatione 36.38.& 44.Federicus & Conrad. fratres, Duces Sueuiæ,Lothario: Gualfagus,Dux Mediolanenſis,& Henric⁹ Dux Saxonię,Federico primo:Rudolphus,Dux Alemaniæ & Burgundiæ,& Bertholdus Dux Corinthiorum,id eſt,de Ieringen,& Guelpho,Dux Bauariæ,Henrico Quarto:Eberhardus, Comes de Vuirtenberg,Henrico Septimo. Mediolanum, & aliæ Longobardorum ciuitates,eidem Federico primo,& Federico ſecundo: Guelpho,Bauarię Dux, Henrici Superbi frater,Conrado imperatori. Padua, Bononia, Florentia,Cremona.Parma, & aliæ quædam ciuitates Italiæ,Henrico Septimo: Vlma Germanię ciuitas,Lothario:Moguntia Henrico Quinto, & omnes Saxoniæ Principes Henrico Quarto. Et noſtris temporibus Ioānes Federicus,Dux Saxoniæ,& Philippus Lād grauius Haſſię, cum multis alijs principib.Comitib. Baronib. & imperij ciuitatib.Carolo Imperatori,huius nominis Quinto,rebellarunt. Sed nec ulla ſanguinis neceſſitudo, † a crimine rebellionis excuſationem præſtat. Nam & filius patri,frater fratri Imperatori rebellis fuiſſe inuenitur. Quomodo Ludouico Pio filij eius, a quibus & captus fuit. Et idem Ludouico Bernardus Rex Italię,eius ex fratre nepo.Similiter Lintoldus filijs,& Henricus frater Ottoni Magno : Henricus patruo ſuo Ottoni Secundo,& alij aliis ſibi ſanguine iunctis imperatoribus rebelles fuerunt.Naulc.volu.2.generatio.38.

De rebellione, quæ aduerſus inferiores Poteſtates, ſacerdotio & Imperio ſubiectas, committitur.

SVMMARIVM,

1 *Rebellium genera tria.*
2 *Rebellio cleri contra epiſcopum Moguntinum ſub Henrico quarto.*
3 *Seditio plebis Norimbergenſis aduerſus ſenatum anno 1539.*
4 *Seditio ruſticorum dioceſis ſpirenſis aduerſus epiſcopum ſpirenſem & canonicos quam fuerit crudelis,cuius coniurationis articuli quatuordecim numerantur.nu.5.*
6 *Seditio ruſticorum ſub ſpecie Euangelii anno 1525. terribilis & perniciosa.*

CAP. X.

1 SEquitur iam, Vt de tertia ſpecie rebellionis dicamus,quā eorū eſſe diximus,† qui inferioribus poteſtatibus ſacerdotio & Imperio ſubiectis,debitam obedientiam non præbent:Cuius & ipſius tria genera ſunt. Primum eorum,qui Magiſtratus, quorum imperio ſubiecti ſūt, adminiſtratione ſubmouent,eorumue officia vſuſpant, ſtatuta & ordinationes abrogant, aut per contemptum tranſgrediuntur.95.diſtinct.c. presbyteros.7.q.1. Quia.93.diſt.§.quia,& c.ſeq.2.q.7.ſacerdotes. Alterum eorum, qui iudicia eorum legitima vel commutant,vel prorſus abolent, vel contumaces refugiunt:quique iudices,eorumq; ſententias aſpernantur,cō temnunt atq; reiiciunt, & eoſdem contumeliis ac conuicis proſcindunt. Tertium eorum, qui in fide dominorum ſuorū non permanent,nec debitum eis honorem reddunt:ſed ea facere curant,quibus eorum vel vita vel fama lædatur,vel proſperitati officiatur,vel quæ honeſta & vtilia ſunt, quæq; expediunt,remoueantur:quæ turpia & inutilia ingerantur.Sed audiamus iam de rebellibus huius tertiæ ſpeciei,pauca quædam exempla:non externa quidem illa,quorum multa ſane ī hoc geneere in Italicis,Gallicis,Anglicis, & quarundam aliarum nationum hiſtoriis reperiuntur Sed noſtratia, & quædam ēt non ita procul a memoria noſtra remota:ut vel ipſa experiētia docente intelliganus, non minus hos, quam ſuperiores illos Ro.eccleſiæ & imperio rebelles,dn̄orum ſuorum obediē tiam detrectare. Ac primum quidē atrociſſima fuit rebellio,
2 quā ſacerdotes & clerus Henrico Quarto Ro.imperii gubernacula tenente,aduerſus Archiepiſcopum.Moguntinum cōcitarunt,anno ſalutis 1074.Quippe mandanti cp̄o, vt concubinas ſuas,quas ꝯ Apoſtolica præcepta vxorū loco habebāt, dimitterent, & cęlibem vitā ducerent:non ſolum non paruerunt,ſed ēt in id conſpirarunt, vt ſi quid durius eo nomine in eos pronunciaret ep̄s,eū epiſcopali ſede deturbarent, & occiderent.Sed nec minus atrociter ſæpe etiam laici aduerſos dominos ſuos rebellarunt. Cuius rei innumera prope exempla referre poſſem:ſed ſatis fuerit,pauca aliqua & eadem inſignio ra commemorare,vt his ipſis cognitis, facilius quæ ad idē genus pertinent,ex hiſtoriis cognoſci poſſint. Primum igitur notiſſima ſunt,quæ in Annalibus noſtris de rebellionibus ciuitatum quarundam imperii leguntur.Cuiuſmodi eſt,quam Nu-
3 renbergæ plebs aduerſus Senatum concitauit,†anno 1359.In qua collegia artificum, vulgo Zunft,extincta fuerint. Et alia, quam ciues, & pręcipue piſcatores, aduerſus Senatum Conſtatienſis ciuitatis,cum Suitenſibus ſe coniungere & confęderare uolentem,mouerunt,anno 1511.Et alia item,quæ ꝓp̄ niniam pecuniarum exactionem,Spiræ aduerſus Senatum cōmota fuit,anno 1512.& alia a ciuibus Coloniēſibus, ex eadē fere cauſa aduerſus ſenatum excitata,anno 1513.Heluetiorū item aduerſus Archiduces Auſtrię,circa annum 1356 & poſt Sed vt dicit Naucl. volu.2.generatio.46. & multis ſępe principib.in eodem genere ſubditi rebellarunt,ac talis quidem fuit rebellio ruſticorum,aduerſus Vdalricum Ducem Vuirtenbergenſem,ꝓp diminutum pondus libræ concitata, anno 1513. Quam pauperem Conradum vocarunt.Eiuſdem generis eſt,
4 ſed aliquanto crudelior & truculentior rebellio, † de qua ruſtici quidam Diœceſis Spirenſis in agro Pruchęſellano,aduerſus Epiſcopum Spirenſem & Canonicos, concitanda conſpirarunt,quam ipſi Buntſchuch vulgariter appellarūt.cuius authores fuerunt duo ruſtici,qui per callidas perſuaſiones paulatim in eandem coniurationem plurimos alios pertraxerunt.

Atque huius coniurationis arcana, Quatuodecim articulis complex ſunt.Quos Nicolaus Baſelius in additione ad Chrographiam Io.Naucleri,hoc fere ordine refeet. † Primus, Vt
5 aucti numero,iugum omne ſeruitutis abiicerēt, & omnimodam ſibi libertatem more Heluetiorum armis vendicarent. Secundus, Vt quiſquis in hanc ſotulariam ligam aſſumptus fuiſſet,ſingulis diebus quinquies Dominicam orationem, cū Angelica ſalutatione, ī memoriam quinque vulnerum Chriſti principalium,flexis genibus oraret, pro obtinēda victoria. Tertius, Symbolum ſibi conſtituerunt Deiparam Virginem Mariam, & Diuum Ioannem Euangeliſtam. Signum vero mutuæ inter ſe cognitionis erat,dum aliquis ex coniuratione interrogatus fuiſſet, alteri interroganti reſpondere potuiſſet, in hunc modum.Mas iſt nun fux ein vueſen id eſt. Quid nunc rei eſt ? Reſpondit interrogatus, ſi fuit de coniuratis. Mit mogen vox den pfaffen nit geneſen.id eſt,a ſacerdotibus prę-mimur.Quartus,Conabātur omnem principatum & Dominium extinguere, atque contra omnes turmatim cum vexillo in bellum procedere, omneſque ſibi reſiſtentes miſerabili clade trucidare.Quintus,Vt primum oppidum Bruchſal inuaderent, quod & facile futurum ſperabant : quia dimidiam virorum in eodem oppido partem ſibi coniuratam habere gloriabantur.Quo facile (vt præſumebant) obtento,vlterius contra Marchionatum Badenſem,armati procederent. Sextus, Conſtituerunt inter ſe bona Monaſteriorum, Eccleſiarum, & Clericorum in circuitu direpta, diuidere:atque miniſtros eccleſiæ humiliare,ac quantum poſſent,eorundem imminuere.Septimus,Vt ad ſufficientem numerum congregati, amplius 24.horis in vno loco haudquaquam moras traherent, ſed ad vlteriora ſemper procederent,donec omnia ſuæ coniurationi ſubiicerent, Octauus, Tantum ſibi præſtabant,vt dū ſemel conglobatim ad bellum procederent apertū, oēs ſibi adhęrere ciues,& ruſticos libertatis amore,etiam non compulſos inducerent. Nonus, Intendebant extinctis Monaſteriis & Eccleſiis, atque in nihilum Eccleſiaſtica libertate redacta,neque decimas, neque cenſus dare velle, neque Monachis,

Digitized by Google

nachis,neq; clericis neq; principib.neq; nobilib. Decimus,cõ iurarunt ad diem S.Georgij eiusdem anni cõuenire,& armata manu (vt diximus) oppidum Bruchsal mane diluculo inuadere.Duodecimus, libertatem sibi armis vẽdicare inuicem coniurarunt omnimodam,nec deinceps alicuius pati Dominium velle,nec census dare,nec decimas,nec precarias principibus,non vectigal,aut quippiam tale: sed ab omni tributorum genere, se liberos esse,m penitus exemptos.

Duodecimus,propuserant venationes,piscationes,pascua, nemora,& omnia, quæ principum consueuerunt vsibus deseruire priuatis in communitatem reuocare, vt cuiq; liceret venari atq; piscari,qñ,vbi,& qũo vellet, sine cuiuscunq; prohibitione & impedimento.Tertius decimus,decreuerunt manu valida suorũ procedere: Primo ꝯ Marchionẽ Baldensem, deinde ꝯ episcopum Spirens.& demum ꝯ monachos & clericos:& quicunq; ꝯ dixisset, sine misericordia interficeretur, tanq̃ iustitiæ Dei ꝯrius,inobediens,& rebellis.Hæc aũt in perniciẽ Reipub.ꝯ Episcopos,principes,religiosos,& clerum omnem,excogitauerat rusticorum temeritas ĩ Vnderngunpach, Golingn,& in oppido Bruschal,alijsq; villis & locis in circuitu.Quorũ tñ præsumpta temeritas,a Deo fuit denudata,receperuntq; iustam suorum male gestorũ pœnã,publicis expositi cruciatib.quam quidem Maximilia.Romanorũ rex suis in literis ꝓpea emanatis,eis inflixit.Hos articulos ideo hic inserẽre libuit,vt intelligamus, quæ rebelles alii aduersus dños suos per inobediẽtiã,singuli quidẽ multa,sed singula tñ,particulatim admiserũt ea & ꝓ ꝯspiratores illos ꝓpetrata fuisse vniuersa, vt iã in vnohoc exẽplo huius gñris rebellionis, singula inobediẽtię capita liqdo ꝓspicere possimus.Huic haud dissimilis fuit
6 rebellio,† q̃ rustici,quorundam hæreticorũ & schismaticorũ persuasionib.instigati,concitarunt, Anno 1525. Nam & ipsi aduersus principes & dños suos,in hoc cõspirarunt, vt omne obedientiæ iugum excuterẽt,solius Cæsaris imperiũ se agnoscere simulantes:iura & leges abolerent,iudices exterminarẽt, propria tribunalia erigerẽt:bona ecclesiarum & monasteriorũ diriperẽt,& sibi vendicarent, monasteria aũt ipsa diruerẽt. Sed nec decimas, nec census, nec vectigalia, nec tributa aliqua soluerent.Quin nemora ẽt,piscationes,venationes, ĩpriuatos principũ & nobiliũ vsus deputata,oĩb.cõia facerem,ac dños suos seditiosis istis conatib.resistentes,occiderẽt.Hoc tñ supradictis rebellib.nocentiores: quia quod alii fraudibus eorum detectis præuenti nõ potuerint,isti quod deliberarũt, operẽt ipso compleuerunt. Nam & mandatis dñorum suorum parere detrectarunt,iura & leges abrogarunt: iudices de tribunalib.deiecerunt: bona ecclesiarum & monasteriorum deprædantes,in vsus suos conuerterunt,ac monasteria ipsa denastarunt,& incendio consumpserunt.Decimas,census,tributa,& alia seruitia dñis suis soluere & præstare recusarũt. Venationes, syluas,& flumina omnia, omnibus communia fecerunt,ac sibi resistentes misere trucidarunt.

De crimine læsæ maiestatis. *Cap. XI.*

SVMMARIVM.

1 *Rebellionis nomine multa facinora continentur.*
2 *Maiestas duplex Diuina & humana.*
3 *Crimina duo propter violatam maiestatem contrahuntur,& quæ sint.*
4 *Perduellionis crimen quid sit,& quanta sit eius vis. nu. 5.*
6 *Subditi tantum crimine læsæ maiestatis tenentur.*
7 *Maiestatis læsæ crimen qui contrahant,& qui non,nu. 8. & xi.*
9 *Captus iuste semper præsumitur Reus,nisi contrarium probetur.*
10 *Captum a priuato,& sine iudicis authoritate eripiens commendandus magis quam arguendus est.*

QVemadmodum Alias sæpe vnum idemq; crimẽ, pp varias ipsius qualitates & circũstãtias,ĩ varias spẽs scinditur,l.quoniam.C.ad leg.Iul.de vi publ.& ob id varia etiam & diuersa nomina sortitur: ita & vno nomine
1 rebellionis† multa facinora continentur, quæ & ipsa varias habent appellationes.Cuiusmodi sunt:crimen læsę maiest.crimen proditæ & oppugnatæ patriæ,crimen desertionis, & ab imperio ad hostes defectio,& si qua sunt similia. De quib. & ipsis,quantum quidem ad institutum nostrum attinet, dicendum est.Primum igitur sciendum est, duplicem esse maiestatem:†Diuinam & Humanam:l.i.ff.ad leg.Iul.maiest. ac de diuina quidem,quam omnium max.lædunt hęretici, Aut.Gazaros C.de heret.in libris,quos de hæreticis & schismaticis scripsimus, dictum est. Humanã olim populi tantum Romani esse dicebatur, l. non dubito ff. de captiuis. & postli. sicut authoritas Senatus.Populus enim sciscere solebat,& iubere,Senatus censere & author esse:Cic.Philipp.3.sed & magistratuũ quorundam maiestas erat,vt prætoris.l.pe.& l.si familia.de iurisd.om.iud.In sequenti autem tempore, imperio per lege ꝛ Rhenniam a populo in principem delato, simul etiam maiestas in imperatorem translata est,quæ & ob id imperatoria di
3 citur.Sunt autem duo crimina,†quæ propter violatam maiestatem ꝯhuntur: Alterum imminutæ,alterum læsæ maiestatis appellatur.Inst.in procœmio in prin.Maiestatem imminuunt, qui de dignitate,amplitudine,aut potestate principis, aliquid de Repub.cum potestatem non habeãt,administrãt. Soc.cõs. 22.j.partis.læsæ autem maiestatis crimen est illud,quod aduersus imperium Romanum,vel aduersus securitatem eius committitur.Bald.in consi. 59. primæ partis. Idem crimen veteres Perduellionem,& qui id admisissent,perduelles, id est,hostes Imperij vocarunt.Cic.de inuent.Quos enim nos hostes appellamus,veteres perduelles appellabant:l.quos nos ff. de verbo, sig.per eandem adiectionem indicantes, cum quibus bellum esset.Cic.l.1.offi.Et crimen ipsum perduellionis† est,cum quis
4 hostili animo aduersus Rempu. vel principem animatus fuit. Nec tamen crimen omne,quod læsæ maiestatis dicitur, idem & perduellionis est: illud enim se habet vt genus,hoc vero ut
5 species.Vnde non quisquis maiestatis † reus est,qui in ea conditione est,vt etiam post mortem condemnari possit: sed is tã tum,qui perduellionis reus est.l.fina.ff.ad leg. Iul.maiest. Si qs enim ex alia causa maiestatis reꝰ sit,morte crimine liberatur.
6 Porro crimine læsæ maiestatis † subditi tantum tenenentur. Card.Zabare.cl.2.§.rursus.de re iud.Bal.in l. 2. C. de falsa mo. Bar.in extrauag. qui sint rebel. in verb.rebelland. Qui enim a iurisdictione imperii exempti sunt,in ea condictione nõ sũt, vt lædere maiestatem eius possint, etiamsi imperii vasalli sint. Nam vasallus,non subditus etiamsi domino rebellis esse possit,tamen si subditus non sit,crimen læsę maiestatis committere non potest.Primum igitur crimen † læsæ maiestatis con-
7 trahunt,quorum opera dolo, malo cõsilio,initum aut factũ erit,ut armati homines aduersus Rempub. Imperii Romani aut principis conueniant,aut ad seditionem cõuocentur. Deinde qui principem cõsiliariosue principis,senatores,vel quoslibet alios qui principi militant, aut imperio vel potestate aliqua apud principem funguntur,factionem aliquam scælęstam quacunque tatione inierint,aut in mortem ipsorũ quicquam machinati fuerint, aut arma aduersus eos sumpserint, exercitum principis deseruerint,aut ad hostes perfugerint, literas eis miserint,signumue dederint.ff.ad leg. Iul.maie.l.1.2. 3.& 4.Similiter,cuius dolo malo,exercitus imperii aut principis Romani,in insidias deductus, hostibusue proditus fuerit, aut armis,telis,equis,pecunia,alijsue ad bellum necessariis rebus destitutus,aut ijsipsis hostes adiuti fuerint. Item quorum dolo malo,opera,factum fuerit, vt ex amicis hostes imperii Romani fiant, aut subditi ab imperio deficiant,aut nationes imperio minus obtemperent.Item quorum ope,consilio,dolo malo,prouincia vel ciuitas ab hostibus prodita fuerit. Eadem lege tenentur,qui iniussu principis bellum gesserint,delectumue habuerint, aut exercitum comparauerint. Item qui damnatum vel confessum in iudicio reum, & propter hoc in vincula cõiectum,emiserit. Item si probationibus conuictus fuerit reus:nam qui tales emittunt, crimine læsæ maiestatis tenentur.Si tamen eo animo id fecerint, ut imperium publicũ diminuant,aut sibi vendicent.ff.de iniuriis l.eum qui. §.cũ alii quis.ff.de ędili.edict.l.quis sit fugitiuus.in princip.§.j.ff.ad legẽ Iul.maiest.l.3.in fi.
8 Nam id generaliter obtinet, † ut qui non diminuendę aut lædendæ maiestatis causa,sed iuris fortasse priuati persequendi gratia,imperatori eiusue officialibus repugnant,ab hoc crimine immunes sint. Qua ratione crimine læsæ maiestatis minime obnoxii fuissent,filii & nepotes Ludouici Pij imperatoris,qui nimiam libertatem, quam instigante vxore Iudith, in vnum Carolum filium exclusis fratribus contulerat,etiam p vim oppugnarunt,si non eundem patrem suum omnem imperialem dignitatem deponere coegissent.Sic & qui Consiliarium principis occidit,non eo animo,vt principem aut Rem publicam eius opera destituat,sed ut iniuriam sibi priuatim illatam vlciscatur: hac lege minime tenetur. Andr.de Isern.in vsibus feudorum,in titu.quæ sunt regalia.in verb.bona committentium crimen læsæ maiestatis.

Qui autem accusatum tantum, non etiam condemnatum,confessum aut conuictum emiserit, si id armis factum sit,lege Iulia de ui publica:si uero sine armis,de ui priuata tenetur.l.lege Iul.ff.de ui publ.l.lege legis Iuliæ.ff.de ui priuat.

Quod tamen eo tantum casu locum habet, si qui emissus est authoritate iudicis per eos,quibus id ex officio publico incumbit: aut quibus specialiter a iudice demandatum fuerit, iuste captus ac detentus fuerit. Ex officio & potestate publica capere possunt Irenarchæ, Stationarij milites, cohortales, defensores ciuitatum, & alii, ad quod cura tuendæ
9 popularium quietis pertinet. Semper autem iuste captus præsumitur reus,†nisi iniuste eum captum esse argumẽtis eui-

Digitized by Google

dentibus probetur: quia in dubio pro his præsumendum est, quæ ab eo, qui publica potestate fungitur, aguntur. ff. ad Treb. l. seruo inuito. §. cum prætor. de iud. l. si prætor. ff. ne quid in loco publ. l. fina. C. in prę sentia. extra de prob. Ideoque in dubio retinendi magis sunt a custodiendi ac iudicib. capti, quam emittendi: nec subditorum est, de sententia iudicis, iusta ne sit an iniusta, inquirere: Quin potius quod iusserit Magistratus, id fideliter debent exequutioni mandare. Alioqui enim a priuato & sine iudicis authoritate captum eripiens, † commen-
10 dandus magis, quam arguendus est.

Non enim in ferenda, sed in depellenda iniuria, lex virtutis est. 26. distinct. c. deinde. 23. quæst. 4. cap. non inferenda. & c. for, titudo. Qui enim non repellit a socio iniuriam si potest, tam est in in uitio, quam ille qui facit, vt M. Ciceronem sequutus, inquit Ambrosius. lib. 1. de offi. Immo & authoritate iudicis, sed iniuste tamen captus & detentus, impune emittitur. Po-
11 stremo, lege Maiestatis † tenentur, qui priuati scientes dolo malo pro potestate Magistratuue quid gesserit, qui imminuere potestatem principis dicuntur. l. lex 12. tabularum ff. ad leg. Iuliam maiestatis. Item qui quid eorum quę supra scripta sũt, facere curauerint. Reliqua quæ ad hoc crimen spectant: cuius modi sunt, quæ de iudicibus, de iudiciario ordine & processu: de pœnis item aduersus reos Maiestatis constituta sunt, infra libro quarto prosequemur.

Crimen læsæ maiestatis, an aduersus eos, qui Romanorum Imperatori subiecti sunt, committatur.

SVMMARIVM.

1 *Maiestatis læsæ crimine qui teneantur.*
2 *Magistratus & potestates imperio subiecti per se considerati, & non ad principem vel rempublicam relati, loco priuatorum habentur.*
3 *Præscriptio temporis non tribuit ius maiestatis inferioribus potestatibus.*
4 *Lex maiestatis de Rep. Rom. & Imperatore lata, tanquam pœnalis & odiosa, ad inferiores ab imperatore non debet extendi.*
5 *Maiestas conuenit proprie soli imperatori.*

CAP. XII.

VEtus admodum Qđ est, An in eos, qui principe sunt ĩferiores, crimen læsæ maiest. committatur: quã & grauissimis argumentis in vtranque partem a lure peritis disputatam & arbitratam esse animaduerti. Sed ego vitatis ambagibus, communem opinionem sequar, quam optimis alibi rationib. confirmat Maria. Soc. consi. 175. 2. partis. Ea
1 nimirum est cri. læsæ maiest. † eos tantum teneri, qui hostili animo aduersus rempublicam imperij vel principem animati sunt: Non eos, qui eorundem authoritatem vel minuunt vel lædunt, qui Principe sunt inferiores, siue ipsius Imperium recognoscant, siue non recognoscant. Ac primum quidem de recognoscentib. imperium principis, certũ est, eos non habere maiestatẽ, ꝓꝑ q̃ læsam huiusmodi crimen ꝯhi põt: a quo. n. remouetur nomen maiestatis, ab eodem remouetur & res ipsa et effectus. C. de ferijs. l. nullo. Ideoq; nec ꝯ principes, nec ꝯ ciuitates, aut quoscunque alios imperio subiectos, crimen læ-
læ maiest. committitur, nisi quis eo animo in principem, ciuitatem, vel aliũ imperij subditum, fœuiret, vt eos ipsos a iurisdictione & imperio principis eximeret Gl. in l. j. ff. ad leg. Iuliã maiest. quia tunc non subditus ipse, sed princeps in subdito læsus esse intelligitur. Nam hoc modo, vt totum corpus lædere videretur, qui partem eius minimam, & ut dicit Bal. in consi. 59. 1. partis. auriculam etiam lædit: sic Rempublicam Romanorum, & ipsius caput Romanorum imperatorem lædit, qui non solum Ducem, Comitem, aut ciuitatem aliquã, sed quẽlibet etiam minimum imperij subditum eo animo lædit, vt eunde ptãte principis & imperij eximat. Ac per se considerati Magistratus † & potestates imperio subiecti, & non ad
2 ipsum vel Rempublicam Romanam relati, loco priuatorum habentur. l. ob pecuniã. ff. de fur. l. eum qui vectig. ff. de ver. sig. Sola. n. ea publica sunt, quæ reipub. Romanę, & qui illi præest, Romanorum imperatoris sunt. l. bona ciuitatis. ff. de verb. sig. Vnde & crimen, quod in priuatos istos & Romano imperio subiectos, Magistratus & potestates cõmittitur, seditionis, aut rebellionis, non læsę maiest. appellatur. tex. in l. 1. C. de seditiosis. Deinde, qui imperium principis non recognoscunt, aut id de facto faciunt, aut ex præscriptione tanti tpis, cuius in ꝯrium memoria hominum non existit: aut ex priuilegio prĩcipis. At nullam ius maiestatis aduersus imperium vel subditos suos hãe possũt, qui idipsum de facto vsurpare prę sumũt: Alioqui vnde puniri deberent, inde præmium & priuilegium consequerentur. Nec par ius est eorum, qui iurisdõnem de facto exercent: & eorum, qui de iure l. relegatorum. §. interdice-
3 re. ff. de interdic. & releg. Sed nec tpis † præscriptio, ius maiestatis ĩferiorib. põtatib. tribuit. Primũ, qa suprema põtas præscriptione tpis non acquiritur, quominus imperatorẽ recognoscere teneãtur. Nam si ꝯ supremam põtatem papæ p̃scribi nõ põt, Inn. in in c. bone. il 2. de post. prel. qa a Deo est: nec ꝯ põtatem imperatoris ipsius præscriptio locum hãe põt, quæ & ipsa a Deo est. in Aut. qũo opor. Ep. & ibi gl. in verbo sanci. c. solite de maio. & obe. Deinde fingamus, supremam ẽt põtatem prę scriptione tpis acquiri posse: tñ ob id in terris suis non sũt imperatores, sed locũ tñ imperatoris esse habent. At diuersa sũt, Imperatorẽ esse, & loco Impatoris esse. Vnde & maiestas solius imperatis est, non eius, qui loco imperatoris est, quantũ libet libertatem præscripserit. in Aut. de eccls. tit. §. 1. & in Aut.
4 vt Eccles. Ro. Igitur lex † maiestatis de Republica Romana & imperatore lata, tanquam pęnalis & odiosa, ad inferiores potestates & magistratus, q̃ proprie imperatores non sunt, extendi non dẽt. l. mercis ff. de verb. sig. Bar. in l. 1. in prin. ff. de suis & leg. & in l. si is, qui pro emptore. ff. de vsucap. Præterea frustra ẽt priuilegio principis nituntur inferiores põtates, quasi hoc ipso suffulti, non solum principi subiecti non sint, sed etiam imperialis maiestatis iura in subditos suos exercere possint. Nam licet põtas inferior donata libertate ab imperatore, aliqua ratione sit redacta ad instar imperatoris, & priuilegio libertatis gaudeat ꝛtñ non est ꝓpea imperator, nec sibi sumere põt id q̃ maiestati imperatoris proprium est. tex. in l. meminimus, & ibi Bal. C. de leg. hæred. Nam quantalibet potestate
5 inferiores, † in Ditionib. suis præditæ sint, tñ maiestatem non habent, quæ solius est principis: vt qui totius orbis Dñs est & monarcha, imperium habens supet omnes nationes, ẽtsi multi ab imperio ipsius & iurisdictione sunt exempti. Cuius item potestas tanta est, quæ nec per papam supprimi aut extingui possit. Pau. de Cast. in l. l. 12. tabula. ff. e. & in l. fi. §. in computatione. C. de iure delib.

De crimine proditionis. Caput XIII.

SVMMARIVM.

1 *Crimen læsæ maiestatis & proditionis in quo differant.*
2 *Proditorib. proprium est, vt occulte & sub prætextu honestatis offendant.*
3 *Prænaricatores qui dicantur, & quibus exemplis manifestentur. num. 4.*
5 *Proditores omnium maximi qui sint.*
6 *Maiestati patria parentum authoritas subiicitur.*
7 *Exempla qui pro patria mortem oppetere non dubitarunt.*
8 *Leges Romanæ pro patria etiam cõtra parentes & sanguinem pugnare, immo & filio patrem, & patri filium occidere permittunt.*
9 *Patria parentibus præferenda est.*
10 *Veritatis proditores qui dicantur.*
11 *Proditores proprie qui sint.*
12 *Perfidia quæ dicatur.*
13 *Qualitas adecta delicto non inducit pluralitatem delictorum.*

INter crimen Læsæ maiest. & ꝓditionis hoc interest. † Qđ illud manifeste: hoc vero occulte, aduersus principẽ & rempublicã Romanã perpetratur. Bal. in c. i. col. 7. ver. quid de reb. quib mo. feu. amit. Generaliter siquidẽ ꝓditores sunt oẽs, q̃ aliud actib. manifeste ostendunt, aliud occulte in mẽte agitant. Ale. de Imo. consi. 13. Sexti vol. Quos recte scriptura nouaculæ cõparat. Sicut (inquit psaltes. Psal. 51. Ambro. li. 3. offi. c. 11.) nouacula acuta feciſti dolum: Nimirũ nequitiæ arguens ꝓditorẽ, eo q̃ instr̃m huiusmodi ad hominis adhibẽt ornatũ, & plerunque
2 vlcerat. Proditorib. † n. proprium est, ut occulte & sub prætextu honestatis offendant. Sed & quo tectior sit proditio, amicitiam quoq; simulant, proditores, blandi sunt sermone. Iuxta illud Psalmi 54. Melliti sunt sermones eius super oleũ, & ipsi sunt iacula Luc. de pen. in l. 1. C. de dila. li. x. Qui & adulantur, applaudunt, rident, & quæuis magnifica pollicẽt: Deũ obstant̃, iurant. Nã ad iurandũ omniũ maxime faciles sunt, & q̃ bus dictũ videri põt, q̃ est apud sapientẽ. Ecclesiast. 17. Oĩs amicus dicet & ego amicitiã coꝑulaui, sed solo nomine amicus.
3 Ac tales † q̃dẽ sunt, qui ex vtraq;, imo ex diuersa parte, in iudicio q̃sistunt: quos p̃uaricatores. i. causarũ ꝓditores, appellam⁹. l. i. ff. de prævaricatorib. sitr, qui pericula intentant iis, quibus cũ affinitas, societas, aut aliæ causæ necessitudinis, intercedunt. Propter quas, & ab oĩ aduersus eos doli mali suspicione abesse p̃sumunt̃. Bar. ĩ l. respiciendũ. §. 1. ff. de pę. Veluti, si soci⁹ socium in itinere comitem, nulla interueniẽte rixa, verberet: aut amicus amicum a tergo nihil tale suspicantem, offendat: vel discipulus Magistrum. seruus Dominum: ciuis magistratum, in periculum aliquod incautum adducat.

Atque

Digitized by Google

Atque ad hunc ſane modum gratiam prætendens, & dolum nectēs Doech, quem celare & ꝓtegere debebat, eum ad mortem prodidit: Ambroſ. lib. 3. off. cap. 11. Quippe per funeſtæ ꝓditionis indicium, Abimelech Sacerdoti necem detulit, eo q Prophetam hoſpitio ſuſcepiſſet, quem rex inuidiæ ſtimulis ac
4 cenſus, perſequebatur. 1. Reg. 22. Sic ſimon† quidam ad expugnandas turres, in quibus hoſtes Idumæi erant, a Machabæo deputatus, & qui cum eo erant, iniqui lucri cupiditate ducti, a quibuſdam, qui in turribus erant, ſuaſi pecunia, Septem millibus didrachmis acceptis, & hoſtes aufugere permiſerūt, aduerſarijſque eorum dimiſſis, prodiderunt 2. Machab. 10. Sic & Iudas diſcipulus, Chriſtum magiſtrum, Dominumque ſuum pecunia vendens, morti tradidit. Luc. 6. Mar. 14. Omnium autē
5 maxime proditores ſunt, †qui malo conſilio & proditorio animo patriam relinquunt, aut hoſtili mente in eam aliquid machinantur. L. Poſtliminium. §. transfugæ. ff. de cap. & poſtli. reuerſ. Vnde & recte conſtitutum eſt, vt hoſtium numero habeantur. Neque enim neceſſitudo & coniunctio maior eſt,
6 quam qua ciuis patriæ obligatur. Maieſtati †ſiquidem patriæ, etiam illa, quæ Deorum numinibus æquatur, authoritas parē tum vires ſubiecit, Soci. conſ. 35. primæ partis. ac fraterna etiā charitas æquo animo ac libenter cedit, vt inquit Valerius Maximus. lib. 5. cap. 6. Idque ſumma quidem cum ratione: quia euerſa domo, interdum Reipublicæ ſtatus manere poteſt. At patriæ ruina penates omnes ſecum trahat neceſſe eſt. l. j. §. & generaliter, ff. de ventre in poſſ. mittend. l. poſtlimi. §. filius. ff. de cap. & poſtli. reuerſ. Ideoque & patriæ naſci dicimur, & magis etiam quam parentibus, quod & a Platone præclare ſcriptum, & a Cicerone relatum eſt. libr. j. off. Plato in epiſtola ad Architam Tarentinum.

Non ſolum, inquit, nobis nati ſumus: ortuſq; noſtri partem patriæ, partem parentes, partem amici vendicant, ac propter talem quidem coniunctionem vnicuique dulciſſima eſt patria ſua. Iuxta illud Poetę.

Neſcio qua Natale ſolum dulcedine cunctos.
Ducit, & immemores non ſinit eſſe ſui.

Et Marcus Cicero. in Catilinam. oratione. 2. & lib. 1. de ora oratore. Cic. de finib. lib. 3. Commune patriæ ſolum omnibus charum eſt, tum vero dulce atque iucundum. Cuius & tanta vis eſt (vt idem alibi dicit (ac tanta natura, vt Ithacam illam, in aſperrimis ſaxulis tanquam nidulum affixam, ſapientiſſimus vir immortalitati anteponeret. Imo chariorem nobis decet eſſe patriam, quam nobis noſmetipſos. Ac proinde vnicuique (inquit lib. j. officio.) noſtrum chari ſunt parentes, chari liberi, propinqui, familiares, ſed omnes omnium charitates patria vna complexa eſt, pro qua quis dubitet mortem oppetere, ſi ei ſit profuturus? Cuius rei multa etiam veterum extant
7 †exempla Valerius Max. libr. 5. cap. 6. Cuiuſmodi ſunt, quæ in hiſtorijs de Curtio Romano, de Genutio Cippo Prætore, de Publio Decio & eius filio, de Scipione Africano ſuperiore, de Camillis, de Fabijs, de Fabricijs, de Maximis, de Aemilijs, de Codro Rege Athenienſium, de Themiſtocle, de Erithei Regis filiabus, & plęriſque aliis, a Cicerone, Valerio, aliiſque hiſtoricis referuntur.

8 Sed & Romanę leges, †pro patria etiam, contra parētes & ſanguinem pugnare, imo & filio patrem, & patri filium occidere permittunt: Adeoque pręmio etiam afficiendum eſſe cōſtituunt, ſi ad patriam delendam, & parentes & liberos interficiendos venerint. l. minime, ff. de relig. & ſum. fun. Sic & filius
9 †in pari cauſa neceſſitatis patrię, magis quam parentibus ſubuenire, & aduocatus patrocinium patriæ, magis quam patrī ſtare, & mandatis patriæ, magis quam parentum obedire, dēt Bal. in l. qui neceſſitati, C. de aduo. diuerſ. Iud. Alex. in l. veluti, ff. de iuſt. & iure. Quanto igitur magis commendandi ſunt, ac omnibus honoribus & pręmiis afficiendi, qui hiſce charitatis vinculis obſtricti patriæ, nihil non periculorum pro ea defendenda ſubeunt, tanta deteſtabilior eſt eorum immanitas, qui omni ſcelere lacerāt patriam, & in ea delenda occupati ſunt: Quos recte proditores patriæ appellamus, l. milite, C. de procurator. Ale. in d. l. veluti. quia patriam perſequuntur, quam nec natura ab eis quicquam ſæui criminis aduerſus ſe ſuſpicari ꝓmittit. Quales Pullus, Numitor & Fregellanus, & alij pleriq; fuiſſe narrantur.

10 Sed & veritatem †omnes ſummo ſtudio colere, & ſup omnia amare debemus, quam qui lædunt, vel eam ipſam tacendo, vel falſum dicendo, veritatis proditores appellantur. l. cum legatum, ff. de cond. & demon. Vt alibi Beatus Ambroſius teſtatur. 11. q. 3. cap. nolite. & Io. Chryſoſt. Non ſolum (inquit) qui tranſgrediens veritatem, palam pro veritate mendacium loquitur: Sed etiam qui non libere veritatem ipſam pronunciat, quam libere pronunciare oportet, aut non libere veritatem defendit, quam libere defendere conuenit, proditor eſt veritatis.

Nam ſicut ſacerdos eſt debitor, vt veritatem, quam audiuit a Deo, libere prædicet: Sic laycus debitor eſt, vt veritatem, quā audiuit a Sacerdotibus, probatam quidem in ſcripturis, deten dat fiducialiter, quod ſi non fecerit, prodit veritatem, per ſimilis Iudæ, qui & ipſe Chriſtum, qui eſt veritas, prodidit. Vnde, q veritatem produnt, Deum etiam prodere intelliguntur. 11. q. 3. abiit. & Beda ſuper Marcum. Qui enim veritatis & charitatis iuſſa ſpernunt, Deum vtique, qui charitas eſt & veritas, p dunt: maxime, cum non infirmitate vel ignorantia peccant, ſed ad ſimilitudinem Iudæ opportunitatem quęrunt, qualiter remotis arbitris, mendacio veritatem, & virtutem crimine cō mutent. Ioan. Cryſoſt. in expoſitio. in Matthæum, Homelia 25.

Quemadmodum igitur qui obſeſſam patriam ab hoſtibus cum poſſit liberare eam, non defendit, patriæ proditor eſt. Sic qui videt veritatem ab imperiis expugnari, cum eam potuiſſet defendere, ſi loqui voluiſſet, tacens eam ipſam expugnare & prodere videtur. Et hęc quidem generalis eſt proditionis appellatio.

11 At ꝓprie proditores† ſunt rebelles & infideles imperii, qui corpore quidem inter ſubditos imperij, animo vero inter hoſtes verſantur. Apud illos quidem fidem & amicitiam ſimulātes, apud hos vero omnia ꝓfidioſe & hoſtili animo aduerſus principem & Rempublicam Romanam agentes. ff. ad legem Iuliam, maieſtatis l. 1. 2. 3. 4. Veluti qui hoſtibus imperii nuncium literaſue miſerint, ſignumue dederint, fecerintue dolo malo, quo hoſtes principis & imperii conſilio aduerſus Rempublicam imperii, iuuentur. Cuius item dolo malo exercitus in inſidias deductus, hoſtibuſue proditus fuerit. Item transfuga, & qui ſecreta principis reuelauerit. Item cuius opera, dolo malo, hoſtes imperii pecunia, comeatu, armis, aliaue aliqua re adiuti fuerint.

Quæ vero ad eundem modum aduerſus inferiores poteſta-
12 tes, vel etiam priuatos exercetur perfidia: †crimen quidem ipſum, ſui generis nomen retinet, ſed per proditionem tamē ꝓpetratum eſſe dicetur. Veluti ſi priuato cuipiam clanculum calumnia intentetur, vel mors per inſidias inferatur: Bald. conſil. 361. in quarta parte. Crimen quidem ipſum calumnia vel homicidium vocabitur, ſed cum ea tamen adiectione, vt per proditionem commiſſum eſſe dicatur: nec tamen propter huiuſmodi qualitatis adiectionem, crimen ipſum vel variatur, vel multiplicatur, ff. de accuſa. l. Senatus cenſuit, ff. de noxali. l. in delict. §. ſi detracta. Siquidem vnum Homicidium eſt, non
13 plura, quod per ꝓditionem committitur. Quia qualitas† adiecta delicto, nō inducit pluralitatem delictorum, ſicut nec pluribus pœnis, qui huiuſmodi crimen admiſit, punitur.

De Factionibus.

SVMMARIVM.

1 *Factio quid ſit.*
2 *Factiones olim in ſpectaculis circenſibus quatuor.*
3 *Factiones Philoſophorum.*
4 *Factiones tum ſunt licite, cum pro defenſione Reipublicæ ineuntur.*
5 *Factio iuſta quæ dicatur.*
6 *Factio ex propria ſignificatione ſemper in malam partem accipitur. & aliquando habet ſpeciem ſeditionis. nu. 7.*
8 *Ciuitates Græciæ quam fuerint factioſæ.*
9 *Factiones tres olim Athenis. Diacriorum Pediorum, Paraliorum.*
10 *Factiones multæ apud Romanos fuerunt.*
11 *Guelphorum & Gibellinorum factiones quales fuerint, & quibus adhæſerint, & vnde originem traxerint, & nu. 12. & 13. & quomodo mutato nomine dicti ſint Albi & Nigri. nu. 14.*
15 *Factiones Turrianorum & Vicecomitum quo tempore Mediolani viguerint.*
16 *Factiones Columnenſium & Vrſinorum quæ ſint, & vnde originem traxerint.*
17 *Factiones in imperio quales fuerint tempore Henrici quarti.*
18 *Factiones priuatę quæ ſint.*
19 *Factiones oriuntur etiam ex diuerſarum religionum cultu.*
20 *Scriptores contra hæreſes enumerantur.*

CAP. XIIII.

1 FActio† eſt diuiſio multitudinis alicuius per æmulationem, in diuerſa ſtudia, cū inter ipſos aliis alijs priores eſſe volunt. Q p& honeſtis ex cauſis, & ex inhoneſtis fieri poteſt. Vnde & factio in bonam & in malam partem accipitur, ac initio quidē

factio

Digitized by Google

factio honestum vocabulum erat. Vnde & factiones Histrionum, & Quadrigariorum dicebantur. Nam horum studia eo intendebant, vt quia quisque per æmulationem sectam instituisset, eam cęteris eiusdem ordinis antecellere, & primariam
2 esse contenderet. Erant autem in Circēsibus †spectaculis quatuor Quadrigariorum factiones, a quatuor coloribus appellatæ: Veneta, Prasina, Alba, & Rosea. Cassiodorus (vt alibi refert Philippus Beroaldus) factiones quatuor totidem coloribus, propter quatuor anni tempora notatas fuisse, commemorat. Siquidem Prasinus, qui viridis est, virenti Veri dicatus erat. Roseus flammeæ æstati. Venetus nubilæ hyemi. Albus prouinoso Autumno.

Suetonius scribit, Domitianum Imperatorem duas Circēsibus Gregum factiones ad quatuor pristinas addidisse, nempe, alteram aurati, & alteram purpurei panni. Hæ pernicitate cursus inter se decertabant, inter quas & vna siue populari, siue Imperatorio fauore prævalebat. Eiusdem fere conditio
3 nis fuerunt, Philosophorum factiones, †quæ & ipse variis contentionibus concertantes, aliæ alias superare studebant. Quippe Academici Stoicis: Stoici Peripateticis, vtrisque Peripatetici, & aliæ item aliis Philosophorum sectis, antecedere volebant. Sic & collegia artificum videmus similibus fere studijs inter se digladiari, alijs alios artificii laude & gloria superare contendentibus.

Quin & in publicis administrationibus factiones oriri videmus, cum in diuersas partes diuiso populo alij in illos, alij in alios, tanquam princeps & primarios in Republica, studia sua fauoresque conferunt.

4 Atque huiusmodi sane factiones, †tum sunt licitę, cum pro defensione Reipublicę ineuntur: Veluti, si pars aliqua ciuium legitimos Magistratus abrogare, & alios in eorum locum subrogare velit, nihil vetabit, quim altera pars coeat, & legitimos illos Magistratus, quo minus amoueantur, tueatur. Nam vt prior illa factio seditiosa est, & illicita, ita posterior, nō solum iusta est, sed etiam premio afficienda. Nor. in l. vt vim, ff. de iustitia, & iure. Quod si enim ad defensionem rerum nostrarū amicos congregare possumus, quanto magis pro defensione Reipublicæ, bonis inter se societatem inire, & aduersus improbos ciues Rempublicam tueri licebit? Sicut & iusta est factio,
5 †quæ ob id inter bonos ciues coalita est, vt Tyranni e Republica eijciantur, qui nulla alioqui ratione commode expelli possunt. Nam si vnicuique licitum est, ꝓpria authoritate ius sibi dicere, si copia iudicis haberi non possit. l. nullus, C. de Iudæ. l. ait prætor, §. si debitorem, ff. de his quæ in fraud. credito. Bald. consi. 425. in 5. parte, l. ingenuam, ff. de cap. & postli. Quāto magis idipsum, si ad Reipublicæ a iugo Tyrannidis liberationem fiat, vbi auxilium superiorum deerit, permittetur? Sed nec illicita facti o est eorū, qui socios & amicos congregant, quorū auxilio freti, ad certa loca securi proficiscī possint. Nā & coniurationes licitæ sunt, quæ ob defensionem fiunt.

Et hæc quidem bona est, & honesta factionis significatio, sed impropria tamen: propria enim significatione, factio sem
6 per in malam partem accipitur. Est enim factio †malorum cōsensus & conspiratio, vt Sallustius testatur. in bello Iugurtino. Inter bonos, inquit, amicitia, inter malos factio. Ad quem modum & apud Prophetam factio lasciuientium dicitur. Amos. 6. Et de malorum factione Tertullianus. Cum enim, inquit, ꝓquit, probi cum bonis coeunt, cum pij & casti congregantur, non est factio dicenda, sed Curia. At e contrario illis nomen factionum accommodandum est, qui in odium bonorum & proborum conspirant. Vnde & conspiratio & proditio nonnunquam factiones appellantur. In hac igitur significatione
7 factionem †speciem seditionis fecimus, qua scilicet ciuiū animi, vel ob priuatum commodum, vel in odium aliorum, & Reipublicæ detrimentum, in diuersa studia scinduntur. Quæ quidem nihil in Republica perniciosius esse potest, vt scribit Liuius, libro quarto, ab vrb. cond. Certamina (inquit) factionum pluribus populis magis exitio sunt, quam bella externa, quam fames morbiue, quæque alia in Deum iras, velut vltima publicorum malorum vertuntur. Et in hac significatione factio interdum etiam secta, interdum partes a scriptoribus, & a nostris partialitas vocantur. l. quisquis. ad legem Iuliam, maiestatis, l. constitutiones. de app. ff. in epist. Quomodo Cicero Cæsaris Imperium sectam appellat, & eos qui Cæsari adhærent, e mediis partibus Cæsaris esse dicit. Et Antonium reprehendit Philip. 13. ad Hircium & Cæsarem scribentem, qui cōuentum bonorum aduersus rebelles, partes potius quam defensores patriæ appellat. Quin eas partes esse diffinit, quibus cædes bonorum, non quibus Senatus authoritas, populi Romani libertas, & Reipublicæ salus proposita est.

Extant autem huius generis factionum innumera prope veterum exempla, tam Græcorum, quam Romanorum, & multa etiam nostratia: Sed quæ non omnia hic enumerandi locus est, pauca tantum aliqua referemus, vt ex his alia quoque inuestigandi, his qui harum rerum studiosi sunt, occasio præbeatur. Ac primum quidem Historiarum peritis notum
9 est, †quib. factionum certaminibus Græcorum ciuitatis olim agitatę fuerint. Nam sępe quot discrimina regio habuit, tot in partes diuisa ciuitas fuit.

Erat apud illos (vt ex multis vnam commemoremus quā refert Plutarchus in Solone.) Solone Athenis existente; Diacriotum genus maxime populare, Pediorum autem paucorum administrationi vehementer studebant.

Tertii vero Paralii medium quendam ac mixtum regendi modum complexi, & vtriusque impedimento erant, & ne altera pars in Republica vinceret, prohibeat. Quæ factiones post discessum Solonis, in maximas etiam seditiones cōuersę sunt: ac Pediorū factioni Lycurgus, Paraliorum autem Megacles Alemæonis filius, præfuit. Diacriorum autem Pisistratus, in qua debitorum turba continebatur, quę vehementer diuitib. inimica & infesta erat. Apud Romanos item multę factiones
10 †fuerunt, nunc plebis aduersus nobiles, nūc pauperum aduersus diuites, nunc Equitum aduersus Senatum, nunc pluribus ad principatum pari potentia aspirantibus, quę & ipse partes Duces suos & patronos habuerunt. Nam alii diuitibus, alij pauperibus, alii Senatui, alii Equitibus, patrocinabantur. Sic alii Syllę alii Marii: alii Cęsaris, alii Pompei: alii Antonii, alii Lepidi, alii Octauii partibus, tanquam factionum Ducibus ad
11 hęserūt. Inter nostratia numeramus factiones † Guelphorum & Gibellinorum, quorum illi a Romano Pontifice: hii vero ab Imperatore, steterunt, a tali nimirum euentu. Quia commisso prędio inter Conradum Imperatorem, eius nominis Tertium, & Guelphonem Ducem Bauariæ, qui ex instigatione Rogerii Regis Siciliæ, fratris sui Henrici superbi, ope Italicorum, Longobardorum, & Siculorum, tum etiam Pontificis adiutus, Imperatori rebellabat. Qui Guelphoni adhęrebāt, clamarunt. Hic Guelph. Vicissi vero Regii. Gic Gniabelm Quia scilicet Conradus in pago Vuaiblingn enutritus fuerat, vnde & multo post tempore Cęsariani Gibellinorum, & qui Pontifici & Ecclesię fauerunt, Guelphorum nomen retinuerunt. Na ucl. volumine secundo, generatione. trigesima octaua, & generatione quadragesima octaua. Bartholus in tract. de Guelph. & Gibel. hęc nomina affectionum esse scribit, quę tametsi initio eos, qui Pontifici & Imperatori adhęserunt, significauerint, sed alio tamen ab euētu, & alia item per ipsum vocabulorum interpretatione facta. Ipse siquidem historiam,
12 †non in Conradum Tertuim, sed in Federicum primum illū qui cognomento Barbarossa dictus est, confert, & Gibellinos a Dominis de Gebello agnatione Federici: & Guelphos quasi Zelatores fidei dictos esse existimat. Tamen subsequentibus temporibus nomina quidem mansisse ait, ipsas vero affectiones in diuersum mutatas fuisse. Nam & fuisse per multos Guelphos & Gibellinos, qui retentis nominibus, nihilominus rebelles, Guelphi quidem Ecclesię: Gibellini Imperio fue
13 runt. Aliam originem Guelphorum † & Gibellinorum refert Platina in Grego. Nono. Quippe Fridericum Secundum scribit Pisis existentem, cum non sciret, qui partes suas, quiue Pōtificis sequeretur, ciuitates Italię in duas factiones diuisisse, & qui Pontifici fauebant, Guelphos: qui imperatori, Gibellinos appellatos fuisse. Sic & circa annum 1300. Guelphi & Gibelli
14 ni Albi & Nigri, †dicti sunt vt scribit Nauclerus generatione 44. tempore videlicet, quo in Pistorio Cancellarii gens ditissima numero aucta, in duas partes diuisa est. Nam altera quidem Guelphorum alibi, altera vero Gibellinorum nigri vocati sunt: Quas quidem factiones Florentini quoque receperunt, sed nigri numero & potentia prędualentes, albos e Florentia eiecerunt. Platina in Clemente. 5. Similes quoque fa-
15 ctiones circa annum 1310. Henrico Septimo † Romanum imperium gubernante, Mediolani fuerunt, quarum altera quę Guelphorum est, fuit Turrianorum, altera vero quę Gibellinorum, Vicecomitum dicebatur. Sunt & hodie factiones †in
16 Italia duę, quarum altera Romano Pontifici fauens, Vrsinorum, altera imperatori adhęrens, Columnensium vocatur, q̄ & ipse originem a Guelphis & Gibellinis ducunt. Columnenses siquidem Gibellinorum: Vrsini Guelporum sectas sequuti sunt. Vnde & contentio illa inter Pontificem Romanorum & Columnenses orta est, quos & mirum in modum ꝓsequuti sunt, vt refert Platina. in Bonifatio 8. Ac tales etiam factiones † in imperio fuerunt regnante imperatore Henrico, huius nominis Quarto vt refert Naucl. volu. secundo, generatione 37. aliis quidem Romano Pōtifici fauentibus, Simoniacos & fornicarios vsque adeo ꝓsequebatur, vt eorum Missas audire omnibus interdiceret. Quin idem etiam censuris Ecclesiasticis percellebat Reges ac principes, qui ad Episcopatus inuestirent, & Clericos, qui inuestituras ab his reciperent. Aliis vero imperatori adhęrentibus, qui dicebat sibi pro more prędecesso-

Digitized by Google

ceſſorum ſuorum,& ex priuilegijs Apoſtolicis ius ordinandi Sedem Apoſtolicam,& inueſtiendi Epiſcopos & Abbates,in Imperio competere:quas factiones vtroque per totum fere ſe ptennium fouente,totum Imperium,præda,igne,& ferro va
18 ſtatum fuit. Eſt & aliud factionum †genus, earum videlicet,q̃ ad priuata magis,quam publica negocia reſpiciunt. Quales fere ſunt, quas ciues nonnunquam priuatorum affectuum cauſa,per laſciuiam excitant:Veluti,ſi duo iuuenes,vnius virginis nuptias ambientes,quiſque amicorum ſuorum ope ada matæ virginis compos fieri contendat,aut duorum maritorũ vxores,paribus honorum prærogatiuis gaudere velint. Cuius rei quædam apud Liuium extant exempla libro ſexto,capi.8. & lib.9.cap.27.ſed quæ a nobis poſtea referentur, quando de ſeditionibus,quæ ex certamine partium oriũtur, dicemus.poſtremo ex diuerſarũ etiam religionum cultu,factiones oriun
19 tur:† Quales ſunt,iudæorum, paganorum &c.Omnium autẽ pernicioſiſſimæ ſunt factiones,quæ propter hæreſes contrahũtur.Cuiuſmodi apud iudæos fuerunt factiones Saducæorum, phariſęorum,& Eſſenorum, & eorum,qui iudæ & Sadocco adhærebant:Ioſephus lib.13.iud.antiq.capitulo octauo, & libro 18.capitulo ſecundo,& lib.2.de bello Iud.capitu.7.quanquam & hæ ipſe ad philoſophorum ſectas referri poſſunt.

Quorum omnium profeſſionem,ſtudia,moreſque, elegãtiſſime ab ipſo Ioſepho deſcribuntur.poſt Chriſtum autem natum,tot factiones in Religione noſtra Orthodoxa ortæ fue-
20 runt,quot hæreſes.Quarum octuaginta Epiphanius†enumerat,ſimul & confutat:Quib.multas prẽterea addit Philaſtrius, Auguſtinus,Hieronymus,& plerique alij Eccleſiaſtici ſcriptores,& inter recentiores Alphonſus Minorita. Imo nulla fere hæreſis eſt,quę non & ipſa,ſi latius ſerpere permittatur,in plures factiones ſcindatur.Quod a nobis de Arriana,& quibuſdã alijs hæreſibus in his libris,quos de hæreticis ſcripſimus, ſatis comprobatum eſt.Sed quid longe veterum exempla petimus cum & his temporibus noſtris alias ſup alias hæreſum factiones in Germania,non ſolum in vniuerſa natione ipſa, ſed in ſingulis prope familijs & domibus, & exerceri, & quotidie enaſci videmus.

DE SEDITIONIBVS

LIBER SECVNDVS:

QVI EST DE CAVSIS SEDITIONVM.

De cauſa efficiente ſeditionum in genere.

SVMMARIVM.

1 *Seditiones ex quatuor generibus cauſarum oriuntur,efficiente, materiali, formali,& finali.*
2 *Octauius Lepidum & Antonium contrium viros vicit.*
3 *Serui ſæpe authores fuerunt ſeditionum,& comprobatur exemplis.*
4 *Spartaci gladiatoris crudele bellum Romæ.*
5 *Mulieres quædam ſeditionum authores fuerunt.*

CAP. PRIMVM.

POſtquam ea a nobis ſuperiori libro explicata ſunt, quæ ad definitionem ſeditionis,& partium eius pertinere videntur,ſequitur iam recte,ut de cauſis quoq; ſeditionum dicamus, quæ & ipſe ad perfectam earum cognitionem pertinent. Tum enim perfectam rei ſcientiam habere intelligimur, cũ cauſas eius cognoſcimus,vt inquit Ariſtotel.lib.primo, Ana-
1 lyt.poſteriorum.Sunt autem quatuor genera cauſarum, †ex quibus ſeditiones oriuntur:Efficiens,Materialis,Formalis, & Finalis,de quibus ordine iam diſſeremus.Ac primum quidem de cauſa Efficiente dicemus,quæ eſt duplex:principalis, & inſtrumentalis.principalis duæ partes ſunt:propinqua,& Remota.propinquam vocamus homines,quorum conſilio, opera, vel ope,ſeditio ipſa excitatur,vel perficitur.Remotam res,propter quas homines ad commouendas ſeditiones prouocant. porro eorum,qui ſeditionibus operam dant, quidam earum ipſarum authores ſunt,q̃dam ſocii, participes & ſectatores, quos in vnum collectos cœtum, turbam, multitudinem appellamus.Authores & princeps delictorum, a Iuriſconſultis generaliter principales & capitales:Seditionum vero,ſpeciali ter dementiæ,& factionum Duces,a ſcriptoribus appellantur Bal.in l.prima,C.de ſer.fu. Quorum alij quidem Magiſtratũ, & publica officia gerunt.Quales olim fuerunt, Sylla,Marius, Gracchus,Apuleius,Cæſar,Antonius,Lepidus.qui inter ſe cõtendentes,quis ſibi prius vrbem vẽdicaret,verbo in aduerſantes,re autem ipſa,bellum contra patriam geſſerunt, & patria velut Brauio in medio conſtituto,contra patriam pugnarũt, vt inquit Appianus lib.1.Alij initio quidem Imperium,veluti poſſeſſionem ppriam,inter ſe partiti,alius alium eiecit, donec vnus tandem victor totum ſibi Imperium vendicauerit.
2 Quod Antonius,Lepidus,& Octauius fecerunt. †Nam inter hos Octauius Lepidum,cui Lybia ex ſorte obuenerat,dignitate ſpoliauit.poſtremo Antonium circa Actium vicit, & totũ imperium primum quidem per ſeditionem in ſe trãſtulit:deinde autem,a populo Romano per legem Rhemiam legitimo iure acquiſiuit.

Alij nullo Magiſtratu fungentes,ſed priuati, ſeditiones excitant,& inter hos quidam nobiles,vt Catilina,& Manlius,vt refert Salluſtius in Coniuratione Catilinę.Alii plebeii, vt Marius,nobilitati maxime inimicus vt ſcribit l.Florus lib.3.capi. 16.& alii complures.

3 Sed & ſerui†ſæpe ſeditionum authores fuerunt, vt Herdonius Sabinus,qui inter initia vrbis Seruile bellum tentauit,& Syrus quidam nomine Eunus,qui in Sicilia Quadraginta amplius Millium ſeruorum exercitum contraxit, Regiiſque decoratus inſignibus,caſtella,oppida,vicos, miſerabili direptione uaſtauit.l.Florus libro tertio cap.19. Nec minorem exercitum in eadem inſula conflauit Cilix quidam, qui veſte purpurea,argenteoque baculo, & regio more, fronte redimita, acrius aliquanto,quam prior ille fanaticus,quaſi & illum vindicaret,vicos,caſtella,oppida,diripiens,in ſeruos infeſtius,quã in transfugas ſæuiuit.De alio tumultu ſeruili ſcribit Liuius li. ſecundo,de bell.Maced.& Aſiat.ac de alio item,libro 4.ab vrbe cond.

Fuerunt & ab alijs infimę ſortis hominibus,ſępe ſeditiones & bella ciuilia concitata.Quale fuit, quod gladiatore quodã
4 Spartaco†Duce commotum fuit vt refert l.Florus lib.3.ca.20. qui iuſto contracto exercitu,Thoram, totamq; Campaniam peruagati ſunt, nec villarum atque vicorum vaſtatione contenti,Nolam,atque Nuceriam,atque Metapontum, terribili ſtrage populati ſunt, tandem etiam Conſulares aggreſſus,in Apennino Lentuli exercitum cecidit. Apud Mutinam Caij Craſſi caſtra deleuit, ſed tandem a Licinio Craſſo victus eſt.
5 Sed & mulieres†ſeditiones quaſdam cõmouiſſe legimus, qualis eſt ſiue vera illa,ſiue ficta,qua virorum omne genus in aliqua inſula a ſtirpe ſublatum fuiſſe fertur:Et illa item apud Romanos de qua Liuius de bello Maced. & Aſtat. libro quarto, qua mulieres in publicum ſe effundentes,priſtinum ſibi ornatum,lege Oppia abrogata,reddendum eſſe contendebant. Et quædam aliæ, quæ & ipſę proculdubio neque cœptę ſine Ducibus fœminis,neque peractę fuerunt.Remotę cauſę ſeditionum ab Ariſtotele numerantur,lucrum,honor,contumelia, metus,prępotentia,contemptus,incremẽtum exceſſuum,diſſimilitudo,negligentia:De quibus omnibus iam ordine dicemus.

De ſeditione,quæ propter contumeliam, auaritiã, & iniqua lucra eorum,qui Reſpublicas adminiſtrant concitatur.

SVMMARIVM.

1 *Auaritia cauſa eſt ſeditionum & omnium malorum.*
2 *Fiſcus eſt camera in qua pecunia publica principis reponitur.*
3 *Peculatus crimen quid ſit.*
4 *Auaritia in priuatis bonis quomodo fieri dicatur.*
5 *Auaritiam fugere quam ſit laudabile in publica officia exercentibus præcipue,exemplis demonſtratur.*
6 *Antoninus imperator quam fuerit alienus a grauando prouinciales largitionibus.*
7 *Antoninus Pius quam fuerit reipublicæ amator,& fiſco contrarius.*
8 *Antoninus Philoſophus,alienus ab auaritia nunquam fiſco fauit.*
9 *Octauius Auguſtus quam fuerit liberalis, & alienus ab auaritia.*
10 *Pertinax quam fuerit alienus a conſequendis priuatorum bonis.*
11 *Domitianus fiſcales calumnias magna calumnianſtium pœna repreſſit.*
12 *Veſpaſianus diuitiis diuitum non inhibabat.*
13 *Adrianus imp.dicebat ita ſe reꝛnpublicam geſturum,vt ſciret populi rem eſſe,non propriam.*
14 *Luxuria eſt mater auaritię quod multis exemplis comprobatur.Caligulæ, nu.15.Neronis,nu.16.Veſpaſiani,nu.17.*
18 *Apollo Pythius oraculum edidit ſpartam nulla re alia niſi auaritia eſſe peri-*

Digitized by Google

perituram.

19 *Fœnus est determinari auaritiæ genus, propter quod subditi facile ad seditiones prouocantur.*

20 *Asellii prætoris lex contra fœneratores.*

21 *Seditiones variæ ex auaritiæ radicibus.*

CAP. II.

MArcus Cicero in ijs libris, quos de Officijs scripsit, ob eam maxime causam Respublicas ciuitatesque constitutas esse affirmat, vt his præsidijs sub bonis Magistratibus homines res suas tuto custodire possint. Quamobrem opera danda est, his qui rebus publicis præsunt, vt non solum publica bona, pro necessitate & vtilitate Reipublicæ recte dispensentur, sed etiam ne subditi rebus suis contra ius & fas spolientur. Est enim in omni pro
1 curatione, negocii & muneris publici, caput, vt auaritiæ† expellatur etiam minima suspicio. Est autem auaritia iniuriosa appetitio alienorum, vt idem Cicero diffinit. li. quarto, ad Herennium. Ea quandoque ex rebus publicis fit, quandoque ex priuatis. C. de pœnis fiscali. cred. præfer. C. de vsur. fiscal. C. de bo. vacan. lib. 10. per tot. tit. Publica bona sunt, tributa, vectigalia, annonæ, & alia, quæ in fiscum publicum inferuntur, vt pœnæ fiscales, debita fiscalia, vsuræ fiscales, bona vacantia, & quæ sunt generis eiusdem: id crimẽ veteres peculatum appellarũt.
2 Est autem fiscus† Camera, in qua pecunia publica reponitur, siue Principis & Reipublicæ Romanæ, siue aliorum principum, potestatum, & rerum publicarum. Nam & ipsi ius fisci habent. l. j. ff. ad legem Iuliam, peculatus. Ioan. de Plat. in ru. C. de iure fisci. lib. 10.

Sed & munera realia ad ius fisci pertinent, vt quæ pro publicis necessitatibus imponuntur, vel personis tantum, nullo respectu habito ab res ipsas seu patrimonia, quod Iureconsulti Capitationem appellant. l. sed Cels. in princ. ff. de contrahenda emptione, vel personis pro rebus, quod imponitur pro modo patrimoniorum, per æs & libram. Ad quod genus referũtur, Collectæ, quæ & ipse munus reale sunt. Sed certam tamẽ, & limitatam formam non habent, sed cuilibet secundum imminentes & occurrentes necessitates, imponuntur. Bar. in l. prima, C. de mulierib. & in quo loco. lib. x. Veluti, si principis vel Reipublicæ fiscus exhaustus fuerit, Iason. in l. Placet, C. de sac. sanct. eccles. quo tamen casu ad impositionem Collectæ peruenire non poterit, nisi aliunde necessitatibus occurrentibus de bonis principis, vel reipublicæ consuli non possit. Item, si dominus captiuus, pecunia redimendus: si filia dotanda: si domino filioue eius insignia militaria cõferenda, si terra aliqua domino emenda sit: glo. in l. rescripto, §. fina. ff. de mune. & honorib. Nam ob has & similes causas haud iniuste Collecta, subditis a Domino imponitur. Bar. in l. prima, ff. quod cuiusq; vni. no. Sed eorum tamen interueniente consilio, & accedente volũtate. Nam ab inuitis & renitentibus nihil exigi potest. Bald. & Cyn. in l. neminem, C. de sacrosanct. eccle. Præpos. Alexand. in prælud. feud. col. 22.
3 In publicis igitur bonis tum auaritia† exercetur, cum in priuatos magis, quam publicos vsus conuertuntur: Quod crimẽ veteres peculatum appellarunt. Vel cum profusis publicis bonis, ad immoderatas & insolitas exactiones subditorum per-
4 uenitur. In priuatis vero bonis fit auaritia, † cum qui sunt tenuioris fortunæ, a potentioribus, vel pares etiam a paribus, patrimoniis suis spoliantur. Quo vitio omnium maxime carere debent, qui officia Magistratusque publicos gerunt. Nullum enim vitium est tertius, quam auaritia, præsertim in principibus, & Rempublicam gubernantibus. Habere enim quæstui Rempublicam, non modo turpe est, sed scelcratum etiam & nefatium. Cicero libr. secundo, Officiorum. Quemadmodum igitur continentia & abstinentia eos, qui rebus publicis pſunt, omnibus commendabiles facit: ita rursus auaritia omnibus eos odiosos reddit & detestabiles. Cicero eodem libro. Propter
5 continentiam & abstinentiam laudatur Scipio† Aphricanus Laudatur & Paulus, qui omni Macedonũ Gaza (quæ fuit maxima) potius, tantum ĩ ærarium pecuniæ inuexit, vt vnius Imperatoris præda finem imposuerit tributorum. Laudatur & Aphricani superioris filius, & eius collega L. Mumius, nihilo locupletiores domum reuersi, Carthagine euersa.

Laudantur & principes quidam, qui ne fisco quidem & patrimonio suo pepercerunt, vt subditis res suas & iura illęsa cõ-
6 seruarent. Sic L. Annius Antoninus Imperator, † confecto bello Marcomãnico, cum ærario exhausto largitiones nullas haberet, neque in animum induceret, vt extra ordinem prouincialibus aliquid imperaret: in foro diui Traiani auctionem ornamentorum Imperialium fecit, venditque aurea pocula, Chrystallina, & Murrhina, vasa etiam regia, & vestem vxoriã ac suam sericam & auratam, & ornamenta gemmarum, quę multa in repositorio sanctiore Adriani repererat: ac per duos quidem continuos menses venditio celebrata est, tantumque auri redactum, vt reliquias belli Marcomannici ex sententia persequutus, post victoriam emptoribus potestatem dederit, vt si quis vellet, empta redderet, ac precium reciperet: Nec molestus vlli fuit, qui maluit semel empta retinere, vt Iulius Capitolinus in M. Antonio Philosopho. & Eutropius lib. 8. in l. Annio Antonino. testantur.
7 Et† Antonini Pij hoc fertur, cum ab vxore argueretur, quasi parum nescio quid suis largiens, dixerit. Stulta, postquam ad Imperium transiuimus, & illud quod habuimus ante, perdidimus. Idem patrimonium priuatum in filiam contulit, sed fructus Reipubl. donauit. Species Imperatorias superfluas & prædia vendidit, & in suis fundis proprijs vixit, nec vllas expeditiones obiit, nisi quod ad agros suos profectus est, ad Campaniã dicens: Grauem esse prouincialibus, comitatum principis etiã nimis parci. vt refert Iulius Capitolinus ĩ Antonino Pio. Alij ob id etiam laudantur, quia lucra quæ a prouincialibus accipere potuerunt, vel remiserunt, vel accepta reddiderunt. Quẽadmodum idem Antoninus Pius, procuratores suos modeste suscipere tributa iussit: excedentes modum, rationem factorum suorum reddere præcepit: nec vnquam lætatus est lucro, quo prouincialis oppressus est. Idem hęreditates eorum, qui filios habebant, repudiauit: Sed & publicatio bonorum eo imperante rata fuit.
8 Et Antoninus† Philosophus, curatoribus regionum ac viarum potestatem dedit, vt vel punirent, vel ad præfectum vrbi puniendos remitterent eos, qui vltra vectigalia quicquam ab aliquo exegissent. Idem si quos repetundarum damnauerat, eorum liberis bona paterna restituit: ea tamen lege, vt illi prouincialibus redderent, quod parentes acceperant. Fisco in causis Compendij nunquam iudicans fauit, & delationes, quibus fiscus augeretur, contempsit. Quin & procuratores suos semp monuit, ne quid arrogantius facerent, & hereditates delatas
9 reddens proximis, aliquando respuit. Sed† Octauius Augustus vt refert Suetonius in eius vita legata vel partes hereditatum, etiam a quibuscunque parentibus relicta, sibi aut statim liberis eorum concedere, aut si pupillari ætate essent, die virilis togæ, vel nuptiarum, cum incremento restituere cõsueuit. Et Iul.
10 Capitolinus in Pertinace refert, quod Pertinax† legem tulit, vt testamenta priora non prius essent irrita, quam alia perfecta essent, neue ob hoc fiscus aliquando succederet. Quin ipse etiam professus est, nullius se aditurum hæreditatem, quæ aut adulatione alicuius delata esset, aut lite perplexa, vt legitimi hęredes & necessarii priuarentur: addiditque Senatusconsulto hęc verba. Sanctius est, P. C. inopem rempublicam obtinere, quam ad diuitiarũ cumulum per discriminum atq; dedecorum vestigia peruenire.
11 Simile quid de Domitiano† fertur, qui fiscales calumnias magna calumniantium pœna repressit: Cuius & illa vox fuit. Princeps, qui delatores non castigat, irritat Suetonius in Domitiano.
12 Vespasianus† Saluium liberalem causidicum in defensione Hipparchi diuitis rei, dicere ausum. scribit Suetonius in Vespasiano. Quid ad Cęsarem, si Hipparchus sestertium millies habet: ne inhiare diuitiis diuitis rei videretur, ipse quoque lau-
13 dauit. Ael. Spartianus in Adriano. scribit, quod Adrianus† imperator infinitam pecuniam, quę fisco debebatur, priuatis debitoribus in vrbe atque Italia, in prouincijs vero etiam ex reliquijs ingẽtes summas remisit: Syngraphis ĩ foro Diui Adriani, quo magis securitas omnibus roboraretur, incensis, qui & in concione, & in Senatu sępe dixit. Ita se Rempublicam gestu rum, vt sciret populi rem esse, non propriã. Hęc & multa alia his similia olim principibus laudi data sunt, qa his ipsis se publicę, & priuatorum magis, quam suę vtilitati, operam dare declararunt.
14 Contra vero propter auaritiam† vituperantur, qui propria cupiditate ducti, vel ęrarium depeculãtur, vel iniustis exactionibus subditorum bona deprędantur. Cic. de Oratore. Quod vitium maxime propter luxuriem contrahitur. Auaritiam si tollere vultis (inquit Cice. In oratione pro San. Roscio.) mater eius est tollenda luxuries. item, in vrbe luxuries creatur, ex luxuria auaritia existat necesse est: ex auaritia erumpit audacia.
15 Sic C. Cęsar Caligula, † ex luxuria in auaritiam prolapsus est. vt scribit Suetonius in eius vita.

Cum enim immensas opes prodegisset, quippe q vities ac septies millies II. S. non toto vertente anno absumpsit, ad rapinas conuertit animum, vario & exquisitissimo calumniarum & auctionum, & vectigalium genere. Ac primum quidem vectigalia noua atque inaudita, primum per publicanos, deinde, quia lucrum exuberabat, per Centuriones, Tribunosq; Prętorianos exercuit, nullo rerũ aut hominum genere omisso,

Digitized by Google

ſo,cui non tributi aliquid imponeret pro edulijs, quæ tota vr be venirent.Certum ſtatumque exigebatur pro litibus atque Iudicibus vbicunque cõceptis Quadrageſimę ſummæ,de qua litigaretur,nec ſine pœna,ſi quis compoſuiſſe vel donaſſe ne gocium conuinceretur. Ex Gerulorum diurnis quæſtionibus pars octaua, ex capturis proſtiturarum, quantum quæq; vno concubitu mereret.Lupanar in Pallatio conſtituit,deſtructiſ- que & inſtructis pro loci dignitate compluribus cellis,in quibus Matronæ ingenuſque ſtarent.Miſit circum fora & Baſilicas nomenclatores,ad inuitandos in libidinem iuuenes ſenesque,præbita aduenientibus pecunia fœnebris, appoſitique q palam nomina ſubnotarent,quaſi adiuuantium Cæſaris reditus.Idem Galliarum,Hiſpaniarum,Syrięque & Grecię principes confiſcauit,ob tam leue & impudens calumniarum genus,vt quibuſdam non aliud ſit obiectum,quam quod partẽ rei familiaris in pecunia haberent.Idem Cn. Lentulum Angorem,cui cenſus maximus fuit,metu & angore ad faſtidium vitæ eo egit,vt ne quo niſi ipſo hærede moreretur.& dicit Sue
16 tonius in Nerone.quod Nero†Claudius Cęſar,tantum in pro dãgendis pecuniis luxum exercuit, vt diuitiarum & pecuniæ non alium fructum eſſe putaret,quam profuſionem. Vnde ſordidos & parcos eſſe dicebat,quibus ratio impenſarum cõſtaret:contra vero magnificos,qui abuterentur ac perderent, ac propterea laudabat mirabaturq; auunculum Caium nullo magis nomine,quã quod ingentes a Tiberio relictas opes in breui ſpacio prodediget.

Quare nec largiendi,nec abſumendi modum tenuit. Hoc luxu exhauſtus,& egens, calumnijs rapiniſque intendit animum.Itaque inſtituit,vt ingratorum in principem teſtamenta,ad fiſcum pertinerent: Et, vt qui ſcripſiſſent vel dictaſſent ea,punirentur.Nulli item delegauit officium, vt non adijceret:Seis quid mihi opus ſit,& hoc agamus, ne quid quiſquam habeat.Sed & templis complurib. bona detraxit, ſimulachra que ex auro vel argento fabricata,conflauit.

17 Veſpaſianus† item vt refert Suetonius in eius vita tametſi optimus alioqui princeps,tamen ob auaritiam reprehẽditur, quod non contentus omiſſa ſub Galba vectigalia reuocaſſe, noua & grauia addidiſſe,& auxiſſe tributa prouincijs,nonnullis & duplicaſſe:Ipſe quoque præter hæc,negociationes pudendas palam exercuerit,coemendo quædam tantum, vt pluris poſtea diſtraheret:ſed nec Cãdidatis quidem honores, reiſue tamen noxijs,quam innocentib.abſolutiones vendicare cunctatus eſt.

Traditur etiam Procuratorum rapaciſſimum quenque ad ampliora officia ex induſtria ſolitum promouere, quo locupletiores mox condemnaret. Quibus quidem,vulgo pro ſpõgijs dicebat vti,quod quaſi & ſiccos madefaceret,& exprimeret tumentes.Quanquam ſunt,qui opinentur ad rapinas neceſſitate compulſum ſumma ærarij fiſcique inopia,de qua teſtificatus ſit initio principatus:profeſſus, quadringenties millies opus eſſe,vt reſpublica ſtare poſſet.

Cæterum hæc & ſimilia,tum luxurię tum auaritiæ portenta,non ſolum turpia ſunt principibus,aliiſque rempublicam gubernantibus,ſed omnium maxime etiam Reipublicæ pernicioſa. Quippe ex quibus ſubditi non raro ad diſcordias & ſeditiones,tum inter ſe, tum aduerſus principes & Magiſtratus
18 concitantur.Itaque quod Apollo† Pythius oraculum ædidit, Spartam nulla re alia niſi auaritia,eſſe perituram: Cicero interpretatur.Lib.2.offi.non ſolum Lacedęmonijs,ſed etiã omnibus opulentis populis prædixiſſe. Sic poteſtas iudiciorum a Senatu in Equites tranſlata,vectigalia,id eſt,imperii patrimonium,per ſeditionem ſuppreſſit.l.Florus lib.3.ca.12. Sic potentiorũ auaritia, qua plebs depulſa agris ſuis fuit,ſeditioni Gracchanæ occaſionem præbuit,per quam lex Agraria lata eſt, vt nemini liceret vltra 50.telluris iugera poſſidere: Quæ multorum deinde cauſa malorum & ſeditionum fuit. l. Florus lib. 3. cap. 14.Iam & ob auaritiam & impotentiam fœneratorũ,q bus in terga quoque ſeruiliter ſæuientibus, in Sacrum montem plebs armata ſeceſſit,ſeditio orta eſt.l.Florus libro primo cap.23.Fremebant enim primum ſe foris pro libertate & Imperio dimicãtes,domi a ciuibus captos & oppreſſos eſſe, alijs vincula,aliis fœda recentibus verberũ veſtigijs terga, aliaſque deformitates,oſtentantibus:Et ne id mirum quidem.Eſt enim
19 fœnus†deterrimum auaritiæ genus,a quo omnium gentium honeſti homines omnium maxime ſemper abhorruerunt, p pter quod & ſubditi facile ad ſeditiones prouocantur,quod & veterum teſtimonio & exemplo confirmat Appianus,lib.primo de ciuilibus Rom.bellis.Per idem tempus (inquit) Optimates in vrbe contendere cœpere, cum quidam debita cum vſuris emerent,lege quadam veteri iubente, ſupra fœnus fœnerari minime licere:qui id feciſſet, eandem mulctam ab illo ſubeundam eſſe. Abhorruiſſe mihi quidem videntur veteres Romani fœnoris conſuetudinem:Quemadmodum & Greci, nec ſecus ac cauponandi quæſtum quendam exiſtimaſſe,grauem intolerabilemque pauperibus, & inimicitias vltro procreantem.

Qua ratione commoti Perſæ, cõmodari decepti bile quod dam,mendaciiſque refertum eſſe exiſtimant. Conſuetudine deinde temporis fœnus approbante,hi quidem ſecũdum morem exigebant:illi uero veluti ex bello & ſeditionibus redditiones exhibebant. Erant & qui fœneratores pœna mulctandos eſſe prępicarent.Quippe Aſellius† Prętor, ad quem iſta ſe rebantur,cum fœnus diſſoluere nullo modo poſſet, iudicia illis viciſſim attribuerat,quę difficultatem ex moribus legeq; prodentem,diffinirent Legem itaque veterem innouari moleſte ferentes,qui fœnus exercebãt,ſeditione mota, Aſellium interemere.Quæ cędes ac diſſenſiones,longo poſt tempore in teſtinę ciuileſque per partes extitere.Ti.Liuius libro ſeptimo ab vrbe cond Sed & multa ſępe triſtia iudicia Romę in fœneratores facta ſunt,nimirum,vt horum ipſorum auaritia ſuppreſſa,ſeditiones vel ortę comprimerentur, vel futurę cuitarẽ
21 tur. Poſtremo multas quoq; eiuſdem generis ſeditiones, †ex noſtratib. Hiſtoriis cõmemorare poſſem,ex eiiſdem fere auaritiæ radicibus ortas: Quippe quarum alię propter mutationem monetę,alię propter diminutionem libręę, alię propter nouas penſiones & vectigalia,alię propter ſalis,aliaque noua & inſolita tributa,alię propter ſubſidium rebus venundandis impoſitum,aliq ,ppter iniuſtas exactiones, aliaſue ſimiles cauſas,in Germania,Gallia,Anglia,aliiſque nationibus excitatæ traduntur. Sed quarum eempla notioria vulgatioraq; ſunt, his qui Hiſtorias norunt,quam quę debeant: & numeroſiora, quam quę poſſint hoc loco omnia a nobis enumerari.

De ſeditionibus,quæ propter honores inæqualiter diſtributos,oriuntur.

SVMMARIVM.

1 *Æequalitas in honoribus diſtribuendis ſeruari debet,alias datur ſeditionũ materia.*

2 *Infames a publicis muneribus ſunt repellendi.*

3 *Ira eſt apparentis vltionis cum dolore propter apparentem immerito in ſe vel in ſuos contemptum.quod exemplo Fabii ambuſti declaratur,numero 4.*

5 *Ambitio eorum qui ad honores etiam indigne aſpirant,ſeditionum ſæpe cauſa fuit quod exemplo Spurii Moli comprobatur.*

CAP. III.

IN diſtribuendis honorib.

1 Æqualitas†ſeruari debet,quę vt amicitię author eſt vt eſt apud Platonem,libro.quinto.de legib.ita inę qualitas diſcordiarum & ſeditionum cauſa.Neque vero ęqualitatem ita accipimus,vt ęqualia omnibus omnia,id eſt,iuuenibus ac ſenibus,Doctis & indoctis, ſtultis ac ſapientibus, robuſtis ac debilibus,reddenda ſint: ſed vt cuique pro dignitate ſua diſtribuatur. Quod quidem iuſtitię munus eſt,quam Ariſtoteles communium bonorum diſtributiuam vocat.li.quinto, Ethic. capit.2.& tertio,Ea eſt,qua honores,pręmia,& pœnę,ſecundum ęqualitatem proportionum honoris, pręmiorum,dignitatis & meritorum,pœnę item & delictorum,diſtribuuntur:alioqui inæquabilibus ęqualia erunt inęqualia, vt idem Plato ait.

Et vt ſummum ius in ſummam iniuriam vertitur:ita ſumma ęqualitas,ſumma fit inęqualitas.Atque ex hoc iuſtitię fonte emanant leges,l.honor,ff.de honorib. & vt gradatim,ff.de munerib.& honorib.l.eum q C.de decurionib libro decimo, quibus ſancitur. In deferendis honoribus ordinem adhibendum eſſe,& rationem dignitatis perſonarum habendam, vt ſcilicet non aliis quam dignis conferantur,& inter plures iis, qui ſunt digniores. Sed & a minoribus ad maiores peruenidum,nec ad honores aſſumendos eſſe,niſi idoneos: niſi idonei non erunt,qui honoribus fungantur, ac propterea ſpu-
3 rios,†facinoroſos,iudęos,hęreticos & infames,ab honoribus & publicis munerib.eſſe repellendos.l.decurionat. ff.de vaca. mune.l.generat,§.ſpurios,& l.ſpurii,ff.de decurionib.l.neque famoſis.C.de dignitatib.libro duodecimo,l.fin C.de Tironib. li.12.l.ſi quando,C.de diuerſ.offi.Similiter honoris augmentum non ambitione, ſed labore ad vnumquenque deuenire debere.item celſiorem gradum honorum eos obtinere debere,quibus laborum aſſiduitas,& ſtipendiorum prolixitas ſuffragatur.item ad honores euchẽdos eſſe,quibus meritorum

aſti-

Digitized by Google

astipulantur insignia,& si quæ sunt similes. Fit autem sæpe,vt hac regula distributiuæ iustitiæ ab his,qui rebus publicis præsunt,neglecta,indigni ad honores vocentur:aut qui sunt minus idonei,his qui sunt digniores præferantur,& qui de republica optime meriti sunt,honoribus arceantur: Contra vero facinorosis & infamibus hominibus publica munera,honoresque demandentur. Quæ quidem summa inæqualitas est, propter quam boni iniuria se affici & neglectui haberi existimantes,ad iram concitantur. Et irati subinde vindictam me
3 ditãtur.Est enim ira†apparentis vltionis appetitus cum dolore,propter apparentem immerito vel in se, vel in suos cotemptum,vt inquit Aristoteles,li. secundo,Rhetoricum ad Theodect.& cum vindicare se propter impotentiam non possunt, tum ad seditiones conuertuntur.

Vnde recte dictum est, inæqualitatem in distribuendis honoribus seditionum causam esse:ipsi enim inhonorati, alios honoratos cernentes,seditionem aggrediũtur. Cuius rei vnũ
4 tantum ex Liuio exemplum proferre libet. Fabius † Ambustus ex duabus filiabus alteram & minorem Licinio Stoloni illustri viro,sed tamen Plebeio:alteram maiorem S. Sulpitio Patricio,coniugem dedit. Quarum Plebeia,cum sororem salutaret,cuius vir Tribunus militum consulari potestate erat, fasces lictorios foribus appositos,cum indecenter expauisset, ob id satis insolenter risui sorori fuit, miranti id ignorare sororem:Id ægre ferens se honore anteiri, a sorore patri causam doloris sciscitanti,confessa simul & questa est, impari se iunctam esse,& in domo nuptam,quam nec honos, nec gratia intrare posset.Hæc patre cum genero communicante, gener animum ad Tribunatum conuertit, sperans in eo Magistratu ad alios etiam honores viam sibi aperturum. Hinc seditio nõ parua inter Patricios & Plebeios orta. Siquidem C. Licinius, & L.Sextius Tribuni creati,promulgant leges: Vnam de ære alieno, vt deducto eo de capite quod vsuris pernumeratum esset,id quod supereſſet, ttiennio æquis portionibus persolueretur. Alteram. de modo agrorum de quis plus quam quingenta iugera agri possideret.

Tertiam,ne Tribunorum militium comitia fierent, Consulumque:vtque alter ex plebe crearetur. Hæ igitur leges,vtcunque Appio Claudio resistente,tamen latæ sunt.Et primus Licinius Stolon Consul creatus est,vt Plinius scribit.de vir.illust.cap.vigesimo, alij tamen l.Sextium eiusdem ordinis factum esse existimant.Tit.Liuius libro sexto ab vrb.cond. Iam
5 & ambitio†eorum,qui ad honores etiam indigni aspirant,sæpe seditionum causa fuit res quidem in republica omnino miserrima,de qua præclare est apud Platonem vt refert Cice.lib. primo,officiorum.Similiter eos facere,qui inter se contenderent,vter Rempublicam potius administraret, vt si nautæ inter se certarent,quis eorum potissimum gubernaret. Ac talis
5 quidem seditio fuit,quam Sp. Melius, † vir Equestris ordinis, ob honorum tantum cupiditatem concitare conatus est vt scribit Ti.Liuius lib.quarto ab vrb.cond.Is.fame laborante populo Romano, frumento priuata pecunia ex Hetruria empto,largitiones frumenti facere instituit,plebemque hoc munere delinitam,non solum de Consulatu,sed etiam de regno agitare cœpit.Cui cum Consulatus non contigisset,allatis in domum suam armis,conciones priuatas habere,& de Regno cõsultare cœpit,emptis ad hoc mercede Tribunis. Ac seditio certe atrox orta fuisset,nisi creatus Dictator, eam suborientem ia commpressisset. Nam Dictator per Magistrum suum Equitem,Melium cum caterua sua in foro discursantem, vt ad se veniret,vocauit.

Hinc orto maximo tumultu, tergiuersantem iam Apparitor iussu Magistri Equitum eum duceret,ereptum a circunstãtibus ac fugientem, & fidem plebis Romanæ implorantem, multaque alia vociferantem, assequutus Magister Equitum obtruncauit.Sic subito orta seditio,seditionis capite extincto, subito etiam,extincta fuit.

De seditionibus,quæ propter contemptum oriuntur,

SVMMARIVM.

1 *Seditiones fiunt propter contemptum.*
2 *Amor multitudinis quibus medius acquiratur.*
3 *Fides comparatur iustitia & prudentia.*
4 *Obedientia esse non potest vbi est contemptus.*
5 *Equi Iulii Cæsaris qualitas & natura.*
6 *Familiaritas nimia contemptum parit.*
7 *Humilitas loci,generis,vel conditionis multis sæpe causa fuit vt contemptui haberentur,& obedientia eis subtraheretur.*
8 *Marius ex Fabreferrario imperator factus,& a milite occisus.*
9 *Maximini Imperatoris in suum genus crudelitas.*
10 *Respublicæ quomodo Florere dicantur,ex Platone.*
11 *Seditiones variæ Gallieni temporibus fuerunt.*
12 *Zenobia & Victorina mulieres tempore Gallieni imperarunt.*
13 *Gallieni temporibus quam fuerit diminutum imperium.*
14 *Humilitas generis & conditionis contemptibilis esse solet in Duce belli.*
15 *Seditiones oriuntur ex contemptu partium inuicem se spernentium.*
16 *Seditio Canuleii Vribuni plebis Romæ aduersus patres.*
17 *Laici clericis sunt infesti,& quare.*
18 *Hæreses & schismata nostri temporis vnde originem habuerint.*

CAP. IIII.

PRopter contemptum fiunt
1 seditiones,†cum subditi dominos suos despiciunt: vel partium,quæ in vna Republica versantur,contra se inuicem contendentium,altera spernit alteram.Ac primi quidem generis seditiones ex inobedientia oriuntur.Nam vt principum,& eorum qui Respublicas administrant,honor & dignitas, & subditorum erga eos obedientia tum maxime conseruatur,cum & a multitudine diliguntur,& fides eis habetur,& cum admiratione quadam honore digni putantur: Cicero libro secundo, officiorum.Ita rursus ad contemptum eorum & inobedientiam prouocantur subditi, si nec diliguntur a subditis,nec fides eis habetur,nec digni honore existimã
2 tur. Cœterum amor†tum singulorum,tum multitudinis,omnium maxime commouetur fama & opinione liberalitatis, beneficentiæ,iustitiæ,fidei,omniumque eorum virtutum,quę ad mansuetudinem & morum facilitatem pertinent. Nam qui his virtutibus prædiți sunt,eos a natura ipsa diligere cogimur.
3 Fides†autem duabus rebus comparatur:Iustitia & prudentia.Iustis autem & fidis hominibus,id est,bonis viris, ita fides habetur,si nulla in his sit fraudis iniuriæque suspitio.Prudentibus autem fidem habemus: quia plus eos intelligere quam nos arbitramur,cum futura eos prospicere credimus. Dignos autem cum admiratione honore putamus,in quibus magna quædam & præter opinionem animaduertimus, & in quibus excellentes quasdam singularesque virtutes perspicimus.Contra vero odio habemus eos,quos feris & truculentis moribus, & immites,parcos,& iniustos esse videmus.

Fidem derogamus eis,quia fraudulentos & improbos,& ad faciendam iniuriam instructos esse perspicimus. Contemnimus vero & despicimus:quia in his nihil virtutis,nihil animi, nihil neruorum esse putamus,& qui nec sibi,nec alijs prodesse dicuntur:in quibus nullus labor,nulla industria,nulla cura est. Ad hunc igitur modum qui odio & contemptui habẽtur, quomodo eos,qui potestati & Imperio eorum subiecti sunt, in obedientia & fide retinebunt? Vbi contemptus est,obedien
4 tia†esse non potest. Sic filius patris præcepta negligit, quem contemnit.Discipulus præceptoris doctrinam & disciplinam negligit,quia pro nihilo eum putat.

Quin irrationalia quoque animalia videmus, vel obedientia esse vel contumacia pro moribus eorum, quorum famulatui destinata sunt. Quomodo de Bucephalo equo Alexandri Magni legimus apud Plutarch.in Alexand.Magno.Iust.libro decimo Breuiarij.eum præter dominum suum alium sessorem non admisisse,propter quod & in tanto ipsum honore habuit,vt ex ex nomine eius ciuitatem super eo penes Hydaspem conditam Bucephaliam vocauerit: cuius mortem quoque acerrime tulit,amicum quendam & familiarem amisisse
5 se existimans.Simile qddam de equo†Iulii Cęsaris tradit Suetonius,in Iulio Cæsare.quem pedibus prope humanis, & in modum digitorum,vngulis scissis, apud senatum magna cura aluit,nec patientem sessoris alterius, primus ascendit.

Quanto magis inter homines,opinio iustitię,prudẽtiæ,aliarumque virtutum obedientiam, eorum autem, quæ his contraria sunt,inobedientiam efficiunt, & subditos ad rebellionem aduersus dominos suos prouocant? Iam & ex eo inobe
6 dientia†subditorum nascitur,quia a dominis suis in nimiam familiaritatem admittuntur. Nam ex conuersatione æquali, contemptio dignitatis nascitur.Proinde veteres id præsidibus prouinciarum obseruandum esse putarunt, vt in adeundo quidem se faciles præberent, sed contemni tamen se minime sustinerent,ac propterea a nimia eorum familiaritate abstinerent,& ita in administrationibus publicis versarentur, vt authoritatem dignitatis suę non solum non minuerent,sed etiã
7 ingenio suo augerent.†Sed & humilitas loci,generis,vel conditionis,multis sæpe causa fuit,vt contemptui haberentur,& obediẽtia eis subtraheretur.Veluti si priuatus nullo antea publico

Digitized by Google

blico functus munere, publicæ administrationi præficiatur, aut Plebeius dignitate nobilium decoretur, aut infimæ sortis homo regno administrando præficiatur. Quemadmodum
8 Marius,†triginta Tyrannorum vnus, qui Gallieni tempore ad Imperii gubernacula euecti sunt: ex fabro ferrario in imperatorem a militibus electus, cum triduo regnasset, a quodam milite, qui eius quondam in officina frabrili operarius fuerat,contemptus,& ab eodem etiam occisus est: his etiam interemptoris verbis additis.Hic est gladius,quem ipse feci sti. Quanquam is generis sui & conditionis vtilitatem adeo non veritus est, vt de suo quoque artificio nonnihil gloriatus sit.

Siquidem eius Concio prima talis fuisse dicitur. Scio commilitiones,posse mihi obiici artem pristinam,cuius mihi omnes estis testes.Sed dicat quisque quod vult,vtinam semper ferrum exerceam:non vino,non floribus,non mulierculis,non popinis,vt facit Gallienus, indignus patre suo, & sui generis nobilitate,depeream.Ars mihi obiiciatur ferraria, dum me & exteræ gentes ferrum attrectasse suis cladibus recognoscāt in Italia. Denique vt omnis Alemania, omnisque Germania, cum cæteris quæ adiacent gentibus, Romanum populum Ferratam putant gentem,vt specialiter in nobis ferrū timeaut.

Vos tamen cogitetis velim,fecisse vos principem, qui nunquam quicquam scierit tractare,nisi ferrum. Quod id circo dico,quia scio mihi a luxuriosissima illa peste nihil opponi posse,nisi hoc,quod gladiorum armorumque artifex fuerim.
9 Contra vero Meximinum†Imperatorem,siue superbia siue metu contemptus, ita generis sui puduit, vt ignobilitatis tegendæ causa,omnes conscios generis sui interemerit. Fuit autem vtroque parente,patre & matre,barbaro natus, & in prima pueritia pastor,nonnunquam procer, qui latronibus insidiaretur,& suos ab incursionibus vindicaret. Author Iulius Capitolinus.in Maximinis duobus.
10 Quemadmodum igitur florere Respublicas † videmus, si qui illis præsunt,prudentes sunt,iusti,atque aliis virtutibus prediti,& vt Plato dicit,si aut Philosophi imperent, aut imperatores philosophentur:Quod verbum Antonino Philosopho Imperatori frequens in ore erat.Ita tumultibus & seditionibus æstuent necesse est,in quibus dominantur,qui vel propter improbitatem,vel imprudentiam,vel propter nimiam familiaritatem,vel propter generis conditionem, aut fortunæ tenuitatem,a subditis contemptui habentur. Quales sane fuerunt variæ militum in diuersis Romani orbis partibus seditio
11 nes, † Gallieno imperii gubernacula tenente, nimirum ob id concitatæ,quod is princeps,tum propter uitam, quam egit turpissimam:rum propter res minus a se prudenter gestas, ac lubricam eius fallacemque fidem, non solum a viris, sed etiā a mulieribus contemptui habebatur.

Vnde annos,quibus Gallienus & Valerianus imperium tenuerunt,triginta Tyranni extiterunt.vt scribit Trebellius Pollio de triginta Tyrannis. Quorum vnusquisque per rebellionem Imperatoris Romanorum titulum & nomen vsurpa-
12 uit.Inter quos & Zenobia†& Victorina mulieres imperarūt, interim Gallieno vino & popinis vacante, ac Lenonibus se nimis & meretricibus dedente,ac bona naturæ luxuriæ continuatione deperdente:Et cum inter hæc tempora varias mundi partes,Romano imperio subditas.amitteret,quasi detrimētis vilium ministeriorum videretur affici,iocabatur. Nam in
13 ter cætera cum nunciatum esset,†Aegyptum desciuisse, dixisse fertur.Quid,sine lino Aegyptio esse non possumus? Cum aūt vastatam Asiam & Elementorum cōcursionibus,& Scytharum incursionibus comperisset.Quid,inquit,sine Aphronitris esse non possumus?Perdita Galia,arrisisse ac dixisse perhibetur. Non sine Trabeatis Sagis tuta Respublica est?Illud ad humilitatem†generis & conditionis pertinet,quod de Gratidio,C.Marii proconsulis Asię legato refertur.Valerius Max. libro nono capitu.septimo:Nam hunc a proconsule ad l. Syllam consulem accipiendarum Legionum causa missum,milites trucidarunt,id indignati,quod a summo imperio ad eū, qui nullo in honore versaretur, transire cogerentur. Iam ve
15 ro & propter contemptum†partium, inuicem sese spernentium,ad seditiones peruenitur. Veluti in paucorum potentia (libet enim exemplis Aristotelis,libro quinto pol.capitul.tertio,)quando plures sunt illi,qui a repub.excluduntur. Potentiores enim se putant.

Et in populari statu opulenti', contemnentes inordinationem & malam administrationem eorum,qui rempub.gubernant.Ceu apud Thebanos post pugnam in Oenophitis commissam,mala gubernatione popularis status interiit. Et in Megarensibus,cum per inordinationem & Magistratuum negligentiam superati sunt.Et Syracusis ante Gelonis Tyrannidem:& Rhodij populus,antequam contra insurgeretur. Etad
16 hoc genus refertur seditio,quam Romæ Canuleius, †Tribunus plebis,aduersus Patres concitauit vt refert Titius Liuius libro quarto,ab vrbe condita.qua in id contendit,quod & tā dem a patribus etiam exegit,vt promiscua essent plebis patrūque connubia,& vt alter Consulum ex plebe crearetur.

Illud quoque videmus,in magnum sæpe Laicorum contēptum venire Episcopos,prælatos, omnemque adeo Clerum, quia vel indoctos eos, minusque ad dispensanda ministeria diuina idoneos,vel morum leuitate atque turpitudine corruptos esse vident.

Quæ res & ipsa multarū sepe seditionum,hæresum, & schismatum,causa fuit. Nec id mirum quidem.Nam cum alioqui
17 Laici†Clericis oppido sint infesti,tum in eos maxime eorum acerbantur odia,cum eos ipsos tum doctrina deficientes,tum vita & moribus scandalum aliis prębentes,viderint. Vt verissime a Beato Augustino dictum sit cap.nemo 83.distinct. Neminem in Ecclesia Dei nocere amplius, quam qui peruerse agens,nomen vel ordinem sanctitatis & sacerdotis habet.Delinquentem nanque hunc redarguere nullus præsumit, & in exemplum culpa vehementer extenditur,quando pro reuerētia ordinis peccator honoratur.Nam hinc occasionem nacti Laici,non solum culpabiles ipsos, sed totum etiam ordinem Clericorum contemptui habent.Quod & in maximum non modo ipsorum,sed etiam ipsius Ecclesiæ damnum redundat. Ac propter talem contemptum aduersus eos, ad grauissimas tandem seditiones,hæreses,& schismata conuertuntur.
18 †Ac ex eadem causa hæreses & schismata nostri temporis, partim orta,partim etiam deinde propagata,noscuntur. Etenim propter ignorantiam Episcoporum & sacerdotum, instigatoribus Apostatis quibusdam Monachis, eo processerunt, vt iam non vereantur eos ipsos,tanquam sacrarum scripturarum rudes & indoctos, docendi & prædicandi munere indignos esse,pronunciare,& procul etiam arcere, sed etiam hęc eadem ipsi(quod nullo,neque diuino neque humano, iure eis permissum est) vsurpare, omnemque adeo tam docendi, quam sacra administrādi potestatem,laicis,etiam uullo sexus discrimine habito,& viris & mulieribus permittere. Quę res tandem eo etiam creuit,vt iam non vereantur Laici(quod & olim in Gallia factum,sed authoritate Ro. Pontificis denuo restinctum fuisse,narrāt historiæ)sacerdotum sermones,quos pro officio pastorali ad populum habent,vtriusque Testamēti testimonijs vt authoritatibus,siue in paruum sensum detortis scripturis veros:siue secundum verum diuinarum scripturarum sensum falsos,in os prędicantium resistentes,quin ipsis etiam Bibliorum locis in medium productis,reprobare.

De seditionibus,quæ propter metu fiunt,

SVMMARIVM.

1 *Metus est instantis periculi vel futuri causa mentis trepidatio.*
2 *Catilina metu iudiciorum factus est seditiosus.*
3 *Seditio anabaptistarum monasterii vnde ortum habuerit.*
4 *Iudex in irrogandis pęnis non debet esse durior nec remissor lege.*
5 *Seditionis Gracchonatur quæ fuerit causa.*
6 *Seditio contra Tarquinium superbum vnde orta.*
7 *Seditio in Appium Claudium Decemuirum vnde orta.*
8 *Seditio quam in militibus excitauit Appi Claudii sæuitia, qualis fuerit.*

CAP. V.

VEnio Iam ad metum, quem & ipsum seditionum causam esse diximus. Est au
1 tem Metus, † instantis periculi vel futuri causa, mentis trepidatio.Sed & quod per vim fit,id metu quoque fieri videtur. l.prima,ff.de eo quod me.causa. Est autem vis maioris rei impetus,qui repelli non potest.Propter metum igitur ad seditiones deueniunt,qui instantium vel futurorum periculorum terrore perculsi,ea ipsa priusquam afferantur, declinare aggrediuntur.

Veluti,si scelerati homines Iudiciorum metu aduersus Magistratus insurgant:aut subditi Tyrannorum vim & crudelitatem formidantes, ne tale quid patiantur, eorum imperium auersentur.

Ac in primo quidem genere conscientia scelerum, ac metu
2 Iudiciorum exagitatus Catilina,†seditionem in patriam, omnium,nisi industria M.Ciceronis sopita fuisset, cruētissimam futu-

Digitized by Google

futuram excitauit. Huic enim ab adolescentia bella intestina, rapinæ, discordia ciuilis, grata fuere, qui & repetũdarum reus, ad nullos honores peruenire potuit: Sed & familiares illi fuerunt Lentulus, Antonus, Cethegus: & quicunque alienum ęs conflauerant, quo flagitium & facinus redimerent. Propterea omnes vndique parricidæ, sacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes: ad hoc, quos manus atque lingua periurio, aut ciuili sanguine alebat.

Postremo omnes, quos flagitium, egestas, conscius animus exagitabat: Quibus sociis consilus Catilina, propter metum infligendarum ob perpetrata facinora pęnarum opprimendæ reipu. consilium cępit. Sic apud Rhodum olim nobilitas contra plebem insurrexit metu iudiciorum, quæ ibi parabantur.

Iam & ex eadem causa nostris quoque temporibus Ana-
3 baptistarum seditio† conflata est. Nam & ipsi multorum sibi immanissimorum scelerum conscij, metu pœnarum in Anabaptistas non ita pridem constitutarum, ciuitatem Vuestualiæ Monasterium occupantes, ac validissimis præsidijs munientes, constituto inter ipsos personato quodam rege, non solum Episcopo Monasterienſi, eius loci domino, sed vniuerso etiam imperio rebellarunt. Quod malum proculdubio latius etiam serpsisset, nisi quorundam principum & ordinum imperij potentia, restinctum & compressum fuisset. Ad alterum genus referuntur seditiones, quæ propter pœnas innocentibus inique, aut nocentibus durius, quam oportet, irrogatas: aut alias iniurias subditis a potentioribus illatas, commouentur.

4 Nam iustitiæ† æquitatisque ratio exigit, vt in irrogandis pœnis nihil a iudicante durius aut remissius constituatur, quam causa deposcat. l. respiciendum, ff. de pœnis. Nec enim sæueritatis aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quęque res expostulat, statuendum est: capitu. corripiatur quadragesimaquarta, vigesimoquarto. & ita constituendæ pœnę & correctiones, vt ex charitate veniant, non ex furore, capitu. ita plane vigesimatertia, quæstione quarta, pro culparum diuersitate diuersæ, vel minores vel ampliores, & vt delicta non sæuientis plectantur animo, sed medentis. Sane hac iustitiæ & æquitatis regula, in inferendis pœnis custodita, recte suum officium iudicantes, etiam sine subditorum offensione, absoluent: neglecta vero, occasionem præstabunt, vt & ad iram qui sunt offensi concitentur, & ne quid simile deinceps patiantur, formidantes adultionem prouo-
5 centur. Atque huiusmodi Gracchanę† seditionis causam quidam fuisse putant, vt refert Vell. Paterculus libro secundo, Ro. hist. nempe Mancini Consulis, ob fœdus turpiter ictum, hostibus per Feciales factam deditionem. Quæ cum iniusta T. Graccho eiusdem fœderis authori videretur, immanem ciuitatis dissensionem commouit. Sic & iniuria a Magistratibus affecti, subditi ad vindictam & seditiones conuertuntur.

6 Atque ex hac causa orta seditio† est aduersus Tarquinium Superbum Regem vt scribit Tit. Liuius libro primo, ab vrb. condita. & Eutropius, l. primo, nimirum propter vim & libidinem ipsius in Lucretiam intentatam, & nefandum stuprum ei illatum, & miserabilem eius cædem, quæ & ob superbiam Regis, & varias iniurias ab eo plebi illatas, miserias & labores plebis in fossas cloacasque exhauriendas demersas, eo vsque creuit, vt Imperium Regi abrogaretur, exulesque esse iuberentur, L. Tarquinius cum vxore & liberis. Similis & ex eadem causa orta seditio fuit, quam in vrbe Decemuiratus libido conflauit. Titu. Liuius libro tertio, ab vrb. condita. l. Florus libro primo, capitulo vigesimoquarto, & Plin. de viris illustrib. capitulo vigesimoprimo.

7 Nam in eo imperio Appius† Claudius eo insolentiæ elatus est, vt ingenuam virginem stupro destinaret: oblitus & Lucretiæ, & Regum exactorum, & iuris, quod ipse composuerat. Quam rem quum iniquo animo ferret puellæ pater Virginius, homo plebej generis, & filiam in medio foro interfecit, & milites ad vindicandum facinus accendit: qui creatis decem tribunis, Auentinum occuparunt, Decemuiros abdicare se Magistratu præcepe runt, eosque omnes aut morte aut exilio punierunt. Pomponius lureconsultus in l secunda, ff. de orig. iur.

8 Eiusdem fere generis est seditio, † quam in militibus excitauit Appij Claudij sæuitia. Is enim cum plebem odisset plusqua paterno odio, quod opponente & resistente Consule, legem obtinuisset, vt plebeij Magistratus tribunitijs comitiis fierent, &c. sæuio Imperio exercitum stimulare cœpit, eaque sæuitia eo inobedientiæ adegit exercitum, vt ipsius Imperium prorsus neglecto, productus in hostem, voluntaria fuga terga hosti daret: & productus in hostem, non solum vt Fabianus exercitus vincere noluerit, sed etiam vinciuoluerit, ne Triumphum imperati debet in quæreret.

De seditionibus, quæ propter aliquorum præpotentiam & incrementum excessuum, in republica fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Proportio æqualitatis diuitiarum & honorum esse debet in Republica bene constituta.*
2 *Seditiones fiunt propter præpotentiam & incrementum excessuum.*
3 *Decemuirorum insolentia qualis & quanta fuerit.*
4 *Sylla, Marius, & alii quibus mediis dominati sint.*

CAP. VI.

1 IN Republica bene constituta, certa amicitiarum, diuitiarum, & honorũ, æqualitatis proportio † esse debet. Quemadmodum enim in cœteris artibus æqualitas quędam proportionis obseruatur: a qua si discedatur, opus sibi non recte constare videtur.

Neque enim pictor excedentem mẽsuram pedem animal habere patitur, quamuis pulcherrimus pes ille sit: neque nauium artifex proram, aut aliam partem nauis: neque magister chori, eum qui pulchriorem & meliorem toro choro vocem emittit, sinet in choro esse: Ita & in Republica, si quis super excellat, quasi nullam ad cœteros æqualitatis proportionem habens, ciuili corpori minime congruere videtur. Ideoque & propter præpotentiam, & incre-
2 mentum excessuum, seditiones† fiunt.

Quorum illud ad singulares personas: hoc vero ad ordines Reipublicæ spectat. Primum igitur, si qui maiores & potentiores sunt, vel vnus, vel plures, quam secundum ciuitatem & potentiam Reipublicę, mox consequitur, vt vnius dominatio vel gubernatio violenta fiat, vt inquit Aristoteles. libro quinto politicorum. capitulo tertio, & libr. tertio, politicorum. columna nona. Vnde & qui ad eam ipsam consequendam contendunt, & qui aspirantibus ad eam reluctantur, ad seditiones deuenire solent. Sunt enim qui flagrantissima laudis & honoris cupiditate æstuantes, quanto in Republica amplioribus honoribus funguntur, tanto maiorum adipiscendorum cupiditate accenduntur, nec ante satiantur, quam dominationem in omnes sibi comparent: imo ne tum quidem satiantur, nisi & superbissimo dominatu quoscunque libet pro libidine sua supprimant: grauiter ferentes, aliquid a se factum infirmari, vt de T. Graccho refert Velleius Paterculus. Libro secundo, Historię Romanę.

3 Ac talis sane Decemuirorum insolentia† fuit, qui Consulari sibi mandata potestate abusi, primum quidem insigne Imperii, quod penes vnum erat, in omnes retulerunt, ac omnes omnia proprijs libidinibus agitarunt. Titus Liuius, libro tertio, ab vrb. cond. Orosius libro secundo, capitulo decimotertio. Itaqud inter cœtera, quę insolentissime cuncti præsumebant, cum hoc insigne regium in orbem suam cuiusque vicem per omnes iret, subito omnes cum Duodenis fascibus, cęterisque imperii insignibus, prodierunt. Et de nouo improbæ ordinationis incœpto, ablegata religione Consulum, emicuit agmen Decem Tyrannorum, augentesque insolentissimo fastu plurima, die quo deponere Magistratus mos erat, cum iisdem insignibus processerunt.

Qua re territis omnibus, non solum infimis, sed etiam primoribus Patrum: maxime vero plebe, q̃ misere ab istis Tyrannis tractabatur.

Nam & virgis cędebant alios, alios securi subiiciebant, quorum bona potentioribus donabantur.

De dominis supplicium sumebatur, acerrimum in ipsos odium conflatum est. Quod & eo processit (interim inuidiam augente Appii Claudii in Virginam virginem illata iniuria) vt non tam priuatę iniurię vindicandę, quam publicę libertatis asserendę causa plebs ipsa in Auentinum secesserit, a quo etiam non ante discessit, quam Decemuiri se Magistratu abdicarunt.

4 Ad eundem fere modum, † Sylla, Marius, Cœsar, Antonius, Lepidus, & plęrique alii, summa ambitione ad summos honores contendentes, adeoque ad regnum aspirantes, in alios dominari, & rerum potiri voluerunt: quę res & ipsa maximas seditiones excitauit.

De

Digitized by Google

De seditionibus, quæ propter incrementum excessuum fiunt.

SVMMARIVM.

1 *Seditiones in Republica oriuntur propter incrementum excessuum. & id quomodo. nu. 6.*
2 *Respublica & ciuitas ex diuersis ordinibus, velut ex partibus constat.*
3 *Respublica Romana quando sibi constiterit, & ex omni parte secum ipsa consenserit.*
4 *Incrementum excessuum in Republica fit ex fortuna & industria, & id quomodo, exemplis probatur. nu. 5.*

CAP. VII.

1 IAm & propter incrementum excessuum fiunt seditiones, †non quidem singularium in Republica personarum. Nam hę ad prępotentiam pertinent, vt antea diximus: ex Aristot. li. 5. Poli. c. 3. Sed diuersorum potius in Republica ordinũ, quorum & ipsorum certa æqualitatis proportio esse debet. Vt enim corpus ex partibus suis constat, quas simul pro modo quamque suo crescere oportet, vt commensurationis maneat harmonia, & nisi fiat, corrumpitur. Veluti, si pes quatuor cubitorum sit, reliquum vero corpus duorum palmorum longitudinem habeat: interdum etiam in alterius animalis figuram transire queat, si non solum quantitate, verum etiam qualitate immoderatum fieret incrementum. Et quemadmodum in fidibus ac tibijs, atque cantu ipso ac vocibus, concentus est quidam tenendus ex distinctis sonis certa proportione concinentibus, isque concentus est dissimillimarum vocum moderatione, concors tamen efficitur, & congruens. Qui mutata vocum proportione, in eam dissonantiam transmutatur, vt ne ferri quidẽ ab eruditis auribus possit: Ita & ciuitas & Res-
2 publica †diuersis ordinibus, velut ex partibus, constat. Cuiusmodi, exempli causa, in Republica Romana fuerunt Ordines Patritiorum, Equitum & Plebeiorum: qui si certa inter se proportione consentiant, tum bene constituta & concors Respublica dicetur, nimirum ex summis, medijs, & infimis interiectis Ordinibus, vt sonis consensu dissimillimorum concinentibus, certa ratione coalita. August. lib. 2. cap. 21. de ciuitate Dei, qui refert Ciceron. lib. 2. de repub. & quæ harmonia in Musicis dicitur, ea in ciuitate concordia appellatur, arctissimum videlicet & optimum in Republica uinculum incolumitatis. Sin vero mutata partium ciuitatis harmonia & concordia, vna pluresuæ latenter succrescant, dissonantiæ & discordia inter eas oriatur necesse est. Sic Romana
3 Respublica † tum recte sibi constitit, & ex omni parte secum ipsa consensit, quando summis, medijs, & infimis Ordinibus Patritiorum, Equitum, & Plebeiorum, suus cuique honos ex dignitate sua delatus & datus fuit, æqualitate proportionis vbique seruata. Contra vero male cohæsit, ac varijs discordijs & dissensionibus attrita, succrescere, & extolli contra morem maiorum vnus Ordo super alium, & ad ampliores dignitates aspirare cœpit.

4 Cæterum duo sunt, quibus incrementum † excessuum in Republica fit: Fortuna & Industria. Per fortunam fit, velut apud Tarentum (vt refert Aristoteles, li. 5. Polit. c. 3.) cum superati prælio, ab Iapygensibus nobilitatis magnam partem amisissent, & Argiui post cædem suorum in Hebdoma a Clemone Sparciata factam, coacti sunt, inquilinos quosdam ad Rempublicam recipere. Et Athenis, cum terra male pugnare tur aduersus Lacedæmonios, nobilitas attenuata est, cum ex descripto se submittere ad bellum cogeretur. Per industriã
5 autem fit, veluti †cum vnus Ordo alteri honoris & dignitatis prærogatiuam data opera præripit. Quod Equites operam Tiberij Gracchi fecerunt, qui iudicijs a Senatu in Equestrum Ordinem translatis, legem tulit, vt Equester Ordo bis tantum virium in Senatu haberet, quam Senatores ipsi. Statuerat enim 300. Senatores essent, Equites 600. ex qua re multæ subinde seditiones coortæ fuerunt: Quibus in tantum aucta potestas Equitum fuit, vt fata, fortunasque Patrum, vitasque principum, in manu haberent, qui & interceptis vectigalibus, iure suo Rempublicam peculati sunt. T. Liuius lib. 85. & 60. Appianus lib. 1. bell. ciuil. Sed nec nostris temporibus huiusmodi seditionum fomenta desunt, quibusdam Ordinibus Imperij, aliis quidam suas honorum dignitatumque prærogatiuas præripere, eosque velut in Ordinem redigere conantibus: Alijs vero ad nouos honores, quibus hactenus nunquam functi sunt, aspirantibus. Quæ res, vt multis sæpe odiosis contentionibus in conuentibus procerum agitatæ sunt: ita nisi Cæsaris intercessione, siue authoritate potius aliquando componantur, periculum est, ne quæ iam velut priuata sunt singulorum Ordinum, ea euentu aliquo non bono, quasi publica mala olim in Rempublicam sint redundatura. Neque vero ob augmentum tantum, sed etiam ob nimiam extenuationem aliquorum Or-
6 dinum, in reliquis incrementum † excessuum fieri contingit. Quę enim proportio esse potest, vbi potentiores omnia, tenuiores vel pauca vel nihil possident? Quæ concordia, vbi non solum de bonis communibus nihil participant pauperes: sed etiam quæ sunt eorum propria, a potentioribus diripiuntur? pares quidem in oneribus sustinendis, in commodis vero participandis prorsus excłusi. Quales temporibus Gracchorum Romæ fuerunt Plebeij, de quibus in concione Tiberius Gracchus dicere solebat. vt scribit Plutarchus in Gracchis. Feras quidem bestias lustrum atque tectum, quo se reciperent, in Italia habere: illis vero, qui quotidie pro Italia pugnarent, atque interirent, præter aerem ignemque, nihil in Italia esse, sine lare, sine sede, cum liberisque coniugibusque uagari. Mentiri autem Imperatores Romanos, cum milites hortarentur, vt pro aris atque focis depugnarent. Carere enim iis Romanos ciues non lares paternos, non monumenta maiorum eos tenere: sed pro aliena luxuria opulentiaque pugnare, pro aliis vulnera ac mortes subire, dominos orbis terrarum verbo quidem appellari, re autem vera, terræ glebum non habere. In hac igitur inæqualitate, vt olim plebs Romana a Patribus secessit: ita nihil mirum, si & hodie ex simili causa tenuiores ad seditiones aduersus diuites excitentur. Quippe non solum iniuriæ atrocitate, ad vindictę cupiditatem accensi, sed etiam paupertatis onere pressi, ad nihil non audendum prouocati. Nam (vt vulgo dici solet) nihil boni suadet paupertas, & ut Horatius ode 13. lib. 3. inquit.

Magnum pauperies opprobrium iubet,
Quicquid vis & faeere & pati,
Virtutisque viam deserit ardua.

De seditionibus, quæ propter dissimilitudinem loci, & naturalis originis eorum, qui in vna Republica degunt, oriuntur.

SVMMARIVM.

1 *Dissimilitudo, eorum qui in vna Republica versantur ciuilium discordiarum causa est.*
2 *Seditio inter Iudæos & Syros circa Cæsaream.*
3 *Concordia rara est in vna & eadem ciuitate.*
4 *Oratio Claudii Imperatoris in Senatu.*
5 *Romuli sapientia in conciliandis hostium animis.*
6 *Respublicæ ab alienigenis maiori sæpe cum laude quam ab indigenis administrantur. Quod Cyri exemplis demonstratur. nu. 7. & legibus in fauorem alienigenarum latis. nu. 8.*
9 *Cognitio linguæ & morum necessaria est in magistratibus.*

CAP. VIII.

1 IAm & dissimilitudo † eorum, qui in vna Republica versantur, ciuilium discordiarum causa est. Hæc Quinque fere ex rebus nascitur. Origine & loco, genere, officio, artificio, & religione. Propter originẽ & locum dissimiles sunt, qui ex diuersis locis naturalem originem ducunt, vt Germanus & Hispanus, Gallus & Anglus, in indigena & alienigena. Propter genus dissimiles sunt, qui stirpe & gentilitate diiuncti sunt, vt nobiles & plebeii. Officio, q diuersis in Republica munerib. fungũtur, vt Doctores, scribæ, milites. Artificio, qui diuersas artes profitentur, vt Lanij & fullones, fabri ferrarii, & aurifabri, &c. Propter religionẽ & dissimiles sunt Iudęi, Christiani, Catholici & hæretici, Lutherani & Zuingliani. Propter dissimilitudinẽ igit originis seditiones oriũtur, inter milites diuersarũ nationum in vno exercitu, velut si Itali & Germani, & Galli, & Hispani, Franci & Sueui, inter se in vno exercitu discordẽt: aut in vna ciuitate Iudęi & Gẽtiles, qualem circa Cæsareã inter Iudęos & Syros Ioseph. li. 2.
2 de bell. iud. ca. 12. ex tali fere causa cõmotam fuisse tradit, †Iudæi si quidem postulabant, vt eorum fieret ciuitas, Iudæum

Digitized by Google

eius fuiſſe conditorem dicentes: Erat autem rex Herodes. Aemuli vero, Syri conditorem quidem fatebantur Iudæum, ipſam vero ciuitatem fuiſſe Gentilium vindicabant. Ob has ergo cauſas inter ſe populus vterque iurgabat, & contentio vſque ad arma procedebat, & quotidie ad cõfligendũ audaces quique partes alterutrę profiliebant. Neque enim Iudęorum ſęniores cohibere tumultus gentis ſuę poterant, & Gręcis turpiſſimum videbatur, Iudęis inferiores videri. Similiter inter alienigenas & indigenas, rara eſt in vna & eadem ciuitate cõ
3 cordia, †vt Ariſtoteles ſcribit. Ego vero plurimũ referre puto plures ne ſint an pauci, qui in ciuitatem admittuntur alieni genæ: & an artibus & moribus ciuitatis imbuti ſint, an eorũ rudes & imperiti. Quoniam ſi pauci fuerint, & ſi cum cæteris diſſentiant: tamen, quia & numero & viribus indigenis inferiores ſunt, nullum ab eis diſſenſionis periculum erit. Sin vero vel numero, vel potentia ſuperiores, tum viribus ſuis confiſi, facile ad ſeditiones conuertuntur: Cuius rei aliquot exempla ab Ariſtotele referuntur lib. quinto pol. cap. 3. Quale eſt, quod Achæi Sybarim vna cum Troezenijs incolentes, Troezenios pepulerunt. Vnde ortum eſt odium Sybaritis: & in Turijs idem fecerunt Sybaritæ, contra illos qui eos receperant. Nam plus habere volentes, ſed ſuis agris pulſi ſunt. Et apud Byzantium aduenæ in oppreſſionem ciuium coniurari cognita re prælio, & armis expulſi ſunt. Et Amiſſæi exules ex Chio ſuſceptos, tandem armis deijcere coacti ſunt. Sanclæi vero, qui Samios receperunt, mox ab eis ſunt propria ciuitate deiecti. Appoloniatæ, qui ſunt in Euxino ponto, aduenis receptis, ſeditione agitati ſunt. Et Syracuſani poſt Tyrannos expulſos, cum hoſpites & conductos milites feciſſent ciues, in ſeditionem & prelium inciderunt.

Et Amphipolitæ, receptis Chalcidenſium colonis, pulſi tãdem ab illis ſunt fere omnes. Et ad eundem modum artium & morum ciuitatis ignari & imperiti alienigenæ, facile ad ſeditiones aduerſus indigenas concitantur. Inter quos tamen haud ægre cõcordia coaleſcit, ſi diutina conſuetudine ijſdem artibus & moribus fuerint aſſuefacti, nõ ſecus atque ſi equos iungas inter ſe ignotos, qui ab initio quidẽ non facile ſefe ferunt. at vbi diutina aſſuetudine alter alterius habitui aſſueuerit, tum facile ſub idem iugum coaleſcunt, & cõcordes fiunt. Atque hac ſane ratione Romani olim alienigenas non ſolũ ciuitate Romana donarunt, ſed publicos etiam honores & munera, eis detulerunt. De qua re pulchra admodum Claudij Imperatoris ad Senatum apud Cornelium Tacitum extat oratio. Nam cum de ſupplendo Senatu ageretur, ac primores Galliæ, qui fœdera & ciuitatem Romanam pridem aſſequuti, ius àdipiſcendorum honorum in vrbe expetiſſent, ac multus ſuper ea re variuſque rumor, & ſtudijs diuerſis apud principem certaretur: aſſeuerantium, non ita ægram Italiam, vt Senatum vrbi ſuæ ſuppeditate nequiret, ſuffeciſſe olim indigenas conſanguineis populis: nec pœnitere veteris Reipublicæ princeps contra diſſeruit, & uocato Senatu, ita exorſus eſt.
4 Cor. Tac. li. 11. Aug. hiſt. referente. †Maiores mei, quorũ antiquiſſimus clauſus origine Sabina, ſimul iin ciuitatẽ Romanam, & familias Patritiorum aſcitus eſt, hortantur vti paribus Conſilijs Rempublicam capeſſam, transferendo huc, quod vſquam egregium fuerit. Neque enim ignoro Iulios Alba, Coruncanos Camerio, Porcios Tuſculo: & ne vetera ſcrutemur, Etruria, Lucaniaque & omni Italia in Senatum accitos. Poſtremo ipſam ad Alpes promotam, vt non modo ſinguli viritim, ſed terræ genteſque in nomen noſtrum coaleſcerent. Tunc ſolida domi quies, & aduerſus externa floruimus, cum Tranſpadani in ciuitatem recepti, cum ſpecie deductarum p orbem terræ legionum, aditis prouincialium validiſſimis, feſſo imperio ſubuentum eſt: num pœnitet Balbos ex Hiſpania nec minos inſignes viros e Gallia Narbonenſi tranſiuiſſe? Manẽnt poſteri eorum, nec amore in hanc patriam nobis concedunt. Quid aliud exitio Lacedæmonijs & Athenenſi lib. fuit, quanquam armis pollerent, niſi quod victos pro alieni-
5 genis arcebant? At conditor noſtri Romulus †tantum ſapientia valuit, vt plæroſque populos eodem die hoſtes, dein ciues habuerit. Aduenæ in nos regnauerunt. Libertinorum filijs Magiſtratus mandati: non, vt plærique falluntur, recens, ſed priori populo factum eſt. At cum Senonibus pugnauimus, ſcilicet Volſci & Equi nunquam aduerſam nobis aciem inſtruxere? Capti a Gallis ſumus, ſed & Tuſcis obſides dedimus, & Samnitum iugum ſubiuimus: Attamẽ ſi cuncta bella recẽſeas, nullum breuiore ſpacio, quam aduerſus Gallos cõfectũ, continua inde ac fida pax. Iam moribus, artibus, affinitatibus noſtris mixti aurum & opes ſuas inferant potius, quam ſeparati habeant. Omnia. P.C. quæ nunc vetuſtiſſima creduntur, noua fuere; Plebeij Magiſtratus, poſt Patritios: Latini poſt Plebeios, cœterarum Italiæ gentium, poſt Latinos. Inueteraſcet hoc quoque, & quod hodie exemplis tuemur, inter exẽpla erit. Hæc Claudius princeps. Quam ſententiam ſecuto Senatu, mox Heduis Senatorum ius in vrbe datum eſt.

6 Sed & maiore ſępe cum laude & gloria Reipublicæ, †ab alienigenis quam indigenis adminiſtrantur, vt recte dictum ſit ab Ennio apud Ciceronem in epiſt. ad Trebatium.

Multi ſuam rem bene geſſere, & publicam patria procul.
Multi qui domi ętatem agerent, propterea ſunt improbati.

Qua ſane ratione factum eſſe putauerim, vt Romanorum Imperatorum Conſtitutiones, olim in deferendis publicis muneribus, alienigenas indigenis prętulerint. Tametſi enim indigenæ naturali quodam neceſſitudinis vinculo patrię & ciuibus aſtricti ſint, propter quod & publicam vtilitatem, magis quàm alienigenæ curare præſumuntur, vt pulchre alibi docet Ioannes Neuizanus in conſi. ſuo, quod eſt inter conſi. Alberti Bruni. Et apud Xenophontem lib. 8. de pędia Cyri. eadem de re pulchram ſententiã profert Cyrus. Itaque, inquit
7 †ſi alios quoſdam tentabis regni concuſtodes efficere nuſquã aliunde, prius incipe quam ab eo, qui ex eodem loco natus eſt. Quare & hoĩes ciues alienis pręferẽdi ſunt, & qui vna ſunt aliti, ijs, qui contubernales non ſunt: Tamen propter eam ipſam naturalem charitatem, qua ſe complectuntur indigenę, veteres veriti, ne Præpoſiti publicis officijs multa in ciuibus corrigenda per gratiam diſſimularent; Tum etiam, quia videbant indigenas minus timori eſſe, & Euangelica vox habet. Luc. 4. raro in patria ſua gratũ & acceptum eſſe Prophetam alienigenis ea, quam indigenis demandare maluerunt.
8 Quod multis legib. declaratur. Quales fere ſunt. Nulli patrię ſuę adminiſtratio, ſine ſpeciali permiſſu principis, admittatur l. fi. C. de offi. rect. Prouincię. Item, Nullus in prouincia, in qua oriundus eſt, vel in qua habitat, ſiue larem conſtituit, publicũ officium gerere debet. l. nullus. C de diuerſis off. lib. duodecimo. Item, in prouincia propria non debet quis adminiſtrationem ſumere, niſi ex certa ſciẽtia idei concedatur a principe, l. fi. C. de cri. ſacrilegi. vbi Saly. Item Nemo in prouincia ſua aſſidere poteſt vltra tempus a conſtitutionibus conceſſum, quod eſt quatuor Menſium. l. hij qui. ff. ex quibus cauſis maior.

Immo & pœna in eos conſtituta fuit, qui in ſua prouincia vltra tps a iure deſtinatum, iudicibus aſſediſſent. l. in conſiliariis. C. de Aſſeſſoribus. Bal. in l. Parabolam. C. de Epiſ. & Cleri. In Conſiliarijs (inquiunt, Theodoſius & Valentinianus) obſeruari cenſemus, vt eum, qui in ſua prouincia ultra quatuor Menſes moderatoribus aſſederit, aduerſus leges antiquas, & diuorum retro principum ſcita, proſcriptio bonorum, & accuſatio publice criminis, immineat.

9 Cęterum in deligendis Magiſtratibus †extraneis, ea mode ratio ſeruanda erit, vt populo, cui gubernando prępononuntur accommodati ſint gnari, videlicet & conſuetudinis eorum, & in primis linguæ patrię, vt ſcilicet Grecis pręſint, qui ſciunt Cręce, qui autem Romanę loquuntur, his pręſint, qui eandẽ locutionem habent. Sic & Italis italicę, Germanis germanicę Gallis Gallicę, Hiſpanis Hiſpanicę linguarum periti adhibeãtur. Quod ſi enim ſecus fiat, accidit, quod Apollonius apud Philoſtratum libro 5. de vita Apollonij in Peloponeſo accidiſſe teſtatur. Nam cum illic vir præſideret, Grecę linguę ignarus ita vt nec ipſe Grecos, nec ipſum Graci intelligerent: errabat ipſe plerunque, & in multis etiam fallebantur Peloponeſiaci. Aſſeſſores nanq; Conſiliarii & iudicii conſortes, pecunia corrupti, peruerſe cauſas iudicabant: calúmnias in Prę ſidem, velut ſeruum, referẽtes. Sed & honeſtiſſimos eſſe oportet, quibus aliena prouincia vel ciuitate publica munera demandantur. Gl. in capitul. licet. 8. q. 1. in electionibus quidem id obſeruatur, vt boni ſint qui eliguntur, ſi fuerint indigenæ: optimi, ſi alienigenę.

De ſeditionibus, quæ propter diſſimilitudinem generis, officiorum & artium excitantur.

SVMMARIVM.

1 *Seditiones nobilium & plebeiorum inter ſe frequentiores ſunt, & crudeles aſſignatur ratio. nu. 2.*
3 *Tribunorum plebis ſeditioſi mores.*
4 *Seditiones maximam inter ſacros magiſtratus oriuntur.*

5 Sedi-

Digitized by Google

5 Seditiones ſæpe propter diſcordias collegarum in eodem officio commouentur. & propter artis diſsimilitudinem inter eosdem artifices. nu. 6.

CAP. IX.

1 INter ſeditiones, quæ propter diſſimilitudinem generis & ſtirpis oriuntur, frequentiores ſunt, quas inter ſe Nobiles †& Plebeii cõcitant. Illi quidem, quia nobilitate generis freti, ſpretis Plebeiis, publica munera & honores ſoli, & quaſi ex debito poſcunt. Hii vero, quia virtutem magis quam nobilitatẽ generis in ijs qui ad honores vocandi ſunt, ſiue Nobilibus, ſiue Plebeiis, ſpectandam: nec aditum ad honores Plebeijs, fortibus alioqui & ſtrenuis, ob generis humilitatem præcludendum, eſſe cenſent. Ac tales quidem olim fuerunt Tribunitiæ ſeditiones, ex concertationibus videlicet Conſulum, & Tribunorum plebis ortę. Quarum multa quidem ex hiſtoriis Romanis exẽpla proferri poſſent, ſed quæ hiſtoriarum ſtudioſis notiora ſunt, quã quæ hoc loco enumerentur.

Cæterum, quod ad cauſas huius generis ſeditionis pertinet non aliunde facilius & perfectius cognoſcentur, quam ex orationibus, quas inter ſe diſſentientes Conſules & Tribuni, Nobiles & Plebeij, vel gliſcentibus iam vel graſſantibus ſeditionibus, habuerunt. Cuiuſmodi fere ſunt, quas vt referunt T. Liuius li. 2. ab vr. cond. & Diony. Halicar. li. 6. Appius Claudius in prima ſeceſſione plebis in montem Sacrum: Martius Coriolanus, Tribunitiæ poteſtatis hoſtis, ante damnationem ſuam aduerſus Plebeios: & rurſus, quas Marcus Valerius pro Plebeijs aduerſus Appium Claudium, & L. Brutus aduerſus Martium Coriolanum. Similiter, quas Gracchi, aliquod in fauorem Plebeiorum, pro legibus Agrarijs dixerunt: Quibus haud abſimilis eſt oratio Marij apud Salluſt. in bello Iugurthino. qua ſe etiam ſi nouum hominem, honoribus tamen dignum, ac Nobilibus etiam nulla virtute præditis, quantalibet veteris proſapiæ dignitate ac maiorum imaginibus ſplendentibus, præferendum eſſe demonſtrat. Et Cicero in oratione pro L. Murena ſuo quoque tempore gloriatur, ſuo labore perfectum, ne viris fortibus ignobilitas generis obijceretur: Et clauſtra nobilitatis ita a ſe fuiſſe refracta, vt aditus ad Cõſulatum non magis nobilitati, quam virtuti pateret. Quibus ſane alijſque innumeris prope eiuſdem generis orationibus perſpicuum fit, ex eo maxime diſcordias inter Nobiles & Plebeios ſuboriri. 2 Quia Nobiles †a virtute maiorum ſuorum degenerantes, nec famam eorum & gloriam ſua quoque virtute adæquantes, indignos ſe eſſe muneribus & honoribus, quibus funguntur, demonſtrant: imperium in Plebeios ſuperbe magis & inſolenter, quam prudenter exercentes. Salluſtius in belſo Iugurthino. Plebeij vero & noui homines, qui olim per virtutem Nobilitatem ſoliti erant anteuenire, furtim & per latrocinia potius, quam bonis artibus ad honores & Imperia ſ nituntur. 3 Quod ſæpe Tribunos feciſſe legimus, †qui cõcordiæ impatientes, non ſolum ad nouos ſemper honores contenderunt: ſed & ægri aliquid in Republica eſſe voluerũt, vt eſſet, ad cuius curationem ipſi a plebe adhiberentur. Vnde & ſemper nouandi res cauſas inuenerunt, ac plebis animos, quo minus dicto patruum audientes eſſent, & obedientes ſollicitarunt. Nam ad hunc modum diſſoluta vera illa in Repub. & conſonante Harmonia, & Ordinum concordia, omnia quoque ſeditionibus agitentur neceſſe eſt. Prøpter diſſimilitudinem officiorum fiunt ſeditiones, quoties Magiſtratus diuerſis officijs præpoſiti, inter ſe diſcordant, vt iam de Conſulibus & Tribunis dictum eſt: Qui inter ſe digladiantes ſæpe atrociſſimas ſeditiones concitarunt. Cuius rei multa apud Liuium lib. 2. & 3. ab vr. cond. alioſque Romanarum Hiſtoriarum ſcriptores, exempla reperiuntur. Et ex eadem fere cauſa, inter ſacros quoque Magiſtratus interdum ſeditiones †oriuntur, qualis eſt, quam alibi ex Ioſepho refert Euſe. in Eccleſ. hiſt. lib. 2. cap. 20. 4 Inflammatur autem, inquit, ſeditio acerbiſſima a Pontificibus, aduerſum Sacerdotes & Primarios plebis Hieroſolymorum, quorum ſinguli conquirentes ſibimet perditorum iuuenum, & nouis rebus gaudẽtium manum. Duces ſemetipſos propriæ factionis inſtituebant, qui cõfligentes ad inuicem primo, conuicijs laceſſere, tum deinde & ſaxis ſternere: nec quiſquã erat, qui coerceret, ſed agebãtur omnia tanquam in vrbe non habente Rectorem. Igitur pontifices in tantam venere proteruiam, vt ſeruis ſuis ad areas miſſis, inuaderent decimas, quæ Sacerdotibus debebantur: & accidebat, vt nonnulli ex minoribus Sacerdotibus, quorũ alimoniæ vi fuerant direptę, inedia deperirent, ita ſeditionũ violentia, ius faſque confuderat. Quin ſępe etiam propter diſcordiam Collegarum, in eodem officio ſeditiones † commouentur, qualis fuit, quæ Cæſare & Bibulo, ſimul Conſulatum adminiſtrantibus, coorta eſt; ac tanta quidẽ atrocitate, vt ad vulnera tandem peruentum fuerit, vt Appianus ſcribit li. 2. de bellis ciuilibus. Sic Appij Claudij, & P. Seruili Conſulum contrarijs ſtudijs effectum eſt, vt ſeditio plebis aduerſus patres, propter nexos ob æs alienum concitata, quã antea Seruilius cõpoſuerat, ſolo Appii in Collegam odio demum recrudueſcit. T. Liuius li. 2. ab vrb. cond. Sed & propter diſſimilitudinem 6 artium, qui eas profitentur, ad ſeditiones † deueniunt, ad quod genus referuntur Philoſophorum concertationes, quarum ſæpe in Dialogis ſuis meminit Lucianus. Et ad eundem modum aliarum quoque artium profeſſores, diſcordare ſolent: Cuiuſmodi olim fuerunt contentiones Thomiſtarũ & Scotiſtarum in Theologia, & aliorum ſimiliter in aliis artibus profeſſorum. Sed & æmulatio quædam inter mechanicos artifices ſolet, propter quam ad diſcordias perueniunt. Immo & ſępe vnius & eiuſdem artis profeſſores inter ſe diſſentiunt, quæ tamen concertationes plærunque magis prodeſſe ſolent quã obeſſe, vt alibi teſtatur Heſiodorus in opere, cui titulus: Opera & Dies.

Semper, inquit, vicino vicinus eſt æmulus, hunc vt
Condere cernit opes, properantem grauiter, atqui
Concertatio conducit mortalibus iſta
Odit ita fabrumque faber, figuloque moleſtus
Eſt figulus, mendico protinus inuidet alter
Mendicus, Cantor Cantorem liuidus odit.

De ſeditionibus, quæ ex diuerſitate atque diſſimilitudine Religionum deſcendunt.

SVMMARIVM.

1 Seditiones fiunt propter diuerſitatem religionis.
2 Bacchanalia, eorumque inſtitutiones & mores qui erant.
3 Secta Adamitarum ſeu Biccardorum quæ fuerit.
4 Anabaptiſtarum furioſa & inhumana ſecta, & eius mores.
5 Seditio inter Eleazarum ducem militum temporibus Claudii imperatoris, & Pontifices & Phariſeos.
6 Seditiones inter catholicos & hæreticos pernitioſæ.
7 Seditio Arrianorum contra Chryſoſtomum pernitioſa.
8 Hæreſis quælibet per ſe eſt ſeditio.
9 Seditiones inter Gentiles & Chriſtinos pernicioſa.
10 Seditio propter aditum Mithræ Alexandriæ Chriſtianis pernicioſa. & nume. 11.
12 Seditio in Alexandria ſub Theodoſio imperatore inter Gentiles, & Chriſtianos cruenta.
13 Paganorum indignatio contra Chriſtianos propter ſimiæ ſimulachrum in Alexandria.
14 Iudæi ſemper Chriſtianis propter religionem infenſi fuerunt.
15 Cyrillus epiſcopus Iudæos expulit.
16 Seditio Iudęorum aduerſus Chriſtianos eorumque facinus contra infantulum Chriſtianorum. nu. 17.
18 Iulianus apoſtata Chriſtianos vti ſeditioſos perſequutus eſt.

CAP. X.

1 PRopter diſſimilitudinem Religionis fiunt ſeditiones † pluribus videlicet inter ſe diſſentientibus in Religione, vel vna & eadem vel pluribus & diuerſis. In vna & eadem, vt quando in Ethnicorum Religione Ethnici: in Iudaica Iudæi: in Chriſtiana, qui nomẽ in Baptiſmo Chriſto dederũt, Chriſtiani inter ſe diſcordant. In diuerſis, vt quãdo cum Chriſtianis vel Iudæis Pagani: vel cum Paganis Iudęi, de his quę ad alterutrorum Religionem pertinent, altercantur. Ac ad primum quidem genus pertinet ſeditio, quæ olim Romæ propter ſacra Bacchanalia 2 † orta eſt, vt refert T. Liuius lib. 9. de bello Maced. & Aſiat. Ea eiuſmodi fuit. Erat locus, quem Bacchis ſacrum eſſe fingebant eius ſeditionis authores. Id autem ſacratum fœminarum erat, nec quenquam virum eo admitti ſolitum: ac primum quidem tres in anno ſtatutos dies habebant quibus interdiu Bacchis initiarentur, non viri ſed mulieres. Deinde mutato in diuerſum ritu, ex diurno ſacro factum eſt nocturnum, & pro tribus in anno diebus, quos ſingulis menſibus initiorum dies fecerunt, quibus non ſolum fœminæ, ſed etiam viri initiabantur: nec initiabantur annis 20. Captabant enim ætates & erroris & ſtupri patientes. Ex quo inde promiſcua ſacra facta ſunt, & permixti viri fœminis, & noctis accedente licentia, nihil ibi facinoris, nihil flagitij prætermiſſum. Plura virorum inter ſe, quam fœminarum ſtupra, & vt quiſque introducebatur, ſimul Sacerdotibus velut victima tradebatur. Sed & locus talis erat, qui circum

Digitized by Google

ſonabat vlulatibus,cantuque Symphonię, & Cymbalorum & Tympanorum pulſu,ne vox quiritantis, cum per vim ſtuprum inferretur,exaudiri poſſet: Et ſi qui minus patientes de decoris erant,& pigriores ad facinus,eos pro victimis immolari nihil nephas ducebāt.Hęc ſumma inter eos Religio erat, viros velut mente capta,cum iactatione fanatica corporis,vaticinabantur:Matronę Baccharum habitu crinibus paſſis, cū ardentibus facibus,decurrebant ad Tyberim,demiſſaſque in aquam faces,quia viuum ſulphur cum calce inerat, integra flamma efferebant,raptos a dijs homines dicebant:Quos machinę illigatos, ex conſpectu in abditos ſpecus abripiebant, eos eſſe dicebant, qui aut coniurare,aut ſociari facinorib.aut ſtuprum pati noluiſſent.Ac ſub tali quidem prętextu Religionis,ſupra ſeptem milia virorum ac mulierum conſpirarunt, tantaque perditorum vtriuſque ſexus hoīm multitudo cōſlata fuit,vt vix diſcuti tam nefaria coniuratio poſſe videretur: Sed quæ tamen Poſthumi Conſulis prudentia & conſilio, ſine tumultu & cęde,tandem compreſſa & extincta eſt.

3 Atque huic haud diſſimilis eſt Biccardorum ſeditio, † ante annos plus minus centū & viginti,in Bohemia ortam,& a Biccardo quodā ex Gallia Belgica nomen ſortita.Is nō paruā mulierū virorumq; plebem ad ſe trahens, ac nudos incedere iubens,nouam ſectam inſtituit,ſectatoreſque ſuos Adamitas vocauit,occupata inſula quadam amne Luſmitio cincta', filium Dei ſe dixit,& Adam vocari. Connubia eis promiſcua fuere,nephas tamen iniuſſu Adam mulierem cognoſcere:ſed quiſque libidine incenſus,in aliquam exarſit,eam manu prędhendit,& adiens principem.In hanc,inquit,ſpiritus meus cōcaluit. Cui princeps. Ite,inquit,creſcite, & multiplicamini, & replete terram.Ex his quadraginta viri inſulam exiere, & intrantes vicinas villas,euaginatis gladijs,ſuper Ducentos homines agreſtes interfecere.Hæc & alia de ipſis ſcribit AEneas Syluius, in hiſt.Bohemica cap.41. Hos noſtra ætate ſequuti
4 Anabaptiſtæ,†ſimili prope furore & ijſdem ritib. venere vſi ſunt publica & mixta.Adeo non ceſſat Diabolus,ſemel ſopitas impietates & errores,denuo in multorum perniciem velut ab Orco reuocare,quoties occaſio offertur.Sed nec nouā fuiſſe crediderim eam quam a Biccardis introductam fuiſſe ſectam dixi,Nam & Epiphanius,lib.2.To.1.hæreſ.52. qui Baſilio Magno,& Gregorio Theologo,& Ioanni Chryſoſtomo contemporaneus fuit,temporibus Valentis & Gratiani,circa annum a natiuitate Domini Quadringenteſimum,Adamitarum hęreſim fuiſſe refert:ideo ſic appellatorum, quia & ipſi nudi inceſſerunt,quippe latibula & ſpelūcas in Hypocauſtis, ideſt,locis qui ſubtus incenduntur,habuerunt: quas ingreſſuri,ſiue uiri ſiue mulieres foris exuebantur,& ſic nudi ingrediebantur,velut ex matre,vniuerſo corpore.Eiuſdem generis eſt ſeditio,cuius alibi meminit Ioſephus de bello Iud.lib.2.ca.17.
5 quam apud Iudęos Eleazarus,†dux militum temporib. Claudij Imperatoris,ex tali fere cauſa commouit. Quia cum hoſtias Cæſaris,quæ pro Romano populo offerri ſolitæ erāt,reiecilſet,perſuadens his qui ſacrificijs miniſtrabant, vt nullius munus aut hoſtia,qui non eſſet de Iudæorum gente,ſuſciperetur: Contra vero Pontifices & Phariſæi,non ſolum Iudæorum,ſed etiam gentium munera recipienda dixiſſent, idque maiorum ſuorum exemplo,qui exterarum etiam Gentium ſacrificia ſuſcepiſſent: maximus propter huiuſmodi diſſenſionem tumultus in ciuitate inter Pontifices,& eos,qui Eleazaro adhærebant,concitatus fuit,quo per Septem dies durante, graues vtriuſque partis cædes factæ ſunt.Omnium autem per
6 niciioſiſſimæ ſunt in hoc genere ſeditiones,†quæ in Religione noſtra Chriſtiana inter Catholicos & hęreticos oriuntur:illis quidem Catholica dogmata & ritus in Eccleſia cuſtodientib. his vero adulterinas & Catholicæ veritati contrarias Doctrinas confingentibus.Ex qua quidem cauſa dubium non eſt,ortam fuiſſe ſeditionem apud Corinthum Euſeb.li.5. Eccle.Hiſto.c.6.referente propter quam ex perſona Romanæ Eccleſiæ Clemens ad Corinthios Epiſtolam ſcripſit,qua eos in pacem reuocauit,& fidem eorum,quæ concuſſa fuerat, renouauit. Sic Arriani,vt in hiſto.Trip.lib.5.c.32. legitur. propter doctrinam conſubſtantialitatis aduerſus Homouſianos: Et alij ſimiliter hæretici, ad impugnanda alia Catholica dogmata aduerſus Catholicos,multas ſępe & eaſdem crudeliſſimas ſeditiones concitarunt.Et propter eandem rationem ob diuerſos ritus ſæpe inter Catholicos & hæreticos ſeditiones ſubortæ fuerunt: qualis fuit,quam Ioannes Chryſoſtomus ab Arrianis paſſus eſt.Quam ad hunc modum narrat in Tripartita
7 Socrat.li.10.c.8.Arriani,†inquit,extra ciuitatē collectas agebant.Sabbato autem atque Dominica inter portas & porticus congregati,Hymnos & Antiphonas ex Arriano dogmate compoſitas,decantabant. Et hoc maxima noctis parte facientes,diluculo cum ipſis Antiphonis, per mediam ciuitatē egreſſi portam,ad ſuam Eccleſiam concurrebant. Cunque hoc crebro,quaſi ad vituperationem Orthodoxorum, facere non ceſſarent,frequenter etiam hoc cantabant: Vbi ſunt qui dicunt tria virtute vnum? Tum Ioannes,metuens,ne ſimplices huiuſmodi cantibus traherētur, inſtituit ſuum populū vt & ipſi nocturnis occuparentur Hymnis, vt & illorum obſcuraretur opus & fidelium profeſſio firmaretur.Studium ergo Ioannis valde vtile,cum turba periculiſque finitum eſt. Nam cum clarioresHymni Homouſianorum noctu apparerent(fecerant enim etiam cruces argenteas,quæ cum argenteis cereis portabantur,expenſas ad hæc Eudoxia Auguſta pbente)tum Arriani zelo tracti, vſque ad cædem inſurgunt. Vna ergo nocte,facta congreſſione,lapide in fronte percuſſus eſt Briſon,Eunuchus Auguſtæ, qui ad Hymnos exercendos fuerat deputatus:ſed etiam quidam ex populo vtriuſque partis extincti ſunt.Ex his motus imperator, prohibuit Arria
8 nos Hymnos publice decantare.Sed & quælibet hæreſis † per ſe rebellio eſt,etiamſi nullus ex ea tumultus oriatur. Nam hoc ipſo,quod Catholicæ doctrinæ aduerſantur hæreſes, ſimul etiam qui eas amplectuntur,Catholicæ Eccleſiæ, & eorum qui illi præſunt,obedientiam abiicere intelliguntur. Sæpe etiam accidit,vt inter ſe quoque hæretici, propter diſſimilitudinem falſorum dogmatum,diſſentiant: Immo & vna ſæpe hæreſis in multas & diuerſas partes ſciſſa, ipſa ſibi aduerſetur,vt dicit Euſe.li.5.c.13. Ruffinus in Eccleſ. hiſt. libro x. c. 25. Quales fuerunt Martionis, Arrij,& quorundam aliorum ſectæ,vt in libris noſtris de hæreticis demonſtrauimus.Quanquam raro ex hac cauſa ad ſeditiones inter ſe perueniant nimirum eo ſpectantes,vt quantumlibet inter ſe diſcordes,Catholicam magis Eccleſiam,quam ipſæ ſe inuicem perſequantur.Etſi enim capitibus diuiſæ ſunt:tamen caudas habent colligatas,de vanitate in idipſum conuenientes, vt inquit Innocentius papa.c.excommunicamus.de hęreticis.Perſimiles.ſane vulpibus Sanſonis, quæ vultibus quidem diuerſæ, caudis vero colligatę, igne ſuppoſito, ad incendendas Philiſtinorum ſegetes immiſſę fuerunt.Iudic.c.15.Quā nimirum figura recte ſignificatur, hæreticos omnes ſimul ad deſtructionem quidem bonorum fructuum conuenire: ſecum vero in doctrina diſcordare,vt pulchre alibi docet, pius iuxta & doctiſſimus Ambroſius Catharinus,Epiſcopus Minorienſis,lib.1.de conſyderatione,& iudicio pręſentium temporum.c.13. Ad al
9 terum autem genus referuntur ſeditiones, † quę inter Gentiles & Chriſtianos oriuntur. Qualis eſt, quam idem Socrates in Tripartita.l.6.c.8.commemorat.Erat,inquit,locus quidam in ciuitate antiquis temporibus deſolatus atque neglectus, multaque ſorde completus:hic Pagani olim deo Mithrę ſacrificantes,homines immolabant. Quem locum Conſtantinus quaſi vacantem Eccleſię Alexandrinę conceſſerat. Hic Georgius(is erat Chriſtianorum Epiſcopus)volens oratoriū extruere,locum repurgari faciebat.Quod dum fieret,inuentū eſt illic Adytum in multa profunditate conſtructum, in quo Paganorum myſteria celebrabantur.Erant enim ibi caluariæ hominum plurimę,maiorum pariter & infantium, qui peribebantur illic extincti,vt ex eorum viſceribus artes Magicas exercerent.Hęc igitur Chriſtiani reperientes in Adyto Mithrę ſtuduerunt ad irriſionem Paganorum vniuerſis hęc facinora reſerare,diuulgabantque capita hominum,quę compererāt.
10 Hęc Alexandrię Pagani videntes,†& opprobrium non ferentes,ira ſuccenſi ſunt,& omne quod ad pręſens inuenerunt arma iudicantes,impetu contra Chriſtianos facto,multos interemerunt,alios gladijs,alios fuſtibus aut lapidibus,alios funibus ſtrangulantes,quoſdam etiam crucifigentes ad ſacrę crucis iniuriam,plurimos diuerſis vulnerib.affligentes. Et ita factum eſt,vt neque proximis parceretur,ſed Philoſopus Philoſphum percuſſit,& frater fratrem,parentes filios, & inuicem in mutua nece graſſati ſunt.Quamobrem Chriſtiani eūdem locum purgare quieuerunt.

Sed nec longo poſt tempore alia eiuſdem generis,& ex eadem fere cauſa,excitata fuit ſeditio,vt in hiſt.Trip.li.6.capit.9.
11 †Mortuo enim Conſtantino Imperatore, ſub quo, quę iam narrata ſunt,perpetrata fuerant, populus Paganorum impetu facto in eum,quem dixi Georgium,vinculis eum alligauerūt,quem paulo poſt venientes ad carcerē,peremerūt,eiuſq; cadauer imponentes Camelo, a mane vſque ad veſperam per totam traduxerunt ciuitatem,& circa ſerum diei concremauerunt.

Nec diſſimilis huic ſub Theodoſio imperatore in Alexan-
12 dria nata eſt ſeditio,†quam ad hunc modum narrat idem Socrates,apud Caſſiodorum in Tripart.lib.9.c.27.cui eo quoque maior fides adhibenda eſt,quia ſuo tempore,quę commemorat,acciderunt.Pręceperat,inquit,Imperator,vt opera Theophili in Alexādria Paganorum templa deſtruerētur.Theophilus poteſtate præcepta ſtuduit Paganorū deſtruere myſteria, & tēplū quidem Mithræ purgauit, Serapidis vero ſubuertit. Verum Mithrę ſacra, vbi homicidia perpetrabant, publice patefecit.Serapidis autem & aliorum riſu plena monſtrauit,

iubeas

Digitized by Google

iubens p mediam plateam portari verenda, quę Pagani cum maximo honore venerabantur. Hæc Pagani videntes, maxime Philoſophi, iniuriam ferre nequiuerũt. Vno namq; impetu contra Chriſtianos facto, neces innumeras perpetrarunt, reſiſtentibusque Chriſtianis, clades hęc uſque ad immenſum bellum proceſſit. Mortui denique ſunt in ea cõgreſſione Paganorum pauci, Chriſtianorũ uero plurimi, ex vtraque parte innumeri vulnerati. Porro Pagani metu principis poſtquam cęde fuerant ſaciati, per loca ſingula celabantur, multi quoque etiã de ciuitate fugerũt. Inter quos Helladius Ammoniuſq; Grammatici, apud quos ego ualde puer Conſtantinopoli legi. Et Helladius qdẽ Sacerdos Iouis eſſe diceba tur: Ammonius vero Simiæ. His ita geſtis, Theophilo in deſtructione templorum auxilia ſubminiſtrabãt, prefectus Alexandriæ, & Dux ordinis militaris. Idola autem Idoleiorũ conflabantur ad faciendas ollas, & ad Alexandrinæ Eccleſiæ diuerſos vſus, cui ab Imperatore donati fuerant dij ad expenſas egentium. Cum igitur Theophilus omnes contriuiſſet Deos, vnum tantummodo reliquit Simiæ ſimulachrum, †iubens id
13 publice proponi atque ſeruari, ne ſequenti tempore Pagani negarent, tales ſe adoraſſe deos. Quam rem noui ego grauiter tuliſſe Ammonium Grammaticum, dicentem, Paganos nihil tam graue perpeſſos, niſi quod non conflatum eſt & ipsũ: ſed pro deriſione vnum illud Idolum ſeruaretur. Helladius autem gloriabatur, dicens. Quod in congreſſione Chriſtiano
14 rum, nouẽ ipſe peremiſſet. Sed Iudæi †ſemper Chriſtianis propter religionem fuerunt infenſi, propter quod & varias aduerſus eos ſeditiones, eaſdemque atrociſſimas concitarunt, & varias iniurias eis intulerunt. Qualis eſt, quam idem Socrates in Tripartita. lib. 11. c. 12. ex huiuſmodi fere cauſa ortã eſſe ſcribit. Iudæi, inquit, cum eſſent ſemper Chriſtianis infenſi, Horoſte præfecto Alexandrię feſtiuitatem quandam, quam Politiam vocant, in Theatro celebrante, vbi & aderant quidam fautorum Cyrilli, tum Epiſcopi Alexandrini, inter quos & Hierax Doctor Puerilium literarum, & Cyrilli auditor: videntes in Theatro Hieracem Iudęi, clamabant aduerſus eum, p propter nihil aliud veniſſet, niſi vt in Theatro ſeditiones inter populos excitaret. Quibus fauens Præfectus, arreptũ Hieracem publice fecit in Theatro agi verberibus. Cyrillus vero
15 †cõuocatis Primoribus Iudæorum, admonuit, ne cõtra Chriſtianos ſeditiones vlterius excitarent. Porro turba Iudæorum hoc paruipendens, in atrociſſimam aduerſus Chriſtianos cõuerſa eſt ſeditionẽ, in qua & plurimi Chriſtiani trucidati fuerunt; de quibus tãdem vindictam ſumens Cyrillus, in Synagogas eorum irruit, & illas quidem abſtulit, Iudæos autẽ expulit ciuitate, eorumque ſubſtantiam diripere populo imperauit. Hocque modo iudæi a temporibus Alexandri Macedonis illam habitantes vrbem, tunc nudi prorſus expulſi ſunt, & per ſingula loca diſperſi.

16 Idem de alia ſeditione † Iudæorũ aduerſus Chriſtianos, in hunc modum ſcribit Trip. lib. 11. cap. 13. poſt modicum vero tempus, inquit, Iudęi rurſus illicite contra Chriſtianos agẽtes, puniti ſunt in loco, qui dicitur Meſtar, poſito inter Chalcidẽ & Ancyram Syriæ. Hic itaque Iudęi conſueta quędam ludicra celebrantes, per ebrietatem accenſi, inter alia Chriſtianis, ipſique Chriſto derogare cęperunt: illudentes Cruci, & ſpem in eo qui eſt crucifixus habentibus. Compræhendentes enim
17 infantulum Chriſtianum †alligatum cruci ſuſpenderunt, & primum quidem deludebant & irridebabt eum, poſtea vero correpti væſania, ipſum infantulum verberibus peremerunt. Ob hoc ergo dira cõgreſſio inter eos atq; Chriſtianos exorta eſt. Quod cum princeps cognouiſſet, prouinciarum iudicibus mandatum eſt, vt huiuſmodi quærerentur: & authores, & punirentur: & hoc modo dignam vltionem malitiæ ſuæ recepe runt.

Quin illud Iudæis & Paganis peculiare fuit, vt omnium ſeditionum cauſam & culpam in Chriſtianos transferrent, ẽtſi aliis ex cauſis excitarunt: Sicut Iudæi Chriſtum ipſum ſeducto rem turbarum appellarunt. Ioã. 7. Et Tertullus Paulum Apoſtolum coram Felice Præſide accuſans, Act. 24. Inuenimus, inquit, hunc hoiem peſtiferum, & concitantem ſeditiones omnibus Iudæis in vniuerſo orbe, & authorem ſeditionis ſectæ Nazarenorum.

18 Et Iulianus † ille Apoſtata Imperator, Chriſtianis ĩterdixit peregrinis, ne venirent Cyzicũ credens, quod religionis cauſa excitarent ſeditiones. Tripar. lib. 6. c. 27. Et idem Iulianus Epiſcopos præcepit ciuitatib. expellere, quaſi turbas facerent in populo, vt in ead. Trip. li. 6. cap. 28. inter quos cum Titum quoque Boſtrenſem Epiſcopum expellere iuſſiſſet, & ob id Titus libellum principi obtuliſſet, in eo conteſtatus, quod inimica inter ſe eſſet turba Paganorum, & Chriſtianorum, & ſuadente Chriſtianos a ſeditione quieſcere. mperator per hanc occaſionem Tito inimicitias commouere ſtudens, Boſtrenſib. ſcripſit. Titum eorum accuſatorem fuiſſe dicendo, ipſius monitis non ſua voluntate populum a ſeditione ceſſaſſe, propter quod & populo, vt eũ velut hoſtem expellerent, ſuadebant.

De ſeditionibus, quæ a populo ob Religionem in diuerſas partes ſciſſo, propter alterutrarum partium Doctores & Prælatos concitantur.

SVMMARIVM.

1 *Populus propter diuerſa religionis ſtudia interdiuerſas partes ſcinditur.*
2 *Seditio propter Ioannem Chryſoſtomum excitata qualis fuerit, non ſemel, ſed iterum. num. 3.*
4 *Tumultus Conſtantinopolitanus propter Macedonum Epiſcopum catholicum.*
5 *Seditio Arrianorum Leontio Arriano Antiochenam eccleſiam gubernante. & nu. 6.*
7 *Seditio inter Arrianos & catholicos apud Mediolanum pernicioſa.*
8 *Seditio apud Antiochiam inter Arrianos & catholicos orta.*
9 *Seditio inter Gaianitas & Theodoſianos.*

CAP. XI.

IAm & multarum ſæpe ſeditionũ cauſa fuerunt diuerſa populi ſtudia & affectus, quib. erga Magiſtros & prælatos diuerſarum Religionum afficiuntur. Nam ita fere fit, vt quemadmodum propter diſſimilitudinem dogmatum & rituum, Religio ipſa diuiditur †ita populus quoque propter diuerſa Religionis ſtudia, in diuerſas partes ſcindatur, & quam quiſque Religionem & ſectam ſequitur, eius quoque Doctorem colat, atque veneretur, impugnatorem vero hoſtili mente perſequatur. In huiuſmodi enim diſſenſionibus, non ſolum Eccleſiæ præſules ratiocinationibus inter ſe certant: ſed etiam populus ipſe diuiditur. Alij nãque illi, alij iſti conſentiunt, vt de Alexandro Conſtantinopolitano, & Euſebio Nicomedienſi, & quibuſdam aliis Epiſcopis contraria fidei dogmata aſſerẽtibus, Eccleſiaſticæ tradunt hiſtoriæ. vt Trip. li. 1. c. 17.

Ac primum quidem ad hoc genus referuntur ſeditiones, quę ad vindicandas iniurias, alteutrarum partiũ prelatis illatas, excitantur.

2 Qualis ſane fuit †quæ Io. Chryſoſtomo a quibuſdã aduerſę partis Epiſcopis damnato, ac deinde a principe quoque ipſo in exilium acto, a populo concitata fuit, de qua ita ſcribit Socrates in Trip. l. 10. c. 13. His, inquit, ita præparatis, cõueniẽtes Epiſcopi in ſuburbano Chalcedonenſi, quod Rufini nomine vocitatur, vbi eſt ĩ honorem Petri & Pauli Apoſtolorũ Baſilica conſtituta, euocauerunt Ioannem, ſatisfacturum pro quibus accuſabatur, iuſſeruntque, vt cum eo venirent Serapion, & Tigrius eunuchus Presbyter, & Paulus Lector: Iſti. n. ſimul accuſabantur. Cunque Ioannes euocantes velut inimicos refugeret, vniuerſalem Synodum fieri proclamauit: At illi nihil morati, quater eum euocauerunt. Qui cum noluiſſet occurrere, ſed Synodum fieri proclamaret, damnauerunt eum, in nullo culpãtes, niſi quod vocatus noluiſſet obedire. Cunque hoc fuiſſet circa veſperam nunciatum, populus ad maximam ſeditionem excitatus eſt, & noctu cõcurrentes, eum trahi ab Eccleſia non ſinebant, ſed clamabant, vt apud maius Concilium de eo agitaretur examen. Porro iuſſio principis vrgebat, velociter eum eijci, & in exilium deportari. Hoc cognoſcens Ioannes tertio damnationis die, circa meridiem ſeipſum populo ignorante cõtradidit. Cogitabat enim ne vlla propter illum ſeditio naſceretur: & ille quidem in exilium ducebatur. In populo autem ſeditio enormis eſt exorta ita, vt etiam multi inimicorum eius miſericordia mouerentur, dicentes, eum calumniam paſſum, quem paulo ante deſiderabant videre depoſitum. Cęterum populo in huiuſmodi ſeditione diſcurrente, & ad ipſa Regalia proclamante, idem
3 oannes denuo ab exilio reuocatus eſt. Auguſta † ſi quidem Eudoxia permota, rogauit imperatorem, vt eum reuerti prę-ciperet, quo reuertente, & populo contendente, vt in Epiſcopali ſede ſederet, & orationem pacis præberet. Cum coactus ſermonem ad populum feciſſet, alia ſubinde inter Conſtantinopolitanum populum & Alexandrinũ ſuborta ſeditio eſt. Finito ſi quidem ſermone, Theophilus Alexandrinus Epiſcopus, inimicus Io. Chryſoſtomi, quęſtionem de ordinatione Heraclidę contra eum mouit, vt Ioannẽ huius rei occaſione deponeret. Verum Heraclides non aderat, iudicabatur autem velut preſens, quaſi quoſdam iniuſte cædiſſet, catheniſque vinctos miſiſſet in pompã Epheſi per mediã ciuitatẽ. Cunque pars Ioannis diceret, auditorium debere iuſte conſti

Digitized by Google

tui, Alexandrini contendebant, vt Heraclidis accuſatores ſuſciperentur. Hinc ergo ſeditio & cædes inter Conſtantinopolitanum populum & Alexandrinum vehemens eſt exorta, ob quam rem plurimi vulnerati, pauci etiam mortui ſunt, vt in Tripartita tradit Socrates, li. 5. c. 14. Similis Conſtantinopoli
4 tumultus † propter Macedonum catholicum Epiſcopum ſub ortus eſt, quem cum Imperator Anaſtaſius, Calcedonenſem Synodū anathematizare detrectātem, iniurijs affeciſſet: multitudines cum mulieribus & liberis, Abbatibuſque Orthodoxorum Monachorum congregatæ, conclamarunt. Tempus Martyrij Chriſtiani: ne derelinquamus patrem noſtrum iniurijs laceſſere Imperatorem ſatagentem, vt Manichæum, & indignum Imperio. Quæ ſeditio eo creuit, vt Imperator oſtia palatij claudere, & naues præparare ad fugiendum cogeretur. Author Nicephorus. Eiuſdem fere generis ſunt ſeditiones, q̄ mortuis aut depoſitis alterutrarum partium prælatis, ſuborniū tur. Fit enim ſæpe, vt ſeditiones quæ viuentibus diuerſarum religionum Epiſcopis quaſi ſub cineribus ſepultæ occultantur, iiſdem mortuis ſubito erumpant & in apertum producantur.
5 Quod Leōtio Arriano, † Antiochenam Eccleſiam gubernāte, accidit. Quippe quo viuente, & ſi Arriani & catholici in dicendis Hymnis diſſentientes, illi quidem gloria Patri & Filio, velut æqui honoris gloriam dicebant, hij vero Patri in Filio per interpoſitionem præpoſitionis Filium ſecūdum eſſe monſtrabant, nec tamen tumultum aliquem mouebant: Tamen eo mortuo, quæ antea latuerat, ſubito commota fuit ſeditio quod & ipſe viuens diuinauerat. Nam tangēs caput ſuū iā canū, dixiſſe fertur. Hac niue ſoluta lutū coget immenſum. Tri. li. 4. c. 35. Omniū aūt maxime in electionib. huiuſmodi ſeditiones fiunt, in quibus ſcilicet pro diuerſo partiū ſtudio & fauore, diuerſa etiam ſuffragia in perſonas diuerſarum religio
6 num conferuntur. Sic mortuo Alexandro, † Conſtantinopolitanæ Præſulæ Eccleſię, cum populus in duas diuiſus eſſet partes, alijque defenderēt Arrianum dogma, alij vero Nicæni decreta Concilij: Arriani Macedonium, Catholici Paulum Catholicum elegerunt Epiſcopos. Ex qua diſſenſione orti ſunt non parui tumultus & ſeditiones. vt in Tri. libro. 4. c. 22. Nam propter Macedonium Conſtantinopoli ortum eſt inteſtinū bellū, cum multi ſanguinis effuſione, qua re motus Conſtātinus imperator, & ipſe Arrianus, Paulum Eccleſia pepulit, vnde alia excitata ſeditio eſt. Quippe Hermogene magiſtro militum ad hoc ab Imperatore deſtinato, Paulum manu militari expellere conante, Catholici ei reſiſtentes, eius domum incenderunt ipſumque trahentes, interemerunt, Trip. lib. v. c. 32. Arriani vero Paulum tanquam ſeditionis authorem, ad periculum vſque mortis perduxerūt. Quin & Macedonius ipſe, vicinas Conſtantinopolitanę vrbis prouincias & ciuitates ſeditionibus turbauit, affligens eos, qui ei aſſentire nolebant, non ſolum Orthodoxos, ſed etiam Nouatianos, propterea quod Conſubſtantialitatis nomen recipiebant Ruff. li. 11. Ec. hiſt. c. 11. Tri. li. 7. c. 8. Sic apud Mediolanū, mortuo Auxentio
7 Arriano Epiſcopo, diſſenſio grauis, † & periculoſa ſeditio inter Catholicos & Arrianos orta fuit, vt exitium etiam vrbi, niſi mitigaretur, parare videretur. Nam Arriani Auxentij ſecta ſimilem ſibi fieri concertabant: rurſum Orthodoxi ſui dogmatis nitebātur habere Epiſcopum. At ea ſeditio diuo Ambroſ. in Epiſcopum electo, facile ſedata fuit, non ſolum quia multa antea ſecundum leges & publicam diſciplinam, pro quiete & tranquillitate publica orauerat: ſed etiam quia populo poſtulante, Epiſcopus ordinabatur: Cuius vnius authoritas, qua apud populum valebat, tantum effecit, vt animi diſſentientes ſubita quadam conuerſione in vnum conſenſum
8 vnamque ſententiam, fuerint reuocati. Similis ſeditio † apud Antiochiam orta eſt. vt in hiſto. Trip. li. 2. c. 25. Euſtachio Catholico Epiſcopo per calumniam Arrianorum depoſito. Nam in electione Epiſcopatus, tantus ignis accenſus fuit, vt pene ciuitas vniuerſa periclitari videretur, nimirum populo in duas partes diuiſio, alijs quidem Euſebium Paleſtinę transferri contendentibus: alijs autem poſtulātibus, vt Euſtachius reuerteretur. Erat. n. in vtraque parte & populus ciuitatis, & militaris manus, & tanquam aduerſus hoſtes ita cuncti mouebantur, vt pene vſque ad gladios peruentum fuerit. Quin propter ipſas etiam translationes Epiſcoporum, ſæpe tumultus & ſeditiones excitantur: quas vt euitarent, veteres etiam lege Canonica ſanxerunt, vt in concil. Carth. Sexti. c. 15. vt ne de ciuitate in ciuitatem, nec Epiſcopum, nec Presbyterum, nec Diaconum, transferri liceret. Sic & Gaiano Alexādrino
9 Epiſcopo † iuſſu Theodoræ Auguſtæ depoſito, vt ſcribit Liberatus in Breuia. c. 20. & a Narſete in exilium miſſo, ac Teodoſio in eius locum ſuffecto, magna ſeditio orta fuit, paucis quidem Theodoſio communicantibus, maiore autem parte populi pro Gaiano pugnante. In qua multi occiſi ſunt, non ſolum ciues, ſed etiam milites, mulieribus etiam in milites graſſantibus: De ſuperioribus enim domorum iactarunt ſuper milites, quicquid manibus occurrerat. Quo ſchiſmate ciuitas ipſa longo etiam poſt tempore diuiſa fuit, vt alij Gaianitę, alij Theodoliani in ea vocarentur: Id eſt, Phātaſiaſtæ & Corrupticolę, a duabus videlicet ſectis ita appellati, quas Seuerus & Iulianus introduxerant, vt refert Liberatus in Breuiar. c. 19. quorum ille corpus Chriſti corruptibile: hic vero incorruptibile eſſe affirmabat. Hij igitur veniētes in multitudine, ciuitatis Eccleſiam illam diuiſerunt, & illos quidem fecerunt Corrupticolas: incorruptibilitatis autem aſſertores, Phantaſiaſtas appellari.

De ſeditionibus, quæ propter negligentiam eorum, qui præſunt rebus publicis, oriuntur.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia eorum qui Reſpublicas adminiſtrant multarum ſæpe ſeditionum cauſa fuit. & exemplis comprobatur nu. 2. & 4.*
4 *Hæreſes & ſchiſmata ex negligentia prælatorum oriuntur.*
5 *Hæreſis Arriana Conſtantini diligentia in conſilio Nicæno damnata & ſuppreſſa negligentia, Conſtantii in immenſum aucta totam prope vrbē turbauit atque deuaſtauit.*
6 *Mahumeti ſecta ex reliquiis Arrianæ hęreſis orta eſt.*
7 *Hæreſis Euthichiana negligentia Theodoſii iunioris vires aſſumpit.*
8 *Hæreſis Huſſitica in Bohemia Huuentzeslai negligentia nata quantum robur acceperit.*
9 *Conciliorum intermiſſio occaſionem hæreſum præbent.*
10 *Seditiones oriuntur propter facilitatem & negligentiam principum ſecularium in his rebus, quæ ad prophanarum rerum adminiſtrationē pertinent, quod exemplis comprobatur.*
11 *Seditiones omnium maximæ oriuntur ex negligentia in coercendis ſubditorum delictis.*
12 *Seditio inter tribum Beniamin, & alias tribus vnde orta ſit.*
13 *Seditiones aliquando ex populi negligentia oriuntur.*

CAP. XII.

1 IAm & negligentia † eorum, qui Reſpu. adminiſtrant multarum ſæpe ſeditionum cauſa fuit. Eſt autem negligentia earum rerum, quę ad vniuſcuiuſque officium pertinent, prætermiſſio. Quemadmodum in ordine Eccleſiaſtico Pontifices, & prælatos recte negligentes appellabimus, qui nec honeſtam, & ordini ſuo conuenientem vitam ducunt: nec oues ſibi commiſſas, quo minus a lupis in ouile irrumpentibus diripiantur, curant & cuſtodiunt. Nec verbo Dei & Sacramentorum pabulis reficiunt, & mercenarijs magis, quam fidelibus paſtoribus, eas paſcendas committunt. Sic & prophanos Magiſtratus negligentes vocabimus, qui nec iuſte & honeſte viuunt ipſi, nec ſibi commiſſis ſubditis iuſtitiam adminiſtrant: Id eſt, non id curant, vt ſuum cuique tribuatur pro cuiuſque dignitate, & vt honeſte viuatur, & ne cui noceatur, ſed communi vtilitati ſeruiatur: Et ne boni a malis opprimantur. Tum curam etiam adminiſtrationis ſuæ, ſæpe peſſimis etiam hominibus committūt, vt ab his regi potius quam regere ipſi videātur. Quales olim inter Romanos principes fuerunt, vt dicit Cornel. Tacit. Sueton. in
2 Sergio Galba referente, Tyberius, † qui ſe atque Rempublicam vnius Seiani hominis facinoroſiſſimi permiſit. Et Sergius Galba trium arbitrio regi ſe paſſus eſt: Iunii, Legati eius in Hiſpania cupiditatis immenſæ: Cornelii Laconis, arrogantia ſocordiaque intolerabilis, & Iceli Liberti. His enim diuiſo vitiorū genere graſſantibus, adeo ſe abutendū permiſit, & tradidit, vt vix ſibi ipſi conſtaret: modo acerbior partiorq;, modo remiſſior ac negligentior, quam principi conueniret.
3 Et Honorius † Imp. vt ſcribit Paul. Diac. li. 13. Re. Ro. eadem facilitate, ne dicam leuitate, Reipu. moderationem Ruffino, Malzezari, & Stiliconi concredidit, qui quanta apud principē autoritate valuerint. Panegyrici Claudiani poetæ in ipſos cōpoſiti declarant. Sed quanto maiora a principe beneficia acceperunt, tanto deinde in ipſum facti ingrati, grauiores pœnas perpenderunt. Siquidem Ruffinus, cui Orientalis aulæ a Theodoſio Honorij patre cura commiſſa fuerat malo, perfidiæ deprauatus, cum barbarorum ſolatijs regnum tentaret inuadere, morte iuſtiſſima pœnas luit. Malſceltzer rerum ſecundarum inſolentia tumens, quia Eccleſiam Dei temerare auſus fuerat, ex qua quoſdam non dubitauit extrahere, ſcrilegij pœnam paſſus, poſt aliquantulum temporis & ipſe perijt. Stilico quoque Occidentis tutor Imperij, immemor collatorum in ſe a principe beneficiorum, immemor item affinitatis (nam ſocer erat Honorij) regnum & ipſe Eucherio

Digitized by Google

rio affectans filio, in gentia Reipu. intulit mala, propter quod & ipse miserabilem exitum sortitus est. Possem & alia huius rei veterum, & quædam ēt non ita procul a memoria nostra remota exempla afferre, sed quæ malo historiarum studiosis & præsentium quoque temporum obseruatoribus inquirenda relinquere. In his igitur & similibus reb. qui inertes & desides sunt, eos nemo dubitat officiis suis deesse, atque ob id merito etiam negligentes appellari. Nam quod ad Ecclesiasticos attinet, non implent, quam eis Apostolus imponit curā, dicens. Act. 20. Attendite vobis & gregi uestro, in quo uos Spiritus Snact. posuit Episcopos, regere Ecclesiam Dei, quam acquisiuit sanguine suo. Sic nec prophani Magistratus præstant quod scriptura eos admonet. Hier. 22. Diligite (inquiens) iustitiam, qui iudicatis terram. Et iterum. Facite iudicium & iustitiam, & liberate vi oppressum de manu calumniatoris, & aduenam, & pupillum, & viduam, nolite contristare, neque oprimatis inique. Sed nec eorum negligentiam dissimulat scriptura, si quidem negligentes sacerdotes arguens Propheta. Ezech. 13. Non ascendistis, inquit, ex aduerso, neque posuistis vos murum pro domo Israel, vt staretis in prælio in die Domini. Et ad Reges, Principes, & Magistratus prophanos dicit. Sapient. 6. Prębete aures vos, qui continetis multitudines, & placetis vobis in turbis nationum. Quoniam data est a Domino potestas vobis, & virtus altissimo, qui intetrogabit opera vestra, & cogitationes scrutabitur: quoniam cum effetis ministri regni illius non recte iudicastis, nec custodistis legē iustitiæ, neque secundum voluntatem Dei ambulastis. Horrende & cito apparebis, quoniam iudicium durissimum in his quę pręsunt, fiet. Exiguo enim conceditur misericordia, potentes autem potenter tormenta patiuntur.

Primum igitur ad hoc genus pertinent seditiones, quas ex controuersijs religionis nasci paulo ante demonstrauimus. Cuiusmodi sunt hæreses & schismata, & quæ ex his excitan-
4 tur, turbæ & tumultus. Nam inde hęreses† & schismata oriūtur, iuxta parabolam Euangelicam; Matth. 13. Quia dormiētibus Prælatis, & & ea quæ, & ad diligentem culturā agri Dominici pertinent, negligentibus, venit inimicus diabolus, & superseminat in medio tritici, id est, Catholicorum zizania, quæ sint hæreses & schismata, vt sancti patres interptetantur.
5 Sicut enim Arriana hæresis, † vt Constantini principis diligētia in Concilio Nicæno damnata atque suppressa fuit: Ita negligentia Constantii in immensum aucta, totum prope orbem turbauit, atque deuastauit. Ex cuius reliquijs, longo post
6 tempore pernicioſsima quoque Mahumeti † facta orta est, quę & ipsa hodie magnam orbis partē detinet. Sic Eutichia-
7 na hęresis† negligentia Theodosii Iunioris, in Concilio illo Latrocinali Ephesino Secundo (Sic enim a diuinissimo Leone appellatur) tantum uirium collegit, vt & si diligentia Martiani Imperatoris in Concilio Chalcedonensi postea sopita fuerit, tamen multo post tempore, quantalibet succedentium Patrum Principum diligentia & prudentia radicitus extirpari non potuerit. Quippe quæ ad Iustiniani vsque tempora durauit, qui & ipse vna cum coniuge Theodora ab initio Eutichiani fuerunt, vt Ecclesiasticę tradunt hi
8 storiæ. Et Vuentzeslai negligentia Hussitica hęresis† in Bohemia, non solum nata, sed ita etiam confirmata est, tantumq; roboris accepit, vt tametsi in Concilio Constantiensi, ante annos plus minus centum & triginta, damnata fuerit, tamen hodie etiam maiorem Bohemici Regni partem occupet, q̄ & ipsam nostris temporibus (incertum pontificum, ne an prīcipum negligētia) denuo recrudescentem, non solum in Germania, sed in cæteris etiam Christiani orbis Regnis & Nationibus, quam latissime diffusam ac propagatam esse videmus. Quanquam hæc ipsa, vt cęteræ quoque hęreses & schismata, ad prælatorum magis Ecclesiasticorum, quam sæcularium potestatum negligentiam referri possint. Nam ex eo maxime
9 hæreses & † schismata in Ecclesia oriuntur, quod pōtifices & prælati Concilia tà vniuersalia q̄ localia congregare atque celebrare negligunt. Nam vt hæreses & schismata omnium maxime Conciliorum authoritate extirpantur: Ita eorundem intermissione & nouæ nascuntur, & iam natæ latius etiam propagantur. Ex qua sane causa cum multę aliæ, tum & illa ipsa quam dixi, Hussitica, & antea eam Vuiclephica, hæreses primum natæ, & postea auctę ac propagatæ, & ex his alię quoque subortæ fuerunt, quas vt Conciliorum intermissio olim peperit, ita hodie nil aliud quam Conciliorum quoque au-
10 thoritas abolere potest. Sed & propter facilitatem & negligētiam principum Magistratuum sæcularium, in his rebus, quæ ad prophanarum rerum administrationem pertinent, seditio nes oriuntur. † Cuius rei multa apud historicos extant exempla, sed inter quę magis insigne est, cuius antea quoque meminimus, quod sub Gallieno principe accidit, quo scilicet gubernacula imperij tenente, propter ipsius tum vitę, morūq; prauitatem, tum inertiam & negligentiā, triginta simul Tyranni diuersas imperij prouincias per rebellionē occuparūt. Omnium autem maxime seditiones ex eo oriūtur, quia Magistratus, tam Ecclesiastici quam sęculares, in coercendis subditorum delictis sunt negligentes. Nam generaliter inferiorum culpæ ordinum: ad nullos magis referēdę sunt, quam ad desides negligentesque Rectores, qui multam sæpe nutriunt pestilentiam, dum austeriorem dissimulant adhibere medicinam. c. inferiorum. 86. dis. Quemadmodum in Tribum Beniamin, Iudic. c. 20. & alias Tribus Israel, maxima & eadem cruē
12 ta seditio orta est. Quia Tribus † Beniamin homines suos de Gabaa, propter immanissimum sęclus, quod in vxorem Leuitæ perpetrauerant, punire detrectarunt. Postremo ad idem ge-
13 nus referuntur seditiones, † quę ex populi negligentia oriuntur. Veluti si ad Magistratus & summas potestates in Repub. assumi permittat, qui non sunt amici status eius, per quē Republica gubernatur: Ac per eū modum apud Horeum euersa est paucorū gubernatio per Heradeorum, qui Magistratū nactus, gubernationem ciuitatis, ex paucorum potentia ad popularem statum traduxit, vt Aristo. testatur libro. 5. polic. cpit. 3.

De alijs quibusdam causis seditionum.

SVMMARIVM

1 *Verbum stolidum seditionem parit.*
2 *Seditiones aliquando casu oriuntur.*
3 *Seditio inter duos iuuenes in nuptias eiusdem tendentes.*
4 *Situs ciuitatum aliquando seditionum causa fuit.*
5 *Alexandria quasi fataliter & suopte more fuisse seditiosam.*
6 *Romam fataliter fuisse seditiosam.*
7 *Deus propter peccata nostra seditionibus nos, aliisue persequutionibus affligi permittit.*

CAP. XIII.

SVnt & multæ allæ seditionum causę, quas omnes longum esset enumerare, nos aliquas tātum, quas quotidiana nobis historiarum lectio suggessit, sed promiscue tamen & nullo certo ordine, quatenus ad prędentem tractatum pertinere videbitur, his, quę Aristotelem sequuti, de causis seditionum ordine iam commemorauimus, velut Auctarij vice adijciemus. Ac primum quidem inter militares seditiones q̄dam ob fractam & mutatam fidem eorum, qui ducunt exercitus, oriuntur. Sic militibus Volas oppugnantibus? cum Tribunus militum, eam prędam militis fore edidisset, sed oppido expugnato fidem mutasset, aduersus eum seditio concitata est. Sic & ob eiusdem stolidam & uęcordem acerbius in concione prolatam uocem, magna inter milites oborta seditio
1 est. Nam † Festo Tribuno plebis legem Agrariam ferēti, simul Volas quoque vt mitterentur Coloni laturū se dicēti, tum dixisset. Malum quidem militib. meis, nisi quierint: maximam ea vox in castris indignationem cōmouit. Vnde & Quæstor P. Sestius coercere seditionem volēs, saxo ictus turba excedere coactus est. Et Posthumius ad hunc tumultum accitus, asperiora omnia quęstionibus & supplicijs agens, nec iræ modum faciens, ita militum exasperauit animos, vt Tribunus militum, qui tumultum stolida sua voce excitauerat ab exercitu suo lapidibus cooperiretur. quamquam hęc seditio ad contumeliam etiam referri possit, de qua s̄. diximus. Quia milites ob contumelia sibi affecti videbātur, quod ager Nolanus, quem armis cepissent, eis a Tribuno denegatus videret̄, vt ait Val. Max. li. 9. c. 3. Cui haud dissimilis est, qua exercitus in Fabium Consulem, vt eius imperio reluctaretur, cōmotus est. vt refert Ti. Liuius li. 2. ab ur. cōd. Siquidē memor legem Agrariam ab eo impeditam, cum hostiū copias & tuto, & facile delere liceret, immobilibus persistens, neutiq̄ vincere voluit. Titus Luius, li. i. sec. bel. pu. ex licētia diutino ocio collecta, ait ortam seditionem, eam quam nunciata morte Scipionis, C. Albius Calenus, & C. Actius Vmbrius, sub hoc prætextu commouerunt, q̄ stipendiū non esset militib. ad idē datum. Similem fere, & ex eaqem causa ortā, narrat Cornelius Tacitus li. 1. Augus. hist. sub Germanico. In ea si quidē milites lasciuiæ sueti, laborū intolerātes venisse tps aiebāt, quo Veterani maturā missionē, iuuenes largiora stipēdia, cuncti modū miseriarū exposcerēt sęuitiāq; Centurionū vlciscerēt̄, & eiusdē generis alia multa vociferabantur. Casu quoq; oriūt
2 seditiones † qñ videlicet nulla ītercedēte deliberatione aut cō silio, sed ītidēte iprouiso aliquo casu, ad discordias & tumultus puenit̄. Qualis est, q̄ Socrates in Tripar. li. 5. c. 31. ex hmōi cā subortam esse narrat. Domus (inquit) in qua erat arca, Cō

Digitized by Google

stantini principis corpus habens,ruinam minabatur. Ideoque custodes eius,& qui ad orationem intrabant,erant posi ti sub timore. Macedonius ergo cogitauit imperatoris ossa transferre,ne arcam ruinæ casus comprimeret. Hoc cognoscentes populi prohibebant,dicentes.Non oportere principis ossa transferri,ne quasi exsopiri viderentur. Ob quam rem in duas partes populus est diuisus,alijs dicentibus esse translato mortuo lęsionem,alijs asserentibus esse nephas: cum quibus etiam erant ὁμουσίου defensores. Macedonius autem paruipendens verba contradicentium, transtulit corpus Imperatoris in Ecclesiam,vbi corpus iacet Martyris Achatij. Quo facto, concursus discordantium populorum ad illam venit Ecclesiam,& ad manus vsque peruētū est: ita, vt multi hominum morerentur, & vestibulum Ecclesiæ ac vicina porticus sanguine compleretur. Eiusdem generis est: †quam propter nup
3 tias duorum iuuenū ortā fuisse,ad hunc modū narrat Liuius, li.4.ab vrbe cōdi.Inter duos(inquit)iuuenes vnius virginis nuptias ambiētes,virgo erat Plebeij generis, hanc duo iuuenes vxorem expetiuerunt: alter genere par,tutorib. fretus,qui & ipsi plebeij erāt.Alter nobilis, nulla re prętercą forma puellæ captus,Optimatiū studijs adiutus. Itaq; certamen partium ī domum puellæ penetrauit,matre partes nobilis tuente, quæ quam splendidissimis nuptiis iungi puellam volebat, tutoribus suum defendentibus:Res in iudicium deducta, matris & tutorum postulatis auditis, Magistratus secundum parentis arbitrium,dant ius nuptiarum, pręualuit uis alterius partis. Nam manu facta,virginem ex domo matris rapiunt.Iuuenē alterum copia Optimatium sequitur,quibus cōcurrentibus, fit atrox prælium, pulsa plebs armata ex vrbe profecta,colle quodam capto,in agros Optimatium ferro ignique excursiones facit,vrbem obsidere parat:Optimates in auxilium vrbis obsessę Romanos vocant.Plebs ad expugnandam secum Ardeam Volscos exciuere,quam obsidentibus Volscis,Consul Romanus exercitum contra eos ducens, omnes ad internicionem deleuit,uix nuncijs cædit relictis.Et ad hunc modū ea primum casu excitata,deinde non paruo negocio extincta fuit seditio.Aristoteles,lib.5.pol.c.36. nonnūquam situm
4 ciuitatum,†seditionum causam esse scribit, vt quando talis est locus,vt non ad vnam eandemque gubernationē sit aptus,vt Calzomenijs accidisse ait,qui in Chytro habitant, cōtra eos,qui habitāt in Insula,& Colophonijs erga notios.Et Athenis quoque non eodem modo,sed multo magis populares fuisse,qui Pyęro habitarunt,quam qui in vrbe.Vt enim prælijs transitus fossarum,etiamsi admodum parvę sint,interrumpit ordines militum: Ita in ciuitate dissimilitudo omnis
5 videtur dissensionem facere.Sic de Alexandria † refert Ammianus Marcellinus lib.22. eam quasi fataliter & suopte more fuisse seditiosam:Ita,vt ibi causæ etiam non supperterent, seditionibus crebris agitaretur,& tumultibus. Cui consentit quod Socrates in Tripartita scribit,lib.11.cap.12.Alexandrinorum populum plus quam alias generationes seditionib. deditum fuisse.Appianus,in eo libro,qui Syrus inscribit, narrat Magos Seleuco Regi de fortuna urbis Seleucię a se condendæ consulenti,de die & hora fundamentorum vrbis re-
6 spondisse. Sunt etiam,qui Romā † fataliter seditiosam fuisse tradant,idque mali a prima statim fraterna seditione,Romuli & Remi,in posteros quoque descendisse. Quod Poeta Horatius libro Epodon ode 7. hic carminibus significare videtur.

Quoquo scelesti ruitis? aut cur dexteris
Aptantur enses conditi?
Parum ne campis,atque Neptuno super
Fusum est Latini sanguinis?
Non vt superbas inuidæ Carthaginis
Romanus arceis ureret,
Intactus aut Britannus vt descenderet
Sacra catenatus via:
Sed vt secundum vota Parthorum, sua
Vrbs hæc periret dextera.
Neque hic lupis mos', nec fuit leonibus.
Vnquàm, nisi in dispar feris.
Furor ne cæcus, an rapit vis acrior?
An culpa? responsum date.
Tacent, & ora pallor albus inficit,
Mentesque perculsæ stupent.
Sic est, acerba fata Romanos agunt,
Scelusque fraternæ necis,
Vt immerentis fluxit in terram Remi
Sacer nepotibus cruor.

7 Iam & propter peccata nostra Deus † seditionibus nos, alijsque persequutionibus affligi permittit.c.sciscitaris.7.q.1. Sicut a iudæis ex eo tempore, quo Christum crucifixerunt nunquam seditionum furor recessit,nunquam bella mortes que cessarunt,donec eos vltimum & exitiale malum obsidionis temporibus Vespasiani inclusit. Euseb.lib.3.c.6.Ecclesiast.historiæ.

Nimiam fœlicitatem,esse causam seditionum.

SVMMARIVM.

1 *Fœlicitas nimia est præcipua causa seditionum,& quid fęlicitas dicatur. num.2.*
3 *Respublica quando dicatur esse fœlix.*
4 *Iustitia est vinculum concordię in republica.*
5 *Respublica Romana sub consulibus optima.*
6 *Fęlicitas rempublicam destruit.*
7 *Auaritia & ambitio duo pestes Reipublicæ.*
8 *Fœlicitas falsa in prauis moribus.*
9 *Fęlicitas terrena qua sit.*
10 *Otiosi insuescunt vitiis,quibus milites corrumpuntur.*
11 *Roma norū omnes prope ciuiles dissensiones ex nimia fœlicitate natę sint quod exemplis comprobatur,num.12.*
12 *Bella seruilia vnde nata sint.*

CAP. XIIII.

MVltę & varię à nobis seditionum cāę enumeratæ sunt:sed quæ ad vnā omnes, a qua veluti fonte quodam deriuantur, referendę videntur, ea nimi-
1 rum est nimia fœlicitas. † Nam & luxus, auaritia, ambitio,contemptus,præpotentia,incrementum,negligentia, dissimilitudo,praui mores,atque aliæ eiusdem generis seditionum causæ,ab vna illa,quam diximus, nimia fœlicitate descendunt.

2 Porro fœlicitatem†vocamus,non eam,quę in vsu Iustitię, Prudentiæ,Fortitudinis,Temperantiæ,aliarumque virtutum consistit. Sed quam vulgus ex vniuscuiusque viuendi modo & voluntate æstimat,alijs quidem in voluptate, alijs in diuitijs,alijs in honore,alijs in alijs similibus rebus, fœlicitatem ponentibus.

Etenim quæ prioris generis fœlicitate gaudet Respublica, a discordijs & seditionibus immunis est. Nam ad hunc mo-
3 dum Respublica†tum fœlix esse dicitur, quum res populi bene & iuste geritur,siue ab vno Rege,siue a paucis Optimati-
4 bus,siue ab vniuerso populo.†Iustitia si quidē virtus est, qua concordia, arctissimum atque optimum omnium in Republica vinculum incolumitatis,conseruatur. Cum uero iniustus est Rex, quem Tyrannum appellamus,aut iniusti Optimates,quorum consensus factio esse dicitur,aut iniustus ipse populus quem & ipsum Tyrannum appellare possumus, nō solum non fœlix, sed nulla etiam Respublica esse dicetur. Quia neque res populi esset,quæ non iuste geritur,sed Tyranni factione capessitur.Immo nec populus quidem esset, qui non esset cœtus iuris consensu, & vtilitatis communione sociatus.

5 Ac talis quidem Respublica†Romanorum fuit, primum sub Regibus,ac deinde multo etiam tempore sub Consulib. qua tempestate (vt scribit Sallustius) omnes laudis auidi,pecunia liberales erant.Gloriam ingentem, diuitias honestas uolebant,bonique mores domi militięque colebantur. Concordia maxima,minima auaritia erat,apud quos ius bonumque non legibus magis,quam natura ualebat. Iurgia,discordias,simultates cum hostibus exercebant:Ciues cum ciuibus de virtute certabāt.Duabus his artibus,audacia in bello, vbi pax euenerat,æquitate seque remque publicam curabant.

6 Huic contraria est fœlicitas,†quam posterioribus temporibus Romani in diuersum mutatis moribus constituerunt. Nam(cui idem Sallustius ait)postquam labore atque iustitia Respublica creuit,Reges magni bello domiti, nationes fere & populi ingentes,ui subacti. Carthago,æmula Imperij Romani,a stirpe interijt. Cuncta maria terræque patebant: sęuire fortuna cœpit,qui labores,pericula,dubias atque asperas res facile tolerauerant,ijs ocium diuitięq; optandæ,alijs oneri miseriæque fuere.

7 Igitur cupido†pecunię primo,deinde imperij creuit, ea quasi materies omnium malorum fuere.Nanque auaritia fidem, probitatem,cęterasque bonas artes subuertit:pro his superbiam,crudelitatem Deos negligere,omnia venia venalia habere,edocuit. Ambitio multos mortales falsos fieri subegit, aliud clausum in pectore,aliud in lingua promptum habere. amicitias inimicitiasque,non ex re,sed ex commodo ęstimare,magisque vultum,quam ingenium bonum habere. Hæc primo paulatim crescere,interdum vindicari:post,vbi contra

gio

Digitized by Google

gio quasi pestilentia inuasit, ciuitas est immutata, imperium ex iustissimo atque optimo, crudele intolerandumque factū est: Auaritia & ambitio hominum animos exercebant.

Postquam igitur diuitiæ honori esse cœpere, & eas gloria, imperium, potentia, sequebātur: hebescere uirtus paupertas probro haberi, innocentia pro maleuolentia duci cœpit. Igitur ex diuitijs iuuentutem luxuria atque auaritia cum superbia inuasere, rapere, consumere, sua paruipendens, aliena cupere, pudorem, pudicitiam, diuina atque humana promiscua nil pensi atque moderati habere. His igitur moribus infecta
8 Respublica, †quid mirum, si aliam quoque cum his consentientem fœlicitatem, si modo in sceleribus fœlicitas esse potest, proponēdam sibi putauit. Sed age audiamus iam qualis omnino sit ista fœlicitas, cuius imaginem ad hunc fere modum referunt, qui eam colunt, vt scribit Augustinus, lib. 2. c. 20. de ciuit. Dei. Nullo modo curamus, inquiunt fœlices illi, pessimam ac flagitiosissimam non esse Rempublicam: Tantum stet, tātum floreat copijs referta, victorijs gloriosa, vel q̄ est fęlicius, pace secura sit. Et quid ad nos? Immo id ad nos magis pertinet, si diuitias quisq; semp augeat, quę quotidianis effusionibus suppetant, per quas sibi etiam infirmiores subdat quisque potentior. Obsequantur diuitibus pauperes causa securitatis. atque vt eorum patrocinijs quieta inertia perfruantur, diuites pauperibus ad clientelas & ad ministerium sui fastus abutantur. Populi plaudant non Consultoribus utilitatū suarum, sed voluptatem largitoribus. Non iubeātur dura, nō prohibeantur impura. Reges non curent quam bonis, sed q̄ subditis regnent: prouinciæ Regibus nō tanquam rectoribus morum, sed tanquam rerum dominatoribus, & delitiarum suarum prouisoribus, seruiant, eosque non synceriter honorēt, sed nequiter ac seruiliter timeāt. Quid alienæ uitæ potius, quam quis suę uitæ quisque noceat, legibus aduertatur. Nullus ducatur ad iudices, nisi qui alienæ rei domui, saluti, vel cui quā inuito fuerit importunus, aut noxius. Cæterum de suis, vel cum quibuscunque volentibus, faciat quisque quod libet. Abundent publica scorta, vel propter omnes, quibus frui placuerit, vel propter eos maxime, qui habere priuata non possunt. Extruantur amplissimæ atque ornatissimæ domus, vbi opipara conuiuia frequententur, vbi cuique libuerit, & potuerit, die noctuque ludatur, bibatur, uomatur, defluatur.

Saltationes vndique concrepent, theatra inhonestæ lætitiæ vocibus, atq; omni genere, siue crudelissimę, siue turpissimę voluptatis exæstuent. Ille sit publicus inimicus, cui hæc fœlicitas displicet. Quisquis eam mutare vel auferre tentauerit, eum libera multitudo auertat ab auribus, euertat a sedib. auferat a viuentibus. Illi habeantur Dij veri, qui hanc adipiscendam populis procurauerint, adeptamque seruauerint. Colantur vt voluerint, ludos exposcant, quales uoluerint, quos cum suis, vel de suis possunt habere cultoribus, tantum efficiant, vt huic fœlicitati nihil ab hoste, nihil a peste, nihil
9 ab vlla clade timeatur. Hęc est igitur fœlicitas † illa, ad quam omnes seditionum causas referri dicebamus, & id non omni no mala ratione. Nam quę isto modo fœlix est Respublica, diuitijs quidem abundat, in ocio delitiatur, voluptatib. indulget, victorijs gloriosa, & ab hoste externo secura dominatur: Verum his rebus ciuium moliti atque corrupti animi, in ea vitia prolabantur necesse est, quibus discordiā, contentiones, & seditiones prouocantur. Etenim voluptatem luxus, luxum auaritia, auaritiā iniqua lucra & ambitio, & quę sunt reliqua eiusdem generis comitantur, ex quibus enasci seditiones, supra demonstrauimus. Sed & ocium & securitatem, multa mala sequuntur.

10 Et in primis vitiis †insuescunt, qui in ocio degunt. Quemadmodum exercitus L. Syllæ, quem in Asia ductauerat, vbi loca amœna, voluptaria, feroces militum animos molliuerāt: tum primum insueuit amare, potare: signa, tabulas pictas, vasa cęlata mirari, ea priuatim & publice rapere, delubra spoliare, sacra, prophanaque omnia polluere, vt Salustius scribit de coniuratione Catilinæ. Sic & Hannibalis exercitum, quē post Cannensem pugnam Capuę hybernans, in tectis habuit aduersus omnia humana mala sæpe ac diu durantem, bonis inexpertum & insuetum, quem nulla uis mali vincere potuit, nimia bona ac voluptates immodicæ, somnus, vinum, epulę, & scorta, balneaque & ocium, perdiderunt, & ita corpora, animosque eneruauerunt, vt magis deinde prętęritę victorię eos, quam pręsentes tutarentur vires, vt Liuius testatur li. 3. secundi belli Punici. Ideoque negocium populo Romano, melius quam ocium committebatur, vt Appium Claudium dicere solitum accepimus. Val. Max. li. 7. c. 1. Non quod ignoraret, quam iucundus trāquillitatis status esset, sed quod animaduerteret, prępotentia imperia agitatione rerum ad virrutem capessendam agitari, nimia quietem desidia resolui. Et recte subdit. Sane negocium horridum nomine ciuitatis nostræ mores in suo statu continuit, blandæ appellationis quies plurimis vitijs respersit.

Ex hac igitur fœcilitate nimia, omnes prope ciuiles Roma
11 norum dissensiones †natæ sunt. Quod & Lucius Florus testatur his verbis lib. 3. c. 12. Epitomes, Hæc inquit, illa tertia ętas populi Ro. transmarina, qua Italia progredi ausus orbe toto arma circūtulit. Cuius ætatis superiores centum anni sancti, pij, & aurei, sine flagitio, sine scelere, dum syncera adhuc, & innoxia pastorię illius sectę integritas, dumque Pœnorum hostiū imminens metus, disciplinā veterē continebat. Postremi cētum quos a Carthaginis, Corinthi, Numantiæque excidiis, & Attali Regis in Asiatica hęreditate, deduximus in Cæsarē & Pompeium, sequutumque hos, de quo dicemus, Augustū, vt claritate rerum bellicarum magnifici, ita domesticis cladibus miseri & erubescendi. Quippe, sicut Galliam, Thraciam, Ciliciam, vberrimas, validissimasque prouincias, Armenios etiam, & Britannos, vt non in vsum, ita ad imperij speciem magna nomina acquisisse pulchrum atq; decorū: ita eodem tempore dimicasse domi cum ciuibus, socijs, mancipijs, gladiatoribus, totoque inter se Senatu, turpe atque miserandum.

Ac nescio, an sati' fuerit populo Romano, Sicilia & Aphrica contentum fuisse, aut his etiam ipsius carere dominanti Italia sua, quā eo magnitudinis crescere, vt uiribus suis cōfice retur. Quę enim res alia furores ciuiles peperit, quam nimia
12 †fœlicitas? Syria prima nos victa corrupit. Mox Asiatica Pergami Regis hęreditas. Illę opes atque diuitiæ afflixere sęculi mores, mersamque vitijs suis, quasi sentina Rempublicā pessundere. Vnde enim populus Romanus agros & cibaria flagitaret, nisi per famem, quam luxus fecerat: Hinc ergo Gracchana, & prima, & secunda, & illa tertia Apuleiana seditio. Vnde vt regnaret de iudiciarijs legib. diuulsus a Senatu Eques nisi ex auaritia? vt vectigalia Reipublicæ, atque ipsa iudicia ī quæstu haberentur? Hinc rursus & promissa ciuitas Latio, &
13 per hoc arma sociorum. Quid autem bella †seruilia? vnde nobis, nisi ex abundantia familiarium? vnde gladiatorij aduersus dominos suos exercitus, nisi ad conciliandum plebis fauorē effusa largitio? Quum spectaculis indulget, supplicia quondam hostium artem facit. Iam vt speciosiora vitia tāgamus, nōne ambitus honorem ab hisdem diuitijs incitatus? Atque inde Mariana, inde Syllana potestas: aut magnificus apparatus conuiuiorū, & sumptuosa largitio, nonne ab opulentia, paritura mox egestatem? Hęc Catilinam hostem patrię suę impegit. Denique illa ipsa principatus & dominandi cupido, vnde, nisi ex nimijs opibus venit? Hęc Cęsarem atque Pōpeium, furialibus in exitium Reipublicæ facibus armauit.

Quibus modis seditiones, per fraudes seditiosorum collectis coactisque in eorum societatem hominibus, augeantur atque corroborentur?

SVMMA IIVM.

1 *Seditionum causa instrumentalis quæ sit.*
2 *Fraus duplex in materia seditionum, quæ utraque sit, & qui l ad vnum quodque genus pertineat. nu. 3.*
4 *Seditiosi opprimunt legum & magistratuum authorit. tem.*
5 *Catilina seditionem aduersus patriam meditatus quorum commerciis vsus fuerit.*
6 *Iuuenum animi molles & ætate fluxi dolis haud difficulter capiuntur.*
7 *Oratio Catilinę ad suos in abdito loco.*
8 *Catilinæ coniuratio humano sanguine confirmata.*
9 *Spectanda ad commouendos affectus apta.*
10 *Populus Israel contra verbum Beniamin qua causa motus seditionem mouerit.*
11 *Seditio Romanæ plebis contra potentiores propter æs alienum.*
12 *Spectaculum de viro militari & creditore suo indigne tractato.*
13 *Seditiones contra hominum multitudinem corroborantur.*
14 *Notalis confessor deceptus hæreticorum fraude quomodo in communionem ecclesiastici corporis reuocatus sit.*
15 *Timotheus Herulus qua arte & seditione Alexandriæ episcopatum adeptus sit.*
16 *Vlphilas Gothorum Episcopus primus literas Gothicas adinuenit.*
17 *Hęretici & schismatici qua fraude vtantur ad auertendos homines a catholicæ ecclesiæ communione.*
18 *Lucius, & Magnus Arriani temporibus Valentis imperatoris Arrianæ impietatis duces catholicos multis modis persequuti sunt.*
19 *Anabaptistę & Arriani catholicos in Aphrica minis & blandis verbis corrumpere conati sunt.*
20 *Conspiratio Guilielmi Regis Sicilia, et ciuitatum vniuersæ prope Italiæ cōtra Frider. imperatorem.*

Per-

Digitized by Google

21 *Perſequutio Hunerici Regis Vandalorum Arriani & Anabaptiſtæ contra Hortelanum Florentinianum, & alios catholicos epiſcopos, eiuſque iniquiſſima ſententia contra eos.nu.22.*
23 *Simulatio hæreticorum ad pacem pro decipiendis catholicis.*
25 *Cerdon hæreticus quibus artibus in fouendis erroribus vſus fuerit.*

CAP. XV.

HActenus de cauſa efficiente Principali ſeditionum dictum eſt vt de Inſtrumentali dicamus. Porro In
1 ſtrumentalē †accipimus media, q̃bus velut inſtrīs quibuſdam ſeditiones non ſolum excitantur, ſed etiam augē tur atque corroborantur. Quemadmodum autem in cæteris rebus duobus modis, i. aut vi, aut fraude fit iniuria, vt inquit Cicero: Ita & duo ſunt media, quibus ſeditiones exercentur, Vis & dolus, vt ſcribit Ariſto. lib. v. Politicorum. cap. 4. Vis infertur vel ſtatim ab initio & inconſulto, gliſcente iam ſeditiõne, vel ex interuallo & conſulto. Ab initio & inconſulto, vt quoties tumultus ſubito & caſu oriuntur. Ex interuallo & cõſulto, vt quæ præparata aliquãto tpe ſeditione, & interueniẽ-
2 te deliberatiõe aliqua irrogãt. Fraus †duplex eſt, quædã enim in congregandis cogendiſque ad corroborãdam ſeditionem hominibus concipitur. Quædam vim infert his, qui ſeditioſorum conatibus reſiſtunt, vel inferẽdam illatamue ab eiſdem repulſat. Vis in armis: Dolus in fraudulentis conſilijs, verſat. Fraus quaſi vulpeculæ: Vis leonis videtur. Vtrumque alieniſſimum ab homine eſt, ſed fraus odio digna maiore, vt idem ait Cicero. Ad primum igitur genus fraudis pertinent conſi-
3 lia, †quibus id agunt ſeditionum authores, vt quas parturiũt ſeditiones, & maturius enaſcantur, & natę vberius creſcant, augeantur, & quam latiſſime propagentur. Ea rurſus duplicis ſunt generis. Nam quędam occulte, quædam aperte capiuntur.

Prioris generis ſunt, clandeſtinę conſultationes, & occulta colloquia, quibus ſingulorum animos pertentant, & multorum exploratis ingenijs, eos ſibi ſocietate iungunt.

Quos & ipſos a moribus ſuis minime abhorrentes, diſſenſionum ſtudioſos, & ad excitandos tumultus idoneos eſſe deprehenderint, homines videlicet ſceleratos, callidos, & verſutos, & ad quiduis audẽdum promptos & imperterritos. Alterius generis ſunt, deliberationes, quæ vel ſucceſſione in loco aliquo abdito, vel in publicis conuentibus fiunt, in quib. collecta iam multitudine, per eos, qui prudentia aliqua & eloquentia cæteris præſtare videntur, cauſam, quam occulte antea deliberarunt, publice cognoſcendam proponunt, quã & argumentis ad eam rem pertinentib. confirmant, & quę ſunt his contraria confutant.

4 Omnium autem maxime legum, † & qui earum miniſtri ſunt, Magiſtratuum authoritatem deijciunt, rati nimirum, hac ipſa tanquam ſcælerum ſuorum vindice ſublata, nihil ſu pereſſe, quod eorum conatibus obſiſtere poſſit. In quibus omnibus, nihil etiam eorum omittunt, quæ ad concitandos affectus eorum, apud quos cauſa agitur quacunque ratione pertinere videntur. Si quid enim fauorabile, inuiſum aut miſerabile in re eſt, aut videri poteſt: id totum ante oculos ponunt, nunc metum inijcientes, nunc inuidiam, odium, iram concitantes, nunc ad commiſerationem commouentes, & lacrhymas etiam ipſa oratione excutientes.

Poſtremo, quo firmior inter eos conſtet fides, & ſemel contracta conſpiratio, iuris quoque iurãdi religione eam ipſam confirmant. Verum, quo clarius hæc omnia cognoſcantur,
5 exemplis quoque ea ipſa probanda videntur. Catilina †ſeditionem aduerſus patriam meditatus, vt refert Salluſt. de conjur. Catilinæ. primum omnium ſocietatem cum peſſimis quibuſque hominibus contraxit.

Nam quicunque impudicus, adulter, Ganeo, alea, manu, uentre, pene bona patria diſſipauerat, quique ęs alienum grãde conflauerat, quo flagitium & facinus redimeret. Præterea omnes vndique parricidæ, ſacrilegi, conuicti iudicijs, aut pro factis iudicium timentes, ad hoc, quos manus atque lingua p iurio, aut ciuili ſanguine alebat. Poſtremo omnes, quos flagitium, egeſtas, conſcius animus exagitabat, ij Catilinæ proxime familiareſque erant. Quod ſi quis etiam a culpa vacuus in amicitiam eius incideret, quotidiano vſu atque illecebri, facile par ſimiliſque cæteris efficiebatur. Sed maxime iuuenũ vel adoleſcentium familiaritates appetebat, eorũ animi mol-
6 les †& ætate fluxi, dolis haud difficulter capiebantur. Nam vt cuiuſq; ſtudium ex ætate flagrabat, alijs ſcorta prębebat, alijs canes atque equos mercabatur. Poſtremo neque ſumptui, neque modeſtiæ ſuæ parcebat, dum illos obnoxios fidoſque ſibi faceret, vt hac & alia multa, ad eandem rem pertinentia, de eo ſcribunt Salluſtius, Cicero, Appianus, & alij Romanorum rerum ſcriptores. Ac talem quidem ſocietatẽ familiaritatem, per occulta colloquia cum ſingulis contraxit, quos & ſingulos conſiliorum ſuorum participes fecit.

Deinde, vbi cum ſingulis egit, in rem fore credens vniuerſos appellare & cohortari, in abditam partem ædium ſecedit, atque ibi orationem huiuſmodi habuit, vt idem refert Salluſtius. †Niſi (inquit) virtus atque fides veſtra ſatis pectata mihi foret, nę quicquam opportuna res cecidiſſet. Spes magna,
7 dominatio in manibus fruſtra fuiſſent, neque ego per ignauiam, aut vana ingenia, incerta pro certis captarem: Sed q̃a multis & magnis tempeſtatibus vos cognoui fortes, fidoſq; mihi, eo animus auſus eſt, maximum, atque pulcherrimum facinus incipere, ſimul quia uobis eadem, quæ mihi bona malaque eſſe intellexi. Nam idem velle, atque idem nolle, ea demum firma amicitia eſt: Sed ego, quæ mente agitaui, omnes iam antea diuerſi audiſtis. Cæterum mihi in dies magis animus accenditur, cum conſidero, quæ conditio vitæ futura ſit, niſi noſmetipſos vindicemus in libertatem.

Nam poſtquam Reſpublica in paucorum potentium ius atque ditionem conceſſit, ſemper illis reges, Tetrarchæ, uectigales eſſe populi, nationes, ſtipendia pendere. Cæteri oẽs, ſtrenui, boni, nobiles atque ignobiles, vulgus fuimus, ſine gratia, ſine authõritate: his obnoxij, quibus ſi Reſpublica valeret, formidini eſſemus. Itaque omnis gratia, potentia, honos, diuitiæ, apud illos ſunt, aut vbi illi volunt. Nobis reliquere pericula, repulſus, iudicia, ęgeſtatem. Quæ quouſque tandem patiemini o fortiſſimi uiri? Nonne emori per virtutem præſtat, quam vitam miſeram atque inhoneſtam, vbi alienæ ſuperbiæ ludibrio fueritis, per dedecus amittere? Verum enimuero per Deum atque hominum fidem, victoria in manu nobis eſt, viget ætas, animus valet: Contra, illis annis atque diuitijs oĩa conſenuere. Tãtũmodo incœpto opus eſt, cætera res ipſa expediet. Etenim quiuis mortalium, cui virile ingenium eſt, tolerare poteſt, illis diuitias ſuperare, quas profundant in extruendo mari, & montibus coæquandis: nobis rem familiarem etiã ad neceſſaria deeſſe: illos binas aut amplius domos continuare, nobis larem familiarem nuſquam ullum eſſe? cum tabulas, ſigna, toreumata emunt, noua diruunt, alia ędificant. Poſtremo omnibus modis pecuniam trahunt, vexant, tamen ſumma libidine diuitias ſuas vincere nequeunt.

At nobis eſt domi inopiã, foris ęs alienum, mala res, ſpes multo aſperior: Denique, quid reliqui habemus, præter miſeram animam? Quin igitur expergiſcimini: En illa, illa quam ſæpe optaſtis libertas. Pręterea diuitiæ, decus, gloria *in oculis* ſita ſunt: Fortuna omnia ea victoribus pręmia poſuit. Res, tẽpus, pericula, egeſtas belli ſpolia magnifica, magis quam oratio mea vos hortentur. Vel imperatore uel milite me vtimini, neque animus neque corpus aberit a vobis.

8 Idem quoque oratione habita, †cum populares ad iuſiurãdum ſcęleris ſui adduxiſſet: humani corporis ſanguinem, vino permixtũ, in pateris circumtulit, vt cum inde poſt execrationem omnes deguſtaſſent, ſicut in ſolennibus ſacris tum fieri conſueuit, alius alij tanti facinoris conſcij, magis inter ſe fidei forent.

9 Iam vero quod ad mouendos affectus pertinet, †non dicẽdo tantum, ſed etiam faciendo & rebus ipſis, velut ſpectaculis quibuſdam ob oculos poſitis, concitatis affectibus, quo viſum fuerit flectere auditorum animos deliberant.

Quam rem & caſus ſępe, nulla etiam intercedente deliberatione, adiuuant. Quintil. li. 6. orat. inſt. Deliberationis fuit illud, quod in ſeditionem ob Cæſaris necem ortam, in forum prętexta ipſius cruenta prolata fuit. Quod ſpectaculum Romanum populum in furorem egit. Similiter corpus ipſius lecto impoſitum, quę ita imaginem ſcęleris repręſentarunt, vt non occiſus Cęſar ipſe, ſed tamen maxime occidi videretur.

10 Similiter illud, †quod Leuita. Iud. 20. cadauer vxoris ſuæ, quam viri ciuitatis Gabaa per furorem libidinis occiderant, in duodecim partes ac fruſtra concidit, & cõcitandos omnes ad vindictam ſcęleris, in omnes partes Iſrael miſit: horrendũ ſane ſpectaculum, quo & commotus eſt populus Iſrael, vt pugna contra Tribum Beniamin inſtituta, tam horrendum ſcęlus vlti, viginti quinque milia occiderint, ex omni eorum numero ſexcentis tantum viris, qui per fugam elapſi fuerunt, relictis. Ad caſum vero pertinere videtur illud quod Romæ ſeditione propter æs alienum, & fœnus, quibus plebs a poten-
11 tioribus grauabatur, accidit. Nam †plebe inualidam ſe eſſe ad diſſoluendum ęs alienum dicente, propter exhauſtos in militiam ſumptus, aliaque damna & incommoda, quę domi militięque acceperant. Contra vero creditoribus huiuſmodi calamitates, omnibus fuiſſe cõmunes contendentibus, & ob id nihil plebi remittentibus, cum iam varius eſſet concurſus, & caterue hominum inter ſe diuerſę: Ecce vir ſenior in foro ap-
12 paruit †pannis armiſque obſitus, barba promiſſa, & capillis,

qui

Digitized by Google

qui efferauerant ſpeciem oris clamans, & implorans ab hominibus auxilium. Concurrente autem proprius turba, ſtans ipſe eo, vnde a multis conſpiciendus eſſet, ſe fuiſſe ait liberū, militaſſe bellis omnibus, atque duo de triginta prælijs decertaſſe, præmiaque victoriæ ex illis ſæpenumero accepiſſe. Verū vbi vrbem tempora detinuere, in vltimas eam anguſtias adducentia, coactum ait ſe, pecuniam ſumere mutuo, ſoluendorum tributorum neceſſitate: ac poſteaquam rus ei populati ſunt hoſtes, reſque vrbanas victus quotidianus abſumpſit: Nō habēs (inquit) vnde poſſem æs alienum diſſoluere, abductus ſum a Creditore ſeruus, cum duobus filijs. Imperatore vero domino opus quoddam haud facile, contradicens ei, verbera plurima. Et hæc dicens, proiecit pannum, oſtenditque pectus plenum cicatricibus: dorſum vero ex verberibus repletum ſāguine. Ad hæc viſa auditaque, clamor ingens oritur, nec foro iam ſe tumultus continet, ſed paſſim totam vrbem peruadit, nexu vincti ſolutique ſe vndique in publicum proripiunt. Quo quidem ſpectaculo ita omnium affectus tum ad iram, inuidiam & odium, aduerſus Creditores: tum ad commiſerationem miſere ob æs alienum oppreſſæ plebis concitati ſunt. Et ita multitudinis accenſis animis, ipſa quoque inflammata ſeditio fuit, vt niſi Conſules ad comprimendam ſeditionem interueniſſent, etiam ad manus & arma ventum fuiſſet, vt dicunt.

13 Illud quoque ad hanc ſpeciem fraudis pertinet, † qua ſeditiones coacta hominum multitudine corroborantur. Quia quos non poſſunt verbis & eloquentiæ fuco, eos pecunia, aliiſque datis muneribus, & magnificis promiſſionibus corrumpunt, tum minis quoque & terriculamentis cōpellunt. Quod cum omnibus ſeditioſis proprium, tum vero maxime hęreticis & ſchiſmaticis peculiare eſt.

14 Sic Notalis† Cōfeſſor Catholicus, vt ſcribit Euſeb. li. 5. c. 38. deceptus aliquando ab Aſclepiodoto quodam & Theodoto collectarijs, qui ambo diſcipuli erant Theodori Coriarii Hæreſiarchæ, qui Romę auſus eſt dicere, purum hominem fuiſſe Chriſtū. Ob quē errorē, & a Victore Romanæ vrbis Epiſcopo ejectus eſt, a communione Eccleſiæ repulſus: certa pactione quinquaginta Denariorum menſtruæ pręſtationis, nominari ſe Epiſcopum illius factionis paſſus eſt. Sed qui admonitus a domino in ſomnis, & cū eas viſiones negligentius ſuſciperet, tandem etiam ab Angelis per totam noctem verberatus, & pœnis grauibus excruciatus, cum errorem ſuum deflens, omnem Eccleſiam prouocaſſet, vt indulgentiam ſibi a Chriſto continuis & iugibus pro ipſo præcibus implorarent: vix aliquando in Communionem Eccleſiaſtici corporis reuocatus

15 eſt. Sic & de Timotheo Herulo, † Eutichianæ ſectatore hæreſis, narrant Hiſtoriæ videlicet Niceph. in Eccleſ. Hiſtoria. eum noctu Monachorum cellas circuiſſe, & vnumquemq; ex nomine vocaſſe, & reſpondentibus dixiſſe. Ego Angelus ſum dicere omnibus, vt abſcedant a Communione eorum qui Calcedone conueniſſent, & Timotheum Herolum in epiſcopū Alexandriæ proueherēt. Verum cum is eam ſedē huiuſmodi fallacia obtinere nō poſſet, multitudine inquietorum virorū empta per ſeditionem, eam ipſam adeptus eſt.

16 Petrus Gnaphæus† Zenonem Imperatorem hęreticum ſequutus, dena Millia hominum, Apollinariſtarum errore infectorum, mercede contra Catholicam fidem conduxit, Tri. li. 5. c. 38. Sic Vlphilas Gothorū Epiſcopus, qui primus literas Gothicas adinuenit, & ſcripturas diuinas eam conuertit linguam, ſemper antea Nicænam fidem amplexus, tandem verbis pecunijsque ab Eudoxio Arriano corruptus, eo actus eſt, vt Communionem Valentis Imperatoris Arriani amplecteretur. Tri. li. 8. c. 13. & li. 7. c. 13.

Iam & ad auertēdos a Catholicę Eccleſiæ Communione

17 homines, ea fraude vtuntur hæretici † & ſchiſmatici, vt quos intelligunt fiduciam aliquam in potentiam Catholicorū collocare, eos ab ea ſpe deducentes, & ad deſperationem adducentes, quaſi per metum ſuorum criminum, ſocios atq; participes faciant. Sic Arriani vt legitur in Trip. li. 9. c. 20. & c. 23. tempore quo maximus Tyrannus de Britannorum partibus aduerſus Theodoſium Principem Romanorū infeſtabat Imperium Cōſtantinopoli poſiti, diuerſas opiniones in populo ſeminātes, dixerunt, & exercitū imperatorē amiſiſſe, & ipſum Tyranni ducibus ſubiugatū, aliaq; multa quæ ſolent inimici voto malitiæ iactare: Ita vt crebro hæc audiētes, nō vana aut incerta, ſed vera iam crederent: eo nimirum animo hæc comminiſcentes, vt & Catholici de victoria & potentia Catholici Imperatoris deſperantes, a Communione Catholicę fidei deficerent: Et hęretici ea ſpe erecti & firmati, cōſtantius in errore ſuo perſeuerarent, & atrocius Catholicos perſequerentur, ſicut & euentus docuit. Nam eo rumore Arrianorum populus accenſus, domum Nectarij Catholici Epiſcopi concre-

18 mauit. Sic Lucius† & Magnus Arriani, temporibus Valentis Imp. Arrianæ impietatis Duces, antea multis modis Catholicos perſequuti, tandem ad minas & alia terriculamenta, ac poſtremo ab bona etiam verba conuertuntur, & vt in Trip. lib. 7. c. 40. legitur Presbyteros & Diaconos Decem & nouem tanquam ſcæleratos homines compræhendentes, quorum q̄dam Octogeſimum etiam tranſcederant annū. his verbis eos adoriuntur. Flectimini inquit Magnus, miſerrimi, & Arriano rum concordate dogmatib. Flectimini: ignoſcet enim nobis diuinitas, licet veræ Religionis cultum exhibeatis, non ſponte, ſed violenter hoc facientes. Neceſſitati nanque ſatisfactio adeſt: Spontaneam vero voluntatem accuſatio digna ſubſequitur. Quapropter huiuſmodi rationes præoculis habentes prompte ſequimini, & dogmati Arrino ſubſcribite, q̄ nunc prædicat Lucius, bene ſciētes, quod ſi obediatis, pecunias, quę ſtus, honores, ab imperatore percipietis: Reſiſtentes vero carceres, ſupplicia, tormenta, flagella, vincula ſuſtinebitis. Pecunijs ſimul, poſſeſſionibuſque priuati, & poſtea pulſi, loca crudelia inhabitare damnabini. Sic iſte fortiſſimus ſeductor minas ſeductioni contemperans, inuitabat atque cogebat, ut omnes a pia ſententia deuiarent. At illi nihil amarius exiſtimantes, quam pietatis proditionem, huiuſmodi reſponderūt verbis, virtute fortique ſenſu ſeductionem minaſque ſubdētes. Quieſce iam, quieſce his nos terrere ſermonibus, ceſſa verba vana proferre: Nos neq; nouum, neque recentem colimus Deum. Et licet inaniter furias, teque concutias, ſicut vehemens ventus, in dogmatibus pietatis ad mortem vſque cōſiſtimus.

19 Et ad eundem modum Anabaptiſtę† & Arriani Catholicos in Aphrica minis & blandis verbis corrumpere conati ſunt: Quod his verbis teſtatur Victor de perſequutione Vandalorum lib. 1. qui & ipſe quæ ſcripſit, coram etiam vidit. Superuenientes, inquit Comites duo ſubtilitate dānabili, blādis ſermonibus cum Dei confeſſoribus (quos tum carceribus in cluſos tenebant) agere cœperunt. Quid uobis, inquiunt, videtur, vt ita pertinaces Domini noſtri præceptis minime obtēperatis, qui eſſe poteratis in conſpectu Regis honorabiles, ſi eius ſcitinetis facere voluntatem? Statim illis clamantibus & dicentibus ingenti vociferatione. Chriſtiani ſumus, Catholici ſumus, Trinitatem vnum Deum inuiolabilem confitemur. Includuntur grauiore quidem, ſed adhuc latiore cuſtodia, vbi nobis copia dabatur & introire, & verbum admonitionis fratribus facere, & diuina myſteria celebrare. Et Auguſtinus epiſt. refert, multos Catholicos in Aphrica ad reiterandum Baptiſma, ab Anabaptiſtis fuiſſe coactos. Sed nec ſatis habent ſeditioſi, aliorum ſocietatem & familiaritatem comparaſſe, nili & quos ſemel deceperunt, eorū ēt fidem, interpoſita iuriſiurandi religione, obſtringant. Sic Apuleius, vt refert Appianus de bell. ciuili. Ro. li. 1. lata lege Agraria, ac populo ipſius promulgationi inſtante, Senatum præfixo quinque dierum termino, in legem iurare, aut iuſiurandum non prętantes, Senatu amouere cogebat: Et vlterius viginti Taletorum pœna populo ſoluendo eos condemnare.

Nec apud veteres tantum ea ſeditioſorum malignitas fuit. Nam & poſterioribus temporibus, vt eſt natura hominum ſemper ad diſſenſiones prona, ſeditioſi ad ſeditiones vel excitandas, vel fouendas & confirmandas, iiſdem prope diuerſis etiam temporibus concionibus vſi ſunt. Sic longo poſt tem-

20 pore Federico† Primo Imperij gubernacula tenente ac contra ipſum multorum conſpiratione facta, rebelles ipſa etiam iurmurandi Religione, ſeditionem ipſam confirmare conati ſunt. Siquidem aduerſus Imperatorem conſpirantib. & Guilielmo Rege Siciliæ, & vniuerſæ prope Italiæ ciuitatibus, id inter conſpirationes conuenit, & iureiurando interueniente, confirmatum eſt, vt nulli ab altero recedere liceret, vel imperatoris gratiam niſi conſentientibus omnib. requirere: Naucl. vol. 2. genera. 30. Ad eundem modum hæretici quoque & ſchiſmatici, Catholicos cogere ſolebant, & non ſolum iureiurando ad negandam Catholicam veritatem adigere, ſed etiā ſub prętextu iuriſiurandi, varijs eos perplexitatibus innectere: De qua re tale Regis Vandalorum Hunerici, † Arriani &

21 Anabaptiſtæ, extat exemplum apud Victor. lib. 3. de perſequ. Vandalorum. Nam inſtituto ab eo in cauſa Religionis colloquio, cum veniſſent Epiſcopi, charta eis oſtenditur inuoluta, diciturque illis. Dominus noſter Rex Hunericus, licet doleat, quod fueritis contemptores, & adhuc voluntati eius obedire tardetis, vt eius efficiamini Religionis, cuius eſt ipſe: nunc tamen bonum de vobis cogitauit. Si iuraueritis ita, vt quod iſta charta continet, faciatis: dimittit uos Eccleſijs & domibus veſtris. Ad quod vniuerſi Epiſcopi reſpōderunt, ſemper dicimus & diximus & dicturi ſumus. Chriſtiani ſumus, Epiſcopi ſumus, Apoſtolicam fidem vnam & veram tenemus. Factoque poſt confeſſionem ſilentio modico illi qui a Rege fuerant deſtinati, feſtinabant extorquere Epiſcopis ſacramentum.

Tunc Beati viri, Hortulanus & Florentinianus Epiſcopi, pro omnibus, & cum omnibus dixerunt, Nunquid animalia

nos

Digitized by Google

nos irrationalia sumus,vt nescientes, quid charta contineat, facile aut temere iuremus? Accelerauerunt quoque illi a Rege destinati,scripturæ eius propalare tenorem,qui huiusmodi sermonibus fuerat coloratus. Sic enim calumniosa series continebat.Iurate,si post obitum domini nostri Regis,eius filium Hilderichum desideratis esse Regem, uel si nullus vestrum ad regiones transmarinas epistolas diriget: Quia si sacramentum huius rei dederitis,restituet vos Ecclesijs vestris. Cogitauit tunc multorum pia simplicitas,etiam contra prohibitionem diuinam sacramentum dare, ne Dei populus in posterum diceret,quod vitio sacerdotum, qui iurare noluerunt,non fuerint Ecclesiæ restitutæ. Alij quoque astutiores Episcopi,sentientes dolum fraudis, nequaquã iurare voluerunt,dicentes,prohibitum fuisse Euangelica authoritate,ipso Domino dicente.Non iurabis in toto. Quibus ministri Regis,secedant,in parte,inquiunt,qui iurare disponũt: qui cum secederent,Notarijs scribentibus quis quid diceret, & ex qua ciuitate fuisset exceptum est. Similiter factum est & de illis, qui minime iurauerũt.Statimque pars vtraque custodiæ mãcipatur.Post vero pars,quæ celabatur,apparuit.

22 Iurantibus dictum est.†Quare contra præceptum Euangelij iurare voluistis?Iussit Rex, vt ciuitates atque Ecclesias vestras nunquam videatis,sed relegati,colonatus iure ad excolẽdum agros accipiatis:Ita tamen, vt nõ psallatis neque oretis, aut ad legendum codicem in manibus gestetis.Non baptizetis,neque ordinetis,aut aliquem reconciliare præsumatis. Similiter non iurantibus ait.Quia regnum filij Domini nostri non optatis,idcirco,iurare noluistis. Ob quam causam iussi estis in Corsicanam insulam relegari, vt ligna profutura nauibus Dominicis incidatis.Ad alterũ genus fraudis, quod ad vim vel inferendam vel propulsandã pertinere diximus, eas consultationes referimus, quibus id agunt seditiosi, vt arma illaturi, pacem & concordiam appetere videantur. Cuiusmodi sane fuere consilia Iulij Cæsaris, Pompeij,& aliorum, qui arma se deposituros simulantes, magnis interim instructi exercitibus, nulla re magis, quam armis ad principatum
23 aspirabant. Eadem fraude hæretici: † & schismatici vtuntur. Nam & ipsi tum maxime: cum ad inferendam vim & parati iam & instructi sunt, pacem & concordiam apud Catholicos simulant, & ad amplectendam Ecclesiæ pacem & vnitatẽ paratos se esse promittunt. Ac sub tali quidem prætextu,non solum vim & iniuriam, quam in Catholicos machinantur,pulchre ad tempus occultant:sed etiam simplicio res & incautos, interim in barathrum errorum suorum præcipites agunt. Ac huiusmodi dolis aduersus Catholicos vsi fuerunt olim Arrius,Achilles,& Colluthus,de quib. ad hũc modum scribit Alexander,Alexandrinus Episcopus,ad Alexandrum Episcopum Constantinopolitanum. Conati sunt, inquit,illi discursionibus uti,& aduersum nos machinari,qui apud vnanimes comministros nostros,figuram pacis & vnitatis dignitatem se exercere fingunt.Quod autem verum est, abripere quosdam eorum ad pessem propriam per bonilo quia ficta festinant,& literas ab eis manifestas & indubitatas exigunt,vt relegentes eas seductis a se personis,sine pœnitentia eos in delictis suis faciant remanere, tanquam vnamines habẽtes eadẽ sm decernentes Episcopos. Nõ enim quæ apud nos male docuerunt & egerunt,ea fatentur,propter quę etiã sunt expulsi:Sed hæc aut taciturnitati contradunt,aut fictis ea ratiocinationibus,& quibusdam obumbrationibus sepiunt. Verisimilibus vero & pomposis corruptibilem doctrinam suam velantes eloquijs,attrahunt in deceptionem quemlibet incautum,non abstinentes,etiam apud omnes nostræ pietati calumniari.Et ad eundem fere modum alij quoque hæretici tum maxime discordias & bella meditantur, cum errorum suorum emẽdationem simulantes,pacem se & concordiam
24 affectare fingunt.Sic Cerdon †hęreticus(qui ante Martionem fuit) aliquando quidem pœnitens, errorem suum confitens, excusabat:aliquando rursus occulte,interdum etiam publice impietatem docebat. Eus.li. 4.ca.11. Irenæus lib.3.c.4. Simili fraude Arrius Nicæni, & alij hęretici aliorum conciliorum Decretis subscripserunt.vt in hist.Tri.li.3.c.10.Nempe vt hoc modo ad tempus concordiam simulantes,sub specie pacis facilius Ecclesię vnitatem scindere, & errores suos quam latissime diffundere atque propagare, tum etiam multorum vndique conquisitis auxilijs, si ita videretur, armis etiam defendere possent.

De moribus seditiosorum.

SVMMARIVM.

1 *Mores seditiosorum,& multitudinis naturæ quæ sit,& nu.*10.13.
2 *Ambitiosi seditiosi sunt.*
3 *Seditiosi propter diuitias cuius naturę sint.*
4 *Seditiosi turpia honestis palliant vocabulis.*
5 *Eunus Syrus prætextu inspirationis numinum seditionem mouit.*
6 *Hęretici omnium maxime ad contegendam sub specie honestatis turpitudinem idonei sunt.*
7 *Diabolus quomodo induxerit primos parentes ad præuaricandum.*
8 *Hæretici & schismatici sunt organa diaboli.*
9 *Simulatio vitæ sanctæ indonea est ad homines decipiendos.*
11 *Seditio Parisiana ob nouum tributi genus institutum, Carolo sexto regnante.*
12 *Rullius Batauus Rex Anabaptistarum Monasterii in Vuestralia per seditionem creatus.*
14 *Simplicitatis derisio.*
15 *Corcyra multis seditionibus obnoxia.*

CAP. XVI.

IAm & fraudes seditiosorum, omniũ maxime ex moribus eorum deprehenduntur. Quorum alij quidem omnibus seditiosis communes sunt:alij hęreticis & schismaticis (qui & ipsi seditiosi sunt:)propri & peculiares.Ac de moribus hæreticorũ satis a nobis in his libris,quod de hęreticis & schismaticis scripsimus,dictum est: Nũc de moribus,qui sunt seditiosis omnibus communes,aliqua dicemus. Sunt autem alij singulorum, alij multitudinis
1 mores.†Et rursus singulorum alia eorum, qui sunt seditionũ principes & authores:Alia eorum,qui ab eis decepti sunt, studia.Multitudinis ea natura est,vt aut seruiat humiliter,aut dominetur,superbe:libertatem,quæ media est,nec spernere modice,nec habere sciunt,vt inquit Liuius secundi belli punici. li.4.Authores seditionum pro diuersis causis, quibus ad excitandas seditiones commouentur,in diuersa quoque studia in
2 cumbunt.Ita qui propter†ambitionem ad seditiones prouocantur,a multis honorari,& ad magnos honores euehi gaudent:Quos vt consequantur,neque laboribus,neque facultatibus parcunt.Quemadmodum Iulium Cæsarem,& plęrosq; alios legimus,principatus & imperij Romani adipiscendi cã, multas & easdem immensas largitiones,tam priuatim quam publice,distribuisse.

3 Ita qui propter diuitias seditiosi†sunt,nulla honestatis habita ratione,eo actiones suas dirigũt,quo & sacra & pphana omnia diripere,& in suos vsus conuertere possint. Qui illatas sibi iniurias per seditionem vlciscuntur,neque honores, neq; diuitias curantes;id tantum agunt, vt sumpta de aduersarijs, vindicta,gloriose de ipsis triumphare possint. Et eodem modo alij quoque quisque pro causæ conditione, propter quam ad excitandam seditionem commouentur,alios sibi,& alios mores assumunt.Sed qui callidiores sunt,eos ipsos cautius dissimulando, & sępe diuersam etiam adeoque contrariam, voluntatem præ se ferendo celant. Simpliciores autem& decepti,plerunque authorum & magistrorum suorum mores imitantur,planeque verum ostendunt esse, quod vulgo dici solet.

Mobile mutatur semper cum Principe vulgus.

Illud omnibus tam singulis siue authoribus seditionum,si
4 ue deceptis,quam multitudini commune est,† Quod simili studio & conatu actionum suarum,turpitudinem sub specie aliqua honestatis contegentes excusant,quę per se turpia sũt, tamen honestis vocabulis enunciant.

Sic vt scribit.L.Florus.li.3.c.12.seditiones Gracchorum, & Apulei plebis tuendæ:Syllæ,Marii,Cęsaris,Põpeij, & aliorum patriæ a Tyrannide defendendæ:Catilinæ & aliorum libertatis conseruandę causa: re autem ipsa ad dominationem acqrendam commotæ sunt.Alij numinum inspirationem simu-
5 lantes,seditiones†mouerunt,vt de Euno Syro refert Florus, qui se furore matris Deum correptum simulans, ad libertatẽ & arma seruos concitauit,idque vt diuinitus fieri probaret,in ore abdita nuce,quam sulphure & igne stipauerat, leniter inspirans,flammam inter verba fundebat:Ac tali quidem prætextu quadraginta amplius millium exercitu facto:quatuor etiam Prętorum castra cępit.Omnium autem maxime ad cõtegendam sub specie honestatis turpitudinem,idonei sunt hę
6 retici.†Primum enim quid honestius sacrosancta nostra Religione,sub cuius tamen prętextu certũ est,hæreticos & schismaticos omnes seditiones & tumultus concitare.l.sub prętextu.ff.de extraor.cri.Deinde vitę quoque,& morum,actionumque suarum turpitudinem,& in primis doctrinę errorem,sub conficta honestatis veritatisq; specie celare,alijs suggerere cõ
7 sueuerunt.Et vt humani generis inimicus Diabolus † primos nostros parentes,vt vetito cibo vescentes,mandatum Dei prę uaricarentur,ea ratione induxit,quia mendacium sub specie veritatis eis suggessit.Nequaquam,inquiens,moriemini. Sic enim Deus, quod in quacunque die comederitis ex eo aperien-

Digitized by Google

rientur oculi veſtri, & eritis ſicut dij, ſcientes bonum & malũ
8 Geneſ. 3. Ita organa ipſius, hęretici † & ſchiſmatici, quæ hone
ſta & ſalutaria ſunt, ea tanquam turpia & noxia fugienda:
quę vero mala ſunt & peſtifera, ea tanquam honeſta, & quæ
ſalutem afferre poſſint, amplectenda eſſe ſimplicibus perſua
dent. Ac primum quidem ipſi quoque vitæ ſanctitatem ſimu
9 lantes, † tametſi intus omnium vitiorum ſordibus cõtamina
ti, vt ſcilicet hoc modo ſub ſpecie honeſtæ vitæ, errores ſuos
probabiliores reddant. Qua re & multos ſæpe miſere decepe
runt, vt Origenis, Hieronymi, Auguſtini, aliorumque ſancto-
rum Patrum teſtimonijs in his libris, quos de hęreticis ſcripſi-
mus, probatum eſt. Deinde magnam ſcripturarum ſcientiam
iactant, ſeque adeo ſolos verum earundem ſenſum tene-
re gloriantur. Contra vero quæ Catholici docent, ea vana
eſſe figmenta & incommodas opiniones calumniantur: Pro-
pter quod & ipſos (quod Arriani & plerique alij fecerunt,) nõ
verentur, homines etiam hæreticos & ineruditos appellare.
Ac tali quidem fraude deceptis ſimplicioribus, facile ſub præ
textu honeſtatis & veritatis, turpitudinem & mendacium ob
trudunt. Quod & noſtris temporibus re ipſa experimur. Nam
hoc ipſo, quod ſoli hæretici veram ſcripturarum ſcientiam
habere, Catholici vero earundem imperiti eſſe creduntur: fal
ſiſſima quæque dogmata, tam ad fidem, Sacramenta, & cære
monias, quam ad diſciplinam Oeconomicam, & iudicia Ec-
cleſię pertinentia, tanquam veriſſima recipiuntur, & quæ
ſunt his contraria, vera & Catholica, tanquam falſiſſima abij
ciuntur. De qua re alias à me abunde dictum eſt.
10 Iam & ſeditioſorũ † ea quoque natura eſt, quod & ipſum
ad mores eorum pertinet, vt facile legitimis principibus atq;
Magiſtratibus faſtiditis, nouos & adulterinos ĩ eorum locum
ſufficiant. Id quod plærũque ſubditis, aduerſus dominos ſuos
rebellantibus, accidit. Sicut apud Romanos imperio per di-
uerſa terrarum occupato, Syrus quidam nomine Eunus, vt re
fert L. Florus li. 3. c. 19. (cuius paulo ante meminimus) ſeditio
nem in Sicilia mouẽs, magno exercitu facto, regijs ſe decora
ri inſignibus paſſus eſt: Qui, & caſtella, oppida, & vicos, miſera
bili direptione vaſtauit. Sic milites ſeditioſi in expeditionibus
exiſtentes, ſæpe ex ipſo exercitu elegerunt: quos imperatores
non ſolum exercitus, ſed vniuerſi etiam Romani imperij di-
tioni ſubditi ſalutarẽt, vt antea de Triginta Tyrannis, Gallie-
no imperiũ gubernante, paſſim a militibus electis dictum eſt.
Sic apud Gallos vt ſcribit Rob. Gaguinus de Francorum ge
ſtis in Carolo Sexto. Carolo Rege, eius nominis Sexto, re-
11 gnante, ſeditione † ob nouum Tributi genus inſtitutum, apud
Pariſianos exorta, ac in reliquas etiam regni ciuitates propa-
gata: Ex Rotomagenſibus plebeij homines quẽdam obeſum
ciuem (qui ob craſſam coproris habitudinem, Craſſus dictus
eſt) Regem ſibi præfecerunt, curruique impoſitum, per vrbem
circumferentes, tandem in rerum uenalium foro conſtitutũ
de abolendis uectigalibus legem ferre, & eam promulgare
12 compulerunt. Sic nuper Anabaptiſtæ † per ſeditionem Mona-
ſterium, Vueſtualiæ Metropolim, & ciuitatem Epiſcopalem
occupantes, regem creauere Rullium, hominem Battauum,
& eundem facinoroſum, & ſeditioſum: qui mox vt creatus
Rex fuit, coronam ac Diadema regni geſtanit. Quin & calca-
ribus aureis vtentem, & equo inſidentem, quoties iter per vr-
bem fecit, præter aliam Satellitum turbam, duo pueri præce-
ſſerunt, quorum alter gladium, alter vetus Teſtamentum por
tauit: Et vt ſummatim dicam, oẽm ſibi regni honorem exhi-
beri nõ ſolum paſſus eſt, ſed etiam vt exhiberetur mandauit.
Atque hæc ſane aliqua multa, quæ de moribus ſeditioſorum,
ab hiſtoriarum Scriptoribus paſſim traduntur ſingula, vnus
idemque grauiſſimus ille rerum Græcarum ſcriptor Tucy-
13 dides, de Corcyrenſium ſeditione † loquens, velut in vnum fa
ſciculum colligata, paucis verbis complectitur vniuerſa.
Agitati ſunt (inquit) ſeditionibus ſtatus ciuitatum, & quic-
quid alicubi actum audiebatur, aliorum animos ad id poſtea
ſuperandum acuebat, vel rerum nouitate, vel conatus ſoler-
tia, vel vltionis inſolentia, conſuetis rerum vocabulis in excu
ſationem immutatis. Temeritas enim, fortitudo amicorum
ſtudioſa vocabatur: conſyderata cunctatio, honeſta formi-
do: modeſtia, ignauiæ velamentum, in omnibus ſolertia, in
omnibus ſegnities, præceps indignatio, virilitati aſcribeba-
tur: tuto cõſultare, excuſata tergiuerſatio erat: qui exęſtuaret,
is fidelis ſemper, qui huic contradiceret, is ſuſpectus habeba-
tur, cui inſidię ſuccedebant, hic erat aſtutus, & eo aſtutior, ſi
alterius inſidias prouidiſſet: qui proſpiciebat, ne foret in parti
bus, amicitię diſſolutor, & aduerſariorum timens. Omnino q
in nocendo alterum præueniſſet, laudabatur, & qui ad hoc
non cogitantem exhortatus eſſet: Quin etiam ex alienis quã
ex propinquis, ſodalitium potius quam ad audendum ſine ex
cuſatione paratus erat. Non enim huiuſmodi conuentus per
leges latas ob vtilitatem, ſed contra leges ob auaritiam, fie-
bant. Nec fidem inter ſe magis habebant iure diuino, quam
aliquo in Republica ſcęlere. Ea quæ ab aduerſarijs probe di-
cebãtur, non animi generoſitate admittebãt obſeruabantq;,
ſed ſi ad ſuã vtilitatem redundarent, pluris faciebant talionẽ
reddere, quam nihil iniurię pati. Iuſiurãdum ſi quãdo inuicẽ
interponeretur de fide præſentis reconciliationis tãdiu valebat,
quãdiu aliunde viriũ accedebat. Quantulacunq; in re quis au
dendo alterum occupaſſet, quem ſecurum vidiſſet: hoc ſibi iu
cundius propter illius fidei fiduciam ducebat, quam ſi ex pro
feſſo id faceret. Quoniam id & tutum factu eſſe, & quia mali-
tia vicerat, certamen extitiſſe prudentię arbitrabatur: cum fa-
cilius nocentes (quę magna multitudo eſt) vocentur induſtrij,
quam imperiti boni. Et in hoc quidem homines erubeſcant,
in illo quidem glorientur. Quarum rerum omnium cauſa
eſt auaritia, & honorum appetitus, & vbi de illis certamen
eſt, partium ſtudia. Nam qui in ciuitatibus præerant honeſto
vtrique nomine, alteri ſtatum popularem, ęqualitatem ciui-
lem: alteri paucorum regimen Optimatũ appellantes, præfe-
rebãt, & verbo quidem Rempublicam fouentes certabant.
Sed hoc inter eos quoquo modo vincendi erat certamen, tũ
atrociſſima quęque audendo, tum atrociores pœnas irrogã-
do, non illas ex modo iuſtitię, aut ex vtilitate ciuitatis: ſed ſua
ſemper voluptate mentientes, quam vtrique de alteris vtcun-
que capiebant, ſiue per iniqua ſuffragia condemnatis, ſiue vi
oppreſſis expediti ad implendam ita tum animi concitatio-
nem. Adeo neutri deorum religionem vllius momenti facie
bant in contrahendo, ſed ſi aliquid commodius tranſegiſſet
colore verborum, ij ab omnibus melius audiebant. Quiſquis
ciuũ in partibus nõ erat, is ab vtraq; factione occidebatur,
vel quod ab illa non ſtabat, vel propter inuidiam, quod ma-
lorum erat immunis: Ita propter ſeditiones omne facinoris
14 genus in Græcia extit. Et ſimplicitas, † quę præcipue generoſi-
tatis eſt particeps, cum deriſu exterminabatur, mutuoque cõ
ſilia cum perfidia intercipere, res excellens exiſtimabatur. In-
ter reconciliatos enim nullus ſermo robur habebat: nullum
Iuſiurandum timori erat, & cuncti ad diffidendum, quam ad
fidendum proniori cogitatione malebant ſibi proſpicere, ne
quid calamitatis acciperent, quam credere. Infirmioris quoq;
conſilij homines, plęrunque ſuperiores erant: Quippe qui &
ſui ſibi defectus conſcij, & aduerſariorum prudentiam intelli
gentes, veriti, ne eorum & diſertæ orationi eſſent impares, &
agilitate ingenij præuenirentur, ad rem agendam temerarij
deſcendebant. At illi tum præſhorum contemptu, quod lon-
gius prouiderent, tum quia non oportebat facto aggredi, quę
conſilio agere licet, incauti magis opprimebantur. Apud Cor
15 cyram itaque † multa huiuſmodi audacię exempla ſunt edita,
& item quęcunque facerent, vel qui ſe aduerſus vltores dam-
ni iniuria dati potius, quam iure rurſus vlciſcerentur: vel qui
ex diuturna inopia eximi vellent, vel qui vicinorum bona af
fectantes, quę maxima cauſa fuit, contra ius aſſequi ſe illa cõ
fiderent; vel qui non auaritia, ſed indignatione ducti, propter
inſcitiam, quod id ęquum præcipue cenſerent, ſęue & in effre
nate inuaderent. Perturbataque tunc vita in ciuitate, victrix
legum ſolita hominis natura, oſtendit illas libenter ſe præua
ricari, impotenti ira imbecillior, iure potentior plura poſſidẽ
tis inimica, vindictam ſanctitati, lucrum innocẽtię præponẽs
potentię nihil ipſi nociturę inuidens, & communes de his
leges, in quibus repoſita eſt omnibus ſpes ſalutis, inter aduer-
ſa diſſoluens, in expetenda aliorũ vltione, nec aliquid ſibi re-
linquens, ſi quando ipſa in diſcrimen adducta, egeat aliqua il-
larum.

Quibus modis ſeditioſi vim, vel alijs inferant; vel ſibi illatam inferendamue propulſent.

SVMMARIVM.

1 *Tumultus ſubitanei ſeditiones pariunt.*
2 *Seditio C. Gracchi & Fuluii huic qualis fuerit, & eius exitus.*
3 *Tumultus oriuntur ex variis cauſis.*
4 *Seditiones quomodo ex deliberatione oriuntur.*
5 *Catilina quibus conſilius vſus fuerit ad ſuam coniurationem mouendam, & nu. 6. eius oratio ad milites. nu. 7. quo ordine inſtruxerit exercitum ad pugnam. nu. 8. Petrei legati inſtructio exercitus ad pugnam contra ipſum. 9. pugnæ initium & ipſius Catilinæ virtus in prælio. 10. eius interitus 11.*
12 *Seditiones duæ plebis Romanæ contra Senatum.*

CAP. XVII.

Comparatis igitur vndique per fraudes auxiliis

xilijs, mox ad arma se conuertunt seditiosi, vel alijs inferenda, vel quæ eis illata fuerint repellenda. Id autem dupliciter fieri diximus: Ab initio & consulto, & ex interuallo & cōsulto: Ab initio & inconsulto ad manus peruenitur, in seditionibus, quæ nulla intercedente deliberatione, sed casu & quasi
1 subito erumpunt. Quales fere sunt tumultus, †qui conuenientibus diuersarum factionum partibus, siue præparatis antea siue non præparatis seditionibus excitantur.

Sicut Tiberius Gracchus Tribunus plebis, vt scribit Eutropius lib. 4. rerum Rom. Velleius Paterculus lib. 2. histo. Rom. cum comitiorum die seditiones populi accenderet, orto inter nobiles & plebeios tumultu, P. Scipio Nasica ex superiori parte Capitolij summis gradibus insistens, hortatus est, qui saluam vellent Rempublicam se sequerentur. Ad quam vocem Optimates Senatus, atque Equestris ordinis pars melior & maior, & ea pars plebis, quæ pernicioſis consilijs adhuc intacta erat, subito in Gracchum irruere: Ac plebs quidem Graccho adhærens, Subselliorum fragmentis fugata. Gracchus autem detracto amiculo, fugiens decurrensque cliuo Capitolino, ictus fragmine Subsellij corruit, rursusque asurgens alio ictu Daui cerebro impacti exanimatus est. Ducenti præterea in ea seditione interfecti, eorum corpora in Tyberim proiecta sunt, tum ipsius quoque Gracchi cadauer inhumatum extabuit. Testis est Appianus lib. 1. de ciuilibus Ro. bellis. Eutrop. li. 4. Vell. Paterc. lib. 2. Ro. hist. Sic a Senatu conuocato Concilio, vt leges, quæ a C. Graccho, illius quem dixi Tiberij Gracchi fratre, latæ fuerant, soluerentur, simul atque vt de Colonia deducenda quam Gracchus eo loco, vbi Carthago fuerat, condendam decreuerat: Cæterum vrbe designata, lupi metas positas dissipauerant, consultaretur. Conue-
2 niente ob eam rem multitudine, Gracchus † quoque cum Fuluio Flacco ingenti stipatus agmine, Capitolium, vbi concio agebatur, ascendit ibi subito tumultu excitato, quidam Præco, Attilius nomine, a Gracchanis interfectus velut signū belli fuit. Vociferatione namque intecuta, & demortui corpore in medium allato, intuentibus cunctis, & similē casum sibi præcauentibus, primum quidem fuga facta est. Nam & Gracchus, & Fuluius Flaccus desperatis rebus domum perfugerunt, & qui cum illis erant, in vnum abeunt. Reliqua autē multitudo circa mediam noctem instante periculo territa, forum inuadit. Deinde cum Gracchus & Fuluius armis assumptis, Auentinum montē ascendissent, mox eo relicto, Dianę templum inuadentes, per vim retinere conati fuissent: Tandem Decio Bruto, viro Consulari, & C. Publio cum ingenti certamine in eos irruentibus, non valentes resistere, Duo quidem Flacci, pater filiusque, cum ex æde Lunæ in priuatam quādam domum desiluissent, foreisq; obiecissent, reciſſo Cratitio pariete confossi sunt. Graccus vero diu pro se pugnantibus & pereuntibus amicis, ægre ad pontem Sublicium peruenit: Ibique ne viuus caperetur, ceruicem seruo suo præbuit. Domus eorum a populo direptæ, complices cæteri inclusi, & Opimij Consulis mandato suffocati sunt. Sed & in monte Auentino, ex illa factione ducenti quinquaginta cęsi fuisse referuntur.

Sic & ex alijs causis, in diuersa studia distractis factionibus,
3 tumultus †oriuntur, in quibus subito quodā motu, nullo antea de inferendis armis habito consilio, sæpe ad manus cruentasque cædes peruenitur. Quales sunt, quos supra commemorauimus: Qui conuenientibus diuersarum artium, officiorū, & religionum partibus, aut ex ijsdem alijsue similibus causis, dissentiētibus inter se Magistratibus, tam sacris quam prophanis, oriuntur. Quę res exemplis quoque cum aliis multis, tum ijs maxime, quæ ex historijs, tam sacris quam prophanis, antea a nobis, cum de seditionibus, quę propter dissimilitudinem commouentur, ageremus, relata sunt: liquido comprobatur. Ex interuallo & consulto †vis a seditiosis infertur, vel
4 illata repellitur, quę capto prius de inferendis, repellendisue armis consilio adhibetur. Ac illorum alij quidem arma capiunt, mox vbi nacti fuerint occasionem, vim illaturi: alij vt armis tecti & tutiores sint, & facilius quod voluerint ab aduersarijs extorquere possint. Catilina †vim patriæ illaturus, hu
5 iusmodi consilia cœpit. Primum inter complices coniurationis, ita officia partitus est, vt Statilius & Gabinius cum magna manu duodecim simul opportuna loca vrbis incēderēt, quo tumultu facilior aditus ad Consulē cæteroſq;, quib. insidię parabantur, fieret. Cethegus Ciceronis ianuam obsideret eumque vi aggrederetur: Alius autem alium. Sed filij familiarum, quorum ex nobilitate maxima pars erat, parentes interficerent. Simul cędę & incendio perculsis omnibus, ad Catilinam erumperent. Sed nec diu latuerunt huiusmodi coniurationis consilia Senatum. Quippe per Allobragum Legatos Consuli patefacta: sed quæ tamen occulta esse putabat Catilina. Ac propterea exercitum quoque instruxit, tum patefacta iam coniuratione, quo hostium quoque imperiū declinaret, deliberauit. Quam rem omnem simul atque totius coniurationis exitum, Sallustius ad hunc modum describit.

6 Ex omni inquit, copia, †quam & ipse adduxerat, & Manlius habuerat, duas Legiones instituit, cohortes pro numero militum complet. Deinde vt quisque voluntarius, aut ex socijs in castra venerat, æqualiter distribuerat, ac breui spatio Legiones numero hominum expleuerat, cum initio duobus non amplius millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa: cęteri, vt quenque casus armauerat, sparos, aut lanceas, alij præacutas sudes portabant. Sed postquam Antonius aduentabat cum exercitu, Catilina per montes iter facere, modo ad vrbem, modo Galliam versus castra mouere, hostibus occasionem pugnandi non dare: Sperabat propediem magnas copias se habiturum, si Romę socij incœpta patrauissent. Interea seruitia repudiabat, cuius initio ad eum magnæ copię currebant, opibus coniurationis fretus, simul alienum suis rationibus existimans videri, causam ciuium cum seruis fugitiuis communicasse. Sed postquam in castra nuncius peruenit, Romæ coniurationem patefactam de Lentulo & Cethego, cęteriſque, quos supra memoraui, supplicium sumptum, plęrique, quos ad bellum spes rapinarum, aut nouarum rerum studium illexerat, dilabuntur: reliquos Catilina per montes asperos magnis itineribus in agrum Pistorienſem adducit, eo consilio, vti per tramites occulte perfugerent in Galliam trans Alpinam. At Metellus Celer cum tribus Legionibus in agro Picęno præsidebat, ex difficultate rerum eadem illa existimans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, vbi iter eius ex profugis cognouit, castra propere mouit, ac sub ipsis radicibus montium consedit, qua illi descensus erat in Galliā properanti. Neque tamen Antonius procul aberat, vt pote, qui magno exercitu locis æquioribus expeditos in fugam sequeretur. Sed Catilina, postquam videt, montibus ac copijs hostium se clausum, in vrbe res aduersas, neque præsidij, neque fugę vllam spem, optimum factu ratus, in tali re fortunam belli tētare, statuit cum Antonio quam primum confligere. Itaq; concione aduocata, huiusmodi orationem habuit.

7 Compertum habeo milites, †verba virtutem non addere, neque ex ignauo strenuum, neque fortem ex timido exercitum oratione Imperatoris fieri, quanta cuiusque animo audacia, natura aut moribus inest, tanta in bello patere solet. Quem neque gloria, neque pericula excitant, ne quicquam horrere, timor animi auribus officit. Sed ego vos, quo pauca monerem, aduocaui, simul vti causam consilij mei aperirem. Scitis equidem milites, socordia atque ignauia Lentuli quantam ipsi, nobisque cladem attulerit, quoque modo dum præsidia ex vrbe operior, in Galliam proficisci nequierim. Nunc vero quo loco res nostrę sint, iuxta mecum omne intelligitis. Exercitus hostium duo, unus ab vrbe, alter a Gallia obstant. Diutius in his locis esse, si maxime animus ferat, frumenti atque aliarum rerum egestas prohibet: quocunque ire placet ferro iter aperiendum est. Quapropter vos moneo, vti forti atque parato animo sitis, & cum prælium inibitis, memineritis vos diuitias, decus gloriam, præterea libertatem, atq; patriā in dexteris vestris portare. Si vincimus, omnia nobis tuta erunt: commeatus abūde, municipia atque Coloniæ patebunt. Si metu cesserimus, eadem illa aduersa fient, neque locus, neque amicus quisquam teget, quem arma non texerint. Præterea milites, non eadem nobis, & illis necessitudo, impendet. Nos pro patria, pro libertate, pro vita certamus: illis superuacaneum est pugnare pro paucorum potentia, quo audacius aggredimini, memores pristinę virtutis, licuit vobis cum summa turpitudine in exilio ætatem agere. Potuistis nonnulli Romę amissis bonis alienas opes spectare, quia illa fœda, atque intoleranda viris videbantur, hæc sequi decreuistis, si hęc relinquere vultis, audacia opus est. Nemo nisi victor pacem bellum mutauit. Nam si in fuga salutem sperare, cum arma, quibus corpus tegitur, ab hostibus auerteris, ea vero dementia est. Semper in prælio ijs maximum est periculum, qui maxime timent, audacia pro muro habetur. Cum vos considero milites, & cum facta vestra æstimo, magna me spes victorię tenet. Animus, ætas, virtus vestra me hortantur, præterea necessitudo, quę etiam timidos fortes facit. Nam multitudo hostium ne nos circumuenire queat, prohibent angustię loci. Quod si virtuti vestrę fortuna inuiderit, cauete, ne inulti animā amittatis, neu capti sicuti pecora potius trucidemini: Quin virorum more pugnantes, cruentam atque luctuosam victoriam hostibus relinquatis.

8 Hæc vbi dixit, paululum commoratus, †signa canere iubet, atque instructos ordines in locum æquum ducit. Deinde, remotis omnium equis, quo militibus ex æquato periculo animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco atq; copijs instruit. Nam vti planicies erat inter sinistros mōtes, & ab

qua

Digitized by Google

dextera rupe aſpera, octo cohortes in fronte conſtituit, reliqua ſigna in ſubſidijs arctius collocat, ab his Cēturiones omneis lectos & euocatos. Præterea ex gregarijs militibus optimum quenque armatum in primam aciem ſubducit. C. Manlium in dextera, Feſulanum quendam in ſiniſtra parte curare iubet. Ipſe cum liberis, & colonis propter Aquilam adiiſtit, quam bello Cymbrico C. Marius in exercitu habuiſſe dicebatur. At ex altera parte C. Antonius † pedibus ęger, quod prælio adeſſe nequibat, M. Petreio Legato exercitum permittit. Ille cohortes Veteranas, quas tumultus cauſa conſcripſerat in fronte, poſt eas cæterum exercitum in ſubſidijs locat. Ipſe equo circumiens, vnumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, vt meminerint ſe contra latrones inermeis, pro patria, pro liberis, pro aris atque focis ſuis certare. Homo militaris, quod amplius annis Triginta Tribunus, aut Prefectus, aut Legatus, aut Prætor, cum magna gloria in exercitu fuerat, plærosque ipſos, factaque eorum fortia nouerat, ea commemorando militum animos accendebat: Sed vbi, omnibus rebus exploratis, Petreius turba ſignum dat, cohortes paulatim incedere iubet. Idem facit hoſtium exercitus.

Poſtquam eo ventum eſt, † vnde a Ferentarijs prelium committi poſſet, maximo clamore infeſtis ſignis concurrunt. Pila omittunt, gladijs res geritur: Veterani priſtinæ virtutis memores cominus acriter inſtare: Illi haud timidi reſiſtunt, maxima vi certatur. Interea Catilina cum expeditis militibus in prima acie verſari, laborantibus ſuccurrere, integros pro ſaucijs arceſſere, omnia prouidere, multum ipſe pugnare, ſæpe hoſtem ferire, ſtrenui militis, & boni imperatoris ſimul officia exequebatur. Petreius, vbi videt Catilinam contra, ac ratus erat, magna vi contendere, cohortē prætoriam in medios hoſtes inducit, eoſque perturbatos, atque alios alibi reſiſtentes interfecit. Deinde vtrinque ex lateribus cęteros aggreditur. Manlius & Feſulanus in primis pugnantes cadunt.

Poſtquam fuſas copias, ſeque cum paucis relictum videt Catilina, † memor generis, atq; priſtinæ dignitatis ſuæ, in confertiſſimos hoſtes incurrit, ibique pugnans cōfoditur. Iiſdem fere conſilijs vſi ſunt Marius, Sylla, Pompeius, Cæſar, & plęrique alij, qui ſe pro patria pugnare ſimulantes, magnos exercitus in patriam, velut hoſtilem, & quaſi brauium in medio conſtitutam duxerunt. † Alio autem conſilio plebs primum propter nexus æris alieni, in montem Sacrum trans Aniēnem: deinde ob facinus Appij Decemuiri in filiam Virginij deſignatum, in montem Auentinum ſecedens, arma cœpit. Si quidem in monte Sacro ſine vllo Duce, vallo foſſaque communitis caſtris quieti, rem nullam neceſſariam ad victum ſumendo, per aliquot dies, neque laceſſiti, neque laceſſentes, ſeſe tenuere. Auentinum vero petentes, ac deinde inſidentes ijs, qui ad ſedandos eos motus acceſſiſſent, Imperium ſi quis inhiberet, & viros & armatos eſſe reſponderunt: & vt quiſque occurrerat plebem ad repetendam libertatē, creandoſque Tribunos plebis, adhortati ſunt: neque alia vox violēta audita eſt.

De Eloquentia ſeditioſorum.

SVMMARIVM.

1 *Eloquentia nihil vtilius, & nihil pernitioſius in Republica. Quibus modis noceat. nu. 2. eſt aptiſſimum inſtrumentum ad ſeditiones. nu. 3. exemplis comprobatur. nu. 4. & 5.*
5 *Locus Abacuc. c. 3. declaratur.*
7 *Dialectica eſt affinis eloquentiæ, & in quo differat a Rhetorica arte.*
8 *Hæreticos Hieronymus vectes appellat.*

CAP. XVIII.

1 QVemadmodum nihil in Republica vtilius eloquētia, † ſi eius vſus fuerit bonus ita nihil pernicioſius, ſi malus. Nam & prodeſt, & nocet eloquentia. Ac de vtilitate quidem nemo ambigit, de qua cum ſæpe alias, tum libro ſecundo de natura Deorum ita ſcribit Cicero. Iam vero, inquit, domina rerum eloquendi uis quam eſt pręclara, quam diuina, quę primum efficit, vt ea quæ ignoramus, diſcere: & ea quę ſcimus, alios docere poſſimus. Deinde hac cohortamur, hac perſuademus, hac conſolamur afflictos, hac deducimus perterritos a timore, hac geſtientes comprimimus, hac cupiditates iraſque reſtringuimus: hęc nos iuris, legum, vrbium ſocietate deiunxit: hęc a vita immani & fera ſegregauit. At eadem ipſa
2 eloquentia, † quibus modis noceat, ad hunc modum declarat Fabius *li.* 2. orat. inſt. c. 17. Eloquentia inquit, pœnis eripit ſceleſtos, cuius fraude damnantur interim boni, conſilia ducuntur in peius, nec ſeditiones modo turbæque populares, ſed bella etiam inexpiabilia excitantur, cuius denique tum maxime eſt vſus, cum pro falſis contra veritatem valet. Nam & Socrati obijcitur a Comicis, docere eum quomodo peiorē cauſam meliorem faciat. Et contra, Lyſiam & Gorgiam ſimilia dicit polliceri Plato. Quibus conſentiunt exempla Græcorum Romanorumque, quibus oſtenditur, qui pernicioſa nō ſingulis tantum, ſed rebus etiam publicis vſi eloquentia, turbauerint ſtatus ciuitatum vel euerterint, &c. Quę tametſi in eos dicat Fabius, qui in eloquentiam inuehentes, eam ipſam peſſundare conantur: tamen re ipſa ea ipſa quæ narrat, vera eſſe omnes compertum habent. Quibus tamen nihil eloquētiæ laudi detrahitur, ſed id tantum oſtenditur, quod Poeta dicit.

Nil prodeſt, quod non lædere poſsit idem.

Eſt igitur ad ſeditiones non ſolum concitandas, ſed etiam
3 exercendas, aptiſſimum inſtrumentum eloquentia. † Quo ſemper vſi ſeditionum authores, miros in Republica tumultus concitarunt, atque ſummis immiſcentes, in maxima pericula Reſpublicas adduxerunt. Quales fuerunt, Tiberius, & Caius Gracchi fratres, Tiberij Gracchi Clariſſimi, & Eminentiſſimi viri filij, Publii Scipionis Affricani illius ex filia Cornelia nepotes: ambo non ſolum ſeditioſi, ſed etiam ſeditionum motuumque ciuilium quaſi ſeminaria. Nam eloquentiſſimum vtrunque fuiſſe omnes rerum Romanorum ſcriptores teſtantur. Cicero lib. 7. de natura deorum. Sed inter quos tamen Caius ingenio & eloquentia præſtātior fuit, & ob id longe etiā maiora & acriora, quam frater repetens, nihil immotum, nihil tranquillum, nihil quietum denique in eodem ſtatu reliquit; Vell. Paterculus li. 2. Hiſt. Rom.

4 Poſt. Gracchos L. Apuleius † Saturninus, ſeditionis Apuleianæ author, eloquentiſſimus fuit, qui magis motu atque ipſo amictu capiebat homines, quam aut dicendi copia, aut mediocritate prudentiæ. L. Florus lib. 3. capit. 14. & in epithome lib. 60.

5 C. Cæſar † magnæ & elaboratæ eloquentiæ fuit, qui & A Edilis Curulis quotidie conciones habuit, vt Cicero ſcribit in Bruto. Cuius cōtētio cauſa fuit belli ciuilis Mariani, vt Aſconius Pædianus teſtatur. Sed & hæreſum & ſchiſmatum authores & magiſtri, plęrunque eloquentiſſimi fuerunt, de quorum eloquentia, multa etiam in ſcripturis ſanctis pronunciata ſunt.

6 De eloquentia ſi quidem hæreticorum, † quæ contra veritatem & Eccleſiā fluit, illud prophetæ accipitur Abacuc. 3. Nunquid in fluminibus iratus es Domine, aut in fluminibus furor tuus, vel in mari indignatio tua? Nam flumina, quibus iratus eſt Dominus, ſunt hæretici: mare, autē, ſuper quo impetus domini fit, ſunt animæ eorum, qui circumferuntur omni vento, doctrinæ, & ſemper malitia fluctuant, & falſis gurgitibus obruūtur, vt Hieronymus interpretatur libr. 2. comment. in Abacuc. c. 3. Qui & alio loco libro primo, comment. in Amos capitulo primo, de hæreticorum eloquentia loquens. Sermo (inquit) hęreticorum compoſitus, & habens pulchritudinem eloquentiæ ſæcularis, vt facilius decipiant audientes. De eadem re intelligendum eſt illud Apoſtoli: ad Coll. 2. Hæc autem dico, vt nemo vos decipiat in ſublimitate ſermonis.

7 Eloquentiæ affinis eſt ars Dialectica † hoc tantum a Rethorica arte differens, quod illa perpetuo: hæc vero conciſo orationis genere utitur, Quas ita coniunxit Zeno, vt hanc compreſſę in pugnum manus, illam explicitę diceret ſimilē, vt refert Fabius Quintilianus libro ſecundo orat. inſtitu. capit. 21. Ideoque & Dialectica arte, cuius, & ipſis bonis vſus eſt, ſi cauſis adhibeatur bonis: malus, ſi malis, ad decipiēdos ſimplices vtuntur hęretici, ſiue nouos errores confingant, ſiue quæ ab alijs male inuenta ſunt, tueantur. Atque hac arte, vt in hiſtor. Tri. libro quinto, ca. decimo tertio. vſus Arrius, nouum introduxit errorem. Eutitius autem & Eunomius, & illius Magiſter A Etius Syllogiſmis, & Enthimematibus, immo Sophiſmatibus & φδδομένας, atq; Σωρείτοις, quę ab aliis male inuenta ſunt, roborare conati ſunt. Illos oſtia: Hos vectes appellat † Hieronymus, libro 1. comment. in Amos cap. 1. de quibus illud dictum interpretatur. Conteram vectes Damaſci, & diſperdam habitatores de campo ὤν. Amos. 1. Porro vſque adeo ſibi in Dialectica & Rethorica, omnium ſophiſmatum dogmatibus applaudunt hęretici, vt veram Eccleſię & ſimplicem doctrinam: quaſi ruſticitatē, & indignam myſteriis ſuis, quę & ipſi ſibi quaſi Idola confinxerunt, deſpiciant, & pro nihilo habeant, vt idem Hieronymus teſtatur in comment. in Sophoniam ca. 2. A quorum fallacijs vt caueamus, Apoſtolus quo-

que

Digitized by Google

que nos admonet, dicens, Videte, ne quis decipiat per Philosophiam, & inanem fallaciam. ad Collo. 2.

De Materia, Fine, & Forma seditionum.

SVMMARIVM.

1 *Homines sunt materia seditionum.*
2 *Gradus in ordine ecclesiastico sunt & in seculari. nu. 3*
4 *Principes & magistratus tam ecclesiastici quam seculares materia & subiectum sunt earum seditionum, quas inferiores aduersus superiores concitant.*
5 *Seditionum causa finalis quæ sit.*
6 *Seditionis forma est, a qua denominatur seditio.*
7 *Senis cuiusdam depauperati miserabilis species.*
8 *Seditio propter Appii scelus in Virginii filiam perpetratum cõcitata fuit, describitur.*

CAP. XIX.

HActenus de Efficiente causa seditionũ dictum est: sequitur iam, vt de Materiali, Finali, & Formali causa dicamus. Materiam † seditionum
1 vocamus homines, aduersus quos seditiones excitantur: Philosophi Materiam circa quam appellant. Eorum autem, in quos seditiones exercentur, quidam superiores sunt: Quidam inferiores. Superiores sunt principes & Magistratus, tam Ecclesiastici quam sæculares. Inferiores sunt subditi, qui Imperio Magistratuum subiecti sunt. Superiorum & Magistratuum vtriusque ordinis certi gradus sunt. In ordi-
2 ne Eccelesiastico, supremum gradum obtinet Romanus † Pontifex: sub hoc sunt Patriarchæ & Primates: sub Patriarchis, Archiepiscopi: sub Archiepiscopis, Episcopi: sub Episcopis, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi, & aliorum etiam ordinum Clerici. Sic in ordine sæcularium Primatum te-
3 net Imper. Romanorum. † Imperatori subiecti sunt Reges, Regibus Duces, Ducibus Comites, Barones, alijque Nobiles. Sed & vtriusque status suprema capita, ordinem inter se habent. Nam & Imperator, & qui sub eo sunt, Reges & principes, & omnes omnino Laici Roma. Pontifici, alijsque Archiepiscopis, & Sacerdotibus, pro modo districti atque Iurisdictione vniuscuiusque in his, quæ ad Religionem & cultum Dei animarumque salutem, tum Ecclesiæ pacem & trãquillitatem pertinent, subiecti sunt. Quæ aduersus superiores commouentur, seditiones, rebelliones: Subditorum vero inter se turbæ, & tumultus, seditiones & factiones appellantur.

Earum igitur seditionum, quas inferores aduersus superiores concitant, id est, rebellionum Materia, & veluti subie-
4 ctum sunt, † principes & Magistratus, tam Ecclesiastici quam sæculares. Sic earum rebellionum, quas hæretici & schismatici aduersus Romanum Pontificem, & Ecclesiæ Primatum & authoritatem concitant, Materia est Pontifex Romanus, adeoque Romana ipsa & Catholica Ecclesia: & idem Romanus Pontifex, Archiepiscopi, Episcopi, & sacerdotes, earum seditionum, quas in eos exercent, eorum Pastorali curæ subiecti, tam Clerici quam Laici, recte Materia appellabuntur. Et eodem modo Romanorum Imperator rebellionum, quę aduersus ipsum & Romanum Imperium conflantur: & earum quas subditi in alios Reges & principes commouent, Reges ipsi & principes Materia dicentur. In ijs vero seditionibus, quibus inter se subditi agitantur, ipsi quoque subditi, alteri alteris commotarum inter se discordiarum, Materia
5 existunt. Finem seditionum † accipimus, gratia cuius seditiones excitantur. Arist. lib. v. pol. cap. 2. quadruplicem seditionũ finem statuit. Lucrum & honorem: & his contraria, damnũ & dedecus. Siquidem lucrum honorem, vel proprium, vel amicorum suorum affectantes: vel damnum, vel dedecus declinantes, vt illa adipiscantur: hæc vero deuitent, homines plerunque ad seditiones conuertuntur. Ad lucrum referimus, diuitias. Ad honorem, Magistratus, publica munera, & honores. Ad damnum paupertatem, prępotentiam, & incremẽtũ excessuum. Ad dedecus, iniuriam, contumeliam, contemptum, & si quæ sunt similia. Quæ tametsi inter causas efficientes seditionum numerauimus, quatenus scilicet ad concitandas seditiones homines instigant: tamen nihil prohibet, quin & ad finem seditionum hæc ipsa referri possint. Si quidem horum vel consequendorum vel euitandorum gratia
6 homines ad seditiones deueniunt. Forma † seditionis est, a qua denominatur seditio, vt concitatior ille motus, & turba, & velut imago, qua dissensio inter se hominum & discordia repræsentantur, & quasi ob oculos ponitur: quæ si subditorum sit contra dominos rebellio, si subditorum inter se, seditio & factio appellatur. Ac ad formam imaginis pertinent hominum promiscui concursus, armorum strepitus, clamor, horrenda ad accedendas hominum iras spectacula. Cuiusmodi spectaculi effigies est; quam Liuius libro
7 secundo ab vrb. cond. seditionem plebis, † ob nexum æris alieni concitatam describẽs, ad hunc modum exprimit. Magno natu quidã cum omnium maiorum suorũ insignibus se in forum proiecit, obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus pallore ac macie perempti, ad hoc prolixa barba & capilli efferauerant speciem oris: noscitabatur tamen in tanta deformitate, & ordinem duxisse aiebant, aliaque militiæ decora vulgo miserantes eum iactabant: ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum cicatrices aduerso pectore ostentabat. Scisciantibus, ille vnde esset habitus? vnde deformitas? quem circumfusa turba esset, prope in concionis modum, Sabino bello, ait, se militantem, quia propter populationes agri, non fructu modo caruerit, sed villa incensa fuerit direpta omnia, pecora abacta, Tributum iniquo suo tempore imperatum, æs alienum feciisse: id cumulatum vsuris primo se agro paterno, auitoque exuisse, deinde fortunis alijs, postremo velut tabem peruenisse ad corpus: ductum se a Creditore non in seruitium, sed in Ergastulum & carnificinam, inde ostẽtare tergum fędum recentibus vestigijs verberum. Ad hæc visa auditaque clamor ingens oritur: non iam foro se tumultus continet, sed passim totam vrbem peruadit, nexu vincti solutique se vndique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem: nullo loco deest seditionis voluntarius comes, multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo, qui forte Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt: nec temperatum manibus foret, ni propere COSS. P. Seruilius, & Appius Claudius ad comprimendam seditionem interuenissent. In eos multitudo versa, ostentare vincula sua, deformitatemque aliam: hæc se meritos dicere, exprobrantes suam, quisque alius alibi militiam postulare magis minaciter, quam suppliciter, vt Senatum vocarent curiamque ipsi futuri arbitri moderatores publici consilij circumsistunt.

Cui haud dissimilis est alia apud eundem Liuium libro
8 tertio ab vrb. condit. seditio, † quæ propter Appij scælus in Virginij filiam perpetratum, concitata fuit ad hunc modum. Repræsentatur mactaturus iam pater filiam abrepto ab lanio cultro. Hoc te uno quo possum, ait, modo filia in libertatem vendico. Pectus deinde puellæ transfigit, respectansque ad Tribunal. Te (inquit) Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro. Clamore ad tam atrox facinus orto, excitus Appius, compræhendi Virginium iubet: ille ferro, quacunque ibat viam facere, donec multitudine etiam prosequentium iuuenum tuente, ad portam perrexit. Icilius Numitoriusque exangue corpus sublatum ostentant populo, scælus Appij: puellæ infœlicem formam, necessitatem patris deplorant. Sequentes clamitant matronæ, eam ne liberorum procreandorum conditionem, ea pudicitiæ prædmia esse? Concitatur multitudo, clamatur ad arma, &c.

Digitized by Google

DE SEDITIONIBVS LIBER TERTIVS: QVI EST DE MALIS ET INCOMMODIS, QVAE EX SEDITIONIBVS proueniunt.

Seditionem per se malum esse,

SVMMARIVM.

1 *Seditio malum est, quia est priuatio alicuius boni.*
2 *Malorum gradus sunt.*
3 *Seditionum, non natura malum, quare malum coercemus.*
4 *Seditio pacis & concordiæ priuatio est.*
5 *Tenebræ & venenum propter se mala aliquando bona sunt.*
6 *Bellum propter pacem geritur, si iustum est.*
7 *Bellum iniustum simpliciter malum est.*

CAP. PRIMVM.

SVperiori libro de causis seditionū dictum est: sequtur iam, vt de malis & incommodis, q̄ ex seditionibus prouenium, agamus. Priusquam aūt de malis ipsis, quorū causæ sunt seditiones, dicamus: illud in primis explicandum mihi videtur, seditionē quoq; ipsam malum esse, atque eo minus mirādum, ꝙ ex ea alia quoq; mala enascantur. Ac primū qdem seditionem †per se malum esse, ex eo facile conuincemus, ꝙ priuatio eius sit, ꝙ bonum est: Id em̄ proprie malum dr̄. Nam hinc nomē ducit malū, qa boni priuatio est. Bonū aūt est, quicqd a Deo creatū est, sub specie aliqua eorū, q̄ a Deo creata sunt, contentum. Nā vbi aliqua species, necessario aliquis modus, aliquid boni est. Vsi & sapientes concludunt, summum malū non esse: quia summum malum modum non habet. Caret enim omni bono. Vsi cum nulla specie continetur, esse nō potest: ac propterea totū hoc nomē mali de speciei, id est eius ꝙ bonum est, priuatione repertū est, vt alibi Augustinus docet libro 80. q. 6. Cuius & illud est, quod alio loco dicit li. 10. de ci. Dei cap. 10. Mali nulla natura est: sed amissio boni, mali nomen accepit.

1

2 Sunt autem malorum gradus, †siquidem aliud alio maius est, nullum aut summum. Id enim esse non potest: quia nulla specie continetur, vt paulo ante dictum est. Non est igitur malum, quin sub specie aliqua contineatur, bonitatem aliquam coniunctam habeat, propter q̄, non malum esse dicitur, & ea tantum ratione malū est: quia eorum bonorum, quib. coniūctum non est, priuatio est.

3 Seditionem †igitur malum vocamus, non quia natura malū. Nā & ipsa boni alicuius particeps est, vt post hac dicemus: Sed quia boni alicuius priuatio est, cui coniūctum non est. Id

4 est autem pax & concordia, †qua quidē sublata, dissensio succedat & discordia necesse est: quæ vtique est illa ipsa, quam dixi, ꝯcordiæ priuatio. Sicut & alia q̄dā mala, eatenus mala sunt quatenus boni alicuius priuatio in reliquum bona: quia cum bonis coniuncta, q̄ & ipsa vtilitatem aliq̄ afferunt. Cuiusmodi sunt, fames, sitis, morbus, bellum, expoliatio, captiuitas, trucidatio, & ĩ qua sunt similia. Aug. li. 3. de ciu. Dei. c. 1.

Nam quatenus priuatio sunt alimoniæ, sanitatis, pacis, bonorum fortunæ, libertatis, vitæ, mala sunt. Quatenus autem hæc ipsa patientiam exercēt, per quam beata vita acquiritur,

5 bona sunt. Sic & tenebræ, †& venenum mala sunt, quia illæ lucem nobis adimunt, q̄ bona est: Hoc vero sanitatem & aliq̄ēt vitam, q̄ & ipsæ bonæ sunt. Aug. de quæst. vet. & no. test. c. j. Sed rursus hæc ipsa bona sunt, quia pro loco suo ēt necessaria sunt. Nam tenebrę requiē dant post laborē, & ex veneno

6 sæpe etiam salutares medicinæ componuntur. Sic bellum †ēt iustū, nemo negat esse malum: quia s. pacis priuatio est, q̄ vtique bona est. Sed quia bello iusto pax comparatur, & eadem bona: ipsum quoq; bellum bonum dr̄, vt cuius finem pacē esse constat. Quod Aug. his verbis ostendit de ci. Dei li. 19. c. 12. Qui, inquit, bella volunt, nihil aliud q̄ vincere volunt. Ad gloriosam ergo pacē bellando cupiunt peruenire. Nā quid aliud est victoria, q̄ subiecto repugnantium, ꝙ cum sic factum fuerit, pax erit. pacis igitur intentione geruntur & bella, ab his ēt qui virtutem bellicam studēt exercere, imperando atq; pugnā do. Vnde pacem constat belli esse optabilem finem. Omnis enim homo belligerando pacem requirit: nemo autem bellū pacificando.

7 At qui bellum †iniustum exercent, etsi pacem velle videntur, tamen non eam volunt, quę bona est, sed quæ mala: Id est quæ publicæ pacis confusio est & peruersio. Ideoque nec bonum vlla ratione huiusmodi bellum dici debet, sed simpliciter malum est, vt quo bona pax turbatur, & amittitur, nunq̄ comparatur.

Atque huiusmodi bella sunt seditiosorum & latronum, qui tametsi pacis aliquo fœdere coniuncti, pacem etiam per bellum comparare velint, tamen ea non bona est, sed mala. Et bonam quidem quæ est, extingui: malam autem quæ non est, de nouo componi & conciliari volunt.

De pace & concordia,

SVMMARIVM.

1 *Pax est a pactione dicta, & quid sit pactio.*
2 *Pax Dei qualis sit.*
3 *Christus author & princeps pacis & quomodo eam dederit, nu. 4.*
5 *Pax mundi per se mala est.*
6 *Pax domini contraria est paci mundi.*
7 *Pacem aliter dat Christus, aliter mundus.*
8 *Pax Christi quid operetur.*
9 *Pax duplex interna, & externa, et de vtraque, et nu. 10.*
11 *Pacis bonum quantum sit, et de pace monastica.*
12 *Pax Oeconomica quæ sit.*
13 *Lex pacis etiam in brutis.*
14 *Pax politica quid sit.*
15 *Pax quid sit, & eius effectus.*
16 *Inimicicia non conuenit Christianis.*

CAP. II.

IAm vero cuiusmodi malum sit seditio, tū recte intelligimus, si prius quale bonum sit pax & concordia, cuius quidem priuatio seditio est, cognoscamus. Est igitur †pax a pactione dicta. Est enim pactio, vt Vlpianus inquit l. j. ff. de pa. duorum pluriumue placitū & consensus: vnde & qui consentiunt, pacem inter se habere intelligunt. Hanc quidā tranquillitatē liberā esse definiunt. Est aūt pax duplex, vna Dei: altera mundi. Nā pax Dei diuersa est ab ea, q̄ est mundi, ipso dn̄o ita discernente, qui ait Io. 14. pacē meam do vobis: & continuo

2 adiungit. Non qūo mundus dat, ego do vobis. Est igitur †pax Dei illa, q̄ datur a Deo patre, & dn̄o nostro Iesu Christo, qua recōciliamur Deo, q̄ præcedit gratia, qua nobis peccata remittunt̄, quib. aduersamur Deo. Cū. n. per gratiā remissis peccatis absumptæ fuerint inimicitię, restat, vt pace adhæreamus illi, a quo nos sola peccata dirimebant Aug. in expos. Epi. ad Ro. Sicut Propheta dicit: Non grauabit aurē, vt nō audiat, sed peccata vestra ĩter Deū & vos separāt: quib. remissis p fidē dn̄i nostri Iesu Christi, nulla separatione interueniente pax erit. Sed & eā pacē Dei appellare possumus, q̄ trāquillā hominū societatē tuens, non aduersatur legi Dei. Qualis est tranquillitas illa vitę, ex mutua hominum inter se beneuolentia enata, donū videlicet præclarū a Deo mortalibus datū, & ꝙ ad ea, quæ Dei sunt, agenda, ingens pręstat adiumentum. Porro hanc pacem ideo Dei appellamus, quia non homo, sed solus Deus eā

3 largitur. Hanc primum Christus, †in carnē descendens, & homo factus Deus, de cœlo secum attulit: Angelis in fœlici eius natiuitate concinentibus. Lucæ. 2. Et in terra pax hominibus bonæ voluntatis. Vsi & a Prophetis princeps pacis esse dicitur qui & pacis eius non esse finem futurum pronunciarunt. Esaię. 9. Oritur, inquit Psaltes 72. in diebus eius iustitia, & abundantia pacis.

Vnde & pacis Deus, & interdum etiam pax nostra appellatur. Pacem habete, inquit Apostolus secundo, Corin. 13. & Deus pacis & dilectionis erit vobiscum.

Et iterum 2. The. 3. Ipse autem Deus pacis, det vobis pacē sempiternam in omni loco.

Et alio loco. Eph. 2. Ipse. n. est pax nr̄a, q̄ fecit vtraq; vnū & medium parietem macerię, soluens inimicitias in carne sua, legē mandatorum decretis euacuans: vt duos condat in semetipso in vno nouo homine faciens pacem. Sed & verbo simul &

4 exemplo, pacis documenta idem nobis tradidit Christus † Pacem, inquit Marc. 9. habete inter vos. Quod & Apostolus de

Digitized by Google

o te ſtatur, dicens. Eph. 2. Et veniens euangelizauit pacem vo bis, qui longe fuiſtis: & pacem his, qui prope. Quoniam per ip ſum habemus acceſſum ambo in vno ſpiritu ad patrem. Et Apoſtoli ſequuti Magiſtrum ſuum, ipſiquoque nos docue- runt pacem. Nolite eſſe (inquit Apoſtolus Roma. 12.) pruden- tes apud voſmetipſos, nulli malum pro malo reddentes, pro- uidentes bona, non tãtum coram Deo, ſed etiam coram om nibus hominibus: ſi fieri poteſt, quod ex vobis eſt, cum omni bus hominibus pacem habentes. Item. Heb. 12. Pacem ſequi- mini cum omnibus, & ſanctimoniam, ſine qua nemo vide-
5 bit Deum. Pax † mundi eſt paucorum & impiorum hominũ, ad explenda ſcælera conſenſus atque concordia. Qualis eſt eo rum, quos ad hunc modum loquentes introducit ſapiens Pro uerb. 1. Inſidiemur ſanguini: abſcondamus tendiculas contra inſontem fruſtra: deglutiamus eum, ſicut Infernus viuentem, & integrum quaſi deſcendentem in lacum: Marſupium vnũ ſit omnium noſtrum. Et rurſum alio loco Sap. 2. Opprima- mus pauperem iuſtum, & non parcamus viduę nec veterano: nec reuereamur canos multi temporis. Si autem fortitudo no ſtra lex iniuſtitiæ. Circumueniamus ergo iuſtum: quoniã inu tilis eſt nobis, & contrarius eſt operibus noſtris. Cæterum pax
6 † Domini ita contraria eſt paci mundi, vt qui illam habet, hãc habere non poſſit. Quia ſcilicet illa Diaboli eſt: hęc Domini Quod Auguſtinus his verbis confirmat in quæſt. noui teſt. q. 95. to. 4. Qui, inquit, pacem ſuſcipit Saluatoris, inimicitiam cõ trahit mundi: Niſi enim diſcordauerit cum Diabolo, pacem non habebit cum Chriſto. Nemo enim poteſt duobus domi- nis ſeruire. Hic ergo a mundo diſcordat, qui legem Dei fideli- ter ſeruat: Chriſti pace munitus, omnium aduerſariorũ com primit tela. Quis enim audeat aduerſus eum, quem ſcit Regis amicum? Aliter tamen mundus pacem † dat, quam ſe Salua-
7 tor dare promiſit. Mundus enim aut metu dat pacem, aut p̃- ce: Saluator vero, cum ſit fortiſſimus omnium, nullum vtiq; metuens, nõ rogatus dat pacem. Saluatoris ergo hæc pax eſt, quæ idcirco datur, vt munimentum ſit contra hoſtes. Pax qui dem vno nomine appellatur, ſed lõgo interuallo diſcernitur Dei & mundi. Hæc enim fragilis eſt, illa fortis: hæc carnea, illa ſpiritalis: hæc terrena, illa cœleſtis: hæc de neceſſitate eſt, illa de voluntate. Chriſtus enim nullius egens, pacem offert inua- lidis & inermibus: dominus ſeruis, bonus malis, Deus homi-
8 nibus. Quicunque vero pacem † Chriſti acceperit, alienus erit a vitijs huius mundi, quæ militant aduerſus animam, & tan- dem adipiſcetur vitam æternam. At mundi pax plena vitijs, non docet bonam vitam, non ſuadet ad patientiam, non pro uocat ad iuſtitiam, non hortatur ad miſericordiam, non pro-
9 mittit viram æternam. Hæc Auguſtinus. Rurſus pax † duplex eſt: Interna & Externa. Pax interna eorum eſt, qui naturali quodam amicitiæ nexu coniunguntur. Et eſt triplex. Monaſti ca, Oeconomica, & politica. Monaſtica eſt vnius hominis ad ſeipſum, eorum videlicet, quæ ſunt in anima hominis motuũ cum ratione concordia, & cognitionis actioniſq; conſenſio. Quam Græci Latini tranquillitatem animi appellãt. Oeconomica, quæ & domeſtica, eſt ordinata imperandi obe- diendique in vna domo cohabitantium concordia. Politica & ciuilis, eſt ordinata imperandi atque obediendi ciuium cõ cordia. Aug. lib. 19. c. 13. de ci. Dei. Imperãt qui conſulunt, ſicut vir vxori, p arentes filij, domini ſeruis, Magiſtratus ciuibus, Re ges ciuitatibus, & regnis. Obediunt autem, quibus conſuliẽ, ſicut mulieres maritis, filij parentibus, ſerui dominis, ciues ma
10 giſtratibus, ciuitates & regna Regibus. Externa pax † eſt eorũ qui inter ſe diſſiti, ac proprio quodam iure viuentes, nulla ne que loci, neq; offi cij, neque alia neceſſitudinis lege coniuncti ſunt.

Qualis eſt hominis ad hominem, vicini ad vicinum, ciuitatis ad ciuitatem, regni ad regnum concordia.

11 Eſt igitur tantum pacis † bonum, vt in terrenis & mortalib. rebus nihil gratius ea ſoleat audiri, nihil deſiderabilius concu piſci: deniq; nihil poſſit melius inueniri. Ac primum quidem quid optabilius pace monaſtica, in qua ſumma fœlicitas po- nitur, non ſolum terrena illa & temporaria, quod & Ethnici ſenſerunt: ſed etiam cœleſtis & æterna, a qua ſcilicet Beati, qui eam habent, & ad finem vſque retinent, & filij Dei appellan tur. Beati (inquit Saluator & Dominus noſter Chriſtus Ieſus Matth. 5.) pacifici, quoniam ipſi filij Dei vocabuntur. In pa- ce enim perfectio eſt, vt inquit Auguſtinus de ſer. domini in monte. libro primo, & ideo filij Dei pacifici: quoniam nihil in eo reſiſtit Deo, & vtique filij ſimilitudinem patris habere debent.

P acifici autem in ſemetipſis ſunt, qui omnes animi ſui mo tus componentes, & ſubijcientes rationi, id eſt, menti & ſpiri- tui, carnaleſque concupiſcentias habentes edomitas, fiunt re gnum Dei, in quo ſunt ita ordinata omnia, vt id quod eſt in homine præcipuum & excellens, hoc imperet, cæteris non re luctantibus, quæ ſunt nobis beſtiiſque communia, atque idip ſum quod excellit in homine, id eſt, mens & ratio, ſubijciatur potiori, quod eſt veritas, vnigenitus Filius Dei. Hæc eſt illa pax quæ datur in terra hominibus bonæ voluntatis. Hæc eſt mens illa ſecura, quæ a Sapiente prouerb. 15. iugi conuiuio compa ratur: qua qui præditus eſt, pacificus eſt, pace gaudens, pietate religioſus, benignus mente, moribus caſtus, conſcientia ſe- curus.

12 Deinde patresfamilias † nihil magis optant, quam pacem domeſticam, cum his, qui eorum imperio ſunt ſubiecti. Nam his ad nutum ſibi obtemperantibus, delectantur: repugnanti bus dolent, indignantur, corripiunt, vindicant, nec antea qui eſcunt, quam domus ſuæ pacem, ſi ita neceſſe eſt, etiam ſæuiẽ do componant, quam ſentiunt eſſe non poſſe, niſi cuidã prin- cipio, quod ipſi in domo ſunt, cætera in eadem domeſtica ſo- cietate ſint ſubiecta.

13 Quam legem † & a brutis animantibus, vt ab auibus, ceruis columbis, apibus: Imo & ab inſociabilibus, ſoliuagis, & q̃buſ- dam etiam immaniſſimis beluis, cuſtodiri videmus, quæ con iugia copulant, nidos congerunt, oua confouent, pullos alunt & quaſi cum ſua matrefamilias ſocietatem domeſticam, quã ta poſſunt pace, conſeruant.

Poſtremo a monaſtica & Oeconomica pace, tãquam a fon
14 te emanat Tertia illa, † quam politicam diximus, p quã & ip- ſam ciuitates & regna, non ſolum conſtituuntur, ſed etiam le gitime gubernantur & conſeruantur. Atq; ex his omnib. iam ſatis, vt opinior, intelligimus, q̃ bona & neceſſaria ſit, ad con- ſeruandam humanam ſocietatem, hominum inter ſe pax & concordia, vt recte a Cicerone dictum ſit Philip. & nomẽ pa cis dulce eſſe, & rem ipſam tum iucũdam, tum ſalutarem. pro pter q̃ & gentiles quidam, pacem & concordiam inter bona beatitudinis ſtatuerunt. Aug. ſer. 166. At multo plura eademq; excellentiora ſunt Chriſtianę pacis commoda, a gẽtilib. igno rata, quę hoc ordine enumerat Aug. ſer. 57. De pace inquit, di-
15 cturi, prius quæ pacis ſint commoda videamus. Eſt pax † ſereni tas mentis, tranquillitas animi, ſimplicitas cordis, amoris vin culum, conſortium charitatis. Hęc eſt, q̃ ſimultates tollit, bel- la compeſcit, cõprimit iras, ſuperbos calcat, humiles amat, diſ cordes ſedat, inimicos cõcordat, cũctis eſt placita. Nõ q̃rit alie num, nihil deputat ſuũ: docet amare, q̃ odiſſe nõ nouit. Neſcit extolli, neſcit inflari. Hãc ergo qui accepit, teneat. q̃ perdidit, re petat: q̃ amiſit, acquirat. Qui qui in eadem nõ fuerit iuuentus, abdicatur a patre, exhæredatur a Filio, & a Spiritu ſancto alie nus efficitur. Reſpuit. n. munus oblatum, q̃ datæ legis contem- pſerit bonũ. Nec poterit ad hæreditatẽ Dei peruenire, q̃ teſtm̃ noluerit obſeruare: Non poteſt cũ Chriſto concordiam hr̃e, q̃ diſcors voluerit eſſe cum Chriſtiano. Contumaciæ ergo cri- men eſt, q̃ iubetur contemnere, q̃ præcipitur nolle, quod im peratum eſt declinare. Quid tibi commune cũ diſcordia Chri
16 ſtianę? † quid ſimultates amas, quod authori pacis placere nõ potuit? quid exerces inimicitias, quas euadere non potuit, nec ille qui eas primus inuenit? Initio nanque inimicitias in proto plaſtum, dum ſerpens exerit, interficitur: dum homini inuidet ipſe proſternitur: Dum Adam cupit decipere, ipſe primitus iu gulatur. Quare aut Chriſti charitatem amplectere Chriſtia- ne, aut diſcordiæ authori ſimilitudine operum parem te eſſe cognoſce.

De bello & diſcordia,

S V M M A R I V M.

1 *Paci & cnocordiæ contrarium eſt bellum.*
2 *Bellum iuſtum quid ſit. & quid iniuſtum, nu. 3.*
4 *Bella quædam geruntur vel Deo iubente, aut ſaltem non prohibente.*
5 *Tribus Beniamin propter nefarium ſcelus in vxorem leuitæ perpetratum a reliquis tribubus ad interneccionem prope modum eſt cæſa.*
6 *Bella geruntur a malis ad ſubuerſionem verę pietatis & iuſtitię, & ad iuſtam honorum ſuppreſsionem.*
7 *Bellum quoddam internum, & quoddam externum, & quid vtrunque ſit.*
8 *Bella ſiue interna, ſiue externa ob id mala ſunt, quia pacis priuatio ſunt.*
9 *Caro eſt hoſtis noſter crudeliſſimus.*
0 *Conſcientia in homine eſt horrendum bellum contra ipſum.*
11 *Conſcientiæ obnoxiæ magna eſt vis.*
12 *Facinora mala conſcientia Flagellantur.*
13 *Bellum grauiſſimum eſt quod mundus & Diabolus extrinſecus homini inferunt, & nu. 15. 16.*
14 *Viuere ſecundum carnem quid ſit.*
17 *Diaboli verſutia & artes in homines quales ſint, & nu. 18. 19.*
20 *Diſcordiæ domeſticæ & ciuiles omnem legitime imperandi, obediendique concordiam eorum qui in una domo, aut republica uerſantur, diſſoluunt.*
21 *Diſcordia politica quæ ſit.*

22 Diſcor-

Digitized by Google

22 *Diſcordiæ externæ quas vicini in vicinorum domos & familias exercent noxiæ ſunt.*
23 *Bella externa plena periculis ſunt.*
24 *Bella etiam iuſta quanta incommoda afferant.*
25 *Bellum a belluis nomen accepit.*

CAP. III.

PAci & concordiæ cõtrarlũ
1 eſt bellũ,† & vt maximum bonum homini eſt pax & concordia, vt in Hierone inquit Xenophon. Eſt autem bellum duplex: Vnum domini, alterum mundi. Bellũ domini vocamus, quod huius mundi etiam prudẽtes iuſtum appellant. Et eſt, quod iuſtæ & legitimæ pacis vel conſeruandæ, vel recuperandæ cauſa ſuſcipitur. Auguſtinus lib. 6. quæſt.
2 ſuper Ioſue. q. x. iuſtum definit eſſe bellum, †quod vlciſcitur iniurias, ſi qua gens vel ciuitas, quæ bello petenda eſt, vel vindicare neglexerit, quod a ſuis improbe factum eſt: vel reddere, quod p̃ iniurias ablatum eſt. Similiter iuſtum eſt, quod Deus imperat, apud quem non eſt iniquitas, & nouit, quid cuique fieri debeat: In quo bello ductor exercitus, vel ipſe populus, nõ ipſe tam autor belli, quam miniſter iudicandus eſt. Cæterum, quæ ad belli iuſtitiam pertinent, nos in ijs libris, quos de legationibus ſcripſimus, ſatis explicauimus. Iniuſtum bellum eſt,
3 †quod iuſtæ & legitimæ pacis perturbãdæ extinguendæue cã, infertur.

Atque illius Deus, huius vero Diabolus, author eſt. Nam & Deo vel iubente, aut ſaltem non prohibente, quædam bel-
4 la †geruntur. Cuiuſmodi ſunt, quæ pro iuſtitia, ac tuenda religione: ob ſcẽlera item punienda, & ad repetendas res per vim ablatas, captiuoſque liberandos, & id genus alias cauſas, ſuſcipiuntur. Sic ad cuſtodiendam legem, per Moyſen latam 1. Machab. 3. & ſeq. Machabæi fratres, Iudas, Ionathas, & Simon, aduerſus Antiochum, ac eius principes, arma ſuſceperunt. Et Ioſue Deo authore Chananæos, & reliquos populos, quondam habitans terram, populo Iſraelitico repromiſſam, expugna-
5 uit. Iud. 20. Similiter Tribus †Beniamin propter nefarium ſcælus in vxorem Leuitæ perpetratum, a reliquis Tribubus ad interneciõnem propemodum eſt Cæſa. Iu. 20. Et Abraham coacto ſuorum vernaculorum exercitu, quatuor reges victores, qui inter cæteros captiuos Loth nepotem eius, vna cum tota illius ſubſtantia tulerant, Deo volente, proſtrauit. Gen. 14. Sic Dauid diuino admonitus oraculo 1. Reg. 30. ſociis repente irruit in latrunculos & prædones, qui vaſtauerãt Sicelech, eruitque de manu eorum vxores ſuas, & prædam, quam abduxerunt.

At quæ ad ſubuerſionem verę pietatis & iuſtitiæ, & ad iniu
6 ſtam bonorum ſuppreſſionem, a malis geruntur bella, †Diabolo authore ſuſcepta geſtaque intelliguntur: quod & Ethnici crediderunt, qui malorum bella a tribus Furijs infernalibus Tiſiphone, Megæra, & Alecto, mentibus humanis immitti dixerunt. Ad quem modum Poeta a Iunone bellum in Aeneã & Troianos excitatum fuiſſe fingit. Sic enim de Iunone, omnibus modis ira iam accenſa, & ad vindictam parata, habet carmen Poeta, Virgi. lib. 7.

Luctificam Alecto dirarum a ſede ſororum,
Infernisque ciet tenebris, cui triſtia bella.
Iraque, inſidiæque & crimina noxia cordi,
Quam Iuno his acuit verbis, ac talia fatur.
Tu potes vnanimeis armare in prælia fratres,
Atque odiis verſare domos, tu verbera tectis.
Funereaſque inferre faces, tibi nomina mille,
Mille nocendi artes, fœcundum concute pectus,
Diſtice compoſitam pacem, ſere crimina belli,
Arma velit, poſcatque ſimul, rapiatque Iuuentus, &c.

7 Et vtrunque quidem bellum, †domini & mundi, diuiditur vt quodam ſit internum, quoddam Externum. Internum rurſus triplex eſt: Monaſticum, ſiue vnius hominis ad ſeipſum. Oeconomicum ſiue domeſticum, & Politicum ſiue Ciuile. Monaſticum duplex eſt: Vnum, quod Deo iubente contra malos affectus, vitia & cupiditates exercetur. Aug. li. de ſalutarib. Doc. c. 64. Qualis eſt cõtinua ſpiritus aduerſus carnem pugna. Alterũ, quod aduerſus ſpiritum iam a carne victum gerit cõſcientia, quæ nullo non ſuppliciorum genere nocentem iam territat & afligit. Bellum Domeſticum eſt, quod vxor contra maritum, liberi aduerſus patentes, ſerui contra dominos ſuos exercent. Bellum Politicum ſiue ciuile eſt, quod ſubditi dominis ſuis, vel alterutrum ſibi vicini vel ciuitates, vnius imperij vinculo conſtricti, per rebellionem, ſeditionem, vel factionem inferunt. Ac de triplici hoc bellorum genere, ſupra non nihil diximus.

Exterum bellum eſt, quod Diabolus & mundus animę, vicinus vicino, ciuitas ciuitati, & Reges Regibus, inferunt. Iam
8 igitur bella, †ſiue interna ſiue externa, ob id mala ſunt, quia pacis priuatio ſunt. Ac primum quidem, quis non malum eſſe dicet, internam illam pugnam carnis aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, qua ſi ſpiritus carnem vicerit, & morificauerit, vita, ſi ſuccubuerit, mors datur, Apoſt. dicente. Rom. 8. Si ſecundum carnem vixeritis, moriemini: ſi autem ſpiritu facta carnis morificaueritis, viuetis. Sane crudeliſſi-
9 mus hoſtis eſt caro. † Caro ſiquidem omnem ſuggeſtionem malam concupiſcit, & demonſtrat. Caro concupiſcit omne malum: caro hortatur maleficia: caro prouocat iram, homicidium, adulterium & rixam: caro inſerit ebrietatem: caro portat omnem concupiſcentiam malam huius ſæculi, & omnia mala deſiderat.

10 Deinde non minus horrendum eſt bellum, †quo conſcientia cum homine ob perpetrata delicta conflictatur. Qui enim conſcius ſibi delictorũ eſt, nuſquam ſecurus eſt, vt inquit Ambroſius in Apol. Dauid. c. 9. ſed tanquam hoſtiles acies ita lapſus culparum ſuarum, aduerſantium modo, arbitrat̃ ſibi obſiſtere. Quicquid perſonuerit, quicquid increpuerit, culpa ei propria ſemper occurrit. Quicquid fuerit dictum aut lectum, in ſe dictum putat. Quicquid intenderit ſe nutu, ſe oculis deſignari putat. Si epuletur, ſi cogitet, ſi oret, ac deprecetur, ante oculos eius ſemper eſt error proprius, & momentis omnibus culpa pulſat conſcientiam: nec quieſcere, nec obliuiſci ſinit, velut grauis cenſor exagitat ſe perpetuo terrore. Omnia igitur aduerſa habet, qui ipſe ſibi diſplicet, ipſe ſui accuſator, ipſe ſui teſtis eſt, nec inuenit, quo fugiat, qui ipſe ſe purget & ſtimulet.

11 Magna certe vis obnoxiæ conſcientiæ, †magna ſupplicia timebant Adam & Eua: & cum Domini vocem in Paradiſo ambulantis audirent, cupiebant ſe abſcondere, quos nemo q̃ rebat. Cain quoque metuebat, ne omnis quicunque inueniret eum, occideret: ita ſua conſcientia in eum ferebat ſententiam, quod dignus eſſet, cui nullus ignoſceret. Et ad hunc modum affligitur, qui in Pſalmo quinquageſimo, dicit. Et delictum meum contra me eſt ſemper: Hoc eſt, ſine interuallo aliquo recordatio & ſpecies ipſa mei me erroris impugnant.

Hæc Ambroſius. Idem quoque Ethnici ſenſerunt, tametſi lumine fidei noſtræ minime illuſtrati. Sic enim de hac conſcientię pugna ſcribit Seneca libro decimo, epiſtolarum.

Prima eſt, inquit, & maxima peccantium pœna peccaſſe, nec vllum ſcęlus, licet illud fortuna exornet muneribus ſuis, licet tueatur ac vindicet, impunitum eſt: quia ſcæleris in ſcęlere ſupplicium eſt. Sed nihilominus & hæc & illam ſecundæ pę nę præmunt ac ſequuntur, timere ſemper & expaueſcere, & ſecuritati diffidere. Hic contentiamus, inquit, cum Epicuro, q
12 ait. Mala facinora †conſcientia flagellari: & plurimum illi tormentorum eſſe, eo quod perpetuo illam ſollicitando vrget ac uerberat, quod ſponſoribus ſecuritatis ſuę non poteſt credere. Hoc enim ipſum argumentum Epicuri eſt. Natura nos a ſcęlere abhorrere, quod nulli nõ etiam inter tuta timor eſt: multos fortuna liberat pœna, neminem metu. Hęc Seneca, cui Satyricus Iuuen. Sat. 13. etiam concinit.

Exemplo quodcunque malo committitur, ipſi.
Diſplicet authori: prima hæc eſt vltio, quod ſe
Iudice, nemo nocens abſoluitur.

Et poſt.

Cur tamen hos tu
Euaſiſſe putes, quos diri conſcia facti,
Mens habet attonitos? & ſurdo verbere cædit.
Occultum quatiente animo tortore flagellum.
Pœna autem vehemens, & multo ſæuior illis,
Quas & Cæditius grauis inuenit, aut Radamanthus.
Nocte, dieque ſuum geſtare in pectore teſtem.

13 Sed & grauiſſimum eſt bellum, †quod mundus & Diabolus extrinſecus homini inferunt: quod vt caute declinemus, Apoſtolus Ioannes admonet, dicens primo Ioann. 9. Nolite diligere mundum, neque ea quæ in mundo. Quia omne quod in mundo eſt, concupiſcentia carnis eſt, & cõcupiſcentia oculorum, & ambitio ſęculi.

Cum hoc conflictatus Adam & Eua, & tandem victi, a Paradiſo delitiarum, in hoc miſerabile exilium eiecti ſunt. Nam & concupiſcentia carnis ab eis impleta eſt, quod de ligno vetito guſtauerunt. Et concupiſcentia oculorum quod ſibi aperiri oculos cupiuerunt. Et ambitio ſæculi, quod ſe fieri poſſe, quod Deus eſt, crediderunt. Auguſtinus lib. de ſalutaribus, document. capitulo decimotertio, & decimoſeptimo.

Sic & ad eundem modum mundum diligentes, id eſt, carnaliter viuentes, nos quoque a Paradiſo ętern̄ę fœlicitatis eijciemur.

Nam & Apoſtolus dicit Rom. 8. Si ſecundum carnẽ vixeritis, moriemini. Secundum carnem autem viuit, †qui ſecũdum

Digitized by Google

ſeipſum viuit, quia ipſe homo eſt, & viuit, & ſecundum ſe ipſum viuit. Id eſt, pergit quo vult, dormit quando vult, & quã diu vult, loquitur quę vult, & cui vult, & vbi vult, manducat & bibit quando vult, & quantum vult: ridet & iocundatur tur piter inter quos uult, & quando vult. Poſtremo, quicquid naribus ſuaue eſt, quærit, quicquid tactu blandum, quicquid ocu lis delectabile, quicquid corpori ſuo iucundum, exercet & ſequitur, qualiter vult, & quando vult: quia omomnia licita & illicita carnaliter vult. Delectatur in veſtimentis pulcherrimis, & equis & armis, ſicut vult, & quando vult. Et ſic non ſecũdum Deum, ſed carnaliter viuit, & om nia deſideria carnis ſuę perficit ſicut vult, & quando vult. Hęc & alia his ſimilia, mundi bello victi faciunt. Fortiores autem huiuſmodi illecebrarũ arma, Apoſtoli doctrinã ſequuti, cautius fugiendo declinant: Quod omnium certe maxime arduũ eſt. Frequenter enim irrepit terrenarum illecebra cupiditatũ, & vanitatum offuſio mentem occupat, vt quod euitare ſtudeas, hoc cogites, animoque voluas, quod cauere difficile ſit homini, exuere autem impoſſibile, vt voti magis ea res ſit, q̃ effectus. vt inquit Ambroſius. de fuga ſæculi. ca. j. & Aug. de bo no perſeueran. lib. 2. cap. 8. Quod & Prophetæ teſtimonio confirmat, dicentis. Declina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam. Pſa. 118. Sed nec minus periculo ſum eſt bellum
15 †illud externum, quod a Diabolo homini infertur, carnem eius occupans Aug. de ſalutarib. documen. capi. 64. Diabolus enim in carne noſtra ſeminat ſemina ſua, id eſt, homicidium, fornicationem, cõcupiſcentiam, libidinem, iram, rixam, ebrietatem, ſuperbiam, furtum, & omnem ſuggeſtionem malam, dicente Apoſtolo. Epheſ. 6. Non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritus aeris huius, ad uerſus ſpiritualia in cœleſtibus. De Diabolo enim hoc dictũ eſt, qui ſpiritus malus eſt, & non videtur: Et ipſe ſpiritus neqſſimus proiectus eſt de Cœlo cum Angelis ſuis, de quibus dicitur in Apocalypſi c. 12. Ecce proiectus eſt accuſator fratrum noſtrorum, qui accuſabat illos die ac nocte, & ipſi vicerunt, eum, propter ſanguinem Agni. De quo & Apoſtolus alio loco dicit 1. Corin. 12. Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ Angelus Sathanæ, qui me colaphizet: propter quod ter Dominũ rogaui, vt diſcederet a me, & dixit mihi. Sufficit tibi gra mea: nam virtus in infirmitate perficitur. Denique & in carne Iob tentatus eſt a Diabolo, dicente Domino. Et data eſt ei poteſtas a domino in facultate eius. Et iterum. Dabo tibi illum in poteſtatem, præter animam eius lib. 1. & 2.

16 Atque huiuſmodi Diaboli bellum† tanto periculoſius eſt, quanto qui intentat hoſtis occultius, per inſidias nos aggredi-
17 tur. Verſutus eſt enim iſte hoſtis, †& tortuoſus (vt inquit Auguſtinus in lib. ſoliloquiorum. c. 17.) nec facile deprehendi poſſunt circuitus viæ eius, nec cognoſci ſpecies vultus eius, niſi Dominus illuminet, vt patet infra lib. 4. cap. 5.

Nam nũc hic, nunc illic, nunc agnum, nunc lupum, nunc tenebras, nunc lucem ſe oſtendit, & ſingulis quibuslibet qualitatibus, locis, & temporibus, ſecũdum varias rerum mutatio-
18 nes, varias exhibet tentationes. Nam vt triſtes decipiat, †triſtatur & ipſe, vt gaudentes illudat, fingit ſe & ipſe gaudere, vt ſpiritales defraudet, in Angelum lucis ſe transfigurat: vt fortes ꝓmat, apparet agnus, vt mites deuoret, apparet lupus. Hęc q̃dem omnia ſecundum ſimilitudinem variarum Pſal. 90. tentationum effici habent, ſicut alios a timore nocturno, alios a ſagitta volante in die, alios a negocio perambulante in tenebris, alios ab incurſu, alios a Dæmonio meridiano. Pſal. 90. Et ad hæc quis idoneus, vt cognoſcat, & aſtutias eius qui cognouit? quis reuelabit ſpeciem indumenti eius, & gyrum dentium eius quis agnoſcet? En abſcondit ſagittas ſuas in pharetra, & laqueos ſuos a bſcondit ſub ſpecie lucis. Et hoc difficilius perpẽditur, niſi a te domine ſpes noſtra lumen aſſumamus, vt videamus omnia. Nam non ſolum in carnis operibus, quæ de facili cognoſcuntur, nec tantum in ipſis vitijs, ſed in ipſis ſpiri-
19 talibus exercitijs laqueos abſcondit ſubtiles, †& ſub virtutum colore ipſa vitia induit, & trãſmutat ſe in Angelum lucis. Hęc & multa alia nititur contra nos, ipſe filius Belial, ipſe Sathan, Domine Dominus noſter. Et nunc vt Leo, nũc vt Draco, manifeſte & occulte, intus & extra, die ac nocte inſidiatur, vt rapiat animas noſtras. Et tu eripe nos Domine, qui ſaluas ſperãtes in te, vt ipſe de nobis doleat, & tu lauderis in bonis domine Deus noſter. Hactenus Auguſtinus. Poſtremo Domeſticę
20 & ciuiles diſcordię, †omnem legitime imperandi obediendiq; cõcordiam, eorum qui in vna domo aut republica verſantur, diſſoluunt, qua ſublata, primum caſtiſſima illa viri & mulieris ſocietas diſtrahitur, tum liberorum procreatio & educatio negligitur, & quæ cuiuſq; tam viri quam mulieris in adminiſtranda refamiliari tam domi q̃ foris, propria ſunt officia, confunduntur. Et ſi quos forte procreauerint liberos, illos nec nutriunt, nec erudiunt. Et rurſus filij parentibus non eum, quem oportet, honorem exhibent, ſed nec ſerui dominis eam, quam oportet obedientiam, operarumque obſequia præſtant.

21 Sed & ī adminiſtratione rerum publicarum, †abrogatis his, quæ ad veram imperandi obediendique rationem pertinent, eo res deueniunt, vt nulla libertatis aut reipublicæ aut legum aut dignitatis, aut principatus ſit vtilitas: tum nulla etiam reuerẽtia neque legum, neque ciuium, neque patriæ ipſius, malorum & ſeditioſorum conatibus obſiſti poſſit.

22 Nam minus noxiæ ſunt diſcordiæ† externę, quas vicini in vicinorum domos & familias exercẽt, a qua re & prouerbiũ natum videri, poteſt, quo Lyſimachus apud Plautum in Mercatore vtitur. Nunc ego, inquit, verum eſſe illud verbum experior, Aliquid mali eſſe propter vicinum malum. Et vt magnæ cõmoditates a vicinis proueniunt, ſi boni fuerint: ita multa incommoda, ſi mali. Quod Heſiodus exprimit huiuſmodi carmine.

Εἰ γάρ τοι καὶ γρῆμ' ἐγχώριον ἄλλο γένηται,
Γείτονες ὧσοι ἔκιον ἄξ, ζώσαντο δέπνοι.
Πῆμα κακὸς γείτων, ὅσσον τ' ἀγαθὸς μέγ' ὄνηαρ.
Εμμορέ τοι τιμῆς, ὅς τ' ἐμμορε γείτονος ἐσθλοῦ.
Οὐδ' ἂν βοῦς ἀπόλοιτ' εἰ μὴ γείτων κακὸς εἴη.

Quod ad hunc modum Latine redditum eſt.

Si qua domi inciderint tibi res, tunc illico omiſſis,
Ad ſunt vicini zonis cinguntur, at ipſi
Affines, noxa eſt, vicinus vt improbus ingens.
Contra ita maxima commoditas, ſi commodus adſit.
Deeſt honor huic bona, quem vicinia deficit, at nec
Intereat bos, ni vicinis vbi improbus adſit.

23 Sic & bella†externa, quæ a ciuitatibus aduerſus ciuitates, vicinios, vel a Regnis contra Regna vicina intentantur, plena periculis ſunt: ut quibus ingentes ſæpe populos ſubuerſos eſſe, hiſtoriæ tradunt.

Quemadmodum Aetolis & Acarnanibus, Carthaginenſibus & Byzintinis, & quibuſdam aliis euenit, qui ſe mutuis cladibus euerterunt.

Neque vero ad iniuſta tantum bella pertinent, quæ de incõmodis bellorum iam diximus, maxime eorum, quæ Oecono
24 mica & Politica appellauimus. †Nam & ipſa quantumlibet legitima & neceſſaria, non ſolum ea quæ enumerauimus, ſed multa etiam alia mala comitantur.

Cuiuſmodi ſunt, quod religio neglecta iacet, ſpretus Dei cultus, templorum direptiones fiunt & ſacrilegia: horrendæ audiuntur Blaſphemię, varię æduntur cædes, rapinæ, populationes agrorum, deprędationes domorum, carceres, vincula, aulſi a ſinu matrum filii. Raptæ ad ſtuprum virgines, incendia pagorum, vrbium, breuiter in bello etiam iuſto.

Ius eſt in armis, opprimit leges timor.

Vt inquit Seneca, in Hercule furente.

Et iterum.

Arma non ſeruant modum.
Non temperari facile nec reprimi poteſt.
Stricti enſis ira, bella delectat cruor.

Vnde & prudentes quidam dicunt, non bonorum eſſe hominum bellare, ſed ne latronum, ne hominum quidem. Bel-
25 luarum enim eſt iſte furor, vnde bellum † nomen accepit, vt inquit Feſtus, & in officiis inquit Cicero. Et ſi quando iuſto & ſapienti viro bellandum eſt, tamen quia non niſi neceſſitate coactus, bellum inferre debet.

Dolendum ſimul illi eſt, iuſtorum ſibi neceſſitatem extitiſſe bellorum, quia niſi iuſta eſſent, ei gerenda non eſſent. Acper hoc ſapienti bella non eſſent: iniquitas enim partis aduerſę, iuſta bella ingerit gerenda ſapienti, quæ iniquitas vtique homini eſt dolenda: quia hominum eſt, etſi nulla ex ea bellandi neceſſitas naſceretur, vt alibi docet Auguſtinus. De ciuita. Dei lib. 19. c. 7.

Seditionem pernicioſiorem eſſe bello externo,

SVMMARIVM.

1 *Morbi interni grauius affligunt corpus, & curatu difficiliores ſunt quam extreni.*
2 *Malorum inteſtinorum ea natura eſt, ut cum maxime nocent, tum minime ea nocere ſentiamus,*
3 *Inſidiæ occultiores nullæ ſunt quam hæ quæ latẽt in ſimulatione officii, aut in aliquo neceſſitudinis nomine.*
4 *Bellorum externorum pericula.*
5 *Seditiones quanta mala pariant, & quanta incommoda nu. 8.*
6 *Romana potentia bellis externis creuit.*
7 *Carthaginis excidium quantum Reipublicæ Romanæ nocuerit.*
9 *Domus non eſt compoſita vbi inter virum & uxo. non eſt pax.*
10 *Seditio quam pernicioſior ſit externo bello.*

CAP.

Digitized by Google

CAP. IIII.

SAtis iam ex his, quę dicta sunt, liquet reputo, quam noxia & pestifera sint, quæ quomodocunque rebus pub. inferũ bella. Iã uero & illud explicãdũ est, multo grauiora & pniciosiora esse ītestina, q̃ q̄ extrinsecus, extra rẽpublicam suscipiuntur bella. Primum enim quemadmodum
1 morbi interni grauius affligunt corpus, & curatu difficiliores sunt, quam externi, vt quorum non raro causas, quia intrinsecus latent, ignoramus. Et si cognoscantur, tamen ad eos non facile quæ paratæ fuerint, medicinæ penetrare possunt, Ita & seditiones, intestina, ac domestica & ciuilia bella, periculosiora sunt, iis quæ extrinsecus admouẽtur. Nam & ipsa sępe, priusquam cognoscantur, opprimunt, & cognita iam vix, & sæpe nullo etiam cõsilio supprimi aut extingui possunt. Est enim
2 natura intestinorum malorum, vt cum maxime nocent, tũ minime ea nocere sentiamus. Aug. de ciuit. Dei. libr. nono, ca

Nam non raro, cum quibus pacem nos tenere putamus, eorum corda ignoramus, & si hodie nosse possimus, qualia cras futura sint, nescimus. Etenim qui amiciores esse solent vel debent, quam qui vna etiam continentur domo, & tamen quis inde securus est, cum tanta sępe mala ex eorum insidiis extiterint, tanto amariora, quanto pax dulcior fuit, quæ vera putata est, cum astutissime fingeretur, propter quod omnium pectora sic attingit, vt cogat in gemitum. Quod ait Tullius. Nul
3 læ sunt occultiores insidiæ, quam hæ, quæ latent in simulatione officij, aut in aliquo necessitudinis nomine. Nam eum, qui palam est aduersatius, facile cauendo vitare possis. Hoc vero occultum, intestinum, ac domesticum malum, nõ solum existit, verum etiam opprimit, antequam prospicere atque explorare possis. Propter quod etiam diuina vox illa. Matth. 10. Et inimici hominis domestici eius, cum magno dolore cordis auditur. Quia etsi quisque tam fortis sit, vt æquo animo perferat: vel tam vigilans, vt prouido consilio caueat, quę aduersus eum molitur amicitia simulata: eorum tamen hominum perfidorum malo, cum eos esse pessimos experitur, si ipse bonus est, grauiter excrucietur necesse est, siue semper mali fuerint, & se bonos finxerint: siue in istam malitiam ex bonitate mu-
4 tati sint. Deinde belllo externo, tetsi magni, sæpe exercitus conteruntur, amplissimæ vrbes delentur, multæ Regiones terræque longe lateque vastantur: tamen interim, quia in ipso virtute magis, quam primis studijs cũcta aguntur, spes est bellantibus victorię: quam & sæpe magna etiam cum gloria consequuntur, nec damna tantum victores recuperant, sed vires etiam potentiamque suam augent, longiusque dominando
5 propagant. In seditionibus autem, in quibus quique inter se diuisi, suis affectibus ducuntur, interim nullis non turpibus rebus operam dantes, in eum locum res deducuntur, vt qui vincere videntur, omnium maxime vincãtur, seque & a se victos ipsamque adeo Rempub. perdant; vt non tam ab hostibus, q̃ suis ipsa viribus tabescens Respubli. perdatur atque consumatur: Imo quo viribus potẽtior, tãto in ea sedigio periculosior, vt recte dixerit Liuius in ciuilibus bellis: Respublicas magni-
6 tudine laborare sua. Sic Romanorum potentia vt refert Eutrop. lib. 2. rerum Roma. primum Italici, deinde vtriusque Punici, & post illud Macedonici, vtriusque Syriaci, ac Punici Tertii, & item Macedonici Tertij, Achaici, Numantini, Iugurtini, & quorundam aliorum externorum bellorum, in immensum creuit. Quemadmodum autem potentiæ Romanorum, prior Scipio viam aperuerat: sic luxuriæ posterior aperuit. vt scribit Vell. Paterculus lib. 2. historiæ Roma.

Quippe remoto Carthaginis metu, sublataq; Imperij æmula, non gradu, sed præcepti cursu a virtute, quæ in externis bellis exercetur, ad vitia decursum, vetus disciplina deserta, noua inducta, in somnum a vigilijs, ab armis in voluptates, a negociis in ocium conuersa ciuitas Aug. de ciui. Dei libro tertio capitulo 17.

Atq; huic plurimæ turbæ, seditiones, & ad postremum bella ciuilia orta sunt, dum pauci potentes, quorum in gratiam plærique concesserant, sub honesto patrum aut plebis nomine dominationes affectabant, bonique & mali ciues appellati, non ob merita in rempublicam omnibus pariter corruptis sed vti quisque locupletissimus, & iniuria validior, quia præsenti defendebat, pro bono ducebatur. August. de ciuit. Dei li.
7 3. ca. 21. Propter quod Carthagine, æmula Romani Imperij, ab stirpe deleta, tantis deinde malorum agminibus oppressa Respublica fuit, vt prosperitate ac securitate rerum, vnde nimium corruptis moribus mala ista congesta sunt, plus nocuisse monstretur: Tam cito euersa, quam prius nocuerat tandiu aduersa Carthago, vt alibi vere commemorat Augustinus. Ac tales quidem fuerunt seditiones Gracchanæ, Apuleiana, & bella quædam seruilia. Ciuilia item Marii, Syllæ, Cæsaris, Antonii, Lepidi, Augusti, & si quæ sunt alia, quæ ab Historicis deinceps tribu. Et de bello Antonii aduersus Octauium Augustum, pulchra Horatii querela extat, his expressa carminibus. Ode. 16. lib. Epod.

Altera iam teritur bellis ciuilibus ætas,
Suis & ipsa Roma viribus ruit.
Quam neque finitimi valuerunt perdere Marsi,
Minacis aut Hetrusci Porsenæ manus.
Aemula nec virtus Capuæ, nec Spartacus acer,
Nouisque rebus infidelis Allobrox.
Nec fera cærulea domuit Germania pube,
Perfidusque Hannibal.
Impia perdemus deuoti sanguinis ætas,
Ferisq; rursus occupabitur solum.
Barbarus heu cineres, insistet victor, & vrbem.
Eques sonante verberabit vngula:
Quæque carent ventis, & solibus, ossa Quirini
Nefas videre, dissipabit insolens, &c.

Iam & illud inter incommoda seditionum, haud extremũ
8 est, quod exulare etiam sponte sua cogũtur, qui seditionum molestias ferre non possunt. Sic interiore illo conscientiæ bello tribulati, a conscientia sua exulant, ad quam redire nolũt, ne ibi litibus peccatorum euertantur. Sic qui vxores habent malas, ad forum exeunt, & gaudent: Et quando iam tempus instat, quo rediturus sunt domum suam, contristantur. Intraturi sunt enim ad tædia, ad murmura, ad amaritudines, ad euer-
9 siones: quia non est domus composita, vbi inter virum & vxorem pax nulla est, & melius est illi foris circumire. Sic & propter seditionem ciuilem, in tantam desperationem veniunt boni ciues, vt patrios focos relinquere malint, quam ciuilium discordiarum incommoda perferre. Quod idem Poeta, de eodem ciuili bello loquens, eleganter subsequentibus carminibus significat.

Forte quid expediat, communiter, aut melior pars,
Malis carere quæritis laboribus.
Nulla sit hac potior sententia, Phocæorum.
Velut profugit execrata ciuitas.
Agros, atque lareis proprios, habitandaque fana.
Apris reliquit, & rapacibus lupis:
Ire, pedes quocunque ferunt, quocunque per undas.
Notus vocabit, aut proteruus Aphricus.
Sic placet? an melius quis habet suadere secunda
Ratem occupare quid moramur alite?
Sed iuremus in hæc, simul imis saxa renarint
Vadis leuata, ne redire sit nefas:
Neu conuersa domum pigeat dare lintea, quando
Padus Matina lauerit cacumina.
In mare seu celsus procurrerit Apenninus.
Nouaque monstra iunxerit.
Mirus amor iuuet, vt tigreis subsidere ceruis.
Adulteretur & columba miluio.
Credula nec flauos timeant armenta leones,
Ametque salsa leuis hircus æquora.
Hæc, & quæ poterunt reditus abscindere dulceis,
Eamus omnis execrata ciuitas.
Aut pars indocili melior grege, mollis, & expes
Inominata perprimat cubilia.
Vos, quibus est virtus, muliebrem tollite luctum.
Hetrusca præter & volate littora.
Nos manet Oceanus circumuagus, arue beata.
Petamus arua, diuites & insulas.
Reddit vbi Cererem tellus inarata quotannis,
Et imputata floret vsque vinea.
Germinat & numquam fallentis termes oliuæ,
Suamque pulla ficus ornat arborem.
Mella caua manant ex ilice, montibus altis.
Leuis crepante Lympha desilit pede.
Illic iniussæ veniunt ad mulctra capellę,
Refertque tenta grex amicus ubera.
Nec vespertinus circumgemit ursus ouile,
Nec intume scit alta viperis humus.
Pluraque fælices mirabimur, vt neque largis
Aquosus Eurus arua radat imbribus,
Pinguia nec siccis vrantur semina glebis.
Vtrunque rege temperante cælitum.
Non huc Argoo contendit remige pinus,
Neque impudica Colchis intulit pedem.
Non huc Sydonii torserunt cornua nautæ,
Laborioſa nec cohors Vlyssei.
Nulla nocent pecori contagia, nullius astri
Gregem æstuosa torret impotentia.
Iupiter illa piæ secreuit littora genti,
Vt inquinauit ære tempus aureum,
Aere, dehinc ferro duravit sæcula, quorum
Piis secunda vate me datur fuga.

Digitized by Google

10 Iam & hoc perniciosior externo bello est seditio, † quia sępe non solum armis, sed etiam silentio & orio, Rempub. læ dunt seditioſi.

Qđ gen⁹ militari maxime seditioni ꝓpriũ est. Quẽ admodũ in bello, ꝙ Fabius Consul contra Veientes gessit, accidisse tradit Liuius ab vrbe cond. libr. 2. In eo enim bello Consuli plus aliquanto negocij cum ciuibus, q̃ cum hostibus fuit. Nam cũ præter cæteras imperatorias artes, quas parendo gerendoque bello ediderat plurimas, ita instruxisset aciem, vt solo equitatu emisso, exercitum hostium funderet: insequi fusos hostes pedes noluit, nec illos, etsi non adhortatio inuisi Ducis, suũ saltem flagitium & publicum in præsentia dedecus, postmodum periculum, si animus hosti redisset, cogere potuit gradũ accelerare: aut si aliud nihil, instare instructos, iniusſu signa referunt, mœstique, crederes victos, execrantes nunc imperatorem, nunc nauatam ab equite operam, redeunt in castra. Ita vnus ille consul rempub. sustinuit, quam exercitus odio consulis non armis, sed ocio quantum in se fuit, prodidit. Violentior aliquanto fuit exercitus Appio consuli, bellum cõtra Volscos gerenti. Ti. Liu. lib. 2. ab vrb. cond. Non enim vincere tantum noluit, vt Fabianus, sed vinci voluit: productus in aciem turpi fuga petit castra, nec ante restitit, quam signa inferentẽ Volscum munimentis vidit, fœdamque extremi agminis cædem, &c.

De incommodis rebellionis.

SVMMARIVM.

1 *Incommoda prouenientia ex seditionibus, quædam ad corpus reipublica, & quædam ad singulas eius partes referuntur.*
2 *Rebellionis incommoda quæ sint.*
3 *Inobeditatię damna quanta sint.*
4 *Inobedientiam rebellium comitatur abdicatio bonorum magistratuum, et surrogatio malorum.*
5 *Coniuratio Venetorum & Prasinorum contra Iustinianum Imp. virtute Augustæ Belisarii & mundi opera oppressa.*
6 *Seditionis Antonianæ Satelites qui fuerint.*
7 *Integritas præsidentium subditorum est salus.*
8 *Officia ecclesiastica a laycis vsurpata per Hæresim Lutheri.*
9 *Schisma laicorum Henrico. IIII. Romanum imperium gubernante.*

Caput V.

QVod si igitur per se malum est seditio, vt non oĩno malis arg. iam demonstrasse videor: qd mirum, si ex ea alia quoq; mala & incõmoda descendãt? Porro earum, q̃ ex seditionib. ꝓueniunt ĩ-
1 commoditatũ, † q̃dam ad corpus reipu. q̃dam ad singulas eius partes referunt. Idq; duplici rõne. Nam vt duplex est status rei pub. ecclesiasticus & sęcularis: sic vterq; incõmodis seditionũ quisque ꝓ sua conditione tam in ꝓsonis priuatis, q̃ in vniuerso reipu. corpore afficit. Ac de damnis, q̃ ex seditionib. ordini ecclesiastico, & Ecclesiæ ministris, & catholicis hominib. afferunt, abunde a nobis disputatũ est in ijs libris, quos de hĩticis & Schismatieis scripsimus. In hoc ãt lib. de prophanarũ incõmodis seditionũ dicemus. Sunt igitur incõmoda, qb. respu. ꝓp seditiones afficitur, tranquillitatis publicę perturbatio, & status reipub. mutatio. respu. perturbatur rebellione & factione.
2 Rebellionis † incõmoda sunt, inobediẽtia, & q̃ ab hac descendunt, Regũ & magistratuũ bonorũ qdem abdicatio: malorũ aũt creatio, atq; surrogatio: legũ abrogatio bonarũ, malarũ rogatio, iudiciorũ translatio, & si qua sunt similia. Primũ. n. q̃ maior reipub. perturbatio esse ꝑt, q̃ qua imperãdi obediẽdi q; cõcordia dissoluitur? Nã vt oĩa non solũ in administrationib. rerũ publicarũ, sed ẽt in totius mundi rerũ serie & ordine tũ sibi recte constant, cum inferiora superiorib. id est, creaturę oẽs, tam visibiles q̃ inuisibiles, Deo: & inter creaturas primũ in hoĩe rõni cupiditates: in domo patrifamilias, q̃ sunt eiusdẽ potestati subiecti: ĩ ciuitatib. ciues Magistratui, & in Regnis subditi dñis suis, obediũt: in ijs, q̃ recte ab ipsis ꝑscribuntur, & mãdantur, custodiũt, debitumque eis honorẽ & reuerentiã exhi-
3 bẽt. Ita rursus oĩa † cõfusa perturbataq; sint necesse est, qñ nec rationi sensus in hoĩe, neq; in domo patrifamilias familia, neq; in ciuitatib. & regnis, ciues & subditi, Magistratib. & regibus suis, eã q̃ oportet obedientiã exhibent. Imo vero ab vna inobedientia primorũ parẽtum, oẽs discordiæ & perturbationes, tam singulorum hominum, q̃ rerum publicarum, siue internæ siue externæ proficiscuntur. Postq̃ eñ vt ait Aug. de ci. Dei li. 13. c. 13. a primis parentib. nostris ꝑcepti facta trãsgressio est vt aĩa libertate ꝓpria in ꝓuersum delectata, & Deo dedignata seruire, nouum inobedientiæ-carnis suæ motũ, tanq̃ reciprocam inobedientię suę pœnam, sensserunt. Quia anima superiorem dñm suo arbitrio deseruerat, pristino corporis seruitio destituta: nec inferiorem famulum suũ corpus, ad suum arbitrium tenere, nec omnino subditam habere carnem meruit, sicut semper habere potuisset, si Deo subdita ipsa mansisset. Atque hinc caro cœpit concupiscere aduersus Spiritum, & Spiritus aduersus carnem: qa hæc sibi inuicẽ aduersantur. Gall. 5. Hinc alia lex in membris nostris, repugnans legi menti nostrę: hinc inimicitię, contentiones, æmulationes, iræ, rixę, dissensiones, sectæ, inuidiæ, homicidia, seditiones, hæreses, schismata, bella interna & externa. Inobediẽtiam rebellium, †
4 comitatur abdicatio bonorum magistratuum, & surrogatio malorum. Neque enim satis habent, non parere mandatis bonorum, nisi & ipsis omni honore & potestate destitutis, alios malitiæ suæ patronos in eorum locum sufficiant. Quomodo & reges & principes sæpe a seditioſis sedibus suis expulsos, alioſque in eorum locum surrogatos fuisse, in Historijs proditum est.

5 Sic Veneti † & Prasini aduersus Iustinianum Imperatorem rebellionem concitantes vt scribit Proco. li. j. de bello Persi. primũ Ioãnem & Tribonianũ consiliarios, abire magistratibus & officijs cogunt. Deinde Hyppaciũ leuem hoĩem imperatorem consalutant, & cum ad manus Diadema, quo imperatores redimiri solẽt, non haberẽt, aurum quoddam super caput eius ponentes, Romanorũ imperatorem declararunt: eoque Iustinianum principem cõpulerunt, vt iam de fuga capienda consiliũ caperet. Quam rem tñ dissuasit Theodora Augusta, satius esse rata, seditioſorum arma expectare, q̃ in non tolerabile exilium cum ignominia agi: nec se vnũ diem viuere posse declarans, in quo non Augusta salutaretur, ac subinde iuxta ꝓuerbium pulchrum esse dictitans, in sepulchri Elogio imperatorem ascribi. Quod consilium bonus quoque euentus insequutus est. Nam & Belisarij & Mundi opera oẽs Hyppacij 2 iurati, cęsi. Et ipse Hyppacius e throno raptus, & ad imperatorem ductus, altero die a militibus cæsus, & in mare proiectus fuit. Ioannes vero & Tribonianus prius honoribus deiecti, tẽpore post eisdem restituti fuerunt. Atque ad hunc modum sedata ea seditione, vno die triginta millia e populo desiderata fuerunt.

6 Sic Cicero Philip. 1. inter alia seditionis Antonianę † incõmoda, illud quoq; narrat: Proditores, latrones, incendiarios, alioſque scæleratiſſimos hoĩes in senatũ suum ascitos atque electos fuisse. Et Plu. in Nicia. prouerbio quoque dici solitum affirmat, in seditione discordiaque ciuili, plerunque sordidiſſimis ẽt viris honorib. potiri, contingere. Nimirum significans, tum locum habere prouerbium Gręcis vsitatum. Εν δὲ διχοστασίγυναι δροκλείδης πολεμαρχεῖ. Id est. Seditione orta, Dux est etiam Androclides. Et item illud. Εν δὲ διχοστασιν κομπάγυακος ἐμμορετιμᾶς Id est. Rebus turbatis, vel pessimus est in honore. Sic Leo papa Epi. 85. & habetur 61. di. miramur. ad Episcopos Aphricanos scribens, miratur tantum, apud eos ꝓ occasionem temporis impacati, aut ambientium pręsumptionem, aut tumultum valuisse popularem, vt indignis quibusque, & longe extra sacerdotale meritum constitutis, pastorale fastigium, & gubernatio Ecclesię crederetur. Quam negligentiam acrius reprehendens. Non est (inquit) hoc consulere populis, sed nocere: nec
7 præstare regimen, sed augere discrimen. Integritas † enim præsidentium, salus est subditorum, & vbi est incolumitas obediẽtiæ, ibi sana est forma doctrinę. 1. q. 1. pauci patris. principatus autem, quẽ aut seditio extorsit, aut ambitus occupauit, etiam si moribus atque actibus non offendit, ipsius tamen initij sui est pernicioſus exemplo. illud etiam grauius est, quod sępe seditioſi bonos magistratus occidere solent. De qua re infra dicemus, quando de crudelitatibus seditioſorum agetur De abrogatione bonarum legum, & rogatione malarum, tum de persequutionibus Legumlatorum, & de iudiciorum translatione, satis multa a nobis supra libro primo, & in iis libris, quos de Hęreticis & Schismaticis scripsimus, dicta sunt.

8 Vnum tantum hoc loco addimus, magnam hoc tempore reipublicę turbationem † ex eo natam esse, quod leges non solum Canonicę, sed etiam Ciuiles, ad diuinum cultum, & ecclesiæ cæremonias & politiam pertinentes, tot modis hactenus, hęretici & schismati primũ qdem calũniati, ac deinde potentiores facti, per vim etiam abrogarunt. ac iustis ac bonis, non iustas & malas introduxerunt, iudiciaque sacra & Ecclesiastica, in prophanos iudices transtulerunt, vt iam causæ, vsurarum, sacrilegiorum, rerum Ecclesiasticarum, Matrimoniorum, imo & controuersiæ scripturarum & religionis, Episcoporum ordinationes & depositiones, aliaque maiora negocia, vni tantum Apostolicę Sedi reseruata, spretis, imo ab officijs suis depositis Ecclesiastięis, in Laycos & prophanos iudices translata decernantur. Vt interim non referam (quod est aliquanto abominabilius) in eum locum res esse per inobedien-

Digitized by Google

bedientiam ſeditioſorum redactas, vt & layci non vereantur non ſolum ſancta ſanctorum intrare, quod vtriuſque Teſtamenti authoritate prohibetur, vt in libris noſtris de Cæremonijs oſtẽdimus: ſed etiam ſacra tractare. Id eſt, quæ ſunt Epiſcoporum & Sacerdotum, aliorumq; inferiorum ordinum eccleſiæ propria, officia vſurpare.

9 Quod & in ſimili prope ſchiſmate Henrico †IIII. Romanorum Imperium gubernante, layci fecerunt, qui & ipſi baptizarunt, inunxerunt, aliaque ad ſacerdotum officia pertinentia, exercuerunt, vt ſcribit Nauc. volu. 2. generatione xxxvj. Chronogr.

De incommodis factionum.

SVMMARIVM.

1 *Ordinum turbatio eſt maximum in republica malum.*
2 *Ordinum diſcordia venenum eſt Reipublicæ.*
3 *Bizantii populus olim in duas partes diuiſus, Venetorum ſcilicet, & Praſinorum.*
4 *Factio Guelphorum & Gibellinorum quanta mala attulerit.*
5 *Bella externa pariunt inteſtinas diſcordias.*
6 *Imperia magna quibus venenis mortalia fiant.*
7 *Factiones Romam vincibilem fecerunt.*

CAP. VI.

FActionibus primum ordi-
1 nes †reipub. turbantur: quod eſt maximum in Repub. malum. Titius Liuius li. 3. ab vrb. cond. venenum Reipu. appellat, ac ſubinde cuiuſmodi omnino malum ſit, prolixa eademque elegantiſſima oratione declarat. Q. Cõſul, de factione Patritiorum & plebeiorum loquens, in qua & multa non ſolum eiuſmodi factionum, ſed etiam rebellionẽ incommoda (Nam & plebis cum patribus diſcordia, non im-
2 merito rebellio etiam vocabitur) enumerat. Diſcordia, †inqt, ordinum, eſt venenum vrbis huius, patrum & plebis certamina, dum nec nobis imperij, nec vobis libertatis eſt modus: dũ tædet vos Patritiorum, hos plebeiorum Magiſtratuum, ſuſtulere animos. Proh Deum fidem, quid vobis vultis? concupiſtis Tribunos plebis, concordiæ cauſa conceſſimus: Decemuiros deſideraſtis, creari poſſi ſumus: Decemuirorum vos pertęſum eſt: abiere magiſtratu, manente in eoſdem priuatos ira ueſtra: mori atque exulare nobiliſſimos viros atque honoratiſſimos paſſi ſumus. Tribunos plebis iterum creare voluiſtis, creaſtis. COSS. facere veſtrarum partium, & ſi patribus videbamus iniquum, Patritium quoq; Magiſtratũ plebi donũ fieri vidimus, auxiliũ Tribunitiũ, prouocationẽ ad populũ, ſcita plebis iniũcta patrib. ſub titulo æquandarũ legũ, nr̃a iura oppreſſa, tulimus & ferrimus. Qui finis erit diſcordiarũ? & qñ vnam vrbẽ habere, & qñ cõem hanc patriam eſſe licebit. Victi nos equio re aĩo quieſcimus, q̃ vos victores? Satis ne eſt vobis, vos metuendos eſſe? Aduerſus nos Auentinũ capit̃, aduerſus nos Sacer occupatur mons: Eſquilias q̃dem ab hoſte prope captas, & ſcandentẽ in aggerẽ Volſcum hoſtem, nemo ſubmouit: in nos viri, in nos armati eſtis. Sed age libet iam factionum incõmoda aliquot exemplis declarare. Bizantij populus vt ſcri-
3 bit Procop. li. j. de bello Perſ. in duas partes diuiſus, †duarum ſectarũ fuit. Quarũ altera Venetorũ: Altera Praſinorũ appellata eſt. Fullonia hęc noĩa fuerunt: Quorũ gratia in certamina deſcẽdentes, nihil nõ periculorũ ſubibãt. Deniq; ignominioſam ẽt mortẽ oppetere non dedignabantur. Creditũ eſt hunc animi morbũ fuiſſe, q̃ omnes ciuitates & populos inuaſerat. Inter hos igitur orta ſeditione, cũ magiſtratus quoſdã ſeditioſorũ ad ſupplicĩũ duxiſſet: reliq; cõueniẽtes, ductos rapuerũt, & in carcerẽ ingreſſi, eos q̃ pari ſeditione, aut alia quauis turpi cã vincti erant, liberarũt: ac miniſtros & Satellites Magiſtratũ ſequẽtes, interfecerũt. Ciues, ſi q̃ boni relicti erãt, in proximam cõtinentẽ traijcientes confugerunt. Sed & domos incenderunt ſeditioſi, ex quo q̃dẽ incendio Sophię templum, & Auguſtæ domus veſtibulũ, vſq; ad domũ Martis vocatam flagrarunt, ac p̃ter hęc porticus quoq; magnę vſq; ad forum Cõſtantini appellatũ, tum domus, opeq; maxime cõſumptę &c.

Quin & eo vſq; ſeditio proceſſit, vt nouũ ſibi regem eligerẽt vt paulo ante dictum eſt.

Similis prope fuit Guelphorum & Gibellinorum in Italia factio. Teſte Naucl. uol. 2. Chronogra. genera. 42. Guelphis vide-
4 licet †Pontifici: Gibellinis vero Cæſari adhærentibus. Serpſit aũt hec factionum ſtudium adeo late, vt nulla ciuitas, nullũ oppidum, nullus populus ea labe pernicioſiſſima manſerit intactus. Vrbs enim in vrbem, prouincia in prouinciam, populi pars in alteram, nulla impellente alia, quam harũ partiũ cauſa, geſſere bella. Sed nec ĩſignia tm̃, in prælijs diuiſa deferebãt: ſed ẽt diuerſi colores, terræ fructus, veſtiũ habitus, ipſe hominum inceſſus, digitorum concrepitus, & oris hiatus, ſuarũ habuerunt partium ſignificationem. Iam vero ſeditionibus omnibus, ſiue per rebellionem, ſiue per factionẽ ortis, illud cõeſt, vt ex iis bella externa vel naſcãtur, vel nata augeãtur, atq;
5 corroborentur: Ac diſcordias† q̃dem inteſtinas bella externa parere, vt M. Valerius Dictator ĩ Senatu hmõi oratione declarat. vt dicit Ti. Liuius li. 2. ab vrb. cond. Sæpe, inqt, experti ſunt Ro. confirmari aut bella externa, augeriq; hoſtiũ animos domeſticis inſidiis, adeoq; victoriam ẽt ipſis parari, pulchre con-
6 iectabant. Veientes bellum iam populo Ro. intentaturi, †cęteras eſſe opes Romanas dicebãt, niſi inter ſemetipſi ſeditionibus fæuirent: id vnũ veneni, eam labẽ ciuitatib. opulẽtis reperiãt, vt magna imperia mortalia eſſent: diu ſuſtentatũ id malũ partim ꝓſilijs, partim patiẽtia plebis. Iam ad extrema veniſſe, duas ciuitates ex vna fuiſſe factas, ſuoſq; cuiq; parti magiſtratus, ſuas leges eſſe, primũ in delectibus ſequire ſolitos, eoſdẽ in bello tm̃ parere Ducib. qualicunq; vrbis ſtatu manente, diſciplina militari ſiſti potuiſſe. Iam non parendi magiſtratib. mo-
7 rem, †in caſtra quoq; Roma. militę̃ ſequi, prox. bello in acie ipſa, in ipſo certamine conſenſu exercitus traditã vltro victoriã victis Equis: ſigna deſerta, imperatorẽ in acie relictum, iniuſſu in caſtra reditum: profecto, ſi inſiſtetur, ſuo milite vinci Romã poſſe: nihil aliud opus eſſe, q̃ indici oſtendiq; bellũ. Cętera ſponte ſua fata & Deos geſturos. Hę ſpes Hetruſcos armauerant multis caſib. inuicẽ victos victoreſq;. Hęc & innumera alia incõmoda, quę ꝓgignunt factiones, id eſt, diſſidia inter ſe ciuiũ in Repu. maxime vero eorũ, qui rempub. ipſam adminiſtrant, vt recte Cicero ad Quintũ Fratrem de factionib. ſuitẽporis ſcribens, & multa q̃ ad incõmoda hmõi diſcordiarum pertinẽt, in pauca conferẽs, dixerit. Τοιαυτ' ὁτλήμων πόλεμος ἐξιργάζεται. Id eſt, bellum vniuerſa hęc ſceleratũ inuehit mala.

Propter ſeditiones reſpublicas, & earum ſtatum & formam, mutari,

SVMMARIVM.

1 *Mutatio ſtatus reipublicæ ex ſeditionibus oritur.*
2 *Modi tres quibus reſpublicæ gubernantur. Qui & in domeſticis ſocietatibus reperiuntur nu. 4.*
3 *Monarcha & Tyrannus quomodo differant.*
5 *Patris imperium quomodo Tyrannicum fiat.*
6 *Fraus duplex qua mutatur forma reipublicæ.*
7 *Status popularis quomodo recipiat mutationem. & datur exemplum, numero 8.*
9 *Reſpublicæ populares quomodo antiquitus in Tyrannidem mutabantur.*
10 *Gubernationes paucorum mutantur interdum in ſimilem ſpeciem, interdũ in popularem, interdum in Tyrannicam poteſtatem, idque multis modis & nu. 11. 12. 13.*
14 *Cenſupoteſtas quæ reſpublica vocatur, & paucorum potẽtia ſæpe caſu mutantur.*
15 *Ariſtocratia ſiue optimatum poteſtas propter ſeditiones mutatur, & quo modo exemplis comprobatur, nu. 16. 17.*
18 *Tyrannis quomodo corrumpatur, & propter quas cauſas inſurgitur cõtra Tyrannos.*
19 *Tarquinio ſuperbo imperium abrogatum fuit ob ſtuprum Lucretiæ illatũ.*
20 *Monarchia ſiue regnum quomodo mutetur vel deſtruatur.*
21 *Dominatio corrumpitur duobus modis & quomodo.*

CAP. VII.

ALterum incommodum;
1 quo Reſpublica propter ſeditiones afficitur, eſt ſtatus reipubli. mutatio. †Quæ ex illa ipſa, de qua paulo ante diximus, bonarum legum abrogatione deſcendit: Vt & in libris de hęreticis & Schiſmaticis oſtendimus. Quemadmodum enim quęlibet reſpublica bonis legibus non ſolum fundatur, ſed etiam regitur & conſeruatur. Nã & leges in qualibet Republica dominantur. Bonæ quidem & recte poſitæ, in bona & iuſta: malę vero & iniuſtæ latæ, in mala & iniuſta. Imo, qui legem bonam pręeſſe iubet, videtur iubere Deum pręeſſe & leges: qui autem hominem iubet pręeſſe, adiungit & beſtiam. Ariſto. lib. 3. pol. c. 3. Vnde magiſtratus in rebus publicis legum cuſtodes ſunt, non domini, vt inquit Ariſto. lib. 3. pol. c. 12.

Ita legib. bonis abrogatis, & ĩ earũ locũ ſurrogatis malis, ipſa quoq; reſpu. vel oĩno corruat & ſubuertatur: vel quę bona

Digitized by Google

eſt,in malam commutetur neceſſe eſt.Sunt autem tres modi,
2 quibus Reſpublicas †gubernantur:Ariſtoteles libro 8.Eth.c.x ſpecies ſiue formas rerum publicarum appellat.

Monarchia ſiue regnum,Ariſtocratia, ſiue Optimatum po teſtas: & Timocratia ſiue Cenſupoteſtas. His contrarię ſunt quas Ariſtoteles tranſgreſſiones vocat.Tyrannis,quæ eſt tranſgreſſio Monarchiæ,ſiue regni.Oligarchia, ſiue paucorū potentia,quæ eſt trāgreſſio Ariſtocratiæ,ſiue Optimatum poteſtatis.Democratia ſiue popularis,quæ eſt trangreſſio Timocratiæ,ſiue Cenſu poteſtatis. Ex monarchia fit trangreſſio ad
3 Tyrannidem.Quia Monarcha†eorum,qui ab ipſo reguntur, Tyrannus vero ſuum commodum conſiderat. Ex Optimatum poteſtate,ad paucorum potentiam fit tranſgreſſio: quia qui præſunt,res ciuitatis præter dignitatem diſtribuunt, & cun cta bona ſibi,vel plurima tribuunt.Vnde pauci & praui, pro paucis & iiſdem optimis dominantur.

Ex Cenſu poteſtate,ad popularium fit tranſgreſſio poteſta tem:quia & in populo multi praui,pro multis bonis domina
4 ri volunt. Iam & in Domeſtica ſocietate, † hę formæ & earum tranſgreſſiones reperiuntur,vt idem Ariſtoteles docet. Societas enim patris ad filios,regni præ ſe fert effigiem . Nati nanque patri ſunt curæ,propter quod & Homerus Iouem patrem appellat.Ipſum nanque regnum , imperium eſt ſuapte natura paternum.Vnde & patres in domibus ſuis reges appel lantur.iuxta illud Homericum.

Αὐταρ ἐγὼν οἴκοιο ἄνακ ἔσομ' ἠμετέροιο,
Aedibus in noſtris ego Regem geſſero ſane.

5 Patris autem imperium Tyrannicum fit,†quando filijs vtitur vt ſeruis,quod olim Perſę fecerunt.Similiter Tyrannicum eſt imperium domini in ſeruos. Nam in ipſo agitur vtilitas domini.Viri autem & vxoris ſocietas,ſimilis eſt Optimatum poteſtati.Pro dignitate nanque vir præſidet in ijs, quæ virum decent:Sic & quę vxoris ſunt,eadem vxori tribuuntur. Hæc poteſtas in paucorum potentiam conuertitur, quando vir in omnibus dominatur: Similiter quando vxores dominantur, propter amplitudinem patrimonij.Fratrum vero ſocietas , ſimilis eſt Cenſupoteſtati.Sunt enim pares pręter differentiam ætatis.Quo circa ſi multum ætatibus differant , fraterna inter eos amicitia diſſoluitur.

Ac primum quidem illud omnibus rebus publicis, in vna quaque ſpecie commune eſt,vt quandoque per vim,quando que per dolum commutentur,vt ſcribit Ariſtoteles lib.quinto,polit.capitul. quarto.Nam & iiſdem modjs ſeditiones exercentur,vt ſupra demonſtratum eſt.Per vim autem, ſtatim ab
6 initio,aut poſtea compellendo. Fraus†duplex eſt . Nonnunquam enim decepti,ab initio ſua demum ſponte recipiunt alium gubernandi modum,quem poſtea violente conſeruāt. Vt accidit,quando quadraginta illi Athenienſium Rempubli cam ſuſceperunt,affirmantes , quod Perſarum Rex pecunias ad bellam contra Lacedæmonios ſubminiſtraret , ac in eo mentiti,nihilominus poſtea vi retinere gubernationem conati ſunt.Interdum autem ab initio perſuadentes , ac poſtea rurſus perſuaſis, ſponte ac volentibus retinent gubernationem.

Deinde in vnaquaque ſpecie rerum publicarum , tam bonarum,quam earum,quæ ſunt bonarum trangreſſiones , ſin gulæ quoque earum ipſarum per ſeditiones mutationum cau
7 ſæ fiunt. Primum igitur popularis ſtatus † mutationem recipit,propter perfidiam & calumniam:Quam qui ſunt Ductores in populo , in ægregios quoſque opulentoſque exercent. Siquidem hoc modo iniuria affecti, facile aduerſus calumnia tores,& potentiores in populo conſpirant , vt quibuſcunque poſſunt rationibus,iniuriam ſibi illatam vlciſcantur:Qui voti compotes facti,mox omnem aduerſariorum potentiam cō terentes,totum ſimul popularem ſtatum ſubuertunt,& inter dum in paucorum potentiam,interdum in Optimatum poteſtatem,interdum vero in Tyrannidem commutant. Apud
8 Heracleam † potentes in populo illatis iniurijs nobilitatem expulerunt:Illi vero poſtea conſpirantes , & in vnum conuenientes,in vrbem reuerſi,populum oppreſſerunt, & paucorū potentiam conſtituerunt.

Haud diſſimilis apud Megarenſes popularis ſtatus interiit. Ductores enim populi,quo pecunias per bonorum publicationem haberent,multos e nobilitate pepulerunt: ex qua re magna exulum multitudo facta. Exules ergo in vnum conuenientes,prelio ſuperarunt,oppreſſoque populo,paucorum potentiam introduxerunt. Vetuſtis temporibus (vt ſcribit
9 Ariſtoteles) quando idem erat Ductor † populi & belli dux, populares reſpublicas,in Tyrānide m mutaban tur. Qui & antiquorum Tyrannorum plurimos ex popularibus hominibus factos eſſe affirmat,ob eam nimirum cauſam , quod qui populum tunc ducebant, iiſdem bello gerendo præficiebantur. Sed quæ res poſtea mutata eſt,quando arte Rhetorica ſuperueniente,ij tamen Ductores populi facti ſunt,qui rerum belli carum rudes,dicendi tantum arte,valuerunt:Imperiti autem diſciplinæ militaris,Tyrannidem inuadere non audeant.

10 Paucorum gubernationes†mutantur , interdum in ſimilē ſpeciem,interdum in popularem , interdum in Tyrannicam poteſtatem:Idque multis modis.Primus,ſi qui potentes ſunt, multitudinem iniuriis afficiant, aut locupletiores , eo quod eos non honorant,Magiſtratibus,perpaucis videlicet exiſtentibus,qui honorificas dignitātes vſurpant.Homines enim ab honoribus excluſi,nouas res moliri non ceſſant , quoad ipſi quoque honorentur.

Quod Ariſtoteles in Maſſilienſibus & Iſtro , & apud Heracleam,& in aliis ciuitatibus accidiſſe ſcribit. Alius modus eſt, quo paucorum gubernationes ex ſe,id eſt, propter factionem eorum,qui populum ducunt,mutantur. Item alius, quando prodigaliter viuentes qui gubernant, per luxuriam patrimonia conſumpſerint.Optant enim res nouas huiuſmodi homines,Tyrannidemque ſibi ipſis,vel aliis affectant, quam & ſeditionibus aduerſus diuites concitatis conſequuntur:Vt caparini , & Cleotimi exemplis comprobat Ariſtoteles.Quorum alter Dionyſio Syracuſis,alter Amphipoli ſeditionem in diui
11 tes mouit,quę & Tyrannidem induxerunt. Alius modus,†ſi qui pręſunt paucorum potentiæ , Rempublicam furtis expilant.

Nam vel per ipſos,qui furtum committunt : vel per eos, q eorum furta non tolerant,ſeditionibus concitatis ſtatus paucorum potentiæ in aliam fotmam commutatur. Quod Apollonię in Ponto factum eſſe Ariſtoteles commemorat. Fit &
12 mutatio†paucorum gubernationis in bello & in pace.In bello,vt quando qui Reipublicę pręſunt, conducto milite vtuntur,vt Corinthi Tymophanes:& hæc in Tyrannidem mutatur.In pace,quando propter diffidentiam , quam inter ſe habent,conductis militibus cuſtodiam tradunt,præficiuntque illis aliquem virum , qui ad neutram partem magis inclinare videatur.Et hęc ſimiliter ad Tyrannidem contendit mutatio. Nam qui hoc modo pręficitur,ſæpe dominus fit vtriuſq; partis:Quod in Lariſſa accidit,item circa Samum , & apud Abydum,vt inquit Ariſtoteles.Sępe etiam paucorum gubernatio
13 nes†diſſolutę fuerunt,ob nimiam dominationem: Seditione videlicet ex eo orta,quod qdam eiuſdem gubernationis participes,huiuſmodi exceſſum non probarunt: Vt accidit ijs, qui apud Gnidum , & apud Chium per paucorum potētiam gubernarunt,vt idem ait Ariſtoteles. Sed & Cenſupoteſtas,
14 †quę Reſpublica vocat̄,& paucorum potētia, ſępe caſu mutantur.

Nam in Cenſupoteſtate Magiſtratus a cēſu ſumuntur, quo mutato,ipſi quoque Magiſtratus mutentur oportet. Fit autem ſępe,vt propter ſuperuenientem rerum abūdantiam,pacem vel aliam fortunę proſperitatem,poſſeſſiones fiant maioris precii:propter quod & cenſus, qui ante conſtitutus fuerat,mutatur. Vnde qui ante inhabiles propter cenſus exigui tatem erant,iam aucto cenſu,ad cunctos Reipublicę gradus, dignitateſque ſuſcipiendas fiant habiles,propter quod & poteſtas ipſa,quę a cenſu ſumitur , & Cenſupoteſtas dicitur,commutatur.

15 Iam & Ariſtocratia†ſiue Optimatum poteſtas, propter ſeditiones mutatur , quando vel pauci ſunt honorum participes,vt apud Lacedęmonios,ii qui Parthenię nuncupabantur, quos deprehendentes res nouas moliri, in Coloniam Tarentum miſere,vt eſt apud Ariſtotelem : Vel multitudo eorum fuerit,qui prudentes exiſtimati fuerint, & quaſi ſimiles ſecundum virtutem : Vel quando aliqui inhonorantur , cum ſint magni,& nihilo inferiores virtute illis,qui honores capiunt: Vel quando vir fortis,& magni animi , non ſit particeps honorum.

16 Quod apud Ariſtotelem Cynedon†feciſſe dicitur,qui coniuratione ob eam cauſam facta,circa tempora Ageſilai Sparciatas opprimere tentauit. Pręterea , cum alii paupertate nimia præmuntur,alii diuitiis abundant, quod maxime in bellis contingit:Propter quod exhauſti , & ob bellum pauperes facti,agros ęqua portione ciuibus diuidendos eſſe cenſent, propter quas cauſas , ad ſeditiones concitati, vbi victores euaſerunt,poteſtatem,quę eſt Optimatum , in aliam formam Reipublicę tranſmutant . Sed & propter iniurias,quibus qui diuitiis abundant,ſi Reſpublica excellentiam eis tribuat,paupertiores afficiunt,ſeditiones commouentur, propter quas & ipſas,rerum publicarum formæ commutantur, vt Cenſupoteſtas ad popularem,Optimatum poteſtas,ad paucorum potentiam:vel Optimatum gubernatio in popularem,Cenſupoteſtas in paucorum potentiam tranſmutetur . Id autem , quod
17 modo dictum eſt, in Thuriis contigit , †vt ſcribit Ariſtoteles. Cum enim agros totos ibi poſſediſſet nobilitas , populus bello excitatus ac potentior effectus , quam illorum cuſtodes

eos

Digitized by Google

eos nobiles cõpulit, quicunque contra leges tenebant agros, dimittere.

18 Tyrannis corumpitur,† vel per contrariam Rempubli.ro buſtiorem ab extra: vel cum in ſeipſis ſeditiones habent: vel quando qui ſubditi ſunt in Tyrannum inſurgunt. Sunt autem duæ cauſæ, propter quas maxime inſurgitur contra Tyrannos: Odium & contemptus. Odium & ira, quæ eſt odij particula quædam (vt inquit Ariſtoteles libro quinto. polit. cap. 10.) ex contumelia oritur. Contemptus ex praua vita. In voluptatibus enim viuentes, facile contemptui habẽtur, ac multas præbent occaſiones opprimendi ſui. Ac talem ob cauſam vt ſcribit T. Liuius libro primo. ab vrb. cond. Tarqui
19 nio ſuperbo imperium†abrogatum fuit, nam ob vim atque libidinem, & infandum ſtuprum Lucretiæ illatum. Quo propter Tyrannidem exacto, ſimul etiam monarchia in eam, quæ ſub conſulibus fuit, Reipublicæ formam, commutata fuit.

20 Monarchia † ſiue regnum mutatur, quando ſubiecti aduerſus eos, qui in Monarchia ſunt, dominos inſurgunt. Id autem fit, quandoque in corpus dominantis, quandoque in dominationem ipſam. In corpus dominantis inducũtur homines inſurgere, per contumeliam, per metum, & contemptum. Dominatio † ipſa corrumpitur duobus modis: Vno,
21 ſi ſeditio oriatur inter eos, qui participes ſunt regni. Alio modo, ſi Tyrannice gubernare pergunt, volentes eſſe domini pluriũ, & contra legem. In regnis autem illis, in quibus ĩ ſucceditur per genus, curruptionis cauſa eſt, quod plerunque cõtemnendi homines ſuccedunt in regnum: & cum non habeant potentiam Tyrannicam, ſed regium honorem, contumelioſe viuunt.

De calumnioſis ſeditioſorũ accuſationibus, & has ipſas comitantur, crudelitatibus.

SVMMARIVM.

1 *Calumnia vnde dicta, & eius metaphora.*
1 *Calumnia morti a ſancta ſcriptura præfertur, gladio acutior eſt. numero 3. fit in iudicio per accuſationem, & extra iudicium per quancumque delationem. nu. 4.*
5 *Crudelitas eſt, qua per violentiam innocentes opprimuntur, & eſt duplicis generis.*
6 *Crimen negaſſe non ſufficit ad innocentiam tuendam, & ad accuſatum cõdemnandum non ſatis eſt accuſaſſe.*
7 *Calumnia in metallum grauis, eius que exilium, & reſtitutio.*
8 *Accuſatio in Rutilium grauis, calumnioſa, & per factionem inſtituta.*
9 *Perſecutiones calumnioſæ reciprocę inter Marium & Syllam eorumque ſequaces.*

Caput VIII.

VEnio ad incommoda, Quibus ſingulares perſonæ propter ſeditiones afficiuntur. Ea ſunt, Calumnia, & crudelitas. Priſcianus a verbo caluor deriuatam eſſe putat, quod decipere ſignificat. Iuxta illud Plauti in Caſſina. Vbi domi ſola ſum, ſopor manus caluitur, hoc eſt, decipit & fruſtratur. Siue (vt Alciato placet l. ſi calumnietur. ff. de verborum ſigificatio.) a verbo caluire
1 dicta eſt calumnia: † metaphora ſumpta a caluis, qui eos fruſtrantur, a quibus capillis prendendi videntur. Eſt autem calumnia, per quam crimina falſa ſcienter innocentibus intenduntur. Lucianus in oratione, de non temere credendo calumniæ. calumniam definit, Vt ſit delatio mentita odio, clã culum reo calumniatori credita, delato ad reſpondendum ac refellendum non admiſſo. Quo ſane malo, nec vllum aliud nocentius, nec formidandum magis omnibus bonis eſt: immo vero lernam quandam omnium fraudum malitiarum, mendaciorum, & fallaciorum, calumniam eſſe cẽſeo. Illa ſiquidem bonos non ſolum iuſtis virtutum præmijs defraudat, viamque adeo ad virtutes, reſque præclare gerendas præcludit: ſed prorſus delere & extinguere, quicquid vſquam eſt boni conatur. Contra vero malos ita extollit, vt ad honores non alij, quam mali & ſcelerati homines, ſed nec ijdem tamen, niſi malorum ope, quorum ſcilicet voluntatem ſcælere ſibi deuincunt, prouehantur: Illa mendaces gratos efficit (vt inquit Iſocrates in oratione, de retributione quę eſt. 15.) eos, qui nihil iniuriæ intulerunt, vt iniurij videantur: Illa litigantes facit, vt peierent, ac funditus obſcurent veritatẽ: illa falſam audientibus opinionem exhibet: illa quoſcũque ſemel apprehenderit, iniquiſſime perdit. Denique, tantum
2 malum eſt calumnia, † vt etiam morti a ſancta ſcriptura præferatur. A tribus (inquit Sapiens. Eccleſ. 26.) timuit cor meũ, & in quarto facies mea metuit: Delaturã ciuitatis, & collectionem populi, & calumniam mendacem, ſuper mortẽ omnia grauia. Quod & idem alio loco ſignificat Eccleſiaſt. 4. dũ ait. Vidi vniuerſas calumnias, quæ sũt ſub ſole: & ecce lachrymæ eorum, qui calumnias ſubſtinent, nec eſt qui conſoletur eos. Et, In manibus calumniantium eos fortitudo, & nõ eſt eis conſolator. Et, Laudaui mortuos ſuper viuẽtes: & melior ſuper vtroſque, qui nondum natus eſt, qui nondum vidit opꝰ malum, quod factum ſub ſole. Et inter maledictiones, quæ venient ſuper eos, qui non cuſtodiunt mandata Dei, illa quoq; numeratur. Deut. 28. Omni tempore calumniam ſuſtineas, & opprimaris violẽtia, nec habeas qui liberet te. Vnde Thea
3 ridas † cum gladiũ cote acueret, rogatus a quopiam, Num eſſet acutus? Acutior, inquit, calumnia: nimirum ſignificans, rẽ omnium rerum nocentiſſimam eſſe calumniam, & quæ hominis & animum & corpus conſumat. Propter quod & Sapiens dixit Eccleſiaſt. 7. Calumnia conturbat ſapientem, & perdet robur cordis eius. Et ita quidem conturbat, vt ea ipſa oppreſſus, non facile mandata diuina cuſtodire poſſit: Quod oratio præ ſe fert eius, qui in Pſalmo centeſimodecimooctauo. dicit Libera mę a calnmnia hominum, & cuſtodiam mãdata tua. Breuiter tantum malum eſt, vt inquit quod omnes boni & pii homines merito reformident, & vt euitent, orare debent, exemplo eius, qui in Pſalmo Ambroſi. in eundem Pſalmo Sermone decimoſeptimo. orat. Feci iudicium & iuſtiam, non trades me calumniantib me. Suſcipe ſeruum tuũ in bonum: non calumnientur me ſuperbi.

4 Porro calumnia† fit in iudicio per accuſationem: & extra iudicium, per quancũque delationem. Ac de vtriuſque generis calumnia, multa a nobis dicta ſunt, in libris, de hĩreticis & ſchiſmaticis, quę tamẽtſi illic ad hęreticos & ſchiſmaticos referuntur, quia tamen omnibus ſeditioſis cõmunia ſunt, non inepte quiſquis volet, hic quoque ea ipſa ad prophanas ſeditiones poterit accommodare.

5 Crudelitas eſt, † qua per violentiam innocentes opprimũtur. Crudelitas duplicis generis eſt. Nam quædam calumnioſam accuſationẽ ſubſequit quædã nullo præcedente iudicio exercetur. Sed & calumnioſam ipſam accuſationem, merito crudelitatem dixerimus. Si enim crudelis eſt, qui famam ſuã negligit. 12. quæſt. 1. nolo. Quanto crudeliores putandi ſunt vel accuſatores qui alienam exiſtimationem & innocentiam, per calũnioſas accuſationes impetunt & arrodunt: vel iudices, qui innocentes per calumniam accuſatos, & crimina intentata, nec confeſſos nec conuictos condemnant?

Quemadmodum enim ad innocentiam tuendam nõ ſuf-
6 ficit crimen † negaſſe: ita nec ad cõdemnandum accuſatum, ſatis eſt accuſaſſe, vt Iulianus Imperator Cephidio Oratori acerrimo, Nicanorium, vt furem accuſanti, & propter documentorum inopiam his verbis exclamanti. Nec quis florentiſſime Cęſar nocens eſſe poterit vſquam, ſi negare ſufficerit. Rñdit. Et quis innocẽs eſſe poterit, ſi accuſaſſe ſufficiet? ut refert Ammianus Marcellinus libro 18. Appianus de ciuilib. Ro. bellis libro 1.

Ad primum igitur genus crudelitatis pertinent accuſationes, & quæ has ipſas ſubſequutæ ſunt crudelitates, quas Equites translatis in ſe per Gracchanam ſeditionem a Senatorib. iudiciis, in ipſos Senatores variis ex cauſis, ſed iiſdem tamen per calumniam conſarcinatis, exercuerunt. vt ſcribit Appia. de ciuil. Rom. bel. libro primo. Nec diſſimilis huic fuit accuſa
7 tio, quæ Metello † a Glaucia & Apuleio Apuleianæ ſeditionis authoribus decreta fuit, cui ob id, quod in legem, quam Apuleius tulerat, iurare detrectauerat, Conſules per præconem annunciare iuſſerunt, igni & aqua tectoque ab omnibus interdicendum eſſe. Sed & authoribus huius ſeditionis occiſis, cum Cato, atque Pompeius rogationem, de reditu eius, totius vrbis gaudio promulgaſſent, ne ea perficeretur, primum Marij Conſulis, & Furii Tribuni plebis factionibus, & ſimili fere calumnia interceſſum eſt: ut dicit Eutropius lib. 5. rerum Ro. Sed quam calumniam, non longo poſt tempore, manifeſta vindicta inſequuta eſt. Sequenti enim anno Caius Cornelius Tribunus, Furium ipſum hac de cauſa in iudicium vocauit, populus non expectato Furii reſponſo, in conſpectu omnium ſtatim ibidem deprehenſum lacerauit. Appian. lib. 1. de bellis ciuilib. Ro.

Similis prope huic calumnæ fuit accuſatio in Rutilium, p
8 eandem factionem inſtituta. † Is adeo fidei atque innocentiæ conſtantia vſus, vt die ſibi ab accuſatoribus dicta, vſque ad cognitionem neque capillum barbamue demiſerit, neque ſordida veſte humiliue habitu ſuffragatores conciliarit, inimicos permulſerit, iudices tentauerit. Orationem quoque, a prætore conceſſam, nihilo ſubmiſſiore animo habuerit, cum euidenti oppugnaretur calumnia, & opinione omnium bonorum iure abſoluendus putaretur, periurio iudicum condem-

Digitized by Google

demnatus eſt:qui Smyrnam cõmigrans,literarum ſtudiis cõtentus conſenuit.

Eiuſdem generis fuerunt beccuſationes, † quas Marius in Syllanos,& Sylla in in Marianos decreuerunt. Ac inter eos, quia a Marianis accuſabantur, quidam vt calumnioſa iudicia ſeditioſorum euitarent, mortem ſibi conſciuerunt.Siquidem Merula Flamen Dialis,venas ſibi incidit: Catulus in cubiculo recens illinito & humido, carbonibus accenſis ſponte ſuffocatus eſt.A Sylla vero accuſationes fiebant,vel in pecuniarum exactionibus, vel in aliis miniſterijs, vel omnino conſilij alicuius in Syllam perpetrati.In delictorum quoque numero hoſpitalitates,amicitiæ,& collationes,vel dantis vel recipientis ponebãtur:vel ſi quis promptitudinis alicuius aut contubernij in itinere deprehenſus extitiſſet.

De crudelitatibus, quæ nullo præcedente iudicio, per ſeditionem in innocentes exercentur.

S V M M A R I V M.

1 *Crudelitatum in innocentes per ſeditiones exempla.*
2 *Seditiones Gracchorum excitatæ legibus agrariis initium fuerunt bellorum ciuilium.*
3 *Seditiones variæ & immanes populorum Romanorum tempore contra eorum legatos.*
4 *Bellum ſociale inter Marium & Syllam vnde ortum habuerit,eius progreſſus.nu.5.*
5 *Marius & Cinna quanta cudelitate vſi fuerint aduerſus Syllam eiuſque ſequaces,& nu.7.*
6 *Prælia cruentiſſima Syllæ contra Marianos, quibus interempti ſunt. 150. milia ciuium Romanorum.*
9 *Sylla inermes contra fidem datã occidit eius crudelis oratio inconcione. numero 10.Proſcriptio contra duo mille ex equeſtri & ſenatorio ordine nume. 11.*
12 *Bebii Mariani crudelis exitus per Syllanos.*
13 *Marci Marii gratidiani crudelis mors per Syllanos.*
14 *Syllæ crudelitates nedum in priuatos,ſed & in ciuitates.*
15 *Seditiones & bella ciuilia poſt Marium & Syllam.*
16 *Trium viratus Marci Antonii,Lepidi, & Octauii quam fuerit crudelis. Eius inhumanæ proſcriptionis lex nume. 17.ob quam Cicero occiſus eſt.nu. 18.de cuius occiſore diuerſi fuerunt Appianus & Plutarch. nume.19.*
20 *Lucii opimii conſulis perſecutio in Gracchum,& alios iudiciaria inquiſitione.*
21 *Seditioſorum quanta fuerit ſæuitia exemplis comprobatur.*

Caput IX.

ALterum genus Crudelitatum diximus,quibus nullo p̃cedente iudicio,innocentes per ſeditiones lacerãtur. Quales ſunt proſcriptiones,†exilia, publica-
1 tiones bonorum,varia genera tormentorum & ſuppliciorũ, cædes,homicidia, ſæuitia in mortuos, & ſi qua ſunt ſimilia. Et earum rurſus aliæ per ipſos ſeditioſos,aliæ per eos,qui ſeditiones comprimunt,exercentur.

2 Initium ciuilium bellorum,fuerunt ſeditiones † Graccho rũ, Agrariis legibus excitatæ,vt aliquoties ante a nobis dictũ eſt. Ac ſub initium ſtatim horum tumultuum,immenſæ hominum ſtrages factæ ſunt, nec legibus & ordine poteſtatum, ſed turbis armorumque conflictibus, nobiles ignobileſque necati ſunt. vt ſcribit Auguſt.de ciui. Dei libro tertio.cap.24.

Has ſeditiones inſequutæ ſunt peiores:neque enim ſtudiũ fuit deinceps aliis Gracchorum exempla deuitare, ſed magis ſuperare fuit propoſitum. Lucius ſiquidem Saturninus Tribunus plebis,& Caius Cæſar,Seruilius prætor,& multo poſt M.Druſus,multo immaniores ſeditiones excitarunt, quibus cædes iam tum grauiſſimę, deinde ſocialia bella exarſerunt: quibus Italia vehementer afflicta,& ad vaſtitatem miſerabilem deſertionemque perducta eſt.vt dicit Auguſt. libro 3.de ciui.Dei.cap.26.

3 Nam Picẽtes, † Veſtini Marſi, Peligni, Samnites, Lucani, Druſo iam interfecto, cum adhuc occultã defectionẽ meditarentur, C. Seruium prætorem, Romanorum Legatum ad ſe miſſum,apud Aſculum occiderunt,ſtatimque clauſa ciuitate,omnes Romanos ciues indicta cæde iugularunt.Bellum
4 †ſociale inſequutum eſt, & ciuilia: inter quæ atrociſſimum fuit Marianum & Syllanum, ob talem fere cauſam ortam. Marius affectauerat Septimum Conſulatum,& vt ipſe ad bellum Mithridaticum mitteretur. Quo Sylla cognito impatiẽs & pertinax,iterpretataque ira percitus,cum quatuor Legionibus primum ante vrbem conſedit, ibi Gradium Marij Legatum,quaſi primam victimã belli ciuilis,occidit, vt Eutropius ſcribit.Mox vrbem cum exercitu irrupit,faces ad inflammandam vrbem popoſcit, omnibus metu abditis,citato agmine in forum venit.Marius omnium auxilio deſtitutus, cũ pugnare non auderet,in Capitolium cõceſſit, in quem cum Syllanæ cohortes:irruiſſent,magna ſuorum cæde diffugit: vt ſcribit Appianus libro pri.de ciuilibus Ro.bellis.Multi etiam Mario fauentes vrbe pulſi ſunt,quorum & necandorum, vel ad conſules deducendorum,omnibus poteſtas data eſt:ſed & bona eorum in publicum delata ſunt.

5 Poſt deinde † Marius,vt refert Eutropius lib. 5 rerum Ro. qui per fugam elapſus,& variis caſibus agitatus,vna cum Sertorio & Cinna,Sylla iam circa Mithridaticum bellum occupato eruperunt,& bellum aduerſus Rempublicam inſtauraruntin quo Marius primum Coloniã Hoſtienſem vi ingreſſus, omnia ibi genera libidinis,auaritiæ & crudelitatis, exercuit.Deinde Antium & Aritiam ciuitates hoſtiliter irripuit, cunctoſque in his,præter proditores interfecit, bona ſuis diripienda permiſit.

6 Poſt Cinna†cum Legionibus,& Marius cum fugitiuis vrbem ingreſſi,nobiliſſimos quoſque & plurimos e Senatu viros Conſulares interfecerunt, multos proſcripſerunt: Ipſius Syllæ domo euerſa,filios & vxorem ad fugam compulerunt. Factæ deinde Syllanorum expulſiones,bonorum publicationes,priuationes dignitatum ac legum, reuocatione earum, quas Sylla condiderat, innumeræ factæ cædes, nec Senatorũ aut Equitum delectus habitus, vniuerſa Senatorum capita roſtris affixerunt.Non Deorum reuerentia,aut virorum indignatio,inuidiæue timor in his perpetrandis vllus affuit: verũ ſcæleribus ſcælera addentes, ad aſpectus vſi ſunt nefandiſſimos. Quippe homines impie cędentes,defunctorum inſuper colla ſecuerunt, miſerabileſque aſpectus ad timorem, ſtuporemque ac ſpectaculum crudele propoſuerunt:Interfectorum capita in foro appenſa, nulli ſepulchri honos habitus,ex iis qui interfecti fuere, auibus tantum & canibus laceranda illuſtrium virorum abiecere cadauera.Illud etiam cru-
7 delitatis addidit† Marius vt ſcribit Appianus lib. i. de ciuilib. Ro.bellis Eutropius libro v.rerum. Ro. Auguſt. de ciuit.Dei. lib.3.capitu.27.

Nam cum interfectorum ciuium capita illata conuiuiis, oblata Capitoliis,collata roſtris ad ſpectaculum, ornatumq; (vt dictum eſt) caput M.Antonii eximij Oratoris abſciſſum, cum inde ſanies mandaret,in ipſo conuiuio manu pertracta uit:inſultans inſuper illudenſque conuiciis,complexuſque P. Annium,qui caput illud cruentus attulerat.Præterea in ipſi⁹ Marii oculis trucidati ſunt,quibus ſalutãtibus dexteram porrigere noluiſſet.

Interea Cinna bonorum neces,malorum cæde ſuppleuit. Nam cum introducta fugitiuorum manus inſatiabilis,prædã di eſſet,nullamque partem authoribus prædę Conſulib.miniſtraret,in forum quaſi ſtipendii cauſa ſollicitata, militibuſq; circundata, inermis extincta eſt.Cæſa ſunt igitur in illa die in foro vrbis,Octomillia fugitiuorum:vt Eutropius lib.5.rerum Rom.refert.poſt hæc reſidui Senatorum,qui potentiam Cinnæ,ſæuitiam Marii,Sertorii audaciam,fuga euaſerant,tranſuecti in Græciam,coegerunt præcibus Syllam,vt periclitanti, immo iam pene perditæ patriæ opem ferret. Itaque mutatis COSS.Romæ,cum Marius † Marij iam defuncti filius,ac Papirius Carbo Conſulatũ accepiſſent,Sylla aliquot prælijs,cũ Marianis partibus conſertis, in quibus & multa millia Marianorum cæſa ſunt: tandem cum omnibus copiis ſuis ante ipſam vrbem portamque Colliſiam ſigna contulit, grauiſſimoque prælio tandem vicit. Octoginta millia hominum, ibi fuſa dicuntur:Duodecim millia hominum ſeſe dedidere,reliquam multitudinem in fugam verſam, inſatiabilis victori ciuium ira conſumpſit. Sylla† mox vt vrbem victor intrauit,
9 tria millia hominum, qui ſe dediderat, per Legatos,contra fas & fidem datam,inermes ſecuroſque interfecit.Plurimi tũc quoque,non ſolum innocentes,ſed etiam ipſius Syllanæ partis occiſi ſunt: quos fuiſſe pluſquam nouem millia, fertur. Ita libere per vrbem percuſſoribus paſſim vagantibus,vt ſcribit Appianus libro 1. de ciuili. Ro. bellis. Q.Catulus palam Syllæ dixiſſe fertur: Cum quibus tandem victuri ſumus,ſi in bello armatos,in pace inermes occidimus? Fertur autem ad hunc modum Romanis in concione conuocatis, loquutus
10 eſſe.† Quoniam (inquit) populum meliorem in partem conuerterem,ſi mihi paruiſſet: nulli inimicorum,ad extremum vſque ſupplicium parcam. Verum prætores, Quæſtores Tribunos, & quoſque alios, qui cum hoſtibus ſimul quippiam egerunt,ſummis pœnis afficiam. Quo dicto Senatores quadraginta:Equites mille & ſexcentos,ad mortem condemnauit,deſcripſit,& premia interfectoribus,indicia his qui accuſarent,& ſupplicia inſuper occultẽtibus aſcripſit: & vt dicit Auguſt.

Digitized by Google

gu.de ciui.lib.3.cap.28.Quidam ſuſpenſi, & ad Syllam delati, ante pedes eius proiecti ſunt: alii tracti verberatique, vt nemi ne intuente, vocem in tantis calamitatibus ob pauorē emittere audente, in vrbe tota, quem vellet Syllanus quiſque feriebat. Vnde tot funera numerari omnino non poterant vt refert I. Florus libro tertio. Epith. 21. donec Syllæ a Furfidio ſuggereretur, ſinendos eſſe aliquos viuere, vt eſſent, quibus poſſent imperare, qui vicerant, tunc iam cohibita, quæ hac atque hac paſſim furibunda ferebatur licentia iugulandi. Primus ipſe infamen illam tabulam proſcriptionis, † cum ma-
11 gna gratulatione propoſuit, quæ hominum ex vtroque ordine ſplendido, Equeſtri ſcilicet & Senatorio, occidendorum ac proſcribendorum duo millia continebat, quos qui proſcripti erant, licebat occidere: Quarum etiam bona diuidebā tur, & pars Syllæ, pars percuſſoris fiebat. Contriſtabat numerus proſcriptorū, ſed conſolabatur modus: Quia tot cadebtā, tantum erat mœroris, quantum letitiæ.

Quia cœteri non timebant, ſed in quibuſdam eorum, qui mori iuſſi erant, etiam licet ipſa crudelis cœterorum ſeueritas, genera mortium exquiſita congemuit. Quendam enim ſine ferro laniantium manus diripuerunt, immanius homines hominem viuum, quam beſtiæ ſolent diſcerpere, cadauer abiectum. Hic Bebius fuit Marianus. † Nam duo Bebii
12 fuerunt, alter Syllanus: alter Marianus, & vt Syllanus a Marianis antea vnco tractus, diſperſis viſceribus interijt: ſic Marianus eodem crudelitatis genere interemptus. eſt vt dicit Aug. libro 3. de ciui. Dei. cap. vigeſimoſeptimo. vt etiam mirum videri poſſit, ſiue facto hoc, ſiue conſilio factum ſit, ambos eiuſdem nominis Bebios, vno eodemque etiam fati genere occu
13 buiſſe. M. Marius † Gratidianus, C. Marij propinquus, apud Catuli ſepulchrum oculis effoſſis, & membris particulatim amputatis, in tantis cruciatibus diu viuere, vel potius diu mori coactus eſt.

Cum vero in ſingulos delationes defeciſſent, ad ciuitates ſe
14 Sylla † conuertit, caſque viciſſim puniuit, aliarum arces demoliri iubendo. Quarundam mœnia ſolo æquando, aut publicam mulctam illis imponendo, aut grauioribus tributis eos affligendo. vt ſcribit Eutropius libro ſexto & ſeptimo. rerum Rom. hoc fine concluſa ſunt duo bella funeſtiſſima, ſociale Italicum, & ciuile Syllanum. Conſumpſerunt autem vltra centum quinquaginta millium Romanorum viros, Conſulares triginta tres, prætorios Septem, Aedilitios Sexaginta, Senatores ducentos, abſque innumeris totius Italiæ populis, qui ſine conſideratione deleti ſunt, vt ſcribit idem Eutropius. Abello Mariano atque Syllano, ad bella Sertorij atque Catilinæ: quorum alter a Sylla proſcriptus, alter nutritus fuerat.
15 Inde ad Lepidi & Catuli bellum: quorum alter geſta Syllana reſcidere, alter defendere cupiebat. Inde ad Pompeium & Cæſaris: quorū Pompeius ſectator Syllæ fuerat, eiuſque potentiam vel æquauerat, vel iam etiam ſuperauerat. Cæſar autem Pompeii potentiam non ferebat, ſed quia non habebat, quā tamen illo victo interfectoque tranſcendit. Hinc ad alium Cæſarem, qui poſt Auguſtus appellatus eſt, peruenerūt, quo imperante, natus eſt Saluator mundi, Chriſtus. Nam & ipſe Auguſtus cum multis geſſit bella ciuilia.

Ac omiſſis crudelitatibus, quas Sertorius & Catilina, Lepidus & Catulus, Cæſar & Pompeius exercuerunt: eas tantum (quantum ad inſtitutum noſtrum pertinere videtur) enumerabimus, quas Triumuirorum, Antonij, Lepidi, & Octauii, tā concordiæ quam diſcordiæ, ciuiles ſiue inciuiles potius peperterunt.

16 Hij primum quidem diſcordes, † deinde autem concordes facti, ac imperium inter ſe pariti, & aduerſus interfectores Cęſaris, & eorum fautores in vrbe potiti victoria, Syllam imitati, proſcriptionis tabulas proponendas eſſe decreuerūt. vt ſcribit Appianus libro tertio. de ciuil. Rom. bellis. & Eutropius libro ſeptimo. rerum Rom. In quibus Senatorii Ordinis circa trecentos, Equeſtris vero ad Duo millia, in quibus etiam fratres & patrui proſcribentium inerant: ſed & ex potentioribus ad mortem condemnarunt Decem & Septem, inter quos & Cicero fuiſſe dicitur. His deinde Centum & Triginta, & paulo poſt Cētum & Quinquaginta virorum proſcriptiones additæ, ac per varia vrbis loca prolatæ ſunt: Quorum omnium capita ad Triumuiros diffinito prēmio deferri iuſſum.
17 Erat autem lex † proſcriptionis, vt nullus aliquem eorum, qui proſcripti eſſent, ſuſciperet, aut aliquo præmitteret, neque pecuniis confideret, vel ſaluaret aliquem, vel iuuaret, aut cū illo ſeruiret.

Si quis contra legem feciſſet, nulla venia dignus, & ipſe in proſcriptorum numerum poneretur. Eorum autem, qui interemptorum a ſe capita Triumuiris apportaſſent, præmium erat libero quidem Quinque ſupra viginti mille drachmæ: ſerui vltra proprii libertatem corporis, decies mille drachmæ Atticæ. Idem quoque præmium iudicibus erat conſtitutum.

Proſcriptione igitur a Triumuis ad hunc modum annotata, crudeliſſime in proſcriptos ſæuitum eſt. Primum omnes vrbis exitus, aut portus, aut ſtagna, aut quodcūque aliud, quod ad fugam ſuſpitioſum erat, aut ad latendum per prouinciam profugis patebat, a Turmarum Ducibus obſidebatur, quibus perſcrutari omnia ac diſcutere in iunctum fuerat: Et hęc vno impetu ſimul facta ſunt. Statim igitur per omnem prouinciā ac ciuitatem, ut quiſque quod ſperauerat, adeptus fuerat, hominum captiuitates plurimæ ſubitæque perpetrabantur. Varii ad hæc necis modi, capitum abſciſſiones mercedis gratia conſpiciebantur, fugę turpiſſimæ, aliis puteos, aliis ſubterraneos ſpecus, & immunda quæque ſubeuntibus: alij ſubtectis regulis operti, miro ſilentio latuerunt. Mulieres non minus & pueros, quam percuſſores formidantes, qui non ſatis beneuole ſe erga eos habebant: alii ad pedes ſeruorum ſuorum procidentes, cum clamore & ciulatu, eos dominos ſuos, & ſaluatores appellarunt. Quæ res eo miſerior videbatur, quod omnium ſpe ſalutis deſtituti, nulla miſericordia ab vllo leuarentur. Nam & ſuos repente ex neceſſariis hoſtes effectos eſſe cernebant, vel ob ſimultatem, vel munerum promiſſionem, vel ob repoſitum in domibus aurum & argentum. Infidus quippe vnuſquiſque in domeſticos effectus erat, & propriam vtilitatem beneuolentiæ eorum ante tulerat: fidi autem & beuoli non auxilium afferre, non celare aliquem, aut cum ullo conuenire audebant, ob ſuppliciorum crudelitatem. Erant q ſe ſpontanea fame conficerent, qui laqueis vitam finirēt, qui aquis immergerent, aut e tecto precipites darent, aut igne ſe abſumerent, aut iugulatoribus ſe offerent.

Cœterum, quid circa ſingulos actum, & quo genere immanitatis & crudelitatis in vnumquenque eorum, qui proſcripti fuerunt, ſęuitum ſit, prēter ea, quæ iam in genere dicta ſunt, ex Plutarcho, Appiano, aliiſque rerum Romanarum ſcriptoribus cognoſcere licet: nos vnum tantum ex Appiano, de nece Ciceronis hoc loco abſcribemus.
18 M. Cicero igitur, † qui poſt C. Cæſarem potens admodum, quantum popularis monarchia valuit, in vrbe floruit, cum filio & fratre, ac fratris filio, omnibus denique neceſſariis eius, & clientibus amiciſque proſcriptione damnatus eſt. Quam autem inimici eius in eum crudelitatem exercuerint, ad hūc modum deſcribit Appianus. Is, inquit, fugiens paruam ingreſſus ratem, maris tēpeſtate deterritus, ad proprios agros, quos ob hiſtorię huius paſſionem vidiſſe memini, circa Capuam, Italiæ vrbem delatus eſt. Tacite igitur accedentibus his, qui illum inquirebant, quippe prę cęteris ambitioſiſſime hunc virum efflagitabat Antonius, & Antonii cauſa, quam plurimi corui aduolantes, obſtrepere cœperunt, eundem a ſomno excitantes, veſtem quoque roſtris eo vſque attraxere e quieſcentis corpore, quo ad ſerui id ſignum a Deo miſſum arbitrati, lectica impoſitum, iterum ad mare per profundam ſylluam occulto calle detulere. Multis per partes accurrentibus, interrogantibuſq;, ſicubi Cicero appareret: obuii ob beneuolētiā miſericordiamque, nihil niſi ablatum fuiſſe referebant. Verū Cerdo quidam Clodii clientulus, Ciceronis acerbiſſimi hoſtis, Lænæ Turmarum Duci, cum paucis aſiſtenti, callem indicat. Quo cognito, inſequitur ille, & Ciceronis ſeruos longe plures, quam quos ipſe deduceret, auxilio adeſſe cernens, militariter admodum cœpit exclamare. Ea voce qui in agris aderant poſtremi Turmarum Duces aduolant, quos intuētes Ciceronis ſerui, quam plurimis accidentib. territi, ceſſerunt. Lęna vero qui propriam cauſam Ciceronis patrocinio tutatus, pœnam effugerat, caput e lectica primus extulit, ſimulque pcidit, tribus feriens, ſecanſque vulneribus ob inexperientiam. Abſcidit & dexteram, qua orationes illas luculentiſſimas in Antonium, veluti Tyrannum exarauit, ad Domeſthenis in Philippum æditarum ſimilitudinem. Quo facto nonnulli in equis, quidam nauibus prævecti ſunt, vt hęc Antonio primi nunciarent. Lęna ſedenti in foro Antonio, caput manumque Ciceronis a longe protuluit, oſtēditq;. Qua ex re exhilaratus, Ducem coronauit, adornauitque donis, ducentis ſcilicet, & quinquaginta millibus Drachmis Atticis, quod maximum et & pugnaciſſimum inimicorum olim eius occidiſſet. Caput manuſque Ciceronis, in foro ante tribunal per ſpacium temporis pendere, quo in loco & ipſe prius orare ſolitus. Ad id ſpectaculum multi audientes, viſendi cauſa conuenere. Ferunt & in die Antonium Ciceronis caput in menſa tenuiſſe, demum ſaciatum animo, ab hoc nefando ſpectaculo abſtinuiſſe. In hunc modum Cicero eloquentia admirabilis, præter cœteros in hanc ętatem vſque, & qui conſularem dignitatem obtinuerat, in maximis patriæ ſuę vtilis, extinctus, ab hoſtibus contumeliis affectus eſt.
19 Paulo diuerſius eandem hiſtoriam † narrat Plutarchus. Nā proditorem illum ac callis indicem, quem Appianus Cerdonem, & Clodii Clientulum fuiſſe ſcribit: Plutarchus Philologum Q. fratris libertum fuiſſe ait: Eum videlicet, quem Cice-

ro

ro studijs liberalibus erudierat. Lænam vero, quem Turmarum Ducem fuisse asserit Appianus, Plutarchus nõ Lænam, sed Popilium, A eũdem Tribunum militum fuisse tradit: eũ videcet, qui iam dudum parricidij reus, opera Ciceronis, qui causã susceperat, defensus, iudicia euasit. Sed nec Læna caput Ciceronis præcidit. sed Herennius Centurio, qui per demon stratam semitam accelerans, illum consequutus est, vbi Cicero percussores imminere cognoscens suis vti lecticam sisterent imperauit. Inde ceu per sæpe consuerat, cum genam sinistrę imposuisset, immotis oculis percussores prospiciens, iugulum apparat.

Quod Herennius poscens crine nudum & extra lecticam vulneribus prolatum, quia tunc Sexagesimum quartum ętatis ægit annum, caput & manus eius iussu Antonij præcidit. Antonius autem ea accipiens, ingenti voce proclamauit. Sic habeant finem proscriptiones. vt scribit August. libro 3. de ciui. Dei. cap. 30. Sic igitur disertus ille artifex regendæ Reipublicæ Cicero, qui Augusto fauit, vt eius potentia contra Antonium nutriretur, sperans cum depulsa & oppressa Antonii domiuatione, instauraturum Reipublidæ libertatem ab eodem Augusto, cuius dignitatem & potestatem fouebat, Antonio, quadam quasi concordiæ pactione, occidendus permissus est: nec libertatem ille Reipublicæ, pro qua multum clamauerat, instaurauit, sed ditioni potius propriæ subiugauit.

Alterum genus crudelitatum eorum esse diximus, qui seditiones comprimunt. Cuius multa quidem exempla cõmemorare possem: Sed quoniã hæc Historiarũ studiosis passim obuia sunt, nihil est, vt pluribus lectorem suspẽdam. Nam satis diu his rebus immoratus, ad alia mihi properandum video: vnum tantum, ne nihil de hoc genere dicere videar, affero. & August. de ciui. Dei libro tertio. cap. vigesimoquarto.

20 Lucius Opimius † Consul, qui aduersum alterum Gracchũ intra vrbem arma commouerat, iam eo cum sociis oppresso & extincto, ingentem ciuium straaem fecit. Cunque quæstionem haberet, iam iudiciaria inquisitione cæteros persequens, tria millia occidisse perhibetur.

Ex quo intelligi potest, quanta sæuitia fuerit seditiosorũ,

21 quando etiã victoria contra seditiosos obtenta, tanta multido hominum, non solum ĩ turbido ipso armorum strepitu, sed etiam iudiciorum, velut examinata cognitione præcedẽte interierunt.

Sunt & qui ad hoc genus postremum Syllæ bellum, quod aduersus vtrunque Marium patrem & filium gessit, referãt, vt per quem oppressa iam a Mario patria, pristinæ libertati restituta fuerit. At quem crudelissime, non in hostes tantum, sed ĩ amicos etiam sæuierit Sylla, paulo ante declaratum est: Vt recte de ea vindicta, seu sæuitia potius, Lucanus Poeta dixit. libro secundo.

Sylla quoque immensis accessit cladibus ultro,
Ille quoque exiguum restabat sanguinis vrbi,
Hausit, dumque nimis iam putrida membra recidit,
Excessit medicina modum, nimiumque sequuta est,
Qua morbi duxere manus pericre nocentes,
Sed cum iam soli possent supereſſe nocentes,
Tunc data libertas odiis resolutaque legum
Erenis ira ruit.

Seditione nasci ex seditionem.

SVMMARIVM.

1 *Seditio vna parit aliam, quod exemplis comprobatur nu. 2.*
3 *Schismata ex schismatibus, & hæreses ex hæresibus nascuntur.*

Caput X.

INter incommoda Seditionum, illud non mi-
2 nimum est, quod vna seditio † parit aliam. Est. n. eius natura seditio, vt vbi semel corpus Reipublicæ inuaserit, quasi repente ad singula etiam intima membra penetret, & nisi radicitus extirpata fuerit, nõ solum breui tempore repullulet, sed etiam alias ex se seditiones progignet.

3 Sic secessio plebis, † Tribunitiam potestatem patribus vi extorsit, quod ius Cn. Martio, qui Coriolani cognomen habuit, per occasionem diuidẽdæ Annon, denuo patribus recuperare conãte, excitata alia seditio est: vt scribit T. Liuius. libro secundo. ab vrb. cond. Quam vix tandem Coriolano in exilium acto, cohibuit atque sedauit Senatus. Sed eam mali malum insequutum est: Nempe Coriolanus. vt refert Valerius libro secundo. capit. secundo. in exilio apud Volscos degens, iniuriæ memor, bellum Romanis intulit, quod una mater Veturia extinxit. Sic Gracchanæ seditiones initium, quidem fuerunt in vrbe Roma ciuilis sanguinis, gladiorumque impunitatis. Inde ius vi obrutum, potentiorque habitus prior, discordiæque ciuium, antea conditionibus sanari solitę ferro dijudicatæ, bellaque non causis inita, sed prout eorũ merces fuit. Ex Gracchanis igitur seditionibus, Apuleiana, Drusiana, & ex his bellum Sociale, ciuilia & Seruilia orta sunt. vt scribit l. Flo. lib. 3.

3 Sic & ex hæresibus hæreses, † ex schismatibus schismata enascuntur: vt alias a nobis abunde demõstratum est. lib. 2. de hęreticis & schismaticis.

Nec id sane mirum: non enim ibi consistunt exempla, vt inquit Velleius Paterculus, lib. 2. Histo. Roma. vnde cœperũt, sed quamlibet in tenuem recepta tramitem, latissime euagãdi sibi viam faciunt: & vbi semel recto decerratum est, in præceps peruenitur, nec quisquam putat turpe, quod alii fuit fructuosum.

DE SEDITIONIBVS
LIBER QVARTVS:
QVI EST DE REMEDIIS,

Quibus Seditiones Comprimuntur.

Ad quorum efficium pertineat, sedare seditiones.

SVMMARIVM.

1 *Belli duo genera apud Platonem lib. 1. de legibus.*
2 *Irenarchæ apud veteres qui dicebantur, eorum officium quale sit. num. 3. & 4. 5.*
6 *Pœna in authores schismatum.*

Caput I.

SVpereſt pars ultima Instituti operis huius de seditionibus, quæ remedia continet, quibus seditionum motus, in Republica comprimuntur.

In qua re duo spectanda sunt: Persona tam eorum, qui medentur, quam eorum, quibus remedia adhibentur: & Ratio medendi. Primum igitur, si magnam apud omnes laudem & gloriam merentur, qui patriam ab iniuria hostium fortiter dimicãtes defendũt: quanto magis laudandi sunt: qui ciuiles & inteſtinas discordias in Repub. sanant? Quod pulchre apud Platonem. libro primo. de legibus. confirmare videtur hospes Athenienſis, q citato quodam Tirtęi Poetę, carmine, primum summis laudibus affert eos, qui optime se gerunt in bello. Deinde duo
1 † belli genera statuens: Alterum, quod seditionem appellamus, grauissimum sane, vt quod nemo in sua ciuitate esse velit: & si accidat, quam ocyus fieri potest, sedari cupiat. Alterum vero belli genus, multo mitius illo, quo aduersus externos & alienigenas vtimur. Claros quidem eos esse ait, qui externa magno animo bella gerunt. At longe clarissimos, qui maximo in bello, id est, in seditione præstant: Theognis Poetæ testimonium subinde citans, qui ait. Fidelem virum omni argento atque auro in seditione meliorem. Etsi autem. ęquo iure tam magistratus quam subditi, Rempub. a seditionum incommodis custodire, etsi quibus premitur, ab ijsdem etiã liberare teneantur: tamen singulariter ad officium eorum, q pręsunt rebus publicis, pertinet, vt pacatę & quietæ prouinciæ sint, quas regunt.

Quod tum facile obtinent, si solicite id agant, ut malis & seditiosis hominibus prouinciæ careant, eosque cõquirant, & vt quisque deliquerit, in eum animaduertant. l. congruit. ff. de offic. pręsid.

Sic ad præfecti vrbis curam olim pertinebat quies populariũ, qui & dispositos milites stationarios habebat, ad tuendam popularium quietem, & ad referendum sibi quid vbiq; ageretur: lege prima. §. quies quoque. ff. de offi. præfect. vrb.
2 Veteres Irenarcha † vocarunt: quia ad tollendas discordias, & pacãdos ciuium animos, in ciuitate præficiebãtur. ἀπὸ τοῦ εἰρήνη, id est, a pace concordia dicti. Idem etiam cognoscunt, quoties de finibus certatur, quanquam Martianus generaliter Irenarchas vocat, qui disciplinę publicæ, & & corrigendis

mori-

Digitized by Google

moribus præficiũtur. Lynica. C. de Irenarchis libro 11. In Authen. de manda. princip. l. diuus §. 1. ff. de custo. reorum. Sed & in prouincijs Irenarchæ iudicio præsidum, a Decurionibus nominabantur, qui ad prouinciarum tutelam, quietis & pacis per singula territoria faciebant stare concordiam. Alibi Seruatores loci, Hiocolitę, & latronum expulsores appellantur. Ac inter cœtera illud quoque ad Irenarcharum † officium pertinet, vt cum apprænderint latrones, interrogent 3 eos de socijs & receptatoribus, & interrogationes literis inclusas atque obsignatas, ad cognitionem magistratus mittãt. vide Alciatum libro secundo prætermissorum. Nec condemnatus iutelligitur, qui cum eo elogio missus, vel etiam per Irenarcham perductus fuerit, sed quasi re integra quæratur, si quis erit, qui eum arguat. Et ideo si quis ἀνάκρισιν faceret, iuberi oportet venire Irenarcham, & quod scripserit exequi. Et si diligenter & fideliter hoc fecerit, collaudandum eum: si vero parum prudenter non exquisitis argumentis, simpliciter denotare Irenarcham, minus retulisse, sed & si quid maligne interrogasse, aut non dicta retulisse pro dictis, cum compererit, ut vindicet in exemplo, ne quid aliud postea tale facere moliatur. l. munerum. §. Irenarchæ. ff. dę mune. & honoribus.

4 Iam & principum constitutionibus Irenarcharum † officium, omnibus prouinciarum rectoribus, & rerum publicarum administratoribus iniungitur. Sicut Iustinianus Imperator ad Tribunianum, quæstorem sacri Palatii. & exequæstorem, ea de re rescribens in Authen. de manda. princip. §. deinde, colla. 3. Conueniens, inquit, est, te prouidere, vt nulli populi ciuitatum alterutri seditiones faciant, sed omnem pacẽ esse Dei ciuitatibus, Dum æquitas etiam hinc nostris subiectis seruatur, & neque lucri, neque passionis alicuius causa ad aliquam partium declinatur. Bald. in l. nullus. C. de summa Trinitate.

5 Eodem pertinet Constitutio † illa Federici Imperatoris de pace tenenda, qua iudicum quoque & defensorum locorũ, & quorunque aliorum magistratuum, curæ & officio imponitur, vt id agant solicite, vt huiusmodi pax ab omnibus eorum curæ subiectis fideliter custodiatur. Quin & pœna eidẽ legi adiicitur, vt si qui iustitiam facere, & pacem violatam legitime vindicare neglexerint, damnum omne iniuriam passo resarcire compellantur. Et insuper, si maior iudex sit, sacro ærario pœnam decem librarum auri præstet: minor autẽ pœna trium librarum auri mulctetur. Qui vero ad prædictã pœnam persoluendam inopia dinoscetur laborare, is corporis sui correctionem cum verberibus patiatur, & procul ab eo loco, quem inhabitat, quinquaginta milliaria per quinquennium vitam agat.

Idem quoque Canonicis Constitutionibus cautum est, qualis est illa Alexandri Papæ. I. Epist. secun. & altera huic haud dissimilis Antheri papæ. Hæc dicit Dominus (inquit Alexander) iudicate mane iudicium, & ante eruite vi oppressum de manu calumniantis, ne forte egrediatur quasi ignis indignatio mea, & succendatur: & non sit qui extinguat. Hier. cap. secundo. ergo, qui in summa specula a Domino constituti estis, attendere eos & opprimere oportet, qui in fratres seditiones & scandala excitant, ne simul cum eis pereatis. De 6 schismaticis † uero, Regulis sanctorum Patrum specialiter cõstitutum est, vt qui schisma fecerit, aut proprium altare erexerit, primum quidem excommunicetur, & si excommunicatione cõtempta, nihilominus diuisiones & schismata facere perrexerit, per potestates publicas opprimatur. Quæ Regulæ principum quoque constitutionibus confirmantur. Sic. n. de eadem re Federicus Imperator constituit. De statutis & consue. contra lib. Eccle. §. statuimus.

Statuimus, inquit, hoc Edicto perpetuo valituro, ut potestas, Cõsules seu Rectores, quibuscunq; fungãtur officiis, pro defensione fidei præstent publice iuramẽtum, quod de terris suæ iurisdictioni subiectis, vniuersos hæreticos ab ecclesia denotatos, bona fide pro viribus exterminare studebũt: ita quodammodo quicunque fuerit, qui in potestatem, siue perpetuam, siue temporalem, assumptus, hoc teneatur Capitulum iuramẽto firmare: alioqui nec pro potestatibus, nec pro consulibus habeantur, & eorũ sentẽtias irritas extunc decernimus & inanes. Si vero Dominus temporalis requisitus & admonitus ab ecclesia, terram suam purgare neglexerit ab hæretica prauitate, post annum a tempore admonitionis elapsum, terram illius exponimus Catholicis occupandam, quam exterminatis hæreticis, absque vlla cõtradictione possideant, & in fidei pietate conseruent, saluo iure domini principalis: Dummodo super hoc nullum præstet obstaculum, nec aliquod aliud impedimentum apponat. Eadem nihilominus seruata lege, contra eos, qui non habent dominos principales.

Quales esse debeant Irenarchæ, quibus seditionum componendarum cura iniungitur.

SVMMARIVM.

1 *Eloquentia est non solum utilis sed necessaria.*
2 *Calliope musa irenarchæ necessaria est.*
3 *Mores boni eloquentiæ coniuncti valent.*
4 *Seditionum sedatores summopere laudantur.*
5 *Læna erat vestis militaris uillorum crassitudine calefaciens chlamidem.*
6 *Opinio prudentiæ & probitatis plurimum momenti possidet in rebus publicis.*
7 *Seditionum sedatores seditiosis gratos esse oportet.*
8 *Personarum ratio habenda est.*

Caput II.

QVemadmodum autem Qui præsunt publicis administrationibus, iusti debent esse, prudentes, & boni viri, tum multo etiam rerũ vsu exercitati: Ita & qui componendarum seditionum negocium aggrediuntur, primum omnium virtutibus prædiți, ideſt, iusti, prudentes, fortes & temperantes esse debent. Nemo enim integer & fidelis, sine omnium virtutũ numero in seditionibus reperiri poterit, ut inquit Plato. libro 1. de legibus. Sed & eloquentem esse oportet, cuius officio atque curæ incumbit, discordantium animos ad amicitiam & pacem reuocare. Est enim eloquentia † tum omnibus, qui 1 Respublicas administrant: tum vero iis, qui ad sedandas discordias, & conciliandam inter dissidentes ciues pacem destinati sunt, nõ solum vtilis, sed etiam necessaria. Propter quod & Reges olim (vt scribit Plutarchus in Politicis.) tametsi sceptris, & purpura nobiles, satellitibus cõstipati, deorum demũ oraculis inflati & tumidi, vulgus deterritare soliti, ac sibi subijcere: Volebant tamen verborum Oratores effici, gratiamque dicendi nequaquam aspernabantur. Conciones, in quib. clari solent effici viri, non negligebantur, nec Iouem duntaxat consilii præsidem obseruabant, bellicosumque Martem, aut militarem Mineruam: Sed Calliopen † quoque venerabã 2 tur, que Regibus veneranda comes accedit, ferociam vulgi suadela leniens atque pudore. Homo certe priuatus de veste atque habitu populari ciuitatem regere, voluntatem populi pręualere, multitudinis moribus modũ facere non poterit, nisi oratione & eloquentia prędițus sit, quæ vna suadeat, affi ciat, flectat, ducatuque multitudinem.

3 Non igitur mores † dicentis tantum sunt, qui persuadeãt, nec sola oratio. Re enim vera vtrunque est, quod rem efficit, mores nimirum atque oratio: Quemadmodum nauis non solum a gubernatore, sed etiam a Clauo: & equus non solũ ab equite, sed etiam a freno in gyrum versatur.

Qui igitur & uirtutibus simul, & eloquentia clari & potẽtes sunt, hos ego omnium maxime ad sedãdas seditiones idoneos esse existimo. Cuius velut effigiem Poeta hic carminib. depingit.

Ac ueluti magno in populo cum sæpe coorta est
Seditio, sæuitque animis ignobile vulgus,
Iamque faces & saxa volant, furor arma ministrat.
Tum pietate grauem, ac meritis si forte virum quem,
Conspexere, silent, arrectisque auribus astant.
Ille regit dictis animos, & pectora mulcet.

4 Cicero in Bruto, de clar. orat. ĩter summos Oratores † ingẽtibus eos laudibus effert, qui dicendo ciuiles discordias compresserunt. Qualis fuit M. Valerius Dictator, qui paucis annis post Reges exactos, cũ plebs prope ripam Anienis ad tertiũ milliarium consedisset, eumque montem, qui Sacer uppellatus est, occupauisset, oratione discordias sedauit. Ob quam rem & honores ei habiti amplissimi, proter quod & primus maximus est appellatus. Ex eadem causa, M. Popilius laudatur, qui cum Consul esset, eodemque tempore sacrificium 5 publicum cum Læna † faceret (ea fuit vestis militaris, villorum crassitudine calefaciens Chlamidem) quod erat flamen Carmentalis, plebis contra patres concitatione, & seditione nunciata, vt erat Læna amictus, ita venit in concionem, sedationemque cum authoritate, tum oratione sedauit.

Similem laudem Scipio, ut refert T. Liuius. libro 8. secundi belli punci. & plerique alii meriti sunt, quorum & ipsorum orationibus magnæ seditiones compositæ sunt, quos hic nõ est locus omnes commmemorare.

Neque

Digitized by Google

Neque vero ſatis eſt, iuſtum, prudentem & eloquentem eſſe, cuius opera componenda ſeditio eſt: ſed talis etiam a ſeditioſis ipſis, quorum animos prudentia & oratione ſua leniendos ſuſcipit exiſtimari & haberi debet. Plurimum enim momenti in rebus publicis, prudentiæ & probitatis opinio
6 †poſſidet. Nam oratio quantumlibet ſalutaris & bona, a malo proferatur, vel authoris odio diſplicere ſolet, nec quantū per ſe meretur, tantum ponderis & authoritatis habet. vide Gellium in noctibus Atticis libro decimooctauo. cap. 3. Ex qua cauſa cum Lacædemone Demoſthenes quidam in Senatu author fuiſſet ſentētiæ ſalutaris, & rei de qua agebatur, idoneæ, non fuiſſet ea quantūlibet bona ſententia, vel vnius authoris odio a Senatu approbata, niſi Ephori alium ex ſenioribus delegiſſent. Qui negocio ſententiæ dicendæ ſibi demandato, eandem pronunciaſſet: rati hoc modo gratiorem, & multitudini acceptiorē fore, quæ a bono & ſyncero, quā quæ a malo, abſoleto, & ſordido vaſe, & ad transfudendam rem ſalutarem minus bene imbuto, ſed abſoleto & ſordido prodijſſet.

7 Sed & grati ſint ſeditioſis oportet, per quos ſeditiones ſedari debent. Nam quibus infenſi ſunt, eorum verba ægerrimæ audiunt, ne dum conſiliis non acquieſcunt. Qua ratione ſeditione & rebellione ſubditorum aduerſus dominos ſuos orta, non ipſi domini, ſed legati ſeditioſis ipſis grati & accepti, facilius ſeditionem component. Sic plebis ſeditione aduerſus Senatum Romanum & patres commota. vt ſcribit T. Liuius libro 3. ab vrb. cond. cum tres legati conſulares, C. Iuli. P. Sulpitius, SP. Tarpeius, ad ſeditioſos fuiſſent miſſi: Qui Senatus verbis quærent, cuius iuſſu caſtra deſeruiſſent, aut quid ſibi vellent, qui armati Auentinum obſediſſent, belloque auerſo ab hoſtibus patriam ſuam cepiſſent: a multitudine cō clamatum eſt. Vt L. Valerium, & M. Horatium ad ſe mitterent, his ſe daturos reſponſum. Non alia procul dubio ratione, quam quia ſibi gratis & acceptis, & quorum prudentiam cognitam, fidemque minus ſuſpectam habebant, quam quorum eis faſtus & potentia inuiſa erat, reſpondere, eorumque
8 conſilia ſequi maluerunt. Iam vero quod ad perſonas † eorum attinet, qui a ſeditionum morbis liberādi ſunt, alia multitudini, alia ſingnlis perſonis, alia item ſeditionum authoribus & magiſtris, alia ijs, qui ſeducti fuerint atque decepti: Alia viris, alia fœminis, alia iuuenibus, alia ætate prouectis, remedia adhibebuntur. De quibus omnibus poſthac prolixius, & ordine quidem dicemus.

De diuino auxilio, in tribulationibus ſeditionum implorando.

SVMMARIVM.

1 *Seditionum remedia duplicia ſunt.*
2 *Tribulatio duplex, interna, & externa.*
3 *Deus exauditor in tribulationibus.*
4 *Remedium in tribulatione comparatur pœnitentia, & oratione, & potiſſima eſt oratio. nume. 5. comprobatur exemplo Iudith. numero 6. & 7. exempli Heſter. numero 8. Azariæ, numero 9. Danielis. numero decimo.*
11 *Peccatorum confeſſio ad diuinam clementiam oratione imperandam maximum remedium eſt.*

Caput III.

Dictum eſt de perſonis eorum, q ſeditionū incommodis medentur: Sequitur iam, vt de remediis ſeditionum dicamus. Remedia ſeditionū
1 † duplicia ſunt: Diuina & Humana. Diuinum eſt, quod a ſolo Deo præſtatur, nimirum bonitas illa & clementia diuina, qua Deus in tribulationibus ſuccurrit eis, qui inuocant nomen eius. Sane hoc remedio nihil efficacius, nihil præſentiꝰ, nihil magis ſalutare. Siquidem nunquam deeſt diuina miſericordia iis, qui ſperantes in Dominum, inuocant nomen eius. quis enim permanſit in mandatis eius, & derelictus eſt? Aut quis inuocauit illum, & deſpexit eum? Quoniam & miſericors eſt Deus, & remittit in die tribulationis peccata, & protector eſt omnibus exquirentibus ſe in ueritate. eccleſ. ca. 2. Ac vniuerſale quidem illud remedium eſt, ad quod in omnibus tribulationibus recurrendum eſt: Sed quod omniū maxime in tribulationibus ſeditionum & bellorum iuuat, ipſo Domino ita per Prophetam permittente, & dicente Pſalmo 80. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te: Exaudiui te in abſcōdito tempeſtatis: probaui te apud aquam contradictionis. Siue enim hoc de tribulatione & tempeſtate conſcie-
2 tiæ † intelligamus quæ eſt bellum illud internum, & omnium grauiſſimum, quo concupiſcentia rationi, & caro ſpiritui rebellant: præſens eſt & ſalutare illud remedium. In tribulatione inuocaſti me, & liberaui te, &c. Siue de tribulatione, qua ab internis & domeſticis hoſtibus præmimur, accipiamus: idem remedium a Domino expecta. Inuoca ipſum in tribulatione, & liberabit te. Nam & de illis cum ſacro Pſalte dicere potes Pſal. 54. Si inimicus meus male dixiſſet mihi, ſuſtinuiſſem vtiq;: & ſi is, qui oderat me, magna loquutus fuiſſet, abſcondiſſem me forſitan ab eo. Tu vero homo vnanimis, dux meus & notus meus, qui ſimul dulces mecum capiebas cibos, in domo Dei ambulauimus cum conſenſu. Veniat mors ſuper illos, & deſcendant in infernum viuentes. Quoniam nequitiæ in habitaculis eorum, in medio eorum. Ego autem ad Dominū clamaui, & Dominus ſaluabit me. Siue ab externis hoſtibus tribularis, ſi Dominum innocaueris, liberabit te: Exaudiet te in abſcondito tempeſtatis: probabit te apud aquam contradictionis.

3 Quin & ſancti Dei homines, † non ſolum ſæpe ſummi huius medici opem implorarunt, ſed etiam ipſius remedio in tribulationibus adiutos ſe ſe eſſe teſtantur. Tu es refugium, inquit pſaltes Pſalm. 31. a tribulatione, quæ circundedit me: exultatio mea, erue me a circundantibus me. Et iterum Pſal. 68. Exaudi me Domine, quoniam benigna eſt miſericordia tua. Secundum multitudinem miſerationum tuarum reſpice me: Et ne auertas faciem tuam a puero tuo. Quoniam tribulor, velociter exaudi me. Intende animæ meę, & libera eā, propter inimicos meos eripe me. Item Pſal. 101. Domine exaudi orationem meam, & clamor meus ad te veniat. Non auertas faciem tuam a me: in quacunque die inuocauero te, velociter exaudi me. His & ſimilibus medici opem a ſe implorataṁ teſtatur Propheta. Opem vero ſibi latam eſſe, ad hunc modum clamat Pſal. 117. De tribulatione inuocaui Dominum & exaudiuit me in latitudine. Dominus mihi adiutor, non timebō quid mihi faciat homo. Dominus mihi adiutor, & ego diſpiciam inimicos meos. Bonum eſt confidere in Domino, quam confidere in homine. Bonum eſt ſperare in Domino, quam ſperare in principibus. Omnes gentes circuerunt me, & in nomine Domini, quia vltus ſum in eos. Impulſus euerſus ſum, vt caderem: & Dominus ſuſcepit me. Fortitudo & laus mea Dominus, & factus eſt mihi in ſalutē. Item Pſal. 17. In tribulatione inuocaui Dominū, & ad Deū meum clamaui, & exaudiuit de templo ſancto ſuo vocem meam. Et clamor meus in conſpectu eius, introuit, in aures eius.

4 Porro diuinum hoc Remedium † duabus maxime rebus comparatur: pœnitentia, & Oratione. Orationem adiuuat ieiunium & eleemoſyna, iuxta quod Angelus ad Thobiam dixit. Bona eſt oratio cum ieiunio & eleemoſyna, magis quam Theſauros auri reconcondere. Thob. 12. Ac ad pœnitentiam quidem impetrandam, hoc diuinum remedium non ſolum vtile, ſed etiam neceſſarium eſſe, Dominus apud Prophetam admonet. Si pœnitētiam, inquit, egerit gens illa, a malo ſuo, quod loquutus ſum aduerſus eam: agam & ego pœnitentiā ſuper malo, quod cogitaui vt facerem ei. Et ſubito loquar de gente & de regno, ut ædificem & plantem illud. Si malum fecerit in oculis meis, vt non audiat uocem meam: pœnitentiam agam ſuper bono, quod loquutus ſum, ut facerem &c.
5 Hier. 18. Orationem † vero omnium maxime ad imperandum, quod dixi, remedium clementiæ & miſericordiæ diuinæ efficacem eſſe, idem Dominus inuit, dicens Matth. 7. Petite, & dabitur vobis: quærite, & inuenietis. Pulſate, & apperietur vobis. Omnis enim qui petit, accipit: & qui quærit, īuenit, & pulſanti, aperietur.

Atque ad hunc ſane modum ſancta mulier Iudith, diuino hoc remedio vſa, populo ab obſidione Holofernis liberauit. Holoferne ſiquidem, Bethuliam ciuitatem obſidente, populum ciuitatem eidem, intra quinque dies tradere volētem, ad pœnitentiā & orationē adhortata, eſt † his verbis: Iu-
6 dith. cap. 8. Poſuiſtis vos tempus miſerationis Domini, & arbitrium veſtrum idem conſtituiſtis ei. Sed quia patiens Dominus eſt, in hoc ipſo pœniteamus, & indulgentiam eius fuſis lachrymis poſtulemus. Non enim quaſi homo, ſic Deus comminabitur, neque ſicut filius hominis ad iracundiam inflammatur. Et ideo humiliemus illi animas noſtras, & in ſpiritu contriti humiliato, ſeruientes illi, dicamus flentes Domino, vt ſecundum voluntatem ſuam faciat nobiſcum miſericordiam ſuam, vt ſicut conturbatum eſt cor noſtrum in ſuperbia eorum, ita etiam de noſtra humilitate gloriemur. Quoniam non ſumus ſequuti peccata patrum noſtrorum, qui dereliquerunt Deum ſuum, & adorauerunt Deos alienos: pro quo ſcælere dati ſunt in gladium, & in rapinam, & in confuſionem,

Digitized by Google

fusionem, inimicis suis. Nos autem alterum Deum nescimus, præter ipsum. Expectemus humiles consulationem ei⁹, & exquiret sanguinem nostrum de afflictionibus inimicorū nostrorum: & humiliabit omnes gentes, quæcunque insurgunt contra nos, & faciet illas sine honore Dominus Deus noster. Et nunc fratres, quoniam vos qui estis presbyteri ī populo Dei, & ex vobis pendet anima illorum, ad eloquium vestrum corda eorum erigite, vt memores sint, quia tentati sunt patres nostri, vt probarentur, si vere colerent Deum suum. Memores esse debent, quomodo pater noster Abraham tentatus est, & per multas tribulationes probatus, Dei amicus effectus est. Sic Isaac, sic Iacob, sic Moyses, & omnes qui placuerunt Deo, per multas tribulationes transierunt fideles. Illi autem qui, tentationes suas non susceperunt cum timore Domini, & impatientiam suam, & improperiū murmurationis suę, contra Dominum protulerunt, exterminati sunt ab exterminatore, & a serpentibus perierunt. Et nos ergo non vlciscamur nos pro his quæ patimur, sed reputantes peccatis nostris hæc ipsa supplicia minora esse flagella Domini, quasi serui qui corripimur, ad emendationem, & non ad perditionem nostram euenisse credamus. Deinde & ipsa oratorium suum ingressa, cilicio se induit, & cinerem super caput suum posuit, & prosternens se Domino, longam quidē orationem habuit, quam his tandem verbis † cōclusit. Iudith. capitu. 9.

Non in multitudine est virtus tua Domine, neque
7 in equorum viribus voluntas tua est, nec superbi ab initio placuerunt tibi, sed humilium, & mansuetorum semper tibi placuit deprecatio: Deus cœlorum, creator aquarum, & Dominus totius creaturę, exaudi me miseram deprecātem, & de tua misericordia præsumentem &c.

Eodem remedio usa Hester, & ipsa populum iudæorum ab insidiis Aman, & Tyrannide Artaxersis Regis liberauit. Hester. 14. Sic enim Dominum Deum Israel deprecata est:
8 † domine mi, qui Rex noster es solus, adiuua me solitariam, & cuius præter te nullus est auxiliator illius. Periculum meū in manibus meis est. Audiui a patre meo, quod tu domine tulisses Israel de cunctis gentibus, & patres nostros ex omnibus retro maioribus suis, vt possideres hæreditatem sempiternam, fecistique eis sicut locutus es. Peccauimus in conspectu tuo, & idcirco tradisti nos in manus inimicorum nostrorū: coulimus enim Deos eorum. Iustus es Domine. Et nunc nō eis sufficit, quod durissima nos opprimunt seruitute: sed robur manuum suarum, idolorum potentiæ deputantes, volūt tua mutare promissa, & delere hæreditatem tuam, & claudere ora laudantium te, atque extinguere gloriam templi & altaris tui, vt aperiant ora gentium, & laudent idolorum fortitudinem, & prædicent carnalem regem in sempiternum. Ne tradas Domine sceptrum tuum his, qui non sunt, ne rideant ad ruinam nostram: sed conuerte cōsilium eorum super eos, & eum, qui in nos cœpit sæuire disperde. Memento domine, & ostende te nobis in tempore tribulaiionis nostræ, & da mihi fidutiam Domine rex Deorum, & vniuersæ potestatis: tribue sermonem compositum in ore meo in cōspectu leonis, & transfer cor illius in odium hostis nostri, vt & ipse pereat, & cœteri qui ei consentiunt. Deus fortis super omnes exaudi vocem eorum, qui nullā aliā spem habent, & libera nos de manu inimicorum, & erue me a timore meo. Sic Da
9 niel. 3. Azarias vnus ex tribus pueris, qui apperiens os suum ī medio ignis, dixit Benedictus es domine patrum nostrorū, & laudabile & gloriosum nomen tuum in sæcula: Quia iustus es in omnibus, quæ fecisti nobis, & vniuersa opera tua vera, & viæ tuæ rectæ, & omnia iudicia tua vera. Iudicia enim vera fecisti, iuxta omnia quæ induxisti super nos & super ciuitatem sanctam patrum nostrorum Hierusalem: Quia in veritate & in iudicio induxisti omnia hæc propter peccata nostra. Peccauimus enim, & inique egimus recedentes a te, & deliquimus in omnibus, & præcepta tua non audiuimus, neq; obseruauimus, nec fecimus sicut præceperas nobis, vt bene nobis esset.

Omnia ergo quę induxisti super nos, & vniuersa quæ fecisti, nobis, in vero iudicio fecisti, & tradidisti nos in manibus inimicorum nostrorum iniquorum, & pessimorum, preuaricatorumque, & regi iniusto, & pessimo vltra omnem terram. Et nunc non possumus aperire os: confusio & opprobrium facti sumus seruis tuis, & in his qui cōsulūt te. Ne, quæsumus, tradas nos in perpetuum, propter nomen tuum, & ne dissipes testamentum tuum, neque auferas misericordiam tuam a nobis, propter Abraham delictum tuum, & Isaac seruum tuum, & Israel sanctum tuum.

Quibus locutus es pollicens, quod multiplicares semen eorum. sicut stellas cœli, & sicut arenam, quę est in littore maris: quia Domine imminuti sumus, plusquam omnes gentes, sumusque humiles in vniuersa terra hodie propter peccata
10 nostra. Sic Daniel † in captiuitate positus. vt patet Daniel. 9. primum quidem peccata non tantum populi sui, sed etiam sua confessus, deinde ad hunc modum orauit. Et posui faciē meam ad Dominum Deum meum rogare, & deprecari in iciuniis, sacco & cinere: & orani Dominum Deum meum, & confessus sum, & dixi. Obsecro Domine Deus magne & terribilis custodiens pactum & misericordiam diligentib. te, & custodiētibus mandata tua. Peccauimus, iniquitatem fecimus, impie egimus, & recessimus & declinauimus a mandatis tuis ac iudiciis. Et non obediuimus seruis tuis Prophetis, q loquuti sunt in nomine tuo Regibus nostris, principibus nostris, omnique populo terræ. Tibi Domine iustitia, nobis aūt cōfusio faciei: sicut est hodie viro Iuda, & habitatoribus Hierusalem, & omni Israel, his qui prope sunt, & his qui procul in vniuersis terris, ad quas eiecisti eos, propter iniquitates eorum, in quibus peccauerunt in te Domine. Nobis confusio faciei, Regibus nostris, principibus nostris, & patribus nostris, qui peccauerūt. Tibi autem Domino Deo nostro misericordia & propitiatio: quia recessimus a te, non audiuimus vocē Domini Dei nostri. ut ambularemus in lege eius, quam posuit nobis per seruos suos Prophetas. Et omnis Israel præuaricati sunt legem tuam, & declinauerunt, ne audirent uocem tuam: & stillauit super nos maledictio & detestatio, quæ scripta est in libro Moysi serui Dei Deut. 14. quia peccauimus ei. Et statuit sermones suos quos loquutus est super nos, & super principes nostros, qui iudicauerunt nos: vt superinduceret in nos malum magnum, quale nunquam fuit sub omni cœlo, secundum quod factum est in Hierusalem. Sicut scriptum est in lege Moysi. Omne malum hoc venit super nos. Et non rogauimus faciem tuam Domine Deus noster, vt reuerteremur ab iniquitatibus nostris, & cogitaremus veritatem tuā. Et vigilauit Dominus super malitiam, & adduxit eam super nos. Iustus Dominus Deus noster in operibus suis, quæ fecit: non enim audimus vocem eius. Et nunc Domine Deus noster, qui eduxisti populum tuum de terra Aegipti in manu forti & fecisti tibi nomen secundum diem hanc. peccauim⁹ Domine in omnem iustitiam tuam. Auertatur obsecro ira tua, & furor tuus a ciuitate tua Hierusalem, & a monte sancto tuo: propter peccata enim nostra, & iniquitates patrum nostrorum, Hierusalem, & populus tuus in opprobrio sunt omnib. per circuitum nostrum. Nunc ergo exaudi Deus noster orationem serui tui, & preces eius: & ostende faciem tuā super sanctuarium tuum, quod desertum est. Propter temetipsum inclina Deus meus aurem tuam, & exaudi, & aperi oculos tuos, & uide desolationem nostram, & ciuitatem, sup quam inuocatum est nomen tuum.

Neque enim in iustificationibus nostris prosternimus preces ante faciem tuam, sed ī miserationibus tuis multis. Exaudi Domine, placare Domine: attende, & fac. Ne moreris propter temetipsum Deus meus: quia nomen tuum inuocatum est super ciuitatem, & super populum tuum. Si ergo qui tanta sanctitate prediti fuerunt homines, † ut ignes & Leones
11 circa se innoxios habuerint, non dubitarunt in tribulationibus, Domino peccata sua confiteri, & ad diuinam clementiam atque misericordiam confugere: Quanto magis nos peccatores, seditionum, bellorumque procellis obruti, in ea tribulatione, primum quidem de peccatis nostris pœnitentiā agemus, ac deinde pacem a Domino poscemus, qui, vt est vnus idemque verus author pacis, ita & pacem solus largiri potest; non solum temporaneam illam, sed etiam quam in futuro sæculo, cum sanctis communem habebimus sempiternam. Ipse siquidem Deus noster refugium & virtus, adiutor est in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Seditionibus in tempore occurrendum esse.

SVMMARIVM.

1 *Seditionum sedandarum ratio eadem fere est, quæ curandorum morborū corporis.*
2 *Seditionibus in tempore occurrere potissimum remedium est.*
3 *Seditio ex paruis initiis est, & nisi extinguatur in infinitum crescit.*
4 *Seditio monastica inter carnem & spiritum periculosa est.*
5 *Seditio domestica, nisi cito comprimatur, vix ad concordiam reduci potest.*
6 *Arrius in Alexandria vna scintilla fuit sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flamma populata est.*
7 *Seditionis causa moram non recipit.*
8 *Irenarcha consilio agat, non præcipitanter.*
9 *Caroli Quinti imperatoris prudentia in seditionibus opprimendis.*

CAP.

Digitized by Google

Conradi Bruni de seditiosis.

CAP. IIII.

IMplorato aduersus Seditiosos diuino auxilio humana quoque remedia sanandis seditionibus adhibenda erunt. Est autem eadem fere seditionum † sedandarum ratio, quæ curandorũ morborum corporis, Quemadmodum enim in curandis morbis, primum causæ morborum, eorundemq; qualitates inquiruntur, quibus cognitis, tum deinde remedia ęgrotis adhibentur. Quin in ipsa etiam cura ratio habetur, vt alia repentinis, nullam morã patientibus: alia diuturnis morbis, quos Chronicos medici appellant, medicinæ adhibeantur. Ita & in depellendis a corpore Reipublicę seditionũ malis, primum quidem seditionum causæ inuestigantur, ac his ipsis cognitis, tum eorum medendorum cura suscipitur, & alia subito & aperte ortis seditionibus, alia clanculum conceptis, ac paulatim glisscentibus: & alia rursus in principio, alia in medio, & alia in fine remedia adhibentur. Ac primum quidem id generaliter in seditionibus † sedandis, comprimẽ
2 disque & extinguendis obseruandum est, vt vndecunque vel vbicunque ortis seditionibus, in tempore occurratur, immo ne etiam oriantur, prouideatur. Nam & in ciuilium discordiarum morbis locum haber, quod dicitur apud Ouid. libro primo. de remed. amor.

Principiis obsta, sero medicina paratur,
Cum mala per longas inualuere moras.

Fit enim sæpe, vt ex prauo membri vulnusculo vniuersũ copus inficiatur, ac tandem, nisi in tempore conuenientib. remediis occurratur, intereat, & penitus consumatur. Scintilla res parua est, & pene dum cernitur, non videtur: sed si fomitem compræhenderit, & nutrimenta sui, quamuis paruus ignis inuenerit, mœnia, vrbes latissimos saltus, regionesque consumit. Fermentum quoque res modica videtur & nihil, sed cum farina conspersum, totam massam suo vigore corruperit: in illius vim transit omne quod mixtum est. Hieronimus in comment. in Epistо. priorem ad Chor. quælibet
3 † ex paruis quidem initiis est, sed quæ paruo tempore, nisi mox extinguitur, in immensum crescit, & nõ solum domos, vicos, & ciuitates, sed etiam prouĩcias, & amplissima Regna peruagatur: maxime vro hæresis & doctrina peruersa quæ ab vno incipiens, vix duos aut tres primum in exordio reperit auditores. Sed paulatim cancer serpit in corpore, & iuxta vulgare prouerbium. Vnius pecudis scabies, totum commaculat gregem. Igitur & scintilla statim vt apparuerit, extinguenda est, & fermentum a massa vicina semouendum. Secandæ putridæ carnes, & scabiosum animal a caulis ouium repellendum, ne tota domus, massa, corpus & grex ardeat, corrumpatur, putrescat, aut intereat. Grauis est & periculorum plenissima pugna † carnis & spiritus, quam nos monasticam seditionem appellamus. Spiritu si quidem seruitur legi Dei: carne autem legi peccati. Itaque carne superante spiritum, in mortem incidimus (est enim lex peccati, vt quicũq;
4 peccauerit moriatur Gal. 5.) Spiritu vero carnem vincente, viuemus. Qui enim legi Dei seruit (quod fit spiritu) vitam habebit. Lex enim spiritus vitæ in Christo Iesu. Roma. 8. liberat a lege peccati & mortis. Et vt prudentia carnis mors est: ita prudentia spiritus vita, & pax. Etsi autem carnis aduersus spiritum perpetua pugna sit, ad finem etiam vsque vitæ nostræ perduraturatura: tamen & in manu sua victoriam habet spiritus, si adiutus gratia Dei (quę nunquam inuocãti deerit) ab initio rebelanti carni, id est, concupiscentiæ eius, nõ consentiat. At vbi semel atque iterum carni frenum laxauerit, & concupiscentiis eius indulserit, paulatim peccandi consuetudine subrepente. vt inquit Augu. lib. contra Fortunatũ dispn. 2. ita animam pernicioſa dulcedo & voluptas consuetudine implicat, vt postea vincere non possit, quod ipsa sibi peccando fabricata est: Propter quod semel prostrata & victa, in perpetua confusione iacet, & ignominia. Iuxta illud. Prouer. 18. Impius cum in profundum uenerit peccatorum, contemnit: & sequitur eum ignominia, & opprobrium. Sic in domo dissentientib. inter se patrefamilias, & iis, qui eius potestati subiecti sunt: facile quidem ea discordia, † ab initio cõ
5 poni poterit. At, vbi diutius durauerit, vix perturbata semel domus, ad pristinam concordiam reuocari poterit. Et ad eũdem modum seditiones ciuiles in tempore adhibito remedio, sedari possunt, quæ vbi latius serpserint, vix magno negocio extingui possunt. Sic seditiones Gracchanæ, Apuleianæ, & alię, quæ ab initio facile componi potuissent, vbi aliquandiu sepultæ, ac deinde resuscitatæ recruduerunt, non solum non extinctæ, sed etiam ex his bella socialia, ciuilia, & seruili-
6 a, suborta fuerunt. Ita Arrius † in Alexandria vna scintilla fuit: sed quia non statim oppressa est, totum orbem eius flãma populata est. Sic parua initia fuerunt Hussiticæ factionis, quæ ab initio facile quidem comprimi potuisset: At, vbi tẽpore inualuit, ne summa quidem summorum principum potestate & potentia extingui potuit.

Adhibenda est igitur huic morbo in tempore remedium. Nam sæpe vidimus. vt ait Ouid. libro primo. de remed. amoris.

Quod fuerat primo sanabile vulnus,
Dilatum longæ damna tulisse morę.

Atque ex hac sane causa processisse videtur, quod veterũ Constitutionibus expressum est: ut inter causas, quæ morã non recipiunt, seditiones quoque numerentur. † Sic enim ha
7 bet lex. Constitutiones, quæ de recipiendis nec ne appellationibus loquuntur, ut nihil noui fiat, locum non habent in eorum personis, quos damnatos statim puniri publice interest: l. constitu. ff. de appella. l. si quis filio. ff. de iniusto rup. & irri. testa. Vt sunt insignes latrones, vel seditionum concitatores, vel duces factionũ in his siquidem causis, ubi latro manifestus est, vel seditio prærupta, factioque cruenta, vel alia iusta causa appellatio exequutionem non impedit: non pœnę festinatione, sed præuæniẽdi periculi causa. Tũc enim punire permittit præses, deinde literis excusare. Sed nec ita tamen fe-
8 stinabit prudens † Irenarcha, qui nomina bono consilio, nihil prȩcipitanter agat: eius memor, quod prouerbio dicitur. Qui nimium properat, serius absoluit: & sæpe fit, vt ingenio magis, quam viribus proficiatur. Cuius rei pulchrum sane & memorabile explum, nostra ętate ædidit Inuictissimus & Glorioſissimus Imperator Carolus, huius nominis Quin-
9 tus, † qui immensam seditiosorum atque rebellium multitudinem, quę nullis uiribus vinci posse videbatur, ipse quasi ocisius, consilio, & prudentia sua, nullo fuso sanguine, superauit, & ad obedientiam suam redegit: vt vere de eo dici possit, quod olim prouerbio celebratum est. Sedendo vincit Romanus.

De remedijs Monastica seditionis.

SVMMARIVM.

1 *Pugna inter carnem & spiritum internum hominis bellum dicitur, quod est teterrimum & exitiale, & magna secumfert incommoda. nu. 2. quomodo sedetur. nu. 4.*
3 *Bellum conscientiæ horribile, quod nulla fuga tuitare licet.*
5 *Diabolus continuum bellum contra nos gerit, & quibus armis contra quam quibus propugnaculis muniamur. numero 6. quibus telis ipsum ferire possimus. numero 7. in qua quanta sit efficacia orationis dominicæ. nume. 8.*

CAP. V.

IAm vero ad species Ipsas seditionum, vt carum tam generalia, & quæ sunt omnibus cõmunia, quã specialia remedia explicemus. Inter quas prima est Monastica, † carnis videlicet ad-
1 uersus spiritum rebellio: & spiritus adursus carnem pugna. Quæ merito internum hominis bellum dicitur: quia inter spiritum & carnem geritur. Quæ etsi inter se discordent, tamen a Deo summo Opifice in hoc creata & coniuncta sunt, vt mutua inter eas esset pax & concordia, quæ & perpetua erat futura, nisi propter inobedientiam primi hominis turbata fuissent, & in perpetuam quasi discordiam commutata: vt quamdiu viuit homo, verum sit, quod Apostolus dicit Gal. 5. Caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Item Rom. 7. Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi menti meę. Quin & cessabit aliquando hæc discordia, quando scilicet seminabitur corpus animale, & resurget corpus spirituale. 1. Cor. 15. Tunc enim caro nihil concupiscet aduersus spiritum, quando & ipsa spiritualis vocabitur. Quoniam spiritui non solum sine vlla repugnantia, verum sine vlla corporalis alimenti indigentia, inæternũ viuificanda subdetur. August. in lib. de continent. c. 8.
2 Est autem teterrimum & exitiale bellum, quod aduersus spiritum gerit caro, quæ & magna secum fert incommoda. Caro enim est, quæ animam perdit: caro est, quæ recipit inimicum cum vitijs. Eadem caro. vt scribit August. ad fratres in Eremo. sermone quarãtesimonono. seminat homicidia, seminat fornicationem, seminat concupiscentiam, seminat rixas, seminat libidinem, seminat Idolatriam, seminat cupiditatem,

Digitized by Google

tatem,ſeminat ſuperbiam, & inter fratres diſcordiam, ſeminat inuidiam,ſeminat contra Deum blaſphemiam, prouocat ſchiſmata,irritat hæreſes,& intra Eccleſiam Dei infert diuiſiones,& inter populos Chriſtianos ponit offendicula, & inter gentes pugnas, & inter conſanguinitatem mutationes & quod peius eſt, in corda ſeruorum Dei diuerſa cogitationum genera immittit. Pugnam carnis mox vt caro euaſerit
5 victrix,ſequitur bellum † conſcientiæ. Vtrumque ſane horribile,vt quod nulla fuga euitare licet. Quocunque enim fugimus,hij hoſtes nos ſequuntur, carnem noſtram nobiſcum portamus,ſed nec eſt,quod fugiamus. Quicquid enim.volumus, fugere poſſumus: conſcientiam noſtram fugere non poſſumus.Auguſt. in Enarratione. Pſal.30. Intra in domum tuam,requieſcere in lecto tuo: intra in interiora,interius nihil habere potes, quo fugias a conſcientia tua, ſi te rodiunt peccata tua. Sed nec ī Deum fugere pōt peccator,quomodo timens iram Dei dicit Pſal. 1.3. 8. Quo ibo a ſpiritu tuo, & quo a facie tua fugiam? Si aſcendero in cœlum, tu ibi es: ſi deſcendero in infernum,ades.

4 Ad ſedandum igitur tam atrox, quod intra nos latet,carnis aduerſus nos & conſcientiæ noſtræ bellum, † primum omnium ad Deum pacis,quem fugere non poſſumus, confugiemus,ab illo opem petemus,ad illum dicemus.cum Propheta Pſal.30.Eſto mihi in Deum protectorem, & in domū refugij, vt ſaluum me facias. Quia fortitudo mea & refugiū meum es tu,& propter nomē tuum deduces me, & enutries me.Deinde & nos,quantum in nobis eſt,contra carnem noſtram pugnare debemus, alioqui ſi carnali concupiſcentiæ conſentientes,ſecundum carnem vixerimus, moriemur: ſi autem ſpiritu facta carnis mortificauerimus,viuemus, ut inquit Apoſtolus.Roma.octauo. Tum autem contra carnem pugnabimus,ſi membra noſtra mortificauerimus, quę ſunt ſuper terram: id eſt,fornicationem,immunditiam, iram,rixam,vt Apoſtolus admonet Roma.decimotertio.qui & alio loco dicit. Curam carnis ne feceritis in concupiſcentijs veſtris. Cœterum caro mortificabitur per abſtinentiam in ieiunijs,orationibus & vigilijs.Nam vt ait Auguſt.de ſaluta.doctrina.capitulo ſexageſimoquarto.his & ſimilibus rebus, & caro domatur,& diabolus exterminatur, qui carnem in poteſtate habet,non autem animam,& dicente Apoſtolo.ſecun. Corint.duodecimo.Datus eſt mihi ſtimulus carnis meæ, angelus Sathanæ,qui me colophizet. Et in carne Iob. tentatus eſt a diabolo,dicente Domino Iob.primo.& ſecundo.Et data ei poteſtas a Domino in facultates eius.Et iterum. Dabo tibi illum in poteſtatem,præter animam eius.Ac proinde cōtra diabolum† etiam puguandum eſt, qui & ipſe continuū
5 bellum contra nosgerit,vt ſupra oſtendimus. Carnem autē poſſidet diabolus,qui & in carne noſtra ſeminat ſemina ſua, id eſt,homicidia,fornicationem,concupiſcentiam, libidinē, iram,rixam,ebrietatem,ſuperbiam, furtum,& omnem ſuggeſtionem malam,dicente Apoſtolo.Epheſ.ſexto.

Nō eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem, ſed aduerſus ſpiritus aeris huius,aduerſus ſpiritualia in cœleſtibus.Hæc ſemina qui recipit,in carne quoque metet corruptionem, vt inquit Apoſtolus. Eſt igitur infeſtiſſimus hoſtis noſter diabolus, qui nunquam non circuit tanquam leo rugiens,quærens quem deuoret, tanto formidabilior, quanto callidior.Eſt enim verſutus hoſtis ille ac tortuoſus(ut inquit Auguſtinus in ſoliloquiorum capitu. decimoſeptimo. libro 3.c.3.cuius verba & hoc loco repetere libet,quanquam ea ipſa ſupra quoque libro tertio recenſuimus) nec facile deprehendi poſſunt circuitus viæ eius,nec cognoſci ſpecies vultus eius,niſi dominus illuminet.Nam nunc hic,nunc illic, nunc agnum, nunc lupum,nunc tenebras, nunc lucem ſe oſtendit.Et ſingulis quibuslibet qualitatibus,locis & temporibus, ſecundum varias rerum mutationes,varias exhibet tentationes.Nam ut triſtes decipiat, triſtatur & ipſe:vt gaudentes illudat,fingit ſe & ipſe gaudere: ut ſpirituales defraudet, in angelum lucis ſe trāsfigurat: vt fortes comprimat,apparet agnus: vt mites deuoret,apparet lupus. Vnde non ſolum in carnis operibus,quæ de facili cognoſcuntur,nec tantum in ipſis vitijs:ſed in ipſis ſpiritualibus exercitijs laqueos abſcondit ſubtiles,& ſub virtutum colore, ipſa vitia induit, & tranſmutat ſe in angelum lucis.Has igitur aſtutias quis agnoſcet? Quis relabit ſpeciem indumenti eius,& gyrum dentium eius quis agnoſcet? & abſcondit ſagitas ſuas in pharetra, & laqueos ſuos abſcondit ſub ſpecie lucis. His & multis aliis machinis, clanculū adoritur nos inimicus ille noſter filius Belial: Ideoque & fortiter contra ipſum pugnemus neceſſe eſt. Nec deſunt propugnacula & arma, quibus illum non ſolum a nobis propellamus,ſed etiam proſternamus.Ac primum quidē
6 propugnaculum,† quo communimur, eſt turris illa, de qua in Pſalmo dicitur. Turris fortitudinis, a facie inimici. Turris hæc Chriſtus eſt,ad quem fugientes, non ſolum tela inimici diaboli per tot loca,tempora, & occaſiones contra eos inſidiantis,euitabunt:ſed etiam in illum,quę voluerint ſecuri ipſi iaculabuntur.

Quiſquis igitur tutus eſſe vult,ne feriatur a diabolo, ad turrim fortitudinis fugiat Chriſtum,ad quam diaboli iacula nūquam pertingere poſſunt: Nec tutus tantum a diaboli iaculis erit,qui in hanc turrim intrat,ſed ipſe etiam in inimicum diabolum tela iaculari poterit,quibus ipſe feriatur, & vincatur.† Hæc nimirum ſunt, verbum Dei,fides,ſpes,opera charitatis,& oratio:Apoſtolus armaturam Dei appellat vt dicit Auguſt.in Enarratione.in Pſalmo 60.Induite,inquit,uos armaturam Dei,vt poſſitis ſtare aduerſus inſidias diaboli.Quoniam non eſt nobis colluctatio aduerſus carnem & ſanguinem: ſed aduerſus Principes & poteſtates, aduerſus mundi rectores tenebrarum, contra ſpiritalia nequitiæ, in cęleſtibus: propterea accipite armaturam Dei,vt poſſitis reſiſtere in die malo, & in oīb. perfecte ſtare. State ergo ſuccincti lumbos veſtros in veritate,& induti loricam iuſtitiæ,& calciati pedes in pręparationem Euangelij pacis,in omnibus ſumentes ſcutum fidei,in qno poſſitis omnia tela nequiſſimi ignea extinguere: & galeam ſalutis aſſumite, & gladium ſpiritus, quod eſt verbum Dei, per omnem orationem & obſecrationem orantes,omni tempore in ſpiritu. Omnium autem maxime
8 oratione † Dominica aduerſus inſidias diaboli nos tuebimur, qua nos Dominus cœleſtem patrem orare iubet, ne nos permittat indnci in tentationem. Hoc ſiquidem tactus iaculo,non audebit ad nos cominus accedere. Scit enim inimicus noſter diabolus,qui ſe his armis tuentur, eos ſine dubio aduerſus ipſum victoriam obtinere. Neque enim ignorat,quod in Pſalmo decimoſeptimo. dicit Dauid. Quoniam in te,inquit,eripiar a tentatione.Et iterum:Pſalmo qninquageſimonono.In Deo faciemus virtutem, & ipſe ad nihilum deducet omnes tribulantes nos.Scit etiam Deum ſemper paratum eſſe,vt nos a tentatione (vbi opem eius imploraueri-mus) eripiat,Apoſtolo Pau.dicente 2.Cor.x.Fidelis eſt Deus, qui non patietur nos tentari,ſupra id quod poſſumus: ſed faciet etiam cum tentatione prouentum.

De remedijs domeſticæ ſeditionis,

SVMMARIVM.

1 *Domus ex marito & vxore,parentibus & liberis,domino & ſeruis conſtat.*
2 *Vxor eſt inſtrumentum ad generationem.*
3 *Liberorum procreatio,& honeſta educatio quo tendat.*
4 *Leges concordiæ inter virum & vxorem.*

CAP. VI.

1 DOmus †ex marito & vxore, parentibus & liberis, domino & ſeruis conſtat. Inter quos, qui cœteris omnibus dominatur, paterfamilias: qui autem illi parent,familia appellantur.Eſt autem ita natura comparatum,ut maritus vxori, parentes liberis,& domini ſeruis dominentur. Natura enim imperant & dominantur,qui mente proſpicere poſſunt: vt ait Ariſto.lib. 1.poli.c.1.Qui autem corpore,quid imperatum fuerit,præſtare poſſunt,natura parent.At vxor & ſeruus quaſi inſtrumenta ſunt,illa generationis,hic vero exequutionis, eorum quæ prudentis mariti & domini cōſilio fuerint proſpecta. Vtitur
2 enim maritus † vxore, tanquam inſtrumento ad procrationem liberorum,quibus deinde tota domus propagatur. Niſi enim mas & fœmina ad generandum coniungerentur, nec liberos domus,nec ſeruos haberet. Seruo autem utitur dominus,vt ea quę ad ſuſtentandam familliam neceſſaria eſſe proſpexerit,opere ipſo exequatur.

3 Liberos vero† tum procreat,tum honeſte educat,ut quos valentes ipſi ſuo labore tuentur & alunt,mox imbecilles ob ſenium facti, a valentibus eadem reportent: ut inquit Ariſtote.libro primo.Oeconomicorum capitulo tertio. & qui viuere ipſi perpetuo non poſſunt, etiam mortui in filijs viuant,&, vt dici ſolet,natis natorum. Ex duabus igitur ſocietatibus domus coaleſcit,mariti & vxoris, & domini & ſerui. Vnde & Heſiodus Poeta dixit libro ſecundo operis ἔργα καὶ ἡμέρα. Οἶκον μὲν πρῶτιστα γυναῖκά τε βοῦν τ' ἀροτῆρα. Id eſt. Primum ædes, deinde vxorem, inde bouem agricolantem. Hic præcipue ad victum,illa ad liberos: quo loco per mulierem etiā virum intelligit, & per bouem aratorem ſeruum, & reliquam ad comparandum victum neceſſariam poſſeſſionem: Bos enim pauperibus pro ſeruo eſt.

Digitized by Google

4 Sunt autem certæ leges, † tam coniugum inter ſe, quam domini ad reliquam familiam, quibus cuſtoditis, concordia ſouetur: Neglectis vero, diſcordia & ſeditio in ſocietate domeſtica concitatur. Concordia inter virum & vxorem his maxime legibus conſeruatur.

Prima, vt inter eos iniuria ceſſet, vt conuicia, amatoria medicamenta, immoderata caſtigatio, & ſi qua ſunt ſimilia. Secunda, Vt ab externo & illegitimo concubitu aſtineant: Ariſto. libro primo. Oeconomicorum. capitulo quarto. Eſt e-
5 nim ſacratiſſima nuptialis ſatio: † Ideoque nec ſerere debent coniuges, vnde naſci quicquam nolent: & ſi fructus gignāt, eorum eos pudeat, & quos maxime celent. Tertia, Sic venere vtantur, vt neque præſentes egeant, nec vt cum aberunt, abſtinere nequeant: ſed ita aſſue faciendum, vt & præſentes, & abſentes ſatis habeant. l. conſenſu. & Authen. ibi poſſ. vbi nota. Codice. de repud. glo. in lege quoniam iuſiurandum. de iureiuran. glo. in Authent. de nupti. §. ſequitur. gloſ. in capitu. ſicut. ſeptima quæſtio. prima. Etſi hi, qui longinquis fuerant ortus ſui tempore regionibus ſeparati, intereſe conuenerint, & ſi vir ad peregrina contenderit, nulla longinquitas, nulla abſentia, complacitam minuat charitatem. Eadem lex præſentes abſenteſque coniungit: idem vero vinculum inter diſtantes & conſiſtentes, coniugalis charitatis iura conſtringit. Eodem iugo benedictionis vtriuſque colla ſociātur. Ambroſius in Exa. capitulo. ſeptimo. etiamſi alter o beat ſeparatarum regionum longa diuortia, quia non coporis ceruice, ſed mentis, iugum gratiæ receperunt. Sed & eam pudicitiæ le-
6 gem ſeruabit vxor, vt ad ipſam vir, non ipſa ad virum accedere videantur: neque enim deuitare virum debet, ſed nec tamen ipſa prior tentare. vt enim hoc meretricis eſt, & impudentis: ſic & illud faſtuoſæ, nec virum amantis. Sunt & propriæ leges vxoris Plutarchus in præcep. connubial. Prima, Probam mulierem omnium, quæ intra priuatos parietes ſunt, dominam eſſe oportet: quæ autem foris ſunt, curabit maritus. In cœteris omnibus mulier viro parebit, nec quicquam eorum curabit aut tractabit, quæ extra domum vel publice vel priuatim aguntur: Ne ei accidat, quod matri Papyrij prętextati, † quæ cum filium percontata eſſet, quid-
7 nam patres in Senatu egiſſent (nam & puer cum parēte ſuo in curia fuerat) Papyrius feſtiuo mendacio matrem, quam nimis curioſe negocia ad ſe non pertinentia curare intellige bat, eludens. Actum eſt (inquit) in Senatu, vtrum videretur vtilius, exque Republica eſſe, vnus ne vt duas vxores haberet, an vt vna apud duos nupta eſſet.

Quo pueri reſponſo decepta mater, alias quoque matronas, ipſa quanquam imprudens, fefellit. Siquidem poſtridie cum lachymantes, atque obſecrantes orarent, Vna potius vt duobus nupta fieret, quam vt vni duæ, errore earum patefacto, ludibrio Senatoribus habitæ diſceſſerunt. Aulus Gelius libro primo. c. noct. Acti. ca. 23. Secunda, Non permittet proba mulier quenquam domum ingredi, ſine præcepto viri. Summopere enim formidare, debet, quę facile de mulierum corruptione circumferri solēt. Tertia, Sumptu, veſtitu, & apparatu minore etiam vtatur vxor, quam leges ciuitatis permiſerint. Conſiderare enim debet, quod nec veſtimentorum nitor, nec elegantia formæ, nec auri multitudo, tantum valet ad mulieris commendationem, quantum modeſtia in rebus, ac ſtudium honeſte decoreque viuendi. Lyſandri filiab.
8 † veſtes muliebremque mundum precioſum, Tyrannus Siculus miſit: Lyſander capere noluit, dicens. Hoc ornamentum de honeſtabit potius filias meas, quam ornabit. Sed ante Lyſandrum hoc Sophocles dixit. Non eſt hic ornatus o infelix: verum dedecus videbitur, tuæque inſania mentis. Ornamentum enim eſt (ut inquit Crates) quod ornat: ornat
9 autem, quod honeſtiorem mulierem facit. † Talem vero præſtat non aurum, non Smaragdus, non coccineus color: ſed quæcunque grauitatis, moderationis, & pudoris ſpeciem adhibent.

Quanquam nihil vetat, vxorem honeſte quoque mundicia ornatus vti, modo ab honeſtatis & pudoris tramite non diſcedat. Nam et natura mulieres † mundiciem amant, &
10 mundus muliebris dicitur, quod ſcilicet mulier mundior fit. Nam & tali ornatu mulieres etiam ſanctiſſimas vſas fuiſſe, traditum eſt.

Sic enim de ſancta vidua Iudith legimus. Iudith. capitulo decimo. Et deſcendēs in domum ſuam. abſtulit a ſe cilicium, & exuit ſe veſtimētis viduitatis ſuę, & lauit corpus ſuū, & vnxit ſe myrto optimo, & diſcriminauit crimē capitis ſui, & impoſuit mitram ſuper caput ſuum, & induit ſe veſtimentis iocunditatis ſuæ, induitque ſandalia pedibus ſuis, aſſumſitque dextrariola, & lilia, & inaures & annulos, & omnibus ornameatis ſuis ornauit ſe: ſed ita tamen, vt omnis ea compoſitio non ex libidine, ſed ex virtute penderit.

11 Quarta, Eſt præterea mulieri † per coniunctionem Matrimonii lex a Deo impoſita, vt mores viri pro lege habeat ut inquit Ariſto. libro primo. Oeconom. capitulo primo. Quos ſi æquo ferat animo, facile reget domum: ſin contra difficilius. Quinta, Non ſolum in proſperis rebus, ſecundaque fortuna vnanimem ſe viro, pręſtare, & ſeruire velle debet vxor: verum etiam in aduerſis. Et ſi defectum patiatur rerum pauperieque prematur, corporis morbo laboret, aut aliqua mentis impotentia, æquo animo ferat, & ſemper optima loquatur de viro, obſequatur in his quę ſunt licita & honeſta: id ſolum cauens, nequid turpe aut indignum faciat. Sexta, Nec ſi quid animi perturbatione deliquerit maritus, ī memoria habebit mulier, ſed ægritudini ignorantiæque aſcribet. Nam quanto in his diligentius obſequetur, tanto ſibi maiorem gratiam habebit, cum ab ægritudine fuerit liberatus: & ſi iubente aliquid turpe non paruerit melius recognoſcet ad sa-
12 nitatem reuerſus. Illa quoque communis lex † coniugibus data eſt, vt vnam confiteantur fidem Chriſtianam, & ut in vna Catholica religione verſentur. In cōiugio ſiquidem primum quęritur religio, non igitur Gentilis ducenda eſt, non Iudęa, non alienigena, id eſt, hæretica, & omnis a fide Chriſtiana & Catholica aliena. Prima coniugii fides caſtitatis gratia eſt, ſi idola colat, quorum prędicātur adulteria, ſi CHRISTVM neget, qui præceptor remunerator eſt pudicitiæ, quo modo poteſt diligere pudicitiam? Si Chriſtiana ſit, non eſt ſatis, niſi ambo initiati ſint Sacramēto Baptiſſimatis. Simul ad orationem nocte coniugibus ſurgendum eſt, & coniunctis precibus obſecrandus Deus, vt alibi docet Ambroſius de Abraham Patriarcha. libro vndecimo. capitulo nono. Quin & Ethnicis ea lex fuit, ut curioſę religiones & peregrinę ſuperſtitiones a veſtibulo domus arcerentur. Nulli enim Deo ſacra occulta & abſcondita, grata putabant, quæ a muliere fiebant. Plut. in pręceptis connubialibus. Apoſtolus Paulus. Epheſ. 5. eam legem pręſcribit coniugibus, ut vnuſquiſque vxorem ſicut ſeipſum diligat: vxor autem timeat virum ſuum.
13 Idem de parentibus & filiis hæc præcepta † tradit Epheſ. 6. Coloſſ. 3. Filii, inquit, obedite parentibus veſtris in Domino: hoc enim iuſtum eſt. Honora patrē & matrem tuam, quod eſt mandatum primum in promiſſione, vt bene ſit tibi, ut ſis longæuus ſuper terram. Et vos patres nolite ad iracundiam prouocare filios veſtros: ſed educate illos in diſciplina, & correctione Domini. Eiuſdem lex † eſt de dominis & ſeruis, quæ
14 ſic habet Epheſ. 6. Colo. 3. Serui, obedite dominis carnalibus, cum timore & tremore, in ſimplicitate cordis veſtri, ſicut Chriſto: non oculum ſeruientes, quaſi hominibus placētes, ſed ut ſerui Chriſti, facientes, ſicut Domino, & non hominibus. Quoniam vnuſquiſque quodcunque fecerit bonum, hoc recipiet a domino, ſiue ſeruus, ſiue liber. Et vos domini eadem facite illis, remittentes minas: ſcientes, quia illorum et veſter dominus eſt in cœlis, & perſonarum acceptio non eſt apud Deum. Et ſi autem filijs & ſeruis obedientiam, vxori & ſeruis timorem iniungat Apoſtolus: tamen & obedientię &
15 timoris in his diuerſa eſt ratio, † quod & verba Apoſtoli deſignant. Siquidem obedientiæ filiorum & ſeruorum, timori item vxoris & ſeruorum diuerſa ſubiunxit. Ad filios enim dicit. Obedite parentibus veſtris in Domino. Ad ſeruos vero: Obedite dominis carnalibus, cum timore ac tremore. De vxore dicit. Vxor autem timeat virum ſuum. Quo loco timor pro reuerentia accipitur. De ſeruo autem dicit: Obedite cum timore & tremore. Sicut igitur inter ſeruum & vxorem metus diuerſitas: ita & inter filios & ſeruos diſcrepat obediētia. Ariſtoteles libro primo. œconomic. capitu. quinto. quod ad
16 adminiſtrationem domeſticam attinet, duas ſpecies † ſeruorum facit. Prępoſitum ſiue domus procuratorem, & artificē, qui quippiam operatur: ac domino quidem ad ſeruos has leges præſcribit. Prima, Propoſito liberaliora, artifici minus liberalia negocia committet. Secunda, Ita ſeruis colloquetur, vt neq; inſoleſcere, neque remiſſos eſſe ſinat: & liberaliorib. honorem, operum vero efficatorib. cibū abunde miniſtraret.
14 Tertia, † Aut nihil aut parum vini ſeruis indulgeat. Nā vini potus etiam liberos inſolentes, iniurioſoſque reddit. Quarta, In ſeruis tria ſunt neceſſaria, opus, caſtigatio, & cibus. Ac cibus quidem ſine opere & caſtigatione, vbi defecerint, inſolentes eos reddit, & ad iniuriandum procliues. Opus autem ſine caſtigatione & cibo res violenta eſt, & impotentes ſeruos reddit. Quinta, Sunt autem hæc ſeruis pro vniuſcuiuſque dignitate diſtribuenda, ac melioribus meliora, deteriorib. deteriora pręſtanda. His itaq; mariti & vxoris, parentum & filiorum, dominorumque & ſeruorum, inter ſe ſeruatis legib. pulchre domeſticæ ſocietatis conſtabit concordia. Contra vero, vbi hæ ipſæ neglectæ, aut minus diligenter in adminiſtratione rerum familiarium cuſtoditæ fuerint, in quacunq; tandē domus parte id fiat, mox diſſolutis legib. quę ſunt verū ſocietatis domeſticę vinculū, & glutinū qddā, ipſa quoq; ꝯcordia d iſſ luaī, diſsēſiōeſq; & diſcordię ſubnaſcanī neceſſe eſt.

18 † Veluti

Digitized by Google

18 †Veluti si maritus vxori iniuriam inferat, vel contra vxor viro, altero videlicet in alterum conuicia iaculantibus, q̃ tñ vxori magis proprium est: aut manus iniicientibus, quod frequẽtius solẽt mariti: aut si absẽte vel ĩscio viro, mulier viros suspectos aut incognitos in domũ intromittat: maxi. vero, si cum quibus non decet, consuetudinem habeat: aut maiores sumptus, quam pro tuenda dignitate & decoro suo, in comparandis vestibus, & reliquo ornatu & mundo muliebri faciat: aut si ergo virum vel nimium morosa sit, aut petulans & procax: aut si eorum quæ extra domum aguntur, nimis curiosa fuerit, aut maritus eorum, quæ ad curam vxoris pertinent, nimis diligens curator: aut si vxor mores mariti fastidiat, vt plerique inepte & insulse solent, si icoante bladienteque marito, frontem ipsa contrahat, & agente aliquid serio iocetur & rideat. Nam ea sunt cum tristis, tum contemnẽtis animi indicia: aut si in aduersis rebus, maritum vel negligat, vel contemnat, & si quid vel morbo,, vel alia intempestiuius vrgente solicitudine affectus impotentius agat, id in peiorem ipsam partem accipiat. Denique si non sit par eadẽque vtriusque Religionis & fidei Catholicæ confessio: ex his enim & similib. causis inter maritum & vxorem graues plerunque dissensiones nasci, vel ipsa experientia docet: quas & ipsas non inepte seditiones appellabimus. Iuxta illud Comici. in Andria. Actu. 1. Scena. 1. Perpulisti me, vt homini adulescentulo in alio occupato amore, abhorrenti a re vxoria filiam darem in seditionem atque incertas nuptias. Sic & animum parentum a filijs alienat, si mandatis eorum non pareant: & contra filii quoque parentum obedientiam relinquunt, si nimis eis duri sint, nec quæ vel honesta ratione permissa sunt, eorum voluntati indulgeant. Nam vtrinque peccatur: est enim peccatum filiorum, †non obedire parentibus. 19 Parentum vero, paruulos atque lactentes ad iracundiã prouocare, aut certe iam adolescentibus & maturioris ætatis ea impetrare, quæ grauia sunt. Sicut igitur in filiis obsequium & subiectionis merces est demonstrata: ita parentibus moderatum iubetur imperium, vt non quasi seruis, sed quasi filijs se præesse nouerint. Sed & eo peccãt parentes, si nõ recte educauerint liberos: propter quod & præcepto Apostolico adiunctum est. Educate illos in disciplina, & correctione Domini. Hieronymus in commẽt. in Epist. Pauli ad Ephesios. pro eo quod correctionem nos legimus, melius in Græco dici putat Νουθεσίαν, quæ admonitionẽ magis & eruditionem, quam austeritatem sonat. Sed nec Ethnici † hanc liberorum educandorum rationem ignorarunt, 20 qui & ipsi parentum erga liberos disciplinam cum lenitate & facilitate quadam coniunctam commendant: asperitatem & inclemẽtiam vituperant. Cuius rei Mitio & Demea, quasi exempla ĩ Comœdia proponuntur. Ille enim vrbanus & comes pater: hic vero durus & asper inducitur. Ac vtriusque quidem mores Mitio ipse apud Comicum ahunc modum exprimit. Adelph. Act. primo. Scena prima.

Fratri, inquit, nati filii
Duo sunt, inde ego hunc maiorem adoptaui mihi,
Eduxi a paruulo, habui, amaui, pro meo,
In eo me oblecto solum, id est charum mihi. *
Ille ut idem contra me habeat, facio sedulo.
Do, permitto, non necesse omnia habeo
Pro meo iure agere, postremo alii clanculum
Patre quæ faciunt, quæ fert adolescentia,
Ea ne me celet, consuefeci filium. *
Nam qui mentiri aut fallere insueuerit patrem, aut
Audebit, tanto magis audiebit cæteros.
Pudore & liberalitate liberos
Retinere satius est credo, quam metu.
Hæc fratri mecum non conueniunt, neque placent.
Nimium ipse durus, & præter æquum & bonum:
Et errat longe, mea quidem sententia, *.
Qui imperium credat grauius esse, aut stabilius,
Vi quod fit, quam illud, quod amicitia adiungitur.
Mea est sic ratio, & sic animum induco meum:
Malo coactus qui suum officium facit,
Dum id rescitum iri credit, tantisper cauet.
Si sperat fore clam, rursum ad ingenium redit.
Ille, quem beneficio adiungas, ex animo facit. †
Studet par referre, præsens absensque idem erit.
Hoc patrum est, potius consuescere filium
Sua sponte recte facere, quam alieno metu.
Hoc pater & dominus interest: hoc qui nequit,
Fateatur se nescire imperare liberis;

21 Iam & ex eo discordiæ † domesticæ nascuntur, quod domini in seruos imperium exercent vel durũ nimis & asperũ, vel nimis lene, vel inæqualiter inter eos operas, præmia, & mercedes distribuunt: aut cum serui vel natura, vel indulgẽtia & licentia dominorum, vel temulentia insolentiores in eos, qui ingenio sunt mansuetiore insurgunt, & turbas in domo tam in dominum, quam in reliquam familiam excitant: maxime vero, qui improbi filiis familias turpium magistri & duces amorum exiſtunt, quales plerunque in Comẽdijs serui inducuntur. Nam paucos reperias, in quos conuenit, quod apud Comicum Terentius in Adelphis Actu. quinto. Scena 6. de Geta dicit Demea.

Is mihi est profecto seruus, spectat satis, cuius dominus curæ est.

Multi vero, qualem se esse fatetur apud eundem Poetam Dauus.

Perturbaui, inquit, omnia:
Herum fefelli, in nuptias conieci herilem
Filium. Hem astutias: quod si quiessem, nihil euenisset.

Idem in And. Actu. 3. Scena. 4. Vnde & prouerbium natũ videri potest, cuius alibi Macrobus meminit in Saturnalibus. Quot seruos habemus, totidem habemus & hostes, Ex his igitur aliisque similibus causis, orta domestica seditione, primum omnium diligens patefamilias, vnde, & ex quibus causis nata sit, inuestigabit. Vt si propter suam erga vxorem, liberos & seruos, duritiem & inclementiam excitata fuerit, ipse mores suos commutet, & clemẽtia & comitate ita emolliat, & componat, ut familia diligere ipsum ac venerari malit, quam timere. Siquidem comitas & clemẽtia patrisfamilias, 22 † totam familiam dictis audientem reddunt: duritia autem & inclementia, rebellem & contumacem. Quod apud Comicum Terentium in Adelphis Actu. quinto. Scena. quarta. eleganter de se & fratre, moribus scilicet inter se dissimillimis exprimit Demea.

Re, inquit, reperi,
Facilitate nihil homini esse melius, neque clementia.
Id esse verum, ex me atque ex fratre cuius facile est cognoscere.
Ille suam semper egit vitam in ocio, in conuiuiis:
Clemens, placidus, nulli lædere os, arridere omnibus.
Sibi vixit, sibi sumptum fecit, omnes benedicunt, amant.
Ego ille agrestis, sæuus, tristis, parcus, truculentus, tenax,
Duxi vxorem, quam ibi miseriam uidi? nati filii.
Alia cura. Porro autem dum studeo, illis ut quam plurimum
Facerem, contriui in quærendo vitam, atque ætatem meam.
Nunc exacta ætate, hoc fructi pro labore ab ipsis fero,
Odium: ille alter sine labore patria potitur commoda.
Illum amant, me fugitant: illi credunt consilia omnia:
Illum diligunt, apud illum sunt ambo: ego desertus sum.
Illum ut viuat, optant: meam autem mortem expectant, scilicet
Ita eos meo labore eductos maximo, hic fecit suos
Paulo sumptui: miseriam omnem ego capio, hic potitur gaudia.
Age age, nunc experiamur contra hæc, quid ego possim
Blande dicere, aut benigne facere, quando eo prouocat.
Ego quoque a meis me amari & magnipendi postulo:
Si id fit dando atque obsequendo, non posteriores feram.
Deerit, id mea minime refert, qui sum natu maximus.

23 Sin vxor molesta † eritmarito, filijs, aut reliquæ familiæ benignitate ipsam ad mansuetiores reducet mores: aut si id non iuuerit, moderate eam castigabit: filios rebelles corrigat, alium quidem seuerius, alium leuius, vt cuiusque ingenium & mores ferent: & ita quidem, ut patrem se, non dominum erga eos, nec duro nimis, sed nec nimis leni animo esse ostẽdat. Seruos contumaces durioribus verbis, & si ita res exiget, insolentiores vinculis et & verberibus ad obedientiam compellet, incorrigibiles etiam domo expellet. Denique ita se geret maritus ad vxorem, pater ad filios, dominus ad seruos, tum inter se fratres, ut patris sit quasi regnum aliquod in domo mariti & vxoris quasi Aristogratia, & fratrum inter se quasi Censupotestas. Quorum regiminum leges si trans- 24 grediantur, tum ex regno in domo fit Tyrannis, †veluti si pater filijs vtatur vt seruis: Et ex Aristocratia paucorum potestas, vt si vir in omnibus dominetur, nec vxori suam quoque potestatem in domo permittat. Similiter si vxor dominetur, ob amplitudinem patrimonii: Et ex Censupotestate popularis potestas, vt si fratres multum ætatibus differentes, inter se dissideant, &c. Quemadmodum superiori libro demonstratum est.

Digitized by Google

Conradi Bruni de seditiosis.

De Delatoribus et indicibus seditionum.

SVMMARIVM.

1 *Remedia contra ciuiles discordias septem.*
2 *Delatores qui sint, quid facere debeant. nu. 4.*
3 *Seruus deferens dominum in exemplum omnium proditorum, sauissime sententiæ subiugatur.*
5 *Tabulæ proscriptionis triumuiorum quid continebant.*
6 *Quinto Curio, quia primus consilia coniurationis Catilinariæ detexerat, præmia publice a Senatu constituta fuerunt.*
7 *Constitutio synodi Romanæ sub Symmacho Papa contra ambitores papatum, & quid de eadem re ciuili iure statutum sit.*

CAP. VII.

IAm ad ciuiles discordias
1 venio, quarum septem sũt remedia.† Inquisitio, diuisio, transactio, vis armata, iudicialis vindicta, causarum ex quibus nascuntur seditiones. remotio, & contra futura seditionum redia cautio. Inquisitionis duæ partes sunt: Delatio denunciatio, & iudicialis cognitio. Principio igitur rumore aliquo latentis seditionis exorto, mox prudens & diligens Irenarcha, aut cui sedandarum seditionum cura commissa fuerit diligenter curabit, vt authores & principes seditionum, & clandestinos seditiosorum conuẽtus, tractatus, & consultationes caute inquirat. Ad quam rẽ in primis necessarii sunt delatores siue indices seditionum, quorum opera sollicite seditiosos conquirere possit.

2 Sunt autem Delatores,† qui vel crimina, vel facinorosos, vel eorum bona, Irenarchis, aliisque Magistratibus, & fisco denunciant. l. intra ff. de diuers. præscript. l. nulli. §. fina. C. de Episcop. & Cleric. Porro omnes delatores esse possunt, qui lege non prohibentur. Primum igitur deferre nõ possunt mulieres, propter sexus infirmitatem, & quia aliena negocia curare non possunt. ff. ex quibus causis maior l. nec nõ §. quod eis. ff. de testa. l. 1. & l. quæsitum ff. de proba. Alii a deferendo remouẽtur propter dignitatem, vt clarissimi viri: Alii propter pœnam deferre non possunt, vt qui fustibus cæsus in opus publicum erat datus. Similiter qui in metallum damnati sunt: idque ideo, ne desperati ad delationem facile possint sine causa confugere. L. deferre ff. de iure fisci. l. qui accusare ff. de accusa. Veterani quoque sacris constitutionibus delatores esse prohibentur, propter honorem vtique & merita militiæ. Item milites propter honores stipendiorum, quæ merẽtur, deferre prohibentur, & quia aliena negocia curare non possunt. Item qui tutores vel curatores fuerunt, deferre non possunt causam pupillorum, vel adolescentium suorum. C. de procura. l. item demum. & l. qui stipend. ff. qui accusare nõ possunt l. Sed nec filii parentes, nec serui dominos, nec liberti patronos deferre possunt. Et seruus † quidem deferens do
3 minum, in exemplum omnium proditorum sæuissimæ sententiæ subiugatur. l. fina. C. de delato. lib. x. Cæterum hii omnes, si suã iniuriam exequantur, mortemue propinquorum defendant, nec a delatione, nec ab excusatione excluduntur: Sicut nec seipsos deferre prohibentur. C. de dilatorib. l. fina. libro 10.

Postremo in causa rebellionum, & criminis læsæ Maiestatis, omnes quantumlibet alioqui deferre prohibiti, delatores esse possunt. Nec quisquam in causa tam nefarij criminis, a deferendo remouetur. ff. de iure fisci l. res quæ §. fina. ff. de iure fisci l. non tantum. l. senatus princip. & §. diuus l. fina. C. de accusa. cum simil.

Cæterum persistere in delatione debent delatores, †& pro
4 bare, quod ab eis fuerit delatum: ac propterea in probationibus deficientes, quia calumniari videntur, calumniatorum pœnam, sicut & accusatores calumnioſi sustinebunt. Sed & infamia notantur delatores, qui non probant. Postremo omnibus, qui se læsos esse existimant, aduersus huiusmodi calũnioſos delatores, licentia datur, implorandi iudicum seueritatem ferro districtam. l. omnes iudices. C. de delatoribus lib. 10. Rursus vero vt pœnam non deuitant, qui calumnioſe deferunt: sic præmia decerni debere iis, qui quæ detulerunt uera esse probauerint, & moribus receptum, & sacris Constitutionibus confirmatum est. Quod & veterũ exemplis, & quæ ea de re extant, tam ecclesiasticis, quam ciuilibus Constitutionibus, liquido comprobatur.

Ac primum quidem extant ea de re non pauca, & eadem insignia veterum exempla: Quale est (ut inter multa referã vnum) illud apud Liuium. libro 2. de bello Mac. & Asiat. Tẽpore quo Carthaginensium obsides Seciæ custodiebantur, excitato a seruis, qui cum obsidibus erant tumultu, indicibus cius tumultus, quorum vnus liber erat, duo serui: Libero quidem centum millia grauis æris, seruis, autem vicena inqua millia æris & libertas, tum precium eorum dominis, patres ex ærario dari iusserunt. Et vt scribit Appianus libro 4. de ciui lib. Ro. bellis in tabulis † quoque proscriptionis Triumuiro-
5 rum, qui coniurationem percussorum Iulij Cæsaris vindicabant, inter cætera continebatur, ut indicantibus coniurationis participes præmia darentur: nec quisquam qui ea accepisſent, in commentariis eorum perscriberetur, ne hinc cuiquã
6 manifestus fieret. Sic Quinto Curio, † quia primus consilia coniuratorum Catilinariæ seditionis detexerat, præmia publice a Senatu constituta fuerunt, qui & inter socios Catilinę, Cęsarem nominauit, idque e Catilina se cognouisse dixit. Sed & alter eiusdem seditionis index L. Vectius, Chirographum eius Catilinę datum pollicitus est. Verum Cæsar id nullo modo tolerandum existimans, apud Ciceronem, ne Curio præmia darentur, efficit. Vectium pignoribus captis, et direpta suppellectile, male mulctatum, ac pro rostris in concione pene discerptum, coniecit in carcerem. Autor Suetonius. in C. Iulio Cæsare. Deinde in Synodo Romana, † sub
7 Summacho Papa celebrata, de his qui coniurationem eorum, qui episcopatum Romanum ambiunt, ad hunc modũ constitutum est. Propter occultas fraudes (inquit Canon) & coniurationum secretas insidias, quas huius sententia districtionis consequitur, si quis ad ecclesiasticam pertulerit notitiam consilia eorum, qui contra hanc Synodum de Pontificali egerint ambitu, & rationabili probatione conuicierit, particeps actionis huiusmodi, non solum purgatus ab omni culpa sit, sed etiam remuneratione, quæ non indigna sit, subleuetur. vt habetur dist. 19. 91. transitus.

8 Sed & Honorii † & Archadij de eadem re ciuilis extat Constitutio l. quisquis §. vlt. C. ad legem Iuliam maiestatis. quæ ad hunc modum habet. Sane, inquiunt, si quis in exordio initæ factionis studio veræ laudis accẽsus, ipse prodiderit factionem, & prẽmio & honore a nobis donabitur. Is vero, qui vsus fuerit factione, si vel sero, incognita tamen adhuc, consiliorum arcana patefecerit, absolutione tantum ac uenia dignus habebitur. Deinde ad hunc modum per delatores & indices seditionum authoribus, & eorum conuentibus & consultationibus patefactis, si necdum satis probatum fuerit crimen, iudices ordinariæ inquisitionis processu contra suspectos & diffamatos instituto, rite & legitime super crimen cognoscent. Et in eos, quos nocentes esse repererint, condignis pœnis animaduertent. Innocentes vero absoluent: Maxime vero id curabunt, ut sine vlla mora amentiæ duces auferantur. Titus Liuius lib. 4. secundi belli Punici.

Quibus modis seditiosorum coniurationes & consilia dissoluantur.

SVMMARIVM.

1 *Diuisio dissipat seditiosorum coetus et coniurationes.*
2 *Menenii ad plebem seditiosam verba.*
3 *Seditiosorum coniurationes quo remedio dissoluantur.*
4 *Ducis sapientis est in vniuersum discordiarum inter hostes serere causas.*
5 *Paulus Apostolus quo consilio diuiserit iudæos.*
6 *Seditionum causas diligenter spectare conducit ad seditiosorum consilia disrumpenda, quod exemplo comprobatur.*

CA VIII.

SEcundum remedium ci-
1 uilium seditionum est diuisio, †qua seditiosorũ cœtus & coniurationes, consilio & arte dissipantur. In qua re primũ danda erit opera, ut qui plurimum tum authoritate, tum fide apud multitudinem ipsã valent, eos primum periculorum iniecto metu, deinde honorum & prẽmiorum ostentata spe, aut aliis rebus, quibus eorũ animus a concepta coniuratione deflecti posse videbitur, inducamus, ut ad meliorem mentem redeant ipsi, & multitudinis quoque tum iram mitigare, tum furorem compescere conentur. Nam ad hunc modum capitibus demẽtiæ è furiosa seditiosorum turba diuulsis, tum facilime inter se quoque qui coniurationis participes, dispergentur.

Nunquam enim ad contumaciam, pari cosensu multitudo prorumpit: sed incitantur a paucis, qui vitiorum, scelerumque impunitate sperant peccare cum plurimis. Idem deinde cum ipsa multitudine aget prudens Irenarcha: nempe & pericula eius, & incommoda seditionis obuentura enarra-

Digitized by Google

narrabit: tum fidei eos, qui dominis suis obstricti sunt, fideliter admonebit. Et quam laudem apud omnes, quanque fœlicem rerum suarum successum, si eam ipsam fideliter custodierint: Contra vero, quam infamiam apud bonos & graues viros, si eam non seruauerint, contracturi sint, quanque rerum suarum iacturam obituri sint declarabit. Sed nec vllo eos, contra fidelitatem & obediētiam dominorum suorum, iursiurandi vinculo obligari contendet, & pro viribus etiam conuincet. Idque oratione, vt non affectata, sic non omnino simplici & neglecta, sed vt res ipsa exiget, ad flectendos simplicium & deceptorum animos efficace. Qualis fuit illa quam refert Titus Liuius libro secundo. ab vrb. cond. Valerius libro octauo. capitulo nono. & Plin. de Illustr. viris capitulo decimooctauo. qua Menenius Agrippa plebem sacrū montem trans Anienem insidentem, ad meliora & saniora consilia, ac postremo ad concordiam etiam reuocauit. Iis priscis illi dicendi & horrido modo, nihil aliud quam hoc narrasse fertur. Sic enim Liuius narrat historiam: † Tempore quo in homine, non vt nunc, omnia in vnum consentiebāt, sed singulis membris suum cuique consilium, suus sermo fuerat: Primum indignatas reliquas partes, sua cura, suo labore, ac ministerio ventri omia quæri, ventrem in medio quietum nihil aliud, quam datis voluptatibus frui: conspiuasse inde, ne manus ad cibum ferrent, nec eos acciperet datum, nec dentes coficerent. Hac ira dum venrrem fame domare vellent, ipsa vna membra, totumque corpus ad externam tabem venisse: Inde apparuisse, ventris quoque haud segne ministerium esse, anec magis ali, quam alere eū reddentem in omnis corporis partes hunc, quod viuimus, vigemusque, diuisum pariter in venas maturum cōfecto cibo sanguinem.

Atque ad hunc modum narrata fabula, hinc comparationem fecit, Quam intestina corporis seditio similis esset irę plebis in patres: Quippe Senatus & populus, quasi vnum corpus discordia perirent, concordia valerent. Atque hoc sane exemplo ostenditur, quantum oratio non modo ad diuidendam multitudinem, sed etiam ad reducendam eam vniuersam in concordia valeat.

Illud etiam ad dissoluendas seditiosorum coniurationes
3 † proderit. vt docet Vegetius libro tertio. capitulo quarto. de re militari. si negocium eis bellicum aduersus hostes externos detur: maxime vero factionum ducibus negocia aliqua illis haud ingrata, demandentur,. Quo consilio sæpe Romanos vsos fuisse legimus, sicut & in ipsis expeditionibus bellicis Dux attentus esse debet, vt in eo omnibus legionibus, siue auxiliis, vel vexilationibus, a Tribunis, vicariis, principibusque, si qui turbulenti vel seditiosi fuerint milites, non pro inuidia suggerentium, sed pro rerum veritate cognoscat, eosque prudentiori consilio segregatos a castris, ad agendum aliquid, quod ipsis prope videatur optabile: aut ad castella vrbesque deputent muniendas atque seruandas tanta subtilitate, vt cum abijciuntur, videantur electi.

4 Quemadmodum autem in vniersum sapientis Ducis † est (vt inquit Vegetius libro tertio. capitulo decimo. de re militari.) inter hostes discordiarum serere causas: nulla enim, quamuis sit minima natio, cito potest ab aduersariis deleri, nisi propriis simultatibus seipsa consumpserit. Nam ciuile odium ad inimicorum perniciem præceps est, ad utilitatem suæ defensionis incautum: Ita omnium maxime ad dissipanda seditiosorum consilia proderit, si inter eos discordiarum & dissensionum seminibus sparsis, ipsi inter se committantur, eoque adigantur, vt quæ in alios nocendi arma parauerant, ea ipsa in se tandem conuertant. Iustum est enim coram Deo, iniquorum dissolui concordiam: quippe id ipsum Domino per Prophetam præcipiente. Esaiæ quinquagesimooctauo. Dissolue (inquit) colligationes impietatis, solue fasciculos deprimentes: dimitte eos, qui constricti sunt liberos, & omne onus disrumpe. Sane hoc consilio vsus
5 † Apostolus Paulus Act. vigesimotertio. cum Iudæorum (quitum eius vitę insidiabantur, & coram præside quasi reum mortis accusabant) alteram quidem partem Saducæorum, alteram Pharisæorum esse sciret, exclamauit in Concilio. Viri fratres, ego Pharisæus sum filius Pharisæorum: de spe & resurrectione mortuorum ego iudicor. Et cum hæc dixisset, facta est dissensio inter Pharisæos & Saducæos, & soluta est multitudo, & factus est clamor magnus. Et exurgentes, quidam Phariseorum (nam & illi resurrectionem mortuorum esse dicebant) pugnabant, dicentes: Nihil mali inuenimus in homine isto, quid si Spiritus. locutus est, vel Angelus? Sed & causas seditionum diligenter spectare conducet: Quippe ex his facile seditiosorum coniurationes
6 ‡ disrumpendi consilia capientur. Veluti, si multitudinis seditiosorum, ex pauperibus conflatæ, auxilium a diuitibus, quos sibi coniurationis fœdere copularnnt, pendeat: Recte dissoluentur colligationes iniquitatis, si lege lata diuitibus, sub certa pecuniaria pœna sedirioſorum communione interdicatur.

7 Qua sane ratione Theodosius † Imperator, coniurationem Donatistarum & Circumcellionum in Aphrica dissipauit. Siquidem promulgata lege in omnes hæreticos, ut quisquis eorum Clericus vel episcopus vbilibet esset inuē tus, decem libris auri mulctaretur: multi eius pœnæ formidine animaduertentes, in ea hæresi nihil se dignum inueniri, propter quod tanta damna paterentur, mox sine vlla difficultate, ad vnitatem & concordiam ecclesiæ Catholicæ reuersi sunt. vt dicit August. epist. 50. ad Bonifac. Comitem.

De Transactionibus quibus seditiosi ad concordiam reuocantur.

SVMMARIVM.

1 *Transactio est remedium sedandarum ciuilium discordiarum. quid in ipsa facienda primum spectandum sit. nu. 2.*
3 *Pax & concordia iusta & honesta esse non potest inter catholicos & hæreticos.*
4 *Concordia omnis de rebus inhonestis fugienda est.*
5 *Imperii diminutio præbet subditis seditionum occasiones.*
6 *Oratio Titii Quinti ad plebem seditiosam.*
7 *Simulatum non potest esse diuturnum.*
8 *Concordia simulatis & fictis verbis pacta diuturna esse non potest.*
9 *Fides etiam hostibus seruanda est. & nu. 12.*
10 *Pacta cum hostibus bona fide seruari debent.*
11 *Thraces qua astutia violarunt pacta cum Bœotiis.*
13 *Heliſæi Prophetæ benignitas erga Syros.*
14 *Duces belli seruare debent pacta quæ promittunt, nec ea dolo fallere licet.*
15 *Pacta priuatorum de iure canonico seruanda sunt, etiam simplici verbo inita.*

CAP. IX.

TErtium remedium ciuiliū
1 Discordiarum est transactio, † qua scilicet seditiosi certis legibus, vel datis, vel acceptis, ad concordiam reuocantur. Quo sane remedio tum vtimur, cum ratio iniri non potest, qua seditiosorum coniurationes, & consilia commode dissolui possint.

Primum igitur omnium prudens Irenarcha curabit, vt iusta sit, & honesta, quam cum seditiosis facit, transactio. Porro honestam a personis, rebus, & conditionibus denominamus, vt si inter personas fiat, quorum honesta concordia esse possit. Similiter si honestis de rebus, legibus, & conditionibus, pax & concordia concilietur, iusta & honesta: Sin autem inter personas, quarum nulla iusta & honesta societas esse possit, aut de rebus turpibus & inhonestis conditionibus, pax & concordia componatur, turpis & iniusta appellatur.

2 Primum igitur in facienda transactione, † personæ spectandæ erunt: & si tales fuerint, inter quas iusta & honesta concordia esse possit, nihil prohibebit, quin pax inter eas trāsactione, sed iustis tamen & honestis legibus componatur. Sin vero eius conditionis sint, ut nulla inter eos honesta concordia esse possit, tum armata potius vi comprimentur mali, iniusta inter bonos & malos concordia concilietur. Itaque
3 inter Catholicos & hęreticos orta seditione, † quoniam iusta & honesta inter eos pax & communio esse non potest: siquidem cum hęreticis nullæ amicitiæ coiri possunt, ut cum quibus cibum capere etiam prohibemur. & ne aue quidem illis dicere debemus. Idcirco nec transactione huiusmodi seditio, si reueti ad vnitatem Ecclesiæ Catholicæ nolunt hęretici, sed armata potius manu extinguenda erit. 1. Corint. quinto. De qua re & diuina lex extat. Sic enim in Deuteronomio scribitur. capitulo. decimotertio. Si audieris in vna vrbium tuarum, quam Dominus Deus tuus dabit tibi ad habitandum, dicentes aliquos. Egressi sunt filij Belial de medio tui, & auerterunt habitatores vrbis tuę, atque dixerunt. Eamus, & seruiamus diis alienis, quos ignoratis: Quære sollicite, & diligenter rei veritate perspecta, si inueneris certum esse quod dicitur, & abominationē hāc opere ꝑpetratā, statim ꝑcuties habitatores vrbis illius ī ore gladij, & delebis eā, omniaq;, quæ ī illa sūt, vsq; ad pecora. Quicqd ēt suppellectilis fuerit,

Digitized by Google

congregabis in medio platearum eius, & cum ipsa ciuitate succedens: ita ut uniuersa consumas Domino Deo tuo, & sit tumulus sempiternus. Non ædificabitur amplius, & non adhærebit de illo anathemate quicquam in manu tua, ut auertatur Dominus ab ira furoris sui, & misereatur tui, &c. Deinde danda opera erit, vt de rebus honestis, & iustis legibus, &
4 conditionibus, pax † & concordia cum seditiosis trāsigatur. Fugienda est enim omnis de rebus turpibus & inhonestis conditionibus, inita concordia.

Qualis est, quæ inter infideles, hæreticos & schismaticos, de persequendis Christianis & Catholicis initur. Item, quæ inter Catholicos fit & hæreticos, his adiectis conditionibus: Vt Catholici cum hæreticis in fine & religione communicent: Vt Ecclesias, earumque bona, quæ per vim occupant, retinere & administrare possint, & in quæ sunt similes, de quibus nonnihil etiam in libris nostris de legationibus libro tertio. capitulo vndecimo. diximus. Sunt autem aliæ leges, quibus rebelliones: aliæ, quibus factiones componuntur. Ac in sedandis quidem rebellionibus, omnium maxime cauendum erit, ne quid de Imperio & potestate dominorum, aduersus quos rebellio excitata est, remittatur.

5 † Nam vbi semel impune dominorum imperium imminutum esse intellexerint subditi, & si acceptis legibus ad tempus quiescere videantur; tamen vbi vel minimam occasionem nacti fuerint, maioris libertatis aut licentiæ potius consequendæ spe, facile ad semel condonatam rebellionem reuertuntur.

Sic per primam illam secessionem plebis in Sacrum montem trans Anienem fluuim, omnibus Tribunitiis seditionibus fenestra aperta fuit: quia in tractatu concordiæ conditiones datæ sunt, vt plebi sui Magistratus essent sacrosancti, quibus auxilii latio aduersus consules esset, neue cui patrum capere eum Magistratum liceret Titus Liuius libro secundo. ab vrb. cond. Nam ad eum modum. Tribunis plebis creatis, ac patrum imperio non leuiter imminuto: mox alia super aliam, plebis nunc illos, nūc alios magistratus, vel abrogari, vel creari petentis, aduersus patres accensa seditio fuit. Quod Quintus Consul in oratione, quam vrbi imminētibus Equis volsciisque ad populum habuit vt refert Idem libro tertio. vrb. cond. grauiter conqueritur his verbis. Discordia † (inquit) Ordinum est venenum urbis huius, patrum & plebis, certamina; dum nec nobis imperii, nec vobis libertatis est modus: dum tædet vos Patriciorum, hos plebeiorum Magistratuum sustulere animos Proh deum fidem, quid vobis vultis? Tribunos plebis concupistis, concordiæ causa concessimus: Decemuiros creari desideraftis, creari passi sumus: Decēuirorum vos pertæsum est, abiere magistratu, manente in eosdem priuatos ira vestra: Mori atque exulare nobilissimos viros atque honoratissimos passi sumus, Tribunos plebis iterum creari voluistis, creastis: Consules facere vestrarum partium, & si patribus videbamus iniquum, patritium quoque Magistratuum plebi donum fieri vidimus: Auxilium Tribunitium, prouocationem ad populum, scita plebis iuncta patribus sub titulo æquandarum legum, nostra iura oppressa tulimus.

Quis finis erit discordiarum, & quando communem hanc patriam esse licebit? Victi nos æquiore animo quiescimus, quam vos victores. Satis ne est vobis vos metuendos esse? Aduersus nos Auentinum capitur, aduersus nos sacer occupatur mons: Esquilias quidem ab hoste prope captas, & scandentem in aggerem Volscum hostem, nemo submouit, inuos viri armati estis, &c.

Iam & illud cauendum erit, ne blandis verbis & adulationibus, prece aut precio, sed salutaribus admonitionibus, non fictis quidem illis, sed veris & sinceris, subditi ad obediētiam reuocentur: neque enim diuturnum esse potest, quod
7 est simulatum: † In principio quidem vernat, in processu tanquam flosculus dissipatur & soluitur: Quod autem verum & sincerum est, alta radice fundatur. Cuius rei Diuus Ambrosius libro secundo. off. capitulo vigesimosecundo. ex libris Regum. libro secundo. decimoquinto. rale affert exemplum,

Absalon erat Dauid Regis filius, decore insignis, egregius forma præstans iuuenta: ita, vt talis in Israel non reperiretur, a vestigio pedis vsque ad verticem immaculatus. Is fecit sibi currus, & equos, & viros quinquaginta, qui præcurrerent ante eum. Surgebat diluculo, & stabat ante portam in via: & si quem aduertisset, Regis iudicia quærentem, accedebat ad eum, dicens. Ex qua ciuitate es tu? Respondit ille: Ex vna tribu sum de tribubus Israel seruus tuus. Referebat Absalon. Verba tua bona sunt & directa, & qui te audiat, non est tibi datus a Rege. Quis constituet me iudicem: & quisquis ad me veniet, cuicunque fuerit iudicium necessarium iustificabo illum. Talibus delinibat singulos sermonibus.

Et cum accederent adorare eum, extendēs manus suas, apprendebat atque osculabatur eos. Sic conuertit in se corda omnium, dum blanditiæ huiusmodi intimorum tangunt viscerum sensum. Sed delicati isti & ambitiosi, elegerunt honorabilia, & grata ad tempus & iocunda. Vbi autem parua processit dilatio, quam prudens omnium Propheta pauliſper cedendo interponendam putauit, non potuerunt tolerare atque sustinere. Denique non dubitans de victoria Dauid, commendabat filium dimicaturis, vt ei parcerent. Ceterum prælio cum Absalon & alijs, qui illi adhærentes, in patrem Dauid coniurauerant, facto: & Absalon quidem in quercu suspensus, populus autem ab exercitu Dauid cæsus est, in qua pugna viginti hominū millia ceciderūt.

Quo quidem exemplo liquido demonstratur, ea esse perpetua & solida, quę vera sunt, & quæ sincere potius quam dolo transiguntur: Ea vero, quæ simulatione atque assentatione parta sunt, non posse diu perseuerare, ac proinde nec concordia † simulatis & fictis verbis pacta, diu-
8 turna esse potest. Ambrosius. libro secundo. off. capitulo vigesimotertio.

Nam qui fictis & simulatis promissionibus, vel assentatione ad obedientiam redimuntur atque inuitantur, haud diu in fide manent. Nam ab initio facile quidem promissionibus & assentationibus capiuntur, sed quia antea imperia dominorum suorum declinare assueti sunt, si paulo duriora apparuerint: immo si verbo perstrinxeris, immurmurant, deserunt, & vt antea, obedientiam relinquunt. In factionibus autem nihil refert, quibus conditionibus & legibus, modo non turpibus & iniustis, concordia concilietur. Postremo illud etiam diligenter custodiendum erit, vt quæ conuentiones & pacta cum seditiosis inita fuerint, ea firmiter custodiantur.

9 Nam & hostibus veteres fidem † seruandam esse censuerunt, non solum Ethnici, sed etiam Christiani. Vt enim iustum est, hominem beneficio affici ab homine: nephas est, hominem homini contra iustitiam insidiari, siue amico siue inimico. Propter quod & veteres, vt ab omni etiam iniustitiæ suspicione procul abessent, aduersarios mol liore appellatione nominarunt, peregrinos vocantes, quos nos hostes appellamus. Et Hebræi aduersarios suos Allophylo, hoc est, alienigenas Latino vocabulo dixerunt. Iuxta illud, quod in libro primo. Reg. quarto. legimus. Et factum est in diebus illis conuenerunt alienigenæ in pugnam ad Israel. Ac proinde quæ cum seditiosis, aliisque hostibus no-
10 stris, pacta † a nobis inita fuerint, ea inconcusse seruanda erunt. Veluti si constitutus sit cum hoste certus aut locus, aut dies prælio, iniustum certe fuerit aut loco hostem, aut tempore prœuenire, siue id contra expressa pacti verba fiat, siue per callidum aliquod commentum, verbis in alienum sensum detortis, contra paciscentium sententiam atque voluntatem. Quod Thraces † olim fecerunt. vt refert Strabo li-
11 bro quarto. Geographiæ, qui pactis cum Bœotiis aliquot dierum induciis, noctu impressionem in eos fecerunt. Iam negligentius agentes inducarum fiduciæ, atque ex his non nullos trucidarunt, aliquot viuos abduxerunt. Deinde expostulantibus de violatis pactis, Bœotiis, responderunt: Nihil se præter pacta fecisse, dies, non noctes pacto contineri. Ex qua re deinde ortum prouerbium, Thracium commentum, quo excogitatæ cauillationes denotantur, quibus pacta eluduntur.

Atque idem quoque diuinarum literarum testimoniis confirmatur. tertio Reg. secundo. Ambrosius in Apologia Dauidis capitulo nono. Nam & Dauid moriturus iam, suprema uoce filium Salomonem conuenit, vt innocentem sanguinem a se tolleret, quem fuderat Dux eius exercitus oab, quando Abner, cum de incunda societate tractaret, dux licet aduersarii agminis, insidiis appetitus occubuit: quem fleuit, & post luctum eius ambulans, depositis insulis, planctus exequiarum iusta curauit.

12 Quo nimirum facto, diuinus Propheta docuit, † etiam aduersarijs fidem esse seruandam, tum honorandam quoq; in hoste virtutem:

Sed nec eandem in omnes hostes seueritatem exercēdam, sed pro diuersitate offensionum, & qualitate victoriæ, uel leuius, vel atrocius quod in nos peccauerint, vlciscendum esse putauerunt, ut & in hac quoque parte iustitiæ æqualitatisque ratio haberetur. Interest enim, utrum ialiquis pugna aliqua & conflictu grau, capiatur, an superiore gratia, vel aliquo euentu.

Quod Diuus Ambrosius libro primo. off. capit. vigesimonono. Madianitarum, & Syrorum hostium exemplis comprobat.

Digitized by Google

probat. Siquidem, inquit, vehementioribus hostibus & infidis, & his qui amplius læseriut, vehementior refertur vltio: Vt Madianitis, qui per mulieres suas plerosque peccare fecerant ex plebe iudæorum. Vnde & Dei in populum patrum iracundia effusa est, & ideo factum est, ut nullum Moyses victor supereſſe pateretur Numeri. 31. Gabaonitas autem, qui fraude magis quàm bello tentauerant plebem patrum, non expugnaret Iesus, sed conditionis impositæ afficeret iniuria. Iosue. 9. Sic nec Syros Proaheta extinguere voluit, sed cum
13 aliqua potius, gratia dimittere. †Sic enim legimus. 4. Reg. 6. quod in obsidione eius miserat Rex Syriæ exercitum suum, cognito quod Helisæus esset, qui consilijs & argumentationibus eius obuiaret omnibus. Quem videns exercitum Giezi seruus Prophetæ, de salutis periculo trepidare cœpit, cui dixit Propheta. Noli timere, quoniam plures nobiscum sunt, quam cum illis. Et rogante Propheta, vt aperirentur oculi seruo suo, aperti sunt. Vidit itaque Giezi totum montem equis repletum, & curribus in circuitu Helisæi, quibus descendentibus ait Propheta. Percutiat Dominus cœcitate exercitum Syriæ. Quo impetrato, dixit ad Syros. Venite post me, & ducam vos ad hominem, quem quæritis. Et viderunt Helisæum, quem corripere gestiebant, & videntes tenere non poterant. Cunq; Rex Israel dixisset: Nunquid percutiam eos pater mi? Et ille ait: Non percuties, neque enim cœpisti eos gladio & arcu tuo, vt percutias: sed pone panem & aquam coram eis, vt comedant & bibant, & vadant ad dominum suum. Appositaque est eis cibotum magna pręparatio, & comederunt & abierunt, & dimisit eos, abieruntque ad dominum suum, & vltra non venerunt latrones Syrię, in terram Israel. Quibus
14 sane exemplis liquido conuincitur, etiam in bello †iustitiam fidemque esse seruandam: maxime quam belli duces hostibus promittunt. Nam quæ inter se duces belli paciscuntur, tanquam publicæ conuentiones, de iure gentium seruandæ sunt. Cæterum, priuatos nihil prohibet de iure ciuili, hostes contra promissa pacem fallere. Quo sane casu locum habet, quod dici solet. Dolus an virtus, quis in hoste requirat. Vnde & dolum bonum appellant Iureconsulti, si quis aduersus hostem latronemue machinetur. lege prima. §. non fnit. ff. de dolo. De iure autem Canonico etiam priuatorum pa-
15 cta seruanda sunt, etiam simplici verbo inita: quia inter simplicē loquellam & iuramentum, non facit Deus differentiam. cap. pri. de pact. vbi nota.

De seditionibus per vim armatam comprimendis.

SVMMARIVM.

1 *Seditiones vi armata supprimi & extingui posſunt.*
2 *Hannibalis verba de Phormione sene deliri.*
3 *Seditiones quo remedio facile tollantur.*
4 *Bella seruilia quo modo suppressa.*
5 *Serui virgis & flagellis, non armis vincendi.*
6 *Victoria incruenta in seditiosos procurari debet.*

CAP. X.

1 SEditiones † vi armata Suppri mi & extingui posse, multis quidem & ijsdem validissimis diuinarum literarum, & humanarū scripturarū, tam Ecclesiasticarum quam ciuilium, testimonijs & decretis, in ijs libris, quos de hæreticis & schismaticis scripsimus, probatum est. Cœterum, quibus modis aduersus seditiosos bella gerenda sint (quod quantum remedij genus contra seditionem esse diximus) non hoc meum est explicare: sed eorum potius, qui rerum militarium sunt periti & exercitati, quibus merito ī hac parte cedo, omnemque illis de tota re & statuendi & decernendi authoritatem relinquo: tum si quæ statuerint atque decreuerint, ijs libenter subscribam. Haud ignarus, si iis de rebus vel statuendi vel decernendi authoritatem mihi sumerē, idem accidere mihi posse, quod Phormioni illi Peripatetico Philosopho de quo Cicero libro secundo. de Oratore. qui, cum Hānibal Carthagine expulsus, Ephesum ad Antiochum venisset exul, propterea q; eius nomen erat magna apud oēs gloria, inuitatus esset ab hospitibus suis, vt eum quem dixi si vellet, audiret. Cunque is se non nolle dixisset, locutus esse dicit homo copiosus aliquot horas, de imperatoris officio, & de omni re militari. Tum cum cæteri, qui illum audierant, vehementer
2 essent delectati, quærebant ab Hannibale, †quidnam ille ipse de illo Philosopho iudicaret: hic pœnus non optime Græce, sed tamen libere respondisse fertur. Multos se deliros senes sępe vidisse, sed qui magis quam Phormio deliraret, uidisse neminem. Idem certe non iniuria mihi quoque, si de re militari præcepta dare præsumerem, merito obijci posset: homini videlicet, qui vtcunque in re literaria, & aliquantulum etiam in administrationibus publicis, nunquam tamen in castris versatus sum. Illud tantum iustum, pium, & prudentem Irenarcham, aliosque, qui ad comprimendos armata manu seditionum tumultus destinati fuerint, obseruare oportebit, vt manus conserturi cum hostibus, primum omnium consi teantur peccata sua, & Dei misericordiam implorent, clamantes & dicentes cum filijs Israel. Peccauimus tibi, quia dereliquimus te Dominū Deum nostrum. Iud. Item: peccauimus, redde tu nobis quicquid placet, tantum nunc libera nos. Et cum Asa contra Zaram Aethiopem pugnaturo. secun. Paral. decimoquarto. Domine non est vlla apud te distantia, vtrum in paucis auxilieris, aut in pluribus: adiuua nos Domine Deus noster: inte enim & in tuo nomine habentes fiducia, venimus contra hanc multitudinem. Dominus Deus noster tu es, non præualet contra te homo.

3 Quemadmodum igitur pii Reges † cum hostibus conflicturi, omnem sæpe spem & fiducia in Deum colllocarūt: Ita & eorum exemplum sequuti Christiani principes, & quicunque alii seditionibus militari manu extirpandis præpositi, & ipse in virtute Dei, non in humana potentia confidere debent, & cum Proheta Dauid dicere Psal. decimonono. Hij in curribus, & hij in equis: nos autem in nomine Dei nostri inuocabimus, &c.

Sane hoc remedio belli Romani omnium maxime seditiones seruiles sanarunt. Lucius Florus libro tertio. capitulo decimonono.

4 Sic Syrus ille seruus, †Eunus nūcupatus, qui collecto exercitu quadraginta amplius millia, & castra prætorum cęperat, & Duces prętoris profugauit: tandem perpenna Imperatore bello superatus est ‡ lege Florum vbi supra. Simili exemplo seditionem a Cylice seruo commotam, qui & ipse conflato exercitu, prętoris exercitus fuderat, Aquilius bello extinxit. Intercluſum siquidem hostem commeatibus, ad extrema compulit, communitasque copias armis, fame deleuit. Pulchra sane victoria contra seruos, sed rarioris aliquanto exempli Scytharum aduersos seruos, quam Iustinus ad hūc modum narrat. libro secundo. Scythæ (inquit) tertia expeditione Asiana, cum annis VII. a coniugibus & liberis abfuissent, seruili bello domi excipiuntur. Quippe coniuges eorum longa expectatione virorum fessæ, nec iam teneri bello, sed deletos ratę, seruis ad custodiam pecoris electis, nubunt: qui reuersos cum victoria dominos, velut aduenas armati finibus prohibent. Quibus cum varia victoria fuisset, admonen-
5 tur Scythę † mutare genus pugnę, memores non cum hostibus, sed cum seruis præliandum, nec armorum, sed dominorum iure vincendos: verbera in aciem, non tela ferenda, omissoq; ferro, virgas & flagella, cæteraque seruilis metus paranda instrumenta. Probato omnes consilio, instructi sicut pręceptum erat, postquam ad hostes accessere, inopinantibus verbera intentant, adeoque illos perturbant, ut quos ferro non poterant, metu verberum vincerent: fugamque non vt hostes victi, sed vt fugitiui serui capesserent. Quicunque capi potuerunt, supplicia crucibus luerunt. Mulieres quoque male sibi conscię, partim, ferro, partim suspendio vitam finierunt.

Quin & illud curare debent, quibus comprimendarum seditionum cura demandata est, vt quantum fieri potest, incruentam aduersus seditiosos obtineant victoriam. † Quod
6 eo facilius fiet, quo seditiosorum plerunque inter se discrepātium consiliis iusti Irenarchæ prudentia, ac bellicis ad eam rem pertinentibus stratagematis dissipatis, ipsi velint nolint pestiferam coniurationem deserere cogantur.

Digitized by Google

DE SEDITIONIBVS LIBER QVINTVS, QVI EST DE POENIS SEDITIOSORVM.

Quis modus, in constituendis seditiosorum pœnis, seruandus sit: ac primum generuli seditiosorum pœna.

SVMMARIVM.

1 *Vindicta in seditiosos qualiter sumenda sit.*
2 *Misericordia non est iusta, quæ in perniciem bonorum malis parcitur.*
3 *Iudex non debet statuere quid durius aut remissius quam causa deposcit.*
4 *Iudices in leuioribus causis proniores ad lenitatem esse debent, in grauioribus pœnis seueritas cum temperamento aliquo benignitatis mitiganda est.*
5 *Lex ciuilis quid disponat circa seditiosos.*
6 *Seditiones grauius & mitius secundum circumstantias puniendæ sunt.*

CAP. I

SEdato itaque vtcunq, Et compresso aliquantulum vel per diuisionem, vel per trãsactionem, vel per vim armatam, ciuilium discordiarum motu: quintum remedium adhibendum erit, quam publicam, quæ de seditiosis sumi-
1 tur, vindictam † & pœnam esse diximus. In qua constituẽda prudens Irenarcha, primum omnium ita affectus esse debet, vt amore corrigendi, non odio persequendi eam ipsam infligat. 23.q.4. Sic enim non solum castissimæ innocentię, sed ẽt diligentissimæ seueritatis officium implebit: quin ita etiam moderabitur pœnam, ne maioris turbationis & periculi causa, quam præsentis morbi curatio existat. Cum igitur eis, per quos Respublica regitur, adest pace salua potestas disciplinæ aduersus improbos & nefarios homines exercendę, tunc neque secordia, neque segnitie dormiendum est illis, sed aculeis pœnarum, quæ ad seueritatem pertinent, seditiosorum crimina coercenda: Sic, vt nec patientiæ nomine torpescere, nec obtentu nimiæ diligentiæ sæuire videantur. Nec iusta est
2 misericordia, † qua ĩ perniciem bonorum malis parcitur. De malis siquidem coercẽdis, scriptum est in lege. Deut. 19. Nõ misereberis illius. & in libro Regnum legitur. 1. Reg. 15. quod Saul contraxit offensam, quia miseratus est Agag, hostium Regem, quem prohibuerat diuina sententia seruari. Vbi autem per graues dissensionum scissuras, nõ huius aut illius hominis est periculum, sed plurimorum strages iacet: Detrahẽdum est aliquid seueritati, ut maioribus malis sanandis, sincera charitas subueniat. cap. ipsa pietas. 23. q. 4.

3 Ac generaliter quidem respiciendum est iudicanti, † ne qd durius aut remissius constituatur, quam causa deposcit: & ne maior pœna, quam culpa sit: & ne ijsdem de causis alii plectantur, alij ne appellantur quidem. l. respiciendum. ff. de pœnis. Cic. lib. 1. de officijs. Nec enim aut seueritatis, aut clementiæ gloria affectanda est, sed perpenso iudicio, prout quæque res postulat, statuendum est. Ac in leuioribus quidem causis,
4 proniores ad lenitatem iudices esse ebent: † in grauioribus pœnis seueritas legum cum temperamento aliquo benignitatis mitiganda est, & vt prouerbio dicitur: Sall adhibendum olcum. Ac primum quidem extant de seditiosorum pœna, constitutiones tam canonicę quam ciuiles. Sic enim in Concilio Chalced. constitutum est. ca. coniurationum. 11. quæst. 1. Coniurationum & conspirationum crimen, quod apud Grecos dicitur Phratria, publicis etiam legibus certum est penitus inhiberi: hoc multo magis in sancta Dei ecclesia, ne fiat, conuenit abdicari. Si qui vero clerici vel monachi inuenti fuerint coniuratores, aut conspiratores, aut Phratrias vel factiones componentes aliquas, suis episcopis, aut alijs, omnino capant de proprio gradu. Et Calixtus Papa de eadem re. c. conspirationum. 11. q. 1. Antecessores (inquit) nostri, cum plurima turba episcoporum, quicunque huius criminis rei in sacerdotali honore sunt positi, aut existunt Clerici, honore, quo vtuntur, carere præceperunt: cęteros vero communione priuari, & ab ecclesia extorres fieri iusserunt, omnesque simul vtriusque ordinis viros infames esse censuerunt, & non
5 solum facientes, sed etiam consentientes. Lex vero ciuilis, † q̃ Leo Imperator tulit, ad hunc modum habet. c. de seditios. l. 2. In nullis inquit, locis, aut ciuitatibus, tumultosis clamoribus cuiusquam interpellatio contumeliosa procedat, nec ad solam cuiusque inuidiam petulantia verba iactentur: Scituris his, qui huiusmodi voces emiserint, mouerintque tumultus, se quidem fructum ex his, quę postulant, nullatenus habituros: subdendos autem pœnis his, quas de seditionibus & tumultus authoribus, vetustissima decreta sanxerunt. Est autẽ seditiosorum pœna, veterum Decretis & constitutionibus introducta, eadem, quæ est per legem Corneliam in Sicarios, veneficos, & alios homicidias constituta. l. 3. §. alio. ff. ad leg. Cor. de Sic. Sed & de vi publica tenentur, qui turbæ seditionisue faciendæ consilium inierint. Atque hæc sane pœna seditiosorum generalis est: sed quæ vel remissius, vel durius, p diuersis criminis circunstantiis, irrogatur. l. in eadem. l. qui cę-
6 tu. ff. de ui publi. Nam etsi omnis seditio † noxia sit & periculosa, & ob id graui etiam pœna dignum crimen sit, ut qua pax & tranquillitas publica, omnisque adeo iustitia turbatur atque conculcatur: tum iura & leges, quibus Respublicæ gubernantur, vel negliguntur, vel prorsus subuertuntur, vt sup. demonstratum est; Tamen vt in cæteris delictis, ita etiam in seditionibus accidit, vt propter circunstantias diuersas, alia lenior sit alia grauior. l. aut facta. in princ. ff. de pœnis. Bald. in l. non ideo minus C. de accusa. Idem Bald. in Auth. sed nouo iure. C. de ep. & cle.

Ac leuiores quidem remissius: grauiores vero seueritis puniendæ. Sunt autem circũstantiæ, ptopter quas seditiones pœna vel grauiore, vel leniore puniuntur: Causa, persona, locus, tempus, qualitas, quantitas, euentus. De quibus omnibus & singulis, ordine dicemus.

Propter causam seditionum aliam alia grauiorem esse vel leuiorem, & ob id pœnam etiam seueriore vel mitiore dignam.

SVMMARIVM.

1 *Affectus & actus humani quomodo inter se differant, ex Aristo.*
2 *Voluntas & intentio opus vel bonum vel malum reddunt.*
3 *Bella Deo authore gerentes non faciunt contra præceptum, non occides.*
4 *Miles cum obediens potestati sub qua legitimæ cõstitutus est hominem occidit, nulla ciuitatis suæ lege reus est homicidii, quod exemplis cõprobatur, & ratione. nu. 5.*
6 *Iniuria licet sit de genere prohibitorum, aliquando tamen non est iniuria.*
7 *Seditio non semper crimen est.*
8 *Vim inferentibus, congregatis hominibus armis resistere possumus, quominus de possessione rerum nostrarum deiiciamur.*
9 *Tyrannum quo casu liceat vi armata eorocere, & nu. x.*
11 *Seditiones quædam bonæ & utiles.*
12 *Seditio ex causis bona uel mala iudicanda est.*

CAP. II.

ARistoteles lib. 2. Eth. cap. 6. inter affectus & actus † hu-
1 manos hanc differentiam facit, vt quidam per se praui sint & mali, quique adeo continuo nomine suo cum prauitate sint coniuncti. Vt maleuolentia, imprudentia, inuidentia, adulterium, furtum, homicidiũ: quę ita mala sunt, vt nullum tempus sit, quo perpetrata, bona esse, aut videri possint. Quia quicquid istorũ, & quãdocunque efficitur, semper delinquitur. Alii actus indifferentes, id est, neque boni, neque mali sunt, vt qui nullo consilio, sed casu fiunt. Alij boni maliue sunt, non quidem per se, sed secundum eius, qui operatur, propositum. Atque ad hunc sane modum legibus quoque ciuilibus quędam tanquam per se, & in genere suo mala prohibentur: quędam propter bonam malamue eorum, qui agunt, intentionem & propositum; tum propter bonas malasue circunstantias, vel bona vel mala esse iudicantur. Vnde & vulgaria illa & trita iureconsultorum verba nata sunt. l. prima. C. ad legem Corn. de Sica. l. qui iniurię. ff. de furtis. Voluntas & propositum, distinguunt maleficia. Item. In delictis spectamus, quod principaliter agitur. l. quid Reipu. ff. de iniuriis. Item. Affectio operi nomen imponit. l. si non conuicij. C. de iniuriis. & si qua sunt similia. Adeo autem voluntas † & intentio opus vel bonum
2 vel malum reddunt, vt ea etiam, quę sunt de genere prohibitorũ si bona intentione fiant: ipsa quoque, mutato nomine, iusta & bona esse dicantur. Sicut interficere hominem malum est, & de genere prohibitorum, imo & lege diuina prohibitum. Nam lex ait. Exo. 20.

Non

Digitized by Google

Non occides. Ideoque qui mala intentione hominē interfi
cit, homicida eſt, & vt homicida pœna legis Corneliç de Sica
rijs percellitur. Et tamen qui hominem occidit, vel Deo iubē
te, vel lege permittente, vel iudice mandante, neque homici-
dij reus eſt, neque vt homicida puniri poteſt, ca. cum homo. c.
non ſolum. 23. q. 5. Ideoque nequaquam contra hoc Præce-
3 ptum, quod dictum eſt: Non occides, †fecerunt, qui Deo au-
thore bella geſſerunt. Et Abraham Geneſ. 22. non ſolum nō
eſt culpatus crudelitatis crimine, verum etiam laudatus no-
mine pietatis, quod voluit filium nequaquam ſcelerate, ſed
obedienter occidere. Sed nec homicidæ ſunt, qui perſonam ge
rentes publicæ poteſtatis, ſecundum ius legis, ideſt, iuſtiſſimæ
rationis Imperium, ſcæleratos morte puniunt. Non enim di-
cit tex. c. non fruſtra, 23. q. 2. fruſtra ſunt inſtituta, poteſtas Re-
gis, & cognitoris ius, vngulæ carnificis, arma militis, diſciplina
dominantis, ſæueritas etiam boni patris: Habent omnia iſta
modos ſuos, cauſas, rationes, vtilitates. Hęc cum timentur, &
mali coercentur, & boni quiete inter malos uiuunt.

4 Igitur †miles dicit tex. in c. miles, 23. q. 5. cum obediens pote
ſtati, ſub qua legitime conſtitutus eſt, hominem occidit, nulla
ciuitatis ſuæ lege reus eſt homicidij: Imo niſi fecerit, reus eſt
Imperij deſerti atque contempti. Quod ſi ſua ſponte atque au
thoritate feciſſet, in crimen effuſi humani ſanguinis incidiſ-
ſet. Itaque vnde punitur, ſi fecerit iniuſſus: inde punietur, ſi nō
fecerit iuſſus. Sic qui ob tutelam corporis ſui, vel vt ab alio, p-
pulſet iniuriam, occidit alium: quia iure id feciſſe exiſtimatur
5 nequaq; homicidij reus eſſe dicitur. l. vt vim, ff. de iu. & iur. Cū
igitur homo †ab homine occiditur, multum diſtat, vtrum fiat
nocendi cupiditate, vel iniuſte aliquid auferendi, ſicut fit ab
inimico, ſicut a latrone: an vlciſcendi vel obediendi ordine
ſicut a iudice, ſicut a carnifice: vel euadendi vel ſubueniendi
neceſſitate, ſicut interimitur latro a uiatore, hoſtis a milite. Sic
6 contumelia, †conuicium, aut quæuis alia iniuria, etſi de gene
re prohibitorum ſit: tamen ſi non iniuriandi animo fiat, neq;
iniuriæ nomen retinet, nec ab eo, qui ſe ea læſum eſſe dicet,
vindicari poterit. l. ſi non conuicij, C. de iniurijs. Sic quod Rei-
publicæ venerandæ cauſa, ſecundum bonos mores fit, etiam
ſi ad contumeliam alicuius pertinet: quia tamen non ea men
te Magiſtratus faciat, ſed ad vindictam maieſtatis publicæ re-
ſpiciat, actione iniuriarum non tenetur. l. quod Reipu. ff. de in
iurijs.

7 Et ad eundem modum ſeditio, †quamuis & ipſa mala ſit,
& de genere prohibitorum, tamen ſi non turbandæ Reipub.
cauſa, ſed ex alijs iuſtiſſimis, & honeſtis cauſis excitetur, neq;
mala eſſe dicetur, nec qui eam concitarunt, ſeditioſorum pœ
nam ſuſtinebunt.

Quemadmodum a crimine & pœna coſpiratorum immu-
nes fuerunt, quadraginta illi Illyrici & Græcię epiſcopi, q con
uenientes in vnum, per confeſſionem in ſcriptis factam, & a
proprio Metropolitano, Timotheo videlicet, Patriarcha Cō-
ſtantinopolitano, quem Concilium Chalcedonenſe Anathe
matizauerat, diſceſſerunt, & Romam mittentes, Romano
Epiſcopo communicare in ſcriptis profeſſi ſunt, quia iuſtam
aduerſus hæreticum Epiſcopum conſpirandi, & ab eius com
munione deficiendi, cauſam habuerunt. cap. ſane 16. quæſtio.
ſeptima.

Sic nec ſeditioſorum pœnæ obnoxij fuerunt multitudi nes
populorum, qui ab epiſcopo ſuo Dioſcoro receſſerunt: quia
non a quibus potuit, manus impoſitionem acceperat. Iuſta. n.
erat diſſenſionis eorum cauſa, quam & protinus allegabant,
dicentes. Quia ſecundum quod continent canones ſanctō-
rum Apoſtolorum, non eſt factus Epiſcopus, & ideo non re-
cipietur. Principes enim intronizauerant eum. Sic factionum
certam inibus perturbata republica, alijs quidem ad priuatum
commodum ſpectantibus, alijs vero maieſtatem Reipublicæ
defendentibus, eam quidem partem, quæ congregatis etiam
armatiſque hominibus Reipubli. iura tuetur, nec ſeditioſam
eſſe, nec vim publicam priuatamue his, qui priuato commo
do ſtudentes Reipublicæ, tranquillitatem turbare conantur,
inferre.

Ac proinde nec pœna etiam ſeditioſorum obnoxiam eſſe
8 dicemus. Nam ſi vim nobis inferentibus, †congregatis homi-
nibus, armis repellere poſſumus, quo minus de poſſeſſione
rerum noſtrarum deijciamur, l. tertia, §. eum igitur, ff. de vi &
vi arma. quanto magis permiſſum eſt, coactis etiam & arma-
tis hominibus, eos qui vim Reipublicæ inferunt, armis repel-
9 lere? Sed & Tyrannum †rempublicam, propter commodum
priuatum opprimentem, licebit vi armata coercere. Barto. in
tract. de Guelph. & Gibel. ſi tamen in defectum auxilij ſupe-
rioris id fiat, & vt reipublicæ ſtatus conſeruetur, non vt noua
Tyrannis inducatur.

Nam ſi aduerſus milites vel priuatos, qui nocturni popula
tores agros intrauerint, aut itinera frequentata inſidijs aggreſ
ſionis obſederint, libera reſiſtendi facultas tribuitur, & quod
ſęuum eſt punire iudicio, id vi armata, & propria authorita-
te vindicare. C. de iud. l. nullus, & ibi not. ff. de his quæ in frau.
in frau. cre. l. ait prætor. §. ſi debitorem, ff. de ope. nou. nun. l. de
pupillo, §. fi. & l. ſeq. Quanto magis ad repellendam a republi
ca Tyrannicam crudelitatem omnibus licentia dabitur, vbi
iudicis defuerit auxilium, etiam publicam Tyrannorum iniu-
riam congregatis & armatis hominibus vindicare, vt quam
omnes defendere iure naturali tenentur. Idcirco qui adhunc
modum Rempub. a Tyrannide liberant, etiamſi id tumultu
quodam & perturbatiore motu fiat, tamen ob id minime in
10 pœnam ſeditioſorum incidunt. Nam regni Tyrannici, †quo
niam iniuſtum eſt, nō poteſt turbatio ſeditioſa videri, niſi me
dicina ipſum modum excederet, maiuſque incommodum ex
deſtructione Tyrannidis, quam ex Tyrannico regimine reipu
blicæ afferretur.

11 Iam & ſeditiones † quædam a ſummis Oratoribus non ſo-
lum non reprehenduntur, vt malæ: ſed etiam commendātur,
vt iuſtæ, bonæ & reipublic. vtiles. Sicut Antonius apud M. Ci-
cero. lib. 2. de Oratore. oſtendens, quomodo C. Norbanum ſo
dalem & Quęſtorem ſuum, quem Sulpitius tanquam ſeditio
ſum ciuem accuſauerat, ipſe defenderit. Omnium, inquit, ſe-
ditionum genera, vitia, pericula, collegi: eamque orationem
ex omni Reipubli. noſtræ temporum varietate repetiui, con-
cluſique ita, vt dicerem, etſi omnes moleſtæ ſemper ſeditio-
nes fuiſſent, iuſtas tamē fuiſſe nonnullas & prope neceſſarias:
tum illa, quæ modo Craſſus commemorabat, egi, neque re-
ges ex hac ciuitate exigi, neque Tribunos plebis creari, neque
plebiſcitis toties Conſularem poteſtatem minui, neque pro-
uocationem patronam illam ciuitatis, ac vindicem libertatis
populi Romani dari, ſine nobilium diſſenſione potuiſſe,
ac ſi illæ ſeditiones ſaluti huic ciuitati fuiſſent, non continuo,
ſi quis motus populi factus eſſet, id C. Norbano in nefario cri
mine, ac in fraude capitali eſſe ponendum, &c. Atque ex his
12 omnibus colligimus, ſeditionem †propter cauſam, vel bonā
eſſe vel malam: & earum quæ malæ ſunt & iniuſtæ, aliam qui
dem alia eſſe vel grauiorem vel leuiorem, atque ob id pœna
etiam grauiore vel mitiore dignam.

Ac inter iniuſtas ſeditiones, non immerito eorum quoque
conſpirationem numerauerimus, qui improbe coeunt in alie
nam litem, vt quicquid ex condemnatione in rem ipſius actū
fuerit, inter eos communicaretur. Propter quod & lege Iulia
de priuata; & lege Cornelia de falſis, & pœna concuſſionis te
nentur. l. ex ſenatuſconſulto, ff. ad legem, Iuliam de vi priuata
& l. 1. §. primo, ff. ad legem Corneliam de falſis, ff. de concuſ.
l. ſecunda.

De differentia Perſonarum, propter quas pœna vel grauior, vel leuior contra ſeditioſos conſtituitur,

SVMMARIVM.

1 *Perſonarum diſtinctio & conſideratio etiam in crimine ſeditionis habenda eſt.*
2 *Iuuentus ad concitandos tumultus propter feruentiorem ſanguinem natura prodiuior eſt.*
3 *Mulieres ſępe ad ſeditiones commouentur. quod Amazonum probatur exē plo.*
4 *Seditio Matronarum Romanarum abrogationem legis oppiæ petentium. & quid dicta lex ſtatuerit, nu. 5.*
6 *Mulieribus & minoribus non ſubuenitur in delictis.*
7 *Mulierum pœna propter ſeditiones.*
8 *Mulieres in delictis pro excutienda veritate torquentur.*
9 *Infirmitas ſexus, non calliditas, mulieribus auxilium præſtat, idque non in delictis, ſed in ciuilibus cauſis.*
10 *Mulier prægnans quo priuilegio gaudeat.*

CAP. III.

1 PErſona †in crimine ſeditio-
nis, vt in cœteris delictis, dupliciter ſpectatur: Eius
qui fecit, & eius qui paſſus eſt. l. aut facta, §. perſo-
na, ff. de pœnis. Earum autem perſonarum, per
quas ſeditio concitatur, quædam minoris ętatis ſunt, quędam
maioris: alię mares, alię fœminæ: aliæ nobiles, alię plebeij: aliæ
liberi, alię ſerui. Sic & inter perſonas, contra quas ſeditiones
exercentur, differentia eſt.

Nam quædam ſeditiones a filiis in parentes, quędam a ſer-
uis ī dominos, quędam a ſubditis in principes & magiſtratus
ſuos, quędam a ciuibus inter ſe concitantur. Ac propter di-
uerſitatem perſonarum, vtriuſque generis pœnę quoque in ſe
ditio-

Digitized by Google

ditiosos vel sæuiores vel leuiores constituuntur: De quibus deinceps iam ordine dicemus.

In primo igitur genere personarum, primum sibi locum
2 vendicant seditiones †iuuentutis, quæ ad concitandos tumultus, propter feruentiorem sanguinem, natura procliuior est: propter quod & leuissimis ex causis, turbulentis se acclamationibus accommodare solet, maxime vero contentione propter nuptias, aut alias iuuẽtutis illecebras inter iuuenes orta. Ex quibus causis magni sæpe tumultus oriuntur. Cuius rei aliqua exempla ex Græcis scriptoribus ab Aristotele referuntur. lib. 5. Pol. cap. 4. & memorabile est, quod Liuius alibi de duobus iuuenibus, vnius virginis nuptias ambientibus, narrat, cuius su
3 pra quoque meminimus. Sed & mulieres †sæpe ad seditiones commouentur vt scribit Iustinus lib. secundo, qualis fuit apud Scythas Amazonum ex factione optimatum orta, per quam cum duo Regij iuuenes, Plynos & Scholpythus, domo pulsi fuissent, ingentem iuuentutem secum traxere, & in Cappadociæ ora iuxta amnem Thermodoonta consedere. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti, tandem per insidias populorum trucidati sunt.

Horum vxores cum viderent exilio suo additam orbitatẽ arma sumpsere, & fines suos contra finitimos bella inferẽtes, defenderunt.

Et ne fœliciores aliæ alijs viderentur, viros, qui domi remãserunt, interfecerunt. Tunc pace armis quæsita, negens interiret, concubitum finitimorum ineunt: si qui mares nascebantur, interficiebantur. Virgines in eundem ipsum motem, non ocio neque lanificio, sed armis, equis, venationibus exercebãtur, inustis infantium dexterioribus mammis, ne sagittarum iactus impediretur: Vnde & Amazones dictæ sunt. Satis quidem cruenta illa, quam dixi Amazonum †mulierum seditio:
4 Sed mitior aliquanto Ro. matronarum, abrogationem legis Oppiæ petentium, quæ nulla nec authoritate, nec verecũdia, nec imperio virorum retentę, omnes vias vrbis aditusque in forum obiederunt. vt scribit T. Liuius libro quarto, de bello Macedo. & Asiat. Viros descendentes in forum, orantes, vt florente republica, crescẽte indies priuata omnium fortuna, matronis quoque pristinum ornatum reddi paterentur, sed COSS. Prætoresque, & alios Magistratus adire & rogare audebãt. Ac parum abfuit, quin ex illa muliebri seditione, virorum quoque discordia concitata fuisset, alijs videlicet negantibus abrogationem legis Oppiæ, quam mulieres petebant: aliis vt lex, queadmodum matronæ rogauerant, abrogaretur, suadentibus.

5 Erat autem lex Oppia, †quam M. Oppius & T. Romuleius Tribuni plebis, Q. Fabio & T. Sempronio COSS. in medio ardore Punici belli tulerant, ne qua mulier plus semiuncia auri haberet, neu vestimento versicolori vteretur, neu iuncto vehiculo in vrbe oppidoue, aut propius inde mille passus, nisi sacrorum publicorum causa, veheretur. Etsi autem in multis iu-
6 ris articulis minoribus, †& mulieribus, propter ætatis & sexus infirmitatem, contra iuris rigorem subuenitur. l. prima, ff. de minoribus, l. secunda, §. verba, ff. ad Senatusconsu. Vell. Tamẽ nullum est auxilium, quod in delictis in eis suffragetur. l. Auxilium, §. in delictis, ff. de minor. Infirmitas enim ætatis & sexus, non dolus & calliditas auxilium sumit. Quanquam interdum miseratio ætatis, iudicem ad mitiorem pœnam perducat. Ac de pœna seditiosæ iuuentutis, ad hunc modum veteres constituerunt. Solent quidem (inquit lex) qui vulgo se iuuenes appellant, in quibusdam ciuitatibus turbulentis se acclamationibus accommodare: qui si nihil amplius admiserint, nec ante sint a præside admoniti, fustibus cæsi dimittuntur, aut etiã spectaculum eis interdicitur. Quod si ita correpti, in iisdem deprehendantur, exilio puniendi sunt, nonnunquam capite plectendi: scilicet, cum sæpius seditiose & turbulenter se gesserint, & aliquoties apprehensi tractati clementius, in eadem temeritate propositi perseuerauerint: serui cæsi solent dominis
7 reddi. At mulieres †seditiosæ in hoc, sicut in cęteris delictis, parem cum viris pœnam habent. Quemadmodum enim mulieres in perpetrandis delictis non minus dolosæ & fraudulentæ, imo sæpe etiam callidiores sunt viris, a quibus & viri plerunque decipiuntur: Propter quod recte Sapiens. prouerb. 5. & 6. Ne intenderis (inquit) fallaciæ mulieris, quia mulier viri preciosam animam capit: Ita iustum est, vt in eodem genere delicti, par etiam pœna tam viros quam mulieres constringat.

Atque ex hac causa in delictis, pro excutienda veritate, de mulieribus per tormenta quęstio †haberi potest. l. cum conditionaliter, C. de quęstionibus. de quibus & pœnæ pro qualitate delictorum sumuntur, siue in se confessæ crimina, siue legitimis probationibus fuerint conuictę. Sic mulier, quæ intra quadraginta dies post cõceptum partum, intra quod tempus nec dum animatus est visceribus suis, post diuortium vim inferri, ne filium procreet, temporali exilio coercetur. l. Cicer. ff. de pœn.

Quæ vero accepta pecunia, post quadrasimum diem partum iam animatum sibi medicamentis abegit, lege Cornelia de Sicariis, & lege Pompeia de Parricidiis tenetur, & vltimo supplicio afficitur. Sic simili pœna plectuntur vir & mulier, qui adulterium cum incestu, furtum, aliaue similia crimina committunt. l. si adulterium cum incestu, ff. ad legem Iul. de adulte.

Atque ex his omnibus concludimus, seditiosas mulieres, pœna quoq; legis Cornelię de Sicariis, & legis Iulię de vi publica, quę in seditiosos constitutę sunt, ęque sicut viros teneri, a qua pœna eas neque ętas, neque sexus, modo sint doli capa-
9 ces, excusat. Infirmitas enim, †non calliditas mulieribus auxilium pręstat, idque non in delictis, sed in ciuilibus causis, ff. ad senatusconsul. Vellei. l. secunda. Neque enim in delictis propter fragilitatem corporis, mulieri impunitas conceditur gl. in l. nihil interest, ff. de adul. Nam etsi multis fœmina corporis incommodis obnoxia sit, tamen & maiores sępe dolores, & vulnera etiam maiora, quam vir sustinere potest.

10 Cæterum eo priuilegio gaudet pregnas †mulier l. pregnantis, vbi Barto. de pœnis. vt pœna eius, quoad pariat, ac nutrix, quę partum foueat, haberi possit, differatur: Imo ne quęstio ẽt de ea habeatur, quamdiu pręgnans est. Quanquam non mulieri, sed partui potius, qui non tantum parenti, cuius esse dicitur, sed etiam Rempublicæ nascitur, huiusmodi priuilegium conceditur, l. prima, §. si ea, ff. de ventre in possessione mittendo.

In vno eodemque genere delicti, pœnas in seditiosos pro conditione & qualitate personarum, vel sæueriores, vel leuiores constitui,

SVMMARIVM.

1 *Personarum differentia & ratio in pęnis habenda est. & nu. 6. cum declaratione, vt nu. 10.*
2 *Ordinis ecclesiastici & sæcularis gradus distincti sunt.*
3 *Pœnarum discrimina sunt, neq; omnes eadem pœna affici possunt. ita & in custodia, numero 4. exempli, probatur, nu. 5. & 12.*
7 *Crimen est tractare publice de religione.*
8 *Serui grauius puniuntur quam liberi.*
9 *Pęnę licet sint in genere suo impares, quomodo tamen æquales iudicentur.*
11 *Persona graduata ut tormentis subiiciantur quæ requirantur.*

CAP. IIII.

REcte & prudenter veterum constitutionibus sancitum est, vt pœnę pro conditione & qualitate personarum, vel grauiores, vel mitiores in vno codemque genere delicti constituantur, l. Pedius, ff. de incend. rui & naufr. vbi Barto. C. de ordi. cogn. l. tertia. Est autem ea personarum, quod ad irrogationem pœna-
1 rum attinet, †differentia: Vt eorum qui delinquunt, quidam plebeii: quidam publicis honoribus & muneribus fungantur, quidam priuatam agant vitam: quidam liberi, quidam serui: & liberorum quidam honestiore, quidam humiliori loco nati, quidam honestioris, quidã sordidioris conditionis: qdã etiã nullius dignitatis capaces sint.

Quales sunt artifices Mechanici, vt Pistores, custodes portarum, custodes pratorum, seu pascuorum, Salutarii, aliiq; alia eiusdem generis vilia ministeria exercentes. Quarum multa in constitutione Gord. Imperatoris, quę est sub titulo de exc. munerum, Decimi libri Codicis, enumerantur. l. ne quis, C. de dig. libro duodecimo, & ibi Ioan. de Pla. & l. maximarum. vbidem Ioan. de Platea. C. de excu. li. x.

2 Sed & vtriusque Ordinis Ecclesiastici & sęcularis, distincti gradus †sunt: Vt in Ecclesiastico ordine, Archiepiscopi, Episcopi, Presbyteri, Diaconi, Subdiaconi. In sęculari, principes, Comites, Barones &c. Rursus dignitatum quoque, & munerum publicorum differentia est. Quippe eorum, qui dignitate pręditi sunt, alii illustres, alii Spectabiles, alii Clarissimi, aliisq; modis alii aliis, vel superiores sunt vel inferiores.

Ac propter hanc quidem differentiam personarum, & earundem qualitatem & conditionem, delicta in vna persona grauius, in alia mitius puniuntur. l. moris, §. sed enim, ff. de pœnis. Sunt enim discrimina pœnarum, †neque omnes eadem pœna affici possunt.

Quemadmodum de Decurionibus constitutum est, vt in metal-

Digitized by Google

metallum damnati non possint,nec in opus metalli,nec furcæ subijci,vel viui exuri. Et si forte huiusmodi sententia fuerint affecti,liberandi erunt.l.si matrem,C.eo.Sic nec præses prouinciæ,puniri Decurionem permittere sibi debet,sed recipere eum in carcerem,& principi scribere de pœna eius.Sic nec q̃stio de decurione haberi debet l.penul. C. de quæstio. etiamsi munera Decurionatus deposuerit.Nam & propter pristinam, dignitatem,quæstionem non patitur. Et generaliter viri in dignitatibus constituti,vsque ad pronepotes, & eorum liberos plebeiorum pœnis & quęstionibus non subijciuntur . l.diuoff.de quæstionib.Sed & pro qualitate & conditione personarum,discrimen quoque in custodia earum seruandum est, de
4 qua re olim proconsul æstimare solebat, vtrum in carcerem recipienda esset persona,an militi tradenda,vel fideiussoribus committenda,vel etiam sibi:l.prima,ff.de custo.reorum.Nam hij fere modi sunt custodiæ personarum.

Hoc autem vel pro criminis,quod obijciebatur qualitate, vel propter honorem,aut propter amplissimas facultates,vel pro innocentia personæ,vel pro dignitate eius,qui accusabatur,facere solebat: Quo iure & hodie vtimur.Nam pro personarum dignitate,& qualitate delictorum, alij carceri mancipantur,alij militi custodiendi traduntur , alij fideiussoribus, vel sibi,id est,cautione iuratoria a se præstita , desistendo iuri & respondendo dimittuntur.

5 Sic in grauioribus delictis,†in quibus plebeij carceri intrudũtur,Illustres militi committuntur, & interim cuiusmodi delictum sit,& qualis pœna imponenda,principi suggeritur. l.si grauis,C.de dig.lib.22.Idem de decurionibus, principalibusq; ciuitatum,qui capitale crimen admiserunt,obseruatur,l.diui fratres,§.fi.ff.de pœnis,l.omnes iudices,C.de decurio. libro decimo,vt si quid admisisse videantur,propter quod relegãdi extra prouinciam in insulam sint,vincti custodiantur, & imperatori,quod quisque commiserit,scribatur.Sed nec Illustres propter crimen publicum vel priuatum , cui tamen non per procuratorem respondere liceat, coram alio iudice,quam principe,vel cui princeps cognitionem criminis demandauerit , accusari possunt.l.quoties,C.ubi Senato.vel clar.Io.de Platea in d.l.omnes iudices.C.de decur. Cæterum coram commissario principis accusati,etsi absolui quidem innocentes possunt,2demnari tamen nocentes inconsulto principe non possunt.

6 Atq; ex his vt opinor perspicuum iam fit, pœnas†pro qualitate & conditione personarum in eos quidem,qui dignitate aliqua præditi sunt remissius:in eos vero,qui loco sunt humiliori,& conditionis sordidioris,seuerius decerni.

Quod ita tamen accipiendum est, vt si dignitas crimen augeat,pœna quoque augeatur:Sin vero propter dignitatem leuius sit crimen,ipsa quoq; pœna leuior irrogetur . Sin dignitas crimen non augeat,nec minuat,qualitas pœnę spectatur, vt si corporalis sit,grauior plebeio & priuato, quam nobili atque in dignitate constituto.Sin vero pecuniaria sit, maior diuiti,quam pauperi imponatur.l.illicitas.in fi.ff.de offic.præsid. Sic quædam delicta pagano,aut nullam aut leuiorem pœnã irrogant:militi vero grauiorem vel leuiorem.l.quędam, ff.de pœnis.Nam si miles artem Ludricam fecerit , vel in seruitutẽ se venire passus est,capite punitur.

Quia vt huiusmodi delicta in persona militis,dignitate, gradu,specieque militiæ augentur:Ita pœna quoque militi,quam pagano grauior irrogatur.l.2.& l.omne,ff.de re mili. In his.n. & similibus casibus,tãto magis quisque pœna dignus est,quãto plus honoris delatum fuerit,& cui plura committũtur,plura ab eodem exiguntur.l.presbyteri,C.de epi.& cle.& ibidem
7 gloss.Sic publice tractare de Religione,crimẽ†est, quod dignitate minuitur.l.nemo,C.de sum.Tri.& fid.Cath.

Vnde & pœna in eos,qui dignitate pręditi fuerint,leuior erit: siquidem si clericus fuerit , qui de fide Christiana publice disputare ausus fuerit,a consortio clericorum remouetur.Si vero militia præditus sit,cingulo spoliabitur. Cæteri etiam huius criminis rei,siquidem liberi sint,de ciuitatibus , in quibus morantur,repelluntur,pro vigore iudiciario etiam competẽtibus supplicijs subiugandi.Si vero serui,seueriſſimis animaduersionibus plectuntur. Generaliter enim in persona seruorũ
8 obseruatur,vt grauius puniantur,†quam liberi.l.in seruorum ff.de pœnis.Nam ex quibus causis liber fustibus cæditur,ex his seruus flagellis cędi,& domino reddi iubetur:Et ex quib. causis liber fustib. cæsus,in opus publicum damnat̃, ex his seruus sub pœna vinculorũ,ad eius temporis spatium flagellis cæsus, Domino reddi iubetur,&c. Sed tamen exemplo seruorum puniuntur etiam liberi, sed plebei tamen & humiles personę.l. Capitalium,§.fi.ff.de pœn.

Nec obstat,q̃ alibi dicitur.Quos par facinus coinquinat & æquat,eos similis quoque pœna comitari debet,l. si quenquã
9 C.de epi. & cle.Nã etsi in genere suo impares sint pœnę, †quæ in clericos & Laycos,nobiles & plebeios, publicis munerib. & honorib.fungentes,& priuatos statuuntur:tamen relatione secundum proportionem facta ad personas & earum qualitates & conditiones,æquales esse indicantur.

Vt igitur in eodem genere pœnę inæqualitas est , si vna eademque pœna nobilis & plebeius afficiantur:Ita si diuersi generis pœnę,altera quidem grauior plebeio,altera vero leuior nobili inferantur,recte æqualitas esse dicetur.Bart.in l. capitalium,§.solent,ff.de pœn.gl.in c.non conguntur,41.di. & gl.in c.contumaces,50.dist.Veluti,si nobilis & plebeius in vinculis detineantur,aut tormentis subijciantur:vna quidem pœna,& in genere suo æqualis est,quæ vtrique irrogatur, sed relatione facta ad personas,inæqualis est:Quippe alteri leuis, alteri grauis.Rursus vero mulcta pecuniaria imposita diuiti & pauperi vna qdem eademque æqualis pœna est in genere suo:Sed quia diuiti leuis,at pauperi grauis est,relatione ad conditionem personarum facta,merito inæqualis esse dicetur.

10 Et hæc omnia,quæ de differentia pœnarum diximus, †vt pro conditione & qualitate personarum, vel mitius vel seuerius infligantur,ita accipienda sunt,si pœnæ pro vnicuiusque personę cõditione,qualitate,& dignitate diffinitę fuerint,Barto.in l.fi.ff.de rer.diu.nam ita certum erit,quæ pœna quam personam & dignitatem astringat. At si pœna generaliter in omnes sine personarum & dignitatum differentia concepta fuerit,omnes quoq;,nulla personarum differentię ratione habita,obligabit.

Qualis est pœna exceptorum criminum,vt lęsę maiestatis: In causa siquidem maiestatis,omnibus æqua cõditio est. l.nullus,C.ad leg.Iu.ma.l.Manichęos,C.de hęre.l.si quenquam,C. de ep.& cle.gl.in c.cum P.Mancouella.de acc. Item hæresis & Simmoniæ:nam & ipsa in omnes æquo iure stringuntur . Sic & Magi,malefici,Mathematici l.& si excepta,vbi gl.C.de male.& mat.& rei criminis falsi.Item , qui priuati carceris exercent custodiam.l.si quis decurio, C. ad legem Cornel. de falsi. qui tanquam ipsius maiest.violatores , vltimo supplicio subiungantur.His connumeramus , qui muneribus & honorib. publicis fungẽtes,in officijs suis peccasse,tum furtis se aut alijs scælcribus commaculasse,fuerint conuicti.

Nam & tales non dignitas , sed pœna omnibus tam publicis quam priuatis personis communis debet comitari.Quin & ab officijs remouentur,& quo minus ad ea ipsa redeant , inhabiles redduntur . Nam qui semel in officio male versatus fuerit,is deinceps quoque male in ipso versaturus præsumitur
11 l.1.C.de pri.carcerib.l.Iudices,C.de dig.li.12.vbi Io.de Pla.Cæterum ne in his & simillib. casib.in quib.Clerici,†milites,Doctores,alięque personæ dignitatib.prædite,cruciatib.& tormẽtis subijciuntur,iniuria aliqua dignati inferatur:Constitutum est,vt non ante ad irrogationem pœnę procedatur, q̃ qui pœna afficiendi sunt,exauthorati , & qua fruuntur dignitate,fuerint exuti.Bar.in l.11.§.exercitus,ff.de his qui no.infam.tex.in l.Iudices,C.de dig.li.12.& tex.in l.etsi excepta,C.de mal.& Ma
12 th. Atque hæc sane differentia pœnarum,†in personis quoque seditiosorum obseruanda est.

Nam & ipsi pro qualitate & conditione personarum , vel grauius vel mitius puniuntur.Sic enim habet lex.l. si quis aliquid,§.authores,ff.de pœn. Authores seditionis & tumultus, populo concitato,pro qualitate dignitatis,aut in furcam tollũtur,aut bestijs subijciuntur, aut in insulam deportantur , nisi certa in seditiosos pœna diffinita,aut propter atrocitatem criminis seditionis æqualis in omnes,nulla personarũ aut dignitatum habita ratione, fuerit constituta.

Propter personas eorum,in quos seditiones exercentur,pœnam vel grauiorem statui, vel leuiorem,

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ vel seueriores constituuntur vel mitiores propter personas eorum in quos seditiones exercentur.*
2 *Crimina plura quomodo ex vno facto nascantur.*
3 *Obedientiam dominorum suorum per seditionem relinquentes variis nominibus nuncupantur.*
4 *Rebellium differentia est.*
5 *Imperatores Romani a diuersis Pontificibus excommunicati recensentur.*
6 *Constitutio Bonifacii octaui contra persequentes Cardinales, & forma pœnitentiæ iniungendæ talibus,nu.7.*
8 *Rebelles ecclesiæ Romanæ sæpe ab imperatoribus fuerunt puniti.probatur exemplis,& nu.9.*
10 *Rebellium imperii pœna quæ sit.& nu.14.*
11 *Albertus de carpi bonis feudalibus ab imperatore Maximiliano priuatus fuit,quia amicitiam causa Gallorum rege Cæsaris inimico fecerat.*

12 Fri-

Digitized by Google

12 *Fridericus Dux Saxoniæ propter rebellionẽ electoratus dignitate & feudis quæ ab imperio habuit a Carolo quinto Imperatore priuatus eſt. & morti adiudicatus, vita demum ab eodem donatus, nu. 17.*

13 *Proditores feudis priuantur.*

15 *Lex quiſquis, C. ad leg. Iu. maie. perpenditur.*

16 *Bernardus Italiæ Rex, quia bellum aduerſus patruum ſuum Ludouicum Imp. cognomento Pium molitus fuerat, primum maie. iudicio ab imper. damnatus, deinde Aquiſgrani gladio Cæſus.*

18 *Henricus Saxoniæ Dux qua pœna mulctatus fuerit a Friderico. 1. Imperatore.*

19 *Emichon Comes de Leyningen qui per rebellionem ab Imperio defecerat, & ad hoſtem Francorum Regem transfugerat, qua pœna a Maximiliano Imperatore fuerit punitus.*

20 *Gualfagus princeps Mediolani imperio rebellis qua pœna a Frideri. 1. Impe. mulctatus fuerit.*

21 *Proditorum, & ex cauſa maieſt. damnatorum pœna quæ ſit.*

22 *Pœnę pro criminibus quo caſu non extinguantur per mortem.*

23 *Pœna rebellis tranſit ad filios. & ad filias, nu. 14. ad ſatellites, conſcios, et miniſtros, eorumque filios. 14.*

26 *Maieſtatis læſæ crimina plura ſunt.*

27 *Pœnæ in rebelles ſtatutæ quo caſu non tranſeant ad filios filiaſue, & numero 28.*

29 *Conſtitutiones pœnales extendi non debent niſi ad caſus expreſſos.*

CAP. V.

ITam & propter perſonas eorum, in quos ſeditiones exercentur, pœnæ† vel ſeueriores conſtituuntur, vel mitiores. d. l. aut facta ff. de pœn. Nam crimina, quæ in parentes, in Magiſtratus & publicas perſonas perpetrantur, ſeuerius puniuntur, quam quæ in perſonas externas & priuatas committuntur. Et ad eũdem modum grauiore pœna dignæ ſunt rebelliones, quam factiones, ideſt, ſeditiones, quæ a ſubditis in dominos, q̃ quæ a ſubditis inter ſe concitantur. Quemadmodum autem in aliis accidit, vt ex vno facto plura crimina† naſcantur, l. qui de crimine, C. de accuſ. l. ſi quis adul. cum inceſtu, ff. ad leg. Iu. de adul. vt ex eo, quod ſtuprum in ſororis filiam committitur adulterium & inceſtus naſcitur, & qui ſacratiſſimas Virgines rapuerit, ſtuprum & ſacrilegium committit. Similiter, q̃ vxorem alterius rapit, ſimul adulter eſt & raptor. l. ſi quis nõ dicã rapere. C. de epiſco. & cleri. l. vnica, C. de rap. virg. Ita & ex vno facto, quo ſubditi in dominos ſuos inſurgunt, multa crimina oriuntur, quæ & diuerſa nomina ſortiuntur. Siquidem qui dominorum ſuorum obedientiam† per ſeditionem relinquunt, interdum deficientes, interdum proditores, interdum transfugæ, interdum rebelles, interdum rei criminis læſæ maie. appellantur. Deficientes: quia ab ijs, quorum ſub Imperio ſunt, deſiſtunt, & in hoſtium numero ſe conferunt. l. amiſſione, §. qui deficiunt, ff. de cap. diminu. l. poſtliminium, §. transfuga. ff. de ca. & poſtlim. reuerſ. Proditores: quia aliud actibus præ ſe ferunt, aliud occulte in mente agitant. Rebelles: quia quorum poteſtati & Imperio ſubiecti ſunt, eis repugnant, & debitam obedientiam ſubtrahunt. ff. de re mili. l. proditores. Transfugæ: qa de terris domino ſuo ſubiectis, ad hoſtes, vel ad eos, cum quibus nulla amicitia eſt, fide ſuſcepta, transfugiunr.

Rei criminis læſæ maieſta. quia aduerſus Ro. Imperium, vel eos, qui in terris ſuis Imperij authoritatem tenent, & eorum ſecuritatem machinantur. ff. & C. ad leg. Iul. maieſt. per tot. ti. Iam vero vt rebellium† differẽtia eſt. Nam alii a ſupremis, alii ab inferioribus poteſtatibus deficiunt: Ita & pœnarum diſcrimina ſunt, quæ in rebelles conſtituuntur. Ac primum quidẽ rebellium Ro. eccleſiæ pœna eſt, vt a communione fidelium ſeparentur, omnibuſq; priuilegiis & beneficiis, q̃ a Ro. eccleſia habent, deſtituantur. A qua quidem pœna nemo, quantalibet dignitate prẽditus, & ne imperator quidem Rõ. ſi rebellis Ro. eccleſiæ extiterit, eximitur. Nam & Fridericus I.† ab Alexandro III. Philippus a Celeſtino III. & Innocẽtio III. excommunicati. Otto IIII. ab Innocentio III. primum anathemate percuſſus, deinde in pertinacia perſeuerans, in concilio Præſulum Romæ celebrato, imperiali dignitate priuatus fuit. Sic & Fridericus II. quia eccleſiæ Ro. rebellauit, ab Honorio III. primum excommunicatus, deinde imperio regniſque priuatus, & propterr contumaciam eius, omnes imperii & regnorum ſuorum ſubditi, a ſacramẽto fidelitatis abſoluti, ac poſtremo, ab Innocentio IIII. per ſententiam ab imperio depoſitus. c. ad apoſt. de re iu. lib. 6.

Sic & quidam alii imperatores, ab aliis Pontificibus Rom. propter rebellionem, eodem genere pœnæ perculſi fuerunt. Sed & qui ſanctæ Romanæ eccleſiæ Cardinales offenderint, non ſecus atque violatores eorum, qui ad latus Romani principis militant, vt criminis læſæ maieſtatis rei, puniuntur. c. fœlicis. de pœn. lib. 6. De qua re extat conſtitutio Bonifacii† Papę VIII. Si quis deinceps (inquit) in hoc ſacrilegii genus irrepſerit, & ſanctę Romanę Eccleſię Cardinalem fuerit hoſtiliter inſequutus, vel percuſſerit, aut ceperit, vel ſocius fuerit facientis, aut fieri mandauerit, vel factum ratum habuerit, aut conſiliũ dederit aut fauorem, aut poſtea receptauerit vel defenſauerit ſcienter eundem, ſicut reus criminis lęſæ Maieſta. perpetuo ſit infamis, diffidatus nihilominus & bannitus: ſit inteſtabilis, vt nec Teſtamẽti habeat liberam factionem, nec ad alicuius bona ex teſtõ, vel ab inteſtato vocetur.

Quatenus ab omni ſucceſſione repulſus, publicaque repulſa confuſus, minus inueniat ſuæ malitiæ ſucceſſorem: fiant habitationes eius deſertę Pſal. 108. & vt non ſit qui eas inhabitet dentur cuncta ipſius ędificia in ruinam, & vt perpetuæ notã infamiæ perpetua ruina teſtetur, nullo tempore reparentur: nullus ei debita reddere, nullus in iudicio reſpondere teneatur.

Quicquid etiam in bonis iuuenitur ipſius, fiſci vel reipublicæ dominio applicetur, vt ex illis nil tranſmittat ad poſteros, ſed potius eum ipſo quodammodo damnentur & ſua. Si qui vero feuda, locationes, officium, vel beneficium ſpirituale vel temporale ab aliquibus Eccleſiis obtinet, ſit eis ipſo iure priuatus: quę ſic libere ad eccleſias reuertantur, quod Eccleſiarũ rectores de ipſis pro ſua voluntate diſponant. Quod ſi quis p̃dictorum filium vel filios habeat, nepotem vel nepotes, per rectam lineam deſcẽdẽtes, beneficiatum ſeu beneficiatos quouis beneficio (etiam ſi Põtificalem adeptus, vel adepti fuerint dignitatem) ſint eis ipſo iure priuati, ſpe promotionis omnino ſublata. Nulli pręterea talium filiorum atque nepotum ex virili ſexu deſcendentium ab eiſdem, alicuius aperiatur ianua dignitatis, aut honoris Eccleſiaſtici vel mundani, ſeu ad alicuius loci regimen ſit aſcẽſus: Sit eis poſtulandi negata facultas, ſit notorie iudicatus, & quodlibet aliud officium ſeu miniſterium publicum interdictum. in iudiciis eorum aſſertio contra quẽquam, nihil fidei, nihil credulitatis iuueniat, vt ad teſtimonium prorſus reddantur indigni: Sit eis ad ordines aſcenſus inhibitus, ſit ad beneficium vel officium eccleſiaſticum denegatus acceſſus, & (vt magis famoſa ſit eorum infamia) ad actus legitimos nullus eis pateat aditus, nulla porta pandatur, eiſdẽ ſuper aliquo præmiſſorum, omni ſpe diſpẽſationis adempta.

Pręſenti nihilominus adiicimus ſanctioni, vt ex inſequutione prędicta, ſicut ex iniectione manuum violenta, ipſo facto excommunicationis ſentẽtiam quis incurrat, & tam inſecutor, q̃ alii ſupradicti, tanti mali participes, quamdiu in ſua contumacia perdurabunt, ſingulis Dominicis dieb. & feſtiuis, pulſatis campanis, & candelis accenſis, per omnes illius loci eccleſias, in quo tantum facinus fuerit tentatum, nec non ciuitatum & Diœceſum vicinarum excommunicati publice denũcientur: nec ab alio, q̃ a Ro. Pontifice, poſſint abſolutionis beneficium obtinere, niſi duntaxat in mortis articulo conſtituti.

Cum autem fuerint abſoluendi, † primo ſufficienter & idonee caueant, quod inferendę pœnę parebunt, & auxiliãte domino, pœnitentiam peragent iniũgendam: deinde per omnes illius loci Eccleſias principales, vicinorumque locorum, Dominicis diebus & ſolennibus, incedant nudi coram populo, ſęmoralia tantum habentes, & ferulas deferentes in manibus, cum quibus per eaſdem Eccleſias publice fuſtigẽtur, ituri poſt modum vltra mare, & ibidem acturi pœnitentiam per tres annos ad minus: nec exinde poſtmodum reuerſuri, abſque Sedis Apoſtolicę licentia ſpeciali.

Verum cum talis gratiam reconciliationis meruerit (beneficio abſolutionis obtento) indulgeatur ei licentia, vt ſuam & ſuorum iniuriam proſequatur, & debitorum illorum quę cõtracta fuerint, de poſtmodum acquiſitis repetitio nõ negetur.

Illud autem non duximus omittendum, quod ſi quis fuerit in prędictis nudo cõſilio aut ſimplici fauore culpabilis, iudex in talem pœnam metiatur ex culpa, vt ſm q̃ exceſſus exegerit vindicta procedat.

Cęterum, quia dignum eſt, vt nefandi ratione flagitii, vltionis ſeueritas amplius extendatur, & propter enormitatem cuiparum, plagarum modus exuberet, nec pœnis ſolitis contentetur: Statuimus, vt ad collaterales, fratres videlicet nepotes & pronepotes, talium poſſit extendere pœnas, in huiuſmodi noſtra conſtitutione contentas, circumſpectio Ro. Pontificis, prout circunſtantię rationabiles ſuadebunt.

Prędictis etiam dignum cenſuimus annectendum, vt ſi q̃ſquam aliquo prędictorum exceſſuum, quenquam de clericis vel religioſis noſtrę familię, vel Cardinalium afficere forte p̃ſumpſerint, proportionetur pœna delicto: ita, q̃ vindicta ex ęquo exceſſu reſpondente, ab offenſa noſtrorum cohibeant deiceps manus temerarię formidine vltionis, quas Dei vel noſtra, ſeu fratrum noſtrorum reuerentia non coercet. Si quis vero per ſe, vel per alium occiderit Cardinalem (quod abſit)

vel

Digitized by Google

vel dederit causam mortis, vltra quam præmissa teneant: sic in eum potestas iurisdictionis insurgat, sic rigor vltionis insiliat, & contra vitæ subsidium mortis solatium inuocet, viuens pœnæ, non culpæ: vindictæ speculum, non offensæ.

Per hoc quoque sæcularibus potestatib. non adimimus facultatem vtendi legibus contra tales, quas aduersus sacrilegos Catholici principes ædiderunt. Quis enim locus regiminis potest esse tutus, Quis rector securitate gaudebit, si Romana Ecclesia, quę omnium ecclesiarum, disponente Domino, caput est & magistra, casibus istis subijcitur? Si eius filij speciales huiusmodi periculis exponuntur? Quem ecclesiæ filium, quem fidei zelatorem, contumelia tanta non tangeret, & confusio tam aspera non moueret? Porro si filius est, dolebit, si fidelis, matre fidei læsa lædetur.

Quapropter si princeps, Senator, Consul, potestas, vel alius Dominus siue Rector, contra præsumptores prędictos præsentis constitutionis tenorem non fecerit obseruari, tam ipse quã Officiales ipsius, infra mensem, postquam res ad notitiam eorum peruenerit, eo ipso sententiam excommunicationis incurrunt.

De rebellione vero Archiepiscoporum, Episcoporum, aliarumque ecclesiasticarum personarum, & earundem pœna, alio loco a nobis dictum est. Illud etiam addendum hoc loco videtur, rebelles † Ecclesiæ Romanæ, sępe etiam ab imperatoribus Romanorũ fuisse punitos. Sic Desiderius Italiæ Rex, Romanæ ecclesiæ rebellis, a Carolo Magno Imperatore punitus fuit. Idem quoq; Carolus vt refert Platina in Leone 3. Paschalem Primicerium, & Campulum presbyterum, qui cõiuratione facta in Leonem papam Tertium, eum cęperant, ac Pontificali amictu priuatum, multisque verberibus cæsum, tã crudeliter tractarũt, vt oculis & lingua captus putaretur, capite plectendos pronunciauit sed pro quibus intercedens Pontifex sacratissimus, tantum a Carolo Rege obtinuit, vt his vita condonaretur, & in Franciam tantummodo relegarentur.

Sic Otto † Imperator primus, Romanos Ioanni papæ XIII. rebellantes, vt quem captum primum in Adriani molem, & sancti Angeli castrum vocant, perduxerant, ac mox hominẽ exulatum in Campaniam miserant, seueriſſima pœna affecit. vt scribit Naucl. lib. 2. generatio. 33. Chronogra. Nam cõsules, præfectum vrbis, ac Decarchones, hij enim rebellionis authores erant, in carcerem detrudi iussit. Consules vinctos in Germaniam deportari fecit, Decarchones equulio suspensi sunt, & præfectus vrbis, amentiæque caput, ludibrio per vrbis plateas, compitaque habitus, & interea dum traheretur flagellatus, in carcerem coniectus, inde ad cõsules in Germaniam deportatus est. Sunt tamen qui scribant, præfectum ipsum excarnificandum ipsi Pontifici traditum, abrasa barba, capillis suspensum ad caput equi Constantiniani, aliquandiu stetisse. Inde autem ablatum, asinoque super impositum, verso ad clunes vultu, & manibus sub cauda ligatis, atque ita per vrbem ductum, virgis cæsum, postea in Germaniam exulatum missũ.

Pœna rebelliũ † imperij est, vt primum deportentur, id est, banno imperiali subijciantur: nam banniti hodie deportatis æquiparantur. Bar. in l. amissione, §. deficientes, ff. de cap. dimi. ff. ad leg. Corn. de Sica. l. 1. §. fi. de re mil. l. proditores, Præp. Ale. in ti. hic finitur lex. in prin. Olim a Senatu Romano hostes imperij declarabantur, q̃ pœna eadem fuit, quæ est hodie imperialis banni. ideoque impune ab omnib. etiam priuatis & propria authoritate capi, & vt serui detineri, tum spoliari bonis, & occidi possunt.

Deinde omnia eis, q̃ ab imperio habent priuilegia, munera & honores adimuntur, omniaq; adeo in eis publica iura subuertuntur, vt nec magistratus, nec iudices maneant, nec nouo aliquo publico munere fungi possint.

Sed & terras, si quas habent, & iurisdictiones amittunt: nã & hęc ad iura publica pertinent, tum subditi eorum ab omni fidelitate absolui intelliguntur. Feudis quoque imperij priuantur vasalli rebelles, qui amicitiam fecerunt cum vasallis dominorum suorum. Glo. in l. prima, §. cum patronis, ff. de offi. præf. vrb. & in ca. 1. §. 1. quib. mod. feu. ami. & per multa alia quæ allegat Decius. cons. 544. in secunda parte tertiæ partis. Qua ratione Soc. refert Albertum † de Carpi, bonis feudalibus ab imperatore Maximiliano fuisse priuatũ, quia amicitiam cũ Gallorum rege Cæsaris inimico fecerat.

Et nuper Ioannes † Fridericus Dux Saxoniæ, propter rebellionem & electoratus dignitate, & feudis, quę ab imperio habuit, a Glorioſissimo imperato. Carolo, huius nominis Quinto, hoc eodem iure priuatus est.

Eadem pœna † in proditores constituta est: nam & ipsi feudis, propter crimen proditionis priuantur. Quia fidem dominis non seruant, propter quod & proditores appellantur. Gl. in capitulo 1. §. primo, in verbo qui fratrem. quam ad hoc no. Iac. de Belu. in ti. quib. mod. feu. ami. Alexan. consil. 136. volu. 1. Qui vero ab inferioribus potestatibus deficiunt, ea tantum iura perdunt, quæ ab his habent, quorum obedientiam relinquunt.

Vt si Rex sit Regni, si Dux Ducatus, si Comes Comitatus, si Episcopus Episcopatus, si ciuitas ciuitatis, beneficijs, priuilegijs, iurisdictionibus, muneribus, & honoribus destituuntur.

De pœna vero rebellium, † qui & iidem maiestatem læserunt, talis extat constitutio. l. quisquis, C. ad leg. iu. maiest. Quisquis, inquiunt Honorius & Arcadius imperatores, cum militibus vel priuatis, vel barbaris sceleſtam inierit factionem, aut factionis ipsius susceperit sacramentum vel dederit, de nece ẽt illustrium virorum, qui consiliis & consistorio nostro interſunt: Senatorum etiam, nam & ipsi pars corporis nostri sunt, vel cuiuslibet postremo qui nobis militat, cogitauerit, eadem enim sęueritate volũtatem sceleris, qua effectum puniri iura voluerunt, ipse quidem, vt pote maiestatis reus, gladio feriat, bonis eius omnib. fisco nostro addictis.

Sane hæc lex † duo capita habet: primum, vt rei criminis læsæ maiestat. gladio vltore puniantur. Alterum, vt eorum bona publicentur, ac fisco vendicentur. Atque huius quidem cõstitutionis pœnam, omnes semper principes in reos maiestat. exercuerunt.

Sic Bernardus † italię rex, quia bellum aduersus patruum suum Ludouicum imperatorem, cognomento Pium, molitus fuerat, primum Maiesta. iudicio ab imperatore damnatus deinde Aquisgrani gladio cęsus est. Naucl. vol. 2. gener. 28. Acetalem quidem pœnam anno superiore inuictissimus imperator Carolus, † huius nominis Quintus, in Ioannem Fridericũ, Saxonię Ducem, pronunciauit. Sed quam precibus pro eo a quibusdam Magnatib. apud se pro cõdemnato Duce interpositis, clementer remisit, vitamque Duci donauit.

Sic Fridericus imperator, † huius nominis primus vt scribit Nauc. volu. 2. genera. 40. Henricum Saxonię Ducem, nepotẽ suum, quia per rebellionem tempore, quo Alexãdriam in Italia obsederat, ab eo defecerat: primum quidem, vt ad accusationem contra se propter crimen proditionis, & læsæ maiestatis institutam responderet, ad curiam citauit. Deinde cum respondere nisi intra terras suas Dux detrectaret, imperator lege lata, vt imperatori euocare principem pro iustitia ad locũ quemcunque vellet, intra terminos imperii sui existentem liceret, & eadem lege per sententiam cõfirmata, Ducatus quos habebat Dux, omniaque bona publicauit. Ac Noricum quidem Ducatum Ottoni Palatino, de Vuittlspach: Ducatum vero Saxonię Bernardo de Anhalt contulit.

Simili pœna Maximilianus † imperator vt refert Nic. Basel. in addi. &c. Emichonem Comitem de Leyningen, quia ab imperio per rebellionem defecerat, & ad hostem Francorum regem transfugerat, afficit. primum enim maiestat. reum ipsum declarauit, deinde Banno imperiali tam ipsum quam omnia bona eius subiecit. Cuius etiam Castella, Villas, munitiones & agros, Comes Palatinus, alijq; principes, in deditionem suã ex mandato & permissione imperatoris receperunt.

Sunt & aliæ pœnæ, quas pro conditione & qualitate personarum & temporum, imperatores rebellibus irrogarunt.

Qualis est, quod idem Fridericus imperator, † post captum Mediolanum, Guolfagum principem Mediolanensem, quia imperio rebellis fuerat, ac multa in vrbe contra imperatorẽ molitus fuerat, captum triduo sub mensa ad modum canis tenuit, & multis flagellis cędi fecit.

Qui postquam multis annis in Germania in compedibus retentus fuisset, tandem ruptis compedibus euasit. Naucl. vol. 2. gener. 39 postremo illud etiam ad pœnam rebellium, proditorum, & eorũ, qui ex causa Maiest. damnati fuerint, pertinet:

Quod eorum domus † destruuntur, & solo æquantur, imagines in perpetuam eorum infamiam & opprobrium, in publico depinguntur, & si quæ statuæ ad honorem eorum erectæ, aut imagines pictæ fuerint, detrahantur & aboleantur. l. si qs id quod in princip. vbi Barto. ff. de iurisdict. om. iudic. l. eorum vbi Barto. ff. de pœnis, Iaſ. Inſt. de actio §. pœn. nu. 15.

Etsi autem generaliter in persona eorum, qui crimina perpetrarunt, si vita functi fuerint, cum morte eorum simul etiã & crimina † & pœnæ extinguantur. Tamen repetuudarum, & Maiestatis iudicia etiam mortuis reis, cum quib. nihil actũ est, exercentur, vt bona eorum fisco vendicentur. Vnde & ex quo quis tale crimen contraxit, neque ex bonis suis alienare, aut manu mittere, nec iure ei debitor soluere potest.

Quin & memoria eius, qui crimen læsę Maiestatis, siue diuinæ, siue humanę cõmisit, dãnati potest, vt sępe constitutũ est.

Iam & propter atrocitatẽ huius criminis pœna † non solũ tuos tenet authores, sed etiã in filios eorũ redundat.

Quod eorundẽ principũ constitutione his verbis expressum est. Filii vero eius, quibus vitã imperatoria specialiter lenitate concedimus, paterno enim deberent perire supplicio, in q

bus

bus paterni, hoc est, hæreditarij criminis exempla metuũtur) a materna vel auita omnium etiam proximorum hæreditate ac successione habeantur alieni. Testamentis extraneorũ nihil capiant: sint perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitatur, ad nullos prorsus honores, ad nulla sacramenta perueniãt. Sint postremo tales, vt his perpetua egestate sordentibus, sit & mors solatium, & vita supplicium Denique iubemus etiam eos notabiles esse sine venia, qui pro talibus vnquam apud nos interuenire tentauerint. Sed nec fi-
84 liæ †a pœna paterni criminis sunt immunes, quãquam minor in eas, quam in filios pœna constituitur, vt eadem lex his verbis declarat. Ad filias sane eorum, qui quolibet numero fuerint, Falcidiam tantum ex bonis matris, siue testata, siue intestata decesserit, volumus peruenire, vt habeãt mediocrem potius filiæ alimoniam, quam integrum emolumentum, ac nomen hæredis: Mitior enim circa eas debet esse sententia, quas pro infirmitate sexus, minus ausuras esse confidimus, dicta. l. qui isquis, §. ad filias, C. ad legem Iuliam, maiestatis.

Eadem pœna, qua parentes rei læsæ maiestatis, & eorum fi
25 lij plectuntur: Satellites† quoque conscij ac ministri, filiiq; eorum tenentur, vt eadem constitutione cautum est.

Cœterum conscios accipimus, parentes & dominos, filios & seruos, qui crimen læsæ maiestatis, quod vel perpetratum est, vel perpetrandum erat, sciuerunt. Sed quod tamen illi, cũ propter patriam & Dominicam potestatem possent, non prohibuerunt: hij vero, cum sub Imperio eius essent, in quem crimen commissum est, non reuelarunt: Sed nec tamen reuelare tenentur subiecti, nisi crimen, quod perpetratum, vel perpetrandum esse sciunt, probare possint. Qui enim solum audit & non reuelat, immunis est a delicto: nec ꝙ ostendi non põt, iudicum animos commouere debet. Sali. in dicta, l. quisquis, §. id quidem, C. ad legem Iuliam. maiestatis, l. vtrum vbi Bart. & Hyp. de Marsi. ff. ad leg. Pomp. de Parricid. l. nostris, C. de calumniatorib.

26 Cœterum cum plura sint genera† criminis læsæ maiestatis: Vnum, quod in principem, aut in eos, qui ad latus principis militant, committitur. Alterum, quod in Rempublicam Romanorum perpetratur. Tertium, quod in eos admittitur, qui superiorem non recognoscunt. Ad primum tantum genus referenda est pœna, quam in reos criminis læsæ maiestatis, & eorum filios & filias, lege Honorij & Arcadij constituram esse
27 ostendimus. Ac proinde qui Rempublicam † Romanorum lædunt, non personam principis, vt quorum opera, dolo malo consilium initum fuerit, quo armati homines cum telis lapidibusue in vrbe sint, conueniantue aduersus rempublicam, locaue occupentur, vel templa: quoue cœtus conuentusue fiat, hominesue ad seditionem conuocentur: quorumue opera, dolo malo consilium initum fuerit, quo quis Magistratus populi Romani, quiue Imperium potestatemue habeat, occidatur.

Quoue quis contra rempublicam arma ferat, aliaque eiusdem generis in rempublicam, non in personam principis aut Consiliarum eius, machinatus fuerit: etsi crimen læsæ maiestatis committant, & ob id capite plectantur, tamen ob paternum crimen, hoc casu neque filij, neque filiæ puniuntur. l. 1. 2. & tertia, ff. ad legem Iul. maiest.

Similiter qui patriam† oppugnant vel produnt, quique crimen læsæ maiestatis committunt aduersus inferiores potestates, etiam nullum superiorem recognoscentes, puniri quidem ipsi capite possunt: At eorum filij filiæque, paterni criminis pœnam minime sustinebunt. l. fallaciter, C. de abol. not. in l. hostes, ff. de cap. & postlimin. reuers.

Nam qui non recognoscunt superiorem, siue de facto, siue ex prescriptione tanti temporis, cuius initij non est memoria hominum, siue ex priuilegio principis. Et si principis loco in terris suis habeantur, tamen non sunt princeps: quia aliud est, esse principem, aliud haberi loco principis. l. mercis. ff. de ver. significa. Barto. in l. prima, ff. de suis & legit. & in l. si is qui pro emptore, ff. de vsuca.

Ideoque constitutio, †quę in personam principis, & eorum qui ad latus eius militant, concepta est, locum non habet in eo, qui proprie non est princeps, sed principis loco habetur: Maxime, quia odia restringi conuenit, & in pœnis benignior interpretatio facienda est, l. tertia, §. hæc verba, ff. de nego. gest. Barto. in l. omnes populi, ff. de iust. & iur. quæst. 4. princip. Nec constitutiones pœnales extendi debent, nisi ad casus expressos etiamsi casus non expressi ex Identitate rationis contineri videantur.

De Authoribus seditionum, & eorum pœnis,

SVMMARIVM.

1 *Principes et authores delicti grauius puniuntur, quam adhærentes, auxiliatores, socii, et magistri.*
2 *Seditionum authores dupliciter peccant, et grauissime, nu. 4.*
3 *Iudicium pœnale datur in eum qui seruo persuasisse quid dicetur quo deteriorem eum faceret.*
5 *Delinquens grauius iustum est vt seuerius puniatur.*
6 *Pœna consistere debet vnde culpa est orta.*
7 *Pœna vbi semel constituta est, nullam moram eiusdem executio recipit.*
8 *Leges extantes de pœna authorum seditionum.*
9 *Seditionum authores tenentur & ciuiliter De omnibus damnis & iniuriis.*

CAP. VI.

1 ILlud quoque generaliter constitutum est, grauius puniri authores† & principes delicti, quam eorum adhærentes, auxiliatores, socios, atque magistros. l. in hoc iudicio, ff. de seru. corrup. Vnde non immerito in authores quoque & principes seditionum, quam in multitudinem ab eis deceptam, seueriorem pœnam veteres constituerunt. Siquidem grauius delinquunt, qui non ipsi tantum delictum perpetrant, sed etiam alios ad delinquendum hortantur, & ad aliquid improbe faciendum, vel cogitandum sollicitant. Ita enim duplici nomi-
2 ne peccãt, †& quia delinquunt ipsi, & quia Authores sunt, vt ali quoque delinquant: quos vel malos cum boni sint, vel cũ sint mali, deteriores reddunt.

Qua ratione in eum, qui seruo persuasisse quid dicetur, quo
3 deteriorem eum faceret, pœnale iudicium† datur. l. prima, & 2. ff. de ser. cor. Veluti, si quis seruo persuadeat, vt iniuriam faciat, vel errori, vel malis artibus deditus sit, vel seditiosus, vel amator, vel vt rationes Dominicas intercidat, vel adulteret, vel vt rationes sibi commissas turbet, vel si luxuriosum eum vel contumacem faciat, &c.

Nam in eum, qui his aliisue similibus modis seruum corruperit, quanti ea res erit, in duplum actio datur.

Ac tanto grauius etiam delinquunt seditionum Authores,
4 †quia non vnum aut alterum deteriorem faciunt, sed totam multitudinem, imo sępe magnas prouincias, & ampliſſima regna corrumpunt. Quod facile intelligent, qui veterum historias legent, maxime, quæ de Hæresiarchis prodita sunt, quarum non paucæ a nobis in iis libris, quos de hæreticis scripsimus, relatæ sunt. Quin & nostris temporibus videmus, quæ multitudines, imo quæ prouinciæ & regna, a quibusdam Hæresiarchis corrupta sint. Quod & omnis generis immanissima crimina, vt blasphemię in Deum & sanctos eius, sacrilegia raptus sacrarum Virginum, illicita coniugia, rapinę, incendia Templorum & Monasteriorum deuastationes, Episcoporũ, aliorumque ministrorum ecclesiæ, proscriptiones & exilia: ecclesiasticorum iudiciorum in prophanas personas translationes, legum tam diuinarum quam humanarum contemptus & abrogationes, & innumera alia eiusdem generis teterrima monstra, quę authoribus Hęresiarchis nata sunt, liquido te-
5 stantur. Qui igitur grauius delinquunt, †iustum est, vt seuerius etiam puniantur. Quod & veteres fideliter obseruarunt, qui non solum grauius in seditionum Authores, quam deceptam multitudinem animaduerrunt: sed sępe etiam pœna de principibus seditionum sumpta, multitudini pepercerunt, aut saltem de sęueritate aliquid remiserunt.

Nimirum scientes, nunquam ad contumaciam pari cõsensu multitudinem prorumpere, sed incitari a paucis, qui vitiorum scęlerumq; impunitate sperant peccare cum plurimis.

Quod si fieri medicinam necessitas extrema persuaserit, rectius est more maiorum (vt alibi inquit Vegetius libro tertio, capitulo quarto,) in Authores criminum vindicari, vt ad omnes metus, ad paucos pœna perueniat. Sic ob falso nunciatam militi Scipionis mortem, aliasque non nullas ob causas orta seditione in Hispania vt refert Tit. Liuius libro octauo, secundi belli Punici. cum denuo repressa seditio fuisset, de eo consilium haberi cœptum est, Vtrum in Authores seditionis tantum animaduerteretur, an plurium supplicio vindicanda seditio esset: Ac vicit sententia lenior, vt vnde culpa esset or-
6 ta, ibi pœna† consisteret: ad multitudinem satis esse castigationem. Quod & Imperator deinde vinctis seditionũ authoribus, ac oratione sane quã eleganti & efficaci ad milites habita, eam ipsam his verbis concludit. Itaque (inquit) quod aduersus vos vniuersos attinet, si erroris pœnitet, satis superque pœnarum habeo. Albius Calenus, & Actius Vmbrius, & cęteri nefarię seditionis authores, sanguine luent quod admiserunt.

Digitized by Google

runt,vobis ſupplicij eorum ſpectaculum non modo acerbũ, ſed lætum etiam,ſi ſana mens redijt,debet eſſe:de nullis enim quam de vobis infeſtius aut inimicius conſuluerunt.

Atque eodem ſane conſilio erga Hæreſiarchas quoq; vtẽ dum eſſe,Beatus Hieronymus exiſtimat.In Amos Prophet.c. 9.Ideo enim,inquit,Magiſtri hæreticorum percutiuntur,vt ſa lui fiant diſcipuli:nimirum innuens,authoribus & inuentoribus hæreſum nouarum,& veterum reſuſcitatoribus punitis, facile deceptorum multitudinem reuerti: De quo & in libris noſtrjs de hæreticis a nobis dictum eſt.

Iam & illud ad ſeueritatem pœnæ authorum pertinet, ꝙ
7 vbi ſemel pœna †conſtituta eſt,nullam moram eiuſdem exc-quutio recipit.Vnde conſtitutiones(inquit lex l.conſtitution. ff.de appel.)quæ de recipiendis nec ne appellationibus loquũ tur,vt nihil noui fiat,locum non habent in eorum perſonas, quos damnatos ſtatim damnari publice intereſt:vt ſunt latro nes vel ſeditionum concitatores,vel Duces factionum.

8 Cęterum de pœna authorum ſeditionum,hæ fere leges †ex tant.Qui author ſeditionis fuerit,lege Cornelia de Sicariis te netur.l.3.§.item qui author,ff.ad legem Corn. de Sicar. Item, Authores ſeditionis & tumultus,populo concitato,pro quali tate dignitatis, aut in furcam tolluntur, aut beſtijs ſubijciun-tur, aut in inſulam deportantur.l.ſi quis aliquid,§.auth. ff.de pœnis.

9 Sed & ciuiliter tenentur ſeditionum authores †de omnib. damnis & iniurijs,quæ quibuſcunque modis in ipſa ſeditione ſiue per ſingulos,ſiue per ipſam multitudinem datę ſunt. Nã huiuſmodi circunſtantiæ delictum aggrauant in perſona prĩ cipalium,non ſectatorum. Singuli vero quique id tantum ꝙ ipſi peccarunt,præſtare tenentur.Bart.in L.quoniam,C.ad leg. Iul.de vi pub.

Propter locum & tempus, in ſeditioſos vel grauius vel leuius animaduerti,

SVMMARIVM.

1 *Locus & tempus faciunt vt quod delictum non eſt fiat delictum, aut quod delictum eſt vel ſeueriore vel mitiore pęna luendum ſit.*
2 *Negotiationes in templis illicitæ ſunt.*
3 *Furtum ratione loci fit ſacrilegium.*
4 *Iniuria æſtimatur leuis vel atrox ex loco.*
5 *Deſertor grauius & mitius punitur reſpectu loci.*
6 *Tempus auget & minuit delictum.*
7 *Emanſor & Deſertor qui dicantur,& quæ ſit eorum pęna.*
8 *Occidens adulterum nocturnum mitius punitur quam qui diurnum occidit.*
9 *Seditio quæ in loco ſacro concitatur atrocior eſt, quam quæ in prophano.*
10 *Seditio mota tempore quo bellũ cum externis geritur veriori pęna digna eſt,quam quæ tempore pacis.*

CAP. VII.

1 IAm etiam locus & tempus faciunt,†vt quod delictum non eſt, fiat delictũ: aut quod delictum eſt,vel ſeueriore, vel mitiore pœna luendum ſit.

Ita negociationes,contractus,& commertia hominum, non ſolum illicita non ſunt, ſed etiam ita in Republica neceſſaria, vt ſine ijs ne ſocietas quidem hominum conſiſtere poſſit:
2 & tamen ſi hæc ipſa in locis ſacris exerceantur, †adeo illicita ſunt,vt grauibus etiam pœnis,qui in hoc genere delinquunt, afficiantur.Nam & Chriſtus,Dominus & Saluator noſter Io an.2.flagello de funiculis facto, de templo eiecit vendentes, oues & boues,& columbas: & numulariorum effudit æs, & menſas ſubuertit:& his qui columbas vendebant,dixit. Auferte iſta hinc,& nolite facere domum patris mei, domum negociationis.

3 Sic contrectatio† rei alienę fraudulosa, delictum quidem eſt,nempe furtum.Inſt.de oblig.quæ ex delicto naſc.§. 1. capi. ſi quis,17.q.4.Sed quod grauius fit,ſi ſacrum de ſacro, vel non ſacrum de ſacro,ablatum fuerit. Nam huiuſmodi delictum, propter locum ſacrum,non ſolum furtum, ſed etiam ſacrilegium eſſe dicetur.

4 Sic iniuriam †ex loco æſtimamus vel leuem, vel atrocem: Veluti,ſi cui in theatro,vel in foro, vel in conſpectu prætoris
5 facta ſit.Inſt.de iniur.§.Atrox.Sic deſertor,†ſi in vrbe inueniatur,capite puniri ſolet:alibi apprehenſus, ex prima deſertione reſtitui poteſt.l.non omnes,§.deſertor,ff.de re mil.Sic grauius punitur delictum,quod in ciuitate, quam quod in rure fuerit perpetratum.Bald.in l.cum ancillis, C.de inceſt. nup. Similiter propter tempus,delictum †augetur & minuitur.Quemad-
6 modum grauius eſt furtum nocturnum,quam diurnum Glo. in l.ſi ut allegas,C.ad legem Corn.de Sicar.Et atrociores ſunt effractores nocturni,quam diurni.Ideoque hij fuſtibus cęſi,in metallum damnari ſolent: Diurni vero poſt fuſtium caſtigationem, in opus perpetuum vel temporarium dantur.l. 2.ff. de effracto.Sic qui diu vagatus,ad caſtra reuertitur, emanſor
7 †dicitur,& deſertor,qui per prolixum tempus euagatus,reducitur. Quorum vtique pœna propter tempus grauior eſt, quam eius,qui euagatus mox redijt:Imo & emanſores & deſertores,pro numero temporis vel grauius,vel leuius puniuntur,l.tertia,§.Emanſ.& §.deſertor,ff.de re milita.

8 Sic mitius propter tempus punitur,qui adulterum †noctur no tempore deprehenſum occidit,quam qui diurno. l. Gracchus,C.ad l.Iul.de adul. Ad eundem modum in ſeditioſos pp locũ & tps,vel grauius vel leuius cõſtituit ſic atrocior eſt ſedi
9 tio,†quæ in loco ſacro,quam quæ in prophano concitatur,l. denunciamus,C.de his qui ad eccleſ.confug. Nam qui in ſacroſanctis eccleſijs,aliiſque venerabilibus locis, in quibus cũ pace & quiete vota competit celebrari,ſeditionem mouerint, aut conclamationibus vſus fuerit,tumultum mouerit,aut impetu commiſerit, aut conuenticulã collecta multitudine collegerit,aut celebrare conatus fuerit,vltimo ſupplicio ſubiacebit,vt Martianus imperator conſtituit.

Sic non ſolum periculoſior, ſed etiam maiore pœna di-
10 gnior eſt ſeditio,†quæ eo tempore concitatur,quo foris bellis infeſtamur, quam quo pacem cum externis habemus. Nam & facilius vincuntur, qui inter ſe diuiſi ſunt & diſſentientes, quam qui coniuncti & concordantes:Et facilius euelluntur pili caudæ æquinæ ſinguli & paulatim,quam omnes vi & impetu vt ſcribit Plutarchus in vita Sertorii. Et idem Chriſtus Saluator noſter admonet.Omne,inquit Matth. 12.regnum in ſe diuiſum,deſolabitur.Et ſupra quoque ex hiſtoriis demonſtrauimus,tum maxime apud omnes ſemp nocuiſſe externa bella,q̃ in diſſentientes inter ſe ciues,& ciuili diſcordia laborãtes, intentata fuerunt.

Propter euentum, ſeditionem grauius, vel mitius puniri,

SVMMARIVM.

1 *Euentus ſpectatur vt delictum vel durius vel remiſſius puniatur, qui ex propoſito æſtimandus eſt.*
2 *Matronam qui non matronali habitu,ſed veſte meretricia indut am appellauerit,aut comitem ei abduxerit,iniuriarum non tenetur,quia non matronam ſed meretricem ſe appellare putauit.*
3 *Occidens quando teneatur de homicidio citra eius animum ſequuto.*
4 *Ignem in vnum domum immittens tenetur de omni incendio ſequuto licet præter eius intentionem.*
5 *Poculum abortionis aut amatorium dans,& ſi dolo non facit, tamen ſi ex ea ſequatur mors,ſummo ſuplicio afficitur.*
6 *Euentus in crimine ſeditionis ſpectatur.*

CA VIII.

1 EVentus †quoque ſpectatur vt delictum vel durius,vel remiſſius puniatur. Eſt autem Euentus malus, ex propoſito & voluntate delinquentis æſtimandus,vt ſi earum rerum ſit,quæ nobis vel licitæ rei operam dantibus, vel ſaltem nihil male agentibus, nec agere volentibus accidunt:minime nobis,quod male euenit,imputetur.Recte enim cum Canone dicere poſſumus. ca. de occidend.23.quæſtio.5.Abſit, vt ea quæ propter bonum ac licitum facimus aut habemus, ſi aliquid hoc præter noſtram voluntatem cuique mali acciderit,nobis imputetur,qua ſane
2 ratione,qui Matronam †non matronali habitu, ſed meretricia veſte indutam,appellauerit,aut comitẽ ei abduxerit, iniuriarum non tenetur:quia non matronam, ſed meretricem ſe appellare putauit.

Sin vero earum rerum ſit,quæ illicitæ rei operam nobis dãtibus,etiam ſi præter voluntatem & propoſitum noſtrum accidunt:merito quod male & ſecus etiam quam voluimus accidit,nobis imputandum erit. Sic qui aurum ſurripuit, qui æs ſurripere ſe putabat,eius quod ſurripuit, furtum committit.l. vulgaris, §.ſi quis æs, ff.de furtis, & qui rem ſacram furto ſubtraxit, quam prophanam eſſe putabat, vt ſacrilegus punietur.

Sic

Digitized by Google

5 Sic rem alienam inuadēs, †vt de possessione dominum eijciat, si quis forte vel ex possidentis parte, vel eius qui possessionem temere tentauerit, interemptus sit, etsi occidendi animū non habuerit, qui de possessione per vim occupāda sollicitus fuit: quia tamen illicitæ rei operam dedit, propter perpetratū homicidium vltimo supplicio afficietur. l. quoniam multa, C. ad leg. Iul. de vi pub.

4 Simili modo qui in vnam domum ignem †immiserit dicit. l. j. §. incend. ff. de incen. rui. & nauf. eoque incendio alię quoq; domus combustæ, aut ex adiacentibus domibus, quid raptū fuerit: & si vnam tantum domum comburere voluit qui incendium fecit, tamen aliarum quoque nomine iudicium in ipsum dabitur.

5 Sic qui abortionis aut amatorium poculum †dant, etsi dolo non faciunt, tamen si ex eo mulier aut homo perierit, summo supplicio afficiuntur. l. si quis aliquid, §. Si vero euentus delinquentis animo & voluntati respondeat, quanto peior erit euentus, tanto atrocior quoque pęna in delinquentem statuēda erit. Imo sępe etiam qui effectu scęleris potiri non possunt, propter solam voluntatem puniuntur. l. prima, ff. de extraord. cri. vbi Bar. Docto. in l. si quis ne dicam, C. de epi. & cler. l. j. §. diuus, ff. ad leg. Cor. de Sic. & l. diuus. vbi Bar. ff. eo. tit.

6 Et ad eundē sane modum in crimine seditionis euētus †spectatur, vt de eo etiam teneantur seditiosi, maxime seditiosorū authores, quod male euenit: Etiamsi ab alijs peccatum fuerit, ac peius etiam quam voluerint acciderit, tamen quanto euentus fuerit magis noxius, tanto in delinquētē seuerius animaduertatur: Quin etiam in crimine rebellionis & læsæ maiestat. eadem seueritate voluntas, qua effectus, punitur. l. quisquis, C. ad leg. Iul. Maiest.

De pœna multitudinis seditiosorum,

SVMMARIVM.

1 *Seditiosorum multitudo duplicis generis est.*
2 *Collegia illicita reprobātur.*
3 *Populus non desinit esse populus, licet aliqui ex ipso decedant.*
4 *Vniuersitatis gesta triplicia sunt.*
5 *Vniuersitas repręsentantur per regentes & consiliarios.*
6 *Vniuersitas delinquit committendo et omittendo. et quomodo. num. 7*
8 *Vniuersitas ob crimen seditionis siue committendo, siue omittendo perpetratum ciuiliter, et criminaliter puniri potest.*
9 *Vniuersitas quæ hæreses amplectitur, earumque authores, vel sectatores fouet et defendit nedum humano, sed et diuino iure seuerissime plectitur. ratio. nu. 10.*
11 *Ciuitates Romanam ecclesiam tam in capite, quam in membris turbantes qualiter puniantur, et quæ amittant. nu. 2.*
13 *Homines ciuitatis propter rebellionem condemnatæ ciuitatem amittunt.*
14 *Carthago aratrum passa est, et simili pœnæ Brixiam subiiciendam pronunciauit Henricus Imperator, et id ciuitatibus multis accidit. quæ propter rebellionem incendio punitæ sunt. nu. 15.*
16 *Res particulares licet sint priuatorum, tamen ciuitas vniuersaliter considerata est principis, sicut et publica palatia.*
17 *Communitas et ciuitas rebellis subiicitur banno imperiali.*
18 *Multitudinis delictum singulos tenet; declara vt nu. 19.*
20 *Reipublicæ interest ne delicta remaneāt impunita, et ita in facinorosos animaduertatur, vt pęna prosit magis quam obsit delinquentibus.*
21 *Alexander Seuerus integras legiones exauthorauit.*
22 *Legiones decimatæ vnde dictæ.*
23 *Peccatum a populo seu a turba commissum inultum transire solet.*
24 *Seueritas dormire non debet vbi male factum a multitudine quasi exauthoritate defenditur.*

CAP. IX.

HActenus de pœnis singularum personarum, & circunstantijs, crimen seditionis aggrauantibus, dictum est: Supereſt, vt de pęna
1 multitudinis seditiosorum dicamus. Multitudo †seditiosorum duplicis generis est: Quædam a præsidente, Regentibus, & legitimis magistratibus regitur, & hæc vniuersitas siue communitas dicitur, vt ciuitas, exercitus, &c. Regentes vniuersitatis, interdum procuratores, interdum patres, interdum curatores appellantur: C. de decur. lib. 10. l. qui conditioni. vbi Io. de Pla. C. de his qui spon. mu. susc.

Quædam confusa turba est, quæ non habet præsidem, vel magistratus legitimos, & hæc proprie multitudo vocat. Nec interest siue ex ipso corpore communitatis eligātur, siue aliūde aduocentur regentes: nam & alienigenis munera publica demandari possunt, vt supra demonstratum est.

2 Sunt & congregationes †quædam hominum, q̄ & ipsæ Regentes & magistratus sibi præficiunt, sed quæ tamen ius vniuersitatis non habent: Cuiusmodi sunt, conuenticula hæreticorum, Monopolarum, aliaque illicita collegia. Etsi autem vniuersitas nihil aliud est, quam homines ipsi, ex quibus corpus communitatis constat: tamen fictione iuris vniuersitas vice personæ fungitur, quæ aliud est, quam homines vniuersitatis, l. mortuo, ff. de fideiuss.

Siquidem de populo non modo vno aut altero, sed omnibus etiam decedentibus, nihilominus idem manet populus.
3 †Sicut idem iudicium manet, si vnus aut alter, vel etiam oēs iudices fuerint mutati. l. proponebatur, ff. de iud. Et Legionē eandem haberi dicimus, ex qua multi decesserunt, quorum in locum alij subiecti sunt. Itemque nauem, si adeo refecta esset, vt nulla tabula eadem permaneret, quæ non noua fuisset, nihilominus eandem existimari dicemus. Alioqui, si quis putaret partibus commutatis aliam rem fieri, foret, vt eius ratione nos ipsi nō ijdem essemus, qui ad hinc anno fuissemus: propterea, quod, vt Philosophi dicerent, ex quibus particulis, minimis consisteremus, hæ quotidie ex nostro corpore decederent, aliæque extrinsecus in earum locum succederent. Qua propter cuius rei species eadem consisteret, rem quoq; eandē esse existimari oportet. Itaque idem hodie populus est, eadem ciuitas, eadem vniuersitas, quæ ab hinc cētum annis fuerunt, etiamsi intra tantum tempus homines, ex quibus ipsa cōmunitas & societas hominum consistit, sæpe decesserint, alijque in eorum locum accesserint. Idcirco vniuersitas personam repræsentat, quæ non est homines singuli, vt quæ partibus commutatis, ipsa tñ eadem semper manere existimatur.

4 Porro eorum, quæ ab vniuersitate geruntur, †quædam a rectoribus & maioribus iudicibus vniuersitatum, quędam a populo, quædam a consilio populi explicantur: ff. de regul. iuris. l. aliud, §. refertur. vbi no. Sed nec rata sunt, quæ a populo, vel consilio populi geruntur, nisi quę toto populo, aut consiliarijs populi, authoritate potestatis, vel alterius magistratus, vel sono tubæ, vel pullata campana, vel voce præconis, solēniter ad locum publicum conuocatis, ac duabus, vt minimum, partibus conuenientibus, a maiore parte earum decreta fuerint atque ordinata. l. nominationum. C. de decur. libro decimo, l. nulli, ff. quod cuiusq; vni. no. vbi Doct.

Adeo autem per Regentes & consiliarios repręsentatur vni
5 uersitas, †vt quæ ab ipsis gesta fuerint, ea ab ipsa vniuersitate gesta esse intelligantur. Glo. in rub. vbi no. C. quę sit long. consue. Felinus in c. dilectus. de Simonia. Sic & quod maior pars populi fecit, tota vniuersitas fecisse videtur. l. quod maior, ff. ad munici. l. metum, §. animaduertendum, ff. quod me. caus. Iam
6 & delinquere potest vniuersitas, †quia & dolum committere potest. Idque dupliciter: Committendo & Omittendo. Committendo delinquit vniuersitas: quoniam & Regentes vel consiliarii vniuersitatis officia sua inique administrant. Veluti si iniustas leges ferant, iustas abrogent, publica munera & honores innqualiter inter ciues distribuant, vel iniustis eos exactionibus onerent, aut si populus hęc ipsa, aut maior pars populi communicato consilio perpetret.

Omittendo, vt si ea negligant prędidentes & consiliarii, quę ad iustam Reipublicæ administrationem, tum ad publicam pacem & tranquillitatem, & ciuium salutem pertinent. Veluti si a malis & seditiosis hominib. ciuitatem vel prouinciam non purgent. Hier. 21. si in facinorosos homines non animaduertant: Esa. 1. si ui oppressos, de manu calumniantium non eruant: si causam viduarum & pupillorū, non iudicent, Hie. 5. &c. Item si populus ipse Magistratum male in officio suo versantem, nō reprehēdat, nec in iustis eius factis contradicat. Et in hoc genere vniuersitas etiam nullo communicato consilio delinquit, si delictū causam successiuā habeat: nā tunc cōmunitas tenetur, etiāsi nullū consiliū prędesserit, vt in rebellione &c. Iason. qui ad hoc allegat multa in consilio 139. quartę partis.

Atque ex his omnibus, vt opinor, satis intelligimus, quibus modis vniuersitas delinquat: Reliquum est, vt de pœnis eius dicamus, ac de pœnis communitatum, quæ hęreticorū doctrinā amplectuntur, aut eorum uel personas uel doctrinas fouent, & schismatū eorū se participes faciunt, satis superq; a nobis in libris de hęreticis & schismaticis dictum est.

Hoc loco de pœnis cōmunitatū, prophanas seditiones concitantiū & exercētiū, agemus, ac rē omnē, quo clarius cognosci possit, in breues aliquot conclusiones contrahemus. Prima
8 conclusio. Cōmunitas †siue uniuersitas ob crimen seditionis, siue cōmittendo siue omittendo perpetratū, ciuiliter & criminaliter puniri potest. l. metū, §. animaduertendū, ff. q̄ met. cā. Ciuiliter, vt si ęsis ad resarcienda & emendanda damna condemnetur.

Criminaliter, ut si solo adęquetur ciuitas, aut Imperiali Bāno subiiciatur. l. si usufr. ff. q̄b. mod. usuf. amit. l. nulla communitas, C. de episcop. & cler. Secunda conclusio. Communitas

†quę

Digitized by Google

quę Deo rebellis eſt, vt quæ hęreſes amplectitur earumque au
thores vel ſectatores fouet & defendit, præter eas pœnas, quę
iure tam Canonico quam ciuili in hæreticos conſtitutæ ſunt,
etiam diuino iure ſeueriſſime plectuntur. Sic enim habet lex
diuina. Deut. 13. & c. ſi audieris. 23. q. v. Si audieris in vna ex ci
uitatibus, quas Dominus Deus tuus dabit tibi, inhabitare illic
dicentes. Eamus & ſeruiamus diis alienis, quos deos non no-
ſti: interficiens necabis omnes, qui ſunt in ciuitate cędegladij
& incendes ciuitatem igni, & erit ſine habitaculo in æternũ,
non reædificabitur etiam nunc, ut auertatur Deus ab indi-
gnatione iræ ſuæ: & dabit tibi miſericordiam, & miſerebitur
tibi, & multiplicabit te, ſi audieris vocem Domini Dei tui, &
obſeruaueris præcepta eius. Hæc lex† vt olim Iudæos in veteri
10 Teſtamento obligauit: ita non minus hodie Chriſtianos Euã
gelica lege promulgata conſtringit. Quod ſi enim aduentum
Chriſti circa Deum colendum, & Idola ſpernenda, hæc præce
pta ſeruata ſunt: quanto magis poſt aduentum Chriſtri ſeruã
da ſunt, quando ille veniens, non tantum verbis nos horta-
tus eſt, ſed etiam factis? De qua re latius in libris de hæreticis
11 ſcripſimus. Tertia concluſio. Communitates† & ciuitates, quę
Rom. Eccleſię, & qui huic præeſt Rom. Pontifici, rebelles fue-
rint, vt quæ authoritatem eius imminuerint, iudicia contẽ-
pſerint, ac reuerentiam & honorem ei debitum ſubtraxerint:
Quæ item perſonam ipſius, vel etiam Reuerendiſſimorum
dominorum Cardinalium, hoſtiliter inſequutæ fuerint, aut
contumelijs alijſue iniurijs affecerint: primum Pontificia di-
gnitate hoc ipſo priuatæ erunt, deinde Eccleſiaſtico interdi-
cto ſubiacebunt c. Fœlicis de pœnis. li. 6. no. in c. Romana. §. in
vniuerſ. de ſent. excommu. lib. 6. De qua re latius in libris de
12 hęreticis ſcripſimus. Quarta concluſio. Communitates † & ci
uitates Rom. Eccleſiæ aut imperio Romano, & qui his præ-
ſunt, Rom. Pontifici & imperatori Romanorum, rebelles: vt
dicit Bar. in extrauag. qui ſint rebelles in verbo rebellãdo pri-
mum omnia quæ iuris ciuilis ſunt, amittũt, vt iuriſdictiones,
priuilegia dignitates, Magiſtratus, &c. Ac ꝓpterea priuilegia
quoquæ vniuerſitatum ſtudiorum generalium, amittunt ciui
tates, quæ propter rebellionem fuerint condemnatæ Inno. in
ca. grauem de ſenten. excommuni. & no. in c. priuilegia de re.
iud. li. 6. in gl. & Doc. qa autem, quę ſunt iuriſgentium, retinẽt
vt dominia rerum. Quanquam & ea ipſa, ſi a priuatis capian
tur, occupantium fiant: ſicut & publicantur, ſi lęſę Maieſtatis
per ſententiam fuerint condemnatæ. Quinta concluſio. Ho-
13 mines† ciuitates propter rebellionem cõdemnatę, ciuitatem
amittunt: propter quod & dimittere eam, & cum omnibus
ſuis bonis ad aliam ſe transferre coguntur. Ar. C. de iure fiſci.
l. certa forma. lib. 10. & Bar. in extrauagan. qui ſint rebelles. in
verbo rebellando in fi. Sexta concluſio. Quemadmodum ſin-
guli ab his, quorum imperio ſunt deſiſtentes, non ſolum vt re
belles, ſed etiam vt criminis lęſę Maieſtatis rei, vltimo ſuppli-
cio puniuntur: Ita ciuitates & communitates rebelles, quia &
ipſæ crimen lęſę Maieſtatis committunt, pœna ſummi ſuppli
cij afficiunt̃. l. Eſt vſufr. intus. ff. quib. modis vſusfruct. amitta.
Quod tum fit, cum vel aratrum in ipſam inducitur: quam
14 pœnam olim Carthago† paſſa eſt. Et Bartholus ſimilem ſe ſẽ
tentiam Henrici imperatoris vidiſſe refert, quam Brixiæ ciui
tatem aratro ſubijciendam eſſe pronunciauit. Sic Federicus
imperator, huius nominis Primus, quem Barbaroſſam voca
runt vt ſcribit Naucl. li. 7. genera. 39. rebellionem ciuitatis Me
diolanenſis vindicaturus, cuncta ipſius mœnia euertit, vrbeq;
ſolo adæquata aratrum per circuitum duci, & ſal in perpetuã
damnationem ſeminari iuſſit. Idem Placentinis & Brixienſi-
bus, ne denuo a fide deſciſcerent, ſecundum iuramenta preſti
ta, præcepit muros ſuos & foſſata deijcere, turres euertere:
& eodem modo reliquas quoque rebellium ciuitates diſpo-
ſuit. Platina in Clemente. v. Eadem ſeueritate in Cremẽſes,
& Brixiẽſes rebelles, vſus eſt Hẽricus Septimus Imperator:
nam & ipſe cuncta earum ciuitatum mœnia euertit.
15 Similis fere pœna eſt, quod ciuitates† rebelles incendio de-
uaſtantur, quam quidem pœnam noſtra ætate paſſum eſt op
pidum Vueinſperg, in Ducatu Vuirtenbergenſi ſitum: Ita Sue
uico fœdere publicæ pacis, omniſque adeo Germanicæ liber
tatis cuſtode fideliſſimo, ac omnium quæ vſquam eo tempo-
re exoriebantur, rebellionum acerrimo vindice, decernente:
quippe propter crudeliſſimum facinus, quod in ea ſeditione,
qua, ruricolę Lutheranorum perſuaſionibus corrupti, vniuer
ſam prope ſuperiorem Germaniam turbauerant, in nobilita-
tem Germanicam, cui tum antiquiſſimæ & generoſæ proſa-
piæ, ipſe generoſiſſimi animi Comes ab Helffenſtain, tanquã
Capitaneus prędfuit, immaniſſime perpetratum eſt, exactis pri
mum ciuibus, totum deinde oppidum in perpetuam non ſo-
lum tanti ſcæleris vindictam, ſed etiam neceſſariæ vindictæ,
memoriam & exemplum, incendio conſumptum eſt. Cuius
rei ideo meminiſſe libuit, quia & metum iuuene, tum vicem
publicam, & in primis dulciſſimæ patriæ meę, ex intimis prę
cordijs, quantum tum mihi nõ ſolum communis ſenſus, ſed
etiam publicę honeſtatis ratio ſuggerebat, miſerente, Tragœ
dia illa pluſquam cruente peracta eſt. Et hęc pœna a ſolo prĩ-
16 cipe irrogatur. Nam & ſi domus† particulares ſint priuatorũ:
tamen ciuitas vniuerſaliter conſyderata eſt principis, ſicut, &
publica pallatia ciuitatis. Ideoq; ciuitas ſine voluntate & au-
thoritate principis deſtrui non poteſt Bar. in extraua. qui ſint
rebelles verbo rebellando Nam ſi principe inconſulto cõtra
Decuriones ſnĩa mortis ferri non poteſt quanto minus ciui-
tas, niſi ex authoritate principis huiuſmodi pœna afficietur.
17 Sed & Banno imperiali ſubijcitur communitas† & ciuitas
rebellis, Bal. in ti. de pac conſtan. in verb. Romanorum. quę &
ipſa pœna grauiſſima eſt: quod & ſupra de ſingulorum rebel-
lium pœna demonſtratum eſt. Septima concluſio. Illud quo-
que ad pœnam communitatum & ciuitatum rebellium per
tinet, quod nõ ſolum ab ipſo principe, & ab ijs, qui rebus pu-
blicis preſunt, pœnis quas dixi, coercẽtur, ſed etiam a priuatis
hominibus, quę contra principem ipſe & Rempublicam de-
liquerint, vĩdicari poſſunt. Nã & priuati homines ciuitates re
belles hoſtiliter inuadere, earumque ciues capere, bona prę-
dari, ędificia ruralia comburere, aliaq; in ipſos, quę in hoſtes
ſolemus, quaſi iure belli exercere poſſunt. l. 3. in fi. ff. de acqui.
rer. do. Quę vero publici iuris ſunt ciuitatum, priuati vendica
re nõ poſſunt: Sicut nec vrbana ędificia, quib. deſtructis, vrbs
18 deformatur, comburere poſſunt. Cęterũ multitudo, † vt ni-
hil aliud eſt, quam ſingulę perſonę multitudinis & quę nullũ
corpus repręſentat: Ita delictum multitudinis ſingulos tenet,
eoſq; nocentes non vniuerſos, nec innocentes. De pęna vero
multitudinis, quæ hæreſes & falſas doctrinas amplectitur atq;
defendit, in libris noſtris de hæreticis ſatis multa ſcripſimus.
Quæ vero ad pœnam earum multitudinum pertinent, quæ
prophanis ſeditionib. agitãtur, ex ſequentib. cõcluſionib. quã
tum quidem ad inſtitutũ noſtrũ pertinet, cognoſcere licebit.
19 Prima cõcluſio. Multitudine† ſeditioſa delinquẽte, nõ vniuer
ſi & innocẽtes, ſed perpetrati delicti rei, & nocentes puniun
tur Bar. in l. aut facta, §. nonnũquam. ff. de pœnis. Veluti ſi col
lecto cœtu, multi homines in Eccleſiã irruant, ac ſacerdotib.
& miniſtris, vel in ipſo cultu, vel loco ſacro iniuriæ aliqd in-
tulerint, etiam ſi leuato uexillo, & pulſata campana id fece-
rint, ſi nõ præceſſerit deliberatio & cõſiliũ, ſinguli, nõ uniuer
ſi, ſi hmõi ſacrilegiũ ꝓpetraſſe dicentur: Propter quod ſinguli
quoq; & ijdẽ nocẽtes, non vniuerſi, nec innocentes punient̃.
Scda concluſio. In arbitrio prudentis Irenarchæ poſitum eſt,
vt ipſam ẽt multitudinẽ puniat, ſi id a Republica eſſe, & ad re
ſtaurandam publicam pacem & tranquillitatem conducere
exiſtimauerit. Primum. n. omnium Reipublicæ intereſt, ne cri
20 mina† maneant impunita. Deinde, vt ita in facinoroſos ani-
maduertatur, vt pœna proſit magis, quã obſit delinquentib.
& ſalutarem illis afferat medicinam: tum innocentes ẽt a cõ-
tagione, & ab ĩſtãtib. periculis illæſos cuſtodiat. l. ita vnlnera
tis cum multis cõcor. ibidem in gl. ff. ad leg. Aquil. Cum. n. cõ-
tagio peccandi multitudinem inuaſerit, diuinæ diſciplinæ ſe-
uera miſericordia eſt. c. non põt. 23. q. 4. Nam conſilia ſepara-
tionis & inania ſunt, & pernicioſa atque ſacrilega. Quia im-
pia & ſuperba ſunt, & plus perturbant infirmos bonos, quã
corrigãt animoſos malos. Qua ſane rõne Ethnici quoq; olim
21 turbas, & multitudines peccãter emẽdarũt. Sic Alexãder† Se-
uerus vt refert Lampri. in Alexãdro. integras Legiones exau
thorauit: Quirites eos appellans, id eſt, ex militib. factos Paga
nos atque Quirites. Et idem de exauthorata apud Antiochiã
Legione exclamauit. Quirites diſcedite, atq; arma deponite.
Quo ſane mirãdo exẽplo depoſitis armis, depoſitis ẽt ſagulis
militarib. oẽs non ad caſtra, ſed ad diuerſaria militaria receſ-
ſerũt. Sic̃ eſt qđ ad milites dixit Iulius Cæſar apud Lucanũ.

Vadite neque meis ad bella relinquere fatis,
Inuenient hæc arma manus.

Et paulo poſt.

Vos defecta ſenes exhauſtaque ſanguine turba,
Cernetis noſtros iam plebs Romana triumphos. Et turſus.
Iam certe mihi bella geram, diſcedite caſtris,
Tradite noſtra uiris ignauiſigna Quirites.

Idẽ ẽt veterib. in vſu fuit, ꝙ ex M. Cicerone colligimus, vt ſi
a multis eſſet flagitiũ rei militaris admiſſũ ſortitione ĩ quoſ-
dã aĩaduertereẽ, vt metus videlicet ad oẽs, pęna ad paucos pe-
ueniret. Fuit aũt mos antiquus, quo in Decimũ quẽq; militẽ
ſortitio aĩaduertebaẽ capitaliter: Vñ Decimatæ. Legiones ap-
pellatæ ſunt, vt alibi doctiſſimus declarat Budæus in Anno. ĩ l.
2. ff. de his q no. inf. Hũc morẽ ſequutus M. Craſſus vt ſcribit
Plut. in Craſſo. aduerſus Spartacũ delectus imperator, milites
qꝫ mãdatũ eius pugnã cũ hoſte parũ fœliciter ꝙſeruerãt, pri
mũ qdẽ abiectis armis ad ſe fugiẽtes, sũma ignominia excе-
pit: Deĩde iterũ armatis cõcedẽs ſpõſores ab eis armorũ ſer-
uandorum poſtulauit, & ex eis, quingentos, qui primam fu-
gã in acie cœperant, quique alijs timẽdi fuerant authores in

Digitized by Google

Quinquaginta Decurias partitus est. Inde ex earum qualibet vnum sorte delegit, quem in totius exercitus oculis vltimo affecit supplicio: peruetustum sane Romanorũ puniẽdi morem, in consuetudinem reuocans, qui non minorẽ damno ignominiam continet, plurimumq; aspicientibus horrorem incutit.

Tertia conclusio. Quoties a populo aut a turba peccatur
23 † (quia in omnes propter multitudinem vindicari nõ potest) inultum solet transire. c. quoties. 1. q. 7. Ideoq; priora dimittenda sunt Dei iudicio, & de reliquo maxima sollicitudine præcauenda: qa hoc casu peccante multitudine, seueritati aliquid detrahitur, & locũ habet, quod Canon dicit c. commessationes. 44. dist. Non aspere, non duriter, non mõ imperioso ista tolluntur sed magis docendo quam iubendo, magis monendo quam minando. Sic enim agendum est cum multitudine peccantium: Quin potius cum multitudo corrigi non potest. c. non potest. 23. q. 4. & idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat, quam dolor & gemitus, vt per illud signum quod Ezechieli sancto reuelabatur, illæsi euadere ab eorum vastatione mereamur. Ezech. 9.

Quarta conclusio. Vbi autem male aliquid a multitudine fit & quasi ex authoritate defenditur, non debet dormire se-
24 ueritas. †Nam quæ est illa iustitiæ inimica bonitas, palpare criminosos, & vulnera eorum vsque in diẽ iudicii incurata seruare? c. si quis. 50. dist.

Omnium autem maxime proderit, vt turba iniquorum, cum facultas est in populis promendi sermonem, generali ob iurgatione feriatur: & maxime, si occasionem atq; opportunitatem præbuerit flagellum desuper Domini, quo eos appareat pro suis meritis vapulare. d. cap. non potest. 23. q. 4.

De calumniatoribus legum, & pœnis eorum.

SVMMARIVM.

1 *Seditioni alia facinora adiungens grauius puniendus est.*
2 *Calumniator legum iustæ positarum qua pœna puniantur. & nu. 6.*
3 *Hæretici conuiciatores authoritatis Romanæ ecclesiæ sunt.*
4 *Iudici non licet de legibus iudicare, sed secundum ipsas.*
5 *Hæretici & schismatici calumniantur leges & canones ecclesiæ Romanæ.*
7 *Constitutionibus falsis & abrogatis tanquam aureis vtentes quibus pœnis subiiciantur.*
8 *Hæretici deprauant & corrumpunt leges: & tales legis Corneliæ de falso pœnis subiiciantur.*

CAP. X.

1 IAm & qui crimini seditionis alia facinora † adiũgunt, grauius puniendi erũt, siue singuli, siue vniuersi. Vt si blasphemia in Deum & Sanctos eius, si sacrilegium, si furtum, si rapina, si plagium, abigeatus, incendium, raptus virginum, aliaue his similia perpetrarint, seditiosi, præter pœnas generaliter in seditiosos constitutas, eorum etiam criminum, quæ seditioni accesserint, pœnam sustinebunt. Ac de pœna blasphemorum, sacrilegorum incendiariorum, & quorundam aliorum criminum, quæ falsarum doctrinarum assertionibus & schismatibus plerunque ab hæreticis & schismaticis adiunguntur, in libris de hæreticis. De pœnis autem calumniatorum, detractorum, delatorum, & falsorum accusatorum, in libris nostris, quos de calumnia scripsimus, satis a nobis dictum est.

2 Nunc de pœna † eorum dicendum erit, qui iuste positas leges, tam Canonicas quã ciuiles, calumniãtur. Quod & ipsum crimen seditioni adiunctum, ac omnibus fere seditiosis peculiare est vt supra demonstrauimus. Id autem tribus modis facere consueuerunt. Quidam enim eo nomine leges abrogandas esse dicunt, quia non sint latæ ab his, qui condendarũ legum potestatem habent. Quod fere omnes semper solent hæretici, qui sanctorum Patrum & Conciliorum Decreta, quos sacros Canones appellamus, ideo reijciendos esse clamant: quia neque Ecclesia Romana, nec qui illi præest Romanus Pontifex, nec sacrosanctę Synodi, siue vniuersales siue locales condendorum Canonum habeant authoritatem. Quin & scholas Catholicas, & Vniuersitates studiorum generalium, & qui in his lras diuinas & sacros Canones ad sensũ sanctę, & Catholicæ Ecclesię quemq; adeo Spiritus sanctus flagitat, & Catholicorum Doctorum captui suggerit, profitentur: Synagogas Diaboli, & falsarum & incommodarum opinionum conflictores & astructores, eaque quæ docent figmenta humana, inanes nugas & vanitates appellant. Qm autẽ qui talia as-
3 serunt, † id est, qui sanctam & Catholicam Ecclesiam, & sacrosancta Concilia statuendorum Canonum authoritatem habere negant: quique conditos & receptos a Catholica Ecclesia Canones, quasi vim legum non habentes, reijciunt, ac authoritatem interpretandarum scripturarũ approbatis Ecclesiæ Doctoribus derogant hæretici sunt: merito hęreticorũ quoque pœnam sustinebunt. c. 1. 22. dist. c. generali de elect. li. 6. gl. in c. nulli fal. 19. di. Panor. in cap. cum non liceat. de præsc. Alij leges eo ipso reijciendas esse dicunt: quia iniuste eas ipsas latas esse existimant. Contra quos dicit Canon. cap. in istis 4. dist. In istis temporalibus legibus, quamquam de his homines iudicent cum eas instituunt: tamen cum fuerint institutæ
4 & firmatæ, non licebit iudici † de ipsis iudicare, sed secundũ ipsas. De qua re & alias fusius scripsimus.

Alij leges tam Canonicas quam ciuiles, tanquã iniustas calumniantur: quia verbo Dei contrariæ sint. Quod nostra eta-
5 te faciunt hęretici † & schismatici, qui Canonicas ac imperiales Constitutiones, ad conseruandam sanctæ Romanæ Ecclesiæ authoritatem, atque Ecclesiasticam authoritatem latas, tanquam diuino verbo aduersantes, & in primis cum ipsorum conscientia minime consentientes, abrogandas esse cõtendunt: Alias etiam eo nomine abijciunt, atque condẽnant quod corpori legum ciuilium ementito falsorum authorũ & Legumlatorum titulo sint insertæ. Ac in tales legum calũ-
6 niatores locum habet pœna, † quæ a Martiano imperatore eos constituta est. l. nemo. C. de sum. Trinit. & fide. Cath. Qui, quæ semel iudicata, ac recte dispositа sunt, reuoluere & disputare contenderit, ea est: Vt si Clericus fuerit, a consortio Clericorum remoueatur. Si vero militia præditus fuerit, cingulo spolietur. Cæteri, si liberi sint, de ciuitatibus expulsi, in exilũ aguntur, pro vigore iudiciario, etiam competentibus supplicijs subiugandi. Si vero serui, seueriſſimis animaduersionibus
7 plectentur. Alij falsis & abrogatis Constitutionibus, † tanquã veris vtuntur. Et his secundum veterum Constitutiones, lege Cornelia aqua & igni interdicitur. l. si. ff. ad le. Cor. de falsi. Nouo autem iure de his Iustiniani imperatoris Constitutio extat C. de Iustiniano. cod. confir. §. hunc igitur Panor. & Dost. in c. nouit. de Iud quæ sic habet. Sciant, inquit, omnes, tam litigatores quam disertissimi Aduocati, nullatenus eis licere de cætero Constitutiones ex veteribus tribus Codicibus, vel ex his, quę nouellæ Constitutiones ad pręsens tempus vocabantur, in cognitionalibus recitare certaminibus, sed solo eidem nostro Codice insertis Constitutionibus necesse esse vti: falli crimini subdendis his, qui contra hoc facere ausi fuerint cum sufficiat earundem Constitutionum nostri Codicis recitatio, adiectis etiam veterum iuris interpretatorum laboribus, ad omnes dirimendas lites.

Alij iustas leges, quas negare non possunt, prudenter & iuste esse latas, deprauando corrumpunt. Quod omnium maxi-
8 me hæretici † solent, qui leges non solum humanas, sed etiam diuinas falsis vel adiectionibus, uel detractionibus, vel compositione falsa, vel detorta allegatione, vel interpretatione falsa deprauant: Vt late de hac re in libris de hæreticis scripsimus.

9 Qui igitur leges † siue Ciuiles siue Canonicas, ad eos quos dixi modos, deprauant, atque corrumpunt, lege Cornelia de falso tenentur. l. hodie. ff. ad leg. Cor. de falsis. l. si quis id quod ff. de iurisd. omnium Iud. Sed nec ius ciuile calũniari, nec verba eius captare: quin potius qua mente vnaquęque lex lata sit, animaduertere oportebit. Qui enim verba legum captant, ac non verum earum sensum amplectuntur, fraudem legi facere existimãtur. L. pe. ff. ad exhi. Bal. in l. benignus. ff. de legib. Maxime vero q̃ sacris doctrinis aduersãtes, verba scripturarũ non ſm traditionem Patrum, sed iuxta suum sensum, ac propriam ingenij virtutem vel intelligentiã docẽt. Sunt. n. multa verba in diuinis scripturis, quæ possunt trahi ad eum sensum quem sibi vnusquisque sponte præsumpserit. c. relatum. 37. distin. & c. hę reses. 24. q. 3. Sed quæ res maximam in se habet blasphemiam, vt qua sensus scripturarum, quẽ sanctus Spiritus flagitat, inuertitur, & agnita diuina veritas impugnatur. Itaque non sensus extrinsecus, alienus, & extraneus, in scripturis sanctis quærendus est, vt quoquo modo ex scripturarum authoritate confirmetur: sed ex ipsis scripturis sensus capiendus est veritatis. Qui secus faciunt, ac scripturarum verba captantes, sensum veritatis inuertunt, pro hæreticis habendi sunt: Quorum & doctrina anathematizanda est, & ipsi vt hæretici seueriſſime puniendi.

De seditiosis, qui Iudices & Magistratus calumniantur, deque pœnis eorum.

SVMMARIVM.

1 *Seditiosi insidiantur vitæ & famæ magistratuum.*

2 *Calum-*

Digitized by Google

2 *Calumnia quid sit.*
3 *Calumniatores quibus pœnis subiiciantur.*
4 *Detractoribus quas pœnas irrogent canones.*
5 *Homicidæ sunt non solum, qui manibus hominem occidunt, sed etiam quorum consilio, fraude, & exhortatione homines extinguntur.*
6 *Detractor qui sit, quibus pœnis subjat. num. 7.*
8 *Clericus maledictus degradatur, nec vnquam ante satisfactionem ad officium reuocatur.*
9 *Librum ad alicuius infamiam scribens, & famosum libellum apponens, vel consentiens &c. quas pœnas patiatur.*
10 *Reuelantes aliorum peccata occulta non sunt immunes a pœna.*
11 *Insidiantes vitæ innocentium seueriſſime omnium puniendi sunt.*
12 *Crimina grauia cognoscuntur ex genere pœnarum.*
13 *Crimen quod in Deos & sanctos committitur dicitur publicum.*

CAP. XI.

NOn solum autem iura & leges, sed ēt iudices & Magistratus, quibus earundem exequutio demandatur, calumniantur, eorumque famæ
1 & vitæ insidiantur seditiosi. †Quod & ipsum crimen seditioni adiunctum est, & ob id competenti etiam pœna coercen-
2 dum. Est autem Calumnia †per quam falsa crimina scienter innocentibus intenduntur, siue in iudicio per accusationē, & falsa testimonia: siue extra iudiciū, per cōuitia, famosos libellos, proditiones, detrectationes, aliasque similes alienæ existimationis offendendæ technas.

Est igitur prima & eadem generalis calumniatorum pœna, †vt similitudine supplicij coerceantur. l. fi. C. de accusa. &
3 l. fi. C. de calumniatoribus. id est, eadem pœna, quam confessus conuictusue, qui calumniam patitur, sustineret, plectantur. Sic enim habet lex. Quisquis crimen intendit, non impunitam fore nouerit licentiam mentiendi, cum calumniantes ad vindictam poscat similitudo supplicij. Huic haud dissimilis est pœna, qua lex diuina in falsos testes constituit. Si steterit, inquit lex Deut. 18. Exod. 20. testis mendax contra hominem, accusans eum præuaricationis: stabunt ambo, quorum causa est, ante Dominum in conspectu sacerdotum, & iudicum, qui fuerint in diebus illis. Cumque diligentissime perscrutantes inuenerint, falsum testem dixisse contra fratrem suum mendacium: reddent ei sicuti fratri suo facere cogitauit, & auferes malum de medio tui, vt audientes cęteri timorem habeant, & nequaquam talia audeant facere. Non miſereberis eius, sed animam pro anima, oculum pro oculo, dentem pro dente, manum pro manu, pedem pro pede exiges. Sed & iure ciuili cautum est, vt qui operam dat, quo quis falsum iudicium profiteatur, vt quis innocens conueniatur vel condemnetur. Item qui falsum testimonium dolo malo dixerit, quo quis publico iudicio rei capitalis damnetur: quiue Magistratus iudexue quæstionis, sub capitalem causam pecuniam acceperit, vt publica lege reus fiat, lege Cornelia de Sicarijs teneatur. l. 1. ff. ad leg. Cor. de Sic. Bald. in ca. 1. ver. quod falso. de pace tenend.

4 Porro de pœna †eorum, qui falsis detractionibus aliorum famam & existimationem lædunt, sic habet Canon. Caueat vnusquisque, ne aut linguam, aut aures habeat prurientes, id est, ne ipse aut alijs detrahat, aut alios detrahentes audiat. c. ex merito. 6. q. 1. Sedens, inquit Propheta, aduersus fratrem tuū loquebaris detrahendo, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Psal. 49. Parant singuli detrationi linguæ, custodiantque sermones suos, vt sciant, quia cūcta quæ de alijs loquuntur, sua sententia iudicabuntur, nemo inuito auditori libenter refert. Officium singulorum sit, non solum oculos castos seruare, sed etiam linguam, nec quod in cuiusque domo agatur, alia domus vnquam per eos nouerit: habeāt omnes simplicitatem columbæ, nec cuiquam machinentur dolos, & serpentis astutiam, ne aliorum supplantentur insidijs.
5 c. periculose. de pœnit. dist. 1. Sed & homicidæ †sunt, non solū qui manibus hominem occidunt, sed etiam quorum cōsilio, fraude, & exhortatione homines extinguuntur. ca. homicid. de pœn. dist. 1. Similiter detractores, quia, & qui occidit fratrē suum, & qui odit, & qui detrahit ei, pariter homicida esse de-
6 monstratur. Est autem detractor, †qui quę a Deo alicui collocata sunt, negat vel inuertit. Gl. in d. cap. homicidiorum. de pœ. dist. 1. Veluti qui sapienti sapiētiā, casto castitatē detrahit: vel qui, quæ bono zelo fiūt, ea malo zelo fieri asserunt: Sicut Iudęi dicebāt Matth. 12. Christū in noīe Beelzebub dęmonia eijcere. Ac illorum quidem pœna est diuina, vt vitā ęternam non habeant, dicente Apostolo. 1. Io. 3. Omnis qui odit fratrē suum, homicida est: & scitis quoniam omnis homicida non habet vitam ęternam, in se manentem. Humana, vt quasi calumniatores, & alienę famę insidiatores puniantur.

7 Præterea infamia notantur, & a communione fideliū se parantur detractores †nec ad ferenda testimonia admittūtur: De qua re ita Anacletus papa. c. deteriores. 6. q. 1. Arc. in c. sum ma iniquitas. 6. q. j. Deteriores sunt, inquit, q doctorū vitā mō resq; corrūpunt his, qui substantias aliorū prędiaq; diripiunt. Ipsi. n. ea, quæ extra nos sunt, licet nostra sint, auferunt. Nostri quoq; detractores, & morum corruptores nostrorū, siue cui aduersus nos armantur, proprie nos ipsos decipiunt, & ideo iuste infames sunt, & merito ab Ecclesia extorres fiunt, &c.

8 Et clericus †maledicus degradatur, nec vnquam absque satisfactione ad officium reuocatur. ca. Clericus maled. 46. dist. Quin & iniuriarum tenentur ijs quorum famam falsis detractionibus lęsisse conuincentur. l. si quis iniur. & l. fin. ff. de iniuriis. Etsi qui ob infamiam & egestatem iniuriarum iudiciū contemnere, nec lęso satisfacere possint, eā rem iudex acrius in eos exequetur, vt qui non habent in ęre, luānt in corpore. Nam pro qualitate personarum vel fustibus subiiciūtur, vel exilio temporali, vel interdictione certę rei coercentur. Si
9 quis vero librum †ad infamiam alicuius pertinentem scripserit, composuerit, ędiderit, doloue malo fecerit, quo quid eorum fieret, etiamsi alterius nomine ędiderit, vel sine nomine. Item. Quid ędendum, emendum, vendendumue curauerit. l. lex Cornel. §. si quis librum. ff. de iniurijs. Similiter si quis famosum libellum siue domi suę, siue in publico, vel quocunque loco ignarus repererit, non statim corruperit, vel igni cōsumpserit, sed vim eius manifestauerit: de iure ciuili, quasi author huiusmodi libelli, capitali sententię subiacebit. l. vnica, C. de fam. libellis. De iure autem Canonico, Iesu Christi corporis & sanguinis participatione priuabitur. c. quidam. v. qō. 1. Etsi tanti mali sibi conscius & prohibitus, corpus & sangui nem Domini percipere præsumpserit, anathematis vltione p cutietur: & si illam quoque pœnam contempserit, flagellis quoque subigetur. ca. qui alterius. 5. q. 1.

10 Sic nec immunes a pœna sunt, qui aliorum occulta † peccata reuelauerint. c. si peccauerit. 2. q. j. Est enim grauissimum peccatum, occultum proximi peccatum reuelare. Nam qui solus nouit, quod alius in ipsum peccauit, & eum corā omnibus arguit, non corrector, sed proditor est erroris, vt inquit Sapiens Prouerb. 11. Et qui reuelat arcana, fraudulenter ambulat. Et iterum. Quę viderint oculi tui, ne proferas in iurgio cito, ne postea emendare non possis, cum dehonestaueris amicum tuum.

Sed nec pœna vacabunt, quorum consilio & opera, innocentes existimationis bonorumue iacturam passi esse dicentur: quiue tale aliquid reuelauerint, quo Respub. detrimētum patiatur. Omnium vero seueriſſime puniendi sunt, qui innocētium †vitę insidiati fuerint, vt qui clam, vel palam eos occi
11 derint, aut vt occidantur, opem auxilium præstiterint. Nā qui hęc atque his similia necandorum hominum causa perpetrauerint, lege Cornelia de Sicariis, tenentur. ff. & C. ad leg. Cor. de Sicar.

12 Atque hęc sane crimina †grauissima quidem in suo genere esse constat, quod & ex genere pœnarum, quibus coercētur, facile cognoscere licet. Siquidem ex seueritate pœnę, simul etiam atrocitas delictorum cognoscitur. Bal. in Rub. C. qui accus. non pot. l. 2. ff. de publ. iud. Bal. in l. reos C. de accu. Sed quę multo redduntur atrociora, & ob id grauioribus etiam pęnis plectenda, si in Magistratus, aliasq; personas publicas admittantur. Nam crimina quæ in priuatos perpetrata priuata essent, si in personas publicas committantur, vel vsurpādo vel offendendo, publica fiunt: vt non solum publico iudicio vindicentur, sed etiam vnicuique de populo ea ipsa vindicādi potestas concedatur. Cuiusmodi sunt priuati carceris vsurpatio, Legatorum violatio & similia. ff. de postu. l. 1. in princ. ff. de iurisd. omniū iud. l. si familia. 2. q. 7. c. si quis Episcopo. Old. cōs. 7. l. 1. C. de priuatis carceribus.

13 Sic & propter eandem rationem publicum crimen † esse dicimus, quod in Deū & sanctos eius committitur. Itē quod in sacrosanctam Religio nem nostram, in sacerdotes, & ministros Ecclesię perpetratur.

Quibus modis in crimine seditionis procedendum sit.

SVMMARIVM.

1 *Ordo iudiciorum seruandus est in crimine seditionis, sicut in cæteris crimi nibus.*
2 *Pauli castren. dictum consi. 212. par. 2. declaratur.*
3 *Ordo iudiciarius in enormibus & notoriis non est necessario seruandus.*
4 *Condemnari potest non citatus, in notoriis.*
5 *Sententia in notoriis nō est opus etiam declaratoria, nec appellatio admittitur.*
6 *Processuum exempla duo in rebelles.*

Digitized by Google

CAP. XII.

IN crimine seditionis, vt in cęteris quoque delictis, solitus iudiciorum ordo † ser
1 uandus est L. prolatam. C. de sent. & interl. om. iudi. vt nemo nisi confessus vel conuictus, ac per sẽtentiam rite çondemnatus, puniatur. Nam etsi rebelles sint, & appellentur etiã qui occultæ rebellionis opera faciunt, vt Henrici imperatoris constitutione declaratur: In extrauagã. qui sint rebel. Petr. consi. 96. 4. partis, tamen vt rebelles puniri non possunt, nisi de rebellione legitimi cõdemnati: siue corporalis, siue pecuniaria, aut alia quæcunque pœna imponẽda sit. Nam nec priuilegia amittũt seditiosi, nisi de seditionis crimine condemnati, vt alibi inquit Baldus. consilio. 96. 3. partis.

Vnde quod Paul. de Castro alibi diffinit cons. 212. in secũ
2 da parte. rebellem † non esse, nisi qui condemnatus sit, de pœna rebellibus imponenda accipiendum esse puto: non de nomine, & esse rebelliũ. Nam ẽt nõ condemnati rebelles sunt, & appellantur. Sed qui tamen vt rebelles, nisi per sniam condemnati, rebelliũ pœna affici non pñt. Porro in crimine seditionis, maxime vero rebellionis & læsæ Maiestatis proceditur, per accusationem, inquisitionem, seu denunciationem, summarie de plano, sine strepitu & figura iudicii: vt Henrici Imperatoris Septimi constitutione declaratur. In extrauag. ad reprimend. quomodo in Cri. læsæ Maiest. proced. sit cuius hoc loco verba inserere libet, quæ sic habent. Ad reprimendum multorum facinora, qui ruptis totius debitæ fidelitatis habenis, aduersus Romanum Imperium (in cuius trãquillitate, totius orbis regularitas requiescit) hostili animo armati conantur, nedum humana, verum etiam diuina præcepta, quibus iubetur, quod omnis anima Romanorum principi sit subiecta, scæleratissimis facinoribus, & assiduis rebellionibus demoliri, nec ex eorum absentia in detestando læsæ Maiestatis crimine, processus & a sententia retradetur, & tanti scæleris nefanda temeritas remaneat impunita: Hac edictali, Deo propitio, perpetuo valitura lege sancimus, vt quocunque læsæ Maiestatis crimine, & maxime vbi contra Romanorum Imperatores & Reges, aliquid, quod dictum tangat, asseratur cõmissum, possit procedi per accusationem, inquisitionem, seu denunciationem, summarie & de plano, sine strepitu & figura iudicij, pro vt illi, qui iurisditioni præest, videbitur expedire. Ad hoc, Si qua communitas, corpus vel collegiũ, vel alia quæuis persona, cuiuscunque status, dignitatis, vel conditionis existat, super dicto crimine per nuncium, vel per literas, seu per edictum publice propositum, citata vel citatum neglexerit in termino personaliter, vel legitime comparere: cõtra ipsam vel ipsum perinde ac si præsentialiter omnibus interesset, vel lis foret legitime contestata, tam ad receptionem testium, eorum publicationem, & sequentia, quam ad diffinitiuam sententiam, & eius exequutionem procedatur, legibus & consuetudinibus non obstantibus quibuscunque.

Cæterum, quæ ad accusationem, inquisitionem, denunciationem, omnemque adeo processum, tam plenarium quam summarium in ciuilibus & criminalibus, ac partes eorum, quæ sunt, citationes, petitiones, exceptiones, & defensiones, probationes, sentẽtiæ, & c. pertinent: plene a nobis in libris de hæreticis & schismaticis disputatum est. Quorum sane vsus, quoniam seditionibus omnibus, & quæ ex causis sacris, & quæ ex prophanis descendunt, communis est: non alienum fuerit, q̃ specialiter de processu in causis hęresum a nobis scripta sunt ea communiter ad causas quoque prophanarum seditionũ accommodare. Illud tamen hoc loco addere libet, quæ ad processũ in causa rebellionis, & criminis læsæ Maiestatis sancita sunt, vt horum criminum rei, non nisi citati, defensi, & rite condemnati, puniri possint: Ea in obscuris tantum, non notorijs, nec quæ moram non recipiunt, locum habere. Nam in enormibus & notorijs non est necesse iudiciarium ordinem
3 † obseruari: maxime in personis eorum, quos damnatos statim puniri publice interest, sicut & alias in enormibus iura transgredi permissum est. Vt Innocentio placuit, cuius sententia ab omnibus communiter recepta & approbata est. in ca. j. de constitu. Latissime Hip. de Mars. in l. vnius. §. cogniturum. ff. de quæst.

Ac propterea in notorijs, etiam non citatus condemnari
4 † potest etiamsi in aliis causis sententia non citatum, & non defensum lata, sit ipso iure nulla: maxime, si crimen ita notorium sit, vt nulla declaratione indigeat, certumq; sit, nullã ẽt defensionem reo competere. Bal. in præl. feu. in 18. col. gl. in l. pe. ff. ex quib. caus. maior.

5 Sic nec sententia † opus est in notoriis, etiam declaratoria: nec appellatio eorum recipitur, quos publice interest damnatos statim puniri, vt latrones, seditionum concitatores, & duces factionum. Latissime Franc. de Aretio. cons. 163. cle. pastoralis. de re iud. cum similib. Abbas in c. cum non ab homine. de iud. quem alleg. & seq. Feli. in c. Rodulphus, de rescrip. L. constitut. ff. de appella.

Alia ad eandem rem pertinentia diligentissime a Bartholo, perspicacissimo, simul & diligẽtissimo iuris interprete, ijs cõmentarijs, quos in præfatã legem scripsit, explicantur: q̃ & nos exactius aliquãto in quibusdã libellis nostris, de rebellione Schmalkaldicę factionis, in Germanica lingua scriptis, sed nec dum in lucẽ æditis, discussimus. Quæ vero ad vsum & exercitiũ, & vt uocant, praxim prædictæ constitutionis pertinẽt, & si crimẽ ipsum læsæ Maiest. & rebellionis a multis retro Romanis principibus, legitimis in rebelles ipsos irrogatis pœnis, vindicatum fuerit, tum certus etiam in cognoscendo iudicandoque processus & ordo seruatus: tamen huiusmodi processuum nulla veterum principum (quæ tamen ædita fuisse credibile est) exempla cernuntur. Et si alibi sunt, tamẽ quo minus in lucem prodierint, hactenus occulto retenta fuerũt. Hodie autem duorum tantum in rebelles processuum exẽ-
6 pla † extant, ea videlicet, quæ anno salutis. M. XLVI. & anno XLVII. a Glorioſissimo & Inuictissimo & Romanorum imperatore Carolo, huius nominis Quinto, ædita sunt, quorũ alterum ad duo illa Schmalkaldicę cõiurationis capita, Ioãnem Fridericum Ducem Saxoniæ, & Philippum Landgrauium Hassiæ communiter: Alterum vero, ad præfatum Saxoniæ Ducem proprie pertinet. In quorum priore illo præfatus Dux, & Philip. Hassię Lãdgrauius, tanquam læsæ Maiestatis rei, rebelles, & publicę pacis violatores imperij, imperiale Bannum, aliasque pœnas iuris incidisse, per sententiam imperatoris declarantur. In altero vero, in prędictum Saxonię Ducem, ab imperatore armata manu victum & captum, capitalis sententia pronunciatur, qua ipsum gladio vltore, ultimo supplicio afficiendum esse declaratur. Quorum processuum quoniam ab imperatore in celebrioribus Imperii locis publicati, ac typis etiam Calchographicis excussi, ac omnibus in super venales expositi fuerunt: Dubium non est, quin hodie passim per totum imperium exposita extent exempla, vt iam non opus sit, illorum seriẽ hoc loco recitare, aut his scriptis nostris inferrere.

Illud tantum admonitos esse velim omnium rerum publicarũ administratores, qui obedientię Romani imperatoris subiecti sunt, vt horum processuum exempla in archiuis publicis retineant, vt his ipsis quoties vsu venerit, admoniti, & ipsi sua officia summa cum fide adimplere, & subditos quoque ipsorum admonere, & in obedientia retinere possint.

De vindicta diuina in seditiosos.

SVMMARIVM.

1 *Pœna humana non excludit diuinam, & diuina pœna quæ sit. num. 2. & quomodo temporaliter percutiat. nu. 3. & 4. 6.*
5 *Assur virga diuinæ vindictæ.*
7 *Peccata puniuntur per scientes, quod probatur exemplis.*
8 *Mali interdum excitantur ad puniendum peccata bonorum, vt tãdem per bonos correctos ipsi quoque puniantur.*
9 *Seditiosi quomodo a Deo puniti sunt.*
10 *Pœna in blasphemos diuino iure quæ sit.*
11 *Sacrilegium quid sit, & quantum illud abominetur Deus probatur exemplis. nu. 13. 14. 16.*
12 *Ozias Rex quare lepra percussus fuerit, & eiectus de domo Domini.*
15 *Res prophanas de templo surripere sacrilegium est, grauissime a Deo punitum.*

CAP. XIII.

HActenus de pœnis humanis diximus, q̃ scilicet humanis Cõstitutionib. in seditiosos sancitę sunt. Et si autem de eodem crimi-
1 ne non debeat sæpius referri quæstio † tamen nulla pœna humana quantumlibet grauis & seuera, diuinã pœnam excludere potest Bal. in l. 1 C. de sum. Tri. & fi. Cath. Nã si humanarum pœnarum ea conditio est, vt quę inter se certum ordinem habent, alia alterius neque dispositionẽ, neq; exequutionem suspendere, impedireue possit: quanto magis fixa semper erit, ac nulla humana pœna impediẽda vel excludẽda, q̃ semel in facinorosos cõstituta fuerit vindicta diuina.

2 Est aũt pœna † diuina, quę ab ipso Deo, vel a Dei ministris, Angelis vel hoĩb. mandãte Deo, vel diuina lege præcipiente, delinquẽtibus irrogatur. Et est duplex: Aeterna, & Tẽporalis. Et si autem a propheta dictum sit. Non iudicabit Deus bis in idip-

Digitized by Google

idipſum.Num.cap.1.tamen non ideo, qui a Deo temporaliter puniuntur,non erunt etiam,ſi inter flagella pœnitentiam non egerint,æterna pœna cruciandi. Nam qui inter flagella duriores fiunt,inſtar Pharaonis, præſentibus æterna connectunt,vt temporale ſuppliciũ,ſit eis æternę damnationis initium.De pœnit.diſtin.tertia.cap.ſunt plures. §.authori.

3 Primum igitur temporaliter Deus† per ſe puniuit Adam, Gen.3.quem propter præuaricationem diuini mãdati, de Paradiſo eiecit: multos etiam per miniſtros Angelos puniuit, qualis vindicta fuit,quam Dominus de Rege Aſyriorum p Angelum ſumpſit.Egreſſus eſt,inquit Propheta Eſa.37.ca.4. Reg.19.Eccleſ.48.Angelus Domini, & percuſſit in caſtris Aſſyriorum Centum octoginta quinque millia, & ſurrexerunt mane,& ecce omnes cadauera mortuorum.

Sic viros Sodomorum domum Loth circũdantes Geneſ.
4 19. percuſſerunt Angeli, † ſi quidem omnes a minimo vſq; ad maximum cæcitate percuſſerunt.Per homines autẽ Deus punit peccata.15.q.v.c.remittunt.aliqñ quidẽ neſciẽtes:aliqñ ſcientes.Per neſcientes, ſicut per Sennacherib., & per Nabuchodonoſor Regem, & per Antiochum,& per principes Romanorum,& per nonnullos Reges Gentilium, populum Iſraeliticum delinquentẽ aliquãdo afflixit, aliquãdo captiuauit.Vnde ipſe Dñs ait per prophetã. Eſa. x. Virga furoris mei Aſſur,ipſe aũt non cognouit. Etſi aũt miniſtri Dei ſunt,per quos Deus diuina iuſtitia peccatores punit: tñ & ipſi diuinã vindictam haud euitant, ſi in ſuperbiam elati victoriam, quam aſſequuntur, non diuinæ potentiæ,ſed ſuis viribus attribuunt.

5 Vnde de Aſſur dicit Dominus. † Væ Aſſur, virga furoris mei:& baculus ipſe eſt,in manu eius indignatio mea. Ad gentem fallacem mittam eum, & contra populum furoris mei mandabo illi,vt auferat ſpolia & diripiat prædam, & ponat illum in conculcationem quaſi lutum platearum.Ipſe autem non ſic arbitrabitur,& cor eius non ita æſtimabit: ſed ad conterẽdum erit cor eius,& ad internicionem Gentium nõ paucarum.Et paulo poſt.Et erit,cum impleuerit Dominus cuncta opera ſua in monte Syon,& in Hieruſalem: Viſitabo ſup fructum magnifici cordis Regis Aſſur,& ſuper gloriam altitudinis oculorũ eius. Dixit enim: In fortitudine manus meæ feci & in ſapientia mea intellexi & abſtuli terminos populorum,& principes eorum deprędatus ſum,& detraxi quaſi potens in ſublimi reſidentes,& inuenit quaſi nidũ manus mea fortitudinem populorum:& ſicut colliguntur oua,quæ derelicta ſunt,ſic vniuerſam terram ego congregaui, & non fuit, qui moueret pẽnam,& aperiret os,vt ganniret. Nunquid gloriabitur ſecuris contra eum,qui ſecat in ea? aut exaltabitur ſerra contra eum,a quo trahitur? Quomodo ſi eleuetur virga contra eleuantem ſe,& exaltetur baculus,qui vtique lignum eſt.Propter hoc mittet Dominator Dominus exercituum in pignoribus eius tenuitatem,& ſubtus gloriam eius ſuccenſa ardebit,quaſi combuſtio ignis &c.

6 Sic† Antiochus. 1. Macha.1. per quem Idolatriam Iudaicę plebis Domin' punire decreuerat, & Romanos per quos peccatum mortis Chriſti vindicare ſtatuerat:quia Dei diſpoſitionem ignorantes,victoriam ſibi a Deo in vindictam gẽtis peccatricis conceſſam,ſuis viribus aſcripſerunt,imprecationes diuinas audiunt.Qualis eſt illa prophetæ Pſal.78.Effunde iram tuam in gentes,quę non nouerunt te,& in regna,quæ non inuocauerunt nomen tuum:ne forte dicant in Gentibus vbi eſt Deus eorum.Item Pſal.73.Leua manus tuas in ſuperbias eorum,qui te oderunt:& qui multa maligna operati ſunt, monumenta victoriæ ſuæ poſuerunt in medio atrio tuo.

7 Per ſcientes peccata puniũtur.Sicut† Deus Numeri.31. per filios Iſrael punire voluit peccata Amorræorum & Cananæorum,& aliorum Gentium,quarum terram Iſraelitis poſſidẽdam dedit,quibus etiam præcepit,vt nemini eorum parcerẽt ſed omnes morti traderent.

8 Sed & mali† interdum excitantur ad puniendum peccata bonorum,vt tandem per bonos correctos, ipſi quoque puniantur,Sicut in libro Iudicum legitur cap.4.& 8.de Iabin Rege Cananęorum,& de Madianitis,quod propter Idolatriam populi ſuſcitauit eos Deus,vt Iſrael affligerent,& terram eorum occuparent.Cum autem populus Dei,ſub manibus eorum diutius afflictus,peccatum ſuum recognoſceret, & per Pœnitentiam ſibi Deum placaret:Dei præcepto & Barach comitatus Delboram Prophetiſſam vxorem Lapidoth, Iabin Regem Cananæorum,& Zizaram Ducem exercitus ſui,contriuit,& Gedon,Zebee & Salmana Reges Madianitarum, & Oreb & Zeb Duces eorum,morti tradidit.Iudic.capit.quinto. & ſeptimo.

9 Ad eundem igitur modum,ſeditioſi† quoq; ſemper a Deo puniti ſunt.Cuius rei inter multa exempla,quæ in hiſtorijs ſacris referuntur,vnum tantũ,quod de Chore, Dathan & Abyron proditur proferre libet:Vt quo non ſolum atrocitas delicti cognoſcenda,ſed etiam diuinæ vindictæ ſeueritas timenda proponuntur.Hij nimirum collecto cœtu filiorũ Iſrael,quippe Ducentorum quinquaginta virorum Procerum,inſurgentes contra Moyſen & Aaron,primum quidem aduerſus vtrũque nimis ſuperbe ac ſeditioſe.Sufficiat vobis(inquiunt)quia omnis multitudo ſanctorum eſt,& in ipſis eſt Dominus:Cur eleuamini ſuper populum Domini? Deinde ad Moyſen conuerſi,quia eos ne ſacerdotium ſibi vendicarent, & ne contra Aaron ſtarent, admonuerat Moyſes,ſimul atq; vt altero die vnuſquiſq; cũ turribulo ſuo,ad offerendũ incenſum venirẽt, præceperat,vt ſic appareret,qui electi a Dño ſancti eſſent:Ipſi tã paternæ admonitionis impatientes(quod omnib⁹fere ſeditioſis ſemper peculiare fuit) impudenter ac proterue reſpõderunt.Non veniemus,nunquid parum eſt tibi, quod eduxiſti nos de terra Aegypti,quæ lacte & melle manabat,vt occideres in deſerto,niſi & Dominatus fueris noſtri? Reuera induxiſti nos in terram,quę fluit riuis lactis & mellis, & dediſti nobis poſſeſſiones agrorum & vinearum, an & oculos noſtros vis eruere?nõ venimus.Hactenus atrocitatem rebellionis expoſuit ſcriptura.Deinceps ſeueritatem vindictæ declarabit,q̃ quo magis multitudinis infigeretur animis, qualis & quanta ea eſſet futura,& quam non ab homine, ſed a Deo eſſet immiſſa,priuſquam ea inferereturhis verbis expoſuit Moyſes. Primum enim præcipiens vniuerſo populo,ut ſepararetur a Tabernaculis Chore,Dathan & Abyron,dixit.Recedite a Tabernaculis hominum impiorum,& nolite tangere, quæ ad eos pertinent,ne inuoluamini in peccatis eorum. Deinde mox inſequuturæ pœnæ atrocitatem ingerens. In hoc ſcietis, inquit, quod Dominus miſerit me, vt facerem vniuerſa quæ cernitis, & non ex proprio ea corde protulerim: Si conſueta hominum morte interierint, & viſitauerit eos plaga, qua & cęteri & viſitari ſolent, non miſit me Dominus, Sin autem nouam rem fecerit Dominus, vt aperiens terra os ſuum,deglutiat eos & omnia, quę ad illos pertinent, deſcenderintque viuentes ad infernum: ſcietis, quod blaſphemauerint Dominum.Quibus ita per Moyſen dictis,ſtatim inſequuta pœna eſt.Nam confeſtim,vt ceſſauit loqui, dirupta eſt terra ſub pedibus & aperiens os ſuum, deuorauit illos cũ Tabernaculis ſuis,& vniuerſa ſubſtantia eorum,deſcenderũt que viui in infernũ:operti humo,& perierunt de medio multitudinis.Et hęc quidem pœna authorum ſeditionis fuit. Quod ſequitur,ad pœnam multitudinis pertinet.Sed & ignis egreſſus a Domino(inquit hiſtoria)interfecit ducentos quinquaginta viros,qui offerebant incenſum. Et cum die ſequenti orta noua ſeditione & tumultu, omnis multitudo filiorũ Iſrael contra Moyſen & Aaron murmuraſſet, quaſi populũ Domini interfeciſſent, ipſis etiam iam pro populo orãtibus, magna pars eorum incendio deuaſtata eſt.Fuerunt enim,qui percuſſi ſunt,quatuordecim millia hominum & ſeptingenti, abſque his,qui perierant in ſeditione Chore.

10 Iam & blaſphemiæ† ſacrilegia,rapinæ aliaque ſeditionib. adiũcta crimina,a Deo ſemper punita fuerũt. Ac de blaſphemiis lex inquit Leuit.capi.vigeſimoquarto. Homo qui male dixerit Deo ſuo,portabit peccatum ſuum:& qui blaſphemauerit nomen Domini morte moriatur:lapidibus eum opprimet omnis multitudo populi,ſiue ille ciuis, ſiue peregrinus fuerit. Quo ſane exemplo filius Salumith Aegyptius, quia blaſpemauerat nomen Domini, & maledixerat ei,extra caſtra eductus,ab vniuerſo populo lapidatus eſt.

11 Sacrilegium† autem appellamus,primum quod in verum Dei cultum committitur:Quod ipſum quantum abominetur Deus,quanquam ſeueriſſime ſemper vindicauerit,multis ſcripturæ exemplis comprobari poteſt. Ego ex multis pauca afferam.

12 Ozias† Rex.2.Paralip.26.ob id,quod oblaturus incenſum ſacerdotibus reſiſtentibus minatus fuit,percuſſus eſt lepra,& eiectus de domo Domini,leproſus fuit vſque ad diem mortis ſuę.Nec vero eo tantũ peccauit,quod ſacerdotibus vim inferre conatus eſt: ſed etiam quia ſacerdotum officiũ vſurpauit. Quod & ipſi ſacerdotes ſignificant his verbis. Non eſt tui officij Ozia,vt adoleas incenſum Domino, ſed ſacerdotũ,hoc eſt filiorum Aaron, qui conſecrati ſunt ad huiuſcemodi miniſterium.Egredere de ſanctuario,ne contempſeris:quia non reputabitur tibi in gloriam hoc a Domino Deo.

13 Achan† Rex,alijque multi. 2.Paralip.vigeſimonono, qui direptis omnibus vaſis domus Dei atque confractis, clauſerunt ianuas domus Dei,ad iracundiam prouocarunt Dominum Deum patrum ſuorum.Quod & Ezechias Rex teſtatur 2.Paral.29.qui cum valuas domus Domini aperuiſſet, & inſtaurauiſſet eas,ita ad ſacerdotes loquutus eſt. Audite me Leuitæ,& ſanctificamini:mundate domum Domini patrũ noſtrorum,& auferte omnẽ immũdiciẽ de ſanctuario.Peccauerunt patres noſtri,& fecerunt malum,in conſpectu Dñi Dei noſtri,derelinquentes eum:auerterunt facies ſuas a Tabernaculo

Digitized by Google

culo Domini Dei nostri, & præbuerunt dorsum : clauserunt ostia,quę erant in porticu,& extinxerunt lucernas, incensum que non adoleuerunt, & holocausta non obtulerunt in sanctuario Deo Israel.Concitatus est itaque furor Domini super Iudam & Hierusalem,tradiditque eos in commotionem, & in interitum , & in sibilum , sicut & ipsi cernitis oculis vestris . En , corruerunt partes nostri gladijs : filij nostri & filiæ nostræ,& coniuges captiuæ ductæ sunt propter hoc scælus.

14 Et Athon†ex mandato Domini lapidatus est. Iosue. 7. & cuncta quæ illius fuerant,igni consumpta: quia quædam spolia ciuitatis Hierico,quæ Domino consecrata fuerant, vsurpauit.

15 Sed & prophanas res de templo surripere,†sacrilegiũ fuit, quod & ipsum grauissime a Deo punitum est.Heliodorus. 2. Machab.3.qui iussu Regis Seleuci templum Hierosolymitanum,pecunia in deposito custodita,ac a Simeone tẽpli Præposito prodita,spoliare conatus est:virtute diuina subito correptus,flagellatus,plagis verberatus,in terrã concidit,multaque caligine circũfusus rapitur,& ex templo eijcitur, mutus, omniq; spe & salute priuatus:qui perijsset,nisi oblato pro eo sacrificio a summo sacerdote , in eadem virtute diuina libe-

19 ratus esset.Alchimus 1.Macha. 9.quia†muros domus sanctę & opera prophetarum cœpit, impedita sunt opera illius , & occlusum est os eius,& dissolutus est paralysi:nec vltra potuit loqui uerbum,& mandare de domo sua . Cæterum quæ ad vindictam diuinam aliorum criminum, seditioni adiunctorum,pertinent:in libris de hæreticis,satis a nobis, quantum etiam ad hoc nostrum institutum attinet , discussa sunt atque declarata.

DE SEDITIONIBVS
LIBER SEXTVS,
QVI EST DE REMEDIIS,
QVIBVS SEDITIONES
NON MODO SEDANTVR, SED etiam xtinguuntur:Tum etiam præcauetur, ne semel etinctæ,denuo renascantur.

Quibus modis seditiones,quas potentiorum auaritia peperit, extinguantur.

SVMMARIVM.

1 *Causa durante vt duret effectus,& ea cessante cesset,natura comparatum est.*
2 *Seditionum causæ multæ numerantur,quarum remotissima, quæ rebellionis carnis dicitur,quomodo supponatur nu.3.*
4 *Seditio orta auaritia eorum qui rempublicam regunt quomodo extinguatur.*
5 *Lex Iulia peculatus quem effectum operabatur.*
6 *Respublica nulla re vehementius continetur quam fide,quę esse nulla potest nisi solutio rerum credita.*
7 *Mutatio repentina non caret periculo.*
8 *Arati prudentia in liberanda patria sine seditione.*

CAP. PRIMVM.

SEquitur sextum remedium seditionũ , qđ est causarum , ex quibus seditiones oriuntur,remotio:tanto cęteris efficacius , quia superiora illa ad comprimendam & sedandam,hęc vero ad extinguendam etiam seditionem pertinent : tum ad præcauendum etiam ne semel extinctæ seditiones,denuo renascantur. Siquidem diuisione,transactione, vi armata,& iudiciali animaduersione,id tantum efficimus,vt seditio,quæ iam in motu est, ne vel latius serpat,neue vbi grassari cœperit,omnia corrumpat atque deuastet. At causarum remotione id assequimur, vt non solum sedentur atque sopiantur seditiones, sed etiam radicitus extirpentur:vt ne periculum quidem sit,eas ipsas(nisi causæ de nouo emergant)resuscitatum iri. Nam ita natura

1 comparatum est,vt durante causa, † duret effectus : cessante, cesset,extincta extinguatur. Quam naturæ rationem medici quoq;, quasi naturæ & Philosophorum architecti sequuti,in primis operam dant , vt ante omnia morbi causam cognoscant,ac cognitam deinde radicitus euellant. Ita.n.fit,vt causa morbi sublata,non ad tempus tantum a morbo subleuetur æger,sed etiam in totum ab eo liberetur.

Quid obstat igitur,quin prudens Irenarcha, idem quoque in depellendo a ciuili Reipublicæ corpore seditionis morbo obseruet?vt primum diligenter causas seditionum inuestiget, & cognitas in tempore repellat.Sic enim facillime assequetur vt seditiones iam sopitę,& instar ignis velut sub cineribus latẽtes,non tantum premantur, sed etiam extinguantur . Primum igitur oĩum repetenda hoc loco erunt,quæ libro secundo huius operis de causis seditionum scripsimus:quo facilius, quod de remouendis ipsis consilium daturi sumus,cognosce-

2 re possimus.Ac causas quidem seditionum † multas enumerauimus:& harum quidem alias principales,alias Instrumentales:& principalium alias propinquas,alias Remotas. Sed & remotissima causa seditionum est,ex qua cæteræ omnes, tanquam ex radice enascuntur.Hæc nimirum est,vitium illud ex peccato primi parentis nostri Adę,in carne nostra cõtractũ.i. rebellio illa carnis aduersus spiritum,de qua dr.Caro concupiscit aduersus spiritũ,spiritus aũt aduersus carnẽ. Gal.5.ex qua oĩum seditionum semina producuntur , quæ nimirum sunt opera carnis,inimicitiæ,contentiones,æmulationes,iræ,rixę, dissensiones, sectæ,inuidiæ,homicidia, & his similia : quibus dissensiones,quæ propter auaritiam,ambitionem,metum cõtemptum,& quæ ob dissimilitudines originis,generis,artium religionis:item quæ ob negligentiam eorum , qui præsunt rebus publicis,oriuntur,& si quæ sunt similes, quas nos causas principales seditionum, sed eas tamẽ remotas appellauimus. Similiter & Instrumentales fraudem,& vim , & quæ his ipsis coniunguntur,quas instrumentales nominauimus.Ac remo

3 tissima quidem illa seditionum causa†(quam rebellionẽ carnis esse diximus)supprimi quidem & domari potest: extingui autem,& radicitus extirpari non potest,donec locum habebit,quod Apostolus dicit.1.Cor. 15. Seminatur in corruptione,surget in incorruptione:seminatẽ in ignobilitate, surget in gloria:seminatur in infirmitate,surget in virtute : seminatur corpus animale,surget corpus spirituale.Et paulo post.Canet enim tuba,& mortui resurgent incorrupti ,& nos immutabimur . Oportet enim corruptibile hoc induere incorruptionem,& mortale hoc induere immortalitatem.Remotæ vero seditionum causæ non solum sedari, sed etiam extingui possunt:non quidem perpetuo,sed ad tempus. Neque enim fieri potest,vt radice virente, nõ aliquando etiam germẽ aliquod ex ea (nisi reprimatur) paulatim renascatur . Atque eo sane pertinent hæc & similia.Oportet hæreses esse:Necesse est , vt scandala fiant.1.Cor.11. Matth. 18. Quandiu enim mortali hac carne circundati sumus,tam diu etiam seditionum fomẽta in nobis gestamus,in ipsa carne latentia,quæ ad tempus qdem extincta quiescunt:sed cum tempore,vbi non reprimuntur,reuiuiscunt.Sed redeo iam ad causas ipsas,quarum remotionem extinguendarum seditionum remedium esse diximꝰ. In qua re neq; iustiora,nec certiora , præcepta tradi possunt , quam quæ multo rerum vsu & experientia a veteribus collecta sunt:quorum alia quidem historijs,alia in Constitutionibus principum,& veterum Iurisprudentum responsis, descripta & annotata reperiuntur.l.constitution. ff.de appellat.Primum igitur opera danda erit prudẽti Irenarchæ,vt principes seditionum,factionumque Duces (quos propinquas causas esse diximus)sine alicuius moræ interpositione e medio tollantur . Id autem quomodo fieri debeat , supra declarauimus.

Deinde,quod ad remotas causas attinet, singularũ naturas diligenter consyderabit:veluti si propter auaritiam eorum , qui Reipub.præsunt,exorta sit seditio,rationem inibit , quomodo radix illa auaritiæ euellatur.In qua re plurimum pro-

4 derit,si leges†veteres ad coercendam tam Magistratuum,quã priuatorũ auaritiam latæ , si in desuetudinem uenerint,renouentur,& ad iustum & legitimum vsum reuocentur . Qualis est lex Iulia peculatus,lex iulia repetundarum;& si quæ sunt similes: quibus eorum auaritia reprimitur,qui cum aliquam potestatem habent pecuniam ob iudicandum , vel non iudicandum decernendum ue acceperint . ff. ad leg. iul. repetund. l.3.6.&7. Similiter , qui ad accusandum,vel non accusandũ ob hominem in vincula publica conijciendum,vinciendum vinciriue iubendum, vel ex vinculis dimittendum,ob denunciandum item,vel non denunciandum Testimonium,condẽnandum hominem absoluendumue:ob litem æstimandam , iudiciumue capitis pecuniæue faciendum, vel non faciendũ pecuniam acceperint.Similiter,qui ob militem legẽdum mittẽdũue, ęs acceperint.Qui item ob sententiam in Senatu publico, consilioue dicendam,pecuniam acceperint: Hii enim omnes lege iulia repetundarum tenentur . Sic & lege iulia

5 †peculatus eorum auaritia coercetur , qui ex pecunia sacra , religiosa,publicaue quid auferunt vel intercipiunt,vel in rem

suam

Digitized by Google

ſuam vertunt. Eodem fere pertinet auaritia eorum, qui contra annonam fecerint, ſocietatemue coierint, quo annona carior fiat: qui lege iulia de annona puniuntur. Ad leg. Iul. de annona. l. 2.

Sed & Monopolarum nimis auaræ ſocietates, conuentiones, & pactiones diſſoluantur. Quibus id agitur, vt ſpecies diuerſorum corporum negociationis, non minoris, quam inter ſe ſtatuerint, venundentur. L. vnica. C. de Monopolijs.

Omnium autem maxime danda erit opera ijs, qui Repub. preſunt, ne ſit æs alienum, quod Reipub. noceat, quod multis rationibus caueri poſſe putat Cicero: Maxime autem, ſi hoc non fuerit, vt locupletes ſuum perdant, debitores lucrentur alienum. Nec enim ulla res (vt ipſe ait) vehementius Rempu.
6 continet, quam fides † quæ eſſe nulla poteſt, niſi ſolutio rerũ creditarum. In primiſque operam dabunt rerum publicarũ adminiſtratores, vt iuris iudiciorumque æquitate, ſuum quiſque teneat: & neque tenuiores propter imbecillitatem circũueniantur, neque locupletioribus ad ſua vel tenenda, vel recuperanda obſit inuidia. Cum autem ſæpe fiat, vt æquitate hac neglecta, aliena poſſideant locupletiores, ſuis careant tenuiores, nec commode ob diuturnitatem temporis huiuſmodi difficultas emendari poſſit, quod iniquum videatur: vt qui agrum multis ſæculis poſſedit, tametſi alienum, eum repente amittat, & qui non poſſedit, etiamſi ſuum iam habeat, non debet prudens Irenarcha ſtatim ei qui poſſidet, quod habet auferre, & qui non poſſidet, quod non habet dare.

Nam & ſi æquitatem aliquam præ ſe ferre videatur, vt in diuidendis agris æqualitas inter locupletiores & tenuiores, proportionis tamen cuſtodita regula, obſeruatur: tamen non
7 carebit tam repentina mutatio periculo. Nam ex hac cauſa Agrariæ contentiones olim Gracchos perdiderunt. Et in Græcorum hiſtorijs refertur, propter hoc iniuriæ genus Lacedæmonios Lyſandrum Ephorum expuliſſe, & Agin Regem necauiſſe, vt Cicero teſtatur Lib. 2. officio. Ideoque in tali difficultate media ingrediendum erit via, vt neque qui ſuis careant, neque qui aliena poſſideant, plus iuſto lædantur.
3 Quamobrem † Aratum Sicyonium iure laudandum eſſe dicit, qui Methodeo Tyrãno oppreſſo, ac Sicyone ciuitate (quã quinquaginta annos Tyranni tenuerant) liberata, ſimul atq; ſexcentis exulibus, qui locupletiſſimi fuerant eius ciuitatis, reſtitutis, cũ magnam animaduerteret in bonis & poſſeſſionib. difficultatem, quod & eos, quos ipſe reſtituerat, quorum bona alii poſſederant, egere iniquiſſimum eſſe arbitrabatur, & quinquaginta annorum poſſeſſores mouere nõ nimis æquũ putabat: propterea, quod tam longo ſpatio, multa hæreditatibus, multa emptionibus, multa dotibus detinebantur: ſine iniuria eſſe iudicauit, neque illis adimi, neque his nõ ſatis fieri, quorum illa fuerãt, oportere. Cumque igitur ſtatuiſſet, opus eſſe ad eam rem conſtituendam pecunia, Alexandriam ſe profiſci velle dixit, remque integram ad reditum ſuum iuſſit eſſe. Iſq; celeriter ad Ptolomæum ſuum hoſpitem venit, qui tũ regnabat alter poſt Alexandriam conditam: qui cum expoſuiſſet, patriã ſe liberare velle, cauſamq; docuiſſet, a Rege opulento vir ſummus facile impetrauit, vt grandi pecunia adiuuaretur. Quam Sicyoniam attuliſſet, adhibuit ſibi in conſiliũ quindecim principes, cum quibus cauſas cognouit, & eorum qui aliena tenebant, & eorum qui ſua amiſerant: perfecitque æſtimandis poſſeſſionibus, vt perſuaderent aliis, vt pecuniam accipere mallent, & poſſeſſionibus cederent: aliis vt commodius putarent, numerari ſibi quod tanti eſſet, quam ſuum recuperare. Ita perfectum eſt, vt omnes, concordia conſtituta, ſine querela diſcederent.

Quibus modis ſeditiones, propter Ambitionem natæ extinguantur.

SVMMARIVM.

1 *Ambitionem non ſolum chriſtiani, ſed etiam ethnici & gentiles ſemper fugiendam putarunt, ſed de ea diuerſa ſenſerunt.*
2 *Honorum diſtributio quæ propter largitiones fit, peſſima eſt.*
3 *Magiſtratus dupliees ſunt, eccleſiaſtici & ſeculares.*
4 *Symonia quid ſit, eſt crimen atrociſsimum grauiſsime in vtroque teſtamento punitum numero 5. ex quo multa perueniunt incommoda, numero 6. & 8.*
7 *Principio mala inchoata difficile eſt vt bono peragantur exitu.*
9 *Ambitus quid ſit.*
10 *Candidati qui olim appellabantur, quibus largitionibus vtebantur. 14. 15.*
11 *Nomenclatores qui dicebantur.*
12 *Sectatores apud Romanos qui erant.*
13 *Marcus Cato laudatur.*
16 *Ludi theatrales: circenſes ad quid apud Romanos inſtituti.*
17 *Venationes pantherarum & Leonum apud Romanos in circo, exercebantur.*
18 *Scena temporaria Scauri quæ fuerit.*
19 *Ludorum & ſpectaculorum mos in creandis magiſtratibus quam fuerit frequens apud Romanos.*
20 *Largorum duo genera numerantur.*
21 *Theophraſtus in materia largitionum reprobatur.*
22 *Neceſsitati venia datur.*
23 *Honores publicos adipiſci ſine largitione & munere honeſtius eſſe probatur exemplis.*
24 *Ambitio honorum & magiſtratuum etiam ſæcularium peſsimum crimen eſt.*
25 *Symoniaci quam ſint deteſtabiles authoritatibus probatur.*
26 *Vendentes ſpiritum ſanctum Iudæ proditori æquiparantur, & aliis pœnis plectuntur.*
27 *Seditiones ex ambitu ortæ quibus remediis ſupprimantur.*
28 *Saluti propriæ nullus præſumitur vllum commodum anteponere.*

CAP. II.

1 AMbitionem non ſolum † Chriſtiani, ſed etiam Ethnici & Gentiles ſemper fugiendam eſſe putarunt: ſed aliter Ethnici, aliter Chriſtiani. Ethnici ad honores & gloriã contendere, Magiſtratus & munera petere, non ſolum non verterunt vitio, ſed virtutis etiam, & magni animi eſſe dixerunt: tum quibus rebus ea comparanda eſſet docuerunt, precium tantum in adipiſcendis honoribus interuenire noluerunt. Cicero lib. 2. officiorũ. Chriſtiani vero, omnem quidem poteſtatem bonam eſſe dicunt, & a Deo ordinatam: ambitionem autem & honorum appetitionem malam. Quia ſcriptum eſt. Nec quiſquam ſibi ſumat honorem, ſed qui vocatur a Deo, vt Aaron Heb. 5. Omniũ aũt peſſimã,
2 quę propter lagitiones fit, honorum † diſtributionem. Quemad
3 modum autem duplices ſunt honores † & Magiſtratus. Eccleſiaſtici & ſæculares: Ita & duplex eſt ambitio, vna Eccleſiaſticorum, altera ſæcularium honorum: illa Symonia, hæc
4 ambitus appellatur. Symoniam † diffinire poſſumus, vt ſit ſtudioſa voluntas emendi, vendendiue aliquid ſpirituale. l. diſt. c. ſtudeat. Sunt autem ſpiritualia, quorum pecuniaria commertia prohibentur, Sacramenta Eccleſiæ, vt Baptiſmus, Euchariſtia, Ordo ſacer &c. c. ſi quis. c. Saluator. 1 q. 3. Officia dignitateſue Eccleſiæ, vel Epiſcopatus Prępoſiturę, Archidiaconatus: ſimiliter Præbendæ & beneficia Eccleſiaſtica. Hęc enim & ſimilia dona Dei ſunt, res videlicet, quæ a Deo fidelibus, & a fidelibus Deo donantur: De quibus dicitur. Gratis accepiſtis, gratis date. Matth. 10. Ideoque qui eas non ad hoc, ad qđ inſtituę ſunt, ſed ad propria lucra, munere linguę, vel indebiti obſequii, vel pecuniæ largiẽ & adipiſcitur, Symoniacus eſt.
5 c. quis ſtudet. 1. q. 1. Eſt aũt atrociſſimũ crimen † Symoniæ, & quod grauiſſime in vtroque Teſtamento vindicatum eſſe cõſtat. Giezi enim 4. Reg. 5. gratiam ſanitatis, Heliſæo vindicante, leproſus factus, amiſit. Iudas Matth. 17. oĩum redemptorẽ vendidit, mox laqueo ſuſpenſus, eandem Redemptoris gratiam non obtinuit. Ea merito, quia nemo poteſt retinere, quod vendidit. Symon etiam Magus Act. 8. a quo Symonia nomen accepit, cum eandem Spiritus ſancti gratiam emere vellet, damnationis ſententiam a Petro audiuit. Pecunia tua tecum ſit in perditionem: quia donum Dei exiſtimaſti pecunia poſſidere. Dominus etiam Io. 2. vt vendentes & ementes huius gratię expertos oſtenderet, cunctos alios peccatores p gratiam in templo dimiſit, ſingulariter vendentes & ementes increpans, & flagellans de templo eiecit, in quo venditores & emptores & ſuos gratia Spiritus ſancti conſtat deſtitutos eſſe & vacuos. Quos enim Chriſtus de templo eiecit nuſquam Spiritus Chriſti ſibi faciet tẽplum. Addo & multa
6 incommoda † peruenire ex Symonia, ac generaliter quidem principatus, quẽ aut ſeditio extorſit, aut ambitus occupauit, etiam ſi moribus & affectibus non offendit, ipſius tamen initij ſui pernicioſus eſt exemplo & difficile eſt, vt bono peragãtur exitu, quæ malo inchoata ſunt principio. † Deinde populi quoque ſalus, cui per Symoniam præficitur Magiſtratus, ne gligitur. Vulnerato nanque paſtore, quis curandis ouibus adhibet medicinam? cap. fertur. §. vulner. 1. q. 1. aut quomodo populum orationis clypeo tueatur, qui iaculis hoſtium ſeſe feriendum exponit? aut qualem fructum de ſeſe productur
7 eſt, cui graui peſte radix infecta eſt? Maior ergo metuenda eſt locis illis calamitas, vbi tales interceſſores ad locum regiminis adducuntur, qui Dei magis in ſe iracundiam prouocant, quam per ſeipſos placare debuerant. Poſtremo ipſe quoque
8 qui per Symoniacam prauitatem Magiſtratum † Eccleſiaſticũ adeptus eſt, eiuſmodi perplexitati ſe inuoluit, vt neq; in officio manere, neque idipſum tuto, & cum bona cõſciẽtia relinquere poſſit. De qua re ita ſcribit Grego. 13. diſ. ca. Nerui. Alius inquit, pẽſare põdus Eccleſiaſtici honoris negligẽs, ad

Digitized by Google

locum regiminis præmijs aſcendit, ſed quia omne quod hic eminet, plus mœroribus afficitur, quam honoribus gaudet: dum cor plus tribulatione premitur, ad memoriam culpæ reuocatur, doletque ſe ad laborem cum culpa peruenisſe, quanquam ſit iniquum quod admiſerit, ex ipſa fractus difficultate cognoſcit. Reum ſe igitur cum impenſis præmijs agnoſcens, vult adeptæ ſublimitatis locum deſerere: ſed timet, ne grauius delictum ſit ſuſcepti gregis cuſtodiam reliquiſſe. Vult ſuſcepti gregis curam gerere, ſed formidat, ne deterior culpa ſit regimina paſtoralis curæ dimittere, quam empta poſſidere. Per honoris ergo ambitum, ligatum culpa hinc inde ſe cõſpicit eſſe. Quippe ſine reatu criminis, neutrum videt, ſi aut ſuſceptus ſemel grex relinquitur, ac rurſus ſacra actio ſęculariter empta teneatur. Vndique metuit, & ſuſpectus latus omne pertimeſcit, ne, aut ſtans in empto regimine, nõ digne lugeat, quod non etiam deſerens emendat: aut certe regimen deſerẽs dum aliud flere nititur, rurſus aliud de ipſa gregis deſtitutio-
9 ne committat. Ambitus eſt †quo Magiſtratus honoreſque ſæculares pecunia comparantur. Fuit autem ingens olim Romanorum ambitus, propter immenſa commoda Magiſtratuum, qui populi ſuffragijs creabantur. Quandoquidem mos erat, vt in dictis Comitijs, Tribus in Centurias diſtributæ (Nã populus in Centum turbas diuidebatur) in campum Martiũ, ex qualibet turba delectis aliquibus conuocarentur. Erant autem Tribus Triginta quinque, quibus ita conuenientibus libera erat ſuffragandi poteſtas. Qui autem Magiſtratus pete-
10 bant, †Candidati appellabantur: ita dicti, quia in candida veſte ſiue toga in campum cum clientibus gentilibuſque deſcẽdebant, Tribus præhenſantes, & circumeuntes; Immo & tenuiſſimos etiam & ignotos homines, quorum ſuffragijs nitebantur rogantes, tum vel per ſe, vel per communes amicos obſecrantes & obteſtantes, vt ſibi in conſequendis honorib. ſocij & adiutores eſſent, atque in petitione ſuffragatores. Sed
11 & Nomenclatores †ſibi adhibebant, qui merita ſua virtuteſque domi foriſque commemorabant: quanquam poſtea cautum fuit, ne Candidatis Nomenclatores adeſſent. Maxime vero elaborabent, vt adoleſcentes nobiles & ſummo loco natos haberent, qui ſe amicos ſuffragatores, duces atque aſſertores: exhiberent: competitoribusque inuidiam, ſibi autem ſtudia hominum fauoremque conciliarent. Hij quoniam Can-
12 didatos ſequebantur, ſectatores †appellabantur. Quorum tãta frequentia & aſſiduitas erat, vt modus quoque eis per legem Fabiam ſtatutus fuerit: Vt eſt apud Ciceronem, in oratione pro L. Murena. Atque vt quatuor genera Comitiorum erant AEdilitia, Prætoria, Tribunitia, & Conſularia: ſic & ab his nomina acceperũt Candidati, vt qui AEdilitatem peterent, AEdilitij: qui Tribunatum, Tribunitij: qui Prætura Prætorij, qui Conſulatum, Conſulares appellarentur. Nec fraudi cuiquam fuit, hoc modo ſuffragia populi petere: nec vitio datum, Nomenclatore & ſectatoribus, clientibus, nobilibus, & & amicis vti. Nam ad hunc modum incorruptiſſimi, ac virtutibus ſuis clariſſimi, & populo commendatiſſimi homines ſuffragia petiuerunt. Quod & Cicero ſe feciſſe fatetur. Lib. 2.
13 officiorum, & in oratione pro L. Murena. Et M. Cato, † quẽ (vt idem Cicero de eo ſcribit) natura ipſa ad honeſtatem, temperãtiam, magnitudinem animi, iuſtitiam, & ad omnes denique virtutes magnum hominem & excelſum finxerat: tamen in campum deſcendens, Tribunatum petijt qui & omnes bonos Candidatos ſectatores habuit, & qui & cæteros ad mandandum Catoni Tribunatum cohortati ſunt, vt pote qui non honorem quæreret, ſed operam ſuam patrię offerret, vt ſcribit Plutarchus in Catone Minore. Quin hoc etiam fertur, tantam fuiſſe multitudinem ei ſuffragantium, vt inter ſtudia officiaque hominum preſſus, in periculo fuerit, vixq; habuerit facultatem, ſe a turba explicandi. At Nomenclatorem non habuit, ſolus legem ſeruans, quæ Candidato adeſſe Nomenclatorem vetabat.

Iam & largitiones immenſas in populum faciebant Candi-
14 dati. Sic Milo †Candidatus Conſularis ad fauorem populi cõciliandum, tributim in ſingulos millia aſſium dedit. Budæus mille aſſes Decem auris Francicis æſtimat: Vnde ſi quis in ſingulos Tribus, quæ triginta quinque fuerunt, millenos redemptos ſuffragatores colligat, ad trecenta quinquaginta millia coronatorum hoc nomine ſumptus euadet. Sic Iulius Cæſar
15 †Paulum Conſulem, Aureorum noningentorum millium æſtimatione redimere non dubitauit: ea lege, non quod commodaret ei, ſed ne quid incommodaret. Et Curionem Tribunum Quindecies Centenum millium, ſed eo pacto, vt in omnia ſe addiceret. Ac de ingenti & flagrantiſſimo Romanorum ambitu, deque immenſis largitionibus, Cicero ad Qu. fratrem ad hunc modum ſcribit. Ambitus redijt immanis, nunquam fuit par, non dico Hyperbolas, vel ſextertium Centies conſtituunt. in prærogatiuam pronunciare. Erat autem prerogatiua Tribus, cui ſorte obtigerat, vt prima ſuffragia ferret in creandis Magiſtratibus, & eam ſæpe reliquæ ſequebantur aſſentientes ei. Idem Cicero eadem de re ad Atticum ita ſcribit, de Comitijs loquens. Sequere nunc me in campum, ardet ambitus, fœnus ex Triente Idibus Quintilibus factum erat beſſibus. Et paulo poſt. Pompeius fremit, queritur, Scauro ſtudet, ſed vtrum fronte an mente, dubitatur. Exoche in nullo eſt, pecunia omnium dignitatem exæquat. Meſſala languet, non quo animus deſit, aut amicis careat, ſed Cortio Coſ. & Pomp. obſunt. Quin tanta etiam inuidia flagrauit ea res, vt hij qui Magiſtratum petebant, cum ſinguli a largitionibus deterriti eſſent, in vnum conuenerint, contulerintque vnuſquiſque Duodecim millia Drachmarũ argenti facta ſponſione, vt qui ex his per largitionem peteret id argentum perderet: arbitrum Catonem elegerunt, & pecuniam apud illum ſtatuerunt, ſed ipſe Cato pecuniam recipere noluit, fideiuſſores tamen recepit. Cum autem in ſumma pecunię depoſita variẽt Cicero & Plutarchus, Budęus Ciceroni potius, quam Plutarcho credendum eſſe putat. Quin illud
16 quoque moris †fuit apud Romanos, vt AEdiles, & alij Magiſtratus, ludos vel munera magnifica facerent, & ædificarent in Theatro, vel Circo, vel Amphiteatro: Venationes item ac munera darent, id eſt, gladiatorum multa paria, ad vulgi oculos oblectandos depugnatura, quaſi populo vniuerſam quãdam mercedem collatorum ſuffragio ſuo Magiſtratuum ſoluentes, in quam rem & ipſam immenſos ſumptus fecerunt.

Ac de animalibus & venatoribus in Circo datis, ita ſcribit Plinius, li. 8. Primus autẽ Scaurus in AEdilitate ſua varias (de Pãtheris loquitur) cẽtum quinquaginta vniuerſas miſit.
17 Deinde Pomp. †Magnus, quadringentas decem: Diuus Auguſtus quadringentas viginti. Idem Leonum ſimul plurium pugnã Romę princeps dedit Q. Scęuola. P. filius in Curuli AEdilitate. Centum autem Iubatorum primus omnium L. Sylla, qui poſtea Dictator fuit in Prętura. Poſt eum Pomp. Magnus DC. ac in ijs Iubatorum C CC X V. Cæſar Dictator quadringentos. Idem Plinius. Annalibus notatum eſt, M. Piſone. M. Meſſala Cõſulibus Domitium AEnobarbum AEdilem Curulem vrſos Numidicos centum, & totidem viatores AEthiopas in Circo dediſſe.
18 De operibus vero magnificis idem Plinius. Scaurus †fecit in AEdilitate ſua opus maximum omnium, quæ vnquã fuere humana manu facta, non temporaria mora, verum etiam æternitatis deſtinatione. Quibus verbis, vt Budæus interpretatur Lib. 1. de aſſe & partib. eius ſignificat, Scaurum in AEdilitate ſua ad populi oblectationem ſcenam temporariam, & ſtatim ludis factis, diruendam feciſſe: ſed quæ vinceret magnificentia clariſſimum opus omnium, quæ nunquã facta ſunt, etiam eo animo, vt perpetuo eſſent.

Adeo autem hic largitionum, ludorum, & ſpectaculorum
19 mos, †in creationibus Magiſtratuum inueterauerat, vt non ſolum a Senatu non damnaretur, ſed etiam approbaretur. Quod primum ex eo colligimus, quod de largitione a Iulio Cæſare, Luceio, & M. Bibulo Candidatis conſularibus factis, ad hunc modum ſcribit Suetonius in C. Iulio Cæſare: E duobus Conſulatus competitoribus L. Luceio. M. Bibulo, Luceiũ ſibi adiunxit Cæſar pactus, vt is quoniam inferior gratia eſſet pecuniaque polleret, nummos de ſuo communi nomine, per Centurias pronunciaret. Qua cognita re, Optimates, quos metus cœperat, nihil non auſurum eum in ſummo Magiſtratu, concordi & cõſentiente Collega, authores Bibulo fuerũt tantundem pollicendi: ac plęriſque pecunias contulerunt, ne Catone quidem abnuente, eam largitionem e Repub. fieri. M. Cicero L. Murenæ aduerſas accuſationem M. Catonis defenſor, ludos, conuiuia, & ſpectacula in Circo & Theatro, liberalitatem magis quam largitionem appellandam eſſe putat. Ac propterea nec Candidatis huiuſmodi benignitatem, nec populo eorum fructus eſſe eripiendos: ſed arbitror eum eo loco cauſę magis inſeruiſſe, quam quod dixit, ex animo aſſeruaſſe, Quod ex eo conijcio, quod in Officijs ſcribit libro. 2.
20 Omnino, inquit, duo genera ſunt largorum, † quorum alteri prodigi: alteri liberales. Prodigi, qui epulis & viſcerationibus & gladiatorum muneribus, ludorum venationumque apparatu, pecunias profundunt in eas res, quarum memoriã aut breuem aut nullam ſunt relicturi omnino. Liberales autem ſunt, qui ſuis facultatibus, aut captos a prædonibus redimunt, aut ęs alienum ſuſcipiunt amicorum cauſa, aut in filiarum collocatione adiuuant, aut opitulantur, vel in re quærenda vel augenda. Itaque miror, quod in mentẽ venerit Theophra-
21 ſto, †in libro, quem de diuitijs ſcripſit, in quo multa præclare illud abſurde: Eſt enim multus in laudanda magnificentia & apparatione popularium munerum, taliumque ſumptuum facultatẽ, fructum diuitiarum putat. Mihi autem ille fructus liberalitatis, cuius pauca exempla poſui, multo etiam maior videtur & certior quanto Ariſtoteles grauius & verius nos re-

prehen-

Digitized by Google

prehendit, qui has pecuniarum effusiones admiremur, quę fuit ob multitudinem deliniendam. At hij, qui ab hoste obsidentur, si emere aquæ sextarium mina cogerentur, hoc primo incredibile nobis videri, omnesque mirari: Sed cum attẽ-
32 derint, veniam †necessitati dari, in his immanibus iacturis, infinitisque sumptibus, nihil non magnopere mirari: cum præsertim nec necessitati subueniatur, nec dignitas augeatur. Ipsaque illa delinitio multitudinis, ad breue exiguumque tempus sit duratura, eaque a leuissimo quoque animo, in quo tamen ipso cum facietate memoria quoque moriatur voluptatis. Vnde etiam colligitur, hæc pueris & mulierculis, & seruis & seruorum similimis liberis esse grata: Graui vero homini, & ea quæ fiunt iudicio certo ponderanti, probari posse nullo modo. Hactenus quid de largitionibus ludorum, spectaculorum, venationum, & munerum sentiat, declarauit: Quæ sequuntur, ad morem & institutum Romanorum pertinent. Quanquã, inquit, ipse Cic. li. 2. offi. intelligo in nostra ciuitate inueteraſse iam bonis tẽporibus, vt splendor Aedilitatum ab optimis viris postuletur. Itaq; & P. Crassus. tũ cognomine Diues, tũ copijs, functus est AEdilitio maximo munere. Et paulo post. L. Crassus cum omnium hominum moderatissimo. Q. Mutio, magnificentissime AEdilitate functus est. Deinde C. Claudius, Appij filius, multo post Lucullus, Hortensius, Syllanus. Omnes autem P. Lentulus, me Consule, vicit superiores. Hunc est Scaurus imitatus: magnificentissima vero nostri Pompeii munera secundo Consulatu, in quibus omnib. quid mihi placeat, vides. Morem quidem patriæ, a tot excellentissimis viris obseruatum, reprehendere non audet: Verum quid honestius sit hoc ipso, innuit quod dicit. In quibus omnibus quid mihi placeat, vides. Omnium autem maxime in hac re, vt in cæteris, mediocritatem commendat. Immo honestius
33 etiam iudicat, sine largitione & munere ad honores † publicos peruenire: Idque exemplis quoque probat. L. quidem Philippus (inquit) Q. filius, vir magno ingenio, in primisque clarus, gloriari solebat, se sine vllo munere adeptum esse oĩa, quę haberentur amplissima. Dicebat idem Cotta. Curio: Nobis quoque licet in hoc quodammodo gloriari. Nam pro amplitudine honorum, quos cũctis suffragijs adepti sumus, nostro quidem anno, quod contigit eorum nemini, quos modo nominaui, sane exiguus sumptus adhibitus fuit. Postremo sententiam suam clarius exprimens ita concludit. Tota igitur ratio talium largitionũ genere vitiosa est, tempore necessaria: & tamen ipsa ad facultates accommodanda & mediocritate moderanda est.

Hæc fusius aliquanto de ambitu ex historijs cõmemorare libuit, vt ex ipso ẽt rerũ euentu intelligamus, quã pessimũ crimẽ sit, etiã sæcularium honorum & Magistratuum ambitio.
34 †Ex qua scilicet, præter alia incommoda & pericula, sępe etiã teterrima bella & seditiones excitata fuisse cõstat. Iam igitur orta propter Symoniam seditione, quod omnium maxime grassantibus hæresibus fit, vt alias a nobis non paucis exemplis demonstratum est: vnicum remedium erit, vt sacri Canones sanctorumque patrum Decreta, ad coercendam Symoniam ædita, reuocentur. Cuiusmodi est Canon Chalcedonẽsis Concilij, qui sic habet. 1. q. 1. c. si quis. Si quis Episcopus per pecuniam ordinationem fecerit, & pretio redemerit Spiritus sancti gratiam, quæ vendi non potest, ordinaueritque per pecuniam Presbyterum aut Diaconum, vel quemlibet de his, qui cognominantur in Clero promouerit, & dispensatorem aut defensorem, vel quemlibet, qui subiectus est regulæ, pro sui turpissimi lucri commodo: Is, qui hoc hoc attentare probatus fuerit, proprij gradus periculo subiacebit: Et qui ordinatus est, nihil ex hac ordinatione vel promotione, quæ est pro negociatione facta, proficiat, sed sit alienus a dignitate, vel solicitudine, quam pecunijs acquisiuit. Si quis vero mediator tam turpibus & nephandis datis vel accepetis extiterit: si quidem Clericus fuerit, a proprio gradu decidat: si vero Laicus, anathematizetur. ca. cito turpem. §. quia erg. 1. quæstio. 1. Sunt
35 & alij multi Canones, quibus cauetur, apud Symoniacos † sacerdotium non subsistere, c. eos qui. 1. q. 1. c. qui studet. 1. q. 1. benedictionem eorum in maledictionem conuerti, nec in Christi corpore eos esse, qui sunt maledicti, nec sanctificare alios posse, nec corpus Christi tradere, vel accipere, nec benedicere alijs valere. c. reperiuntur. 1. q. 1. Vnde & Iudæ proditori
36 †tanquam seruum suum, Spiritum sanctum vendentes, æqui parantur, & pro hæreticis habentur, infamia notantur, anathematizantur, ab officiis & Magistratibus submouentur, aliisque pœnis afficiuntur, quas hic omnes recensere nimis foret prolixum, ac fortasse nonnihil etiam lectori molestum.

27 Sin vero seditio † ob ambitum fuerit concitata, duo remedia erunt: Vnum, vt duobus pluribusue Magistratum ambitẽtibus, tertius quispiam creetur. Quod Scipione Hypseo & Milone Consulatum petentibus, factum est. Cum enim hij nõ solum solitis illis vsitatisque largitionib. sed etiam armis & necibus contenderent, ac temeritate & audacia bellum ciuile concitassent, cum per multos dies tria veluti castra forum obsiderent, censuit antequam summa necessitas cogeret, spõte & gratia Senatus eam rem Pompeio esse mandandam: ex duobus malis, quod minus foret, eligens, ne cum ciuitas seditionibus atque armis diu afflicta esset, tunc demum in potestatem vnius deueniret. Sententiam igitur a M. Bibulo Catonis necessario prolatam, qua censebat, solum Pompeium Cõsulem designandũ, Cato quoq; assurgens, cõtra expectationẽ oĩum laudauit: asserens præstare, vt quæuis potestas in vrbe sit, quam Rempub. sine Magistratu ac præside manere, vt scribit Plutarchus in Cato. minore. Alterum remedium est, vt leges quæ de ambitu coercẽdo latæ sunt, in pristinum usum reuocentur, qualis est Theodosii imperatoris constitutio. l. sancimus. C. ad leg. iul. repetund. Sic. n. ad Flo. Præfectũ prætorio rescribit. Sancimus eiusmodi viros ad prouincias regendas accedere, qui ad honoris insignia non ambitione vel pretio, sed probatæ vitæ & amplitudinis tuæ solẽt testimonio ꝓmoueri: Ita sane, vt ij, quib. honores ꝑ sedis tuæ, vel per nostrã fuerint electionem commissi, iurata inter gesta depromant, se pro administrationibus sortiendis, neque dedisse quippiam, nec daturos vnquam postmodum foret, siue per se, siue per interpositam personam in fraudem legis sacramentique, aut venditionis donationisue titulo, aut alio velamento cuiuscunque contractus. Et ob hoc, exceptis solis Salariis, nil penitus tam in administratione positos, quam post depositum officium pro aliquo præstito beneficio tempore administrationis quã gratuito meruerunt accepturos. Et licet neminem diuini timoris contemnendo iureiurando, arbitramur immemorẽ,
28 †vt saluti propriæ vllum cõmodũ anteponat: tũ vt ad salutis timorem etiã necessitas periculi subiugetur, si quis ausus fuerit præbita sacramenta negligere, non modo aduersus accipientem, sed etiam aduersus dantem, accusandi cunctis tãquã crimen publicum concedimus facultatem, quadrupli pœna eo qui conuictus fuerit, modis omnibus ferieudo. Sed & Senatusconsultũ cautũ, vt qui contra legem Iuliam de ambitu, Magistratũ aut sacerdotium petierit in centũ aureis cum infamia puniatur. l. vnica. ff. ad leg. Iul. de amb.

Quibus modis seditiones propter metum Tyrannorum concitatæ, tollantur.

SVMMARIVM.

1 *Seditionum quę propter metum oriuntur siue sedandarum, siue extinguendarum, non vna ratio est.*
2 *Tyrannum quomodo diffiniant iurisconsulti. & quem nobis scriptura propo nat. nu. 5.*
3 *Seditiones propter metum Tyrannidis concitantur.*
4 *Tyrannidis causa duplex est.*
6 *Regis tyrannici ius quale sit. eius studia. nu. 9. & quæ intendat. 10.*
7 *Deus exaudit inuocantes nomen eius aduersus eos qui nos opprimunt.*
8 *Opera tyrannica quæ sint.*
11 *Tyrannis summouendis quibus remediis veteres vsi fuerint.*
12 *Philippus rex quare a Pausania occisus est.*
13 *Alexander magnus veneno Antipatro authore interiit.*
14 *Trasybulus quo remedio contra triginta tyrannos Athenis vsus fuerit.*
15 *Iulius Cæsar quare a coniuratis occisus fuerit.*
16 *Caius Caligula qua morte interierit.*
17 *Claudius Cæsar veneno sibi ab Agrippina vxore in boleto dato interiit.*
18 *Nero Claudius Cæsar hostis senatu pronuntiatus, ignominiosissime fugiens ad quartum ab vrbe lapidem se ipsum interfecit.*
19 *Marcus Syluius Otto qua morte interierit.*
20 *Vitellius imperator quam ignominiose occubuerit.*
21 *Flauii Domitiani vita, & violentus interitus.*
22 *Lucii Antonini Commodi vita & interitus.*
23 *Didii Iuliani decolatum caput fuit in rostris positum.*
24 *Antonini Bassiani Caracallæ mors.*
25 *Aurelius Antoninus Varius quam ignominiose interierit.*
26 *Iulius Maximinus apud Aquileiam seditione militum discerptus est, vna cum filio.*
27 *Valerianus imperator christianorum persequutor misere in seruitute mortuus est.*
28 *Aureliani miser interitus.*
29 *Valens Arriana hæresi infectus a Gothis incendio concrematus est.*
30 *Zeno Isauricus viuus ab vxore sepulchro incluſus interiit.*
31 *Flauius Valerius Anastasius Christianorum prosequutor diuino fulmine periit.*
32 *Phocas cæde Mauritii imperatoris contaminatus ab Heraclio & Heracliona interfectus est.*

Digitized by Google

33 *Conſtans a Longobardis victus, in Sicilia dolo ſuorum interfectus eſt.*
34 *Iuſtinianus Heraclianus a Philippico pulſus vitam & imperium pariter amiſit.*
35 *Philippicus priuatus imperio ſubmotus eſt.*
36 *Leo Amenus a M. Traulo quem in cuſtodia detinebat, noctu per inſidias cæſus interiit.*
37 *Romanus Lecapenus quomodo expulſus finierit.*
38 *Romanus Leonis iunior in matrem & ſororem impius veneni potione interfectus eſt.*
39 *Michael Colophates, a turba captus, oculorum vſu priuatur.*
40 *Michael Parapincetus cum vxore & filio cœnobio a Nicephoro incluſus fuit.*
41 *Andronicus obſæuitiam omnibus inuiſus quam crudeliter perierit.*
42 *Imperium multi tyrannice occupantes fœda cæde interierunt.*
43 *Occiſores tyrannorum laudantur.*
44 *Senatus populuſq; Romanus quam vindictam exercuerit in Commodum imperatorem.*
45 *Sententia Chriſtiana de tollerandis tyrannis ex Apoſtolo. nu. 46.*
47 *Tyrannides quo remedia tollantur.*
48 *Iniuriam tam a ſe quam ab aliis propulſare iure naturali vnicuique permiſſum eſt.*
49 *Superioris officium quale ſit.*
50 *Coadiutores quo caſu dentur.*

CAP. III.

1 SEditionum, † quæ propter metum oriuntur, ſiue ſedandarum ſiue extinguendarum, non vna ratio eſt. Nam aliter, quæ metu iuſtæ vindictæ: aliter, quæ terrore & formidine iniuriarum vel illatarū vel inferendarum, excitatæ fuerint vel comprimuntur, vel extinguuntur: Nam quæ ob metū iuſtæ pœnæ cōcitantur, tum recte tolluntur, cum ea ipſa pœna, quam formidant, ſeditioſi afficiuntur: Sic enim fit, vt aliquorum pœna multis, quo minus ſimilia perpetrare audeant, metum & terrorem incutiat. l. 1. C. ad leg. iul. repetund. ff de pœnis. l. aut facta. §. fi. Quæ vero ob metum iniuriarum oriuntur, alio remedio indigent, nempe, vt cauſæ metus, propter quem commotæ ſunt, ſubmoueantur. Porro inter cauſas, ex quibus iniuriarum metus
2 naſcitur, præcipua eſt Tyrannis, † Tyrannum Iuriſconſulti cū eſſe definiunt, qui non iure in Repub. dominatur. Id autem duobus modis accidit. Vno, ſi dominationem ſine legitimo titulo vſurpet: Altero, ſi priuati magis quam publici commodi, qui dominatur, rationem habeat. Id autem non ſolum in regno, ſed etiam in domo, in ciuitate, & in prouincta euenit. Nam & domeſticam curam alieni & externi, nonnunquam ſine titulo vſurpant, tum ipſi etiam patresfamilias iniuſte familiam regunt. Sic & in ciuitatibus & prouincijs, ſæpe quibus id, per quos oportet, mandatum non eſt, dominari contendunt. Immo & ſui ipſius recte Tyrannum dicemus, qui imperio rationis ſiue ſpiritu neglecto ſenſum, ſiue carnem in ſe ipſo dominari permittit. Vnde & propter metum tyrannidis,
3 ſeditiones † Monaſticæ, domeſticę, & ciuiles concitantur. Monaſticæ, vt ſi in homine ſenſus. Domeſticę, vt ſi qui in domo præeſt Paterfamilias: Ciuiles, vt ſi in ciuitate, qui ciuitatem gubernant: in prouincia, vt ſi qui prouinciam regunt: In regno vt ſi qui regni gubernácula tenent, iniuſte dominētur. Ad tollendam igitur ſeditionem, quæ propter metum Tyrannidis oriuntur, vnicum remedium erit: vt Tyrannis ipſa, & cauſæ eius remoueantur.

4 Cauſa Tyrannidis † duplex eſt. Propinqua & remota. Propinqua eſt Tyrannus ipſe: remota, peccata noſtra, quibus Deus offenſus, principem dat populo, & iudicem Eccleſiæ, non per arbitrium ſuum, ſed vt merita noſtra depoſcunt. c. audacter. 8. q. 1. Vt ſi mali ſint actus noſtri, & operemur maligna in conſpectu Dei, detur nobis princeps ſecundum cor noſtrum. Quod & de ſcripturis ſanctis probatur. Sic enim dicit Dominus Oſeę. 8. Fecerunt ſibi Regem, & non per me: principem, & non per conſilium meum. Et hoc dictum videtur de Saule illo, quem vtique Dominus ipſe elegerat, & Regem ſibi fieri iuſſerat. 1. Reg. 9. Sed quoniam non ſecundum Dei voluntatem, ſed ſecundum peccatoris populi meritum fuerat electus, negat eum cum ſua voluntate, vel conſilio conſtitutum. Idē eiuſdem prophetæ teſtimonio comprobatur, ex p ſona Domini dicēris Oſeæ 13. Dabo tibi Reges in furore meo. Et Iob. 34. Qui regnare facit hominem Hypocritam, propter peccata populi.

Sed & tale aliquid intelligamus in Eccleſiis fieri, quod pro meritis aut in verbo, aut opere potens a Deo tribuitur Rector Eccleſiæ: aut ſi malignum faciat populus in conſpectu Domini, & tales perſeuerent, talis Eccleſiæ iudex datur, ſub quo famem & ſitim populus patiatur: Amos 8. non famem panis, neque ſitim aquę, ſed famem audiendi verbum Dei.

5 Quin mores etiam, † conditiones, & poteſtatem principis exprimit ſcriptura, & velut ob oculos ponit Tyrānicam dominationem eius, quem propter peccata noſtra conſtituit Dominus. Sic enim de Rege, quem ſeniores populi conſtitui ſibi a Samuele petierunt, in libris Regnorum ſcribitur 1. Reg. 8. Primum ipſi Regem petentes. Conſtitue, inquiunt, nobis Regem, vt iudicet nos ſicut & vniuerſæ habent nationes. Ad hāc petitionem populi Dominus declarans, ſe Regem daturum populo propter peccata eorum. Audi, inquit ad Samuelem, vocem populi in omnibus, quę loquitur tibi. Nō enim abiecerunt te, ſed me, ne regnem ſuper eos, iuxta omnia opera ſua, quę fecerunt a die, qua eduxi eos de Aegypto, vſque ad diem hanc. Sicut dereliquerunt me, & ſeruierunt dijs alienis, ſic faciunt etiam tibi. Nunc ergo vocem eorum audi: verum tamen conteſtare eos, & prædicius Regis, qui regnaturus eſt ſuper eos. Dixit itaque Samuel omnia verba domini ad popu
6 lum, qui petierat a ſe Regē, & ait. † Hoc erit ius Regis, qui imperaturus eſt vobis, filios veſtros tollet, & ponet in curribus ſuis, facietque ſibi equites & præcurſores quadrigarum ſuarū, & conſtituet ſibi Tribunos & Centuriones, & aratores agrorum ſuorum, & meſſores ſegetum, & fabros armorum & curruum ſuorum. Filias quoque veſtras faciet ſibi vnguentarias, & focarias & panificas. Agros quoque veſtros, & vineas, & oliueta optima tollet, & dabit ſeruis ſuis. Sed & ſegetes veſtras, & vinearum redditus addecimabit, vt det Eunuchis & famulis ſuis. Seruos etiam veſtros & ancillas & iuuenes optimos & aſinos auferet, & ponet in opere ſuo. Greges quoque veſtros addecimabit, voſque eritis ei ſerui, & clamabitis in die illa a facie Regis veſtri, quam elegiſtis vobis, & non exaudiet vos Dominus in die illa: quia petiſtis vobis Regem.

Ad hanc igitur cauſam remotam Tyrannidis tollendam auxilij diuini remedio vtemur, qđ ad ſeditiones in vniuerſum ſedandas extinguendaſque, in primis ſalutare eſſe, ſupra multis ſcripturæ teſtimoniis & exemplis comprobauimus: Maxi-
7 me vero exaudiet nos Deus † inuocantes nomen eius aduerſus eos, qui iniuſtas dominationes in nos exercēt. Ipſe enim eſt, qui dicit Regi, Apoſtata. Iob. 34. Qui vocat Duces impios, nec cognouit Tyrannum, cum diſceptaret contra pauperē. Ac proinde ad hunc modum placatus a nobis Deus, profligatis exterminatiſque Tyrannis, principem nobis dabit ſecūdum cor ſuum. Qualis in Deuteronomio ad hunc fere modum deſcribitur: Deut. 17. Cum ingreſſus fueris terrā (inquit lex) quā Dominus Deus tuus dabit tibi, & poſſederis eam, habitaueris que in illa, & dixeris. Conſtituam ſuper me Regem, ſicut habent omnes per circuitum nationes: eum conſtituens quem Dominus Deus tuus elegerit, de numero fratrum tuorum. Non poteris alterius gentis hominem Regem facere, q non ſit frater tuus. Cumque fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos, nec reducet populum in Aegyptum, equitatus numero ſubleuatus: præſertim cum Dominus præceperit vobis, vt nequaquam per eandem viam reuertamini. Non habebit vxores plurimas, quæ alliciant animum eius: neque argenti & auri immenſa pondera. Poſtquam aūt ſederit in ſolio regni ſui, deſcribet ſibi Deuteronomium legis huius in volumine, accipiens exemplar a ſacerdotibus Leuiticæ Tribus, & habebit ſecum, legetque omnibus diebus vitę ſuę, vt diſcat timere Dominum Deum ſuum, & cuſtodire verba & Cæremonias eius, quę in lege præcepta ſunt. Nec eleuetur cor eius in ſuperbiam ſuper fratres ſuos, neq; declinet in partem dexteram vel ſiniſtram, vt longo tempore regnet ipſe, & filii eius ſuper Iſrael.

Alteram Tyrannidis cauſam, & eam quidem propinquā, Tyrannum ipſum eſſe diximus: Ipſe eſt enim, qui facit opera
8 Tyrannnica. † Ea vero ſunt, quæ ab Ariſtotele enumerantur: Veluti, quod potentiores decerpere, & ſapientes perimere conſueuerunt. Nam & coniunctiſſimos, quos eorum potentiæ aduerſari ſuſpicantur, occidunt. Sed nec comeſſationes permittunt, nec ſodalitatem, neque diſciplinam, nec aliud quicquam tale, quin potius omnia cauere ſolent: Vnde conſueuerunt inter ciues oriri duo: Intelligentia ſcilicet & Fides. Similiter nec ſcholas, nec conuentus alios, vocationis alicuius fieri concedunt, & omnia faciunt, ex quibus ciues inter ſe quam maxime incogniti ſint omnes: Cognitio enim fidem magis inter ipſos generat. Preterea Satellites eorum ſemper apparent, & circa fores verſant, quo minus latere poſſit, quid quiſque agat: qui & explorant, an animum per ſeruitutem cō tinuam ſubmittant: Similiter exploratores habent, qui inueſtigant quæcūq; quis ſubiectorū dixerit aut fecerit. Nam minus audent, qui talia formidant: & ſi audent minus latere poſſunt. Sed & illud Tyrannicę prauitatis eſt, calumniari inuicem & diſcordias ſeminare, amiciſque amicos confligere, & plebem cum nobilitate, & diuites inter ſe ipſos, & ſubditos ad paupertatem redigere, vt neq; ſumptus fiat in cuſtodia,

& illi

Digitized by Google

& illi quotidianis moleſtijs occupati, vacare non poſſint ad concilia contra Tyrannos ineunda.

9 Studet etiam bellum concitare Tyrannus, †vt negociis occupentur ciues, & indigentia Ducis continuo detineantur. Adulatoribus in primis gaudent Tyranni, & mulieribus facultatem dant per domos euagandi, quo reuelēt virorum ſecreta. Qui ſubditorum honeſtati ſtudent, aut libertati, eos odio habent Tyranni tanquam euerſores poteſtatis ſuæ: quia minuere excellentiam atque præeminentiam videntur. Peregrinos etiam in conuiuia & quotidianum vſum magis recipere, quam ciues, Tyrannorum eſt: quaſi illos habeant hoſtes, hos autem non aduerſantes. His & ſimilibus ſtudijs tria conatur
10 efficere Tyrannus. †Vnum, vt animos imminuat ciuium, vt pauca ſapiant: nemo.n. puſillanimis ꝯ Tyrannum inſurgit. Secundum, vt ciues inter ſe diffidētes reddat: nō em̄ prius euertitur Tyrannus, niſi ciuiū aliqui inter ſe fidem habeāt. Quapropter & bonos viros perſequit̄, quaſi peſtiferos & aduerſarios dominationi ſuę, non ſolū quia non acquieſcunt in ſeruitute viuere: verum etiam, quia fides eis, & inter ſe, & ab alijs plurima adhibetur, neq; accuſant alios, neq; ipſi inter ſe accuſant. Tertium, vt impotentes agendi reddantur: nemo enim impoſſibilia ſibi aggreditur, quare neque Tyrannidem tollere poſſunt, quibus potentia deeſt. Ad remouendam igitur cauſam hāc propinquam Tyrannidis, in hoc vnum incumbendum erit, quomodo Tyrānus aut euertatur, & Magiſtratu ſubmoueatur: aut ad meliorem frugem reducatur. Illud in primis arduum eſt: hoc vero prope etiam impoſſibile. Nam iuxta prouerbium. Lupus pilos mutat ingenium non mutat. Ac in ſub
11 mouendis quidem Tyrannis, veteres duobus potiſſimum remedijs †vſos fuiſſe animaduerto. Nam aut in corpus inſurgēdum, aut in dominationem putauerunt. In corpus, ut quoties a Tyrannis contumelia affecti, vltionis cauſa, vel clam per inſidias, vel aperte per vim in eos impetum facientes, vel regnis eos pepulerunt, vel occiderunt. Cuius rei multa tam Græcorum quam Romanorum exempla, ab hiſtoriis referūtur. Libet inſigniora aliqua afferre. Philippus † a Pauſania occiſus eſt: quia non vlciſcebatur contumeliam ſibi factam ab Attalo. Hiſtoriam ad hunc modum narrat Iuſtinus, li. 9. Pauſanias primis pubertatis annis ſtuprum per iniuriam paſſus ab Attalo fuerat: cuius indignitati hæc etiā ſęditas acceſſerat. Nam perductum in conuiuio, ſolutumque mero, Attalus nō ſuę tantum, verum & conuiuarum libidini, velut ſcortum vile ſubiecerat, ludibriumque omnium inter coæquales reddiderat. Hanc rem ægre ferens Pauſanias, querelam ſæpe Philippo detulerat: cum varijs fruſtrationibus nō ſine riſu deferretur, & honoratum inſuper Ducatu aduerſarium cerneret, iram in ipſum Philippum vertit, vltionemque, quā ab aduerſario non poterat, ab iniquo iudice exegit.

13 Sed & filius Philippi Alexander † Magnus, per inſidias eorum, quos varijs contumelijs & iniurijs affecerat, veneno interijt. vt ſcribit Iuſt. lib. 12. inſidiarum author Antipater fuit, qui cum chariſſimos amicos eius ab Alexandro interfectos, videret, Alexandrum generum ſuum Lynceſtem, occiſum, ſe magnis rebus in Græcia geſtis, non tam gratum apud Regem, quam inuidioſum eſſe. Accedebāt ante paucos dies ſupplicia, in Prefectos deuictarum nationum crudeliter habita. Ex quibus rebus ſe quoque a Macedonia, non ad ſocietatem militiæ, ſed ad pœnam euocatum arbitrabatur. Igitur ad occupandum Regem, Caſſandrum filium dato veneno ſubornat: qui cum fratribus Philippo, & Iolla miniſtrare Regi ſolebat. Quod & potioni Regis ſupermittens hauriendum ipſi dedit, quo ſumpto, paulo poſt extinctus eſt. Hoc etiam re-
14 medio vſus † Thraſybulus, vt dicit Iuſt. li. 5. qui triginta Tyrannos Athenienſium expulit: hij primum rectores Reipublicæ conſtituti, deinde Tyranni facti, cum omnia paſſim cœdibus compleuiſſent, bona pars ciuium vrbem relinquentes, fuga ſibi conſuluerunt. Inter quos Thraſybulus vir ſtrenuus, & domi nobilis, audendum aliquid pro patria, & pro communi ſalute ratus, magno inſtructus exercitu reuerſus in vrbem, triginta Tyrānos emigrare Eleuſin iuſſit: ſubſtitutis decem, qui Rempub. regerent, qui nihil exemplo dominationis prioris territi, eandem viam crudelitatis aggreſſi ſunt: ſed quos & ipſos deīde Pauſanias Rex Eleuſin migrare ad cęteros iuſſit. Iā & multa ex Romanis hiſtoriis occiſorum Tyrannorum exēpla proferri poſſunt, nos pauca aliqua referemus.

15 Iulius Cæſar, † quia per vim ſolus dominari, & imperium ſibi vendicare videbatur, ſexaginta amplius in eū conſpirantibus, C. Caſſio, Marcoque & Decio Bruto Principibus conſpirationis, tribus & viginti vulneribus confoſſus interiit.

16 C. Caligula, † ab initio quidem bonus princeps poſtea autē Tyrannus factus omnium crudeliſſimus, vt non immerito fax humani generis dictus ſit. Suetonius in C. Caligula. & Ioſeph. lib. 19 cap. 1. & P. Oroſius. li. 7. c. 5. Cuius & hæc vox fuiſſe fertur. Optare ie populo Ro. vnam eſſe ceruicem, quo facilius vno ictu abſcidi poſſet: Sed & duo libelli in Secretis eius reperti ſunt, quorum alteri pugio, alteri gladius pro ſigno nominis aſcriptum erat. Ambo lectiſſimorum virorum vtriuſq; ordinis, Senatorij & Equeſtris, nomina & notas continebant morti deſtinatorū. Idem in pallatio matronas nobiles publicę libidini ſubiecit. Is Chereę & aliorum coniuratione, per inſidias Chereæ quidem vno, aliorum autem triginta vulneri-
17 bus illatis, extinctus eſt. Claudius Cæſar † & ipſe crudeliſſimus Tyrannus, vt referunt Sueto. in Claud. & Oroſ. lib. 7. c. 6. cuius inter exempla, illud etiā memoratur, quod triginta quinque Senatores, & trecētos ſimul Equites Romanos minimis cauſis interfecerit: Hunc Agrippina vxor veneno in boleto
18 dato interfecit. Nero † Claudius Cæſar. Oroſ. li. 7. c. 7. referente, fœdis moribus & ſcęleſtis facinoribus turpiſſimus, vt qui petulantiam, libidinem, luxuriam, auaritiam, nullo non ſcęlere exercuerit, quin tanta etiam crudelitatis rabie efferatus, vt plurimam Senatus partem interfecerit, Equeſtrem ordinem pene deſtituerit: ſed ne parricidijs quidem abſtinuit, matrem, fratrem, ſororem, vxorem, cæteroſque omnes cognatos & propinquos, ſine hæſitatione proſtrauit. Is hoſtis a Senatu pronūciatus ignominioſiſſime fugiens, ad quartum ab vrbe lapidē
19 ſeſe ipſe interfecit. M. Syluius † Otto, vt refert Suet. in Ottone Syluio. propter male partum principatum, Tyranno dignam mortem obijt: quippe ſeipſum intra leuam papillam pugione
20 traiiciens, interfecit. Vitellius † imperator, vt ſcribit Oroſ. lib. 7. c. 8. cū multa crudeliter ac nequiter egiſſet, & inter cætera illud quoque crudelitatis exemplum edidiſſet. Nam Sabinum Veſpaſiani fratrem nihil mali tum ſuſpicantem, cum Cæteris Flauianis in Capitolium compulit, ſuccenſoque templo, & mixta ſimul flamma ruinaque, omnes in vnum pariter interitum ac tumultum dedit. Is a Veſpaſiani militibus ex cellula, in quam confugerat, protractus, cum per viam ſacram nudus duceretur, paſſim cunctis in os eius coniectantibus, in forum deductus, apud Gemonias ſcalas minutiſſimorum ictuū crebris cōpunctionibus excarnificatus, atque inde uncotractus, & in Tyberim merſus, etiā cōmuni ſepultura caruit. Flauius
21 Domitianus, † eo crudelitatis progreſſus eſt, vt ſcribunt Suet. in Fl. Domitiano. & Oroſ. lib 7. c. 10. vt nobiles e Senatu alios palam interfecerit, alios in exilium truſerit, ibique trucidari imperauit. Qui & confirmatiſſimam toto orbe Chriſti Eccleſiam, datis vbique crudeliſſimę perſequutionis edictis conuelre auſus fuit. Is tādem crudeliter in palatio a ſuis interfectus eſt.

22 Lucius Antoninus † Commodus, vt refert Ael. Lampri. in Commodo Anto. & P. Oroſius lib. 7. c. 16. quam plurimos Senatores interfecit, maxime quos animaduertit nobilitate, induſtriaque excellere. Vendidit ſuppliciorum diuerſitates, & alios pro alijs occidit: vendidit & nonnullis inimicorum ſuorum cædes, cubiculariosſuos libenter occidit, cum omnia ex nutu eorum ſemper feciſſet. His alijsque multis Tyrannicis operibus incitati, Q. Aelius Lætus Præfectus, & Martia concubina eius inierūt coniurationem ad occidendum eū, cui facultatem & Electus cubicularius eius interfuit, cum vidiſſet eum tam facile cubicularios occidere. Primum enim venenum ei dederunt, quod cum minus operaretur, per Athletam, cum quo exerceri ſolebat, ſtrangularunt. Didius † Iulianus, vt refert Eutrop. li. 8. Imperium a militibus emercatus, tādem a Seuero victus, & fugiens in pallatio captus eſt, & in
23 abditas pallatij balneas ductus, extenta damnatorum modo ceruice decollatur, caputque eius in roſtris ponitur. Antoninus † Baſſianus Caracalla, fratrem ſuum Getam peremit, vt ſcribit Sex. Aur. Vic. Is cum Carris iter faceret, apud Aedeſſam ſecedēs ad officia naturalia, a milite, qui quaſi ad cuſtodiam ſequebatur, interfectus eſt.

24

25 Aurelius † Antoninus Varius, qui & Heliogabalus, homo impuriſſimus & crudeliſſimus, conſpiratione a militibus facta in latrina, ad quam confugerat, occiſus eſt, vt refert Ael. Lamprid. in Anton. Heliogabalo. Tractus deinde per publicum, addita iniuria cadaueri eſt, vt in cloaculam milites mitterent: ſed cum non cœpiſſet cloacula fortuita, per pontem Aemilium annexo pondere ne fluitaret, in Tyberim proiectum eſt, ne vnquam ſepeliri poſſet. Tractum eſt etiam cadauer eius per Circi ſpatia, priuſquam in Tyberim præcipitaretur.

26 Iulius † Maximinus, vt ſcribit Sextus Aurelius Victor, dum perſequitur pecunioſos, inſontes pariter noxioſque, apud Aquileiam ſeditione militum diſcerptus eſt, vna cum filio, conclamantibus cunctis militari ioco: Ex peſſimo genere ne catulū quidem habendum. Huius imperio duo Gordiani, pater & filius, Principatum arripientes, vnus poſt vnum interiere. Pari etiam tenore Pupianus & Balbinus, regnum inuadentes, pe-
27 rempti ſunt. Valerianus imperator, † Chriſtianos per tormēta ad Idolatriam adigi, abneganteſque interfici iuſſit, fuſo per omnē imperii latitudinem ſanctorum ſanguine. Is a Sapore

Rege

Digitized by Google

Re ge Perſarum captus, imperator populi Romani ignominioſiſſima apud Perſas ſeruitute conſenuit: hoc infamis offi cij continua, donec vixit, damnatione ſortitus, vt ipſe accliuis humi, Regem ſemper aſcenſurum in equum, non manu ſua,
28 ſed dorſo attolleret. †Aurelianus de quo Sextus Aurelius Victor & Flauius Vopiſcus in Aureliano, ſęuus fuit, & ſanguinarius, & trux omni tempore, etiam filij ſororis interfector. Is fraude ſerui ſui, qui ad quoſdā militares viros, amicos ipſius, nomina pertulit adnotata, falſo manū eius imitatus, tanquā Aurelianus pararet ipſos occidere, ab ijſdem interfectus eſt.

29 Valens† Arriana hæreſi infectus, crudeliſſimus Catholicorum perſequutor fuit. Is bello cum Gothis commiſſo, ſagittis ſaucius, ac in catam deportatus viliſſimam, ſuperuenientibus Gothis, ignique ſuppoſito, incendio crematus eſt. Zeno,
30 †Iſauricus, Catholicæ perſequutor Eccleſiæ, hęreticorū fautor, & ipſe hæreticus, & moribus plane Tyrannicis, viuus adhuc incluſus ab vxore ſepulchro, fruſtra reſipiſcens, & opem implorans interijt.

31 Fl. Valerius Anaſtaſius, † & ipſe hæreſiarcam ſequutus, vt ſcribit Paulus Diaconus, duas naturas in Chriſto denegauit, & ob id Catholicos grauiter perſequutus eſt. Cum enim Hormiſda Papa Legatos ad ipſum Conſtantinopolim, cum Catholicæ fidei ſcripto miſiſſet, vt Anaſtaſium ad Eccleſiæ gremium reducerent, non ſolum ſalubria eorum monita ſpreuit, ſed inſuper etiam a ſuis conſpectibus non ſine contumelia expulit, nauique fragili impoſitis mandauit, ne vſquā per totam Græciam ad aliquam ciuitatem accederēt. Quam eius impiam temeritatem, diuina vltio continuo ſubſequuta eſt: nam diuino fulmine afflatus, periit.

32 Phocas, cæde Mauritii imperatoris contaminatus, & alioqui homo impurus, cōſpiratione in ipſum facta, ab Heraclio
33 & Heracliona interfectus eſt. Conſtans† Martinum Ro. Pontificem ſibi aduerſantem, compræhendi iuſſum, in exilio mori coegit: Is a Longobardis victus, in Siciliam traijciēs, cum illic auare & crudeliter tributū exigeret, tādem dolo ſuorū interfectus eſt.
34 Iuſtinian⁹ † Heraclianæ ſtirpis, homo praui ingenij & hæreticus, Synodum aduerſus Sextam a patre ſuo celebratam indixit: Is crudelitate in ſuos inuiſior factus Leontij Patritij & Callinici Patriarchæ dolo deturbatur imperio, atque Cherſonam relegatur, nare prius abſciſſa. Sed Trebellij Bulgarum Regis opera reſtitutus, multo poſt crudelior factus, Leontium, qui ei ſucceſſerat, fugauit, & Callinicum Patriarcham luminibus priuauit. Poſtremo a Phillippico pulſus, vitam & imperium pariter amiſit.

35 Philippicus† imperium adeptus, vt refert Baptiſta Egnatius in eius vita. Sextæ Synodi decreta alter conciliabulo ſuo infirmare conatus eſt: Is cum opes imperii congeſtas diſſiparet, priuatus oculis, imperio ſubmotus eſt.

Illud etiam diuinæ indignationis in hæreticos euidens ſignū
34 † eſt, quod principes alioqui boni, hæreſum labe infecti, imperio pariter & vita priuati fuerunt, inter quos Leonem Amenum numeramus: Qui cum Dei & Sanctorum imagines penitus deleri iuſſiſſet, a M. Traulo, quem in cuſtodia detinebat, noctu per inſidias cæſus interijt.

37 Romanus Lecapęnus † per Tyrannidem inuadens imperium, Conſtantino expulſo, ſed propter tyrannidem tandem a Stephano filio captus, inſulæ includitur, mox & eius filij a Conſtantino comprẹhenſi, alter in Procōneſum, in Lesbum alter relegatur.

38 Romanus† Leonis iunior in matrem & ſororem impius: ita, vt Regia eiectæ, quæſtum meretricium ſint amplexę, vene
39 ni potione interfectus eſt. Michael† Colaphates auare & crudeliter imperium adminiſtrauit, ingratiſſimus in omnes: Patruum, authorem adepti honoris, primum eiecit, reliquos deinde conſanguineos execuit. Inde Zoen matrem in inſulam relegauit, quod cum indigniſſime omnes ferrent, populi conſpiratione reſtituta Zoe, fugiens cum fratre Conſtātino, a turba capitur, & vterque oculorum vſu priuatur.

40 Michael† Parapinaceus, de quo Bap. Egn. in eius vita. pari ignominia & ſæuitia imperium adminiſtrauit, ideoque Nicephoro imperium ſibi aſſerente cum vxore & filio cœnobio incluſus fuit.

41 Andronicus† ob ſæuitiam omnibus inuiſus, tādē ab Iſacio Angelo, præter ſuam omniumque opinionem, imperio dejectus fuit, captuſque, ac per vrbem Camelo ſedens circunuectus, manu abſciſſa, oculoque effoſſo, turbæ vulgique tumultu lacer periit.

Hij fere ſunt Romani & Orientis imperatores, legitime quidem ab initio ad imperium aſſumpti, ſed quos propter Tyrānidē vel occiſos, vel imperio depulſos fuiſſe hiſtorię tradunt. Germanos vero aliquos quidem Romani Pōtifices imperio ſubmouēdos eſſe pronunciarunt, ſed propter rebellionē magis, quam propter Tyrannidem.

Iam & multi propria authoritate imperium ſibi arripientes, propter iniuſtam Tyrannicæ poteſtatis vſurpationem vel trucidati, vel per vim regnis expulſi fuerunt.

Sicut ſub Virio Gallo, vt refert Sex. Aur. Vic. Aemilianus
42 † in Mœſia imperator affectus, ab exercitu ſuo cœditur. Ita Licinio Valeriano & Gallieno regnantibus, Regilianus in Mœſia, Caſſius Labienus Poſthumius in Gallia, Aelianus apud Moguntiam, Aemilianus in Aegypto, apud Macedones Valens, Mediolani Aureolus, alijque multi per diuerſas imperij prouincias (Trebellius Pollio triginta numerat) imperium per Tyrannidem inuaſerunt.

Sic & ſub Claudio imperatore Victorinus, ſub Aureliano apud Dalmatas Septimius, in Gallijs Tetricus, ſub Probo Saturninus in Oriēte, Proculus & Bonoſus Agrippinę, ſub Diocletiano Cerauſio in Gallijs, Achileius apud Aegyptum, Iulianus in Italia. Alexander apud Carthaginem, ſub Cōſtantino & Conſtante Vetranio, Magiſter militum in Pannonia apud Marſiam. Sub Valentiniano Firmus apud Mauritaniam, ſub Valente Procopius, ſub Theodoſio Maximus de Britannorum partibus. Sub Zenone Auguſtulus & Odoacer, vt in hiſto. Trip. lib. 9. c 20. 21. 22. 23. atque ſub aliis quoque Romanis principibus alij Tyranni, Romanū imperium per uim arripuerunt. Pau. Diacon. referente. Quorum alii miſere & crudeliter a ſuis interfecti, alij aliis modis ab imperij dignitate, atque adminiſtratione ſubmoti fuerunt. Et huiuſmodi Tyran
43 norum † interitum & vindictam Græci, & Romani, non ſolum non repræhenderunt, ſed plærunq; ſummis etiam laudibus extulerunt. M. Cicero. T. Annium Milonem defendens, illud non ſolum non vindicandum, ſed ēt laudi tribuendum eſſe contendit, quod Tyrannidis Clodij vltor extiterit: Græcorum ſubinde morē citans, qui honores tribuunt his viris, qui tyrannos necauerūt. Quod & vidiſſe ſe Athenis, alijſque Græcię vrbibus teſtatur. Ac Romanorū etiam notæ ſunt acclamationes, cædes Tyrannorum approbantium. Qualis fuit illa
44 in Commodum † imperatorem crudeliſſimum Tyrannum, a S. P. Q. R. ad pertinacem dicta. Hoſti patrię honores detrahantur, parricida trahatur, hoſtis patrię, hoſtis deorum, carnifex Senatus: qui innocentes occidit, vnco trahatur, parricidæ gladiatoris memoria aboleatur, carnifex vnco trahatur, carnifex Senatus more maiorum vnco trahatur, præroga, præroga, Omnes cenſemus vnco trahendum: qui omnes occidit, vnco trahatur: qui omnem ętatem occidit, vnco trahatur: qui vtrunque ſexum occidit, vnco trahatur, qui ſanguini ſuo non pepercit, vnco trahatur: qui templa ſpoliauit, vnco trahatur: qui teſtamenta deleuit, vnco trahatur: qui viuos ſpoliauit, vnco trahatur: qui precia vitę exegit, & fidem non ſeruauit, vnco trahatur: qui Senatum vendidit, vnco trahatur, &c. vt ſcribit Ael. Lampridius in Commodo Anton.

45 Mihi vero Tyrannis† patienter magis ferenda, quam cęde iudicanda, nec diuino iudicio reſiſtendum videtur. Nam ſecundum merita ſubditorum, tribuuntur perſonę regentium, vt ſępe qui videntur boni, mox accepto regimine permutentur, vt ait Greg. in Moral. li. 25. c. 20. Sicut ſcriptura de Saule dicit. 1. Reg. 15. Cum eſſes paruulus in oculis tuis caput te conſtitui in Tribubus Iſrael. Quin & Chriſtianorum præceptum eſt, vt Tyrannos non ſolum non occidant, ſed pro ipſis etiam orent. Nam & pro inimicis noſtris orare iubemur, & perſequutoribus noſtris bona precari, vt ſcribit Tertu. in Apolog. ca. 31. 32.

46 Obſecro autem primum omnium, inquit Paulus. 1. Thi. 2. fieri obſecrationes, orationes, poſtulationes, gratiarum actiones, pro omnibus hominibus, pro Regibus, & omnibus, qui in ſublimitate conſtituti ſunt, vt quietam & tranquillitatem vitam agamus in omni pietate & caſtitate. Quod quidē prẹceptum diligētiſſime ſemper in mediis etiam tormentis obſeruarūt Chriſtiani, vt pulchre declarat Apologetico Tertullianus. cap. 30. Ad Deum ſuſcipientes, inquit, Chriſtiani, manibus expanſis, quia innocuit: capite nudo, quia non erubeſcimus. Denique ſine monitore (quia de pectore oramus) precantes ſimul omnes ſemper pro omnib. imperatoribus, vitā illis prolixam, imperium ſecurum, domum tutam, exercitus fortes, Senatum fidelem, populum probum, orbem quietum. & quęcunque hominis & Cæſaris vota ſunt. Hęc ab alio orare non poſſum, quam a quo ſcio me conſequuturum: Quoniā & ipſe eſt, qui ſolus prẹſtat & ego ſum, cui impetrari debetur, famulus eius: qui eum ſolus obſeruo, qui propter diſciplinam eius occidor: qui ei offero optimam & maiorem hoſtiam, quam ipſe mandauit: orationē de carne pudica, de aīa innocenti, de Spiritu ſancto profectam. Et poſt pauca. Sic itaque nos ad Deum expanſos vngulę fodiant, cruces ſuſpendāt, ignes lambant, gladij guttura detruncent, beſtię inſiliant: Paratus eſt ad omne ſupplicium ipſe habitus orantis Chriſtiani. Hoc agite boni Prẹſides extorquete animam Deo ſupplicantem pro imperatore: hic erit crimen vbi veritas & Dei deuotio eſt.

Eſt

Digitized by Google

47 Est igitur aliud remedium, †quod ad tollendas Tyrannides a Christo erit adhibendum, nempe post preces ad Deum fusas, ad auxilium superiorum confugiet, & in dominationem ipsam non in corpus Tyranni (quod alterum remedium aduersus Tyrannides esse dicebamus) insurget: quod & impartiri implorantibus tenentur. Regum enim officium est proprium, facere iudicium atque iustitiam, & liberare de manu calumniantium vi oppressos, & peregrinis, pupillisq; & viduis, quæ facilius opprimuntur a potentibus præbere auxilium. Hier. 7. c. Regum. & habetur c. non frustra. 13. q. v.

48 Et si igitur iure naturali vnicuique permissum sit, †iniuriã tam a se quam ab aliis propulsare: tamen subditi Tyrannum neque occidere, neque regno eiicere possunt. Nam iuri superioris derogare non possunt. & si de facto expellant, non ob id superior dignitatem suam amittit, vt inquit Baldus in l. ex hoc iure. ff. de iust. & iure.

49 Ad officium autem superioris pertinet, †vt subditos a seruitute Tyranni liberet, ac iustis pœnis, qui iniuste subditos opprimunt, coerceant. C. de præfect. prætor af. l. in nomine domini. Sunt autem Tyrannorum pœnæ, vt qui in corpora subditorum sęuiunt. Similiter, qui discordias inter ciues seminãt quique dolo malo faciunt, quo minus iudicia tuto exerceantur, aut iudices, vt oportet, iudicent. Qui itẽ noua vectigalia exercent, & iniustis exactionibus subditos grauant: lege Iulia de vi publica teneantur, cuius pœna est deportatio, l dolo ma lo. l. fi. ff. ad leg. Iul. de vi publ. Ideoque qui in hanc legem cõmittunt, infamia notati omnes dignitates & Iurisdictiones aliaq; quę sunt iuris ciuilis, amittunt. l. quædam. ff. de pœn. Qui autem Regna & imperia sine iusto titulo inuadunt, lege iulia Maiestatis tenentur. l. 3. ff. ad leg. Iul. Maie. Sed & feudo priuari possunt domini, qui in Vasallos suos grauiora per Tyrãnidem atrocioraque moliuntur. c. ad Apostolicę. de re Iud. li. 6. & Spec. in ti. de feud. § quoniam. in fi.

50 Sæpe etiam accidit, †vt qui Rempublicam iuste & prudenter gubernant, in morbum aliquem incidant, quo correpti, aut alio quopiam casu impediti, inutiles ad curanda negocia publica redduntur: ijs a superiore, & si superiorem non recognoscant, a Romano Pontifice, coadiutor dandus erit. no. in c. grandi. de sup. negl. prælat. li. 6. & in c. vnico. de cler. ægrot. eo. lib. Sunt etiam, qui dicant, Subditos, si superior requisitus regere, eos & gubernare non possit, si aliter eis subueniri nõ possit, alterius se subijcere potestati & imperio posse: In alijs autem casibus, pro arbitrio suo dominos mutare non posse.

Quibus modis tollantur seditiones, quæ propter præpotentiam aliquorum, in Republica ortæ fuisse dicuntur.

SVMMARIVM.

1 *Ostracismus Athenienſium contra præpotentes quid eſſet. & nu. 2. eius iniuſta pœna. nu. 4.*
3 *Periandri reſponſum Tyrannicum Thraſybulo conſulenti.*
5 *Seditionis Gracchanę motus non fuiſſe iniuſtos quibuſdam viſum eſt.*
6 *Lex agraria Tiberii Gracchi quos motus concitauerit.*

CAP. IIII.

AD tollendas seditiones, quæ propter aliquorum in Republica præpotentiam ortæ fuisse putantur, quędam gentes Ostracismo
1 †vsæ sunt, quo qui præpotẽtes in Republica erãt, vel propter diuitias, vel propter amicos, vel propter aliam aliquam ciuilem potentiam, in exilium relegabantur: non quidem vt hæc castigatio esset improbitatis, sed honestiore voce, elationis, ac grauioris potentiæ moderatio. Erat si quidem humani liuoris consolatio, quæ cum haud intolerabilis esset mœrorem ac dolorem, quem cuiuspiam amplitudo peperisset, suis ex finibus decem annos exterminaret. Fuit autem hu
2 iusmodi, vt Plutarchus refert in Aristide. Ostraci, †id est, calculi viritim in Concilio dabantur, & in eis quisque, quem ex ciuibus vrbe cedere vellent, literis indicabant, quem postea in vnum fori locum cancellis circumseptum, deferebant. Magistratus vero, quibus negocium dabatur, primum quidem vniuersos simul recensebant, qui nisi sex millium numerum excessissent, nihil confectum esset. Postea vniuscuiusque calculis sepositis, eum quem pluribus sententijs damnatum cognoscerent, decem annos extorrem fore declarabant, vt fructus suos capere liberum relinqueretur. Etsi autem ratio illa quæ circa Ostracismum est, ciuilem quandam iustitiam hẽat si ad commune bonum respiciatur: tamen non videntur, qui Ostracismo vsi sunt, ad illam æqualitatem & commodum Reipublicæ, sed ad propriam potius vtilitatem & honorem respexisse. Vnde per seditionem magis, quam iustitiæ habita ratione, introductus fuit Ostracismus.

3 Sicut Periandri †consilium, vt scribit Arist. lib. 3. polit. c. 9. ei qui a Thrasybulo consilij petendi causa ad ipsum missus fuerat, non quidem verbo, sed signo datum, quo scilicet spicas demetendo segetem adæquaret, nimirum significans, super excellentes ciues auferendos esse: fortassis iustitiæ quandam speciem habere videri posset, sed quod tamen, si animum cõsulentis spectamus, a Tyrannide magis quam a iustitia profectum esse videtur.

Præstat igitur ab initio per legis conditorem prouideri, ne tales in Republica super excellentiæ fiant, quam huiusmodi malum Ostraci remedio corrigere.

4 Et ad hunc modum Aristides, †& plærique alii, propter pexcellentiam per Ostracum in exilium acti sunt. Quod si tale aliquid in eos, qui cæteris uirtutibus præstant, exerceatur: reprehendendum magis, quam laudandum erit. Quis enim ferat, vt qui virtutibus excellũt, ex ciuitatibus pellantur, quos in aliorum exemplum fouere magis & colere conuenit, quã nihil tale meritos ciuili societate arcere? Sin vero non ob virtutum, sed diuitiarum excellentiam dissensiones oriantur, ferendum fortasse fuerit, si grauius aliquid in eos fiat, propter quorum nimirum ad acquirendas diuitias studium, seditiones fuerint concitatæ. Qua ratione plęrisque visum est, nec in
5 iustos omnino fuisse Gracchanę seditionis † motus nimirum propter nimiam potentiorum auaritiam concitatos: Nec indignum, si modus aliquis, salua publica pace, tam effreni diuitiarum cupiditati, siue per legem Agrariam, siue alia iusta ratione statui potuisset. Fuit autem eius seditionis (vt refert Plutarchus in Gracchis) talis origo. Romani quantum vicini agri hostibus adimebant, partim venundare, partim in publicum redigere, ac egenis ciuibus pro modica pensione vtẽdum tradere consueuerunt. Sed cũ cœpissent eas diuites pensiones augere, paupereſque excludere: lata est lex, quę supra quingenta agri iugera ciuem Romanum habere prohibebat. At ea res paucos annos aduersus locupletes auxillo fuit. Nam primo subditis ad conducendum personis fraus legi fiebat, deinde aperte iam seipsos diuites propriis nominibus occupare agros cœperunt. Ita ergo exagitatis hominibus, neq; militiæ dare nomina, neque filios extollere cura erat, eoque processura videbatur res, vt breui exhausta liberorum multitudine, seruis ac Barbaris per quos diuites colebant agros, tota Italia compleretur. Cui malo mederi volẽs Tiberius Grac
6 chus, de ferenda lege † Agraria actionem suscepit. Quæ res cũ vehementer offenderet diuites, variis contentionibus inter diuites & pauperes, propter eam inęqualitatem, ortis, tandem actio omnis in sęuissimas seditiones conuersa est. Quarum & si cruentus fuerit, exitus, tamen origo, ex his quę iam dicta sunt, nonnullam honestatis speciem habuisse videtur.

Scio per leges Agrarias sępe locupletiorũ prępotentię fuisse obuiam itum: Sed quo tamen remedio sępe tumultus noui magis excitati, quam veteres vel sedati, vel extincti fuerunt.

Quibus modis seditiones tollantur, quæ propter dissimilitudinem oriuntur.

SVMMARIVM.

1 *Rerum diſſimilitudines tollere eſt mundum deſtruere.*
2 *Diſſimilia multa reperiuntur in corpore naturali & ciuili.*
3 *Ordine res omnes conſeruantur, eiuſque prætermiſsio parit ſeditiones & bella. nu. 4. eius bona quanta ſint. nu. 6. & 7.*
8 *Seditio ob diſsimilitudinem orta tolli non poteſt, niſi diſsimilitudine ſublata.*
9 *Concordia fit quando præſtatur officium quod quiſque debet.*

CAP V.

AD tollendas seditiones, quæ propter dissimilitudinem oriuntur, non ipsa quidem dissimilitudo tollẽda est: sed quę ex ea oritur inęqualitas, ad inæqualitatis proportionẽ reducẽda. Nam dissimilitudines † rerum tollere, est mundum destruere. Mundus si quidẽ ex rebus dissimilibus, immo ex contrarijs ẽr cõstat. An nõ dissimilima sunt: cęlum, terra, spiritus, corpus, materia, forma, elementum, mixtum, substantia, quãtitas, qualitas, actio, passio, vbi, situs, habitus, & si qua sunt similia. Contraria autem: vt calidum, frigidum: humidum, siccum: al
2 bum, nigrum. Sic multa dissimilia † reperiuntur in corpore naturali & ciuili. In naturali, vt caput, manus, pedes, oculi, aures, nares,

Digitized by Google

nares, & cætera membra. In ciuili sæculari & eius partibus, vt in domo maritus, vxor, parentes, liberi, dominus, seruus. In regno, vt nobiles & plebeij, & inter nobiles, Rex, principes, Duces: Inter plebeios, agricolæ, artifices: & iter artifices, fullones, pistores, lanii, cerdones, &c. In Ecclesiastico, vt Pastores, Doctores, Prophetæ, Epi, Presbyteri, Diaconi, &c. Ad tollendas igitur seditiones, quæ ex huiusmodi dissimilitudinib⁹ oriunt, non ipsæ quidē dissimilitudines tollendæ sunt, vt sine quibus Respubl. consistere non potest: sed deordinatio potius, quę inter dissimilia nascitur, ad illā, qua inter se ēt dissimilia ordine certo cohærent, Harmoniam reducenda. Veluti si in domo maritus & vxor, parētes & liberi, dominus & seruus dissideāt. In regno Plebeij nobilibus, alienigenæ indigenis, lanij, piscatoribus, aduersentur: Non tollentur ob id iura Matrimonii, dominia in seruos, nobilitas, agricultura, & artes, sed id curabitur, vt quæ cuiusque sunt ordinis officia, recte & ordine a singulis præstentur. Ita enim facillime discordia, quæ turbato officiorū ordine concitata est, dissoluetur: & concordia, quæ certo dissimilium etiam rerum ordine secundum ęqualitatis proportionem coalescit, restituetur.

3 Quemadmodum enim ordine † cuncta quæ sunt in mundo, seruatis, quas vnicuique rei natura præscripsit, legibus colligantur: Ita deordinatione, quæ natura etiam copulata sunt, dissoluuntur. De qua re pulchre differit Gregorius Nazianzenus in sermone, qui de moderandis disputationibus inscriptus est. Ordo, inquit, vniuersum constituit: continet tam cœlestia quam terrestria: ordo est in mentalibus: ordo in sensibilibus: ordo in Angelis? ordo in astris, motu, & magnitudine, habitudine, continentia, & splendore. Alia est claritas Solis, alia Lunæ, & alia astrorum: Stella enim a stella differt claritate. Ordo est in anni partibus & temporibus, quæ mundo nunc adueniunt, nunc tacite abeunt, vt austeritatem mediocritate mitigent. Ordo est in mensuris, interualliſque diei & noctis: ordo in elementis, e quibus corpora. Ordo circumegit cœlum, tenuauit aerem, terram suppossuit, quin & superposuit: naturam humectam fudit & congregauit, ventos misit, quibus alios non submisit, aquam in nubibus colligauit, & non cohibuit, sed sparsit super faciem vniuersę terræ indiscriminatim & bono ordine. Atque hæc non in paucis, neq; in vnam occasionem aliquā vel tempus, sed ab initio ad finē vsque eadem via dirigūtur, & circūeunt. Solidata sunt, & mouentur: solidata quidem verbo mouentur, aut fluxu. Statuit, inquit Psal. 148. in sæculum sæculi: præceptum posuit, & non præteribit, & hoc solidationis est: Sed quod factū est aliquid, vel fiendum est, ipsum est fluxuræ. Quamdiu autem ordo in reb. principatum tenet, vniuersum corpus κόσμος & proprio nomine mundus est, & immobilis perseuerat rerum pulchri-
4 tudo. Ordinis † autem prætermissio, & ornatus negligētia, nouatis rebus induxerunt in aere fulmina, in terra commotiones, in mari inundationes, in vrbibus & domib. bella, in corporibus morbos, in animabus peccata. Ista omnia non ordinis, neque pacis, sed turbationis & deordinationis sunt nomina. Et post pauca. Ordo animantibus omnibus natiuitatis & educationis leges, ac suum cuique locum præscripsit, neq; Delphinum quis agros sulcantem, neque bouem aquis natātęm vidit, sicut nec Solem nocte minui & impleri, nec Lunā interdiu facem ignei Iubaris proferre. Montes, ait, excelsi ceruis: & petra refugium cuniculis. Fecit Lunam in tempora,
5 Sol cognouit occasum suum. Psal. 103. Et iterū. Ordo † a brutis nos discreuit, ciuitates inhabitare fecit: leges condidit, virtuti præmia, sceleribus supplicia decreuit: artes inuenit, coniugia adoptauit, vitæ austeritatem amoris erga liberos affectione mansuetiorem reddidit, & maiorem aliquam, quam est humilis & carnalis illa, affectionem in intimis penetralibus collocauit, nempe eam, quæ in Deum est. Et quid opus singulatim percensere? Ordo eorum quæ sunt, parens est, ac conseruatio secura. Hactenus Nazianzenus.

6 Ex quibus verbis liquido cognosci potest, ordine † cunctas res a Deo creatas cohærere, deordinatione vero dissolui. Qđ non in naturalibus tm̄, sed ēt in politicis rebus locum habet. Nam & in corpore ciuili Reipublicæ, tam Ecclesiasticæ quā sæcularis, seruato distincto officiorum ordine, recte tam imperandi quam parendi leges custodiuntur. Nam & sunt qui imperant, & qui imperantium potestati subiecti sunt: & hæc quidem inter se a Deo ordinata sunt, dicente Apost. Ro. c. 13. Omnis anima potestatibus sublimioribus subdita sit: non est enim potestas, nisi a Deo. Quę autem sunt, a Deo ordinata sunt, Itaque qui resistit potestati, Dei ordinationi resistit. Et in primis talis ordo in Ecclesiis etiam a Deo diffinitus est, vt
7 idem Gregorius Nazianzenus eleganter deducit. Ordo, † inquit, & in Ecclesiis diffiniuit, vt esset grex quidā, & essent pastores: esset quod regeret, & quod regeretur: & quod quidem quasi caput, illud vero manus, aliud autem pedes: aliud item oculus, aliud denique, aliud quoddam corporis membrum, siue præstans, siue minus: præstans ad vsum elegantemq; proportionem totius. Et sicut in corporibus membra inter se nō sunt diuulsa, sed totum ex diuersis cohærentibus, vnū est corpus. Neque eadem omnium operatio, etiamsi eadem sit, cum mutua opera ad necessitatem vti beneuole comprobant & annuunt. Et neque oculus ambulat, sed iter monstrat & ducatum præbet: neque pes prospectat, sed transit & transfert: neque lingua vocem excipit, neque aures loquuntur: quod linguæ est, hoc non aurium est. Et nares olfactus sensoria sūt, guttur vero cibos gustat, ait Iob. Manus autem dandi recipiē dique instrumentum est. Cęterum mens dux omnium, a qua sentiendi vis, & ad quam sensatio proficiscit. Sic & apud nos qui sumus commune corpus Christi, omnes quidem vnum corpus sumus ī Christo: singulatim vero Christi & inter nos membra: & cum alterum principatum obtineat & præsideat, alterum dirigitur & ducitur. Et licet non idem sit regere & regi, sunt tamen vtraque vnum, ab eodem spiritu in Christū coaptata & composita, etiam si subditi quantocunque inter sitio distent: Et Duces quantacunque eminentia antecellāt, eruditione, vsu, & ætate. Hunc igitur ordinē si recte custodierimus, ideſt, si id egerimus, vt membra corporis Reipublicæ, tam Ecclesiasticæ, quam sæcularis, quantumlibet dissimilia, sua quæque recte officia prętent, nec dominum se faciat, qui est seruus: nec nobilem, qui est plebeius, nec exercitum ducat, qui est iter milites ordinatus: nec pastorem agat, qui est ouis: nec Episcopum, qui est Presbyter: nec Presbyterum, qui est Diaconus. Tum enim omnis deordinatio cessabit, & cunctis in suum & genuinum ordinem redactis, vera concordia co-
8 alescet. In vna tantum re seditio † ob dissimilitudinē orta, tolli non potest, nisi ipsa dissimilitudine sublata. Ea nēpe est Catholica Religio, in qua nimirum præceptum illud Apostolicum habemus. Vt idipsum dicamus omnes, & non sint in nobis schismata. 1. Cor. 1. Simus autem perfecti in eodē sensu, & in eadem scientia. Ideoque propter hæreses concitata seditione, vnicum remedium erit, vt sublatis hęresibus, omnes vnius corporis Christi membra, quantumlibet inter se dissimilia, vnam eandemque Catholicam Ecclesiam fidem, & doctrinam confiteantur. Et ab hac quicquid alienum & externum tanquam prophanum & sacrilegum exercentur.

Prætereo iam multa, quæ ad seditiones ob contemptum, & negligentiam Magistratuum, aliasque similes causas ortas pertinent, quæ & ipsæ sublatis earum causis, extinguuntur. Nam qui sunt intelligentis iudicij, ex his, quæ remouendis extirpandisque aliarum seditionū causis dicta sunt, facile quid de submouendis harum quoque, quas dixi, seditionum causis statuendum sit, conijcere possunt. Quia ex his, quæ de ordine officiorum præstandorum a nobis dicta sunt, ad omnium seditionum causas remouendas ex æquo pertinēt. Veluti, si se-
9 ditio † propter auaritiam potentiorum aut ambitionem, orta esse dicatur: efficax & sufficiens remedium erit, vt auarus & ambitiosus, relictis & vitatis auaritiæ & ambitionis criminibus, ea prestēt, quę sunt officij sui. Ad eundem igitur modū de cæteris quoque seditionum causis statuendum erit, quę tum facile remouentur, si quod per deordinationem peccatū est, emendetur: & quę sunt vniuscuiusque officij, iusto ordine peragantur.

Quibus modis tollantur seditiones, propter contumeliam excitatæ.

SVMMARIVM.

1 *Morborum & seditionum comparatio.*
2 *Contumelia iram parit, quæ ira turba senescit. nume. 3.*
4 *Seditionis authores e medio tollendi, & an eorum filii. nu. 5.*
6 *Canes qui te lanient, catulique luporum non sunt pascendi.*
7 *Triumuirorum crudelitas in occisores Iulii Cæsaris.*
9 *Thrasybuli plebiscitum post oppressam triginta tyrannorum sæuitiam.*
10 *Discordia ciuilis propter Cæsarem interfectum concitata quo remedio sedata fuerit.*

CAP. VI.

1 QVemadmodum morbi † difficiliores curatu sunt, vt tradunt Medici, qui altius in corpore radices egerunt: Ita maiore cum difficultate seditiones (quę & ipsę morbi Reipublicę sunt) sanantur, quanto causæ firmius in ipso Reipublicæ corpore fixę sunt, atq; radicatę. In quo genere eas maxime seditiones numero, quę
2 ob iniuriam & contumeliam concitantur. Contumelia † siquidem iram parit, qua, propter illatas sibi iniurias perciti, quando vlcisci se proprijs viribus non possunt, ad aliena auxilia confugientes, plerunque ad seditiones conuertuntur.

Porro

Digitized by Google

3 Porro inter omnes affectus ira†eius naturæ est, vt tardissime senescat, iuxta versiculos illos Sophocleos.

Θυμὸν γὰρ οὐδὲν γῆρας ἐστιν ἄλλο, πλὴν
Θανεῖν, θανόντων οὐδὲν ἄλγος ἁπλέστερον. Id est,

Senecta nulla obtingit iracundiæ,
Nisi mors, sepultos nullis attingit dolor.

4 Omniū vero maxime seditiosi,†& qui aliqua his ipsis necessitudine coniuncti sunt, semel conceptam iram, vtcunque etiam sedata, atque compressa seditione tenacissime retinēt: nec antea remittunt, quam illatam sibi iniuriam & contumeliam, vel vlciscantur ipsi, vel ab aliis vltam esse cognorint. Ad remouendam igitur tam alte radicatam seditionis causā veteres duobus potissimum remediis vsi sunt: Vnum eorum est, qui ipsos seditionum authores, eorumque amicos & necessarios, perimendos esse putauerūt: rati, ijs ipsis e medio sublatis, simul ēt & irā vlciscendi cupiditatē, seditionisq; adeo de nouo resuscitandæ atque reintegrandæ occasionem esse sublatam. Durū sane hoc & asperum, sed læpe tamē necessariū remediū, præsertim aduersus ipsos seditionū authores, qb. iuxta Prouerbiū, non minus fortasse, quā lupis parcēdū sit.

Sunt & qui occisis seditiosorum authoribus, filios quoq; 5 eorum occidendos esse putent. Quo consilio Philippū†Macedonem vsum fuisse tradunt historiæ: Qui cum liberos eorum quos occiderat, e medio sustulisset, dixisse ferū. Aut eīn oportebat primum a parentibus occidendis abstinere, aut filios itē submouere, paternę necis vltores aliquādo futuros. Nec ignotus est versus hic Prouerbialis.

Νήπιος ὃς πατέρα κτείνας υἱοὺς ὑπολείπει.

Et fatuus qui patre perempto pignora linquit.

Item ille Theocriti. in Hodaporis.

Δρέψαι καὶ λυκιδεῖς, θρέψαι ὗνας ὡς τὸ φάγοντι.

6 Quo nimirum significatur, non pascendos esse canes, †q te lanient, catulosque luporum. Cui Prouerbio milites, qui Maximinum Imperatorem, vna cum filio trucidarant, respōdentes dixerunt. Ex pessimo genere ne catulum quidē relinquendum. Ego certe ad sedandas extirpandasque seditiones iustum esse puto, vt authores ipsi, & eorum adiutores, e medio tollantur: Quod & legibus sancitum est, vt supra demonstrauimus. l. quisquis. C. ad leg. Iul. Maiest. Cœterum eorum filij, tametsi & ipsi paterno perire deberēt supplicio, vt ī quib. paterni, id est, hæreditarii criminis exempla metuūtur: Tamē veteres principes, eorum, qui in omni genere seditiosorum pessimi sunt, id est, reorum criminis læsæ Maiestatis, filijs vitā donandam, ac mitiorem pœnam infligendam esse constituerunt. Ea est, vt a materna vel auita, tum omnium etiam proximorum hæreditate ac successione alieni sint: tum nihil etiā ex testamentis extraneorum capiant, vt sic perpetuo egentes & pauperes, infamia eos paterna semper comitetur. Sed & ad nullos prorsus honores, & ad nulla Sacramenta eos peruenire, ac postremo tales esse voluerunt, vt his perpetua egestate sordentibus, & mors sit solatium, & vita supplicium.

Atque hac sane ratione iustum fuit, vt Lentulus, etiamsi Patritius ex gente clarissimorum Cornelioru: Cethegus itē, Statilius, Gabinius & Cæparius, coniurationis Catilinæ principes, laqueo strangularentur, atque hoc modo dignum moribus factisque suis vitæ exitum inuenerint. Salust. de coniuratione Catilinę.

7 Contra vero nimis crudele fuit, quod Sylla† aduersus Marianos: ac Triumuiri illi, Lepidus, Antonius, & Octauius, cōtra Cæsaris percussores, & eorū amicos & necessarios, innumeros aduersarum sibi partium occiderunt, vt qui eo crudelitatis processerunt, vt nulla neque personarum, neque criminum facta differentia, nec cuiusquam erga Rempublicam meritorum habita ratione, præclarissimos quosq;, ac de Republica optime meritos viros, interemerint, & in tanto furore ne fœmineo quidem sexui pepercerint. Quorum numerus & nomina in tabulis proscriptionis, quas omnium primus Sylla introduxit, & hunc sequuti discipuli eius Triumuiri proposuerunt, continentur. Quo fato, vt multos alios taceam, M. Cicero, disertus ille artifex regendæ Reipublicæ, Antonio acerrimo eius inimico idipsum petente, & Octauio, qui tamē antea patris loco eum habuerat, ita annuente, ex Triumuirorum pacto proscriptus, & a Satellitib. Antonij extīctus est. Etsi enim hac seueritate effectum est, vt altera suppressa factione, omnia demum ciuilia extincta, ac totius Reipublicæ summa, ad vnius principatum translata, ac pax vniuerso prope orbi regnante Octauio Augusto reddita fuerit: Tamē minime laudanda est, quæ cum innocentium, eorundemq; præclarissimorum hominum exitio, concordia comparatur: ne- 8 que enim medicina†modum excedere debet, nec mala faciēda sunt, vt inde bona eueniant. Rom. 3.

Alterum remediū est, vt sublatis seditionum authorib. lex feratur, ne qua præteritarū discordiarū memoria refricetur. Ac tali quidē remedio Thrasybulus, apud Athenienses vsus fuisse dicitur. Is. n. cū ciuitatē a triginta Tyrannorū sæuitia liberasset, plebiscitum†interposuit, ne præteritarum rerū mentio fieret, & ne quis de præteritis actis accusaretur, aut mulctaretur, quę lex obliuionis dicta est. Quin & socios volentes contra legem sequire in eos, cum quibus reditum erat in gratiam, publice cohibuit, & latam legem confirmauit: atq; hęc obliuio, quam Athenienses ἀμνηστίαν vocarunt, concussum & labentem ciuitatis statum in pristinum habitū reuocauit: Authores sunt Valerius Maximus. lib. 4 c. 1. & Probus Aemilius. Idem remedium authore Cicerone Phillippi. prima. in se 10 danda discordia†ciuili, propter Cæsarem interfectum concitata, adhibitum fuit, vt ipse Cicero testatur, his quidem verbis. Nec vero vlquam discedebam, nec a Republica deijciebā oculos: Ex eo die, quo in ædem Telluris conuocati sumus, in quo templo quantum in me fuit, ieci fundamēta pacis, Athenienſiumque renouaui vetus exemplum, Græcum etiam verbum vsurpaui, quod tum in sedandis discordiis vsurpauerat ciuitas illa atque omnem memoriam discordiarum obliuio ne sempiterna delendam esse censui. Verum non tam fœliciter Romanis huiusmodi lex obliuionis cessit, vt illa Thrasybuli Athenienſibus. Quippe contempta discordiarū obliuione ab his, qui Cæsaris interitum dolebant, seditio non solum in præsens sedata non fuit, sed odiis inter partes in dies magis magisque gliscentibus, atrocior etiam facta, non antea cessauit, quam imperio in Octauium Augustum translato, totius Reipublicæ status in formam Monarchiæ fuerit cōmutatus.

De Remotione causarum iustrumentalium seditionum.

SVMMARIVM.

1 *Vis & Dolus sunt causæ instrumentales seditionum.*
2 *Munitionum genera multa.*
3 *Conuenticula quid significet.*
4 *Congregationes ecclesiasticæ varii generis.*
5 *Conuentus a Christo & apostolis originem acceperunt.*
6 *Congregationes sæculares quæ sint.*
7 *Contractus & commercia sunt iurisgentium.*
8 *Conuentus illiciti qui sint. & quadruplices. nu. 9*
10 *Adamitarum, & Anabaptistarum conuenticula.*
11 *Conuenticula manifesta quæ sint.*
12 *Seditiosorum conuenticula numerantur inter illicitos conuentos.*
13 *Seditionum causæ instrumentales quibus remediis tollantur.*
14 *Armorum vsus ad quid inuentus, & vbi permissus, vel prohibitus.*
15 *Seditio rusticorum in Germania anno. 152.*
16 *Seditiosorum munitiones destruendas esse exemplis cōprobatur. nu. 17.*
18 *Hæreticorum conuenticula interdicenda sunt.*
19 *Constitutiones multæ ciuiles contra illicita conuenticula referuntur.*

CAP. VII.

HActenus de remotione causarū principalium seditionum diximus: deinceps de Instrumentalibus causis dicendum est: quorum & ipsorum remotio ad tollendas seditiones necessaria est. Hæ sunt, 1 Vis & Dolus,†vt supra demonstrauimus. Ad vim referimus, Arma & Munitiones. Armorum appellatione veniunt, quæ ad offensionem defensionemq; parata sunt, vt in Aut. de ar. vt gladij, arcus, cuspides, bombardę, Galeæ, Loricę, scuta: & quę apud veteres in vsu fuisse Gellius commemorat lib. 10. c. 25. noc. At. Hasta, pilum, phalarica, semiphalarica: soliferrea, gesa, lancea, spari, rumigestri, faces, tragulę, frameę, mesanculæ, cateię, rumphæ, scorpius, scibones, licilices, veruta, enses, licæ, machęræ, spatę, lingulæ, pugiones, climaculæ. Et quas Iustinianus imperator in tit. de armis in Autenticis enumerat: Cuius Constitutionis verba infra ponuntur, aliaque, quę secūdum cōem consuetudinem inter arma cōputātur. Munitio- 2 nes† sunt ciuitatū, muri, męnia, turres, & quibus ea cinguntē, ualla, & fossæ, castra, & fortalitia, & si quæ sunt his similia.

Ad dolum pertinent seditiosorum conuenticula, & quæ in 3 his ipsis capiuntur, secretæ consultationes. Conuenticula†vel ipso nomine illicitas congregationes designant. Sunt enim duplices conuentus, Liciti, & Illiciti: Liciti, qui publicæ quietis & tranquillitatis conseruandæ causa aguntur. Et hij sunt duplicis generis: Sacri vel Ecclesiastici, & Prophani siue Sæcu- 4 lares. Sacri sunt,†qui pp cultū diuinū & religionē, aīarūque salutē fiunt: Quales sunt congregationes horum, sacrorū cā in vna Ecclesia conuenientiū. Immo & Ecclesia ipsa fideliū congregatio est, quæ si fiat in Parochia, Parochialis: si in Episcopatu Episcopalis: si in Archiepiscopatu, Archiepiscopalis: si in Patriarcatu, Patriarchalis dicitur. Quę autem per totum orbem diffusa has omnes complectitur, Catholica dicitur:

5 Et hij conuentus†a Christo & Apostolis originē acceperūt, ex quibus deinde alię quoque licitę & honestę congregationes descenderunt: Vt variorum ordinum Monasteria, frater

Digitized by Google

nitates, Xenodochia, Orphanotrophia, Prochotrophia, Noſochomia Gerontochomia Cathotrophia, aliorūq; piorū locorū conuētus, a Chriſti fidelib. erectorū & fundatorū. Eiuſdē gñis ſunt Eccleſiaſtica Concilia, tā vniuerſalia quā particularia, in quib. ea, quæ ad neceſſitatē vtilitatemq; Eccleſiarum, Monaſteriorū, & piorum locorum pertinent, deliberantur.

6 Prophani ſiue ſæculares ꝯuentus ſunt, qui ꝓp iuſtā in homines vtilitatē cōicationē, & ad conſeruandū tranquillū Rei publicæ ſtatū aguntur. Quales ſunt, congregationes hoīum ī domo, in vicinia, in ciuitate, in prouincia, in regno: Immo & domus ipſa, vicina, ciuitas prouincia, regnū, nihil aliud sūt, q̄ hoīum domeſticę ciuiliſq; ſocietatis vinculo coniunctorū cō gregationes, & qđ has oēs cōplectit, imperiū vocat. Atq; hij ſane conuentus oēs, a natura ipſa, & illa, qua humana ſocietas cōſeruat, iuſtitia deſcendunt. De qua re pulchre Cicero. li. 5. de finib. In oī, inqt, honeſto nihil eſt tā illuſtre, nec ꝓ latius pateat q̄ coniunctio inter hoīes hoīum, & quaſi q̄dā ſocietas & cōicatio vtilitatū, ēt ipſa charitas generis humani, quæ nata a primo ſatu, quo a procreatorib. diligunt, & tota dom' coniugio & ſtirpe coniungitur: ſerpit ſenſim foras, cognationib. tū affinitatibus, deinde amicitijs, poſt vicinatorib. cū ciuibus & ijs, qui publice ſocij atq; amici ſunt, deinde totius cōplexu gentis humanæ. Quę animi affectio, ſuū cuiq; tribuens atq; hāc, q̄ dico ſocietatem coniunctionis humanę, munifice & æque tuēs iuſtitia dr. luriſperiti huius generis conuentus iuritgentiū eſſe dicunt, quo nimirū diſcretę gentes, & regna cō-
7 dita ſunt. l. ex hoc iure. ff. de iuſt. & iu. Quin & ꝯ ctus † & cōmercia, quib. vtilitates inter hoīes cōicantur: Magiſtratus, itē qui hæc oīa ad normā iuſtitiæ moderantur, ab eodē iure proficiſcuntur. Sed & ſcholæ, tam literariæ q̄ militares, collegia artificum & mercatorū, fœdera itē, quę iuſtis legib. inter Reges, prīcipes, & ciuitates percutiūtur, & alię ſocietates prophanę, vel a iure ciuili ītroductæ, vel a Romanis imperatorib. ap ꝓbatę, ī hoc gñe licitorū conuētū numerāt. ff. de col. illic. l. j. vbi. Bar.

8 Illiciti ꝙuentus † ſunt, qui ad prophanandū & extinguendū diuinū cultum, impediendumq; profectum & ſalutem aīarū tū ad perturbandam Reipulicę quietē & tranquillitatem ꝯhūtur. l. j. vbi Bar. de colleg. illic. l. j. c. de Monopoliis. Cuiuſmodi ſunt cōuenticula latronū, Piratarū, Monopolarū, ſeditioſorū rebelliū, hæreticorū & ſchiſmaticorum, & oīa collegia, q̄ de iure nō ſunt approbata. Et ſunt duplicia: Occulta & manifeſta
9 occulta † q̄ in abditis & ab hoīū conuerſatione remotis locis frequētat. Cuiuſmodi apud Romanos erat loc', quē Bacchis ſacrū eſſe dicebant, in quo q̄ Bacchis initiati erant nocturnos conuentus agebāt, ac promiſcuos ītер ſe coit' viri atq; fœminę nudi exercebāt, quæ ſacra Bacchanalia ipſi vocabāt. Tit. Liui' li. 9. de bel. Mac. & Aſia. De quo illud Poetę. Iuuenal. Satyr.

Qui Curios ſimulant, & Bacchanalia viuunt.

10 His haud diſſimilia ſunt conuenticula † & latibula Adamitarū & Picardorū quorū & ipſorū & promiſcua cōnubia fuerunt: quorū oīum ſ. quoq; meminimus. Et noſtra ætate Anabaptiſtæ clandeſtinas cōgregationes in hortis & ſyluis facientes, ipſi quoque promiſcuam venerem exercuerunt, tū alia his etiam immaniora crimina perpetrarunt.

11 Manifeſta cōuenticula † ſunt, q̄ ī locis publicis, & hoīum ꝓſpectui expoſitis, agitantur. Cuiuſmodi ſunt hęreticorū ꝙcilia bula, & ſeditioſorū cōuenticula: quorū multa in hiſtoriis cōmemorantur, ab Arrianis, alijſq; hęreticis olim fuiſſe habita, vt Ariminenſe, Nicomedenſę vt in hiſ. Tri. li. 5. c. 16. Et itē duo ꝯ Athanaſiū, vnū apud Tyrū, alterū apud Antiochiā Theod. li. 1. c. 30. Similiter vnū apud Seleuciam Iſauriæ, & in vnū in Chalcedone ꝯ Ioannē Chryſoſtomū Theod. li. 2. c. 26. & multa alia aliorū hæreticorum conciliabula fuerūt, in locis nō q̄dem abditis & occultis, ſed plerunq; tū hoīum frequentia, tū locorū celebritate inſigniorib. congregata. Trip. x. c. 13. De ꝓphanarū ſeditionū manifeſtis cōciliabulis nō eſt opus, vt hoc loco longius veterum exēpla repetātur. Siquidē in oīum, vt opinor, recenti memoria hęrent, Schmal Kaldianorū in celeberrimis Germaniæ ciuitatib. habita conuenticula, quę, adeo nō voluerūt eſſe occulta, vt quicquid quouis tpe, in quouis eorū Cōcilio decreuerūt, nō dubitarint, idipſum libellis, ꝓ formas Typographorū ī publicū ędits, toti orbi facer manifeſtū.

12 Inter illicitos igitur conuentus, onuenticula † ſeditioſorum recte numeramus, quæ ob id conuenticula & conciliabula vocamus, quia propria ſunt hæc illicitorum conuentuum vocabula. l. conuentic. C. de epi. & cle. c. multis 17. diſt.

Ad remouendas igit ſeditionū cās Inſtr̄ales, vim & fraudē,
13 his fere remediis † vtemur. Primū, vt vim vi ꝓpulſemus, & artē arte deludamus Etenim prudētis Irenarchæ officiū eſt, ꝙ Lyſāder de bono Duce dicebat, Vt quo leonina pellis nō attīgit, eo aſſuta vulpina contendat. Secundum, vt quos vim nobis armis intuliſſe conſtiterit, eos victos armis quoq; ſpoliem'. Tertiū, vt veterū prīcipū leges, q̄b. armorū vſus ītердr ad coercēdā cauēdāq; ſeditioſorū vī & furorē renouēt. Ac đ armorū vſu variæ q̄dē principū leges extāt: De iure Digeſtorū, arma
14 † ad vsū venationis, vt itineris, vt nauigationis ꝓmittūt. In aliis vero caſib. l. Iulia. de vi publ. tenēt, q̄ arma, tela domui ſuæ in agroue, ī villave coegerīt. l. j. ff. ad le. Iu. de vi. pub. Sed & arma ad defendēdū parata, hoc iure ꝓmittūt. Nā q̄ telū ſalutis ſuę cā gerūt, nō vſir hoīes occidēdi cā portare. De iur aūt Codicis inſcio & incōſulto principe, nemini armorū quorūlibet mouēdorū copia tribuit. De iure vero Authē. priuatis oīū armorū, ēt ad defenſionē paratorū fabricatio, & vſus interdr. De qua re lex Iuſtiniani imperatoris extat In Aut. de armis. §. ſi. q̄ ſic hēt. Prohibemus priuatos operari & emere arc' & ſagittas & ſpathas, & enſes, q̄ vocare ꝙſueuerūt ſemiſpathia, & q̄ vocāt zanię ſiue loricę, & cōtos, & quolibet mō vt figura factas lāceas, & q̄ apud Iſauros noīant monocapia, & appellatos ſitinos ſeu miſſilia. Inſup & alpidas ſiue ſcuta, & galeas ſeu caſſides: nō. n. iſta alii cuidā īſtruere ſinimus, p̄ter eos q̄ deputati ſunt, in ſacris nr̄is fabricēt. lib. Solos aūt fieri & vēdi a priuatis, et priuatis vēdi ꝓmittimus, cultellos minores q̄b. nullus ī p̄dijs vtit. De ruſticis vero & mercatorib. ſpāliter ad hūc modū ꝙſtituit Fed. imperator in ti. de pac. ten. c. j. §. ſi qs ruſtic'. Si qs īquit ruſtic' arma vel lāceā portauerit, vel gladiū iudex, ī cui' ptāte repertus fuerit, vel arma tollat, vel viginti ſolidos ꝓ ipſis recipiat a ruſtico. Mercator negociādi cā p ꝓuinciā pertrāſiēs, gladiū ſuū ſuę ſellę alliget, vt ſup vehiculū ſuū apponat, ſi vt quē lędat īnocētē, ſed vt a p̄done ſe defendat. Qđ ſi igit de iur cōi armorū vſus priuatis oīb. interdictus eſt: quāto magis cōpreſſa & extincta ſeditione, legib. vel latis vel ferēdis cauēdū erit, ne ſeditioſis arma vel fabricare, vel emere liceat, vel portare? Sane his remedijs nr̄a ætate vſi ſunt, principes q̄dā ꝯ ſeditioſas † ruſticorū multitudines, aduerſus dn̄os ſuos paſſim ī Germania rebellātes, Anno videlicet a reſtituta ſalute 1525. Primū. n. armata & potēti manu multas ruſticorū turbas, ī diuerſis ſuperioris Germanię partib. vt in Sucuia, ī Oriētali Frācia, in Saxonia, & ꝓ vniuersū fere tractū Rheni, collectas, multis eorū millib. occiſis fuderūt. Deīde armis quoq; ſuꝓſtites & ī đditionē receptos exuerūt, tū legib. quoq; latis armorū vſū ad
15 certū tp̄s ruſticis interdixerūt. Quartū remediū erit, vt munitiones, id eſt, muros, turres, & męnia ciuitatū ſeditioſarū: caſtra itē ſeditioſorū prīcipū, Comitū & Nobiliū deſtruāt. Quo remedio ſæpe aduerſus rebelles, Romanos imperatores vſos
16 fuiſſe legimus. Sic Fed. † imperator, hui' noīs. I. capto Mediolano, cūcta ciuitatis męnia euertit. Naucl. li. 2. gñat. 39. Sic Henri. huius noīs VII. quarūdā ciuitatū Italię, q̄ in ꝙtinua rebellione & inobedientia diu præſtiterāt, mœnia demolitus eſt vt refert Platina in Clemēte V. Et Guiliel. † Rex Siciliæ ciuitatē Ba-
17 rū fūditus euertit: q̄a ciues illius Gręcis fauētes, nequiſſime ꝯ ipſum conſpirauerant, vt Sigebertus ī Chronicis teſtat. Eodē remedio vſus Rodulphus, poſtq̄ imperator electus, & a Romano pōtifice confirmatus, rebelliū motus in Sueuia, Frāconia, & Alſatia, nec nō q̄buſdā prouincijs compreſſit, conuētū agens Erphordię, caſtra plus q̄ ſeptuaginta deſtruxit. Porro ad remouēdā cauendāq; ſeditioſorū fraudē, vnicū & in ordine quintū remediū erit, vt leges de interdictis ſeditioſorum ꝙuēticulis latę, reuocentur. Ac de hęreticorū & ſchiſmaticorū ꝙuenticulis, quæ in vtroq; iure cōſtituta ſunt, diligenter a me ī libris de hęreticis & ſchiſmaticis relata ſunt: hoc loco eas tm̄ leges cōmemorabimus, q̄ de prohibitis aliorū ſeditioſorū ꝙuēticulis latę ſunt. Quale eſt inter Canonicas Decretū † illud Cō-
18 cilij Aurelianēſis. x. q. c. ſi q̄ cleric. Si qui Clericorū (vt nup in multis locis, per ſuperbiā, Diabolo inſtigāte, actū fuiſſe perpatuerit) rebelli authoritate ſe in vnū cōiuratione intercedēte collegerint, aut ſacra inter ſe data, aut chartulā cōſcriptā fuiſſe patuerit, nullis excuſationib. p̄ſūptio labat, ſed res detecta, cū in Synodū vētū fuerit, in ꝓſcriptores, iuxta ꝓſonarū & ordinū qualitatē, a Pōtificib. q̄ tūc in vnū collecti fuerint īducti. Inter ciuiles aūt talis Archadij & Honorij extat. Cōſtō Cōuenticulā illicitā ēt extra Eccleſiā in priuatis ędib. celebrari ꝓhibemus, proſcriptionis domus periculo immin ēte, ſi dūs eius ī ea Clericos, nouā ac tumultuoſā cōuēticulā extra Eccleſiam celebrātes ſuſceperit. Et alia itē Fed. imperatoris in ti. de pa. te. iur. fir. §. cōuēt. q̄ ſic hēt. Cōuēticula quoq; ī ciuitatib. oēſq; ꝯiurationes & extra, ēt occaſione parentelę, & inter ciuitatē & ciuitatē, & inter ꝓſonā & ꝓſonā: ſiue inter ciuitatē & ꝓſonā, modis oīb. fieri prohibemus, & in prēteritū factas caſſam', ſingulis cōiuratorū pęna vnius libere auri puniēdis. Itē alia Martua. imperatoris. l. denunciamus, C. de his qui ad Eccl. cōf. Denunciamus, inquit, vobis oīb. vt in ſacroſanct. Eccleſiis, & in alijs quidē venerabilib. locis, in quib. cū pace & quiete vota cōpetit celebrari, abſtineatis ab oī ſeditione: nemo cōclamationib. vtatur: nemo moueat tumultū, aut impetū cōmittat, vel cōuēticula collecta multitudine in qualibet parte ciuitatis, vel vici, vel cuiuſcunq; loci colligere aut celebrare conet. Sciāt ſane oēs, ꝙ ſi aliqs ꝯ hmōi Edicti normā aut ageī aliqđ, aut ſeditionē mouere tētauerit, ultimo ſupplicio ſubiacebit.

BERN.

Digitized by Google

BERMONDI
CHOVERONII CAESAREI
PONTIFICIIQ. IVRIS DOC. PRAESTANTISSIMI,

IN SACROSANCTIORIS LATERANEN. CONCILII (CONCORDATA VOCANT) TITVLVM DE PVBLICIS CONCVBINA. commentaria.

PRAEFATIONES IN TITVLVM DE PVB. concubinarijs in concordatis.

SVMMARIVM.

1 *Matrimonia principaliter ratione prolis procreandæ contrahuntur, & secundario propter vtilitatem publicam.*
2 *Matrimonium non causa libidinis, sed propter liberos procreandos institutum fuit, aliter diceretur connubium.*
3 *Virginitas existens in Maria principem mundi fefellit.*
4 *Deus licet omnia possit, tamen virginem post ruinam suscitare non potest.*
5 *Virgines gentiles magis mori maluerunt, quam obedire carni, quod pluribus probatur exemplis.*
6 *Sanctius esset a præsenti vita migrare, quam in desideriis carnalibus vitam ducere.*
7 *In India est quædam regio, in qua nulla libido reperitur, nulla sunt coniugia, nullique homines nascuntur, & nisi ibi quis castitatem seruauerit, perpetuo exilio datur.*
8 *Sacerdotii officium, sicut imperium a Deo processit.*
9 *Presbyteri in suis domibus tenentes concubinas duo grauia committunt.*
10 *Deo magis placet grunitus porcorum, quam cantus presbyterorum luxuriantium.*
11 *Presbyteri peccata hominum suis precibus comedere debent.*
12 *Qui sordidus est alterius sordes purgare non potest.*
13 *Decimæ institutæ sunt, vt sint in cibum sacerdotibus.*
14 *Sacerdotes non secundum carnem, sed secundum spiritum viuere debent.*
15 *Opera carnis sunt fornicatio, incontinentia, & similia.*
16 *Sacerdotibus Lantiquæ permittebatur posse frui suis vxoribus causa sobolis procreandæ tantum.*
17 *Meretrici adhærens vnum corpus cum ea efficitur.*
18 *Peccatum quodcunque fecerit homo, extra corpus est, qui autem fornicatur in suum corpus peccat.*
19 *Presbyteri occidentales obligantur ad perpetuam continentiam.*
20 *Presbyteri etiam Græci non possunt vxores sibi copulare.*
21 *Apostoli pascebant vxores de mercede prædicationis.*
22 *Presbyteri occidentales quare vouerunt castitatem, quatuor assignantur rationes.*
23 *Clerici concubinarii incidunt in adulterium, sacrilegium, stuprum, incestuosum, contra naturam et quæ pœna imponatur istis criminibus ex pluribus demonstratur.*

PAtres antiqui (vt refert Ambrosius in libro de virginib.) attestantē virginitatem esse templum Dei: quoniam Christus cum voluisset assumere carnem, matrem suam, ex qua nasceretē, virginē esse voluit. †Et licet matrimonia ꝯhantur ea p̄cipua intentione procreandæ sobolis: qa erat vnum de tribus bonis matrimonij, & in hoc versat̄ publica vtilitas. l. hoc mō. ver. vtilem reipublicæ causa sobolis procreandæ. ff. de cond. & demon. & idem refert Calistratus in l. liberorum appellatione in ver. qui vxores ducunt voto, & animo liberorum p̄creandorum, ff. de verb. & rerum signi. refert etiam August. in li.
2 de bono coniugali, † ꝙ matrimonium contractum sine spe prolis, non matrimonium, sed connubium dr̄. Fuit enim institutum matrimoniū non causa libidinis: sed ꝓp liberos p̄creādos, vt habetur in princ. Geneſis, & Leuitici 21. ca. vbi legitur, ꝙ in lege Mosayca nō erat permissum coniuges de scorto accipere, aut viduas repudiatas, nec ēt virgines nisi dūtaxat causa procreandæ sobolis & sic concubitus matrimonialis erat a peccato immunis.

Attamen Dominus noster IESVS Christus a tali cōmixtione nasci recusauit nobis apertissime declarans sibi magis placere virginitatem quam continentiam coniugalem, vt ēt apparet de Beato Ioanne Euangelista, quem Christus præ cæteris Apostolis dilexit, & eum tanquam familiarem elegit, eo, quod castitatem seruasset, & virginitatis lilio decoratus esset, quæ est virtus animi, & secum comitem habet fortitudinem, & qui virginitatem habet, fortitudinem habere conuincitur.
3 †illa est ergo quæ existens in Maria principem mundi fefellit: illa etiam, quæ inter cæteras animi, virtutes seruari debet intacta: quia si semel fuerit amissa, restitui non potest, vt est tex. in l. vnica, C. de rapto. virgi. vbi dicitur quod mulier corrupta, & violata restitui non potest & glo. ibi dicit quod etiam Deus facere non potest, quod illa, quæ fuit corrupta, non sit corru-
4 pta: †licet Deus omnia possit. tamē post ruinam virginem suscitare non potest, & ad illam glossam concordat alia gl. in ca. super eo. de bigam. quod dictum refert etiam Hieronimus in epistola ad Eustochium, vt habetur transumptiue in ca. si Paulus Apostolus. 32. q. 6.

Præterea hoc probant monimenta priscarum virginum, q̄
5 plures secundum carnem viuere contempserūt: †& magis maluerunt mori, quam obedire carni. vnde apud Romanos virgines quæ secundum carnem viuere contempserunt, in maxima reputatione habebantur, vt patet de duabus filiabus Romanis, quarum mater vocabatur Cedasa, quæ cum (absente patre) duos iuuenes prætereūtes iure hospitalitatis suscepisset ipsi quoque iuuenes non indulserunt honori filiarum: sed dictis virginibus nocte violentiam intulerunt propter quod stuprum dictę virgines mutuis mucronibus se conciderūt: patet etiam de illa virgine, quam hostis Macedo corruperat, q̄ modicum dissimulauit violentiæ sibi factæ desolatorem: & nihilo minus tandem suum violatorem iugulauit, & mox gladio seipsam interfecit, nolens, perdita virginitate, ducere vitam.

Quid exempla ista designant? nisi, quod carni non est assen-
6 tiendum: quinimo melius foret a pręsenti vita migrare, quam in desyderijs carnalib. vitam ducere: vnde Apostolus ad Romanos octauo dicebat, qui in carne sunt, Deo placere nō possunt. & ad Galatas. 5. spiritu ambulate, & desyderia carnis nō perficietis, & Apostolus primæ Corin. septimo, virgo cogitat, quæ domini sunt, vt sit sancta corpore, & spiritu.

Videtis ergo quanto affectu veteres castitatem amauerunt, vt etiam. narratur de quadam Græca fœmina Hyppo, nomine, q̄ cum hostium classe esset excepta, in mare se abiecit, vt morte pudicitiam tueretur. narratur etiam de quodam, qui filiam suam interfecit eo, quod Apius Claudius violēter ad stuprum ipsam inducere volebat: malebat enim pudicæ filiæ esse interemptor, quam pater corruptæ.

Narrat præterea Ambrosius in libro de virginitate. capitu. tertio, de Pelagia quæ cum esset apud Anthiocum ætatis quindecim annorum, & prædonibus circunseptam se videret: matre absente suisque sociabus in aqua se proiecit malens mori quam violari.

7 Scribit etiam Solinus libro, octauo. †quod in India quædā est regio in qua nulla libido inuenitur atq; petulātiam ignorant homines: itaque nulla sunt coniugia nullique nomines ibi nascuntur: & tamen ibidem plures commorantur: nullus tamen ibi admittitur, nisi castitatis meritum prosequatur, q̄ castitatem, nisi quis seruauerit a p̄dicta regione submouetur, & perpetuo exilio datur: recitat insuper contra Iouinianum Hieronymus, qualiter Duylius vxorem tantæ continentiæ duxit, ut omnibus continentibus esset exemplum accidit, quod is iam senes & trementi corpore in quodam iurgio audiuit exprobari sibi quod os tœtidum haberet, quo audito ad uxorem accessit ipsam redarguens cur sibi hoc non intimasset, quę respondit feciſſem (inquit) nisi putassem omnibus viris sic os olere, ecce quanto pudicitia quæ nunquam alterius uiri flatū sensit.

Si igitur uirginitas inter plebeios obtineat lilium, & coronam uirtutes, multo fortius continentia, & castitas a clericis i uiolabiliter uenit obseruanda, quoniam uitam Angelicam ducere debent ipsi enim Angeli Dei appellantur, ut refert Hiero
8 nimus super Malachiam. cap. 2. eo, †quia officium sacerdotii sicut imperium a Deo processit in authentic. quomod. opor. epi. column. prima, ergo talem dignitatem sacerdotalem luxuriosis amplexibus ac aliis immundis & libidinosis actibus prophanare & maculare non debent, ne id obijciatur quod habetur Ezechielis. capi. 22. in quo dicitur sacerdotes cōtempserūt legem meam & polluerunt sanctuaria mea, & inter sanctū, & prophanum non habuerunt distantiam: & inter pollutum & immundum nusquam intellexerunt.

9 †Qui ergo presbyteri focarias, seu concubinas in suis domibus tenent duo grauia committūt: primo Dominicum corpus maculant.

Secundo populum, & Ecclesiam scandalizant. Maxime si ex tali illicito coitu habeant spurios, quos coguntur alimentare de Christi, & pauperum patrimonio. Vnde propter uitā impudicā, & luxuriosam talium sacerdotū Christus plerunq; ad preces nostras & oblationes aures dedignat̄ cōuertere: & nr̄a sacrificia cōtemnit, & holocausta tanq̄ abominabilia respuit orationes nostras nō audit, dicēte propheta non accipiā sacrificiū de manib. uestris, quia polluti estis. Vnde refert Augusti.
10 †ꝙ Deo magis placet rugitus leonū siue mugitus boum, uel grunit⁹ porcorū, q̄ cant⁹ p̄sbyterorū luxuriantium. Viri enim

Digitized by Google

ecclesiastici ad hoc deputati sunt, ut in castitate Deo famulentur.
Quale enim erit obsequium illorum, si mens polluta fuerit? aut quomodo sacrificium offerent Deo, si eorum vita maculata extiterit.

Sed quare est, quod sacerdores tot luxurijs inquinantur? rñdetur propter consortia, conuiuia, & cum mulieribus colloquia & secretas confabulationes: quia talia sunt præludia veneris, & sacerdotes lasciua voluptate corrumpũt, quia inquit Hieronimus Gladius igneus species mulieris: nam qui tangit piscem, ab ea coinquinabitur. ideo asper atque rigidus & breuis cum mulieribus est habendus sermo. Fugienda est ergo libidinis occasio, vt sacerdotes, non in carne, sed in spiritu sint, & ne memoriam in mulieribus ponãt, prout legitur de Acerno Abbate, quod cum mulier quędam sibi postularet, vt in oratione haberet eius memoriam ipse respondit rogo. Deum vt ipse memoriam tuam auferat de corde meo. in admirationem res ista deduci non debet si his temporibus Christus nobis irascitur, si tot flagella suæ iracundię nobis immittat: si tot varias, & graues tribulationes patiamur, si tot discrimina belli, pestis, & inferilitatis nos aggrediantur. apertum est enim ꝑ peccatis Christum ꝑ suos sacerdotes debere placari, ad quos spectat pro peccatis populi orare, & illos apud Deum media-
11 tores existere, † & peccata hominum comedere, & suis precib. ea debent consumere, vt refert Hieronimus in cap. quia sacerdos. 10. q. 1. & in cap. nulli. 3. q. 1. sed propter eorum vitam luxuriosam Deum, quem deprecantur, irritant iuxta dictũ Gregorij dicentis: cum his, qui displicet, ad interdum mittitur ira ti animus proculdubio ad deteriora prouocatur eorum incõtinentia tales sacerdotes concubinarios coram Deo deprecari reddit indignos in tãtũ, vt etiam pro proprijs peccatis exorare non possunt. qualiter enim pro peccatis aliorum deprecabũtur, qui pro proprijs Deum non valent reddere placabilem.

Apparet ex prædictis, quod sacerdotes ab eorum spurcitijs debent primitus mundari, quam alios a suis delictis mundare valeant maxime a fornicatione, & concubinatu publico, vel occulto, quæ non tantum corpus, verum etiam animam ma
21 culat: ideo apud vulgares natum est illud adagium † quod qui sordidus est, ac immundus, quo modo alterius sordes purgare poterit? quod dictum legitur ecclesiastici. 33. capi. in quo dicit ab immundo quis mundabitur? quoniam Deus ex fornicatione sacerdotis quamplurimum irritatur eo, quia fidem continentiæ, quam tempore suæ ordinationis Deo promiserat inanem, & vacuam facit. refert enim Inno. secundus ita fuisse statutum in concilio Toletano nullum debere recipi in sacerdotem, nisi cuius castitas ante susceptum ordinem fuerit approbata, quod si concubinam ex post repertus fuerit habere, officio, atque beneficio ecclesiastico carere voluit, ex quo tacite in collatione suorum ordinum seipsum obligauit ad perpetuam continentiam, quam si violare præsumpserit, non Christum, quem in extremis sperat iudicem aduersarium, sed seipsum fefellit.

Lege enim nedum canonica verum etiam diuina presbyteri maxime habentes curam animarum ex debito officij tenentur pro suis parochianis exorare, a quibus decimas, obla-
13 tiones, & cęteras eleemosinas percipiunt † instituit enim Deus decimas, vt sint in cibum sacerdotibus in domo domini, vt legitur numerorum 18. ca. inhibet ibi Deus sacerdotibus dicẽs, nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti: quas in vsus eorum, & necessaria seposui, quod hodie a sacerdotibus nostris non obseruatur quoniam veri negociatores rurales, & mercatores effecti sunt & dicitur in eodem textu, quod qui mundus est, illis decimis vescetur, & non alius. Dolose ergo, & fraudulenter in interitum eorum animæ tales sacerdotes beneficiati decimas, & oblationes a populo accipiunt: ex quo pro peccatis suorum parochianorum non orant. nec pro eis sufficiẽtes sunt orare. vnde Deus loquens sacerdotibus immundis Esayæ cap. primo dicit facta vestra sunt mihi molesta & cum extenderitis manus vestras, auertam a vobis oculos meos. & cum multiplicaueritis orationem vestram, nõ exaudiam: quia immundi, & polluti estis.

Sic etiam loquitur dominus ad sacerdotes per os Malachię Prophetæ c. 1. dicentis non est mihi in vobis voluntas, & munus non suscipiam de manu vestra.

14 Caueant igitur viri ecclesiastici, vt † non secundum carnem sed secundum spiritum viuant: quia (prout dicit Apostolus ad Romanos. octauo. c.) qui in carne viuunt, Deo placare non possunt. illi autem dicuntur viuere in carne, qui operãtur secundum carnem: et si quæratur, quæ dicantur opera carnis.

15 Respondetur † quod fornicatio, immundicia, & impudicitia: talia enim opera in viris ecclesiasticis reperiri non licet: vnde beatus Iacobus in sua canonica loquens ad eos ait mortificate membra vestra, quæ sunt super terram, ne incidatis in fornicationem, immundiciam, libidinem & malam concupiscentiam: quia propter talia venit ira Dei in filios incredulitatis.

Quid enim magis maculat, & denigrat sacerdotes, quam immunda conuersatio sordidarum concubinarum: quid enim vilius est presbyteris. & quid sordidius, quam more porcorũ libidinosis, & luxuriosis amplexibus delectari? quid enim fœtidius est illis se meretricum & concubinarum reprobato cõcubitu damnabiliter commiscere.

Præterea curare etiam debent sacerdotes, ne vitam ducant impudicam sequentes exemplum aliorum Apostolorum domini nostri Iesu Christi, qui priusquam fuerint assecuti dignitatem sacerdotalem a suis propriis vxoribus abstinuerunt & qui tempore suæ vicis, id est, hebdomadæ in templo ministrabat, non erat sibi fas frui concubitu suæ legitimæ vxoris, vt talis sacerdos liberius, & mundius valeret diuinis monasterijs in
16 tendere † &, finita sua hebdomada, illi sacerdoti permittebat posse frui vxore sua causa sobolis procreandæ tantum: ergo. multo fortius sacerdotes nouæ legis (quibus matrimonia etiã cum virginibus interdicuntur) debent se ab immundis, & corruptis meretricibus, & concubinis abstinere.

Hæc decisio fortificatur, quia in veteri testamento, qui erãt destinati ad portandum archam fœderis domini, debebant prius ab immundicia cuiusque fornicationis esse mundati, & sanctificati, vt habetur primi Regum capi. octauo, sanctificarunt Eleazarum, vt custodiret archam domini: & etiam primo Paralipomenon. cap. 15. sanctificati sunt sacerdotes, & Leuitæ, vt portarent archam domini: ergo multo fortius sacerdotes nouæ legis debent ab omni spurcitia esse mundi, qui non archam figuratam, sed fidem catholicam, ecclesiam, & corpus verum Christi habent custodire, portare, atque sumere: mundamini ergo, qui fertis vasa domini.

Talis reuerentia, & mundicia in archa Mosayca debebatur propter tabulas Moysi, & virgam Aaron, quæ in ea repositę seruabantur: quia digito Dei scriptę erant: hoc idem probatur Exodi. 19. capi. vbi Dominus iussit filijs Israel per os Moysi a suis proprijs vxoribus per triduum abstinere, vt liberius deuotioni, & orationi intendere possent multo magis sacerdotes nouæ legis debent se abstinere a libidinosis amplexibus.

Præterea fortius demonstratur Exodi. duodecimo, cap. nam filij Israel in memoriam suæ liberationis de AEgipto singulis annis cõsueuerunt edere agnum paschalem vnde dominus per os Moysi præcepit eis, vt comendentibus eum lumbos prę cingerent per quæ nobis figuratur, quod sacerdotes nouæ legis sumentes agnum paschalem, hoc est sanctissimum corpus Christi debent esse mundi corpore sicut & mente, quod idem habetur Exodi. 30. ca. postquam Moyses iuxta præceptum domini perfecit tabernaculum fœderis. præcepit dominus, vt iuxta altare tabernaculi fieret labrum æneum, id est, vas aptum ad lauandum, vt quando Aaron, & eius filij vellent in altari Domini sacrificare, prius lauarent pedes & manus. & immaculati, & mundi in conspectu domini assisterent, per quod clare nobis demostratur, quod sacerdotes nouæ legis prius, quam ad consecrandum Dominicum corpus accedãt a spurcitia per confessionem, & pœnitentiam debent esse mundi: quoniam leuitici. vigesimoquinto. cap. dominus loquens ad filios Leui ait. docebitis filios vestros, & caueant immunditia & non morientur in sordibus suis estote Sãcti: quoniam ego sanctus sum: & hoc idem habetur Exodi. vigesimoprimo, vbi dominus loquens sacerdotibus dicit, qui incensum, & panes offerunt Deo suo Sancti erunt vnde dominus ad Moysen loquens dicit loquens ad Aaron homo de semine tuo, qui habuerit maculam non offeret panem Deo suo. nec accedet ad ministerium eius.

Nec similiter eadem lege erat permissum offerre animalia immunda, & maculata. imo expresse erat prohibitum, vt habetur Deuteronomij. septimo. capi. non immobilis domino bouem ac ouem vbi sit macula, quippiam vitij, quia abhominatio est domino tuo. & legitur Leuitici. decimosexto, ca. vbi dominus iussit eum qui semine pollutus erat castra Israel usque ad uesperam eijci: nec dignus erat ad templum domini introire donec sanctificaretur & mundaretur.

Ergo multo fortius sacerdotes nouæ legis qui in suis domibus non uerentur publicæ tenere, & nutrire concubinas debent eiici a templo, & ministerio altaris, donec per confessionem, & pœnitentiam eorum maculam & spurcitiam purgauerint.

Fortificantur prædicta quia (ut superius dictũ extitit) in primitiua ecclesia ꝑhibitum non erat sacerdotibus ac aliis ministris altaris commiscere cũ suis legalibus uxoribus quibus tamẽ ab ecclesia occidẽtali ꝑhibitum fuit iuxta canones sanctorũ patrum ne amplexibus matrimonialib. utant. ergo quãto magis a meretricibus & cõcubinis abstineret debẽt. unde Apostolus

Digitized by Google

lus Thimotheo.3.ca.ſcribens qui erat p̄sbyter,& epiſcopus eū præcipue hortabatur ad ſeruandā caſtitatem,& cōtinentiā. Sic inquiens, oportet epiſcopos:diaconos, & presbyteros eſſe pudicos: & Apoſtolus loquens presbyteris ad corinthios quā to ſit dicit:neſcitis,quia templum Dei eſtis & ſpiritus in vobis, eo quia præcioſum corpus Dominicum in ſuis corporibus re cipiunt,ergo corpora ſua immaculata cuſtodire debent:quod facere non poſſunt ſi amplexibus cōcubinarijs fruantur:quoniam(vt ait Apoſtolus primæ ad Cotinthios.6.cap.) qui adhæ
17 ret meretrici,vnum corpus cum ea efficitur. nam omnia,& q̄ cunque peccata,& animam tantum,& non corpus maculāt, ſed fornicatio vtrunque iuxta ſententiam Apoſtoli ad corin-
18 thios.6.dicentis omne†peccatum quodcunque fecerit homo extra corpus eſt:qui autem fornicatur,in ſuum corpus peccat caueant ergo ſacerdotes,corpus ſuum,quod eſt templum Dei & habitaculū ſpiritus ſancti ne per carnis concupiſcētiam ma culent,ac diffament, ſunt enim membra Chriſti ergo mēbra meretricis efficere non debent.

Et nedum leges Apoſtolorum,verum etiam ciuiles ſtatuerunt obſeruare caſtitatem eos qui eccleſiaſticam elegerunt ꝓ feſſionem eis interdicendo conſortium concubinarum,vt eſt caſus in l.qui eum.C.de epiſcop.& cleri.ea ratione ne caſtitatem ſeu mundiciam quam ex voto ſeruare tenentur,quouiſmodo corrumpere,aut maculare præſumant, refert etiam imperator in §.ſi quis autem monachus.in Authentico de monachis colla.j.quod ſicut clerici in ſacris ordinibus conſtituti prohibentur contrahere matrimonium qui contractus erat actus ciuilis,& permiſſiuus vtraque lege ergo multomagis ꝓ hibentur ſecum tenere concubinas.fortificatur per tex. in §. clericos.in Authen.de ſancti.epiſco.vbi clerici ordinari prohi bentur,niſi ſciant literas,& rectam fidem habeant nec etiam concubinam, nec baſtardos ergo multofortius iam promotus prohibetur tenere concubinam, quæ deciſio obſeruatur apud ſacerdotes gentilium ſeu paganorum,qui ſecundum eorum ritum continentiam cuſtodire tenebantur. ideo in Thimęo Platonis ponit ut legitur,quod illi,qui dignitate ſacerdotali erant præpoſiti in ciuitate Athenienſi a cœtero populo ſeparabantur,ne eorum caſtitas macularetur.

Hi igitur ſacerdotes idolorum,ſeu ſimulachrotum ſe a libi noſis amplexibus abſtinebant ergo multo fortius facere tenē tur ſacerdotes noſtri qui dietim corpus Dominicum conſecrant.

Videmus etiam,quod in eccleſia occidentali nunquam licitum eſt clericis in ſacris conſtitutis matrimonium contra-
19 here vel ſi iam contractum † erat ante ſuſceptionem ordinū non debent vti amplexibus coniugalibus: ſed inuiolabiliter, perpetuam debent obſeruare caſtitatem,vt ſtatuit Lucius papa prout habetur tranſumptiue.i.ca.miniſtri altaris.81.diſtin. ſed non talem caſtitatē in ſuis miniſtris obſeruat eccleſia oriē talis, quæ matrimonio per prius contracto ſecundum eorū ritum libere amplexibus cōiugalibus poteſt vti, licet ſi ſemel ad ſacros ordines promoti fuerint deinceps non poſſunt ſibi
20 vxores copulare.†ſed ad perpetuam continentiam obligant. Et iſta deciſio facit contra plurimos,qui fronte inexcogitata aſſerunt presbyteros Grecos poſſe cōtrahere matrimonium. quod falſum eſt vt ſtatutum fuit in ſexta ſynodo Nicena quæ habetur.in capitu. ſi quis eorum vigeſima ſecunda diſtinctio. & in capitulo.cum olim.extra de cleric.coniuga.& ideo in illa eccleſia orientali,qui non poſſunt continere,& deſiderant ad ſacrum miniſterium altaris aſcendere cauti ſint, vt priuſquā ad ordinem presbyteralem deueniant vxorem ducant.& iſta eſt differentia inter miniſtros eccleſiæ orientalis, & occidentalis.Præterea refert gloſſa in c.omnino.31. diſtin.in verbo Paulo Apoſto. † quod Apoſtoli ſecum ducebant vxores, vt eis
21 ſeruirent in cibis parandis:& ab eis paſcerentur de mercede p̄ dicationis,& non vt copula carnali vterentur, quod dictum tollit Panor.in c.conſultationi.extra de frig.& male. ſubiiciēs quod vxores Apoſtolorum caſte,vt ſorores viuebant: ſi ergo actus coniugalis,qui eſt ciuilis,& legitimus ſit ſecūdum canonicas ſanctiones ſacerdotib.prohibitus, certe multomagis in eis videtur prohibitus omnis actus meretricalis,& concubinarius,qui vtraque lege eſt damnatus.

Et ſi quæratur quare eſt, quod in concilio Niceno ſtatutū fuit per eccleſiam occidentalem,quod eius miniſtri teneantur deuouere caſtitatem:& debeant abſtinere ab vxoribus ꝓprius legitime habitis?reſpondetur,quod plures ex ſacris canonibus
22 poſſunt elici rationes†prima eſt,quia mariti ſunt ea conditione nati,vt omni caſu ſtudeant,quo modo eorum vxoribus cō placere valeant: ergo minus poſſunt cogitare quæ ad diuinū ſeruitium ſpectant,& hanc rationem ponit Innocentius tertius in cap.diuerſis fallacijs.extra de clericis coniugatis. ꝓ qua facit dictum euangelicum Matthęi ſexto ca.nemo poteſt duo bus dominis ſeruire:quia aut vnum odio habebit, & alterum diliget : nec poteſt quis Deo, & Mammonæ ſimul ſeruire.

Secunda ratio,quia impoſſibile eſt, quod aliquis voluptatibus,ſeu carnalibus deſyderijs,& diuinis, ſeu eccleſiaſticis ſeruitijs ſimul deuote vacare poſſit qa Cithara cum pſalterio male concordat:& ſic vita actiua,ſub qua viuere videntur illi, q̄ habent vxores,non bene conuenit cum vita contemplatiua, ſecundum quam ſacerdotes viuere debent.

Tertia ratio,quia qui Deo dedicatur non in partem,ſed in totum dedicari debet: ſed iuxta decretum Apoſtolicum quod recitatur in concilio generali in c. non debet.extra de conſan. & affini.in quo dicitur, quod maritus non habet poteſtatem ſui corporis,ſed vxor,& econtra: ergo in poteſtate mariti nō eſt,obſtante vxore ſe in totum Deo dedicare. qua ratione ſecundum decreta canonum conſtitutum eſt,quod ſi matrimonium fuerit conſummatum per copulam carnalem, alter ex coniugibus non poteſt vouere caſtitatem,aut religionem ingredi,niſi alter conſentiat:& ſimiliter caſtitatem,& continentiam obſeruet,quarta & vltima poteſt eſſe ratio,quia presbyteri corpore,ſicut & mente debent eſſe mundi,quæ mundicia non videtur eſſe in coniugibus, licet copula matrimonialis ſit immunis a peccato,quæ ratio authoritate veteris teſtamenti probatur de Ozia rege Iuda vxorato, qui cum ſemel in templo officium presbyterorum exercere vellet,accepit incēſum vt iuxta altare domini adoleret:ab Acharia Propheta,& a cæteris presbyteris fuit prohibitus,ne talia faceret.

Ipſe autem eorum prohibitionem contemnendo ſuis proprijs manibus accepit incenſorium,ſeu thurribulum, vt adoleret:ea punitione fuit punitus ꝙ in fronte ſua indilate orta fuit lepra, quæ eum vſque ad vltimum ſpititum vitæ comitata eſt.

Videtis ergo quomodo vtraque lex in ſacerdotibus laudat continentiam,& concubinatum damnat:& ea, quæ ſupra diximus,non propter omnes,ſed propter certos concubinarios clericos dicta ſunt:qui graue in eccleſia Dei, & populo ſcandalum generant:vnde alij qui ſunt bonæ vitæ,& caſtæ conuerſationis a laicis contemnuntur,& populo ſunt fabula:ſcire.n. debeut viri eccleſiaſtici ſeculares, & ruſticos ea conditione eſſe,vt ſi aliquid inhoneſtum a quibuſdam clericis perpetratum ſit omnibus alijs obiicitur: & vt paucis multa comprehendā tot,& tanta grauia ſcandala per clericos concubinarios, maxime publicos euenire ſolent,vt vix grauiora,reperiri poſſint: quę hic gratia clarioris doctrinæ enumerare licet.

23 Primo clerici concubinarij†dicuntur committere crimen adulterij ea ratione:quia presbyteri in aſſumptione ſacrorum ordinum deſponſantur ſpiritualiter. & in ſponſam accipiunt ſanctam,& immaculatam eccleſiam,cui in collatione dictorum ordinum promittunt,& iurant,ſaltem implicite, continentiam ſeruare.aliter non eſſent ordinādi,vt eſt tex.in §. ſancimus,in verſiculo ſi vxorem,aut concubinam in Authentic. de monachis.

Præterea in collatione,ſeu inſtitutione beneficiorum clerici iurant deſeruire in debitis obſequijs eccleſiæ, quod debite, & ſalubriter facere non poſſunt, ſi concubinas habeant, vel ſaltem a miniſterio altaris abſtinere debent,quod noſtris temporibus male obſeruatur per Epiſcopos,& eorum vicarios,q̄ in collatione ordinum,vel beneficiorum clericos nō monēt vt caſte viuant,ſed potius ad burſarum euacuationem, quam ad mores,& doctrinam illorum reſpiciunt.

Si igitur maritus carnalis fefellerit fidem ſponſę mulierem carnaliter cognoſcendo incurrat crimen adulterij:ergo quanto magis crimen adulterij incurrit,qui fidem coniugi ſpirituali,hoc eſt,Chriſto,& fidem eccleſiæ,quam promiſit,violare p̄ ſumpſerit,& credo quod nemo ſanæ mētis dubitat,quod grauius eſt violare ſponſam Chriſti quam proximi. Apparet ex p̄miſſis quod cum presbyteri per votum continentiæ Deo ſint dedicati hoc eſt ſacrati,certe ſi ſeparent adeo per copulā carnalem eos eſſe ſacrilegos, nuptiarum etiam ſpiritualium authoritates canonum ſicut & legum atteſtantur, & ſic clerici concubinarij in crimen adulterij & ſacrilegii incidere videntur, prout infra latius de concubitu ſacrilego declarabitur.

Tertio ſacerdotes concubinarij incidunt in crimen ſtupri, quod ꝓprie dicitur illicita virginis defloratio, vt ſi corruptus virginem corrumpat. vel ſi aliqs cum corrupta virginitatem ſuam corrumpat.vel vterque virginitatem corruperit & ideo ſi ante, aſſumptionem ordinis ſacerdotalis presbyteri erant priuati virginitate tamen per aſſumptionem dicti ordinis videntur redintegrati,ꝙ gratia ſancti ſpiritus effecti noui homines:vnde ſi ex poſt ſacerdotes fornicationibus,& amplexibus. venereis corpus eorum polluerint,nō eſt dubium, quin in crimen ſtupri inciderint.

Quarto presbyteri cōcubinarij incidūt in crimen inceſtus

Digitized by Google

maxime si cum parochianis, aut filiabus spiritualib. quas de sacro fonte Baptismatis leuauerunt, vel baptizauerunt, vel eas de confessione audiuerunt, quia per prædicta patres spirituales effecti sunt: & tanta imo maior inter eos videtur attinentia, quanta est in patre carnali c. omnes. 31. q. 1. vnde secundū canones pœna graui sunt puniendi.

Quinto sacerdotes concubinarij incidunt in crimen cōtra naturam. patet quia vtraque lex dignitatem sacerdotalem appellat sanctam & immaculatam. cum vno respectu cēseatur dignior quam ministerium Angelorum: quia nec Rex, nec Imperator terrenus, nec Angeli, nec virgo Maria talem habent potestatem consecrandi Dominicum corpus: vnde beatus Petrus in sua canonica dicit vos estis genus electum, regale sacerdotium, quasi innuens regnum & sacerdotium in personis sacerdotum conuenire: cum ergo illud, quod est naturaliter mundum, & immaculatum, fugiat illud quod est sordidū & immundum: ideo maculare illam dignitatem sacerdotalē illicitis & libidinosis amplexibus est contra eius naturam, qa sacerdotes secundum canonicas sanctiones quantum ad matrimoniales amplexus mortui finguntur.

Sed quod est mortuum generare, vel generationis actus exercere naturaliter non potest. Patet ergo, quod presbyter concubinarius illis respectibus dicitur committere peccatum contra naturam. imo etiam in crimen homicidij incidunt sacerdotes concubinarij: quia per eorum scœlus animas, nedum proprias, verum alienas in damnationem, & perpetuam mortem miserabiliter pertrahunt: quia secundum sententiā Apostoli stipendia peccati mors est: scilicet animæ Si igitur qui corpus occidunt rei homicidij iudicantur: ergo multo magis illi, qui animam occidunt: quoniam grauius est occidere animam, quam corpus & sic anima occiditur per peccatum, nō autem per virtutem occidi potest iuxta sententiam Christi dicentis, nolite timere eos, qui corpus occidunt animam autem occidere non possunt: incidunt similiter in crimen apostasiæ: Apostatare enim secundū regulas grammaticorum dicitur recedere a suo gradu, ordine, statu, vel dignitate. & secundum Ethymologiam vocabuli apostata dicitur quasi retro cedens & ideo cum clericus, vel religiosus habitum clericalem, vel religiosum dimittit ūt Apostatare dicuntur: nec reperitur maior apostasia, vt adeo prauis operib. recedere, ac amplexibus meretricalibus adhærere: vnde ecclesiastici. 19. ca. dicit Salomon, quod vinum, & mulieres faciunt apostatare sapientes.

Apparet ergo ex prædictis, quod vno coitu sacerdos fornicando incidit in adulterium, stuprum, incœstum, sacrilegium, & peccatum contra naturam. de quibus in specie videndum est, & de pœnis. & scandalis, quæ obueniunt & imponuntur pro prædictis delictis, tam laicis, quam viris ecclesiasticis secūdum dispositionem iuris, diuini, canonici, & ciuilis: & demum deueniemus ad declarationem ipsius tituli de publicis concubinarijs qui ita copiose, & ingenioſe commentatus fuit per egregium dominum vtriusque iuris censorem Rebuffi, vt vix nihil, aut parum vlterius dicendum sit: attamen plerunq; cogitaui, quod auaritia solitus temporis est honesta: & nihil excelsum sine labore, vel quicquam laudabile fieri potest: cum generosum spiritum labor nutrit: cunctam autem maliciam docuit ociositas, nec a quoquam ambigēdum est, quod labor studij multos ad alta extollit. & ignobiles nobiles facit. sopor autem & pigricia nullum; nec me latet, nec etiam vos lateat, quod legitur ecclesiastici. 12. capi. quod faciendi & describendi multos libros nullus finis reperiri potest: & interdum qui faciunt illos, & scribunt multos habent emulos, qui vel ex imbecilitate ingenij, quia tot sunt artis hostes, quot sunt ignorantes. vel forte incitati ex quodam stimulo inuidiæ eorum scripta: licet sint ciuilia quadam tamen lingua detractoria illa reprehendunt, & condemnant aliusque in alterius grassatur ingenium: contra quos exclamat Esaias quinto. Ve vobis inuidiosis, qui dicitis bonum malum & lucem facitis tenebras. Rogo tamen vos, ingenioſi auditores, vt nostram, prout benigne noueritis, excusetis, & corrigatis ignorantiam, & illam in melius emendetis: & quia fornicatio cum omnibus suis specieb. per vniuersam terram quamplurimum frequētatur: cum hodie ob fragilitatem naturæ difficile sit talem furorē refrenare, merito in exquirendis pœnis, & qualitate dictarum specierū, materia nos reddet esse prolixum.

De fornicatione in genere. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio large, & stricte accipitur.*
2 *Fornicationis derivatio.*
3 *Fornicatio alia duplex, alia simplex.*
4 *Fornicatio alia carnalis, alia spiritualis, alia mixta.*
5 *Fornicatio carnalis est duplex.*
6 *Fornicatio alia est notoria, alia occulta, alia præsumpta.*
7 *Liberi sacerdotis inducunt testimonium notorietatis, nec requiritur alia probatio.*
8 *Vxor per notoriam fornicationem potest dimitti a marito.*
9 *Rationes quare dominus concessit marito posse vxorem dimittere ob causam fornicationis.*
10 *Moyses permisit dare libellum repudii, vt maius euitaretur scandalum.*
11 *Repudium, & diuortium inter se differunt.*
12 *Fornicatio quare potius per illam separatur a thoro, quam pro cæteris delictis tres assignantur rationes.*
13 *Fornicatio spiritualis assidua causat thori separationem. et per illam perditur dos et donatio propter nuptias, sicut per carnalem et in istis admittitur compensatio.*
14 *Fornicatio occulta non inducit separationem thori, licet vir non teneatur reddere debitum.*
15 *Fornicatio præsumpta, dum tamen sit grauis, et violenta, facit quod maritus potest dimittere vxorem.*

1 †IN primis præmittite quod iste terminus fornicatio dupliciter accipitur in iure: vno modo large, & generaliter: scilicet pro quoctunq; coitu, qui fit extra legitimam vxorem, & sic videtur esse genꝰ cuiuslibet illiciti coitus.

Secundo modo accipitur magis specialiter, & stricte, vt intelligatur de coitu: qui fit cum viduis meretricibus, & concubinis, vt declarat Papa Gelasius in capitulo lex illa præteritorum principium. 36. quæst. j. & in hoc differt a cæteris speciebus fornicationis, vt ex versibus sequentibus dignosci potest:

Fornicor cum vidua in virgine commito stuprum.
In alterius thorum violando dicor adulter,
Incestum facio consanguineam violando:
Raptum commisi, et quam violaui rapui.

2 †Deducit enim fornicatio a verbo fornicor quod idem est, quod meretricor eo, quia meretrices in fornicibus, hoc est in locis obscuris habitare consueuerunt: & dicitur fornicatio ab ethymologiæ vocabuli quasi formæ necatio, ideſt animæ rationalis, quæ est formata ad imaginem, & similitudinem creatoris, vtraque lex etiam diuina in plerisque locis hoc verbo
3 fornicatio vtitur, †& sic secundum istam distinctionem fornicatio alia dicitur simplex quando fit cum personis solutis, cū quibus potest matrimonium esse.

Alia dicitur duplex quæ fit cum coniugata, vel cum soluta, & coniugato, & fit cum talibus personis, cum quibus de iure nuptiæ esse prohibentur.

4 Fornicatio triplex †alia carnalis, alia spiritualis, alia mixta. Spiritualis fornicatio, id est animi est quando anima fornicatur recedens a cultu Dei per infidelitatem, de qua habetur iudicium. octauo capitulo, in quo dicitur auersi sunt filij Israel, & fornicati sunt cum Balaam, id est cum quodam Idolo & legitur etiam libro primo Paralipomenon. v. capitulo dereliquerunt autem Deum patrum suorum, & fornicati sunt post Deos populorum terræ, & in Psalmo incipiente quam bonus Deus Israel in illo versiculo, quia ecce, qui elongant se a te, peribunt perdidisti omnes, qui fornicantur abste, & in Psalmo centesimo quinto in versu: & fornicati sunt in adinuentionibus suis: & sic spiritualis fornicatio dicitur esse Idololatria, quam infideles sequuntur: & etiam dicitur quælibet alia noxia superstitio: vnde ambigendum non est auaritiam posse dici fornicationem eo, quia auaritia est idololatria: & p consequens fornicatio, vt refert Augustinus in libro de fide & operibus: & habetur etiam transumptiue in capitulo idololatria. 28. q. j.

Alia dicitur fornicatio, quæ proprie, & indistincte dicitur omne peccatum mortale, p quod receditur adeo, & seruitur Diabolo.

Fornicatio carnalis siue generaliter, siue specialialiter capiatur, dicitur omnis illicitus coitus extra fœdus matrimonij
5 †& ista est duplex vna tantum, quæ procedit ad actum exteriorem, vt quādo quis actualiter fornicatur cum muliere: alia est interior, & illa consistit in sola voluntate, vt si quis impudicis oculis viderit mulierem iamque fornicatus, & Mechatus est cum illa: Mixta fornicatio dicitur esse illa quæ partim participat de infidelitate, & partim de carnali fornicatione, vt ex prædictis exemplis apparet.

6 Rursus carnalis fornicatio subdiuiditur: †quia alia est notoria, alia occulta, alia p̄sumpta: notoria p̄prie, seu notorios fornicatores appellamus, q̄ ita notorie in suis domib. focarias, cō

cubinas

Digitized by Google

cubinas, meretrices detinent, quod nulla poteſt tergiuerſatione celari, vt quia maiori parti viciniæ eſt notorium maxime quando tales presbyteri, fornicatores ex ſua damnata cõmixtione liberos habent procreatos: †nam tales liberi inducunt teſtimonium notorietatis, nec requiritur alia probatio: & per iſtam notoriam fornicationem licitum eſt marito dimittere vxorem: †quia dominus hoc expreſſe conceſſit, licet non iuſſerit, vt habetur Mathei. 19. cap. dico enim vobis, quia quicunq; dimiſerit vxorem, niſi ob fornicationem, & aliam duxerit, mechatur, & ſic propter illam cauſam tantum dimitti poteſt, vt eſt tex. in c. dicit dominus in euangelio. 32. quæſt. j. & Lucę decimoſexto. c.

Sed quæ fuit ratio, quare dominus conceſſit marito poſſe dimittere vxorem in prædicto crimine? Reſpondetur, quod duplex redditur ratio: †prima procedit ſecundum regulas iuris ciuilis: quia frangenti fidem fides frangatur eidem, l. cum proponas, C. de pace, l. pollicitans. & ibi Bartol. de dona. ante nupt. l. qui fidem, C. de tranſact. & Felyn. in ca. ſi cautio. de fide inſtru. & in capitu. peruenit. in 2. de iureiurand. & in capitulo, dilecti de excep. Soci. conſil. 213. verſicu. confirmatur. nam vxor fornicans facit contra fidem matrimonij: ideo vir non tenetur ſeruare fidem debitum reddendo, ſi vxor ab eo petierit. Secunda ratio redditur propter aliam doctrinam iuris, quia per quæ quis peccat, per ea torqueri debet: & ideo ex quo vxor fornicans peccauit in actu carnis, æquum eſt, quod illo actu puniatur: ſcilicet quod vir ſibi deneget debitum carnis: & iſta deciſio procedit ſecundum legem diuinam, & canonicam per quas maritus non poterat vxorem dimittere, niſi propter fornicationem: ſed aliud eſt ſecundum legem hebraicam, & ciuilem, ſecundum quas etiam propter fornicationem vir dato libello repudij poterat dimittere vxorem, vt notatur per totum, C. & ff. de repud. & diuort. quia ſicut Apoſtulus permiſit ſecundas nuptias: vt euitetur fornicatio. capitu. ſicut. §. his ita. 32. queſt. 2.

†Sic etiam Moyſes permiſit dare libellum repudii, vt euitaretur homicidium, vt dicit gloſſ. in ca. hac ratione Apoſtoli. 31. quæſt. j. hoc idem tradit Alexand. de Imol. in conſilio 71. incipiente ponderatis. in ſecundo volu. & reportent noui auditores differentiam †inter repudium, & diuortium, quia repudiũ fiebat ex cauſa indebita: ideo permittebatur hebręis propter rationem ſupra adductam: ſed diuortium tantum fiebat ex cauſa debita: alia erat differentia, quia vir dato libello repudij poterat vxorem repudiare: ſed non permittebatur vxori poſſe repudiare maritum: quod ſecus erat in diuortio. ideo vxor propter cauſam fornicationis poterat dimittere maritum ſicut maritus vxorem: quia in iſto caſu maritus, & vxor non iudicãtur ad imparia videtis igitur, quod propter notoriam fornicationem etiam lege diuina diſponente maritus poterat dimittere vxorem, niſi in certis caſibus, in quibus vxor adultera põt excipere contra virum, vt ab eo nõ dimittatur quos plene expediendo materiam adulterii declarabo.

De duobus iuxta præmiſſa dubitatur primo: quare eſt quod propter fornicationem carnalem potius ſeparetur a thoro: & fiat diuortium quam pro cæteris delictis? Reſpondetur, quod tres poſſunt eſſe rationes: †prima, quia fornicatio eſt culpa, q̃ ſolum non eſt contra Deum, & animam, & corpus proprium ſed directe eſt contra bonum matrimonij: quia per fornicationem tollitur certitudo prolis, & fides frangitur, & non ſeruat coniunctio. cum vnus coniugum carnem ſuam diuidat. Secũda ratio: quia pro tali crimine fit maior iniuria viro, quam p alio: quia pro cæteris delictis corpus vxoris, & anima viri nõ maculantur, ſicut pro fornicatione: tertia ratio: quia maius ſcandalum fit viro pro illo crimine, quam pro alijs: ideo licet alia crimina ſint maiora ipſa fornicatione nõ tamẽ cauſant diuortium.

Secundo dubitatur vxor ſub viro fornicata fuit, vnde vir vult agere ad ſeparationem thori, & priuationem dotis: vxor contra maritum replicat de fornicatione ſpirituali ad hoc, vt talia delicta tollantur mutua compenſatione. ſuper iſto puncto reſolutiue concludatis, quod in iſtis delictis admittitur cõpenſatio: quia quantum ad reſolutionem mutuæ ſeruitutis fornicatio carnalis, & ſpiritualis parificantur, vt eſt tex. in cap. de illa. extra de diuortijs, & tex. clarior. in dicto capi. Idololatria. vigeſima octaua quæſt. prima. eo quia fornicatio ſpiritualis caulat diuortium, ſicut carnalis, ex quo eſt contra bonum matrimonii, quod eſt, vt proles educatur ad cultum Dei. Et iſtam opinionem ſequitur Bartholomęus Brixenſis in queſtione 86. in ti. de fornicatione, †vbi concludit, quod propter fornicationem ſpiritualem perditur dos, & donatio propter nuptias.

Sed notate, quod licet hæc duo fornicationes equiparentur, tamen differunt in vno: quia in carnali p vnicum actum fornicationis poteſt procedi ad diuortium per iura ſupra allegata, Secus eſt in fornicatione ſpirituali: quia vnus actus infidelitatis non cauſat diuortium ſed propter conſuetudinem, q̃ pertinacitatem oſtendit.

Secundo caſu, quando fornicatio carnalis eſt occulta ita, quod in nihilo probari poſſit †tunc maritus non poteſt dimittere vxorem propter ſcandalum, poterit tamen vxori ſue in occulto denegare debitum, niſi cogatur ei reddere per eccleſiam, cui de fornicatione non conſtat, tamen probato adulterio poſſet maritus iudicio eccleſię dimittere vxorẽ. Tertio caſu quando fornicatio eſt præſumpta tantum, ſi tunc præſumptio ſit grauis, & violẽta, videlicet, quia maritus vidit vxorem ſuam nudam cum nudo, vel ſolum cum ſola in loco ſuſpecto, & tempore ſuſpectiſſimo, quoniam locus & tempus aggrauant delictum: †certe propter talem ſuſpicionem poterit maritus vxorem ſuam dimittere: & in hoc Theologi, & canoniſtæ concordare videntur: ex quo iſta ſunt præparatoria adulterij. & iſto caſu de tali adulterio præſumpto iudicatur ſicut de vero, ut in ſequentib. audietis.

De adulterio. *Rub.*

SVMMARIVM.

1 *Adulterii diffinitio.*
2 *Adulterium aliud ſimplex, aliud duplex.*
3 *Adulterii pęna in foro conſcientiæ remanet in arbitrio ſacerdotis, ſic ẽt omnes pęnę pęnitentiales hodie ſunt arbitrariæ: nec in tali foro ſeruatur ordo iudiciorum.*
4 *Adulterii pœna de iure Digeſtorum erat tantum, pœna deportationis, de iure autem codicis eſt pœna mortis.*
5 *Adulterii pęna in nobilibus, vel dignitate conſtitutis non eſt pęna mortis etiam iure codicis, ſed ſufficit tantum pęna deportationis, & eſt cõmunis opinio.*
6 *Adulterium dupliciter committitur, aut in figura matrimonii aut extra figuram matrimonii.*
7 *Coitus meretricalis habitus cum vxorata publice proſtituta excuſat a pęna adulterii.*
8 *Publica meretrix dicitur, cuius turpitudo venalis eſt. vnde talis coitus iure ciuili non eſt punibilis.*
9 *Adulterii pęna quæ ſit de iure Authenticorum.*
10 *Canonico iure ſtatur & non ciuili etiam in foro iudiciali vbi ageretur de peccato, vel ſcandalo euitando: ſic etiam in omnibus aliis caſibus pertinentibus ad ſalutem animæ.*
11 *Adulterii pęna iure canonico eſt excommunicatio.*
12 *Excommunicatio duos effectus principaliter operatur, vnum eiiciendi extra eccleſiam, alium detinẽdi extra, quia excommunicatus mortuo, & hæretico æquiparatur.*
13 *Adulterii pęna ſecundum legem Moſaycam erat, vt vterque morere tur.*
14 *Adulterii apud gentiles, & paganos reperitur diuerſa pęna vel cauſa.*
15 *Patri impune permittitur poſſe occidere adulterantem filiam eius, dum tamen ſeruata forma legis propriam filiam occidat, quod eſt verum, ſi filia erat in poteſtate patris, alias homicidium non remaneret impunitum.*
16 *Pater cui datur facultas occidendi filiam non poteſt talem vindictam alteri extraneo committere, ſed bene ſuo filio, cum pater, et filius reputẽtur pro vna perſona.*
17 *Doctor, vel alia egregia perſona deprehenſus cum filia non poteſt impune occidi per patrem.*
18 *Maritus poſt trinam denuntiationem licite poteſt occidere adulterantem vxorem ſuam.*
19 *Clericus repertus in adulterio licite a patre, vel marito citra excommunicationem, aut mortem poteſt vulnerari, et occidi.*
20 *Pater adulterans vxorem ſui filii ab eodem filio non poteſt impune occidi, ſic nec libertus patronum.*
21 *Maritus vxorem in adulterio repertam non debei occidere quia talem iniuriam poteſt vindicare per alios legitimos modos, et ſi occiderit, non punietur de homicidio, ſed alia pęna mitiori.*
22 *Homicidium quodcunque hodie in Regno Franciæ eſt punibile. & opus eſt gratia etiam in caſu licito.*
23 *Eccleſiaſticus iudex poteſt cognoſcere de crimine adulterii propter violationem ſacramenti matrimonii, quia eſt mixti fori quod eſt verũ quantum ad ſeparationem thori, ſed non quantum ad punitionem corporalem.*
24 *Clericus deprehenſus in adulterio qua pęna debeat puniri in foro pœnit. dic quod ad arbitrium ſacerdotis.*
25 *Clericus pro graui furto, homicidio, vel periurio deponi debet.*
26 *Clericus pro adulterio de rigore debet deponi, & eſt communis maxime, vbi adulterium plene eſſet probatum puta per confeſſionem clerici alias vbi non probatur, niſi præſumptiue ſequenda eſt humanior ſententia, ſcilicet quod indicatur purgatio canonica tali infamato de adulterio.*

Digitized by Google

Bermon. Chouer. De publ. concub.

27 *Lex contentatur illa probatione quæ haberi potest, vbi agitur de materia, quæ sui natura est difficilis probatione sicut est filiatio, & adulterium.*

28 *Sacerdos, qui deficit in purgatione sibi iniuncta, debet puniri eadem pœna, qua puniretur si contra eum esset plene probatum.*

29 *Iudæus pro simplici fornicatione habita cum Christiana punitur arbitrio iudicis in foro contentioso: secus si fornicatio sit nominata, quia transit in speciale nomen delicti, quo casu seruatur distinctio.*

30 *Iudæus contrahens matrimoniũ cum Christiana punitur pœna vltimi supplicii.*

31 *Odiosæ personæ non comprehenduntur in beneficiis generaliter concessis.*

32 *Saracenorum, seu paganorum secta est minus mala quam secta Iudæorũ.*

33 *Iudæi dicuntur de populo, & corpore ciuitatis, licet non sint de corpore spirituali: ideo ligantur statuto ciuitatis.*

34 *Iudæi ligantur legibus Romanorum & iustas, & legitimas contrahunt nuptias, & filios habent in potestate.*

35 *Immunitas concessa incolis certi loci extenditur ad iudæos qui possunt esse procuratores pro Christianis.*

36 *Iudæis in necessitatibus est subueniendum: & eis tenemur facere eleemosynam iure naturali: & quicquid possident iure gentium possident.*

37 *Iudæi creatione, gubernatione. & redemptione inter oues Christi computantur.*

38 *Iudæi bona rapiens tali Iudæo contra Christianum datur actio in duplum: nec eis molestia fieri debet.*

39 *Iudæi non sunt idolatræ, nec hostes principum Christianorum.*

40 *Statuto stante quod pro adulterio puniatur quis pecuniaria, Iudæus cõmittens adulterium debet puniri pœna statuti, & non pœna iuris, id est mortis. & est communis opinio.*

41 *Vxor licet pcopter adulterium priuetur dote, non tamen ipso iure: sed requiritur sententia declaratoria. nisi adulteriũ fuerit notorium, & manifestũ.*

42 *Clericus simoniacus, homicida, vel irregularis licet sit incapax in obtinẽdis beneficiis, tamen iam obtentis non priuatur ipso iure: sed requiritur declaratio: idem in excõmunicato, qui ante declarationẽ nõ est vitãdus.*

43 *Vxor propter adulterium ita debet perdere dotem, quando matrimonium est putatiuum, sicut si esset verum.*

44 *In delictis non consideratur effectus, sed consideratur tantum animus, & merum factum hominis.*

45 *Incõtinentia non plus debet operari quam castitas quæ videtur esse in muliere transeunte ad secunda vota.*

46 *Alienans rem quam sub pœna est prohibitus alienare incidit in pœnam licet alienatio sit nulla.*

47 *Maritus putatiuus licet lucretur dotem propter adulterium: tamẽ non potest accusare vxorem iure mariti, sed iure extranei tantum hoc facere debet.*

48 *Vxor sicut perdit dotem ob adulterium, etiam priuari debet rebus Paraphernalibus.*

49 *Glossę opinio inter cæteras authoritates; tenenda est: & ibi vide plura de authoritate glossæ.*

50 *Paraphernalia bona an sortiãtur naturam rerum dotalium, & an sint priuilegiata sicut bona dotalia.*

51 *Paraphernalia quare sic appellantur.*

52 *Maritus quæ iura, & priuilegia habet in paraphernalibus.*

53 *Vxor an possit repetere a marito paraphernalia quandocunque voluerit, vide distinctionem.*

54 *Fructus rerum paraphernalium an ad maritum, vel vxorem spectent, vel an sint communes.*

55 *Vxor propter adulterium mariti lucratur donationem propter nuptias sicut maritus lucratur dotem.*

56 *Fidelitas castitatis seruandæ inter coniuges est reciproca.*

57 *Dotalium quid dicatur, & quare sic appellatur.*

58 *Fructus rerum dotalium mortua vidua, quomodo inter hæredes mariti, et hæredes prædefunctæ diuidantur.*

59 *Vidua an propter adulterium commissum post mortem viri debeat perdere dotem sicut perderet viuente marito dicit Alexandrum, & Paulum de Cast.*

60 *Hæres cognoscens relictã testatoris priuatur hæreditate sicut si eum cognouisset eo viuente, idem in vasallo cognoscente relictam sui domini.*

61 *Reuerentia quæ debetur patrono, debetur tam viuo, quam defuncto vnde percutiens clericum mortuum incidit in excommunicationem.*

62 *Vidua committens stuprum infra annum luctus perdit donationem legatũ augmentum dotis, & priuatur a tacita pupillari, & quicquid a defuncto consequatur.*

63 *Vxor propter adulterium ita priuatur dote promissa, sicut si esset soluta: ideo marito datur actio ad dotem non solutam.*

64 *Maritus in sex casibus non lucratur dotem propter adulterium vxoris.*

65 *Pater meretricator potest filiam meretricem exhæredare: quod secus est in matre meretrice.*

66 *Exceptio similis adulterii debet opponi ante litem contestatam.*

67 *Iudex secularibus remediis potest constringere maritum ad dimittendam concubinam.*

68 *Maritus eiiciendo vel verberando vxorem sine causa nihil lucratur de dote etiam propter adulterium postea commissum, quia videtur præbere causam adulterio.*

69 *Vxor quæ iuste aufugit ob sæuitiem mariti debet de bonis ipsius mariti etiam extra domum alimentari & talis sæuitia debet probari per vxorem,*

70 *Adulteriũ commissum sine dolo non inducit iustam causam perdendi dotẽ.*

71 *Adulterium quod non est oppositum per maritum eo viuente non potest postea opponi per eius hæredes, idem dicendum est in vasallo, & donatario committente ingratitudinem.*

72 *Maritus ad hoc, vt lucretur dotẽ pp adulteriũ vxoris, nõ est necesse, quod eam accusset criminaliter, sed sufficit quod appelletur ciuiliter, & quod communicatur, & est communis opinio contra Bar.*

73 *Adulterium vxoris per reconciliationem mariti videtur remissum.*

74 *Maritus qui vxorem adulteram reconciliauit non facta prius pœnitentia peccat mortaliter, nec post mortem vxoris posset promoueri ad sacros ordines.*

75 *Maritus qui procurauit adulterium vxoris nõ lucratur dotem, idem in patre & domino procurantibus adulterium filiæ & ancillæ, quia liberantur a potestate patris & domini.*

76 *Leno, vel lena cõmodãs domum, vel hortum alicui, vt ibi adulteriũ vel stuprum committatur pœna vltimi supplicii punitur.*

77 *Præparatoria adulterii an inducant dotis priuationem, sicut verum adulterium diffuse disputatur.*

78 *Præparatoria adulterii quæ dicantur.*

79 *Iudex non debet imponere delinquenti priuationis pœnam sui iuris, nisi hoc expresse iure caueatur.*

80 *Maritus contra vxorem de nocte vagantem habet malam præsumptionẽ ob quam causam Cæsar vxorem suam Pompeiam repudiauit.*

81 *Clericus alloquens vel deosculans mulierem non videtur hoc facere propter libidinem sed potius propter amicitiam & charitatem.*

82 *Monachi prohibentur ostulari fœminas.*

83 *Consuetudo debet esse decens honesta & expediẽs alias si esset nocitiua peccati diceretur abusus seu corruptela.*

84 *Accusatio adulterii ex primo capite debet intentari infra quinquennium.*

85 *Accusatio introducta ex secundo capite adulterii similiter debet intentari infra quinquennium idem dicendum est in querela inofficiosæ donationis.*

86 *Adulteria secundum Ioannem Fabri male in regno puniuntur nec procedit contra adulterum nisi vxor vel maritus conquærantur.*

SVpereſt, Vt ad ſpecies fornicationis deſcẽdamus: & primo de adulterio tractemus, q̃ ſm ſummiſtas †dr alterius thori violatio ꝫ pactum cõiugale, & adulter ab ethimologia dr quaſi alienũ vterũ terens. Adulteriũ aliud eſt ſimplex, aliud
2 duplex. †Simplex dr eſſe, qñ vir maritatus peccat cum ſoluta, vel qñ mulier maritata peccat cũ hoĩe ſolu to hoc. n. non vr̃ abſolute verum: qa ſi vxoratus cognoſcat ſolutã proprie non dr committere adulteriũ, ſaltem vt ſit punibile & accuſabile ſm leges temporales, vt notat Sal. per illũ tex. in l. j. C. de adul. ſecundo eſt, qa adulteriũ dicit alieni thori violatio quaſi trãſitus ad thorũ alterius. q̃ non vr̃ verificari in ſoluta nec in ea vr̃ hr̃e locum diffinitio adulterij & hoc tenet Hoſt. in ſum. ti. de adul. §. j. & Arch. c. nemo. 32. q. 4. q̃ eſt verum ꝓprie, tñ improprie tam ſm canones q̃ ſm leges, vt patet in c. non Mechaberis. & in l. inter liberos, §. j. ff. de adul. & tradit Guido Pa. cõſ. 153. inc. in curia parlamẽti. Duplex dr eſſe qñ maritat⁹ fornicatur cum vxore alterius: in vtroq; ſexu chriſtiana religio pari ratione illud condemnat, ſolus. n. concubinatus coniugalis ad conſeruationem humani generis licitus & neceſſarius cõceditur, dum tñ debito mõ, loco & tpe ſeruetur: ſed alius quicũque coitus q̃ fit præter vxorium a lege canonica eſt punibilis vt habet in c. meretrices. 32. q. 4.

Dubitatur mõ, q̃ pœna ſit imponẽda pro crimine adulterij? Br̃ ſi loquamur de iure, & foro conſcientiæ: tunc ſacerdos tali adultero dẽt imponere pœnã ſm ſanctorũ patrũ ſanctiones, vt
3 pœniteat p ſeptem annos: ſed verius eſt vt dicamus † pœnitẽtiã eſſe imponendã pro arbitrio ſacerdotis, q̃ poterit augere, vel minuere pœnã confitenti ẽt ſi certa, & ſpecificata a canone impoſita fuerit: ita cõcludunt canoniſtę poſt Pan. in c. at ſi clerici ext. de iud. atteſtãt ibi Ab. hãc eſſe cõem opi. & alle. tex. ſm eũ ſingularẽ in c. mẽſurã de pœn. di. j. vos aũt. addite text. meliorẽ de iure in c. quẽ pœnitet ea. diſt. in eo dũ dr in tex. ipſi. n. ſacerdotes plus pñt proficere, vel cõfitẽtib. parcere: dicamus ergo per ꝛa ſuperius alle. pœn. eſſe arbitrarias: & vbi in foro pœn. agere tur de imponenda pœnitẽtia ſalutari tunc ſolẽnitates iudiciorũ, ſeu ordo iuris nõ obſeruarẽtur, vt in terminis decidit Pan. & Fel. poſt eum in c. cum l. & A. ext. de re iu.

Scdo dubitatur q̃ pœna ſit imponẽda ꝓ crimine adulterij in foro cõtentioſo. cõmiſſi ꝓ laicũ? Concludite q̃ diuerſitas iuriũ inducit diuerſitatẽ pœnarũ: & iõ de iure Digeſtorũ pro tali cri-
4 mine non imponebaꝫ pœna mortis: †ſed tñ pœna deportationis gl. eſt in l. ait ꝓtor. §. miles. ff. de his, q̃ no. inf. & eã no. ibi Albe de Rot. ſubijciẽs, q̃ illo iure ꝓ adulterio nõ erat pœna mortis. ad idẽ faci gl. in l. q̃ cũ vno. in §. adul. in verb. recipien. de remi. ff. q̃ dicit, q̃ tpe illius legis ꝓ adulte. nõ erat pœna gladij: &

dicit

Digitized by Google

dicit gl.in l.Claudius.ff.de his quib.vt indignis.quod tempore Digestorū alia erat pęna adulterij,quam sit hodie & pro opinione illarum glossarum adduco vobis tex.formalem, quem reputant singularem Barto.& Sal in l.si quis viduam.in versi. in insulam deportandus est,ff.de quæstio.de iure autem Codicis pro adulterio imponitur pœna vltimi supplicii.l.quamuis. in secunda,in versic.sacrilegos nuptiarum gladio ferire oportet, C.de adulteriis, l. castitati . eodem titulo, vbi dicitur, quod ducens damnatam de adulterio tanquam leno punitur pœna lenocinij quæ est pœna vltimi supplicij, & idem tex.in l ne quis,C.de iudęis.& in §.inter illa Inst.de publi.iudi. solicitatores alienarum nuptiarum & matrimonii interpellatores extra ordinem coercentur, licet voto non fuerint potiti vt infra dicam.

Prædicta decisio limitatur, vt procedat quando adulter esset vilis,& infimę conditionis secus si adulterantes sint nobiles &
5 honestæ vitæ, vel in dignitate constituti,quo casu † hodie nō esset pœna mortis, sed sufficeret pœna deportationis & ita in terminis concludunt Barto.& Saly.in præallegata.l.si quis viduam.qui dicunt opinionem prædictæ gloss. esse veram & eā refert & sequitur Alexan.in consilio 229.incipien.ponderatis in 6.volu.Alij autem aliter distinguunt dicentes, quod adulte
6 rium potest committi in duplici qualitate : †primo in figura matrimonij vt si quis contrahat cum muliere,quæ erat maritata:quia si vterque sciebat impedimentum, vterque incurret pœnam adulterij . Si vero vnus ex coniugibus tantum sciebat impedimentum:sciens puniretur tantum de adulterio. si autē adulterium fuerit commissum extra figuram matrimonij:qa maritatus fornicatus fuit cum maritata : & tunc in punitione adulterij seruatur prædicta distinctio, nisi talis mulier marita-
7 ta esset meretrix publica,& prostituta †certe isto casu talis coitus meretricalis eum excusaret a pœna adulterij,quod nō cōmittitur cum muliere coniugata more meretricio viuente secundum Barto.in l.quæ adulterium,C.de adulter.& dicitur publica meretrix & prostituta:licet nō resideat in lupanari , sed solum in quacunque domo stet si tamen pudori suo non parcat:quia vnumquemque petentem causa quæstus admittit: qa
8 talis publica meretrix dici potest: †cuius turpitudo venalis est, vt in præallegato.capi.meretrices. & sic iste coitus conuertere tur in simplicem fornicationem quæ iure ciuili non est punibilis.vt declarat Barto.in l.verum si meretricem,ff.de furtis.ex prædictis vobis demonstratum est,quod pœna adulterij , quæ erat imposita de iure Digestorum est correcta per iura Codicis.

Si vero nos loquamur de iure Authenticorum,& tunc expedi.est in muliere adultera,quod pro tali crimine non punitur
9 pœna mortis:sed leuiori pœna†primo debet verberari,demū detrudi in perpetuum carcerem remanentibus bonis apud filios vel parentes suos,quam adulteram maritus,si velit, poterit illam infra biennium repetere , vt est casus in authentica: sed hodie, C.de adulter. de iure autem canonico posset illam perpetuo repetere:quia licet iuri ciuili standum sit , quando aliquid illo iure decisum est,cuius contrarium de iure canoni co nō reperitur decisum , si tñ decisio iuris ciuilis nō cōcernat peccatum†& quando agitur de peccato,vel scandalo euitan-
10 do iuri canonico statur,& non ciuili etiam in foro contentioso,vt notatur in capitu.primo,& secundo extra de operis noui nunciatio.Imo vbi opinio canonistarum, & legistarum esset diuersa,prima præualeret in iudicando,maxime vbi agere tur de matrimonio,vel de pertinentijs , sicut dicimus de alijs casibus spiritualibus,vel ecclesiasticis & de omnibus alijs in q bus agitur de salute animæ.capitulo iuuenis.extra de sponsal. & in capitu.paruulos.de consec.di.4.

De iure autem canonico secundum Hostiensem in titulo de adulter. laicus committens adulterium† debet excommu-
11 nicari:quia excommunicatio est vltimus mucro ecclesiæ nec vltra excommunicationem habet quid faciat. capi. cum non ab homine extra de iudicijs. excommunicatio habet tantuū duos effectus principales. †Vnum eijciendi extra ecclesiam,
12 aliam detinendi extra: quia excommunicatus æquiparatur mortuo,& hęretico secundum Panor.in capitulo secundo,de iudicis.& est membrum Diaboli.capi.audi denique.vndecima quæstio.tertia,& notat glo.in cap.dilectis.de appella. & alia ratione:quia saltem improprie per adulterium committitur sacrilegium ex quo violatur sacramentum matrimonij,vt in c. debitum extra de bigamis secundum vero constitutionem veteris testamenti,†& legem Mosaycam pro adulterio grauissi-
13 ma pœna imponebatur,vt legitur Leuitici 20. ć2.vbi dicitur, si quis mechatus fuerit cum vxore alterius,& adulterium perpetrauerit cum cōiuge proximi sui,mœchus,& adultera morte moriantur:& idem legitur numeri.25.c.& hoc habetur expresse transumptiue in capit.reos sanguinis. 23.q. 5.vbi dicitur Phinees quoque iudæum cum madianita cocuntem gladio transfixit:q̄ est ei reputatum ad iustitiam.

Apud gentiles vero & paganos variæ pœnæ pro adulterio reperiuntur impositæ,vt refert Guido de fontanio in suo collectario Hystorico,& apud cœteros Hystoriographos dicentes
14 †quod pro adulterio in patria A Egiptiorum diuersimode puniti fuerunt.aliquando sancita fuit pœna in adulteros,vt mēbrum virile eis amputaretur, aliquando adulteri virgis solum cedebantur mulieres vero adulteræ in naso mutilabantur ea ratione,vt ea parte facies deturparetur qua plerumque solent honestari: Aliter autem secundum Romanos puniebantur adulteri, quia impunite permittebatur marito posse adulterā tem occidere.& ista pœna videtur concordare cum decisione iuris ciuilis prout scriptum est de Graccho, qui cum vxore Mimij deprehensus fuisset in adulterio ab eodem Mimio occisus fuit.

Sed alia pœna punitus fuit Caius Galius, qui cum deprehē sus fuisset a Sempronio musica in adulterio vxoris ab eodem Musica flagellis duntaxat cæsus fuit. Prętera legimus Caium Mæuium flagellis seu neruis solum contudisse, hoc est verberasse Lucinum octauum eo,quia in adulterio cum vxore sua fuit deprehensus: Alia autem pœna pro adulterio sancita fuit:nam Bibienus & Publius Ceruius Carbonem Attienum & Pontium in adulterio deprehensos castrauerunt: ratio pdictorum esse potuit: quia difficile erat marito tam iustum dolorem posse compescere & refrenare,l.Gracchus, C.de adult. & l.si adulterium,§.imperatores,ff.eo.tit.

Ex prædictis posset suboriri dubitatio, an liceat marito impune posse occidere vxorem suam repertam in adulterio & etiam adulterantem cum ea & quid in patre? breuiter de pa-
15 tre resolutiue concludati †quod ei permittitur occidere illū q adulterium committit cum filia sua. dumtamen filiam simul occidat. & quod hoc faciat primo motu , & sine aliquo interuallo & in domo sua scilicet patris vel sui generis,& nō in aliena.dicta,l.quod ait lex rationem assignat ibi text.quia legislator putauit maiorem iniuriam fieri, quando filia committit adulterium in domo patris eius mariti quā si fieret in aliena, & quod illos occidat secundum formam legis Iulię . & p ista opinione adduco vobis tria iura ad literā,primo text.in d.l.patri.& in l.nec in ea.& in l.quod ait lex. §. fina. ff. de adulter.& ista homicidia tanquam facta lege permittente remanebant impunita,dicta.l.Gracchus & istud permittitur patri posse occidere filiam in adulterio deprehensam,propter patriam potestatem:vnde si filia non esset in potestate patris, homicidium non remaneret impunitum per textum ad literam in dicta,l. patri,& in l.sic eueniet , ff.de adulter.& ista decisio in tantum procedit,quod licet pater occidat filiam prægnantem in flagranti adulterio deprehensam non puniretur de homicidio, ego adduco vobis originalem decisionem Bald. in l. imperator in secunda lectura,ff.de statu.hom.sed quæ fuit ratio,quare patri permittitur posse occidere filiam,& adulterum repertum in domo sua , vel mariti:& tamen marito non permittitur occidere vxorem, vt statim dicam sed tantum adulterum repertum in domo sua,& non soceri.text.in dicta,l. nec in ea assignat rationem,vt patet in versiculo, quia plerumque pietas paterni nominis consilium pro liberis capit:cœterum mariti calor,& impetus facile sæuientis refrenandus fuit .

Nolite obmittere quod licet patri permittatur posse occide re tales adulteros non tamen poterit alteri committere , vt illos occidat,vt decidit Bald.in l.vt vim,ff.de iustitia , & iure.& Paul.de Castr.in l.si cum dotem,§.transgrediamur.in secunda columna,ff.solu.matrimon. vbi dicit quod si caueretur statuto ciuitatis prout est Florentiæ quod vulneratus, vel verberatus possit se vendicare propria authoritate certe debet illud facere per se ipsum non autem potest talem vindictam alteri committere seu mandare:quia cum iste casus sit odiosus non debet excedere personam de qua lex statutum facit mērionē. & istam partem tenet Dynus de regul.iur.in sexto, quia istud permittitur patri ex priuilegio ergo non debet egredi illam p
16 sonam†ista decisio procedit in extraneis non autem in filiis quibus pater potest committere,vt talem iniuriam seu vindictam exerceant,vt est textus ad literam in prædicta,l.Gracch. in versiculo idemque filijs eius qui patri paruerint, & ista est verior opinio de iure secundum Bartol. in l. non solum, §.si mandato meo,ff.de iniuriis, ratio est secundum eum quia ex quo reputantur pro vna persona} factum a filio videtur factū a patre,quæ decisio ampliatur secundum eundem Bartol. in l.marito,§.illud.circa principium,ff.de adulterijs,licet adulterans filiam haberet officium magistratus : quia pater vel eius filius adhuc impune possent illum occidere.

Prædicta procedunt si pater & eius filia quæ adulterium cō mittit essent nobiles,vel alias honeste personę:sed vbi pater & eius filia essent viles & infimæ conditionis tunc eo casu non permitteretur patri impune posse occidere:quia talis pater nō posset accusare iure mariti:ergo ei nō permittitur facultas occidendi.

Digitized by Google

17 Ex quo singulariter infertur, q̃ pater vel maritus nõ possunt occidere Doctorem in adulterio deprehensum, ex quo nõ est vilis, sed egregia persona & tales personę non comprehendũtur sub lege Iul. per tex. in d.l. Gracch. Sed aliter patri vel marito succurritur p̃ actionem iniuriarum si tamen ciuiliter adulterium possit probari.

Secundo dubitatur, an maritus licite possit occidere vxorẽ suam cum adultero repertos in flagranti crimine? de adultero hoc est expeditum, quia si sit vilis persona potest occidi a marito, dum tamen sit conditionis, q̃ ꝑm legem Iul. possit occidi, vt quia adulter sit vilis persona, vt est casus in d.l. Gracch & in l. marito, ff. de adul. & q̃ occidatur in domo mariti & nõ in alia: vel etiam si maritus in scriptis & in præsentia testium
18 ter denunciauerit adultero, vt vlterius non se reperiat cũ eius vxore in loco suspecto, †certe post trinam denũciationem in quocunq; loco a marito in adulterio deprehensus fuerit licite poterit occidi vt est casus an authentica. si quis ei. in verbo sine periculo perimat, C. de adul.

Decisio ista singulariter ampliatur, vt procedat in clerico
19 reperto in crimine flagranti, hoc est, in adulterio †tũc a patre, vel a marito impune vulnerari, & occidi potest, nec per hoc inciderent in sententiam excommunicationis latæ sententię, vt in terminis Raphael Fulgosius in l. quid ergo. in §. si hęres, ff. de lega. j. & dicit ibi Bald. q̃ occidens clericum merentem ex permissione legis non debet puniri per tex. in c. si vero. versic. nec ille compellendus est extra de sen. exc. imo etiam permitti tur iudici temporali, & mere layco posse propria authoritate sine aliquo mandato superioris capere clericum in flaganti crimine repertum ad fines, remittendi, & eum adducendi ad iudicem ecclesiasticum nec per hoc incidit in excommunica tionem.

20 De patre tñ contrariũ †concludite, qui licet repertus fuerit adulterans vxorem sui filij ab eodẽ filio occidi non potest, q̃ idem dicendũ est in liberto qui patronũ suũ repertum adulterantẽ vxorẽ suã occidere non potest, vt in terminis tenet Bar. in l. si adulteriũ, §. liberto, ff. de adulter. quia videretur absurdũ filium esse castigatorẽ patris, & libertum patroni, quib. honor & reuerentia in perpetuum debetur.

De vxore reperta in adulterio per maritum an licite possit
21 occidi resolutiue †cõcludatis, q̃ non, quanuis maritus in adulterio eam deprehenderit, vt est casus in l. si adulteriũ cum ĩcę stu. §. imperatores, ff. de adul. cui concordat. text. in specie. in l. nec in ea. in ver. patri autẽ, & non marito permittitur, ff. eodẽ. titul. tamen: quia vxor cõmittendo adulterium infert marito grauem iniuriã propter violationem thori per tex. in l. si maritus. in §. lex Iul. ff. de adul. maritus potest illã iniuriã vendicare legitimos modos, puta q̃a potest vxorem accusare ad thori separationẽ, & etiam agere ad priuationẽ dotis merito eum a iure hẽat alia remedia, illam non debet occidere: quia non debet esse quis procliuis ad homicidiũ committendũ, si tñ eam deprehendat in adulterio, & iusto dolore concussus eam occiderit, non debet puniri pœna vltimi supplicij, ex quo licebat marito vindicare iniuriam passam ex adulterio: sed quia modum in vindicando excessit: non debet puniri de homicidio, vt supra dixi: sed debet puniri de excessu punietur, & sic leuius scilicet pœna relegationis, vel alia ꝑm qualitatem personarũ. si sit vilis persona, traditur in opus ꝑpetuum & sic maritus nõ excusatur a toto: & hęc distinctio ponitur in d.§. imperatores. pro qua in terminis consuluit Ale. in consi. lxxvi. incip. Visa in quisitione in primo vol. omnis enim licentia occidendi adulteram, vel adulterum in terris ecclesiæ etiam in foro seculari hodie de iure canonico est correcta, & interdicta, cui standum est, & non iuri ciuili, quãdo agitur de peccato: ita declarat Archid. in c. inter hæc. 33. q 2. quem refert, & sequitur Imo. in d.l. quid ergo. in §. si hæres. de lega. 1. idem Ioannes de Anania in c. si vero. de sen. excom. dicens etiam illam procedere in terris imperij ea ratione, quia lex ciuilis est nutritiua peccati ergo
22 non potest obligare in c. erit autem lex. 4. distin. †in regno autem Franciæ omne homicidium est punibile & pro quocunq; homicidio opus est gratia ad restringendum temeritatem, & audaciam percutiendi.

Pœna ergo ciuilis pro adulterio non habet locum de iure canonico, quo iure agit̃ solum ad separationem thori, & dotis & donationis propter nuptias priuationem, & ista est communis opinio, quam tenet Bal. in c. tuæ. extra de proc. & Pan. in c. gaudemus. de diuortijs. & in c. si vero. & in c. tuæ. supra allegatis. vbi dicit q̃ pro adulterio hodie non imponitur pœna
23 mortis, vnde †iudex ecclesiasticus põt cognoscere de hoc crimine ratio est: q̃a licet mulier non sit de foro ecclesiastico, tamen quia agitur de violatione sacramenti matrimonij, quod est principale, & primæuum, vt in cap. debitum. de bigamis. & sic agitur de sacrilegio: quia istos adulteros lex ciuilis appellat sacrilegos, vnde olim de iure codicis pro illo crimine imponebatur pœna mortis: ideo iudex ecclesiasticus non poterat cognoscere: sed cum illa pœna de iure canonico sit immutata: merito illud crimen coram iudice ecclesiastico decidi potest: sed circa hanc decisionem non multum est insistendum: quia crimen adulterij est mixti fori, vt tenet Guido Papę in decisione. 178. incipien. de periurio. & idem tenet Panorm. in capitu. cum sit. de foro competent. vbi dicit quod si agatur de pœna separationis thori ecclesiasticus iudex solum cognoscet, vt cõcludit Ioannes Andræę in capitu. fin. de foro compet. in 6. In alijs autem casibus est mixti fori, vt in terminis decidit Decius in consilio. 212. incipien. magnifici domni in 2. volu. & ista est vera resolutio canonistarum, quam late declarat Ludouic. de Roma. in sing. 667. qui dicit, quod de iure hodierno pro adulterio statuuntur tres pœnę vt ibi per eum: vidistis ergo pœnas quas patiuntur layci pro adulterio.

Supereſt, vt videamus qua pœna sit puniendus clericus, cõtra quem plene probatum est de adulterio: distinguite, quod aut quæritur de pœna, quæ imponitur in foro pœnitentiali: & tunc secundum sanctiones sanctorum patrum debet ei iniungi per sacerdotem, q̃ pœniteat per decem annos secundum formam traditam in concilio Gangrensi, quod describitur in cap. presbyter si fornicationem fecerit, 82. distinct. hoc etiam decisum fuit in concilio Toletano, quod similiter describitur in capitulo deuotam, 27. quæst. prima. aliæ autem sanctiones sanctorum patrum: clerico adultero indixerunt pœnitentiam septennalem, prout scribit Isidorus ad Masonem Episcopum in cap. hoc ipsum. 33. quęst. secunda, & sic in clericis pœnitentia
24 fuit redacta ad septennium, sicut in laycis: †sed circa istam pœnitentiam salutarem non est insistendum ex quo pœnitẽtiæ sunt arbitrariæ, vt supra dictum fuit.

Si vero quæratur quæ pœna sit imponenda clerico adultero de iure canonico in foro contentioso? concludite, quod est pœna depositionis, vt est glos. in capitu. lator. 2. quæst. septima. in verbo, s. adultero. quæ dicit quod licet clericus pro simplici fornicatione non debeat deponi: secus tamẽ est pro adulterio, ad idem facit glos. similis in cap. si quis omnem. in verbo & si in fornicationem, 1. quæst. 7. & istam opinionem refert, & sequitur Panor. in capitu. vt clericorum. in 2. colla. in versic. quæro pro declaratione literæ, de vita, & honesta. clericorum. qui allegat text. in capitu. cum non ab homine. de iudicijs: sed tex.
25 ille non loquitur de adulterio: †sed tãtum dicit, quod clericus deprehensus in furto, aut homicidio, aut periurio, vel in qui buscunque alijs criminibus ab ecclesiastico iudice venit deponendus: sed ponderetis dictionem, alio, positam in dicto cap. proxime allegato, quæ de sui natura est repetitiua casuum similium etiam maiorum: ergo ille text clare videtur probare, quod clericus pro adulterio venit deponendus. Addite textum vltra Panorm. magis formalem in capitu. si quis clericus. 81. distinct. vbi in synodo, seu concilio Aurelianensi hoc statutum fuit, quod clericus conuictus, aut confessus de adulterio ab ordine debet deponi, & demum omni tempore vitæ suæ in monasterio debet agere pœnitentiam. Ratio motiua constitutionis synodalis fuit: quia in adulterio committitur sacrilegium. Vnde lex ciuilis, vt sæpe dicit, eos appellat sacrilegos, & ita est communis opinio, quæ probatur per text. in capitulo si quis sacerdos. 30. quęst. 1. vbi dicitur quod pro graui adulterio presbyter debet deponi propter malum exemplum, quod dat cęteris.

Ex prædictis habetis resolutum istum articulum, quod cle-
26 ricus pro adulterio †debet deponi, quamuis contraria opinio in puncto iuris, tanquam magis æquior, & humanior posset sustineri, scilicet quod clericus adulter debet tantum puniri pęna suspensionis, & non depositionis, quæ esset nimis rigorosa cum difficile sit clericis seruare castitatem, & cõtinentiã, eo, quia natura humani generis fragilis est, certe hodiernis temporibus pauci essent sacerdotes, qui non paterentur pœnam depositionis, tamen in iudicando, vel consulendo nolite recedere a priori opinione, quæ est communis, licet sit rigorosa, & quamuis quandoque particularis opinio vincat cõmunem. l. prima, §. sed neque, de veteri iure enucleando: tamen absurdum, & temerarium esset recedere ab opinione communi, quæ in decisionibus est tenenda non obstantibus argumentis, quæ a Doctoribus in contrarium solent adduci secundum Felin. nicapitulo prudentiam, §. sexta nobis. extra de officio, delegatu. in capitulo cum ex officij. extra de præscription.

Concludite ergo, quod clericus constitutus in sacris scienter committens adulterium debet a ministerio alatris remoueri saltem de iure canonico, licet mulier esset meretrix, & impudica, quia propter hoc presbyter non excusaretur eo, quia illo iure omnis coitus excepto vxorio erat prohibitus, vt refert Augustinus in capitulo meretrices, trigesimatertia, quæst. quarta. & sic clericus adulter grauius puniretur, quam laycus, qui si cognoscat mulierem coniugatam si esset meretrix publica, vel prostituta excusaretur ab adulterio, vt supra dixi.

Ego

Digitized by Google

Ego autem ſum alterius opinionis, & eam tenerem ſi eſſem iudex, vt miniſterium noſtrum non vituperetur, ex quo plene,& ſpecifice adulterium probari non poteſt ſecundum Canoniſtas per illum tex.in cap.præterea.extra de teſtib.& in capitu.cum cauſam.de proba.& in cap. tertio loco de præſūpt.& late declarat Anto.de But.in cap. ſignificaſti. de adulte. dicit tamen quod in probatione adulterij ſufficiunt coniecturę,& præſumptiones,quia aliter probari non poteſt prout ēt dicimus de filiatione,quæ directè probari non poteſt: ſed tātum per coniecturas ſecundum legiſtas, in l.filium, ff. de his qui ſunt ſui,vel alie.iur.& Hyppolitus de Marſill.in rubr. ext. de probatio.† & ideo quando agitur de materia, quæ ſui na-
27 tura eſt difficilis probatione lex contentatur illa probatione,quæ haberi poteſt ſecundum,Bar. in l.in illa. ff.de verbor. obligatio.ergo pro humaniori ſequenda ſententia iudex eccleſiaſticus primitus deberet clerico infamato de adulterio purgationem inducere,in qua ſi deficeret, deberet ſuſpendi, quando nō ageretur ad certam pœnam, vt eſt text.ad literā,
28 & ibi Panormita.in cap.ſignificaſti.de adulterijs: † ſed ſi pro adulterio ſacerdotis agatur ad certam pœnam,& ipſe deficiat in purgatione ſibi iniuncta,certe debet puniri eadem pœna, qua puniretur, ſi contra eum plene eſſet probatum de adulterio tanquam conuictus,vt eſt caſus in capi. accedens extra de accuſat.& ita declarat Hoſtienſis in ſumma.in tit.de adulte.ſed hanc diſtinctionem non ſeruant officiales noſtri temporis,qui ad ſolam aſſertionem mulieris dicentis ſe eſſe carnaliter cognitam a ſacerdote eum incarcerant, non ſeruando formam prædictorum iurium,& ſine alia probatione cōdemnant, & cum fiſco Epiſcopali improbe componere faciunt.

De punitione clericorum, & laicorum committentium adulterium viſum fuit,videamus modo de cognitione carnali,quæ committitur a Iudæis, & Chriſtianis ſimul & quæ pœna de iure pro tali coitu introducta.breuiter pūctus iſte maxima indigeret inueſtigatione: tamen in his,quæ ſentio paucis abſoluam,quod aut iſte coitus fuit innominatus,puta qa non tranſit in aliquod ſpeciale nomen delicti, vt in adulterium,incœſtum,ſtuprum,ſacrilegium, vel peccatum contra naturā, ſed tantum remanet in ſimplici fornicatione,ponit exemplum, quod iudæus ſolutus cognouit chriſtianam ſolutam,certe ſecundum legem veteris teſtamenti debebat puniri pœna vltimi ſuplicij,vt eſt tex.in c.nos ſi incompetenter.§. ſed notandum.2.quæſt.7.& in dicto cap.reos ſanguinis.in foro autem contentioſo quidam dicunt iudæum eſſe puniendum pœna mortis, alii autem non,ſed leuius alij vero dicūt illum eſſe tradendum curię ſæculari condigna animaduer-
29 ſione puniendum † ego autem dico punitionem remanere in arbitrio iudicis,qui arbitrabitur,& attendet circa qualitates perſonarum fornicantium,ſi ſint nobiles, vel viles perſonę,aut erant minores,aut ſcienter,aut ignoranter,aut fuit vnica fornicatio,aut pluries continuauerunt: tunc iudex arbitrabitur qua pœna iudæus debeat affici, & ita in terminis decidit præſtantiſſim.D. Decius in cap.1.in 26.colum.in verſicu.alias fuit dubitatum.extra de conſtitu.& refert Oldradū hoc tenere in conſi.333.vbi etiam refert de quodam Iudæo cui ante palatium Auenionis membra virilia fuerunt abſciſa.& Ludou.de Ro.in conſi.lv.incipien. iudæus quidam.

Si vero coitus fuerit nominatus,quia tranſit in ſpeciale nomē delicti puta in ſuprum,vel incœſtum, vel in adulteriū, maxime in figura matrimonii tunc diſtinguite prout infra dicam,aut ſcienter,aut ignoranter,aut in foro cōſciētiæ, aut in foro contentioſo, aut de iure canonico,aut de iure ciuili.

Sed iuxta prędicta difficilior, & ſubtilior apud legiſtas & canoniſtas poſſet, ſub oriri dubitatio. Attento quod de iure pœna adulterij eſt pœna mortis,ponite caſum,q̄ cauetur ſtatuto ciuitatis, in qua ſunt iudæi (vt in Auenione,aut aliis terris eccleſiæ) quod pro adulterio commiſſo imponatur tantū pœna pecuniaria.vtrum iudęus cognoſcens carnaliter Chriſtianam vxoratam puniatur ſolum pœna ſtatuti,vel alia pœna iuris, ita, quod in iſto ſtatuto iudæi non comprehendantur? breuiter videtur concludendum iudæum debere puniri pœna vltimi ſupplicij.& non pœna pecuniaria ſtatuti,patet, quia tale ſtatutū videtur nullum ex quo eſt nutritiuum peccati & correctorium præcepti diuini.Item facit qa iudæi viuunt & regulantur ſecundum legem Moſaycam ſecundum quam pro adulterio imponebatur pœna mortis ut habetur in euangelio Ioannis,nos legem habemus & ſecundum legem debet mori.& in ca.hæc imago, 23.quæſt.v.vbi mulier adultera lapidabatur. ergo caſus eſt indubitabilis, quod iudæus committens adulterium cum Chriſtiana debet puniri pęna mortis & non pœna pecuniaria ſtatuti.

Præterea, ſi iudæus contrahat matrimonium cum Chriſtiana puniſtur vltimo ſupplicio, caſus eſt ī l. ne quis vxorem
30 Chriſtianam.C.de iudęis† Si ergo propter matrimoniū contractū quod eſt fauorabile iudæus debeat puniri,ergo multo fortius propter adulterium debet puniri pęna mortis & non pœna ſtatuti, quia licet iſtud ſtatutum immutet pœnam capitalem in pecuniariam tamen ſtatuentes non videntur cogitaſſe,nec intellexiſſe de iudęis qui ſunt de alio grege pœnitus ſeparato vt habetur in primo c. vbi Chriſtus dicit alias oues habeo,quæ non ſunt ex hoc ouili: cum ergo iudæi ſunt ſeparati a grege noſtro, & inimici noſtri ſunt, & inſultantes fidei noſtræ appellantur,vt eſt tex.in l.fi.C.de iudæis,non debent comprehendi.in prædicto ſtatuto.

Vlterius fortificatur. nam beneficiis generaliter conceſſis
31 † perſonæ odioſę non videntur comprehendi, caſus eſt ad literam, quem ad hoc expreſſe ſummant Iacob de Raue. & Barto.in l Lucius in §.Lucius Ticius ff.de leg.2 iſtud enim ſtatutum eſt fauorabile: quia immutat pœnam criminalem in ciuilē.ergo non debet comprehendere iudæos,qui ſunt perſonæ,odioſæ,& infames,et ab omnibus honoribus,dignitati gnitatibus,& officijs repelluntur.in cap.cum ſit nimis abſurdum.extra de iudæis. & legitur in euangelio, Ramis palmarum ſanguis & maledictio ſit ſuper nos, & ſuper filios noſtros maledictionem ſibi quæſierint,quam infames & maledicti non debent comprehendi ſub ſtatuto.

Vltimo facit: quia ſi pagani, ac ſaraceni, & gentiles committerent adulterium cum Chriſtiana,clarum eſt, quod pœna mortis puniri deberent: multo fortius iudęi † quia ſecta
32 ſaracenorum,paganorum,ac gentilium eſt minus mala,quā ſit ſecta iudęorum.Et iuxta verbum CHRISTI dicentis tollerabilius erit ſodomis in die iudicij quā vobis.& propheta Ezachiel dicit eis iuſtificās Sodmam. Auguſtinus exponit hoc eſt ſodoma, habito reſpectu ad vos iuſta facta eſt. & hoc refert idem Auguſtinus in cap.nōne ſodomitæ prima quæſtione prima,qui dicantur pagani,& gentiles,Hebręi,machomitæ.& Saraceni,& quare ſic appellentur & vnde originem traxerunt declarant Hoſtienſis & Ioannes de Anania in ſumma ex.de iudæis.& Cardinalis Florenti.in clementina prima eodem titu. Ergo attenta paritate vel maioritate rationis (valet enim arg.a ſimili ratione l.illud.ff.ad l.Aqu.& vide P. Cam.Bononi.in dialectica lega.) iudęus committens adulterium,cum Chriſtiana punitur pœna mortis, & nō pœna ſtatuti & hęc ſunt quę pro verificatione iſtius partis facere videntur.

Præmiſſis non obſtantibus contrariam ſententiam credo veriorem,quod immo in caſu prędmiſſo iudæus debet puniri pœna in ſtatuto contenta, & non pœna mortis.& iſta eſt communis opinio,pro qua conſuluit Ang.Peruſiuus in cōſ. cxiiij.incip.licet primo aſpectu,in primo vol.quia ſtatuta alicuius ciuitatis, vel loci debent ſeruari in forma ſpecifica ſicut ſeruatur ius ciuile Romanorum,vbi alias non eſſet ſtatutū per textum quam adhoc notant Barto.& Bald.in cap.i. de forma fidelitatis in vſibus feudorum & in l. omnes populi.de iuſti.& iure & ſcrib.in §.ius autem ciuile.Inſtitu.de iuſti. & iure.vbi habent quod populus regitur ſtatuto ciuitatis ſicut iure communi.ſed iudęi † dicuntur eſſe de eodem popu-
33 lo & corpore ciuitatis,quanuis non ſint de corpore ſpirituali.l.Chriſtianis.C.de paga.& in §.ex hoc igitur.in Authentico de quæſtore colum.6.in veriſicu.ciuitas noſtra populoſa eſt, & turbis diuerſorum hominum. vnde dicunt feudiſtæ in capitulo primo. de forma fidelitatis, quod ſi caueatur ſtatuto, quod ſtantibus maſculis filię non ſuccedant tale ſtatutum habet etiam locum inter iudęos,qui more & legibus Romanorum viuunt: ergo cōprehenduntur ſub prædicto ſtatuto.

Secundo facit,quia iudæi dicuntur eſſe de populo Roma. ad hoc,vt illis legibus viuant.l.iudæi Romano iure viuentes. C.de iudęis.vnde iudæi filios habent in poteſtate gloſſa communiter approbata in capitu. ius Quiritur prima diſtinctio.
34 † ea ratione quia legitimas & iuſtas cōtrahunt nuptias,vt in capi.gaudemus de diuortiis licet non ratas:ideo quemadmodum ſub imperio Romano ſunt & legibus imperialibus viuunt,comprehenduntur ſub ſtatuto, et pœna illius tantum puniri debent,& non alia.

Facit etiam tex.in l.Spadonem.§.iam autem.ff. de excuſa. tuto.vbi dicitur, quod in actibus humanis iudæi nobiſcum participant: vnde apparet per illum text. q̄ iudęus poteſt eſſe procurator,Chriſtiani,& pro eo interuenire in iudicio.ita cōſuluit Petrus de Ancha.in conſi.272. incipiente de titulis cri-
35 minum.† Item immunitas conceſſa incolis certi loci extenditur ad iudęos vt concludit Bald.in d.§.iam autem.Si igitur iudęi gaudeant ſtatuto ciuitatis & ſub illo comprehendantur, ergo ſolum pœna illius puniri debent & non alia. & aduerte quia vltra prędictum §.iam autem.non reperi in libris digeſtorum niſi alios duos textus qui in ſpecie loquantur de iudæo,ſeu iudaica ſuperſtitione vnus eſt ī l.generaliter, in §.eos qui iudaicā ſuperſtitionem ſequuntur.ff. de decurionib.& eorū filijs.alius eſt in l.circuncidere iudęis.ff.ad l. Corn. de ſica.

Vltimo

Vltimo pro iſta opinione facit quia principes Chriſtiani a regno & ciuitatibus non debēt expellere iudæos tributarios
36 pacifice viuentes.† Sed quodam iure naturali,& diuino,& ex charitatis dilectione in eorum neceſſitatibus eſt ſubueniendum & eleemoſynam facere tenemur.vt in cap.paſce. 86.diſtinct. vbi dicitur paſce fame morientem & ſi nō paueris, eū fame occidiſti.item nec iudæis ſuis poſſeſſionibus, & habitationibus ſpoliari debent in cap. ſi de rebus. 23. quæſtio. 7. & quicquid poſſident iure gentium poſſident,vt declarat Inno. in cap.quod ſuper his extra de voto,& voti redempt.†Præterea creatione,gubernatione, & etiam redemptione inter o-
37 ues CHRISTI computantur.vnde Chriſtus in euangelio Ioānis decimo dicebat alias oues habeo, quæ non ſunt ex hoc ouili,ſcilicet eccleſiæ. vnde papa ſuper iudeos poteſtatem habet, ſicut ſuper oues ſuas, quas Chriſtus ei commiſit dicens Petre paſce oues meas. nullam diſtinctionem faciēs inter iudeos,& Chriſtianos.cap.ſolitæ.§.penulti.extra de maiorit. &
38 obe.†nec eis debet fieri aliqua moleſtia, & ſi bona iudæi fuerint capta datur iudæo contra chriſtianum rapientem actio in duplum.l.chriſtianis.C.de paga.& glo.in §.ex maleficijs.Inſtitu. de actio.

Et ꝙ iudæi a ciuitatibus per principes expelli nō debeant ſcriptum eſt autem cœlum cœli,dominus autem dedit terrā filiis hominum, vt cuicunque in ea ſit licitum habitate etiā ſeruo tributario ſi tamen domino tributum ſoluatur. ca.omnis extra de cenſib. Præterea Chananæi, & Armorꝛi & Iebuſꝛi ab eorum terris expulſi ſūt per filios Iſrael cauſa expulſionis fuit idolatria,quę eſt contra legem, quę exclamat vnum Deum eſſe vt atteſtatur Paulus ad Romanos primo.† Sed iu-
39 dæi non ſunt idolatrę: ſed alias ſunt fideles, neque ſunt hoſtes chriſtianorum principum: ideo illud propheticum dicit hęc gens infidelis viuet, vt in futurum teſtimonium afferat. Item Chriſtus dicit non prꝛteribit generatio in ꝛternum: vt atteſtatur Paulus ad Romanos.ix.& ſic videtis iudꝛos debere viuere legibus imperialibus etiam inter chriſtianos, & a quibuſcūq; obprobriis illos defendi.† Ex prædictis ergo cōcludi-
40 te iudꝛum committentem adulterium cum chriſtiana eſſe puniendum pœna ſtatuti tantum, & non pœna iuris, ideſt mortis & iſta eſt communis opinio pro qua conſuluit Alex. de Imo.in conſi.13.incipientis his,quę in themate narrantur in 7.volumi.

Videamus modo de pœnis ciuilibus, ſeu temporalibus, quas patiuntur adulter,& adultera propter adulterium. breuiter concludite ꝙ ſi vxor adultera fuerit ſub viro,debet perdere dotem.caſus eſt ad literam in l.cum mulier.ff.ſolut.mat. & in §. quia vero plurimas in verſiculo ſi vir,& vxor in Authen.vt liceat matri,& auiꝛ colla.8.& in l.conſenſu. §. ſancimus. C. de repud. & in l.fina.in verſiculo vtrum in lucro cadat marito vel hꝛredibus mulieris.C.de adulte.quilibet de iure canonico concordat tex.in c.plerunque ext.de don.inter virum & vxo. & ſic vxor quę adulterium committit, priuatur dote,& actione dotis:nec de ea teſtari vel alio modo diſponere poterit ſecundum Ludoui.de Roman.in conſi. 286. incip. hęc Iuliana.& talis dos non cędit lucro hꝛedum vxoris. Sed remanet pœnes maritum licet per extraneum data fuerit niſi illam per ſtipulationem in contractu matrimonij ſibi reddi prouiderit.l.ſi dotem.C.de iure dotium.quæ dicit ꝙ quādo vxor culpa ſua priuatur dote,talis dos nō reuertitur ad eum, qui eam dedit ſed cędit lucro mariti: niſi expreſſe cōtrarium fuerit prouiſum.

Aduertite tamen, ꝙ licet vxor propter adulterium priue-
41 ter dote,non tamen eſt priuata ipſo iure,†ſed requiritur ſentia priuationis,niſi adulterium eſſet notorium & manifeſtū, quo caſu ſi mulier agat pro dote repetenda maritus repellet eam per exceptionem adulterii ſecundum canoniſtas in d. c. plerūq;, quia pœna priuationis non intelligitur ipſo iure ſed
42 per ſententiam† prout dicimus in clerico beneficiato ſimoniaco,homicida,vel alias irregulari, qui licet ſit incapax ad beneficia obtinenda: tamen iam obtentis non priuatur ipſo iure ſed requiritur declaratio.ut concludit Innocen. in capit. in noſtris de conceſſ.prꝛb.quem refert & ſequitur Bal. in l.cū fratrem.C.de his,qb.vt indignis. & in l. ſi maritus.de don.inter virum & vxorem,& ita concludunt canoniſtæ per illum textum.in cap.ex literis.extra de exceſſib.prælato.quinquageſima diſtinct.quod idem dicendum eſt, in excommunicato, qui ante declarationem non eſt vitandus ſecundum legiſtas, in l.2.C.de iure emphyteu.ex prędictis verificata eſt, communis opinio,ꝙ vxor quæ adulterium commiſit debet dote priuari: quia indignam ſe conſtituit matrimonio.Sed an hodie mulier propter adulterium perdat dotem, ſine repudio,vide te Bald.Nouellum,in tract.de dote charta. 37.

Oritur dubitatio,vxor commiſit adulterium, propter qđ priuatur dote: tamen expoſt iudicio eccleſię propter conſanguinitatem tamen, vel aliud canonicum impedimentum matrimonium,fuit declaratum nullum: an vxor poſſit poſt ſeparationem repetere dotem qua, per adulterium fuerat priuata? videtur ꝙ ſic,quia in veritate inter iſtos, nō fuit matrimonium:ergo nec adulterium,nec dos,quę ſine matrimonio eſſe non poteſt, & vbi nullum eſt matrimonium ibi nulla competit actio de dote.l.1.C.de condict. ob cau.quia ex nihilo nihil fit,& ex actu nullo nullus effectus ſequi poteſt. l. non dubium C.de legibus Prꝛterea licet iudex eccleſiaſticus priuauerit dote vxorem adulteram per ſententiam,illa tamē ſententia non tranſiuit in rem iudicatam.Immo poſſet reuocari,maxime quando eccleſia, in caſu ſubſtantiali euidenter fuiſſet decepta per tex. in cap. fraternitatis, extra de frigid.& malefi.ex quibus patet dictam mulierem poſſe repetere dotem.

Contrariam opinionem,tenet gl.in dicto cap. plerunque. in verbo non valebit: quia cum res iudicata accipiatur pro veritate,l.res iudicata.ff.de re iudicata. Ideo ex iſta ſententia priuationis ius dotis fuit acquiſitum marito: & ſic dos repeti non poterit:ex quo fuit ſoluta authoritate, l. non putarem, ff.famil.erciſcun.& iſtam opinionem tenēt Goffredus & Hoſtienſis in ſumma de adulteriis.& Alberic. de Roſa.in verbo dos: & duplex,vel triplex redditur ratio.prima, quia quo ad eſſentialia extrinſeca matrimonium verum, & putatiuum non nullum differunt:quia ſicut bigamia contrahitur per verum matrimonium:ita etiam per putatiuum ſecundū canoniſtas,in cap.debitum extra de biga.2.ratio:quia adulterium procedit ex corde,& animo,& ſecundum intentionem iudicatur,cap.illud. 15.quæſt.1.vbi pupillo,& furioſo ſubuenitur, in maleficijs, quia non debent imputari ad pœnam, quæ ex mentis deliberatione non proceſſerunt. & dicit glo. in dicto c.plerunque.ꝙ negari non poteſt,quin mulier ex affectu mētis iniuriam fecerit illi,quem tenet pro vero marito & ita dolum commiſit ſine quo adulterium eſſe non poteſt: & gloſſa mouet alia bona ratione:quia in tali delicto adulterii,& ſimilibus debet conſiderari principium,& non finis, vt in alijs mulieribus ſic facere volentibus,quæ ad hoc faciendum prō ptę ſunt remoueatur audacia.

Ex quibus patet iſtam eſſe communem opinionem, quā
43 ſequitur Firminus in verbo vxor adultera:†quia licet matrimonium ſit putatiuum: nihilomin⁹ propter adulteriū priuabitur dote,quia priuilegia conceſſa verę vxori ratione dotis competunt vxori putatiuæ quia iudicantur ad imparia.vnde glo.in l.aſſiduis.C.qui potio.in pign.hab.dicit,quod vxor putatiua habet priuilegium tacitæ hypothecæ in bonis mariti ratione dotis,ſicut vxor vera: vnde dicit glo. in l.dotale. in §. dotale. in verbo præſtabatur,ff.de fun.dotali.ꝙ ſicut dos vera prohibetur alienari, ſic etiam dos putatiua: quia fauor dotis reſpicit publicam vtilitatem,& quando agitur,de publica vtilitate cauſa, ſeu perſona putatiua, & vera quo ad effectum æquiparantur, vt notat. Barto. in l. Barbarius Philipus, ff.de off.prætо.

Ego vero iſtam opinionem, confirmo quatuor rationib. prima,quia vxor,quæ tranſit ad ſecunda vota, non petito tutore,nec reddita adminiſtratione priuatur tutela §.ſinautem. in Authentico de nuptijs.coll. 4. & patitur pœnas de quibus
44 habetur in l.1.de ſecundis nuptijs.† nec apud eum liberi primi matrimonij educari debent, & iſta procedunt quanuis
45 matrimonium eſſet nullum,& putatiuum: quia pœna committitur,licet de facto fiat, quoniam in delictis non conſideratur effectus iuris: ſed conſideratur tantum animus, & merum factum hominis.l eum qui.C.de adulte.ſecundo confirmatur,quia ſi maritus relinquit vxori vſumfructum certorū bonorum,vel aliquam poſſeſſionē quoad vixerit,ſub conditione tāmen,ſi vitam vidualem ſeruauerit, ſi poſtea ipſa cōtrahat matrimonium cum clerico in ſacris conſtituto, licet matrimonium ſit nullum tamen vxor priuatur vſufructu,&
46 illa poſſeſſione ſibi relictis:quia nō plus debet operariꝛ incōtinentia,quam caſtitas: quæ videtur eſſe in muliere tranſeunte ad ſecunda vota.

Tertio confirmatur: quia ſicut donatio facta conſtante matrimonio inter veros cōiuges non valet: ſic etiam eſt prohibita inter putatiuos.l.tertia.videamus, ff. de donatio.inter virum,& vxorem.& ibi tex. aſſignat rationem: quia illi, qui delinquunt non debent eſſe melioris conditionis, quam qui actum ciuiliter faciunt.cui cōcordat tex. in l. ſi ex voluntate.
47 C.eodem tit.vltimo confirmatur: †nam ſi quis alienat rem, quam ſub pœna eſt prohibitus alienare, incidit in pœnam, licet alienatio ſit nulla, & hoc propter difficultatem recuperationis,vt patet in hꝛede, vel vaſallo alienante contra legē feudorum:quia licet alienatio ſit nulla:tamen priuatur feudo, maxime quando in potentiorem alienauit: reſtat ergo ꝙ vxor putatiua propter adulterium priuatur dote: quia ſicut non licet violare matrimonium, ſic etiam non eſt licitū violare ſpem matrimonij.l.ſi vxor. ff.de adulterijs.

48 Vnum

Digitized by Google

48 Vnum tamen non est, † q licet maritus putatiuus lucretur dotem propter adulterium, non poterit tamen accusare iure mariti, sed tantum iure extranei, vnde sufficiet probare matrimonium fuisse contractum, quanuis sit nullum. di.l.si vxor in principio.& istam opinionē sequitur Bartholomeus Brixientis in quæst.63.incipiente mulier quædam a viro separata fuit: quia saltem quoad ecclesiam fuit matrimonium, cum filij, qui nascuntur ex eodem matrimonio ab ecclesia habeantur pro legitimis quousque separatio fuerit facta & parentibus tanquam legitimi succedere possunt,tex.in ca. cum inter Ioannem.& in c.ex tenore.ext.qui fil.sint leg.& sic habetis primam ampliationem.

49 Secundo prædicta conclusio ampliatur: † vt vxor, quæ commisit adulterium non solum priuetur dote, verum etiā priuatur rebus paraphernalibus,glo.est communiter approta in d.cap.plerunque.quam allegat pro singulari Bald. in l.j. ff.de iure dotium.licet aliqui teneant contrarium: quia cum iste casus sit odiosus,verba debent restringi simpliciter ad dotem,& non ad paraphernalia: sed vos non recedatis ab opi-
50 nione prædictæ glossę † cuius authoritas magna est,& quantum ad veritatem præualet opinioni multorum, & cœteras authoritates Doctorum antecellit,vt refert Iacobus Butrig. in l.1.C.qui pro sua iurid ict.vbi dicit, quod vbi glossa firmat pedem eam tenet, nisi vsus esset in contrarium,quo casu ab ea recedendum est,quia etiam propter consuetudinem contrariam a lege receditur.Præterea dicit Cynus in l.non moriturum.C.de contrah.& committen.stipula. quod glo.est idolum aduocatorum,& melius est stare glossis quam nouas opiniones facere.& dicit etiam Sa.in l.quanquam.C.de sentē. quæ sine certa quantitate profe.q ille,qui nescit equitare debet se tenere ad arsonem: Sic etiam iudex quando videt aduocatos in opinione iudicando non debet recedere ab opinione glossæ.& in magnis dubiis opinio glossæ semper est tenenda secundum Bald.in dicta l.quanquam.quod dictum extollit,Bar.in consi.v.incipiente,Andriolus.dum dicit sequere glossam ordinariam,quæ in defectu legis allegari potest: nolite ergo recedere ab opinione glo.in dicto cap. plerunque.q̄ sequitur Romanus in singulari.311.incipien.propter adulterium & Cardi.in consi. 111.& Barto.in l.Lucius, ff.solut.matrimo.& ista est communis opinio secundum Fel.in cap.pastoralis.in 3.coll.versicu.mulier impudica.extra de iud. Albe. de Ros.in l.de quib.ff.de legibus.vbi fortius concludit, quod statutū q̄ faceret mentionem de dote haberet locum in reb. paraphernalibus, & quæ dicantur bona paraphernalia, & quare sic appellantur videte glossam in rubrica.Cod.de pact.
51 conuen.tam super dote,quam ante nuptias donatio.† & an talia bona sortiantur naturam rerum dotalium,& an ī illis maritus habeat administrationem, & an bona mariti sint tacite obligata,& an mulier in illis sit priuilegiata sicut in dote,& qua ratione repetantur, videte plene per Campegium in tracta. de dote.quæstione septima,& octaua, & plene scripsi in repetitione.l.assiduis.C.qui pot.in pigno. habeautur.in quinta ampliatione, sed quia non est alius locus qui magis se offerat, quam hic ideo uideamus, quæ dicantur esse bona
52 paraphernalia:& quare sic appellentur.†concludite quod dicuntur esse illa bona,quæ habuit vxor a patre suo vltra dotē, & communiter videtis quod sponsa suo spōso tradit aliqua, quæ secum portat ex domo sui patris,quæ a iure vocātur res paraphernales,siue sint mobiles,siue immobiles: & a vocabuli deriuatione dicuntur a para,quod est iuxta,& pherna q
53 est dos,quasi iuxta dotem, vt declarat glo. in præallegata rubrica† & dominium,& omnimoda administratio istarum rerum paraphernalium spectat ad vxorem,nec maritus de illis debet se intromittere vxore sua contradicente,ut est text.qui de paraphernalibus loquitur,in l.hac lege.C.de pact.conuen. si autem vxor dimiserit administrationem dictarum rerum paraphernalium: & tunc in illis maritus censetur procurator,& tanquam procurator potest agere super his, nec tenet cauere de rato secundum Barto.& Doctores in l.maritus.C. de procura.quia ista bona censentur,quasi dotalia, & naturam dotaliū sortiuntur: unde sicut maritus in dote habet administrationem sic etiam in istis administrat ex tacito mandato,& teneatis menti,quod pro istis paraphernalibus omnia bona mariti sunt tacite obligata sicut pro dotalibus, & ita tenet Azo in summa.in titu.quibus modis pigno. vel hypo.taci.contro.C.quem refert, & sequitur Iason in §.fuerat.ī 8.collu.versi.nunquid autem mulier.Insti.de act.& vltra Iasonem habetis glo.magistralem in cap.ex literis,in verbo obligata extra de pign. addite tex. loquentem de paraphernalibus,in j.fina.Cod.de pact.conuent. quanuis Panormita. in d. capit.plerunque.tenet quod bona mariti pro eis non sunt tacite obligata, sed non recedatis a communi opinione, quæ est magis communis,& si dominium rerum paraphernaliū fuerit translatum in maritum dictæ res repetentur ab eo cui dictione incerti, vel condictione sine causa, vel si dominium non fuerit trānslatum agetur ad exhibendum ex qualitate casuum,secundum Doctores,in l.sed si ego in §.dotis,in verbo parapherna.ff.de iure dotium,vel agetur actione depositi contra maritum vt ibi glo.in verbo depositum dicit & licet, supra dictum fuerit quod res paraphernales sortiuntur naturam rerum dotalium, tamen in dictis bonis paraphernalibus mulier non est priuilegiata sicut in dote vt concludit Campegius in tractatu de dote in quæstione octaua qui allegat glo.in dicto §.dotis,& refert Sal. ita hoc ibi tenere & Bal. & in d.l.fina.

Viso quę dicantur paraphernalia, & vnde & quare & sic
54 appellantur & cuius generis & qualitatis sint, † nunc videndum est an uxor quocunque tempore voluerit possit repetere a marito res paraphernales quas sibi tradiderit: & ad quē spectent fructus excepti vel ad maritum, vel ad vxorem, vel an sint communes.certe iste punctus in iure uidetur difficilis propter varias opiniones.Reperio Alexan. de Imo.tangentē hunc passum,qui etiā consuluit in terminis in consilio 144. incipien.circa primum dubium in 2.colum.in 5.volum.& similiter Guidonem Papę,qui super hoc plures facit distinctiones.in decisione.468. incipien.de fructibus rerum paraphernalium.Ideo ex dictorum dictis resolutiue concludamus,q̄d aut res paraphernales possidentur per vxorem: & tunc ipsa ad voluntatem suam de eis potest disponere, sicut posset de bonis propriis suis per contractum,siue in vltima voluntate & illa etiam constante matrimonio,cui voluerit poterit distribuere,licet maritus contredicat,ea ratione,quia non fuerunt ei data in dotem,& semper remanserunt in dominio ipsius vxoris,per tex.in d.§.dotis,& in d.l.fina.nec maritus de illis inuita vxore debet se intromittere: imo fortius dicit Bald. in l.vbi adhuc.C.de iure dotium, quod si ista bona possidentur a marito etiam de voluntate vxoris ipla poterit illa repetere quando voluerit quanuis maritus non vergat ad inopiam.

55 De fructibus autem illorum sic concludite,† quod aut agitur de fructibus naturalibus, qui naturaliter sine aliqua opera nascuntur: & tunc pleno iure spectant ad vxorē: vnde Barto.in l.penu.ad l.Falcid.dicit,quod omnes fructus,qui fuut p̄cepti contra voluntatem vxoris, debēt restitui per maritum, vel eius hæredes, quanuis dicti fructus essent consumpti, ut est casus in l.de his.C.de donat.inter inter virum & vxor.& si maritus eos consumpserit de voluntate tamen vxoris certe tenebitur:inquantum fuerit effectus locupletior.d.l.de his & in l.si stipulata.in verbo condicere potest si effectus locupletior sit.ff.de dona.inter vir.& vxo.& istud procedit quando ageretur de paruis fructibus consumptis: quia tunc maritus non teneretur illos restituere. Si vero vxor conqueratur de fructibus industrialibus,certe si nō fuerint cōsumpti, æquius est, ut inter virum & vxorem diuidantur,si autem sint consumpti:tunc ad maritum spectant, per gl.in d. l.fina. & quod dicitur de fructibus, idem dicatis de pensionibus quæ percipiuntur ex rebus paraphernalibus quæ annuatim locantur secundūm Bal.in d.l.vbi adhuc.& pro istis pensionibus repetendis competant condictiones sicut competerent pro repetendis fructibus,vt longe plenius istum articulum prosequitur Guido Papæ in prędicta decisione.exordiente de fructib. rerum paraphernalium.

Tertio prædicta conclusio ampliatur,vt procedat in mari
56 to committente adulterium, propter quod e conuerso† vxor lucratur donationem propter nuptias, per text. in §.si vir de adulterio.in Authentico ut liceat matri, & auiæ.& glo.communiter approbata per canonistas iu ca.1.ut lite non contes. Ratio videtur quia maritus committens adulterium grauius delinquit quam vxor:quia virtute,& exemplo fœminam regere debet,cap.indignantur mariti. 32.quæst.6. & maritus est caput uxoris:ergo delinquendo grauius puniri debet,in capi. non Mœchaberis,eadem causa,& quęstione. & pro ista ampliatione facit text.in cap.i. §.dominus quoque.de noua for. fidelita.& in cap.domino committente. in titulo si de feudo fuerit controuer.inter dominum, & agnat.vbi in casibus in quib. vasallus feudo priuatur, sic etiam dominus priuabitur proprietate feudi pro adulterio commisso in vxorem vasalli.
57 †sic etiam inter coniuges habet locum maritus simili. fidelitatem tenetur seruare vxori sicut uxor tenetur seruare marito.& ista est communis opinio.

Et quia glo in d.cap.plerunque,in verbo dotalitium labo-
58 rat, quid dicatur esse donatio propter nuptias,† breuiter dicatis,quod dicitur esse illa quæ fit vxori a marito propter matrimonium. sicut ergo uxor donat dotem marito sic etiam maritus facit donationem propter nuptias.item ista donatio facta vxori præsumitur esse facta in præmium pudicitiæ.l.res vxoris.in verbo præmio pudicitiæ cessit.C.de iure dotium.vel præsumitur esse facta in compensationem dotis. sed aduerti-

te

Digitized by Google

te quod gl.in d.c.plerunque. exponit dotalitium id eſt donationem propter nuptias. Alij autem dicunt quod dotalitium dicitur eſſe illud, quod vxor poſt mortem viri lucratur ſiue ex pacto matrimoniali ſiue ex ſtatuto. Alij autem dicunt qđ dotalitium dicitur eſſe quando in contractu matrimonij maritus aſſignat vxori certam penſionem annuã, vel quod quolibet anno ex certa poſſeſſione quoad vixerit, certos fructus percipere poſſit. & in pluribus partibus vocatur doanriũ vt a dote differat vos autem tenete primam expoſitionem quod dotalitium capitur pro donatione propter nuptias. & ſimilẽ expoſitionem facit gl.communiter approbata in cap.ex parte extra de foro competen. in verbo dotalitij id eſt donationis propter nuptias, & in ea proceditur ad inſtar dotis, ita qđ ſicut in dote poteſt apponi pactum lucratiuum, & ſic etiam in donatione propter nuptias. ſuper iſta tertia ampliatione oritur dubitatio.

Maritusin contractu matrimonii caſu quo prior decederet vxori ſuæ ſuper certo caſtro, vel certa poſſeſſione bonorũ ſuorum relinquit penſionem annuam viginti librarum percipiendam, eius vita durante tantum & ſoluendam in quoli bet feſto omnium ſanctorum & idem dicatis de certa penſio ne bladi, vel vini quo tempore fructus ſunt recolecti ponite, q poſt mortem mariti vxor, cui relictum eſt dotalitium mo ritur in menſe Auguſti, & ſic ante tempus quo debebat percipi penſio quærebatur an hæredes mulieris debeant habere penſionem totius temporis vel nihil ex quo vxor mortua eſt ante finem anni, vel an ſaltem lucrentur pro rata temporis
59 ſicut fructus, & penſiones rerum dotalium? † dicite, quod pẽ ſiones vltimi anni, quo vxor eſt mortua, diuiduntur pro rata temporis ſicut fructus, & penſiones rerum dotalium iuxta incumbentiam oneris matrimonii, vt habeo in l. diuortio. ff. ſolu. matrimonio. quia ſicut dos ſubijcitur oneribus matrimonii ita etiam donatio propter nuptias, l.vbi adhuc.C. de iure dotium. & notatur, per Panormi.in cap.per veſtras extra de donat.inter virum & vxorem. Præterea ſicut augmẽtũ dotis eſt de iuribus dotis.l.etiam.C.de iure dotium, quia acceſſorium ſequitur naturam ſui principalis, vt in regula acceſſorium de reg.iur.in 6.ſic etiam donatio propter nuptias, ut cõcludit Ioan. Pe.de Ferarijs in libello pro dote. vnde iſta eſt cõmunis opinio, quod ſicut fructus, & penſiones dotis rerum dotalium diuiduntur inter virum, & vxorem pro rata vltimi anni quo matrimonium durauit, & vir ſuſtinuit onera matrimonij, ut notatur in d. l. diuortio. ſic etiam dicendum eſt in dotalitio quod datur pro ſuſtentando onera vxoris viduæ maxime ſi eſſet nobilis: quia tunc pro rata temporis, quo ipſa ſuſtinuit onera ſui ſtatus debent habere hæredes legitimi fructus & penſiones, quæ percipiuntur loco fructuum anni vltimi ſecundum Iacob.Butr.in l.Iulianus.§.ſi fructibus.ff.de acti.empt.prout dicitur in marito ſuſtinenteonera matrimonij, ut ſupra declaratum fuit, & ſic habetis expeditam iſtam tertiam ampliationem.

Quarto prædicta cõcluſio amplatur, vt procedat etiam in vidua, quæ mortuo marito ſtuprum commiſit, quia ſimiliter debet dote.priuari Pau.de Caſt.in l.ſororem.C. de his, qb. vt indignis. & in l.fideicommiſſum.C.de fideicommiſ.& in cõſilio 121. incip.reuocatur in dubium.vbi concludit quod vidua, quæ commiſit ſtuprum ita debet dote priuari, ac ſi marito viuente commiſiſſet, ratio videtur in prõptu: quia vidua durãte viduitate dicitur remanere in priore matrimonio. C. de bo. mater. ſaltem fictione iuris cum infra annum luctus ipſa nubere non poſſit ſine incurſione pœnæ legalis, §.ſoluta. in Authen.de nupt.& in l.pri.cum ſimilibus. C.de ſecun.nup. nec etiam poteſt petere dotem pecuniariam, niſi elapſo anno luctus, nec ſibi imputabitur: quare dotem non petierit. l.vnica §.exactio.C.de rei vxo.actione. & debet ſtare in domo viri, & ibi opera domus facere prout viuente marito conſueuerat: & in memoriam tranſacti matrimonii infra illud tempus debet ali de bonis mariti etiam ſi dotem non habuerit, l.ſi vnum ex familia.§.fina.ff.de legat.ſecundo. & quicquid vxor acquirit, vt euitetur ſuſpicio turpis quæſtus præſumitur quod ipſa acquiſierit ex bonis mariti, l.Quintus.ff.de donat. inter virum, & vxorem.ſic etiam dicendum eſt in vidua, ut acquiſita intra annum luctus præſumantur acquiſita ex bonis mariti prẽmortui, vt omnis mala ſuſpicio tollatur: quia lex tantam caſtitatem requirit in muliere intra annum luctus exiſtente ſicut conſtante matrimonio in Authen. de reſtitu. & ea quę parit. 11. menſe. patet: quia etiam vidua gaudet priuilegio mariti, & dignitatem ipſius retinet.cap.ex parte.de foro competen. & donec alteri nupſerit, retinet domicilium viri, ac ſi eſſet in priori matrimonio.l.fina.C.de bo.mater.immo fortius dicit Barto in l.his ſolis.C.de reuocan.don. quem refert, & ſequitur Panorm.in d.cap.ex parte.quod omnes pœnæ quæ comperiunt contra ſecundo nubentes habent locum in vidua luxurioſe viuente: vnde ſi teſtator ignorans adulterium vxoris ei facit legatum, vel donationem non valebit tale relictum, vel ſi poſt ipſa commiſerit adulterium certe omnia reuocabuntur, patet igitur ex prædictis q vidua commit tens adulterium debet perdere dotem.

Contrariam opinionem tenet Alexand. in prælegata.l. ſororem.vbi concludit, quod vidua committens adulterium non priuatur dote: quia cum iſte caſus ſit odioſus, & pœnalis debet intelligi de adulterio commiſſo, viuente marito, nõ autem debet extendi ad ſtuprum commiſſum poſt mortem
60 viri: † ſed quicquid dixerit Alexan.nolite recedere ab opinione Paul.de Caſt.quæ uidetur æquior, cum ſit conſeruatiua pudicitiæ, nec obſtat eius dictum: quia quãuis in pœnalibus nõ fiat extenſio tamen in caſu extenſo militat eadem ratio ſicut in caſu a quo extenditur idem ius in vtroque ſtatuendũ eſt: ſed ratio finalis, & impulſiua eſt in vtroque caſu: quia q adulterium fit injuria defuncto, & tota cognatio vituperatur, & iſta ratio habet etiam locum poſt mortem mariti: vel etiã alia ratione: quia mulier quę poſt mortem viri luxurioſe viuit præſumitur viuente marito non caſte vixiſſe. §. vnum ſiquidem.in verbo mulier in Authen.de reſtitu. & ea, quę parit. 11. menſe, & licet pro opinio. Alex. multa poſſent adduci ab illa tamen Pau.de Caſt.non eſt recedendum.

Et quod vidua committens ſtrupum perdat dotem ita in terminis tenet Pe.Gerardi in ſingulari. 48.incipiẽ. ſcias quod mulier ubi refert. Alexãd.non vidiſſe conſilium Pauli de Caſtro. nec vidua quę ſtuprum comiſſit poterit dotem petere ab hęredibus mariti, & idem contra Alexan. tenet Fel.in capit. paſtoralis.in verſiculo mulier impudĩca.extra de iud. Ego autem fortifico opinionem Pauli contra Alexand. alio medio: quia ſi vaſallus committat ſtuprum cum uxore vidua ſui domini mortui, debet feudo priuari: quia dum ſtat in uiduitate dicitur perdurare in eodem matrimonio, ut in iuribus ſupra allegatis, & pro iſta parte facit glo.ſingu.in l.ſororem.Cod.de
61 his, quibus, vt indig. quæ dicit † quod ſi hęres concubuit cum vxore teſtatoris poſt eius mortem ita debet priuari hæreditate, ac ſi hoc feciſſet, eo viuente quia efficitur indignus eo q
62 relictam teſtatoris per ſtuprum cognoſcit: † ratio eſt, quia reuerentia quæ debetur parrono debetur tam viuo, quam defuncto.l.apud Celſum. in verſic.ſemper ei reuerentia exhibẽda eſt tam viuo, quam defuncto.ff.de doli mali except. per q decidunt Canoniſtę.in cap.quod in te.extra de pęni.& remiſ. quod percutiens clericum mortuum ita incidit in excommunicationem, ac ſi percuteret clericum uiuum: quia utroque tempore debetur reuerentia: quia iniuria infertur etiam cadaueri.l.i. §.quoties, ff.de iniur.patet ergo ex prædictis, quod vxor, quæ poſt mortem mariti ſtuprum commiſit debet dote priuari.

Sed aduertite, ſi placet, quia videtur quod deciſio Pauli ſit nimis rigoroſa, & illa Alexand.ſit æquior: vnde aliter ſuper hoc puncto ego me reſoluo, quod ſi dos cõſiſtat in pecunia non competit actio pro ea repetenda, niſi elapſo anno.l.vnica, C.de rei vxoris act.& tunc ſi intra annum luctus vidua cõmiſerit ſtuprum æquum erit vt ſi ipſa poſtea agat ad dotem repellatur exceptione adulterii, cum infra illud tẽpus videtur durare in eodẽ matrimonio, & ita procederet opinio Pauli de Caſt. vel etiam procederet poſt annum ubi dos adhuc non fuiſſet repetita: ſed vbi repetita fuiſſet, vel conſiſteret in rebus immobilibus, & poſt annum luctus vidua committeret ſtuprum tunc procederet opinio Alexand. prædicta.l.ſororem. etiam ſi dos non eſſet ſoluta: quia eo tempore licite poteſt tranſire ad ſecunda vota etiam ſine metu pœnæ legalis.

De donatione autem, aut delegato, vel augumento dotis
63 hoc a iure expeditum eſt in vidua † quæ ſi intra annum luctus ſtuprum commiſerit perdit prædicta.§. fina.in Authent. eiuſdem.C.de ſecun.nupt.& in verbo parit, hoc dicit, & idem Bart.in d.l.fideicommiſſum.quem in ſpecie ſequitur Guido Papæ in ſingulari.463.incipien.ſi mulier vidua. & idem dicẽdum eſt de tacita pupillari compræhenſa ſub vulgari expreſſa, quæ licet regulariter non admittatur contra matrem.l.fi. C.de inſti.& ſubſti.& glo.communiter aprobata. in l. precib. in verbo omnimodo. C. de impub.& iſta eſt communis opinio quam late proſequutus ſum in tractatu meo ſubſtitutionum, tamen ſi poſt mortem mariti vxor commiſerit adulterium, certe ex preſumpta mente defuncti ſubſtitutus in caſu euenientis ſubſtitutionis admittetur ex tacita pupillari matre excluſa, ergo multofortius priuatur legato, vel fideicommiſſo ex tacita mẽte defuncti per gl.in d.l.ſororẽ, & in di.l.fideicõmiſſũ patet ergo quod vidua, quæ adulterium cõmiſit poſt mortem viri, priuatur dote, ac ſi hoc feciſſet, viuente marito ac aliis rebus relictis: cum tamen reſtrictione, de qua ſupra dictum fuit: promptius eſt tamen in dote humaniorem eſſe ſequendam ſententiam Alexandri iuris rigore poſtpoſito.

Quinto

Digitized by Google

64 Quinto prædicta concluſio ampliatur, † vt nedum proce
dat in dote ſoluta, verum etiam in dote promiſſa, quæ pro-
pter adulterium a marito peti poteſt, vt concludunt Canoni
ſtæ. in d. cap. plerunque. eandem opinionem tenet Bald. in l.
mulieri. in princip. ff. de conditio. inſtitutio. vbi dicit, quod pa
ctum de lucranda dote, habet locum etiam in dote non tra-
dita, & eſt communis opinio ſecundum legiſtas, in l. iubem⁹.
C. de ſacroſan. eccle. ex quibus remanet firmata prædicta re-
gula, cum ſuis ampliationibus quod uxor quæ cõmiſit adul-
terium debet perdere dotem, & alia, quæ a marito conſecu-
ta fuit: & omnia cedunt lucro mariti.

Prædicta regula ſic intellecta, & declarata limitatur pri-
mo, vt procedat quando maritus, & vxor ex eodem matri-
65 monio nullos haberent liberos: † ſecus ſi liberi extarent,
quo caſu propter adulterium maritus non lucratur dotem,
nec vxor donationem propter nuptias, ſed iſta liberis eiuſdẽ
matrimonii reſeruantur, caſus eſt in d. §. ſi vir de adulterio in
Authentico, vt liceat matr. auiæ colum. 8. & iſtam opinionẽ
inſequitur Franciſcus Cremenſis in ſingulari. 86. incip. ſtatu-
to cauetur vbi dicit alias ſe defenſaſſe plures filios primi
matrimonij, idem tenet Bald. in l. hac edictali in 3. column.
verſiculo: ſed pone, quod Berta nupſit. C. de ſecun. nup. & ra-
tio eſt: quia mater per pactum, vel contractum in dote non
poteſt præiudicare filiis alienando, ergo nec poterit alienare
per delictum per tex. in l. imperator. ff. de fideicommiſ. libert.
licet Corſetus in rubrica de iureiuran. dicat, quod ſi mulier
in ſecundo matrimonio adulterium commiſerit ſecundus
maritus etiam ſtantibus filiis primi matrimonii lucrabitur
de dote tantum, quantum vxor poteſt donare, ſecundo ma-
rito tamen non recedatis a præcedenti opione quæ eſt ve-
rior per gl. communiter approbatam iu di. c. 1. in verbo reci-
pere. *extra vt lite* non conteſt.

Secundo prædicta concluſio limitatur, vt procedat, quan
do alter coniugum tantum commiſiſſet adulterium: ſecus ſi
ab vtroque fuerit commiſſum: quia iſta ſunt delicta, quæ pa-
ri, & mutua compenſatione tolluntur: tunc alter contra al-
terum pro adulterio agere non poteſt. l. viro, atque vxore. ff.
ſolu. matr. & in cap. fina. de adulte. & in cap. intelleximus. eo-
dem titulo. quia etiam in delictis conſiſtentibus in non faciẽ
do admittitur compenſatio. Et clare patet in filia, quæ pro
meretricio a matre exhæredari non poteſt: ſi mater ſimiliter
ſit metrix: quia qui laborat vno & eodem morbo alium de
ſimili. vitio reprehendere non poteſt, quia nil nigrius nigro
nil Catilina Setego. l. in arenam. C. de inoffi. teſtamento. & re
fert dominus Decius pluries ſe conſuluiſſe pro hac parte, q̃
maritus tenens concubinam non poteſt agere contra vxorẽ
committẽtem adulterium ad dotis priuationem: quia ſicut
habens duas vxores efficitur infamis, ſic etiam habens vxo-
rem, & concubinam: ne plus operetur luxuria, quam caſti-
66 tas † tamen prędicta deciſio nõ procederet in patre, qui licet
ſit mereticator: poteſt tamen filiam meretricem exhæredare
quoniam fœminas magis decet eſſe caſtas, quam viros glo. in
l. palam. §. quæ in adulterio. in verbo deprehenſa, ff. de riptu.
nuptiarum & clarior text. in lege ſi qua illuſtris. Cod. ad Or-
phicianum.

Sed vos domini aduertite, quia prædicta ampliatio proce-
dit, quando vxor accuſata de adulterio oppoſuiſſet de ſimili
adulterio ante litem conteſtatam, quo caſu non poſſet illam
67 accuſare. l. nobis ita pudet. C. de adulte. † ratio eſt, quia iſta ex-
ceptio non eſt peremptoria, ſed dilatoria merito debet op-
poni ante litem conteſtatam. ut notatur in l. ſi maritus. §. præ
ſcriptiones, ff. de adulter. & in cap. paſtoralis. de exceptionib.
Et iſtud procedit, quando ageretur ciuiliter, vt dos, uel dona-
tio propter nuptias lucretur, quia cum vxor poſſit accuſare vi
rum, vt perdat donationem propter nuptias, ut in præceden-
tibus audiſtis: ergo multo magis, ſi vxor ſit accuſata de adul-
terio per maritum poterit contra illum replicare de ſimili a-
dulterio alternatiue, vel quod maritus perdat donationem
propter nuptias, vel qnod iſta adulteria tollãtur mutua com
penſatione ſecundum Pau. de Caſt. qui ita conſuluit, in con-
ſilio cxxviij. incipien. hæc mulier, & hæc videtur verior reſo-
lutio.

Non tamen obmittatis, quod licet iſta adulteria tollãtur
mutua compenſatione tamen vxor non poteſt accuſare ma
ritum de adulterio, quanuis teneat concubinam, vel aliter a-
dulterium committat. l. prima, & ibi Doctor. C. de adulteriis,
quod ſecus eſt in uxore adulterium committente, quę a ma
rito poteſt accuſari criminaliter magis in uno caſu, quam in
alio poteſt aſſignari ratio: quia maius præiudicium generat
marito propter adulterium vxoris, quam fiat, & generetur v-
xori propter adulterium mariti: ſcilicet, propter turbationẽ
ſanguinis, & dubitationem prolis & hãc rationem ponit Vl
pianus iureconſultus. in l. liberorum, ff. de his, qui notat. infa.
quam etiam refert Pau. de Caſt. in l. ex ea parte, in §. mulier,
ff. de verborum obliga. quia maritus non dicitur violare tho
rum vxoris cum ipſa non dicatur habere thorum, quod ta-
men ſecus eſt in marito. l. publico. in verſiculo. non idem pri-
uilegium fœminis detulit. C. de adulter. & ideo licet vxor nõ
non poſſit poſſit accuſare maritum de adulterio tamen pote
rit per iudicem eccleſiaſticum conſtringere maritum, vt con
cubinam, quam tenet, dimittat prout faciunt dietim officia-
les epiſcoporum ſub pœna excommunicationis, quam ĩcur-
rit maritus, ſi illi non obtemperet. ut in c. ſi concubinæ de sẽ,
exc. Addite gl. quam allegat Pau. de Caſt. in c. Roma. in verbo
offenſa. de ſen. exco. in 6.

Præterea conſuetudo curatorum eccleſiarum parochia-
lium hoc nobis clare demõſtrat, qui ſingulis diebus dominicis
authoritate epiſcopalis in ſuis acongiis excommunicãt, hoc
eſt, declarant excom municatos concubinarios manifeſtos,
& licet iſtud crimen cõcernat iuriſditionem eccleſiaſticam,
68 † tamen iudex ſecularis poſſet ſecularibus remediis conſtrin
gere maritum, vt dimittat concubinam non, quod crimen
iſtud ſpectet ad eum, ſed quia ad eius officium ſpectat facere
vt homines in ciuitate male viuentes honeſte viuãt. Ex quo
ſingulariter infertur, quod mulier male famata de suo cor-
pore, & dubitet, quod alias honeſtas mulieres ſeducat p ma-
ritos poteſt expelli ab illo loco vicino, quoniam reſecandæ
ſunt putridæ carnes. capi. reſecandæ. 24. quæſt. 3. quia ſicut v-
na ouis morbida totum gregem inficit: ſic etiam mulier im-
pudica cœteras inficit. cap. ſed illud. 45. diſtinct. Et ſic habetis
articulum iſtum expeditum, quod quando agitur pto adulte
rio ciuiliter, maritus, & vxor iudicantur ad imparia, quod ſe-
cuſeſt in criminali accuſatione, vt ſupra dixi.

Tertio prædicta concluſio limitatur, ut non procedat, quã
do maritus ſine iuſta cauſa acriter verberaſſet vxorem, pro-
pter quam cauſam aufugiſſet a marito, & adultẽrium com-
miſiſſet: tunc uxor non poteſt dote priuari, nec aliis, quæ ſibi
a marito obuenire poterant. vt conſuluit Pet. de Anchara. in
conſilio 408. incipien. probata tanti viri ſæuitia. & in capi. lite
ras, §. ſi vero tanti viri ſæuitia. extra de reſtitu. ſpoliato. vbi ha
betur, quod licitum eſt vxori recedere a marito eam male, &
ſeueriter tractante: nec tenetur redire ad eum: niſi vir præſtet
ſufficientem cautionem, quod a cœtero eam male, & ſeueri
ter non tractabit. Ratio eſt, quia maritus verberãdo videtur
præſtare cauſam adulterio: merito ad priuationem dotis age
re non poteſt.

Et pro iſta limitatione facit dictum ſingulare Baldi in l. v-
nica. in §. ſed ſcimus, C. de latina liber. toll. vbi dicit, quod ma
ritus, qui vxorem ſine cauſa eijcit a domo, nil debet habere
de lucro dotis. Ratio eſt, quia non eſt, ęquum, quod maritus
ex suo facinore lucrum dotis ſperet. vt dicit tex. in l. ſi ab ho-
ſtibus, in §. ſi vir. ff. ſoluto matrimo. & idem dicit Bald. in l. ſi.
C. de ſenten. quę ſine cert. quantita. proferuntur. quod ſi uir ſi
ne cauſa expellat vxorem tenetur ei dotem conſignare, qđ
dictum ſequitur Fulgo. in Authen. præterea. C. vnde uir, & v-
xo. ſubiiciens quod ſi vxor ſit expulſa a domo mariti, & po-
ſtea moriatur nihil debet lucrari ex diſpoſitione prędictę au
thenticę, licet uxor nullos habeat conſanguineos, † & illud
69 haberet locum in marito eiiciente vxorem ſuam a domo
& non ſibi prouidente de alimentis: quia etiam iſto caſu ni
hil debet habere de lucro dotis ſecundum Pau. de Caſt. in di.
l. ſi ab hoſtibus. ne ex malitia ſua commodum reportet. imo
tenebitur vxori ſuę expulſę ſine cauſa reſtituere dotem cum
fructib. perceptis, quia licuit vxori aufugere a marito ſi ſine
cauſa eam acriter verberet. ut dicit tex. ad literam qui enume
rat plures caſus in quibus vxor poteſt recedere a marito in §.
mitiores, in verſicu. an etiam ſuper ea flagellis utatur in Au-
thentico de nuptiis, columna 4. nec tenetur redire ad eum ni
ſi præſtita ſufficienti ſecuritate. d. c. literas, & ibi gloſ.

Decilio iſta ſecundum Bald. in cap. pri. vt lite non conteſt.
procedit in vxore, quę licite recedere poteſt, ſi maritus in do-
mum inducat concubinam, nec tenebitur ad eum redire ni-
ſi caueat de ipſam expellẽdo iſtam opinionem ſequitur Gui
do Papæ quæſtione. 439. incip. an vir teneatur vxorem alimẽ-
70 tare. † vbi concludit quod ſi vir ſeueriter vxorem tractet ex
iuſta cauſa licitum eſt uxori fugere & extra domum mariti
alimentari debet bonis ipſius mariti. & refert Dynum & Cy-
num tenere, in l. quod in vxorem. C. de nego. geſt. & ideo iu-
ra, quę dicũt, quod vxor quę a domo mariti aufugit, punitur
pœnis legalibus. debent intelligi, niſi maritus ſit cauſa fugę
non poterit dote priuari nec ab illa diuerti per text. in §. ſi ue
ro plurimas, in Auth. ut liceat matri. & aui. ſecus vbi mari-
tus non eſſet in cauſa, quo caſu uxor fugiens a domo mariti
redditur de adulterio ſuſpecta.

Sed an vxor teneatur probare ſeueritatem viri, vel an ma-
ritus teneatur, probare, quod eã bene, & humaniter tractat?
Breuiter concludite, quod vxor tenetur probare ſęuitiam vi-
ri, ut tenet Pet. de Anchar. in conſilio 246. incip. ſuper primo

quęſito

Digitized by Google

quæſito vbi concludit,quod ſi vir relinquerit alimenta, quã diu cum ſuis hæredibus permanſerit in domo : ſi ipſa receſſerit:quia allegat,quod male & ſeueriter tractatur p̃ hęredes, tenetur illud probare,nec hęredes extra domum tenerentur ei præſtare alimenta,niſi probet,quod cum eis habitare non poteſt: & ratio eſt,quare vxor tenetur probare,quia verbera ret atrociter,hoc eſt,& conſiſtit in delicto, & delicta non præ ſumuntur,niſi probentur.l.merito.ff.pro ſocio.ergo onus p̃bandi ad hæredes nõ ſpectat: idem dicatis in vaſallo, qui cru deliter a domino directo tractatur,vel in colono,qui a domi no fundi acriter verberatur,nam licite poſſunt aufugere.& ſi domini illos vendicare voluerint, non tenentur redire, niſi pręſtita ſufficienti ſecuritate,ſecundum Bar.in l. cum ſatis.de agrico. & cenſi.libro vndecimo Codicis. pro iſto dicto facit tex.in l.conuenerit.in verſicu.ſi ſocius ſit tam damnoſus,& iniurioſus,ff.pro ſocio.vbi ſocius,qui promiſit ſocietatem non diſſoluere: nam ſi ſocius ſit rixoſus alium male tractando ſocietas non obſtante pacto poterit diſſolui. ex quibus remanet verificata iſta limitatio quod ſi maritus ſit in cauſa, quare vxor committit adulterium non debet lucrari dotem.

Quarto prædicta concluſio limitatur, vt procedat quãdo ſcienter & doloſe vxor adulterium commiſiſſet: ſecus ignoranter,& citra conſenſum, quia iſto caſu non debet dote priuari,vt concludunt Canoniſtæ poſt Hoſt. extra de adulteriis ponite exemplum marito abſente a domo ſua,& demum reuertente, reperit mulierem alienam iacentem in lecto ſuo credens eam eſſe vxorem ſuam & carnaliter cognouit,& mulier credebat illum eſſe virum ſuũ: certe ipſa nec dotem perdere debet, nec vir donationem propter nuptias, nec ſimiliter vaſallus,qui ignoranter cum vxore ſui domini adultera tur feudo priuari debet ſecundum Doctores in capit. 1.quib. mod.feud.amitt.& in cap.i.§.rurſus,quę fuit prima cauſa be-
71 neſic.amitten.in vſibus feudorum.& † ratio iſtius limitationis eſt,quia adulterium non committitur ſine dolo malo,& conſenſu vt atteſtatur Cynus iureconſultus,in l.penu.in verſ. Iulianus reſpondet.ff.de adulte.ſed ingnorans non dicitur habere conſenſum l.mater decedens,ff.de inoffi.teſtam.& facit tex.melior de iure in argumentum,in l.ſi quis ignorans, ff.locati.vbi dicitur quod ille qui contraxit cum aliquo ignorans qualitatem ſuæ perſonæ non debet puniri. ergo ſic dicẽdum eſt in iſto caſu,ut vxor quæ adulterium commiſit ignorãter non debet priuari dote.& iſta limitatio procedit niſi vxor eſſet in craſſa,& ſupina ignorãtia, prout dicitur de vaſallo per gloſſam notabilem,in di.cap.1.in §.item ſi vaſallus fidelis.qbus mod.feud.amitta.tamen ſecundum magis communem opinionem Doctorum lata culpa in adulterio nõ ęquiparatur dolo ergo tale adulterium ignoranter commiſſum nõ eſt puniendum,vt eſt caſus ad literam,in c. in lectum 34. quæſti. ſecunda.

Quinto hæc concluſio limitatur, vt procedat quãdo vxor libere, & voluntarie adulterium commiſiſſet: ſecus ſi adulterata fuerit per violentiam & oppreſſionem:quia tunc nõ dẽt perdere dotem cum oppreſſe mulieri nihil ſit quod imputari poſſit: nec fornicaria, nec adultera dici poteſt,nec per hoc a marito debet dimitti,vt dicit tex.in cap.puto. 32.quæſt. v.& in l. fœdiſſimam. C.de adulter. vnde dicit tex. in l.ſi vxor.§.ſi quis plane.ff.eodem titulo quod vxor, quæ per vim a tyranno,vel ab hoſtibus oppreſſa fuit non eſt in ea conditione, vt de ſtupro,aut adulterio damnetur.Ratio eſt, quia corpus nõ coinquinatur,niſi de volũtate mentis: immo oppreſſa caſtitas,& pudicitia duplicatur:quia violentia licet inferatur corpori,non tamen infertur animo, vt refert Ambroſius libro quinto de virginibus,& habetur tranſumptiue in capit.quod autem. quæſtione ſupra allegata:& ideo Bal.in l. eam quam, in 7.coll.in verſicu.& ſcias.C.de fideicommiſ.dicit quod mulier adulterata per tyrannum potentẽ, vel per iniquum principem præſumitur eſſe adulterata per oppreſſionem, & metus ille tanquam iuſtus eam excuſaret, & mulier quæ eſt in poſtribulo per vim non dicitur perdere pudicitiam,l.vim paſſam.de adulteriis. vbi dicitur quod violentia excuſat a pœna adulterij,& ideo non priuabitur dote & filij nati ex tali violento coitu ſuccedunt indifferenter matri ex teſtamento, & ab inteſtato,ex quo talis amplexus de iure accuſari non poteſt:& refert ibi Bald. Ariſtotelem dicentem quod malus princeps tyrannus fit.cui concordat tex.de iure canonico, in cap. propoſito.§.Lucretiam.32.quæſ.v.vbi Auguſtinus libro ſecũdo de ciuitate Dei atteſtatur Lucretiam nobiliſſimam Romanæ pudicitiæ ducem ſluprum, ſeu adulterium paſſam a filio Sexti Tarquinij ſuperbi vltimi Romanorum Regis quanuis eis duo eſſent corpora tamen diuerſæ fuerunt voluntates factum iſtud non in adulterium, ſed in caſtitatem Lucretiæ reputatum fuit: raptor autem debet pati pœnam mortis, & ideo lege diuina ſi quis ſponſam id eſt, vxorem alterius violauerit, vel puellam ſui proximi deſponſatam duxerit in ea cauſa eſt,vt pœna mortis puniri debeat : legitur tamen leuitici.30.c. quod ſi mulier oppreſſa fuerit in ciuitate ab homine,& non clamauerit puniatur tanquam adultera:ſecus ſi in agro:quia tunc violator debet mori.capitu.omne itaque. 27. quæſtione ſecunda. Indiſtincte tamen adulter puniendus videtur etiam conſentiente rapta.l.vna.de rap.vir.C.

Sexto,& vltimo limitatur hęc concluſio, vt procedat,quãdo maritus in vita ſua egiſſet contra vxorem pro adulterio, & probaſſe:ſecus autem quãdo maritus in vita nullo modo fuit conquæſtus.& ſcribat adulterium fuiſſe commiſſum, & habuit facultatem conquærendi : quia iſto caſu hæres eã accuſare non poterit, quanuis adulterium faciliter poſſet probari: immo fortius vxori agenti pro dotis reſtitutione hæres non poteſt opponere de adulterio,licet vxor in eo manifeſte fuerit depræhenſa iſta originaliter decidit Speculator in titulo de dote poſt diuortium reſtituenda circa finẽ, qui pro iſta opinione allegat duo iura in argumentum primo text. in l. omnimodo.in verſicu.non licebit eius hęredibus eos ingratos nominare.C.de inoff.teſtamen.ſecundo allegat text.in l. fina.in uerſic.nulla licentia cõcedatur ſucceſſoribus.C.de reuocandis donationibus.quibus dicitur,quod ſi teſtator, vel donator in uita nullam fecerit mẽtionem de ingratitudine cauſa ingratitudinis per hęredes inſtitui non poteſt.Idem etiã ſi maritus ſciebat vxorem ſuam feciſſe adulterium,nec a uiuente,quoquo modo conquęſtus eſt,licet facultatem habuerit, non poterit poſtea contra hęredes uxoris mortuę quæſtionem adulterii mouere ad hoc,vt dotem lucretur, quia tale adulterium taciturnitate,& diſſimulatione uidetur remiſſum,vt tradunt Bald.& Doctores in l.fin.C.de adulteriis, ver. Cynus diſtinguit.dum quærit an mortua vxore, maritus poſſit conquęri contra hęredes vxoris mortuæ repetentes,quidã dicunt,quod ſi vxor ſit mortua in bona gratia mariti, & tũc non poteſt agere contra ſucceſſores quia talis iniuria videtur remiſſa ex quo non fuit conquęſtus.ſi uero vxor fuerit mortua in mala gratia mariti iſto caſu non videtur remiſſa ſecundum Cynum in lege prima.in fine. Codice. de reuocand. donationibus.

Sed Bald.& Ange.in l.rei iudicatæ. §.hęredi.ff.ſolu.matri. aliter diſtinguit, quod ſi maritus ſciuerit adulterium fuiſſe commiſſum per vxorem ſuam,& diſſimulauerit.ea uiuente: tunc non poterit agere contra hęredes: quia uidetur remiſſum: ſi uero uiuente vxore,adulterium ignorauerit non vi-
72 detur remiſſum:†ideo poteſt cõtra hęredes excipere de adulterio,vt dotem lucretur:vnde ſi maritus,id quod tempore viuebat adulterium vxoris prętermiſerit ſilentio, hęredes nullo modo poterunt vxorem repellere exceptione adulterij,ſecus eſt ſi in uita maritus illud ignorauerit hoc idem tenet Barto. in d.l.rei iudicatę quem refert & ſequitur Guido Papę in ſingulari.431.incipien.ſi maritus, & iſtam opinionem ſequitur Ioannes de Imo.in d.l.cum mulier in verſiculo. Item aduerte quia hoc procedit quando vir viuit,ff.ſolu.matrimo.vbi reſolutiue concludit, quod ſi maritus mores vxoris ſuę adulterę approbaſſet,quia cum ſciuiſſet,non fuit conquæſtus:tũc hęredes non poſſent de hoc adulterio obiicere,ſi uero maritus mores ſuę vxoris improbauerit,ea uiuente, iſto caſu facultas obiiciendi iſtud crimen adulterii,vt priuetur dote, tranſit ad hæredes,licet maritus contra uxorem non egerit, ut quia ipſe uxorem pœna affecit,vel quia pro illo adulrerio eam uerberauit tunc eius mores reprobaſſe uidetur iſto caſu hęredes poſſent contra eam de adulterio opponere, & idem tenet Ia co.de Bellouiſu in dicto §.quia vero plurimas & Alexandrinus in di.cap.plerunque, & ita in propriis terminis conſuluit Alexand.in conſilio centeſimooctuageſimonono. incipien. cauſa & lite vertente,in 6.volumi.& idem And.de Iſern. in c. 1.in §.porro in titulo quę fuit prima cauſa benefic.amit.ubi arguit a ſimili, quod ſi vaſallus commiſerit ingratitudinem contra dominum per quam poſſet feudo priuari, tamen ſi domino in vita ſua mores ſui vaſalli approbauerit:quia eam non inquietauit,nec contra eum conquęſtus eſt, licet ſciuerit,& habuerit facultatem conquęrendi tunc non poterit vaſallus ab hęredibus domini inquietari: quia talis iniuria & ingratitudo videtur ſilentio remiſſa argumento. d. l.omnimodo & l.fina.& iſta uidetur eſſe vera reſolutio ſecundum Alexand.in pręallegato conſilio,vbi atteſtatur eſſe communẽ
73 opinionem, † quod ad hoc vt maritus lucretur dotem propter adulterium vxoris non eſt neceſſe quod eam accuſet criminaliter de adulterin,ſed ſufficit, quod ciuiliter fuerit appellata & conuicta licet Brto.in l.miles.§.ſocer.ff. de adulter. tenuerit accuſationem criminalem eſſe neceſſariam,quia contra Barto:eſt communis opinio, a qua in iudicando non eſt recedendum.per glo.in l.omnis diffinitio,ff.de regu.iur.& canoniſtę.in cap.ne innitaris de conſtitutio. Barto. in l. 1. C.de pœna iud.qui mal.iudic.& Bald.in l precibus.C.de impub.& tex.in capito.in canonicis.19.diſtinct.l.ſcire oportet. §.aliud.

cum.

Digitized by Google

cum.§.ſequent.ff.de excuſatio.tut.& in clemen. 1. de ſumma Trinita.& fide Catho.& hoc tenuit Cyn.in l.j. de actio.& obligat.& Ioannes Fabri. in procemio Inſtitu. in verſicu. hoc hortor. & Petrus Iacobi in titulo de compendioſa ſubſt.circa finem vbi cõcludunt,quod in deciſionibus cauſarum cõmuuis ſententia Doctorum eſt tenenda,& quod non requiratur accuſatio criminalis adhoc ut maritus lucretur dotẽ contra Bar.tenuerunt Bald. Pau.de Caſt. & Ioannes de Imo. per illum tex.in l.cum mulier.ff.ſolu.matrimo & text.clarius de iure canonico in capi.plerunque de donatio. inter virum & vxorem,& tex.in l.fina.cum ibi notatis.C.de adulter.& cõtra Bar.in propriis terminis conſuluit Alexand. de Imol.in conſilio 189.incipien.in cauſa.in 6.l.qui refert, ita tenuiſſe Iacobum Butriga. Pet.de Bel.per Cyn.Bald. Sal.in Authent.ſed hodie & Iacob.de Bellouiſu, in dicto §. quia vero plurimas & Petrum de Anchara.in cap.intelleximus,de adulter.& Lapum in allegatione.128.hoc etiam contra opinionem Bart. tenuit Ioannes And.in titu.de exceptio.in verſicu. Item quæritur qui allegat tex.in præallegata l.fina.ex quibus remanet firma iſta limitatio quod adulterium videtur remiſſum, ſi maritus in uita contra vxorem non fuerit conquæſtus, cum habuerit facultatem, nec vxor agens pro dote ab hæredibus exceptione adulterii poterit repelli.

Similiter adulterium videtur remiſſum per reconciliatio-
74 nem, vt † quia maritus poſt adulterium vxoris eam carnaliter cognouit,cap.ſi quis vxorem.32.queſt.1.vel eam poſt ſciẽ
75 ter retinuit,d.l.ſi quis vxori.†Et maritus qui vxorem adulterã reconciliauit non prius facta pœnitentia ſecundum formam canonis peccat mortaliter, immo fortius dico, quod ſi maritus ſciat vxorem ſuam commiſiſſe adulterium & poſt cum ea coierit ab inde remouetur ab omni promotione ordinũ, quia maritus vxoris corruptæ efficitur.caſus eſt ad literam in cap.ſi cuius vxorem.34.diſtinctio. quia eam reconciliãdo & cognoſcendo non prius facta pœnitentia ſecundnm formam a canone traditam, vt ſupra dixi patronus turpitudinis dicitur,& iſto caſu propter adulterium vxoris maritus nõ lucraretur dotem,imo maritus patiens ſe cucurbitari ab eius vxore dicitur committere peccatum contra naturam,quia patitur carnem ſuam ire in plures.

Præterea ſi maritus ſit in cauſa adulterij vxoris ſuæ, idem dicendum eſt,ut quia conſilium præſtitit,& data opera fecit, vt adulterium faceret ad fines Incrandi dotem iſto caſu uir eam non lucraretur nec donationem ſibi factam ab uxore.
76 † & quod maritus non lucretur dotem, quondo procurauit adulterium vxoris eſt tex.clarius in argumentum, in cap.poſtulatis,extra de conceſſ.præben.vbi dicitur, quod licet poteſtas conferendi ex negligentia epiſcopi vel capituli deuoluatur ad ſuperiores,ſcilicet Archiepiſcopum,tamen quando ſuperior procuraſſet negligentiam inferioris, certe ad eum nõ deuoluitur illa poteſtas, ne ex dolo ſuo commodum reportet: ergo ex inductione illius textus ſic dicendum eſt in caſu noſtro,ut maritus ex ſua fallacia dotem nõ lucretur, ex quo cauſam adulterij vxori ſuæ præbuit. Et idem dicendum eſt in patre,& domino,qui adulterium vel ſtuprum filiæ uel ancillæ procurauerit,quia illam exhæredare non poteſt, immo filia liberatur a poteſtate patris,& ancilla a poteſtate ſui domini, caſus eſt ad literam in loco ſatis peregrino, in l.Lenones patres,vel dominos,qui ſuis filiabus vel ancillis neceſſitatem peccandi imponunt de ſpectaculis & ſcenicis, & lenonibus libro 11.codicis.& in l.ſi Lenones patres. C.de epiſcopi audi & ideo,qui vxori ſuę cauſam faciendi adulterium præſtat, ei & non uxori imputatur.cap.ſi tu.27.quęſtio.2.& marito agẽti cõtra vxorem de adulterio excipietur de Lenocinio,nt declarat Speculator in titulo de accuſatore in verſicu.Item contra agẽtem & Azo.& Hoſt.in ſumma titulo de adulterijs vel etiam quicunque hortum, vel domum præbuerit, ut ibi adulterium committatur,tanquam adulter.punitur, l.qui domum,ff.de adulte.& refert Gregorius in translatione in cap. apud miſericordem iudicem 32. queſt.prima. quod maritus, qui ſcit, & celat, vel patitur vxorem ſuam fornicari, patronus lenocinij,& turpitudinis appellatur,pro quibus facit tex. ſingu.in l.1.in verſiculo ſi puellam interpellauerit,aut domũ præbuerit, capite punitur.ff.de extraordinariis criminib. qui
77 text.facit contra lenones,& lenas, † qui ſcholaribus accommodant talia,ut ibi adulterium, vel ſtuprum committatur: nam pœna ultimi ſupplicii priuari debent, & habentur clare in Authentico de lenonibus, & idem dicendum, eſt ſolicitatoribus mulierum,& puellarum qui,perfecto flagitio,capite puniuntur,ſi vero delictum non fuerit perfectum, tales ſollicitatores deportãtur,& a ciuitatibus tanquam leproſi,& peſtiferi expelli debent.ut dicit text.in capit. ſolicitatores. de pœniten.diſti.j.

Ratio eſt,quia lenones ſunt deteriores meretricibus, cum vtranque infamiam incurrãt, l.pri.in uerbo qui lenocinium fecerit.& in l.athletas.§.ait prętor.ff.de his,qui notantur infa. ex prædictis cõcludatis,quod propter adulterium vxoris maritus lucratur dotem,niſi in caſibus ſupra ſpecificatis.

Difficilior oritur dubitatio an vxor propter adulteriũ præſumptum, quia reperta fuit in præparatoriis adulterii debeat perdere dotem:ſicut ſi eſſet reperta in actu adulterandi,& ſic in vero adulterio,& ſi aliquis veſtrum dicat, quæ appellãtur pręparatoria adulterii reſpondetur quod tractus inhoneſtus, uiſus mechabilis,oſculum ſpurcale,& impudicum,& collo
78 quium luxurioſum. † Breuiter dicatis quod vxor reperta in iſtis pręparatoriis adulterii debet priuari dote,ac omnibus aliis,quę a marito fuit conſecuta, ut in terminis tenet Bald.in cap.tuæ extra de procurato.quoniam iſte diffamant, & dilacerant matrimonium, ex quo dicuntur præludia veneris. ſecundum glo.in l.1.ff.de variis, & extraordinariis criminibus:
79 † vnde communiter dicitur viſus,colloquium,tactus,poſt oſcula factum.vt refert glo.in l.quod ait lex.ff.de adulter.nam p confabulationem, & amplexus, pręſumitur quam eſſe corruptam,glo.in cap.nec aliqua in verbo concubitus.27.quæſt.1.& iſtam opinionem inſequitur Fel. in capit.prętera in pri. colum.extra de teſtibus.& refert ibi Panorm.in verſiculo adhuc plus dico,quod adulterium,vel fornicatio probata erit, ſi uir,& mulier reperiantur in loco ſecreto ſe oſculantes, & amplexantes, quia iſti ſunt actus propinqui ad coitum, quia traditio oſculi arguit amicitiam, & familiaritatẽ inter deoſculãtes: & illa quæ aliquem deoſculatur videtur præbere cõſenſum ad actum cap.pacem.de conſecratio.diſtinctio. 2.maxime,quando ſunt loco ſecreto,& ſuſpecto:oſculum laſciuũ dicitur eſſe ĩcitatiuum libidinis cum mulier,ex qualibet parte corporis poſſit corrumpi dicto capit.nec aliqua.refert præterea Bart.in l.fur manifeſtus,ff.de furt.quod ſi aliquis deprehendatur in domo alicuius,in qua eſt mulier pulchra, & iuuenis,certe ex eo redditur adulterium notorium, & manifeſtum,licet nõ fuerint reperti in actu,uel ſi mulier reperta fuerit iacens cum uiro aliquo quanuis nil aliud faciant, tamen illud ſufficit ad delictum probandum. gloſſa eſt in loco peregrino in l.Caij.Caſſij.in verbo iacuit. ff. de fideicommiſſariis libertatibus,& idem tenet Bart.in præallegata. l.quod ait lex. ff.ad legem Iuliam de adulteriis, ubi dicit quod per iſta præparatoria & alia veriſimilia probatur adulterium : quia ubi probatio eſt difficilis, ſufficit probatio per coniecturas. Sicut dicimus de furto,& aliis caſibus clandeſtinis, qui per coniecturas probantur argumẽto.l.non omnes.a barbaris,ff.de re mili.quia in his,quæ a communiteraccidentibus difficilis eſt probatio,ſufficit probatioper cõiecturas,l.ſi uicinis.C.de nuptijs,& in l.filiũ diffinimus.ff.de his, qui ſunt ſui, vel alie.iur.

Ex quibus infertur, quod ſi ſtatutum dicat, quod maritus licite poſſit occidere adulterum deprehẽſum cum vxore ſua. tale ſtatutum uerificatur etiam ſi reperiatur in præparatoriis adulterij.

Similiter ſi teſtes deponant,quod uiderunt aliquem in loco ſecreto oſculantem, & tangentem impudice mulierem ſatis probatum eſt adulterium, ut etiam decidit Bar.in l.capite quinto.ff.de adulter.& hęc opinio Barto.cõfirmatur a paritate,uel a maioritate rationis, nam ſicut vaſallus priuatur in feudo, propter adulterium cõmiſſum vxorẽ ſui domini, ſic etiam priuatur feudo, ſi reperta fuerit in præparatoriis adulterii,cap.1.quibus mod.feudum amit. vbi dicitur,quod ſi uaſallus concubuerit cum uxore ſui domini etiam ſi illam cognouerit ea voluntate,& attractante, uel cum ea turpiter luſerit glo.exponit,ideſt manus ad pectus uel mammillas poſuerit uel turpi' fecit,quis enim appellat ludos, ex quibus crimina,& dolores zelotopici oriuntur? remanet ergo opinio Bal.verificata,q' vxor propter quaſi indubitata pręparatoria adulterii priuatur dote,ſicut pro vero adulterio.

Contrariam opinionem tenuit Laſ.in l.2.ff.ſolu. matrimonio.ubi per plura iura & rationesconcludit quod vxor reperta in præparatorijs adulterii non debet dote priuari.& iſtam opinionem ſequitur dominus meus Decius in rubri.de ędendo & in rub.de iud.& poſt eum dominus de Ripa qui arguit ad vtrãque partem,nec abſolute in alteram videtur inclinare niſi in caſu ut ſtatim dicam,& iſta opinio Laſonis,& Decii poſſet fortificari tribus rationibus, prima per doctrinam cõmunem legiſtarum.ſ.quod in pœnalibus, & odioſis non fit extenſio de caſu uero ad caſum fictum,hoc eſt pręſumptum. l.ait prętor.§.primo.ff.de nego.geſt.qui tex. allegatur ad hoc, quod verba ſtatuti debent intelligi vere,& non ficte, & ĩ iſtis terminis conſuluit Romanus,in conſi.405.incip.pręſuppoſitis.Sed caſus veri adulterii eſt pœnalis: quia agitur de ſeparatione thori,& priuatione dotis ergo debet fieri iliatio ad caſum præſumptum.

80 Secunda ratio facit, † quia iudex nõ debet imponere delinquenti pœnam priuationis ſui iuris, niſi hoc expreſſe iure caueatur,glo.in cap.fina.in fine magnę gloſſæ de iure patronaiur.

Digitized by Google

tus.sed expresse nō cauetur iure quod vxor propter tactum, vel colloquium,vel oſculum debeat perdere dotē, ergo erubeſcimus,ſine lege loqui.Tertia ratio facit, quia ex præſumtis probationibus non proceditur,maxime vbi cauſa eſſet criminalis,vel mixta, vt in iſto caſu.l.ſciant cuncti. C.de proba. nec videtur obſtare tex.in d.cap.1. quibus modis feud. amitt. vbi præparatoria adulterij arguunt adulterium,quia reſpondetur quod ideo vaſallus priuatur feudo: quia feudum,& vtilitas illius proceſſit a domino ergo ex cauſa leui, & facili reuertitur ad ſuam naturam,id eſt,ad dominū directum. vel aliter reſpondetur, quod vaſallus accipiēdo inueſtituram obligatur non committere adulterium cum vxore ſui domini patet,quia de natura iuramenti fidelitatis venit honeſtas: iō vaſallus turpiter ludendo cum vxore domini venit contra ꝓprium iuramentum,ergo tanquam periurus,& indignus debet feudo priuari,quod aliter dicendum eſt in dote,quę a marito non proceſſit:ſed ſolum habet adminiſtrationem: & ſic videtis vtranque opinionem iuribus,& rationibus eſſe firmatam,vnde videamus,quæ iſtarum ſit magis verior in puncto iuris: ratio iſtius concluſionis eſt ſcilicet propter grauitatem adulterii,quia adulterium in mente viri eſt grauius,quam occiſio proprii filii.l.codicillis,§.matre.verſicu. filium noſtrum communem occidit & alia mihi deteriora fecit,ff.de lega.2. exponunt Doctores,id eſt vxorem noſtram cucurbitauit. & quod adulterium ſit grauius in mēte viri,quam occiſio proprij filij.eſt tex.ad literam, in cap. intelleximus. extra de his q occide.vbi propter adulterium ſit fil.ſeparatio a thoro,& nō ꝓp filii homicidium de grauitate adulterii habetur Geneſ. 149.cap.Iaco.loquens Rubē filio ſuo ait, tu es fortitudo mea & prīcipium doloris mei,hoc eſt,dicere licet plures ſuſtinuerim dolores: tamē nunquam talem ſuſtinui,ſicut illum,quē mihi intuliſti coeundo,cū vxore mea,vnde dicit Io. Fab.Inſt. de dona. ꝙ plures ſunt, qui magis vellent eſſe vulnerati,quā talia pati: rem igitur abſurdam feci t Selucus rex Aſię, qui ſuo filio eius vxorem tradidit adulterandam: quia eius perībat amore.

Breuiter non recedatis ab opinione Baldi quicquid per Iaſonem & Decium dictum fuerit in contrarium, per tex.in d. §.quia vero plurimas,& in l.conſenſu.C.de repudiis, quę iura volunt, quod ſi maritus vltra voluntatem ſuam reperiat vxorem ſuam pernoctantem ſine iuſta cauſa in loco ſuſpecto: iſta eſt cauſa, propter quam de iure ciuili fit ſeparatio
81 thori: † quia contra mulierem de nocte vagantem habetur mala præſumptio: quia tenebræ noctis ſunt aptiores ad malum committendum,l.1.ff.de ventre inſpiciendo iuxta illud nocte vagatur adulter.& mulier,quæ ſe reperit in loco ſecreto de nocte cum iuuene maſculo, certe nullam legitimam & veriſſimilem excuſationem adducere poteſt, quod non venerit ad male agendum:quia qui male agit, odit lucem. Cæſar enim vxorem ſuam Pompeiam non tamen in adulterio deprehenſam repudiauit, ſed quia tempore noctis in ſuſpicione adulterij reperta fuit,quod tamen iure abrogatum eſt pontificio: idem etiam dicendum eſt de vxore accedente marito ignorante, & inuito ad balena cū viris, vel ad conuiuia,quæ fœminis interdicta ſunt gl.in cap.non oportet. 81. diſtinc.& in l.fina.In verſicu. commune lauacrum cum viris libidinis cauſa.C.de repud.ſi igitur propter iſta fiat ſeparatio thori ergo multo magis procedi poteſt ad priuationem dotis: ſed non eundo per emendicata ſuffragia ego aliter retorqueo tex.in d.cap.1.quib.mod.feu. quia ſi vaſallus qui minus eſt adſtrictus ſeruare honeſtatem, & fidelitatem domino priuetur feudo propter iſta pręparatoria: ergo multofortius ꝓpter iſta pręludia veneris vxor debet dote priuari,quæ eſt magis adſtricta ſeruare fidelitatem marito cum adhoc teneatur lege diuina,& ſic pro opinione Baldi concludite, quod vxor quę reperta eſt in indubitatis indicijs, ſeu præparatoris adulterij, & non leuibus debet dote priuari, ſed quæ dicantur leuia,vel indubitata præparatoria, hoc enim remanet in arbitrio iudicis,quę opinio procederet maxime quando maritus prohibuiſſet vxori ne cum tali ſibi ſuſpecto loqueretur, ne in tali loco ſuſpecto ſe reperiret.

Prædicta concluſio limitatur quatuor modis:primo quando vxor patitur ſe tangi,vel alloqui,vel deoſculari cauſa libinis: ſecꝰ ſi hoc facit cauſa charitatis,vel amicitię, vel propter infirmitatem,vel propter aliam iuſtam cauſam: quia iſto caſu non priuaretur dote,nec fieret ſeparatio thori, caſus eſt in argumentum in l.fin.C.de repud.in verbo libidinis cauſa: ergo ſi alia cauſa quam libidinis faciat, non debet pati pœnā, & tūc procedit opinio Iaſonis,& Decij: illa autē opinio Bar. Bald.& Fel.procedit,quando mulier in loco ſecreto,& ſuſpecto per maritum reperitur in tactu,vel colloquio,vel oſculo luxurioſis, & inhoneſtis ita quod iſta præparatoria marito, & iudici reputantur indubitata, puta, quia data opera vxor, marito abſente,vel ignorante, de nocte aliquem in domum ſuam introducit,vel e contrario vxor fuit ingreſſa hora ſuſpecta domum alicuius, de quo maritus habebat paſſionem in animo:quia de illo timebat, & ſuſpicabatur, quoniam timor,& ſuſpicio ſunt paſſiones animi. iſto caſu quoad priuationem dotis adulterium verum, & præſumptum non iudicantur ad imparia.

Secundo limitatur,vt non procedat in clericis,vel aliis reli
82 gioſis,qui non præſumuntur tangere mulieres, vel illas alloqui & oſculari cauſa libidinis: ſed potius cauſa amicitię, & charitatis & examinationis ſuarum conſcientiarum,ita dicit glo.in cap.abſit.11.quæſt.3.quæ dicit, quod ſi clericus amplectatur mulierem in dubio non præſumitur hoc facere cauſa libidinis,ſed potiꝰ cauſa eam benedicendi,ſed vos aduertite, quia iſta limitatio non eſt vera per tex.in capit.non oportet. 81.diſtinct.vbi dicitur quod clerici prohibentur intrare commune lauachrum cum mulieribus propter ſuſpicionem: ergo a fortiori prohibentur illas alloqui,& deoſculari.& illam gloſ.in dicto cap.abſit.reprobant Doctores, in l neque natales.C.de probatio.de religioſis, monachis hoc a iure indubi-
83 tatum eſt † quod fœminas oſculari prohibentur, ut eſt text. ad literam,in cap.monachi.de conſecratione diſtinct. quarta. & ſi contingat religioſum loqui cum aliqua muliere caueat, ne intente eam reſpiciat, vel minus blande cum ea loquatur,ſed alloquenti paucis uerbis ſatisfaciat:& cum illa eius ſermo debet eſſet breuis,& rigidus.

Tertio limitatur, vt procedat quando maritus vxori ſuæ ſeruaret ſimilem honeſtatem: ſecus ſi impudice tangeret, & alloqueretur,vel deoſcularetur mulieres alienas cauſa *libidi*nis,tunc marito agenti ad dotem pro iſtis pręparatoriis repli cabitur,de ſimili delicto per d.l.viro,atque vxore : quia quoad punitionem adulterii vir,& uxor ad paria iudicantur notatur in cap.intelleximus,extra de adulte.quia nihil licet hominibus,quin liceat mulieribus, maxime quoad thori ſeparationem,quoniam in his cenſentur eiuſdem conditionis,ut dicit tex.in c.pręcepit dominus.32. q. v.

Quarto, & vltimo limitatur, vt procedat quando in tali patria non eſt conſuetudo loquendi,uel tangendi, vel deoſculandi mulieres tunc uxor bene perderet dotē,vt in Hyſpania Cathalonia:& Lombardia,in quibus amantes deoſculātur manus ſuas ad miſericordiam mulierum, ſecus eſt autem quando in illa patria eſſet conſuetudo loquendi,tangendi,& oſculandi, manuſque ad pectus ponendi, prout commune eſt in pluribus partibus,propter iſta non priuaretur dote, qa conſuetudo etiam iniqua excuſat a pœna temporali,licet nō excuſet a pœna ſpirituali,ut notant Panormit. & Doctores, in gl.capituli cum venerabilis.extra de conſuetudine, ratio eſt: quia uſum longeuæ conſuetudinis non eſſe vilem authoritatem iura ciuilia,& canonica teſtantur, vt habetur. Codi. quę ſit longa conſuetudo & in capitu.conſuetudinis.diſtinct. vndecima.

84 Ego autem puto iſtam limitationem non eſſe veram:† qa omnis conſuetudo debet eſſedeces, honeſta, & expediens. cap.maiores.de baptiſmo. non enim iſte eſt vſus, ſed abuſꝰ, immo potius corruptela, quam cōſuetudo non ſolum eſt. c. mala autem conſuetudo. octaua diſtinctio. talis enim conſuetudo non ſolum eſt contraria honeſtati, verum etiam nutritiua peccati,nec ratione longi vſus poteſt fieri licitum qđ alias erat illicitum,quia tanto grauiora ſunt peccata quanto diutius infœlicem animam detinēt alligatam,cap.cum ī eccleſia.de ſymo.& in cap.cum tanto.de conſuetud. diturnitas enim temporis peccatum non minuit,ſed augmentat.c.non ſatis de ſymo.nec delinquentem excuſat, immo de peccato veniali facit mortale.capi.unum horarium,§.criminis. 25.diſtin.nec confirmantur conſuetudines male adinuentæ, §.i.in Authentico,vt nulli iudicū. quia cū canones, & ſanctiones ſanctorum patrum tradunt regulam recte viuendi ſecundū eccleſiaſticam diſciplinam,in cap.regula.& in capi. canon.3. diſtinct ergo conſuetudo,quæ obuiat talibus canonicis inſtitutis,vel quę eſt contra normam eccleſiaſticæ diſcipline dicitur irrationabilis,& dicit tex.in cap.conſuetudo. 1.diſtinctio. quod conſuetudines debent congruere religioni, & diſciplinæ eccleſiaſticæ,& ſi illis contrarientur ſunt improbandę,ca. 2.de tempo.ordina. quia tendunt contra finem, & ſubiectū iuris canonici,& diuini,quod eſt fœlicitas animæ ſpectat.n. ad legem canonicam dirigere hominem ī Deum,ut dicit gl. in capitu.cum contingat.de iureiur.ſed illa conſuetudo quæ ad talem finem non tendit non rationabilis,ſed irrationabilis dicenda eſt,ut in prælegato.capit. conſuetudo.non enim attendendum eſt,quid ante nos homines faciendum putauerunt,ſed quid Chriſtus,qui ante omnes eſt prior fecerit & iuſſit.& ſic non hominis conſuetudinem, ſed dei veritatem ſeq oportet ergo non exemplis,ſed iuribus vtendum eſt. capit.ſana.9.diſtinct.& in l.nemo.C.de ſenten.& interlocut. ex quibus patet, quod talis conſuetudo tangendi vel loquendi &

deoſcu-

Digitized by Google

deoſculãdi mulieres luxurioſe per clericos aut alios religioſos ex quo eſt contra canouica inſtituta, & nutritiua peccati adulterij non excuſaret vxorem.a pœna temporali,vt eſt textus multum ſingula.in capitulo ex parte veſtra. in verſiculo quid ſi vir dicatur vxorem : quæ de violatu,extra de conſuetudine.

Poſtremo poſtquam viſum fuit de pœnis criminalibus,& ciuilibus deſcendentibus ex adulterio,reſtat videndum intra quod tẽpus debet intẽtari huius criminis accuſatio. Breuiter ad intelligentiam iſtius articuli prẽmittatis vnam ſingularẽ iuris,videlicet, quod lex Iulia de adulteriis introducit primũ caput adulterij per quod duntaxat punitur violator alterius
85 thori. † & tale primum caput ſtatuit accuſationem adulterij debere fieri infra quinque annos vt eſt caſus expreſſe,in l.quinquennium.& in l.vim paſſus.§.prẽſcriptionem, ff.de adulter. vnde elapſo quinquennio,expiraret.vt in dictis iuribus. Demum in alia lege addit primo capiti ſecundum caput adulterij dicens poſſe accuſari adulterio non ſolum illum,qui carnale adulterium commiſit, verum etiam illum qui domum prẽbuit,vel hortum vt in eis adulterium committatur vt eſt caſus in lege qui domum.ff.de adulterij.& appellatione domus continetur omnis habitatio vt ibi dicit text. & idem facit tex.in l.auxilium.§.in delictis.ff,de minoribus.vbi dicitur, quod ſi minor commiſerit adulterium,vel fuit ĩ cauſa quod adulterium committeretur : quia prẽſtitit auxilium, vel domum non habet reſtitutionem in integrum ratione minoris ætatis:& accuſatio adulterij datur & competit contra omnes cuiuſcunque conditionis,aut ætatis ſint excepto impubere,in quem impuberem doli capacem.cadit omne delictum adulterij vt eſt caſus in lege ſi minor annis,Digeſtis.de adulte.

Dubitatur modo nonne accuſatione introductæ ex hoc ſecundo capite addito ad primum ſimpliciter ſine alia præfinitione temporis intelligatur prẽfixum , & repetitum tempus quinque annorum , ſicut erat in primo capite.† & breuiter
86 concludite quod ſic, caſus eſt in l.mariti Lenocinium. §. hoc quinquennium. ff. de adulter.ea ratione , quia determinatio adiecta legali determinationi, cui fit additio, cenſetur tacite repetita in alia diſpoſitione addente ſecundum Bartolũ per illum tex.in lege regula.ff.de iuris , & facti ignor.vbi concludit quod clauſula poſita in præcedentis legis diſpoſitione intelligitur tacite repetita in diſpoſitione ſequentis legis maxime,quando identitas rationis , quæ concurrit ſuadet fieri repetitionẽ *in* vtroque caſu , vel etiam propter euitandam abſurditatem prout dicimus. de quærela inofficioſi teſtamenti, quę fuit adinuenta contra parentes,qui in vltima voluntate totum eorum patrimonium alijs concedunt: nam talis quærela debet intentari infra quinquẽnium.demum alia lex addidit ipſi priori legi quęrelam inofficioſæ donationis contra parentes facientes immenſam donationem per quam contra officium pietatis alij filij erant fraudati: ideo quęrebatur, an illud tempus quinquennij , quod erat prẽfixum in quærela inofficioſi teſtamenti videtur tacite repetitum in conſtitutione addente hoc eſt in quærela inofficioſæ donationis , & imperator Conſtantinus in lege fina. Codice.de inofficio.donatio. dicit , quod ſic,quia iſte duę quęrelę in hoc aſſimilantur.patet ergo ex prędictis , quod accuſatio quę fit ex primo capite adulterij,uel ex ſecundo debet intẽtari infra quinquennium,quo elapſo extinguitur.& iſta videtur eſſe verior opinio de iure quam ſequitur dominus Gulielmus de monte Ferrato.in commento pragmaticæ ſanctionis circa mediũ tertiæ partis.

Plura alia ſuper iſta materia dici poſſent maxime ſuper probatione veri & prẽſumpti adultetij, nec etiam aliter curo in ſiſtere eo quod Ioannes Fabri.in §.ex non ſcripto.de iure natu. gent. & in lege prima. Codice. quę ſit longa conſuetudo.
88 † & Ioannes Berberij in ſuo iuris viatorio, in verbo adulterium. referunt , quod licet iſtud delictum magis cœteris frequentetur: tamen quod in prẽſenti regno ceſſante violentia adulteria non puniuntur criminaliter , immo refert idem Berberij in titulo de adulterijs, quod fuit arreſto parlamenti Pariſijs dictum,quod contra adulterium non poſſit procedi, niſi vxor , vel maritus conquæratur ſecundum glo. in pragmatica ſanctione in titu. de concubinis in fi.& in §. item lex Iulia de adulterijs Inſtitutio. de public. iudic.ſubijciens quod in hoc regno adulterium reputatur pro induſtria,prout ipſe ex pluribus comprobat.Immo multi ſunt,qui cum talia fecerint etiam clerici iactanter gloriantur , quorum pœna apud Deum ſecundum theologos graniſſima reputatur.& in capi. quam ſit extra de exceſſibus prẽlato. & hoc notat Panormit. in capitulo cum ſuper extra de confeſſis, vbi dicit quod clericus , qui publice gloriatur de delicto commiſſo per eum, poteſt puniri a ſuo officiali abſque alia accuſatione, non ergo glorietur adulter in ſua ſpurcitia , ſed in domino glorietur,vt legitur Hieremiæ.nono capitulo. vos igitur honorandiſſimi fratres cauete ne aliquando in tam letali periculo adulterij reperiatis ex quo ſecundum leges ciuiles homicidia pro eo remanent impunita,ſcire enim debetis , quod amor inhoneſtus facit homines committere omne nephas , quoniam furore amoris nihil eſt vehementius , vt dicit textus,in §.illud in Authentico quibus modis natur. effician. legiti. & ibi gloſ.vnde Salamon ex nimia mulierum conuerſatione cẽpit idola adorare vt legitur. tertio Regum , capitulo vndecimo.& in capitulo Salomon.trigeſima ſecunda quæſtio.quarta.vbi contra eum ira Dei ſuperuenit in tantum, quod regnũ illius fuit diuiſum.& maxima plaga in populo ſecuta eſt,legitur etiam Eccleſiaſtes. decimono. capitulo quod vinum , & mulieres faciunt apoſtatare ſapientes. & dicit Alber. de Roſa.in lege fœdiſſime.per illum tex. C.de poſtliminio reuer. ꝙ vita meretricum miſerabilis eſt:& qui eam ſequuntur,vitam turpiſſimam eligere videntur.

Vix me retrahere poſſum quin tantum mileſimam partem vitiorum quarundam fœminarum. Breuiter exprimam ex quo earum genus eſt uenenoſum,& luxurioſum,vt in futurum a circunuentione illarum vos conſeruetis:& ne etiam conſilijs,& pollicitationibus adhæreatis : quia varię mutabiles , inconſtantes ſunt , ut in capitulo forus. de verborum ſignification.quicquid pollicentur hoc faciunt, vel propter luxuriam,vel propter auaritiam: quia lex prẽſumit mulierem luxurioſam, & auaram. lege fina. Codi. de repud. & in lege ſed ſi ego.Digeſtis ad Velleianum.Immo lex ciuilis prẽſumit eam eſſe tam immoderatam,& interpretatam:vt vitę etiam filiorum ſuorum inſidietur. l.lex, quę tutores.§.lex. C.de adminiſtratio.tutorum.Fugite illius conſortium , quoniam refert Eccleſiaſticus. vigeſimoquinto capitulo,quod ſicut non eſt caput nequius ſuper caput colubri , ſic nec ira ſuper iram mulieris. Immo plus placebit commorari cum dracone , & leone quã habitare cum muliere nequam, quæ garrula , & linguoſa eſt: vbi deberet eſſe verecunda & pauciloqua, ut dicitur in l.in coniunctione. C.de nupt. & ſi obtineat priuatũ, hoc eſt,ſit in aliqua nobilitate erit contraria marito & ſi ſit Zelotipa breuis eſt omnis alia malitia ſuper malitiam mulierum.Refertque Alber.quod mulier eſt dux malorum, ſcelerum artifex , propter cuius incontinentiam tot ſtupra nephandiſſima in ciuitatibus committuntur , illa eſt , quę iter mali,& mortis vocatur,illa eſt ſerpentis diſcipula,conſiliaria diaboli,fons deceptionis: & propter eam omnium rerum calamitas inducitur, & ſecundum Originem vocatur peccati, mater & delicti, arma diaboli . expulſio paradiſi . hominem ad confuſionem inducit impedimentum viri vocatur , vas adulterij , animal peſſimum , pondus grauiſſimum , aſpis inſanabilis : damnum inferens quotidianum, ianua diaboli, cauda ſcorpionis, & vulnus inſanabile vocatur : beſtia inſatiabilis:continua ſolicitudo,naſragium incontinentis viri,ſę tor continuus .

Vnde fœmina denominatur a uiliori parte ſui corporis, ſcilicet,ab inferiori parte fœmorum. Prẽterea eſt ſuperbia incomparabilis,carens lege, modo, & ratione,mel in ore habet , ſed in corde venenum , & deceptionem , animam corrumpit,burſas euacuat,impedimentum eſt doctrinę, perturbatio eſt ſcholarium , vocaturque mater culpę , radix vitiorum,diciturque principum,& finis cuiuſlibet mali, ut habetur in capitulo vigeſimoquinto. & legitur etiam prouerbiorum.23.cap.quod meretrix eſt fouea profunda,& puteus anguſtus, inſidiatur aliena in via quaſi latro , & quos in cautos inuenerit interficit, nihil ergo infeſta muliere crudelius,conſeruetis vos, & a carnib. veſtris abſcindite illam , nec vobis a cœtero abutatur. tales enim meretrices fictis adulationibus viros etiam honeſtiſſimos decipiunt, ut dicit tex. in l.2. C. de donatio.inter virum & vxorem.habet plura ſubtilia attracta mẽta,ac infinitas malitias, & ſubtilitates pernicioſas ad ſcholares decipiendos , quas in volumine etiam ampliſſimo numerare difficile eſſet , non ergo immerito nomen conuenit diffinitioni,quia mulier non ſolum a mollitiæ dicitur,verum etiam a mulceo mulces quaſi viros maxime ſcholares mulcens,non tantum in ſanguine, ſed etiam in burſa. Reſecãdæ. ergo ſunt tales putridæ carnes,ut dicit tex.in d.c.reſecandæ.

De ſacrilegio. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Fornicans cum religioſa dicitur ſacrilegium committere.*
2 *Mulieris qualitas in puniendis clericis ob fornicationem ſemper eſt conſideranda : quia qualitas annexa aggrauat delictum.*
3 *Monialem carnaliter cognoſcens vno inſtanti tria delicta committit adul-*

Digitized by Google

terium, incestum, & sacrilegium, & similiter committit stuprum.

4 *Monialem cognoscens, qua pœna debet puniri in foro conscientiæ, & contentioso.*

5 *Monialem cognoscens a simplici sacerdote non potest absolui, sed est casus episcopalis sicut in crimine incestus.*

6 *Laicus monialem cognoscens de iure canonico debet excommunicari de iure ciuili vltimo supplicio debet plecti, eius bona monasterio applicari; clericus vero debet deponi ab officio, & in monasterio detrudi.*

Ad sacrilegium quod est Secūda species fornicationis descendamus. & breuiter dicitur esse fornicatio illicita damnabiliter contracta contra votum religionis, vel ordinis. Vnde si solutus cum religiosa, quæ Deo est dedicata per ingressum religionis, & professionis fornicationem commiserit, vel etiam si religiosus cum soluta fuerit fornicatus: his enim casibus, & similibus sacrilegium committi dicitur: idem dicendum est de presbytero, qui per votum ordinis Deo dedicatur † ideo
1 si presbyter, vel religiosus cum sanctimoniali, vel alias Deo dedicata fornicatus fuerit, duplex sacrilegium committit: si vero vxoratus religiosam carnaliter cognouerit, vel presbyter, aut religiosus cum vxorata fornicatus fuerit: isto casu geminabitur delictum: vnde sacrilegium simul cum adulterio dicetur: sed verius est, vt dicam istam decisionem procedere in monacho, aut alio religioso fornicante, quo casu bene diceretur sacrilegium duplici ratione: prima: quia violat sacramentum, cum dicatur persona sacra: secunda ratio quia venit contra expressum votum scilicet castitatis ad quod omnes facientes professionem obligantur: ideo sacrilegium dicuntur committere: sed aliud est in clerico, aut alio presbytero seculari, qui in assumptione ordinum tacite tantum deuouet continentiam, & non expresse: ergo non tam grauiter peccat: vnde in eo non dicetur sacrilegium, nec pro eo venit puniendus, sicut religiosus, sed solum punietur de simplici fornicatione, vel de stupro, vel addulterio secundum conditionem, & qualitatem personæ cum qua fornicatus
2 fuerit † quia in puniendo clericos propter fornicationem: qualitas mulieris semper venit considerandа: quia qualitates annexę, & circunstantiæ aggrauant delictum, & vbi delictum est graue, grauior debet esse punitio. c. excommunicamus, §. credentes. ver. sane. de hæreti.

Dubitatur an cognoscens carnaliter monialē, aut aliam religiosam professam dicatur simpliter committere fornicationē, vel stuprum, vel adulterium, vel sacrilegium, vel incestum ita, quod possit procedi contra eum, tanquam contra incestuosum.

Breuiter canonistæ concludunt, quod sic, & dicunt ita fuisse decisum in concilio Driburnensi, vt habetur trasumptiue in capitulo virginibus. vigesimaseptima quęstione prima. vbi textus dicit, quod cognoscētes moniales debent priuari communione. & ponderetis ibi tex. in verbo fœdera incesta, sa-
3 crilega: nam dicit ibi glo. † quod accedens ad monialem vno instanti committit tria delicta, & hoc expresse decidit Panormita. in capitulo monasterio. extra de vita, & honestate clericorum, quem sequitur dominus meus Decius in consilio tricentesimo trigesimo octauo. in tertio volumine primo committit adulterium, quia sponsam Christi violat: & ita committur adulterium cum sponsa, sicut cum vxore carnaliter cognita, ut tenet Baldus in Margarita Innocentii in verbo adulterium, qui allegat Innocentium hoc dicentem, in capitulo discretionem. extra de eo qui cognouit consanguineam vxoris suæ: secundo committit incestum, qui committitur cum affinibus, sicut cum consanguineis, dicto capitulo de incestis. trigesimaquinta quęstione quarta. sed in monialibus dicitur esse quædā affinitas spiritualis: quia est spōsa Christi, qui est pater noster & nos sumus sui filij. ergo, qui eius sponsam violat, dicitur incestum committere. tertio. cognoscens monialem dicitur sacrilegium committere: quia monialis dicitur persona sacra. dicto capitulo virginibus. & notate, quod licet pro quolibet crimine istorum imponatur a iure diuersa pœna: tamen effectualiter ille non punietur, nisi pro vno delicto, & pro omnibus. poterit tamen de omnibus accusari, ut Christi notat glo. in d.c. virginibus. quam sequitur Abbas in d.c. at si clerici. colum. 12. & in c. pe. in 3. notabili. de purgat. cano. cuius pœna est, ut infra dicam, vt deponatur, & in monasterium, seu carcerem ad tempus detrudatur iuxta delicti continuationem, & qualitatem. Addite etiā vltra prædicta, quod cognoscens monialem incidit similiter in crimen stupri ex quo imreconsultus dicit in lege inter liberas, §. stuprum. & in lege stuprum. Digestis. de adulter. quod stuprum committitur in virgine honeste viuente: ergo etiam committet monialiq; est virgo Christi & ecclesiastice viuit.

Sed qua pœna venit puniendus cognoscens carnaliter monialem super isto articulo Canonistæ solent distinguere, quod aut loquimur de punitione, quæ fit in foro conscientię:
4 & tunc licet pœnitentiæ sint arbitrariæ, vt superius dixi tamē pro isto delicto inducta est specialis pœna scilicet excommunicationis, & si talis delinquens sit religiosus, vel religiosa debet a consortio aliorum monachorum, seu monialium separari: si tamen ille, qui tale delictum perpetrauit sit laicus est excommunicatus, nec vlterius debet recipi ad communionem, nisi publicam, & concedentem fecerit pœnitentiam, vt notatur in capitu. impudicas. vigesimaseptima quæstione prima. quia tale sacrilegium carnale dum tamen perpetretur, secundum naturam est destabile, & punibile cœteteris delictis carnalibus, vt late notatur, in capitu adulterij. vigesimasecunda quæstione septima. & ideo violatores talium monalium sacrilegi dicuntur eosque filios perditionis Apostolus appellat, vt expresse decisum fuit in concilio Arelatensi, quod describitur, in capitu. sciendum. vigesimaseptima quęstione prima. sed quicquid dicatur, ego semper fui istius opinionis, quod in foro pœnitentiali in talibus delictis pœnitentia est arbitraria dum tamen delinquens confiteatur
5 Episcopo: † quoniam casus iste est episcopalis: nec potest relaxari a simplici sacerdote, nisi in casu necessitatis: sicut in crimine incœstuosi, ut statim dicam.

Si vero agatur de pœnitentia imponenda secundum Canonistas, & sic in foro contentioso, tunc si laicus est, qui tale
6 delictum cum religiosa perpetrauerit, debet excommunicari, vt est tex. in cap. si qua monacharum, 27. q. 1. si vero fit clericus, certe debet deponi, ut est expresse decisum in 6. Synodo Nicena, quæ describitur, in c. si quis Episcopus. eadem quę stione, vbi habetur, quod si Episcopus, aut alius inferior sacerdos monialem carnaliter cognouerit debet ab officio deponi, & in monasterio detrudi, ut in dicto capitu. si qua monacharum. sed secundum legem ciuilem cognoscens monialem, si est laicus debet puniri pœna vltimi supplicij, & bona sua applicantur monasterio prędictę monialis per text. in §. penultimo. in Authentico de sanctissimis Episcopis, colla. 9. quę decisio iuris ciuilis est canonizata. in capitu. si quis rapuerit. 27. q. j. qui est tex. multum singularis. Monialis autē, quę carnaliter passa est se cognosci, de suo monasterio debet extrahi, & in alio debet recludi, vt securius seruetur, nec in tali crimine reincidat, & ista videtur esse verior resolutio.

De incæstu. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Diffinitio incestus, & cum quibus committitur incestus crimen committitur vsque ad quartum gradum consanguinitatis vel affinitatis, quia ad illos gradus prohibentur matrimonia in transuersalibus.*

2 *Incestus committitur cum affinibus spiritualibus sicut cum carnalibus.*

3 *Presbyter cognoscens filiam spiritualem, quam audiuit de confessione, uel quam baptizauit, committit incestum.*

4 *Affinitas contrahitur per coitum fornicarium.*

5 *Incestuosus, & nepharius differunt.*

6 *Incestuosi quibus pœnis iure canonico, vel ciuili puniantur.*

7 *Incestuosi non præsumuntur constantes in fide sed a communione christianorum repelluntur.*

8 *Incestuosi institui non possunt, nec eis aliquid in testamento, vel inter viuos relinqui potest.*

9 *Incestuosi ipso iure priuantur dominio suorum bonorum nec testari possunt, nec ab intestato succedere, nec iure ciuili possunt in aliquo succedere patri, uel matri.*

10 *Incestuosi non possunt legitimari per matrimonium: secus per rescriptum cum clausula derogatoria.*

11 *Differentia inter legitimationem, & dispensationem.*

12 *Incestas nuptias contrahens statim, id est, ipso iure priuatur dominio bonorum suorum: nec in hoc requiritur sententia priuationis.*

13 *Verbum futuri temporis licet intelligatur per sentētiā, tamen quādo huic verbo futuri temporis adduntur ista verba mox, illico eo ipso cadat ipso iure omnibus modis, funditus, incontinenti, non requiritur sententia.*

14 *Vasallus contrahens incestas nuptias ipso iure est priuatus feudo, nec illud potest recuperare, licet super incestu dispensatum fuerit quod est verum, si dolose nuptias incestas contraxerit.*

15 *Cognoscens carnaliter commatrem suam vxoratam ipse, & commater debent plecti pœna capitali secundum vnam opinionem.*

16 *Crimen incestus non præsumitur, quinquennio sicut crimen adulterii.*

17 *Incestus pœna non est ultimi supplicii sicut adulterium, sed est pœna deportationis tantum, & est communis opinio per l. si quis viduam, in verbo deportandus erit. ff. de quæstionibus.*

Incestas

Digitized by Google

18 *Incæstas nuptias scienter contrahens vltra separationem punitur in hoc: quia quandiu uiuet cum aliis non potest contrahere matrimonium.*

19 *Incæstus commissus per clericum in pœnitentiali foro quomodo sit punitus.*

20 *Papa super primo vel secundo gradu consanguinitatis vel affinitatis dispensare non potest: quia gradus illi lege diuina sunt prohibiti.*

21 *Clericus, qui iactanter confitetur, se cognouisse mulierem: licet verum non sit, sine alia probatione arbitrio Episcopi debet suspendi ab officio, & beneficio.*

22 *Clericus pro incæstu simplici, vel qualificato debet priuari, & deponi omnibus ecclesiasticis officiis, & beneficiis.*

23 *Incestus crimen qualificatum est maius simplici adulterio.*

24 *Iudex ecclesiasticus non debet cum clerico componere de crimine, quod requirit depositionem.*

25 *Filiæ, & filii spirituales qui dicuntur.*

26 *Filius presbyteri non potest ducere in vxorem illam quam eius pater baptizauit.*

27 *Presbyter cognoscens filiam spiritualem diuersis pœnis debet puniri.*

28 *Presbyter potest audire de confessione, & absoluere cõcubibam, cum qua commisit adulterium, uel fornicationem & ei pœnitentiam dare etiã pro illo peccato commisso cum ea.*

29 *Filii nati ex sacerdote non dicuntur ex incesto nati, nec talis coitus dicitur incæstuosus.*

30 *Presbyter cognoscens solutam dicitur tantum committere simplicem fornicationem.*

31 *Intellectus gl. legis 2. C. de epis. & cler.*

32 *Incestus quomodo puniebatur ex lege veteris, & noui testamenti.*

33 *Pœna, quæ a iure ciuili pro crimine incestus infligitur non habet locum pro incestu postea introducto de iure canonico.*

34 *Incestus crimen an sit mere ecclesiasticum, uel seculare, uel mixtum, distinguitur.*

35 *Incestus ignoranter commissus in figura matrimonii si incestuosus, mox quam sciuerit impedimentum esse, desistat a talibus nuptiis ante accusationem, nullomodo punitur de incestu, secus si scienter contraxerit.*

36 *Incestus commissus extra figuram matrimonii siue scienter siue ignoranter semper punitur: quia dabat operam rei illicitæ.*

37 *Absolutio criminis incestus ad episcopum & non ad simplicem sacerdotẽ spectat.*

38 *Episcopus licet solus absoluat de incestu, tamen super incestu dispensare non potest.*

Ad tertiam speciem fornicationis, scilicet, ad incœstum transeamus: & proprie incœstus secundum Summistas dicitur omnis coitus perpetratus cum consanguineis, vel affinibus, transuersalibus, cuiuscunque gradus, aut sexus existant vt expresse notat glo. in rubrica.

1 Codice. de incœst. nup. vel aliter diffiniatis, † incœstus dicitur eo esse commixtio alicuius cum ea, quæ consanguinitatis, vel affininitatis gradu sibi attinere dicitur: vnde Gelasius Papa in capitulo lex illa prẽteritorum principum. trigesima sexta. quæstione prima. in §. incœstus, dicit, quod incœstus dicitur coitus habitus cum persona consanguinea, vel affine.

Merito incœstuosi dicuntur, qui consanguineis vel affinibus abutuntur & generaliter dicatis, quod istud crimen committitur cum ea cum qua alias de iure matrimonium esset illicitum vt cum matre vel cum sorore vel cum nepte vel

2 cum alia consanguinea, † & sicut istud crimen committitur vsque ad quartum gradum consanguinitatis, ita etiam committur vsque ad quartum gradum affinitatis: quia matrimonium prohibetur inter affines sicut inter coniunctos sanguine in gradibus supradictis, quod est verum quoad transuersales: quia in illis nuptiæ vsque ad illum gradum prohibitæ sunt, ut in capitulo non debet, extra de consanguinitate & affinitate.

Sed quoad ascendentes, & descendentes prohitæ sunt in infinitum. lege nuptię consistere. & lege adoptiuus, paragrapho. nunc videamus. Digestis. de riptu nuptiarum, & in lege non facile. paragrapho his. Digest. de gradibus cognationum. ita & in capitulo in copulatione, & in capitulo progeniem & in capitulo consanguinitate. trigesimaquinta quæstione tertia. & Hostiensis in summa consanguinita. & affinita. in versiculo vsque ad gradum. & Cardina. in clementi. fina. eodem titulo: & Ioan. Andreas in arbore de consanguinitatis. & in matrimonijs prohibitiuis computatio graduum fit secundum ius canonicum, & non secundum ius ciuile & vbi agitur de causa fornicationis: affines, & consanguinei coniuncti non iudicantur ad imparia. capitu. primo. paragrapho. inquisita. de consanguinita. & affinitate, & ideo si quis fuerit fornicatus cum nouerca vel cum socru vel cum nuru, vel cum priuigna, vel cum sorore vxoris, vel cum duabus sororibus, vel cognata vxoris, vel cum alijs personis affinitate coniunctis dicitur committere incœstum: & ista decisio nedum habet locum in affinibus carnalibus, verum etiã habet locum in affinibus spiritualibus, & sic in coniunctis cognatione spirituali, cum quibus prohibetur matrimoniũ de iure contrahendum: & iam contractum dirimeretur, in capitulo veniens, extra de cognatione spirituali. † & ideo

3 si quis fornicatus fuerit cum commatre sua, vel cum filia illius, vel cum filiola sua, quam de sacro fonte leuauit, vel pater spiritualis, id est, presbyter fornicetur cum filia sua spirituali, quam audiuit de confessione vel quam baptizauit in prædictis casibus sic coeuntes dicuntur committere incœstum: unde sacerdos debere puniri pœna despositionis Abbas in capitulo fina. de purgat. cano. Ioannes de Anania, in capitulo cum dilectus de accusat. & in capitulo significante de adulter. Felinus in dicto capitulo at si clerici. collatio. fina. & ibi Decius collatio. vigesimaprima. versiculo secundo limitatur Ioannes de Salua, in tractatu de beneficio. in tertia parte. in tertia quæstione circa finem.

Sed quia in ista cognatione spirituali non est tam graue delictum sicut in casibus superioribus, in aliis pœnis vltra depositionẽ iniungendis iudex erga talem potest esse mitior & videte rationem quare sacerdotes coeuntes cum filiabus spiritualibus debeant puniri tali pœna, scilicet ne prętetur audacia hæreticis ex delictis eorum: & etiam alia ratione ne frigescente charitate ac timore Dei occasio detur maritis & patribus, uxores & filias retrahendi ab hoc sacramento.

Notent perpetuo canonistæ, quod affinitas contrahitur per simplicem fornicationem, sicut per matrimonium, vt est casus ad literam. & ibi glos. & hoc notat in verbo concubitu. trigesimaquinta. quæstione tertia. & text. in ille capi. de incœstis. enumerat personas affines cum quibus committitur incœstus: & ideo si cognouero aliquam mulierem carnaliter: licet illam possim ducere in vxorem, tamen cum consanguinea illius mulieris vsque ad quartum gradum sine dispensatione nullo modo potero contrahere, obstante affinitate, aliter si cum ea contraxero, vel simpliciter fornicatus fuero, sine dubio incido crimen incœstus. & in capitulo discretionem. de eo qui cogn. consang. vxor, qa quando tractatur de coitu fornicario illi qui procedunt ex affinitate æqui-

4 parantur, † & sic cum affine meretrice scienter coeunte committitur incœstus. & super istis gradibus consanguinitatis vel affinitatis solus Papa dispensat, & non episcopus. capitulo quia circa. & capitulo quod dilectio. de cõsanguinita; & affinita. & ibi hoc notat glo. quod idem dicendum est in legato de latere prout notat glo. in capitulo cum dilectus. de electio. licet episcopi dicant istud ius dispensandi eis fuisse acquisitum ex consuetudine, & male quia ibi demonstratur auaricia ipsorum, vt dicam alibi in Trebeliana officialium. Dicitur autem incœstus a deriuatione uocabuli quasi non castus verbum autem incœsto, quantum attinet ad materiã nostram nihil alium significat, quam cedo, & polluo: vnde Virgilius.

-Totamque incæstat funere classem.

Sed aduertendum est, quod licet coitus incœstuosus, & nepharius dicatur, quando committitur cum consanguineis,

5 vel affinibus, vt superius est dictum: † tamen lata est differẽtia inter istos duos: quia incœstus proprie dicitur, quando committitur cum consangnineis collateralibus, scilicet, cum frater cognoscit carnaliter sororem, vel consobrinam, vel quancunque aliam ex latere collaterali procedentem, tales enim secunnum ueram significationem vocabuli dicuntur incęstuosi. Sed coitus nepharius proprie dicitur quando committitur cum consanguineis ascendentium, vel descendentium, ut si pater carnaliter cognoscat filiam, vel neptem, vel si filius cognoscat matrem vel auiam: isti enim sic delinquentes non proprie incœstuosi, nepharij appellantur prout apud hystoriagraphos de natione scortorum legitur qui propriam coniugem non habent, sed, referente Hieronymo, cum quibus volunt coeunt, more pecudum, vt de Persis, & Medis, & Indis, & de Ethiopibus legitur, qui cum matribus, filiabus, & neptibus, & cum aliis consanguineis copulantur non facientes differentiam inter extraneam mulierem, & consanguineam, seu affinem: sed indifferenter coeunt, cum quibus libidinosa voluntas, & affectus impudicus perducit, isti enim asinis, iumentis, canibus, auibus, ac alijs brutis animalibus æquiparantur, qui in coeundo nullam seruant consanguinitatem, vt supra dixi, & istam differentiam prout glo. in rub. C. de incest. nup. & idem glo. in clem. j. de consanguini. & affinit. & magis reprobatur coitus nepharius, quam incœstuosus, vnde qui cum ascendentibus, vel descendentib. matrimonium contrahit nuptias nepharias contraxisse dicitur q uero cum transuersalibus contrahit incœstas nuptias copulasse videtur: pro qua differentia orta est illa rub. C. de incęst.

Digitized by Google

& nepharijs nuptijs : & in Authentico eodem titulo §.non ergo,Inſtit.de nupt. Sed attendite,ſi placet, quia contra iſtas gloſſas videtur text. apertus in contrarium, in l.fina. ff.de ritu nupt.vbi Paulus iureconſultus dicit: iuregentium incœſtum committit qui ex gradu aſcendentium vxorem duxerit: prędicta differentia non videtur vera. Sed ſuper hoc multum non inſisto : quomodo quis fornicetur, vel matrimonium contrahat, cum illis, quibus licite non poteſt copulari incœſtum, ſeu incœſtas nuptias contrahere dicitur.

Viſo ergo quid dicatur incœſtus, & cum quibus committatur nunc videndum eſt,quibus pœnis incœſtuoſus puniatur.reſpondetur, quod aut loquitur de pœna priuationis iu-
6 ris,aut de pœna punitionis criminis.† primo caſu omnis ille, qui eſt pollutus macula incœſtus incurrit vtranque infamiam.capitu.conſanguineorum coniunctiones. tertia quæſtione quarta. vbi text. dicit quod incœſtuoſi intantum ſunt odioſi quod eos defendentes, & eis patrocinium præſtantes ſimilem incurrunt infamiam, nec fit differentia in perſona, cum qua tale crimen committitur, ſiue ſit pudica, & bonæ famę, ſiue non : quia etiam cum affine impudica, & meretrice proſtituta committur.

Secundo incœſtuoſi puniuntur in hoc,quia ad quancunque accuſationem non admittuntur : nec etiam in cauſis ciuilibus, vel criminalibus teſtificari poſſunt .de conſanguineorum: quia infamia eos repellit. capitu.infames. in verbo incœſtuoſos,& adulteros.ſexta quæſtione prima. cautela eſt ergo, vt hæc exceptio incœſtuoſitatis obijciatur teſti : quia vbi conſtaret, repelletur a teſtificando ſecundum Speculat. in titulo de actore in verſiculo. item quod ſit incœſtuoſus. quia tales in fide non præſumuntur conſtantes, ſed a communione chriſtianorum repelluntur & inter gentiles & cathecuminos habentur capitu.incœſtuoſi.& in capitu.de hijs qui incœſti pollutione ſe maculant. trigeſimaquinta. quæſti. tertia.nec inter chriſtianos cibum capere debent, & in hoc circa iſta ipſo iure videntur ſuſpenſi ut dicit gloſ.in dicto capitu.de incœſtis.trigeſimaquinta.quæſtione ſecunda.& ſic ad ſimilitudinem criminis læſæ maieſtatis in odium ſcęleris, & patris committentis incœſtum : eius filij ſecundum diſpoſitionem iuris ciuilis ſunt infames, & in perpetua egeſtate ſordeſcere debent,argumento legis quiſquis.Codi.ad legem Iuliam maieſtat. & argumento capitu. vergentis. de hęreticis: quia illo iure tales filij incœſtuoſorum non merentur liberi
7 appellari. † nec in aliquo poſſunt hęredes inſtitui, nec ſimiter eis iure legati vel fideicommiſſi relinqui poteſt & ſi contrarium factum fuerit remouebitur ab eis,tanquam ab indignis & fiſco applicabitur,quod late proſequitur Speculator in titulo de inſtrumento.ęditio.in verſiculooppono:ſed iure hæc opinio Speculatoris, & aliorum ſequacium procedit de ciuili quo iure tales filii incœſtuoſi non ſunt alimentandi: tamen de æquitate canonica filiabus ex incœſtu natis datur dos,quę hoc caſu ſuccedit loco alimentorum: filiis vero maſculis aſſignatur aliquid pro alimentis quoad vixerint tantum, vt concludunt Bartolus & Doctores in Authentica ex complex.C.de incœſtuo.nuptijs prout magis ample iſtum articulum declarabo inf.expediendo textum.

Addite prędictis,quod committens incœſtum efficitur inteſtabilis & intantum procedit in odium iſtius criminis quod ſi teſtamentum fecerit & poſt eius mortem fuerit inquiſi-
8 tum & probatum de incœſtu † certe tale teſtamentum annullabitur ex quo incœſtuoſus ipſo iure priuatur dominio bonorum ſuorum vt ſtatim audietis, nec ſimiliter incœſtuoſi poſſunt eſſe teſtes in teſtamento ſicut de legitimis dicitur. ut notat Baldus in lege cum acutiſſimi.in verſiculo extra nota,quod incœſtuoſi.Codice.de fideicommiſ.nec ab inteſtato poſſunt ſuccedere:& ſic perpetuo reportetis, quod liberi, qui ſunt procreati ex incœſtis nuptijs,vel ex coitu incœſtuoſo iure noſtro Cœſareo ſunt incapaces in bonis patris, & matris, licet iure pontificio conſequantur alimenta tantum : nec etiam poſſunt rumpere, aut dicere teſtamentum nullum ſecundum Albericum de Roſa. in lege ſi ſuſpecta in §. primo. ff.de inofficio. teſtamento,nec etiam poſſunt legitimari per ſubſequens matrimonium ſecundum Cynum in l. Paul. ff. de ſtatu homi.& Bald.in capitu.primo. §. naturales in titulo, ſi de feudo fuerit controueſia inter dominum,& agnatos. & idem ante Baldus,tenuit Speculator in titulo de ſucceſſionibus ab inteſtato.& Baldus poſt eum in lege eam,quam.verſi. legitimati non ſunt in 8.col. C.de fideicommis.alias ſequeretur,quod iſtud crimen incœſtus excluderetur per matrimonium,quod videtur contra textum, in l. non ſolum. ff.de ritu nuptiarum.

Attento,quod liberi incœſtuoſi nõ poſſunt legitimari per ſubſequens matrimonium,an ſtatim poſſint per reſcriptum?
9 Breuiter ſuper iſto articulo diſtinguite vnico verbo † quod aut incœſtuoſus legitimatur per imperatorem : & tunc valet legimatio quoad temporalia tantum. ita concludit Bald. in lege prima.in verſiculo.ſed dubitatur, in ſecunda column. Codice. de iure aureorum annullorum. ea ratione,quia in imperatore ſola voluntas ponitur pro cauſa vt notatur in capitu.cum noſtris,de conceſſio.præben.quod ſecus eſt in comitibus palatinis,& alijs inferioribus.Si vero legitimatio fiat per reſcriptum principis, & tunc non tenet, niſi in reſcripto apponatur clauſula expreſſe derogatoria, vt firmant Cardinalis Alexand.& Canoniſtę, in capitu. per venerabilem extra qui filij ſint legitimi:Ad intelligētiā terminorū aduertēdū eſt quod iſto caſu proprie nō diceretur legitimatio ſed diſpē-
10 ſatio†quia legitimatio ſeu legitimatus dicitur eſſe,qui eſt natus inter eos,inter quos poterat eſſe matrimonium,ut ſi quis ex ſoluto & ſoluta naſcatur & iſte caſus verificatur in baſtardis naturalibus tantum. Sed diſpenſatio ſeu diſpenſatus proprie dicitur qui eſt natus inter eos inter quos non poterat eſſe matrimonium tempore conceptionis,& natiuitatis, & iſta diſpenſatio eſt odioſa quia eſt contra ius commune & in ea nulla poteſt cadere fictio, ſicut in legitimatione, quæ eſt fauorabilis, nec eſt contra commune. & in ea habet locum fictio,cum legitimatus non ſolum fingatur legitime natus,verum etiam fingitur legitime conceptus per textum,ſingularem.in lege qui in prouincia.§.diuus Adrianus,Digeſtis. de ritu nuptiarum. & in caſu prędicto conſulit Petrus de Ancha.in conſilio ducenteſimo quaranteſimoſecundo.incip. tenore priuilegij.quem refert & ſequitur domin. Deci.in conſil.trecenteſimo nonageſimo tertio.incip. conſului ſuperioribus diebus in 8.vol.

Præterea crimen incœſtus impedit matrimonium contrahendum & ideo ſi quis cognouerit carnaliter mnlierem, certe non poterit illius affinem, vel conſanguineam in vxorem habere propter incœſtum per prius commiſſum. vel ſi quis conſanguineam ſuæ vxoris carnaliter cognouerit matrimonio ratione debiti carnalis ſeparari debet per text.in capitu.qui domierit. cum duobus ſororibus. vigeſimaſeptima quęſtione ſecunda.& vlterius committens incœſtum,ſeu in-
11 cœſtas nuptias † ſtatim poſt delictum commiſſum ipſo iure incœſtus priuatur dominio bonorum ſuorum per tex. ad literam in Authentica incœſtas. Codi.de incœſt.nupt.& in corpore vnde ſumitur Authentica de incœſt. nupt. collatio. ſecunda.in verſiculo liberi paternam mox accipiant ſucceſſionem.glo.in dicta Authentica exponit dictionem mox, id eſt ipſo iure. & illam expoſitionem ſequitur Barto. ibi & in lege ſi quis maior.Codice.de tranſactio. & Bald. in lege iubemus. Codi.de ſacroſanc.eccle.& hoc ſpecifice notat Mathetilanus in notabili. centeſimoduodecimo. incipien. vbicunque. vbi
12 concludit † quod quando. lex vtitur iſtis verbis, ſcilicet morum.illico,eoipſo cadat,ipſo iure omnino, omnibus modis, funditus,incontinenti, ſententia nõ requiritur & idem tenet Ludouicus de Roma in primo ſingulari & dicit Franciſcus Cremenſis in ſeptimo ſingulari,tu ſcis quod licet verbum futuri tempori additur aliquod expredictis verbis. intelligitur ipſo iure & ſine ſententia.& idem eſt quando tale verbum proferatur a teſtatore quia etiam intelligitur ipſo iure,ut declarat Baldus in lege prima. Codice. quę pœnæ nomine in teſtamento vel codicillis requiruntur & Felinus in capitulo Rodulphus de reſcript.vt infra in textu plenius dicam.

Et quod contrahens incœſtas nuptias ipſo iure priuatur dominio bonorum ſuorum iſta in caſu ſpecificato conſuluit dominus Decius in conſilio ducenteſimo trigeſimo quinto.incipien.in caſu Magnifici Generalis linguę Occitanæ domini Genrici Boerij in ſecundo volumine. & hoc operatur dictio,mox in dicta Authentica incœſtas. quę ſignificat confeſtim, & incontinenti & eſt latæ ſententiæ & habet paratã executionem, prout declarat Iaſon in lege ſecuuda. Digeſtis.de iure iurando. & refert Bartolus in lege prima. paragrapho.qui prętens.Digeſtis.de verborum obligationibus, & in l.hęredes palam.§.fina.ff.de teſtamen.quod dictio incontinenti eſt latæ ſententiæ & tantum importat in ſtipulatione, quantum in vltima uolũtate & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur Corneus in conſilio ducenteſimo ſexageſimoſexto,incipien.hac conſultatione,in tertio volumine,vbi concludit,quod quando dictio,mox eſt iuncta verbo futuri temporis,ut in caſu dictę Authenticę incęſtas. facit pœnam eſſe irrogatam ipſo iure & ideo liberi procreati ante incœſtum, mox accipiant paternam ſucceſſionem quibus deficientibus fiſco applicabitur. Ex prędictis apparet, quod committens incœſtum, vel contrahens incœſtas nuptias ipſo iure priuatur dominio omnium bonorum ſuorum.

Sed an prędicta pęna habeat locum in feudis ita ꝙ cõmittens incęſtum debeat feudo priuari? Breuiterr reperio Bald. tangentem hunc paſſum in l.ſumma.colla.ſi.in verſic.quin-

quageſi-

Digitized by Google

quagesimo primo quęritur.ff.de ter.diuis.vni concludit q̃ va sallus contrahẽs incęstas nuptias priuatur feudo ipso iure p̃ tex. in d.Authentica incœstas in verbo cœterorum bonorũ.
13 quæ verba compræhendunt feudum † & istud procedit intãtum,quod vasallus non poterit recuperare feudum,quod alteri propter crimen fuit acquisitum, vel quod fuit solidatum cum proprietate licet papa circa istud matrimonium dispensęt.ego adduco vobis text. singularem in argumentum, in cap.quãuis de rescrip.in sexto induco tex. Papa concessit alicui gratiam super primo beneficio vacaturo,& illa gratia sit reuocata: si tamen post reuocationem ad eandem gratiam restituatur certe non videtur restitutus ad illud beneficium, quod vacauit,pendente reuocatione, ratio ponitur in illo.c. quanuis.quia talis restitutio debet fieri sine prędiudicio iuris alieni ergo hic dicendum in feudo quo vasallus propter incœstum est ipso iure priuatus: nec ad illud videtur restitutus licet super incœstu dispensatum fuerit.

Ex prędicta decisione singulariter infertur, quo nulla alienatio fieri potest ab eo,qui incœstas nuptias cõtraxit & omnes alienationes factæ delictum commissum, siue ante processum inchoatum siue post,siue ante sententiam condemnatoriam sine post necdum reuocari, immo nullæ declarari debent,quia factę sunt ab eo, qui ipso iure erat priuatus bonis suis:Nam concludit in l.si quis post hac.Cod.de bon.præ-
14 scripto.quem refert † & sequitur dominus Decius in prælle gato,consi· ducentesimo trigesimo sexto.& quod incœstuosus priuatur pœnis supra adductis & infra adducendis limitatur singulariter,ut procedat quando crimen incœstus scienter & dolose fuisset commissum in figura matrimonij, patet quia matrimonium fuit contractum inter eos,qui sciebant esse consanguinitatem,vel affinitatem quo casu punietur inducta pœna a iure ciuili quæ est pœna vltimi suplicij. Secus si matrimonium esset contractum per ignorantiam tamen talis ignorantia facti excluderet pœnam vt in terminis decidit Panorm.in capitu.nonnullis cum glos.extra de iudęis & sicut ignorantia facti excusat in actibus ciuilibus secundum Barto.in l.i.ff.de iuris,& facti ignoran. & in regula ingorantia de reg.iu.in 6.sic etiam excusat in delictis maxime si ignorantia interuenit tempore matrimonij vel si contrahentes erant minores excusarentur, vt tenerentur de incœstu, vt est casus,l.qui contra legum precepta,C.de incœst. nupt. error, & ignorantia habet excusare ignoranter contrahentes, qui prędumuntur, prędertim quando matrimonium palam fuit contractum.l.fin.ff.de rap. nup.& quod ignorantia excusat a crimine incœstus est casus,in cap.in lectum mariti,vxore absente.& in c.quidam fornicatus est.34.quæst.2. quibus cõcordat tex.de iure ciuili,in l.si adulterium cum incœstu. §.incœstum,in verbo si error allegatur. ff.de adult.

Sum modo in secundo membro distinctionis, scilicet de punitione criminis hoc est, quomodo puniantur incidentes in crimen incœstus? Breuiter secundum diuersitatem iurium variæ pœnę imponuntur,vnde olim apud gentiles secũdum Plutarchum in vita Numæ,mulier vestalis, quæ incœstum commiserat post cõdemnationem vuia in tumulo ad portã Colinam defodiebatur,& ibi erat lectus stratus, atque lucerna ardens cum modica quantitate panis, & aquæ,& olei, & etiam aliarum rerum,quę ad victum erant necessariæ, ne dicta mulier vestalis sic defodiata fame periret: si vero quęratur, qualiter incœstus commissus per laicum debeat puniri secundum leges ciuiles,super hoc puncto considerate, quod crimen incœstus potest committi in duplici qualitate primo per simplicem fornicationem hoc est, nullis precedentibus nuptijs,& tunc si scienter hoc fecerit, talis incœstuosus de iure ciuili debet puniri pœna capitali ex quo tale crimen quoad grauitatem delictorum vincit adulterium, ergo æquali immo grauiori pœna puniri debet, sed pro adulterio imponitur pœna mortis,vt ex iuribus supra allegatis: ergo multo fortius pro incœstu debet imponi pœna mortis pro hoc allegantur duæ glo. communiter approbatæ. in l. si adulterium cum incœstu.& in l.inter liberas, ff.de adulter.& pro ista opinione consuluit Philip.Cor.in consi.19.inci.& constat.quod de iure communi.in 4. vol.

Rerportetis ergo,quod de iure ciuili pœna incœstus commissi in actu fornicationis dolose est pœna mortis, sicut adulterium,quia est contra naturalem reuerentiam,quam debemus coniunctis:& ideo qui scienter extra fœdus matrimonij habuerit copulam carnalem,cum nouerca patris, cum socru,cum nuru,cum vxore fratris sui,cum amita vel matertera,& generaliter,quod si quis fornicatus fuerit cum istis,vel quibuscunque alijs coniunctis consanguinitate, vel affinitate sua talis affinitas sit carnalis, siue spiritualis, ut quia cognouit commatrem, vel filiolam quam sacro fonte lenauit, dicitur incidere in crimen incœstus ad hoc ut prędictis pœnis puniatur: quia canones cognationem spiritualem reputant maiorem,quam carnalem, vt in capitu.primo.de cognat.spiritu. ego autem puto clericum cum filia spirituali sue parrochiæ coeuntem absolute deponendum non esse nisi alio vinculo spirituali coniuncta sit cum nimia esset extensio iurium pœnalium, & est maxima disparitas delictorum:ideo puniendus veniret leuiori pœna, & vide quæ dicam infra in versicu. dubitabatur. & ideo si quis cognoscat carnaliter commatrem suam vxoratam certe ex quo delictum est qualificatum, & duplex grauior pęna
14 debet imponi,† vnde non solum vir, verum etiam mulier debet pati pœnam capitalem, vt in terminis decidit dominus Franciscus Marcus consiliarius Dalphinalis in decisionibus nouiter ęditis decisione quinquagesima,in secũda parte. qui allegat tex.in lege si adulterium cum incœstu innęta glo. & ibi scribentes, ff. de adulter. qui limitat nisi talis commater incœstum committens esset minor vigintiquinque annorũ, quo·casu mitior pœna esset imponenda,vt in prędallegata.lege si adulterium,& in l.quid ergo.§.pœna grauior, ff.de his, qui notan.infamia,& refert istum casum nouissime euenisse in facto ĩ curia suprema Dalphinali de quodã procuratore, qui commatrem suam carnaliter cognouerat, quia licet ambo debuissent puniri pœna supradicta tamen maior pars dominorum inclinata fuit in misericordiam, & mitigata fuit pęna ratione iuuenilis ætatis. & ratione abolitionis criminis impetratę per incœstuosum.

Si uero incœstus fuerit commissus in figura matrimonij: quia inter consanguineos, vel affines fuit contractum matrimonium,& tunc si scienter facta prius separatione a tali matrimonio.punientur iuxta formam legis, qui contra legum mandata.Cod.de incœstis nupt. secus si tales coniuges ignoranter contraxerunt quo casu a pœna excusarentur, vt superius explicatum fuit: & si quęratur, quantum tempus datur ad accusandum pro isto crimine incœstus concludite, quod de iure ciuili † incœstus simplex non prędscribitur quinquẽnio sicut adulterium quod punitur per legem Iuliam de adulterijs:& delicta, quę per illam legem puniuntur prędscribuntur quinquennio.lege mariti.paragrapho.quinquenniũ. ff.de adulter.& ideo cum lex Iulia loquatur tantum de adulterio,& stupro.lege inter liberas,§.lex Iulia.Digestis. eodem, & in §.lex Iulia de adulterijs.Insti.de publicis iudicijs iura illa non debent trahi ad incœstum merito post quinquennium puniri potest.

Aduertendum est,dum supradictum fuit, quod pro incœstu commisso in actu fornicationis,& sic cum illa, cum qua non poterat esse matrimonium puniebatur pœna capitali certe illa opinio non procedit de iure communi,quo iure pęna incœstus commissi cum aliqua cognata uel affine absq;
16 violentia non erit pœna mortis † sed erit tantum pœna deportationis vt ĩ specie decidit iureconsultus, in lege si quis viduam.in verbo deportandus erit,Digest.de quæstio. nec reperitur iure cautum quod olim pœna adulterii fuisset maior quam fuerit pœna stupri vel incœstus,quia lex ista delicta parificat & notatur,in lege si adulterium cum incœstu.in princip.de adulter.sed de iure digestorum pro adulterio non imponebatur pœna mortis,vt supra concluſum fuit ergo etiam nec imponetur pro incœstu & ita in præsenti dubio consuluit Alexand. de Imo.in consilio ducentesimo uigesimonono.incipien.ponderatis, in sexto volumine. vbi concludit, quod quanuis de iure digestorum pœna relegationis, quæ pro adulterio imponebatur: sit correcta per iura Codicis & commutata in pœnam vltimi suplicij. dicta lege quanuis. de adulter.tamen dicta iura digestorum in stupro, vel incœstu non reperiuntur immutata,merito remanent incorrecta,ex quo prædicta lex quanuis.corrigens loquitur solum de adulterio:ergo non debet trahi ad incœstum, licet in incœstu ęqualis,vel maior videatur ratio, quia iura, quę in vno casu tantum expresso corriguntur in alijs diuersis remanent incorrecta.lege pręcipimus.Cod.de appellat.istam opinionem tenuit Ioanes Fabri,in dicto §. lex Iulia de adulterijs. & expresse determinat Angel.in dicta lege si adulterium. quod committens incœstum non debet puniri pœna capitali, & ita post eos format Ioannes de Imo.in capitu. tuę. extra de procurato.vbi expresse super isto crimine incœstus refert pluries pro ista opinione consuluisse:quia text.in dicta lege si quis viduam. est ineuitabilis nec quoad incœstum reperitur correcta,sicut quoad adulterium,& ego credo istam opinionẽ esse veriorem,& ęquiorem,quia ex quo agitur de correctione iuris non debet fieri extensio per subauditos intellectus de casu expresso ad non expressum, tametsi eadem, vel maior ratio vertatur.gloss.in cãpitu.cupientes. §.quod si per viginti. de elect.in 6.

De iure canonico qualiter sint puniẽdi layci incœstuosi. Bĩ considerandum est q̃ istud crimen incœstus commissum per laycum consideratur dupliciter primo si fuerit cõmissũ

Digitized by Google

in figura matrimonimonij:quia cum coniuges ſcire impedimentum conſanguinitatis, vel affinitatis de facto contraxerunt primitus debet fieri ſeparatio vt toto titulo de conſanguinitate, & vlterius coniuges incurrunt excommunicationem & ſic cõmunione fidelium repelli debeat vt eſt text. in capi. de his qui incœſ. 35.q.3. quia illo iure non eſt prodita ꝯ laycos mamaior pœna, quam excõicatio. c. ſi quis ſuadente diabolo. 17.quæſt.4.& in cap.ſicut dignum.de homicidio† &
17 in odium iſtius criminis vir & vxor qui ſcienter contraxerũt incœſtas nuptias facta ſeparatione in alio punientur, quia quandiu viuent etiam cum alijs non poterunt contrahere matrimonium, cap.qui propinquam.35.quæſtio.ſecunda.ſecus ſi tales coniuges ignoranter contraxerunt incœſtas nuptias, vel alter ipſorum tantum, quia iſto caſu ignorantia eos excuſat vt non puniantur pœna incęſtus, ſed facta ſeparatione a tali matrimonio veniẽt puniendi pœna arbitraria quæ per confeſſorem imponetur, quæ de iure eſt ſeptennalis qua peracta poterunt cum aliis cõtrahere. Si vero incœſtus ignoranter fuerit commiſſus vel laycum extra fedus matrimonij, & ſic in actu fornicationis & tunc in foro conſcientiæ punie tur duplici pœna, prima quia mortua ſua vxore nuſquã poterit cum alia contrahere, vt habetur toto titulo de eo qui cognouit nunquam petere debitum carnis ab uxore ſua cuius conſanguineam cognouit vel affinem: ſecus ſi ingnoranter cap.ſi qui cum matre.35.quæſtione ſecunda. in foro aurẽ contentioſo incurrit excommunicationem. vt no. Pano. per illum tex.in cap.clerici.de exceſſib.prælat. quod eſt, verum, ni ſi per papam fuerit diſpenſatum.

Si vero crimen incœſtus commiſſum fuerit per clericum & tunc ſi quæratur, quæ pœna ſit ei imponenda in foro pœnitentiali Breuiter ſuper hoc iura, videntur varia: quia text.
18 in capitu. presbyter. octuageſimaſecunda. diſtinctio. † dicit quod incœſtuoſus debet pœnitere per decem annos quibus peractis reuertetur ad primæuum ſtatum: ſed tex.in cap.hoc ipſum.trigeſimatertia.quęſtio. ſecunda. dicit ſufficere pœnitentiam ſeptem annorum, niſi in perſonis tale crimen eſſet qualificatum, puta. quia filius carnaliter cognouit matrem vel pater cognouit filiam tunc in foro conſcientię grauior pœnitentia eſſet imponenda vt notatur in dicto capiru. ſi quis cum matre vel filia fornicatus fuerit. trigeſimaquinta. quęſtio. ſecunda. & clarius in dicto capitu. hoc ipſum. vbi eſt caſus, quod pro peccato commiſſo contra naturam humanæ ſocietatis hoc eſt, cum mulieribus aſcendentibus, vel deſcendentibus in foro conſcientiæ propter criminis magnitudinem vltra pœnitentiam ſeptennalem venit puniendus arbitrio ſacerdotis, tale enim crimen mererctur alteram ex tribus peregrinationibus, ſcilicet, Hieroſolomitanæ liminum Beati Petri in vrbe, vel Beati Iacobi: quia coitus nepharius appellatur niſi qualitas, & conditio perſonarum delinquentiũ refragetur, nec papa ſuper iſto primo gradu, vel ſecnndo conſanguinitatis, vel affinitatis in figura matrimonij diſpenſare poteſt: quia lege diuina ſunt prohibiti. capitu. Deus. de diuort.

Si vero quæratur qua pœna pro incœſtu debeat puniri clericus in foro iudiciali diſtinguite: quia ſi conueniatur ciuiliter tantum propter ſimplex adulterium, vel propter incęſtũ, & tunc nemini dubium eſt, quod venit beneficio priuandus, ſi vero conueniatur criminaliter, & tunc venit ab officio deponendus, quod procedit ſecundum Innocen. in capitu. bo-
19 næ.de ętate, & qualitate † etiam ſi clericus tale delictum non adimpleuerit: ſed tantum illud attentauerit ſi tamen in populo ſcandalum fuerit ſequutum, immo fortius vobis dico, quod ſi clericus iactanter confiteatur ſe cognouiſſe mulierem, licet verum non ſit ſine alia probatione debet arbitrio Epiſcopi ſuſpendi ab officio, & beneficio. dicto capitu. quam
20 graue. † concludite ergo quod ſi clericus contraxerit incœſtas nuptias, vel aliter incœſtum ſimplicem, vel qualificatum commiſerit: quia adulterium, vel ſtuprum erat immixtum debet priuari. & deponi omnibus eccleſiaſticis officijs, & beneficiis, & ita concludunt Canoniſtæ poſt Panor. in capit. at ſi clerici. §. de adulterio. extra de iudicijs. & iſta opinio probatur duplici ratione, prima, quia clericus dicitur committere ſacrilegium carnale quod in grauitate cœteris criminibus praefertur.

Secunda ratio probatur per argumentum a maiori: quia pro crimine adulterij clericus ad minus poteſt ſuſpendi ab officio. ca. ſignificaſti. in verſicu. ſuſpendere non poſtponas. extra de adulter. † ſed crimen incœſtus maxime qualificatum
21 eſt maius ſimplici adulterio, vt notatur in d.cap.ſi adulteriũ. ergo pro illo poteſt fieri depoſitio, quia vt ſupra dixi circunſtantię adiunctę delicto illud aggrauant, vt pro illo pęna maior ſit imponenda.

Et quod clericus committens incœſtum debeat deponi ab officio, & beneficio habetis tres text. ad literam, primo eſt tex.in ca.ſi quis presbyter. & in ca.ſi quis ſacerdotum. octuageſima prima diſtinctio. & in ca.ſi quis clericus. eadem diſtinctio. quę iura ſunt ibi clara in adulterio, ergo a fortiori debẽt procedere in incęſtu. iniuſte, ergo faciunt epiſcopi, aut eorum vicarij, & officiales qui pęnam depoſitionis, & priuationis beneficij, qua debent plecti incęſtuoſi, & adulteri committant in pęnam pecuniariam, quod eſt contra text. ad literam in capi. irrefragabili in §. fina. extra de officio ordinarij, & dicit gl.
22 in cap.ſi quis primates. quinta quæſtione ſecunda. † quod iudex eccleſiaſticus non debet componere de crimine quod requirit depoſitionem, vt ample declarat Pau. de Caſtro in conſilio centeſimo decimo ſeptimo, & dicam in textu infra in verbo compoſitione, vbi reſoluam an de iure licitum ſit cõponi de criminibus.

Dubitatur, qua pęna veniat puniendus clericus, qui cum
23 filia ſpirituali fornicatus fuit. † & pręmittite quod illę dicuntur filię ſpirituales, quas ſacerdotes de confeſſione audiunt: vt in capitu. omnis vtriuſque ſexus. extra de pęnitent. & remiſ. & in capitu. omnes quos in pœnitentia recipimus. trigeſima quęſtione prima. tales dicuntur ſpirituales filij, ſicut illi qui a ſacris fontibus leuati ſunt, vel etiam filię ſpirituales dicuntur omnes illę quas ſacerdos baptizat. capi. ad limina. §. filia. trigeſima quæſtio. prima. quia inter iſtos contrahitur cognatio ſpiritualis, quę reputatur maior quam carnalis, vt refert gloſ. in prędallegato. capitu. qui dormierit. quam ſequitur Alexand. in conſilio centeſimo quarantesimotertio. incipiẽte, quoniam abunde. ex quo ſingulariter intero ad vnum, quod pauci aduertunt, quod ille qui baptizauit, quanuis ſit laicus, prohibetur tamen contrahere matrimonium cum illa, quam baptizauit propter affinitatem ſpiritualem, & ſi eſſet contractum dirimeretur, vt in cap. nedum. de cognatione ſpirituа. in texto. immo fortius, quod iſta cognatio ſpiritualis intantum eſt
24 prohibitiua ut ille, qui fuit baptiſatus a presbytero † nõ poſſit contrahere matrimonium cum filia carnali ipſius presbyteri, ut eſt caſus, in cap. ex literis. extra de cognatio ſpiritu. & ecõuerſo non poteſt filius presbyteri ducere in vxorem illam, quam pater ſuus baptiſauit dicto capitu. ex literis, & iſta quę dicta ſunt de ſacramento baptizmi habent locum in ſacramento confirmationis, ſiue chriſmatis ex cuius collatione, vel ſuſceptione oritur cognatio ſpiritualis, capitu. fina. eodem titulo in ſexto. reſtat ergo ex prædictis, quod presbyter, qui fornicatur cum filia ſpirituali, quam baptizauit, vel quã leuauit de ſacro fonte, vel quam audiuit de confeſſione, dicit committere incœſtum videamus ergo qua pęna plecti dẽat.
25 Breuiter concludite, † quod ille pater ſpiritualis, qui cum filia ſpirituali incęſtum commiſit, debet priuari honore, dignitate, ordine, officio, & beneficio eccleſiaſtico, quib. peractis, debet detrudi in perpetuum carcerem, & ſic perpetuam debet facere pęnitentiam per tex. ad literam, in d. capit. omnes, quos ad pęnitentiam. & ſi eſt epiſcopus qui filiam ſpiritualẽ carnaliter cognoſcat: certe per quindecim annos peregrinando debet agere pęnitẽtiam, qua facta perpetuo debet recludi in monaſterium, ſi vero fornicetur cum uxore alteri⁹ debet per decem annos facere pœnitentiam. De presbytero, ut dixi hoc ſtatutum eſt, ut etiam annis duodecim peregrinetur, & in perpetuum monaſterium recludatur per tex. in d. capi. ſi quis ſacerdos. cum filia ſpirituali fornicatus fuerit. 30.q.1. ſed hęc iura a quibuſdam Epiſcopis, & eorum vicarijs, & officialibus male ſeruantur, qui uiduas, & vxores aliorum tenent tã quam proprias in ſcandalum totius cleri,

Circa iſtum articulum vnum tamen quod eſt ſingulare non obmittatis, quod quãuis prohibeatur ſacerdoti fornica-
26 ri cum illa quam recepit ad pœnitentiam † poteſt tamen ab ſoluere concubinam, cum qua commit adulterium, vel fornicationem, & illi pœnitẽtiã dare ẽt de illo peccato cõmiſſo cum ea licet glo. in prędallegato. capitu. omnes, dicat iſtud nõ procedere in presbyteris gręcis, qui nõ poſſunt ſuas proprias vxores de confeſſione audire: quia peccatum adulterij illis plenarie non confiterentur, hoc etiam tenet Iaſon in l. Gallus Aquilius. in §. & quid ſi tantam, ff. de liber. & poſthum. in uerſiculo facit quod in ſimili tenet Archidiaconi. & ulterius reportetis, quod licet ſacerdos pnſſit audire de confeſſione illam, cum qua fuit fornicatus tamen non poteſt dando pęnitentiam ei permittere, quod in concubinatu permaneat, ut quidam inſcij sacerdotes faciunt glo. eſt ſingularis de iure ciuili in §. clericos autem. in uerſicu. ſi uero Diaconus: in verbo accipere. Authen. de ſanctiſ. epiſcop. columna nona. quæ facit contra quoſdam audientes confeſſiones, qui vel cauſa auaritiæ, ignorantiæ, vel ex puſillaminitate, vel uerius propter adulationem tacite permittunt concubinarijs tenere eorum concubinas, & in eorum ſpurcitia ſordeſcere.

Sed nunc quæritur ſi ſacerdos fornicet cũ aliqua ſoluta, q̃ nõ eſt illi cõſanguinea, vel affinis, an dicet cõmittere incęſtũ

ita

Digitized by Google

ita,quod liberi, qui naſcuntur ex aliquo conſtituto in ſacris dicantur incœſtuoſi: vel an coitus iſte dicatur ſimplex fornicatio? Breuiter concludite, quod dicitur committere incœſtū glo.eſt ſingularis de iure ciuili, in l.ſecunda. in verbo filij. C.de Epiſcop.& cler.quę literaliter dicit, quod filii ſacerdotis ſuſcepti poſt ſacros ordines dicuntur nati ex inceſtu, & ſic presbyter fornicans cum muliere, licet ſoluta dicitur committere incœſtum: quia ordines ſacri videtur violati, & illā glo.ſequitur Bar.ibi licet Petrus de Bellapertica dicat tales liberos eſſe ſimpliciter ſpurios & Bald.in præallegata. l.2.dicit hanc quæſtionem fuiſſe motam de facto: & tandem fuiſſe determinatum pro opinione glo.ſ.quod eſſet incœſtus: quia ſicut Chriſti committitur incœſtus,ſeu ſacrilegium.ſic etiam in ſacerdote, qui eſt ſponſus eccleſiæ: & iſtud videtur ſequi Alexand.in additionibus ad Bar.in l.fi.ff.de his,quibus ut indignis.& idem tenet Barto.in l.ſi quis incœſtum.C.de incœſt. nupt.

Contrariam opinionem tenet Panor.in c. veniens. ext.de eo qui cognouit conſang.vxor.ſuæ:quia ſecundum veros terminos iuris incœſtus proprie, & ſtricte committitur tantum cum affinibus vel conſanguineis: & ideo deciſio gloſ.in di.l. 2.procederet improprie, ſecundum largam ſignificationē vocabuli,vel prima opinio illius glo. procederet ſecundum opinionem legiſtarum, & non ſecūdum opinionem canoniſtarvnde Pan or.in d.c.at ſi clerici.in §.de adulteriis, & eum Ioānes de Imo.in c.vt clericorum.de vita, & honeſtate clericor. & Ioannes de Anania in titulo de adulteriis. & quamplures alii canoniſtæ qui in prædictis locis concludunt † quod filij
28 nati ex presbytero non dicuntur nati ex incœſtu nec talis coitus diceretur incœſtuoſus, & iſtud probant euidēti ratione,quia pro crimine incœſtus presbyter deponitur, & priua-
29 tur ſuis beneficiis, vt ſupra declaratum fuit: † ſed non reperitur iure deciſum, quod pro ſimplici fornicatione presbyter deponatur:ergo non videtur verum, quod coitus ſacerdotalis dicatur incœſtuoſus, & ſic videtis varias opiniones legiſtarum,& canoniſtarum.or videamus, quæ ſit verior in puncto iuris.

Breuiter quidam dicunt concordando opiniones, quod vtraque in caſu ſuo procedere poteſt,& ſic opinio legiſtarum procedit de iure ciuili, ſcilicet in terris imperij in quib. ius ciuile in forma ſpecifica ſeruatur, maxime in materia ſucceſſionis in qua attenditur ius ciuile,& non canonicum,& tūc in illo caſu in odium ſucceſſionis procederet opinio gl.in di. l.2.quia tales filij ſacerdotum de iure ciuili ſunt incapaces ad
30 ſuccedendum.Si vero presbyter fuerit fornicatus in terris eccleſię tunc non haberet locum deciſio dictę gloſſę,nec tales filij dicerentur nati ex coitu incœſtuoſo: nec etiam presbyteri eorum patres punirentur de incœſtu & iſte videtur eſſe verior ſenſus illius glo.in d.l.2.quam limitabitis procedere in ſimplici fornicatione, ſecus ſi eſſet qualificata,quia tunc delictum aggrauaretur ut presbyter puniatur iuxta criminis qualificationem.Ego autem ſp fui in ꝯria opinione.ſ.ꝙ in ſacerdote coeunte cum ſoluta nō dr adulterium neq; incœſt⁹, ſed dr tm̄ ſimplex fornicatio,vt tenent Imo. & Car. in cle.ad noſtram de hęret.vbi cōcludunt, ꝙ ſi ſacerdos cognoſcat ſolutam dicitur ſolum committere ſimplicem fornicationē, & non alium coitum qualificatum,& iſtam opinionem cōtra illam tenuit Fed. de Senis in conſi.clxvi.incip.mulier accuſata quem refert,& ſequitur Fel. in d.c.at ſi clerici.

Et ꝙ coitus ſacerdotalis dicatur ſimplex fornicatio tātum ego adduco vobis text. per quem confunditur opinio illius gloſſæ dictæ legis ſecundę,ſcilicet,in cap.quia circa.in verſiculo tanquam ſimplici fornicatione notatus extra de bigamis cui concordat text.in cap.presbiter ſi vxorem duxerit.in verſiculo,quod ſi fornicatus fuerit,vel adulterium commiſerit, 28.diſtinct.ibi accipitur pro ſimplici fornicatione & non pro alio coitu,qualificato, & iſta deciſio limitatur procedere in ſacerdote ſimplici,& ſeculari ſecus ſi presbyter eſſet religioſus,quia in illo caſu non diceretur ſimplex fornicatio,ſed ratione qualificationis,& circunſtantiarum diceretur inceſtus, vel adulterium vt concludit Anto.de Butr.in capit. ſignificaſti extra de adulter.& Fel.in præallega.capi.at ſi clerici.& per iſta remanet reprobata opinio gloſſ.in dicta lege ſecunda. C. de Epiſcop.& cleric.quæ deciſio facit contra plures qui pertinaciter aſſerunt in ſacerdote non eſſe ſimplicem fornicationem,& male propter iura ſuperius allegata.

De lege autem noui, & veteris teſtamēti ſi quæratur,quæ pœna in illis iuribus erat impoſita pro crimine incœſtus reſ
31 pondetur,† quod apud Deum, & eius Apoſtolos crimen illud inter crimina, quæ ſecundum naturam in criminali libidine exercebantur erat grauiſſimum: vnde ad Chorintios primæ capitulo quinto legitur,quod propter nephandum delictum incœſtus Paulus excommunicauit ſathanęque tradidit illum, qui cognitionem carnalem habuerat cum vxore patris ſui,& ita a diabolo fuit vexatus.& habetur Leutici decimoctauo capitu. vbi dicitur, omnis homo ad proximam ſui ſanguinis non accedet,vt eius reuelet turpitudinem: quia talis coitus incœſtus eſt,& omnis anima,quæ fecerit de abhominationibus,peribit de medio populi. Vnde Deus pro hoc peccati inſtituit deprehenſos puniri pena mortis & idem legitur Leuitici vigeſimo capitu, quod qui dormierit cum nouerca,vel nuru ſua,& ignominiam patris ſui reuelauerit ambo morte moriantur.Item qui ſupra vxorem filiam matrem eius duxerit,viu⁹ ardebit cum eis, & qui ſcœlus cum matre, aut cum filia, aut ſorore operati fuerunt omnes moriantur.

Spurcè ergo fecit Caligula imperator Romanus, qui cum omnibus ſuis ſororibus ſtupri conſuetudinem fecit: virgo veſtalis Caporina propter incœſtum ſuſpenſa fuit cum his qui corruperant eam: Sextilia Aemilia etiam virgines veſtales propter incœſtum viuæ defoſſæ fuerunt,vt refert Auguſtinus in libro de ciuitate Dei.

Ex prędictis ergo videtis, quomodo pro iſto crimine incœſtus diuerſa iura diuerſas imponunt pœnas: tamen quod eſt
32 ſingulare in hac materia non prætermittatis,ſcilicet, † quod pœna, quę a iure ciuili pro crimine incœſtus infligitur non habet locum pro incœſtu,poſtea introducto de iure canonico,de quo incœſtu a iure ciuili non erat cogitatum, quia in pœnis non fit extenſio,nec excedunt caſum proprium. capi. pęna de pœnitent.diſtinctione prima. ex quo in caſibus prędiſſis agitur de odio diuerſorum iurium & notetis prędictam doctrinam,quia multis modis incœſtus de iure canonico committitur non ſpecificatis a iure ciuili, quos ſupra vobis enumerauiideo pœna canonum debet fieri pūcto & non ſecundum pęnam a lege ciuili inſtitutam.

33 Supereſt vt videamus† an iſtud crimē iucœſtus ſit mere eccleſiaſticū, vel ſeculare vel mixtum breuiter ſuper iſto arti. faciatis ſimilem diſtinctionem quam ſuperius in adulterio feci & ſic quaſi per eadem iura,quia ſi agatur de matrimonio vel de ſeparatione illius vel connexis eiuſdem ratione incœſtus & tunc cognitio ad iudicem eccleſiaſticum ſpectat. Sed vbi ageretur de punitione criminis tunc caſus iſte abſolute ſpectaret ad iudicem temporalem,& non ad eccleſiaſticum: ex quo non habet pœnam ſanguinis, ſeu iuriſdictionem,capi. ſententiam ſanguinis. extra de cleri.vel monach.aliter incurrerent irregularitatem,quę deciſio limitatur,niſi committens incœſtum eſſet eccleſiaſtica perſona, quo caſu punitio deberet fieri per iudicem competentem iuxta formam ſupra ſcriptam.

Vltimo, quia nouis morbis noua conuenit antidota prępari,& male ſe habentibus, & non ſanis neceſſarius eſt medicus vt habetur Matheı.nono.capitu.& legitur tranſumptiue in capitulo multi. ſecunda quęſtione prima.ideo ſi inceſtuoſi voluerint euitare pœnam huius criminis ſalubri re-
34 medio utantur: † quia ſi incœſtus fuerit commiſſus ignoranter in figura matrimonii ſi poſt quam ſciuerint impedimentum,& ſtatim ante accuſationem, per pœnitentiam a tali matrimonio receſſerint: certe cenſetur receſſum ab illo crimine incœſtus, ut a modo de eo non puniatur vt eſt caſus in lege ſi adulterium cum incœſtus. §. idem Pollioni.in verſiculo,abſtinenti a tali matrimonio pœnam pręteriti delicti remittimus: cui concordat, text. in lege qui contra legum mandata,in verſicu. ſi coniunctionem huiusmodi ſine procraſtinatione dirimerint. Cod. de incœſt.nup.ſecus ſi tales inceſtę nuptię ſcienter, & doloſe fuiſſent contractę: quia iſto caſu non obſtante pęnitentia, non euaderent pę-
35 nas legum: vt patet ex iuribus ſupra allegatis,† quod idem habet locum quando inceſtus eſſet commiſſus extra figuram matrimonii,& ſic in actu fornicationis tunc licet committens inceſtum ſciuerit coniunctionem fuiſſe inter eos ſiue non: certe ignorantia non excuſaret eum a pęnis iuris ex quo a principio dabat operam rei illicitę: cum omnis coitus erat prohibitus, & punibilis citra vxorium ſaltim iure canonico,ideo qui cum conſanguinea, vel affine coierit cautus exiſtat,ut ante accuſationem obtineat abſolutionem, & tutius eſt, vt eam habeat a ſede Apoſtolica, prout faciunt illi: qui ſunt ſuſpecti de hęreſi, quia vt euitent pęnas iuris ante capturam recurrunt ad papam,vt pleniſſime iuſtum articulum tractauit in eo tractatu,quem ędidi contra Luteranos in decima octaua quæſtione principali. Ea tamen ſolet hodie denegari.

36 Vos autem pro ultimis verbis aduertite, † quod in foro pœnitentiali non ſpectat ad ſimplicem ſacerdotem pro hoc abſolutionem dare: ſed caſus iſte de conſuetudine eſt reſeruatus epiſcopo gloſ. eſt magiſtralis, quę enumerat plures caſus epiſcopo reſeruatos in capitulo ſi Epiſcopus. de pœnitentijs. & remiſſionibus. in ſexto. Inciuiliter

Digitized by Google

ergo & damnoſe faciũt ignari ſacerdotes, qui omnes de omnibus abſoluunt: † & licet caſus iſte ſit de reſeruatis epiſcopo, tamen non poteſt ſuper incœſtu diſpẽſare, quia eſt de grauioribus, quod ſecus eſt in adulterio, & in aliis minoribus delictis ſecundum Panorm. per illum tex. in d. cap. at ſi clerici, licet Nicolaus de Milis in ſuo repertorio in verbo diſpenſare ſuper ſimplici incęſtu: † ſecus ſi eſſet incęſtus & adulteriũ ſimul, ut in iudicando vel conſulẽdo ego non recederem ab opinione Panorm. vt dicit incœſtus computatur inter maiora crimina ſuper quibus Epiſcopus diſpenſare non poteſt.

De ſtupro. Rubrica.

SVMMARIVM.

1 *Stupri diffinitio.*
2 *Raptus, & ſtuprum differunt.*
3 *Coitus meretricalis, ſeu mulieris, quæ ad quæſtum recipit iure ciuili remanet impunitus.*
4 *Stuprum & adulterium quandoque pro vno, & eodem ponuntur.*
5 *Stuprans virginem quibus pœnis ſecundum legem veteris teſtamenti, & canonicam puniri debeant tam layci quam clerici.*
6 *Stuprator ſi nolit virginẽ ſtupratam ducere in vxorem debet corporaliter puniri, nec eum liberat dotis conſtitutio.*
7 *Pater licet filiam noluerit dare ſtupratori tamen ſtuprator non liberatur a conſtitutione dotis.*
8 *Stuprator virginis non tenetur de aliis deflorationibus.*
9 *Stupratores virginum quomodo apud barbaros & lege veteris teſtamenti puniebantur.*
10 *Virginis iuramento ſtatur contra diſlorantem quod tempore ſtupri ipſa erat virgo, & ſtupratori aſſerenti contrarium incumbit probatio.*
11 *Maritus aſſerens carnaliter cognouiſſe vxorem ſtatur eius aſſertioni in dubio, & non vxoris niſi iudicio obſtetricum aliud iudici demonſtratum fuerit.*
12 *Presbyter ex ſola confeſſione mulieris nõ uenit puniendus: tamen propter diffamationem debet ſe purgare.*
13 *Officiales ex ſola aſſertione mulieris ſacerdotes vexare non debent.*
14 *Layci non debent eſſe teſtes in criminali contra clericum etiam in minoribus conſtitutum, niſi crimen eſſet notorium.*
15 *Papa, in cauſa hæreſis duobus teſtibus conuinci poteſt.*
16 *Stuprator in foro conſcientiæ, & canonico quibus pœnis puniri debet diſtinguitur.*
17 *Stuprator ſi ſit diſparis conditionis cum ſtuprata non tenetur illã ducere in vxorem, tamen ei aliter ſatisfecere debet.*
18 *Clericus ſtuprator quomodo, & quibus pœnis puniri debeat.*
19 *Raptus dicitur quãdo per vim virgo cognoſcitur & de loco ad locũ tranſducitur. Stuprum vero dicitur quando virgo per vim cognoſcitur ſine aliqua tranſductione.*
20 *Raptor iure ciuili gaudet immunitate eccleſiæ ſecus de iure canonico.*
21 *Diſpoſitio legis vica. C. de rapto. virg. habeat locum in rapientem meretricem.*
22 *Pater tenetur dotare filiam etiam minorem, quæ paſſa eſt ſe cognoſci ab aliquo, dum tamen fuerit emendata.*
23 *Mater quæ fuit meretrix dum tamen emendata ſit poteſt filiam meretricem exhæredare.*
24 *Pater quantunque ſit meretricator poteſt filiam meretricem exhæredare, & cur.*
25 *Filius ingratus, & ante teſtamentum emendatus, non poteſt poſtea a patre exhæredari.*
26 *Exhæredatio cenſetur adempta ſi filius a patre poſtea fuerit reconciliatus.*
27 *Rapiens meretricem de eius voluntate non punitur de raptu: quia conſenſus excuſat a pœna, niſi meretrix habuiſſet iuſtam cauſam contradicendi.*
28 *Rapiens honeſtam mulierem etiam de eius conſenſu, punitur pœna capitali.*
29 *Meretrix exiſtens in lupanari poteſt violenter impune rapi: quia ibi inuita cognoſcitur vendere merces ſuas, punitur tamen extraordinarie.*
30 *Notarius aduocatus, ſyndicus vniuerſitatis, procurator, & ſimiles poſſũt compelli ſicut caupo.*
31 *Meretrix cognoſcitur in inceſſu, & habitu & cogitur portare aliquod ſignum vt ab honeſtis mulieribus dignoſcatur.*
32 *Rapiens meretricem non punitur de raptu ſi non fuerit ſecuta copula, ſed mitiori pœna.*
33 *Stupri pœna commiſſi ſine uiolentia, quæſit de iure ciuili diſtinguitur.*
34 *Tutor ſtuprans pupillam factam adultam deportatur, & eius bona confiſcantur: quia loco patris eſt.*
35 *Commentarienſis ſtuprans illam, cuius cuſtodiam habet in carceribus, ſiue ſit meretrix ſiue non punitur pœna mortis.*
36 *Tutor nec eius filius iure ciuili poſſunt cõtrahere matrimonium cum pupilla: ſecus de iure canonico.*
37 *Lex ciuilis in ſpiritualibus ſubiicit canonibus.*
38 *Raptor iure canonico non prohibetur matrimonium contrahere cum muliere rapta: ſecus iure ciuili.*
39 *Deflorans virginem immaturam ſine violentia non punitur pœna mortis: deportationis, licet in regno de conſuetudine imponatur mors.*
40 *Raptus punitio an ad iudicem eccleſiaſticum, vel ſecularem ſpectet diſtinguitur.*

DE quarta ſpecie fornicationis. ſ. ſtupri videamus, & ſecundum Summiſtas
1 † ſtuprum dicitur illicita defloratio virginis quãdocunque pręter matrimonium perpetratur, & ideo ſi corruptus uirginem corrumpat, vel ſi vir cum corrupta virginitatem corrumpat, vel etiam ſi vterque ſuam virginitatẽ corrumperit, & iſta eſt propria diffinitio ſtupri quam ponit text. in cap. lex illa pręteritorum principum. 36. quæſtio. prima.
2 †& iſta defloratio virginis dupliciter poteſt conſiderari, vno modo quando fit per oppreſſionem, vel per raptum virginis renitentis quo caſu proprie vocabitur raptus, & non ſtuprũ ſimpliciter, & de iſta violenta defloratione loquitur expreſſe Iuſtinianus imperator in l. ſi quis dicam non rapere. Cod. de Epiſcop. & cleri. quę fuit canonizata, in cap. raptores, & in cap. ſi quis dicam non rapere. trigeſimaſexta quæſti. ſecunda. Alio modo defloratio quando interuenit conſenſus virginis & iſto caſu habet propriam ſignificationem ſtupri, ſed ſecundum legiſtas ſtuprum non tantum committitur in virgine verum etiam cum vidua, & muliere ſoluta honeſte viuente, vel etiam cum puro maſculo, vt eſt textus apertus in lege ſtuprum, & in l. inter liberas. §. primo. ff. de adulter. & idem text. in dicto §. item lex Iulia. Inſti. de public. iudic. & l. inter ſtuprum, ff. de verborum, & rerum ſignificatio. vos autem prædictas deciſiones Canoniſtarũ, & legitarum ampliate procedere in mulieribus quę inhoneſte, & turpiter viuunt, & a pluribus quæſtum ſecrete accipiunt, quia in illis committitur ſtuprum, l. ſtuprum, ff. de ritu nupt. licet de iure ciuili pro tali ſtupro commiſſo cum muliere turpiter viuente non imponitur illa pœna, quæ imponitur, quando eſt commiſſum cũ virgine, vel uidua moueor ea ratione † quia coitus meretri-
3 calis, ſeu mulieris, quæ plures ad quæſtum recipit a tali lege ciuili remanet impunibilis maxime ſi nõ cadat in aliam ſpeciem fornicationis qualificatam, & ſic quando eſt vtilis perſona talis coitus non dicitur punibilis, & accuſabilis ſecundũ leges ciuiles, ut notant Doctor. in lege ſi ea. & in lege qui adulterium, Cod. de adulter. & Barto. in lege ſi vxor. ff. eodem. nec etiam ſecundum canones, vt in capitu. nemo. & in capit. meretrices. trigeſimaſecunda queſtio. quarta. quia illa iura procedunt quoad pœnam ſpiritualem, & non quoad temporalem in conſilio centeſimo quaranteſimooctauo. incipi. Męuiũ, & hoc eſt verum quod maritus accedẽs ad ſolutã non poteſt accuſari de adulterio tamen tenetur de ſtupro, & poterit accuſari ex quo non poterat eſſe concubina ſecundum Sal. in dicta lege prima. de adulter. & in lege prima de concub. licet quandoque promiſcue lex ciuilis adulterium, & ſtuprum vnum pro altero accipiat. d. l. iter liberas. Stupr ũ enim in lege veteris teſtamenti interdum pro adulterio ponitur, vt habetur Geneſ. 39. c. in verſ. Ioſeph autem ſolicitatus ab vxore Pharaonis, vt ſecum dormiret, ille autem recuſauit ſtuprum.

4 Poſtquam viſum fuit, quid dicatur ſtuprum, †& cum quibus committitur reſtat, vt videamus, quę pœna ſit imponenda pro tali delicto. Breuiter de lege veteris teſtamenti, ſi quis ſeduxerit, id eſt, decœperit virginem nondum deſponſatam, & cum ea dormierit, dotabit eam & habebit vxorem. ſi vero pater virginis dare nolùerit reddet pecuniam iuxta modũ dotis quam virgines accipere conſueuerunt. hæc verba ponuntur Exodi. 22. capitu. quæ ſunt canonizata nihil addito, mutato in capitu. primo. de adulter. dubitatur ſi clericus virginem ſtupraverit an liberetur a dotis pręſtatione ſi iudici oſtendat, vel probet liberationem, vel remiſſionem eius factam ab ipſa puella. videtur quod ſic, quia cum ſit ſtatutum in fauore puellę poteſt renunciare illi, & ſic clericum liberare ſi ſui iuris eſt, alias non valeret in pręiudiciũ patris ad quẽ pertinet dotare filiam. & iſtud puto verum dummodo liberatio non ſit facta metu, vel dolo alias non ualeret, quod notandum eſt, quia teneretur ad præſtationem dotis non obſtante liberatione.

Ex quibus iuribus elicitur quod qui ſtupraverit virginem
5 tenetur damnum reſarcire † modo, quo poteſt, quia cum non poſſit virginitatem reſtituere, ſeu reparare tenetur eam dotare, & cum ea matrimonium contrahere, quod ſi contrahere noluerit, vel non poſſit compelletur præſtare dotem, ut alii nubere poſſit, & ſic non tantum conſideratur deflo-

Digitized by Google

defloratio: ſed etiam conſideratur incommodum profecturum ex defloratione: quia non ita faciliter reperiret virum cum quo poſſit matrimonium contrahere: ſed quid ſi filia a clerico ſtuprata inueniat maritum eiuſdem qualitatis, & conditionis, ac ſi eſſet virgo an iſto caſu teneatur ad dotā dum, videtur quod nō cum illa in hoc non patiatur damnū? tamen propter defiorationem ſi nupſerit viro deterioris cōditionis eſſet ei ſatisfaciendum arbitrio iudicis. Et ideo ſi pater
6 voluerit filiam ſtupratori dare, †& ipſe nollet illam accipere corporaliter debet caſtigari, nec eum liberabit conſtitutio dotis, & nihilominus a communione ſacramentorum priuatus in monaſterio detrudatur pro pœnitentia ſalutari peragenda, de quo egredi non debet ſine licentia. capi. peruenit. extra de adulte. hęc ergo pœna iuducta iure canonico mitigat pœ
7 nam legis ciuilis, †& licet pater noluerit dare filiam ſtupratori: tamen ſtuprator non liberabitur a conſtitutione dotis, vt ſ.
8 dictum eſt. †addite prædictis quod ſtuprator virginis non tenetur de alijs defiorationibus ſecundum Doctores in §. omnes Inſt. de actio. licet in hoc theologi non concordent.

9 Præterea Deutoronomi. 22. c. habetur, †quod virgo corrupta præcipitur lapidari inſuper apud Saxones lex fuit, vt virgo ſponte deflorata, viua ſepeliretur: & violator ſuper ipſam ſuſpendi debebat. ſi etiam apud Barbaros lex fuit, vt virgo fornicaria, ſeu ſponte grauidata de Monte altiſſimo pręcipitaretur eiuſque violaror capite truncaretur, habetur etiam in prologo hyſtoriæ Roma. de quadam quæ cum genuiſſet filios, ſecū dum legem viua fuit ſepulta.

Sed quid ſi ſtuprator, neget filiam fuiſſe virginem: filia autē dicat contrarium cui ſtandum ſit in dubio. Panor. in d. ca. j. de adulte. dicit quod Doctores communiter tenent, quod patri non incumbit probatio, quod filia ſtuprata fuiſſet virgo tempore ſtupri, nec etiam filiæ incumbit probatio: quia iura præſumunt illam fuiſſe virginem, ex quo habebatur pro virgine, niſi contrarium probetur. capi. 1. vt eccleſiaſtica, beneficia. & in ca. continebatur. de deſpon. impub. quia virgo præſumitur ſemper deducta, & decepta. quia ſi non eſſent hominum inſidiæ tantum facinus non perpetraretur. l. vnica, C de rapt. virg.
10 †imo ſtaretur aſſertioni puellæ cum iuramento contra deflorantem, quod tempore ſtupri erat virgo, vt concludit Cardinalis Florentinus in dicto cap. j. & Alex. in conſi. 229. in 6. vol. tamen aliud eſt in marito ſecundum Hoſt. in titu. de probati.
11 in §. fi. vbi ex pluribus concludit, †quod ſi maritus aſſerat carnaliter cognouiſſe vxorem ſuam, & vxor dicat contrarium iſto caſu ſtabitur dicto viri, & non vxoris cum vir dicatur caput mulieris. c. ſi quis acceperit. 33. q. 1. quia in dubio ſequenda eſt illa opinio, quæ facit pro conſeruatione matrimonii: ſed dicta opinio Hoſt. procedit niſi iudicio matronarum, ſeu obſtetricum contrarium cōſtaret, ſ. quod vxor nunquam a marito cognita fuit: ſed adhuc permanet virgo, tunc reiecta aſſertione, viri ſtaretur depoſitionibus obſtetricum, & hanc opinionē ſequitur Hyppolitus de Mar. in rub. C. de proba. nec ſimiliter creditur aſſerenti ſe fuiſſe adulteratam per ſacerdotem, nec ex tali aſſertione debet presbyter puniri. c. ſignificaſti. de adul. vbi dicitur ꝙ ad ſolam confeſſionem mulieris aſſerentis ſe fuiſſe carnaliter cognitam a ſacerdote non venit puniendus: ſed qa
12 de tali crimine eſt diffamatus debet ſe purgare, †quod ſi purgationem fecerit debet abſolui, & dimitti in pace, ſi vero. in ea
13 defecerit debet ab officio ſuſpendi. † Inciuiliter ergo quidam officiales Epiſcoporum, qui ex ſola inſtigatione mulieris dicētis ſe fuiſſe violenter cognita a ſacerdote eum diuerſis ſcripturis inuoluunt. & moleſtant, quod ſi ita faciunt in ciuiliter procedunt: pluribus rationibus, prima: quia eſt mulier: ideo facilter poſſet ab exploratoribus ſeduci: modo dicit vnum, modo aliud, nec eſt conſtans in factis, vel dictis. cap. forus. de verbor. ſignifica.

Secunda ratio, quia ipſa eſt ſola in ſua depoſitione, & ideo vni ſoli non creditur quantuncunque ſit idoneus. cap. licet. de teſtib. & vox vnius vox nullius.

Tertia ratio, quia mulier quæ deponit contra presbyterum etat particeps criminis, & confitebatur delictum ſuum, & ſic allegabat ſuā turpitudinem: ideo huic confeſſioni ſtari nō debet, vt habetur in c. j. de confeſſ. & nota. in ca. veniens. extra de teſtibus.

14 Præterea †laici in criminali non poſſunt eſſe teſtes contra clericos. c. de cætero. de teſtib. quod procedit etiam contra clericum in minoribus conſtitutum, niſi crimen eſſet notorium c. pe. de pur. cano. & dicit Pau. de Caſt. in l. iudices, C. de iudi. ꝙ in cauſa criminali clericus de delicto non p̄t dāno duobus teſtibus, & ſic in criminali duo teſtes contra clericum non ſufficiunt ſuis alijs præſumptionibus: ſed Cardina. in dic. clemen. j. §. verum. in prima quæſtione tenet contrarium, quod etiam in caſu hæreſis ſufficiunt duo teſtes propter regulam generalem, quæ dicit in ore duorum, vel trium ſtat omne verbum, & iſta eſt vera opinio pro qua facit glo. in ca. præſul. 2. q. 4. quæ te
15 net †quod contra papam ſufficiunt duo teſtes, quam gl. ſequitur Fel. in c. quoties. in 1. col. de teſtib.

Concludite ergo reſolutiue in hoc puncto quotidiano, circa quem iudices eccleſiaſtici male aduertunt ſecundum Angel. de Clauaſio, & Silueſtrum, & alios Summiſtas in §. ſtuprū quod in foro conſcientiæ ſi quæratur an ſtuprator teneatur,
16 & ad quid † diſtinguite quod aut defloravit virginem volentem, & tunc non tenetur, ex quo non eſt ſeducta. Si autem filia fuerit ſeducta, vel ad hoc tracta fuerit inuita videlicet p̄ promiſſiones, & ficta mendacia iſto caſu confeſſor in pœnitentia debet ei iniungere, vt ad arbitrium boni viri eidem defloratę ſatisfaciat, vel ſaltem cum ea componat de aliqua quantitate pecuniæ, vel alterius rei, vt poſſit facilius cum aliquo matrimonialiter copulari, & ſi cum ea promiſerit contrahere ad hoc, vt poſſet extorquere copulam, prout plures faciunt, debet obſeruare promiſſionem ſuam, licet ſit ſimplex: ergo multofortius debet illam adimplere, ſi iurauerit ſecundum Archidiac. in loco ſupra allegato, quæ deciſio ſecūdum Summiſtas limitatur, vt procedat, quando ſtuprator, & ſtuprata eſſent perſonæ æquales: †ſecus ſi eſſent diſparis conditionis, puta, quia vir
17 eſſet nobilis, vel homo conſtitutionis in dignitate, & mulier eſſet pediſequa, vel alia plebeia quo caſu erit imputandum mulieri: quia debuit cogitare, quod vir talem promiſſionem faciebat in fraudem: ideo poterit petere remiſſionem promiſſi.

Tenebitur tamen ei aliter ſatisfacere ſecundum ſuam qualitatem, & indigentiam mulieris, & dicit Abbas in dicto. cap. in quarto notabili. de adul. quod deflorans virginem debet ſibi conſtituere ampliorem dotem, quam ſi non fuiſſet deflorata: quia virginitas dicitur ſecunda dos, ſi vero ſtuprum eſſet cōmiſſum cum vidua muliere honeſte uiuente certe arbitrio iudicis imponatur ſibi pęna pecuniaria ſecundum conditionē perſonarum, & qualitatem facti, & ſic diſpoſitio dicti. cap. primi de adulterijs. quæ loquitur in ſtupro virginis, non habet locum abſolute in uidua ſtuprata.

Si uero quæratur, qua pœna debeat puniri clericus pro ſtu
18 pro de iure canonico †dicite quod antiquitus ſecundum canones Apoſtolorum pęna ſtupri, uel etiam ſimplicis fornicationis erat depoſitionis, capi. presbyter quanquam. octuageſima ſecunda diſtinctio. ſed beatus Silueſter Papa conſiderans naturam humanam eſſe multum fragilem, & quod pauci a tali uitio carnis ſunt abſtinentes, volens moderare ſentētiam apoſtolorum ſtatuit, ut clericus pœniteat per 10. annos ſecūdum formam tradita in d. cap. presbyter. uel uerius dicatis prout ſupradictū fuit in adulterio, ꝙ pœna ſtupri hodie commiſſi per clericum eſt ſolum quod pęniteat per ſeptem annos ſicut & cæteri laici ſtuprum committentes. Sed noſtris temporibus iſte pœnæ pœnitentiales non ſeruantur cum remaneant in arbitrio ſacerdotis.

Si uero quæratur qua pœna debeat puniri clericus in foro contentioſo uariæ ſuper hoc fuerunt ſententię canoniſtarum quidam dicunt præceptor Ioannes Andreæ quod ex quo clericus non poteſt ſtupratam ducere in uxorem debet corporaliter caſtigari per tex. in cap. peruenit. in uerbo corporaliter caſtigatus extra de adult. qui tex. generaliter loquitur ergo debet intelligi tam in clerico quam in layco. Alii autem dicunt, ꝙ ex quo clericus non poteſt contrahere matrimonium cum illa, quam ſtuprauit poterit cogi ad ſibi conſtituendum dotem hoc poterit ſibi imponere pœnam pecuniariam: quia propter illam clerici facilius retrahentur a talibus exceſſibus quam p̄ cœteris pœnis ſpiritualibus: quia ſacerdotibus ſicut ſenes, & mulieres regulariter ſunt auari & ambitioſi in acquirendo & retinendo. cap. 1. §. in uerſiculo propter ſacerdotum auaritiā extra de decimis. & in l. ſi ego, ff. ad Velleya. & ulterius pro uero ſtupro in uirgine commiſſo clericus patietur pęnam depoſitionis maxime ſi poſt admonitionem canonice per ſuum ſuperiorem non deſiſtat & iſta eſt communis ipſi patri opinio quam ſequitur Pano. in præallegato, cap. peruenit & in dicto. cap. dubitatur ſi uirgo ſe obtulit ſponte clerico an hoc caſu teneatur, reſponde quod quantum ad pœnam criminalem imponendam clerico propter ſtuprum non excuſaretur etiam p̄ bata voluntate puellæ: non eum uoluntas conſilii criminis debet excuſare a pœna delicti quando culpa illius non conſiſtit in ſola uoluntate actus ſed in reprobatione ipſius ſed quantum ad præſtationem dotis uidetur, quod non teneatur probato, quod non fuerit ſeducta, ut tenet aſtenſis in ſumma, & Silueſter ibidem in uerbo luxuria uerſicu. quinto quod iſto caſu clericus non teneretur præſtare dotem etiam in foro cōſcientię multominus tenebitur in foro contentioſo, iſtud limitatur non quantum ad damnum & intereſſe non patris dictę puellę quia pater uirginis accuſaret clericum de ſtupro ſuæ filię certe teneretur ei ſatisfacere de damno ſeu ęſtimatione damni ipſi patri prouenientis ex defloratione ſuę filię qa ex quo fuit deflorata licet uoluntarie in ea dotanda requiritur

ma-

malor quãtitatis pecuniæ ideo clericus teneretur ad illud ma ius teneretur etiã pro iniuria illata patri ex defloratione ſue filiæ at cleric.& hic vt clericorum extra de vita & honeſtate, clericorum.

Sed ſecundum leges ciuiles quæ pœna imponatur pro ſtupro diſtinguite aut ſtuprum violenter fuit commiſſum & tũc proprie dicitur raptus & non ſtuprum abſolute: quia raptus non dicitur ſine violentia, addo quod ſi quis verbis blandis ſeducat virginem vel viduam non incidit in pœnam raptus, vt habetur in l.vnica,C.de rap.virgi. & in capi. de raptoribus.36. quæſt.1.de iure ciuili punitur pœna capitali de iure canonico punitur pœnis ſupra adductis.tamen proprie loquendo ſecun
19 dum terminos legales raptus & ſtuprum ſic differunt†quia ra ptus virginis dicitur quãdo mulier per vim rapitur & de loco ad locum tranſducitur,vt in l. ſupra proxime allegata & notatur in l.qui cœtu.§.qui vacantis,ff. ad legem Iulia. de vi publi. ſed ſi virgo cognoſcatur per vim iſto caſu propriæ diceretꝫ ſtuprum & non raptus,l.mariti lenocinium circa finem verſi culo.qui per vim ſtuprum intulerit,ff.de adul. & tradit Guido Papæ in ſingulari milеſimo ſeptimo incipi. raptus virginis & plenius ſingulari quingenteſimo ſexageſimo nono incipien. cum quæritur vbi ponit plures diſtinctiones quomodo raptores virginum aut aliorum honeſtarum mulierum puniuntur
20 & ſic videtis quod raptor grauius punitur quam ſtuptator†vn de licet raptor de iure ciuili non poſſit capi,nec extrahi de eccleſia,vt eſt catus in l.præſenti in verbo nullos pœnitus, C.de ſacroſanct.eccleſi.tamen ſecus eſt de iure canonico. capitu.in ter alia & ibi gloſſ.hoc notat.extra de immuni.eccleſia.cui cõ cordat tex.de iure Authenticorum in §. neque homicidis. in Authentico de manda. principum quod ſecus eſt in ſimplici ſtupro.pro quo non debet quis extrahi ab eccleſia.& vltra pę nas iuris ſtatutum eſt, quod raptor incurrit perpetuam infamiam merito a teſtificãdo repellitur & iſtud inductum eſt in odium criminis.capi.conſanguineorum. 3. quæſt.4.ita notat Bartholomæus Cœpola in l.prima.in §.furti,ff.de his qui notantur infa.

Viſo quomodo committatur raptus & quæ pœna inducta ſi pro tali delicto videamus an diſpoſitio legis vnicę de rapto. virgi.haheat locum in rapiente meretricem ſicut in qui rapit. virginem vel viduam,aut aliam mulierem honeſtam:& breui ter ſuper hoc paſſu Doctores multum intrincan. quia Bald.in d.l.raptores. C.de epiſcop.& cleric.in prima colla.in verſiculo hoc tamen fallit in meretrice:videtur abſolute tenere quod rapiẽs meretricem,vel illum quæ cauſa libidinis plures ad mi ſit quam improprie concubinam appellamus non incidit in pœnam,prædictę legis vnicę de raptorib.virgi.quæ eſt pęna capitalis allegat gloſſ.in §.idem lex Iulia. in verbo viduam Inſt. de public.iudiciis quæ literaliter dicit quod ſi quis ſtuprauerit meretricem vel concubinam non punitur pœna ſtupri propter verbum honeſtæ vnlentem poſitum in illo text.& idem glo.in dicta,l.vnica in verbo honeſtarum,C.de raptu virginũ. quæ dicit quod pœna illius legis non habet locum in meretricibus.raptis propter verbum honeſtarum ergo a contrario ſenſu ſi mulieres raptæ ſint meretrices & inhoneſte viuentes certe raptores non incidẽt in pęnam illius legis & allegat duo iura primo tex.in l.quæ adulterium,ff.de adul.& in l.verum ſi meretricem,ff.de fur.

Paulus de Caſtro aliter deſtinguit,quod aut iſta meretrix,q̃
22 fuit rapta erat maritata † & tunc illam rapiens tenetur de raptu quia in ea committitur adulterium ſicut in honeſta muliere,l.ſi vxor.in princip.ff.de adul.ergo etiam raptus commit titur,ex quo eſt qualificatus:cum adulterio, & in hoc nulla vi detur dubitatio ſi vero talis meretrix violenter cognita & cõtra eius voluntatem:non erat nupta & tunc procedit opinio dictarum gloſarum,vt rapiens non puniatur de raptu.

Alia fuit diſtinctio Guilielmi de Cugno.in dicta,l.raptores, quod aut meretrix rapta erat perſeuerans in meretrico & tũc procedat opinio dictarum gloſſarum ſcilicet,vt non puniatur de raptu,quod ſecus eſt ſi in meretricio nõ perſeuerauerit ma xime tempore raptus.quia iſto caſu teneretur de raptu quando quidem raptus in meretrice non cadit argum.gloſſ.j.l.vnicæ,C.de rapto.argum.tex.l.uerum.de fur.

Alia fuit opinio Salyceti, & ſequatium in prælegata lege vnica.quam puto eſſe veriorem qui pleniorem facit diſtinctio nem.& quam ibi refert & ſequitur Hyppolitus de Marſiliis ꝙ aut talis mulier rapta deſierat eſſe meretrix, quia tempore quo fuit violenter cognita inceperat honeſte viuere, illam & pęnitebat tenuiſſe talem vitam impudicam,& omni die cum aliis honeſtis mulieribus conuerſabat fugiendo conſortia tã virorum, quam mulierum inhoneſte uiuẽtum & iſto caſu cõtra raptorem haberet locum diſpoſitio pœnalis,d.l. legis unicæ.quia inſpicitur qualitas quæ in tempore delicti & ſic propter pœnitentiam de ea iudicatur ac ſi nunquam fuiſſet meretrix,ſed tempore honeſte uixiſſet iuxta regulam iuris quæ dicit quod ceſſante cauſa,ceſſare debet effectus,capi.cum infirmitas corporalis de pœn.& remiſ.& in d.c.cum ceſſante. in l. adigere,§.quamuis,ff.de iure patrona. & iſtam diſtinctionem Sal.& aliorum ſequacium ex plurib.confirmat Hyp.de Marſ. fil.in præal.l.vnica.

Primo per ſingulare dictum Speculato.in titul.qui filij ſint legiti.in §. penultimo in verſiculo quid ſi filia peccauit.& in verſiculo quid ſi pœniten tiam ægerit,quem ſequitur Bald.in
23 l.fina. C.de dotis promiſſio.vbi concludunt † quod quanuis pater ſecundum leges ciuiles non teneatur alere,vel dotare filiam intelligere minorem,quæ paſſa fuit ſe carnaliter cogno ſci ab aliquot:tamen ſi filiam pœnituerit & ad vitam laudabi lem reuerſa,& emendata fuerit,& in ea appareant ſigna pœnitentiæ debebit alimentari & dotari a patre, quia ceſſat cauſa,propter quam dos,& alimenta denegabantur: & iſtud dictum ſequuntur canoniſtæ.in cap. Quintauallis de iureiuran. & eſt ſingularis limitatio ad nota.Baldi,§.cauſas vt cum de appel.cognoſc.colum.8.quia humanum eſt peccare Angelicum eſt ſe emendare & Diabolicum perſeuerare.

Secundo hæc opinio Salyce.comprobatur. per ſingularem doctrinam quam tradit Bald.in l.filiam,C.de inoffic.teſtamẽ. quem ſequitur Raphael Fulg.& Iaſon in l.in arenam,C.eodẽ
24 titulo,vbi concludũt per illum textum†quod mater meretrix non poteſt filiam meretricem exhæredare ex quo laborat eodem vitio,quia quod in alio reprobo in me approbare non poſſum,l.in arenam,C.de inofficioſo teſtament. & ibi ſcribẽ. tamen ſi mater ſit emendata,& reducta ad honeſtam & pudi cam vitam poterit filiam propter meretricium exhæredare ad uertite tamen quod deciſio Bal.Sali. & Raphaellis Cremenſis & Iaſonis,quæ loquitur in meretrice non habet locum in pa tre filiam ſuam meretricem poterit exhæredare quantuncun-
25 que ipſe ſit meretricator †ratio eſt quia in muliere maior ca ſtitas requiritur quam in viro.l.penu.C.de Orphicia.prout no tat gloſſ.in l.palam,§.quæ in adulterio,ff.de ri.nup.tertio con firmatur per ſingularem doctrinam Iaſonis in dicta,l. in arenam quam habuit ab Alexand.in l.prima,ff.ſolu.matrimon. quod licet filius propter ingratitudinem poſſit a patre exhære
26 dari†tamen ſi viuo patre vel ante teſtamentum fecerit pœnitentiam,& fuerit emendatus non porerit a modo a patre exhęredari,& iſtud in tantum procedit ſecundum Barto.in l.ter
27 tia,§.fina.ff.de adimend.lega. †quod ſi filius poſt exhæredatio nem fuerit reconciliatus a patre exhæredatio cenſetur adempta.& ſic remanet opinio Salyce.exemplificata,ꝙ ſi meretrix tempore raptus erat emendata tunc enim rapiẽs incidit in pęnam raptus.

Si vero talis meretrix tempore raptus non deſierit meretri
28 ciari,†& tunc ſi ipſa conſenſerit raptus non punitur de raptu propter villitatem vitę, quia conſenſus mulieris excuſat a pę na illius legis talem rapientem: quod limitatur niſi mulier,q̃ conſenſit,haberet iuſtam cauſam contradicendi, ſcilicet,pro pter affinitatem,vel conſanguinitatem,quo caſu non obſtan te conſenſu puniretur de raptu, & in hoc meretrix differt ab
29 honeſta muliere,†quæ ſi fuerit rapta per vim de domo ſuorũ parentum contradicentium licet ſit de voluntate mulieris ni hilominus rapiens non euadet pęnam capitalẽ a pęna raptus, vt in terminis tradit Matheſilanus in notabili centeſimo inci piente nota tex.quem pauci ſciunt,quod iſta deciſio facit con tra illos qui filias a domo parentum ſubtrahunt & quo volũt ducunt:licet filia dicat, quod ipſa eſt contenta, & quod hoc fecit de ſuo conſenſu, nihilominus rapiens punieꝫ pęna mor tis.

Sed quid ſi meretrix violenter fuerit rapta ſine ſuo conſen ſu an habeat locum pęna raptus?

Breuiter Gulielmus de Cugno diſtinguit, quod ſi talis me retrix habebat iuſtam cauſam contradicendi, quia dicebat ꝙ ipſa volebat pęnitere, & redire ad honeſtam vitam iſto caſu talis rapiens teneretur de raptu,alias ſecus.

Sed Salic.in dicta,l.prima,dicit quod communis opinio eſt contra Guilielmum de Cugno, quia illud mulieri non prode rit ſi dicat ſe velle pęnitere, prout faciunt iſtæ meretrices quæ de nocte riblantur ab ſcholaribus:ratio eſt ſecundum Hyppo litum,quia contradictio oppoſita oppoſiti,vel præſumpti nõ admittit illam pęnitentiam verbalem niſi aliter appareat de ſignis pęnitentię.

Et ſi quæratur quomodo cognoſcetur,quod meretrix deſie rit meretricari reſpondetur quod hoc cognoſcitur,ex duobus primo ratione loci,quia ſi habitet, & conuerſetur in loco in quo aliæ meretrices ſolent conuerſari in dubio iudicabit̃ me retrix, puta quia moratur in luppanari, vel alio ſimili loco.

30 †Ideo etiam inuita cogitur uendere merces ſuas, prout di cimus de aduocato,& procuratore & ſyndico uniuerſitatis,& notario qui etiam inuiti poſſunt compelli ad officium procu
31 rationem patrocinium & inſtrumenta ſuſcipiendũ†ſicut cau

po,

Digitized by Google

po,hoſpes tabernarius,& Doctor, qui inuiti coguntur hoſpi tes recipere, & conſulere vt in terminis tradit dominus Deci.
32 in regula inuitus,ff.de reg.iu.†Secundo meretrix,cognoſcitur ratione habitus,vel inceſſus vt eſt caſus in l.apud Labeonem in §.ſi quis virgines,ff.de iniur.quæ allegatur ad hoc,quod talis quis eſſe præſumitur,in quo habitu reperitur, vnde ſicut iudæi & Saraceni coguntur portare aliquod ſignum per quod a cæteris Chriſtianis diſceruantur.cap. in nonnullis prouincijs extra de iudæis ſic etiam meretrices poſſint cogi portare aliquod ſignum vt ab honeſtis mulieribus poſſunt cognoſci ſecundum Bald.per illum tex.in l.minimæ,C. de epiſcopali audien.quem ſequitur dominus Decius In regula ſemper in cõtractibus.de reg.iur.

Annotate inſuper, quod licet rapiens meretricem repertã in loco,& habitu ſupradictis,non puniatur regulariter de raptu ſecundum Bart. in dicta.l.verum ſi meretricem.in fine.& Pau.de Caſt.in conſilio,306.incipien.viſo dicto ſtatuto, tamẽ venit puniendus extra ordinarie, hoc eſt,arbitrio iudicis , & actione iniuriarum teneretur & illa iniuria poſſet eſſe adeo atrox,quod iudex inſpecta qualitate delicti,& conditione perſonarum,poſſet arbitrari incluſiue vſque ad mortem,& iſtud dictum ſingulare refert Matheſilanus in centeſimo ſecundo notabili incipiente nota vnum quod ſolent vulgares dicere.

Sed an rapiens mulierem puniatur de raptu , ſi non fuerit ſubſecuta copula carnalis diſtinguite quod aut raptor nõ potuit?licet tentauerit:& tunc iſto caſupunietur affectus licet nõ ſequatur effectus.

33 †Si vero raptor noluit,licet potuiſſet,quia ipſum pœnituit commiſiſſe tantum nephas, & tunc non puniretur de raptu, ſed alia mitiori pœna , ſed an maritus,vel ſponſus puniatur de raptu , & quid econuerſo ſi mulier rapiat virum videte plene per Doctores in dicta lege vnica.& in præallega. lege. raptores.

Poſtremo deueniamus ad ſecundum membrum diſtinctio nis,ſcilicet,quando ſtuprum eſt commiſſum ſine violentia,&
34 & tunc ſi quæratur, †quæ ſit pena ſtupri de iure ciuili reſpondetur quod ſi ſtupratot ſit nobilis, vel alias ſit honeſta perſona punitur confiſcatione dimidiæ partis bonorum ſuorum.Si vero ſit humilis ſeu vilis conditionis, & iſto caſu ex lege Iul. coercione corporali affligetur:quia fuſtigabitur,& nihilominus in exilium mittetur, hoc eſt, relegabitur:extraordinarie autem ſtuprans,vel perſuadens punitur vltimo ſupplicio , vt *eſt caſus in l.prima*,in verſiculo perfecto flagitio ,capite puni tur,ff.de extraordinarijs criminibus: & prædictam diſtinctionem ponit imperator,§.item lex Iulia in verſicul.honeſti publicationem partis dimidiæ bonorum : humiles autem.Inſti. de publ.iudi. & licet ſecundum iura Codicis pœna adulterij ſit immutata in pœnam mortis per,l.quamuis.C.de adult.tamen in ſtupro iura antiqua remanent incorrecta, prout ſupra fuit dictum de adulterio,& inceſtu vt notabiliter tradit Alexand. de Imol.in conſilio.229.incipiente ponderatis in 6. volum.ex quibus reſultat communis opinio, quod pro ſtupro non imponitur pœna mortis quæ deciſio ſecundum gloſſam in d.§.itẽ lex Iul.non procedit in caſibus certis.

Primus eſt in tutore ſtuprante pupillam factam adulteram
5 cuius tutelam geſſit:†qa pro tali ſtupro punietur pœna deportationis cum publicatione omnium bonorum ſuorum caſus eſt in l.vnica,C.ſi quis eam cuius tutor.vbi dicitur,quod ſi tutor quondam adultam ſtuprauerit debet deportari omnibus bonis fiſco applicatisratio redditur in promptu ſecundũ Doctores.ibi,quia tutor eſt loco patris,& principaliter datur perſonæ,vt eam doceat in bonis & honeſtis moribus, & non in luxuriam,& vita impudica:vnde Hieronimus ad Demetriadẽ virginem ait animam in teneris annis eſſe inſtruendam diuinis eloquijs,ac verbis,& factis caſtis, vt corruſcãte verbo Dei aſtutiæ Diaboli repellentur, & vt adoleſcens reſiſtere ſciat hoſti quem pro reſiduo vitæ habiturus eſt.

Secundo idem dicendum eſt in commentarienſi, hoc eſt, cuſtode carcerum ſtuprante illam, quam conſeruat in carceribus,quia p ſimilem diſtnictionem punietur pœna quam patitur tutor cognoſcens quondam pupillam ſuam vt no.in l.ſi
36 na.& per totum titulum,C.de cuſtod.reorum†vos autem dicite,quod ſi cuſtos carcerum maxime regiorum carnaliter cognoſcat incarceratam debet puniri pœna capitali & ita concludit Guido Papæ in deciſio.448.incipiente ſi incarceratus p ſententiam iudicis qui allegat Ioannem Fab.hoc dicentem in præallega.§.item lex Iul.vbi dicit q pœna illius de conſuet. eſt mors,ſiue incarcerata ſit meretrix,ſiue non.

Ex precedenti deciſione poſſet ſuboriri dubitatio, ex quo tutor cognoſcens carnaliter illam cuius tutelam geſſit, punitur pœnis ſupra adductis.

Sed an ſaltem prohibeatur contrahere matrimonium cũ eadem pupilla ſua reſpondetur quod ſic.l.ſi tutor,vel curator C.de interdicto matrimonio:vbi dicitur,quod ſi ſibi, vel filio ſuo eam collocauerit matrimonio : ipſo facto ex dolo præſumpto incurrit infamiam,quoniam præſumitur talem contractum feciſſe , vt ratione fraudis commiſſæ non reddat ad miniſtrationem tutelæ,vel curæ,niſi pater filiæ cõtrarium diſ
37 poſuiſſet,l.ſi pater,C.eodem titul †Iſta deciſio procedit de iure ciuili:ſecus de iure canonico,quo iure non prohibetur matrimonium inter tutorem,vel eius filium & pupillam. & ideo ſuccedit communis regula quod quando ius ciuile,& canoni cum contrariantur in matrimonialibus, aut alijs ſpiritualib. tunc iuri canonico & non ciuili ſtandum eſt capitu.per venerabilem.extra qui filii ſint legi. & in capi. ſi diligenti extra de foro compe.& ſecundum tale ius matrimonia regulari debẽt capi debet.de bigamis.& dicit tex in §.hinc colligitur.ſecunda quæſtio.3.quod hodie matrimonia reguntur iure poli & non iure fori & in his & alijs ſimilibus ſacræ leges non dedignantẽ imitari ſacros canones capitul.penul.& capi.fina. de ſecund. nup.& in cap.clerici.de iudi.& in capi.primo de oper.nouijnũtia.& dicit tex.in Authentico,vt clerici apud proprios epiſco-
38 pos.circa finem,†quod in cauſis ſpiritualibus lex ciuilis ſubijcitur canonibus,quia effectus iſtorum iurium tendit ad diuerſum finem quoniam finis iuris canonici eſt euitare peccatum,& Deo animas lucrifacere.

Sed finis iuris ciuilis tendit ad bonum publicum , vt notat gloſſ.& ibi Doctores in capitulo cum contingat extra de iure iurand.concludite ergo in ſumma,quod ſi tractetur,& vertatẽ dubium circa permiſſionem,vel prohibitionem matrimonij ſtamus canonibus , & non diſpoſitionibus legum ciuilium, vt notatur per Arch.35.q.5.

Ex quibus multa inferuntur primo,quod licet raptor ſecũdum leges ciuiles non poſſit contrahere matrimonium cum muliere rapta,vt habetur in dicta,l.vnica de rap. virginum & habetis rubricam expreſſam in Authentico de rap.mulierib.
39 quæ raptoribus nubunt ,collatio.nona.†tamen de iure canonico inter eos nuptiæ non prohibentur contrahi ca. cum cauſam & cap.fina.extra de raptoribus.& habetur expreſſe in capi.tria.& in cap.de puellis.& in capi.denique.36.quæſtio. 2.ſecundo infertur,quod licet rector prouinciæ non poſſit de iure ciuili contrahere cum prouinciali vel filiusfamilias non poſſit contrahere ſine conſenſu patris : tamen de iure canonico matrimonia cum talibus licite contrahuntur,& ideo iura ciuilia quæ dicunt patrem poſſe exheredare filium,vel non debere dotare filiam , qui vel quæ nupſit contra eius voluntatẽ non habent locum ſecundum canones quibus in hoc ſecundum iura ſuperius allegata ſtandum eſt,& etiam in pluribus alijs in quibus canones contradicunt legibus, vt in alienatione fundi dotalis,& in pactis de non ſuccedendo , & in coniugibus ſecundo nubentibus , & in renunciatione Velleyani & in crimine hæreſis,in quo tanquam in re ſpirituali ſtamus iuri canonico,ita quod iudices temporales directe vel indirecte ſe intromittere non debent capitu.vt inquiſitionis negotium, §.prohibemus.de hæreticis in texto.vel ſi agatur de ſeparatione matrimonii vel de cęteris impedimentis matrimonialib. in prædictis caſibus eſſet ſtandum canonibus & non legibus ciuilibus.

Dubitatur vlterius qua pœna veniat puniendus ille qui corrupit ſeu deflorauit virginem immaturam,& ſic minorẽ duodecim annorum an debeat puniri ſtupri,vel pœna raptus.Breuiter Bald.in l.ſi quis dicam non rapere.in finali column. C. de epiſcop.& cleric.vbi recitat opinionem quorundam antiquorum,qui concludebant in hoc quod corrumpens puellã nondum uiripotentem debet puniri capitali pœna ac ſi delictum fuiſſet conſummatum,quia in iſto crimine raptus attẽditur uoluntas cum aliquo actu intrinſeco: licet actus ille nõ deuenerit ad effectum , & ſic in delictis atrocioribus affectus punitur,licet non ſequatur effectus dicta, l.ſi quis non dicam rapere.propter uerbum,attentare,poſitum in illo textu: quia in talibus delictis,& aliis maiorib. uel ſimilibus tractatus habetur pro facto,ut ſingulariter determinat Cardinalis Florentinus in Clemen.paſtoralis.in uerbo tractauerat . de re iudica. pro quibus facit gloſſ.notabilis in ca. nullus Epiſcopus in uerbo pretium exigat prima quæſtio.prima,quæ dicit,quod in deteſtationem criminis ſimoniæ conatus punitur,licet non fuerit ſecutus effectus,quæ gloſſ.facit contra illos beneficiatos,q diet im mereantur,& in electionibus uoces ſuas dãt,ut alia cõſequantẽ beneficia,& cœteros faciunt tractatus ſimoniacos:tales enim conatus , ſeu tractatus quoad ſe inducunt ueram ſimoniam,& irregularitatem:unde refert Bar.in le.prima,ff.de parricidijs . quod monachi ſancti Pe.conati fuerant dare uenenum Abba.tamen hoc facere non potuerunt:nihilominus debebant puniri,ac ſi uere ſecutus fuiſſet effectus , & notetis tex.in dicta,l.prima,qui non reperitur alibi in uerſicul.præterea,qui venenum emit, vt patri daret quamuis dare non potuit:

Digitized by Google

tuit:& lex illa allegatur ad hoc,quod pro veneno præparato debet quis puniri,ſicut ꝓ dato,& ſic remanet firmata opinio illorum antiquorum quod corrumpens virginem immaturã venit puniendus de raptu,& ſic pœna capitali.

Alia fuit opinio Gulielmi de Cugno in dicta,l.ſi quis non dicam rapere dicentis quod ſtuprans virginem duodecim annorum non debet puniri pœna capitali,niſi tale ſtuprum per vim fuiſſet commiſſum:ſed imponetur pœna ſecundum conditionem'& qualitatem perſonarum:quia ſi talis ſtuprans ſit humilior,& in fine conditionis cõdemnabitur in metallum: honeſtiores autem in inſulam relegantur,aut in exilium mittuntur,vt eſt caſus ad literam in l.ſi quis aliquid. §.qui nondũ virgines viripotentes corrumpunt,ff.de pœn. & iſtam opinionem ſecutus fuit Guido Papæ, qui refert ita fuiſſe iudicatum in deciſione quingenteſima quinquageſima quinta incipiente.

Vidi dubitari.qui dicit,quod iſta videtur eſſe verior de iure.

Alia fuit opinio quorundam dicentium,quod pro defloratione virginis immaturæ habet locum actio legis Aquiliæ,& non pœna mortis,& pro hoc allegant text. ad literam in l.ſi ſtuprum in verſic.vel ſi virginem immaturam ſtupraverit, ff. de iniur.† Ex quibus apparet, quod pro defloratione iſtarum puellarum impuberum:dum tamen non fuerit commiſſa violentia,non impouitur pœna mortis:ſed tantum pœna deportationis,vel relegationis ſecundum tamen diſtinctionem ſuperius factam,& iſta pœna de iure non reperitur immutata: ſed aliud eſt in eo,qui virginem maturam defloravit,quia illa effectualiter perdit virginitatem, quæ ſi ſemel amiſſa fuerit nunquam reſtitui poteſt: quia ab agente in paſſam delictum fuit confirmatum,quod ſecus eſt in virgine minore defloratam,quæ virginitatem perdere non poteſt: quia reſpectu paſſæ delictum magis videtur attentatum,quam cõſummatum, & perfectum:ideo minor pœna eſſet ei imponenda.

Si placet,aduertite pro vltimis verbis, quod licet iſta opinio ſit verior de iure:tamen in regno aliud obſeruatur de conſuetudine,vt refert quędam parua gloſſ. j. in additione prædictæ deciſionis Guidonis Papæ ſupra allegatæ,quæ dicit, quod tales ſic ſtuprantes virgines immaturas ſuſpenduntur allegat Io annem Fabr.in dicto,§.item lex Iulia. Inſtit. de public. iudic. & dicit Bald.in dicta,l.ſi quis non dicam rapere, quod ſi ipſe haberet illum caſum præ manibus faceret illam ſic defloran-
tem decapitari,pro quo dicto Baldi eſt tex.apertus in l.prima, in verſicu.qui mulierem,vel puellam interpellauerit, capite punitur,ff.de varijs,& extraordinariis criminibus. ego enim prædicta intelligo, quando talis defloratio virginis facta: qa prece,vel precibus, vel mendaci promiſſione fuiſſet ſeducta, & iſta deciſio facit maxime contra quoſdam qui in ſpurcitia, & luxuria conſueuerunt:& qui tenent in concubinatu,& ſtu pro puellas nondum viripotentes:contra quos ſecundum canones inducta fuit pœna depoſitionis, & priuationis beneficij,vt ex infradicendis apparebit.

Vlterius poſſet dubitari ex quo rapiens puellam, ſeu ſtuprans:debet eam accipere in vxorem,vel dotare. † ſed an cognitio,& punitio ſpectet ad iudicem eccleſiaſticum,vel ſecularem,& quis iſtorum iudicum faciat conſtituere dotem puellæ raptæ?Breuiter diſtinguite,aut raptus fuit commiſſus per clericum:& tunc pro illo crimine debet trahi coram iudice eccleſiaſtico,qui vſque ad ſententiam incluſiue terminabit de cauſa,ſi vero agatur de raptu commiſſo per laycum, tunc iudex temporalis cognoſcet,& iſta eſt verior opinio de iure, ſecundum legiſtas in l.raptores,C.de epiſco.& cleric.& in d.l.vnica. de rap.virgi.& ratio eſt,quia qualitas delicti importat punitionem corporalem,vt in iuribus, ſupra allega. ergo ad iudicem eccleſiaſticum non ſpectat de iſto crimine cognoſcere, quia non habet iuriſdictionem,ſeu pœnam ſanguinis,capi. ſententiam.extra ne clerici,vel monachi aliter incurreret irregularitatem ſecundum canoniſtas,ibi niſi in certis caſibus,& ſic nec directe,nec indirecte permittitur iudici eccleſiaſtico poſſe cognoſcere inter laicos de re mere ciuili, licet manifeſte agatur de peccato alias ſequeretur,quod in conſequentiam iudex eccleſiaſticus vſurparet ſibi temporalem iuriſdictionem ꝙ facere non debet,vt in terminis decidit dominus Fran.Marc.in deciſione.2.inci.quæritur.2.

De peccato ſodomitico. Rubr.

SVMMARIVM.

1 *Peccatum contra naturam quomodo committatur.*
2 *Sodomia fuit cauſa propter quam dominus deleuit mundum diluuio.*
3 *Sodoma quomodo interpretatur,& quare ſic appellatur.*
4 *Sodomiticum crimen vincit quancunque fornicationem.*
5 *Sodomitæ vocantur filii diffidentiæ.*
6 *Lothobtulit ſodomitis filias ſuas ſtuprandas non quod iuſtitiam faceret ſed maius peccatum euitaret.*
7 *Lege Moſayca non erat fœnerandum fratri,ſed alieno.*
8 *Eccleſia tolerat publicas meretrices,& ſub diſſimulatione per tranſit, vt maius ſcandalum euitetur.*
9 *Receditur a regulis iuris communis,vt graue euitetur ſcandalum, & licet tranſcendere leges.*
10 *Sodomiæ iniquitas,& cauſa fuit ſuperbia,panis ſaturitas,habundantia,et otium.*
11 *Animal brutum propter ſodomiam punitur pœna mortis.*
12 *Abſoluere an poſſit presbyter ſimplex de Sodomia.*
13 *Porcus ſi infantem comederit,vel occiderit debet puniri pœna mortis, idẽ de alio animali bruto.*
14 *Polutionem procurans propriis manibus quomodo punitur,*
15 *Sodomiti non datur aduocatus,nec pro aliis poſtulare poſſunt, ſicut nec maſculi qui muliebria paſſi ſunt.nu.16.*
17 *Sodomita efficitur inteſtabilis etiam antequam accuſetur de illo crimine, vel condemnetur,& ſic ipſo iure.*
18 *Sodomita perdit dominium bonorum,et ipſo iure bona confiſcantur, nec de fructibus diſponere poteſt.*
19 *Vir,et vxor propter crimen commiſſum contra naturam extra vas naturæ non inducit ſeparationem.*
20 *Affinitas nulla contrahitur per ſodomiam commiſſam cum maſculo, vel fœmina extra vas debitum naturæ.*
21 *Delictorum tria ſunt genera,leuia,grauia,et grauiſſima.*
22 *Carthago propter ſodomiam aratrum paſſa fuit.*
23 *Sodomia appellatur peccatum contra naturam,quia Deus non tantum offenditur,ſed etiam natura,vnde qui hoc vitio laborant Deo, et naturæ aduerſari videntur.*
24 *Sodomita iure ciuili punitur vltimo ſupplicio.*
25 *Iudex in arbitrariis an poſſit arbitrari vſque ad mortem incluſiue.*
26 *Moderari,verbum importat diminutionem,et augmentum.*
27 *Iudex an poſſit mitiorem, vel maiorem pœnam imponere quam ſit a iure ſtatuta.*
28 *Clericus pro ſodomia quibus pœnis in vtroque foro debeat puniri.*
29 *Mortis mentio facta in veteri teſtamento intelligitur de morte æterna, & non de corporali.*
30 *Clerici pro ſodomia degradantur, & poteſtati temporali remittuntur.*
31 *Vergilius propter ſodomiam ea nocte qua Chriſtus fuit natus ſubito cum aliis ſodomitis perierunt.*
32 *Semiramis Regina tantæ fuit libidinis,quod non ſolum filium proprium verum etiam equum vſque ad coitum amauerit.*
33 *Nero Sporum puerum in domo ſua publice loco vxoris habuit.*
34 *Punitio, & cognitio huius criminis ex quo eſt contra naturam ſpectat ad eccleſiam etiam contra laicos,tamen locus eſt degradationi.*

DE finali ſpecie fornicationis ſupereſt,vt tractemus,ſcilicet de peccato cõtra naturam quod dicitur cum humana natura,& creatura cum alia diuerſa ſpecie, vel cum alia ſibi ſimili in ſpecie eiuſdem tamen ſexus nepharie,atque damnabiliter committi
1 tur,†vel etiam peccatum contra naturam dicitur ſi quis alio modo carnaliter cognoſcit mulierem, quam a natura ordinatum ſit nec a cętero a quoquam ambigendum erit vitium iſtud inter ſpecies luxuriæ fuiſſe connumeratum,vt legitur ad Corinthios duodecimo.capi.circa finem vbi dicitur non egerunt pœnitentiam ſuper immũditia,expoñit,id eſt, luxuria cõ
2 tra naturam.quæ vt legitur Geneſis ſexto,cap. †fuit prȩcipua cauſa propter quam dominus diluuio deleuerit mundum in eo dum dicitur ibi,omnis quippe caro corruperat vitam ſuã: legitur etiam Geneſis decimo octauo.ca.cum ſequenti.quod peccatum ſodomiticum intantum infecerat maledictas illas ciuitates ſodomiam,& Gomorram,vt clamor ierit ad dominum,vt in dictis ciuitatibus decem viri iuſti non fuerint inuẽti,& ideo Angeli qui ad eaſdem fuerant miſſi,vt probarent an clamorem opere compleuiſſent ipſi Angeli ad ſtuprum, hoc eſt puerorum concubitum violenter impetebantur merito ciuitates illo igne, & ſulphure cum habitatoribus conſumptæ ſunt,vnde Iacobus de Valentia in canticum Moyſi in Pſalmo incipiente audite cęli, quæ loquor quod canticum reperitur deſcriptum Deuteronomij.32.ca.vbi dicit, quod Sodoma interpretatur ſterillis,& cęcitas,aut pecus aut declinatio,dicitur enim cęcitas eo,quod ex paſſione vitiorum percuſſa fuit cęcitate mentis intãtum,quod perdidit iudicium rationis, & omnes effecti ſunt beſtiales in moribus: quia abutebantur vitio
3 luxuriæ in maſculos†merito ſodoma interpretatur pecus, & beſtia,& ideo cum voluiſſent abuti duobus Angelis, qui ingreſſi ſunt in domum Loth. percuſſi ſunt cęcitate & ſic facti

ſunt

Digitized by Google

ſunt cęci eorpore,& mente.Iſtud enim peccatum habetur in triplici differentia:quia aliquando dicitur contra naturam humanæ ſocietatis.

Secundo,dicitur peccatum contra naturam humani generis. Tertio,aliquando dicitur peccatum contra naturam humani ſexus de quibus in ſpecie infra videbimus adducēdo magis communes opiniones legiſtarum,canoniſtarum,& Theologorum.

Peccatum iſtud ſodomiticum appellatur etiã quando exercetur cum maſculis,& fœminis contra naturam,vt eſt tex.in capi.vſus.32.quæſt.octaua, quoniam procedunt a pari, vel ꝙ quis abutatur maſculis,vel fœminis:ideo apud ſummiſtas vocatur crimen ſodomiticum contra naturam humani ſexus eo quia ſexum ad naturalem coitum deſtinatum peruertunt. licet apud legiſtas vocetur ſtuprum,l.ſolicitatores,§.qui puero ſtuprum,ff.de extraordinar.criminibus & toto titu.ff. de adulterijs & ſtupro tales enim ſic delinquentes apud hyſtoriographos concubitores puerorum appellabantur.iſtud crimen ſodomiticum vincit quantuncunque aliam fornicationem, & apud Deum ſine aliqua comparatione magis deteſtabile reputatur quam ſi quis carnaliter matrem,vel filiam propriam cognoſceret,vt eſt textus in cap.flagitia & in can. adulterij.32. quæſtio.octaua.†quibus dicitur quod adulterium vincit forni 4 cationem,inceſtus autem vincit adulterium.

Sed prædictorum peius eſt quando quis coit cum propria matre,ſed omnium horum peſſimum eſt peccatum quod fit contra naturam:vnde dicit tex.in c.non eſt obſeruandum. 22. q.3.quod tolerabilius eſt non implere ſacramentum, quam manere ſtupri in flagitio.

5 A lege canonica†tales ſodomitæ vocantur filij diffidentię: quia ex quo tam nephandiſſimum ſcęlus committitur de eorum ſalute diffidendum eſt,ego adduco vobis duos textus qui dicunt quod ira Dei ſuperuenit incommittentes ſodomiã tãquam in filios diffidentiæ, primus eſt in cap.clerici extra de ex ceſſib.prælato.& in cap.vt clericorum.extra de vita & honeſt. clericor.iſtud crimen apud Siculos Panormitanæos quamplurimum frequentabatur,vt dicit tex.in dicto capi. clerici. Item etiam apud Anglos erat in vſu frequentiſſimo capitul. ſi gens Anglorum quinquageſima ſexta diſtinct. vbi Bonifacius ſcribendo regi Anglorum eum increpat,quod in Anglia Angli, & quidam alij certarum prouinciarum ibi deſcriptarum fędiſſimam vitam ducunt inſtar gentis ſodomiticæ.

De hoc vitio tam horrendiſſimo honeſtius eſſet tacere,quã qualitates,& circunſtantias huius criminis verbis exprimere quia Barto.in l.cum vir nubit in fœminam.C.ad legem Iul.de adulterijs dicit quod lex illa inter ſcholares non deberet legi: quia non eſt honeſtum loqui de his,quę cõtinentur in ea quoniam dicit Philoſophus in ſecundo ethicorum quem refert beatus Thomas in quarto ſententiarum diſtinctione ſexageſima prima quæſtione prima,argumento quarto,quod actus ſodomiticus non inter naturales,ſed beſtiales reputari debet.At tamen vt ego non offendam aures veſtras dicam, breuiter q̃ tantum ad materiam noſtram pertinent,raptimque pertractabo.

Et in primis præmittendum eſt quod tradit Barbatia in cõſilio finali primi libri ſuorum conſiliorum incipiente ſcribitur libro Heſter vbi dicit quod vitium ſodomiticũ eſt nephandiſſimum,& peſſimum inter quæcunque vitia, quæ circa coitum per genus humanum perpetrari poſſent, quia crimen illud beſtiale eſt,& oĩa alia vincit,vt ſuperius dici.& facit tex.in cap.quemadmodum.32.quæſtio.octaua. legitur etiam Geneſis decimono capitulo,quod ſodomitæ animam Loth.multipliciter afflixerunt de grauitate iſtius criminis legit Geneſis p̃ 6 dicto cap.†vbi Loth.viris ſodomitis obtulit filias ſuas ſtupranda non quod iuſtitiam faceret,ſed vt maius peccatum ,ſcilicet,contra naturam euitaret,vt in capi.offerebat Loth.32.quæſtione ſeptima,prout in ſimili legitur Deuteronomij.33.capi. pecuniam non dabis ad vſuram, & ſuper habundantiam frugum non accipies:& Leuitici vigeſimoquinto,cap.vnde Moy 7 ſes dicit iudæis†non fęnerabis fratri tuo:ſed alieno. ibi permittebat vſuras inter alienos & tamen cõſtat vſuram indiſtincte vtroque iure eſſe prohibitam,vt ſuperius dici & habetur lucę ſexto,cap.multum dantes.nihil inde ſperantes. & in Pſalmo. 24.domine quis habitabit in tabernaculo tuo? Reſpondetur qui pecuniam ſuam non dedit ad vſuram . ergo Moyſes iniuſte permiſit vſuras inter alienos,quia reſpondetur, quod ideo permiſit iudæis fęnerari alienis ad euitãdum maius delictum, quia Iudæi ita omnibus erant proni ad fęnerandum, quod ſi Moyſes in totum eis prohibuiſſet vſuras legem ſuam non ſeruaſſent.ſufficiebat ergo quod eorum culpa in aliquo fuiſſet diminuta,permiſit ergo Moyſes fęnerari alienis non vt iuſtitiã faceret:ſed vt maius peccatum euitaret, & ſic minus malum quandoque ſuſtinetur,vt maius euitetur:quia de duobus malis in neceſſitate,vel periculo minus eſt eligendum, vel verius maius eſt euitandum.cap.duo mala.decimatertia,diſtinction. præterea lupanaria in vrbibus, & ciuitatibus tolerantur, vt maiora flagitia euitarentur.ſcilicet,adulteria,ſtuprum,raptus, inceſtus,oppreſſiones,& ſcelera ſodomitica, vt concludit Panorm.poſt gloſſ.in capi.inter operas extra de ſponſalibus, qui 8 adducit tex.in cap.nerui.§.fina.diſtinct præallegata, &†eccleſia tollerat publicas meretrices,& ſub diſſimulatione per tranſit,vt maius ſcandalum euitetur, vt in eleganti conſilio tradit Alexand.de Imo.in conſilio primo.in ſecundo volumi. quod dictum refert Ioannes Andręæ in capi. niſi cum pridem.de renuntia.vbi dicit quod Epiſcopus poteſt remoueri ab eccleſia 9 particulari,vt maius ſcandalum euitetur, †& vt euitetur tale graue delictum receditur a regulis iuris ciuilis, vt ex pluribus. probat dominus Decius in conſil. 151.incipiente maximi põderis.in primo,volumin.& ſic videtis immanitatem huius criminis ſodomitici propter ꝙ licet tranſcendere leges etiam diuinas,vt ex prędictis apparet.

Præterea Ioſeph ſodomitas accuſauit hoc crimine peſſimo vt habetur Geneſis.37.capi. & in capitu. ſequenti. vbi dicitur peccatum nimis eſt aggrauatum,accedat etiam tex.in l.prima §.remouet,ff.de poſtuland.vbi gentiles,qui Chriſtum non cognouerunt,tamen pro hoc nephandiſſimo ſcęlere, voluerũt ſcęleratos affici vltimo ſupplicio quod lex ciuilis mortem interpretatur,l.vltimum ſupplicium, ff. de pęnis. pro quo facit tex.in Authentico,vt non luxurientur contra naturam,colla. 6.circa finem.vbi tex.dicit quod propter hoc ſcęlus Deus multoties immittit humano generi tempeſtates,peſtilentias,& afflictiones:& per hanc incontinentiam, quæ eſt contra naturã ira Dei ſuperuenit in filios diffidentiæ, & habetur Ezechielis. 10 16.cap.hæc fuit iniquitas Sodomæ,& eius ruinæ cauſa, †ſcilicet ſuperbia,ſaturitas panis,habundantia,& otium.legitur vlterius ad Romanos primo,quod vſus naturalis eſt licitus, ſed quando eſt contra naturam eſt illicitus,& reprobatus,& ideo tradidit illos Deus in paſſione ignominiæ ex quo fęminæ vsũ naturalem mutauerunt,& ideo ſi fiat concubitus ad non debitum ſexum puta maſculi ad maſculum, vel fęminę ad fęminam vitium ſodomiticum appellatur.& dicit gloſſ. in l.fędiſſimam,C.de adulterijs.quod fęmina quæ ſe exercet tanquã vir puniri debet,& legitur etiam Exodi,21.quod mulier, quæ accellerit ad omne pecus, & vult aſcendi ab eo mulier interficiatur,& pecus morte moriatur,quia enim rei ſunt, & idem tranſumptiue legitur in cap.mulier.15.quæſtio.prima,vbi pro 11 pter tam graue ſcęlus†animal brutum puniri debet: & idem legitur Leuitici.vigeſimo capi.vbi dicitur quod qui dormierit cum maſculo coitu fęminæo,quoniam vterque nephas operatus eſt,ideo morte moriantur,item qui cum iumento,& pecore,vel cum alijs brutis coierit morte moriatur: pecuſq; aut iumentum occidatur, quia crimen iſtud uocatur ſodomiticum contra naturam humani generis de quo ſcribit expreſſe Iſidorus ad Amaſonem Epiſcopum, prout legitur tranſumptiue in capi.hoc ipſum.in uerſicul.ad coitum brutorum animalium.trigeſimatertia,quæſt.ſecunda,& ibi tractatur quam pęnam in foro conſcientiæ ſacerdotes debeant imponere con 12 fitentibus,pro hoc beſtiali crimine, †& an presbyter ſimplex poſſit abſoluere de ſodomia, uel an requiratur relaxatio Epiſcopi cum hodie pęnitentię ſalutares ſint arbitrariæ,prout ſupra deciſum fuit,ex quibus apparet animalia bruta non habẽtia rationem poſſe delinquere ad hoc,ut puniantur, vt refert Auguſtinus ſuper Leuiticum,& habetur tranſumptiue in prę allegato.cap.mulier.& refert etiam Guido Papæ in deciſione 13 248.incipiente ſi animal brutum, ubi dicit† quod ſi porcus occiderit,uel comederit infantem dominus porci debet tale animal brutum tradere iuſtitiæ,ut moriatur,& dicit ſe aliquado in Burgundia uidiſſe quendam porcum in patibulo ſuſpẽſum eo,quia puerum unum occiderat.

In hoc etiam uitium deteſtabile incidunt qui proprijs manibus contra naturam nephas operantur, & inter ipſos abſq; aliquo concubitu cauſa delectationis uenereæ pollutio procuratur:unde in Leuitico legitur dominum dixiſſe ſi fuerit homo pollutus nocturno ſemine egrediatur extra caſtra,& non reuertatur uſque ad ueſperam donec lauetur,& poſt ſolis oc- 14 caſum reuertatur ad caſtra,† ergo grauiori pęna debet puniri tanquam ſodomita,qui proprijs manibus, aut data opera in ſe ipſo pollutionem procurauit,de iſta pollutione adduco uobis gloſſ.notabilem.in capi.omnes.32.quæſt.octaua.quod peccatum,ſcilicet immundities apud Theologos mollities appellatur,ut refert Beatus Thomas de Acquino,in ſecunda ſecundę.quęſtio.154.articulo undecimo,& ideo a tali uitio nephãdiſſimo cauendum eſt,propter quod in pluribus relaxatur iuris diſpoſitio,unde non datur aduocatus ad huiuſmodi ſodo- 15 mitas defendendum,& qui de eodem uitio arguuntur, †pro aliis poſtulare non poſſunt: nec etiam maſculi qui muliebria

paſſi

Digitized by Google

passi sunt.l.prima,§.remouet.ff.de postuland.& in capitu.infames,tertia quæs.octaua,nisi masculus passus fuisset muliebria per oppressionem tyrannorum,quo casu culpa non imputaretur,l.vim passam.ff.de adul.vbi dicitur,quod violentia excusat a pœna adulterij,quia omne peccatum nascitur ex voluntate.capitu.ille.32.quæstione.quinta, vbi mulier,quæ fuit oppressa nihil est quod ei de fornicatione, aut adulterio possit obijci.

Præterea hoc crimen sodomiticum apud conditores legũ,
16 & canonum intantum detestandum est† quod sodomita perpetrato vitio,efficitur intestabilis etiam antequam de illo accusetur,vel condemnetur,& ratio videtur in promptu : quia sodomita est infamis ipso iure.l.cum vir nubit in fœminam. ĩ verbo subdantur infames,C.de adulter.gloss.ibi exponit, scilicet ipso iure similem expositionem facit gloss. in dicta l. 1.in verbo passus muliebria.de postula.& notat Iacob. de Belloui su,& Doctores per illum tex.in Authentico,vt non luxuriẽtur contra naturam.collatio.sexta . ideo cum sodomita ipso iure sit infamis restat,quod sine alia declaratione,seu condẽnatione efficitur intestabilis:quia condemnatio , seu sententia videtur lata a lege,hoc est lex notat factum, seu delictum absque aliquo hominis,id est iudicis ministerio: & istud contingit quando lex vtitur istis verbis ipso iure eo ipso mox,vel alijs similibus,quæ sunt verba latæ sententiæ,& habent paratam exequutionem,vt supra dixi de incestuosis,& dicam plenius infra in expeditione literæ.

Vos etiam ampliabitis procedere immanitatem huius delicti secundum scribentes in l.post contractum,ff.de donation. quod ille qui committit crimen contra naturã ipso iure amittit dominium bonorum suorum,gloss.est in cap. cum secundum leges ciuiles.in verbo naturæ contrarias de hæreticis. in 6.quæ declarando tex.dicit.q; sodomita ipso iure perdit dominium bonorum,& illam glo.refert,& sequitur Gemimanus, & communiter a Doctoribus approbatur , pro qua facit singularis doctrina Baldi in authentica incestas,C.de incest.nup.
17 vbi dicit†quod bona committentis vitium cõtra naturã sunt confiscata ipso iure,& dominium illorum bonorum est amissum ante sententiam iudicis:& ideo non potest illa alienare, nec de fructibus disponere quod secus est in crimine læsæ maiestatis propter quod illud perpetrans non priuatur ipso iure dominio bonorum: sed administratio ei solum interdicitur.

Vnum tamen non obmittatis, quod tradit Innocen.in ca. primo,de adulter.in versiculo nec credimus quod propter vi
18 tium.vbi dicit , †q; propter crimen contra naturam commissum inter virum,& vxorem extra vas naturæ non fit separatio thori,nisi maritus vellet vxorem suã inuitam ad hoc trahere , & idem tenet Bald. in Margarita Innocentij in verbo vxor.in versiculo fin.

19 †Addite etiam,quod per delictum sodomiticum commissum cum masculo,vel fœmina extra vas debitum naturę nulla contrahitur affinitas cum parentibus masculi, vel fœminæ per tex.ad literam.in capi.extraordinaria,vigesimaquinta , q. tertia.vbi dicit tex.quod pollutio extraordinaria non impedit matrimonium:& ratio est secundum gloss.ibi,quia in tali vitio non est commixtio sanguinis,nec vnitas carnis, quod tamen contrarium est in quacunque alia fornicatione etiam damnata a lege,in qua affinitas contrahitur , quæ matrimonium impedit vsque ad quartum gradum , vt supra dictum fuit, & ista concludit Archidiacon.in dicto.capitulo. extraordinaria.quem refert, & sequitur Cardinal.& Canonistæ in dicta clementina,prima.in 13.quæstio.de consanguinitate, & affinitate.

Videamus nunc quæ pœna sit imposita pro isto delicto so-
20 domitico:scire debent noui auditores,†quod delictorum tria sunt genera quædam sunt leuia pro quibus leuis pœna imponitur:quędam sunt grauia,pro quibus maior pœna irrogatur: quædam sunt grauissima & in illis grauior pœna imponitur: per tex.& ibi gloss.in l.sancimus. C. de pœnis. cum similibus. quæ autem dicantur grauia,vel grauissima delicta respondetur,quod illud remanet in arbitrio iudicis secundum Bald. in cap.proposuit de appellationibus.& Barba.in consilio. vigesimoprimo, collatione.septima.in versiculo adduco quod voluit.

Sodomia autem inter grauissima connumeratur delicta: adeo quod si omnes non solum de ciuitate verum etiam de mundo,vt sodomitæ peccarent omnes puniri deberent, capi. si audieris.23.quæstione quinta, & sic omnes eiusdem criminis reatu diuina lege tenerentur , vt dicit tex.in capit.flagitia, 32.quæstio.septima. quia non minus ardebit qui cum multis ardebit,vt dicit tex.in capitu.multi corriguntur.secunda,quęs.
21 prima,propter quod vt ab antiquis dicitur †Carthago aratrũ passa fuit,vt habetur in l.si vsusfructus,ff.quibus mod.vsusfru. amittatur. Legitur etiam Genesis decimonono. capitu.quod propter hoc scœlus quod in sodomis perpetrabatur paruulos fuisse necatos:talis enim luxuria diabolica appellat , propter quam ciuitates cum habitatoribus pariter perierunt , & igne cęlesti oppressæ,& damnatæ fuerunt.

32 Istud enim appellatur peccatum contra naturam : †quia Deus,qui est summum bonum,& natura non solum offendi tur,sed etiam natura eo,quia mulieres a natura cõstitutæ fuerunt,vt partus ederent.l.secunda,C.de indicta viduitate tollẽda.& ad hoc inuenta sunt matrimonia.l.liberorum,ff.de verbor.significa.quæ fieri non possunt in coitu contra naturam, in quo spretis mulieribus , q̃ ad hoc creatæ sunt in natura, nõ seruatur humana species,& sic Deus,& ipsa natura violatur, qui non sic fecit homines,vt illo modo libidinis vterẽtur : eo quia per coitum naturaliter obseruatum genus fit immortale,vt est tex.in præallegata,l.liberorum appellatione.

Præterea Quintilianus de hoc nephando crimine dicit, vt refert Lucas de Penna.in l.siue ex prætoriano.de exactoribus, & executoribus,lib.duodecimo,C.quod si sodomita esset punitus morte,& postea pluries reuerteretur ad vitam semp grauiori pœna si esset possibile puniri deberet:qui ergo laborant isto vitio Deo,& naturæ aduersari videntur,quia apud Deum tale peccatum reputatur grauius homicidio,eo, quia homicida vnum hominem tantum, Sodomita autem totum genus humanum delere videtur:nota est ergo vobis grauitas,& immanitas huius criminis . Redeamus igitur ad institutam quæstionem a qua fuimus digressi,scilicet quæ sit condigna pœna huius delicti

Breuiter respondetur quod secundum diuersitatem iurium
23 diuersæ pœnę imponuntur:†nam de iure Digestorum,licet iureconsulti fuerunt pagani,& gentiles,tamen pro hoc crimine delinquentes affici voluerunt pęna vltimi supplicij de iure autem imperialium Codicis hoc etiam expresse decisum est , q; pœna mortis puniri debent,dicta l.cum vir nubit in fęmina. in versiculo iubemus insurgere leges, armari iura gladio vltore,vt exquisitis pęnis subdantur infames.

Ergo videtur,quod propter verbum exquisitis pęnis positũ in textu pęna huius criminis remaneat in arbitrio condemnantis.

24 Vnde incidenter quæri posset an in casibus,in quibus de iure pęna est arbitraria possit iudex arbitrari vsque ad pęnam mortis inclusiue , videtur quod possit tantum arbitrari pęnã temporalem & non perpetuam, quia iudex in arbitrariis debet moderare pęnam.cap.vt inquisitionis.in verbo moderari
25 de accusation.†illud enim verbum moderari importat diminutionem & non augmentum.capitu.fina.in verbo moderationis verbum extra de verbor.significa. ergo non poterit imponere pęnam mortis,quia si illam imponeret non esset moderari,& vbi iudex debet punire pęna extraordinaria, uel arbitraria non potest imponi pęna capitalis : quia illa non appellatur extraordinaria,& ita in terminis decidit Alexan.consilio,13.incipien.attentis.in septimo uolum. præterea accedat notabile dictum Panor.in præallegato.capitu.de causis qui al
26 legat Hostien.hoc dicentem,scilicet, †quod iudex efficitur infamis si sine causa apponat mitiorem,uel maiorem pęnam quam sit a iure statuta pro isto dicto est tex. multum singularis in l.seruos in uersicul.graui infamia sit notandus iudex. C. ad legem Iuliam de ui public.nisi hoc faceret cum causa,quia tunc posset augere,uel diminuere pęnam a iure, uel ab statuto municipali præfixam,ut notant Barto. & Angel. per illum textum in l. quid ergo in §.pęna grauior vltra legem imposita,ff.de his,qui notantur infamia concludite, quod in hoc delicto sodomitico iudex probato crimine,non debebit citra pęnam mortis arbitrari pro quo facit tex.in §. lex Iulia Institut: de public.iud.ubi Imperator Iustinianus appellat Sodomiam nephandam libidinem,& clarior tex.in Authentico , ut non luxurientur contra naturam collatio.sexta quibus concordat tex.in lege sollicitatores,§.q puero.in uerbo capite punitur.ff. de extraordinariis criminibus.quæ fuit canonizata in capitu. solicitatores in §.qui puero stuprum.in uerbo capite punitur de pęniten.distinctione prima restat,quod perfecto flagitio de iure ciuili pro hoc crimine imponitur pęna mortis,nec iudex mitiorem arbitrari poterit,vt ex iuribus supra allegatis appareret ex quibus reportetis,quod licet iudex non debeat arbitrari de pęna mortis , uel mutilatione membri.hoc tamen non habet locum quando qualitates , seu circunstantiæ persuadẽt pęnam mortis esse imponendam quo casu mitior pęna non potest arbitrari, ut in casu præsenti, & ita concludit Ioannes de Imo.in l.2.ff.de pub.iud.quem refert Ale.in præallega. consilio.13.

De iure autem canonico si loquamur in foro conscientiæ, & tunc clericus,& laycus iudicantur ad paria, ut in foro pęnitentiali æqualis pęna eis imponatur prout superius de coitu sacrilego,

Digitized by Google

crilego,& incestuoso dictum fuit:in foro autem contentioso Sodomita si sit clericus propter incontinentiam q̄ est contra naturam debet deponi ab officio & beneficio, vel si constet illum clericum esse incorrigibilem,debet recludi in aliqua re-
27 ligione,vt ibi perpetuam faciat pœnitentiam, †& sic clericus in foro contentioso debet deponi a perpetua administratione & omnibus beneficijs priuari & in perpetuum carcerem detrudi.

Si vero sodomita sit laycus debet excommunicari & fieri alienus a cœtu fidelium quousque condignam fecerit pœnitē: tiam,iste enim pœnę canonum statutæ fuerunt in consilio Lateranensi.in c.clerici,& hoc ibi notat Panorm.extra de excess. prælato.& si quispiam vestrum quærat,quæ dicatur condigna pœnitentia salutaris?dicite prout supra dictum fuit, quod illa remanet in arbitrió iudicis ecclesiastici.

De iure diuino,seu legis veteris testamenti sodomita puni tur pœna mortis,vt Leuitici.20.cap.& Exodi. vigesimosecundo.quibus dicitur sodomita morte moriatur.ibi etiam dicit dominus ad Moysem maleficos non patiaris viuere & in ca-
28 reos sanguinis.23.quæstio.quinta. †Sed aduertite,quod quando in veteri testamento fit mentio simpliciter de morte intelligitur de morte æterna & non de corporali:ergo videtur,quod eadem lege veteris testamenti sodomitæ non debent pati mortem naturalem:sed ad tollē dum istud obiectum adduco vobis textum etiam loquentem de morte naturali Leuitici.vigesimo ca.vbi dicitur,quod mulier,quæ succubuerit cuilibet iumento simul interficietur cū eo.

29 †Sed vos videtis dietim,quod pro hoc crimine clerici degradantur,& potestati temporali remittuntur demum illis,ac cæteris laycis imponitur pœna ignis: quia condemnatus isto crimine viuus comburitur,vt citius memoria hominis deleatur sicut de hæreticis constitutum est,& secundum Hieronimum in translatione hoc vitium est tantæ detestationis, vt illud solum nominare sit turpissimum polluiturque os loquentis subijciens,quod apud Deum sodomia intantum est detestabilis vt illa nocte,qua redemptor fuit natus omnes sodomitæ su-
30 bito perierunt & †dicunt quidam illa nocte Vergilium perēptum fuisse, qui quamplurimum tactus erat illo vitio sodomitico.

Apud hystoriographos concubitores puerorum vltimo supplicio afficiebantur,ac alijs diuersis pœnis puniebantur secundum legem,quam tulit Scatinius & refert Valerius propter hoc delictum Cornelium in carcere vitam finijsse: legitur etiam Scatinium fuisse condemnatum eo, quod tantum cū filio Marcelli stuprum tentauerat.

Lucius Tribunus militum a Plocio,quem stuprare volebat, occisus fuit:& quamplures alij,qui hoc pessimo vitio laborauerunt hac lege Scatinia sunt condemnati quos ample refert Eguinnarius Riualis senator Dalphinalis in libro hystoriæ iu-
31 ris ciuilis.legitur etiam, †quod Semiramis Regina, quæ Babilonicam vrbem fieri fecit tantæ fuit libidinis, & spurcitiæ, vt non modo filium proprium sed etiam equum vsque ad coitum amauerit.

Præterea,teste Iosepho,ac alijs hæbraice scriptoribus sodomitæ & gomorrēi ocio, & diuitijs Florentes in omne libidinis flagitium abierunt:ita quidem,vt vulgo mares paterentur muliebria,quorum animos libido intantum incesserat,vt nedum ab hostibus colendis abstinerent, quibus conspurcabā-
32 †Nero qui Sporum puerum,cuius amore infami deperibat, virilitate in sexum fœmineum transformare conatus est, eoq; raptus est dementiæ,vt non sine dote, & ornatu exquisitissimo nuptiarum,qualis coniugibus Cæsareis esse consueuerat in domum suam publice euocatum vxoris loco habuerit, vt Petrarcha, & Suetonius referunt legimus etiam Aristonem Ethesum,vt refert Guido de Fōtenaio in hystorico collectorio cum asina concubuisse,ex qua progenuit pullam & pariformiter Fuluium cum equa coitum habuisse, & ex ea hypponam suscepisse ab equa matre denominatam:Alij quidem brutis se se iniunxerunt,quos tantum expectat vltima flammarum exustio.

Vltimo videamus ad quem spectet cognitio & punitio huius criminis breuiter concludatis, quod iudex ecclesiasticus de isto crimine habet iurisdictionem, vt de eo possit cognoscere etiam contra laycos,vt est tex.in cap.clerici. extra de excessib.præla.quem ad hoc notat Panorm.in versicul.layci ex
33 communicationi subdantur. ergo tex. ille clare probat† q̄ cognitio,& punitio exspectat ad ecclesiam istā opinionem tenet Abbas in capitu.in Archiepiscopatu extra de raptoribus, vbi dicit,quod qualitercunque homines peccent contra naturam,vel in actu venereo.vel adorando idola, vel alio modo: dum tamen peccatum sit contra naturam ecclesia etiam contra laycos habet iurisdictionem.

Et per istam rationem concludit Ioannes Andreæ in capi primo de vsuris in sexto.quod iudex ecclesiasticus punit vsurarios etiam laycos,quia vsurarij dicunt delinquere cōtra naturam,cum faciant germinare pecuniam,quæ naturaliter nō germinat ista est communis opinio, quod ecclesia cognoscit de sodomia.ideo vlterius non insisto.

Sed prædicta vobis sufficiant pro declaratione prædictarū specierum quomodo autem clerici puniantur pro simplici fornicatione aut pro concubinatu publico vel occulto ista plene declarabuntur in textu infra,nunc clare se offert nostra rubrica de pub.concub.cuius verba exordior.

De

SVMMARIVM.

1 *Verba secundum subiectam materiam quandoque impropriantur & vna dictio in alteram resoluitur.*
2 *Continuatio quomodo diffiniatur.*
3 *Statuentium & rescribentium voluntatem semper in rescriptis & statutis recipimus.*
4 *Dictio & in continuatione est repetitiua præcedentium, sicut dictio item.*

Circa istam præpositionem, de & eius expositionem Doctores vtriusque iuris quam plurimum laborauerunt & diuersas tradunt significationes præcipue Albericus de Ros. super eodem verbo & Lucas de Pen. in l. omnes iudices.decurionibus libro duodecimo Codicis & Dominus Frā ciscus de Pauinis in tractatu de officio,& potestate capituli se de vacante,vbi ponit plusquam viginti quinque significationes,quas pro nunc superfluum esset recitare: ego autem dico quantum attinet ad præsentem locum. quod præpositio, de
1 tripliciter potest intelligi†primo vt ponatur pro alia præpositione,pro,& pro ista expositione facit text. in §.grauissimum in Authentico vt nulli iudicum colla.9. in verticulo de qualibet,idest pro qualibet.& in §.necessarium.in ver.de qualibet, titulo supra allegato,& tex.clarior de iure.in l. post venditionem.in verbo de quo.glos.ibi exponit id est pro cuius vtilitate,ff.de aqua pluuia arcen.quibus addite text. notabilem in l. 2.§.lenocinij in verbo de adulterio uxoris debet exponi,id est pro adulterio,ff.de adul.& secundum istam expositionem dicemus de pub.concubi.§.ad ista expositio non videtur ciuilis: quia in hoc titulo nihil pro eis sed contra eos deciditur,quod intelligatis temporaliter spiritualiter autem tractatur de fauore animæ ipsorum concubinariorum,ut a peccato,& concubinatu retrahantur.& ista fuit principalis intentio Papę, qui fundat se super lege diuina,& peccato mortali,cuius intentio seu finis est vel esse debet euitare peccatum, & Deo animas lucrifacere,vt notat glos.in c.cum contingat.extra de iureiur. & sic diuersis respectibus idem est dicere de pub.vel pro publicis concubinarijs.

Alia & canonica potest esse expositio, vt ista præpositio de sumatur pro dictione propter, & ita accepit Cicero libro primo,epistolarum, quem etiam refert literarum princeps Budæus in annotationibus pādectarum in l.redhibere, ff.de ædilitio.edicto authore Cicerone sic dicente. Tanta enim magnitudo est tuorum erga me meritorum, vt quoniam tu nisi perfecta re de me non cōquieuisti.de me,inquit,idest propter me.similem expositionem fecit Imperator in l.prima, C.quā do ciuilis actio criminali præiudicet in uerbo de re familiari glo.ibi exponit id est propter rem familiarem & isto modo sumitur apud Vlpianum.in l.diuus pius,ff.de petitio.hæred.in verbo de qua controuersia glo.ibi exponit,idest propter quā. ideo secūdum istam expositionem dicamus supplendo ad rubricam de pub.concub.puniendis hoc est de pœnis propter publicos concubinarios inductis: nam principaliter hæc constitutio inducta fuit propter illos.puniendos & in casu necessitatis iuxta subiectam materiam una dictio? æquiuoce & sinonimice pro alia plerumque exponitur, ut notat glos.& Doctores in l.eas causas,ff.de cond.& demonst.quod est utile, pro rescriptis Apostolicis ad saluandum malam Grammaticam
2 †vel uerius dicamus q̄ ista prępositio de accipitur hic declaratiue uel demonstratiue tam ad oculum,quam ad intellectum quia per rub.declaratur:quid author in nigro tractaturus sit, ut uidetis fecit in omnibus rub.iuris, & ista uidetur uerior expositio reiectis alijs.

Publi-

Digitized by Google

Bermon.Chouer.De pub.concub.

Publicis concubinarijs.

S V M M A R I V M.

1 *Iura facientia de concubinario mentionē absolute intelliguntur de publico & non de occulto.*
2 *Peccata latentia in hoc seculo non habent vindictam.*
3 *Officiales Episcoporum publice corrigentes clericos occulte peccantes canon tales non correctores sed proditores appellat.*
4 *Christus conuersatus est cum publicanis & peccatoribus.*
5 *Concubinarii possunt dici in triplici differentia scilicet stricte large & largissime.*
6 *Obscuritas, omni iure damnatur, vnde testis obscure deponens iterum venit examinandus.*
7 *Superflue in instrumentis aut aliis dispositionibus nullum verbum nulla dictio aponi debet.*

Hoc dicit ad differentiam occultorū concubinariorum, de quibus licet papa infra faciat mentionem: tamen de eorum punitione in hoc titulo explicite non agitur: sed remanet in dispositione iuris communis vnde in foro contentioso † iura punientia absolute concubinarios intelliguntur 1
præcipue de publicis. & non de occultis, † quia peccata latentia in hoc seculo non habent vindictam, cap. christiana relig. 32. quæstio. 5. quia ecclesia non iudicat de occultis, sed talia iudicio diuino relinquuntur, l. erubescant impij. 32. distinction. in versiculo de manifestis quidem loquimur: quia secretorum 2
Deus cognitor & iudex. qui text. videtur facere † contra certos officiales, & vicarios episcoporum q̄ cum fraterna monitione clericos occulte peccantes corrigere deberent illos tamen manifestant, vt publice scandalum patiantur vnde canon tales non correctores, sed proditores appellat:

Scribit etiam Niolaus Papa Ludouico Imperatori qui erat promptus punire presbyteros etiam occulte peccantes. dicens se legisse in scripturis quod Imperator Gonstantinus cum videbat sacerdotes peccantes illos sua clamide cooperiebat, ne ab alijs viderentur & hoc habetur transumptiue. in ca. in scripturis. 96. distinc. oportet nos ergo in hoc mundo viuere cum 3
fornicatoribus, & peccatoribus: † quoniam Christus est conuersatus cum publicanis & peccatoribus: quoniam ipse sciebat iudam proditorem, quem cœlauit, & tolerauit.

Et vt ad conceptum sermonem redeamus præmittant noui auditores, quod concubinarij possunt dici in triplici differentia, primo † stricte. scilicet quando abutuntur cum illa, quæ modo vxorio ad vsum veneris illegitime tenetur quod illa de mente iuris concubina non dicitur, nisi ex affectu teneatur per modum vxoris, sic quam in vxorem posset ducere. & ista sunt correlatiua inter concubinam, & concubinarium & dispositum in vno videtur esse dispositum in alio, vnde in statuto, aut alia dispositione fauorabili appellatione concubinæ, & concubinarij continentur tantum illi, cum quibus nuptiæ esse possunt: & ideo si statutum dicat, quod concubina sequatur forum concubinarij debet intelligi de solutis. Secundo, iste terminus concubinarius accipitur large, vt intelligat̄ de illis qui tenent mulierem non ex affectu matrimonij licet ambo sunt soluti, vt faciunt scholares, qui pro certo tempore puellas inducunt in eorum studijs, quia illæ proprie vocantur focarię scholares fornicatores. sed secundum largam significationem concubinarij & cōcubinæ possunt appellari Tertio accipitur largissime, & secundum communem vsum vulgarē loquendi concubinarij appellari possunt sacerdotes, aut alij cōstituti in sacris, vel vxorati qui vltra vxores: carnaliter alias mulieres cognoscunt quos lex ciuilis proprius loquēdo adulteros, & sacrilegos nuptiarum appellat. l. q̄uis, C. ad l. Iuliā. de adul. vñ propriam significationē vocabuli cōcubinarij appellantur, quos lex canonica, & ista Papalis constitutio tanq̄ cōcubinarios mandat puniri: & licet isti concubinatus, adulterij & sacrilegi præceptoris magis frequentatur tamen dissimulatione iudicum etiam ecclesiasticorum remanent impuniti.

Expeditis verbis rubricæ, supereſt vt ad titulum transeamus in quo p̄testor nolle me aliquid sentire aut tenere q̄ p̄ sedes apostolica, & sancta mater Ecclesia sentiunt, & tenent, q̄ protestationem fecit Ioachim. Abb in c. damnatus. extra de summa Tri. & fide catho. procedam per dictiones, seu clausulas separatas vt ea, quæ dicenda sunt facilius possint intelligi, & memoriæ commendari: quoniam partitio animum incitat, mentem præparat, memoriam conseruat, & faciliorem pro inuenibus dicit intelligentiam, l. Caius. §. Titius in verbo per duas partes, ff. de lega. 2 & in l. prima, ff. de doli exceptio. & dicit Philosophus quod per partes facilius perducimur ad cognitionem totius: & verba docentis prolata sub prædubio in 6
volucro pariunt duplicitatem † seu obscuritatem quæ omni iure damnatur: vnde quælibet scriptura si obscure loquat̄ pro non scripta habetur. l. j. in fine. ff. de his quæ pro non scri. habent.

Sic testis qui obscura deposuit iterum venit examinādus, ca. cum clamor. de testib. & paria sunt non respondere vel obscure respondere. l. de ætate. §. nihil interest, ff. de inte. actio. & generaliter dicatis, quod Doctor nunquam per verba extranea debet p̄ponere dicta sua, sed communia, & vsitata vt notatur in cap. relatum, 28. distinct. & quia Bald. in rubr. de contrahen. emptio. refert † quod in instrumentis seu contractibus 7
alijs depositionib. nedum clausulæ verum etiam nullum verbum superuacuo debet intelligi fuisse prolatum.

Sed debet aliquam virtutem operari ſm subiectam materiam. l. hanc legem. in verbo superuacuum non esse de contrahen. emp. & in l. stipulatus in princ. ff. de vsur. & dicit tex. c. si papa de piuileg. in 6. q̄ verba debent aliquid operari. & dicit idem Bald. quod actus ampliantur per dictiones ampliatiuas & copulas, l. qui fundum, §. qui agrum, ff. de contrah. em. q̄ dictum sequitur Ale. cons. 85. in 4. vol. accipio legitur istam primam dictionem, seu copulatiuam, &.

Et

S V M M A R I V M.

1 *Verba secundum subiectam materiam quandoque impropriantur, & vna dictio in alteram resoluitur.*
2 *Continuatio quomodo diffiniatur.*
3 *Statuentium & rescribentium voluntatem semper in rescriptis & statutis recipimus.*
4 *Dictio & in continuatione est repetitiua præcedentium, sicut dictio item.*

Licet sint infinitæ leges exordientes per istā dictionem ēt tñ in corpore iuris non reperitur alius titulus qui sic exordiatur ideo videamus qūo in hoc loco exponatur, rñdetur q̄ tripliciter p̄ōt intelligi. Primo exponitur pro ēt. §. de quibus de nouo, C. faciendo & notatur. in l. j. in verbo nā & reipublicæ, ff. sol. matr. q̄ dictio exrat implicatiue. ideo sensus erit, q̄ papa nedū statuit circa pacificos possessores verum etiam intendit statuere circa publicos concubinarios & iste intellectus non videtur alienus a prædicto sensu.

Secundo ista copulatiua, &, p̄ōt resolui in dictionem, item, vt tradit Ias. in l. re coniuncti. in 9. col. vers. copulatiua, & resoluitur, in item. ff. de le. 3. pro quo facit tex. in l. Lucius, §. qui habebat, ff. ad Treb. & in l. triplici, ff. de ver. & re. sig. & in l. cum q̄ 1
dam, C. eo. ti. & in l. sæpe, ff. de ver. & re. sig. † vbi non vī absurdū de iure, q̄ ratione subiectæ materiæ verba qñq; impropriē tur, & vna dictio in alterā resoluatur, & hoc tradit Oldr. cons. 189. & ſm istam expositionē: ista dictio, &, stabit cōtinuatiue & erit sensus, quia. sup. in tit. præcedenti Papa tractauit certos modos quib. quis declaratur non hīe ius in beneficijs nūc autem in isto titulo ponit aliū modum priuationis, nec ista expo
sitio vī ꝑriari diffinitioni ꝓtinuationis † q̄ est actus successiuus 2
tendens ad perfectionem eiusdem materiæ: & ista cēsetur fuisse mens papæ statuentis ſm q̄ verba intelliguntur, & non ecō
tra. c. 2. requiris. in verbo. verba intentioni de app. † quia in re- 3
scriptis, & statutis semp̄ respicimus volūtatē rescribētiū, & statuentium ex qua sermo recipit interpretationē: vnde dicit Imperator in §. fi. in Auth. de iudicib. colla. 6. volumus. n. q̄ leges nostræ volunt: idem ergo est ac si papa dixisset, itē insuper statuimus, nec credo meliorē expositionē posse dari: † qa dictio, 4
&, maxime ī cōtinuatione est repetitiua p̄cedētiū sicut dictio itē. l. Seiç. §. Caio, ff. de fun. inſ. & l. prętor, §. eritq; differentia, ff. de vi bo. rap. ita concludit Cor. cons. 388. ver. succedit. in j. vol. & Bar. in p̄al. §. Caio. & ī l. fi. §. cui dulcia, ff. de vino tri. & oleo leg. vbi dicit q̄ copulatiua, &, hēt repetere qualitatē p̄cedētiū.

Tertio dicatis, q̄ ista copulatiua, &, ponit amplificatiue, vt no. in l. cum antiquiorib. C. de iu. delib. & eius p̄pria natura est diuersa cōiungere, & potius ampliare, q̄ restringere Cor. cōsi. 104. inc. licet. p̄ tex. in l. ea tñ adiectio. ff. de le. 3. vbi copula, &, extat augmētatiue, & nō restrictiue, seu demō. dū dī & q̄ eius cā parata sunt, augeī legatū detracta cōiunctione minuit, & restringitur ſm Bart. in d. l. oēs pop. & in l. cunctos populos. de sum. Tri. & inducit ampliationem vltra ea, quæ specifice dicta sunt Ro. cons. 440. inc. illa verba.

Insuper.

S V M M A R I V M.

1 *Expositionis natura est rem penitus obscuram deducere ad claritatem, & veram interpretationem.*

2 Cre-

Digitized by Google

2 *Credendum non eſt alicui quantuncunque ſit doctrina, vel ſanctitate niſi dictum lege, vel ratione comprobauerit.*
3 *Dictio inſuper quomodo exponitur.*
4 *Dictio ſuper ſine compoſitione importat pignoris obligationem.*

Hanc dictionem moderni. s.in ti.de colla.du pliciter exponunt vno modo, vt accipiatur pro dictione, præterea & pro iſta expoſitione allegant tria iura, quæ in veritate, nec textus, nec gloſſæ ita exponunt: imo iſte primus intellectus expoſitiuus videtur eſſe contra naturam expoſitionis
2 †quę eſt rem penitus obſcuram deducere ad claritatem, & veram interprætationem, ſeu explicationem, vnde apud Ciceronem expoſitio pro interprætatione accipitur: ſed dictio exponens difficilior reperitur quam dictio expoſita ergo iſta explanatio inſuper. i. præterea non vī bona. Alio modo exponūt dictionem inſuper. i. vltra. Sed iſta expoſitio non vī vera: quia gl. pragmaticę ſanctionis, quæ nihil allegat potuit probabiliter ignorare naturam, & interpretationem huius dictionis q̄
3 nec iuribus, nec authoritatibus probat, †nec credendū eſt alicui quantuncunq; ſit ſanctitate, vel doctrina, niſi illud q̄ dixerit lege, vel rōne comprobauerit. c. ego ſolis. nona diſtinctio.

Ego aūt dupliciter aliter expono text. vno mō vt dicamus
3 †inſuper. i. fortius, & iſta expoſitio videtur congruere mēti cōſtituentis vt ſit ſenſus q̄ in prędcedenti ti. papa ſtatuit cōtra clericos detinētes beneficia ſine ti. vt ordinarius declaret i⁹ ineis non competere, & talia beneficia deficiente titulo alijs cōferre, nūc fortius ſtatuit vt in caſu prędentis cōſtitutionis ordinarius poſſit priuare clericum ſuis beneficijs, quamuis in eis ius verum & iuſtum titulum habeat ſecundo aliter poteſt exponi, vt dicamus *inſuper. i. amplius* q̄ eſt aduerbium qualitatis, & habet vim repetitionis, & exceſſus ſm Alb. qui allegat tex. in. l. ſi ſic. ff. de leg. 3. & ſcrib. in l. verbū amplius. ff. de ver. & rer. ſig. nec melior poſſet dari expoſitio. natura aūt verborū cōpoſitorū, eſt vt fiat augmentatio, hoc eſt cōpoſita dēnt augeri & recipere augmentū. Ias. in rub. ff. ſol. mat. per gl. in l. j. ff. depoſi.
4 vbi vero ſcriberetur in aliquo actu abſq; cōpoſitione † tunc īduceret ius, vt ſi mutuo tibi. x. ſuper tali re: vel lego tibi x. ſuper talifundo iſto caſu dictio ſuper ſine cōpoſitione importat pignoris obligationē, vt eleganter tradit Ro. ſing. 625. cuius caput exorditur Cōpreſta. temerariū tñ. eſſet recedere a Doctorum expoſitione dicamus ergo q̄ hęc dictio inſuper exponit. i. præterea quæ ſm Alb. eſt continuatiua, & repetitiua ad præcedentia. §. prēterea. Inſtitutioni. qui non eſt permiſ. fac. teſta. exponitur etiam pro dictione per gl. ſing. in l. Seiæ. in princ. ff. de fund. inſtru. & glo. ibi in verbo inſuper exponit. i. vltra intitutionē. dictio. n. vltra eſt implicatiua prædcentiū Bar. in l. q̄ ita. ff. de dote p̄leg. per tex. in l. ſi vltra. ff. de fideiuſſo. & ſic oēs expoſitiones prædictæ ſecundū interpretationē vocabuli, & mentem conſtituentis poſſunt ſuſtineri: quia in idē reincidūt.

Statuimus.

SVMMARIVM.

1 *Statuimus verbum prolatum ab eo, qui habet poteſtatem legis, vel canonis condendi inducit ius nouum.*
2 *Papa eſt ordinarius omniū chriſtianorū, & ſedes apoſt. eſt mater illorū:*
3 *Conſtitutio facta a papa dicitur facta ab vniuerſali eccleſia.*
4 *Legatus in prouincia ſibi commiſſa poteſt facere generalem conſtitutionē idem Archiepiſcopus in ſinodo prouinciali, & Epiſcopus in ſua diœceſi ſtatuere poteſt.*
5 *Imperator vel alius princeps non eſt exemptus a iuriſdictione Epiſcopi.*
6 *Papa eſt loco Petri Epiſcopi vero loco apoſtolorum.*
7 *Capitulum poteſt ſtatuere in non concernentibus ſtatum eccleſiæ alias nō poſſet nouas facere conſuetudines, ſeu ſtatuta, vel antiqua immutare ſine Epiſcopo.*
8 *Vniuerſitas laicorum, item & magiſtri alicuius artis ſtatuere poſſunt.*
9 *Papa an poſſit ſtatuere contra ius.*
10 *Papa ſtatuendo poteſt imponere pœnam mortis, ſed non exequendo: quia ſi hominem ipſe occideret incurreret irregularitatem.*
11 *Angelus ſi male ſentiret de fide poſſet a papa iudicari, & excōmunicari.*
12 *Papa eſt ſubditus omni doctrinæ euangelicæ, ideo non poteſt contra euangelium diſpenſare.*
13 *Papa in gradibus conſanguinitatis lege diuina prohibitis non diſpenſat.*
14 *Præcepta negatiua moralia obligant omni tempore.*
15 *Prælati inferiores non poſſunt decreta ſedis Apoſtolicæ immutare.*
16 *Epiſcopus etiam cum capitulo nihil poteſt ſtatuere contra ius poſitiuum.*
17 *Pœna Epiſcopi non ſeruantis canones.*
18 *Ratio quare Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius poſitiuum.*
19 *Papa generaliter ſtatuendo licet in totum non poſſit tollere ius diuinum poteſt tamen in parte moderare.*
20 *Papa poteſt particulariter ſtatuere ſuper decimis non ſoluendis.*
21 *Papa ex eminenti cauſa poteſt diſpenſare contra dicta Apoſtoli.*
22 *Papa ex legitima cauſa poteſt diſpenſare quod clericus conſtitutus in ſacris, licet ſit monachus poſſit contrahere matrimonium.*
23 *Papa licet non poſſit conſtituere quod vſurę ſoluantur, poteſt tamen ex iuſta cauſa facere quod fructus non computentur in ſortem.*
24 *Prælatus ſi cognoſcat quod clericus concubinarius efficerētur deterior ſi compelleretur mox dimittere concubinam poterit ad tempus ſine peccato tolerari.*
25 *Inconſueta propter ſcandalum euitandum tolerantur.*

Hoc enim verbum a papa profertur vnde ſuccedit doctrina, quam tradit Panor. in cap. cum venerabilis,
1 de iudicijs, ſcilicet, †q̄ verbum, ſtatuimus, prolatum ab eo, q̄ habet poteſtatem legis, vel canonis cōdēdi inducit ius nouū. Ergo noui iuris promulgatorium gloſſ. vt in c. vt litigātes in verbo ſtatuimus de officio ordinarij. in 6. q̄ ſecus eſt in verbo mandamus. Sed hæc opinio Panor. abſolute nō procedit: q̄a alias a iure cōi diſpoſitum erat quod clericus non ſolum pro publico concubinatu verum etiam pro ſimplici fornicatione ſi erat incorrigibilis poterat deponi & inhabilis reddi & ſuis beneficijs priuari, vt dicam infra in verbo, & alios non publicos concubinarios a iure ſtatutis, hodie autem ſm quoſdam hoc verbum ſtatuimus eſt conſilij & ſecundum hoc exponitur, ideſt conſulimus in c. ſtatuimus quarta diſtinct. & hoc ibi gl. declarat vel aliter exponatis, pro verbo cōponimus, ideſt, ad meliorem formam reducimus: quia ita ſe habet natura dicti verbi componimus. l. 2. §. deinde. ff. de ori. iu. vel aliter dicatis ſecundum canoniſtas capit. 2. in fi. extra de iudic. q̄ hoc verbum ſtatuimus, intelligitur ſecundum ſubiectam materiā: eſt enim verbum prędentis temporis. vnde non ſignificat rem perfectā, & conſummatam: quod ſecus eſt in verbo ſtatuerit, licet futurum ſit, quod cum effectu, & non verbotenus accipitur. l. prima. §. hæc verba. ff. quod quiſque iuris. & rationem aſſignat ibi Iaſon: quia verbum ſtatuerit, formatur a præterito iudicatum quod rem prędteritam & ſic perfectā ſignificat.

Ponderetis præterea hoc verbum, ſtatuimus: q̄ papa, ſeu ſedes Apoſtolica in ſpiritualibus & alijs actib. eccleſiaſticis poteſt facere generalem conſtitutionē, quæ oēs ſubditos adſtrin-
2 get. c. fina. de conſuet. †quia papa eſt ordinarius omniū Chriſtianorum & ſedes Apoſtolica eſt mater illorum, c. cuncta per
3 mundum. nona quæſtione tertia, †& ideo conſtitutio facta a papa dicitur facta ab vniuerſali eccleſia, vt eſt expreſſum in c. pia conſideratione. de excep. in ſexto: quia in eo tota eccleſia repræſentatur, vt tradit Roma. conſilio tricenteſimo ſexageſimo ſexto, incip. quæritur.

4 Ampliate † in legato, qui in prouincia ſibi commiſſa poteſt facere generalem conſtitutionē. capit. primo. de lo. & cōduct. & habetur in c. fi. de offic. delegat. Secundo ampliatur in ſinodo prouinciali, quæ ſimiliter conſtitutionem facere pōt. c. quod dicitis. 16. diſtinctione. Tertio ampliate in epiſcopo q̄ in ſua diœceſi ſtatuere poteſt: c. veſtra nobis. de locato. vnde veniens contra decretum, ſeu conſtitutionem epiſcopi excōmunicari debet. capitulo ſi quis venerit. extra. de maio. & obe. quia in ſua diœceſi eſt maior quocūq; principe ſeculari illius diœceſis. c. oēs principes. titulo ſupra allegato: Ex quo inferē,
5 quod †nullus prīceps de iure communi eſt exemptus a iuriſdictiōe epiſcopi: licet ſit imperator, quia ad hoc ſubijceretur epiſcopo loci, vnde beat⁹ Ambroſius adhuc Epiſcopus Theodoſium imperatorem excommunicauit. ca. duo. 96. diſt. & in ca. ſi autem, vndecima quęſtione tertia, & ibi hoc notat gl. Imo ſimplex ſacerdos præfertur militi ſeculari, nam iſte eſt miles imperatoris, ille vero eſt miles Chriſti. capi. ante omnia. 40. diſtinctio. & miles Chriſti præponitur. c. Iulianus. vndecima qō-
6 ne tertia. †papa enim eſt loco Petri, Epiſcopi vero ſunt loco Apoſtolorum. Reſtat ergo, quod Epiſcopus poteſt facere gūalem conſtitutionem, dum tamen non ſtatuat contra canones, & ſic valet ſtatutū Epiſcopi per q̄ prohibetur clericis ſub pęna excōmunicationis ne habeant in ſuis domib. vel alibi tenere, vel conuerſari cum mulieribus ſuſpectis, & diffamatis quia hoc iure communi prohibitum eſt toto titu. de cohabitatio. cleric. & mulier.

7 Quinto ampliate in †capitulo, quod poteſt ſibi facere ſtatutum. cap. cum acceſſiſſent. extra de conſti. præcipue in leuibus non concernentibus ſtatū eccleſię, alias nō poſſet nouas facere ꝓſtitutiones, ſeu ſtatuta, uel immutare antiquą ſine epiſcopo. c. cum conſuetudinis. extra de conſue. Quinto ampliate ꝓcedere in vniuerſitate clericorum vel magiſtrorum quæ pōt
8 ſibi facere ſtatuta. c. ex literis. de conſtitu. † Sexto ampliate in vniuerſitate laicorum quę ſimiliter poteſt ſtatuere vt quotidie videtis in confratrijs & alijs ſtatutis municipalibus. c. quæ in eccleſiarum. de conſtit. & ibi Docto. & in l. fin. in verbo qui ſtatutis. C. de iuriſditione omniū iud. Vltimo ampliate in magiſtris alicuius artis qui poſſunt facere ſtatuta, ut notat glo. & Doctor. per illum tex. in prędallegata l. fin. & Bar. in dicta. l. omnes populi. in prima quęſtione principali. & ſcrib. in l. itē magiſtri.

Digitized by Google

giſtri.ff.de pac.& ita in terminis decidit dominus Fran. Marcus deciſione.clxiiij.co qa tales magiſtri videntur habere collegium ſeu vniuerſitatem & poſſunt conſtituere ſindicum.l.j. §.1.ff.quod cuiuſque vniuerſitat.

Dubitatur modo ex quo iſta conſtitutio eſt ſecundum ius
9 commune an papa poſſit ſtatuere contra ius: † videtur quod ſic,quia ipſe eſt ſupra ius,& eius poteſtas latiſſima eſt. & hæreticum eſſet diſputare de illa:quoniam factum a papa reputatur factum a Deo: quia non puri hominis, ſed vicem Dei
10 gerit in terris capitu. quanto.de translat.prælato.vnde † papa ſtatuendo poſſet imponere pœnam mortis, ſed non exequēdo:quia ſi hominem propriis manibus occideret, incurreret irregularitatem ſecundum Bald.& Fely. in capitulo ſi quis de
11 maioritat.& obedien.imo fortius ſi poſſibile eſſet† quod Angelus male aliquid de fide ſentiret poſſet a papa iudicari & excōmunicari vt habetur ad Galatas primo.vbi Paulus inſurgit contra illos qui volunt conuertere euāgelium Chriſti ſic dicens.Sed licet nos aut Angelus de cœlo euangelizet vobis: præterquam quod euangelizauimus vobis anathema ſit: ex quibus videtur quod papa poteſt ſtatuere contra ius propter eius amplam poteſtatem quam late tradit Decius conſi. 341.ex ordine viſo puncto.in tertio volumi.vos autem ſuper iſto articulo reſolutione concludatis quod ſi agatur de iure diuino,tunc papa abſolute contra illud ſtatuere non poteſt, licet ſit maior Apoſtolis excepto Petro.capitu. ſunt quidam vigeſima quæſtione prima quod ſi contrarium faceret non sē-
12 tentiam dare,ſed errare videretur:†quia omni doctrinę euangelicæ ſubditus eſt: & ideo non poterit contra euangeliū diſpenſare vel ſtatuere vt probatur in cap.deinde 16. diſtinctio. & in capitulo.ſicut 14.diſtinct.iſtam opinionem firmat Antho.de Butr.in capitulo. ſuper eo extra de vſur.dicens,quod prohibitum in veteri,vel nouo teſtamento papa diſpenſare, vel ſtatuere non poteſt: ſed ante eum fuit ſingularis deciſio Ioannis Andręę in regula peccatum de re. iur. in mercurialibus.quem refert & ſequitur Alexand.conſilio.xlix.incipiente paucis vtar in quarto volumi. & plenius per Socin. conſilio 104.incipien.viſa bulla Bonifacij.hanc opinionem ſequitur etiam Andræas Siculus in dicto capitulo cum in eccleſiarū, & Iaſin dicta.l.reſcripta.C.de præcibus imper.offer.vbi dicit, quod papa abſolute nō poteſt reſcribere contra ius diuinū. quem etiam ſequitur Rom.conſilio cccxlv.incipien.circa primum vbi dicit,quod papa non poteſt aliquid ſtatuere per qđ immutaretur generalis ſtatus eccleſiæ. hanc etiā ſecutus fuit Abbas in capitulo literas in quinto notabili de reſtitutione
13 ſpoliatorum.vbi concludit,†quod in gradibus conſanguinitatis diuina lege prohibitis papa non diſpenſat nec conſuetus eſt hoc facere:quod ſecus eſt in prohibitis a lege humana, & iure poſitiuo:quia licet ſit ſupra legem poſitiuam in capitulo propoſuit de conceſſio.pręben.& in l.princeps.ff. de legibus.non tamen eſt ſupra legem diuinam: vt in eleganti conſilio ccclxxiij.tradit Petrus de Anch.ſed illam tenetur defendere vſque ad animam,& ſanguinem,& vſque ad omnes co
14 natus,dicto capitu.ſunt quidam.†quia præcepta mortalia negatiua omni tempore obligant.etiam in tantum,quod ſi Romanus pontifex diſpenſaret,vel ſtatueret contra ea, quæ ſunt iuris diuini,ille ſit taliter diſpenſatus non eſſet tutus quoad Deum ſecundum Innocen.in capitu. diuerſis extra de cleric. coniugat.

Ampliatę iſtam deciſionem procere in epiſcopo aut alio prælato inferiore a papa,qui nec contra diuinum, vel poſitiuum ſtatuere poteſt,capitu.inſtitutionis noſtræ decreta.25.
15 quæſtione ſecunda vbi dicitur† quod prælati inferiores non poſſunt nec in toto nec in parte decreta ſedis Apoſtolicæ immutare.& ad illum tex.concordant plura alia iura quæ tradunt Iacob.de Butrig.& Alexan.in l.prima. ff.quod quiſque iur.& idem Alexan.conſilio 230. incipien. in cauſa in ſecun-
16 do volum.vbi concludit,†quod Epiſcopus etiam capitulo nihil poteſt ſtatuere cōtra ius poſitiuum & canoniſtæ in dicto capitu.quæ in eccleſiarum:& legiſtæ poſt Bartol.in prędallegata.l.omnes populi.& iſtum articulum ample examinat Henricus de Botiis in ſuo tractatu ſynodali:& ratio eſt ſecundum eos quare epiſcopi non poſſunt ſtatuere contra ius canonicum: quia finis iuris canonici eſt euitare peccatū, & animas Deo lucrifacere vt notat gloſſ.in dicto capitulo cum contingat.ideo ſtatutū factum ab inferiore diceretur iniuſtum merito non eſſet tenendum:quia Epiſcopus tenetur ſeruare canones capi.a ſubdiaconibus. 32. diſtinct. quoniam cuſtos canonum appellatur,capitu.cum quibus.23.quæſtione quarta. imo ſi illos violaret blaſphemaret in Spiritū ſanctum capit. violatores 25.q.j.ſicut violator legum incidit in crimen ſacrilegij.l.oēs ver. violare tentauerit pęnam ſacrilegij ſubſtineat. de priuileg.eorum qui in ſacro palatio militan. lib.12.Codicis.merito cōtra illos,Epiſcopus nihil ſtatuere poteſt:& ſi de facto contrarium faceret, eſſet periurus, ex quo iurauit illos ſeruare cap.ego.N.de iurciurand.& dicit Felyn. in capitulo ſi quando de reſcriptis,quod prælato non obſeruanti canones licitum eſt reſiſtere.quod dictum extollit Romanus ſingula-
17 ri.ccccxciiij. incipien.curialis de Florentia. † vbi ponit pœnā epiſcopi non ſeruantes canones,& remiſſiue allegat glo.ſingular.in capitu. ſacerdos ſecunda quęſtione ſeptima. quæ dicit,ꝙ ſi prælati ſint excommunicati,vel hęretici,vel ſymoniaci,vel notorij fornicatores,vel non ſeruant canones licitum eſt ab eis recedere etiam ante ſententiam.

Secunda ratio eſt quam tradit Cardi. Alexand. in capitu.ſi
18 omnes.19.diſtinct.†quod ideo Epiſcopus non poteſt ſtatuere contra ius poſitiuum: quia poteſtas condendi canones immediate proceſſit a deo:nec talis poteſtas data fuit epiſcopis, ſicut ſummis pontificibus:ergo cōtra illos nihil ſtatuere poſſunt:quia non reperitur deciſum in iure, quod inferior poſſit, infringere legem ſuperioris capitu.cum inferior. de maioritat.& obedien.Tertia poteſt eſſe ratio & melior: quia conſtitutio epiſcopi eſt particularis, nec poteſt ligare,niſi ſubditos, ſed conſtitutio papalis eſt vniuerſalis:ideo Epiſcopus non poteſt infringere,quod per totum vniuerſum mundum obſeruari debet.

Ex quibus tria in ſumma reportari poſſunt primo, quod Epiſcopus contra ius poſitiuū nihil ſtatuere poteſt, ſecundo ꝙ papa circa illud bene poteſt ſtatuere,quia eſt ſupra ius poſitiuum & in eo ſufficit ſola voluntas quę habetur pro cauſa nec aliter quęrendum eſt de ratione,maxime in his in quib. habet pleniſſimam diſpoſitionem: ideo omnia quę facit circa ius poſitiuum preſumuntur facta cū iuſta ratione ex quo cenſetur habere omnia iura in ſcrinio pectoris,capitulo primo,de conſtitut.in ſexto. & in l.omnium.C.de teſta. & hoc eſt propter valentes viros qui debent ſibi adſiſtere vt dicit Panormit.in capitulo ex literis.in quinto notabili,de reſti.in integ.vltimo reportetis,quod papa contra ius diuinum funditus ſtatuere non poteſt,& ſic nō poſſet ſtatuere ꝙ clerici per ſiſtant ſine peccato in publico concubinatu.

Prædicta deciſio limitatur, vt procedat abſolute, hoc eſt, in totum,ſecus in parte pro qua poteſt tollere ius diuinum vt tradunt canoniſtæ in capitu.propoſuit.de conceſſio. præben. & in dicto capitu.quæ in eccleſiarum & Gulielmus de monte ſerrato in commento pragmaticæ ſanctionis. vbi ex pluri
19 bus concludit,†quod licet papa non poſſit in totum ideſt vniuerſaliter ſtatuere,quod decimæ non ſoluantur ex quo ſunt ſub pręcepto legis diuinæ.vt habetur Leuitici 28. & numeri. 18.ſunt enim decimæ,tributa animarum egentiū,quas Deus in ſignum dominij ſibi reſeruauit.capitul. decimę 16.quęſtio. 1.intituit enim Deus decimas,vt eſſent ſacerdotibus cibus in domo dñi:& ideo,ex quo debētur diuina cōſtitutione nō po-
20 terit ſtatuere quod non ſoluantur:†tamen quandoque ex cā poteſt particulariter ſtatuere, & diſpenſare ſuper decimis nō ſoluendis.vt no.gloſſ.& Doctor.in capitu.a nobis extra de decimis.

Secundo iſta limitatio probat, quia dominicalis ſolennitas eſt ſub præcepto decalogi,quod exordit ſabbata ſanctifices.pro vt habetur in titulo de ferijs circa principium:& Deuteronom. capitulo quinto.& licet papa non in totum ſtatuere.faciendo generalem conſtitutionem: quod vnuſquiſque exerceat artem ſuam die dominica:poteſt tamen ex cauſa ſtatuere,& diſpenſare particulariter cum aliquibus, vt licitum ſit piſcari die dominicali propter ingentem neceſſitatem ſuperuenientem.capitulo licet de ferijs.fortificatur hæc deciſio quia licet papa non poſſit vniuerſaliter ſtatuere contra deci-
21 ſionem Apoſtoli:vt habetur ad Galatas primo, tamen † ex eminenti cauſa poterit diſpenſare cum aliquibus contra dicta Apoſtoli:gloſſ.in capitulo lector 34.diſtin.quę dicit,quod Lucius papa diſpenſauit cum Epiſcopo Panormitano, qui fuit bigamus.

Tertio iſta limitatio probatur: quia licet papa non poſſit vniuerſaliter ſtatuere, quod matrimonium conſummatum copula carnali diſſoluatur propter reſiſtentiam iuris diuini vt in capitulo.quos Deus coniunxit. 32.quæſtione. tertia.& Matthæi decimonono. tamen propter vrgentem cauſam matrimonium etiam ex toto poteſt diſſolui, vt eſt caſus in
22 capitulo gaudemus de diuor.†quia etiam poterit, ex legitima cauſa ſtatuere,quod clericus in ſacris poſſit contrahere matrimonium,quamuis ſit monachus, vt alias dixi de rege Aragono.

Quarto iſta limitatio probatur,quod licet papa non poſſit ſtatuere, quod vſurę citra peccatum permittantur; quia eſſet contra legem veteris teſtamenti, & legem euangelicam quæ vndequaque fœnerari prohibentur maxime clericis propter quod a beneficio & officio ſuſpenduntur: & ſi non ſe correxerint ad degradationē proceditur. nota.in capitulo canonum.& in capitulo quoniam & in capitulo ſi quis oblitus. vigeſima ſecunda quęſtione quarta: & ſi ſint

vſu-

Digitized by Google

vſurarij manifeſti remanent ſuſpenſi ab executione officij do
nec ad arbitrium Epiſcopi ſatisfaciant,& reſtituaot,quæ rece-
23 perint. cap.quia in omnibus.extra de vſur. †tamen quandoq;
ex iuſta cauſa papa ſtatuit quod fructus non computentur in
ſortem. cap.ſalubriter. de vſur.

Quinto iſta limitatio fortificatur in iuramento, ſuper quo papa non poteſt ſtatuere in totum,quod iuramentum non li get:quia eſt de iure diuino.cap.& ſi Chriſtus.de iureiurand.& habetur Matthæi ſexto:tamen poterit particulariter ſuper iuramento. Et ſic cum aliquo diſpẽſare, vt tenent Canoniſtæ p gl.in capit.quanto,de iureiuran. ſuper quo etiam Epiſcopi hodie mediante ſigillo diſpenſant:ſexto fortificatur:quia ex quo horæ ſunt de iure diuino,non põt papa vniuerſaliter ſtatuere quod clerici conſtituti in ſacris ad illas non teneantur,poteſt tamen particulariter,hoc eſt,cum vno facere quod horæ canonicæ tantum dicantur in parte,vt notat Card. in clementi. prima,de celeb.miſſa.Septimo facit quod licet papa non poſſit ſtatuere quod ſtetur dicto vnius teſtis in omnibus cauſis : quia eſſet contra ius diuinum, quo cauetur quod in ore duorum vel trium ſtet omne verbum,vt habetur Deuteronomij decimo nono. & in capitulo in omni negotio,de teſtibus. & Matthæi.18.tamen ex certis cauſis poterit ſtatuere, quod ſtetur dicto vnius teſtis.

Vltimo prædicta confirmantur,quia licet papa non poſſit ſtatuere,quod clerici teneãt publicas, vel ſecretas cõcubinas, vel aliter impunne fornicentur propter reſiſtentiam iuris diuini, vt in illo præcepto, non męchaberis, ſub quo continetur omnis illicita fornicatio extra fœdus matrimonij:tamen quãdoque ad euitandum maius malum tolerantur fornicationes,& illas ſub diſſimulatione pertranſit eccleſia.cap.duo mala.tertia diſtin.hinc eſt,†quod ſi prælatus cognoſcit,quod clericus concubinarius efficeretur deterior ſi pręciſe compellere
24 tur dimittere concubinam,poterit ad tempus etiam ſine peccato tolerari, vt in ſpecie tradit Panormit.in capitul.vt clericorum,in principio,ſecunda col.extra de vita & honeſta.cler. pro cuius dicto facit tex.in arg.in c.requiſiuit,extra de ſponſa.
25 li.†& propter futurum ſcandalum euitandum inconſueta tolerantur,& iuris præcepta relaxantur.c.peruenit,xcv. diſtinct. & in cap.ſecundo.de deſponſa.impuber. & in caſu eminentis neceſſitatis ceſſat legis,vel ſtatuti,vel hominis diſpoſitio, ſeu prohibitio.l.de pupillo.§.ſi quis riuos,ff.de noui operi. nnncia tio.& in l.prætor ait.§.ſi debitorem.ff.de his,quæ in fraud.cre. ergo clericus in concubinatu eſt tolerandus, vt deteriora eui tentur: quia præceptis iuris diuini eſt exceptus caſus curandi corpus,& animam.apparet ergo, quod ex cauſa poteſt fieri ſtatutum contra canones,ſecundum Bald.in d. l.omnes populi.& in capitulo fina.quem ibi refert,& ſequitur Panor. extra de conſuetudine. non autem poterit papa ſtatuere contra ius diuinum niſi in caſibus ſupra qualificatis.

Quod quicunque.

SVMMARIVM.

1 *Dictiones quicunque,quæcunque, qualiſcunque, quælibet, quibuſcunque, vnicuique,omnis,cuiuſcunque,quicquid,de iure quid importent.*
2 *Fœmina ſub hoc verbo quicunque non compræhenditur:ſed reſtringitur ad perſonas habiles,licet non fuiſſet poſita dictio clericus.*

1 Hæc dictio generalis eſt, & effrenata, ſicut † dictiones,quæcunque,qualiſcunque,quilibet, quibuſcunque, vnicuique,omnis,cuiuſcunque,& cæterę dictiones vniuerſales, quæ nihil excludunt:ſed omnia includunt:Idem dicẽdum eſt de dictione,quicquid,quę vniuerſalis eſt, & præciſa,ſecundũ Bal.in l.cum virum.C.de fideicommiſ.& nihil excipit ſecundum Bart.in l.quæ omnia.§.plane.ff.de procura.& in c.1.qualiter olim feud.poterat alienari, ſub hoc enim verbo quicunque,compræhenditur ciuitas,municipium, collegium, & vniuerſitas,vt concludit Alber.per illum tex. in l. metum.§. animaduertendum.ff.quod metus cau.&de ſua natura compræhendit tam maſculos,quam fœminas, vt in l.quicunque.& ibi Docto.C.de ſeruis fugiti.& in l.ait diuus,vel ſi quicunque.
2 ff.de iure fiſci.tamen in hoc tex. † ſub hoc verbo quicunque, non compræhenduntur fœminæ,licet de clericis papa hic nõ feciſſet mentionem:quia licet hæc dictio ſit geminata, & habeat ſignũ vniuerſale, reſtringitur tamen ad perſonas habiles Bar.& Doct.in l.habeat vnuſquiſque.C.de ſum.Tri.& Iaſ.in l. fideiuſſor.§.prætor ait.ff.qui ſatiſd.cog.item in hoc tit.papa intendit tractare de punitione clericorum cõcubinariorum, & non de punitione concubinarum,vt infra dicã, dictio enim quæcunq;,& qualiacũque beneficia, & ad illa habilitatus ad regularia,ſicut relatum quod eſt ſimilitudinis,& non diſſimilitudinis, & ideo refert ſimilitudinem cum expreſſis, vt nota. in clem.c.n.j.de reſcrip.

Clericus.

SVMMARIVM.

1 *Clerici coniugati cum vnicis virginibus gaudent priuilegio fori ſi habitũ, & tonſuram deferant.*
2 *Clerici non habent habitum determinatum a iure gl.in cle.1.in fin.de elec. Alex.conſi.exlix.inc.in cauſa,in ſexto vol.quod eſt notandum contra officiales prohibentes clericis portare caligas albas.*

Hoc nomen a Mathia exordium ſumpſit qui forte electus eſt, & primus per Apoſtolos in clericum ordinatus,vt tradit Iſido.li.7. ethimologiarum,& habetur tranſumptiue in c.cleros.21.diſt.ſub cuius de nominatione omnes ordinati intelliguntur,& ſic præsbyteri Diaconi,ſuabdiaconi,lectores,cantores,c.de perſona. in fine. 11.q.1.continentur etiam qui primam,& ſimplicem habent tõſuram,vt tenet gl.in verbo pſalmiſta.dict.c.cleros. quia clericatus,licet faciat ad principium tamen enumeratur inter ordines,quoniam per primam tonſuram ordo clericalis conferetur.c.cum contingat.de ætat.& quali. & per illam tonſuratus gaudet priuilegio clericali. glo.in c.fi. de tempo. ordinand. in 6.& idem gl.in cl.quoniam.in verbo clericus,de vi.& honeſt. cle.quæ dicit,quod nominatione clericus includit habentem primam tonſuram:& generaliter dicatis,ꝙ appella.clericorũ ſaltem largo ſumpto vocabulo veniunt omnes clerici cuiuſcunque gradus,ſecundũ Panor.in c.bonæ.in 1.notabili.de poſtul.prælat.†quibus addite ꝙ etiam clerici coniugati continẽ
1 tur,cum tamen vnicis virginibus,qui in criminalib.ſi habitũ, & tonſuram deferant clericales, gaudebunt priuilegio fori.c. vnico.de cler.coniug.& ſic iſta conſtit.habet locum in clericis coniugatis,& etiã in laicis faltẽ quãtum ad cęteras pęnas,vt dicẽt ī ver.monemus oẽs Laicos,vt ſibi a cõcubinatu abſtineãt.

Cuiuſcunque conditionis ſtatus.

SVMMARIVM.

1 *Differentia eſt inter gradum & ſtatum.*
2 *Status clericorum fuerunt tres.*
3 *Fratres mendicantes ſunt magis incapaces, quam ſerui pœna,quibus etiã ad alimenta relinqui non poteſt.*

1 Papa hic †videtur facere differẽtiam inter iſta duo nomina:quia licet non apponatur copulatiua, &,ponitur tamen punctus,qui habetur loco copulæ, ſicut ſacimus;differentiam inter gradum,& ſtatum:nam canones ſtatum inferiorum clericorum magis appellant gradum, quam
2 ſtatũ,dicamus ergo ꝙ tres fuerunt ſtatus clericorum.†primus fuit in primitiua eccleſia,quo tempore nulla bona poſſidebãt ſed omnia erant communia.Secundus fuit ſtatus clericorum poſt primitiuam eccleſiam tempore Sylueſtri, quo tempore eccleſiæ erant dotatę,quidam tamen clerici expreſſe, vel tacite renunciauerunt proprijs.ſ.per ingreſſum religionis, & regularis habitus aſſumptionem:& ideo talis qui ex propoſito, & modo aſſertiuo dicit meus liber,mea cappa, peccat mortaliter niſi hoc dixerit ex lubrico linguæ
3 †quod maxime procederet in fratribus mendicantibus,quibus etiam ad alimenta relinqui non poteſt:quia ſunt magis incapaces,quam ſerui pœnæ,vt tradit Iaſ.in l.ex facto.§.Iulianus.ff.de vulga. & pup.tertius fuit ſtatus clericorũ,qui nec expreſſe, nec tacite proprijs renũciauerunt,ſed bona immobilia poſſidet maxime domos in quibus tenent ſuas concubinas, & de iſtis duobus ſtatibus eccleſię loquitur conſtitutio iſta.vel aliter diçatis, quod ſtatus clericorum eſt triplex.Primus eſt illorum,qui ſunt in dignitate poſiti,vt,Epiſcopi,prępoſiti,Decani,& alij habentes dignitatem in eccleſia,ſecundus eſt illorum, qui ſunt nobiles ſine dignitate.Tertius eſt illorum,qui ſunt nobiles,nec in dignitate conſtituti ſunt,vt patet in ſimplicibus,& inferioribus.ſacerdotibus,& de omnibus iſtis loquitur iſta conſtitutio:vnde iſta dictio,ſtatus,ſignificat præſentiam,conditionem, & qualitatem in qua quis reperitur, vnde apud Ciceronem qui ſtatus rerumque conditio temporum.& apud Hieronimum corporis noſtri certi ſtatus.& probatur in c.2.in fi. vt lite pendente, & in l.1.ff.de capi.diminutio.& in l.eius,qui in prouincia.ff.ficer.pet.& in c.fina.de verbo.ſignificat.

Religionis.

SVMMARIVM.

1 *Clerici ſecundum largam ſignificationem dicuntur religioſi.*
2 *Conuerſi non ſunt nec clerici nec religioſi ideo poſſunt habere proprium et contrahere matrimonium.*
3 *Templariorum ordo ſimiliter & humiliatorum ex certis legitimis cauſis fuit damnatus et abolitus: tales non veniunt appellatione clericorum.*

Digitized by Google

Qua religiosi in professione sua habent in se vo tum continentiæ: hic ergo videtur text.quod appellatione clericorum secularium religiosi non compræhenduntur, nec ecõtra:quia religiosi simpliciter nõ dicuntur clerici,sed diuersis nominibus nuncupantur. ergo non sunt idem.l.si idē.C.de codi. & in pluribus partibus iuris clerici,& religiosi ponuntur tanquam diuersa. c. licet. versic. tam circa viros religiosos,quam clericos.de offi. or. maxime in ista constitutione,quæ est pœnalis, & odiosa, cuius verba
1 ciuiliter,& stricte sunt interprætanda:†secus secundum largã significationem, secundum quam clerici dicuntur religiosi: quia licet sint diuersi in qualitate, tamen continētur sub eodem genere.c.duo sunt genera Christianorum. 12.q.1.secundum Imolam in c.sedes.de rescr.& Fel.in c.tua nos. de iureiu. nec etiam continentur monachi.l.omnes.§.præterea.versicu. clerici.siue monachi,C.de episcop. & cleric. & in l.generaliter.versicu. monachi:licet non sint clerici:eo.tit.16.q.1.nec si militer conuersi monasteriorum comprẽhẽduntur,secundũ Io.And.in additio. ad Specul.intitulo de rescripti præsentatione.§.fina.versicu.item nota quod si literę.& ibi dicit Spec. ꝙ si literę sint generaliter concessæ contra clericum, & contra quosdam alios,certe per illas nec monachi nec,cõuersi possunt conueniri:†quia conuersi non sunt,nec clerici,nec religiosi:vnde possunt habere proprium, & contrahere matrimonium.Barto.in dicta authen.ingressi. quem sequitur Guido Papę decisione sexcentesima decima quinta. incipien.religiosi:& idem Specula.eodem titulo,versicu.quid si in rescripto.vbi dicit,ꝙ nec Episcopus absolute continetur clericorum appellatione.
2

EX quibus patet,quod templarij, hæretici, qui emerserũt anno post imperium Augusti. & quos Clemens quintus(qui Benedicto successit)deleuit & in concilio Viẽnensi damnauit licet a principio eorum ordo fuisset approbatus,quia ipsi etiã hospitarij poterant ex priuilegio prædicare, secundum gl. in
3 c.adijcimus.16.q.1.†tamen ordo dictorum templariorum & similiter humiliatorum,ex certis legitimis causis fuit damnatus,& oblitus vt amplius non esset in ecclesia Dei per Clemẽtem & Lucium summos pontifices, tales enim sic religiosi non continentur appellatione clericorum.quo modo autem monachi aut alij clerici cum monialibus habitare non debent dicetur infra.

Dignitatis.

S V M M A R I V M.

1 *Canonici in ecclesia cathedrali dicuntur esse in dignitate,& eis possunt cõmitti causæ apostolicæ.*
2 *Mixtum sub simplicibus in odiosis non continetur.*
3 *Abbatia an contineatur appellatione dignitatis.*

Hic videtur, quod existentes in dignitate non cõprẽhendantur appellatione clericorum,vnde canonici ecclesiarum.Cathedralium non continentur,alias non fuisset opus exprimere verbum dignitatis. Rationem assignat Panor.in rub.de vit.& hone. cleri.quia in canonicis,& cæteris constitutis in dignitate inest quędã qualitas,quæ nõ reperitur in simplicibus clericis quia a quoquã
1 verti non debet in dubium †canonicum in ecclesia cathedrali existentem in dignitate esse, quia eis tanquam in dignitate existentibus, causę apostolicæ committuntur. Romanus consil.ccccxliij.& gloss.in capit.si canonici.de officio ordina. in 6.in gl.penul.dum dicit,quod dignitate,& honore priuandi sunt:Sed prędicta procedunt vbi ageretur de stricta vocabu
2 li significatione†& in materia odiosa,quo casu sub simplicibus non cõtinetur mixtum, secus in larga & impropria significatione,& in materia fauorabili.& ideo priuilegium, seu tributũ concessum generaliter clericis compræhenderet episcopos canonicos,& alios clericos constitutos in dignitate: quia verba sunt intelligenda & interprætanda secundum subiectã materiam,& vt minus lædant ius commune. l.2.C.de noxali. actio.quia verum est episcopos,canonicos,esse clericos,cum qualitate tamen,quæ non habet mutare substantiam. Abbatia tamen secundum Imol.in c.inquisitos.de hęretic. in 6.sub
3 nomine dignitatis non continetur. † Sed an veniat monachus sub nomine dignitatis videte Lapum allegatione 101. in titulo de successioni.& glo.in capitulo 2.de præbendis, in 6.& referunt Ioannes Andreæ vidisse declarari Abbatem nõ contineri dignitatis appellatione.

Etiam.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio etiam,accipitur implicatiue & affirmatiue.*
2 *Dictionis etiam, natura est implicare casum minus dubitabilem,& explicare casum magis dubitabilem.*

Hæc dictio est implicatiua. c.j.de cõmodat.
1 c.cum omnes, de constitutio.& in l.etiam.C. de furt. †Aliqñ accipitur affirmatiue,& tunc capitur pro certe,ut Mathæi.xj. dum dicitur prophetam etiam plusquam prophetã.& Io.11.
2 dum dicitur etiã tu duensis quia amore & † natura illius est implicare casum minus dubitabilem & explicare casum magis dubitabilem,vt notatur in l.etiam.ff.sol.mat.Raphael Cuma.& Romanus in l.qui se patris. C.vnde liberi.Iaso.in l.si cui legetur.§.si Titio.ff.de leg.j.quia non erat dubium, quin clerici etiam in dignitate constituti comprẽhenderentur in cõstitutione ista:Sed maior dubitatio vertebatur in pontificib.qui similiter in pęna istius decreti incidunt,pro quibus facit text. in l.Centurio.ff.de vulg.ver.etiam propria bona filij:quia vbi nulla erat dubitatio quin in pupillari substitutione cõprẽhẽderent bona patris,vt plene dixi in tracta.meo substitutionũ: Sic etiã minus dubitabitur de clericis simplicib. vnde papa in hac cõstitutione illos nedum compræhendere voluit, verũ etiam alios qui sunt maioris pręeminentiæ,vt sequit in textu.

Si pontificalis.

S V M M A R I V M.

1 *Episcopus simpliciter electus ante consecrationem non venit appellatione pontificis.*
2 *Abbas an veniat sub nomine pontificis.*

Idest, episcopalis,quoniam appellatione pontificũ cõprẽhenduntur episcopi,& alij superiores secundũ Cardin.in Clemen.fi.de celeb.miss.& firmissimum in §.ponti ficum.quod est verum si talis episcopus sit consecratus, alias
1 simpliciter electus vel confirmatus †ante consecrationẽ non venit appellatione pontificis, vt dicit gl.in Clemen.dignum. de celebra.miss.in verbo pontificum.quam extollunt.Panor.
2 & Fely.in c.eam te.de rescri. † videtur ergo quod Abbas non includatur sub nomine pontificalis,& ideo papa hic intendit punire Episcopos concubinarios, cum etiam lex ciuilis nullã mulierem secum habere,aut habitare permittat: si autẽ contrarium prolatum fuerit, ab episcopatu proijciatur,quia indignum se estendit officio.in auth.Episcopo.C.de Episc.& cle. & in corpore vnde sumpta fuit in auth.eo.ti.colla.ix.

Vel alterius præeminentiæ fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Cardinales ab alio,quam a papa,& consilio simul distringi non possunt.*
2 *Papa licet omnia possit,intelligitur habito consilio cum fratribus.*
3 *Excommunicatio generalis quoruncunque cardinales nisi de eis fiat specifica mentio.*
4 *Generalis dispositio simpliciter prolata non compræhendit personas priuilegiatas.*
5 *Constitutio, seu statutum quantuncunque sit generale, non continet personas,quæ non sunt de iurisditione constituentis.*
6 *Papa etiam sine consilio potest ex causa deponere imperatorem.*
7 *Generali sermone non continetur persona priuilegiata.*
8 *Cardinalis publicus,& notorius concubinarius si monitus sit incorrigibilis,potest a papa,& consilio puniri.*
9 *Papa si sit publicus,& notorius concubinarius,an ligetur ista constitutione ita,quod possit accusari,vel deponi,vel saltem a papatu suspendi.*
10 *Integritas præsidentium est salus subditorum.*
11 *Sermo generalis non compræhendit personam loquentis.*
12 *Superioris authoritas in dispositione censetur reseruata.*
13 *Authoritas superioris excusat a iuramento.*
14 *Papa omnes est iudicaturus:sed a nemine venit iudicandus.*
15 *Deus causas hominum voluit terminari per homines, sed causam Papæ suo iudicio reseruauit.*
16 *Papa de crimine sibi obiecto non cogitur stare iudicio alicuius: quia dominus eum iudicat.*
17 *Papa non potest se submittere iudicio iudicis secularis.*
18 *Papa si persistat in peccato debet moneri per euangelicam denunciationẽ a qua non liberatur.*
19 *Verba euangelica quibus dicitur si non audierit dic ecclesiæ. non intelliguntur in papa qui non potest iudicari ab ecclesia militante, sed solum ab ecclesia triumphante.*
20 *Hæresis proprie loquendo dicitur solum in duobus casibus,quando quis male sentit de articulis fidei,& sacramentis ecclesiæ.*
21 *Dispositio quæ simpliciter facit monitionem de hæresi intelligi proprie & capi debet.*
22 *Papa pro crimine hæresis si sit incorrigibilis potest deponi, & corrigi per concilium generale.*
23 *Papa in hęresi potest conuinci duobus testibus.*

24 Papa

Digitized by Google

24 *Papa errans habet maiorem reatum quam cæteri: ideo sine spe veniæ condemnandus est, vt diabolus.*

25 *Accusati de hæresi si sint parati se corrigi, debent recipi ad purgationẽ, & male seruatur per officiales nostri temporis, qui ignorantias recipere nolunt.*

26 *Papa in tribus casibus tenetur obedire concilio generali.*

27 *Papa si esset publicus adulter, vel concubinarius, vel vxorem duceret & sic vniuersalis ecclesia pateretur scandalum si sit incorrigibilis habetur pro hęretico.*

28 *Papa in quinque casibus potest ab alio iudicari.*

29 *Papa in dãno terras ecclesiæ suis consanguineis si sit incorrigibilis potest a papatu deponi.*

30 *Papa non potest incidere in canonem Latæ sententiæ nisi in casu hæresis. gl. in d.c. quicunque.*

31 *Papa si sit suspectus de hæresi quomodo contra eum debet procedi & concilium conuocari.*

32 *Papa hæreticus reputatur minor quocunque catholico.*

33 *Papa in foro pœnitentiali subiicitur simplici sacerdoti.*

Id est altioris aduerbium, enim, eminenter exponit, i. alte, vnde ẽmineo, præsum, antesto, quasi ante alios emineo a quo descendit. Istud nomen ẽminentia, & si referatur ad qualitates supra scriptas, non põt aliter intelligi secundum veram interpretationẽ nisi in archiepiscopis, vel cardinalibus, aut legatis vel Patriarchis: quia post papã in excellẽtia vltra omnes dignitates ecclesiæ Cardinales sunt maiores
1 in præeminentia: †quia ipsi simul cum papa omnes iudicant, nec ab alio quam a papa, & collegio cardinaliũ iudicari possunt: quia dicuntur caput ecclesiæ vniuersalis. clemen. ne Romani. de elect. & Bal. in l. cum multa. C. de bo. quæ lib. quia licet papa omnia possit, hoc intelligitur habito consilio cũ fratribus, vt notatur in c. j. de transla. præla. nec quicquam arduũ facere potest sine dicto consilio, secundum Io. And. in c. antiqua. & in c. dilectus. de concess. præben. vbi concludit quod in dispositione in qua simpliciter fit mentio de clericatu, vel dignitate non contineretur dignitas cardinalatus nec Episcopalis, nisi de ea specifica fiat mentio. & istud dictum sequitur Nicolaus de milis in. §. cardinalis. vbi assignat rationem: quia dignitas: sed culmen dignitatis. gl. in c. 2. de præbend. in 6. ergo
2 multo fortius idem erit dicendum in dignitate cardinalatus, quæ est maior episcopali subijciens, quod ista verba clerici cuiuscunque dignitatis quamuis sint generalia, & vniuersalia, *tamen non continentur* cardinales, nisi hoc exprimatur, vt *ex pluribus tradit* Barba. in consilio primo. colum. 29. in 1. volum. pro quibus facit dictum Ioã. monachi. in c. 1. de schismaticis. in 6. vbi dicit †quod in generali excommunicatione quo
3 rumcunque non continentur cardinales nisi de eis fiat specialis mentio: quia generalis mentio non sufficit de aliqua p
4 sona quando requiritur specificatio, glo. in c. inquisitionis. de hęret. in 6. Alexan. consi. 103. in 1. volu. & generalis dispositio prolata simpliciter nõ comprehendit personas priuilegiatas. gl. & Docto. in l. postquam liti. C. de pact. & dicit Bald. in d. l. omnes populi. & in l. fi. §. in computatione. C. de iure deliber.
5 †quod constitutio, seu statutum quantumcunque sit generale non comprehendit personas, quæ non sunt de iurisdictione constituentis. quod dictum sequitur Barba. in c. cum accessissent. circa finem, de const. sed cardinales absolute non sunt sub iurisditione papæ: quia non ab eo solo: sed a concilio possunt distringi, licet Abbas in quadam quæstione incipienti,
6 Episcopus, in 11. col. videatur tenere †quod papa ex potestate amplissima quam recepit a Christo, ipse solus etiam sine cõcilio potest ex causa deponere imperatorem, ita, vt non sit necesse conuocare concilium: sed Host. in c. 2. de cleric. nõ residen. sentit contrarium.

7 Præterea facit etiam, †quia in generali sermone non continetur persona priuilegiata, & in excelsa dignitate cõstituta. c. cum sit periculosum. de sent. exc. in 6. Petr. de Anch. cõs. 296. incip. pro clariori, & cõs. 298. incip. officialis. vbi dicit quod te gul. cancellariæ, quæ annullat gratiam, in qua verus valor beneficij non exprimitur, non habet locum in gratia, facta cardinali: vnde tanta est eorum potentia, & authoritas, vt mortuo pontifice, eorum dignitas non decrescit, sed virescit, non confunditur, sed magis diffunditur, imo in eis tota authoritas ecclesiæ refunditur: qua de re papa ĩ numero cardinalium se connumerat sicut imperator in numero senatorum: tales enim sub ista pontificali constitutione comprehẽdi possunt, maxime quando in eis esset adeo publicus, & notorius quod vniuersalis ecclesia scandalizaretur, tunc si moniti essent in-
8 corrigibiles †possent a papa, & consilio distringi: quia eis orit maius scandalum, quam in prælatis inferioribus ex quo sunt magni consiliarij summi pontificis, quorum sapientia mundus regitur, & qui ex obscuris aperta faciunt illi ex toto orbe terrarum pauci ex multis singulares ex omnibus assumunt.

9 Nunc dubitari posset an papa ligetur ista cõstitutione, †ita ꝙ si teneat publicam concubinam possit accusari, vel deponi, vel saltem a papatu suspendi, videtur quod sic, quoniam iustũ est principem obtemperari suis legibus, præterea ista constitutio loquitur per verba generalia, & geminata quorum natura est omnes comprehendi, ergo generaliter debet intelligi, vt papam comprehendat, argumen. l. de pretio. ff. de publicia. in rem actio. quia verbo generali omnia continentur. c. sunt nonnulli. j. q. 1. & c. quicunque. 33. q. 2. & ratio est: quia quanto plus quis est constitutus in maiori dignitate delinquendo magis, & grauius deberet puniri, quam cæteri inferiores ratione mali exempli. c. cum magnæ. de voto, & voti redempt. iuxta dictum Gregorij. in c. præcipue. 11. q. 3. dicentis: scire eũ debent prælati, quod si vnquam peruersa perpetrent tot mortibus digni sunt, quot ad suos subditos perditionis exẽpla trãs-
10 mittunt. quoniam †integritas presidentium salus est subditorum. c. miramur. 61. dist. Item facit: quia ista constitutio saltẽ quoad Deum parum, aut nihil differt a lege diuina, per quã prohibetur omnis fornicatio, & constat legem diuinam præferendam esse humanis constitutionibus: ergo papa ligatur ista constitutione. quia legi diuinæ conuenit: cum ergo constitutio transierit in contractum efficitur irreuocabilis, secundum Inno. in c. in nostra. de iureiuran. ideo obligatur ad eius obseruantiam.

Alij fuerunt in contraria opinione dicentes, quod papa
11 non ligatur sua constitutione: †quia sermo generalis non cõprehendit personam loquentis. l. inquisitio. C. de solutio. l. si mercedem. ff. de actio. empt. & vend. & ibi gl. Barto. & Bal. & in l. qui insulam. §. fi. cum gl. ff. locati. Barto. in l. si quis legauerit. ff. de lega. 1. & in l. Paulus. §. sciente. ff. de pign. †& in quacũque dispositione ĩtelligitur reseruata authoritas superioris sicut in generali sermone non uidetur quis voluisse comprehẽdere ea quorum prolatio ipsi proferenti esset pœnalis, vel ꝓhibita, vt dicit Bar. in l. codicillis. §. instituto. ff. de legat. secundo. & in l. fi. ff. ad municip. & notant Canonistæ in c. veniens. de iureiur. gl. in c. constitutus. de rescrip. ex quo infert Oldr. cõsil. xcvij. incip. factum tale est, quod si Abbas cum capitulo iurarunt non recipere monachos, vltra certum numerum, ĩtelligitur, nisi superior contrarium susceperit, & idem tenẽt Cynus, & Saly. in l. fi. C. si contra ius, vel vti. publi. Pau. de Castr. & Doct. in l. fi. ff. qui satisdare cogan. dum dicunt, quod si debitor iurauit nullam exceptionem opponere si postea superior sibi concedat exceptionem quiquennalem poterit il-
13 lam opponore, nec incurret periurium: †quia semper intelligitur excepta authoritas superioris: ergo authoritas papæ in hac constitutione videtur exempta, & ita concludit Fely. in c. constitutus. de rescript. versi. authoritas papæ. vbi dicit quod a iuramento excusat authoritas superioris, & istam opinionem sequutus fuit Panor. in c. omnis vtriusque sexus. in v. col. versi. ex his soluitur alia quæstio. de pœniten. & remiss. patet ergo, quod papa non ligatur sua constitutione, nec etiam cõstitutionibus suorũ prædecessorum sicut principes & imperatores qui suis legibus constitutionibus non constringuntur. l. princeps. ff. de legibus. & sic licet papa, vel princeps debeat viuere secundum leges tamen non constringitur, nisi ex debito honestatis, vt notatur in l. digna vox. C. de legibus. vnde concludendum videtur papam pro publico, seu notorio concu-
14 binatu non esse puniendum pœnis huius cõstitutionis, †quia qui omnes iudicaturus est, a nemine iudicandus est, vt in d. ca-
15 pitu. si papa. 40. dist. †quia causas hominum Deus voluit per homines terminari: sed causam papæ suo iudicio reseruauit.
16 c. aliorum. 9. q. 3. †& ideo de crimine contra eum obiecto nõ cogitur stare iudicio alicuius. gl. in c. si quis pecunia. 79. dist. sed excipere poterit contra accusantem: dominus est, qui me iudicat, nemo enim iudicabit primam sedem, neque ab Augusto, ab omni clero, nec a regibus, nec a populo iudicabit: quia facta subditorum iudicantur a nobis: nostra vero iudicantur
17 a domino. in c. nemo. & in c. facta. 9. q. 3. † nec papa potest se submittere iudicio iudicis secularis, quamuis possit submittere se iudicio iudicis inferioris. c. nos incompetenter. 2. q. 7.

Nec refragari potest dictum Panor. in capitu. proposuit. de concess. præbend. dum dicit quod si papa sit criminosus vel persistens notorie in peccato mortali debet moneri per denũciationem euangelicam, de qua habetur Matthęi. 18. & in c. si peccauerit. 2. q. 1. & in capitu. nouit. de iudi. quibus respondet Host. quod in d. c. proposuit. quem refert, & sequitur Decius ĩ consilio, quod edidit Pisis pro christianissimo Ludouico Francorum rege, vbi dicunt, quod si papa persistat in peccato poterit admoneri iuxta regũlã euangelicam, a qua non est liberatus, & hoc quantum ad primam partem regulæ, in qua dicitur si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te &
18 ipsum. † Sed quantum ad aliam secundam partem regulæ, in qua dicitur si non audierit, dic ecclesię, talis secunda pars non intelligitur in papa, quia vt dixi ab ecclesia mili-

Digitized by Google

tan te non poteſt iudicari: vnde dicunt, quod illa verba, dic ec cleſiæ intelliguntur de eccleſia triumphanti, & cœleſti a qua duntaxat iudicari poteſt: vt in.d.ca.ſi papa. vndequaque ergo vrgent dubia: or videamus, quæ ſit magis verior opinio in pũcto iuris.

Breuiter ſi agatur in crimine hæreſis quod proprie dicitur
19 in duobus caſibus tantum.† Primo ſi quis aliter ſentit de articulis fidei, quam ſentiat Romana eccleſia. capit. hęc eſt fides. vigeſimaquarta quæſtione prima. ſecundo quando quis male ſentit de ſacramentis eccleſiæ, cap. ad abolendam. de hæretic. & ita concludit Panormit. poſt Hoſtien. in c. firmiſſime. de hę
20 retic.† & ideo lex, vel diſpoſitio quæ ſimpliciter facit mentionem de hæreſi debet intelligi proprie: quia verba proprie in-
21 telliguntur ſecundum Barto. in l. ita vulneratus. ff. ad legem Acqui.† tunc papa pro illo crimine ſi ſit incorrigibilis poteſt deponi, & corrigi per concilium generale: vt habetur in dicto capitu. ſi papa.† & hoc caſu poſſet conuinci duobus teſti-
22 bus, glo. in cap. præſul. ſecũda quæſtione quarta, quam Panor. reputat ſingul. in cap. cum eſſes. de teſt. & in hoc eſt deterioris
23 cõditionis, quam ſint prælati & cardinales:† quia in papa reatus eſt maior, quam in alijs. Ideo ſine ſpe veniæ condemnandus eſt vt diabolus: vt ibi dicit glo. vt legitur de Ioanne papa xxiij. qui propter ſimoniã depoſitus fuit: q̃ deciſio procederet vbi papa eſſet partinax, & nollet ſe corrigere alias ſi ipſe, vel alius inferior ſit paratus ſe corrigi, non debet deponi. d. c. ad abolendam: nec debet de hæreſi damnari. c. dicit Apoſtolus. vigeſimaquarta quæſtione tertia. ſic fecerunt multi Romani põtifices, qui infamati iniuſte de certis criminibus ſe purgauerunt, prout fecit Sextus Damaſus Petrus Gregorius, qui eorũ innocentiam purgauerunt in capit. mandatis. ſecunda quæſtione quinta. cap. Petrus. ſecunda quæſtione ſeptima, quos ẽt refert Romanus conſilio quingenteſimo duodecimo incip. beatiſſimus pater. quæ iura videntur facere contra iudices ec-
24 cleſiaſticos† qui accuſatorum de hæreſi vel alijs criminibus nolunt recipere purgationes: licet ſint parati ſe corrigi, nec eos audire in ſuis innocentijs, & idem tenet Gulielmus de monte ferrato. in commento pragmaticæ ſanctionis, vbi po-
25 nit tres caſus,† in quibus papa tenetur obedire generali concilio. primus in pertinentibus ad fidẽ. ſecundus in pertinentibus ad extirpationem ſchiſmatis, c. ſi duo. lxxix. diſtinct. tertius in pertinentibus ad generalem reformationem eccleſiæ, vt etiã notatur in d.c. ſi papa.

Vos autem ampliate procedere iſtud vt non ſolum habeat locum in crimine hæreſis, verum etiam in alio crimine per quod vniuerſalis ſtatus eccleſiæ pateretur ſcandalum: quo caſu ſi crimẽ eſſet publicum, & papa nollet corrigi, haberetur p
26 hæretico:† vnde ſi eſſet publicus adulter, vel notorius concubinarius, vel vxorẽ duceret, put duxit nouiſſime Sẽbergenſis Epiſcopus qui ducendo vxorem, eccleſiam ſuam ſcandalizauit. iſto caſu papa accuſari poſſet. glo. in dicto ca. ſi papa. quæ communiter approbatur per Panor. in c. ſignificaſti. de elect. & in quadam ſua diſputatione incip. Epiſcopus. in fine ſecundi dubij. vbi dicit, quod totus mundus obſeruat illam gloſſ. q̃ ex pluribus firmat Romanus conſi. quingenteſimo vigeſimo octauo incipien. quæſtio, quam etiam ſequitur Decius in præ
27 allegato conſilio: † vbi ponit quinque caſus, quibus papa ab alio iudicari poteſt: imo fortius tenet Panormit. in capitu. cũ veniſſent. quarta col. de iudic. quod papa poteſt deponi ſi in
28 dando† terras eccleſiæ ſuis cõſanguineis eſſet incorrigibilis, q̃ dictum refert Fely. in captu. ad audientiam. in princ. de reſcri. & in dicto ca. quæ in eccleſiarum. quos refert & ſequitur Frã. de Ripa in tractatu de peſte: dicunt tamen theologi, quod papa non poteſt accuſari, nec etiam de quolibet alio crimine: licet notorio, ſed duntaxat de hæreſi: quia proprie ſymonia non dicitur hæreſis, nec alia crimina quia nõ concernũt articulos fidei vel ſacra eccleſiaſtica, vel ſaltim generalem cõ
29 ſtitutionem concernentem etiam fidem noſtram,† vnde papa non poteſt incidere in canonem latę ſententiæ niſi in ſolo caſu hæreſis, peccat tamen mortaliter ſi communicat cũ excommunicato niſi in illis quæ ſpectãt ad eius correctionẽ, ſed quilibet alius bene incidit in excommunicationem non per ſententiam excommunicationis, ſed per ſentẽtiam canonis, vt notatur in c. quicunque. 11. q. 3. glo. ibi exponit verbum quicunque, ſcilicet alius quam papa: ex quibus apparet quod ſi crimen ſit adeo notorium quod per illud totalis ſtatus eccleſiæ ſcandalizatur, tunc papa poſſet accuſari, & ab vniuerſali eccleſia iudicari.

Videamus nunc incidenter quid ſi papa ſuſpectus de hæreſi ita quod talis ſuſpicio nõ poſſit diſſimulari ſine magno ſcãdalo fidei, quomodo contra eum procedi debet? canoniſtę, & theologi videntur varij. vide Turre cremata poſt Archidia. in
30 d. c. ſi papa.† dicit, quod primo per reuerendiſſimos debet requiri per publicam confeſſionem chriſtianæ fidei vt talem infamiam a ſe abijciat: & ſi papa hoc recuſauerit facere, iſto caſu eſſet requirendus quod vniuerſale congreget concilium: & ſi hoc facere poſtpoſuerit, debebit ad minus præſtare authoritatem dictum concilium congregandi ad fines inquirendi. vt ſi illa, quæ obijciuntur papæ ſint vera, Quod ſi omnia prædicta recuſauerit domini cardinales in quibus tanta eſt authoritas, de qua ſupra feci mentionem, poterunt congregare & conuocare prælatos eccleſiæ, qui inquirent, an vera ſit ſuſpicio hæreſis contra papam vel non: & ſi hoc domini Cardinales facere poſtpoſuerint, iſto caſu imperator & prĩcipes chriſtiani quibus commiſſa eſt defenſio eccleſiæ hoc poſſent facere: & vbi hoc non facerent prælati ſimiliter poſſent ſeipſos cõgregare, ſicut factum eſt tempore Marcellini Papę, vt habetur in c. nunc autem. 21. diſtinct. qui prælati ſic congregati debent requirere papam vt talem congregationem authorizet, prout Symachus papa: Quod ſi papa noluerit præſtare authoritatem prælati ſic congregati, poterunt procedere ad inquirendam veritatem. Si verum ſit de quo papa publice infamatur licet ipſe contradicat.

Quęritur nunc qua authoritate hoc facient prælati ex quo ſuperior contradicit? reſpondetur quod authoritate iuris. d. c. ſi papa. & ibi dicũt Doctores, quod in caſu hæreſis concilĩ vniuerſale ſolum videtur eſſe competens: & ſic congregatis facta debita requiſitione recuſaret præſtare authoritatem dicit congregationi ipſum ius intelligitur dare, alia prouiſio iuris eſſet fruſtratoria quę diſponit, quod in crimine hęreſis concilium poteſt papa iudicare, vel hæreticum declarare. Sed quid ſi prælati per eorum inquiſitionem reperierint, quod *in* veritate papa erat hęreticus: vel contra eum erat vehemens ſuſpicio? tunc iſto cõcilium per veras, & ſanctas ſcripturas debet papę demonſtrare, quod illud quod tenet eſt hęreſis, &
31 quod talem hęreſim publice confitendo, † q̃ papa hęreticus reputatur minor quocũque catholico ſaltim in eo, quod eſt hęreticus. glo. in c. Acatius. in verbo in hęreſim. 23. q. 1. & indilate vel infra terminũ ſibi præfixum errorem ſuum abiuraue rit, nihil eſt quod vlterias contra eum concilium poſſit facere. d.c. ſi papa. & in quantum papam pro lapſu dictæ hęreſis nouerit ſe eſſe reum per confeſſorem ſpiritualem cui in illo actu ſubijcitur, & ex ſententia ſui confeſſoris ligabitur. gl. in capitu. nemo. 9. quæſtio. 3. iuxta ſuam conſcientiam faciet ſibi prouideri de pœnitentia ſalutari, vt in d. capitul. cum au-
32 tem.† quia in foro pœnitentiali papa ſubijcitur ſimplici ſacerdoti. glo. in capitu. ſane. in verbo terminandam. extra de offi. & poteſtate iudi. deleg. Sed per hoc non credo quod confeſſori tollatur arbitrium imponendi pœnitentiam quam *iuxta* qualitatem perſonæ & delicti fuerit arbitratus, ex quo pœnitentię, vt ſuperius dixi, ſunt arbitrarię. Quod ſi papa errorem ſuum reuocare recuſauerit, iſto caſu concilium poterit contra eum dupliciter procedere, vno modo, vt a papatu deponatur, ex quo reperiatur pertinax, & incorrigibilis: Alio modo abſque reali depoſitione procedet concilium, & declarabit quod talis ſic in hęreſim lapſus, amplius de papatu nõ ſe intromittat.

Qui.

S V M M A R I V M.

1 *Relatiuum, quandoque declaratiue quando reſtrictiue & aliis variis modis in iure accipitur.*

2 *Relatiuum quis vel qui ſe refert ad ſubſtantiuum qualificatum, & intelligitur facta relatio cum omnibus ſuis qualitatibus, & ſic iſta conſtitutio non extenditur ad Abbatiſſam.*

1 **Scilicet clericus.** Relatiuum iſtud † declaratiue quandoque reſtrictiue & alijs varis modis ſumitur, quos ponit Lucas de penna in l. vnica. de caſtrenſi omnium palatinorum peculio. libro 12. C. & ſic iſtud relatiuum, qui, quod eſt maſculini generis, reſtringit, & declarat quod antecedenti, hoc eſt, in verbo quicunque papa tantum ſentit de maſculis, & non de fœminis: licet non fuiſſet appoſita dictio, clericus. l. a filio. §. fina. & ibi Bart. ff. de aliment. & cibar. legat. & l. omnes. ff. ad Trebellia. l. ea tamen adiectio. ff. de legat. tertio. & Alexander conſilio 29. incipiente, quoniam abunde. in primo volumi. & eſt ſumma declaratio ad regulam quæ in l. diuus ait: ponitur. ff. de iure fiſci. in qua dicitur quod maſculinum concipit fœmininum:
2 † nam iſtud relatiuum quis vel qui, ſe refert ad ſubſtantiuum qualificatum. d. l. cunctos populos. & ibi Bartol. & in l. ſi quis ſeruum. §. fi. ff. de leg. ſecundo. & relatio ad præcedentia, intelligitur facta cum omnibus ſuis qualitatibus: vt ibi notat Alexan. ergo videtur quod iſta conſtitutio tãquam pœnalis nõ extendatur ad Abbatiſſam perſiſtentem in publico concubinatu: vnde caſus iſte tanquam obmiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis.

Præſentium

Digitized by Google

Præsentium notitiam, quam habere præsumatur post duos menses post earundem publicationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Clericus præsumitur habere notitiam huius constitutionis altero de quinque modis.*
2 *Publicæ fieri dicuntur: quæ fiunt in synodo vel in acongiis ecclesiæ parochialis.*
3 *Fama publica sufficit ad sciendum edictum fuisse publicatum.*
4 *Decretum superioris afficit etiam ignorantes.*
5 *Scientiæ constitutionis principis præsumitur duobus mensibus elapsis.*

1 Quadrupliciter secundum Alberic. †hæc notitia potest peruenire & præsumitur peruenisse ad clericos: primo per proprium, aut aliorum auditum. l. si publicationem præsentis constitutionis audiuerint: quia ẽt scire dicimur, quod ab alijs audiuimus: secundo, per visum vt ocularitèr interfuerunt negotio, & viderunt publicationem, vt dicit text. in capitulo. hoc videtur. versiculo. aut oculis suis conspicit. 22. quæstio. v. tertio, si publicatione recœperint literas a talibus personis, quibus fides, solo verbo, & sine literis esset adhibenda: quarto si publicatio fuerit facta iudicialiter, prout solent fieri dietim ĩ parlamentis, & aliis curijs regijs: quinto, si publicatio facta
2 fuerit synodo maxime ad illos, qui tenentur interesse† vel in acongiis: quia illa quæ fiunt vel dicuntur in acongijs ecclesię parochialis multis adstantibus dicuntur publice fieri, vt habetur in clemen.: §. si vero. de foro competen. ergo in prædictis
3 casibus notitia ad clericos præsumitur peruenisse: † item fama publica, quæ sola sufficit ad sciendum edictum fuisse publicatum ad hoc vt constitutio superioris obseruetur. gl. quã ibi notat Abbas in capi. primo. in verbo publice: de postulat.
4 prælato. †item & alia ratione quia decretum superioris afficit etiam ignorantes. c. j. de concel. præben. in 6. & ibi hoc notat Petr. de Anch. in quarto notabili. & in clemen. 1. in nono
5 notabili, de appel. †quia etiam de iure elapsis duobus mensibus scientia constitutionis principis præsumitur ad hoc vt clerici teneantur pœna huius constitutionis, quę fundatur super præsumptione: ideo non est necesse, ꝙ publicatio peruenerit ad aures singulorum. c. quod discitis. 16. dist.

In ecclesijs cathedralibus factam.

SVMMARIVM.

1 *Dictio in, de sui natura denotat intrinsecitatem.*
2 *Ecclesia in larga significatione, comprehendit hospitalia quę dicuntur loca ecclesiastica.*
3 *Testator si relinquat pecuniam erogandam in ecclesiam sufficit quod erogetur in pauperes Christi.*
4 *Legatum simpliciter factum ecclesiæ, cui ecclesiæ videatur esse relictum.*
5 *Porticus quid dicatur, & an contineatur appellatione domus remissiue.*

Ergo per argumentum a contrario sensu videtur fuisse de mente papæ quod talis publicatio non debeat fieri extra ecclesias cathedrales propter dictionẽ †in. cuius natura denotat intrinsecitatem. l. j. §. in flumine. ff. de fluminibus. ꝙ est verum nisi ecclesia esset destructa, vel esset aliud impedimentũ propter quod ista constitutio publicari non posset: quia tunc posset fieri in alio loco congruo. glo. in cap. sicut. in verbo necessitas: & in capit. concedimus, de consecra. dist. 1. papa hic
2 subijcit cathedralibus: †quia iste terminus ecclesia absolute positus sine adiuncto saltim in larga significatione comprehendit hospitalia, vt tenet Geminianus in ca. cupientes. §. j. de elec. in 6. & Rochus de Curte in trac. iuris patro. in §. in ecclesia. qui allegat Fed. de Senis dicentem hoc in cõs. 111. vbi dicit ꝙ hospitale appellatur locus ecclesiasticus. Aliqñ ecclesia cõtinet appellatione pauperum, vt notatur per illum tex. in c. relatum, de test. vnde infert Alex. cons. 104. in 4. vol. † ꝙ si testator reliquerit pecunias in ecclesiam erogandas, sufficit ꝙ erogentur in pauperes Christi. †sed qñ simpliciter fuit factũ ecclesiæ videatur relictũ. videte Aufreriũ dec. 56. qñq; & ista publicatio q̃ fit in ecclesiis cathedralib. fit dupl'r vno mõ respectu illorũ qui sunt de corpore ecclesiæ, alio mõ respectu aliorũ qui sunt extra. & ista solet regi'r fieri in synodis quę fiunt in ecclesijs cathedralibus. Idẽ dicendũ est si publicatio fuerit facta in septis, vel claustris, vel cemiterio, vel porticu dictę ecclesiæ contiguis: quia illa loca ex quo sunt contigua videtur de
5 continentib. & cohęrentibus ecclesię, ideo in odiũ delicti hẽt locum dispositio huius constitutionis. † quid autem dicatur porticus, & an porticus comprehendatur appellatione domus, & an factum in porticu ecclesiæ videatur esse factum in ecclesia. videte quęplene scripsi in repet. l. liberorum appellatione. ff. de verb. & rer. signifi. in. in q. 37.

Quam ipsi diœcesani omnino facere teneantur.

SVMMARIVM.

1 *Diœcesani appellatione intelligitur tantum de Episcopo.*
2 *Ecclesiæ in diœcesi existentes sunt subiectæ Episcopo de iure communi nisi probentur exemptæ.*
3 *Beneficia omnia diœcesis præsumũtur secularia de iure communi, nisi probeturregularia seu monachalia quæ solum ex duobus probari possũt.*
4 *Capitula exempta ꝑsunt suis subditis constitutionem istam promulgare.*

Id est, Episcopi, vel eorum vicarij tantum: sed videtur, quod etiam intelligatur de alijs inferiorib. prælatis, qui in eorum monasterijs habent subditos, & exẽptos qui nõ tenentur venire ad synodum & ad ecclesiam cathedralem: item videtur, quod alij simplices sacerdotes possint facere hanc publicationem, quia appellatione Episcopi venit presbyter. capitulo. legimus. 83. distinctione. & hoc tenet Speculat. in titulo. de instrumen. æditio. §. nunc vero, versiculo.
1 77. vos autem dicatis contrarium: †quia appellatione diœcesani intelligitur solum de Episcopo. gl. in cle. 1. in verbo diœcesani. de iure pat. nec de alio diœcesano, quam de Episcopo intelligi potest propter suam iurisdictionem, põderando verba cathedralibus ecclesiis quæ non possunt ad alium prælatũ
2 inferiorem referri, maxime; †quia omnes ecclesię in diœcesi existentes sunt subiectæ Episcopo de iure communi nisi probentur exemptæ. c. si quidam. & c. decretum. 10. q. j. & in c. om
3 nes basilicæ, 16. q. 7. sicut dicimus, †quod de iure cõmuni oĩa beneficia sunt secularia, nisi probentur regularia, vel monachalia, quæ tantum ex duobus probari possunt secũdum Romanum. cons. 32. primo per fundationem, secundo quod talia beneficiã per monachos, vel regulares fuerint recta per
4 quadraginta annos. vos autem addatis prędictis, † quod capitula quę omnino sunt exempta a diœcesano possunt suis subditis promulgare hanc constitutionem, & ad hoc tenentur p̃cise: quia verbum, teneatur, importat præceptum, & necessitatem, vt habetur in cle. exiui de paradiso. §. item ordo. de verb. signifi.

Postquam præsentes ad eorum notitiam peruenerint, fuerit publicus concubinarius.

SVMMARIVM.

1 *Clericus concubinarius ante istam constitutionem erat ipso iure suspensus ab officio, & beneficio.*

Hic incipit ponere primam pœnam clericorum publicorum concubinariorum: sed videtur, quod ista constitutio nihil addat, sed sit superflua: cum alias de iure clericus publicus concubinarius debebat priuari beneficio, vt in terminis tenet Panormit. quem communiter sequuntur doctores per illum text. in capitulo. ex parte. in verbo publice fornicariam haberet. in 3. notabili. extra de testibus. qui allegat tex. in c. nullus. & c. præter. 32. dis.
1 † & clericus pũblicus concubinarius ante istam cõstitutionẽ erat suspensus ipso iure ab officio, & beneficio, & ista est cõmunis opinio secundum Panor. in cum non liceat. versi. isti secundum communem opinionem sunt ipso iure suspensi. extra de præscrip. ergo de nouo nihil fuit additum; respondetur, ꝙ imo ista constitutio plura coniunctim addit, quæ in corpore iuris erant dispersa, vt infra dicam in versi. publici autem.

A perceptione fructuum.

SVMMARIVM.

1 *Concubinarius an suspendatur a pensione sicut a fructibus.*
2 *Pensiones dicuntur fructus ciuiles, & appellatione fructuũ continẽtur.*
3 *Constitutio quæ facit mentionem de fructibus continet pensionem in odium delinquentis.*
4 *Clericus an in impetratione teneatur facere mentionem de pensione.*
5 *Collatio beneficiorum continetur appellatione fructuum: quia est in bonis & fructu mensæ episcopalis.*
6 *Capitulum sede vacante non potest conferre beneficia pertinentia ad solam prouisionem Episcopi.*
7 *Episcopus suspensus a fructibus sui episcopatus ita etiam videtur suspensus a collatione beneficiorum, & a iure præsentandi, & eligendi.*

Digitized by Google

Notous concubinarius licet poſſit ſuſpendi a fructibus poterit tamen eligi, & beneficium acquirere tempore ſuſpenſionis.
9 *Pœnæ maleficiorum veniunt appellatione fructuum.*
10 *Concubinario ſuſpenſo an debeat relinqui de fructibus ne egeat, & fame pereat.*
11 *Suſpenſus & excommunicatus æquiparantur relegato.*
12 *Male meriti publica egeſtate debent laborare.*
13 *Clericus finito tempore ſuſpenſionis an poſſit repetere fructus medio tempore ſubſtractos.*
14 *Diſtributiones quotidianæ, & mortuaria, ſiue vniuerſaria non computantur in valorem beneficii.*

1 DE quatuor hic dubitari poteſt, primo † an notorius concubinarius ſuſpendatur a penſione, ſicut a fructibus beneficij concludite, quod ſic, quia penſiones habentur loco fructuum, qui propter beneficium percipiuntur: & ratio ſuſpenſionis habet locum in vtroque caſu, ſcilicet, vt clericus retrahatur a concubinatu per ſubtractionem prouentuum
2 ergo in vtroque debet eſſe eadem diſpoſitio: † quoniam penſiones dicuntur fructus ciuiles, & appellatione fructuum continentur, vt tradit Bal. in l. ſi traditio. C. de actionibus empti. & vend. vbi dicit, quod ſi quis in libello petat fructus in tali
3 petitione comprehenduntur penſiones: † idem etiam ſi conſtitutio, vel ſtatutum faceret mentionem de fructibus, vt in caſu præſenti continerentur penſiones ſaltem in larga ſignificatione, & in odium delinquentis, vt notant Anto. de Butr. & Imo. in c. cum dilectus. de conſuetudine. & hoc tenet Alexan. conſi. clxxxj. incip. in cauſa, & lite vertente in ſecundo volu. fortificantur per dictum Innocentij, & Hoſtien. in c. poſtu
4 laſti de reſcriptis vbi dicunt † quod de penſione perpetua conſtituta iure beneficij deberet fieri mētio in impetratione, alias gratia redderetur ſubreptitia: ſecus ſi ageretur de penſione conſtituta a laico quamuis authoritate Epiſcopi tamquam pro titulo beneficii: quia de tali penſione non teneretur clericus facere mentionem: quia non eſt beneficium, ſed moritur cum perſona vt tradunt Domini de Rota in deciſione. 210. ſub ti. de reſcrip. gratioſis. in antiquis. Idem dicendū eſt de col
5 latione beneficiorum: † quia illud includit̄ appellatione fructuum cum dicatur eſſe in bonis, & fructu menſæ Epiſcopalis, vt notant Canoniſtæ per gl. in ca. cum olim. de maior. &
6 obed. quæ eſt ſing. ad hoc † quod ſede vacante, capitulum nō poteſt conferre beneficia pertinentia ad ſolam prouiſionem Epiſcopi, quam ſequitur Ioannes Andræ. in capitu. primo. ne ſede vacante, & Philippus Francus. in c. bonæ de appellat. & rationem aſſignat gl. in dict. c. cum olim. quia omnes fructus & iura Epiſcopatus debent fideliter reſeruari ſucceſſori: item alia ratione quia collocatio beneficiorum dicitur donatio: quia licet Epiſcopus teneatur conferre beneficium non tamē tenetur conferre certe perſonæ, vt notat gl. in c. relatum. de p̄bend. & in c. quamuis in verbo penſione. eodem titulo. in ſexto. ergo capitulum ſine conſenſu prælati non poteſt alienare talem collationem ſicut non poteſt alios fructus diſtrahere:
7 † patet ergo quod Epiſcopus qui ſuſpenditur a fructib. ſui epiſcopatus: ita videtur ſuſpenſus a collatione beneficiorum ſicut clericus a perceptione fructuum, & penſionis: fructuum, & penſionis: idem dicendum eſt in iure præſentandi, vel eligendi: quia omnia iſta iura ſunt fructus, & appellatione fructuū continentur, vt tradit Romanus conſil. 249. vos autem tamē aduertite quod licet in caſu huius conſtitutionis clericus notorius concubinarius poſſit ſuſpendi a fructibus ſuorum be-
8 neficiorum † poterit tamen elgere, & eligi, & acquirere beneficium durante tempore ſuſpenſionis quod eſt ſumme notādum ſecundum canoniſtas in c. cum dilectus. de conſuetudine & ratio eſt: quia iſta non eſt vera ſuſpenſio: ſed quædā bonorum ſubtractio in pœnam, quod ſecus eſt ſi clericus eſſet ſimpliciter ſuſpenſus a beneficiis ſine alia determinatione: quia ſuſpenſio non eſſet reſtricta ad certam eccleſiam: iſto caſu deciſio canoniſtarum ſupra. allegata non haberet locum,
9 & idem dicendum † eſt de pœnis maleficiorum quæ veniunt appellatione fructus: vnde ab illis ſimiliter clericus publice concubinarius videtur ſuſpenſus: quæ autem contineātur fructuum reddituum, prouentuum, obuentionū, & emolumētorum videte Bal. in l. videamus. ff. de vſur. & glo. in cap. generali. de electio. in ſexto. & gl. in clem. ſtatutum. eodem titulo, & Innocen. in cap. paſtoralis. verſic. prouentus. extra de donatione.

Secundo poſſet dubitari an clerico concubinario, cui fructus ſunt ſuſpēſi debeat relinqui de illis fructibus ne egeat, &
10 fame pereat † videtur, quod ſit habenda ratio ne cogatur mēdicare. c. diaconi. 93. di. arg l. inter eos. ff. de re iudica. quia ēt de-
11 poſito interdū prouidetur. ca. ſtudea. l. diſtinctione. † Præterea ſuſpenſus, & excōicatus æquiparant̄ relegato, ſed ad tps relegato non ſubtrahuntur bona niſi hoc in ſententia exprima tur per l. deportatorum. C. de pœnis. ego autem puto contrarium, quod imo clerico ſuſpenſo propter concubinatum de talibus fructibus non eſt ſubueniendum. gloſſ. in c. paſtoralis.
12 in verbo ſubtrahant̄. de appellatio. † quia male meriti publica egeſtate debent laborare. l. bona fides. ff. depoſiti. & ſic durā te ſuſpenſione nihil debet attrectare de beneficio eccleſiaſtico, & in hoc equiparatur excommunicato, qui non eſt priuatus in totum: ſed ſolum pro tempore, & hęc deciſio limitatur niſi ſuſpenſus eſſet in articulo mortis, vel in alia extrema neceſſitate quo caſu eſſet ei ſubueniendum ſm iura in p̄rium allegata maxime ſi non haberet alia bona nec cogat̄ in opprobrium cleri mendicare vbi autem clericus eſſet ſuſpenſus propter contumaciam, & ſic propter iſtum caſum non eſſet ei prouidendum: quia comparendo poſſet ſibi prouidere. notat Abbas in præallegato capi. paſtoralis. §. verum. coll. penultima.
13 Tertio poſſet dubitari, † an finito tempore ſuſpenſionis de iure poſſit clericus repetere fructus medio tēpore ſubtractus gl. in dicto. c. paſtoralis. diſtinguit, quod aut ſuſpenſio erat facta iniuſte, & tunc poteſt per. text. in argumentum in. l. ex cā deſertionis. ff. de re milita. Vbi dicitur, quod ſi miles propter deſertionem fuerit reiectus a militia. & poſtea apparuerit deſertionem non fuiſſe veram debet medij tēporis recipere ſtipendia cui addite tex. in c. quia diuerſitatem. extra de conceſ. præbendę. ſi vero iuſte fuerit ſuſpenſus eo caſu nō poterit petere fructus medij temporis, vt eſt caſus in argumentum in. l. cum allegatis. de re milita. libro. duodecimo. C. alias facilitas veniæ præberet delinquendi incentiuum quod eſſe nō debet. c. eſt iniuſta miſericordia. 23, q. 4 & ſic fructus percœpti tempore ſuſpenſionis ſuſpenſo non reſtituuntur ſed eccleſiæ applicantur, ſecundum Innocentium in c. ex inſinuatione de appellationibus. & dicetur in verſicu. quos ſuus ſuperior in fabricam.

Vltimo dubitari poſſet, cui applicabuntur iſti fructus pro tempore ſuſpenſionis? reſpondetur, quod ſi conſiſtant in diſtributionibus quotidianis debent applicari aliis clericis adſiſtentibus, diuinis, quia illæ dantur ratione certi miniſterij, ſcilicet his qui interſunt diuinis, illę enim non ſunt de corpore beneficii, nec ſub illo comprehenduntur: prout notatur in c. vnico de clericis non reſidentibus. in ſexto. & in c. licet. de prę ben. & diſtributiones quotidianæ ſunt aliud, quā illud, quod datur ratione præbendæ, vt notatur in fi. §. fina. §. in illis. de cō ceſſione præbend. in ſexto. quibus addite, quod ſi quis impeteret beneficium, vſque ad certum valorem in tali ſumma nō computantur diſtributiones quotidianæ: quia illæ non augēt corpus præbendæ: ſed debentur propter operam perſonæ, vt eſt caſus in argumentum in l. 1. verſi. ſed magis operam beneficij loco. ff. ſi menſ. falſ. menſ. dixerit. vt in terminis tenet Oldrad. in conſi. cxviij. in titulo de præben. & verborum ſignificatio. idem tenent domini de Rot. deciſi. cxxxiiij. in titu. de reſcript. gratio. in nouis, & etiam Ioann. Andræ. in additionibus. ad Spec. de conceſſione præbend. in verſiculo demum q̄-
14 rebatur. vbi concludit, † quod diſtributiones quotidianæ, & mortuaria ſeu anniuerſaria computat̄ in valorem beneficij: ſi vero tales fructus ſint de per ſe diſtincti iſto caſu debent cōuerti in vtilitatem illius eccleſiæ a qua clericus ſuſpenditur: vt eſt caſus in c. penul. verſi. in vtilitatem eiuſdem extra de clericis non reſidentibus.

Omnium beneficiorum ſuorum.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio. c. ſecundi de præbend. in ſexto non habet locum in epiſcopatib. abbatiis & aliis dignitatibus electiuis.*
2 *Papa in epiſcopatibus non habet plenitudinem poteſtatis nec epiſcopos deponere poteſt ſicut cæteros beneficiatos.*
3 *Hoſpitalia præceptoria præſtimonia an veniant appellatione beneficiorum.*
4 *Beneficia cognoſcuntur eſſe eccleſiaſtica ex quatuor.*
5 *Capella vel altare quod datur in titulum comprehenditur appellatione beneficiorum.*

PAPA in hac conſtitutione omnia beneficia comprehendere voluit licet alias de iure communi non comprehēderentur triplici ratione prima propter dictionē omnium, quæ eſt vniuerſalis affirmatiua & omnia includit. l. Iulianus. ff. de lega. 3. & l. a procuratore. C. mandati: ſecunda ratio, quia ſuperius papa voluit includere omnes perſonas in quacunque dignitate etiam pontificali, exiſtētes ergo multo fortius voluit includere quæcunque beneficia etiam pōtificalia: tertia ratio, quia hæc conſtitutio inducta fuit

Digitized by Google

fuit contra clericos concubinarios in odium criminis ratione cuius a propria natura verborum receditur: & ideo est stricta significatione vocabuli beneficiorum appellatione non comprehenditur Episcopatus, vel Abbatia, vt ex pluribus firmat Lapus allegatione. 84. in titulo de conces. prębendis, nec etiam dispositio capi. secundi de præbend. in sexto. qua caue-
1 tur, †quod beneficia vacantia in curia alius, quam papa cō ferre non potest, non habet locum in Episcoparib. Abbatiis, aut alijs dignitatibus electiuis, quarum prælati in Romana curia mortui sunt: quia in eis erit locus electioni & non prouisioni sedis Apostolicæ. gloss. est sing. in præallegato capitulo secundo. in verbo dignitatum. quæ expresse dicit, quod Nicolaus tertius, ita fuit interpretatus in ecclesia Bracharensi, & sic libera & plena dispositio dignitatum, personatuum ac aliorum beneficiorum ad Romanum pontificem ex plenitudine suæ potestatis noscatur pertinere. cap. licet. de præbend.
2 in sexto. tamen secus est in Episcopatibus. † vnde non potest omnes Episcopos deponere sicut cœteros beneficiatos: quia Episcopi tenēt locum Apostolorum. & ex hoc turbaretē vniuersalis status ecclesiæ secundum glossam cōmuniter approbatam in cap. per principalem. nona quæstione tertia, nec ēt appellatione beneficiorum diœcesis veniunt exempta, vt tradit Fely. in c. graue. de offic. ordinarij. nec etiam stricte loquēdo comprehenditur præbenda, secundum Canonistas. in ca. postulasti. de rescriptis.

Tamen prędictis non obstantibus dicite quod hic papa intellexit de omnibus beneficijs cuiuscunq; sint dignitatis, vel qualitatis, vnde præbendæ, dignitates, vicariæ, & hospitalia cōtinentur appellatione beneficiorum, quod verum est in casu huius constitutionis: sed in literis gratiosis concessis ad beneficia non continerentur hospitalia nisi de illis fieret mentio. quod dictum notat Roma. consil. 332. sed in alijs literis talia hospitalia si sint consueta conferri clericis in titulum perpetui beneficij includerentur appellatione beneficiorum alias secus: quia tunc venirent potius sub nom. ne officii. glo. in clemen. dispendiosam. in verbo beneficiis ecclesiasticis. extra de
3 iudicijs. †Item præceptorię, prioratus, & administrationes tēporales, secundum subiectam materiam veniunt sub appellatione beneficiorum, quia in latissima significatione iste terminus beneficiorum sumitur pro temporalibus, & commendatitijs beneficijs. Corneus consi. lxvj. incipiente, placet. in tertio vol. & ratio est: quia late, & improprie loquendo commē *da videtur præbere* titulum, secundum glossam, quā ad hoc notant Canonistę. in c. nemo. de electio. li. 6. Ex quo infertur, quod si papa reseruauit dispositioni suæ omnia beneficia vacantia in curia talis reseruatio trahitur ad præceptorias: ergo sic dicendum est in casu isto propter dictionem omnium, quæ habet signum vniuersale: ideo omnia beneficia includit. cap. si Romanorum. xix. dist. & in c. solitæ. de maiorita. & obedien.

Præterea sub denominatione beneficij includerentur etiā præstimonia: quia licet præstimonium habeat separatas qualitates a natura aliorum beneficiorum: tamen habetur loco beneficij ecclesiastici. Panor. con. xlvij. incip. illud de iure quæritur. in 2. vol. vbi dicit quod beneficia cognoscuntur esse ec-
4 clesiastica ex quatuor; †primo quando de illis non potest fieri prouisio de iure communi, nisi per Episcopum, vel alium prælatum ecclesiasticum, licet quandoque presentatio pertineat ad laicum. Secundo quando non potest prouideri nisi clerico. Tertio, quando habet aliquid spiritualitatis annexum, vel cui adnectitur. Quarto quando prouidetur pure, sine pacto, vel conditione, & pro aliquo commodo temporali, alias cōmitteretur simonia: sed an talia præstimonia in larga, vel stricta significatione contineantur appellatione beneficiorum, videre Nicolaum de Milis in §. beneficiorū autem appel. sic etiam in ampla significatione comprehenderetur pensio, a qua clericus propter notorium concubinatum suspenderetē, aliter fieret fraus huic cōstitutioni: qui beneficiati vt concubinatu non puniantur, renunciarēt suis beneficijs reseruatis fructibus pro pensione. vnde constitutio ista redderetur illusoria.
5 † Prœterea altare vel capella quæ datur in titulum includerētē appellatione beneficiorum: vt est gl. magistralis in clementina si beneficiorum. in prima glos. circa finem extra de decimis. quæ dicit, quod altare, vel capella dicitur beneficium ecclesiasticum, ex quo ita fuit ordinatum per Episcopum, vt in specie tradit Decius consilio ccix. incipiente in casu proposito. in secundo volumine, vbi concludit quod appellatione beneficii continentur altaria, quæ dantur in titulum, & idem Dominicus in cap. primo circa finem versi. istud dubium semel habui de consuetu. in 6. sed plerique contrarium tenent. ego autem sic puto esse distinguendum, quod aut ab initio in fundatione interuenit authoritas diœcesani, & tūc censetur beneficium, alias secus: vnde infero, quod gratia non est subreptitia, posito quod in illa nulla fiat mentio de tali capellania, ex quo non interuenit consensus Episcopi, quo casu non potest dici beneficium, & istam distinctionem ita obseruant domini de Rota.

Spacio trium mensium.

SVMMARIVM.

1 *Dispositio quæ de mensibus facit mentionem de proximis intelligitur.*
2 *Tempus appositum in ista constitutione an per officialem augeri vel minui possit.*
3 *Dilatio inducta a iure non potest augeri vel minui.*
4 *Mensis quot diebus constet, quatuor sunt opiniones.*

1 SCilicet futurorum proximorum: †quia quando in aliqua dispositione absolute, hoc est, sine aliqua determinatione fit mentio de mensibus, intelligitur de proxime futuris: sicut dicimus in eo, qui simpliciter stipulatur aliquid sibi dari calendis: quia intelligitur de proximis. l. eum, qui calendis. ff. de verbo. obligat. & tex. in argumen. in cap. non potest. §. illud. versi. intelligitur de duobus primis. de præbē. in sexto. ratio est, quia tempora, seu dilationes debent coarctari & non ampliari: quia materia dilationum est restringenda. cap. pia. circa principium. extra de exceptio. cap. fi. de dolo & contuma. & in l. secunda. C. de temp. appellat. & istud spacium trium mensium dicitur dilatio
2 iuris. l. prima. C. de dilat. & in §. spacium. 3. q. 3. †sed an istud tēpus possit per officialem augeri, vel abbreuiari: dicite, quod non: quia pœna per istam constitutionem est inducta secundum Bal. in Auth. qui semel. & in Authen. iubemus. C. de in-
3 dicijs. idem †dicendum est dilationibus inductis a iure sine hominis ministerio, vt est tempus appellandi, & faciendi inuentarium: quia illę non possunt augeri, vel minui: secus in dilationibus inductis, a iure ministerio hominis, vt dilatio dandi libellum, vel probandi: quia ex causa augeri non potest, vel abbreuiari. Alex. post Bart. in l. 2. ff. de re iudic. de stilo tamen curiæ dilationes sunt arbitrariæ Guido papæ decisione. 429. inci. procedi debet.

Sed quæro, quot dies cōputantur pro quolibet mense tres
4 videntur opiniones: † prima vt quatuor hebdomadę constituant mensem: & ista computatio fit communiter a paganis & rusticis, vt tradit Mandagotus in titulo de electione, in ca. 3. in verbo vnum mensem. vbi refert quod ita obseruatur in metropolitana, & prouinciali curia Bituricensi, dum certę literæ expediuntur: & sic pro quolibet mense non essent, nisi viginti, & octo dies. Alia fuit opinio medicorum dicentium, quod mensis verus naturalis constat triginta diebus, non tamen completis in totum, quia fere quilibet mensis est triginta diebus maior, minor tamen viginti nouem. Secundum authoritatem Galeni & Hypocratis, quorum opinio apud legistas fuit recepta per tex. in l. miles. §. lexaginta: & in l. si maritus. §. hęc. ff. de adulter. & text. ad literam in authentica iubemus. in versi. intra triginta dies. & in versi. alius mensis. C. de iudic. & quando a iure vel a iudice fit mentio de mense tunc p illo computantur triginta dies, & vocabitur mensis legalis. vt no. Alex. per illum tex. in l. fi. in 2. notabili. C. de iure delib. & idem Alex. consi. 114. in v. volumi. & Alciatus in. l. cum bissextus. ff. de verbo. & rer. sign. alia fuit opinio aliorum dicentium quod isti tres menses computantur secundum quod occurrent in calendario: & ideo si suspēsio fuerit facta quarta Maij finietur quarta Augusti exclusiue, & ita communiter seruat: vt refert Mandagotus in titulo supra allega. circa principium capituli tertii. per glos. communiter approbatam in c. quam sit. in verbo. mensem, de elec. in 6. quam sequitur Alex. in l. de diuisione, circa princ. ff. solu. matr.

Sit ipso facto,

SVMMARIVM.

1 *Dictio sit, tantum importat sicut ista verba ipso iure, vel ipso facto importatque canonem latæ sententiæ.*
2 *Verba ista notatur, reuertatur eo ipso ipso iure omnino sciat se incursurum: & similia sunt verba importantia canonem latæ sententiæ.*
3 *Verba incurrat excommunicationem vel suspensionem: intelliguntur ipso iure vel ipso facto & sine sententia.*
4 *Beneficium an possit alteri conferri sine alia sententia quando pœna incurritur ipso facto vel ipso iure.*

Videtur, quod ista verba ipso facto superflue ponā-
tur propter verbum, sit, positum in textu quod de sui natura: idem importat quod ipso facto Bal. in

Digitized by Google

l.prima, in noua lectura. C.de secund.nupt.in versicu.sit infamis.ibi exponit.s.ipso facto ex quo infert,quod si statutũ municipale dicat,quod si quis commiserit tale crimen, sit infamis,vel sit bannitus.certe intelligitur ipso facto,sine ministerio iudicis.† Ratio est,quia istud verbum, sit, importat canonem latæ sententiæ,& tantum importat sicut ista verba ipso facto vel ipso iure.glo.ff.notabilis in c.quicunque.in verbo innodetur.de hæret.in 6.quæ dicit,quod quando lex,vel canon loquitur per istaverba infamis sit,innodatus sit,anathema sit: importat canonem latæ sententiæ,hoc idem tenet Iason cõs. 18.incip.videretur.in versi.2.verbum sit.in 4.volumi.& Card. in clementina prima. de excessibus prælatorum. prout dicimus de certis alijs verbis importantibus canonem latę sententiæ:† vt sunt istaverba notatur, reuertatur,eo ipso,ipso iure omnino sciat se incursurũ,& similia.Nec in his requiritur sententia, nisi declaratoria. ita Gemi.post glo. d.c.quicunq;. secus si lex verbo futuris temporis conciperetur.

Sufficiebat ergo dicere, sit suspensus propter verbum, sit, quod,vt dixi importat canonem latæ sententię etiam sine ali quo adiuncto,vt clare tradit Bal.in c.Rodolphus.in ver.sit excommunicatus, extra de rescrip.Panor. & Felyn.post eum in c.nullus iudicum.versi.tandiu sit sequestratus,de foro competen.& ideo quando lex vel constituțio quæ imponit pœnam, loquitur per verbum futuri temporis,vt est istud verbum sit: quia dicit sit suspensus,vel sit excommunicatus, vel sit priuatus,pœna censetur apposita ipso iure,nec requiritur alia sententia iudicis,vt concludit Matheșilanus in nota.105.pro quibus adduco glos.quam ad hoc notant Bar.Bal.& Pau.de Castr.in l.in criminali.in verbo habeatur,versic.mulctatus sit. C. de iurisd.om.iud.Pau.de Cast.in authen.hoc amplius.C.de fideic.ergo videtur,quod ista verba ipso facto, sint superflua.

Nec similiter obliuioni tradendum est,quod ista verba,ipso facto,canonem latæ sententiæ important,vt est tex.multũ notabilis secundum Dominicum iuncta glo.in cap.vt periculum.versi.excommunicationis sentẽtiam incurrat ipso facto. ne cler.vel monach.secular.neg.Ideo non erat necessaria sententia iudicis saltim quoad effectum iuris per gloss.in ca. hac constitutione.in verbo incurrat.de offi. & potest. iudi.delega. in vj. quæ dicit,† quod ista verba incurrat excõicationem vel suspẽsionem intelliguntur ipso iure,vel ipso facto,& sine sententia,hoc idem in specie tradit Mathesi.in singulari duodecimo,vbi ponit plura verba importantia canonem latæ sentẽtentiæ,& idem Aug.in dict.l.in criminali.& Card.in clemen. prima,de pœnis.Corneus consilio 89. incipiente viso suprascripto puncto.circa principium penultimę columnę,vbi ex pluribus concludit, quod verba ipso facto aperte denotant pœnam incurrisse sine sententia : quia quando lex irrogans pœnam loquitur per verbum sit, vel per verbum incurrat,certa pœna censetur irrogata ipso iure: & notat Bald. in l.2.C.de Episcopali audient.& glo.interlinearis in clementina prima.in verbo incurrat,de vsuris,quæ dicit quod verbũ incurrat,significat incontinenti sine aliquo tẽporis interuallo.& tex.in lege fina.in versiculo infames constituti sint. glos. ibi dicit,scilicet,ipso iure.C.loca.& no.Bar.post gloss. in l.1.ff. de his qui notantur infamia.& gl.in c.in pœnis,de reg. iur. in 6.& in c.quicunque.in ver.innodetur.de hæreticis.eod.lib. & gl.in c.cupientes. §. cæterum.in ver.suspensos.de elect. in 6.& melior de iure in c.clericis.circa finem. in versicu. in excommunicationis sententiam incidunt ipso facto. de immunitate ecclesiarum,in 6. & in capitu.ad Apostolicę.in fi. in versic. ipso facto excommunicationis sententiam.de senten.& re iu di.in 6.& in c.si religiosus. versi.ipso facto electio viribus vacuetur.de elec.in 6.& Bal.in auth. habita. C. ne filius pro patre.& late tradit Alexander consilio 139.incipiente viso puncto.in princi.2.columnę,in 6.vol.vbi dicit,quod istæ dictiones ipso iure,ipso facto,mox, statim, & cæteræ similes sunt synonimę.Concludite ergo ex prædictis,quod statim, & ipso iure,absq; aliquo hominis ministerio, vt etiam tradit Arch. in c.ipso iure,de rescrip.eo.li. & in c. fœlicis recordationis, in verb.ipso iure. de pœ.eo.li.& similiter omnes istę important canonem latæ sententiæ, vt in iuribus supra allega.idem tenet Dominicus in c.j.§.sacri. de homicid.in 6. vbi vult per illum,tex.quod quando incurrit ipso facto pęnam priuationis beneficij, potest absque alia sententia beneficium cõferri alteri,& vt dixi,iura quæ dicunt aliquem debere puniri aliqua pœna ipso iure vel ipso facto, debent intelligi,vt sufficiat illũ declarare vel pronunciare illum culpabilem prædicti criminis,vnde incurreret pœnam,licet iudex in sententia hoc non expresserit.

Suspensus.

SVMMARIVM.

1 *Suspensio introdictio continentur appellatione censurę ecclesiasticæ,sicut excommunicatio.*
2 *Suspensio,depositio sic differunt sicut deportatio & relegatio.*
3 *Suspensio perpetua habet vim priuationis,tamen non debet imponi nisi pro graui crimine.*
4 *Suspensus simpliciter ab officio ita videtur suspensus a beneficio.*
5 *Suspensio canonis & hominis differunt.*
6 *Clericus finitis tribus mensibus suspensionis an sine alia absolutione possit percipere fructus beneficiorum.*
7 *Suspensus si durante suspensione se intromittat de negociis beneficii non incurrit irregularitatem.*
8 *Suspensus a celebrando non prohibetur interesse diuinis.*
9 *Suspensus ab ordine sacerdotali potest exercere officia inferiorum,secus si absolute sit suspensus.*
10 *Celebrans,durante suspensione,efficitur irregularis.*

1 Appellatione censuræ ecclesiasticę † venit suspensio,& interdictio, sicut excõmunicatio, vt est casus in c.quærenti, in verbo,sed suspensionis,extra de verbo.signfi. & licet verbum suspendimus,ponatur pro verbo deponimus.c.si quis Episcop'. j.q.3.in verbo suspenditur. glo.ibi.exponit, id est, deponitur. tamen hic accipitur pro eo, qui ad certum tempus suspenditur a fructibus suorum beneficiorũ.& nõ in perpetuum, & ideo
2 differẽtia est inter depositionẽ & suspensionẽ sicut deportationẽ,qa sicutdeportatio est in perpetuũ ita depositio.& sicut relegatio est ad tempus & suspensio ẽt,& sic tpalis suspensio non operatur vltra tempus præfinitum, perpetua vero æquiparatur depositioni, vt notat Decius in capitulo Apostolicæ. de exceptio.vnde Calderinus & Imo.in c.cum dilectus,de cõ
3 suetudine dicunt † quod perpetua suspensio ab officio habet vim priuationis,ita quod taliter suspensus censetur priuatus beneficio,merito de tali beneficio potest alteri prouideri:qa censetur vacare.Aduertere debent domini ecclesiastici quod talis perpetua suspensio non potest imponi nisi pro graui crimine sicut de depositione dicitur, & super hoc datur regula,
4 † quod licet iura simpliciter suspẽdant clericum ab officio, tamen talis suspensio inducit etiam suspensionem a beneficio. glo.in clementina cupientes.de pœnis.in glo. magna in versi.
5 & nota.† quæ autem dicatur suspensio facta a canone,vel ab homine videte Innocen.in cap.sicut.de cohabita.cleri. & mulier. ponentem duas aut tres differentias.dicatis,tamen quod si clericus sit notorius fornicator,vel homicida, vel hæreticę, vel notorius peccator ipso iure,seu ipso facto,talis suspensio impedit executionem ordinum etiam post peractam pœnitẽtiam,vt notat glo.in c.cum non liceat,de præscript. & Io.Andr.in c.per tuas.de simonia.& in c. vt clericorum.& ibi Hosti. de vita & honest.cler.

Iuxta istum textum tamen dubitatur an finitis dictis trib. mensibus suspensionis possit suspensus percipere fructus suorum beneficiorum sine aliqua alia absolutione.dominus Au
6 frer.in decisio.298.distinguit, † quia aut agitur de suspenso a canone,vel ab homine.primo casu non requiritur absolutio sed sufficit sola iudicis declaratio secundum gloss.in Clemen. prima,de decimis.saltim quoad se non est simpliciter suspensio ab officio,vel beneficio. Sed duntaxat a fructibus beneficij,
7 † ideo pendente tempore suspẽsionis clericus se intromittens de negocijs beneficiorum non incurrit irregularitatem
8 sicut in casibus contrarijs.† Sicut etiam suspensus a celebrando non propter hoc intelligitur suspensus ab interessendo di-
9 uinis,vt notatur in ca.de viro.7.† quæstio. secunda. suspensio etenim sicut exhæredatio stricti iuris est.sic suspensus ab ordine sacerdotali potest exercere officia inferiorũ, tamen si clericus sit absolute suspensus ab ordine, intelligitur suspensus ab omni ordine:effectus autem suspensionis factæ ab homi-
10 ne est,† quod celebrans durante illa in ordine a quo fuit suspensus irregularis est:de duobus quæri posset,quæ tamen cũ breuitatis obmitto,primo an clericus suspensus ad tempus,vt hic teneatur dicere horas canonicas, & quid in suspenso ab officio,secundo an prælatus suspãdens clericũ a fructibus suorum beneficiorum extendatur talis suspensio ad alia beneficia existentia extra suam iurisdictionem: videtur quod sic, vt infra dicam.

Quos suus superior in fabricam.

SVMMARIVM.

1 *Portio canonica non soluitur pro relictis in fabricam ecclesiæ.*
2 *Contribuere qui teneantur pro fabrica ecclesiæ.*
3 *Reparationes ecclesiarum cathedralium,et parochialium ad quos de iure, & consuetudine spectent.*
4 *Parochiani an teneantur ad fabricam.*
5 *Redditus ecclesiæ in quot partes debeant diuidi.*

Hoc est, ædificium,& reparationem, seu structurã, vt habetur in c.de fabrica.de consecra.dis. prima.

Digitized by Google

prima.& in c.futuram ecclesiam,12.q.1.& venit a verbo fabricor,quod idem est,quod compono, & accipitur pro toto corpore ædificij.cap.religiosus. de reliquijs,& venera.sanctorum.in 6.quandoque accipitur pro restauratione. vt in ca.ex parte.versicu.ad restaurandam fabricā,extra de his, quę fiūt
1 a maiori parte capituli,&†ista fabrica in tantum est priuilegiata,quod de relictis non soluitur aliqua canonica portio episcopo,seu ecclesię parochiali,vt est casus ad literam . in c. fin.extra de testa.in c.ex parte.in 3. ver.vel ad fabricam ecclesiæ.extra de verb.signifi.

Sed quæri potest, qui pñt cogi ad contribuendū pro fabrica ecclesiæ.istam quęstionem tradit Panor.in c.1.extra de ecclesiis ædificandis.& dominus Aufre.in decisione 499. & Fely.in dicto c.quæ in ecclesiarum.Hostien.& Io.An.in præalle
2 gato.c.1.Innoc.in c.ex parte.†sed in summa vos resoluatis,q aut agitur de reparatione ecclesiæ Cathedralis,aut de alia inferiori.primo casu,aut in tali ecclesia sunt certi reditus, pro fabrica illius,prout sunt in pluribus ecclesiis, & tunc si tales reditus sufficiant, nulla debet fieri contributio : si vero nulli sunt reditus, ad hoc deputati, vel illi qui non sufficiunt, isto casu Episcopus,& capitulum tenentur ad reparationem fabricæ de fructibus,qui supersunt detractis necessarijs , & refert idem Aufrerius quod ita obseruatum fuit in Episcopis Mimatensi,& Lotorēsi,& Archiepiscopo,& capitulo Auxitano, q omnes ad hoc per supremam curiam parlamenti Tolosæ cōdemnati fuerunt,& istud quotidie obseruat curia:sed an hoc possit facere, & de iure dicit tacendum , vnde licet domini de parlamento sint iudices temporales,& de titulis beneficiorum cognoscere non possint:tamen poterunt cognoscere de his,quæ sunt facti,scilicet de necessarijs & moderatis expensis consistētibus in fructibus,& de eorum possessione. c.cum nostris. de conces. præbend. & poterit Episcopus cum maiori parte capituli fructus beneficiorum vacantium deputare ad fabricam cathedralis ecclesiæ,& similiter poterit statuere,quod quilibet canonicus habeat conferre de reditibus præbendæ pro reparatione dictæ fabricæ , vt probatur in c.fi. de his,quæ fiunt a maiori parte capituli. quod dictum firmat Io.Andræ.in dicto.c.fi.de test.& Bar.in l.si quis ad declinādā. de Episcop.& cler. vbi voluit q si testator absolute relinquerit legatum pauperibus,poterit Episcopus applicare fabricæ ecclesiæ pauperis.

Secundo si agatur de reparatione ecclesiæ parochialis tūc seruanda esset prædicta distinctio.si vero non sint aliqui fru-
3 ctus ad hoc destinati,tunc dicite† quod in istis seruanda esset consuetudo,quæ est alterius legis interpres, prout dicimus in solutione decimarum:si vero nulla extat consuetudo,isto casu recurrendū est ad ius commune,scilicet,quod rector ecclesiæ parochialis,vel beneficiatus in alia ecclesia tenētur ad fabricam de superfluis,id est, de reditib. qui supersunt deductis necessarijs expensis:quia ipsi non tenentur vltra quam facere possunt deducto semper ne egeant:c.de his.extra de eccl.ædif.
4 vltimo loco vbi fructus ecclesiarum non sufficerent† parochiani possunt compelli.ad fabricam ecclesiæ, in qua audiūt diuina,& ecclesiastica sacramenta percipiunt,nec possent parochiani volēdo euitare onus cedere vsui ecclesiæ:quia hoc non dependet a voluntate eorū,& notate hoc in summa, q
5 †de reditibus ecclesiæ,& oblationibus defunctorum quatuor oportet fieri portiones,quarum vna datur prælato,seu rectori pro se & familia , & pro hospitalitate seruanda. ij. debet dari clericis indigentibus ratione eorum beneficiorum , tertia debet dari pauperibus. quarta debet exponi pro fabrica ecclesiæ.

Vel aliam euidentem vtilitatem ecclesiarum , ex quibus ijs fructus percipiuntur, conuertat.

SVMMARIVM.

1 *Iudices non debent corrigere malos mores vt illorum pœnas conuertant in suam vtilitatem:sed pauperibus,vel fabricæ ecclesiæ applicari debent.*
2 *Vicariorum,& officialium auaritia hic notatur.*
3 *Pecunia data a canonico,vel ab alio,vt eligatur debet applicari illi ecclesiæ cui est facta iniuria simoniaca.*
4 *Patronus si vendat ius patronatus cui applicabitur.*
5 *Executor vel hæres an possit relictum ad certam piam causam commutare in alium pium usum.*
6 *Dispositio testatoris debet specifice adimpleri , nec potest in alium vsum commutari nisi est iustissima causa.*
7 *Dispositio testatoris etiam per Episcopum alterari non potest,nec legatus de latere,sed papa tantum.*

Papa hic duo vult dicere in effectu primo , quod pœna,quæ a iure irrogatur,destinata ad certum vsum,si vsus ille non indigeat, potest conuerti in alium vsum similem:secundo dicit quod prælatus pœnam irrogatam a iure pro se retinere non potest : sed illam debet irrogare in pios vsus.Tertio dicit quod pœnam statutam a iure pro crimine notorio non potest Episcopus conuertere in pecuniariam pœnam,vt habetur in c.licet. de pœnis. vbi expresse dicitur,quod pœnæ pecuniariæ quas Episcopus recipit pro delicto,ipse illas non lucratur:sed conuerti debent in vtilitatem ecclesiæ,& sic notetis quod Episcopi,vel eorum officiales,qui condemnant clericos ad certā pecuniam,quæ tamen pœna illa non est a iure,vel statuto Episcopi statuta,si velint euitare radicem cupiditatis,& auaritiæ non debent illam facere propriam nisi in maxima egestate,sed tenentur illā conuertere in causam piam,vel in fabricam piorum locorū,vel
1 publicorum.†Ratio est:quia iudices non debēt corrigere malos mores,vt illorum pœnas pecuniarias in suam vtilitatem conuertant:sed illam in vsum pauperum,aut alium erogare debent secundum Bal.& Io.Fab.in l.2.C.de episcopa. audien. licet Doctores in c.dilectus.in verbo emendę.de offi.or.dicāt, quod Episcopi possent sibi retinere emendam pecuniariam
2 a lege,vel statuto impositam. Inciuiliter†ergo faciūt Episcopi,ac cęteri vicarij,& officiales,qui tales emendas de sanguine suorum sacerdotum faciunt proprias , illasque sicut cæteras possessiones ad firmam tradunt, & de illis certum statum proprium habent , iuribus tamen vndequaque refragantibus .

De duobus quæri potest , primo cui ecclesiæ dicti fructus applicentur?respondeo,quod illi,vel illis,quibus præerat clericus concubinarius,vt dicitur in tex.& ratio est: quia illis ecclesijs videtur esse facta iniuria,vt est casus in argumentum in l.generaliter.§.illud.ff.de calumniato.vbi pecunia data, vt iniuria fiat alteri debet applicari illi,cui iniuria veniebat inferē
3 da.†idem dicendum est in Episcopo, vel canonico dante pecuniam,vt eligatur:quia talis pecunia debet applicari illi ecclesiæ cui iniuria fuit facta per electionem simoniacam, pro quibus facit gl.in c.quia clerici.in verbo spoliandos. de iu.pa. quę dicit quod quando venditur ius patronatus,tunc illud ius applicabitur illi ecclesiæ cui per venditionem est facta simoniaca iniuria.quod idem tenuit Bar.in.§. præomnibus.in authen.de sanct.episc.quem refert,& sequitur Io. de Anania in d.cap.quia clerici.& Paul. de cytadinis in tractatu iuris patronatus.in 1.parte.qō.27. & Rochus de Curte in eo. tractatu in verbo fin.quæstio.25. & tradit Roma.singu.331.incipiente tu scis.

Secundo quæri potest,an hæres,vel Episcopus, vel executor possit legatum relictum ad certum pium vsum conuertere ad alium pium vsum. ponite exemplum testator disposuit quod tertia pars bonorum suorū distribuatur pro certis missis dicendis,vel pro capella construenda , modo hęredes , vel executores volunt in alium vsum commutare . s. pro puellis maritandis,aut pro ponte,vel via publica reficiendis,an hoc facere possint:distingue,aut volūtas defuncti nō potest adimpleri prout ipse voluit:quia forte illa tertia pars legata nō sufficit pro capella construenda,vel pro illo numero missarum dicendarum:isto casu talis commutatio potest fieri in alium pium vsum:& tale relictum non efficeretur caducum. c. nos quidem.de test.vbi dicitur,quod si relictum non possit ad vsū destinatum deputari, commutabitur in aliam piam causam eo,quia vbi intentio non potest adimpleri in casu, in quo testator voluit commutabitur in aliū,& in l.legatum.ff.de vsu-
4 fru.leg.vbi dicitur,quod relictum ad opus licitum,debet conuerti ad opus licitum. † Notetis tamen quod licet ista dispositio possit conuerti in aliam piam causam, tamen talis operis iniuncti commutatio non poterit fieri per tolū hęredem,nec etiā per solum Episcopum,seu eius vicarium, vel officialem, sed requiritur consensus vtriusque,scilicet, hæredis, Episcopi vel executoris si datus sit, vt est casus in d.l. legatum.ver.adhibitis hæredibus , & primoribus ciuitatis dispiciendum est,in quam rem conuerti debeat fideicommissum,& notat Panormit.in dicto cap.nos quidē.per illum tex.in versic. ordinari tenetur.& est vtile scire pro illis,qui fundāt capellanias, vel pia legata,& volunt,quod missa in tali altari dicatur , & non in alio,certe si in illo non possit celebrari: quia est interdictum, vel destructum,vel est alia iusta causa , propter quā voluntas defuncti non potest obseruari prout testator disposuit : tunc conuersio debet fieri in aliam piam causam per hæredem,& Episcopum simul,vt in d.capitu.nos qui quidem.in versicul. pias voluntates defunctorum Episcopali decens est studio adimpleri.

Si vero dispositio testatoris possit adimpleri,aut ipse dispo
5 suit:tunc communis est opinio,†quod non potest in alium vsum commutari,sed debet adimpleri in forma specifica,nisi hoc fiat de licentia papę qui non facit de potestate ordinaria, sed absoluta per tex.in clement.quia contingit.de relig. domi

bus

Digitized by Google

bus. & ibi hoc notant expreſſe Card.& Bar.in d.l.legatum.& Iacob.Butrig.in l.ſi quis ad declinandam.in §.ſinautem. C.de epiſco.& cler.unde dicit Bar.in l.1.C.de his, quæ pœnæ nomine.quod legatum relictum pro virginibus maritandis,nõ poteſt conuerti in alium pium vſum eo,quia legitima voluntas non pertinet ad arbitriũ alicuius, & clarius per Bal. in auth. niſi rogati,in ſecunda colum.C.ad trebel.vbi dicit, quod executor datus ad virgines maritandas non poteſt dare illã quãtitatem virgini intranti religionem,ex quo voluntas defuncti aliter ſe habet,& iſtud tenet Guido Papæ deciſ.ccccclvj.incip.
6 teſtator.vbi dicit, †quod certa diſpoſitio teſtatoris reſpectu pſonæ,vel cauſæ non poteſt per Epiſcopum alterari, vt refert ita fuiſſe iudicatum in parlamento Delphinali,facit etiã tex. in l.hac lege.de aquęductu.li.11.C.vbi dicitur,quod pręfectus conuertens aurum aquæductus ad aliud opus. tenetur reſarcire de ſuo.

Et licet papa poſſit de plenitudine poteſtatis alterare , & commutare voluntatem defuncti.tamen non videtur, quod illa utatur, niſi apponat clauſulam non obſtante, per quam clare apparet,ꝙ vult vti illa ſuprema poteſtate , & ita debet intelligi tex.in d.clemẽ.quia contingit,in verbo ſedis Apoſtolicæ.& ita intelligit Bal.in l.ſi teſtamentum,C.de teſtamen.tamen legatus de latere non poſſet facere, iſtam commutationem voluntatis.Card.in d.clemen.quia contingit.& ibi dicit glo.quod non ſufficit poteſtas legati de latere, ſed requiritur , poteſtas papæ.Ideo dicit Bar.in d.l.legatum:quod ad talem pꝫuerſionem voluntatis requiritur autoritas principis,ergo nõ ſufficit cõſenſus hæredis vel authoritas Epiſcopi, vel legati de latere,& ita concludit Aufre. deciſio. 26. quia inferior a papa non poteſt alterare ius commune.cap.fina.de offic. Archipresby.& per Ioan.And.in c.ſecundo. de conſtitutio.in ſexto. & hoc tenet Federic.de Senis conſil.ſeptimo. & licet inferior a papa poſſit tale ius commune adiuuare, vt dicit gl.in clem. ne Romani.de elec.non tamen poteſt illud alterare:quia voluntas defuncti ſiue concernat temporalitatem ſiue ſpiritualitatem pro lege obſeruatur capitu.vltima voluntas. decima tertia quæſtione ſecunda. & ſic Epiſcopus non poteſt in hoc diſpenſare.capitul.dilectus. de temporibus ord. ratio eſt quia quando canones imponunt legem Epiſcopis,ipſi non diſpenſant niſi eis in ſpecie reperiatur cõſenſum , niſi ex cauſa maxima,& vrgenti,vt videtur probare tex.in d. clementina,quia contingit.dum dicit quod ea,quæ ad certum vſum fidelium ſunt deſtinata,ad illum debent conuerti,& non ad alium ſalua authoritate ſedis Apoſtolicæ.Barba.conſi.23.incipiẽ.ſcripſit Propheta.quem ſequitur Rochus de Cur.in tracta.iuris patronatus.in.§.pro eo.in xv.princip.a.q.quod eſt notãdum contra hæredes,& patronos laycos,qui, vt dixi non poſſunt alterare voluntates fundatorum:nec etiam Epiſcopus: quia hoc ſolus papa facere poteſt,& diſponere de pijs relictis, ꝓut vult clementina dudum,de ſepulturis.verſicu.pœnitus reuocam⁹, caſſamus,vacuamus,& irritamus. Eſt enim papa gubernator inſolidum eccleſiæ vniuerſalis, cuius Romana curia eſt caput, ergo ad eum tanquam ad caput ſpectat ſingula membra commutare.capitu.cuncta per mundum. nona quæſtione tertia. & quęſtionem iſtam latius examinaui in repetitione.l.liberorum appellatione.in nona principali ponderatione.ff.de verborum & rerum ſignificatio.

Necnon huiuſmodi publicum concubinarium.

S V M M A R I V M.

1 *Negationes duæ licet æquipolleant affirmationi , tamen tres negationes ſtant in ſimplici negatiua,& redditur ratio.*

Hic ſunt duæ negationes ; ideo ſuccedit regula. iuris , quod duobus verbis negatiuis lex videtur affirmare.l duobus negatiuis.ff.de verbo.& rer.ſignific.quibus addite, ꝙ
1 licet duæ negationes æquipolleant affirmationi vt hic:†tamẽ ſecus in tribus negationibus quæ ſi reperiantur in aliqua diſpoſitione ſtant in ſimplici negatiua , vt eſt caſus in l. prima, verſiculo nonnunquam non. ff. de cadaueribus punitorum , & in l.nonnunquam prætor non repellit.ff.de collatione bonorum.addite text.notabilem in l.j.ver.non in ſubtiliter non putat.ff.de hæred.inſtit.ponderando dictionem in,quę ſecundum Bald.ibi ſapit naturam negatiuæ: ratio eſt quare tres negationes non æquipollent affirmationi ſicut duæ:quia tertia negatio negat,quod reperit affirmatum .

Vt primum talem eſſe nouerit.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio,vt,regulariter importat modum & non conditionem.*

Id eſt . quam primum, quæ pro dictione cito,accipitur.l.ſecunda.ff.de adminiſt.rer.ad ciuitatem pert. vel exponite cum primum poterit:vel vbi primum,& ita capitur in l.j.§.domus verſicu.vt primum reperierit.C.de falſa moneta.facit enim relationem eorum,quæ dicta ſunt.l.prima. §. hoc edicto.& ibi
1 Bar.ff.de poſtul.& †licet hæc dictio , vt, regulariter importet modum,& non conditionem,vt declarat Bart.in l.ſi ſocietatem.§.arbitrorum.ff.pro ſocio.& alijs variis modis exponat, in iure,tamen ſi ſit poſita in reſcripto,vel in rubrica iuris vel ſtatuti municipalis importat neceſſitatem.Speculator in titulo de diſputationibus,& allegationibus aduocationum.§.fin. verſicu.ſed nunquid iudex.vt apparet in rubrica. ff.in ius vocati vt eant.& in rubrica vt legibus & ſenatuſconſultis bonorum poſſeſſio detur.& in rubrica,vt infra certum tempus.C. & in Authẽ. vt proponatur nom.imperiatoris,& in titulo vt omnes obediant iudicibus prouinciæ : & in rubrica vt eccleſiaſtica beneficia,& in titulo vt lite non conteſtata . cum ſimilibus.

Mox.

S V M M A R I V M.

1 *Dictio mox,idem eſt quod ipſo iure,importatque canonem latæ ſententiæ.*
2 *Dictio mox,de ſui natura non requirit aliquod interuallum temporis licet momentaneum.*
3 *Confeſtim & ſtatim,dictiones quomodo intelligantur.*

Hæc dictio eſt præciſa , & quando adijcitur verbo futuri ſtemporis. vt hic in verbo,tenetur:habetur ac ſi papa fuiſſet vſus verbo præteriti,vel præſentis temporis: importatque canonem latæ ſententiæ,qui canõ dicitur executorius,vt notat gl.in c.licet canon.in verbo executione.de electione.in 6. vnde datur regula,quod quando in diſpoſitione ponũtur iſta
1 verba mox,ipſo iure,vel ſimilia,talis diſpoſitio †dicitur continere canonem latæ ſententiæ:vt notat glo.in capitu.cupiẽtes, in verbo ſuſpenſos,de elect.in ſexto,& idem importat, quod ipſo iure.glo.eſt communiter approbata in Authen.de incœſtis nupt.circa principium . in verbo imminere , collat.ſecũda.per tex.in l.ſi quis maior.C.de tranſactio. & ibi hoc notat Barto.& poſt eum Thomas Parpalia in vigeſimo ſexto notabili.& plenius per Alexand.in l. diuortio . in quarta col. ff. ſoluto matrimo.& Matheſilanus ſingulari.cxij.& prędictam gloſſam reputat ſing.Franciſc.Cremen.ſingulari.7.incipiente tu ſcis . tamen ſecundum propriam ſignificationem dictio , mox,idem ſignificat , quod confeſtim,gloſ.notabilis in l.prima.in verbo mox.ff.ſi cer.pet.quæ glo.procedit ſecundũ Bar. Alex.& Doctores,ibi,niſi cauſa contrarietatis euitandæ, importatque miniſterium iuris,& iudicium ſummarium,vt declarat Iaſ.in l.naturaliter.§.nihil commune. ff. de acquirend. poſſeſſio.& ideo vbi lex dicit tale quid fiat mox,vt in iſto textu.certe non deſyderat ſtrepitum iudicij, vt notatur in l.meminerint.in gloſſ.C.vnde vi.& Barto.in l.prima.ff.iudicatum ſolui.& in his,quæ poſſunt per legem tantum explicari,ſignificat quid fieri immediate,& non tempore aliquo.Sed in his quæ non deſyderant factum hominis, ſignificat aliquid ſucceſſiue fieri ſine expectatione alicuius extrinceſi , ſecundum Baldum in lege ſi quando , de bonis vacantibus . libro decimo , C.

De propria ſignificatione vocabuli,dictio,mox,vt dixi idẽ
2 importat, †quod dictio,confeſtim , quæ ſimiliter eſt latę ſententię,& de ſui natura non requirit aliquod interuallum etiã momentaẽum, per tex.quem allegat Alex.in l.placet.intelligitur ipſo iure,ideſt non requiritur ſentẽtia: ergo tex.iſte hoc vult dicere in effectu,quod papa mandat prelatis , vt ſi clericos cognouerit eſſe publicos cõcubinarios,mox moneat eos hoc eſt,vt indilate,confeſtim,illico,incontinenti , & ſine aliquo interuallo,& procraſtinatione dimittãt concubinas, ne in eorum ſpurcitia ſordeſcere videantur.

Aduertite,quod licet verbum,mox,proprie loquendo nõ patiatur momentum,ſeu interuallum temporis : tamen aliquando ſecundum ſubiectam materiam denotat interuallũ ex ſignificatione larga, aliquando breue,aliquando longum ſecundum Alex.in dicta.l.Gallus.§.caſus ille indifficilis.& idẽ Bar.Imol.Roma.Alex.& Moderni in l.1.§.qui præſens. ff. de verbo.obligatio.& Bar.in l.fructus.ff.ſolut.matrimo. & Bald. in d.§.caſus ille.& decius.in c.cum non ab homine in 21.col. verſic.tertius caſus extra de iudic. aliquando dictio mox denotat longum interuallum,ſcilicet vnius anni.c. ſi.in qualibet.20.q.2.& in c.ſequenti.vbi† idem dicitur de dictione ſtatim:aliquando importat triennium.l.ſed & ſi in condictione
3 in ver-

Digitized by Google

in verbo mox vſucaptus.ff.de hęred.inſtituendis.quandoque accipitur pro ſtatim, cum quodam tamen temperamẽto de cem dicrum.l.promiſſor.ff.de conſtituta pecunia.vt declarat gl.magiſtralis.in c.quia propter,in verbo mox publicent, de elect. & non eſt aliqua dictio in iure, tam præciſa, quæ non intelligatur cum aliquo temperamento,vt dicit Bal.in l.tutores.in fine.C.de adminiſtr.tuto. & argumen. l. quod dicimus. ff.de ſolutio.& tale temperamentum,ſeu modicum interual lum interprætabitur arbitrio iudicis,maxime, quando tempus non eſt ſpecificatum a lege,vel a canone.gl.eſt in ca. quá ſit.in verbo quam citius. de electione. in 6.& idem glo.in ca. an ſit,in verbo incontinenti. de appellationib.& generaliter dicatis, quod vbi in diſpoſitione non eſt determinatum certum tempus,relinquitur arbitrio iudicis.l.j.ver.cum dicit tempus, nec adiecit diem ſine dubio oſtendit eſſe in ius dicentis poteſtate quem diem præſtituat. ff.de iure deliberandi. ex quibus apparet, quod ſtatur arbitrio prælati quando talem monitionem debeat facere ſuis clericis concubinarijs,dũ tamen nõ protrahatur ad longum:quia aliter inferior nõ poſſet alterare diſpoſitionem ſuperioris contra naturã proprię ſignificationis:exponatis ergo dictionem,mox,ideſt quam citius fieri poterit,vt ſaltem habeat temperamentum poſſibilitatis,& vt ſummarie,& ordine iuris non ſeruato procedat.

Suus ſuperior monere.

SVMMARIVM.

1 *Monitio facta de mandato iudicis dicitur eſſe facta per iudicem.*
2 *Scribens literam de mandato alterius a mandante cenſetur ſcripta.*

1 Scilicet per ſe, vel per alium,hoc eſt, per nunciũ ſeu ſeruientem,†quia monitio facta de mandato iudicis dicitur facta per iudicem.gl.in §.illud quoque.in verbo decreto.in Authentico de hæred. & Falcid. pro quo dicto facit ſingul. doctrina Anton. de Butri. in cap. cum cauſam.in fine.penult.col. de iuramen.calum. vbi dicit quod licet c.ſecundum.de confeſ.in ſexto. velit quod reus debeat eſſe iuſſus, & monitus a iudice,vt habeatur pro confeſſo, ſi non reſponderit poſitionibus, tamen ſufficit ad hoc vt incurratur pœna,quod fiat per nuncium de mandato iudicis,quod dictum ſequitur Angel.in authent. hoc amplius,in verbo *monitus a* iudice, C. de fideicommiſſ. quem ſequitur *Hyppolitus in* l.de vno quoque.ff.de re iudic. vbi concludit, quod *licet in* caſu prædictæ authenticæ requiratur, quod monitio fiat a iudice:tamen ſi fuerit facta per nuntium habetur ac ſi fuiſſet facta a iudice,& iſtam opinionẽ tenet Imo. in p̃allegato.c.cum cauſam.prout alias in caſu ſimili dixi in repe
2 titione.l.admonendi.ff.de iureiur.† de eo,qui mandato alterius ſcripſit literam:quia a mandante cenſetur ſcripta,ſufficit ergo in caſu iſtius conſtitutionis, vt clerici ad relinquendum concubinas moneantur per officialem,aut per alterũ ex ſuis nuncijs,& ſi clericus monitus non obedierit,dicitur delinquere:quia monitio importat præceptum.c.ignorantia. 38. diſt. Oldrad.conſi.80.an autem requiratur trina monitio,vel ſufficiat vnica,dicam infra in verſiculo,& per ſuum ſuperiorem admoniti.

Teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Verbum moneo,iubeo,præcipio,inducunt neceſſitatem.*
2 *Concubinarius quantuncunque eſſet publicus non incidit in pœnam huius conſtitutionis niſi monitione præmiſſa.*
3 *Monitio vnica an in caſu huius conſtitutionis ſufficiat.*
4 *Monitio legitima quæ dicatur de iure.*
5 *Monitio facta a iudice habet vim peremptorii.*
6 *Monitio facta in ſynodo habet vim trinæ monitionis,& ſic peremptorii.*

1 Scilicet ex neceſsitate † verbum enim moneo,eſt merę neceſſitatis ſicut verbum iubeo, & præcipio. Et ideo ſi talia verba ponantur in reſcripto:quia papa,vel princeps dicit monemus,vel iubemus,vt de tali cauſa cognoſcas: illa.n. clauſula non exhortationem,& voluntatem,ſed neceſſitatem inducit,vt tradit Albe.in l.ſæpe audiui.ff.de offic.preſid.& in c.qui iubent.11.q.3.vnde lex,vel conſtitutio,quę per talia verba loquitur,obligat ſuperiorem ſub pœna peccati. c.2. de maiorit. & obed.& in clemen.exiui de paradiſo.de verbo.ſignificatio. & quod verbum moneo inducat neceſſitatem,& præceptum ita tenuit Oldrad conſi.80.qui allegat text. ſingu.in c.ignorãtia.verſi.ſanctas ſcripturas legere admonentur.38.diſt.ille tex. facit contra iudices eccleſiaſticos,qui clericos pro concubinatu ſecreto,vel alias non legitime apparente de illo nulla præcedente monitione excommunicant,incarcerant,& alias ad priuationem,ſeu ſuſpenſionem beneficiorum tanquam iudes canones procedunt ignorantes deciſionem iuris, qua cauetur, quod ad hoc incurratur pœna, quæ ipſo iure ſtatuitur propter obmiſſionem, ſeu negligentiam requiritur monitio,quæ debet præcedere vindictam. cap. indigne.duodecima quæſtione ſecunda, & ſic non poſſet officialis procedere
2 ad pœnam iſtius conſtitutionis monitione nõ præmiſſa†quãtumcunque clericus eſſet publicus ſeu notorius concubinarius,quod dictum extollit Innoc.in c.extirpandę.§.quia vero. de præb.quem ſequitur Petrus de Ancha.in c. licet canon. de conſtitutio glo.& Canoniſtæ in c.veſtra. extra de cohabitatione clericorum,& mulierum,ratio ſumitur ex textu in c.fraternitatis. 34.diſtinctio. dum dicitur quod hodie defectus noſtri temporis(in quo non ſolum merita: ſed etiam corpora hominum defecerunt)non patitur cenſuram antiquorum canonum.

Dubitatur ad hoc,vt ſuperior poſſit procedere ad pœnam
3 huius conſtitutionis†an vnica ſufficiat monitio,vel an requirantur plures?Barto. & Iaſon in d.authẽt.hoc amplius. in verbo monitus a iudice.dicunt,quod vbi agitur de priuando iure ſuo aliquem non ſtatim: ſed poſt lapſum certi tpis ſufficit vnica monitio,alias vbi pœna incurreretur incontinenti eſſet neceſſaria duplex monitio. Alij autem dicunt, quod imo requiritur trina monitio prout articulum iſtum examinat Fely.in c.2.de magiſtr. & canoniſtæ in dicto c. licet canon. & in prælegato.§.quia vero.qui allegant glo.in c. ex literis.verſiculo primo,ſecundo,& tertio commonitus. extra de conſtitu-
4 tutio.†quæ dicit quod legitima monitio dicitur illa, quæ eſt trina:ego autem dico,quod in caſu iſtius conſtitutionis ſufficit vnica monitio duplici ratione:quia hic ſuperior procedit non ſeruato ordine iudiciario: vnde vnica ſufficeret admonitio, vt declarat Felynus in prælegato capitulo ſecundo. Item quia textus iſte dicit, quod ſuperior monere teneatur:
5 ergo non requiritur trina monitio:†quod ſi facta fuerat a iudice habet vim peremptorij,& trinæ monitionis, per text. & ibi gl. hoc notat Bart.in l.conſentaneum. quomo.& quando iudex.C.& idem Bar.in l.ſi finita.§.Iulianus.ff.de damno infe. & in l.ad peremptorium.ff.de iudic. & iſta deciſio non ſolum habet locum,quando ſuperior ore proprio moneret clericũ publicum,notorie concubinarium, verum etiam habet locum quando nuntius præſente ſuperiore de ſuo mãdato moneret clericum:nam præſentia ſuperioris operabitur, vt talis monitio habeat vim peremptorij,& ita concludit Bal. in dicta l.ceſſante.vnde attentis prædictis qualitatibus puto ſufficere vnicam monitionem, dum tamen perſonaliter, & ſpecifice fiat,alias generalis non ſufficeret.

6 Addite p̃dictis†quod ſi monitio fuerit facta in ſinodo habebit vim peremptorij,gl.in c.ſi Epiſcopus. 8.diſt. quæ dicit, ꝙ monitio facta in ſynodo hẽt vim trinę monitionis, & illã gl.ſequitur Panor.in dict.ca.ex literis.& Fely.in c.cum ſit Romana.de appellationib.& Franciſcus Ripa in c.1.de iud. Henricus de bottis in tractatu ſynodali,qui cæteros canoniſtas refert ea ratione: quia regulariter in actibus extraiudicialibus ſufficit vnica monitio,nec requiritur trina, vt late tradit Romanus ſingu.424.incipien.ego dixi. & ita communiter in ſynodis obſeruatur ſecundum Ioan.An. in capitulo propoſuit, de clerico excommunica. miniſtrante. & ſic quando aliquid mandatur,vel prohibetur fieri in ſynodo per Epiſcopum,vel eius vicarium ſub aliqua pœna, tale mandatum habetur loco trinæ monitionis:Sic etiam obligati ad reſidentiam faciẽdam ſi fuerint moniti in ſynodo, poſſunt priuari abſque alia monitione acſi ter fuiſſent moniti,vnde monitio generaliter facta in ſynodo contra executores teſtamentorum, qui negligunt infra annum exequi voluntates decedẽtium,habet vim trinæ monitionis, ideo deuoluit ad epiſcopum executionem abſque alia monitione,ex quib.reportetis,ꝙ quãdo in diſpoſitione,vel conſtitutione apponuntur iſta verba,monemus, præcipimus,vel alia æquipolentia:talia verba important præceptũ,& habentur loco trinæ monitionis, vt in terminis decidit Fed.de Senis conſi.109.incip. quæſt. Ego autẽ prædicta intelligo procedere contra tales clericos, qui ſecundum legem diœceſanam tenentur in ſynodo comparere,alias ex quacunque via iudex procedat ſiue per viam ſuſpẽſions monitio debet præmitti,nec debet ſine ea eccleſiaſticus iudex procedere ad dictas penas,niſi quis clericus eſſet manifeſtus,& notorius concubinarius & incorrigbilis,quia hoc operatur notorietas, vt dicam infra in verbo notorium eſt.

Vt infra breuiſsimum terminum.

SVMMARIVM.

1 *Terminus multis & variis cauſis de iure poteſt dici brevis.*

2 Ter-

Digitized by Google

6 *Terminus vel cauſa quando de iure dicatur breuis, vel ne hoc relinquitur arbitrio iudicis.*

Iſta verba faciunt dubium cū terminus poſſit dici breuis multipliciter, quandoque accipitur pro anno, quandoque pro triginta diebus, quandoque pro duobus menſibus, interdū accipitur pro vno die: hic vero papa ī ſuperlatiuo loquitur. Ideo nō poteſt
1 terminus eſſe breuis, q breuiſſimus. †dicēdum tñ eſt q̄ iſte terminus arbitrio ſuperioris relinquitur, qui inſpecta qualitate perſonarum, & criminis, ſtatuet clerico præfixum terminum, vt a ſe abijciat concubinam, prout dicimus in cauſis, in quibus neceſſario ſententia non eſt ferenda in ſcriptis. authentica niſi breues. C. de ſenten. ex breuiculo recitādis: & ideo poſt quam terminus erit ſtatutus per epiſcopum, non poterit immutari priuſquam lapſus fuerit, licet ex cauſa prorogari poſſit, vt tradit Cardina. in clemen. 1. de vita & honeſta. clerico. in
2 ix. quæſtione. † ſed quæ cauſa dicatur breuis, nec relinquitur iudicis arbitrio, qui habet arbitrari īſpecta qualitate perſonarum, & ſummę petitę ſecundum Bar. Bal. & Saly. in d. authen. niſi breues.

Concubinam dimittat.

SVMMARIVM.

1 *Concubina meretrix et focaria diuerſimode a iure appellantur.*
2 *Concubina quę proprie de iure ciuili appellatur legitima. concubinas duas habens efficitur infamis.*
4 *Impedimentum iuris ciuilis quantum ad legitimationem, quæ fit per ſequens matrimonium eſt ſublatum de iure canonico, cui in hoc ſtandum eſt & non iuri ciuili.*
5 *Concubina ad hoc vt dicatur legitima principaliter requiritur nomen.*
6 *Concubina & vxor in quibus differunt & in quibus æquiparantur de iure.*
7 *Caſtitas non poteſt dici in concubina ſicut in vxore.*
8 *Legatum relictum vxori quouſque caſte vixerit, an perdatur per tranſitū ad ſecundas nuptias.*
9 *Concubina appellatione venit quælibet alia mulier cum qua copula illicita habetur ſecundum largam ſignificationem.*
10 *Meretrix licet multis modis dicatur de iure, tamen proprie dicitur illa, quæ palam ſui coporis quæſtum facit licet in lupanari non ſit proſtituta ſed quenque cauſa quæſtus admittit.*
11 *Dictio multorum uerificatur etiam in duobus.*
12 *Meretricis proprium eſt recipere mercedem & non dare.*
13 *Meretricis diffinitio & quare ſcorta appellentur.*

Papa hic Improprie & inciuiliter loquitur, eo quia talis mulier ꝓprie non dicit uxor concubina, ſed potius lex illā appellat focariam per tex. in argumen. in l. 2. C. de donatio. inter virum, & vxorem. vnde pro faciliori intelligētia terminorum præmitte quod mulieres, quæ extra fœdus matrimonij coeunt, dicun-
3 tur in triplici differētia, †quia alia appellatur concubina, alia meretrix, alia focaria ſeu fornicaria: & an diſpoſitio faciens mentionem de vna comprehenda (videretur, quod non quia odia reſtringenda ſunt. c. odia. & ibi Dyn. de regulis iur. libr. 6. & diuerſitas nominum arguit diuerſitatem rerum. l. ſi idem. C. de codicil. aliam maxime, quia conſtitutio pœnalis propter identitatem rationis trahitur de perſona ad perſonam, prout ex pluribus probat Romanus conſil. 429. incipiente cōſidero. Videamus ergo quæ proprie, & ciuiliter dicatur cōcubina. reſponde ſecundum Bar. & Doct. in l. concubinam. ff. de concu-
4 bi. † quod illa vere appellatur concubina, quæ eſt ſoluta & corrupta, & per hominem ſolutum retinetur in domo ſimul, ſicut ſi eſſet vxor in qua eſt affectus indubitatus. ſicut in vxore cuius affectus p̄ſumitur ex quo ſimul cohabitāt: vnde lex appellat concubinam, quæ ſine nuptijs tenetur in domo, quaſi loco vxoris. l. Maſſurius. ff. de verbor. ſignifi. & dicit Gratianus in capitu. omnibus, §. concubina. 34. diſtinct. quod concubina dicitur quæ ceſſantibus legalibus inſtrumentis iniuncta eſt, & cui coniugali affectu inſiſtitur: & ideo ſi quis teneat mulierē in domo ſua loco vxoris, hoc eſt, cum qua poterat eſſe matrimonium, nec cum ea poterat committi adulterium, vel ſtuprum, vel incœſtus, vel alius damnabilis, & accuſabilis coitus, ſed ſolum ſimplex fornicatio, illa proprie appellatur legitima concubina. & dicitur affectus indubitatus, quando cum vnica concubina tantum cohabitat: quia ſi cohabitaret cum duab. affectus ille diceretur dubitatus. Ideo proprie non poſſet dici concubina. glo. eſt in §. ſi quis autem defunctus. in verbo omnino. in Authen. quib. mod. natur. effi. ſui, collat. 7. Imo potius
5 diceretur infamia: †quia habens duas concubinas efficitur infamis ſicut ille, qui vno tempore ducit duas vxores: vt ibi dicit gl. in verbo concupiſcentia. & tanquam infamis repelleretur a teſtimonio: & idem etiam in illo, qui tenet vxorem, & concubinam ſimul cohabitādo, vt concludit Bal. in l. neminem, C. de inceſt. nup. ſed dicit quod illud non obſeruatur de facto, ſi tamen opponeretur in iudicio repelleretur tanquam infamis ipſo facto etiam ab accuſatione publici criminis: ſed Bar. in l. prima, in verſic. quid ſi quis habet duas concubinas. ff. de his, qui nota. infa. dicit, quod per hoc non eſt infamis, nec punitur. Sed non recedatis ab opinione Bal. quæ procederet maxime in publico notorio concubinario, vt ab effrenata libidine retrahatur, vt notatur in l. fina. argumento illius. l. C. de natur. liber. & vtrum natus ex patre tenente duas vel plures concubinas ſuccedere poſſit illi, vel econuerſo, videte Speculato. hoc notantem in titulo de ſucceſſio. ab inteſtato. in §. primo, verſicu. & notat Iaſon in §. pœnales. in decima col. Inſti. denot. & Nicol. de Vbaldis, & Matheſilanus in tractatib. ſucceſſionis abinteſtato, & ego plenius ſcripſi in eodem tractatu vbi nihil aut parum quoad iſtum articulum intactum reliqui.

Ex prædictis apparet, quod ſi ſolutus teneat mulierem extra domum licet ſoluram, & cum ea ſimul non habitet, non dicitur legitima concubina nec filij qui naſcuntur ex tali muliere retenta extra domum dicuntur naturales tantum, merito per ſubſequens matrimonium non poſſunt legitimari: q̄ deficit extremum habile, ſcilicet, cohabitatio, & affectus, qui procedit ex animi deſtinatione: vt eſt tex. & ibi Bartol. in dicta l. concubinam, quæ deciſio non procedit ſecundum canoniſtas in capitulo niſi cum pridem. de renunciatio. quam expreſſe firmat ibi Ioannes Andreæ ſubijciens, quod filij, qui naſcū tur ex muliere extra domum retenta, quę proprie non dicitur concubina per ſubſequens matrimonium: tamen legitimari poſſunt, & etiam per reſcriptum principis: quia per illud vide-
4 tur ſublatum impedimentum ciuile: † & quantum ad legitimationem, maxime quoad illam, quæ fit per ſequelam matrimonij: quia magis canoniſtis quam legiſtis ſtandum eſt, & iō ambiguitates legum canonibus reſoluuntur: vnde in materia canonum non pudeat legiſtas qui quamplurimum ſunt ſuperbi conſulere canoniſtam & econtra: quia legiſta, niſi ſciat canones reputatur purus aſiniſta, & refert Dominicus in capitulo ſtatutum gloſſ. ſuper verbo copia. de reſcr. in 6. q̄ ſi iudex eccleſiaſticus aſſumat aſſeſſorem mere legiſtā ſuper cauſa mere canonica, poterit vt ſuſpectus recuſari.

Reportetis ergo in ſumma, quod ad hoc vt de iure dicatur
5 legitima concubina requiruntur plura, †primo, quod amicus & amica, vndequaque ſint ſoluti, & quod coitus illorum tam quam qualificatus iure ciuili accuſari non poſſit, & ſic quod vtroque tempore inter eos poſſit contrahi matrimonium, omni impedimento medio ceſſante, vt concludit Barto. per illum teytum in l. prima, in verbo committit. ff. de concub. & facit tex. in dicto §. ad hæc. in Authenti. vt liceat matri & auiæ: Secundo requiritur, quod ſimul cohabitent, & quod affectus ſit indubitatus ſicut in vxore, cuius affectus, vt dixi, tanquam præſumptus inducitur per cohabitationē. Tertio requiritur, quod ſit retenta in domo pro concubina, & quod per amicum retenta, reputata, & tractata fuerit, vt concubina, omnibus propinquis hoc ſcientibus, & videntibus. Quarto requiritur, quod ſicut vxor debet eſſe vnica, ſit etiam concubina capitu. is qui trigeſima quarta diſtinct. alias ſi teneret duas veræ. non dicerentur concubinæ, ſed potius focarię: ſeu fornicarię Quinto requiritur, quod ſit retenta in domo inſceniale, hoc eſt in habitu cōcubinę, qui habitus debet eſſe diſtinctus ab habitu vxoris, vt infra dicam. Sexto requirit, quod ab amico ducatur in domū ſuā publice, ſicut vxor publice ducitur, licet diuerſis reſpectibus quoad ſolennitatem: vt no. Arch. in c. is qui. Septimo requiritur, vt illa ducatur eo animo, vt ex illa liberos ſuſcipiat, & ſic in concubinatu debet eſſe ſtudium quærendæ poſteritatis & non libidinis adimplendæ, vt eſt caſus in l. ſi quis ingenuam. ff. de capt. & poſtlimi. reuerſ. Octauo requiritur, quod poſtquam amicus induxerit in domum ſuam, quod illam honeſte tractet, & pleno honore diligat, ſicut vxorem. l. cum tabulis. §. quoniam ſtuprum. in verbo pleno iure dilexerat. ff. de his quibus vt indig. Nono requiritur, quod amicus fuerit proteſtatus coram omnibus cognoſcentibus eum maxime vicinis, vel quod alias declaret animum ſuum, quod nō aliter intendit eam tenere, quam pro concubina, & loco vxoris, & quam in futurum ſperat in vxorem ducere: & iſtud requſitum ponit Bald. in l. eam, quam. verſicu. nota, quod licitus concubinatus, C. de fideicommiſſ. & iſtam proteſtationem quam facit amicus, quod intendit illam mulierem tenere pro concubina, ſi erat vidua vel virgo illum excuſat, quod de ſtupro accuſari non poteſt: vt habetur in l. in concubinatu. ff. de concubinis. vbi dicitur in concubinatu poteſt eſſe & aliena liberta & ingenua, & maxime ea quæ obſcuro loco nata eſt, vel quæſtum corpore fecit: alioquin ſi honeſtæ vitæ, & ingenuam mulierem in concubinatu habere maluerit ſine teſta-

tione

Digitized by Google

tione hoc manifestum faciente non conceditur,pōderes verbum sine testatione:& clarius in dicto.§. quoniam stuprum, & ibi Barto.sed vltra prædicta ad hoc,vt dicat legitima concubina,& quod iure ciuili impune possit retineri,& ꝙ eius filij dicantur naturales tantum, & quod eorum patri naturali ab intestato succedere possint in certis vncijs a iure statutis plura alia requiruntur quæ traduntur per Ioann. de Anania in rubrica extra de adulter. & per Lucam de Penna in l.si cohortalis,de cohortalibus, & principibus cornicularijs, libro duodecimo.C.

Et quoad effectum naturalem vxor,& concubina differūt & iura quam plurimum facientia mentionem de vxore,licet sint odiosa propter affectum naturalem vendicant sibi locū in concubina† vt apparet in filio,qui potest exhæredari si carnaliter patris cōcubinam cognoscat,sicut nouercam: quia affectus naturalis in vtraque videtur æqualis. §. aliud quoque capitulum.in Authen. vt cum de appella.cog.coll.8. Idem dicatis de vasallo,quia sicut priuatur feudo si cum vxore domini sui coierit. capit.1.§.item si fidelis. in titulo quibus modis feudum amitt. & in §.rursus. quæ fuit prima causa beneficij amitt.in vsibus feudorum. ita etiam si coierit cum concubina domini,quia,vt supra dixi, parum differt ab vxore. l. item legato,§.parui refert. ff.de lega.iij.quia secundum Ricardum Malum.quem ibi refert Barto.inter vxorem,& concubinam non videtur differentia, saltem inspecto iure naturali,secundum quod non est dignitas.§.hinc nobis,in Authē.de monachis.collatione prima., quia iure naturali omnis coitus erat æqualis,& omnes nascebantur legitimi,nec adhuc erat distinctio personarum,§.liceat.in authen.quibus modis natura.effic.legitimi. quod secus erat iure ciuili:secundum quod personæ, & dignitates fuerunt distinctæ,vt notatur in.l.j.ff.de pottu la.ideo iure ciuili inter cæteras differētias quæ sunt inter vxorem,& cōcubinā elicite tres. Prima,qa in vxore matrimoniū est solennizatum,sed concubinatus non habet aliquam formam iure ciuili inductam, saltem publicam: quia in eo non vertitur publica vtilitas,argu.l. 1.ff.solu.matrimo.Secunda est differentia:quia maritus confert dignitatem vxori.l.fœminæ. ff. de senatoribus. & habetur de dignita.libro duodecimo.C. quod secus est in concubina. ad quam non transit dignitas concubinarii, vt dicit glos.in dicto.§.parui refert. Tertia est differentia in modo donandi,seu relinquendi,quoniam facilius relinquitur vxori, quam concubinæ.

Addite certos alios casus in quibus vxor,& concubina æquparantur,aliquos ponit Lapus in rubrica de donatio.inter virum,& vxorem.Primo æquiparatur in eo, quia sicut acquisita per vxorem constante matrimonio præsumuntur acquisita bonis mariti,vt euitetur præsumptio turpis quæstus.l.quintus,ff.de dona.inter virum & vxorem.sic etiam acquisita per concubinam,durante concubinatu præsumuntur acquisita de bonis concubinarij: & ita potest intelligi tex. in d.§. parui refert.istam æquiparationem ponit Bal.in l.1.C.de natu.liber. æquiparantur etiam quoad defensionem : quia sicut maritus non prohibetur defendere vxorem,ita nec concubinarius cōcubinam:in alio casu æquiparantur, quem tradit Bald.in authen.si quas ruinas.C.de sacrosanct.eccles.quia sicut maritus potest accipere fundum in emphiteusim pro se,& vxore sua, vt tenet Speculat.in titulo de loc.§.nunc aliqua. ita etiam cōcubinarius pro se,& concubina sua,dum tamen non sit emphiteusis ecclesiastica,quæ ad tales personas inhoneste viuentes peruenire non debet:item in alio æquiparantur:quia sicut vxor excludit fiscū in bonis mariti defuncti ab intestato sine parentibus.auth.præterea.C.vnde vir,& vxor. sic etiam dicēdum est in concubina.per glo.in § consideremus.in verbo legitima.in Authen.de triente,& semisse.colla.tertia.quæ dicit, quod concubina vocatur in subsidium: sed ego multum dubito:quia concubina non succedit amasio morienti ab intestato sine parentibus.per glo.in dicto.§.consideremus.in verbo siue,quam singulariter notat ibi Ange. dicens,quod amasia non succedit amasio etiam in subsidium,licet vxor succedat viro per titulum,vnde vir,& vxor: item æquiparantur in alio casu,scilicet in testimonio ferendo: quia sicut vxor non potest ferre testimonium pro marito, vel econtra duplici ratione,prima propter affectum naturalem,secunda quia vxor dicitur domestica persona,sic etiam concubinarius prohibetur testificari pro concubina,in qua duę prædictę rationes militant.l.Massurius.in versic. quæ vxoris loco sine nuptijs in domo sit.ff.deverbor.& re.sig.vt in specie tradit Aufre.decisio.4. in additio. quia inter ipsas, vt dici non differunt in affectibus naturalibus,sed solum maxime in dignitate: quia vxor maiorem debet habere dignitatem,quam concubina,vt in bibendo,comedendo,sedendo,& de bonis mariti elargiendo, & ēt in vestibus:quia non ita sumptuose debet vestiri concubina, sicut vxor,vt tradit Hostien. extra de præsumptio. differunt etiam in honore: quia per vicinas non talis honor est tribuē dus concubinæ,quantus exhibetur vxori,imo videmus omni die,quod in festis , & conuiuijs concubinæ non inuitantur, sed nec audent interesse in commercio aliarum honestarum
7 mulierum:quia caste non viuūt, † quoniam in cōcubina nō potest dici castitas sicut in vxore,cum qua maritus dicitur caste viuere.l.eum qui.in verbo castitatis.C.de Episc.& cler. & in c.Nicena.31.dist.

8 Ex quo infert,† quod si testator relinquat vxori suæ certa bona,quousque caste,& honeste vixerit,non debet priuari legato,licet secundo nupserit:quia illa quæ nupsit dicitur seruare castitatem.l.mulier.§.cum proponeretur. ff. ab Treb.& istā opinionem sequitur Bar.in l.fina.C.de indict.& vidui. tollen. vbi dicit,quod consilium est,quod ista verba addantur , scilicet,& vitam vidualem seruauerit:sed Paul.de Castro in præallegata.l.eum qui.tenet contrarium:quia imo trāseundo ad secnnda vota perdit legatum: quia maritus non præsumitur cogitasse de tali castitate matrimoniali cum lex dicat , quod eius anima tristatur: sed præsumitur intellexisse de castitate viduali,& idem tenent Angel.in d.l.fin.& Imol.in l.cum filius, §.cum matrimonium.ff.de legat 2.& idem Angel.& Imol.tenent contra Bar.in d.§.cum proponeretur.& Bald.in l.1. C.de raptu virgi.& est communis opinio, quam sequitur Iaſ.in dicta.l.fi subijciens Bart. in hoc puncto æquiuocasse. Ex prædictis apparet papam hic non ciuiliter fuisse locutum: sed proprius dicendum erat focariam seu fornicariam dimittat:quia his terminis vsus est impetator in l.3. C.de do. inter vi.& vxo. sed saluādo tex. istum ad omnia obiecta respōdetur, quod in
9 isto textu papa accipit verbum concubinam improprie, † & secundum largam significationem appellatione concubinæ venit quęliber mulier, cum qua illicita copula habetur iuxta etimologiam vocabuli: quia dicitur a con, quod est simul & cubo,cubas:ideo tales impudicę mulieres cohabitantes cū clericis iure canonico appellantur concubinæ, ex quo sumpta fuit ista rubrica,de publicis concubinarijs.

Nunc videndum est,quæ proprie dicatur meretrix,& quid
10 differat a concubina.dicite quod meretrix † dicitur illa, quæ palam sui corporis quæstum facit, licet in Lupanari non sit prostituta,quia meretrix dicitur publice se prostituere,etiam si non resideat in Lupanari : sed in aliqua taberna, vel caupona,vel domo,seu in alio loco in quo suo pudori non parcit:sed vnumquenque petentem causa quęstus admittit. l.palam quæstum facere.in princip.ff.de ritu nuptia. per quē text. decidit Panorm.in c.inter opera charitatis.de sponsalibus. & in ç.cum decorem,de vita & honestate clericorum, quod illa dicitur meretrix, quæ inhoneste duos,vel plures causa quęstus admisit, vnde dicit Sal.in l.qui adulterium.C.de adulte. ꝙ illa dicitur esse meretrix,& etiam ex hoc publica censeri debet,quæ in meretricio , vel in Lupanari per viginti horas stetit,cui videtur concordare text. de iure canonico . in capitulo vidua . versiculo , meretrix est, quæ multorum libidini
11 patet.33.distinct. † ponderando dictionem multorum , quę potest non solum in tribus verificari. l.secunda . circa finem. ff.de bonorum possess. secundum tabul. verum etiam verificatur in duobus,vt notatur in c.de multa.extra de prebend.licet gl.in verbo multorum,aliter exponat dicens quod illa dicitur meretrix,quæ plures , quam viginti tria millia hominū admisit;quia dictio multorum,potest pro numero accipi,vel etiam illa dicitur meretrix,quæ quadraginta homines admisit:quia ille numerus significat multitudinem. cap.disciplina. 46.distinct.vel meretrix dicitur esse illa cuius turpitudo est venalis,& istam diffinitionem ponit Augustin. in c.meretrices. 32.quæstione quarta,quam etiam sequitur Alciatus in dicta l.Massurius.vbi dicit quod illa dicitur meretrix,quę cum vno vel altero pecunia accepta se commiscet, sicut illa quæ palā se prostituit,& ideo illa potest probari,vel dici meretrix,quæ probatur per pecuniam cum aliquo concubuisse : quoniam illa est natura, & proprietas meretricum , vt refert Bald. in l. item.§.quoties.ff.de condict.ob turpem causam . & meretri-
12 cibus dantur mercedes: † quia meretricis proprium est recipere mercedem,& non dare,vt legitur Ezechielis.16. vel etiā meretrix dici potest ad quam vnus accessit si mercedem proinde recepit, vt est tex. argumentum in l.mariti.§.qui quęstū. versic.siue enim sæpius,siue semel.ff.de adul.vel etiam meretrix potest dici illa,quæ vuluam suam facit venalem , quam alias non faceret, nisi propter spem mercedis iam receptę , vel futurę.

Sed verius est,vt inter cęteras diffinitiones non recedamus ab opinione Vlpiani in pręallegata. l.palam. vt dicamus meretricem illam esse quę publicę causa quęstus duos hoīes admiserit,qui multi dicuntur,gl.in §.fina.in verbo multę.Instit. de iure perso.& gl.in c.latores in multitudinem.de clerico excommunicato.& a deriuatione vocabuli meretrix secūdum
13 Alber.† dicitur quasi meretro trahens a bono opere.s.virginitate vel castitate propter quæstum,seu lucrum; mœrere proprie

prie eſt lucri,gratia aliquid operari, & merere dicuntur quę ſe ſordiſſimi quęſtus gratia proſtant, a quo meretrices ſunt appellatæ.Sic etiam ſcorta appellatæ ſunt meretrices ex prædictis nota eſt vobis differentia inter concubinam, & meretricem.& filij,qui naſcuntur ab illa vocantur naturales tantum ſed liberi qui naſcuntur ab iſta vocantur recte vulgo q̄ſiti ſeu ſpurij de quibus infra ſuo loco dicemus canones enim tales focarias, ſeu fornicarias clericorum concubinas appellant.

Et ſi illam non dimiſerit vel dimiſſam & aliam publice reſumpſerit.

SVMMARIVM.

1 *Clericus monitus vt infra menſem dimittat concubinam qui obtemperauit ſed ſtatim reaſſumpſit an debeat puniri pœna huius conſtitutionis ſine menſis non expectato.*

2 *Vxor quæ amarito aufugit ſi ſtatim reuerſa eſt non dicitur diuertiſſe & ibi ponuntur plura exempla*

3 *Clericus eiiciens concubinam cum intentionę redeundi ad concubinatū in foro conſcientiæ non debet a ſacerdote abſolui, quia videtur incorrigibilis.*

Patet ergo, quod pœna huius conſtitutionis nō habet locum contra clericos occulte & ſecrete reaſſumentes cōcubinas quia qui de vno dicit de alio negare videtur ideo non via huius conſtitutionis procedendum eſt contra tales,ſed alias iure communi ſicut in ſimplici fornicatione:dummodo qualificata non fuerit & ad iſtud caute,& aſtute ambulare debent clerici a ſuo ſuperiore moniti.Sed quid ſi clericus fuerit monitus dimittere concubinam infra viginti dies,quod fecit,ſed eam incontinēti reaſſumpſit, an debeat puniri?videtur quod non dum tamen reaſſumens illam dimittat infra viginti dies, & ſed durante termino monitionis,vt notat glo.in clementi.j.in verbo reaſſumpſerit de vita & honeſta.cleri.quæ dicit,quod ſi clericus habuiſſet terminum menſis ad concubinam dimittendam & quinta die dimiſiſſet & decima quinta reaſſumpſiſſet dummodo eam dimiſerit infra terminum non erit locus pœnæ: deciſio illius gloſſ.limitatur ſecundum Doctores ibi vt procedat, quando dimiſſio fuiſſet facta ſimpliciter:ſecus vbi conſtaret de dimiſſione facta expreſſe propter monitionem præcedentem:quia tunc monitio fuit ſortita effectum ſuum,& ſic non poteſt dici,quod amplius duret terminus monitionis vnde reaſſumptio facta per eum nocebit ei tanquam facta expirata monitione licet poſtea ductus pœnitentia:quia reaſſumpſit dimittat,concubinam intra terminum ſibi datum in monitione, & in hoc poſſent decipi plures.

1 Ratio iſtius conſtitutionis †videtur eſſe,quia clericus monitus per ſuperiore,vt dimittat concubinam licet obtemperauerit:ſed protinus illam,vel aliam ſuper induxerit videtur incorrigibilis ex quo ſemel a ſuo ſuperiore verbis fuit correctus & tamen a delicto non deſiſtit vt notatur.in c.neminem.xlv. diſtinct.ideo habetur ac ſi illam nunquam dimiſiſſet.argum.

2 eorum quę diximus de †vxore quæ ſi receſſerit a marito ſi incontinenti reuerſa eſt diuertiſſe non videtur ad hoc vt punia tur vt in regula quicquid calore iracundiæ in verſiculo. vxor. quæ in breui reuerſa eſt non videtur diuertiſſe. ff.de regu. iur. & hęc ratio poſſet ex pluribus confirmari primo in fugiente, quia fugiens,& cito ſponte reuertens non dicitur fugitiuus ſi cut natus non vī quod ſtatim mortuus eſt & ſic non videtur fuiſſe,qui parum durauit.cap.nam & ego.& ibi gloſ. extra de verbo.ſignifica.ſimiliter non dicitur mortuus, qui ſtatim ad vitam reuocatur prout de Lazaro dicimus vnde gloſſ. in l.ex his.ff.de legib.dicit,quod debuit recuperare bona ſua quia nō videtur fuiſſe mortuus,qui tam cito reſurrexerat: & de pluribus alijs,puta de tranſlatione dominij,quæ ſolum momento durat:quia illa non in conſideratione.l.fina.§. fina. C. de bonis quæ libe.fortificatur prædicta ratio in alienatione feudi, quia ſi feudum alienatum incontinenti reuertatur ad vaſallum,non videtur alienatum,ad hoc,vt vaſallus feudo priuetur, vt notant Feudiſtæ.in capitulo primo, in titulo quod iuris ſi poſt alienationē feudi vaſallus id recuperauerit.his adijcitur,quæ dicimus de donatione inter patrem, & filium,maritum,& vxorem,quę valet tamen ſi fiat eo pacto, vt apud donatarium non maneat,ſed illa ad alium incontinēti trāsferatur.ſic etiam non videtur ſoluiſſe incontinenti recuperat p̄tium.l.qui ſoluit.ff.de ſolutionibus.nec etiam verſum videtur quod non durat lege ſi pro parte.§.verſum.ff.de in rem verſo nec veniſſe videtur,qui incontinenti abiit nec quis fingitur fuiſſe in loco qui ibi tantum per momentum ſtetit,vt alibi reſpondit iuriſconſultus ſub titulo de captiuis, & poſtliminio reuerſis.ff.vbi captus ab hoſtibus ſtatim reuerſus nunquam apud hoſtes fuiſſe fingi poteſt & ibi rationem ad ferunt iuris ciuilis, quam fideliſſimi interprætes nec videtur abeſſe, qui ſtatim eſt reuerſurus de vaſallo qui dominum relinquit in bello per momentum, & ſtatim redijt,non videtur illū reliquiſſe ſic etiam recuperans poſſeſſionem fingitur nunquam fuiſſe expulſus,ſimiliter non videtur poſſeſſionem adeptus, qui ſtatim amiſit vel in ea turbatur ex prædictis iuribus & rationibus patet,quod clericus concubinam reaſſumens videtur omni tempore in eodem concubinatu perſtetiſſe.ex quo erat in propoſito eam recuperandi: vnde non eſt mirandum ſi iſte clericus ſic relapſus in foro contentioſo debeat ſuis beneficijs priuari:quia etiam in foro conſcientiæ ſi abijceret a ſe

3 concubinam cum propoſito,& intentione redeundi ad publicum concubinatum,certe non deberet per ſacerdotem abſolui eo,quia non videtur corrigibilis,neque contritus capitulo,legatur.in verbo niſi ſe corrigentibus. vigeſima quarta quæſtione ſecunda.vera enim pœnitentia, ſeu eiectio concubinæ non eſt,niſi vt cauſa peccandi excidatur de præſenti aut in futurum propter ſcandalum.capitu.ſatisfactio. de pœnitē. diſtinctio tertia.

Iubemus,vt ipſum omnibus ſuis beneficijs omnino.

SVMMARIVM.

1 *Dictio omnino adiecta verbo futuri temporis:idem importat quod dictio ipſo iure hoc eſt ſine ſententia.*

2 *Dictio omnino de ſui natura excludit omnem gratiam & diſpenſationem & intelligitur ſine aliqua ope exceptionis.*

3 *Verba nullo modo ſunt præciſa & habent clauſulam decreti annullatiuam importantque nullitatem actus ipſo iure.*

4 *Diœceſanus priuat clericum beneficiis etiam in aliena diœceſi exiſtentib. realis tamen ſubſtractio fiet per Epiſcopum beneficii.*

Id eſt, ipſo iure. quia talis eſt natura huius dictionis omnino, vt ita exponatur ſecundum Alexand.conſilio ſexto incipien. circa proceſſum:in tertio volumine,& Fely.& in capitu. Rodulphus, in 21.colum.de reſcript.& in capitu.fraternitatis de teſtib.vbi concludunt,quod quando dictio,omnino adijcitur verbo futuri temporis idem importat quod dictio ipſo iure,vt declarat Corſetus.in ſingulari incipien.omnino & Roma. in ſing. primo incipien.verbum omnino:& Matheſila.ſing.112.incipien.tu ſcis.vbi dicit,†quod licet verbum præſentis, vel præteriti tēporis intelligatur ipſo iure: tamen ſecus eſt in verbo futuri temporis,vt eſt verbum,cadat,priuetur: quia intelligitur per ſententiam quod ſingul. fallit niſi talibus verbis eſſet adiecta dictio omnino,quia intelligeretur tunc ipſo iure, hoc eſt ſine ſententia,& miniſterio hominis.Sed ante Franciſcū Cremenſem fuit ſingulare dictum Baldi in Margarita Innocentij in verbo priuatio.& clarius in l.prima. in verbo. §.ſi pecunia .ff.depoſiti:vbi tradit talem doctrinam, quod quando lex vel ſtatutum loquitur abſolute per verbum futuri temporis ſcilicet,cadat,vel priuetur intelligitur quod priuetur per ſententiā,ſecus ſi fuerit adiecta dictio, omnino,quia iſto caſu intelligitur ipſo iure nec requiritur ſententia eandem opinionem ſecutus fuit Bald.in l.prima.C.de his, quæ pœnæ nomine Saly.& Laſ.in l.ſecunda.C.de iure emphiteu.& pro iſta opinione allegatur gloſ.communiter approbata in l. prima.§. pecunia.in verbo omnino.ff.depoſiti.quæ exponit,ideſt,ipſo iure,& illam reputat ſing.Roma.in prędallegato ſingulari: & & Alexand.poſt eum in additio.ad Barto. in l.imperator. ff. de iure fiſci:& Fely.in capitu.paſtoralis.de exceptio.addite ſimilem glo.de iure canonico in capitu.fina.in verbo omnino de offic. & poteſt iud.delegati in ſexto,quę dicit quod dictio, omnino,intelligitur ſine aliqua ope exceptionis,& importat canonem latæ ſententiæ habetque executionem paratam:& prędciſam habet naturam. Decius conſilio primo incipiente memini me alias conſuluiſſe, in primo volumi. impeditque purgationem moræ ſecundum Angel.in l.fina.C.de fideicōmiſ.& Alexand.& Franciſc.de Rippa in l.ſi inſulam. ff. de verbo.oblig.& ſi hęc dictio ponatur in aliqua diſpoſitione videtur excludere diſpenſationem vt expreſſe notat Panormita. in capitulo non magno, in ſecunda col.ne cler. uel monach. ſecul.nego.ſe immiſceant:ſecundum Ioannem de Anania & Panormita.poſt Ioannem Andream in capitu.qualiter de ac

2 cuſat.†quod uerbum omnino eſt iſtius naturę ut omnē gratiam & diſpenſationem excludat,& idē importat, quod omni caſu uel ſine difficultate,& dilatione & ſi hęc dictio,omnino fuerit adiuncta cum negatiua importat idem,quod nullo modo Alexand.conſilio 173.incipien.uiſis in ſeptimo uolumine qui allegat tex.in l.in nauē Saupheli,& ibi gl. in uerbo,

omnimodo

Digitized by Google

omnimodo.ff.locati & illa verba nullo modo ſunt pręciſa & tollunt omnem potentiam in contrarium:prohibentque diſpenſationem.gl.in cle.2.in verbo cõcedatur. & in verbo nullo modo de æta.& qualit.Alexan.in l.fin.C.de teſtamento militis.& Panormi in dicto capi.qualiter.†& talia verba habent clauſulam decreti anullatiuam : & importat nullitatẽ actus ipſo iure gloſſ.in authentic.ſi qua mulier,C.ad Velle.& quando teſtator in ſuo teſtamento diſponit, quod res nullomodo alienetur,per illa verba intelligitur velle, quod etiam in caſibus ſpecialibus,alias permiſſis alienari non poſſit Iaſo.in l.prima,§.ſublata coll.ſecunda verſiculo ſecundo, ff.ad Trebellia. & ſic dictiones,omnino,& omnimodo ſunt præciſæ .l.ſi poſſeſſor.in principio,ff.de petitio.hæredita.& Inſtitut.de tutel.in fine.& in capitu. & ſi Chriſtus de iureiurand. & intelliguntur, id eſt,quoad omnem ſui partem.capit.ſi religioſus.de electio. in 6.& dum in iſto textu dicitur†omnibus ſuis beneficijs.intelligite de alijs beneficijs etiam exiſtentibus in aliena diœceſi: realis tamen ſubtractio fiet per Epiſcopum beneficij : quia Epiſcopus delicti condemnat clericum priuãdo beneficio alibi ſito , ſed executio realis fit ab Epiſcopo beneficij: vt eſt caſus in c.poſtulaſti.extra de for.compe.

Priuet.

SVMMARIVM.

1 *Clericus concubinarius an in caſu iſtius conſtitutionis ſit priuatus ipſo iure,ita quod nulla requiratur ſententia propter verbum omnino.*
2 *Homicida licet efficiatur irregularis tamen non eſt ipſo iure priuatus: ſed requiritur ſententia.*
3 *Depoſitio eſt perpetua remotio a miniſterio altaris.*
4 *Clericus non debet remitti curiæ ſeculari niſi in duobus caſibus quando eſſet incorrigibilis, & quando homicidium eſſet qualificatum.*
5 *Verbo futuri temporis ſi adiiciatur dictio omnino an intelligatur cum vel ſine ſententia.explicantur duæ regulæ.*
6 *Verba legis vel ſtatuti ſi dirigantur ad iudicem ex his oritur officium iudicis & non actio.*
7 *Beneficia notorii concub.ẽt moniti etiam non poſſet epiſcopus alteri cõferre ante ſententiam declaratoriam.*
8 *Irregularis ante declarationem poteſt beneficium reſignare.*
9 *Clericus qui priuatur propter delictum a quo tempore teneatur ad reſtitutionem fructuum.*
10 *Donatarius ingratus a quo tempore tenetur reſtituere fructus.*
11 *Fructus legitimæ a quo tempore ſunt reſtituendi.*
12 *Emphyteuta & vaſallus a quo tempore teneantur reſtituere fructus quando propter delictum vtilitas fuit conſolidata cum proprietate.*

Et ſic perpetuo ex quo loquitur ſine præfinitione temporis capit.ſi autem.de cohabita.cleri. & mulier.& ratio huius eſſe poteſt:quia beneficia eccleſiaſtica ſunt ſtipendia miniſtrorum eccleſiæ,qui ſecundum vitam clericalem,& ſacerdotalem debent viuere,ideo a iure ſtatutum eſt:quod ſi ſpurce,& crimina liter viuant,dictis beneficijs priuari debeant,& viris honorifice viuentibus canonice prouideri,qui in illis caſto corpore, &
1 animo miniſtrent:†videtur ergo per ſupradicta, quod ſi clericus reperiatur poſt admonitionem publicus concubinarius, ipſo iure ſit priuatus omnibus ſuis beneficijs propter præcedẽtem dictionem,omnino , quæ adiungitur cum iſto verbo priuet,quod eſt futuri temporis,ergo in tali priuatione nulla requiritur ſententia ſuperioris per iura ſuperius allegata.

Sed ego puto contrarium quod imo in caſu iſtius decreti beneficiati non ſunt priuati ipſo iure, ſed requiritur ſententia
2 priuationis prout dicimus †in homicida,qui licet efficiatur irregularis,vt habetur in capitulo primo,de homicidio. tamen non eſt priuatus ipſo iure beneficijs niſi per ſententiam priuetur,vt poſt Panormi.concludunt canoniſtæ in c.cum noſtris. de conceſſio.præbend.& in rubrica de clerico excommunicaminiſtrante Bald.in l.cum fratrem,C.de his quib.vt indign.Decius conſilio. 166. incipiente ego Philippus Decius. in primo volumine, & eſt communis opinio ſecundum Ioannem de Anania.& Fely.in capitu.inquiſitionis de acculatio.& Præpo. in capitu.ſtudia quinquageſima diſtinctio.Anton.Corſeti ſingulari incipien.ſententia vbi refert quod opinio canoniſtarũ in dicto capitulo cum noſtris communiter tenetur nec poterit iudex imponere pœnam priuationis a beneficio niſi id exprimatur a iure gloſſ. ſingula.in capitulo fina.de iure patron. & in capitu.cum vos.de offic.ordinarij : & licet presbyter pro homicidio ex propoſito facto incurrat irregularitatem,& deponi debeat ab altaris miniſterio , vt eſt text. in præallegato
3 capitulo primo:†quia depoſitio eſt perpetua remotio ab altaris miniſterio.Abbas, & Decius in dicto capitulo. at ſi clerici: & depoſitus ſimpliciter intelligitur depoſitus perpetuo : licet non exprimatur gloſſ.notab.in cap.j. quinquageſima diſtinct. in glo.fina.

4 †Tamen poſt depoſitionem non debet remitti curiæ ſeculari ad hoc vt patiatur pœnam mortis niſi in duobus caſibus primo quando eſſet incorrigibilis : ſecundo niſi homicidium eſſet qualificatum puta:quia patrem , vel matrem occidiſſet, & cum iſta opinione tranſeunt Pan.& Canoniſtæ in dicto,cat ſi clerici.ideo pro declaratione iſtius verbi priuet aſſumatis vobis duas regulas,quæ nõ ſolent regulariter cõtinere peccatum,nec ciuile,nec canonicum.

5 Prima†eſt regula,quod quãdo verbo futuri temporis adijcitur dictio omnino,ſi executio illius verbi referatur ad ius, vel ſtet impersonaliter quia decretum dicit ſit priuatus , vel priuetur,omnino fateor,quod intelligitur ipſo iure,& ſine ſententia:talia enim verba ſimul iuncta canonem latæ ſententię ſignificant,vt in iuribus ſupra allegatis notum extitit.ſecunda eſt regula quod executio illius verbi futuri temporis, cui adiũgitur dictio omnino abſolute refertur ad iudicem,iſto caſu nõ intelligitur ipſo iure:ſed requiritur ſententia , vt patet in iſta conſtitutione in qua verbum priuet, licet ſit futuri temporis, tamen eius executio refertur ad illa verba ſuus ſuperior:vnde illud verbum,priuet,exponi debet id eſt,ſit priuandus, vel ſuperior eum priuare debeat : quia propter ſubiectam materiã receditur a natura verborum,ſecundum quam verba intelligenda ſunt:& licet verba conſtitutionis ſint generalia, vel obſcura debent tamen ſane intelligi, & reſtringi ſecundum ꝓpo nam,ad quam executio refertur,vt tradit Iaſon.in authen.ingreſſi.nume.18.C.de ſacroſan.eccle.& in l.ſi paſcenda pecora
6 C.de pact.vbi dicit†quod ſi verba legis , vel ſtatuti dirigantur ad iudicem oritur officium iudicis,& nõ actio: & idem tenẽt Moderni in l.ea demum,C.de colla.

Ex prædictis apparet clericum publicum concubinarium,licet monitum,non eſſe omnino, id eſt ipſo iure priuatum ſuis beneficijs,& ſic dictio omnino,parum operabitur,niſi dicatis quod verbum priuet,poſitum ĩ iſto textu,debet exponi, id eſt,
7 priuatum eſſe declaret:†& ideo licet iura plerunque vtantur verbis inducentibus priuationem ipſo iure,vel ipſo facto non tamen erit locus impetrationi ante ſententiam declaratoriã. & ſic notetis,quod beneficia notorii concubinarii etiam moniti non poſſet ſuus ſuperior alteri conferre ante quam ꝑ ſententiam priuetur,vt eſt originalis deciſio Innocentij in cap.ſicut.per illum textum.de cohabitatione clericor.& mulierum.
8 †idem dicatis in homicida,vel ſimoniaco, vel aliis irregularibus quorum beneficia ante ſententiam declaratoriam alteri conferri non poſſunt imo pro eis a iure inductum eſt,quia antequam per ſuperiorem declarentur irregulares poſſunt , cui volunt,eorum beneficia reſiguare.

9 Sed iuxta prædicta poſſet dubitari, †an clericus , qui ꝓpter delictum priuat beneficiis teneatur ad reſtitutionem,& a quo tempore? Reſpondetur,ꝙ tenetur reſtituere fructus a tempore delicti commiſſi,& non a tempore priuationis,& ſic tenẽt ad integram reſtitutionem fructuum medii tẽporis quo fuit in beneficio toleratus: ita decidunt Bald. & Angel. per illum tex.in l.prædonis.ff.de peti hære.qui tex. facit ꝙ beneficiatos, qui ſciunt ſe poſſe priuari benefcio:quia eorum inſtitutio nõ fuit canonica ſi poſtea priuentur; tenentur tanquam prædones ad reſtitutionem fructuum ꝙ dictum ſequitur Decius cõſil.119.incip.viſo inſtrumento in 1.volu.& idem Ang.& Pau.
10 de Caſt.& Doctor.in l.prima,C.de his quibus vt indig.†prout dicimus de donatario ingrato,ꝙ tenetur ad reſtitutionem fructuum a tempore ingratitudinis commiſſæ ſequitur Franciſc.
11 de Rippa.in l.fin.C.de reuoca.dona.†ſic etiam dicimus de fructibus legitimę,quæ ſi debeatur in rebus corporalibus, hoc eſt in certa ſpecie debent reſtitui a tempore mortis , & non a die petionis:ſecus ſi legitima deberetur in certa quãtitate puta ex ſtatuto tunc fructus non eſſent reſtituendi niſi a tempore moræ.Card.conſil.8.incip.præſuppoſito ſtatuto Ale.conſ.69.inci. ſuper.1.dubio,in 1.volum.qui allegat gloſ. ordinariam in d.l. fideicommiſſaria circa finem primæ gloſſ.Alberic.& Iaſo.in l.
12 ſecunda,C.de iure emphyt.vbi concludunt†quod emphyteuta tenetur ad reſtitutionem fructuum ab illo die.v. emphyteuſis fuit reſoluta:ſequitur Bald.in l.ſi pater,C.de vſufruc.& Doctor.in d.l.i.vbi dicũt feudatarium teneri ad fructus perceptos a die commiſſæ felonię.idem Rom.in l.diuortio.ff.ſol.mat.ex quibus reſtat vera opinio fructus beneficiati eſſe reſtituendos a die delicti perpetrati.

Et nihilominus hi publici concubinarij.

SVMMARIVM.

1 *Nihilominus licet iſta dictio proferatur negatiue habet tamen ſenſum affirmatiuum.*

Digitized by Google

Id est sine dubio non minus . similẽ modũ loquendi posuit Papa in capitulo. fundamenta. in §.quod si. in verbo nihilominus.& ita ibi exponit Archid. de elect. in 6. vel aliter secundum Alberic.posset exponi.i.non ideo minus, qui allegat tex.in l.is qui,§.si postea.in verbo nihilominus, ff. quod vi,aut clam gl.ibi exponit,id est non ideo minus, & in cap.cum æterni tribunal iudicis in versicul.parti, quam læserat nihilominus condemnandus. de re iudica. in 6.& in §.illud.in verbo nihilominus.institu.quib.mod. ius patr. potestatis solu.& si ponatur in materia pœnali:vt hic: Ergo erit sensus in isto versic. vt denotet augmentum pœnę,scilicet quod clerici nolentes desistere a publico concubinatu priuantur suis beneficijs iam obtentis,& nihilominus,id est,vltra hoc in obtinendis beneficijs,officijs,honoribus, & dignitatibus nisi seruata forma huius constitutionis sint inhabiles,vel aliter in isto versicul. potest elici sensus. vt referatur ad suspensionem fructuum,scilicet quod publicus concubinarius,est suspensus a fructibus suorum beneficiorum per tres menses, & si fuerit monitus est priuandus & nihilominus est inhabilis ad benefi
1 cia,& ista duo quasi reincidunt in vnum: †& quamuis ista dictio proferatur negatiue:habet tamen in se sensum affirmatiuum,vt no.in cle.quamuis.in §.volumus.in ver.procedant nihilominus.ext.de for.comp.

Vsque quo cum eis per suos superiores post ipsarũ concubinarum dimissionem,manifestamque vitæ emendationem.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus ad hoc,vt dispenset cum publico concubinario duo copulatiue requiruntur.*
2 *Clericus concubinarius,licet dimittat concubinam:tamẽ debet facere emẽdationem de præterito.*
3 *Mater meretrix emendata potest exhæredare filiam ob meretricium.*
4 *Legatum relictum meretrici, vt se emendet dicitur relictum ad pias causas.*
5 *Clericus concubinarius quo modo dicatur vitam suam emendare.*
6 *Clericus non debet compelli ad abiurandum mulieres suspectas metu periurii,& facit contra ignaros officiales.*
7 *Adulter potest compelli ad abiurandum adulteram,& iuramento alligabitur.*
8 *Clericus qui solennem egit pœnitentiam non admittitur ad cleaum.*

Duo hic copulatiue requiruntur

1 ad hoc,vt Episcopus dispenset cum publicis cõcubinarijs:primo ꝙ concubinas dimiserint: secundo ꝙ fecerint pœnitentiã de fornicatione:exponatis emendationem id est correctionẽ, quæ proprie habet locum in vitijs,& malis moribus,l. in corrigendis,C.de emend.prop.in quo.& in l.si virgis,-C.de emendatione seruo.& in capi.testimonium. §.si vere,sit de crimine emendatus.extra de testibus.& in cap.nullus.in verbo quousque. reatum suum emendet,id est corrigat de foro competen. aliter autem accipitur in l.ædita actio.in versicu. quam emendari,vel mutari licet,C.de ędend.& tex.iste potest ad hoc allega
2 ri†ꝙ non sufficit quod clericus publicus concubinarius dimittat concubinam, nisi de præterito concubinatu emẽdationem faciat:qua facta,amplius non dicetur concubinarius:vnde iura,vel constitutio,facientia mentionem de cõcubinario, vel meretrice non habent locum in emendato,vel emendata Bald.in l filiam.C.de inoffi.test.quem sequitur Hyppo.de Mar
3 sil.in l.vni.C.de raptu virginum dum dicit, †ꝙ licet mater meretrix non possit exhæredare filiam meretricem:tñ secus est si mater fuerit emendata,& reducta ad honestam vitam:qa vltima consuetudo debet attendi.hoc idem tenuit Ful.in d.l.Arenam.& propter emendationem a tali concubinatu in multis
4 relaxatur dispositio iuris.hinc est, ꝙ †legatum si fuerit relictũ meretrici,vt a suo meretricio se emendet:valet de iure,quia videtur esse factum ad pias causas.Bald.in l.imperialis, C.de nul& in l.j.C.de sacrosc.eccle.vbi alias de iure non valeret.

Sed quæro, quo modo clericus concubinarius dicatur vitã suam emendare,an sufficiat ꝙ post dimissionem concubinæ viuat caste,& ꝙ a modo non deprehendatur in suspicione cõcubinæ,vel an sit necesse,ꝙ realiter faciat talem emẽdationẽ vitæ?videtur,ꝙ sic:quia ex quo publice peccauit,& scandalose tenendo concubinã per contrarium publicam debet facere emendationem ad similitudinem relapsorum in hæresim:
5 †ego autem contrarium dico:nam sufficit quod clericus seipsum emendet abiiciendo concubinam a se, & ꝙ a cætero honeste viuat,& nullam mulierem suspectam in domum suam superinducat,vel cum ea conuersetur,quo casu dicetur facere
6 manifestam vitæ emendationem: †nec aliter per superiorem poterit compelli ad abiurandum mulieres suspectas metu periurij incurrẽdi, cum succurratur prælato contra clericũ alia via iure communis cap.clericos.de cohabitatione clericor.& mulier.in tantum,quod si super inde haberet priuilegiũ Apostolicum sibi non prodesset,vt est tex.in capi. super eo. titulo supra allegato quod dictum facit contra officiales ignaros,q̃ cogunt iurare clericos, quod nunquam cum talibus mulieri-
7 bus suspectis se reperirent:†quod secus est in adultero qui potest cogi ad abiurandum adulteram,& iuramento alligabitur dicto cap.cum haberet.
8 †Clericus autem,qui solennem pœnitentiam egit,non admittitur ad clerum cap.illud quinquagesima distinctione: tamen si necessitas, vel vtilitas ecclesiæ exegerit: tunc poterit deputari inter hostiarios,vel lectores: ita tamen,vt epistolam, vel euangelium non legat: & triplex redditur ratio prima propter dignitatem sacrorum ordinum secunda propter timorem recidiui,tertia quia ille qui sic pœnitentiam solẽnem egit,non haberet frontem alios corrigendi,cum eius peccatũ fuerit publicum.

Fuerit dispensatum ad susceptiones quorumque honorum,dignitatum,beneficiorum, officiorũ sint inhabiles.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum nec alii prælati inferiores Episcopo non dispensant contra canones,quia dispensatio est actus iurisdictionis nisi eis a iure vel priuilegio concedatur.*
2 *Fornicatio simplex est delenioribus & minoribus delictis: ideo Epis. pus dispensare potest.*
3 *Crimina seu delicta considerantur in quadruplici differentia.crimina quando dicantur grauia vel non statur arbitrio superioris.*
4 *Pœna perpetui carceris æquiparatur morti.*
5 *Dispensatio quare in casu huius constitutionis requiritur.*
6 *Publici concubinarii sunt infames.*
7 *Notorietas criminis inducit irregularitatem impeditque ordinis execution em & beneficii assecutionem.*

Requiritur ergo, quod dispensatio fiat per diœcesanum:quia prælati inferiores, vt Abbas decanus,Archipresbyter,Archidiaconus capitulum & alij, qui nunquam dispensant contra canones etiam vbi dispensatio a iure conceditur nisi in specie eis concedatur: quia dispensatio est de lege iurisdictionis.c.conquerente.& cap. dilectus.de offi.iud.ord.& est actus iurisdictionis, & potestas dispensandi mensuratur a potestate imponendi pœnam : quia dispensatio est de maiorib.negotijs c.didici.1.q.7. & talia grauia Episcopis tanquam sponsis & vniuersalib.ordinarijs reseruantur : vnde non potest quis dispensare super pœnam,q̃ non potest impone
1 re,vt tradunt canonistæ in d.§ de adul.†& sic prælatus inferior Episcopo non potest dispensare:tamen in casib. a iure expressis,vt hic dispensare possunt,idem dicendum est,in Ab. vel in c.aut alio inferiore prælato qui si habeant iurisdictionem episcopalem dispensare possunt ſm Anto.de But.in d.§.de adult. ꝙ est verum quando ille inferior haberet illud ex priuilegio, vel consuetudine,vel contractu,alias inferior Episcopo dispẽ
2 sare non posset cum publ.concub.patet ergo, † ꝙ in simplici fornicatione non qualificata ex maiori, vel grauiori delicto Episcopus dispensat,quia ista sunt de leuioribus & minoribus delictis,secus est in grauioribus & maioribus super quibus episcopus non dispensat.

Dubitatur, quæ dicantur maiora, & grauia delicta? Respondeo,quod illa ex quibus causatur irregularitas,super qua
3 solus papa dispensat nisi in casibus a iure expressis: † ego autem puto, quod delicta seu crimina considerantur in quadruplici differentia, quædam sunt leuia, pro quibus clericus non debet deponi, nec beneficio priuari: sed ad tempus suspendi, vel aliter corrigi ad arbitrium superioris secundum Panormitanum in capitu.tuæ.de pœnis.pro grauibus clericus
4 potest deponi Fely.in dicto capitulo at si clerici: †quæ autem dicantur crimina grauia statur superioris arbitrio: pro grauioribus vltra depositionem poterit detrudi in monasterium. pro grauissimis, vbi de iure ciuili puniretur pœna mortis poterit de iure canonico deponi, & damnari ad per-
5 petuum carcerem: † quoniam pœna perpetui carceris, æquiparatur morti: vnde Bald. in l.reos, C.de accusationib.appellat eam capitalem. Et aduertite, quod licet ordinarius possit dispensare cum clerico sibi subiecto deponendo super adulterio,aut alijs minoribus delictis tamen requirẽ

per

Digitized by Google

per iſtum textum, quod ille clericus per prius egerit pęniten tiam pro illo crimine ſuper quo diſpenſatur ſaltim ex debito iuſtitiæ ſecundum Anton. de But. in dicto §. de adulter. & ibi rationem aſſignat: quia cum impęnitente, & in peccato per ſeuerante non poteſt diſpenſari: quia videtur incorrigibilis & non contritus: tamen de ſtricto iure teneret diſpenſatio licet nulla præceſſiſſet pœnitentia niſi in caſu huius conſtitutionis, cuius diſpoſitio in forma ſpecifica venit obſeruanda: vnde dictio, ſuperiores, refertur ad Epiſcopos propter verbum dioeceſani poſitum ſupra: quia ad illos ſpectat priuare clericos concubinarios, & non ad inferiores, ſcilicet, Abbates Archidiaconos, decanos, & capitula: quia tales non ſolent cõtra Canones diſpenſare niſi eis expreſſe concedatur ſecundũ Docto. in dicto §. de adulterijs. quia, ut dixi, diſpenſatio eſt de grauioribus negotijs. capitu. didici. j. quæſtio. ſeptima. Ideo Epiſcopis reſeruatur: tamen in certis caſibus capitulum poterit diſpenſare.

Dubitatur vlterius, quare eſt, quod in caſu iſtius decreti requiritur diſpenſatio ſuperioris ex eo, quod fornicatio eſt pec-
6 catum, quod poteſt deleri confeſſione? † Reſpondetur, quod ex quo clericus fuit relapſus in publicum concubinatum poſt admonitionem, quatuor incurrit: primo inobedientiam, ſecundo incorrigibilitatem, tertio ſuſpenſionem iuris, quarto inducitur ſcandalum in eccleſia. Ideo iſta delicta non poterãt funditus ſola pœnitentia, & emendatione deleri, niſi cum relaxatione ſuperioris: merito ante talem diſpenſationem clericus ad honores eccleſiaſticos, vel mundanos & officia vel beneficia obtinenda ipſo iure incapax, & inhabilis ad prædicta
7 reddebatur: † quia tales publici concubinarij ſunt infames: capitulo infames. 6. quæſtione prima: vnde portæ dignitatis eis patere non debent: vt in regula infamibus de regu. iur. in 6. & *in l. prima, C. de infamibus.* & hoc probat iſte text. ponderando dictionem, ſint, quæ importat canonem latæ ſententiæ: tale enim verbum ſignificat iuris ſententiam, & hominis miniſterium excludit: & ſic ex iſto tex. reportetis, quod tradit Pano. *in capitulo* poſt tranſlationem. de renunciatione. quod omne delictum publicum, & notorium impedit aliquem ad ordines promoueri & alia beneficia aſſequi etiam pœnitentia
8 peracta: vnde talis † notorietas criminis inducit irregularitatẽ & impedit ordinis executionem & retentionem beneficij: qa retento beneficio non poſſet criminoſus notorius cõgruam agere pœnitentiam: ideo requiritur optima ratione diſpenſatio. *Irregularitas tamen, quæ eſt a iure poſitiuo introducta, nõ habet locum niſi in caſibus a iure expreſſis. & hoc vult dicere tex. ille in effectu.*

Qui ſi poſt diſpenſationes recidiuo vomitu ad huiuſmodi publicum concubinatum redierint.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus reiteratus præſupponit deliberationem.*
2 *Recidiuatio eſt periculoſior & difficilior curatione quam ſit prima infirmitas.*
3 *Pœnitentia eſt inutilis ſi poſt eam clericus recidiuauit.*
4 *Recidiuantia in delictis de iure punitur, quod multis probatur exemplis.*
5 *Peccata venialia efficiuntur mortalia propter reiterationem.*
6 *Ebrietas de ſe non eſt peccatum mortale niſi propter reiterationem.*

Iſte tex. eſt notabilis ad hoc, quod ſi clericus poſt peractam pœnitentiam redierit ad vomitum, ideſt, ad ſolitum concubinatum, grauius dẽt puniri: quia perpetuo fit inha
1 bilis ea ratione: † quia iſte concubinatus reiteratus præſuppo nit deliberationem. glo. eſt in c. ſi quis iratus. 2. q. 3. & dr redire ad peccatum, ſicut Canis ad vomitum, & porcus ad lutum: vt habetur prouerbiorum. 26. quia clericus recidiuans ad concubinatum comparatur illi, qui manum mittit ad aratrum & aſpicit retro: vn de iſta verba recidiuo vomitu exponuntur, id eſt, ſolito peccato, & ſicut iudicio medicorum in infirmitati-
2 buscorporalibus † recidiuatio eſt periculoſior, & difficilior in curando, quam ſit prima infirmitas, vt notat gloſ. in verbo iurauit in Authentico, vt non luxur. contr. natur. vt eperientia docet: & ratio eſt, qa homo ex infirmitate iam habita eſt melius diſpoſitus ad malas impreſſiones, & ægritudines ſuſcipiendas, quam eſſet ante infirmitatem, ſic etiam ſpiritualiter contingit ad recidiuationem ſpiritualis infirmitatis: nam cum homo recidiuat, ad peccatũ inuenit materiam melius diſpoſitã: quam fuiſſet ante, merito peccatum ibi fortius radicatur & tenacius imprimitur, & ratione huius fortioris impreſſionis habet ſe peccator in peiori ſtatu, quam antea fuerit. quia quę fortius imprimũtur, difficilius extirpantur, & fiunt nouiſſima illius concubinarij recidiuati peiora prioribus, vt habetur Lucæ vndecimo capitulo. patet ergo, quod clericus cõcubinarius poſt confeſſionem, & peractam pœnitentiam de concubinatu ſi ad illum redierit per recidiuationem, maximam incurrit ingratitudinem apud Deum ex quo tantum beneficium, ſcilicet, remiſſionis culpæ tradidit obliuioni: quia a ſe ipſo nullo modo ſoluere poterat: abſolutus eſt gratis a Deo, & coram Deo recidiuando efficitur ingratus: ideo habebitur, ac ſi nullum peccatum fuiſſet ſibi dimiſſum, vt exemplariter oſtendit Chriſtus Ioannis Quinto capitulo dicens, vade in pace, &
3 amplius noli peccare, ne deterius tibi aliquid contingat: † ergo ſi clericus poſt vitæ emendationem recidiuauerit, talis pœnitentia erit inutilis ex quo ſequens culpa illam coinquinat, capitulo inanis eſt pœnitentia. & in cap. irriſor. de pœnitent. diſtinctio. tertia.

Sic videmus, leges ciuiles, quæ beneficium compoſitionis denegauerunt illis, qui aſſidue peccant, aut qui impunitatem veteris commiſſi non emendationi: ſed conſuetudini deputauerunt, vt dicit tex. in l. tertia in fine, C. de epiſco. audien. ſic etiam ac. iter puniunt delicta redeunti a, ad vomitum, vt patet in furto reiterato: & ideo ſi mercenarius hodie furetur vnam rem magiſtro ſuo, & die ſequenti furetur aliam, ppter talem reiterationem debet furca ſuſpendi, prout notat Baldus. in l. apud antiquos: qui ibi allegat Nicolaum de Neapoli hoc dicentem, C. de furtis: conſuetudo peccandi, ſeu contumacia pœnam cumulat, l. relegati, ff. de pœnis. Ideo ea creſcente ciuile eſt, vt pœna creſcat: vt patet etiam in hæreticis, qui ſi poſt peractam pœnitentiam redeunt ad vomitum brachio ſe-
4 culari remittuntur capitu. ad abolendam, de hæretic. † & ſic delicta multiplicata efficiuntur capitalia, vbi alias non eſſent &, hoc eſt propter recidiuationem ſecundum Bartolum in l. licitatio, §. quod illicite, ff. de publica. item licet peccata in foro conſcientiæ ſecundum conſtitutiones ſanctorum patrum reputentur leuia & venialia ſolum: tamen ſi fuerint
5 reiterata † efficiuntur mortalia capitu. vnum, §. criminis vi-
6 geſima quinta diſtinctione, & ibi habetur: † quod licet ebrietas de ſe non ſit peccatum mortale: tamen ſi fuerit aſſidua efficietur mortale: vt notat Panormitanus. in capitulo a crapula de vita & honeſta. clericorum, quia talis aſſiduitas, & reiteratio includit deliberationem ſecundum gloſſ. in dicto capitulo. ſi quis iratus. & notatur in l. ſi mulier, ff. ad Velleyan. ſicut dicimus de reiteratione dictum, quæ inducit propoſitum & deliberationem. notat Bald. conſilio 312. incip. viſis. & iſtud ſequitur Roman. in dicta, l. ſi vero, §. de viro. in trigeſimaprima, fallentia, ff. ſolu. matrimonio. vbi dicit, quod ſi conſuetudo ſit in aliqua ciuitate, quod ob reuerentiam alicuius Sancti libereturincarceratus a carceribus talis conſuetudo non habebit locum in eo, qui primo a carcere fuit relaxatus, & poſt pro ſimili delicto fuit iterum incarceratus: patet ergo, quod clerici recidiuantes ad publicum concubinatum per hanc conſtitutionem grauiter puniuntur: quia petuo ad obtinenda beneficia ſunt inhabiles, maxime in caſu monitionis præmiſſæ tunc delictum reiteratum grauius veniret puniendum duplici ratione prima: quia tale delictum videtur deputatum conſuetudini: ſecunda quia reiteratio videtur inducere incorrigibilitatem, vt habetur in ca. cum non ab homine. extra de iud.

Sine ſpe alicuius diſpenſationis.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus non poteſt bis diſpenſare cum publico concubinario, quia crimina remiſſa non niſi ſemel merentur habere remiſſionem.*
2 *Peccator non niſi ſemel ad gratiam recipi debet.*
3 *Redeuntibus ad vomitum ſeueritas exercenda eſt.*
4 *Recidiuatio clerici concubinarii inducit ſeptem pericula.*
5 *Clericus recidiuans ad concubinatum diuinæ miſericordiæ dicitur irriſor.*
6 *Trinitas ac Angeli & Sancti triſtantur ſi clericus ad concubinatum recidiuat.*

Id eſt, pietatis & miſericordiæ & ſic ad ſimilitudinem eorum, qui in hæreſim reuertuntur quibus omnis diſpenſatio, & audientia denegatur dicto cap. ad abo
1 lendam. & ſic notatur iſte text. ad hoc, quod † Epiſcopus non poteſt bis diſpenſare cum publico concubinario: & ratio huius conſtitutionis eſſe poteſt, quoniam crimina remiſſa non niſi ſemel merentur habere remiſſionem, præcipue ſi tales concubinarij arti, & conſuetudini actum deputauerunt, l. prima, §. primo, ff. de abigeis: vnde dicit textus in
2 capitulo ſi vir. in fine de adulterijs † quod ad gratiam peccator non niſi ſemel recipi debet: quandoquidem etiã Deus

Digitized by Google

peccanti assidue de facili non elargitur misericordiam in ca. diaconi. in fine. 93. distin. ex quibus infertur, quod si delinquentes sint clementer tractati si postea in eodem crimine deprehensi sint perseuerantes acrius puniri debeant. l. capitalium, §.
3 solent, ff. de pœnis. quia cū prædictis redeuntibus ad vomitum non clementia, sed seueritas est exercenda. Sicut enim peccantibus iubemus esse misericordes, sic obstinatis concubinarijs, & impœnitentibus in spurcitia misericordiam impendere prohibemur. cap. non potest. 23. quæst. 4. talis enim remissio criminum præbeo occasionem delinquendi, vt dicit tex. in c. si quis decanus. 50. dist.

4 .Et aduertite † quod recidiuatio clerici concubinarij inducit septem pericula, Primo aufert sibi fructum præteritæ contritionis, satisfactionis, imo omnia alia sua opera annihilat nec sibi ad salutem parum proficiunt si incorrigibilis in eodem publico concubinatu moriatur vt dicitur Ezechielis. 18. si iustus aduerterit se a sua iustitia & fecerit iniquitatem omnes iustitiæ eius quas operatus est non erunt in memoria. Secundum periculum est, qa recidinatio vilificat clericum concubinariū admodum Canis cōtra quibus habetur prouerbior. 26. sicut Canis, qui reuertitur ad vomitum suum. sic imprudens, qui iterat ad stultitiam suam & ideo clericus qui per vitæ emendationem concubinatum euomit, & ad illum reincidit facit sicut canis & ei similis est: tertium periculum est quia clericus recidiuans in maiorem potestatem Diaboli incidit & exinde fortius a Diabolo possidet sicut miles qui castrum amisit, & post modum illud recuperat certe melius custodit & fortius possidet ne iterum amittat sic etiam facit diabolus qui clericum concubinarium per pœnitentiam & emēdationem vitæ perdidit, & postea per recidiuationem recuperat diligentius illum in peccato custodit: vnde de talibus redeuntibus ad vomitum dicendum est qꝫ scribitur Iob. 21. ducunt in bonis dies suos & in puncto ad inferna descendunt.

Quartum periculum est, quia clericus recidiuans ad pœnitētiam tardius resurgit sicut infirmitas, iterata vel vulnus curatum, quando renouatur, difficilius sanatur: imo talia nouissima peccata sunt peiora prioribus, vt habetur. Lucæ. 11. Quin
5 tum periculum est † quia clericus recidiuans est irrisor diuinæ misericordiæ, quę sibi per emendationem vitæ fecerat pacem cum diuina iustitia: Sextum periculum est, quia sicut tota trinitas, & virgo Maria & omnes Angeli & Sancti letantur in
6 conuersione peccatoris. † Sic econuerso tristantur si recidiuat, & ad vomitum reuertatur. Septimum & vltimum periculum est, qa talis clericus recidiuans arescit, quia separat̄ a merito, & passione Christi, & a participatione omnium bonorū existentiū in Cœlo, & in terra, & priuatur omni gratia Dei & erit sicut palmes abscissus a vite vel sicut membrum abscissū a corpore: ergo clericus recidiuans ad concubinatum arescet, vt exinde melius ardeat in futuro: qa extrudetur, & in ignem mittetur, vt habetur Matth. 7. Cauendum est ergo, ne ad vomitum redeamus, quia impœnitentib. nulla spes dispensationis promittitur. & hoc est, qꝫ in effectu vult papa hic.

Ad prædicta prorsus inhabiles existant.

SVMMARIVM.

1 *Dictio prorsus, importat canonem latæ sententiæ.*
2 *Dictio prorsus, intelligitur ipso iure & sine sententia.*

Istud enim aduerbium prorsus idem significat, quod omnino & sicut dicimus arbor prorsus a radicibus euulsa est. sic etiam clericus recidiuans ad solitum concubinatum prorsus ineſt, omnino, pœnitus, funditus, & in totū fit inhabilis, & naturam in se hēt præcissam. c. statutum. §. prouisurus in versi. nihil prorsus exigat ab eisdem de resc. in 6. & in c. p̄sentium in verbo nulla prorsus de testibus. eodem lib. & in l. fin. vers. omnium ratihabitio prorsus retrotrahitur, C. ad Maced. Dec. con
1 si. 19. inc. viso tenore priuilegij in j. vol. †importatque hæc dictio canonem latæ sn̄tiæ & habetur ac si papa dixisset clerici recidiuantes ad concubinatum prorsus, ideſt, ipso iure, vel ipso facto. inhabiles existant: & sic inducit dispositionem pœnę ipso facto, nec requiritur aliqua sententia licet hæc iniuncta fuerit verbo futuri temporis prout est verbum, existat, text. est quem ad hoc pro notabili allegat Panor. in capi. quibusdam. versicu. beneficiati beneficium prorsus amittant, extra de pœnis. quod dictum extollit Matheſilanus in dicto. nota 112. & Philippus Francus in capi. primo, de postulando. & Corsetus in suo notabili. incipien. pœnitus. qui allegat tex. ad hoc notatum per Panor. in capit. ad aures. versi. omnem prorsus actio-
2 nem excludit de præscriptio † & quod dictio prorsus intelligatur ipso iure & sine sententia ita decidit Cornelius consi. 312. incipien. in hac consultatione. versi. & licet illud verbum prorsus in primo volum. qui allegat tex. in capitulo sacris. versicu. non eam prorsus excludit de his, quæ vi metus ve causa fiunt, & in l. derogatur. in verbo prorsus tollitur. ff. de verborum, & rerum significatione. ego autem adduco vobis tex. ad literam a nemine (vt credo) ponderatum in auth. licet. in versi. nati ex damnato coitu prorsus omni beneficio secludantur. C. de naturalib. liberis.

Quodque si hi, ad quos talium.

SVMMARIVM.

1 *Officialis qui per negligentiam non corrigit clericum concubinarium dicitur particeps criminis.*
2 *Prælatus qui potest clericum corrigere & non corrigit non dicitur episcopus: sed canis impudicus.*
3 *Synodus episcopalis ad hoc principaliter fuit introducta, vt delicta quæ emerserint corrigantur.*

Supra visum extitit quomodo clerici puniātur propter publicū concubinatum: hic vero traditur quomodo superiores puniātur, si per negligentiam obmiserint clericos concubinarios corrigere: talis enim correctio ex debito officij imminet prælatis, aut eorum officialibus sub pœna peccati mortalis, quando
1 ex tali correctione præsumeretur clericum emendari: †imo videntur esse participes criminis si non corrigant, vel prohibeāt capitul. facientis. 91. distinctio. vbi dicitur facientis proculdubio culpam habet, qui potest corrigere, & negligit emēdare: quia qui alios ab errore reuocare potest, & non reuocat seipsum errare demonstrat, vt in cap. secundo. extra de hæret. & in capi. cum ex iniuncto. eodem titulo. dum dicit quod quilibet
2 tenetur alium a peccato corripere, si potest, maxime †prælatus, qui si crimina non corrigat, non meretur dici Episcopus: sed canis impudicus, vt literaliter dicit text. in capi. nemo. 83. distin. & ideo si Episcopus permittat clericis tenere concubinas, aut vxoribus vacare, & eos non correxerit: pœna interdicti venit puniendus, capi. eos qui. 32. distinc. †est enim synodus Episcopi ad hoc principaliter introducta, vt delicta, quę emerserint, corrigantur. cap. peruenit. 18. distinct. quæ dicta sunt notanda contra Episcopos, ac cœteros iudices ecclesiasticos, qui si vni delinquenti parcunt vniuersæ ecclesiæ molliuntur interitum.

Correctio.

SVMMARIVM.

1 *Constitutio ista an intelligatur de correctione corporali, vel verbali hoc est de admonitione.*
2 *Corrigere, & corripere differunt.*
3 *Clericus a correctione non potest appellare nisi propter excessum.*
4 *Officialis excedens in corrigendo venit deponendus.*
5 *Correctio plus debet habere mansuetudinis, quam rigoris.*
6 *Nimia asperitas, nec correctionem, nec salutem recipit.*
7 *Priuatum crimen non est publice arguendum.*
8 *Clericus nolens subire correctionem tanquam incorrigibilis est curiæ seculari tradendus.*
9 *Clericus quantuncunque sit criminosus si tamen per ecclesiam possit corrigi non est curiæ seculari tradendus.*
10 *Clericus citra periculum membrorum potest verberari.*
11 *Presbyteri nisi pro grauibus & mortalibus culpis verberari non debent.*
12 *Presbyteri in casu quo verberantur hoc debet fieri per ministerium ecclesiæ, & in ecclesia ianuis clausis, & non per laycum.*

Papa hic loquitur de illa correctione, q̄ fit imperio potestatis, quæ solis maioribus conuenit: de duobus dubitari po
1 test, primo †an intelligatur de correctione corporali, vel de verbali, hoc est, de admonitione, præmittite, quod verbū corrigere & corripere, inter se sic differunt licet plerunque æquiuocare ponātur †corripere est corporaliter flagellare, & castigare: corrigere est ad bonū dirigere, & hæc differēt̄ia elicit ex
2 tex. in cap. sicut hi. §. necesse. 47. distinct. vtranque posset facere episcopus, & verbalem, & realem per se, aut iudices temporales si qualitas delictorum id exposcat, † nec a tali correctione poterit clericus appellare, nisi propter excessum. capit.
3 ad nostram. de appellation. †vnde si prælatus in corrigendo excedat modum venit deponendus, cap. cum beatus. 45. distin. &
4 & in c. qui syncera. eadem di. vbi †dicitur, quod correctio debet plus habere māsuetudinis, quam rigoris: quoniam †nimia
5 asperitas, nec correctionem, nec salutem recipit: sed castigatus leuiter reuerentiam exhibet castiganti: † vnde priuatum
6
7

Digitized by Google

natum crimen non est publice arguendum: sed vbi contingit malum, ibi moriatur. cap. si tantum. 6. quæst. 2. & in c. si peccauerit. 2. q. 1.

Secundo posset dubitari, quid si clericus cõcubinarius nolet subire correctionem sui superioris, & sic esset incorrigibilis? † Respondeo quod potestas secularis posset supplere defectum ecclesiæ. cap. sacerdotum. 9. quæst. 1. & capi. princeps. 23. quæst. 5. & sic notate casum in quo clericus est tradendus curiæ seculari, scilicet quando esset contumax, & incorrigibilis: sic enim Donatistæ per imperatorem fuerunt puniti. † si vero clericus per ecclesiam possit corrigi, tunc quantuncunque criminosus sit, non est curię seculari tradendus. d. c. at si clerici. et in hoc peccant sæpe Episcopi, & eorum vicarij, qui clericos depositos non tamen incorrigibiles tradunt curiæ seculari.

Tertio posset dubitari an clericus pro delicto possit verberari videtur quod nõ quia reos sanguinis defendit ecclesia, vt in illo vulgato canone reos sanguinis. præterea quando ecclesia tradit clericum pertinacem brachio seculari debet obnixe rogare, ne pœnam mortis, aut membri inferat, vt habetur in illo vulgato canone: ego Berengarius: † contrarium est verius: dum tamen fiat citra periculum membrorum, vt habetur in dicto. c. cum Beatus. & in cap. fina. 35. distinct. & quod ecclesia possit clericum verberare notat Abbas in ca. primo. de calumniatoribus. quod est verum secundum præpositum in cap. fin. in clericis minoribus. qui pro minoribus culpis verberarãtur. Abbates autem & presbyteri, & Leuitæ non debent verberari nisi pro grauibus, & mortalibus culpis, † & in casu, in quo veniũt verberandi non debent verberari † per laicum: sed hoc fieri debet per ministrum ecclesiæ, & in ecclesia ianuis clausis: prout notat de Turre Cremata in capitu. illi. quinta quæst. quinta.

Pertinet.

SVMMARIVM.

2 *Episcopus an clericum exemptum delinquentem possit corrigere, distinguitur.*

Scilicet imperio potestatis, & iurisdictionis: vt supra dixi: sed iuxta hoc dubitari posset si clericus exemptus delinquat, an Episcopus possit eum corrigere glo. in c. placuit. 6. quæstio. tertia, arguit ad vtranque partem: tamen secundum
3 magis communem opinionem dicite, † quod si priuilegiatus delinquat circa rem non exemptam, vt in contractu, vel maleficio, vel occidendo hominem, vel adulterando, vel tenẽdo publicam concubinam isto casu Episcopus loci posset punire tale delictum: quia licet persona sit exempta: tamẽ res in qua delinquit non est exempta, vt notatur in c. primo. de priuileg. in 6. quia ratione delicti celebrati in loco nõ exempto potest exemptus puniri per ordinarium loci. priuilegium ergo exemptionis operabitur solum quantum ad forum domicilij: vt in dicto, capitu. j. & ratione delicti perditur priuilegium omne: quia honorem reatus excludit. cap. priuilegium. 11. quæstion. 3. & in qua prouincia quis deliquerit, illic iuri subiacet omni priuilegio cessante, Authen. qua in prouincia, C. vbi de crimine agi oportet. nec enim prætextu priuilegij concessi flagitiorum crescit Authoritas, l. secunda de priuileg. schola. li. 12. C. vn de dicit Imperator in Authen. de mandatis principum in §. ꝙ si delinquens. colla. 3. delinquentes non permittas aliquibus priuilegijs vti. ergo in dictis casibus Episcopus exemptos corrigere poterit: si vero priuilegiatus delinquat circa rem exemptam puta male se gerendo in suo officio, vel in portando habitum, vel alienando res suæ ecclesiæ: certe isto casu a solo papa poterit corrigi.

Alij autem dicunt quod pro delicto occulto solus papa cognoscit: sed pro notorio Episcopus potest corrigere exemptũ: sed prima opinio videtur verior.

Eos, vt prædictum est, punire neglexerint.

SVMMARIVM.

1 *Prælati in non corrigendo suos clericos ex eorum negligentia oriuntur tria mala.*

Negligentia prælati probatur eo ipso ꝙ habuit potestatem puniendi, & non fecit. glos. in capitulo si clericus in verbo negligentis. de præbend. in 6. Archidia. in capitulo, primo. 13. distin. quoniam dolus est nolle exequi quod patet, l. dolus, ff. mandati. & quando quis potest aliquid exequi remedijs opportunis, & non facit, nec illis vtitur, dicitur per eum stare, & eius negligentia arguitur. capi. licet Episcopus. de præbendis. in 6. Cardina. in clemen. si plures. de præbend. glos.
1 in cap. licet canon. de electio. † ratio impulsiua huius constitutionis fuit: quia si prælati circa correctionem suorum clericorum fuerint negligentes ex eorum negligentia ipsis prælatis oriuntur tria mala: primo oritur confusio quoniam sicut honor est patri habere filios bene instructos in moribus, sic etiam est cõfusio patri, vel prælato habere filios, vel subditos incorrigibiles, vnde dicitur Ecclesiastici. 22. confusio, patris est de filio indisciplinato: secundum malum quod conuertitur in prælatum negligentem corrigere clericum concubinarium est: quia culpæ suorum subditorum quos non corrigit, in eum transeunt cap. si is qui. vigesimatertia quæst. quarta. & in ca. qui vitijs. vigesimatertia. q. 5.

Tertium malum est pęna temporalis: punitur enim prælatus non solum in futuro: sed etiam in præsenti. cap. si quis episcopus. octuagesimatertia distinctione. vbi dicitur, quod prælati negligentes corrigere subditos veniunt deponendi. Ratio prædictorum est: quia prælati ex neglectu correctionis videnẽ subditos fouere in suis criminibus. ca. qui præest vigesimaquarta quæstione tertia. vnde si crimen repertum non vendicat, vt conscius criminis debet puniri: quia videtur esse in lata culpa, vel dolo præsumpto: ideo legitur numerorum, vigesimoquinto. incitatus est Israel, Belphegor, & iratus dominus dicit ad Moysen. Tolle cunctos principes populi & suspende eos contra solem in patibulo, & habetur etiam primi regum. c. 4. dicit dominus eo ꝙ nouerit Hely. indigne agere filios suos, & non corripuit eos. idcirco.

Addite alia tria mala, quæ ex negligẽtia prælatorum in corrigendo in clericos retorquẽtur. Primum est, scilicet executio, quoniam delinquens aliquando credit ex quo non corrigitur illud quod facit non esse malum. Secundum malum est delicti multiplicatio, quia delicta quæ non corriguntur per negligentiam facilius multiplicantur.

Tertium malum est, scilicet finalis perditio: quia qui non corriguntur velocius delicta continuant: & finaliter perdunt, sicut patet de Adoua dicente: ego regnabo, quem pater interdum corripuit, & finaliter fuit interfectus: Studeãt ergo prælati, vt clericos concubinarios corrigãt, quia virga, & correctio tribuit sapientiam: vt habetur prouerbiorum, vigesimonono capi. Adfert etiam correctio, siue emendatio consolationem, locupletissimus testis est regius Psalmographus Psal. vigesimo tertio, in hæc verba: virga tua, & baculus tuus ipsa me consolata sunt. Et vide scribentes in rubric. C. de emendatione seruorum.

Eorum superiores, tam ipsos de neglectu, quam illos pro concubinatu omnibus modis.

SVMMARIVM.

1 *Omnibus modis hæc verba apposita in dispositione exponuntur, id est, ipso iure.*

Hæc enim verba omnibus modis importãt executionem paratam, & sic rem iudicatam, nec aliam exigũt cõdemnationẽ. † Vnde si in aliqua dispositione hęc verba essent
1 apposita, exponuntur, id est, ipso iure. vt tradit Bal. in l. j. §. si pecunia, ff. depo. qui refert gl. ita exponentem in Authentico, vt defuncti, seu funera colla. 5. in verbo omnibus modis, & illam gl. reputat sing. Romanus in singulari, & Mathesilanus in notabili. 112. apparet ergo ꝙ superior poterit punire prælatos negligentes, & clericos concubinarios pro concubinatu omnibus modis, id est ipso iure, vel verius dicatis omnib. modis, hoc est per viam inquisitionis, vel accusationis, vel denunciationis siue procedatur officio iudicis, vel alio modo. & sic est hic casus, in quo Archiepiscopus habet iurisdictionem contra subditos sui suffraganei, scilicet quando prælati inferiores sunt negligentes corrigere clericos publicos concubinatios, vt notat gloss. magistralis. in capitulo. pastoralis, §. 1. ff. de offi. ordina.

Digna punitione animaduertant.

SVMMARIVM.

1 *Dictio animaduertant, quomodo in hoc textu exponi debet & de ethymologia vocabuli.*

Id est. grauiter puniant. & ita ponitur in l. si quis in hoc genus.

Digitized by Google

nus, C. de epiſcopis, & clericis. animaduertere autem eſt eius,qui in alterum ordine habet poteſtatem, & rite poteſt
1 cum animaduerſione punire, † & ab ethymologia vocabuli animaduerſio ſecundum Alberic.dicitur: quia anima in corpore vertitur: vnde ſecundum propriam ſignificationem vocabuli,hoc verbum animaduertant. in iſto textu deberet exponi,id eſt,verberent,vel iram exerceant: quia natura huius dictionis ita patitur,vt videtur probare tex.in c.fi. in verſi.animaduerſione debita caſtigandi de excep.li.6.ſed iſta expoſitio non congruit huic textui:quia papa hic non intelligit corporaliter punire prælatos negligentes,nec etiam clericos concubinarios,ſed puniuntur,aut pęna ſuſpenſionis, vel priuationis beneficiorum,niſi ponderetis dictionem ſeueriter,quę punitionem corporalem infligere videtur:tamen animaduerſio conſiſtit circa degradationem,& curiæ ſeculari traditionem: vnde ſi clericus publice concubinam reaſſumpſerit poſt admonitionem ſuſpenſione, & beneficiorum priuatione tanquam incorrigibilis poterit degradari,& deponi.

Videamus ergo qua pœna debeant puniri prælati, qui negligunt punire clericos ſpurciſſime in concubinatu viuentes de prælatis hic ponitur vnica pęna,vt ſubijcitur in tex.

In concilijs etiam prouincialibus, & ſynodalibus aduerſus tales punire negligentes, vel de hoc crimine diffamatos.

SVMMARIVM.

1 *Diffamatus de concubinatu debet ſe purgare in quo ſi deferretur cõuictus puniri debet.*
2 *Purgatio canonica an ſit ſubſidiaria, & an fęminæ admittantur, & layci in ſubſidium, & multa de purgatione, & eius natura traduntur.*
3 *Diffamatos, hæc dictio accipitur in bonam partem etiam in ſacra ſcriptura licet regulariter accipiatur in malam partem per textũ. in l. diffamari.*

1 Vnde traditur regula † quod de diffamatus cõcubinatu, dẽt ſe purgare, in qua ſi defecerit punitur tanquam conuictus: ſedſi concubinatus poſſit probari per teſtes, vel eſt notorius, eo caſu non eſt iniungẽda purgatio quæ ſolum habet locum cum caſus eſt in dubio,& ad probandum diffamationem non ſufficeret vana vox populi,ſed requiritur aliqua pręſumptio, vel coniectura ex quib. infamia traxerit originẽ & ſic teſtes deponẽtes ſuper infamia debent reddere cauſam ſui teſtimonij, vt tradunt Canoniſtæ poſt Panor.in c. veniens. de prob.quæ deciſio habet locum, qñ præceſſiſſet accuſatio, vel denunciatio quo caſu, ſi deficiat in purgatione punitur tã quam conuictus ſi vero nullus modus agendi pceſſerit, ſed iudex pp infamiam ex ſuo officio,vel ad inſtigationem fiſci cleri co inducit purgationem,eo caſu pœna erit arbitraria, nec
2 punietur tãquam conuictus. ſed alia mitiori pęna,quomodo autem fieri debeat purgatio † & cuius ordinis debeant eſſe cõ purgatores,& de numero illorum,& an in defectum clericorum compurgatorum admittantur layci,& fęminę, & an deficientib.clericis,laicis,& fęminis admittatur clericus ad purgationem ſolo iuro,videte ſcribentes in titulo ext. de purg.cano. Et iſta vltima verba non ſolum intelliguntur de prælatis negligentib.punire clericos cõcubinarios, verũ ẽt referuntur ad ꝑlatos de hoc crimine cõcubinatus diffamatos pp dictionẽ,hoc,q̃ eſt demonſtratiua,& hẽt tacitã repetitionẽ pſonarũ & qualitatũ pcedẽtiũ,vt declarat Bar.& Doct.in l.j.ff.de ope.
3 nou.nunc.& nolite obmittere † ꝙ licet hæc dictio diffamatos, interdũ accipiatur in bonam partẽ ẽt in ſacra ſcriptura,vt expreſſe refert Paulus ad Theſſalonicenſes c.1.in ver.a vobis. n. diffamatus eſt ſermo Domini:tamen hic, & in quacunq; alia diſpoſitione regulariter intelligitur in malam partẽ.l.diffamari,C.de ingenuis manumiſ.& ibi Bal.ſed quo modo probabit prelatos de iſto crimine eſſe diffamatos? videte Bar.Ale.& Moder.in l.turpia,ff.de leg.j.

Etiam per ſuſpenſionem a collatione beneficiorum.

SVMMARIVM.

1 *Negligentia prælati in corrigendo clericos peccatum mortale eſt, nec paſtor poteſt ſe excuſare ſi propter ſuam negligentiam lupus oues comederit.*
2 *Negligentia prælati in publicis criminibus dicitur lata, quæ dolum repręſentat.*
3 *Negligentia prælatorum inferiorum ſuppletur per ſuperiores.*
4 *Capitulum an poſſit ſupplere negligentiam prælati.*

Rationes videntur eſſe in prõptu: quoniam prælati negligentes in correctione culparum aſſimilantur dormiẽti,de cuius manu cadit baculus paſtoralis. † Item eorum negli
1 gentia peccatum mortale eſt, vt notatur in cap.dilectum. 81. diſtin.nec poterit paſtor ſe excuſare ſi propter ſuam negligentiam lupus oues comederit:quia qui potuit hominem liberare a morte,& hoc per ſuam negligentiam diſtulit, eum occidiſſe videtur.ſic etiam prælatus qui clericum a concubinatu trahere poteſt:ſed hoc negligẽter obmiſit in eadem culpa vi-
2 detur,ca.qui alios de hær.& in can.negligere. 2.q.7. † Præterea negligentia prælati in publicis criminibus dicitur lata culpa q̃ dolum repręſentat & in crimine doli cadit,l.prima. §.his quoque ff.de act. & obliga. & in criminibus grauioribus lata culpa,& negligentia inducunt irregularitatem, vt in terminis tradit Lucas depenna.in l.2.de naufrag.li.11.C.& ſic in corrigendis peruerſis negligẽtia prælatorum maxime poſt admonitionem & publicationem huius decreti aggrauatur quantum ad culpam,& quantum ad pęnam ca.indigne. 12.q.2. qa æquiparatur contemptui,& crimen fouere videtur, merito a collaci-
3 tione beneficiorum ſuſpenduntur. † Et ſic negligentia prælatorum inferiorum ſuppletur p ſuperiores,can.Artaldus octa-
4 ua q.3. † Sed an capitulum poſſit ſupplere negligentiam prælati videte Mandagotum ſuper hoc articulo diſtinguentem in c.1.circa fin.& in 1.par.de elect.

Vel alia condigna pœna ſeueriter procedatur.

SVMMARIVM.

1 *Prælatus pro magna & craſſa negligentia poteſt a prælatura deponi.*
2 *Officialis, Rex, Dux, adminiſtrator, iudex poſſunt propter negligentiam a regno & aliis dignitatibus priuari.*
2 *Presbyter cuius culpa ſeu negligentia infirmus moritur ſine confeſſione quo modo puniri debet.*
4 *Sacerdos quicunque requiſitus puerum in neceſſitate baptizare, ſi ex negligentia moritur ſine baptiſmo, non obſtante aliqua excuſatione venit deponendus.*

Qua negligentia prælatorum puni tur ſecundum diuerſitatem,& qualitatem eorum,quæ negliguntur aliquando pro neglectu imponitur excommunicatio duorũ menſium, vt eſt tex.in can.quicquid 1.q.1. aliquando punitur grauius.quia ſibi imponitur pęna depoſitionis, vt habetur capitulo placuit vniuerſo concilio.vndecima quæſtione tertia,
1 vnde ſi circa iura eccleſiæ prælatus eſſet in † magna, & craſſa negligentia poſſet a prælatura deponi, vt habetur in can. dictum & ibi gloſſ.in verbo negligentia. octuageſima prima di. & in capitulo cum ad monaſterium,§.fina. & ibi gloſſ. in verbo negligens.de ſtatu monacho.quod dictum ſequitur Bal. in
2 l.j.de officio præfecti vrbis.vbi dicit †. l.ſi officialis videat alios inter ſe rixantes & non ſe interponit, cum poſſit per ſe vel per alios, poteſt ab officio remoueri quod dictum ſequit Ias.in l.eum qui res,C.de procura.& ibi allegat Ioannem Andræę.Geminianum & tenentes, ꝙ Rex, vel Dux, vel Comes poſſunt a regno,& alijs dignitatibus priuari, C.grandi & ibi gloſſ.in verbo regis de ſupplenda negligen.prælatorum,libro 6.deciſio habet locum in adminiſtratore,aut iudice, qui propter negligẽtiam poſſunt ab adminiſtratione remoueri, vt eſt caſus in l.ſi quos.in ver.propter negligentiam ab officio remotis,C.de offi.pfec.ptor.orientis,& illirici.quib.concordat gl.in
3 pręleg c.cum ad monaſteriũ,q̃ dicit, † ꝙ Abb. pp negligentiã põt dignitate remoueri.idẽ dicatis a pbytero cuius culpa ſeu negligentia infirmus moritur ſine cõfirmatione nã reus erit animę illius, vt dicit gl.in c.officiũ in verbo ſine cõfeſſione de offi.Archipre.pro qua facit tex.ad literam in c.ſi presbyter.19.
4 quæſtione ſexta. † Idem dicendum eſt de ſacerdote, qui ſi in quocunque loco ſe reperierit, nec requiſitus puerum in neceſſitate voluerit baptizare, non obſtante aliqua excuſatione ſi puer ſine baptiſmo moritur presbyter eſt deponendus.capitulo.quicunque.de conſecration.diſtinctio.quarta, imo fortius dicit textus. in capitulo adminiſtratores. 23.quæſtio.quinta,quod vbi iudex ſecularis eſſet negligens in iuſtitia faciendа,certe eccleſia debet ſe intromittere, & compellere ipſum ex quibus apparet prelatos negligentes erga ſuos ſubditos varijs pœnis eſſe afficiendos: limitetis procedere in duobus caſibus, primo quando eſſet craſſa negligẽtia, quo caſu arg pararetur dolo,& latæ culpæ.

Secundo,qñ prelatus huic negligẽtiæ occurrere poſſet: ſecus ſi non poſſet:qa tũc non caderet negligentia,vbi eſſet impoſſibilitas.iſto caſu ꝓlati,& ceteri adminiſtratores nõ punirẽtur pro neglectu,l.quod te.verſicu.ſi in poteſtate tua fuerit, ff.ſi

cer.

Digitized by Google

cer.pe.quem Ias.allegat pro notabili.in l.si mihi,& tibi,§.si qs seruos,ff.de leg.primo.

Et si,hii quorum destitutio ad nos,& sedem prædictam spectat per cõcilia prouincialia, aut suos superiores propter concubinatum.publicum reperiantur priuatione digni.

SVMMARIVM.

1 *Destitutio episcoporum est reseruata papæ,& non alteri etiam legato de latere.*
2 *Inquisitor non potest procedere contra episcopum,sed hoc debet papæ denũciare.*
3 *Papa an plenitudine potestatis possit episcopum sine causa episcopatu priuare.*
4 *Papa Zacarias Childericum Regem Franciæ deposuit,& Pepinum patrẽ Caroli Imperatoris substituit.*
5 *Concilium prouinciale potest episcopum suspendere.*
6 *Concilium prouinciale quid proprie dicatur.*
7 *Sedes Apostolica olim erat apud Antiochiam.*
8 *Sedes Apostolica nunquam moritur sed durat perpetuo.*
9 *Rescriptum concessum ad beneplacitum Papę morte ipsius extinguitur secus si fuit concessum ad beneplacitum sedis apostо.*
10 *Episcopus de iure communi quantum ad potestatem instituendi & destituẽdi habet fundatam intentionem suam.*
11 *Ecclesia Cathedralis infra corpus ecclesiæ habet intentionem fundatam a iure communi.*

1 Apparet ergo†quod destitutio prælatorum maxime Episcoporum,papatui est reseruata & non alteri etiam legato de latere secundum Panor.in cap.j.in 8.col. de iudicijs.& sic nullus citra papam potest destituere episcopũ cap.accusatus.3.quæst.7.quod procedit dato, quod episcopus
2 esset hæreticus†quo casu contra eum inquisitor hæreticæ pra uitatis procedere non posset,sed hoc debet Romano Pontifici denunciare, vt est casus in cap.inquisitores de hæret.in 6.& in cap.& quasi intromittere,compellere ipsum.

Ex quibus apparet prælatos negligentes per totum de translatione prælatorum. vbi habetur ꝙ mortuo citra papam põt Episcopum a suo episcopatu remouere, licet deliquerit,ratio quia eius est destruere,cuius est condere,& omnis res per quascunq; causas nascitur per easdem dissoluitur. At causa efficiẽs Episcopum est papa,ergo per eum destitui debet.Hæc probari possunt in simili per.l.ex facto de vulg.& pupil.vbi hoc adnotant Docto.& in cap.j.de regu.iur. in antiq. & hoc dictum sequitur Pan.in c.cum super in 3.col.de causa poss.& proprietatis,vbi dicit ꝙ licet certus numerus Episcoporum in causa criminali possit cognoscere de causa contra Episcopum exigentem depositionem, nullus tñ citra papam põt illum deponere,& sic inferiores a papa pñt cognoscere: sed decisionem tenentur papæ reseruare:ergo spectare potest ad Archiepiscopũ vel legatum cognoscere,an Episcopus sit destituendus:a solo tñ papa põt destitui.ideo exponatis destitutio,id est,depositio ab officio,& beneficio:†& istud procedit in tantum,ꝙ pa
3 pa poterit Epm destituere,& illum Episcopatu priuare ẽt sine causa,vt est gl.sing.in c.ꝙ principalem. 9. q.3.q̃ sequitur Card. in cle.1.vt li.pen.& Panor.in c.translato.in gloss.2.de const.& Barba.in cap.ꝙ ad translationem.de offi.del.& Ias.in l.si reus. in fina.col.ff.de pact.ea ratione,quia papa in beneficialib.habet plenitudinẽ potestatis:vnde de beneficijs ecclesiarum prout vult, libere disponere poterit: & nedum clerico, verum ẽt prælato poterit auferre titulum beneficialem:quia ex quo in beneficijs habet plenam , & liberam administrationem non est necesse,ꝙ in auferendo apponat clausulam, non obstante aliqua lege Ale.consilio 2.incip.

Visis codicillis in primo volum.& maxime apud Christianos est tanta authoritas papæ qui, ex causa tamen ardua , potest principes seculares deponere, licet ei in temporalibus nõ
4 subijciantur,†quoniam Zacharias papa alias Childericum regem Franciæ deposuit,& in eius locum Pipinum patrem Caroli Imperatoris substituit cap.alius.decima quinta quæstion. sexta.

Addite tamen prædictis,quod notabiliter tradit Panor. in cap.graue nimis.in tertio notabili per illum textum de præb. quod concilium prouinciale, licet non possit Episcopum destituere,vt supra fuit dictum habet tamen iurisdictionem sup omnes de prouincia:ideo Episcopum,& cæteros prælatos po terit suspendere,concilium enim prouinciale proprie dicitur,
5 †quod Metropolitanus cum suis suffraganeis in sua prouincia celebrat,vt in cap.sicut de accusa.& in cap.graue de prebẽ dis:& text.clarior.in capitulo peruenit.decima octaua distin. & in ca.sextæ synodi.decima sexta distinctione. & prouincia proprie loquendo dicitur vna patria,seu regio,in qua constituitur vnus Dux,non autem intelligitur de Archiepiscopatu, sed de Monarchia vti de Francia,vel Hyspania, vt tradunt Innocen.& Pan.in c.vltra tertiam.de testib.citra tñ depositionẽ concilium prouinciale erit iudex,vt habetur in c.scitote. 6.q. 3.& notant Doctores in c.1.de iud.& refert Panor.in c.cum inferior.de maiorita.& obedien. quod si episcopus delinquat in territorio alterius prælati poterit ab eo iudicari,& puniri.

Et si quæratur,quare dicit ad nos,& sedem prædictam? Respondetur quia licet papa moriatur: † sedes tñ Apostolica,q̃
6 olim erat apud Antiochiam,iubente dño per Petrum fuit trãslata ad Romam miraculose,vt habetur in ca.rogamus.vigesi
7 ma quarta q.1.†talis ergo sedes nunq̃ moritur,sed durat perpetuo.capitulo si gratiose.de resc.in 6. vnde rescriptum cõcessum ad beneplacitum papæ morte ipsius extinguitur: †secus
8 si fuerit concessum ad beneplacitum sedis Apostolicæ, vt ibi
9 dicit tex.in alijs autem beneficijs secus est:†quia Episcopus in sua diœcesi habet fundatam intentionem suam de iure communi quoad potestatem instituendi,vel destituendi in capitulo nullus.& in capitulo omnes basilicæ.16.quęstio.7.cap.cum ex iniuncto versi.tam institutio quam destitutio noscitur pertinere extra de hære.& cap.cum venerabilis.& in capi. de Xenodochijs.de religio.domib.c.cum veniissent.& capitu. ex frequentibus de institutio.ꝙ est verum secundum dominũ Franciscum Marcum in decisione.109.quoad ius proprietatis, & non quoad ius possessorij c.olim in 3.de resti.spolia.& hæc decisio non procedit in prælato inferiori qui interdum ex cõsuetudine vel priuilegio habet potestatem instituendi, vel destituendi,vt in iuribus per eum ibi allegatis:†Idem dicatis:in ec
10 clesia Cathedrali q̃ infra corpus ecclesiæ hẽt intentionẽ fundatam de iure communi quoad destitutionem vel institutionẽ beneficiorũ:vt notat Pan.in c.ad audientiam in primo de ecclesijs ædifican.& in c.dilectus de capellis Monachorum.

Statim.

SVMMARIVM.

1 *Dictio statim nouem modis in iure intelligitur.*
2 *Dictio statim,prolata a iure proprie intelligitur sine interuallo.*
3 *Dictio statim importat canonem latæ sententiæ.*
4 *Dictiones incontinenti,mox,illico,protinus,continue,immediate, repente, cito, indilate, subito,ex continenti,quomodo accipiantur in iure.*
5 *Dictiones supradictæ debent recipere interpretationem & interuallum secundum arbitrium iudicis.*

Id est,factis informationibus super negligentia prælatorum & publico cõcubinatu & dicite quod hęc
1 dictio,statim,varijs modis potest capi in iure†interdum accipitur pro sex horis,capitulo tribus gradibus.de consecratio.dist. secunda,interdum denotat spacium vnius mensis, l.diuortio & ibi gloss.& Ale.ff.soluto matrimonio. interdum accipitur pro vno vel duobus mensibus,capitulo primo,§.si autem statim.extra de frigid.& malefic.

Aliquando intelligitur intra triginta dies,l.fina.ff.de tutoribus & cura.datis ab hijs.& in l.2.& ibi Lucas de Penn.de dec. lib.10.C.& in l.diu,ver.sed statim.de susceptoribus prępositis, & Archar.lib.10.C.interdum recipit interuallum decem dierum,l.promissor,ff.de const.pec.interdum intelligitur cũ quodam temperamento temporis,l.ꝙ dicimus,ff.de solu. & istud temperamentum magis intellectu percipi,q̃ locutione exprimi põt,vt dicit tex.in l.ratũ.in fi.titulo sup.allegato:interdum hæc dictio exponitur,id est,quã citius fieri poterit,vt in simili dicit glo.in capitulo quam sit de electio.in 6.interdum exponitur,id est,paulo post & ista exponit glo.in capitulo quicunque.in verbo statim septuagesima septima distinctione. interdum importat spatium viginti annorum,vt est tex.& ibi glos. in l.prima,§.fina.in verbo statim,ff.de iure fisci.& prædicta intelligatis,quod dictio statim secundum subiectam materiam. aliquando intelligitur de breuiori vel longiori tempore. per gloss. superius allegatam in dicto capitulo quicunque cui concordare videtur gloss. in capitulo primo in verbo incontinenti extra de mutuis petitionibus , & ita cum Barto.concludunt Moderni in l.prima, §.qui præsens. ff.de verborum oblig.

Tamen secundum propriam vim,& naturã huius dictionis,
2 statim,est vt†intelligat sine interuallo.vt declarãt Imo. & Ias. in dicta lege.diuortio.& Alex. post Baldum in præallegato

Digitized by Google

§.qui præſens.qui allegat text. in l. tutor qui repertorium in §. vſurę.ff.de adminiſtratio.tutorum.& in l. ædiles, §.idem ſcien dum,ff.de ędili.ędicto pro quibus facere videtur tex. in l.cum quidam.ante finem.ff.de leg. ſecundo maxime quando ꝑtur a iure quo caſu in his quæ per legem tantum poſſunt explicari ſignificant quid immediate fieri, & non in tempore aliquo:prout dicimus de verbo cōfeſtim a lege prolato: quia ntelligitur nullo medio interueniente, vt notat Bald. per illum textum in l.de pupillo.in §.ſi quis forte in verbo cōfeſtim ff. de oper. noui nunciatio. & iſto caſu idem importat ꝙ ipſo iure ſecundum Bartolum in l.Imperator, ff.de iure fiſci.pro quo adduco tex.ſingularem in lege prima,verſic.in re preſenti,id eſt,ſtatim. ff.de ſolutio importatque hæc dictio canonē latæ ſententiæ,vt miniſterium iudicis, & omne interuallum excludat gloſſ.eſt quæ hoc literaliter dicit in capitulo cum excommunicato in verbo ſtatim vndecima quæſtione tertia.& gloſſ.in l.commiſſa,in verbo ſtatim.quæ exponit,id eſt,ipſo iure,ff.de pub.& vectig.& iſta eſt communis opinio ſecundum Bartolum in l.iubemus.§.ſane,C.de ſacroſanctis eccleſi. & in præallegata,l.imperator.licet tex.& in l.in ſuis,ff. de ſuis,& legit.hæred.in verbo ſtatim ipſo iure:ſed dicite quod ibi verba ipſo iure fuerunt appoſita ad maiorem expreſſionem & clariorem demonſtrationem,†idem dicatis dedictionibus incontinenti,mox,illico,protinus,quæ idem ſignificant quod incōtinenti & ſtatim:& quando aliquid dicatur fieri ſtatim, vel incontinenti,videte Guidonem Papæ deciſione.132.idem dicatis de dictionibus continue,immediate,repente,cito,indilate, ſubito,& ex continenti quæ ſimiliter omnem moram excludunt & fere omnes canonem latæ ſententiæ important.

Ego autem dico,non obſtantibus ſuperius adductis,ꝙ hæc dictio,ſtatim,poſita in textu iſto non excludit moram:nec ēt habet certum terminum præfixum,merito†iſta dictio,& ſimiles recipient interpretationem arbitrio iudicis,l.prima in fi.ff. de iure deliberand.& cum iſta opinione reſidet Papormi. in capi.an ſit deferendum extra de appellationibus.vbi concludit,quod quando tales dictiones non habent certam determinationem a iure certe recipiunt interuallum ſecundum arbitrium boni iudicis,qui ex bono,& æquo in hoc arbitrabitur. iuxta l.ſi domus,§.in pecunia,ff.de legat.primo.& Bartolus & Baldus in l.fin.C.de his,qui a non domino.†vbi dicunt, quod dictio,incontinenti,intelligitur cum primum poterit arbitrio boni viri,quos ſequuntur Soci.& Are.in lege prima,ff.de verbo.obli.& ibi Ioan.de Imo.in d.§.qui præſens.vbi dicit ꝙ verbum,incontinenti,pōt extendi etiam vſq; ad decē annos, vt vim vi repellere liceat,quos ſequit Fel.in c.ſi vigilanti.de præſcr.& Doctores in l.clam.§.qui ad nundinas,ff.de acq. poſſeſſ. & ita hanc dictionem ſtatim intellexit papa hic vt intelligat, quam citius fieri poterit.

Cum proceſſu inquiſitionis ad nos deferantur.

SVMMARIVM.

1 *Procurator fiſcalis Epiſcopi non debet citare,vel alias moleſtare clericos ſine informationibus legitimis.*
2 *Conſuetudine Regni procceditur ſola via inquiſitionis contra delinquentes.*
3 *Titulus de accuſationibus non habet locum in regno,quia fiſcus dicitur accuſator.*
4 *Fiſcus nec pars priuata debent eſſe præſentes in reſponſionibus & confrontationibus.*

Senſus iſtius verſiculi,eſt, ꝙ licet Metropolitan', aut prælati inferiores a papa poſſint inquirere,& cognoſcere, an Epiſcopus ſit dignus priuatione pro negligentia, vel cōcubinatu,non tñ poterunt illum priuare:qa,vt dictum eſt,deſtitutio papæ tantum reſeruatur,& ſic cauſa Epiſcopi per concilium prouinciale,vel per Archiepiſcopum poteſt tractari vſq; ad depoſitionē exclnſiue,ſed realis depoſitio reſeruat papę vt in c.accuſatus.3.q.6.

Sed ſtatim apud papam deferuntur, & remittuntur cum ꝙ
1 ceſſu inquiſitionis,hoc eſt,cū informationib. †& prædicta facere vſit contra certos procuratores fiſcales Epiſcoporum, q nullis præcedentibus informationib.ſaltim legitimis,clericos perſonaliter citant,& ad iniquas compoſitiones inducunt, ꝙ prohibitum eſt per ordinationes regias,vt ex pluribus demōſtrat gloſſator conſuetudinum Burgundiæ folio quinquageſimo octauo col.4.vbi dicit ꝙ procurator non pōt trahere in iudicio ſine informationib.
2 †Hodie tamen in regno proceditur,ſola via,& ſic extraordinarie, vt tradit Bartolus in extrauaganti ad reprimendum in verbo inquiſitionem,& Guilielmus Benedicti in dicto capitulo Raynucius numero.200.vbi dicit,quod in præſenti Regno non habet locum titulus de accuſationibus, & indifferenter proceditur contra delinquentes per proceſſum extraordinarium ſola via inquiſitionis,&†in hoc regno accuſator dicitur
3 fiſcus,†qui fiſcus,nec pars priuata debet eſſe præſens in reſpōſionibus & confrontationib.accuſati,vt notat gl.in cap.in primis.2.q.1.

Et eadem diligentia & inquiſitio.

SVMMARIVM.

1 *Sola inquiſitio non eſt ſufficiens ad deſtituendum quem beneficio.*
2 *Inquiſitio ſummaria delictorum debet præcedere capturam clericorum.*
3 *Clerici ex debiliori inquiſitione capiendi et incarcerandi non ſunt.*
4 *Epiſcopus non poteſt reſtituere infamem.*
5 *Clericus tabellio condemnatus de falſo per Epiſcopum non poteſt reſtitui ab eo vt inſtrumenta conficiat.*
6 *Concubinarius,vel homicida vel alias irregularis,licet ſint digni priuatione,poſſunt tamen ante ſententiam reſignare beneficia niſi vacarent per contractum matrimonii.*

Exponite,diligentia,id eſt proceſſus, de quo ſupra fuit facta mentio,& ponderetis hic tex.†quod ſola inquiſitio,ſiue ſit generalis,ſiue ſpecialis non eſt ſufficiens ad deſtituendum,quem beneficio ſuo,niſi fuerit qualificata:vnde inq ſito debet dari copia articulorum ſuper fama capitulo qualiter. §.debet.de accuſa.niſi dicatis prout dicit Inno.in cap.cum dilecto.de ſententia excommunica.quem ſequitur Baldus in ſua Margarita in §.inquiſitio,ſcilicet,ꝙ inquiſitio dicatur proceſſus ordinarius,id eſt,legitimus, & ſic iſta inter ſe confūdun
2 tur,& notate quod inquiſitio ſummaria delictorum debet pcedere capturam clericorum : quia in criminali ad capturam perſonæ non poteſt procedi ſine cauſæ cognitione ſecundum Ioannem Andręę in capitulo ſi clericus de ſententia excommu-
3 nicationis in 6. † nec clerici ex debiliori inquiſitione capiendi,ſeu incarcerandi ſunt,cum ſola relaxatione a carcere non poſſunt reſtitui per iudices ad integritatem ſuæ famæ: qa
4 Epiſcopus non poteſt reſtituere infamem,cum hoc ſit reſeruatum principi.

Canoniſtæ poſt Innocentium in capitulo cum.T.de re iud.
5 †ideo ſi clericus tabellio per Epiſcopum ſit condemnatus de falſo,non poterit eum Epiſcopus reſtituere,vt inſtrumenta cō ficiat.

Sed quæro iuxta prædicta,vtrum valeat renunciatio beneficij facta ab illo contra quem iuquiritur de crimine digno priuatione?concludite quod ſic,ita decidit Fely.in capitulo in noſtra in antepenultima columna.in verſiculo quinto extra de reſcript.qui allegat gloſſ.in capitulo final.in verbo finita, vt lite pendente,libro 6.&†ideo concubinarius, vel homicida vel
6 alias irregularis:licet ſint digni priuatione,tamen ante ſententiam declaratoriam poſſunt reſignare quibus volunt, ante q̄ deponantur,ſecus in caſu in quo eſſent priuati ipſo iure, puta per contractum matrimonij quo caſu non poſſent reſignare in fauorem alterius, Innocentius in capitulo cum noſtris de conceſ.prębend.

In quibuſcunque generalibus capitulis, etiam prouincialibus,quoad eos ſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Capitulum mortuo epiſcopo poteſt clericos publicos concubinarios deſtituere, priuare, excommunicare,et ſuſpendere ab officiis,et beneficiis.*
2 *Capitulum ſede vacante poteſt facere ſtatuta,ſynodum congregare,visitare ſi opus ſit inquirere et punire de maximis criminibus,quia ſuccedit epiſcopo; poteſtque inquirere contra hæreticum et inquisitum detinere in carceribus Epiſcopalibus et non in propriis.*

Quia ſicut ſynodus Epiſcopalis & Metropolitana,bis in anno celebrantur, ſic etiam eccleſia Cathedralis,vel Metropolitana celebrat capitula generalia,in quibus accuratius tractatur de vitæ continentia, de moribus ipſorum clericorum fornicantium, aut aliter delinquentium.

Cœterum conſiderare poteritis, quod textus iſte non patitur iſtam expoſitionem: quia iſta dictio prouincialibus, non refertur ad Epiſcopatum, vel Archiepiſcopatum: ſed debet intelligi de Monarchia, ſcilicet de Francia,

vel

Digitized by Google

vel Hispania, vel Anglia, vel Italia, vel de alia simili regione, quæ proprie secundum terminos iuris dicitur prouincia secundum Innocentium, & Panormita. in d. cap. vltra tertiã in fi. ext. de testib. qui allegant text. in l. notionem. in §. 1. ff. de verborum, & rerum significatione. quanuis secundum largã interpretationem canonum per Archiepiscopatus distinguãtur prouinciæ.

Nunc quæritur an capitulum mortuo, vel destituto Episcopo possit clericos publicos concubinarios iuxta formam huius constitutionis destituere, priuare excommunicare, & suspendere ab eorum officijs, & beneficijs. †concludite, ꝙ sic:
1 quia sede vacante capitulum succedit quoad omnem ordinariam, & plenariam iurisdictionem, quę competebat Episcopo mortuo: ita in specie concludunt domini de Rota in decisio. 111. incipiente fuit dubitatum, sub titu. de renuncia. in nouis, quod idem sequitur Fede. de Senis in tracta. permutationis, in q. 36. & clarius, in q. 30. incipiente, an capitulum sede vacante. vbi arguit ad vtranque partem, & tandem con-
2 cludit, †ꝙ sede vacante, potest facere statuta, congregare synodum episcopalem qualificatiue tamen visitare, si opus sit inquirere, & punire de maximis criminibus. cap. ad abolendam. in verbo sede vacante. ext. de hęretic. & ideo quicquid potest episcopus viuens in corrigendo crimina, & mores reformando, & puniendo potest capitulum sede vacante, prout notant Doc. in c. hisque. de maio. & obe. & in c. 1. e. tit. in 6. ex quo capitulum succedit Episcopo generaliter in spiritualibus, & temporalibus. alias tempore vacationis crimina remanerent impunita, ꝙ esse non debet. vt notat. in cle. j. in verbo capituli. de hęret. per quam singulariter decidit dominus Franc. de Pauiuis, in titu. de officio, & potestate capituli, in 6. q. ꝙ si capitulum in casu præmisso inquirat contra hæreticũ debet tenere inquisitum in carceribus episcopalibus, & non in proprijs: quia hoc non facit iure proprio: sed vt administrator Episcopi. limitetis prædictam decisionem procedere ĩ clericis, & non in Abbatibus qui a c. sede vacante, propter talia crimina priuari, & destitui non possunt, ex quo casus iste est de grauorib. ideo punitio ad solum capitulum etiam generale non spectat: & ita videtur residere Dominicus in c. 1. de pœniten. & remissionibus. in 6.

Pœnis alijs.

SVMMARIVM.

1 *Dictio aliis, est repetitiua similium, & denotat relationem præcedentium.*
2 *Dictio alius alia, licet sit implicatiua similium non tamen implicat maiora.*
3 *Concubinatus pœna vna per alteram non confunditur.*

Quas tradit Hostiensis in tit. de cohabitatione clerि. & mulierum. quarum optio, ex quo sunt diuersæ, remanet in arbitrio iudicis: sed quæ sunt alię pęnę quibus puniuntur concubinarij publici? videtur ꝙ sint li-
1 miles. sup. scriptis, tantum † propter dictionem aliis, quæ de sui natura est repetitiua similium, & donat regulariter relationem præcedentium cum eadem qualitate, & sic implicat similia glo. in l. si fugitiui. in verbo alia pœna. C. de seruis fugitiuis. & glo. in l. j. §. 1. in verbo aliam causam. ff. de pollicitat. & glo. in l. 1. in verbo alio quocunque. ff. mandati. & gl. in cl. Abbat. in verbo alij de rescriptis. & hoc sequitur Lud. de Ro. in consi. 485. incipiente in casu, & Panor. in c. sacris. de sepulturis. vbi dicit quod hęc dictio alijs facit positionem eiusdẽ qualitatis cum præcedentibus. Vos autem domini dicatis cõtrarium, ꝙ immo clerici pro publico concubinatu non puniuntur similibus pœnis tantum: sed aliquando grauius aliquando leuius & sic dictio aliis non semper est implicatiua, seu repetitiua similium glo. in l. Iulianus. ff. de hæredibus instituendis. & glo. magistralis, in l. non solum, §. quæritur. ff. de procuratoribus. quam sequitur Hypolitus de Marsiliis in rub. C. de procurato. vbi glos. adducit exemplum de sacra scriptura dicente Christus fuit crucifixus, & alii duo latrones cum eo non, propterea sequitur ꝙ Christus fuerit eiusdem qualitatis, & sic latro, nec valet argumentũ propter absurditatem euitandam: hoc idem tenet Panor. in cap. accedens. in fina. coll. de prębend.

Si tamen iungeretur cum dictione quanuis, tunc comprehenderentur pœnæ maiores expressis, ut decidit Alexan. con-
2 sil. 7. incip. attentis. in 7. volu. & sic licet dictio alius alia, implicet similia, & non maiora, vt in ca. sedes apostolica: de rescript. tamen fallit quando esset adiecta verbo vniuersali, quo casu comprahenduntur maiora expressis, glo. in cle. 1. de re iudi. & ibi Imol. & glo. in cap. quauis. in verbo quolibet. de electio. in 6. exponatis ergo ista verba pœnis aliis, scilicet similibus, & vel minoribus, & etiam omnibus: quia in odium concubinatus per impositionem pœnæ positæ in ista constitutione, aliç, quę sunt inserte in corpore iuris non videntur relaxa-
3 tę: †& sic vna non confunditur per alteram, licet vna imponatur ipso iure, & alia per hominem quod etiam habet locum in criminalibus imponendis coram diuersis iudicibus: tunc condemnatus per iudicem ecclesiasticum potest accusari, & puniri per iudicem secularem, ut est casus c. fœlicis. §. per hoc quoque. de pœnis. in 6.

Contrapradictos.

SVMMARIVM.

1 *Clerici concubinarii an possint donare concubinæ.*
2 *Meretrix licet sit turpis persona non tamen est infamis nisi esset deprehẽsa in adulterio.*
3 *Donatio, vel legatum factum meretrici valet de iure.*
4 *Meretrix non turpiter recipit quod sibi donatur.*
5 *Coniunctus potest meretricem coniunctam instituere.*
6 *Meretrici ius in pignore acquiritur.*
7 *Donatio, vel promissio, vel datio pignoris facta meretrici valet de iure.*
8 *Peccat grauiter qui promissa meretrici non seruat.*
9 *Donatum meretrici an in foro animæ debeat restitui, distinguitur.*
10 *Meretrix de acquisitis in meretricio potest testari, & alias ad voluntatem disponere.*
11 *Papa testari potest.*
12 *Cautela quod meretrix de acquisitis in meretricio non possit testari nec alias disponere.*
13 *Meretrix an de acquisitis ex meretricio possit facere elemosynam, & decimas persoluere.*
14 *Tripliciter aliquid dicitur esse illicite acquisitum.*
15 *Mammon, quomodo intelligitur facite vobis amicos de mammona iniquitatis.*
16 *Miles non potest donare focariæ.*
17 *Concubina an possit hæres institui a concubinario.*
18 *Frater in tribus casibus quærelat testamentum fratris etiam instituta turpi persona.*
19 *Triplex ratio quare miles non potest dontare focariæ.*
20 *Doctores, & aduocati concubinis donare non possunt.*
21 *Dispensator est quilibet in re sua, licet abutatur.*
22 *Clerici constituti in sacris non possunt donare concubinis efficaciter, & redditur ratio.*
23 *Sacerdoti non datur repetitio rerum donatarum, & traditarum ipsi concubinæ, licet a fisco possint vendicari.*
24 *Donatio facta coucubinæ per clericum, vel doctorem, vel militem valet in tribus casibus.*
25 *Donatio an firmetur iuramento inter personas prohibitas.*
26 *Sacerdos an possit donare concubinæ, uel illam instituere propter gratuita seruitia distinguitur.*
27 *Assertio meritorum facta inter personas prohibitas, & quid si sacerdos ex causa mutui confiteatur se debere. x. & ita iurat in testamento, vel alias.*

Scilicet publicos concubinarios, qui vltra pęnas insertas in hac constitutione plurib. aliis puniuntur, quæ in corpore vtriusque iuris dispersæ sunt ex quib. Moderni hic studiosẽ. 30. enumerant, quas patiuntur concubinarii, sed dicite ꝙ plures ex his poti⁹ sunt damna, & incommoda concubinatus, quã pęnę, quæ p iudicem possint irrogari, ego autem septimam in ordine examinabo, quę multoties ĩ iure, & in facto vertitur, aliquid ad-
1 dendo in qua hr̃: † ꝙ clerici concubinarii prohibentur donare publicę concubinę, sed antequam ad decisionem huius articuli deueniam, quatuor subleuabo dubitationes, prima an meretrices licite acquirere possint, ita ꝙ si meretrici aliqd fuerit donatum, vel relictum valeat talis donatio, vel legatũ, vel an remoueatur ab ea tanquam ab incapaci, & debeat ap-
2 plicari fisco, prout dicimus de aliis personis incapacib. † attẽto maxime: quia est turpis persona. l. Pantonius, in verbo turpes personę veluti meretrices, ff. si quis a parente fuerit manumiss: non tamen est infamis, l. pe. ff. de infami. nisi esset deprehensa in adulterio. l. palam. §. quę in adulterio. ff. de ritu nupt. istum punctum tractat Bart. in l. affectionis. ff. de donat. & in l. miles ita. §. mulier ff. de militari testa. vbi determinat vtrum legatum factum meretrici sit validum. hanc post Bar. plene examinant Pau. de Cast. Alex. Ias. & Moderni in §. sed ꝙ meretrici. l. item. ff. de condi ob turp. cau. Cyn. in l. 2. & in l. Mercalem. C. eo. titu. vbi quęrit an causa libidinis possit repeti, & Bart. in l. non dubium. C. de legib. & Io. Andr. in regula in pari. de regu. iuris, in 6. igitur ad institutam redeamus quęstionem.

Con-

Digitized by Google

3 Cõcluditeꝛ ꝙ donatio, vel legatũ factum iſtis meretricib. valet,& tenet de iure,vt eſt caſus in d. l.affectionis.quę ſub in diuiduo hoc litteraliter dicit,& tex.in l.3.§.ſed quod meretrici ſupra allegato.nec illud ꝙ eſt donatum meretrici cauſa libidinis repeti poteſt,vt eſt caſus,in l.cum te.de condi. ob turpem cauſam:& ita concludunt Cy.Bald.& Sal.in d. l.Mercalem.rationem aſſignat text. in di. §.ſed ꝙ meretrici.quia ſolũ modo ex parte donantis, quia licet meretrix tupiter faciat
4 ex eo:quia ipſa eſt metetrix† tamen ex quo eſt meretrix non turpiter recipit quod ſibi donatur,gl.eſt in c.ex tranſmiſſa, in verbo licite.extra de decimis.Si ergo meretrix turpiter nõ recipit,ꝙ ſibi donatur certe efficitur domina rei donatę, vnde donanti nulla competit repetitio, & iſtam opinionem tenet Iaſon in d.l.miles.de re iudicata. qui refert alias conſuluiſſe de quodam teſtatore, qui mulierem impudicam quam longo tempore tenuerat in ſuo contubernio hęredem inſtituit, valet enim talis inſtitutio,& idem tenet Ange. in Auth.quib. modis naturales efficiantur legitimi. circa principium ꝑ quẽ
5 text.decidit † ꝙ coniunctus poteſt in suo teſtamẽto relinque re omnia bona ſua meretrici coniunctę.& hoc no. Doc.in l. 3.in fi.ff.de condi.ob tur.cau.

Et iſta concluſio non ſolum procedit, quando res donata eſſet ex epedita,& tradita meretrici,verum etiam habet locũ ſi ei duntaxat pignus fuerat traditum, quia iſto caſu meretrix non ſolum poterit retinere pignus,ſed etiam poterit agere ꝓ donatorem,ut illud redimat, & ideo ſicut dominium rei traditæ acquiritur donatario per traditionem, ſic etiam meretrici ius in pignore videtur eſſe acquiſitum, ex quo dicit Cyn.in l.2.C.de condictione ob turpem cauſam. ꝙ ſi ſcholaris pro-
6 miſerit meretrici † aliquam quantitem pecunię propter libidinem cũ ea habitam,& ipſa faciat eum citari coram recto re,vel doctore vniuerſitatis certe efficaciter poterit petere ꝙ per ſcholarem fuerat ei promiſſum, quia qui retinet meretrici,ꝙ promiſſum eſt iniuſte facere videtur, & ita communiter concludunt Bar. & Alex. in d. §.ſed ꝙ meretrici. ꝙ donatio, vel promiſſio vel datio pignoris facta.meretrici valet de iure,nec ab ea per fiſcum auferri poteſt, ꝙ dictum refert Pa. de Caſt.in prędallegato.§.& iſtam opinionem ſequitur Pano. in cap.quia plerique,in v.colu. extra de immunitate eccleſia. vbi concludit tales donationes,uel promiſſiones factas mere
7 tricibus valere.†& grauiter peccat qui promiſſa meretrici nõ ſeruat, quia ſicut meretrix turpiter non recipit ꝙ ſibi donatur,ſic etiam turpiter non ſtipulatur vel recipit promiſſionẽ.

Secunda oritur dubitatio au illud,ꝙ eſt datum uel promiſſum meretricibns debeat reſtitui in foro animę & ſi non reſtiatur, an fiſcus poſſit illa auferre tanquam ab incapacibus?
8 Pau.de Caſ.in d.§.ſed quod meretrici†diſtinguit meretricem publicã, & priuatam,ſi meretrici publice donatũ fuerit,quę palam quæſtum faciebat non tenetur ad reſtitutionem, nec illud fiſcus poterit auferre manum apponere etiã poſt mortem meretricis:quia ex quo erat meretrix publica, licite acqſiuit ꝙ ſibi donatum fuit,& refert Cyn.in d.l.cum te.ꝙ iſta videtur eſſe verior opinio, quam ſequitur Panor. in d. c.quia pleriq; ſi vere donatio fuerit facta alteri ob libidinem, quæ proprie non erat meretrix. quia in his attẽditur propria ſignificatio, & iſto caſu ex quo iniuſte recipit, quia adulterium, vel ſtuprum commiſit non efficitur ſitum & licet dominium rerum donatarum tranſeat in talem mulierem tamen fiſcus ablator iniuſte acquiſiti totum ab ea auferre poterit: Ratio eſt quia ex quo iſta mulier non erat publica meretrix palã faciens quęſtum quod recipit dicitur turpite recepiſſe: vnde in ea ceſſat diſpoſitio illius.§.ſed quod meretrici.merito ex promiſſione agere non poterit: immo recepta in foro in animæ tenetur reſtituere alias fiſcus poterit illa occupare & ita communiter de iure tenetur.

9 Tertia oritur dubitatio † an meretrix de his, quæ in meretricio acquirat poſſit teſtari,& alias,prout vult diſponere?Cynus in d.cum te tenuit ꝙ ſic,idem tenet Bald.in l.1.C.de condi.ob turpẽ cauſam.& Albe.in l.ſi quęramus, ff.de teſtam.& Panor.in d. c. quia plerique & in c.cum decorem extra de vita & honeſta.clerico.vbi atteſtatur iſtam eſſe communem ea ratione,quia edictum de teſtamentis eſt prohibitorium & q-libet poteſt teſtari niſi expreſſe prohibeatur ſecundum Alb. in d.l.ſi quæramus vnde papa poteſt teſtari prout tamen declarat idem Albe.in Authen.licentiam. C.de epiſco.& cle.& in l.cum hæredes.C.qui teſta.facer.poſſunt.ſed iure non reperitur deciſum ꝙ meretrix prohibeatur teſtari & iſtã opinionem inſequuntur Iaſo.& Moder.in d.l.miles.de re iudica.vbi dicunt,ꝙ meretrix,& quęlibet alia mulier impudica habet teſtamẽti factionem.actiuam,& paſſiuam vnde poteſt vniuerſalem hæredem facere, & hæres vniuerſalis inſtitui ex quo directo non prohibetur idem tenuit Ange.in tracta.de teſtam. in 15.col.vbi dicit, ꝙ mulier quæ facit quæſtum corpore ſuo poteſt teſtari allegat text.in l.ſed & qui.ff.ad Trebel.quę opinio ſecũdum Doctores procedit in meretricibus palam quęſtum facientibus.uel in aliis mulieribus impudicis in quib. nõ poteſt cadere adulterium, ſtuprum, vel incœſtus quia in illis coitus a lege ciuili nõ eſt criminaliter damnatus patet ergo, ꝙ tales metetrices, tam inter viuos quam in vltima volunt. de acquiſitis in meretricio prout volunt,poſſunt, diſponere.
10 † Sed quod meretrix de acquiſitis in meretricio teſtari,aut alias diſponere non poſſet,Bald.in d.c.cum decorem. & Iaſ.in d.§.ſed quod meretri.tradunt cautelam ſcilicet, ꝙ conſanguinei meretricis ſibi faciant facere a iudice interdictionem bonorum,hoc enim ae iudicem ſpectat per tex.iunc.gl.in l.mulier.ff.de cura. furio. & per hoc erit ſibi interdicta bonorum diſpoſitio tam inter viuos,quam in vltima voluntate iuxta l. is, cui bonis.ff.de verbo.obli.

Quarta oritur dubitatio, an meretrix poſſit de acquiſitis
11 ex meretricio facere eleemoſynã & decimas perſoluere? † videtur ꝙ ſic per glo.quæ arguit ad vtranque partem in cap.ex tranſmiſſa in verbo licite de decimis,& tandem concludit affirmatiue: addite in verbo illicitis & in cap.non putandum.j. quęſtione prima.& refert Pau.de Caſtro in d. §. ſed quod meretrici,quod meretrix,quę publice ſe exhibet de eo,quod acquirit,poteſt facere eleemoſynam.& iſta eſt communis ſecũdum Pano.in d.cap.quia plerique,quæ deciſio ſecundum Archidiac.in d.cap.non putanda. non procedit in oblationibus quæ fieri non debent ex quęſtu quæſito meretricio.Huius vero dicti ratio deprehendi poteſt ex canonibus prędcedentibus eadem cauſa,& quæſtione,& ibidem videre poteris Archid. & Aegidium,vbi multa de quæſtu meretricio ediſſerũt Theologi autem tenent contrarium quod de tali lucro.non debet fieri eleemoſyna.cap.eleemoſyna. 14.q.5. vbi dicitur ꝙ eleemoſyna.placet deo, ſi eſt facta de reb. licite quęſitis, ſed omne turpe lucrum dicitur illicite quęſitum, ergo ſacrificium, vel oblatio ſeu eleemoſyna de meretricio, offerri non debet & habetur Deuteronomij.24.dum dicit non erit meretrix de filiabus Iſrael,nec offeres mercedem proſtibuli,nec precium carnis in domo Dei tui: vnde Auguſtinus in libro de verbis domini dicit facite eleemoſynam de iuſtis laboribus, & non de fœnore & vſuris,ac illicite acquiſitis. Reſtat ergo quod de quęſtu meretricali eleemoſyna fieri non debet.Or quę iſtarũ ſit verior opinio.

Breuiter concordando theologos cum canoniſtis,& legiſtis reſpondetur,quod tripliciter aliquid dicitur illicite acqui
12 ſitum: † primo quando illud non poteſt retineri per acquirẽtem,ſicut contingit in furto,rapina & in vſuris,quia acquirẽs de illis tenetur facere reſtitutionem, merito de eo eleemoſyna fieri non debet:ſecundo aliquid dicitur eſſe illicite acquiſitum:ita quod acquirens non poteſt pro ſe retinere, nec etiã tenetur reſtituere illi a quo acquiſiuit vt contingit in eo qđ acquiſitum eſt per ſimoniam,iſto.caſu obſtante lege diuina ex quo non debet fieri retentio neque reſtitutio,illud illicite acquiſitum debet erogari pauperibes. tertio aliquid poteſt dici illicite acquiſitum nõ quod ipſa acquiſitio ſit illicita: ſed illud ex quo acquiritur eſt illicitum, ut in eo quod acquiritur per meretricem quoniam illud vocatur turpe lucrum,qa quod metetrix meretricium exerceat turpiter agit: quia facit contra legem Dei: tamen tale lucrum iuſte ipſa retinere poteſt:nec a fiſco vendicari poteſt,ergo licite de eo, poteſt fieri eleemoſyna & hoc probatnr Lucę. 16.c.in quo dicitur facite vobis amicos de mammona iniquitatis:Mammona enim ſi-
13 gnificat diuitias : † quia Mammon erat Deus diuitiarum ergo de diuitijs inique acquiſitis poteſt ſibi aliquis facere amicos ſpirituales eleemoſynas largiẽdo : etiam de quęſtu meretricali & cum hac opinione reſidet beatus Thomas de Aquino ſecunda ſecundæ 32.q.procedit, ut dixi in talibus mulieribns quę proprie ſunt meretrices faciẽtes palam quæſtum ſui corporis.

Redeamus ad inſtitutam quęſtionem an donatio,uel legatum concubinę factum teneat,de iure diſtinguendum eſt:aut qualitas perſonę nõ repugnat ꝙ donari poſſit & valet donatio,ideo ſi laycus nõ habito reſpectu ad coitum præſentem, vel pręteritum donaret concubinæ ſuę ductus pietate ut poſſit matrimonio collocari,& ut a concubinatu retrahatur:talis donatio de iure valet.Immo efficacius valeret, ſi eſſet collata in illam quę iam deſierat eſſe concubina,gloſ.in l.miles ita in §.mulier.ff.de milit.teſta. ſecus ſi donaretur futuræ concubinæ:quo caſu non valeret,Alexand in additio. ad Bart.in d.l.affectionis.nec abſolute prohibetur de iure quin legari,& donari poſſit concubinæ.l.donationes in concubinam, ff.de donationibus,vbi habetur quod donatio facta cõcubinæ reuocari nõ poteſt, licet ex poſt facto fuerit ſecutum matrimonium,quia a principio ualuit. Si ergo illi donari poteſt multo fortius legari.l.item legatum.§.parni refert,& l.qui concubinam.ff de leg.3.& in l.ſi prędia.ff.de dona. inter virum & vxorem, vbi habetur quod licet non valeat donatio inter cõiuges

Digitized by Google

iuges valet tamen inter concubinarium & concubinam licet fuerit facta tempore concubinatus: quia cuilibet potest donare nisi expresse prohibeatur etiam si donatarius sit absens,l.nec ambigi.C.de donat. & in l.absenti.ff.eo.ti.q̃ procedit etiam si donatio fieret inter extraneos.titulo supra allegato,& q̃ donatio facta concubinæ per laycum valeat, est casus per locum a speciali.in l. 2. C.de donationib. inter virum
15 & vxorem.nam in casib. illis.l. † est speciale in milite vt forcarię non possit donare: ergo in aliis laicis & & paganis ius cõmune est in contrarium : ex quibus patet laycum posse suæ concubinæ donare,& legare.

16 Dubitatur an a concubinario possit hæres instituí: † dicite aut concubinarius nullos habet fratres, tunc instituí potest, secus si fratres habeat,quia tunc non potest in prẽiudicium illorum.Ang.qui ita refert consuluisse,consi.171.incipien.sup puncto ea ratione,quia frater potest quẽrelare testamentum instituta turpi persona.l.fratres,& l.fratris.C.de inoffi.testam. quod procedit quando esset institutus infamis infamia facti propter illa verba,leuis notę macula:posita in d.l.fratres.glo. & ibi hoc notat Io.And.in c.omnipotens.de accusatio.† quæ
17 decisio non procedit in tribus casibus, in quibus frater non quærelat testamentum fratris etiam instituta turpi persona: primo quando frater testator habet filios naturales & legitimos: secundo quando frater qui præteritur esset naturalis tãtum cum non habeat iura agnationis, quia sicut naturalis tantum repellitur a quærela,sic multo fortius frater naturalis, tertio quando frater institutus esset turpis persona sicut institutus, & ideo cum concubina sit persona inhonesta & turpis.ut præallegata l.Pantonius. ergo tamquã turpis persona in præiudicium fratris instituí non debet, & si secus factum fuerit, rumpetur testamentum per quærelam & frater exclusa concubina succedet ab intestato,si quarta sibi relicta non fuerit,ut concludit Bald.in d.l.1. supra allegata.

Sum modo in secundo membro distinctionis,scilicet,quãdo qualitas personæ non patitur,q̃ donari possit puta: qa ille qui donat est miles quo casu non valet, vt est casus in d.l.miles ita hæredem, in §. mulier. vbi dicitur quod mulier in qua potest cadere turpis suspicio nihil potest capere ex testamento militis,ut idem tenet Aufre. decisione. 141. vbi dicit q̃ adulter potest legare adulterę, nisi sit miles: & ista prohibitio procedit in tantum q̃ illud quod est relictum muleri, quam miles per stuprum cognouerat vendicatur a fisco. l.mulierẽ. ff.de his quibus vt indig.quia ex quo turpiter datur, turpiter recipitur,merito ad fiscum pertinet.l.Claudius. versi.non ad mulierem,sed ad fiscum pertinet,titu. supra proxime allega-
18 to: † & triplex datur ratio quare miles prohibetur donare cõcubinæ,& non paganus,prima, quia miles præsumitur omnia acquisiisse a re pnblica, vnde videretur indignum q̃ bona reipublicæ deueniant ad meretrices secundum Barto. & Docto.in d.l.miles, & in d. l. affectionis. secunda ratio est ne miles propter talem donationem efficiatur pauperior,vt postea armis inseruire non possit.Tertia ratio prohibitionis est, ne deserat arma,qui verisimiliter persuasionibus,& fictis adulationibus meretricis illa dosereret. Quarta ratio est,quã tradit.Ange.in d.§.mulier. scilicet vt milites castitate seruata fortiores,& audaciores reddantur ad arma,vnde scribit Victorinus, q̃ olim dum pugnari debebat focariæ, expellebantur a bello,& sic remanet firmata conclusio,quod milites armatæ militiæ concubinis seu suis focariis prohibentur donare.

Dubitatur an hęc decisio habeat locum in doctoribus, & aduocatis? dicite,q̃ sic, quia dicũtur milites legalis militię,& in pluribus ęquiparantur militibus armatæ militię, ut tradit Host.in titu.de dona.& Io.And.in cap.de his.extra de sepultu-
19 ris.& ista est communis opinio,† q̃ tales suis concubinis donare non possunt,quam sequitur Barto.& Ange. in di. l.affectionis.Sed aduertite,q̃ ibi Bart.nullam mentionem facit de doctore:sed tantum loquitur de clericis, & sic de militibus cęlestis militię, istam communiorem opinionem sequitur Lãcelotus Galiaula,in l centurio.in quarta dubitatione principali. ff. de vul. qui allegat Barto. hoc tenentem.in l.miles ita hęredem.in §.mulier.ff.de militari testamento. sed vos etiam aduertite:quia vbi Barto. similiter nullam mentionem facit de doctore, nec etiam, in l.miles, de re iudicata.sed loquitur tantum de patrono causarum sicut Hostiensis: tamen Alex. in d.l.centurio.dicit communem opinionem esse tenendam, q̃ doctor concubinę suę donare non potest, ratio est, quia Doctores gaudẽt priuilegio militum, vnde priuilegium substituendi iure directo post aditam hęditatem, & post pupillarem ętatem competit Doctoribus,& aduocatis,quia nõ minus prouident humano generi quam si patriam armis defenderent.l.aduocati. C. de aduocat. diuersorum iudicum. & refert Host.in procemio summę,q̃ aduocati fideles, & iusti iudices vitam actiuam sinè plica ducentes talis vita esset magis fructifera,quam uita contemplatiua, & sic rationes quę habent locum in milite habent locum in doctore qui etiam per fictas adulationes induceretur ad donãdum concubinę, & ex post deduceretur ad paupertatem, & finaliter retraheretur ab vtilitate publica.

Sed videtur q̃ hęc argumentatio, quæ fit de milite ad doctorem non sit bona,patet, quia q̃ miles non possit donare concubinæ est contra ius commune, quo iure cauetur q̃ qui
20 libet potest donare nisi expresse prohibetur: † ex quo quilibet est dispensator in re sua,licet illa abutatur:quoniam in ciuile videtur ingenuis hominibus non habere facultatem rerum suarum alienandarum, l.non vsque ff.si quis a par.fuer. manumis.& appellatione alienationis venit omnis actus per quem inducitur trnaslatio domini, vt Doctores tradunt in l.fi.C.de iure emphyteu.ideo iura,quę dicunt militem nõ posse donare concubinæ videntur odiosa: ergo restringi debẽt, vt tantum militem,& non doctorem, & aduocatum comprehendant,sed verior est prior sententia,quia si finalis ratio & impulsiua, quę est in casu a quo fit extẽsio habeat locum in casu extento, de utroque idem ius disponi videtur,etiam ĩ odiosis, sed ratio finalis propter quã miles prohibetur donare concubinæ,est:ne deducatur ad paupertatem, & per consequens,ne retrahatur a bono publico, quę ratio habet etiã locum in doctore,qui tanquam vir effœminatus,& impudicus retraheretur a studio,& consultatione, patrocinio,& lectura, & sic ab vtilitate publica : ideo considerata ratione finali prohibitio legis extenditur ad doctorem,& aduocatum.

Vltimo loco videndum est, an clerici constituti in sacris
21 possunt efficaciter donare eorum concubinis.† concludite q̃ non,argumento l.miles.ff.de re iudicata, & eius effectu.& ibi notatur in glo.& in l.miles,ita hęredem,in §.mulier.ff.de militari testamento.quę iura loquuntur in milite donante, vel legante concubinę ergo multo magis debent habere locum in milite cœlestis militię,ut ibi dicit Barto. per glo.in d. l.miles.& in l.affectionis, q̃ iura irritantia donationem factã concubinę per militem habent locum in clerico:idem tenẽt Barto.& Sal.in l.secunda arguendo a speciali.C.de donation. inter virum,& vxorem.Host.& Ioan.And.in cap. de his.de sepulturis.Panor.in cap.fina.de donationibus inter uirum, & vxorem.Fely.in cap.cum ex officii de prescriptionibus. & idẽ Panor.in c.1.de clerico ægrotante.vbi ex pluribus concludit, q̃ quantum ad prohibitionem miles, & clericus parificãtur, quia miles secularis honorabilior non est clerico.c.duo sunt. 96.distict. & refert Ricardum Malumbra ita disputãdo tenuisse,quem sequitur Bar.in d.l.affectionis. & clericus in l.mulie-
22 rem.de his,quibus vt indignis hęreditas aufertur. † & ista est communis opinio, quam sequitur Aufre. in decisione. 141. vbi dicit q̃ adulter in suo testamento potest legare adulterę: dummodo non sit miles armatę,uel cœlestis militię, qui refert Cy.hoc tenentem,in d.l.mulierem.

Ratio est,quia clericus dicitur miles,cap.militare.23.quęst. 1.& refert Alexan.in d.l.Centurio.q̃ priuilegia,& omnia iura exorbitantia facientia mentionem de milite armatę militię habent locum in milite cœlestis militię. Panormitanus, in cap.Episcopus.extra de præbend.& dignitatibus.& in capi. quęrelam. de iureiurando. hoc idem tenet Mathesilanus in notabili.61.licet Soc.fuerit in contraria opinione,sed precedens est verior, quia ratio finalis:quę est in milite, & doctore ne militia, & lectura retrahantur propter publicam utilitatẽ, vendicat sibi locum in clericis,ne a diuinis distrahãtur: quia in eis non minor, sed maior vertitur vtilitas,vnde Aaron pugnabat & Moyses orando vincebat.Ex premissis restat, quod donatio,vel legatum factum concubinę per clericum de iure improbatur,infertur ex hoc, q̃ pro donatione facta concubinę non poterit ipsa habere actionem efficacem contra presbyterum donatem,si res tradita non fuerit: quia pro his, quę sunt turpiter promissa non datur actió.l.2.C.de condict. ob turpem causam.sed si res donatę essent concubinę traditę,& clericus vellet illas repetere velut ex contractu inutili, & a iure reprobato, certe non posset, quia in pari causa turpitudinis fieret melior conditio possidentis.regula in pari. de
23 regulis iuris.in 6.& notetis, q̃ licet† sacerdoti non detur repetitio rerum donatarum,& traditarum ipsi concubinę: tamẽ absolute non erunt ipsius focariæ,sed ab ea tanquam a persona incapaci per fiscum auferuntur,sed an illę res donatæ concubinæ per clericum acquirantur fisco imperii, hoc est temporali,vel fisco ecclesiæ dicam infra de filiis sacerdotum.

24 Prædicta conclusio non procedit in tribus casibus,† primo si clericus,vel doctor, vel miles iurauerit dictam donationẽ obseruare:quia si iuramentum faciat actum alias a lege improbatum valeret, ut in terminis in milite decidit Dominus Anto.de Petrucia doctor Caturcensis, in l.1.in 3. notabili.ff. de iurciu.Roma.consi.43.incipiente ad primum,qui refert Federicum de Senis ita consuluisse.& Anto.de Butrig. in c.cum
25 contingat.de iureiuran. † quia sicut inter coniunges donatio

firma-

Digitized by Google

firmatur iuramento ita inter concubinarium, & concubinam,quia inter iure ciuili nulla aut parua erat differẽtia: niſi quantum ad honorem,& dignitatem, vt in d.§. parui refert. ſecundo non procedit quando donatio eſſet facta concubinæ per Regem,vel principem qui eſſet ſupra legem ſecundũ Baldum conſi.456.& in conſi.232.incipiente recolo me conſuluiſſe,quia rex non prohibetur donare vxori,ergo etiã poterit concubinæ propter æquiparationem quæ prohibitionẽ cẽſſare facit. ratio eſt quia cum Rex in regno ſuo teneat locum imperatoris. tales regales donationes collatas ĩ vxores, vel concubinas legibus non ſubijciuntur quantum ad inſinuationem,vel capacitatem perſonarum.l.donationes. C.de donationibus inter virum,& vxorem. & in l.ſancimus. C.de donationib.& cum hac limitatione reſidet Oldra. conſi.231. ſub titu.de donationi.& teſtamentis.Tertio non procedit,qñ donatio eſſet facta concubinæ propter bene merita, quæ ſi probentur: prout dicimus de donatione facta filio in poteſtate, quo casu valeret ac ſi eſſet facta mulieri extraneę, & non ſuſpectæ,vt conſuluit Pet.de Ancha.in conſi.247.incipien.dubium facit.

Circa iſtam vltima limitationem dubitatur, an ſacerdos propter bene merita,& gratuita ſeruitia, quæ recipit a cõcubina poſſit illam hæredem inſtituere, aut ei aliquid inter vinos,ſeu teſtamento relinquere ita ꝙ ipsa efficaciter poſſit
26 tale donatum retinere? † puto ſic eſſe dicendum,aut talia allegata ſunt vera,& probari poſſunt: iſto caſu valeret donatio, quia licet donatio prohibeatur inter perſonas prohibitas, vt inter patrem,& filium,maritum, & vxorem, ſacerdotem, & concubinam tamen donatio,quæ ratione bene meritorum, & ſic propter cauſam valet,quia habet naturam aliam, & diuerſam a donatione ſimplici: ideo proprie nõ poteſt dici donatio,ſed cuiuſdam debiti naturalis reſtitutio ex quo naturaliter erat obligatus,quę obligatio vocatur donatio ad antidora.l.ſed & ſi.§.conſuluit.in verbo antidora.ff.de petitione hęreditatis.

Fortificatur hæc deciſio per ea,quæ tradunt Floria. & Docto.in l.qui teſtamentum.ff.de probationibus. & in l.cum qs decedens.in fine.ff.de lega.3. vbi habetur ꝙ inter prohibitas perſonas inter ſe donare cœteri contractus non prohibetur: ſed ex collatione ſeruitiorum, & bene meritorum ſacerdos ad remunerandum naturaliter eſt obligatus, ergo remunerando concubinam a qua habuit merita, & ſeruitia non dicitur donatio ſimplex, ſed obligatio ad antidora: & iſtud eſt verum dum tamen talis donatio remuneratoria non excedat bene merita,alias illud exceſſiuum reuocaretur per legitimos ſucceſſores, ſi vero talia ſeruitia allegata non poſſint probari tunc eſſemus in caſu prohibitiuo,vt non teneat donatio,licet ſacerdos aſſerat in inſtrumento ſe recœpiſſe a cõcubina talia gratuita ſeruitia, quia ſola aſſertio, & narratio bene meritorum non inducit plenam, nec ſemiplenam pro-
27 bationem † ex quo fuit emanata inter perſonas prohitas: vt in duobus iuribus ſupra proxime allegatis,quibus concordat tex.in l.ſi forte.in verſi.veritatem enim expectauimus,vt ff.de Caſtrenſi peculio. in quibus dicitur, quod talibus verbis narratiuis non datur fides quoniam obſtante prohibitione dicta aſſertio adiecta præſumitur in fraudem legis, vt in caſu expreſſo conſuluit,Decius conſi.132.incipiente in cauſa in primo vol.ſed quid ſi presbyter confiteatur ſe debere decem concubinę ſuę, ex cauſa mutui & ita iurat inter viuos, vel in vltima voluntate an præſumatur confeſſio fuiſſe facta in fraudem dicam infra in materia ſuperiorum in verſicu.filios ex tali concubinatu procreato.

Et alios non publicos concubinarios à iure ſtatutis in ſuo robore permanſuris.

SVMMARIVM.

1 *Diluuii cauſa fuit flagitium libidinis.*
2 *Pœnæ ſacerdotum fornicantium ex ſacra ſcriptura.*
3 *Clerici in ſacris conſtituti,ſi vxores ducant quomodo puniri debeãt ultra irregularitatem.*
4 *Clericus de facto contrahens matrimonium videtur de hæreſi ſuſpectus.*
5 *Miſſam notorii concubinarii ſcienter nullus audire debet.*
6 *Notorius concubinarius ſi celebrat vel exequitur officium ſuum eſt irregularis ipſo facto.*
7 *Celebrari faciens ſacerdotem notorie ſciens illum concubinarium peccat mortaliter.*
8 *Notorie concubinarii ſunt ſuſpenſi ab officio, quoad ſe & quoad alios,dato quod monitio illa interuenerit.*
9 *Clericus quatuncunque ſit fornicarius ſi celebrat conficit verum corpus Chriſti.*
10 *Clericus pro ſimplici fornicatione non debet deponi,ſed alias debet puniri arbitrio iudicis.*
11 *Iudex melius eſt quod reprehendatur de miſericordia quam de rigore.*
12 *Sacerdos cognoſcens mulierem ſolutam dicitur tantum ſimplex fornicatio.*
13 *Iudices in puniendo clericos concubinarios non canones rigoroſos ſed miſericordes inſequi debent.*
14 *Clericus propter mendacium non venit deponendus.*
15 *Fornicatio in epiſcopo & cæteris prælatis eſt digna depoſitione, quia in eo non eſt ſimplex fornicatio de iuris rigore.*
16 *Papa non diſpenſat circa cognationem ſpiritualem,ſecus circa carnalem.*

De pœnis à iure ſtatutis

Pro concubinatu occulto, ſeu pro ſimplici fornicatione videndum eſt:ideo dicite, quod ꝙ iſtis grauis pœna imponitur, ex quo culpa coram Deo reputatur grauiſſima, propter ꝙ interempta fuerunt viginti quinque milia hominum vt habetur iudicum.20.c.vnde Sodomitæ & Gomorræi, teſte Ioſepho,& aliijs Hebraicæ ſcriptorib. diuitiis,& otio florentes in omne libidinis flagitiũ abierunt: ita quidem,vt vulgo mares paterentur muliebra.Horum animos libido intantum inceſſerat, ut nedum ab hoſtibus uiolãdis abſtinerẽt,†quapropter diluuij cauſa fuit luxuria.vt habe
1 tur Geneſis 6.c.quoniam cum homines cępiſſent multiplicari ſuper terram, & filios procreaſſent videntes filij Dei filias hominum, ꝙ pulchrę eſſent acceperunt ſibi vxores ex illis Iratuſq; dominus dixit delebo hominem, quẽ creaui a facie terræ ponderanda ſunt illa verba videntes filij Dei filias hominum per filios Dei ĩtelligimus ſacerdotes alios & eccleſię miniſtros,de quibus in pſalmo Dauid dicitur ego dixi dij eſtis,& filii excelſi omnes.per filias autem hominum quarum nuptiæ filiis Dei fuerunt interdictæ omnes mulieres intelligimus a quibus omnes presbyteri abſtinere debent, ſicut ergo propter peccata filiorum Dei, qui cum filiabus hominum fornicati ſunt ſuper terram fuerit factum diluuium in quo fere omnia animalia cum delinquentibus interierunt. Sic ẽt propter fornicationem ſacerdotum alii quamplurimi eorũdem ſubditi fornicatoriam, & inhoneſtam vitam,ſequentes cum eiſdem presbyteris in flumina damnationis ęternę pereunt,& miſerabiliter ſubmerguntur.

2 Præterea,†ꝙ fornicarii ſacerdotes graui pœna debeant puniri, facit lex veteris teſtamenti in argumentum numeri 25. c. dũ dicitur quod filij Iſrael fornicati ſunt cum filiab. Moab cum quibus omnis coitus ſecundum legem prohibitus erat. Ideo dominus propter hoc iratus dixit ad Moyſem tolle cũctos principes, & ſuſpende eos in patibulo,vt auertatur furor meus ab Iſrael,dixitque Moyſes ad iudices Iſrael occidat vnuſquiſque proximos ſuos & occiſi ſunt illo die viginti quatuor milia hominum. Si ergo filii Iſrael fornicantes cũ mulieribus alienigenis graui punitione ſunt percuſſi,quãto magis debent ſacerdotes puniri fornicarii, qui ſunt vel eſſe debent veri filii Iſraelitę, quibus omnis coitus vtraque l. cenſetur interdictus.

Vlterius facit illa deciſio Matthæi 5. c. ꝙ ſicut carnale matrimonium diſſoluitur propter ſolam fornicationem, & vir ab vxore fornicante ſeparatur & econtra, ergo quanto magis ſacerdos, qui eſt ſponſ9 eccleſiæ & ab illa & a Deo ſeparari debet.Nec poſſet grauior pœna reperiri, quam quod chriſtianus a deo ſepararetur, & inter omnes alias pœnas cenſuales,& actuales quas damnati patiuntur illa ſecundum theologos reputatur crudelior,quæ illos viſione Dei priuat.Apparet ergo quam grauiſſima pœna plecti debent ſacerdotes fornicationem inducitur pœna perpetua: vnde ad Corinthios 5.c.legitur quod Pau.Apoſto.ſathanæ tradidit illum fornicatorem,qui cum ſua nouerca carnaliter peccauerat, ut diabolo cruciaretur,quia neque fornicatores,neque idolis ſeruientes,neque adulteri regnum Dei poſſidebunt,vt etiam habetur ad Chorintios.6.c.quia opera carnis ſunt manifeſta prout eſt fornicatio, & qui talia agit non intrabit regnum Dei, vt legitur ad Galatas 6.cap.& ad Epheſeos 5.cap.in quo dicitur hoc ſcitote intelligentes,ꝙ omnis fornicator aut immundus,aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus,non habet hæreditatem in regno Chriſti. Ideo niſi quis maxime ſacerdos abſtinuerit a fornicarione ſalus ipſi eſſe non poteſt, patet ergo ꝙ fornicatoribus pars illorum erit ſepultura in ſtagno & in igne ardente & ſulphure.

Poſtremo dubium non eſt, quin ſacerdotes fornicarij a communione clericorum repelli debeant.§.ſi quis autem in Auth.de monach.colla. 1.vbi dicitur quod ſi presbyteri,dyaconi,aut ſubdyaconi reperiantur concubinas habere aut vitam luxurijs tradere, excluduntur modis omnibus a clero: talis enim excluſio ſecundum opinionem Canoniſtarum debet intelligi de ſuſpenſione ab officio,quæ fit ad tempus, vel de depoſitione,quæ fit in perpetuum,& ideo ſi presbyter aut

alius

Digitized by Google

alius in ſacris aut minoribus ordinibus conſtitutus ducat vxorem, aut concubinam habeat palam, aut occulte ſtatim cadat ordine eccleſiaſtico. §. dicimus, in Authen. quomodo opor. epiſc. colla. 1. & in cap. decernimus. 28. diſt. vbi dicitur de
3 cernimus, † vt hi, qui in ordine ſubdyaconatus, & ſupra vxores duxerint, aut concubinas habuerint officio, atque eccleſiaſtico beneficio careant: ideo ſi abs ſe non eiecerint & caſte non vixerint, a dignitate graduum ſunt excludendi, & ſi admoniti bis, aut ter indurati permanſerint per ſuos epiſcopos curiæ ſeculari tradantur: quia ipſe indignum ſacerdotio ſe iudicat. §. presbyteros. de ſanctiſſ. epiſc. colla. 9. & in c. presbyteris. 17. diſt. dum dicit ſi presbyter vxorem ducat ab ordine deponi debet.

Item efficitur irregularis, vt neque in ſuſcœptis ordinibus poſſit miniſtrare, nec ad maiores ſuſcipiendos admittitur. & iura quæ dicunt ꝙ clericus cõtrahens de facto matrimoniũ debet deponi ordine, debent intelligi ſecundum Archid. ibi, id eſt, ab officio & beneficio: præterea eſt excommunicatus ipſo iure. vt in clementina vnica de conſang. & affi. cuius abſolutio ab epiſcopo reſeruata redditur.

4 Præterea de hæreſi videtur ſuſpectus, vt procedatur per inquiſitorem contra eum: & vltra pœnas prædictas presbyter vel in ſacris cõſtitutus ſi ſub figura matrimonij virginem violauit tenetur pœna ſtupri. & vltra depoſitionem in arctiori carcere, vel monaſterio debet detrudi. Sed an clericus beneficiatus contrahens matrimonium ſit ipſo iure priuatus vel an requiratur ſententia ponit Aufredus deci. 240. & quid ſi matrimonium erat nullum, dixi ſupra in prefationibus.

Contra presbyteros fornicatores facit illud, quod habetur
5 in c. nullus. cum ſeq. 32. diſt. † vbi dicitur, ꝙ nullus audiat miſſam ſacerdotis, qui notorie focarias, & concubinas detinere perhibetur etiam ſine aliqua monitione ſuperioris, quia talis clericus ex notoria fornicatione eſt ſuſpenſus ab officio, & beneficio & ab omnibus actibus ordinum, & tandiu eſt
6 ſuſpenſus, quandiu in vitio perſeuerat, † & ſi interim celebrat, & exequatur officia ſua, etiam ſemel, efficitur irregularis, & ſecundum Innocentium, Hoſtiẽſem, Archidiaconũ, & Antonium de Butrio in d. cap. veſtra diſpenſatione Papæ.
7 † Immo fortius dico, ꝙ quicunque committit alicui ſacerdoti, quem ſcit eſſe in peccato mortali aliquem actum eccleſiaſticum faciendum ſi exequatur talem actum cete ille, qui tali cõmiſit, peccat mortaliter, quia præbet illi occaſionẽ peccandi, quia iubens, & faciens eadem pœna puniuntur, vt refert Hieronymus in epiſtola beati Euſebij ad Damaſum epiſcopum Portuenſem ſic dicẽs, qui iura ſcit, & vitam presbyteri agnoſcit, & eum pro ſe celebrare facit, ſit eiuſdem peccati conſcius: nec non & pœnæ particeps, ratio quia agens & cõſentiens pari pœna puniuntur cap. 1. de offi. & poteſtate iudicis delegat. nec tales committentes actus diuinos excuſantur a peccato mortali, niſi iura ignorant vt dixi, quatuor rationibus. prima ut cum tales ſacerdotes viderint ſe & ſua ſacrificia a populi contemni rubore verecundiæ confuſi facilius ad pe
9 nitentiam prouocentur, † ſecunda ratio quia clerici notorie cõcubinarii ſunt ſuſpenſi ipſo iure quoad ſe, & quoad alios, cap. quæſitum de cohabitat. cler. & mulier. 2. ratio quia exiſtẽs in peccato mortali, vel in alio malo ſtatu vt eſt publicus concubinarius nullum actum eccleſiaſticum exequi poteſt ſine nouo peccato mortal: vnde Deus non ſolum opera malorũ non acceptat immo ſacerdos exiſtens in peccato mortali certe in omni actu ſui ordinis peccat mortaliter, ſiue audiat cõfeſſionem, ſiue abſoluat, ſiue prædicet, ſiue aquam benedicat: ſiue aſpergat & a fortiori ſi celebrat: & ideo ſi non eſt in propoſito peccata firmiter dimittendi aut vere contritus. vt communiter ſunt concubinarij ſuperbi, & intemperati, ſi talis cẽties confiteatur non abſoluitur quia deriſor confeſſionis appellatur, in c. irriſor de pœniten. diſtinct. 3.

Quarta ratio, quia benedictiones talium concubinariorũ conuertuntur in maledictiones; cap. ſi qui ſunt presbyteri. 71. diſtinct. vnde dominus loquens presbyteris malis, & concubinariis per Malachiam prophetam. capi. 2. dicit maledicam benedictionibus veſtris, ſcimus enim quoniam Deus peccatores non exaudit, vt habetur Ioannis. 9. tales enim ſacerdotes incurrunt multas ſpeciales maledictiones, quæ enumerãtur Deuteronomij. 18. & Leuitici. 16. ex quibus patet, ꝙ presbyter concubinarius celebrans, vel eum celebrari faciens æquali pœna puniuntur ideo ſtatutum fuit miſſas talium non eſſe audiendas.

Iſta deciſio procedit quãdo eſſent notorie fornicarij quo caſu vitandi ſunt etiam in officiis eccleſiaſticis poſito, ꝙ nulla monitio interuenerit ſecus ſi crimen non ſit notorium: tunc in officijs non eſſent vitandi, vt eſt caſus & ibi Panor. in d. c. quæſitum. iſtam diſtinctionem ſequitur Guido Papæ deciſione. 758. incipien. fuit dubitatum. vbi concludit, ꝙ clericus notorie concubinarius celebrans incurrit ipſo facto irregularitatem, quia ipſo iure eſt ſuſpenſus ab officio quoad ſe, & quoad alios: ideo ſi ſe immiſceant diuinis officiis, efficiũtur irregulares, cap. i. §. ſciturus de re iudica. in 6. ideo, veniunt puniendi hoc eſt, priuandi ſuis beneficijs, ſecus ſi concubinat⁹ eſſet occultus, quia in hoc mundo peccata latentia non habent vindictam. Notate tamen, ꝙ licet presbyter quatuncunque ſit fornicarius: tamen verum corpus Chriſti efficaciter conficit, atque etiam alia ſacramenta, quia ſancta ſunt, coinquinari non poſſunt.

Alia autem pœna imponitur clericis fornicantibus, ut illis per ſeptem annos imponatur pœnitentia ſalutaris, vt in c. hoc ipſum. 30. q. 2. vel verius puniri debent pœna ſuſpenſionis & excommunicationis, cap. clericorum. extra de cohabi. cler. vbi dicitur, quod ſi presbyteri vel alii in ſacris conſtituti concubinas habere probentur per ſuſpenſionem interdicti ſententiam debent cogi ut illas dimittant ſic ꝙ ſiniſtra ſuſpicio de illis haberi non poſſit, & ſi illas, uel alias habere præſumpſerint, perpetua ſententia excommunicationis feriant̃, & ſi moniti eas a ſe non eiecerint ab officiis eccleſiaſticis sũt ſuſpendendi. & ſi ſuſpenſi eas detinere preſumſerint a beneficiis perpetuo ſunt remouendi gloſ. ſicut ad extirpandam: & in c. fi. de cohab. clerico. & mulierum. quæ prędicta deciſio quæ loquitur ī presbytero habet locum in epiſcopo, qui nullam ſecum debet habere mulierem, aut cum ea habitare. Si autem contrarium probetur ab epiſcopatu proiiciatur, quoniam oſtendit ſe indignum ſacerdotio. d. §. præsbyter. & in l. epiſcopo. C. de epiſ. & cle.

Alia pœna imponitur ſecundum canones apoſtolorum, & auctoritatem Sancti Syluestri quæ inducunt depoſitionẽ. iſta hodie non eſt uſu de qua habetur, in cap. 82. diſtinct. & tot varię imponuntur pœnę ſacerdotibus, ut aliquãdo puniantur prauiter, aliquando grauius. aliquando iuſte aliquãdo per iudices eccleſiaſtices tenetur media via: Alii autem dicunt, vt Goffred. in ſumma. in titu. de coha. cleri. quem refert Panorm. in d. ca. at ſi clerici. quod ſi fornicatio ſit notoria & ſcandaloſa debet ſacerdos, cap. quam ſit de exceſſib. prelato. Alii autem diſtingunt quod aut fornicatio eſt qualificata, ut quia clericus monialem carnaliter cognouit. vel eſt iniuſta cum adulterio ſi vxorem alterius cognouit. vel cum inceſtu ſi conſanguineã vel affinem uel filiam ſpiritualem quam audiuit de confeſſione, vel quam baptizauit vel quam leuauit de ſacro fonte vel presbyter in vxorem virginem duxerit iſtis caſibus debet fieri depoſitio ut in iuribus ſupra allegatis. Alii autem dicunt quod ſi clericus fuerit fornicatus cum ſoluta cum qua de prędictis fornicationibus qualificatis nihil poſſit imputari, tunc ſi ſit in ſacris conſtitutus fiet depoſitio ſecundum aliquos: ſecus ſi non ſit conſtitutus in ſacris.

Sed verius eſt ut dicamus quod licet de rigore ſit deponen
10 dus: † tamen de æquitate pro iſta ſimplici fornicatione non debet deponi & hanc humaniorem ſententiam amplectitur per glo. in cap. Maximianus 81. diſt. & glo. in c. lator 2. q. 7. Corſe. in ſingu. incip. fornicatio. qui allegat tex. & glo. in capi. presbyter 82. diſt. & iſta eſt communis opinio, quã refert Decius in d. c. at ſi clerici. & Ioan. de Ana. in c. ſignificauit de adulteriis, & Ioannes de Salua in tracta. beneficiorum. in 3. pa. in q. 3. vbi concludunt, quod pro ſimplici fornicatione clericus punitur arbitrio iudicis, uel plenius ſtatim inf. dicam.

Alij autem dicunt, ꝙ presbyteri concubinarij primitus debent admoneri canonice, ut ſuas concubinas eiiciant quod ſi ceſſare noluerint pœna interdicti, & ſuſpenſionis mulcentur, & demum ſi contumaces ſint pœna depoſitionis puiant̃. Alij autem dicunt. ut Pan. in d. c. at ſi clerici, vbi refert, alias ſuper hoc paſsu dubitaſſe dicens, quod punitio iſtorum fornicẽtium remanet in arbitrio iudicis eccleſiaſtici, qui cõſideratis qualitatibus delicti, & perſonarum, ſi fornicatio ſit notoria, vel occulta vel ſcandaloſa & etiam attenta cõsuetudine, imponet pœnam aut ſuſpenſionis, aut depoſitionis beneficii vel patietur aliam pœnam, quam arbitrabitur imponen-
11 dam: dum tamẽ non grauem, ſed mitiorem arbitretur: † quoniam melius eſt ꝙ iudex reprehendatur de miſericordia, quã de rigore, capitulo allegant 27. q. fi. ex quo hodie pauci ſunt ſine vitio carnali, ut dicit tex. in c. ſanctitas tua, l. diſtinctio.

Alii autem, ut Card. in clementi. fi. de hęreti. & Specu. in ti. de inquiſitione. §. 3. ver. quod ſi crimen & Ange. de Vbal. in §. qui Deo in Authentico quomodo oporteat epiſcopos. dicũt notorium fornicatorem a ſacerdotio eſſe ſuſpenſum.

Et ſi obiiciatur, ꝙ in ſacerdote non poteſt dici ſimplex fornicatio, ſed dicetur adulterium. ut tenet Pau. de Alezarijs, in prędalle. clemen. 1. qui pro hoc adducit glo. quam ibi ſequitur Bar. in l. 2. C. de epiſcop. & cler. quæ dicit, quod in presbytero fornicãte dicitur inceſtu, & eius liberi dicũtur ex inceſtu nati, & illam glo. approbant Barto. Bald. & Ange. & ſic presby-
12 ter ꝙ quacunque fornicatione debet deponi. † Ego autem arbitror contrarium eſſe verius, ꝙ imo in ſacerdote cognoſcẽ-

te

Digitized by Google

te mulierem ſolutam & corruptam dicitur ſimplex forõicatio,dum tamen non ſit qualificata, & iſtam ſequitur Federi. de Senis conſi. 166. incipien. mulier accuſata. quem refert & ſequitur Fely.in d.c.at ſi clerici.pro qua eſt text.in c.quia circa.in verbo ſimplici in fornicatione ext. de biga. & idem eſt tex.in c. presbyter verſi. quod fornicatus fuerit vel adulteriũ cõmiſcrit 28.diſt.& ſic non poteſt negari quin ille tex.loquatur de ſimplici fornicatione, quia verba legis vel canononis abſolute prolata intelliguntur in caſu ſimplici & proprio, vndeglo.in d.l.2.per iura ſupra allegata remanet quo ad hoc reprobata.& iſta deciſio limitatur niſi presbyter fornicans eſ ſet Epiſcopus vel religioſus quo caſu ſemper diceretur commitere adulterium, prout concludunt legiſtæ in d.l.2.& Fely. in d.c.at ſi clerici.Anto.de But, in c.ſignifi.de adul.

Verius eſt ergo vt dicamus presbyterum pro ſimplici fornicatione non eſſe deponendum tres ſunt glo.ſingnlares, & approbatç,prima eſt in cap. Maximia. in verbo remoueãtur 80.diſt.quæ arguit ad vtranque partem, & tandem concludit non debere fieri depoſitionẽ cũ pauci ſint, qui non laborent tali vitio,d.c.ſanctitas,2.eſt gl.in c.ſi presbyter 82.di.quæ dicit neminem eſſe deponendum propter ſimplicem fornicationemniſi in ea ſacerdos perduraret.Ad canones antiqnos,qui imponebant depoſitionẽ reſponderi poteſt,quod hodie corpora noſtra ſnnt fragiliora quam eſſent olim pro quo facit tex.in c.fraternitatis 34. diſt. vbi dicitur quod ætas & defectus noſtri temporis,quibus non ſolum merita: ſed etiam corpora defecerunt cenſuram antiquorum canonum manere nõ patiuntur, & etiam alia ratione, quia natura noſtra faciliter labitur ad delicta.§.ſi vero is, in Authentico de mona.maxi. ad ea ſine quibus pauci inueniri poſſunt ſicut eſt fornicatio quæ ex naturali concupiſcentia venit. §.vnum in Authentico de reſti.& ea quæ par.in 11.menſe.noſtra enim infirmitas in ruinam turpitudinis,id eſt,coitus prona eſt ca.ſicut 32.q.2. ideo difficile eſt continere, quare ſimplex fornicatio mitius debet puniri,quam alia crimina qualificata.c.qui admiſit 15. q.8.ex quo vita continentiæ eſt arctiſſima:tertia & vltima gl. in c.lator in verbo criminali.2.q.7.quæ dicit quod pro ſimplici fornicatione hodie non debet induci clerici depoſi-
Tertia est conclusio, q̃ quãuis permittat̃ clericis posse habitare cum aliquibus consanguineis, †nõ tñ Episcopis p̃mittit̃, qui ẽt cũ talib. mulierib. excessiuã, & immoderatã familiaritatẽ habere non debent: ne vilis, & contemptibilis habeatur. c. quorundam. 34. di. vbi Nicolaus papa dicit, q̃ si Episcopus admonitus nollet desistere, deponatur.

Quarta est conclusio, q̃ licet permittat̃ clericis posse habitare cum aliquib. consanguineis, tñ si sit̃ suspicio iuuẽtutis, vel caloris nãlis. illo casu habitatio ꝓhibet̃. c. j. ext. de coha. cle. & mu. & ita soluit̃ ꝫriũ factũ ꝺ d. c. ĩterdicit. qa dẽt ĩtelligi ĩ clerico sene, vt debilitato, ĩ quo nulla p̃lumit̃ suspicio ĩcõtinẽtię.

Quinta est cõclusio, q̃ sicut permittitur clericis posse habitare cum aliquibus consanguineis, sic ẽt possunt habitare cũ aliquibus alijs, quæ non sunt cõsanguineę, puta quia sunt de familia, & domestica necessitate, vt sunt ancillæ, & pediseq; dum tamen non sint suspectæ, vt probare videtur tex. in c. cũ omnib. in verb. familia domestica. 81. di.

Sexta est conclusio, q̃ licet permittatur clericis posse habitare cum aliquibus mulieribus extraneis a consanguinitate, vt sunt ancillæ familiares domesticæ: tamen nulla mulier extranea quantuncunque despecta, & vetula est a clericis suscipiẽda, specialiter ad domesticũ obsequiũ: rõ est, qa magis frequenter delinquitur, vbi suspicione delictum põt esse tutũ.

Septima est conclusio, licitum est clerico in sacris cõstituto in domo sua vxorem tenere, q̃ ante susceptionẽ ordinũ habuit legitimã, si sit despecta, uel vetula, de qua de incõtinẽtia
5 nulla suspicio oriri possit. qñ † Apostoli vaores suas ducebãt secũ, nõ q̃ dẽ cã libidinis, sed vt eis in cibis parãdis famularũ p̃ starẽt, & ab eis de mercede prædicationis pascerent̃. gl. in c. oĩno. in ver. Paulo. 31. di. quod intelligite de oriẽtalib. p̃sbyteris.

6 Octaua sit ꝯclusio, †q̃ moniales nullo mõ permittũtur cũ clericis, aut monachis cohabitare. c. sanctimonialis. 23. di. & ĩ c. sacratos. de consec. di. 1. q̃ idẽ dicẽdũ est in religiosis. qui cũ monialibus conuersari non dẽnt, in c. monasteria. & in c. diffinimus. 18. q. 2. & in c. monasteria. ext. de vi. & hone. cleri. sed ipse a domibus ipsorũ religiosorum dẽnt arceri: nec dẽnt pati ad illas ingredi, nec in publico vagari, sed intra claustra monasterij morari dẽnt. c. 1. de sta. reg. in 6. & in c. mulieres. de iud. eli. sed religiosi dẽnt loqui cũ mulierib. si fuerit necesse in locutorio tñ clauso hostio, vt non pateat accessus, vel respectus mutuus, & si contingat ante portã conuentus, loq̃ cũ aliqua fœmina, caueat frater religiosus, ne illã intente respiciat, sed eius sermo sit breuis, & rigidus: & si cum aliqua muliere in locutorio loquatur, petat licentiam a suo superiore, & tũc nõ sedens, sed stans loquatur excepto cum matre, vel cum sorore, vel nisi de hoc specialem habuerit licentiã, patet ergo, q̃ consortium fœminarum ẽt verbale religiosis est interdictum.

Nona sit conclusio, q̃ Epi. ac cæteri religiosi nullã dẽnt ad cohabitandũ admittere mulierẽ. §. Eꝑm vero. in Auth. de sãc.
7 Epis. col. 9. & in §. cogitandi. de mona. †rõ est, quia prẽlatus viuendo luxuriose, dr̃ polluere ecclesiam, cui præst, quo ad opinionem hominũ: quia cohabitatio cum fœminis facilem occasionem incontinẽtiæ præstat: quia videtur habere speciem mali: & abstinendum est non solum a malis: sed etiam a specie mali. cap. cum non ab oĩ specie mali. extta de vi. & ho. cle.

Et per suum superiorem admoniti.

SVMMARIVM.

1 *Trina monitio an in casu huius constitutionis requiratur.*
2 *Grauamen seu refusus qñ dicatur legitimus ad hoc, vt sit locus appellõni.*
3 *Clericus ad hoc, vt dicatur publicus concubinarius sufficit vnica monitio extraiudicialis.*

Scilicet, vt dimittãt eorũ concubinas, qui si post monitionem inobediẽs, & incorrigibiles reperiant̃, suspendẽtur, vel deponent̃, & illud erit in electione iudicis ec clesiastici, vt est casus, & ibi Pan. in c. sicut ad extirpãda. de co-
1 ha. cle. & mu. †Sed an in casu huius constitutionis requiratur trina monitio? vr̃ q̃ sic, per text. in cap. si quisquã. ti. supralleg. vbi dr̃, q̃ si clericus per suũ superiorẽ fuerit tertio monitus, & non desistens confabulari cum mulierib. põt excõicari: ergo sic dicẽdũ vr̃ in casu præsenti. Rõ est: quia sicut p trinã monitionẽ ꝯuincitur duritia, seu pertinacia prælatorũ ad hoc, vt cõstituant̃ in mora, vt est casus, & ibi hoc no. Io. An. in c. j. de suppl. negl. præ. sic ẽt ꝯuincit̃ pertinacia subditorũ, qui sit̃ ꝯstituunt̃ in mora, prout ĩ terminis. tradit Bal. in c. j. in ver. termonitus. in ti. mili. va. qui cont. est. in vsib. feu. ex quib. potestis elicere notabilẽ practicã, q̃ ad hoc, vt ferior ĩcõstituat superiorẽ
2 in mora; requirit̃ trina requisitio, seu protestatio: †qua facta, grauamẽ, seu refusus dicetur legitimus: iõ illa casu erit locus, appellationi, & poterit recurri ad superiorem: quia talia subterfugia, seu dissimulationes habebuntur pro refusu, sint ergo cauti graduati, & noĩati, q̃ iꝑ vim gradus, vel noĩationis acceptãt beneficia, vt ordinariũ constituãt in mora per trinã req̃sitionẽ, seu protestationẽ: quia tũc collator diceretur grauare, seu refutare: iõ esset locus recursus ad immediatũ superiorẽ.

Alij aũt aliter distingunt, q̃ aut agitur de monitione, q̃ dẽt fieri in iudicio: & tunc procedat p̃dicta opinio, vt trina monitio sit necessaria, d. c. si quisquã. & in c. si aũt clerici. in ver. vel tertiã cõmonitionem. eo. ti. & de illicita. in ver. trib. edictis fuerit ad iudicẽ prouocatus. 24. q. 3. & in c. cõtingit. in ver. si tertio cõmoniti, & in c. sacro approbante concil. in ver. cõpetenti monitione præmissa. ext. de sen. exc. quib. dicit q̃ clericus nisi trina monitione præmissa nõ dẽt perdere priuilegiũ clericale, nec a suo superiore excõicari, & dicit Bal. in auth. itẽ nulla C. de epis. & cle. q̃ si agatur de monitione iudiciali, req̃rit̃ trina monitio, vel saltem vna, quæ sit peremptoria: vel q̃ hẽat vim perẽptorij: vt plenius dixi s̃. in ver. monere teneat̃, quo casu sufficeret vnica monitio, q̃ est verũ, nisi ageret̃ de priuatione iuris, & de incurrẽda pęna, isto casu si lex dicat trinãmonitionẽ esse necessariã, certe unica non haberet vim perẽptorij nisi ĩ casu limitato s̃. in ver. monere teneat̃: & ita ꝯcludũt Cano. in præalle. c. contingit, videlicet, qñ ageret̃ de publico cõcubinario, vel qñ monitio esset facta per superiorẽ: qa, vt dixi haberet vim trinæ monitionis. Si vero ageretur de monitione extraiudiciali, & tunc ꝯcludatis, q̃ ad hoc, vt clericus di
2 catur concubinarius sufficit vnica monitio: qa iura, q̃ nõ specifice loquũtur, interprætantur strictẽ in odiũ cõcubinarij: & ita cõiter se resoluũt Can. in c. cũ nobis. de ele. & Legistæ in l. si finita, in §. Iulianus. de dam. infe. & ideo si clericus monitus

Digitized by Google

ſpreta monitione non deſiſtat a concubinatu, talis concubi natus a iure reputatur notorius.

Ipſam cum effectu non dimittunt.

SVMMARIVM.

1 *Vxor quæ aufugit a marito ſi incontinenti reuertatur non dicitur diuertiſſe.*
2 *Arreſtum habens per ciuitatem ſi egrediatur illam, & in momento reuertatur non dicitur egreſſus.*
3 *Curatus non videtur qui ſtatim in priſtinam reuertitur infirmitatem.*
4 *Verba legis, vel conſtitutionis debent intelligi cum effectu.*

Qula habent intentionem redeundi ad vomitum, id eſt, ad ſolitum concubinatum, quo caſu nullus eſſet effectus dimiſſionis: cum paria ſint concubinam non dimittere, vel dimiſſam incontinenti reaſſumere: hoc.n. videtur factū in fraudem: ideo tales clerici ſic facientes non euitarēt pœnā huius conſtitutionis, quod non dicanť publici cōcubinarij, ſicut a ſimili dicimus de vxore, quę aufugit a marito: quia ſi incontinenti reuerſa eſt, nō dr aufugiſſe ad hoc, vt pœna diuerſionis puniatur, vt eſt caſus in regula quicquid calore iracundię. in fi. ff. de reg. iur. & in l. 3. a qua ſumpta fuit prędicta regula. ff. de diuor. & repu. & in c. diuortium. de pœniten. di. 1. quibus concordat tex. in argumen in l. ſi pro parte. in §. verſum. ff. de in rē verſo. vbi dicitur quod non dicitur verſum illud, ꝙ non durat, vnde licet vaſallus relinquerit dominum ſuum in bello periclitantem, ſi tamen incontinenti reuertatur, nō dicitur reliquiſſe ad hoc, vt feudo priuetur: ſicut etiam dicimus de eo, qui ſub pœna promiſit venire: quia ſi incontinenti receſſerit, fingitur non veniſſe: ideo pęnam promiſſionis nō euitabit: †ſicut econtrario dicimus de illo qui habet arreſtum p̄ ciuitatem: quia ſi egrediatur illam, & in momento reuertat, non dicitur egreſſus: quia qui ſtatim reuerſurus eſt, non videť abeſſe, vt notat Angelus per illum tex. in l. cum antiquitas. C. de teſt. facit in ſimili tex. in l. ex facto. §. vnde ſcio. ff. de hęr. inſ.
2
3 †Similiter dicendum eſt de infirmo curato per medicū ꝙſtituta mercede: quia ſi incontinenti reincidat in priſtinā infirmitatem, non videtur curatus ad hoc, vt conſequaťr ſalariū, quia curatio non durat cum effectu, vt voluit Bartholomeus Brixienſis in quęſtio. 73. incip. medicus quidam, ex quibus patet, ꝙ clericus non dicitur dimiſiſſe concubinam cum effectu qui incontinenti dimiſſam, vel aliam reaſſumpſit, & hanc opinionem ſequitur Bar. in l. ſicut. in §. ſuperuacuum. ff. quibus mod. pign. vel hypothec. ſol. vbi dicit, ꝙ ſi ſuperior prędicta alicui in iudicio, vt ſub pœna pecuniaria habeat exire domum, ſi exeat: ſed incontinenti reingrediatur, certe fingitur non exiuiſſe. †Ratio prędictorū eſt: quia verba legis, vel conſtitutionis debent intelligi cum effectu. vt in cap. relatum. de cleri. nō reſidentibus. alias redderentur illuſoria.
4

Quia vero in quibuſdam regionibus nonnulli iuriſdictionem eccleſiaſticam habentes.

SVMMARIVM.

1 *Rex Franciæ non dicitur mere laycus.*
2 *Quatuor ſunt tantum Reges qui vnguntur.*
3 *Rex Franciæ & Anglię habent ius conferendi certa beneficia ex priuilegio & non de iuris rigore.*
4 *Domini de parlamento cognoſcunt de abuſu commiſſo per iudices eccleſiaſticos.*

Vt ſunt Epi vel eorum officiales & cōmiſſi, non aūt intelligitur de laicis in quibus nulla eſt iuriſdictio eccleſiaſti
1 ca †excepto Rege Franc. qui ſm Ioannem Monachum in c. licet. de pręb. in 6. non dicitur mere laicus, vnde in ſpiritualibus uī hr̄e iuriſdōnem, patet, qa ungiť ſm Alb. de Roſ. in 1. rubr. Codicis, qui alleg. Hoſt. & Goffred. in ſum. in ti. de ſacra unct.
2 ubi dicit, †ꝙ quatuor ſunt tantum Reges, qui ungūtur, ſ. Rex Hieroſolimitanus, Rex Franciæ, Rex Ciciliæ, & Rex Angliæ:
3 unde eſt, quod iſtud inconcuſſe obſeruatur, †quod Reges Frācię, & Angliæ in eorum regnis habent ius conferendi certa beneficia, nec non durante uacatione habent ius reducendi & ad manum ſuam accipiendi temporalia ex eis procedentia. & hoc tenet Speculator in titulo de legato, §. nunc tractemus. ver. ſed nunquid legatus, qui allegat tex. in c. Adria. & c.
4 in ſyncdo. 63. di. †& hoc tenuit gl. in verbo regalię, in ti. de annalis. in pragmatica ſanctione, & p̄ alios reges talē iuriſdōnē exercētes fuit, puiſum per Gregoriū decimū in concilio Lugdunēſi, ꝙ eſt deſcriptū in c. gn̄ali conſtitutio. de elect. in 6. & ita hodie rex Frā. certa beneficia, & p̄bendas pōt cōferre, ut legiť de imperatore, q ēt ex priuilegio ī qualibet eccleſia Alemaniæ pōt facere vnum recipi, ut refert Spe. in ti. s̄. alleg. & ibi Io. An. in addi. & ſicut rex Fran. habet ius patrona. in eccleſijs cathedralib. ut patet ēt tenore iſtorum cōcordatorū, ita ēt rex Hyſpanię, ut declarat Bal. in prooemio decretaliū. in §. rex pacificus. & in c. quāto de iudicijs. Sed intelligatis p̄dicta ex priuilegio, non aūt de ſtricto iuris rigore, quo iure nemini ēt regi cōpetit abſoluta iuriſdō ſpiritualis, quia ad eā exercendam ſunt incapaces laici cōcludūt Canoniſtæ per illū tex. in c. cām de præſcriptionib. & in c. tua ext. de deci. nec conſuetudo pōt eū facere capacē c. Maſſana, & c. ſacro ſanctæ de electio. Aduertite tn̄, ꝙ licet iudices laici non poſſunt exercere iuriſdōnē ſpiritualē, tn̄ ſi iudices eccleſiaſtici notorie, & abuſiue verſent in ſua iuriſditione, vel ptāte ēt p̄ ſubditos, iſto caſu tanq̄ notorio abuſu poſſet ad regē, & eius ſupremā curiā appellari maxi. ſi decreta canonū nō ſeruenť, & hoc de cōſuetudine, q̄ ſm ſcribētes fundatur ex deciſione textuum, in c. prīcipes, & in c. adminiſtratores. & in c. regum 23. q. 5. & hoc ſequitur dominus Merald. in cōmēto cōſtitutionis Leoninę, quoniā regia poteſtas ad hoc ēt eſt inſtituta, vt exequi & inuiolabiliter obſeruari faciat decreta ſanctorum patrum promulgata ſpiritu Dei, ut dicit text. in Auth. quomodo opor. Epiſcopos circa principium. & in l. fi. C. de ſumma Trinita. & fide Catho. ſicut dicimus, vbi agereť de poſſeſſorio recuperandæ etiam rerū ſacrarum, ſeu eccleſiaſticarū, ſeu interdicto uti poſſidetis cui æquiparatur caſus nouitatis: ſiue interdicto vnde ui, aut reme dio canonis redintegrāda. ī his caſibus iudices regii ſeculares cognoſcerent etiā p̄ perſonas eccleſiaſticas ex generali cōſue. regni Fran. quę approbata fuit per Martinum, ut in terminis tradit Gui. Papę in j. deci. & in conſi. 65. inci. viſo themate ratione enim temporalium clerici regibus ſunt ſubiecti. cap. his ita. 11. q. 1. notat Bal. & Doc. in l. de his. C. de epiſ. & cle.

Pecuniarios quæſtus a concubinarijs percipere non erubeſcunt.

SVMMARIVM.

1 *Officiales extorquentes pecunias a clericis vt eorum teneant concubinas, qua pœna puniri debeant.*

Vnde lex ciuilis vndequaq; exclamat tales quęſtus laſciuos eſſe euitandos. l. Quintus mutius in verbo turpis quęſtus. ff. de dona. inter vir. & vx. & in l. etiam. C. e. ti. ſpur-
1 ce ergo faciunt † quidā officiales, qui vagantes per dioeceſim iubēt ad ſe venire ſacerdoets per ſuos ſatellites, quos ſecū ducūt, quibus admiſſ. eos interrogant. Habetis ancillā? ſi dicāt, nō domine officialis, inter loquēdo dicit date ſinguli ſcutū, & habeto. Si vero habeāt concubinā, vt illā non dimittāt pecunias quas poſſunt ab eis extorquent: qm̄ ſunt certi ſacerdotes, qui ea condōne nati ſunt qui facilius non ſolum bonis verū ēt beneficio renunciarent: quam eorum dimittant concubinam: ideo iudices eccleſiaſtici talia paſciētes grauiſſima pęna, ſ. maledictionis plecti debent, vt ſubijcitur in textu hic.

Patientes eos in tali fœditate ſordeſcere.

VSMMARIVM.

1 *Dictio ſordes quomodo in iure & apud Ciceronem & cæteros hiſtoriographos accipiatur proprie.*

Propter preclum, vel pecuniā a clericis accep
1 tam, † pro illis. enim ſordes accipitur, vt eſt tex. in capitu. primo de re iudci. in 6. vel proprie ſordes: ad iudices refertur vnde de ſordibus iudicum ſcribit Cicero Philip. prima, vt enim quiſq; ſordiſſimus videbiť ita ſeueritate iudicandi ſordes ſuas eluet. & idem in 3. Nihil humile de Tarquinio nihil ſordidū accipimus, tales. n. iudices ſordidos appellamus qui pp auariciā crimina diſſimulant, vel verius dicamus dictionē, ſordes, reorum ſtatum conditionemq; ſignificare, vnde ſordidum dicimus vilē & abiectū, vt ait Cicero in Piſonem. nec minus lętabor cū te ſemp ſordidū q̄ ſi pauliſper ſordidatū viderem. inde ſorditati dicti ſunt qui rei delati ſunt a qb. venit iſtud verbū ſordeſcere, ꝙ ad iudices eccleſiaſticos auaros hoc in loco tractū eſt. ideo ēt interdū ſordidatus dr qui ob inopiam aut auariciam abſoleta veſte detritaq; vtitur. ſic ēt dicimus ſordes aūt iudicum & ſordidi iudices prout ſunt q̄dam officiales noſtri temporis q̄ vt ſuſtineāt ſtatum pompoſum (diminutio. n. ſtatus hominē ſordeſcere facit, vt dicit. tex. in l. quiſquis. in §. filij ī uer. egeſtate ſordentib. C. ad leg. Iul. maieſta.) quæſtus pecuniarios accipiunt conſiderantes, ꝙ ſi ſuperfluum ſtatum non conſeruarent a ſuis ſacerdotib. uiderentur deprimi. c. ſi qui teſtium in uerbo depreſſi. de teſtib. caueāt ergo ne in tali fœditate hoc, eſt uitio, & macula carnali ſordeſcant & alios ſordeſcere patiantur alias ſi illā fœditatem non redarguāt grauius peccāt & puniri debent q̄ concubinarij argumēto text. in c. qui alio

rum

rum.24.q.3.quia non corrigendo concubinarios per patientiam videtur præstare consensum,& authoritatem. c. qui cõsentit.11 q.1.nec posset reperiri grauior pœna, quã illa, quæ subijcitur.in textu hic.

Sub pœna maledictionis æternæ præcipimus.

SVMMARIVM.

1 *Præceptum factum a papa,non ab homine sed a deo videtur factum.*
2 *Verbum præcipimus est præcisum & necessitatis.*

Hoc enim præceptum †non ab homine sed a deo factũ vī & idcirco ex quo papa nõ puri hoīs, sed Dei gerit in terris factũ ab eo reputat factũ a deo: qin ipse est successor Petri, & vicarius Christi.c. quãto.& c.licet.de trãslatio. prælator. talis enim maledictio æterna erit terribilis in die iudicij,cum Christus dicet ite maledicti in ignem æternum. vt habetur Matthæi.25.& eam in pluribus locis sacræ scripturæ reperimus p-
2 latam† vnde Matthias secundum Deus loquens malis sacerdotibus per Malachiam prophetam dicit,maledicam benedictionibus.Et idem habetur Matthæi.21 ficus non hns folia si ue fructus maledicta fuit a deo & ꝙtinuo aruit. Sic etiã Gene.3.cl.g† serpentem fuisse maledictũ.in quo dicitur maledictus erit inter omnia animantia,& bestias terræ super pect9 tuum gradieris:& postea ibidem ad pœnam hominis dictum est maledicta terra in operę tuo & scribitur etiam Genesis quarto.c.204.quoque post mortem Abel fratris tui maledictus.eris super terram.Accedat etiam quod legitur libro Trenorum Hieremiæ capi.2.inqt lamentans Hieremias excidiũ ciuitatis Hierusalem,aut Dominus altare suum maledicit sanctificationi suę.Daniel etiam in oratione sua dicebat stillauit super nos maledictio vt habet Danielis.9.c.viden.quod papa hic superflue loquatur quia sufficiebat solum dicere præcipimus,nam verbum illud est præcisum & necessitatis vt notat Card.per illum tex.in Clemen.j.in princip.de reliq.& vene.sãcto.& in c.quod præcepit.14. q.1. & si contemnatur inducit peccatum mortale & obedientiam,vt notat Card.in clemen. super allegata & in clemen.magistris & gl.in ca.cum aliquib. de rescrip.in 6.& Alex.in l.& quia.ff.de iurisdict.omnium iudicum Moderni in l.sæpe.de offi.præsid.sed dicite, quod hæc verba maledictionis æternæ sunt ibi apposita ad magis terrendum iudices ecclesiasticos vel verius dicite, quod iste solitus modus loquendi per summos pontifices idem dicendũ est in istis verbis,quę solent apponi in fine constitutionis indignationem Dei omnipotentis & beatorum Apostolorum Petri & Pauli se nouerit incursurum. quæ verba important vt contraueniens priuetur beneficio secundum Baldum. papa ergo hic præcipit sub prædicta pœna prælatis ac cœteris iudicibus ecclesiasticis quod subiicitur in textu.

Ne deinceps sub pacto.

SVMMARIVM.

1 *Pactum per quod dolus futurus remittitur est nullum.*
2 *Delicta etiam per gratiam remitt non possunt.*
3 *Pactum factum inter delinquentes non præiudicat fisco.*
4 *Pascicendo videtur quis fateri delictum.*
5 *Infamis efficitur qui de delicto pacisc itur.*
6 *Criminosi ex ordinatione regia prohibentur per quoscunque iudices recipi ad compositiones.*

Prout faciunt quidam grapharij, & commissi spirituales patriæ nostræ, qui discurrentes per diœcesim cum presbyteris pacisc untur & illos mediante pecunia appatiant,scilicet,quod durante eorum firma nõ molestabuntur:nec contra eos aliquas cõficient informationes promittentes præterea eos circa fiscum Episcopalem conseruare indemnes tales enim pactiones a iure improbantur
1 triplici† ratione, prima : quia pactum per quod delicta futura remittuntur,est nullum.l.si vnus. §.nulla pactione effici potest. ff. de pactis : secunda quia inuitat sacerdotes ad delinquendum:& istud dictum sequitur Salycet.qui. allegat Iacobum Butrigarium hoc tenentem in l.de rescripto. C.de pręci
2 bus imperatori offerend.vbi dicit,† quod delicta futura etiam per gratiam remitti non possunt. Ex quibus infertur, quod †si pars denuncians pacisc atur cum parte denũciata,tale pactum non pręiudicat fisco,quia possit procedere vt criminosus puniatur duplici ratione, prima:† quia tale pactum operatur vt accusatus videatur fateri delictum.l.quoniam. ff.de hi
5 qui notantur infa.secunda:† quia ille, qui de delicto pacisc itur efficitur infamis.l.athletas.§. fi. cum lege sequenti eodem titulo.& notatur in §.ex quibusdam.Instiu.de pœna temere litigant.Tertia ratio est,quia per illud pactum delicta remanerent impunita:quia daret occasionẽ sacerdotib. iterata flagitia committendi capitu.do his. quinquagesima distinctione,quod absurdum de iure videtur.l.conuenire.ff.de pact.dotalibus,& refert Benedicti in verbo primo mortuo itaque testatore.numero centrsimo decimo sexto,quod in regno Frãcię Carolus filius regis Frãcorum in absentia sui patris anno
6 Domini millesimo trecentesimo quinquagesimo sexto† ordinat,quod in presenti prohibetur quibuscunque regijs iudicibus ac alijs inferioribus recipere criminosos ad compositionem sub pœna priuationis iurisdictionis:sed puniri eos pœna delicti.De iure autem quid dicendum esset vide scrib.l.transigere.C.de transactione.

Compositione.

SVMMARIVM.

1 *Verbum compositio in iure dupliciter accipitur.s. large & stricte.*
2 *Compositio facta per iuste incarceratum valet.*
3 *Compositio facta super criminibus etiam ecclesiasticis non valet:imo curia parlamenti illam reuocat.*
4 *Fiscales & grapharij facientes compositiones debent puniri pœna concussionis & delinquens debet puniri pœna iuris.*
5 *Pœna a iure vel ab ista compositione statuta an conuerti possit in aliam pœnam pecuniariam per compositionem.*
6 *Iudex ex certis causis potest pœnam iuris minuere & illam in pecuniariam conuertere,imo quandoque potest facere quod crimina remaneãt impunita.*
7 *Iudices facientes sententias venales vt concussores puniri debent.*
8 *Iudices non debent esse clementiores lege quod facit contra officiales qui iudicare non debent nisi quod legibus,aut constitutionibus,aut morib. proditum est.*
9 *Statutum quod homicida puniatur pœna pecuniaria tantum non valet.*
10 *Crimina in personis & non in facultatibus sunt vlciscenda etiam si iudex ecclesiasticus agat contra clericum delinquentem.*
11 *Aetas & personæ qualitas possunt inducere iudicem ad pœnam mediocrem.*
12 *Prælatus an teneatur de delicto commisso per officialem suum ac officiariorum delinquentium in eorum officio.*

Pactum & compositio non sunt idẽ sed differunt:quia licet inter ista duo substantiua non ponitur copulata, &, ponitur tamen punctus qui habebitur loco copulę,vt tradit Baldus.in l.placet.in fine.C.de sacrosanct.eccles.& Bartolus in lege cum duobus.§.si in coeunda.ff.pro socio:iste terminus cõ
1 positio in iure accipitur dupliciter: † primo large pro transactione,seu amicabili concordia,quę fit inter partes ratione controuersię,& de ista loquitur text. in capitulo præsentium de testibus.in sexto.Secundo accipitur stricte pro abolitione criminum,vt hic: ex quo infert Oldradus consil. 274. sub titulo de pactis,quod compositio facta de controuersia super possessionibus non se extendit ad delicta:vnde ea non obstãte iudex, qui habet merum,& mixtum imperium poterit illa punire.

Dubitatur modo,an compositiones factæ super criminib. sint licite de iure,videtur quod sit quod iudex inquantũ potest debet lites dirimere,& partes ab expensis releuare capitulo frequens.de restitutione spoliatorum in sexto.illasque debet inducere ad compositionem.vt in terminis debet Speculator in titulo de officio omnium iudicum.in § deseruit.circa finem.pro cuius dicto facit tex.in c.final. in versiculo poteris partes tuas ad componendum interponere.extra de transact. & clarior tex.in cap.si quis contumax.in versicu. solidos Episcopo componat.17.q.4.vnde Bar.in l.qui a latronibus. ff.de
2 testa.infert, † quod compositio facta per iuste incarceratum valet:fortificatur prędicta decisio : quia sicut ordinarius cum sibi subiecto in minoribus criminibus potest dispensare post peractam pœnitentiam, vt habetur in capitul. at si clerici. de iudicijs.ergo multo fortius poterit admittere compositionem:quia illa pecunia in locum pœnitentię, seu pœnæ sustinendę commutabitur.

Contrariã opinionem de iure credo veriorem,ꝙ imo super criminibus componi non potest prędicipue quando crimina sunt notoria,seu manifesta propter rõnes superius traditas,& etiam propter rõnem legis transigere. C. de transactio.& istã sequitur Archidia.in c.in omnibus.2.q.3.vbi videtur cõcludere † ꝙ super crimine ecclesiastico non potest componi & idẽ
3

Digitized by Google

Guido Papę in decisio.326.incip.de iure.vbi dicit,quod curia parlamenti tales compositiones non tolerat,sed factas reuocat:† vnde procuratores fiscales, & grapharij talia facientes debent puniri pœna concussionis.l.j.ff.de concussionibus.vel pœna Turpiliani,vt est casus secundum Bart. & gl.ibi.in l.ab accusatione.§.nunciatores.ff.ad Turpilianum. & hæc deci.ex pluribus firmari potest:quia grauiter delinquentes non dēnt euadere impuniti,iuxta illud,quod dictum est a domino maleficos non patiaris viuere super terram. vt habetur in capitu.reos sanguinis. 23.q.5.& muneri.35.capi. vbi dicitur non recipies pretium ab eo,qui est reus sanguinis:& idem habetur Deuteronomij decimo tertio capitulo,vbi dicitur nō parcat ei oculus tuus, vt misereris, & occultes eum: sed statim interficies eum,& idem decimonono cap.vbi dicitur morietur nec miserebitur eius. hoc idem habetur in psalmo Dauid 58.in versicu. non misereatur omnibus, qui operantur iniquitatem.& Exodi.24.cap.pauperis quoque non misereberis in iudicio,vnde sicut quis peccat in nimia correctione sic ēt propter nimiam indulgentiam & iustitia in iniustitiam mutatur:quia qui sunt nequam propter spem venię fiunt nequiores.c.vt famę.de senten.excommu.& sicut nec inuidere,ita nec misereri cadit in sapientem secundum Tulium.2.Tuscularum quæstio. Si igitur compositiones a prędidibus sunt reprobatæ:ergo multo magis in procuratoribus fiscalibus, ac alijs firmarijs emendarum,apud quos nulla est iurisdictio,& si contrarium factum fuerit,poterunt componentes iterum pœna iuris de eodē crimine puniri,& ista videtur verior opinio de consuetudine,quæ male nostris temporibus seruatur per officiales grapharios ac arrendatores spirituales,quos nō decet lucris turpibus inquinari.

Vlterius dubitatur,an pœna istius constitutionis, quæ est inducta contra clercos publicos concubinarios, vel prælatos eos patientes sordescere in tali fœditate, vel etiam quælibet alia pœna a iure statuta† possit licite per compositionem cōuerti in pœnam pecuniariam? videtur,quod sic per tex.ad literam in c.presbyteri interfecti compositio. extra de pœnis, vbi habetur,quod compositio proprie est in pecunia,quæ interdum per delinquentem pro crimine infertur, hoc est,pro homicidio sacerdotis,† præterea ex pluribus causis potest iudex minuere pœnā etiam a lege præfixam, puta propter publicam vtilitatem,vt est tex.in l.ad bestias.ff.de pœnis.& in c. scias.7.q.1.& necdum propter necessitatem publicam iura possunt transgredi,verum etiam quandoq; crimina possunt remanere impunita.argumento legis,at si quis.§.generaliter versic.diuus.ff.de religiosis,& sumptibus funerum.ergo multo magis poterit iudex per compositionem commutare pœnam criminalem in pecuniariam: quoniam per ablationes pecuniarum,seu bonorum criminosi coercentur,ca. vos.23.q.v.vnde vulgariter dicitur qui bona nostra tollit vitam quodammodo auferre dicitur.

Contrariam sententiam de iure credo veriorem, eo quia pœna statuta a lege non dēt dimitti per interuentionem cuiuscunq; pretij,sicut nec debet vitio cupiditatis inferri l.iubemus.C.ad leg.iul.repetun.† qui tex.loquitur contra iudices facientes processus,vel sententias venales tāquam concussores pœna illius legis puniuntur,ergo pœnam statutam a iure in aliam commutare non possunt:quia† iudices non debent esse clementiores lege,nec debent flecti contra legē in §.oportet.in Authētico de iudicib. & in §.si quis autem ad numerationem.in Auth. de triente,& semiss.vnde sicut iudex pœnā duriorem,quā lex imponat,imponere non debet,c.allegant. 26.q.fi.sic etiā mitiorem quam lex infligat imponere nō dēt, quia in iudice sicut gloria clementię affectanda non est, ita etiam,nec gloria seueritatis.l.respiciendū. ff.de pœ. sic patet, q̄ supplicia a lege statuta iudex delinquenti inferre debet,ergo per compositionem pro illis non pebet recipere precium, ne videatur hoc facere ex radice cupiditatis,& auaritiæ,vnde dicit tex.in c.licet.ex̄ de pœ.q̄ pro sustinēdis delinquētib.p̄lati a suis subditis pecuniam exigere nō debent:nec in corrigēdo propter vitium auaritiæ pœnam pecuniariam imponere.

Cauere ergo debent officiales nostri temporis,ne aliud, q̄ q̄ legibus,aut constitutionib.aut moribus proditum est,iudicent,vt hī Instit.de offi.iudic.in princ.Solent.n.iudices in assūptione officii iurare,quod delicta delinquentium s̄m formā a iure prefixam exequentur,vt dicit imperator in Authētico iusiurandum q̄ præstatur ab his qui administrationē. in ver. sed exequar vniuersa delicta.col.j.ergo iudex tenetur obseruare leges,& s̄m eas ferre sententiam:patet ex præmissis, q̄ pro crimine iudex nō debet recipere pecuniam nomine compositionis:quia non in pecunia:sed in corporalib.vel aliter secūdum qualitatem criminis admissi leges vel canones puniunt delinquentes,quia iuxta mensuram culpæ modus plagarum esse debet,vt hī Exodi 20.c.& Deuteronom.19.ex quibus infert Luc.de pen.in l.1.de desertorib.lib.12. Codicis,q̄ non valet statutum,q̄ fit in Italia,videlicet,† q̄ homicida puniatur pœna pecuniaria tantum, & allegat Arch.hoc notantem in c.duo.23.q.4.& hæc opinio legistarum, & Canonistarum vt concordare cum lege veteris testamenti, vt habetur numeri. 35.in quo dicitur non accipies pretium ab eo,qui est reus sanguinis:restat ex prædictis verificata opinio, q̄ a pœna statuta a lege,vel constitutione recedi non debet per compositionē pecuniariam:sed debēt iudices contra Laicos delinquētes infligere pœnam corporalem a lege statutam,nec pro ea recipere pecuniam:† quia vt dixi in personis, & non in facultatibus crimina sunt vendicanda etiam si iudex ecclesiasticus agat ꝯ clericum delinquentem,vt expresse dicit tex.in c.illud. 26.q.6.

Nec obstāt iura in contrarium allegata,quib. respondet, q̄ non procedunt absolute,sed causatiue tātum, sed propter fauorem publicæ vtilitatis,vel propter dignitatem: quia dicit tex.in c.contumaces.l.dis.q̄ pœnæ sunt imponendę iuxta ordinem dignitatis,vel alijs legitimis causis poterit iudex pœnam statutam a lege,vel constitutione per compositionem commutare in pecuniariā,& illa causa sumitur† ex persona,& ex ætate,quæ iudicem ad pœnam mediocrem inducere potest. l. auxilium.§.in delictis.ff.de minorib.c.2.de apostatis.c.j.de delic.puero.item ex tempore,ex loco,ex rei conditione,ex criminum vniuersitate, & ex peccatorum qualitate in prædictis casibus poterit iudex a iure præfixam pœnam in aliam commutare.in cæteris tam de iure,quam consuetudine prohibetur compositio.& ista decisio est valde notanda ꝯ officiales procuratores fiscales, & emendarum arendatores prælatorum,qui etiā pro graui crimine tā laicos,quam clericos delinquentes admittunt ad compositionem: sed an Episcopus teneatur de delicto sui officialis,ac officiorum delinquentiū in officio videre Stepha.Aufre.decisio.57.& Fely. qui cęteros refert in c.Petrus.de homicid.& Arch.in c.si Episcopus.de of. ord.in 6.& D.de Rota in dec.268. sub titu. de officio vicarij. in nouis.incip.si vicarius.

Aut spe alterius quæstus.

SVMMARIVM.

1 *Dictio quæstus,in bonam,& malam partem accipitur.*
2 *Officiales plerunque ex auaritia,vel pro quæstu, aut pro eorum vendicatione innoxios condemnant,& noxios absoluunt.*
3 *Officiales recipientes munera ad peruertendum iudicium comparantur Iudę qui pecuniam,et laqueum simul accepit.*

1 Id est,† turpis lucri, & ita in malā partem accipitur hic,alias autē quæstus proprie dicitur, q̄ illud q̄ ex opera solertia, seu industria alicuius,quæ oritur. vnde prælatus qui talem quæstum facit, graui pœna canonum puniri debet, vt est casus in argu. in l. 2 mariti.§.qui quęstum ex adulterio vxoris. ff.de adult.† Ista.n. crimina ex auaritia,& cupiditate iudicū procedunt qui plerunq; pro quæstu pecuniæ innoxios condemnant,& noxios absoluunt,q̄ legibus prohibitum est,vt dicit tex.in §.qua propter.in Authētico,vt iudices sine quoquo suffragio.co.2.† Prę 3 lati ergo,aut eorum officiales,qui recipiunt munera ad peruertendum iudicium cōparātur Iudę,qui pecuniā, & laqueū simul accepit,prout de hoc habetur figura Iudicum tertio.c. vbi Rex Eglon munera, & mortē simul ab Aioth recepit,& de talib.dicetur,prout antiquitus dictum fuit de Achab,qui dimisit Benadac;tertij Regum.c.20.quia dimisisti virū dignū morte erit anima tua pro anima illius.De illis etiā dicit Prouerbiorum.29.c.auarus princeps,seu Prelatus destruit dioecesim, & Esaiæ.1. c.principes tui infideles socij furū omnes diligunt munera, sequunt retributiones,pupillo nō iudicant,& cā viduæ non ingreditur ad illos.de illis etiam habetur Hieremię sexto,& octauo ca.a minore vsque ad maiorem omnes auaritię studeant.

Talia quouis modo tolerent.

SVMMARIVM.

1 *Repetiens aliquem in stupro,& recipiens pretium, vt non dicat,punitur pœna adulterij,sic etiam sacrilegium, seu simoniacum est pecunia aut fauore celare peccatorem,vel non pœnitentem reconciliare.*

Aliter asperè sunt corrigendi, vt habetur in summa.& in c.peruenit.84.distinc. vnde decisum est in cōcilio Lateranensi quod describitur in c.nemo. extra de simo. 1 † quod sacrilegium, seu simoniacum est pecunia,aut fauore celare peccatorem, vel non pœnitentem reconciliare,vñ Innoc.tertius in concilio generali q̄ est descriptū in c.vt clericorum.

Digitized by Google

rũ.extra de vit.& hone.cler.refert prælatos graui pœna cano nũesse puniendos,qui obtẽtu pecunię,vel alterius quæstus,& commodi temporalis clericos in suis spurcitijs, & iniquitatibus tolerant:pro quibus facit text.in l.de crimine.in fin.C. de aaulter. vbi dicitur, quod si aliquis reperierit quem in stupro, & recipiat pretium, vt non dicat, punitur pœna adulterij.

L

Aut dissimulent.

S V M M A R I V M.

1 *Dissimulatio prælatorum in obmittendo, vel non obuiando est peccatum mortale.*

Quo casu In prælato est peccatum mortale,dissimulatio glo.in c.clericis.in verbo dissimulatione,de immũni.eccles.in 6.quam allegat Panor.in c.1.extra de treug. & pac.& pro quibus facit tex.in c.si rector.xliij.dist.& gl.in cap.ea quæ, de offic.Arch.quæ dicit†quod negligẽtia,id est, dissimulatio in ob
2 mittendo,vel non obuiando est peccatum mortale, & notate quod iste terminus dissimulatio sonat in malam partem, vt habetur secundo Regum capite.13.de Amon filio Dauid, qui dissimulauit lãguorem,vt posset decipere Thamar,quam libidinose amabat.idem habetur secundi Machabeorum.c.5. cum venisset Apolonius Hierosolimã missus ab Antiocho pacem dissimulans quieuit vsque ad diem sabbati,& tunc feriatis Iudęis arma suis capere pręcepit,& omnes qui ad spectaculum venerant trucidauit.

Alioquin vltra præmissam negligentiæ pœnam duplum eius quod propterea accœperunt, restituere.

S V M M A R I V M.

1 *Concussor secundum canones tenetur in quadruplum.*
2 *Concussiones indebitas faciens colore sui officij debet viuus concremari.*

Hoc dicit ad differentiam criminis cõcussionis,
1 †cuius pœna secundum canones est, vt concussor teneatur in quadruplum.c.quoniam quidem.in verbo soluat quadruplũ 18.distinct.& in c.militare.in verbo concussor.23.q.1.quæ decisio secundum gl.habet locum tã in laicis, quam clericis, secundum vero leges punitur extraordinarie, vt notat gloss.& Card.in cle.2.§.1.de hæreti.& proprie concussor dicitur, qui subditos concutit,vt pretium soluãt pro eo quod officio suo ipse facturus est,& generaliter q a subditis aliquid extorquet,
2 quod facere non deberet concussor dicitur,vnde † qui colore sui officij concussiones facit indebitas viuus concremari dẽt, vt est tex.in l.vniuersi.C.vbi causæ fiscales.

Et ad pios vsus omnino conuertere teneantur, & compellantur.

S V M M A R I V M.

1 *Verba teneantur,& compellantur important obligationem, & necessitatem.*
2 *Verborum geminatio multos effectus operatur de iure.*
3 *Officialis pœnam impositam clerico pro delicto non debet conuertere in vsus proprios vel prælati.*

Istud verbum omnino importat formã pręcisam.gloss.in cap.ex eo.de electio.in sexto.& in cap.quamuis. de pactis.eodem libro.Alexan.cons.88.in 4. volum. & habet vim generalis dispositionis.l.si quis eo.§.si nummos.ff.de fideiusso.†verba ista teneantur & compellantur,sunt verba inducẽtia obli
1 gationem & necessitatem:ita quod iude non potest a forma recedere.vt notatur in l.sępe.ff.de offi.præsid.& maxime quãdo verba sunt geminata: vt hic.quæ geminatio ostendit enixam voluntatem disponentis:vnde licet confessio facta parte absente non noceat confitenti.l.si certum. §. si quis absens.ff. de confess.& c.fi.eod.ti.tamen de æquitate canonica valet,sic etiam quando fuit geminata. Barto. in l.cum scimus. de agri. li.11.C.& vbi mora est geminata non admittitur purgatio ẽt de æquitate canonica.l.traiectitiæ.§.de illo.& ibi Ang.ff.de ac. & oblig.Roma.cons.352.inc.quæritur.Bar.& Alex.in l.si in-
2 sulam.ff.de verb.oblig.†& quãdo geminatio est facta apparet q̃ dispositiones vult ita intelligi,nec aliter interpretari vel declarari:licet aliam reciperẽt interpretationem vel declarationem,gl.in cle.1.in verbo diœcesanus.de iure pat.& talis gemnatio habet vim clausulæ non obstante,& ex certa scientia,secundum Ant.de Butr.in c.quæ in ecclesiarum,de const.de virtute verborum geminatorum vide,quę plene scripsi in l.liberorum appellatione.ff.de ver.& rer.signific.

Dum hic dicit ad pios vsus,non ergo fisco de pauperib.sed
3 bet erogari.l.si clericus.C.de epis.aud.& ibi Doct.notant,† q̃ pro isto delicto non potest Episcopus vel eius officialis imponere pęnam pecuniariam clerico: conuertendam in vsus proprios ipsius imponentis,sed debet conuerti in pios vsus: vos autem aduertite:quia text.iste hoc non dicit: quia in isto ver. agitur tantum de pœna imponenda iudici ecclesiastico. qui ex illicita pactione, vel quæstu pecuniario patitur clericum per dissimulationem stare in concubinatu, isto casu non dẽt ad vsus proprios,sed ad pios applicari, rõ istius constitutionis est,ne quis ex suo delicto reportet commodum. sed q̃s agere tur de pœna imponenda clerico propter concubinatum, an debeat applicari fisco Episcopi,vel conuerti in pios vsus. dixi supra in verbo conuertat.& in d.l.liberorũ appellatione.vbi plene examinaui an dispositio testatoris facta ad certum vsũ pium possit per hæredem vel executorem conuerti in alium pium vsum.

Sed an pręlati talia patientes debeant puniri vltra pœnam præsentis constitutionis.concludite,quod sic,saltim pœna suspensionis ab officio:vt decidit papa Vrbanus secundus in synodo apud Malachiam,in capitulo eos.in versiculo si Episcopi cõsenserint eorum prauitatibus, officij interdictione multentur.trigesima secunda distinctione:quod est verum quãdo ageretur tantum de punienda sola negligentia. Secus si prælati vel eorum officiales pro prædictis acceperint pretiũ, aut alios quæstus pecuniarios, tunc grauiori pœna puniuntur,scilicet,perpetuæ depositionis quam statuit Innocentius Tertius in concilio generali positum sub titulo de vita, & honestate clericorum.in capitulo,vt clericos.in verbo perpetuo deponatur.

Ipsas autem concubinas, aut suspectas prælati omnibus modis.

S V M M A R I V M.

1 *Verba omnibus modis, important clausulam iure institutionis.*
2 *Dictiones omnimodo, & nullo modo, sunt latæ sententiæ.*

Id est, omnibus casibus, vel omnibus remedijs. vel exponatis.i.ipso iure.vt terminis decidit Bal.in l.1.in.§.si pecunia.ff.depositi.qui allegat glo. ordinariam in Authenti.vt defuncti,seu funera eorum non iniurientur.circa principium tituli,in verbo omnibus modis.colla.v.quæ exponit.i.ipso iure. hoc idem tenuit Ang.ibi,& in Authen.de litigiosis. & illam glo.sequitur Alex.in consi.43.incipien. visa facti narratione.ĩ tertio volu.vel verius exponatis ista verba omnibus modis, id est,sine aliqua distinctione,& sine ope exceptionis,vt decidit Ale. per illum tex.in l.vbi autem non apparet.in fi.in ver. omnimodo efficitur stipulatoris.ff.de ver.ob.dictio oĩmodo, vel omnimodam,prolata in singulari eãdem habet naturam q̃ hẽt dictio omnino:quia vtraque est pręcisa,& importat canonem latæ sententiæ,est enim dictio vniuersalis & omnia comprehendit.glo.in clemen.j.in verbo omnimodam,de foro cõpetenti.& notat glo.in c.graue.de offic.ordi.Ias. in l. si quis in scribendo.in 6.notabili.C.de pact.& in.l.imperium.ff.de iuri. omni. iudic. & quando sunt prolatæ in singulari vel plurali
3 de iure tantæ sunt potẽtiæ,quod†licet relictum filio simpliciter in testamento non valeat nisi iure institutionis relinquat. vt in §.aliud quoque capitulum. in Authen. vt cum de appel lat.cognosc. tamen si in testamento fuerit apposita clausula omnibus modis, omni iure,omnimodo, testamentum sustinetur ac si iure institutionis fuisset relictum. ita notat Bal.in l. quoties.in fi.col.C.de hæredib.instituend.& Pau.de Cas.in cõsil.345.incipien.super puncto:& idem Fulgosius in cõsilio.xc. inci.in quæstione Ioannis. quos sequitur dominus meus Decius in consilio.14.incipien.pro tenui facultate.in 1. volu.istæ enim dictiones ex quo sunt vniuersales,comprehendunt om
2 nem casum.†Idem dicatis de dictione nullo modo, q̃ est vniuersalis negatiua,& excludit etiam omnem gratiam & dispẽsationem,inducitque canonem latæ sententiæ, similemq; habet naturam, non quandoque maiorem quam habeant illæ dictiones,de quibus superius fecimus mentionem, quorũ studiosus vim ipse perquirere poterit.

Digitized by Google

Curent a ſuis ſubditis per auxilium, & brachij ſecularis inuocationem.

S V M M A R I V M.

1 *Iudex ſecularis capiens clericum etiam violenter dum tamen ſit requiſitus per eccleſiaſticum non incidit in excommunicationem.*
2 *Præſumitur pro ſententia non pro appellatione.*
3 *Secularis inuocatus an teneatur exequi ſententiam inuocantis ſi fuerit appellatum, a tali ſententia diſtinguitur.*
4 *Præſumendum eſt quod brachium ſeculare fruſtra non imploratur.*
5 *Iudex ſecularis inuocatus an poſſit opponere exceptionem iniuſtæ ſententiæ.*
6 *Delegatus a papa an poſſit inuocare brachium ſeculare.*
7 *Iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis, delegata eſt odioſa.*
8 *Delegatus in cauſa commiſſa eſt maior quolibet ordinario.*

Ad iſtum tex. cõcordant plura iura ciuilia, & canonica quod iudices eccleſiaſtici contra ſubditos rebelles, & incorrigibiles poſſunt inuocare brachium ſeculare. primo text.in l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſcop.& cler.& in l.epiſcopale.C.de epiſco. audient.& in c. 1.de officio ordinar.& ibi omnes canoniſtæ,& Inno.in c.quoniã.eo.ti.& Pau.de Caſt.in conſi.clj.& clarior tex.in ca.vt officium inquiſitionis,de hæreti.in 6.& Alex.in l.2. ff.de iuriſdi
1 ctio.om.iudi.† & iudex ſecularis,vel eius familia ad hoc requiſitus per Epiſcopum capiat clericum incorrigibilem etiam violenter non incidit in excommunicationem.quia hoc facit iure permittente, vt eſt caſus apertus in ca. vt famæ. de ſententia excommunication.per textum in d.c. 1.quem ad hoc notat Panor.in 2.notabili,de offi.ordina.& glo.vbi in verbo publicum notat,quod ſicut iudex ſecularis debet impendere auxilium iudici eccleſiaſtico,ſic etiam econtrario iudex eccleſiaſticus debet iuuare iudicem temporalem requirentem contra laycos rebelles,quoniam vtraque poteſtas per alteram iuuatur.c.cum ad verum.xcvj.diſtinct.& in c.ſi imperator.eadẽ diſtin.quibus dicitur;quod ſicut pro actibus ſpiritualibus prĩcipes ſeculares debent recurrere ad eccleſiam,ſic ẽt iudices eccleſiaſtici pro temporalibus debẽt recurrere ad ſeculares nec eorum officia ſunt turbanda promiſcuis actibus. l.cõſulta diualia.C.de teſtamen.

De duobus nunc videndum eſt,primo ſi officialis inuocat brachium ſeculare cõtra ſubditum ſuum incorrigibilem,an iudex temporalibus abſolute hoc eſt ſine aliqua exceptione teneatur ſibi præſtare auxiliũ, videtur quod ſic eo,quia iudex ſecularis eſt tantum merus exequutor,& ideo tenetur exequi etiam ſi ſciret ſententiam iniuſtam,quia de alio non debet ſe intromittere niſi de exequutione,vt eſt tex. in ca.paſtoralis.§. quia vero.ver.nihilominus exequi tenetur eandem.ext.de of. & ptãte iud.cui concordare vĩ tex.in l.executorem. C.de execu.rei iudica.& canoniſtæ in c.2. extra de maledicis.& clarius in l.ſi quis latrones.C. de his qui latrones occultauerunt. per quam decidit Albe.in dicta.l.Epiſcopale,quod inuocatus per iudicem eccleſiaſticum quoquo modo fuerit inuocatus,tenetur illi præſtare auxilium aliter clerici propter eorum impotẽtiã incorrigibiles per appellationẽ,vel aliter ſemper excluderent correctionem,a qua vt ſuperius dixi appellari nõ põt.ca. ad noſtram.de appellat.rationem aſſignat Alb.quia pro ĩnia iudicis in dubio præſumendum eſt,vt dicit tex.in cap. ſicut.in
2 fi.extra de re iudi. † non autem præſumitur pro appellatione ſicut pro ſententia,vt notatur in capitu.vt debitus,de appella. apparet ergo ex prædictis,quod iudex ſecularis in quocunque caſu fuerit requiſitus,dum tamẽ iuſte per Epiſcopum vel eius vicarium tenetur eis præſtare auxilium.

3 Alij autem fuerunt in cõtraria opinione, quod imo iudex temporalis inuocatus non tenetur exequi ſententiam inuocãtis,præcipue ſi a tali ſententia fuerit appellatum ea potiſſima ratione,quia per appellationem ſuſpenditur iuriſdictio iudicantis ſecundum canones,capitu.uenientes, de iureiurand. imo ſecundum leges videtur extincta,vt eſt caſus in lege prima.in fine.ff.ad Turpil.& facta,pendente appellatione, ſunt nulla,toto titulo.ff.nil nou. appellat. pend. & in capitulo nõ ſolum,de appellat.in ſexto,cum ergo videretur eſſe factum a non competenti iudice inuocatus non tenetur ei parere:imo illo caſu,ille contra quem fit inuocatio,poſſet reſiſtere eo,qa ſi iudex eccleſiaſticus poſt legitimam appellationẽ procedat ad vlteriora videtur facere iniuriam iudici ad quem,pro quibus facit tex.in l.quoniam iudices.C.de appellat.vbi dicitur,q̃ iudex,vel eius officialis non recipientes appellationẽ puniuntur in triginta pondo auri,patet ergo quod iudex temporalis inuocatus in præiudicium appellationis non tenetur præſtare auxilium.

Alij autem aliter diſtinguunt,vt Anton.de Butr.in dicto.c. primo.de offic.ordina.quod aut agitur de re mere ſpirituali, & iſto caſu ſi iudex eccleſiaſticus inuocet brachium ſeculare iudex temporalis ſine aliqua exceptione tenetur exequi ſententiam illius:quia de rebus ſpiritualibus non debet ſe intromittere,tanquam iudex incompetẽs.Si vero agatur de re concernente temporalitatẽ,vel cauſam mixtã, in qua iudex ſecularis eſt competens,& tunc non tenetur exequi ſnĩam iudicis niſi ſibi faciat fidem de proceſſu:& in hac ſententia fuit Bar. in l.diuus.ff.de cuſtod.& exhibitio.reorum:licet ſua opinio ſit vera,de iure tamen repræhenditur communiter per Doctores in caſu in quo loquitur,ſcilicet,in crimine hæreſis per textum qui ineuitabiliter facit contra eum in ca.vt inquiſitionis in §.prohibemus.de hęre.in ſexto.

Breuiter ſuper iſto puncto ego puto aliter eſſe diſtinguendum, quod aut brachium ſeculare imploratur extraiudicialiter,aut iudicialiter:primo caſu ſubdiſtinguite, quod aut notorie,& euidenter conſtat iudici ſeculari, quod auxilium imploratur iniuſte, & non tenetur ei parere: ratio eſt,quia non debet eum iuuare ad malum, ſed ad ea quæ ſunt Deo placita,& non ad præiudicandum,vt dicit tex.in prædallegato capitu.primo,quoniam in hoc caſu iudex ſecularis non eſt *inferior*.Sed eſt par iudici eccleſiaſtico:ideo non tenetur præſtare adiutorium ſi iniuſte petatur,vt notatur in dicto capitulo cum ad verum:ſecus eſt ſi non conſtet iudici ſeculari, quod
4 auailium iniuſte imploratur:quia tunc tenetur parere:† quoniam præſumendum eſt,quod brachium ſeculare nõ imploratur fruſtra,& iſta fuit ſententia Innocentij in dicto capitulo primo.quem ibi refert,& ſequitur Panormit. Si vero brachium ſeculare iudicialiter imploretur contra ſubditum incorrigibilem,puta,quia pluries monitus fuit, vt dimittat cõcubinam,vel quod concubina recedat a domo clerici,& ſuper hoc lata fuit ſententia,a qua nec per clericum nec per cõcubinam fuit appellatum,neque reclamatum,certe iſto caſu ſi reperiatur incorrigibilis poteſtas ſecularis requiſita tene-
5 tur ſententiam iudicis eccleſiaſtici mandare executioni,† nec aliquo modo debet admittere exceptionem iniuſtæ ſententię vt notat Dominicus in c.cum quidam ſeculares. de exceptionib.lib.6.& ita procedit tex.in d.c.paſtoralis.in §.quia vero.de officio & poteſtate iudicis delegati. & iſtam opinionem Innocentij ſequitur Alexan.de Imo.in conſilio centeſimo trigeſimo,incipiente in cauſa.in quarto volu.

Vltimo,quia conſtitutio iſta loquitur de inuocatione brachii ſecularis,quę fit per prælatũ,& ſic per iudicem ordinariũ
6 ad euitandum ſcandalum.Dubitatur modo† an iudex delegatus poſſit ſimilem facere inuocationem,videtur quod nõ,niſi in reſcripto ſuæ delegationis hoc ſpecialiter contineatur ; quia iura quæ faciunt mentionem de inuocatione brachij ſecularis loquuntur tantum in ordinario,& non in delegato,vt notat Archidiaconus in d.c.vt officium.§. denique.de hæreti. Præterea facit,quia delegatus habet certam pęnam a iure ſtatutam,ſcilicet,cenſuras,quas contra rebelles & contumaces fulminat.in capitulo primo,in verſicu. diſtrictione eccleſiaſtica poteris coercere:de offi.deleg.ergo delegatus debet eſſe cõ
7 tentus illa pœna:fortificatur,quia† iuriſdictio ordinaria eſt fauorabilis,delegata autem eſt odioſa:ergo non poteſt cogere iudicem temporalem:vt ſuam ſententiam mandet executioni,& iſtam opinionem ſequitur Albe.in d.l.Epiſcopale.

Alia fuit opinio Speculatoris in ti.de leg.in §.ſequitur videre.in ver.ſed nunquid ſeculare brachium:vbi concludit,q̃ delegatus poteſt inuocare ſecularem poteſtatem: quia ſi ordinarius poteſt per iura ſuperius allegata,ergo multo fortius pote
8 rit delegatus,† qui quoad cauſam ſibi commiſſam eſt maior quolibet ordinario.ca.ſane.de offic.iudic.deleg. & gloſſ.in c.ſignificaſti.eo.ti.Archi.in d.c.adminiſtratores. Fed.de Senis cõſ. 163.inc.ſuper inuocatione.Ant.de Butr.in c. tanta.de exceſſi. præla.Card.in clement.1.de off.deleg.Pau.de Caſt.in conſ.39. incip.viſis.& iſta communis eſt opinio.

Si opus fuerit.

S V M M A R I V M.

1 *Inuocatio brachii ſecularis non debet a iudice layco impendi niſi in ſubſidium.*
2 *Inuocatio brachii ſecularis in quibus caſibus habet locum.*

Ergo ſi prælatus, vel eius officialis cum ſua familia poſſit exequi ſententiam vel facere adimplere præceptum ſuum non debet im-
1 plorare alienum brachium, † quod impendi non debet,niſi in ſubſidium.ſ.quando vires proprij officij non ſufficiunt,per tex.quem ad hoc notat Bal.in l. 2. in verbo non ſufficere. C. de his qui latro.occultauer. & ſic inuocatio brachij ſecularis, demum habet locum qui iudex eccleſiaſticus fecit, quod potuit,

Digitized by Google

tuit,& non habet vltra quid faciat:& ideo si clerico concubinario,vel concubinæ fuerit factum præceptum sub pœna excommunicationis,vt vnus non conuersetur cum altero.& ipsi contemnant censuras, isto casu poterit inuocari seculare brachium,vt in terminis notat Pet.de Anch.in c.postulasti.de homicidio.& dicuntur secundum Host.contemnere excommunicationem quando infra diem assignatam nō obediūt,
2 vel aliter non satisfaciūt:vnde †iura,quæ de inuocatione brachij secularis loquuntur,ponunt clausulam,si opus fuerit,vel necesse fuerit.vt probatur in d.ca.j.de offic. ord.in verbo cum opus fuerit.& in cap.quoniam.in verbo si necesse fuerit.eodē titulo.& in c.fin.in verbo si opus fuerit.de excess.prælatorum. & in capitulo periculoso. circa finem.in verbo si opus fuerit. de statu regul.in sexto.& in capitulo ab homine. in verbo cū ecclesia non habeat vltra quid faciat,de iudicijs.& in capi.sta tuimus, in verbo si necesse fuerit, de maledicis: & hoc etiam notat Archid.in capitulo administratores.vigesimatertia quę stione quinta,quibus concordat tex. de iure ciuili in prælle gata.l.2.in verbo non sufficere: ex quibus concludatis brachium seculare non debere impendere auxilium iudici ecclesiastico in casu istius constitutionis,nisi ex vrgēte necessitate.

Pœnitus arcere.

S V M M A R I V M.

1 *Concubina clerici an sit de foro iudicis secularis vel ecclesiastici distinguitur.*
2 *Punitio criminis concubinatus ad quem spectet an ad iudicem ecclesiasticum vel ad laicum.*
3 *Concubinatus secundum leges non erat crimen.*
4 *Maritus tenens concubinam si non dimittat potest ab episcopo excommunicari.*
5 *Concubina clerici an possit puniri per temporalem iudicem distinguitur.*
6 *Concubina clerici non comprehenditur appellatione familiæ, quia etiam vxor iniusta non continetur.*
7 *Concubina clerici occulta punitur per Episcopum.*
8 *Concubinæ clericorum secundum canones tripliciter puniuntur.*

Id est prohibere, vel expellere:& ita exponitur i l. fratres. in verbo pœnitus arceātur.C.de inoffi.test.& in l.secunda.in versi.arceantur tur bæ ab illicitis congregationib.C.de summa Trinitate, & fide cathol.& in clemen.prima,in versiculo a suis arceantur insolentijs.de offic.ordina.& in capitulo cum infirmitas. in versic. tandiu ab ingressu ecclesiæ arceantur. de pœnit. & remissio. & in c.omnis vtriusque sexus, in versicul. ab ingressu ecclesię arceantur.eodem titulo.& dicit ibi Panor.in quinto notabili,quod in casu huius constitutionis clericus cōcubinarius potest arceri violenter,& si opus est potest ad hoc inuocari brachium seculare,vt in dicto c.administratores.quia natura huius verbi,arcere,denotat violentiam,& ponderādum est verbum pœnitus,quod idem significat quod ex toto,vel prorsus c.j.de supplenda negligentia prælatorum,in 6. & notatur in clemen.fina.de procuratoribus. & intelligitur ipso iure gl.in l.si quis aduocatorum.in verbo pœnitus arceantur. C.de postuland.Panor.in c.in quibusdam,de pœnis.Alexand.in l. qui vsumfructum.ff.de verbo.obligationib. & dicite, quod pœna quando clericus interdicitur ab ingressu ecclesiæ est illa, & minor quam sit pœna suspensionis ab officio: & ista interdictio operatur quod clericus non debet se fugere in officio diuino sicut faciebat antea,alias efficeretur irregularis. c.is cui. de senten.excommu.in 6.& ista decisio est vera,si ipse celebraret diuina in ecclesia,secus si extra ecclesiam, vt in oratorio priuato,quo casu non esset irregularis.præterea ille cui ingressus ecclesiæ est interdictus si intra ecclesiam administrat sacerdoti in missa,efficitur irregularis secundum Canonistas in dicto c.is cui,sed ista verba possunt facere dubium, an referātur tantum ad iudicem ecclesiasticum,vel an ad brachium seculare,vel ad vtrumque,vnde succedit quæstio,an concubina subijciatur brachio seculari,ita quod coram eo possit conueniri,vel an sequatur forum concubinarij, sicut dicimus de vxore,quę est conuenienda coram iudice sui mariti.l.cum quædā puella.de iurisdictione omnium iudicum. & in l. exigere dotem.ff.de iudic.& in l.fi.de incolis li.10.C.& in l.fi.§.2.ff.ad municipales.etiam mortuo marito donec alteri nubat. l.2. titu. proxime allegato, & argumento.tex.in capi.ij,qui. in fine.de sepulturis.in 6.

Super hoc puncto distinguite, quod aut agitur de concubina laici,& tunc illa non sequitur forum sui concubinarij, vt in specie decidit Speculator in titulo de competent. iudic. additione.§.primo.versiculo.44.quia castitas vxoris debet aliquid operari vltra luxuriam:& pro ista opinione facit tex.ad literam in l.de iure.in fin.ff.ad municipales.Si vero agatur de concubina clerici,tunc illa sortitur eius forum, & coram eo respondere debet,vt tenent Alex.& Moder.in dicta l. cum q̄dam puella.& Ludo.de Roma.in singu.658. incipiente, licet vxor.qui pro parte allegat duas glossas iuris canonici in c.eos
1 qui.in magna gloss.32 distinctione.†quia concubina sacerdotis dicitur esse de eius familia,& idem priuilegium habet familia,quod dominus.c.ad liberandum.de iudęis. alia est glo. in c.clericum.xi.quæstione prima.omnes enim de familia clericorum & rustici videntur de foro ecclesiæ, eo quia non iure ciuili,sed iure canonico dicitur ancilla ecclesiæ, vnde punitio pertinet ad iudicem ecclesiæ: prętera talis concubina ratione delicti efficitur de foro ecclesiæ:sępe enim ratione delicti efficitur quis de iurisditione alicuius, cui primo nō erat subiectus.c.placuit.6.q.3.

2 Si vero agatur de punitione criminis cōcubinatus, †iudex ecclesiasticus cognoscere determinare,& punire poterit,quoniam hæc est opinio indubitata, quod concubinatus est crimen mere ecclesiasticum,vt tradit Panor.in c.cum sit generale.de foro competenti.qui refert Goffredum Doctorem antiquum hoc tenuisse.Idem tenent Fel.& Canonistæ in c.ecclesia sanctæ Marię.de constitut.ideo de hoc crimine cognoscere debet,quia ab ecclesia habuit originem,& prohibitionem c.neuno sibi blandiatur.32.q.4.Merito per iudicem ecclesiasticum punitio fieri potest:vt declarat Ioannes Andræas in re-
3 gula sine culpa.de regulis iuris.in sexto.ratio esse potest:† quia secundum leges ciuiles concubinatus non erat crimē.l.in cōcubinatu.ff.de concubinis.& ista communis opinio, quæ procedit maxime secundum Panormit.quando ageretur de concubinatu commisso cum clerico,quo casu non verteretur dubium quin non sit de foro iudicis ecclesiastici,merito ab illo concubina potest puniri,& excommunicari.c.si concubinę.
4 de sententia excommunica.†sic etiam maritatus tenens concubinam potest ab Episcopo excommunicari,vt notat Areti.& Iason in l.ex ea parte.in §.mulier.ff.de verborum obligationib.& istud fit per curatores ecclesiarum parochialiū diebus dominicis, quibus concubinarij per statuta synodalia iuri conformia excommunicantur.

Sed vlterior oritur dubitatio an iudex secularis possit puni
5 re concubinas clericorum?†distinguite,quod aut talis concubinatus erat publicus,seu notorius,aut occultus.primo casu, quando erat concubina clerici publica,tunc non est dubium quin iudex secularis possit eam punire.ratio est:quia concubinatus clericorum est reprobatus omni iure:ergo iudex secularis imponendo pœnam publicæ concubinæ:nihil videtur attentare contra sacros canones:quia vnum ius,& vna potestas per alterā adiuuatur. Vnde canones non videntur cogitasse, quod tales concubinæ clericorum sint exemptę a iurisdictione iudicis secularis,quod patet ex mente illorum, qui imponunt pœnam clericis fornicantibus: sed de cōcubinis eorum nulla fit mētio quasi ad eos nihil pertineat, licet cum presbyteris fornicantur:ideo dicit Barto.in l.cunctos populos.de summa Trinitate,& fide catholica,quod persona cum qua,vel ī qua delinquitur,non videtur constituere nouum forum.nec laici eximuntur a iurisditione iudicis secularis, licet exemptū & penitus non subditum offenderint.Præterea licet canones eximant clericum,& eius familiam a iurisdictione iudicis secularis.c.nullus.de foro competenti.tamen non reperitur iu-
6 re cautum,†quod concubina clerici comprehendatur appellatione familiæ:quia etiam vxor iniusta non contineretur, vt dicta.l.de iure.§.fi.ad municipales.restat ergo,quod iudex temporalis potest notoriam concubinam clerici punire, nec per hoc libertas ecclesię,vel honestas clericorum violatur,sed potius adiuuat̄, sed qua pœna debeat puniri dicatis,ꝙ hoc relinquitur arbitrio iudicis.

Si vero concubinatus sit occultus:quia non generat scandalū in populo,isto casu cognitio & punitio ad Episcopum, & non ad iudicem secularem spectat: quia in hoc mūdo peccata latentia non habent vindictam,sed supremo reseruantur iudicio.cap.Christiana.32.q.5.vnde in hoc mundo oportet nos viuere cum fornicatorib.& peccatoribus, sicut Christus est conuersatus cum publicanis,& peccatoribus,qm̄ ipse sciebat Iudā esse proditorē,quē celauit,& tolerauit.Scribit.n. Nicolaus papa Ludouico imperatori, qui erat promptus punire sacerdotes etiam occulte peccantes, dicēs se legisse in scripturis,quod imperator Constantinus, cum videbat presbyteros occulte delinquētes, illos sua clamide cooperiebat ne ab alijs viderentur.c.in scripturis.xcvj.distinct.quod dictum facit contra plures officiales,qui cum fraterna monitione clericos occulte peccantes corrigere deberent illos,tamen publice scā dalizant,vnde canon non cōrectores: sed proditores appel-
7 lat.ex quibus remanet firmata communis opinio†quod concubina clerici occulta punitur per Episcopum:ratio est, quia illa grauiter delinquit in Deum, & in ecclesiam in tantum,

quod

Digitized by Google

quod efficitur serua ecclesiæ,& Episcopus potest eam vendere si non habet filios.c.quidam.lxxx.distin.& si Episcopus nõ posset eam punire tradet brachio seculari,& ista est communis opinio,quam secutus fuit Petrus de Ancha.in consi.197. incipiente Magnifice.& si quæratur qua pœna debeant puniri concubinæ sacerdotum?respondetur quod canones sunt ĩ
8 triplici differẽtia:primo quia tex.in c.fraternitatis.34.di.dicit, quod debent recludi in arcto monasterio,donec condignam egerunt pœnitentiam.secundo tex.in d.c.quidam clerici.dicit, quod tales concubinæ clericorum per Episcopum venundãtur,& ad tps relegantur,& secundum sententiam alterius canonis tribuit authoritatẽ secularib.principibus,vt eas possint perpetuo iugo seruitutis mancipare,quam refert Vrbanus papa secundus in c.eos.32.dist.

Qui etiam filios ex tali concubinatu procreatos.

S V M M A R I V M.

1 *Spurius multipliciter in iure diffinitur.*
2 *Spurius dicitur a duabus primis literis.*
3 *Spurius nec ex testamento,nec ab intestato patri vel auo de iure ciuili succedere potest.*
4 *Naturalis tantum contra testamentum patris in nihilo succedere ptest.*
5 *Legatum factum spurio est nullum.*
6 *Spurius non est successibilis in feudo paterno,etiam per viam donationis, aut alterius contractus.*
7 *Spurio per legitimos successores non possunt remitti bona in præiudicium fisci.*
8 *Spurius non venit appellatione coniunctorum.*
9 *Spurius potest esse executor in testamento sui patris.*
10 *Spurius excluditur etiam ab alimentis.*
11 *Ecclesia instituta an possit relinquere spurio illa bona*
12 *Vxor instituta si instituat spurium,an videatur inductum tacitum fideicõmissum.*
13 *Spurius est capax bonorum alterius præterquam patris sui tam in vltima voluntate,quam inter viuos.*
14 *Spurius an possit institui ab illo quem pater instituerat, & dicitur quod sic nisi in duobus casibus.*
15 *Spurius an possit emere ab illo cui pater vendidit.*
16 *Spurius an possit se tueri exceptione præscriptionis si per longa tempora possidebit bona patris.*
17 *Spurius qui non potest institui an saltem possit substitui, & distinguitur.*
18 *Spurio exemplariter non potest substitui a patre.*
19 *Vulgaris substitutio durat,licet institutio sit nulla,& substitutus admittetur excluso fisco.*
20 *Institutus licet pro se adire non possit,poterat tamen adire, vt alijs restituat.*
21 *Relictum spurio palam non applicatur fisco:sed hæredi scripto, vel venientibus ab intestato.*
22 *Spurius est indignus culpa aliena,& non sua.*
23 *In legem Iuliam ambitus incidunt qui clam, & secrete officia,& dignitates postulant,secus si palam.idem dicendum est in beneficijs ecclesiasticis,& redditur ratio.*
24 *Spurio quando aliquid dicatur esse relictum clam,vel palam.*
25 *Hæredes quomodo dicãtur accommodare testatori tacitam fidem de restituendo spurio,& quibus casibus videatur inductum tacitum fideicommissum.*
26 *Bona si auferantur a spurio sacerdotis cui applicabuntur an fisco ecclesiæ, vel fisco temporali distinguitur.*
27 *Sacerdos an possit vendere filio suo spurio.*
28 *Confessio pretij recepti ab spurio per patrem an valeat.*
29 *Confessio de recepto facta inter coniuges an valeat.*
30 *Recognitio facta per maritum an præsumatur fraudulenta.*
31 *Præsbyter si confiteatur se habuisse decem a sua concubina ex causa mutui an valeat confessio.*
32 *Concubina sacerdotis an possit cogere hæredem ad soluendum pro tempore quo præstitit seruitium tanquam ancilla.*
33 *Confessio facta inter personas prohibitas præsumitur fuisse facta in fraudem de iure ciuili.*
34 *Præsumptio quæ est euidens tollit præsumptionem legis.*
35 *Spurius an possit institui sub conditione si ingrediatur religionem eo:quia ingressus tollit omnem maculam.*
36 *Pater non potest filium ingredientem religionem exhæredare etiam propter præteritam ingratitudinem.*
37 *Spurius an possit institui sub conditione si legitimetur,vel cum capere poterit hoc est cum erit incapax.*
38 *Princeps de potestate absoluta potest legitimare spurium,vt succedat etiã in præiudicium agnatorum.*
39 *Clausula ex certa scientia operatur plenitudinem potestatis.*
40 *Legitimatio retrotrahitur ad tempora natiuitatis & conceptionis.*
41 *Qualitates an debeant exprimi in legitimatione,distinguitur.*
42 *Excommunicatus pluribus excommunicationibus si petat se absolui simpliciter non erit absolutus.*
43 *Verba generalia non comprehendunt personas odiosas.*
44 *Exprimi debent qualitates in legitimatione,seu dispensatione.*
45 *Papa conferendo spurio episcopatum videtur legitimare.*
46 *Comes palatinus an possit legitimare.*
47 *Mixtum an comprehendatur sub simplicibus.*
48 *Intellectus.l.si ita facta sit exhæredatio.ff.de inius.& rup. testamen.*
49 *Dos seu alimenta debentur spuriæ vel spurio de æquitate canonica.*
50 *Differentia inter dotem & alimenta nec valet argumentum.*
51 *Æquitas canonica fundatur super æquitate naturali.*
52 *Dispositio.c.cum haberet.quomodo intelligatur.*
53 *Alimenta possunt publice & occultè relinqui.*
54 *Spurij de fructibus beneficiorum possunt alimentari & dotari.*
55 *Sacerdos vltra causam alimentorum in certis casibus potest relinquere, spurio.*
56 *Spurio an possit relinqui causa remunerationis.*
57 *Dispositio.c.cum habere.non habet locum quando spurius habet libertatẽ ex qua possit viuere.*
58 *Relictum spurio vltra legitimum modum alimentorum deuenit ad legitimos successores.*
59 *Relictum spurio pro alimentis extinguitur morte spurij.*
60 *Legatum factum spurio de proprietate non valet tamẽ limitatur quatuor limitationibus.*
61 *Dispositio dict.c.cum haberet.habet locum tam in foro ecclesiastico quam seculari.*
62 *Statutum an possit habilitare spurios, vt possint succedere disputatur ab vtraque parte.*
63 *Consuetudo quando est contra ius positiuum, non derogat illi iuri, nisi sit rationabilis.*
64 *Spurius,qui non potest succedere patri,an statim possit institui ab auo disputatur ad longum.*
65 *Persona,quæ est prohibita succedere omnes ex illa descẽdentes intelliguntur prohibitæ.*
66 *Legatum,vel institutio facta contemplatione spurij non valet.*
67 *Dos profectitia,licet a patre non procedat,dicitur.*
68 *Præsumitur quis vti iure suo,& non fraudem inire.*
69 *Nepos naturalis,& legitimus descendens ex spurio potest ab auo institui dum tamen spurius non sit ex damnato,coitu.*
70 *Cognatio nulla contrahitur cum spurijs patris.*
71 *Præsbyter an possit instituere nepotem ex spurio descendentem.*
72 *Presbyter potest adoptare licet non possit contrahere matrimonium ex dispensatione Apostolica.*
73 *Spurius simplex succedit etiam stantibus liberis naturalibus, & legitimis dum tamen mater non sit illustris.*
74 *Castitas requiritur in mulieribus nobilibus,quam in aliis.*
75 *Liberi descendentes ex matre,quæ cum proprio seruo est fornicata, nullo modo succedunt matri.*
76 *Spurii illis casibus,quibus non possunt succedere parentibus sic etiam parentes prohibentur illis succedere.*
77 *Spurij si sint ex diuersis matribus non succedunt inter eos.*
78 *Spurij iure moribus recepto quatenus succedant hisque succedatur.*
79 *Dispositio.l.si qua illustris.non habet locum in regno Franciæ.*
80 *Naturales in regno Franciæ libere de bonis suis possunt disponere tam inter viuos quam in vltima voluntate.*
81 *Spurius ad dignitates,honores,& officia est inhabilis.*
82 *Spurius an sine dispensatione possit doctorari.*
83 *Spurij an possint esse tabelliones & procuratores,& legitimi testes.*
84 *Spurij continentur appellatione turpium personarum.*
85 *Improperans alicui,quod ipse est Spurius,an teneatur actione iniuriarũ si verum sit.*
86 *Actio non quæritur patri pro iniuria facta spurio damnato,secus si esset facta naturali tantum.*
87 *Spurius potest esse decurio,& poni ad regimen ciuitatis.*
88 *Serui propter penuriam possunt esse milites.*
89 *Impuberes non admittuntur ad honores nec temporales nec ecclesiasticos etiam propter penuriam hominum.*
90 *Expositus potest ad sacros ordines promoueri, & redditur ratio, cur magis in exposito,quam in spurio.*
91 *Iuris patronatus incapaces.*
92 *Filij spurij temporaliter puniuntur vitio patris,sed non spiritualiter.*
93 *Spurii,quam plurimum sunt subtiles,& ingenioſi.*
94 *Salomonis libido,& spurcitia notatur.*
95 *Bartolus fuit filius expositus.*
96 *Dominus noster Iesus Christus non solum ex alienigenis commixtionibus sed etiam de adulterinis nasci voluit.*
97 *Dauid proditorie adulterium,& homicidium commisit.*
98 *Christus non solum de bonis parentibus, verum etiam de malis dignatus est nasci.*

Improprie papa hic loqultur. Prius ergo dixisset spurios:quia tales sunt, qui illo iure filij nominandi non sunt,quia ex illicito & reprobato coitu etiã de iure cano-

Digitized by Google

re canonico morti sunt. vt notatur in capitul. nisi cum pridē in §. personæ, in verbo spurios. extra de renunciatio. qui igitur
1 ex coitu sacerdotali nascitur, spurius dicitur, † & a deriuatione vocabuli dicitur quasi non pure natus: quoniam nascitur ex spurcitia, quæ significat immundiciam: vnde spurie aduerbium: idem significat, quod turpiter, atque immunde, & dicitur quasi extra puritatem matrimonij natus, ille enim debet compræhendi arguendo ab etymologia vocabuli, quod argumentum validum est in iure cum diffinitio non repugnat. l. secunda. §. appellata. ff. si certum petatur. tales enim nati ex clerico & coniugata dicuntur infames secundum Nicolaum de Vbald. in tractatu succeſſ. coll. 26. in quarta specie liberorum. & Azo in summa de his qui nota. infam. vbi dicit quod filius natus ex sacerdote dicitur infamis infamia facti, vel aliter spurius diffiniri potest vt deriuetur a græca voce, scilicet sporades, quæ dictio secundum Iustinianum in §. si aduersus. instit. de nup. significat passim, vulgo & sparsim, hinc sporades insulę dicuntur. Et proprie dicitur ille qui patrem habet incertū, aut habet talem quem habere non licet, vt dicit textus in l. vulgo concepti. ff. de statu homi. vnde apud Plutarchum in problematib. spurius dicitur a duabus primis literis quæ sūt
2 † S. & P. id est, quasi sine patre, scilicet certo vel approbato natus. & alijs decē modis dicitur spurius, quos longe examinati in repetitione legis liberorum appellationc. ff. de verbo. & rer. significat. tamen vt ego possim votis vestris satisfacere circa hanc materiā spuriorum, quæ ab alijs scribentibus in vnū congesta non fuerunt circa successionem breuiter me soluam.

Et in primis dubitaī, an spurius possit capere de bonis patris per eum relictis: respondetur, quod non, † nec inter viuos
3 nec in vltima voluntate. §. fina. in Authenti. quibus mod. nat. effi. sui. colla. 7. contra testamentum patris: vel ab intestato succedere nō possunt: quia in eis non reperiuntur iura agnationis, vel cognationis, vel coniunctionis. l. si spurius. ff. vnde co. ex testamento vero patri, vel auo, vel cœteris ex eis descēdentibus non succedunt. authentica, licet. C. de nat. libe. idem
4 est dicendum in naturalibus tantum: † qui nunquam contra testamentum, & voluntatem patris succedere possunt. glo. in l. prima. in verbo naturales. & ibi Bartol. ff. de bonorum possessio. contra tab. & Bal. per illum textum in l. fina C. de natura. liber. & sic spurij in bonis patris sunt incapaces. vt declarat Bartolus in l. fina. in versiculo an istis spurijs. ff. de his quib. vt indig. & eum sequitur Alexander in consilio septuagesimo quarto, & Baldus in consi. ccxlj. incipiente spurio, in secundo volumine. & Ioannes de Anania in consilio quadragesimo sexto. quos sequitur dominus Decius in consil. cclxxxviij. in
5 cipiente quæritur in effectu. in secundo volumine, † qui indif
6 ferenter concludunt legatum spurio factum esse nullū, † nec est successibilis in feudo proueniente a patre etiam per vim donationis, aut alterius contractus, vt in specie decidit Aegidius Bellamere in decisione. 742. sub titulo de donatio. vnde si dominus directus ignoranter inuestiuerit spurium de feudo a patre spurij dato, quia credebat esse legitimū, talis ignorantia non habet sibi afferre præiudicium: & sic concluditur, quod patri suo ab intestato succedere non potest: sed fiscus excluso spurio succedet, per. l. si incœsti. C. de naturalibus liber. & ita in specie determinat Bald. in dicta. l. certum. C. vnde legitimi. est in versiculo; sed pone bastardus. vbi dicit, † quod si
7 legitimi successores volunt facere gratiā spurio de ipsis bonis, vel remissionem, vel pactum inire non possunt in præiudicium fisci. Sed debent cum effectu dicta bona retrahere a spurio infra duos menses, quibus elapsis si reperiatur possessor fiscus poterit illa vendicare.

Ampliate etiam, si pater in testamēto mandaret bona sua vel partem distribui inter pauperes, vel coniunctos, vel illis, quibus executor viderit distribuenda nō poterit executor eli
8 gere spurium: † quia non venit appellatione coniunctorum, nec poterit illa distribuere contra prohibitionem iuris in persona prohibitā ne concedatur per indirectum quod prohibetur directe, & si distribueret spurio videretur esse relictum, a patre: quia factum exequutoris exequentis voluntatem iudicatur idem cum facto testatoris. l. vnum ex familia. §. si de falcidia quæratur. ff. de leg. secundo. ibi dicit text. quod electus non dicitur capere ab illo, qui eum elegit: sed dicitur capere ab illo, cuius iussu electus fuit. hanc sententiam sequutus fuit
9 Bal. in l. ab eo. C. de fideicommissis. vbi concludit, † quod licet spurius possit esse exequutor in testamento sui patris certe ex quo excluditur a successione illius non poterit sibimet ipsi distribuere, idem dicendum est in Episcopo qui hæreditatem di
10 stribuendam inter pauperes accepit: † quia spurio testatoris dare non potest etiam pro alimentis a quibus excluditur. §. vltra quidem. in verbo nec alendus est a parentibus. in Authen. quibus modis naturales efficiantur sui. & si de facto ei aliquid donatum fuerit exeluso fisco euocabitur per Episcopum qui inter alios pauperes distribuet, vt concludit Innocen. in c. ex literis. de officio delega. quem sequitur Bal. in l. id quod pauperibus. de Episcopis, & clericis. & ideo si ecclesia hæres instituta donaret spurio testatoris, illa donatio secundum Bald. redderetur nulla, licet Aretin. in l. si is, qui ex bonis. in quinta coll. in versiculo vbi autem ecclesia. ff. de vulga. non firment pro nunc opinionem ex eo, quod in ecclesia non presumitur fraus quę præsumeretur in priuato. c. 1. § si diuersum. in titulo de alienatione feudi. vbi dicitur, quod ecclesia tanquam cultrix æquitatis non patitur aliquid fieri contra iustitiam, sed in priuato circa istos spurios non tantam consideratur fraus legis sicut incapacitas personæ. concludatis ergo secundum do
11 ctores post Bal. in l. eam, quam. C. de fideicommiss. † quod si ecclesia instituta, vel cui donatum est a patre posteā donaret spurio intuitu pietatis, & paupertatis, vel expressa causa remunerationis talis donatio posset subsistineri de iure.

Dubitatur testator instituit vxorem illamque grauauit, vt quibus voluerit hæreditatem restituat. idem dicatis de presby
12 tero testante demum † ipsa hęredem instituit spurium tettatoris, an videatur inductum tacitum fideicommissum? Barto. in dicta. l. Lucius. §. in testamento. concludit quod non, nec hæreditas ab eo poterit auferri per fiscum: quia sola coniunctio sanguinis non inducit presumptionem fraudis. l. fina. ff. de his quibus vt indignis. quem sequitur Bald. in consilio ccxlj. incipiente Spurio pater donare potest. in secundo volumi. addite prædictis, quod licet executor, qui tenetur distribuere bona inter pauperes non possit eligere spurium testatoris, poterit tamen ipse eligere spurium proprium pauperem. Sicut ex dispositione testatoris potest naturalis tantum vel spurius capere bona quæ non sunt ipsius disponentis: quia filius executoris nō videtur capere ab executore, sed a testatore secundū Paul. de Cas. in d. l. is, qui ex bonis. & notatur per gloss. in §. fin. quibus modis natura. ethician. lui. quod secus esset, si eligeret, spurium testatoris: quia, vt dixi, videretur relictum a patre. Limitetis istud vltimum non procedere absolute in spurio testatoris in quo esset euidēs paupertas, quo casu executor posset in illum de bonis patris distribuere: quia erogantur tāquā pauperi, & non tanquam filio, & ita consuluit Benedictus de Capra in consi. 54. & hoc tangit Bar. in d §. in testamēto. & in l. hæreditas. de his, quib. vt indig. & Alex. in d. l. is, qui ex bonis. & est communis opinio.

Restat ergo firmata communis opinio, quod filij sacerdotum ac cæteri spurij iure ciuili in bonis patris sunt funditus incapaces per viā vltimę voluntatis. nec per viam cōtractus etiam oneroſi, nec directe nec indirecte, nec per se, nec per interpositam personam aliquid a patre capere possiunt, & ita concludunt Cyn. Bartolus, Baldus, & Salycetus per illum textum in lege prima. C. de naturalibus liber. & si reperiatur spurium possidere aliqua bona patris, præsumitur illa tenere in fraudem, merito ab eo possunt auocari secundum Bartolum & Florianum in lege qui testamentum. ff. de probatio.
13 † Sed ab alijs præterquam a patre tam in vltima voluntate, quam inter viuos capere potest: & ideo licet sacerdos nō possit instituere spurium, non prohibetur tamen institui ab extraneo: quia prohibentur, nisi parentes, vt est glo. in d. §. final. vnde spurius non prohiberetur succedere fratri legitimo per legem si is, qui ex bonis. & illam gloss. sequitur Bart. ibi, & in l. quod conditionis. ff. de donatio. causa mort. & Alberic. in l. cum in liberis. C. de hæredib. instituend. quia licet spurius nō possit esse testatoris hæres, non tamen prohibetur esse hæres hæredis: quia principaliter non succedit testatori. l. Titij, qui testamentum. ff. de his, quibus vt indig. Sed an istud procedat indistincte, dicam infra in illa quęstione, an spurius, qui non potest capere iure institutionis, possit iure substitutionis. Quo loco latius hac de re edisseram.

De duobus posset dubitari, primo ex quo sacerdos non potest instituere spurium, an saltim possit institui ab illo quem pater hæredem instituerat? Breuiter videtur quod non, maxime in bonis obuentis ab ipso testatore, ea ratione: quia sicut prohibitus est succedere illi, quem data opera interfecit: quia in personam vtriusque redditur incapax: ita dicit gl. in l. Lucius Titius. in verbo inducendam. ff. de iure fisci, quæ assignat rationem: quia hæres hæredis dicitur hæres testatoris, sic videtur dicendum quod institutio facta ab hærede patris in fauo
14 rem spurij non teneat saltim in bonis ipsius patris. † Contrarium tenuit Bar. in d. l. si is, qui ex bonis. vbi concludit, quod dicta institutio facta in fauorem spurij est valida: quia ex tali actu testandi non debet præsumi fraus, argumento legis ex hoc edicto. §. licet hęredem. ff. de alienatio. iudicij mutandi cā facta. & hanc opinionem ante Bar. tenuerunt Speculator, & Ioannes Andreas in titulo de successionibus ab intestato. in versiculo. Sed quid: si pater instituit. & Bal. in l. eam, quam. C. de fideicommiss. qui pro ista opinione adducit glo. singularē in Authenti. quibus mod. natur. eff. sui, & Alexand. in consil.

§ 1. incipie.-

Digitized by Google

51.incipien. viſo themate.in ſecundo volumi. qui allegat tex. ad literam in dicta.l.Titij,qui teſtamentum.de his quibus vt indig.in verbo principaliter:vbi dicitur,quod principaliter cõ ſyderatur inſtitutio,quæ fit per hæredem,non autem conſyderatur inſtitutio remota facta per patrem naturalem in fauorem hæredis,& iſte videtur vtilis modus relinquẽdi ſpurio, ſcilicet,q̃ hæres inſtitutus a patre ſimpliciter inſtituat ſpuriũ: quia non prohibet acquirere ab extraneo. gl.in §.fi.quib.mo dis nat.eff.ſui.col.7.

Prædicta concluſio limitatur non procedere in duobus caſibus,in quibus ſpurius inſtitutus ab hærede patris non conſequitur hæreditatem:primus eſt ſecundum Bal.& Imol.quando pater ſpurij grauaſſet expreſſe hæredem de reſtituendo hæreditatem:& hæres accommodaſſet expreſſam, vel tacitam fidem defuncto de reſtituendo huic incapaci, quo caſu propter fraudem legis vterque priuaretur hæreditate & applicaretur fiſco.iuxta legem,non intelligitur.ff.de iure fiſc.ſecũdus caſus eſt ſecundum Alexand.quando poſt mortem patris naturalis hęres inſtitutus eſſet paſſus ſemper poſſidere ſpurium, quia ex iſta continua poſſeſſione tacite depræhenderetur fraus legis.

Secundo poſſet dubitari. Sacerdos habens ſpurium vendidit bona ſua Titio:deinde Titius illa vendidit ſpurio filio pri-
15 mi venditoris, †quærit̃ an ſpurius poſſit emere ab illo,cui pater vendidit?Bar.in d.l.ſi is,qui.firmat hanc quæſtionem, & tãdem concludit,quod dicta alienatio non valet: quia fraus facilius committitur in contractibus quam vltimis voluntatibus,quod ſubtili ratione probatur: quoniã cum officiali habente officium publicum non licet contrahere: & hoc inducit ſuſpicio fraudis.lege non licet.ff.de contrahenda emptione,cum ſimilibus,& tamen in vltima voluntate non eſt prohibitum relinquere officiali,in l.non dubium, & ibi Doctores.C.de legibus.apparet ergo fraudem facilius committi in contractibus,quam vltimis voluntatibus.Idque multis iuris partibus continetur.

Sed aduertite, ſi placet,qa ad hoc vt ſpurius q̃ emit ab illo cui pater vẽdidit, ut venditio pręſumat̃ facta in fraudem,quatuor vel ſaltim vnum ex his concurrere debent: primo:quod ſpurius emerit omnia bona patris,quo caſu lex facilius præſumit fraudem quam ſi alienatio fuiſſet facta de certa parte bonorũ.Secundo,ſi ſpurius emerit per interpoſitam perſonã quia ſi ex minimo inducatur præſumptio fraudis alienatio vitiabitur.Tertio,ſi in emptione quã facit ſpurius ab hærede patris non fuerit facta aliqua numeratio pretij,ſed interuenit tãtum confeſſio,tunc præſumetur facta in fraudem. Vltimo ſi ſpurius emat in continenti ab eo,qui emit a patre; certe propter præceſſitatem emptio videtur facta in fraudem,& habetur,ac,ſi a patre emiſſet: quia ea,quæ fiũt ſine interuallo vidẽtur ineſſe, prædictis quatuor ceſſantibus non procederet deciſio Barto.

Dubitatur vlterius. Sacerdos donauit, vel vendidit ſpurio certas poſſeſſiones,quas quiete & pacifice per longa tempora poſſedit,nonne contra ſacerdotem patrem, & alios poſſit ſe tueri exceptione præſcriptionis.videtur, quod ſic maxime quando ſpurius poſſediſſet per longiſſimum tempus, quod eſt triginta vel quadraginta annorum: tunc præſcriberet ius excipiendi.lege ſi quis emptionis.§.primo,C.de præſcript. triginta,vel quadraginta annorum.propter bonam fidem prę-ſumptam authoritate ſuperioris.argumento legis & genera-
16 liter.ff.de noxalib.†Sed contraria opinio verior eſt in puncto iuris,ſcilicet,quod ſpurius non poteſt præſcribere res ſibi datas,etiam per longum tempus.ita in terminis tenet Baldus in l.nullo.C.de rei vendicatione.& clarius in dicta lege id quod pauperibus.ratio eſt:quia ſuus titulus eſt reprobatus,& inhabilis ad habendum dominium in bonis patris etiam ex vero titulo:ergo non poterit præſcribere: cum longa poſſeſſio in caſu præmiſſo non plus debet operari,quam verus titulus, q̃ in ſpurium incœſtuoſum cadere non poteſt,& iſtam opinionem ſequitur Philippus Corneus in conſilio ducenteſimo trigeſimo ſexto,incip.videtur. in ſecundo vol.vbi dicit, quod præſcriptio quadraginta annorum non patrocinatur ſpurio, quia ex quo acquiſiuit contra iura, videtur eſſe in mala fide per regulam, qui contra iura mercatur.de regulis iuris,in ſexto.& in l.quemadmodum.de agricolis & cenſitis. libro vndecimo Codicis.Sed poſſeſſor malæfidei nullo tempore præſcribit.capitulo vigilanti,& capitulo fina. de præſcriptio. & in regula poſſeſſor malæfidei.de regulis iuris, eodem libro. Ergo ſpurius nõ poteſt ſe tueri exceptione præſcriptionis. Quia titulus iure non ſubſiſtit:& vitiato titulo,poſſeſſio vitiatur. l. nullo.C.de rei vendicatio.& poſſeſſio potiſſima pars eſt vſucapionis.

Sed an ſpurius,qui non poteſt per Patrem inſtitui, poſſit ſubſtitui.diſtinguite, aut ſpurius eſt ſubſtitutus vulgariter, aut pupillariter.primo caſu non poterit ſuccedere virtute ſubſtitutionis,ea ratione,quia directe & non per interpoſitam perſonam per vulgarem ſucceditur patri,cum ſit eius teſtamen-
17 tum.Inſtitut. de vulg.circa principiũ, † & iſtud procedit etiã quando pater grauaſſet filium naturalem,& legitimum reſtituere hęreditatem ſpurio:quia per iſtam fideicommiſſariam ſuccedere non poſſet,cum per illam ſuccedatur in bonis teſtatoris per mediam perſonam inſtitu. l.cohęredi.§.cum filię ff.de vul.in quib.bonis ſpurius eſt ĩcapax.Si vero ſpurius fuerit legitimo filio ſubſtitutus pupillariter tunc eueniente caſu ſubſtitutionis admittetur ex expreſſa pupillari ad bona impuberis tantum,ad quę ſpurius eſt capax etiam ex diſpoſitione patris:quia licet ſit prohibitus ſuccedere patri, nõ tamen prohibetur ſuccedere fratri,dicta lege ſi is,qui ex bonis. & iſtam diſtinctionem facit gloſſ.ſingularis in §.finali.in verbo participium.quibus modis naturales effic. ſui. col.ſeptima. & per illam gloſſam refert ſingulariter Bal. ſe alias cõſuluiſſe,quod frater legitimus inſtitutus a patre poſſit fratrem ſpurium inſtituere,& ſuccedere ex mero teſtamento fratris in omnibus bonis dicto legitimo fratri acquiſitis, vndecunque etiam in paternis,ex quo per additionem erant effecta proprium patrimonium fratris legitimi:& ſic in prędicta.l.ſi is qui ex bonis. eſt caſus multum ſingularis,in quo pupillaris expreſſa non comprehẽdit tacitam vulgarem,ſcilicet,quando pupillariter ſubſtitutus erat incapax bonorum teſtatoris,ego autem,dico,q̃ in iſta pupillari,in qua ſpurius eſt ſubſtitutus veniunt tãtum bona pupilli,& non illa,quæ fuerunt patris, vt ampliſſime in
18 materia ſubſtitutionum ſcripſi,quibus addite, † quod ſpurio exemplariter ſubſtitui non poteſt,ſicut nec pupillariter,vt cõcludit Bal.in l. humanitatis. verſiculo ſecundo videamus de perſonis.C.de impuber.quę ſententia non procedit in matre, quæ ſpurio poteſt exemplariter ſubſtituere:quia ei legitimam pręſtare cogitur.dum tamen non ſit natus ex damnato,& reprobato coitu;ego autem fortius dico,quod licet pupillaris, vel exemplaris non poſſit fieri ſpurio: tamen ſecus eſt in vulgari, vt in ſpecie concludit Bal.in dicta.l. humanitatis.in verſiculo item aduerte,quod iſtis ſpurijs, & ideo ſi prębyter inſtituat ſpurium ſuum hęredem: & ei vulgariter ſubſtituat:
19 †quamuis inſtitutio ſit nulla,& pro non ſcripta tamen ſubſtitutus admittetur per vulgarem,fiſco excluſo, & etiam excluſis venientibus ab inteſtato:ratio eſt:quia vulgaris ſemper durat,licet inſtitutio ſit pro non ſcripta,& efficiatur caduca,vel inſtitutus nunq̃ fuerit in rerũ natura,vel fuerit mortuus viuente teſtatore adhuc voluntas teſtatoris cõſeruatur ex expreſſa vulgari.l.cum ex filio.§.fi.in ver. viuo patre. & in l.ſi pater impuberem.in verb.viuo patre.ff. de vulg. vnde ſi pater in certa parte bonorum inſtituat ſpurium, & eum per fideicommiſſum grauet,vt illam partem reſtituat Titio. certe licet legatũ ſit pro non ſcriptum ratione incapacitatis:tamen non debet remanere penes hęredem: ſed ſpurius tanquam executor teſtamenti poterit reſtituere fideicommiſſario ſecundum Bal. in l.ab eo.in verſiculo quæro ſi teſtator donauit ſpurio. C. de fidecommiſſ.ego addo vobis tex.in l.cogi.in §.hi qui ſolidum
20 ff.ad Trebellia.vbi dicitur, †quod hęres inſtitutus, q̃ ſolidum pro ſe capere non poteſt:tamen poterit adire,vt alij reſtituat, nec illud videtur inconueniens, cum etiam ſpurius poſſit cõſtitui exequtor teſtamenti paterni, dum tamen ex hoc non ſentiat commodum. & in hoc reſidet Bald.in l. ſi quis ad declinandam. in verſiculo iuxta hoc quęro. C. de Epiſcopis,& clericis.

Modo dubitatur ſi ſacerdos aliquid relinquat ſpurio ſuo cui applicabitur an fiſco,vel hęredi ſcripto, vel venientib.ab inteſtato?videtur,quod fiſco per textum in l.j.circa principiũ. ff.de iure fiſci.vbi enumerantur ſexdecim cauſę in quibus hęreditas applicatur fiſco, inter quas enumeratur iſta, ſcilicet quando inſtitutus eſt indignus:ſed conſtat ſpurium eſſe indignum: ergo fiſcus debet admitti per tex. in l. Papinianus.in §. meminiſſe.ff.de inofficio.teſta.vbi dicitur, quod illud, quod aufertur ab aliquo tanquam ab indigno applicatur fiſco,& in l.cum tabulis.§.fi.ff.de his quibus vt indignis.forticatur:qa vbi hęres eſt incapax ex delicto teſtatoris videtur qđ hęreditas deuoluatur ad fiſcum,vt notat Azo in ſumma.C.de natu
21 ralib.libe.Ego†autem puto contrarium,quod imo hæreditas in qua ſpurius eſt inſtitutus,reuertitur ad venientes ab inteſtato;quia quando hęres inſtitutus eſt incapax ipſo iure, tũc hæreditas non applicatur fiſco per legem ſi in metallum. ff.de his quę pro non ſcripto habentur.ratio eſt,qa talia relicta,& inſtitutiones,quæ fiunt iſtis ſpurijs habentur pro non ſcriptis ideo non tranſeunt ad fiſcum:ſed deueniunt ad ſubſtitutos,ſi ſint:quibus deficientibus bona deueniunt ad alias perſonas, quę enumerantur.in l.vnica.§.in primo.de caducis tollendis. ſed ſpurij ipſo iure ſunt incapaces.§.fina.quibus modis naturales efficiantur ſui.& in d.authen.ex complexu. & in l.ſi ſpurius.ff.vnde cognat.& in l.ſi pater.& ibi gl.& in l.nec apud. C. de hæredib.inſtituendis,inquibus dicitur,quod quando aliqs

effici-

Digitized by Google

efficitur indignus absque culpa sua hæreditas non transit ad
22 fiscum: † sed euidenter appareat spuriũ nõ esse indignũ culpa sua.l.legem.& in l.fi.C.de natural. liber.ergo hęreditas in qua ipse est institutus, nõ transit ad fiscũ.Cõfirmat rõne:qa ista institutio,q̃ fit in fauorẽ personę, quæ funditus est incapax,hr̃ ꝙ non scripta:sed si scripta nõ esset,deueniret ad substitutos,vel ad venientes ab intestato, & sic apparet ꝙ hęreditas non applicabitur fisco propter institutionem, quæ est nulla : secus si institutio de iure valeret: quia tunc auferretur ab hærede tan quam ab indigno,& fisco applicaretur: istam opinionem sequitur Bald.in l.Margarita Innocentij.in verbo hęreditas.vbi dicit,quod quando titulus non cadit in eum, ut in spuriũ,tũc non admittitur fiscus, quod dictum Baldi ampliatur in quocunque casu,in quo quis ipso iure repellitur, vt in casu legis primæ.C.de secun.nup.& in casu legis hęreditas. C.de his quibus ut indignis. & ideo ex quo filius presbyteri ipso iure erat incapax bonorum patris si instituatur a patre,vel aliquid sibi relinquatur,excluso fisco admittentur veniẽtes ab intestato: & ita concludit Corneus in consi. 236. incipiente, videtur prima facie.in secundo volumi.& ista est communis opinio pro qua consuluit Alex.de Imo.in consi. ccij. incipiẽte perspectis verbis testamenti. in 6. volumi. reportetis ergo ex premissis ꝙ quando institutus est incapax ex delicto,& vitio testatoris,regulariter hæreditas non transit ad fiscum,licet glo.in d.l.hæreditas. dixerit contrarium præterquam in casu posito in l.j.de natu.lib.& in l.si quis incesti.de incest.nup. & videtur esse verior resolutio secundum Bar.in d.l.fi.de his quibus vt indign. quem sequuntur Angel.Alex.& Ias.in prædicta.l.hæreditas.titulo supra proxime allegato.vbi concludunt , quod in casu præmisso fiscus non admittitur:sed veniunt substituti , aut venientes ab intestato , vt etiam in terminis consuluit Barba. in consilio quadragesimo sexto,incipiente præclare scribitur in 1.vol.

Prędicta conclusio limitatur,vt procedat quando sacerdos relinqueret aliquid spurio suo palam,& publice,tunc non applicaretur a fisco:quia legatum,vel institutio non valeret:sed remaneret apud eos a quibus legatum præstandum est.l.nõ intelligitur.ff.de iure fisci.& Bald.in dicta l.fina.de his quibus vt indignis.secus si relinqueret clam,& secrete: quia tunc relictum remoueretur a spurio,& fisco applicaretur exclusis oĩno venientibus ab intestato,vt declarat Barto.in l. Lucius. §. in testamento.ff.de legat.primo.& in prædallegata. l.fi.& in dicta.l.hæreditas.& Angelus,& Doctores in l.prima.de naturalibus liberis.quos refert,& sequitur Decius in prædicto consilio.cccxj.vbi attestatur esse communem opinionem , quod quando spurio palam aliquid fuit relictum : si non sit substitutus fiscus excluditur,& venientes ab intestato admittũtur, secus si clam,& tacite , vel per interpositam personam,quia
23 iura præsumunt quod sit relictum in fraudem legis.†Idem dicẽdum est de lege Iulia ambitus,in quã incidunt, qui clam & secrete officia,& dignitates postulant:qa lex hoc præsumit fieri in fraudem rei publicę, merito talibus officijs publicis priuari deberent,idem dicendum videtur in persequentibus clã beneficia ecclesiastica,quia in eis præsumitur labes simoniæ: secus si palam,& publice quod in officijs, vel dignitatib.non videtur a iure improbatum.l.j.§.j.ff. de pollicitationibus. ita notat gl.& Bar.in l.Barbarius Philippus.ff.de officio prætoris. rationem istius limitationis ponit tex.in l.non existimo.ff. de administratione tutorum.vbi dicitur quod illa quæ per tutorem fiunt palam & publice, presumuntur facta bona fide: secus si facta sint clam, & latenter:quia tunc lex præsumit esse factum in fraudem,vt in casu præmisso.

Dubitatur iuxta prędictam limitationẽ quomodo præsbyter dicatur relinquere spurio suo palam, vel clam. respondeo quod illud dicitur fieri palam quod fit coram pluribus.l.palã. ff.de verborum,& rerum significatione.vbi dicit Vlpianus palam est quod fit coram pluribus.& ideo si hæres accommodaret fidem defuncto de restituendo incapaci coram duobus testibus diceretur fieri palam:quia in pactis promissionib. pluralis locutio numero duorum contenta est,vel etiam relinqtur palam quando testator exprimit qualitatem personæ cui
24 relinquit:quia dicit relĩquo tali filio meo spurio:†sed clam dicitur fieri qñ non potest venire ad notitiã. l.clam possidere.ff. de acq.pos.Prædictis addite,quod actus dicitur clã fieri,quando fit non seruata consuetudine,vel consueta solennitate , licet fiat corã testibus, vel etiã clam fieri dicitur,qñ aliquid fit absente illo cuius præsentia requiritur, vel etiam dicitur quãdo notario testibus imponeretur silentium,vt nihil de gestis, inter eos dicant,vel quando aliquid fit parte non citata , uel non citato eo qui potest contradicere, quãdo autem aliquid dicatur fieri clam,& in quibus casibus videte Fely.in capitulo consuluit.de officio delegati.& in c.cum quidam. extra de iureiurando.Matrimonia etiam clam fieri non debere variis rescriptis tituli de clandestina despõsatio. in antiquis.clarissime expressum est:nuptiæ enim palam celebrandæ sunt. c.1.extra eodem.vnde matrimoniorum præconia(bãna vocant)inducta sunt,& eo iure vtimur.vnde & electio canonicorum clãdestine facta non valet ipso iure:imo quamcitius facta est debet publicari.c.quia propter.§.electiones. de elec. quod secus est in matrimonio:quia licet clam fieri non debeat : tamen si factum fuerit,tenet. glos.est in capit. ex literis. de clandestina desponsa. concludite ergo ex supradictis, quod si hæres accõmodat tacitam fidem de restituendo totam hęreditatem, vel partem illius spurio,videtur delinquere in fraudẽ legis . Ideo debet pati pœnam:quia hæreditas fisco applicatur. vt condũt Bar.& Doct.in d.l.non intelligitur.ff.de iure fisci.

Sed quomodo probabitur , quod hęres accommodauerit tacitam fidem patri de restituendo spurio:quia potest , quod nemo audiuit,tamen hæres in conscientia promisit,quod totum vel certam partem spurio restituet,nec aliter potest probari,de fide accommodata & in dubio fraus , vel dolus non præsumitur.l.quoties.§.dolo.ff.de probatio.& in l.dolum.C. de dolo.& in l.merito.ff.pro socio.& licét esset aliqua suspicio fraudis,tamen etiã hoc non sufficeret ad hoc, vt hæreditas fis
25 co applicaretur secundum Ange.in d.§.in testamento.† ideo dicite,quod illud dicitur fieri clam,quando quis per scripturam priuatam promittit testatori, quod restituet spurio,vt est casus in l.in tacitis fideicommissis.in versiculo, qui domestica cautione,vel chirographo se obligaret ad præstandum fideicommissum ei,qui caperẽ non potest.ff.de legat. j.quod secus est ꝑm quosdam,si promitteret restituere incapaci per publicum instrumentum:quia illa,quæ fiunt coram notario,& testibus dicuntur fieri palam & non latenter.ego indico vobis tex.supra allegatum,vt faciat contra præsbyteros beneficiatos habentes spurios, quibus non possunt relinquere sua beneficia,ne videatur in eis cadere successio,adhibent cautelam,quia renuntiant alteri extraneo,ea tamen tacita conditione & promissione de renuntiãdo spurio,certe ista promissio,argumento illius legis videtur facta in fraudem canonis. tanquam simoniaca,vt ideo vterque scilicet renuntians & ille cui fit renuntiatio priuari debet beneficijs. concludite igitur quod ad hoc vt hæreditas applicetur fisco duo copulatiue secundum Barto. requiruntur, videlicet , quod spurio fuerit relictum clam,& quod etiam hæres accommodauerit tacitam fidem de restituendo spurio,vel saltim consideratur quomodo ille qui ex testamento vel ab intestato vocatur, delinquerit in fraudem legis ad hoc, vt hęreditas deueniat ad fiscum.

Super hoc oritur dubitatio,præsbyter instituit fratrem, vel extraneum,qui fratri suo testatori tacite accommodauit fidẽ de restituendo spurio,& ad hoc tacite se astrinxit per scripturam priuatam,vnde est in ea causa,vt hæreditas remoueatur a spurio,tãquam ab indigno,& fisco applicetur , an ergo applicabitur fisco ecclesiæ , vel fisco imperij , & sic temporali?
26 †Breuiter quidam dicũt,quod ex quo agitur de bonis presbyteri debent applicari fisco ecclesiæ,quia in illis ecclesia præfertur fisco imperij.l.si quis præsbyter.C.de episcop.& cleric. vbi bona clericorum,deficientibus coniunctis etiam ab intestato deferuntur ad ecclesiam,cui videtur concordare tex. in §. interdicimus.in Authentico de ecclesiast. titulis,colla.nona.& clarior tex.in §.sit vero liberi.vt cum de appel.cognosci. quibus dicitur,quod si persona ecclesiastica moriatur ab intestato nullis coniunctis superstitibus successio pertinet ad ecclesiam,ergo sic dicendum est in casu præmisso,vt bona præsbyteri,quæ auferuntur a suo spurio debent applicari fisco ecclesiæ & non alteri.

Alij autem fuerunt in alia sententia dicentes,quod imo debet applicari fisco imperij,quod ita videtur vrgere tex.in d.§. meminiffe.l.Papinianus. vbi illud quod aufertur ab indigno debet applicari fisco,scilicet Cæsaris.idem tex.in l.ex facto.§. Iulianus.ff.de vulga.ergo nemini est dubium, quin ista bona quæ auferuntur isti spurio,applicentur fisco imperij.patet qa ista pœna confiscationis descendit a iure ciuili, ergo non debent applicari fisco ecclesiæ,qui Episcopus proprie non habet fiscum secundum Bald. in rubrica de priuilegio fisci.vnde secundum eum nihil potest confiscare quod est verum de stricto iuris rigore,tamen hodie de generali cõsuetudine episcopus habet fiscum . Or videamus,quæ istarũ sit verior opinio. breuiter distinguite quod aut hęres qui testatori presbytero accommodauit tacitam fidem de restituendo spurio, est laycus:& tunc,quia ius layco erat acquisitum,bona applicabuntur fisco temporali:quia consideratur persona propinqua,scilicet hęredis qui erat laicus & non persona remota , scilicet , sacerdotis a quo bona prouenerunt.Ratio est, quia etiã princeps secularis potest statuere super iure quęrendo ecclesię,licet nõ possit super iure quęsito,vt tradit Bal.in d.l.si quis presbiter.quem sequitur Hyppoli. de Marsilijs in singulari cxciiij. incipiente magna est differentia. & vbi refert in eodem casu

se

Digitized by Google

ſe habuiſſe centum ducatos pro prolatione ſententiæ cuiuſdam cauſę vertentis inter Epiſcopum Tortonæ, & Franciſcum de Palma: ſi vero hęres inſtitutus erat præsbyter, iſto caſu, quia perſona, quæ delinquit, erat de foro eccleſiaſtico. ideo applicatur fiſco eccleſiæ, nec aliquis alius eſt, qui ſuper ius aliquod habere poſſit.

Ratio eſt, quia ſicut bona ſacerdotis per ſententiam iudicis non applicarentur fiſco imperij vllo modo, ergo ita etiam nō applicabuntur per ſententiam legis. & iſta videtur eſſe vera reſolutio, inter omnes alias, quæ dantur, vel dari poſſunt, quam remiſſiue ſequitur Iaſon Maynus in dicta lege, hęreditas. & ibi quiſque videre poterit conſulendo remiſſa.

Fortius dubitari poſſet circa idem propoſitum, ſi ſacerdos nihil relinquat dicto ſuo ſpurio, ſed ei vendat fundum aliquem pro centum libris, quas idem ſacerdos, ſiue preſbyter confitetur ſe habuiſſe a dicto ſpurio, nunquid vires aliquas habeat, ſeu valeat iſte contractus? & videtur dicendum, quod ſic, quia pater non prohibetur a lege facere contractum venditionis, aut aliquem alium contractum oneroſum cum ſpurio ſuo, ſi omni fraude tamen ceſſante nitatur veritate, cum talis quidem ſpurius, ſeu baſtardus non ſit in poteſtate ſui patris: quia eſt extra legitimum matrimonium natus: & ſic ſui iuris, nec illud a iure prohibetur fieri inter eos, & hoc expreſſe tenet gloſſa in lege, qui teſtamentum. in verbo modum. Digeſtis, de probationibus. Ego au
27 tem † prędictis omnibus non obſtantibus firme puto opinionem contrariam eſſe veriorem, ſcilicet, quod confeſſio facta a ſacerdote occaſione talis contractus de pretio numerato, facit, quod ſpurius efficaciter non conſequatur fundum ſibi a patre venditum: quia circa hoc ſemper ius præſumit, quod iſtæ, & aliæ ſimiles confeſſiones ſint factę in fraudem legis, ex quo fit inter tales perſonas prohibitas: & iſta eſſe videtur verior opinio, ſecundum quod Bartolus, & Doctores concludere videntur in lege, ſi forte. Digeſtis, de caſtrē ſe peculio. reprobata in totum opinione gloſſæ, quam tenet in dicta lege, qui teſtamentum. Digeſtis, de probationibus. & in tantum procedit, quod talis confeſſio percepti precij a ſacerdote facta non valet, quamuis ſit iurata per patrem ſecundum Bartolum a Saxoferrato in lege, cum quis. §. Titia honeſtiſſima. ff. de leg. ſecundo.

Prædicta opinio procederet ſecundum Alexandrum in lege, ſi donatione. Codice de collationibus. maxime quando
28 ageretur de magna quantitate pretij, quā fateretur pater ſe recepiſſe, † quæ non pręſumeretur eſſe penes ſpurium, & ſic in iſto caſu talis confeſſio pretij recepti ab ſpurio facta per patrem non valeret, vt concludit Lanfrancus de Oriano in capitulo, quoniam contra falſam. in Paragrapho, confeſſiones. extra de probationibus. quia ex quo fuit talis confeſſio emanata inter perſonas prohibitas non præſumitur niſi fraudulenta, patet, quia ſicut omnis donatio facta inter coniuges conſtante matrimonio, videtur legibus
29 eſſe prohibita; † ſic etiam omnis confeſſio, quæ de recepto eſt facta inter perſonas prohibitas, & ſic inter eos præſumitur ſuſpecta. quod quidem dictum ſequitur Ang. in lege penultima. Paragrapho, mulieres. Digeſtis, ſoluto matrimonio. licet ipſe Bartolus in lege, quis pro eo. Digeſtis, de fideiuſſoribus. dicat iſtud non procedere, quia talis confeſſio eſſet iurata.

Vnde ſi maritus in vltima diſpoſitione confiteatur ſe habuiſſe, & recepiſſe centum libras pro dote ſuæ vxoris. & ideo iuſſit, quod ſibi reſtituerentur, nec aliter apparet de ſolutione ipſius dotis: dubitatur, an poſt mortem mariti ſui vxor poſſit repetere totam ſummam iſtarum librarum centum confeſſatarum? concludite, quod non poterit, quia illa confeſſio pręſumitur eſſe fraudulenta, quia apparet facta inter perſonas prohibitas. ſed tantum illa centum poterit repetere vigore legati, vt notatur in lege, ſi non deſignata. Codice de falſa cauſa. & ita in terminis notat Baldus Nouellus in tractatu, de dote, in priuilegio ſeptuageſimo octauo. & ſi aliquis veſtrum diceret, nonne idem eſt caſus ſi concedatur, quod mulier conſequatur iſta centum vel ex confeſſione, vel ex legato? dicite, quod non: quoniam ſi deberentur ei ex vera confeſſione, poſſent de bonis viri deduci tanquam creditum verum, quod abſorberet legatum: quia creditores veri ſemper præferuntur legatarijs. lege finali. Paragrapho, licentiam. de iure deliberandi. quæ de-
30 ciſio optime facit contra maritos, † qui in teſtamentis ſuis recognoſcunt ab vxoribus plures ſummas, & quantitates recepiſſe, quas nunquam forte habuerunt, quare de iure talis confeſſio hæredibus ſuis non prætiudicat niſi eſſent aliæ coniecturæ firmiores, quæ inducerent ſemiplenam ſaltem probationem, quia forte maritus, dum viuebat coram aliquibus confeſſus fuit ſe habuiſſe illa centum nomine dotis ab vxore, vel ab eius parentibus, tunc enim proculdubio tales coniecturæ ſimul iunctæ cum confeſſione inducerent plenam probationem, & ideo multum cauta debet eſſe vxor, quæ marito ſuo facit facere iſtam, vel aliam ſimilem recognitionem: nam operari debet, vt dum viuit, eum inducat, vt coram teſtibus ſimilem faciat confeſſionem, quam facit in teſtamento. Sic ergo vos videtis confeſſionem factam inter perſonas prohibitas viribus non ſubſiſtere: & ita quoque videtur dicendum in donatione, vel confeſſione facta inter patrem, & filium ſpurium, quia non valet, nec valere poteſt, obſtante prohibitione legis.

Et ideo notetis deciſionem iſtam, quæ quotidie contingere ſolet in ſacerdotibus, & presbyteris, qui ita ſimulate relinquere volunt ſuis ſpurijs, atque concubinis in
31 fraudem legis. † ideo ſi presbyter confiteatur ſe habuiſſe, & recepiſſe centum a quadam ſua concubina ex cauſa mutui, vel depoſiti, vel etiam ſi confiteatur ſe emiſſe fundum aliquem nomine ſuæ concubinæ, de pecunijs tamen ipſius concubinæ, prout quotidie faciunt presbyteri noſtri temporis, qui ſuis focarijs emunt domos, & alias poſſeſſiones de ſuis propriis pecuniis, & deinde ficte aſſerunt emiſſe ex ipſarum pecunijs, certe talis aſſertio, ex quo eſt facta inter perſonas ſuſpectas, ſeu prohibitas non valet, & ita in terminis conſuluit Excellentiſſimus Dominus Decius in conſilio centeſimo trigeſimo ſecundo. incipiente, in caſu. in primo volumine, & Dominus Petrus de Ancharano in conſilio ducenteſimo quadrageſimo octauo, cuius caput incipit, dubium facit, quia præſumitur fraudulenta. vnde poſt mortem ſacerdotis ei ab inteſtato ſuccedentes poterunt talia prædia, ſeu fundos, vel domos, aut pecuniam confeſſatam repetere a talibus, ſcilicet, concubina, & ſpurio legis auxilio.

Nunc poſſet quæri, an iſta ancilla concubina ſacerdotis poſſit tales poſſeſſiones ſub tali aſſertione emptas, aut talem pecuniam confeſſatam retinere ratione ſui ſeruitij, & ſalarij, quia forte, exempli gratia, ipſa ſtetit in ſeruitio ipſius ſacerdotis per octo, vel decem annos.

32 † Breuiter concludite, quod non: quia cum ſit amica, & concubina non poteſt dici vere, quod ſit eius ancilla, eo maxime cum non appareat de aliqua certa conuentione ſalarij inter eos facta, quare iſto caſu ſufficit, quod concubina habuerit victum, & veſtitum ſuum, non autem aliud ſalarium, ſecundum Florianum in lege, ſed & ſi quid in verbo, mancipiorum. Digeſtis de vſufructu. & iſta deciſio facit contra ſeruitores omnes, & ancillas qui ſeruiunt dominis ſuis, non facta mentione aliqua mercedis. referunt etiam Bartolus, & Alexander per illum textum in lege, in his. in Paragrapho, Seruius. Digeſtis, de ſolutionibus. quod licet ſeruitor, ſeu famulus a ſuo domino ſimpliciter debeat pro tempore ſeruitij ab eo veſtiri: tamen ſi ex pacto inter eos inito, ſeruiat pro alimentis tantum, prout faciunt multi ſeruitores ſcholarium, ſciatis quod eo recedente, tenebitur domino reſtituere veſtimenta ſibi facta, qualiacunque fuerint: ideo cautæ debent eſſe concubinæ, & ancillæ ſacerdotum: vt ſtatim in principio faciant ſibi a ſuis dominis conſtitui certum ſalarium, ſeu certam mercedem: quia mortuis illis ſacerdotibus illud quod auferetur ab eis poterit retineri ratione ſalarij conſtituti per conuentionem inter eos factam ab initio.

Et prædicta concluſio procedit etiam in confeſſione facta in vltima voluntate, vt puta, quia ſacerdos in teſtamento ſuo fuit confeſſus ſe debere centum ſuo ſpurio, vel ſuæ concubinæ ex aliqua cauſa. certe confeſſio illa non valet: quia præſumitur eſſe facta in fraudem legis. dicta lege, qui teſtamentum. de probationibus. & in lege, cum quis decedens. Paragrapho, Titia honeſtiſſima. Digeſtis, de legatis ſecundo. & Alexander in lege, ſi diuortio. Digeſtis, de verborum obligationibus. Ioannes de Imola in dicta lege, ſi is qui ex bonis, quod procedit etiam ſi iuramentum ſuper tali confeſſione fuerit appoſitum, ſecundum Bartolum a Saxoferrato in prædicto paragrapho, Titia honeſtiſſima: quem refert, & ſequitur Alexander in conſilio decimo octauo, incipiente, conſideratis. in tertio volumine. & in conſilio quadrageſimo quinto, incipiente, habita. in primo volumine. vbi plene tractat de confeſſione tali emanata in vltima voluntate inter perſonas prohibitas. ſi ergo fuerit huiuſmodi confeſſio facta in vltima voluntate in fauorem perſonæ incapacis, in qua nemo præſumitur eſſe immemor ſuæ æternæ ſalutis. lege finali. Codice, ad
33 legem Iuliam repetundarum: & † non valet, ergo multo magis præſumitur eſſe facta in fraudem, ſi fiat inter viuos

Digitized by Google

uos, vnde iure merito nullius erit momenti. ex quo infertur ſecuudum Bartolum, & Salycetum, quod diſpoſitio legis, hac edictali. poſita in titulo Codic. de ſecundis nuptiis. qua cauetur, quod binubus non poteſt relinquere ſuo ſecundo coniugi ex titulo liberalitatis, plus quam quod relinquatur vni liberorum prioris matrimonii minus habenti, quod ſimiliter etiam habet locum in vxore, quæ in ſuo vltimo teſtamento confitetur ſe habuiſſe a ſecundo marito centum, ſeu plures aureos ex cauſa mutui, vel alia cauſa, quia non valet talis ſua confeſſio, niſi probetur, quod vxor illi realiter eos numerauerit: quia lex præſumit fuiſſe talem aſſertionem facta in fraudem propter prohibitionem perſonarum, vt iam dictum eſt: licet ſuper tali confeſſione fuerit etiam appoſitum iuramentum, quod quidem tenet etiam Bartolus in lege, Aurelius. in paragrapho finali. ff. de liber. legat. vbi hoc late tractat, & luculenter examinat, vbi videre poteſtis.

Limitatur prædicta deciſio, vt tunc non procedat, quando ſpurius realiter patri numeraſſet tale pretium aſſertum in confeſſione, vel niſi eſſet aliqua veriſimilitudo pro dicto ſpurio, videlicet, quod dictam pecuniam tanquam propriam, & non paternam vere potuerit numerare: quia, verbi gratia, forte aliquo caſu multa bona, vt euenire ſolet, acquiſiuerat, vel habebat artem, ex qua veriſimiliter potuit dictum pretium lucrari, ſeu
34 acquirere: tunc † enim iſta præſumptio, quæ eſt euidens, & veriſimilis tolleret aliam, quam dicimus, præſumptionem legis: & etiam procederet iſta prædicta limitatio in marito dicente ſe illas res emiſſe de pecunia vxoris, vel in patre ſaltem confitente ſe habuiſſe pecuniam a filio: quia ſi conſtat vxorem, vel filium ſuum aliunde habuiſſe dicta bona, præterquam a patre ſuo, vel a marito: iſto caſu tolleretur præſumptio iuris, quæ videtur omnino vitiare, ſeu nullam reddere, ſecundum Angelum in conſilio centeſimo quinquageſimo tertio. incipiente, pater emit domum. quem ſequitur eandem opinionem tenendo Dominus Decius in præallegato conſilio decimo octauo.

Et ideo ſi veriſimiliter filius ſpurius aliunde, quam a patre potuerit habere prædictum pretium, ſeu pecuniam, contractus factus inter eos, vt præfertur, erit validus: videtis enim multoties contingere iſtos ſpurios, ac ſimiles alios illegitime natos eſſe ſubtiliores, & ingenio agiliores tam in literis, quam aliis cæteris artibus mechanicis.

Huiuſmodi fuere Doctiſſimus Gratianus Decreti ſacri compilator, necnon & eius fratres, quorum vnus ſcripſit libros Sententiarum, vt notum eſt, & quamplures aliquos, ſuperuacaneum eſſet nunc enumerare.

Nunc præterea quæritur, ſacerdos inſtituit in teſtamento hæredem ſpurium ſuum ſub conditione iſta; ſi religionem ingrediatur, an valeat hæc inſtitutio? Gulielmus de Cuneo in lege prima. Codice, de ſacroſanctis eccleſiis. concludit affirmando, & dicit, quod ſic, ac ſi eſſet legitimatus talis ſpurius per oblationem curiæ, quem ſequitur etiam Alexander in lege, neceſſariis. in columna finali. Digeſtis, de acquirenda, vel omittenda hæreditate. & Canoniſtæ tradunt in capitu-
35 lo, cum deputati. de iudiciis. † Ratio autem eſt: quia ingreſſus religionis tollit maculam omnem, & incapacitatem ſine culpa incurſam: & ita in ſpurio tollet irregularitatem, & illegitimum facit legitimum, & per illum ingreſſum omnia vota facta in ſeculo reſoluuntur, & quidem ingreſſus religionis intautum operatur, quod per illum tollitur omnis ingratitudo: nec pater ob id po-
36 teſt † filium ingredientem religionem, vllo modo exhæredare, etiam propter præteritam ingratitudinem, capitulo, non liceat. decimanona quæſtione finali. & ſic ingreſſus religionis, vt videtis, facit ſpurium capacem bonorum ſui patris: tamen plerique dicunt hoc procedere iure pontificio, & non Cæſareo.

Dubitatur ſecundo, an ſacerdos poſſit inſtituere ſuum ſpurium ſub conditione, puta illum inſtituo ſi legitimabitur? Reſpondetur, quod valet conditio, & mortuo patre poterit ſpurius legitimari, & ſuccedere, ſicut legitimus filius, & naturalis. & ita notat Carolus Ruynus in lege, Gallus. paragrapho, & quid ſi tantum. Di-
37 geſtis, de liberis, & poſthumis. † vel etiam idem dici poterit procedere ſi ſpurius fuerit inſtitutus a patre ſub illa conditione, cum capere poterit; quia quando reperietur capax, per legitimationem tunc admittetur; cum talis conditio adiecta per teſtatorem, per legem non reiiciatur. lege, in tempus. Digeſtis, de hæredibus inſtituendis. & dicunt omnes Doctores, quod non videtur eſſe tutior modus relinquendi ſpurio ſuo, quam iſte, ſcilicet, quod pater conſentiat, vt poſt mortem ſuam, vel ante filius ſpurius legitimetur, ſecundum quod aſſerere videntur Iacobus de Aretio in dicta lege, Gallus. in paragrapho, quod ſi is. & Angelus; & Imola in lege, ſi quis inſtituatur. Digeſtis, de hæredibus inſtituendis. & gloſſa in lege, ſicut. Digeſtis, quibus modis vſusfructus amittatur.

Imo fortius concludit Baldus in tali articulo, quem ſequuntur poſtea omnes Doctores in dicta lege, Gallus. paragrapho, inſtituens. quod filius ſpurius inſtitutus ſub prædictis conditionibus, donec erit legitimatus, vel efficietur capax ſucceſſionis, poterit agnoſcere bonorum poſſeſſionem, & ea adminiſtrare tanquam curator bonorum, licet Baldus ſibimet videtur eſſe contrarius in lege, eam, quam, in penultima columna. dicat inſtitutionem ſpurii factam ſub prædicta conditione non valere: ſed vos moneo, vt non recedatis a præcedenti opinione, quæ eſt verior, & magis communis, & eam, vt veriſſimam nouiſſime ſequitur excellentiſſimus dominus Decius in regula, ea, quæ raro. Digeſtis, de regulis iuris. Vbi latiſſime de ſpuriorum ſucceſſione diſputat, quem ibi ad libitum videre poteritis.

Sed an ſpurius poſſit legitimari ad hoc, ut patri ſuccedat, videtur, quod non, quia legitimatio nihil aliud eſt, niſi quædam fictio, quæ fingit illegitimum fuiſſe legitime natum, vt in Authentico, quibus modis naturales efficiantur legitimi. Sed vbi non poteſt operari veritas, in caſu vero ibi non poteſt operari fictio in caſu ficto: ſed in veritate ſpurius nunquam potuit eſſe legitimus, ergo nec per fictionem, id eſt, per legitimationem ſubſequentem, quæ talem fictionem operatur.

Propterea iſta legitimatio, quæ fit de ſpurio nato ex damnato coitu ſecundum veros terminos iuris non dicitur eſſe uere legitimatio, quæ eſt fauorabilis; ſed proprie dicitur potius eſſe diſpenſatio contra ius commune, & regulas eius, quæ in effectu eſt odioſa, vt concludunt dominus Paulus de Caſtro in conſilio ducenteſimo decimo nono. incipiente, ſuper puncto. & dominus Franciſcus Curtius in conſilio ſeptuageſimo quarto. incipiente, ſuper memorata. & excellentiſſimus doctor dominus Decius Mediolanenſis in conſilio tricenteſimo nonageſimo tertio. incipiente, conſului ſuperioribus diebus. in tertio volumine. vbi dicit, quod in iſta legitimatione ſpurii nati ex damnato coitu, quæ in effectu vocatur diſpenſatio, & requiritur cauſa, ſine qua concedi non debet, nec ſolent principes legitimare ſpurios ſine iuſta cauſa precedente, maxime in præiudicium agnatorum.

Et cauſa tunc diceretur iuſta, quando ſpurius feciſſet aliquod magnum ſeruitium principi, vel rei publicæ, prout de quampluribus ſpuriis ſcriptum apud Hiſtoriographos copioſe legitur, qui etiam in bello vti Imperatores triumphauerunt, ſicut Alexander Magnus, Hercules, Romulus, & cæteri enumerantur, quorum patres ignorantur, vel tales ſaltem ſunt, quos habere non licet.

Vlterius ad hoc propoſitum facit, quia princeps de poteſtate ordinaria non poteſt ſpurios diſpenſare, ſeu legitimare, ſed tantum de poteſtate abſoluta, vt in dicto paragrapho finali, quibus modis naturales efficiantur legitimi. ideo oportet, quod deroget illi legi, vel conſtitutioni, vt format Antonius Roſelli in tractatu de ſucceſſionibus ab inteſtato, & dominus Alciatus in lege ſecunda, columna penultima. de verborum obligationibus. ergo videtur ex his recte inferri ſpurium

non

Digitized by Google

non posse legitimari ad hoc, vt patri succedat, & sic legitimus dicatur.

Propterea ista legitimatio, quæ fit de spurio nato ex damnato coitu secundum veros terminos iuris non dicitur esse vere legitimatio, quæ est fauorabilis; sed proprie dicitur potius esse dispensatio contra ius commune, & regulas eius; quæ in effectu est odiosa, vt concludunt dominus Paulus de Castro in consilio ducentesimo decimo nono; incipiente, super puncto. & dominus Franciscus Curtius in consilio septuagesimo quarto, incipiente, super memorata. & excellentissimus doctor dominus Decius Mediolanensis in consilio tricentesimo nonagesimo tertio. incipiente consului superioribus diebus. in tertio volumine. vbi dicit, quod in ista legitimatione spurii nati ex damnato coitu, quæ in effectu vocatur dispensatio, & requiritur causa, sine qua concedi non debet, nec solent principes legitimare spurios sine iusta causa præcedente, maxime in præiudicium agnatorum. Et causa tunc diceretur iusta, quando spurius fecisset aliquod magnum seruitium principi, vel Reipublicæ, prout de quampluribus spuriis scriptum apud Historiographos copiose legitur, qui etiam in bello vti Imperatores triumphauerunt, sicut Alexander Magnus, Hercules, Romulus, & cæteri enumerantur, quorum patres ignorahtur, vel tales saltem sunt, quos habere non licet.

Vlterius ad hoc propositum facit, quia princeps de potestate ordinaria non potest spurios dispensare, seu legitimare, sed tantum de potestate absoluta, vt in dicto paragrapho finali, quibus modis naturales efficiantur legitimi. ideo oportet, quod deroget illi legi, vel constitutioni, vt format Antonius Rosselli in tractatu, de successionibus ab intestato, & dominus Alciatus in lege secunda, columna penultima. de verborum obligationibus. ergo videtur ex his recte inferri spurium non posse legitimari ad hoc, vt patri succedat, & sic legitimus dicatur.

Contrarium vero tenet Bartolus in dicta authentica, ex complexu, dicendo, quod imo spurius potest legitimari per principem suum quo ad temporalia. Ratio est, quia circa istud, scilicet, quod spurius non dicatur legitimus: & quod patri non possit succedere, istud est solum impedimentum iuris ciuilis, non autem naturalis. quod faciliter per principem sicut inducitur, tolli potest, vt est glossa communiter approbata in paragrapho, naturales, in titulo, si de feudo fuerit controuersia inter dominum, & agnatos. vbi dicitur, quod princeps potest spurium legitimare, vt succedat in feudo paterno etiam in præiudicium agnatorum, & illam glossam insequuntur ibi feudistæ, quia quando agitur de iure quærendo, vt in isto casu princeps potest quandocunque etiam sine causa illud ius tollere. & ideo potest legitimare spurium in præiudicium omnium agnatorum, quibus hæreditas venit deferenda, & istam opinionem sequitur Alexander, qui dicit illam esse communem in consilio secundo. iu primo volumine. qui allegat Bal. hoc tenentem in l. rescripta. C. de precibus Imperat. offeren.

Quare existimo, quod prædicta conclusio procederet, quando expresse constaret de mente principis, scilicet, quod vellet per talem legitimationem præiudicare cæteris agnatis, vel substitutis, & sine dubio tunc valeret legitimatio illa in eorum præiudicium, quod secus est, si de mente principis non constet perfecte, quia priuilegium, seu dispensatio in dubio debet sane intelligi esse præstita sine præiudicio alterius. capitulo, super eo, de officio, & potestate iudicis delegati. & dicitur tunc constare de expressa mente principis, quando princeps in specie hoc in ipso priuilegio, vel dispensatione expressit, vel quando in concessione apposita fuit clausula, ex certa scientia, & exinde illud sequitur, videlicet, quod factum ex certa scientia principis amplius in dubium reuocari non debet: quia per illam clausulam princeps voluit præiudicare illi, cui ius erat quæ-
40 situm: vnde illud, † quod princeps facit ex certa scientia, videtur omnino facere de plenitudine suæ potestatis: quia ita importat illa clausula de sui natura, secundum Baldum in lege, eos. Codice, de appellationibus. & Panormitanum in capitulo, ad hæc, in titulo, de renunciatione.

Præterea isti spurij legitimati, vt superius diximus, per principem succedent ipsi legitimanti, & agnatis, & cognatis si ab Imperatore essent legitimati, quia non est dubitandum, quin possit legitimare omnes dictos spurios etiam quo ad successionem. Baldus in lege, cum in adoptiuis, columna penultima. Codice, de adoptionibus. de Imperatore vero minus dubitandum est, quin possit ad libitum legitimare spurios etiam natos ex coitu reprobato, seu incestuoso, dum modo apponat clausulam illam derogatoriam, non obstante quacunque lege in contrarium faciente, secundum Salycetum in dicta authentica, ex complexu. quem sequitur Guido Papæ in decisionibus suis, decisione ducentesima octuagesima. & dicit Dominus Alexander post Dominum Paulum de Castro in lege, si quis posthumos. Digestis, de liberis, & posthumis. quod sacerdos potest facere legitimari filios suos spurios, & isti post legitimationem factam succedent patri, qua facta non censentur amplius fuisse spurii. paragrapho, illud. quibus modis naturales efficiuntur legitimi. & Baldus in lege, & si contra mandata principum. Codice, de nuptiis. vbi dicit, quod Imperator potest legitimare filium spurium sacerdotis, vel alium alterius incestuosum, & ex post non debet amplius vocari spurius, & ista imperialis legitimatio, seu dispensatio operatur singularem effectum, quod, scilicet, institutio, quæ pure fuit facta de spurio per patrem, licet habeatur regulariter pro non scripta: tamen si patre viuente, spurius legitimetur, talis institutio reconualescit, non obstante regula iuris dicente, quod institutio, quæ ab initio inutilis fuit tractu temporis conualescere non potest: & ratio potissima huius decisionis videtur ea esse, quia legi-
41 timatio est tantæ virtutis, quod nedum † retrotrahitur ad tempora natiuitatis, verum etiam ad tempora conceptionis ipsius spurii, vnde iura fingunt legitimatum fuisse legitime conceptum. lege, qui in prouincia. paragrapho, Diuus Hadrianus. Digestis, de ritu nuptiarum. & quod dictum est de Imperatore, idem dicendum est Rege Franciæ, vt etiam ipse legitimare possit cum tali virtute, & effectu, quia est Imperator etiam ipse in Regno suo, in quo leges quoque similes facere potest.

An necessario requiratur, quod in legitimatione exprimantur omnes qualitates spurietatis, vel an sufficiat in genere eas exprimere, scilicet dicendo, spurium fuisse illegitime natum. Breuiter distinguite hoc modo & dicite, quod aut legitimatio fit ab imperatore, aut a principe, vel alio inferiore, vel a summo pontifice.

Primo casu, si fiat ab imperatore, sufficit exprimere in genere, quod fuerit illegitime natus, licet sit natus ex coitu adulterino, incestuoso, sacerdotali, vel religioso: dum tamen apponatur ista clausula, non obstante aliqua lege in contrarium faciente, quia talis clausula videtur supplere omnes defectus, qui non fuissent expressi. Ratio est, quia in fauorabilibus genus communiter habet includere suam speciem. lege, si chorus. cum similibus. de legatis tertio. ita concludit Baldus in lege, si qua illustris. in versiculo, item nota. Codice, ad Orficianum. qui dicit simpliciter Ioannem Andræam hoc tenere, & idem Baldus in lege, Paulus. Digestis, de statu hominum. & in capitulo primo. paragrapho, naturales. si de feudo fuerit controuersia inter dominum, & agnatos. Addite Hostiensem, & Ioannem Andræam in capitulo finali. de filiis presbyterorum. vbi omnes concorditer dicunt, quod in dispensatione facta cum illegitime nato non requiritur, quod exprimantur nomina, vel circunstantiæ parentum: sed de stylo sufficit expressio in genere, a quorum sententia non licet discedere, capitulo, quam graui. de crimine falsi. & ista est communis opinio, pro qua consuluit Alexander de Imola in consilio centesimo trigesimo octauo. incipiente, oportune consideratis. in primo volumine. & hæc omnia de legitimatione imperiali.

Si vero

Digitized by Google

Si vero fiat a principe,'& ſpurius'ſit maculatus duplici ma cula puta, quia fuit natus ex incœſtu, vel adulterio iſto caſu
42 requiritur,quod in legitimatione† exprimantur omnes qua litates ſpurietatis,alias eſſet nulla: quia ſi illa qualitas fuiſſet expreſſa potuiſſet reddere principem'difficiliorem ad faciẽdum gratiam: & ideo ſi ſpurius dicat ſe natum ex ſoluto, & ſoluta:& ſit natus ex incœſtu,vel adulterio, vel ex ſacerdote in ſacerdotio, vel extra certe talis legitimatio redditur ſubrepti tia Ludou.de Roma.in l.ſi vero.§.de viro.in 35.fallentia.ff.' ſoluto matrimonios & iſta eſt communis opinio,quam late proſequitur Iaſ.in §.omnium.in 6.coll. in verſiculo quid autem ſi aliquis eſſet ſpurius.Inſtitutio.de actionibus.& Fely.in cap.poſtulaſti.in 3.col. de reſcriptis. vbi adducit ſimile de ex-
43 communicatione:† quia ſi quis ſit excommunicatus plurib. excommunicationibus,& ſimpliciter petat ſe abſolui niſi ex primat cauſas excommunicationis non erit abſolutus. ca.ex parte extra de offi.ordina.refert præterea Iacob.de Belu.in §. & quoniam quibus modis naturales efficiuntur ſui. & Ant. de Butr.in cap.per venerabilem.qui filij ſint legitimi.quod in legitimatione quæ fit a principe etiam viuo patre debet fieri mentio quod pater habet alios,vel agnatos ſucceſſores: aliter non valeret in præiudicium tertij, vt etiam cõcludit Alex.in conſi.25.incipiente circa primum.in primo volu.& in iſta legitimatione ſpurij qui plures patiatur maculas nõ ſufficeret clauſula non obſtante: quia verba generalia non cõprehendunt caſus vel perſonas odibiles. l.Lucius. §. Lucius Titius.ff.de legatis ſecundo. vbi dicitur † quod verba gene-
44 *lia* reſtringuntur,vt odioſa non comprehendantur: hoc idẽ in propoſito voluit Bald.in l.1.C.de furtis.vbi dicit,quod vbi ſunt plures defectus,clauſula generalis nõ obſtante non ſufficit niſi defectus in ſpecie exprimantur, & ideo reſcriptum *principis non ſe extenderet ad defectus ſuppreſſos maxime, quando vna qualitas ſpurietatis fuiſſet expreſſa*, & alia ſuppreſſa,iſtud limitatur non procedere, quando princeps in legitimatione eſſet vſus verbis generalibus importantibus geminationem,ut ſi in reſcripto dicat qualitercunque, vel ex quocunque coitu natus fuerit,vel etiam ſi eſſet appoſita clauſula ex certa ſcientia:quia ut dixi talia verba purgant, & ſupplent omnes defectus ſuppreſſos.

Si vero nos loquamur de legitimatione, ſeu diſpenſatione,quæ fit per papam † tunc omnes qualitates ſpurietatis coram eo debent exprimi ita quod obmiſſio illarum vitiat
45 reſcriptum apoſtolicum:ideo narrari debet,ex quo coitu ſpurius natus ſit: ratio eſt ſecundum Canoniſtas: quia eſt qualitas quæ aggrauat delictum vt tenet Rota in deci. 112.in ti.de filijs presby.in antiquis.& quia illa,quæ communiter reddũt Papam difficiliorem ad concedendum gratiam, vel reddere poſſent, ſi expreſſa eſſent certe ſi fuerint ſuppreſſa ſubreptitiam,& inutilem faciunt impetrationem,vnde refert Io.An. in c.ſi.de filijs presby.quod ſedes Apoſtolica non ſolet de facili diſpenſare, cum genitis ex religioſo, vel ex coitu adulterino,& incœſtuoſo, quæ ſunt cauſę impulſiuæ legitimationis merito qualitates debent exprimi immo fortius dico quod licet ſpurius fuerit legitime diſpenſatus ad obtinendum oĩa, & quecunq;,& qualiacunq; beneficia, & bullas ſuæ diſpenſationis leuauerit attamen in quacũque alia impetratione beneficiorum debet facere mẽtionem de qualitate ſpurietatis, ſi ſit filius presbyteri,vel de quo coitu eſt genitus,& ſi iſta obmitterentur impetratio reddetur nulla.c.2.de fil.presby.& ſic vitiaretur ipſo iure etiam ſi eſſe facta motu proprio:quia gratia non confirmatur contra intentionem concedentis,vt tradit Mar.in deciſ.x.

Notanter addite,prædictis,ꝙ ſi papa ſcit aliquem eſſe ſpurium, & illum facit epiſcopum videtur eum natalibus reſtituere.i.legitimare ita ꝙ tanquam legitimus ſuccedere poteſt
46 aliis iſta ſunt verba Baldi in d.l.imperia.§.ſi mulier.† imo fortius concludite,ꝙ ſicut per dignitatem Epiſcopalem collatã ſpurio papa videtur eum legitimare ſic etiam videtur legitimatus per ingreſſum religionis per quem ut dixi tollitur omnis macula,& infamia proueniens ſine delicto:ſed hæc deciſio ſecũdum Bar.in d.Authen.ex complexu.procederet quoad ſpiritualia, & non quoad temporalia quo caſu ſolus imperator, vel princeps legitimare poteſt niſi eſſemus in terris eccleſiæ:& ſi per principem de conſenſu patris fuerint reſtituti natalibus poterunt a patre inſtitui etiam in teſtamento minus ſolenni,& ſic cum duob.teſtib.ſecundum Mode. in l.hac conſultiſſima.§.ex imperfecto.C.de teſt.

Circa iſtam legitimationem iſtorum ſpuriorum dubitatur comes palatinus habet facultatem legitimandi ſpurios natos ex coitu adulterino,item etiam habet poteſtatem legitimandi incœſtuoſos modo reperitur aliquis qui vtrunq; vitium patitur: quia fuit natus de adulterio, & de incœſtu ſi-
47 mul an a tali palatino poſſit legitimari? † Bĩ concludite ꝙ ſic, in Aexl.ſi ita ſcriptum.ff.de libe.& poſt.& Ang. in l.clemẽs. ff.de hered.inſti.& idem Ang.& Bal.in d.§.omnium.Felyn.& Dec.in d.c.at ſi cle.in §.de adulte.Io.de Ana.in conſi.95.inciviſis,& ponderatis ſubtilis Carol. Ruy. & Fortunius Garſias in d.l.Gal.in §. & quid ſi tantum Fel.in c.fi.de ſimonia.& in c. poſtulaſti.de reſcrip.Prepo.in d.c.per venerabilem. Bar.Bald. & ferre omnes ſcribent.in l.2.de verbo.obliga.quos ibi refert Alcia.ſubiiciens,ꝙ ab iſta opinione in practica non eſt recedendum.

Et d.cõis opinio ꝓcederet ſm Pau.de Caſt:& Raphael Cu. in d.l.2.quando talis legitimatio fieret patre viuente,& eo cõſentiẽte ſecus ſi poſt mortẽ,quia hoc caſu non valeret in ꝓiudicium aliorum filiorũ & opinio iſta procederet de æquitate non de rigore:qua æquitate attenta,ſub ſimplicib.cõprehenditur mixtum quando caſus eſt fauorabilis, vt in d.l.ſi ita ſcri
48 ptum & in d.l.clemens.† Si autem caſus iſti eſſent odioſi non compræhenditur mixtum ſub ſimplicib.& ita cõcludit Bart. quem ſequuntur Doct.in prealleg. l.2. & ſi vnus veſtrum dicat,ꝙ iſte caſus eſt odioſus quia proprie non eſt legitimatio, ſed eſt diſpenſatio,quæ in effectu,vt dixi,eſt odioſa ergo videtur,quod ſub iſtis ſimplicibus nõ cõtineatur mixtum. Sed nõ recedatis a priori opinione,quæ eſt verior cum ſaltim ratione principis legitimantis.aut illius,cui mandatur fieri legitimatio caſus iſte eſt fauorabilis licet reſpectu ſpurij dicatur odioſus,& diligenter adnotate, ꝙ licet in vltimis voluntatib. & ſic in caſu fauorabili ſub ſimplicibus contineatur mixtũ: tamen ſecus eſt in contractibus.in quib. ſtrictior fit interpretatio,& imputandum eſt contrahentibus, quare legem aperтius non dixerunt iuxta.ll.veterib.de pact.

Sed õ doctrinam Bart. in di.l.2.dum dicit,ꝙ in odioſis ſub ſimplicibus cõtinetur mixtum vĩ tex. apertus in contrarium in l.ſi ita ſit exhæredatio.ff.de iniuſt.& rup.teſta.iuduco vobis tex.teſtator habẽs vxorem prẽgnatem ita teſtatus eſt, ſi filius mihi naſcatur illã exhẽredo vel ſi filia.mihi naſcatur exhæredo text. dicit, ꝙ vtriſque natis poſt mortem teſtatoris non rumpit teſtamentum: quia vterque eſt exhẽredatus licet alternatiue,& ſeparatim de eis fuerit facta mentio & exheredatio ergo hic eſt text.bene inductus, ꝙ in odioſis ſub ſimplicib.cõtinetur mixtum.iſta fuit noua & ſubtilis inductio Fulgoſij,per quam dicit opinionem Bar.non procedere.

Vos autem,dñi,nõ recedatis ab opinione Bar.quę eſt vera,& communis.ſ.ꝙ in odioſis ſub ſimplicibus non contine
49 tur mixtum,nec vĩ † obſtare text.in d.l.ſi ita facta ſit exhẽredatio:quia reſpondetur ꝙ licet in illa.l.ſit caſus odioſus ꝓp ex hẽredationem tamen alio reſpectu caſus ex ibi fauorabilis, ſ. propter conſeruationem teſtamenti, quia ſi vterq; non eſſet exhẽredatus alter tanquam preteritus diceret teſtamentũ nullum.ergo fauor teſtamenti conſeruandi facit vt mixtum cõtineatur ſub ſimplicibus,& dicit ibi Ale.ꝙ ad illam l.aliud reſponderi non poteſt.

Sed vos ſubtiliter conſiderate qũo ſolutio Ale. non videt tuta ea ratione,quia cõſeruatio teſtamẽti non magis vĩ fauorabilis quam inſtitutio filij.l.cum quidam.ff.de lib.& poſt.& licet reſponſio,Ale.poſſet de iure ſuſtineri tamen ad dictã.l. ſi ita facta.aliter & ſubtilius reſpondeatis,ꝙ ibi teſtator cogitauit de utroque ex quo vtrunque naſciturum expreſſit ergo per expreſſionem teſtatoris non eſt mirum,ſi ſub ſimplicibus etiam in odioſis contineatur mixtum.

Sequitur,vt videamus,an ſaltem de iure canonico poſſint aliquid capere de bonis patris: Breuiter cõcludite,ꝙ ſic dato ꝙ tales ſpurij ſunt nati ex reprobato & accuſabili coitu tamen de æquitate canonica debent a parentibus alimentari
50 iuxta facultatem bonorum patris † cui æquitati hodie ſtatur etiam de iure ciuili propter naturalem ęquitatem,quam ſacri canones conſideraverunt:& iſta æquitas procedit inſtinctu naturę ex quo educatio liberorum eſt de iure naturali,ut tales ſpurij priuati alimẽtis nõ pereant, & iſte caſus eſt hodie clare deciſus.in capitulo cum haberet. circa finem extra de eo,qui duxit in matrimonium quam polluit per adulter. & per illum text.concludunt Barto.& Doctor.in dicta Authen. ex complexu. quod pater non ſolum ſpuriæ, vel ſpurio põt reliquere alimenta, verum etiam poteſt relinquere dotem quę ſuccedit loco alimentorum. & ita concludit Bart. in d.l. ſi.ſupra allegata.& refert ibi ita de facto conſuluiſſe: & ideo ſicut pater filiæ ſpuriæ tenetur prẽſtare alimenta:ſic etiã tenetur eam dotare, & dotem condecentem ſibi conſtituere ita poſt Barto.concludit Matthesilanus in ſingula.147.incip.nota ſingulare dictum. & iſtam deciſionem ibi ampliat procedere in filia nata ex nephario coitu, & inceſtuoſo & eccleſia hoc inducit ex æquitate,cui eſt ſtandum.vt dixi etiam in vtroque foro ſecundum Antonium Corſeti in ſingulari incipiente filij ſpurij.

Ex quib.inferũt feudiſtæ,in c.j.§.ſimiliter.de capitulis Cor. & in c.j.apud quẽ iudicẽ,vel dñm qõ feudi terminari debeat. iaunde ſi conſuetudo ſit in patria, vel etiam lege feudorum

Digitized by Google

caueatur ꝙ vaſalli teneantur contribuere & iuuare dominũ pro filia ſua maritanda (de hoc vide Guidonem Papæ in deciſionib.ſuis) certe poterit eos talliare etiam pro ſpuria maritãda ex quo neceſſario habet filiis prẽſtare alimẽta.Sic etiã tenetur dotare:qa argumẽtum de dote ad alimenta procedit: licet Ang.in l.a filia.ff.ad Treb.Roma.& Imo. in l.1.ff.ſol.matri.teneant argumentum non procedere de alimentis ad dotem:& clarius per Sal.in Authen.res quæ.C.commu.deleg.& per eundem Ang.in l.fi. C. de dot.promiſ. & quod tale argm̃ non procedat hoc probant ciuili ratione, quia filius tenetur alere matrem.l.ſi quis a liberis.ff.de lib.agnoſ.& tamen nõ tenetur eam dotare, vt eſt caſus in l.tutor ſecundum dignitatẽ.
51 §.fi.in verbo nec uuptiale munus matri.ff.de admini.tut.† patet quia ex lata differentia inter dotem, & alimenta eo, quia pater non tenettur dare filio, vel filio alimenta pro toto tempore eorum vitę,ſed tantum ſucceſſiuis temporibus, ſecus eſt in dote, quam pater tenetur filiæ aſſignare vnica præſtatione in proprietate ſicut dicimus de legitima,quæ nõ ſolum in pecunia numerata: ſed etiam in proprietate præſtari iubetur,idque noua diui principis Iuſtiniani ꝯſtitutione expreſſum eſt, tex.eſt rotundus in §. 1. in verbis finalibus in Authentico de triente & ſemiſſe collatione 3. qui tex.facit contra ſtatuta & conſuetudines quarundam regionum vbi patres relinquunt filijs modicam pecuniæ ſummam nomine legitimæ, minus tamen quam a lege determinatum ſit:nec vix ſemunciam re reliquunt:quos accuſatores naturæ commode appellare poſſumus ex mente legis maximum vitium. C. de lib.præteri.vel exhæredatis,quod obſeruabis contra nationem Allobrogũ. Legitima autem dotis loco ſuccedit textus formalis.l.vnica.§. quo a nobis.C.de rei vxoriæ actione.Ideo ſi pater aſſignauerit dotem filię,talis aſſignatio durat etiam poſt eius mortem: quia dos dicitur proprium patrimonium filiæ tex. apertus,in l.Pomponius Philadelphus. ff. fami. erciſcun. & ex ea viuere debet.l.tertia.§.ſed vtrum.ff.de minoribus quam etiam tranſmittit ad hæredes ſuos.l.vnica.§.videam9.C.de rei vxor.actio. quodeſt aliud in alimentis,quæ morte extinguũtur.l.cum hi. §.modus.ff.de tranſactio.

Sed nolite recedere a priori opinione, quæ eſt communis propter æquitatem: & ne filia ſpuria meretricetur defectu dotis, vt ergo euitetur iſtud peccatum: & propter matrimoniũ, cui in dubio fauendum eſt.cap.quanuis. de re iudica.& in l.in ambiguis.la ſeconda.ff.de regu. iur. vbi in verba iureconſult9 Paulus In ambiguis,inquit,pro dotibus reſpõdere melius eſt. & ibidem videre poteris dominum Philippum Decium.Concludendum eſt ergo pro opinione feudiſtarum, vtpote quæ æquiſſima ſit.& pro hac vide etiam dominum Matthæũ Mopham Gribaldum in ſuo eleganti ſucceſſionũ tractatu tub titu.de naturalib.liberis allegãtem multa iura & adde vulgato illo c.cum haberet.

Prẽterea deciſum eſt iure, ꝙ ſi ſpurius, vel ſpuria non habent,vnde ſecundum qnalitatem perſonarum, honeſte poſſint ſe alimentare,pater illum alere, & filiam dotare.d.l.ſi qs a liberis.Ratio eſt quia ius alimentandi prouenit a iure naturali.1.ff.de iuſtitia & iure.quę natura eſt omnibus liberis cõmunis ſiue ſint nati ex coitu legitimo ſiue ex damnato. l. hos.accuſare.§.omnibus.ff.de accuſatio. & ideo omnes qui naſcebãtur iure naturali erant liberi.§.licet quib. mod.natura.effi. ſui
52 & tex.in d.c.†cum haberet fundat æquitatem canonicam ſuper ęquitate naturali, quæ filios ſpurios etiã inceſtuoſos vult eſſe alendos,merito tam a patre quam a matre non facta differentia filiorum alendi ſunt: & iſta eſt communis opinio, quam ſequitur dominus Ioannes Baptiſta in l. ſi qua illuſtris. C.ad Orphic.vnde licet ſpurius ſit illius qualitatis, quod matri ſuccedere non poſſit: quia erat adulterinus vel inceſtuoſus,tamen ſi nõ habet,vnde poſſit educari poteſt de dote materna conſequi alimenta: & ideo, attenta æquitate canonica qua parentes tenentur ſpuriis prẽſtare alimenta,poſito,ꝙ pater & mater ſint mortui: tamen eorum ſucceſſores tenebuntur illa præſtare,†& ſic diſpoſitio. d.c.cum haberet.circa ſpu-
53 rios procedit tam mortuis, quam viuis parentibus, vt ſpurii alimẽtẽtur, & ſpuriæ dotẽtur:iſta æquitas canonica eſt mota ea raatione, ne filia indotata propter paupertatem cogatur meretricari,quod tenderet ad verecundiam,& infamiam ſuorum progenitorum,& ne ſpurius bonis,& alimentis parentũ deſtitutus cogatur ad furtum,& ad cętera turpia:vnde ex poſt ſequeretur vltimum ſupplicium.Et ratio eſſe poteſt, nõ enim eſt danda delinquendi occaſio,ſed eã potius tolli debere prudentiſſime a iureconſulto reſponſum eſt.l.conuenire.ff.de pactis dotalibus. Quo fit, vt ne ius dari poſſit ab beneficia vacatura,ne detur votum captandæ mortis alienæ ca.2.extra de conceſſione præbẽdę. Tolle etiã ſimile pulchrum ex.l.prima. §.penultimo.ff.de ædendo.vbi dicit iureconſultus diem inſtrumenti edendum non eſſe rationem adfert ibidem iureconſultus,ne detur materia fabricãdi falſum.ſic in propoſito ſpurij, aut ſpuriæ alimentis deſtitui aut priuari non debent.iſta eſt limitatio æpuiſſima ad dictam Authẽticam ex complexu.quæ reſtrictio fundatur ex æquitate canonica.

Et iſta opinio ſecundum Báldum in dicta Autentica ex cõplexu.in verſiculo quęro,nũquid ſacerdos procedit,vt iſto caſu presbyter poſſit de proprio patrimonio ſpurium alimentare,& ſpuriam dotare, vel ſibi fundum pro dote relinquere: nec dos data marito vel fundus dat9 loco dotis auferetur ab
1 eo per fiſcum,quia dicit Bartolus in l.fina.§.ſi a ſocero.ff.quę in fraudem creditor.quod bona ipſius non erant ipſo iure cõfiſcata,& dos eſt titulus oneroſus ſaltem reſpectu viri maxi. in patrimonialibus in quibus clericus habetur pro layco ca. cum dilectus.in verbo tanquam laycus. & ibi hoc notat Panormita.de iure patro.& notate etiam ſingulariter, quod licet hæres poſſit repetere a ſpurio tanquam ab indigno illud, quod fuit ſibi donatum per ſacerdotem:†tamen eius ſpurius
54 poterit retinere vſque ad modum alimentorum in quib. ſaltim reperitur capax:quia poſſunt publice, & occulte relĩqui, & iſta eſt ſingularis limitatio,ad tex.in dicto capitu. cum haberet, nec tale relictum alimentorum videtur eſſe factum in fraudem legis:quanuis in eam cauſam relictum non fuerit.

Ampliate hanc deciſionem, vt ſolum procedat in bonis patrimonialibus,verum etiam in bonis ratione eccleſiæ acquiſitis,vt ſunt fructus & redditus beneficiorum,de quibus presbyter non habens propria poteſt vxorem, & filios ac conſanguineos paupere, alere gloſſ.eſt magiſtralis,in in capitu.omnino in verbo mercedem trigeſima prima diſtinctione ea ratione,quia nemo vnquam carnem ſuam odio habuit in capitulo non exiſtimetis.decima tertia quęſtione ſecunda.quoniam dicit Panormitanus in capitulo primo. de cohabitati.
55 clericorum & mulier: † quod beneficiatus de fructibus beneficii potius debet ſubuenire in eleemoſyna facienda ſuis conſanguineis,& proximioribus quam extraneis:duobus tamen concurrentibus,ſcilicet, quod multum indigeant, & ꝙ hoc faciat ad ſubueniendum in neceſſitate,& non ad dubitandũ, & ſic de bonis eccleſiæ debet erogare cum menſura. Vnde ille, qui eſt executor teſtamenti ad diſtribuẽdum bona inter pauperes poteſt potius diſtribuere in ſuos coniunctos pauperes,quam in extraneos: quia prima charitas a ſeipſo incipit: ideo dicit Bartolus in l. cum quidam fideicommiſſum. ff. de legatis ſecundo. quod ſi electio bonorum diſtribuendorum fuerit data priori prędicatorum, ipſe poterit eligere fratres pauperes de ſuo ordine. Itẽ pater executor poterit diſtribuere inter alios ſuos pauperes.ſic ergo patet quod beneficiatus licite de fructib.beneficij poteſt alimentare & dotare ſororẽ, neptem,vel aliam coniunctam,vel ſpuriam, quia licet clericus procreando ſpurios male,& cum peccato fecerit ex quo tamen ſunt geniti non ſunt perdendi.

Sed eis eſt ſubueniendum in neceſſitatibus iuxta diſpoſitionem dicti capituli haberet.ſed Odofredus in l.mandauero,in §.ſi tibi.centum,ff.manda.& Florianus in l. Altius,ff.ſi ſeruitus vendicet.& Angelus in l.apertiſſimi.Cod.de iudici.& Barbatia.in capitu.primo. de locato.quos refert & ſequitur Ioãnes Luppi in dicto capitu.per veſtras. dicunt. quod eſt quędã conſtitutio cuiuſdam Cardinalis Sabinẽſis, quæ incipit non ſolum poſita in titulo & vita de honeſtate clericorum.in clementina,quam dicunt eſſe approbatam per Papam, quę dicit quod clericus de patrimonialibus poteſt alere, & dotare filiam,& alios conſanguineos,ſed nõ de fructibus beneficiorum & ita debet intelligi text.in dicto capitu. cum haberet.

Sed ego in iudicando & conſulendo non recederẽ a priori opinione,ex quod dicta conſtitutio non eſt inſerta in corpore iuris,quam etiam tenuerunt Anto.de Butrio, & Panormitanus in capitulo peruenit.de arbitr.& Decius.in capitulo clerici.de iudici.& Nicolaus de Vbald.in tractatu. ſucceſſ.ab inteſtato.

Et ſic habetis reſolutam opinionem iuribus,& rationibus, & authoritate plurimorum Doctorum firmatam, quod pater poteſt donare ſpurio cauſa alimentorum, quæ opinio etiam procedit,licet pater illi ſimpliciter donauerit,nec in donatione adiecit,ꝙ illud donat pro alimentis.In dubio tamẽ cenſetur donata cauſa alimentorum,maxime, quando non haberet, vnde poſſet ſe alere, & iſta eſt ſingularis ampliatio ad d.c.cum haberet.

56 Quæritur, an † ſacerdos vltra cauſam alimentorum poſſit relinquere ſpurio ſuo? concludit, ꝙ ſic, ſcilicet, propter gratuita ſeruitia, & bene merita ſibi per ſpurium impẽſa ita tenet Bal.in conſilio ſexageſimo ſexto.incipiente ſi dicta inſtitutio.& hoc operatur remuneratio propter quam in multis relaxantur,& reſtringũtur regulę iuris cõmunis, ut patet in donatione facta inter patrem,& filium,itẽ in donatione, quæ fit per militẽ,vel per clerium concubinę, & in illa quæ fit inter coniuges:quia licet tales donationes non valeant propter reſiſtentiam iuris: valent tamen cauſa remunerationis

bene-

Digitized by Google

benemeritorum, vt in eisdem terminis consuluit Petrus de Anchara.in consilio ducentesimo quadragesimo septimo.incipiente dubium facit & idem dicendum videtur in tutore, & prælato vel in procuratore vel minore,& in decurionibus, & pluribus alijs personis quę licet absolute non possunt donare,vel alienare possunt : tamen causa remunerationis, &
57 propter benemerita precedentia,† & sic est modus notabilis, per quem presbyter potest relinquere spurio vsque ad æquualentiam bene meritorum. Sed quia ista donatio posset fieri in fraudem legis : ideo aduertite, quia tali gratuita seruitia debent probari, nec sufficeret assertio patris dicentis, se fuisse consecutum illa bene merita a spurio & requiritur etiã quod non sint obsequialia ad quæ filius naturaliter tenetur prout dicimus de donatione remuneratoria facta filio de qua plene scripsi in repetitione.l.pater.C.de inoffi.donatio. & ista est communis opinio secundum scriben.in l.si donatione.C. de collatio.

Sed aduertite:quia ista æquitas iuris canonici venit in aliqbus casibus modificanda, primo vt non procedat quãdo spurius haberet aliunde : vnde posset se alimentare vel haberet artem ex qua posset lucrari victum suum: quia isto casu non haberet locum dispositio dicti capi. cum haberet. secundum Alexand. in consilio septuagesimo quarto.incipien.viso processu in secũdo volumine, & ista modificatio maximam ęq-
68 tatem.de iure videtur continere:† quia ratio finalis, & impulsiua dictæ æquitatis est, ne filii spurij priuati alimentis pereãt fame: quæ ratio cessat, quando spurius habet bona, vel artẽ ex quib. potest se alimentare : ergo cessare debet dispositio iuris:cessante enim ratione,cessare etiam debet dispositio legis, tex.formalis in l.adigere.§.quanuis.ff. de iure patro.

Secundo dispositio dicto cap.cum haberet.venit modificãda,vt procedat quãdo pater solun relinqueret spurio,vel spuriæ aliquid,quod sufficeret pro alimẽtis: & sic sacerdos potest
59 dotare spuriam,vsque ad quantitatem alimentorum.† Si vero pater eis relinqueret vltra legitimum modum, præsumeretur esse relictum in fraudem.Vnde legitimi successores possẽt illud excessiuum reuocare,& in defectum,& negligentiam illorum applicaretur fisco.Ideo dicit Bald.in d.l.id quod pauperibus.quod executor non potest omnia bona distribuere spuriis pro alimentis,vel maiorem partem:& illud,quod reperietur distributum ultra legitimum modum reuocabitur. vt est tex.in argumentum,in l.fina.ff.de exercito. actio. vbi dicitur, quod si nauis indigebat refectione, & Præpositus seu magister nauis pro ea reficienda pecunia vltra necessitatem a creditore accœperit,dicitur in textu,quod creditor contra domi num nauis non datur actio pro toto credito,sed solum vsque ad quantitatem quæ sufficiebat pro legitima refectione,& in istis alimentis,quæ præstantur spurio non attenditur dignitas personę,sed attenditur necessitas viuendi : quia lex canonica illa concedit causa miserationis: ergo non habetur respectus ad dignitatem.

Sed iuxta prędicta dubitatur,presbyter dotauit spuriam,& dos quamplurimum excedit legitimum modum alimentorum,non ne, mortuo patre legitimi successores statim possint illud excessiuum reuocare? Vel an debeant expectare, ꝙ filia sit defuncta, vel quod saltim matrimonium sit dissolutũ? distinguite, quia si mortuo patre dos fuerit reuersa ad filiam per dissolutionem matrimonij: & tũc,quia filia reperitur habere istam dotem titulo lucratiuo:& clare reperitur decisum, quod spurię non potest dari vltra alimenta,ergo illud, quod reperietur excedere legitimum modum alimentorum, statim poterit reuocari.

Si vero dos non fuerit reuersa ad filiam : quia adhuc durat matrimonium tunc constante matrimonio illud excessiuum repeti nõ potest ea ratione,quia maritus reperitur habere dotem titulo oneroso istam distinctionem ponit Barto.in l.fina. in §.si a socero.ff.quæ in fraud.credito.aliena. sunt quam sequitur Ange.in l.ignoti.Cod.de reuocand.his, quæ in fraud.cred. & clarius in §.item si quis in fraudem.de actio. quos sequitur Campegius in tractatu de dote.in quæstione quarantesi.octa. primæ partis.

Aduertite,quia videtur,quod ista opinio Bart. non procedat in puncto iuris,quod immo venientes ab intestato possunt reuocare a marito etiam constante matrimonio illud, quod excedit alimenta,vt tenet Nicolaus de Vbald. in tractatu successionis ab intesta.similiter contra Bart. tenet Ioannes Luppi in c.per vestras.de donatione inter virum & vxorem.ĩ §.constituenda.& contra Barto.potest esse ratio: quia illud ꝙ excedit legitimum modum alimentorum obstante prohibitione iuris a principio fuit nullum. Immo in fraudem legis videtur esse donatum.vt etiam tenet Bartolus in dicta l.finali. de his quib.ergo cum illlud excessiuum a principio erat nullũ tractu temporis conualescere non potuit,vnde imputandum est marito quare contraxit matrimonium cum illa spuria,qa debuit explorare de qualitate,& cõditione personę, cum qua contraxit,quod si secus fecerit,non excusatur a culpa,ut in regula qui cum alio contrahit.ff.de regulis iur. & contra Bartolum facit,nam si pater dotaret filiam naturalem, & legitimã excessiue,alij filii post mortem patris illud excessiuum possẽt reuocare etiam constante matrimonio per titulum de inofficio.donat.ergo multo fortius illud,quod est donatum spurię poterit reuocari,licet matrimonium non sit dissolutum, saluando tamen Bartolum dicatis,quod sua opinio procederet, quando maritus ignoranter contraxisset matrimonium cum spuria,quam credebat esse legitimam prout faciunt presbyteri,qui cum maritant suas filias dicunt illas esse neptes, isto casu ignorantia,& error facti excusaret maritum,nec videtur es se particeps fraudis cum patre naturali dotem cõstituente.& ita limitat Alber.prędictã regulam, qui cum alio non procedere in casu erroris,vel necessitatis,& ista opinio videtur maximam continere æquitatem.

Dubitatur, ex quo sacerdos potest relinquere spuriæ fundum pro dote,vel pro alimentis an mortua spuria,fundus ille reuertatur ad patrem naturalem, & ad suos legitimos successores? vel an transeat ad filios legitimos spurij, si habeat, uel
60 ad alios suos legitimos successores? Breuiter † dicite quod tale relictum nõ durat nisi vsque ad uitam spuriæ,qua mortua, dos reuertitur ad patrem,si viuat.

Si vero non viuat,reuertitur ad successores.ita tenuit Bald. in d.l.eam,quam quem sequitur dominus Decius in consilio trecentesimo undecimo.incipien. in casu proposito in secundo volumi.vbi concludit,quod si pater relinquat fundum spurio pro alimentis, eo mortuo,non transmittitur ad hæredes spurii idem tenet Bald.in consilio 546.incipien. quidam Franciscus.vbi dicit,quod legatum factum spurio pro alimentis
61 non transit ad hęredes spurii nec ratione proprietatis † quia legatum factum spurio de proprietate non ualet. dicto capit. cum haberet.nec ratione alimentorum, quia illa finiuntur morte merito reuertitur ad uenientes abintestato per tex.notabilem.in l.1.C.de natu.liber. & ibi dicit Azo. quod ille text. procedit in quocunque spurio.& dicit etiam ibi Barto. quod quicquid pater dedit spurio siue per se siue per interpositam personam,omne illud debet restitui legitimis successorib. & sic deuenit ad illos,ad quos deueniret ab intestato,si relictum non fuisset,quibus non tantibus,ad fiscum licet spurius haberet liberos naturales,& legitimos. Immo fortius dico, quod si pater relinquat spurio certas possessiones pro alimentis. & ipse de fructibus illarum possessionum possit se alimẽtare certe proprietas non transiet ad eum sed penes hæredes patris remanebit,quia causa impulsiua istius relicti fuit causa alimentorum, Sed alimenta quæ debentur alicui per eius mortem terminantur,hoc est,cum vita finiũtur.dicta l. cum.§.modus. de transact.& in l.dominus.ff.de vsufructu. ex præmissis videt conciudendum, quod post mortem spurii illud, quod est donatum pro alimentis, reuertitur ad patrem vel ad suos legitimos successores.

Ista conclusio posset recipere quator limitationes primo ut procedat quando pater coactus per pręceptum seu sententiam iudicis constituisset dotem spuriæ,quia tunc post mortẽ spuriæ reuertetur ad patrem vel ad hęredes.ex quo ipsa consequuta fuit dotem contra voluntatem patris ęquum est ipsa reuertatur ad patrem.

Secus si pater ei libere dotem constituerit,& voluerit quod post eius mortem transeat ad filios istius spuriæ tunc ea mortua successores patris eam reuocare non poterunt ita concludit Bart.in d.l.fi.de hijs quibus.ut indig. vbi dicit,quod non est tutior modus relinquendi spurio,quam iste: dum tamen relictum non exeedat modum alimentorum, quod dictũ sequitur Bart.Cœpo. in 38.

Secuundo posset limitari,ut procedat,quando res data in dotem erat notabilis æstimationis tunc reuerteretur ad hęredes patris.Secus si esset vilioris æstimationis puta, quia dedit paruam quantitate pecuniæ, quæ vtendo consumitur prout dicimus in vestimentis vel blado vel vino,quæ omnia, ut dixi,sũt cõsumpta tunc mortua filia illud ꝑ hęredes non posset repeti & istam simulationem ponit Ioa.Bapt. in d.l.si qua illustris.

Tertio posset limitari vt procedat prout absolute loquit in spurio & sic in illo,cui de iure pater nihil poterat relinquere, quo casu si de clementia iuris canonici aliqd fuerit relictũ ꝑ alimẽtis cõsequens est,ut illa clementia nõ trahatur ad prędicium legitimorũ successorũ. ideo post mortem spuriæ illud reuocare poterũt. Secus si pr cõstitueret dotem filię naturali tm:quia illa est capax bonorũ patris saltim in parte isto casu mortua naturali filia,illud ꝙ erat sibi donatũ,non reuerteretur ad hrdes patris nisi quatenus excessisset legitimum modũ: qa tunc illud plus posset reuocari,ut est casus,in l.1.de nat.lib.

Vltimo limitari posset, vt procedant quia nihil aliud ꝫ ius disponeretur quo casu mortua spuria relictum pro alimentis

Digitized by Google

non cedit lucro ſuorũ liberorum. Sed ad hęredes patris reuer titur ſecus qñ aliud contra ius particulariter diſponeretur, po nite exemplũ in ſtatuto, quo diſpontur, ꝙ vxore præmoriente in matrimonio maritus lucretur dotem, iſto caſu, ſi ſpuria moriatur in matrimonio maritus lucrabitur dotem virtute ſtatuti quo dos videtur confirmari, niſi aliter actum fuerit: ideo imputandum eſt patri, quare circa ſtatutũ non prouidit iſtum caſum ponit de palatijs rubeis in præallegato. c. per veſtras. quem pro nunc ego nõſrimo ex quo ſtatuta quæ faciũt mentionem de filijs non compræhendunt ſpurios tanquam perſonas odioſas.

Dubitatur vlterius, an diſppſitio. d. cap. cum haberet. hẽat locum tãtum. in terris eccleſiæ, & ſic in foro eccleſiaſtico vel
62 etiam in terris imperij & ſic in foro ſeculari † breuiter Io. de Imo. in l. Lucius, in §. 1. de legat. j. videtur dicere, ꝙ non habet locum in foro ſeculari, ſed tantum in terris eccleſiæ ea ratione: quia de iure ciuili alimenta non poſſunt relinqui ſpurio. d. Authen. ex complexu. Sed in terris imperij ſeruatur ius ciuile & in terris eccleſiæ ius canonicum glo. in c. 2. de arbitris, in 6. ergo videtur quod ſuprijs alimenta non debeantur extra terram imperij concludite tamen contrarium, ꝙ immo debentur in vtroque foro: quia in vtroque militat ratio naturalis ẽt equitas, per quam pater tenetur alere ſpuriam, & per conſequens dotare. & ita tenet glo. in d. c. cum haberet. quam ſequũtur ibi Doctores, & iſta eſt communis opinio ſecundum Ange. in tractatu teſtamẽtorum. in §. relinquit filio ſpurio. vbi dicit ita fuiſſe iudicatum per iudices Marchionis Ferrariæ. pro qua opinione conſuluerunt Alexand. conſilio 74. incipiente circa primum in 3. volu. & Areti. in conſi. 47. incipiente reuocatur in dubium. & clarius per Alexand. in l. prima. ff. ſolu. matrimonio. ex prædictis habetis claram intelligentiam d. c. cum haberet.

Viſum fuit quomodo de iure ciuili ſunt incapaces etiam quoad alimenta, videamus an per ſtatutum poſſint habilitari ad hunc effectum, vt patri ſuccedere poſſint? † videtur quod
63 ſic quia ſtatuta poſſunt diſponere circa facultatem bonorũ: quia bona ſunt ſub poteſtate ſtatuentium: ideo debet valere ſtatutum, maxime ſi concernat ſucceſſionem circa temporalia. Vos tamen concludite contrarium, vt etiam concludunt Bart. & Imo. & communiter Doctores in l. teſtamenti factio. in verſiculo quæro, an per ſtatutum. ff. de teſtamentis. vbi dicit ſpurium non poſſe habilitari per ſtatutum, vt ſuccedat patri, cum aliis legitimis, & refert iſtam quęſtionem, alias fuiſſe diſputatam, & tandem fuiſſe concluſum ſtatutum non valere p̃ tex. in l. 1. ff. de natalibus reſtituendis. & in §. fina. quibus mod. naturales efficiũtur ſui. vbi dicit, quod ſpurius nullum habet participium illius legis. & iſta eſt communis opinio, quam ſecuti fuerunt Panor. & Felyn. iu d. cap. in præſentia. de probationibus. pro qua etiam conſuluit Federicus de Senis in conſilio 278. incipiente factum quę opinio conuenit cum diſpoſitione iuris diuini, vt legitur Geneſis. 21. cap. dictum eſt Abrahæ, Eijce ancillam & filium. quia non erit hęres filius ancillæ cũ filio liberæ, quod idem atteſtatur Apoſtolus ad Galatas. 4. ꝙ dictum etiam obſeruatur iure canonico. cap. dicat aliquis. 22. q. quarta. & in c. non omnis. 32. quæſt. ſecunda. & refert Auguſtinus in cap. quid eſt. 35. q. ſeptima. quod ex lege Dei ſtatutum eſt, vt illi, qui ex incœſtuoſo coitu naſcuntur nullo iure parẽtibus ſuccedunt.

Si ergo iure diuino tales illegitime nati excludantur a ſucceſſione parentum, ergo nec populus, nec princeps contra iſtud aliquid ſtatuere potuerunt: item quia iſti ſpurij prohibẽtur ſuccedere propter turpitudinem patris, vnde ex quo actus eſt reprobatus propter turpitudinem tale ſtatutum valere nõ debet. c. quæ contra mores hominum ſunt. 8. diſt.

Pręterea facit: quia dato, quod tale ſtatutum municipale non eſſet contra ius diuinum, ſed tantum contradicat iuri poſitiuo, requiritur tamen, quod ſit rationabile † ſicut dicimus
64 de conſuetudine contraria iuri poſitiuo: quia illi non derogat niſi ſit rationabilis, cap. fi. extra de conſuetud. ergo etiam nec ſtatutum quod procedit ab eodem fonte facit vlterius, quia tale ſtatutum, quod illegitimi ſuccedant ſicut legitimi eſt inhoneſtum, & nutritiuum peccati patet, quia ipſi excluduntur ab hęreditate in pœnam patris adulterantis, vel fornicantis, imo etiam tales liberi a ſacris ordinibus repelluntur. c. ſuſcitantib. 15. q. 8. non autem hoc fit in pœnam aliorum qui non peccauerunt. c. naſci de adulterio. 56. diſtinct. apparet ergo, quod tale ſtatutum, nec eſt honeſtum, nec rationabile. quia viri habentes vxores ſteriles accipient concubinas, vt ex eis ſuſcipiãt filios, & hæredes.

Confirmatur: quia quod ſpurius ſuccedere non poſſit iſta eſt pœna a lege impoſita ergo per ſtatutum tolli non poteſt: quia ſolus princeps poteſt facere, quod ſpurius ſuccedat ergo cum tantum ſit reſeruatum principi inferior contrarium nõ poteſt diſponere. l. reſcripta. C. de precib. imperatori offerend.

præterea princeps hoc ſtatuere non poteſt, niſi dicat non obſtante aliqua lege: ſed populus non poteſt vti iſta clauſula, ergo non valet ſtatutum. & ita arguit Bald. in l. prim. in verſiculo ex prædictis. C. de iure aureorum anullorum. tanquam inducens peccatum, & contemnens matrimonia, & propter iſtam rationẽ Hoſtienſis in ſumma in titulo, qui filij ſunt legitimi. refert quod imperator non poteſt facere legem generalem legitimantẽ ſpurios: quia dolus futurus remitti non poteſt. l. ſi vnus. §. illud. ff. de pact.

Sed Bald. in dicta l. prima ſupra allegata in verſiculo dubitatur nunquid ſtatutum poſſit eum facere ſucceſſibilem: arguit ad vtranque partem, & tandem concludit, quod tale ſtatutum non valet in natis ex damnato coitu: ſecus in aliis ſpuriis: quia ſicut valet ſtatutum iuris communis, quod ſpurii ſuccedant matri, ita valet ſtatutum municipij, vt patri ſuccedãt, ſed opinio Baldi non eſt vera: quia in vtroque ſpurio ſemper inducitur peccatum, & occaſio delinquendi: ſed Imola ſubtilius conſiderans dicit, quod forte poſſet attentari, quod tale ſtatutum valeret in naturalibus tantum de iure ciuili, cum illo iure baſtardus ſit capax bonorum patris Authentica licet. C. de naturalibus liberis. & in corpore vnde ſumpta eſt in Authentico de triente, & ſemiſſe: ideo videbatur valere ſtatutũ, quod naturales tantum ſuccedant cum legitimis iſtam opinionem ſequitur dominus Benedicti, in cap. Raynutius. folio 121. vbi dicit, quod licet naturales non poſſint vltra certam portionem ſuccedere ex teſtamento, vel ab inteſtato: tamen fallit vbi ſtatutum, vel conſuetudo patriæ eos habilitaret, vt ęqualiter, vel vltra vnicam ſuccedant cum legitimis, qui allegat Bald. hoc literaliter dicentem. in c. 1. §. hoc autem notandum eſt in ver. qnæro, quid de iure Longobardorum. in tit. de his qui feu. da. poſſunt.

Ego autem puto opinionem Baldi non eſſe veram: quia in re canonico omnis coitus, excepto matrimoniali, eſt prohibitus. capitu. nemo ſibi blandiatur. trigeſima ſecunda. quęſtione quarta. vnde de iure canonico ſtatutum, quod habilitat naturalem tantum ad ſuccedendum cum legitimis nõ valet: quia ut dixi præberet facultatem pecandi, & in materia peccati ius canonicum pręualet iuri ciuili, vt notat gloſſ. in regula poſſeſſor. de regulis iuris in 6. ergo tale ſtatutum non valet quando naturalis indifferenter fuit habilitatus: ſecus ſi ſtatutum dicat, quod non obſtantibus legitimis naturales ſuccedãt: qa iſto caſu non ita datur occaſio fornicandi ſicut in præcedẽti: ideo valeret, & ita concludit Imo. in dicta l. teſtamenti factio. & Aluerotus in c. primo. qui feudum dare poſſunt. & Panor. in c. per venerabilem. in 8. quęſtione qui filii ſunt legitimi. & iſtud puto verius.

Apud legiſtas difficilior oritur dubitatio, an nepos naturalis, & legitimus natus ex naturali, vel ſpurio poſſit inſtitui ab auo? Breuiter facite duo membra, quod aut nepos ille deſcen
65 dit ex naturali tantum, aut ex ſpurio. † primo caſu ſubdiſtinguite, quod aut auus habet alios liberos naturales, & legitimos, & tunc non plus poteſt relinquere nepoti, quam poterat patri illius nepotis, ſed ſtante legitima ſobole, pater nõ poteſt relinquere naturali tantũ niſi ad certum modum, ergo auus huic nepoti non plus relinquere poterit: ſi vero auus nullam aliam iuſtam ſobolem habeat, iſto caſu dicite, quod poterit iſtituere iſtum nepotem naturalem, & legitimum deſcendentem ex naturali tãtum etiam in tota hæreditate, licet eius pater non potuiſſet inſtitui in totum, ut habetur in lege fina. in verſiculo nulla legitima ſobole ſubſiſtente. Codi. de naturalibus liberis. ſi vergo agatur de nepote naturali, & legitimo deſcendente ex ſpurio, & quæratur an ille nepos ſuccedere poſſit auo diſtinguite: quia aut vult ſuccedere ab inteſtato, vel ex teſtamento primo caſu ſuccedere non poteſt, & ita cõcludunt Cynus, & Odofredus in dicta lege fina. & Petrus de Anchar. in conſilio tricenteſimo octuageſimo nono. incipiente viſis. & Baldus in lege fina. Cod. de verborum ſignificatione. vbi dicit quod iſti ſpurii non dicuntur eſſe de domo, & idem dicit eſſe in nepotibus natis ex talibus illegitimis ea ratione: quia poteſt eſſe conſequentia legitima ex illegitimo naſcendi principio, ut dicit text. in dicta l. fina. de naturalibus liberis. & iſta videtur communis ſecundum Decium in conſilio octuageſimo quinto. incipiente, pro tenui facultate. & refert Benedictum Capram ita conſuluiſſe in in conſilio centeſimo trigeſimo ſexto. incipiente, & ſi viſis: quæ concluſio maxime procedit ſecundum Baldum in dicta lege ſi quis incœſtu. & in dicto capitulo in præſentia. in nepotibus natis ex ſpurio nato ex damnato coitu: quia non poterunt ſuccedere auo ab inteſt. vt eſt tex ad literam ſi ſubtiliter ponderetur in duob. locis in prę-allegata. l. fi. in verſi. ſed interuentu ſobolis naturalis nihil ius legitimum ſubeſſe poteſt, & in alio verſiculo: iura enim ab inteſtato ꝛ aui ſucceſſione memini eorum penitus acquirimus, vbi decidit, ꝙ ſi quis habeat naturalẽ, & legitimum certe ex quo naturalis nõ poteſt patri ab inteſtato ſuccedere, nec etiã

nepos

Digitized by Google

nepos auo licet sit naturalis,& legitimus,si ergo nepos descē dens ex naturali tantum non possit succedere auo ab intestato ergo multo fortius prohibetur nepos descendens ex spurio, & ratio est quia nepos non censetur legitimus successor
66 per medium infectæ radicis a qua procedit, † & quando vna persona prohibetur succedere etiam descendentes ex ea prohibiti intelliguntur per tex.in l.si viua matre. C.de bonis maternis.& ita pro hac communi opinione consuluit Raphael Cumensis in consilio 117.incipiente in testamento quem refert,& sequ tur Alex.in consilio. 174. incipiente, super eo.in v.volumine.

Ad secundum membrum distinctionis deueniamus, scilicet an auus possit relinquere,vel instituere nepotem naturalem,& legitimum natum ex spurio? Adhuc super hoc puncto distinguite,quod aut ille auus habet legitimam sobolē, tunc non potest institui.dicta l.fina.quia si ibi Iustinianus facit distinctionem in filio naturali ergo multo magis fieri dēt in nepote descendente ex spurio cui auus non plus poterit relinquere, quam poterat spurio, & ista est communis opinio secundum Paulum de Castro.& Imo.in l.Gallus,in §.quod si is.ff.de liber.& posthum.uec obstat si dicatur, quod in nepote descendēte ex spurio nullum vitium erat respectu aui. Vnde nepos ille censetur tanquam extraneus,sed auus non prohibetur relinquere extraneo etiam extante legitima sobole. l.extraneum.C.de hæredibus instituen.& in §.fina.Institu. eodem titulo.ergo videbatur,quod auus possit relinquere huic nepoti tanquam extraneo.vos autem non recedatis a priori opinione,quia non potest dici nepos,qui habet legitimum stipitem alia legitima sobole existente, maxime si talis descenderet ex accusabili coitu,quia tunc in sui odium dicitur extraneus,vnde succedit regula iuris,quod illud quod in odium alicuius fuit inductum,non debet in eius fauorem conuerti.l. si quis solidum.ff.de hæredibus instituendis.& sic auus tali nepoti nil posset relinquere, nisi pro alimentis, prout poterat spurio de æquitate canonica,iuxta tamen declarationem superius factam.

Si uero auus nullam habeat legitimam sobolem,& adhuc subdistinguite quod aut illum nepotem instituit contemplatione spurii:quia sacerdos dicit ex quo nō possum instituere spurium meum instituo filium suum ad fines, ut spurius postea possit habere administrationem, & vsumfructum bono-
67 rum:certe talis institutio non valebit: † quia cum pater non possit relinquere spurio per directum prohibetur per obliquum,& sic per mediam personam: quia videretur esse factū in fraudem legis,ratio est,quia spurius videtur institutus a patre.l.additio.ff.dę acquiren.hære.vbi dicit tex. quod institutus contemplatione alicuius acquirit illi totam hæreditatem, & non instituto cui concordat tex.in l. profectitia. circa principium.ff.de iure dotium.† vbi dos non solum dicitur esse pro-
68 fectitia, quę processit a patre verum etiam illa dicitur profectitia,quæ data est ab extraneo contemplatione patris, & idē videtur facere tex.in l.sed si plures.§.in arrogato.ff. de vulgari.per quem tex.decidunt Are.& Alexan.quod donatum filio ab amico patris habetur,ac si esset donatum patri: ideo sibi acquiritur,& non illi cui donatum fuit quibus concordat,gl. posita in verbo substantia.legis cum oportet.C.de bonis,quę liber. quæ expresse dicit, quod donatum filio contemplatione patris iudicatur profectitium. Ergo sic dicēdum est in hoc casu, ut non valeat institutio nepotis facta ab auo contēplatione spurij.Et si vnus vestrum dicat quod prędicta cōclusio procedit quando constaret nepotem esse institutum contemplatione sui patris. Sed quid si auus nepotem simpliciter instituat,an in dubio videatur institutus patris cōtemplatione? ad hoc vt institutio sit nulla concludite quod institutio nepotis non pręsumitur esse facta in fraudem ad hoc, vt bona deueniant ad spurium,vt est casus in argumētum in l. nec adiecit. ff.pro socio.vbi donatum socio simpliciter in dubio non prę-sumitur esse donatum contemplatione alterius socii:sed acquritur illi cui donatum fuit,& sic auus instituendo simpliciter nepotem ex spurio in dubio non videtur instituisse patris cōtemplatione argumēto legis merito. ff.pro socio. vbi dicitur,
69 ꝙ in dubio † quis pręsumitur vti iure suo potius, quam fraudem & consilium furti inire, & sic omnia acquiruntur nepoti legitimo descendenti ex spurio, tam quoad vsumfructum, quam quoad proprietatem, & nihil acquiretur spurio patri suo.

Modo transeamus ad vltimum membrum distinctionis, scilicet,quando auus simpliciter instituit nepotem ex spurio, vel expresse est protestatus, quod nō vult nec intelligit quod acquiratur spurio? Super hoc puncto quidam fuerunt in ista opione dicentes,quod auus nullo modo poterat instituere talem nepotem,& eam sicuti fuerunt Cy.& Odofr. in d.l.fi.qui indistiucte tenet auum nō posse relinquere nepoti ex spurio siue auus habeat alios legitimos liberos siue nō,& eos sequitur Bald.in d.l Gall.in §. quidam recte dicens ꝙ non valet talis institutio: quia si valeret acquiretur patri suo spurio quod est prohibitum de iure tam directe quam indirecte:ratio est: quia auus instituendo nepotem præsumitur moueri affectu, & ratione turpi,& eadē turpitudine,qua principaliter mouetur ad filium spurium ita & secundario mouetur ad nepotē: & istud non videtur esse prohibitum, nisi propter turpitudinem instituentis,vt refrenetur vitium paternum. vt dicit text. in d.l.fi.nam affectio, quam habet auus erga nepotem videtur dependere ex affectione sui filij spurii argumento. l.dedit dotem.ff.de collatione dotis.Hæc opinio probatur alia ratione: quia licet nepos natus ex spurio sit naturalis, & legitimus: tamen procedit ex radice infecta, & damnata & sic non pōt dici nepos:cum non habeat stipitem de iure ciui.i,quia persona media est prohibita: quando vna persona est prohibita, omnes descendentes ex ea prohibitæ videntur eo, quia cum spurio nato maxime ex damnato coitu nulla est cognatio. l. si spurius.ff.vnde cognati.Hoc tamen accipiendum est secundum distinctionem & determinationem iureconsulti Vlpiani in d.l.si spurius.

Scilicet ut inter patrem & filium spurium nulla sit cognatio,vt dicit ibi text. Ratio potest esse quia spurius nullum patrem habere intelligendus est.Aliud in matre.l.hac parte.vnde cogn.Et istam opinionem tenet Fulgo.in consi. 24. vbi dicit,ꝙ talis nepos non potest instituī ab auo ea ratione:quia aui non minus solēt amare nepotes quam filios: ergo in odiū sceleris non debet permitti auo posse instituere nepotem, & pro confirmatione prædictorum facit singulare dictum Petri de Ancha.in consi.392.dicentis quod immunitas cōcessa nobilibus non comprahendit nepotes natos ex radice infecta:ergo videtur dicendum quod nepos tatus ex spurio non possit instituī ab auo.

Contrariam opinionem de iure credo veriorem, ꝙ immo auus potest instituere nepotem naturalem, & legitimum descendentem ex spurio:& istam partem imprimis tenuit Bart. in d.l.Gal.in §.quid si is, quem ibi sequuntur Moder. & idem Bar.in suo quodam consilio incipiente,Odosius habens filiū. vbi residet per plura iura, & ratioues, quod auus potest instituere talem nepotem & ibi dicit, quod ita fuit iudicatum pro
70 opinione sua,† & istam opinionem sequitur Panor. in d.c.cū haberet: vbi concludit quod licet pater non possit instituere spurium non tamen prohibetur ab auo nec ab alijs cœteris cognatis patris,quia quoad alios cognatos non dicitur spurius,& hoc uidetur tenere glo.in d.§.fina. in verbo participiū quib.mod.natu.effic.sui.subiiciens, ꝙ hoc iure non probatur, ꝙ spurius illis cognatis prohibeatur succedere: ideo non prohibentur succedere fratri sui legitimo,& naturali etiam ex dispositione patris,vt in prælegata.l.si is,qui ex bouis. & istam opinionem tenet Bald.qui videbatur sibi contrarius in consi. 146.vbi dicit, quod licet nepos sit natus ex radice infecta tamen si non habet aliam maculam,erit habilis ad honores,& successiones & in eo concurrent omnia quæ concurrerent in legitimo & naturali,& ista est communis opinio pro qua cōsuluit Alex.de Imo.in consi. 74. incipiente circa primum dubium,in tertio volumi.

Et quod auns possit instituere nepotem ex spurio, hoc probatur tribus rationibus. Prima, quia uitium, seu defectus patris non præiudicat filio nisi in his, quæ ex persona patris descendunt in filium & non in his, quæ aliunde proueniunt per personam patris,sed in casu isto nepos non venit ad hæreditatem aui per mediam personam sui, sed ex se ipso admittitur. 2.ratio facit ad simili quasi auus haberet filium deportatum non posset eam instituere ex quo est incapax de iure ciuili.l.i. ff.de hęred.insti.& tamen non prohibetur iustituere nepotē descendentem ex filio deportato.l.1. §.penul.ff. de bono.pos. contra tabu. & ideo quanuis non possit instituere spurium non tamen prohibetur instituere nepotem.3.ratio facit secundum Barto.quia licet auus non possit instituere filium hæreticum non tamen prohibetur instituere nepotem christianum ex hæretico descendentem.l.cognouimus, & in Authen.idē de Nestorianis. Cod. de hæretic. Sic dicendum est in casu nostro vt auus possit nepotem ex spurio descendentem instituere quia vitium patris non debet nocere nepoti ex quo in eo non reperitur tale vitium & ideo nihil acquiretur patri spurio sed omnia acquirētur nepoti etiam quoad vsumfructum. & sic habetis resolutam communem opinionem quę procedit secundum distinctiones supra factas,quam etiam,ante Barto.fuerat secutus Federicus de Senis in quæstione sexagesimasecunda. incipiente videntur mihi. In donatione tamen dicunt Speculator,& Ioan. Andreæ in titulo de successio. ab intestato.§. primo. versiculo sed nunquid donationem.quod quis non potest donare nepoti ex spurio quia facere præsumitur propter affectionem quam habet ad filium. lege si forte de castrē. pec. ideo pręsumitur fraus l. qui testamentum. ff.

Digitized by Google

de probatio.niſi pater donans aſſerat cum iuramento, quod hāc donationem facit contemplatione nepotis tātum & nō filij ſpurij iſta enim expreſſio iurata tollit illam iuris præſumptionem arg.l.item Mela.§.1.ad l.Aquil. quo caſu talis donatio nepoti facta occaſione ſpurii cenſeri non debet & ita pręſumptio fraudis ceſſare debet.

Iſta concluſio indubitanter procedit quando nepos deſcēderet ex ſpurio qui non erat natus ex damnato, vel accuſabili coitu, quo caſu valeret prædicta inſtitutio:quia ſolum prohibitio legis fit de patre ad filium ſpurium ergo nō debet.extendi ad nepotem qui nullomodo peccauit : Secus eſt autem ſi nepos deſcenderet ex filio incœſtuoſo, quia tunc ab alio īſtitui non poſſet:& iſtam reſtrictionem ponit Bald. in di.lege ſi quis incœſti quem refert,& ſequitur Alexan.de Imo. in d.l. Gal.in §.quid ſi is,qui.in verſi.ſecundo limita.& dicit hoc ſingulare dictum non fuiſſe ab alio tactū, præterquam a Baldo. addite Bal.vltra Alex.hoc dicentem,in ca. in præſentia. de p̄bationib.ego autē nouiſſimo loco addo vobis dominum Benedicti hoc tenentem,in c.Raynutius.fo.124.in verſ.poteſt.n. pater.qui nihil allegando velociter pertranſit. vnde dicatis q̄ ratio iſtius reſtrictionis eſſe poteſt: quia nepos non poteſt cenſeri legitimus ſucceſſor propter infectam radicem a qua procedit † quia cum talibus ſpuriis contrahitur cognatio, & iſta videtur eſſe magis communis opinio quanuis Iaſon in di.§. quid ſi is,per quatuor vrgentia fundamenta inſudauerit tenere contrarium: ſed non recedatis a pręcedenti opinione quæ authoritate tantorum virorum eſt fulcita. Non tamen tam attendendum eſt quis dixerit: ſed quid recte dictum ſit: vt recte animaduertit Accurſius,ad l.ſed licet. in gl. fi.per illū tex. ff.de officio præſidis. 71

Oritur dubitatio, ſacerdos habet ſpurium, & ex eo habet nepotem natum ex legitimo matrimonio † an poſſit illum nepotem inſtituere.breuiter Alex. in d.§. quid ſi is. dicit quod vno modo tantum presbyter poterit relinquere hæreditatem nepoti ex ſpurio,ſcilicet per adoptionem, vt quia erat in poteſtate ſui patris,& auus presbyter adoptauit quod facere potuit,vel etiam per arrogationem, vt quia nepos erat ſui iuris, & ab auo presbytero fuit arrogatus ī filium coram principe, & poſt adoptionem vel arrogationem nepos auo ſuo presbytero ſuccedere poterit: ſed ante Alex.fuit deciſio Ange.in l.q̄ vxores,ff.de adoptionibus.qui dicit iſtam doctrinam eſſe peregrinam,nec obſtat ſi dicatur,quod presbyter non poteſt cō trahere matrimonium:ergo non poterit adoptare † reſpondeo ſecundum Ale.quod presbyter impeditur adoptare ex accidenti ſcilicet ex ſola presbyteratione non autem ſibi cōtingit vitio naturali merito non prohibetur adoptare,& cauete vobis,quia licet nepos iſte poſſit adoptari:tamen naturalis tātum,vel ſpurius per eorum patrem naturalem adoptari non poſſunt,vt habetis textum recitantem antiquas opiniones,in l.legem Anaſtaſij.C.de naturalib.lib.circa finem. 72 73

Sed videtur quod iſta deciſio Alexandri quam ſequitur Iaſon non ſit bona:quia ſi hoc eſſet verum,quod presbyter poſſet adoptare nepotem ex ſpurio certe vna via concederetur per indirectum quod alia via prohibetur per directum,& idē Alexan.eſſet ſibi ipſi contrarius in eo quod dicit in limitatione,dum limitando concludebat, quod nepos ex filio incœſtuoſo deſcendens non poteſt iuſtitui ab auo : ſed natus ex ſacerdote dicitur natus ex incœſtu glo. ſingularis. in l. ſecunda. C.de Epiſcopis,& cleri.cui auus nihil relinquere poterit, nec per obliquum, ſcilicet per adoptionem, vel arrogationem, quæ videtur non poſſe fieri per ſacerdotem qui ſi procrearet liberos illos non haberet in poteſtate, & ſic videtur,quod deciſio Alex.non ſit vera.intelligite tamen gl.ſup. allega. prout declaraui in præcedentibus lecturis.

Aliquis ex vobis poſſet obiicere nonne ſpado, qui ex uitio accidenti generare non poteſt, & tamen poteſt adoptare, vt habetur.Inſtituta de adoptionibus. ergo idem videtur dicendum in ſacerdote qui ſolum impeditur propter impedimentum accidentale,ſed reſpondetur quod alia ratio militat ī ſpadone quam in presbytero:quia ſpado de iure ciuili poſſet cōtrahere matrimonium, & habere filios in poteſtate quod aliud eſt in clerico in ſacris conſtituto qui matrimoniū ꝫhere non poteſt,nec filios in ſacerdotio genitos habere in poteſtate, ergo adoptare non poteſt, & ita in terminis concludunt Guliel.de Cugno.& Albericus de Roſa.in præallega. l. & qui vxorem occulariter.ergo videtis opinionem Alex. & Iaſ.in d. §.quid ſi is qui.non eſſe verā: ego autem in vno caſu ſaluo opinionem illorum,ſcilicet quando ſacerdos faceret adoptionem, vel arrogationem ex diſpenſatione ſedis Apoſtolicæ, quæ diſpenſare poſſet cum clerico conſtituto in ſacris,vt matrimonium cōtrahat,prout diſpenſauit cū rege Aragonū prius monacho: quia presbyter impeditur ex diſpoſitione iuris poſitiui idque principum conſtitutionibus conſtitutum eſſe comperiet ſtudioſus lector,& in nouellis Iuſtiniani ſub titulo de ſanctiſſimis Epiſcopis.colla.9.quibus locis enumerata cō peries clericorum genera,quibus matrimonia inire prohibitum ſit.Hoc concilio Niceno decretum eſt, ut apertiſſime in decreto Gratiani declaratur.decimanona diſtinctio.Orientalis tamen eccleſiæ ſacerdotes a matrimonijs non prohibentur: ſed eis,legitime tamen vtuntur, nam cum Nicena ſynodus clericos ob eorum abuſus a nuptijs abſtinere iuberet, Panutius ab orientali eccleſia miſſus procurator huic rei interceſſit,& quod vulgo dicunt,ſe oppoſuit, puod factum, ut in nubendi poſſeſſione adhuc ſint. ſed Papa poteſt diſpenſare ſuper diſpoſitione iuris poſitiui,& ratio eſt quia eſt ſupra ius poſitiuum, ſuper iure autem diuino diſpenſare non poteſt. capitulo præpoſuit.& ibi notatur extra de conceſſione prębē dæ.& ita concludit Ioannes Andreę in regula ſemel Deo. de regulis iuris.in ſexto.& in capitulo ad monaſterium. de ſtatu monachorum.& ſic habetis clare expeditum iſtum articulū, an & quando auus poſſit relinquere, vel inſtituere nepotem ex ſpurio deſcēdentem,videte viginti cautelas, quas ponit Firminus in §. pater volens inſtituere in quibus pater poteſt relinquere ſuo ſpurio duodecim ponit Cœpola,in trigeſimaſeptima cautela tres ponit Ludoui.de Ro.in conſilio quarante ſimotertio.& plures alias Barbatias in additio.ad Alexan.in l.pater.Codi.de hærcd.inſtitu.quas diligens ſcholaris poterit inueſtigare.

Reſtat vt videemus, an ſpurii ſint capaces bonorum matris diſtinguite quod aut nati ſunt ex tali coitu, q̄ a lege ciuili criminaliter non poteſt accuſari ponite exemplum,vt ſi ſchola ris ſolutus cognouerit mulierem,etiam ſolutam,quæ tamen non erat ſibi concubina in domo retenta, quia filius qui ex iſtis naſcetur quanuis dicatur ſpurius tamen non dicitur natus ex dānato vel accuſabili coitu,vel clarius ponite exemplū ſecundum Barto.in l.vxor.ff.de adulteriis.in eo qui tenet duas concubinas ſolutas,tamen quia filii qui naſcuntur ex eis nō dicuntur ſimpliciter naturales ſed dicuntur ſpurii nati:tamen ex non damnato, ſeu accuſabili coitu,† & tūc iſto caſu clarū eſt,qnod iſte ſpurius poteſt ſuccedere matri,tam ex teſtamento,quam ab inteſtato.lege prima.§.ſed & vulgo quęſiti. ff. ad Tertylianum. & in §. nouiſſime. Inſtitut. ad Orphician. tales enim ſpurii:& vulgo concepti quoad matrem dicuntur legitimi, & illis tenetnr relinquere legitimam aliter tanquam exhęredati poſſent quęrelare eius teſtamentum. l.ſi ſuſpecta. §.primo.ff.de inofficioſo teſtamento, quia ipſa tenetur alere filium vulgo quęſitum ſicut naturalem, & legitimum.l.ſi qs a liberis.§.primo.ff.de liberis agnoſcendis, quia etiam poteſt ſuſcipere tutelam filii naturalis tantum ſicut poteſt pro naturalibus,& legitimis.l.fina:Cod.quando mulier tutoris officio fungi poſſit & iſta deciſio ſingulariter ampliatur, vt iſti ſpurii ſuccedant matri etiam ſtantibus alijs naturalibus, & legimis, quia hoc non reperitur prohibitum. Ratio eſt quia iſti ſpurii ex parte matris dicuntur habere coniunctionem, & cognationem,ſeu proximitatem. l.ſi ſpurius. in verbo nomine proximitatis. ff. vnde cognati. Vbi dicit Iureconſultus Vlpianus ſi ſpurius inteſtatus deceſſerit iure conſanguinitatis, aut agnationis hæreditas eius ad nullum pertinet,quia cōſanguinitatis itemque agnationis iura a patre oriuntur. Proximitatis.vero nomine mater eius,aut frater eadem matre natus bonorum poſſeſſionem eius ex dicto petere poteſt.Ponderemus dictionem proximitas. Cum igitur mater filio ſpurio proxima ſit eo nomine illi ſuccedet,per d.l.ſpurius. 74

Quod vero inter matrem,& ſpurios filios ſit cognatio,hoc eleganter a Caio iureconſulto in hęc verba reſponſum eſt.l. hac parte.ff.vnde cognati.hac inquit,parte Proconſu. naturali æquitate motus omnibus cognatis permittit bonorum poſſeſſionē,quos ſanguinis ratio vocat ad hęreditatem: licet iure ciuili deficiant,itaque etiam vulgo quæſiti filij matris, & mater talium liberorum idem & ipſi fratres inter ſe ex hac parte bonorum poſſeſſionum petere poſſunt : quia ſunt ſibi inuicem cognati.Vides matrem filio, & vice verſa ſuccedere. Verum eſt ergo quod dicimus filium ſpurium matri ſuccedere non prohiberi.Extat & in eandem ſententiam elegans Vlpiani reſponſum.in l.prima. §. ſed & vulgo. ff.ad ſenatuſconſultum Tertylianum, ſed &, inquit, vulgo quæſiti admittuntur ad matris legitimam hæreditatem.

Hoc autem vſque adeo verum eſt, ut ſpurius auiam ex matre excludat Gulielmns Caſſador. in deciſ.ſuis ſub titulo de ſucceſſione ab inteſtato deciſ.vnica per totum. Ratio huius rei eſſe poteſt : quia in ſucceſſione prima cauſa liberorum eſt in Authenti. de hęredibus ab inteſtato venien.columna nona. conſtitut. prima. Licet tamen ſpurii ad ſucceſſionem matris admittuntur, patri tamen hæredes eſſe eos lex prohibuit, Authen.licet.C. de naturalibus liber.cum ſimilibus infinitis, quæ per te reperire poteris : ſed quæ eſt ratio differentiæ,cur ſpurius patri ſuccedere prohibeatur matri vero non itē.& hanc eſſe veriſſimum eſt:quia pattę nullum habere intelligitur.

Digitized by Google

telliguntur.§.vulgo quæsitos.Institu.de succeſſio.cognato.saltem qui certus sit.Pater si quidem is est quem nuptiæ demõstrant. l.qui semper.ff.de in ius vocando.l.filium eum definimus,ff.de his,qui sunt sui alieni iuris.Mater vero certa semp est.remanet ergo firma deciſio noſtra,qua dicebamus filium ſpurium matri ſuccedere poſſe tam ex teſtamento, quam ab inteſtato.

Limitatur prędicta concluſio,ut non procedat quãdo mater iſtorum ſpuriorum eſſet illuſtris,quo caſu ſuccederent cũ aliis liberis naturalibus,& legitimis,vt est casus, in l.ſi qua illuſtris.C.ad Orphicia.licet Alber.de Roſar.ibi dicit, quod ille tex.hoc non probat,quia non loquitur in ſpuriis: ſed in naturalibus tantum,ut patet in verſiculo ſinautem. concubina liberæ cõditionis,quia hæc est communis opinio, ꝙ ſpurii ſeu vulgo concepti non ſuccedunt matri illuſtri cum aliis legitimis:& ſic tex.in d.l.ſi qua illuſtris.allegatur ad hoc † ꝙ in mulieribus requiritur maior caſtitas, quam in aliis, quia habere ſpurium in ſucceſſorem est magis ignominioſum perſonæ conſtitutæ in dignitate,quam alteri. 75

Si vero ſpurius ſit natus ex tali coitu damnato criminaliter de iure ciuili ponite exemplum in eo qui est natus ex coitu adulterino,quia talis coitus poteſt accuſari ad pœnam criminalem,quæ imponitur pro adulterio,vt declarat Angel. in §. nouiſſime.Inſtitu.ad Orphicia. & iſto caſu non admitteretur ad matris ſucceſſionem ex teſtamento,uel ab inteſtato,vt notatur,per illum tex.ſecundum Angelum,in §. fina.in Authẽ. quibus mod.naturales efficiantur ſui.colla.ſeptima.& in dic. Authen. licet naturalibus liberis. item ponite clarius exemplum in filiis nepharijs pel incœſtuoſis, quia talis coitus est damnabilis,& punibilis,ideo matri ſuccedere non poſſunt ego adduco vobis tres gloſſas magiſtrales. Prima est in dicta l. ſi qua illuſtris in gloſſa fina.Secunda est in dicta Authenti.ex complexu.Tertia est in dicto.§.nouiſſime. quibus videtur cõcordare text. in dicto §.fina.ſupra allegato, vel etiam ponite exemplum in filio ſacerdotis: qui ſecundum aliquos dicitur incœſtuoſus:ideo matri ſuccedere non poteſt quanuis plerique dicant iſtum coitum non poſſe accuſari criminaliter ad pœnam ſicut ſit pro adulterio,& vero incœſtu cuius contrarium tenet gloſſ.in dic.c. per venerabilem.in verbo adulterinis,& ibi Panorm. quę dicit quod filii ſacerdotum dicuntur adulterini, vnde matri non ſuccedunt,quod dictum ampliat. Panormita. in nato exquocunque alio clerico conſtituto in ſacris,vt notat glo.in l.2.C.de Epiſc.& cler.in verbo filii, quæ dicit quod filij nati in ſacerdotio dicuntur incœſtuoſi, & adulterini licet nati ſint ex vnica concubina clerici ea ratione ſecundum eum:quia in clericis concubinatus etiam ſimplex est damnatus toto titulo extra de cohabitatione clericorum, 76 & mulierum. † Et idem dicatis in muliere, quę cum proprio ſeruo fornicata: quia liberi qui naſcuntur ex eis dicũtur ſpurii,& omnino excluduntur ab hæreditate materna lege vnica.C.de mulieribus,quæ ſeruis proprijs ſe immiſcuerunt.vbi vide Docto. ſimiliter ponite exemplum in liberis natis in gradu prohibito:quia dicuntur ſpurii.Ideo nec patri,nec matri ſuccedunt.vt notat Philip. Franc. in c.ſi pater.de teſta.in 6.ab inteſt.tamen.vt ſupra dixi conſequntur alimenta.

Econuerſo notate,quod ea ratione, qua ſpurius non ſuccedit patri vel matri.Sic etiã pater,vel mater prohibẽtur ſuccedere illi. vt concludit Bald. in dicta Authentica: licet.quia inter eos nulla iura agnationis, vel cognationis reperiuntur. vt nota.in l.hac parte.& in l.ſi ſpurius. ff. vnde cognati: ideo reſolutiue concludite, † quod in caſibus,in quibus ſpurii nõ 77 poſſunt admitti ad bona parentum multo fortius debẽt prohiberi parentes ne ad bona talium ſpuriorum admittantur cum ſint indigniores,quia tota incapacitas, & macula deſcẽdit ab ipſis & non a ſpuriis: vnde a ſucceſſione illorum repelluntur,vt notabiliter concludit Bart.in d.l.fina.ff.de his,quib. vt indign.& clarius per Baldum in l.certum. C. vnde cognat. vbi dicit quod ſi ſpurius habeat alium ſpurium. Et filius moriatur ab inteſtato non admitterur pater,ſed fiſcus: quia ut dicit iura agnationis,& cognationis inter eos ceſſant,reportetis,quod ea ratione,qua mater excludit a ſucceſſione ſui filii ſpurii nati ex coitu damnato de iure ciuili,propter quem nullum est ius agnationis,vel cognationis ĩter eos:ideo alter alteri non ſuccedit per illas tres gloſſas ſupra allegatas,ſic etiam liberi iſtius matris ſiue ſint legitimi,ſiue illegitimi,ac alii ſibi coniuncti per lineam maternam, excluduntur a ſucceſſione iſtius ſpurii tam ex teſtamento,quam ab inteſtato. Ratio est, quia omnes procedunt ex radice infecta, & quando vna perſona est prohibita,omnes deſcendentes ab illa prohibitæ videntur,& ſic iſte ſic illegitime natus non ſuccedit matri, nec mater ei,nec cum fratribus ius cognationis cõtrahitur, quia deficit extremum habile ad hoc faciendum. vt in dicto §.fin. quib. mod. natural. effic. ſui.quod ſecus est in ſpuriis natis ex coitu non damnato,ac non accuſabili a lege ciuili,quia in illis viget ius cognationis. vnde inter ſe ſuccedunt dicta l.ſpurius.& in dicta lege hac parte.ff.vnde cognati.qui tex.hoc clare probant.

Circa ſucceſſionem iſtorum collateralium nolite obmittere vnam ſingularem doctrinam, quam tradit Angelus in præallegato §.fina.quod quando ſpurii ſunt ex eodem patre, 78 & ex diuerſis matribus,† & tunc alter alteri non poteſt ſuccedere,quia vt dixi deficit extremum habile per quod contrahitur ius cognationis,quia ſibi inuicem non agnoſcuntur. §. filium vero.quibus mod natur.effi.ſui.Secus ſi eſſent ex eadem matre,quia iſto caſu agnaſcuntur,ideo ab inteſtato vnus ſuccederet alteri.d.l.hac parte.& notetis perpetuo quod ſi ſpurius moriatur relictis duobus fratribus vnum habet ſpurium ſibi coniunctum ex latere matris, & alium habet fratrem naturalem,& legitimum ſibi coniunctum ex eadem matre & dubitetur, quis iſtorum duorum fratrum admittatur ad ſucceſſionem fratris ſpurii pręmortui, Ange.in prędicto. §. concludit quod frater naturalis,& legitimus excludet alium fratrem ſpurium,ratio est: quia quando tractatur de fraterna ſucceſſione frater ille præfertur, qui pluribus nexibus reperitur coniunctus.Sed in ſpurio reperitur tantum ius naturę, & nõ ciuile ſicut in frater naturali,& legitimo.

Sed aduertite,ſi placet,quoniam videtur,quod deciſſiones ſupra adductę concernentes ſucceſſionem iſtorum illegitimorum ſint ſuperfluę,& nihilo nobis ſeruant cum hodie ex generali conſuetudine regni Franciæ tales illegitime nati non ſuccedunt parentibus, nec parentes illis quomodo fuerit nati extra fœdus matrimonij, & iſtam conſuetudinem ponit in ſpecie ille ſummus practicus Maſuerius in §. item naturales, in titu.de ſucceſſionibus,teſtamentis,& vltimis voluntatibus. & in §.item & ſi defunctus in titulo de probationibus. quem ſequitur Benedicti in dicto cap.Raynutius,in materia ſucceſſionis ab inteſtato. vbi dicunt, quod iſta conſuetudo videtur honeſta: quia cum iure diuino concordat, in quo dicitur eijce ancillam & filium eius non enim erit hæres filius ancillæ cum filio liberæ:ut legitur Geneſis vigeſimo primo capitulo, & in capitulo non omnis.trigeſima ſecunda quęſtione ſecunda, & in capi. dicat aliquis. trigeſima quæſtione quarta. & ſic attenta conſuetudine naturales,vel ſpurii patri,vel matri iure ſucceſſionis in nihilo ſuccedere poſſunt, debent tamen cõſequi alimenta iuxta diſpoſitionem dicti capituli cum haberet,ſupra de eo,qui duxe. in.cui talis conſuetudo non videtur derogare.

89 Ex iſta deciſione infertur,† primo,quod diſpoſitio,d.lege.ſi qua illuſtris qua cauetur, quod ſpurius, licet non ſit natus ex damnato coitu,non ſuccedit matri illuſtri, quod ſecus est in naturali tantum qui ſuccedere poteſt matri etiam illuſtri cũ aliis liberis naturalibus,& legitimis non videtur hodie habere locum in regno Franciæ,obſtante dicta conſuetudine, nec etiam haberet locum diſpoſitio dictæ Authenticæ licet. quæ declarat in quibus poſſunt naturales ſuccedere patri ex teſtamento,vel ab inteſtato:ſecundo infertur,quod ex quo baſtardi non ſuccedunt parentibus, ſic etiam econuerſo parentes, obſtante dicta cõſuetudine talibus liberis illegitimis ſuccedere non poſſunt,cum magis culpabiles reperiantur:† tertio in 81 fertur,quod iſti naturales, vel ſpurij in regno Franciæ libere poterunt diſponere de bonis ſuis tam inter viuos,quam in vltima voluntate,quod ſi non faceret,& morirentur ex quo in parentibus nulla est agnatix, omnibus excluſis, ſuccederet fiſcus,vel alius dominus particularis illius terræ in qua nati ſunt & moram fecerunt,& moriantur in illa. Ratio conſuetudinis poteſt eſſe,ut concubinarij refenrẽtur,& a libidinoſis amplexius retrahantur apud enim principes Chriſtianos ſemper collenda fuit pudicitia. vt dicit Iuſtianus in dicta l. ſi qua illuſtris.

Prædicta conſuetudo procedit, niſi tales illegitime nati eſſent legitimati: quia tunc ſuccedere ſicut legitimi, & ſi legitimentur ad ſupplicationem patris pro ſucceſſione obtinenda debet pater facere compoſitionem cum rege de certa parte bonorum ſuorum, & debet acquiſtum reportare a camera computorum, alias, mortuo parte,talis legitimatio non ſortiretur effectum: vnde fiſcus ſuccederet, ac ſi baſtardus nunquam fuiſſet legitimatus: quia ſpurii ab inteſtato non habẽt alium hæredem,quam fiſcum, & iſta videtur eſſe tutior cautela,quam ſeruare debent ſacerdotes, qui ſuos ſpurios inſtituere volunt,quam etiam refert,& requritur dominus Benedicti in loco ſupra allegato.

Videamus vlterius, an ſpurii poſſint admitti ad honores, dignitates: & an officia publica exercere poſſint? Breuiter (vt paucis me expediam) † concludite. quod ſicut 82 ſunt inhabiles ad ſucceſſiones: ita etiam ad honores, & cœtera officia concernentia vtilitatem publicam: vnde videtur quod ad doctoratus gradum aſſumi non poſſunt ſecundum Cardinalem Alexandrinum in

Digitized by Google

proœmio decretalium,& Docto.in Clemen. 2.de magiſt.pro quibus addito tex.in l.honor.§.de honorib.ff.de mnne.& ho norib.in verbo conditio natalium.vbi tex.dicit,ꝙ in adipiſcē dis honorib.& dignitatib.qualitas perſonæ & conditio natalium conſideranda eſt: & iſta videtur in puncto iuris verior opinio, licet quidam,in c.perpendimus.de ſent. excom.dicāt contrarium,quia nō eſt honor, qui competat alicui ratione publici officij,ſed ſolum competit ſpurio ratione priuati offi
83 cij,† & ideo ſicut poteſt facere teſtamētum & facere teſtimonium,ita etiam poteſt doctorari,ꝙ obſeruaretur maxi.quando ſpurius per ſedem Apoſtolicam eſſet diſpenſatus.Id quod obſeruatum fuit in pleriſque doctis viris.

Nec ſimiliter poteſt ſpurius exercere tabellionatus officiū quia tales dicuntur infames ſaltim infamia facti ſecundum Azonem in ſumma.in titu.ex quib. cau.infamia irrogatur.& Hoſt.in titu.de filijs presbyterorum,quos ſequitur Bald.in l.1. C.de iure aureorum annullorum.& in l.4.& ibi Alex.ff.de libe.& poſth.& infames ſicut prohibētur exercere officium tabellionatus quod officium in ſe videtur habere dignitatē ſm Bar.in l.eadem.ff.ad l.Iul.repetundarum,per text.in l.2.de dignita.lib.12.C.ita nec notarius,qui eſt ad tribunal iudicis: ego autem puto opinionem contrariam eſſe veriorem: quia tabellionatus officium proprie non eſt dignitas,ſed onus, & eſt vile officium,vnde propter vilitatem officij appellantur ſerui publici,vt eſt tex.notabilis,in l. nō enim.in verbo ſeruo publico ff.de adop.non ꝙ ipſi ſunt ſerui,ſed quia in d.officio ſeruire tenentur: nec infamis prohibetur eſſe tabellio: quia, vt dixi eſt onus,vt eſt gl.in l.fi.qui militare non poſ. li. 12.C. ideo inſtrumenta a talibus confecta de iure erunt valida. & iſtam opinionem ſequitur Lupus in c.per veſtras de donatio. inter vir.& vxo.quæ limitatur ſecūdum eum,vt nō procedat in notariis, qui ſunt ad latus principum, quia tales dicuntur habere dignitatem.l.i.C.de mand.princi.vel in illis, qui ſunt ad latus Papæ, vel Epiſcoporum, vel prælatorum aut aliarū
84 illuſtrium perſonarum † concludite ergo, ꝙ obſtante infamia ſpurius in curia talium non poterit eſſe tabellio, vel procurator niſi ad hoc legitimatus fuerit.

Ex quibus inferri poteſt,ꝙ ſpurij non poſſunt eſſe legitimi teſtes ſaltem in caſu.in quo debent eſſe omni exceptione maiores, vt in c.finali . ext. de iureiur.& notāt legiſtę,in l.adinonendi. ff. eod. & ideo ſi quis haberet ſpurium natum ex reprobato coitu in teſtem tantum non deferetur ei iuramentū in ſupplementum probationis, quia in criminalibus probōnes debent eſſe clariores, & teſtes debent eſſe omni exceptione maiores,l.fina.C.de proba.& in c.ſciant cuncti.2.7.certe ſi duo eſſent teſtes quorum vnus eſſet ſpurius, non facerent ple
85 nam probationem ratio eſt,† quia tales ſpurij continent appellatione turpium perſonarum. Vnde ſuccedit regula, quæ traditur in l.fratres.C.de inoffi.teſt.quæ dicit,ꝙ licet frater nō poſſit quærelare teſtamentum fratris.niſi quando eſſet turpis perſona inſtituta tamē ſi frater inſtituat ſpurium ex reprobato coitu natum eius frater per quærelam poterit reperere teſtamentum.& ita reſident, ſcribentes in d.l.fratres.ſi tamē frater inſtitueret fratrem ſuum ſpurium valeret inſtitutio:qa nō prohibetur ſpurius ſuccedere fratri legitimo ſecundum Doc. per illum tex.in l.ſi is,qui ex bonis.ff.de vulg.& pupi. Idem dicamus de fratre inſtituente concubinam,quia ex quo ipſa eſt turpis perſona, alter frater poterit quærelare teſtamētum. & iſta eſt deciſio notabilis pro qua conſuluit Ang.in conſi.171. quod eſt verum,niſi talis meretrix eſſet ſoror teſtatoris, quo caſu poterit hæres inſtitui excluſo fratre ſecundum Ang.quē ſequitur Hyp.de Marſi.in l.vnica de rap.virg.nu. 199.

Ratio prędictorum eſſe poteſt,quia tales illegitimi prorſus omni beneficio iuris excluduntur Authentica licet. C.de natur. liber. & nulla clementia illis impartitur. nec etiam illa quæ conceditur naturalibus.§.fi.in Auth.quib. mod. nat.effi. leg. ideo ſi aliquis improperet illegitime nato,ꝙ ipſe eſt ſpurius propter hoc non tenetur actione iniuriarum quia intereſt reipublicę,ut infamia illius manifeſtetur propter honores
86 publicos & ſucceſſiones.† Sed ego puto iſtam deciſionem abſolute non eſſe veram,ex quo talis defectus prouenit ſine culpa ſpurii,in c.naſci de adulterio.& ibi Card.Alexādrinus. lvj. diſt.ſecundum Hoſtienſem in ſumma titulo de iniurijs & Azo.in titu.de infamibus.quos ſequitur Nico.Boerij in conſi.1. incipiente ſi quis animo iniuriandi.nolite tamen recedere a priori ſententia propter intereſſe publicum, ne ſpurii admitātur ad dignitates, quarum ipſi ſunt incapaces. & iſta videtur verior ſecundum Alex.in l.3.ff.de liber.& poſth.quæ procedit ſecundum Oldradum in quocunque alio caſu, cuius manifeſtatio reſpicit intereſſe dublicum quia ſi improperet veritatem non tenebitur actione iniuriarum,vt ipſe refert,in con-
87 ſil.53.inci.ſolet dubitari.nec obmittatis iuxta prædicta, ꝙ † ꝑ iniuria facta ſpurio actio non quæritur patri naturali, maxime quando eſſet ſpurius natus ex reprobato coitu. Ratio eſt ſecundum Imo. quia conſtitutio iuris ciuilis eſt exorbitans a regulis iuris communis quibus cauetur,quod ex facto alteri⁹ actio alteri regulariter non quęritur.l.ſtipulatio. §.alteri.ff.de verborum obligatio.l.1. C.per quas perſo.nob.acquiri. quod ſecus eſt in filio naturali tantum, cui ſi facta fuerit iniuria actio quæritur patri licet non ſit in poteſtate.hoc videtur probare text.in l.1. in verſiculo licet in poteſtate non ſit, & in l. 2.in verbo ad iniuriam noſtram porrigitur,& in l.3.in verſiculo,hoc idem in natalibus eſſe prędtandum. ff. de liber.cau. & iſtud ſequitur Bar.in l. cum ſcimus de agricol. & cenſi.lib. 11.C.quem refert,& ſequitur Alexnd.in §.ſi quis rogatus,l.ex facto tractatum eſt.ff.ad Treb.quanuis Imo. ibi teneat cōtrarium,& male.

88 Sed aduertite,† quia videtur, quod ſpurius poſſit eſſe decurio, & prędponi ad regimen ciuitatis, vt in terminis concludit Barto. in l. 1. in verſiculo item ciuitates poſſunt regi pe ſpurios.ff.ſoluto matrimonio.per tex ad literam, in l.ſpurii Decuriones fiunt.ff.de decurio.& eorum filiis.& ibi tex.ponit rationem,quia non eſt impedienda dignitas illius,qui nihil admiſit hoc eſt deliquit.Bar.videtur, quod iſtæ ſententię ſint cōtrariæ.Sed reſpondeatur quod promptū eſt iura iuribus concordare,quia verum eſt quod in defectum & propter penuriam aliorum legitimorum ſpurii poſſunt eſſe decuriones,& proponi ad regimen ciuitatis, l.generaliter. §. ſpurios.titulo ſupra allegato ubi dicitur quod poteſt aſſumi ad honores, ſi non habeat legitimum competitorem in hoc ſpurij æquiparantur ſeruis,qui ad honores promoueri non poſſunt,nec
89 milites eſſe.l.penu.§.fina.C.qui militari non poſſunt.† legitur tamen tempore Hannibalis poſt bellum Cannenſe propter penuriam hominum permiſſum fuit ſeruis militare,vt refert Decius in regula in omnibus officiis.ff.de regulis iur.quæ deciſio non procederet in impuberibus, qui etiam propter penuriam homnium non poſſunt admitti ad honores,l.2.§.impuberes.ff.de iur.immu. & nedum ſpurii repellantur a dignitatibus,& officiis temporalibus verum etiam ab eccleſiaſticis,& ſic ad repellendum aliquem a dignitate temporali, vel eccleſiaſtica non ſolum conſideratur delictum per ſeipſum commiſſum verum etiam conſideratur delictum ſuorum
90 progenitorum: † vnde non poſſunt ad ſacerdos ordines promoueri.capitu.accedens. de purgatione canonica. nec dignitatem,aut aliud beneficium eccleſiaſticum habens adminiſtrationem obtinere ſine ſedis apoſtolicæ diſpenſatione,& rationes, ponit glo.in cap.1.& cap.ſecundo. de filiis presbyterorum.nec ad aliquam capellaniam etiam a iure patronatu laicali dependentem quoquo modo ſine prędicta reſtitutione natalium præſentari poſſint.cap.literas, & capitulo fina.titu. ſupra allegato. quæ deciſio non procedit in filiis expoſitis, q poſſunt ad ſacros ordines promoueri ſecundum Ioannem de Annania in capitu.primo.de infantibus expoſitis. † & ratio
91 eſt quare expoſiti potius poſſunt ordinari quam ſpurii, quia origo iſtorum expoſitorum eſt ignota cum patrem incertum habent: & ideo ſine aliqua macula videntur eſſe ingenui.l.3. C.de infantibus expoſitis.& omni reſpectu expoſiti cōſequūtur libertatem: ergo tanquam ingenui, & immaculati vtranque dignitatem obtinere poſſunt:ſed iſta ratio non habet locum in ſpuriis quorum origo eſt nota, & incontinentia patris adfert prędiudicium filio iuxta illud.

Sæpe ſolet filius ſimilis eſſe patri.

Vnde lex canonica propter maculam deſcendentem a patre inducit quod tales ſine prędicta relaxatione ordinari non poſſint: nec illud eſt obmittendum quod licet ſpurii, ac alii illegitime nati repellantur a dignitatibus, & officiis eccleſiaſticis:ſint tamen capaces iuris patronatus non ſolum in conſequentiam,ſed etiam quando ſuccedunt in hæreditate, aut ēt in alia vniuerſitate in qua eſt ius patronatus & etiam poſſunt illud acquirere principaliter,videlicet ſi his donetur, vel legetur,vel ſi ipſi conſtruerent, vel fundarent capellam ius patronatus eis acquireretur ſecundum Canoniſtas, per illum text. in capitulo piæ mentis, cum capitulo ſequenti. decimaſexta
92 quæſtione ſeptima.† vbi dicit text. quod ius patronatus competit omni Chriſtiano,ergo per generalitatem illorum iuriū illegitimi erunt capaces iuris patronatus,ut cōcludit Rochus de Curte in eodem tractatu.§.competens.in verſiculo ego in
93 hoc puncto.† Fornicatur: quia meretrix poteſt acquirere ius patronatus,& etiam excommunicatus,licet durante excommunicatione non habeat exercitium ſecundum Ioannē Andreę, & Panormita.in capitulo nobis. de iure patronatus. & ratio eſt, quia ius patronatus principaliter eſt inductum in fauorem eccleſiæ,& non in fauorem fundantium,ut augmētetur cultus diuinus, & ne retrahantur a fundationibus, & iſtæ rationes habent locum in illegitime natis, ergo non debet verti in dubium, quin iſtis acquitatur ius patronatus, & iſtud procedit ratione ſpecialitatis, vt ſuprad ixi.

Sed

Digitized by Google

Sed nescio de qua causa leges maxime ciuiles, tam temere,& inhumaniter spurios damnauerunt quod pleriq; absurdum reputāt,cum non ipsi, sed pater ipsorum peccauit.vnde equitati non congruit, quod filij teneātur pro delicto patris, qui solus in generatione peccauit,& non filij:ideo pater tantum puniri deberet:quia pœna suos dēt tenere authores, nec pœna debet egredi personam delinquentis, l.sancimus.cum similibus.C.de pœnis,quoniam scriptum Ezechielis.18.quod filius non debet portare iniquitatem patris.& cap.Iudæi.prima quæstione quarta.quia nulla culpa nasceutis id euenit, vt dicit gloss.in c.2.de filijs presbyterorum.& hoc idem tenet Hieronimus in epistola contra Rufinum,quæ describitur in cap. nasci.56.distinctio.quoniam digni sunt misericordia, qui alieno vitio laborant,l.legem.C.de naturalibus liberis.& in l. spurij,ff.de decurionibus. & refert Ioannes Chrisostomus super Matthæum Homelia 4.quod nemo de vitio parentum venit vituperandus,& hoc notatur in authentica.idem de Nestorianis,C.de hæreticis.certe quidam dicunt,vt Grimaldi quod decisiones facientes contra spurios procedunt secundum buffatos iuristas,& non secundum philosophos: quia aliud est loq
94 secundum mores & aliud secundum materiam, † vel aliter respondeatis,quod spurij in casibus prædictis puniuntur vitio patris temporaliter:sed non spiritualiter.cap.nunquam de vitijs parentum erubescamus.56.distinctio.quoniam qualitates personarum si virtutibus decorentur apud Christum non reci
95 piunt distinctionem,†imo apud homines, quam plurimum sunt subtiles, & ingenioſi, & secundum legem veteris testamenti,& Historiographos ex meretricibus orti fuerunt quāplurimi magnanimi viri, inter quos Ale.Magnus non est obmittendus, quem apud Corynthum Diogenes Laertius virū in omnibus actibus ingeniosissimum:item referunt vulgo cōceptum Herculem illum monstrorum domitorem tot exhaustis erumnis ad cœlum sublatum.Iudam patriarcham,Romulum,qui primus Vrbis Romanæ fuit conditor,& postea secundum Plutarchum,in campo ad Capreum insulam subito perijt fulmine.

Pharam & Zaram fratres ex coitu illicito ortos referunt:Iepthe qui inter viros Sanctos voce Apostoli nuneratus mere
96 tricis filius fuit,dicto cap.nasci.†de Salomone quoque hoc in dubitatum est,quin ex patre adulterino natus fuerit,& qui in principio Regni fuit amator Dei,& postea amator mulierum vocatus est:turpiter,& spurce diuersas mulieres amauit,& tāta in eo habundauit spurcitia,& libido,vt illi septingētæ vxores,& trecentæ fuerint concubinæ, & quamplures fuerūt alij
97 virtuosi,qui ex spurca commixtione descenderunt,†vt Bartolus,quem in l.quidam cum filium,ff. de verborum obligationibus.referunt quidam fuisse expositum,& adhuc remanet effigies ante portam Hospitalis Sancti Iacobi iuxta Pōtem Sancti Subracij Tolosæ,ibi apparet tanquam expositum,& in hospitali fuisse nutritum,vt legitur in quodam distico gallico ad picto parieti dicti hospitalis.

Vltimo loco supereſt,vt aduertatis: quia licet in præcedentibus dictum fuerit de adulterinis, qui vtroque abhominabi-
98 les reputantur: † tamen Dominus noster IESVS Christus non solum ex alienigenis commixtionibus:sed etiam de adulterinis nasci voluit cuius verba fuerunt Hieronimi quæ transumptiue scribuntur in cap.dominus noster.56.distinctio.quę sententia ex lege veteris testamenti probatur Iudas etiam patriarcha cōcubuit cū Thamar nuru sua,& ex illo cōcubinatu nati sunt Phares,& Zaram Iudæ postea Salmon, q fuit Dux in deserto Iudæ Obeth. Iudæ quoque Booth. Iudę postea Isay qui fuit pater Dauid ex illa ergo progeniæ ducitur origo Christi,vt legitur Genesis.trigesimooctauo,cap.& Ruth. quarto,c. Raab meretrix erat de Hierico,quæ fuit nupta Salmoni: qui erat princeps de tribu iuda, da qua Christus postea dignatus est nasci,nec negari potest, quin Dauid per continuationem sanguinis fuerit pater virginis Marię argumen.l.liberorum,ff. de verborum,& rerum sign.

Vnde ecclesia talem esse prędicat,vt patet in inuētario octauarum assumptionis,in quo dicitur, Aue domina dauit regis filia in plerisque locis alia scriptura attestatur eam ex clara progenie,& stirpe Dauid descendisse Virgo Marta fuit mater Christi.

Ergo Christus fuit filius Dauid. vt habetur Matthæi primo capit.liber generationis Iesu Christi filij Dauid.& tamen indubitatum est Dauidem fuisse adulterum:quia tempore: quo solent reges ad bella procedere, Dauid in domo sua remansit,
99 †& proditorie adulterium cum Bersabea commisit & homicidium,vt habetur.2.Regnum cap.vndecimo: & tamen Iesus Christus voluit descendere ex Dauide,qui fuit adulter, & homicida:ergo non est inconueniens dicere, attenta continua-
100 tione sanguinis Christum de adulterinis nasci voluisse, † & sic dignatus est nasci non solum de bonis,verum etiam de malis parentibus,vt ostenderet propter bonos, & malos conuerrendos se in mundum veniſſe,ita attestatur Ambrosius, quē Theologi,& Canonistæ sequūtur in illo canone cuius caput exorditur,integritas corporis,quorum sententiam secutus fuit senator Parisi.egregius dominus Bartho.Cassaneus in cōmēto consuetudinum Burgun.in tit.de successionib.Bastardorū, §.tertio.

Apud patres suos cohabitare non permittant.

SVMMARIVM.

1 *Spurii nec ad primam tonsuram,nec ad ordines cæteros, nec ad ecclesiastica beneficia etiam simplicia sine dispensatione admittuntur.*
2 *Quatuor assignantur rationes quare Spurii non debent cohabitare cū suis patribus.*

Ratio motiua huius constitutionis fuit incōtinentia paterna,quam lex ciuilis, & canonica præsumunt in filio spurio iuxta illud.

Sæpe solet filius similis esse patri.

Et ad istum textum concordant statuta synodalia episcoporum concordat etiam veteris testamenti. quæ describitur Genesis vigesimo primo capitulo in quo Sara dicit ad Abrahā. Eijce ancillam, & filium eius:talis enim cohabitatio cōcubinarij, & concubinæ,& suorum spuriorum generant scandalum in clero,& præbent malum exemplum in populo.

Ista est ergo grauissima pęna apud patres presbyteros, q̄ cohabitatio suorum spuriorum eis interdicatur propter quam sacerdotes concubinarii non solum in se ipsis puniuntur verū etiam in personis suorum spuriorum,& concubinarium:pa-
1 tet primo,†quia tales liberi ad ordines,vel ad ecclesiastica beneficia libere non admittuntur:secundo, quia ad tonsuram, vel ad alios minores ordines suscipiendos pœnitus sunt indigni,nisi cum eis per suos diœcesanos fuerit dispēsatum: ad maiores vero ordines non,nisi cum dispensatione papæ possunt accedere:tertio ad ecclesiastica beneficia,etiam quibus dignitas,vel cura nō inest animarū, vel ad alia curata beneficia obtinenda redduntur incapaces,nisi cum eis per sedem Apostolicam dispensatum fuerit,vt notant Canonistę in capitulo primo de filiis presbytero.in 6.

Sed si cum eis per eandem sedem fuerit dispensatum virtute illius dispensationis non,nisi vnicum poterunt obtinere be-
2 neficium: † Quarto,quia virtute dictę dispensationis non poterunt obtinere beneficium in ecclesiis, in quibus eorum patres fuerunt beneficiati capitu.cum decorem de filiis presbyterorum.

Ratio est,quia indecorum est, vt in officio altaris filius illegitimus patri ministret in quo vnigenitus Dei filius pro salute humani generis victimatur. Debent ergo tales spurii longe a patribus habitare,alias essent testes notorię fornicationis parentum c.1.de coha.cle.& mul.

Iubemus insuper,quod in prædictis synodis, & capitulis præmissa publicentur, & vt quilibet suos subditos ad ipsarum concubinarum dimissionem moneat diligenter.

SVMMARIVM.

1 *Episcopus vel officialis arguens alium de concubinatu debet esse a fornicatione alienus.*
2 *Dictio,quilibet,est distributiua.*

Vt viam pudicitiæ subditis in synodis,& capitulis non solum verbo, sed etiam exemplo denunciet:vt grex,qui pastoris vocem moresque sequitur per exem
1 pla melius, quam per verba gradiatur:quia † qui subditum de concubinatu arguit debet esse a fornicatione alienus. Et quando superior increpat dictos concubinarios, vt suas dimittant concubinas,si illum audire contemnunt, insuper & contra eum sæuiunt:ille nihilominus increpet sæuientes,nec timore superetur,quominus illos arguat:eius est enim officium vel lapsis manum porrigere,vel errantibus iter ostendere. Vnde dicitur Ezechielis trigesimo tertio capitulo, si impio, inquit, locutus non fueris, vt se a via sua,& concubinatu custodiat, & ille pericrit sanguinem eius de manu tua requiram,hoc est si ei peccata sua non annunciaueris.

Si enim non argueris,vt ab impietate sua conuertatur, & viuat & te,q̄ non increpasti,& ipsum,qui,te tacēte, peccauit flammis perennib.perdam.

Et

Digitized by Google

Et adnotate,quod hæc conſtitutio comprehendit Archiepiſcopos,Epiſcopos,Abbates,& quoſcunque inferiores habe
2 tes ſubditos:†propter dictionem quilibet poſitam in textu, q̃ eſt diſtributiua,cuius natura eſt,vt plures eſſe intelligantur,& vt actus cuilibet eorum inſolidum attribuatur,l.ſi pluribus in principio,& ibi hoc notant gloſſ.& Docto.ff. de leg. ſecundo & in l.non diſtinguemus, §. cum in plures,ff.de receptis arbitris,& Bartolus in lege hoc articulo,ff.de hæredibus inſtituen. & differt ſecundum ſcribentes ibi a dictione, omnis, quæ eſt collectiua.

Iniungimus præterea omnibus ſecularibus viris.

SVMMARIVM.

1 *Dictio etiam,regulariter implicat perſonas ſimiles in qualitate.*
2 *Diſpoſitio quæ ſimpliciter facit mentionem de iudicibus ſecularibus intelligitur de laycis.*

Id eſt,laycis,quia de talibus hic papa ītellexit propter ſubiectam materiam ponderando dictionem etiam,
1 †quæ regulariter implicat perſonas ſimiles in qualitate & de quibus minus dubitabatur,& auget diſpoſitionem.de inferioribus a principe non erat dubium.Sed maior vertebatur dubitatio,an ſub iſta iniunctione comprehenderetur Rex, & decidit,quod ſic.iſte verſiculus procedit ergo in laycis licet appellatione ſecularium veniant etiam clerici, vt eſt text. & ibi gloſſ.in cap.accuſatus.in verſicu.religioſi grauius ſunt puniendi,quam ſeculares.clerici de hæretic. in ſexto & tex. clarior de iure in clementina,regulares.in verſicul. ſeculares clericos de ſupplen.negl.præla.

Sed in dictis iuribus dictio,ſeculares,profertur cum adiun-
2 cto.†Sed ſi in diſpoſitione ſimpliciter fiat mentio de ſecularibus iudicibus intelligitur de laycis,vt hic,& in c.ſeculares de foro com.in 6.verbum enim iniungimus.poſitum in iſto tex. obligat ad præceptum,vt notant Canoniſtæ per illum textum in clemen.quia coniungit.in verbo iniungimus. de religioſis domibus.

Etiam ſi regali præfulgeant dignitate.

SVMMARIVM.

1 *Diſpoſitio,quæ abſolute facit mentionem de rege intelligitur de Rege Franciæ per excellentiam.*
2 *Papa appellatur vicarius Chriſti & factum authoritate ſua videtur factum authoritate Dei.*
3 *Papa in ſua iuriſdictione habet idem conſiſtorium cum Deo.*
4 *Papa habet ius ſuper Angelos tam bonos quam malos.*
5 *Papa dicitur iudex viuorum, & mortuorum.*
6 *Papa in his,quæ vult ſua voluntas habetur pro ratione, nec in eo eſt exquirenda vlterior ratio.*
7 *Sacrilegium eſſet diſputare de poteſtate papæ.*
8 *Papa in omnes reges Chriſtianos habet iuriſdictionem ſpiritualem.*
9 *Bulla Papæ Bonifacii octaui qui aſſerebat Philippum Pulchrum Regem Francorum ſibi ſubeſſe in temporalibus.*
10 *Quatuor fuerunt imperia,Babilonis,Perſarum,Græcorum,& Romanorũ quintum fuit imperium Chriſti.*
11 *Reges & alii principes an ſubiiciantur papæ in temporalibus diſputatur ad plenum pro vtraque parte.*
12 *Chriſtus vſus eſt vtraque poteſtate temporali & ſpirituali.*
13 *Childericus fuit priuatus Regno Franciæ & in eius locum ordinatus fuit Pipinus.*
14 *Conſtantini donatio.*
15 *Papa ſoluit tributum imperatori.*
16 *Adrianus papa cum vniuerſa ſynodo concesſit Regi Franciæ inueſtiturã Archiepiſcoporum & Epiſcoporum.*
17 *Rex Franciæ non ſubiicitur papæ in temporalibus.*
18 *Rex Franciæ neminem recognoſcit ſuperiorem.*
19 *Conſuetudo tribuit iuriſdictionem.*
20 *Cauſæ quædam ſunt mere ſpirituales quædam mere temporales,& quædã mixtæ quæ declarantur in ſpecie.*
21 *Iuriſdictio temporalis & ſpiritualis a Deo proceſſerunt.*
22 *Gladius quomodo accipiatur in ſacra pagina.*
23 *Franci quare ſic appellati ſunt.*
24 *Prꝛſcriptio centenaria currit contra Romanam eccleſiam.*
25 *Electio ementium & vendentium quam Chriſtus fecit de templo magis fuit actus ſacerdotalis quam regalis.*
26 *De donatione facta per Conſtantinum & de illius validitate, vel inualiditate.*
27 *Rex Childericus non fuit depoſitus a regno ſed ſponte ingreſſus monaſteriũ vitam monachicam aſſumpſit.*
28 *Federicus imperator a Bonifacio octauo fuit depoſitus.*
29 *Clemens quintus Henricum imperatorem excommunicauit.*
30 *Præſes ad clamorem populi non debet illicita perpetrare.*

Ergo videtur,quod Rex Franciæ cõprehendatur: †qa
1 appellatione regis abſolute facta debet intelligi de rege Franciæ per excellentiam.Vnde dicit Baldus.in capitu.vnico.circa finem de prohibita feudi alienatio.per Federic.quod qui iurat fidelitatem,videtur excipere imperatorem,& regem Franciæ, qui ſuper omnes reges Chriſtianos obtinet coronam libertatis,& gloriæ:& refert etiam in conſi.218.incipien.

Ego puto,quod nemo præſumat honorem ſuper vexilla inuictiſſimi Regis Francorum, ſed an Rex Franciæ ſubijciatur imperatori alibi pleniſſime examinaui. De duobus hic dubitari poſſet.Primo an papa in regem Francorum habeat iuriſdictionem ſpiritualem.Secundo an Rex Franciæ in temporalibus ſubijciatur ſummo Pontifici.

Circa primum concluditur, quod ſic:quia in ſpiritualibus papa habet plenitudinem ſupremæ poteſtatis,vt tradit Bald.in c.ad audientiam.de præſcrip.& talem iuriſdictionem habuit a Deo a quo dictum fuit.Quodcunq; ligaueris ſuper terrã, erit ligatum & in cœlis.c.decretales.20.diſt.& in c.2.de maiori. & obed.& ideo cum Chriſtus dicit Apoſtolis, vt laxarent retia, ſoli Petro dicit Duc in altum.quæ verba denotant altiſſimam iuriſdictionem,hoc eſt,ſcientiam,& intellectum in c. non tur
2 betur cum ſeq.24.q.1.canones enim† papam vicarium appellant.c.quanto.de tranſl.epiſc. tenetque in terris locum Dei & factum authoritate ſua videtur factum authoritate Dei,dum tamen hoc fiat ex iuſta cauſa,vt dicit tex.in capitulo corporalia.in verbo diuina:& ibi Doctores de translati.Epiſcopi imo
3 fortius ſecundum Canoniſtas † papa in iuriſdictione ſua habet idem conſiſtorium cum Deo,& dicitur ordinarius omniũ Chriſtianorum,cap.cuncta per mundum.nona quæſtione, 3. & habet in ſe iura terreni,& cœleſtis imperij,vt in præallegato.cap.decretale:.& nedum papa, vicariatum ſuum gerit ſup
4 terreſtia,& cœleſtia,verum etiam habet ius ſuper Angelos tã bonos,quam malos,vt eſt tex.apertus in ca.per venerabilem in verſiculo neſcitis quoniam Angelos iudicabitis?qui fil.ſunt
5 leg.& habetur ad Corynthios.†primo viuorum enim,& mortuorum iudex dicitur,& de nullo aliquid facere poteſt, vt eſt tex.in argumentum in l.vnic.in verſicu.etiam ſi inutilis eam validam effici.C.de rei vxoriæ actione.& in c. re vera. de conſecra.diſt.2.& poteſt ſententiam nullam facere validam. ca.fi.
6 2.q.2.†& in his,q̃ vult voluntas habetur pro ratione, nec vlterior ratio eſt exquirenda:nec eſt,qui audeat dicere, quare ita facis?vt dicit tex.in cap.quamuis.de pœniten.diſtin.3.ſua iuriſdictio,& authoritas cenſetur exempta in iuramento,capi.venientes.de iureiurando.imo partes etiam inuitas poteſt cogere ad componendum,& illud quod mandat,vel præcipit,licet ſit graue,& difficile:tamen faciendum eſt,ca.in memoria. 19. diſtin.eſt enim ſuper omne ius,& diſpenſare poteſt contra le-
7 gem veteris teſtamenti,& q̃ votum ſolenne.c.1 de voto. †Breuiter tanta eſt poteſtas papæ de qua diſputare eſſet ſacrilegiũ, vt refert Hoſt.in ti.de conſtue.& tex.in argumentum in l.diſpu
8 re,C.de crimine ſacrilegij ex prædictis† apparet papam habere iuriſdictionem ſpiritualem etiam in omnes reges Chriſtianos.

Circa ſecundum dubium an in temporalibus papa habeat iuriſdictionem in Regem Franciæ,hæc controuerſia de facto euenit tempore Bonifacij papæ octaui,qui aſſerebat Philippũ Pulchrum Regem Francorum ſibi ſubeſſe in temporalibus,
9 prout apparet in bulla ad dictum Philippum trãſmiſſa†huius tenoris. Bonifacius Epiſcopus ſeruus ſeruorum Dei Philippo Francorum Regi.Deum time,& mandata eius obſerua, ſcire te volumus,quod in ſpiritualibus, & temporalibus nobis ſubes,beneficiorũ,& præbendarum ad te collatio nulla ſpectat: & ſi aliquorum vacantium cuſtodiam habeas vſumfructum eorum ſucceſſoribus reſerues,& ſi quæ contuliſti collationem huiuſmodi irritam decernimus, & quod de facto proceſſerit, reuocamus aliud credentes hæreticos reputamus.datum Laterani nonis Decembris Pontificatus noſtri anno ſeptimo. Reſponſio regis Philippi pulchri ad literam ſeu bullam præcedentem.Philippus Dei gratia Francorum Rex Bonifacio octauo gerente ſe pro ſummo Pontifice ſalutem. modicam ſiue nullam ſciat tua magna fatuitas in temporalibus nos alicui non ſubeſſe.

Aliquarum eccleſiarum præbendarum vacantium collationem ad nos jure Regio pertinere,& fructus earum noſtros facere collationes a nobis factas,& faciendas fore validas in p̃teritum & futurum,& earum poſſeſſores contra omnes viriliter nos tueri:ſecus autem credentes fatuos deputamus. ac dementes datum &c.

Super iſto dubio vnde quaq; vrgent rationesita, quod difficile

Digitized by Google

cile esset adducere veram demonstrationem.ego autem super eo referam quæ a maioribus nostrorum tēpore eiusdem Philippi pulchri disputata fuerunt.Primo quidam fuerunt in ista sententia,quod Rex Franciæ,ac cæteri principes subijciuntur
10 Romano Pontifici†& imprimis præmitto,quod apud papam residet imperium: quoniam quatuor fuerunt imperia primū fuit Babilonis, secundum fuit Persarum, tertium Græcorum, quartum fuit Romanorum quintum fuit imperium Christi, vnde apud vicarium Christi remansit vterque gladius,scilicet spiritualis,& temporalis,vt dicit Bar.in extrauag.ad reprimēdum in gl.super verbo totius orbis.quem refert Aluar.in ti.qs dicatur Dux,vel Marchio.ergo papa in temporalib.habet iurisdictionem,& authoritatem.

Secundo,opinio illorum firmatur:nam ecclesia exemplata militans est ad similitudinem ecclesiæ triumphantis iuxta illud quod habetur Exodi,inspice, & fac secundum exemplar, quod tibi in Monte monstratum est,sed in ecclesia triumphāte non est nisi vnus,& solus & summus Hierarcha cui omnes tam Angeli quam homines in omnibus obediunt.

Sic etiam in ecclesia militāte est vnus solus Hierarcha cui omnes tam clerici,quam laici,tam principes quam alij reges in omnibus tam spiritualibus,quam tēporalibus omnes principes papæ subijciantur.

Tertio,facit argumentum a simili,quia sicut omnis multitudo ab vnitate procedit,sic etiam ad vnitatem reduci debet ergo omnis multitudo prælatorum, & principum ad vnum summum quod est super omnes principes, & prælatos reduci debet nullus autem talis est nisi papa ergo omnes etiam reges illi obedire tenentur.

Quarto facit, quia sicut vnus solus est creator omnium tā
11 spiritualium,quam temporalium, & ab illo creatore omnia producuntur in esse.Sic etiam vnus est finis ad quem omnia sicut ad finalem terminum ordinātur pro vt ipse testator Apocalipsis primo capite in quo dicitur ego sum Alpha, & O. Id est principium,& finis. Sic etiam vnus est omnium gubernator,& rector tam spiritualium,quam temporalium:sed in gubernatione,vel regimine mundi potest Deus habere uicariū: ergo vnus solus sub Deo,id est,vicarius regimen totius mundi etiam quantum ad temporalia,sed Deus hoc priuilegium non alteri, quam papæ concessit ergo Reges illi obedire tenentur.

Quinto facit:quia in vno corpore naturali vnum tantum caput in quo vigēt omnes sensus,& omnia membra regit,ergo etiam in corpore mystico,quod est ecclesia vnum tantum erit caput aliter monstruosum esset ecclesiam habere duo capita,sicut mōstruosum esset in vno corpore naturali ergo omnes principes papæ tāquam capiti, & principali etiam quoad temporalia obedire tenentur.

Sexto facit,quia secundum philosophum in omni genere rerum ordinatarum ad iuicem est ponere vnum ad quod omnia reducuntur ergo in ecclesia quæ maxime debet esse ordinata oportet esse vnum ad quem,& per quem omnes alij ordinentur,sed non potest alius,hoc facere nisi papa ergo reges *illi tenentur obedire.*

Septimo facit quoniam ab exordio mundi humanum genus non nisi vnum rectorem præcipuum legitur habuisse sicut patet in diuersis statibus huius mundi. ergo etiam nostris temporibus debet esse vnus præcipuus rector.Antecedens probatur,quia in statu innocentiæ Adam præfuit omnibus,& pfuisset si semper innocentia perstitisset,post peccatum vero in statu legis naturæ, Noe suo tēpore præfuit super omnes post modum vero Abraham,Isaac,& Iacob quilibet eorum pfuit populo Dei,fueruntque sacerdotes Hostias domino offerētes similiter Melchisedech Rex Salem fuit Sacerdos summi Dei. vnde & ipse Christus dicitur esse sacerdos secundum ordinem Melchisedech,cui etiam Abraham decimas obtulit sicut dicitur Genesis.14.in signum, quod ei suberat quantum ad temporalia.

Similiter in lege Mosayca Moyses habuit vtranque potestatem,& vtroque gladio vsus est ergo multomagis in statu legis Euangelicæ debet esse vnus habens vtranque potestatem.i.spiritualem,& temporalem:sed non est alius,cui talia priuilegia competant,nisi summo sacerdoti,id est,papæ ergo omnes illi etiam in temporalibus obedire tenentur.

Octauo facit,quia Christus qui est caput ecclesiæ de tribu sacerdotali,& regia fuit ortus vtranque dignitatem in se vniens ergo & eius vicarius,id est papa vtranque dignitatem habens ita;quod omnes reges debent ei esse subiecti sicut cæteri Pontifices.

12 Nono facit,†nam Christus vtraque potestate vsus est temporali quando ementes,& vendentes eiecit de templo,vt legitur Io.secundo & etiam spirituali, seu pontificali quando semetipsum obtulit hostiā Deo sicut ait Apostolus ad Hebreos nono vbi dicitur,Christus assistens pontifex. ergo papæ eius vicario Reges obedire tenentur, cum vtraque potestate fungatur.

Decimo facit,quia Christus Petro vicario suo videtur commisisse vtranque potestatem quando ei dicit tu es Petrus, & super hanc petrā ædificabo ecclesiam meam,vt habetur Mat thæi.16.& in c.quamuis.21.dist.quia sicut in ædificatione materiali est vnus lapis primarius,& fundamentalis,sic etiam in ecclesia debet esse vnus princeps principalis, & totius ecclesiæ fundamentum:sed ista non possunt verificari nisi in papa,qui est summus princeps ergo alij principes tanquam inferiores etiam in temporalibus tenentur illi obedire.

Vndecimo facit quia tempore passionis Christi discipuli ei duos gladios ostendērūt dicentes ecce duo gladij hic, & respōdit satis est.qui duo gladij secūdum sententiam Theologorū significant duas potestates,quæ sunt in ecclesia apud summū Pontificem principaliter residentes, quia quando necessitas est vrgens poterit ipse papa vti vtraque potestate contra quoscunq; etiam contra reges,& imperatores ergo negandum nō est,quin ei in temporalib.subijciantur.

Duodecimo facit,quia numerus binarius vilis,& scandalosus in casu propositæ quæstionis reputatur ex quo est principium diuisionis diuisio autem est fons, & origo dissensionis, & diuisio est causa confusionis: ideo si in ecclesia essent duę potestates distinctæ in duas personas, quarum vna non dependeret,ab altera esset in ecclesia magna confusio, vt ergo tale scandalum euitetur dicendum est vtranque potestatem esse penes papam: ideo in temporalibus Reges illi obedire tenentur.

Decimotertio hęc opinio comprobatur per tex.ad literam in capi.omnes.22.distin.vbi Nicolaus papa scribens Mediolanensibus,sic ait Romanam ecclesiam solus ille fundauit,& supra petram fidei statim nascentis erexit, qui beato Petro vitæ æternæ clauigero terreni simul,& cœlestis imperij iura cōmisit & illius priuilegio fungitur,cuius authoritate fulcitur, vnde dubium non est: quia quisquis cuilibet ecclesiæ ius suum detrahit iniustitiam facit,qui autem Romanæ ecclesiæ priuilegio ab ipso summo omniū ecclesiarum capite tradito auferre conatur hic proculdubio in hæresim labitur,& cum illevocetur iniustus hic est dicendus hæreticus.Sed talia priuilegia vicario Christi fuerunt concessa:ergo apud eum remanšit temporalis iurisdictio.

Decimoquarto facit, quoniam papa potest absoluere vasallo a iuramento fidelitatis debitę domino temporali quod facere non posset,nisi haberet potestatem in temporalibus,ergo in illis principes ei debent esse subiecti.

Decimoquinto facit,quia papa positus est,vt vitia extirpet, excessus corrigat,& mores reformet, vt habetur in procœmio
13 clementinarum.in versiculo :quia etiam,†vnde hac ratione Zacharias papa potuit priuare Childericum Regem Franciæ regno suo:quia ex suo regimine vniuersa scādala imminebāt regno,& in eius locum ordinatus fuit Pipinus, vt dicit text.in c.alius.15.q.6.& hoc firmat Panor.in d.c.per venerabilem.potestque reges,& imperatores excommunicare c.duo.& cap. si imperator 99.distinct.sed talem depositionem facere non potuisset,nisi habuisset temporalitatem:ergo in præalleg.c.alius. videtur casus q Rex Franciæ etiam quoad temporalia subijcitur summo pontifici.

Decimosexto facit,quia non licet his, qui iurisdictionem obtinent temporalem,vel iustitiam exercēt ipsas ecclesias,vel personas ad distrahendum,vel alienādum extra manum suā ponendum acquisita,vel quę deinceps acquirent aliquatenus coarctare. Sed hoc non posset papa statuere nisi esset dominus omnium temporalium,ergo in temporalibus omnes subiiciuntur ei.

Decimoseptimo facit tex.in c. Constantinus cum sequenti
14 96.dis.†vbi imperator Constantinus coronam, & omnem dignitatem in Vrbe Romana:& in Italia & occidentalibus partibus Apostolico concessit,dum dicit. Palatium nostrum, & Vrbem Romanam,& omnes Italiæ siue occidentalium regionum prouincias beatissimo pontifici Syluestro concedimus, atque relinquimus,& ab eo & successoribus eius decernimus disponendum:itaque iuri ecclesiæ Romanæ concedimus permanendum:quoniam vbi principatum sacerdotij & Christianæ religionis caput ab imperatore nostro cœlesti cōstitutum est iustum non est,vt ille imperator terrenus haberet potestatem,quæ verba demonstrant iurisdictionē temporalem fuisse penes Syluestrum papam & eius successores:ergo imperator, ac cæteri Reges in temporalibus subiiciuntur papæ.

Decimooctauo facit quia papa Christi vicarius locum tenens in terra dicitur habere plenitudinem potestatis, sed non haberet talem plenitudinem,nisi esset dominus temporaliū, & spiritualium,vt de ipso vere dicatur domini est terra,& plenitudo:ergo omnes Reges papæ subiiciuntur.

Decimonono facit,quia qui potest in maius potest in minus,

Digitized by Google

nus,vt eſt vulgata regula iuris:Sed ſpiritualia ſunt maiora tẽporalibus,id eſt,digniora:ergo ſi reges ſubijciãtur papæ in ſpiritualibus quanto magis ei ſubiiciuntur in temporalibus?

Vigeſimo,hæc opinio confirmatur per ea, quæ habentur ad Corinthios 6.in quo dicitur. Neſcitis quoniam Angelos iudicabimus, quanto magis ſecularia?quaſi diceret ſi poſſimus ſpiritualia iudicare,ergo ſecularia poſſimus & debemus, ex quibus remanet verificata hæc opinio ꝙ Rex Franciæ ſubijcitur papæ in temporalib.

Alij autem ſuerunt in contraria opinione dicentes,ꝙ imo principes temporales non ſubijciuntur papæ quoad temporalia,& iſta ex pluribus demonſtratur primo,quia iſte duæ poteſtates.ſ.temporalis,& ſpiritualis ſunt inter ſe diſtinctæ,& ſeparatæ propter authoritatem Ariſtotelis in ſecundo de anima dicentis ꝙ potentiæ diſtinguuntur per actus,& ideo ibi actiones ſunt diſtinctæ ibi neceſſario poteſtates ſunt ſeparatæ, ſed gubernatio temporalinm & ſpirirualium ſunt actiones omnino ſeparatæ : vnde ſuccedit regula philoſophica ꝙ illa quæ diſparata ſunt vnum non ſubeſt alteri : ergo iuriſdictio & authoritas temporalis non ſubeſt ſpirituali & ſic neceſſario concludendum eſt reges adminiſtrantes temporalia non ſubeſſe, ſummo pontifici.

Secundo facit ſimilis authoritas philoſophi dicentis ꝙ iuriſdictiones diſtinguuntur penes obiecta,quia cum ſonus,qui eſt obiectum auditus,differt a colore, qui eſt obiectum viſus. ideo auditus & viſus ſunt duæ poteſtates diſtinctæ. Sed temporalia & ſpiritualia ſunt in totum diſtincta nec ſub eode genere continentur nec etiam communicant in materia igitur iuriſdictiones temporales,& ſpirituales ſunt diſtinctæ:ad inuicem non dependentes ideo non ſubeſt alteri.

Tertio facit,quia actiones,& potentiæ diſtinguntur penes finem,quia cum intellectus,& ſenſus ordinantur ad alium finem:ideo in anima ſunt diſtinctæ potentiæ, ſed poteſtas temporalis ordinatur ad alium finem & ad alium ordinatur poteſtas ſpiritualis : ergo tanquam diuerſæ vna non ſubijcitur alteri.

Quarto facit,nam in principio creauit Deus cœlum, & terram,vt habetur in principio Geneſis & ſecũdum Theologos eponitur,id eſt ſpiritualem, & corporalem creaturam:& iſta eſt prima,& præcipua differẽtia,quæ eſſet inter creaturas, nec materia communicant,& diuerſa requirunt regimina. quia aliam,& aliam ordinationem habent:ergo poteſtates regendi vtrunque neceſſario ſunt diſtinctæ.

Quinto facit,quia primo die creationis mundi Deus creauit lucem & diuiſit lucem a tenebris & ſecundum gloſatorẽ Bibliæ per lucem ſignificantur ſpiritualia per tenebras temporalia.ergo diſtinguntur & diuiduntur ſpiritualia a temporalibus ſunt omnino diſtinctæ:quin dicit Apoſtolus, quæ participatio lucis ad tenebras?quaſi dicat nulla.ergo non eſt verum, ꝙ vna poteſtas ſubſit alteri

Sexto facit,quia Deus qnarto die fecit duo luminaria magna ad decorem & regimen vniuerſi,ſcilicet ſolem & lunam, quorum vtraque officia ſunt diſtincta & diuerſa : quia ſolem ordinauit,vt præeſſet diei, lunam vero vt præeſſet nocti : ſed per iſta duo luminaria iſtæ duæ poteſtates,vt per ſolem intelligatur papa q̃ præeſt in ſpiritualibus & per. lunam imperator qui præeſt in temporalibus,vt dicit tex.in cap.ſolitæ de maiorit.& obedien.vbi ſic dicitur ad firmamentum vniuerſalis eccleſiæ fecit Deus luminaria magna, quæ ſunt pontificalis authoritas,& regalis dignitas.ſicut ergo ſol, & luna in medium a Deo ſunt producta vnum proceſſit ex alio licet nullum differat claritate, ſic etiam vtraque poteſtas ſcilicet pontificalis & regia in medium a Deo ſunt producta licet differant dignitate ergo ratione differentiæ vna non ſubijcitur alteri.

Septimo facit,quia in lege veteris teſtamenti prædictæ poteſtates fuerunt diſtinctæ : vnde & in ea lege fuit duplex vnctio, ſcilicet pontificalis,& regia & habebant officia diſtincta ita, quod vnus non debebat,nec impune poterat officium alterius vſurpare nec regalis dignitas in temporalibus ſuberat ergo multomagis in lege noua iſtæ dictæ poteſtates ſunt diſtinctæ ita quod vna quantum ad temporalia non debet ſubeſſe alteri.

Octauo facit,nam lex gratiæ requirit maiorem ſpiritualitatem in põtificali dignitate quam lex vetus.Sed ne miniſtri veteris legis impedirentur a cultu diuino noluit eos Deus habere dominium terrenorum. vnde tribus Leui non habuit partem, & hæreditatem inter alias tribus in diuiſione terræ promiſſionis prout habetur in libris Leuiti. & Ioſue ergo multominus pontifices,& alij miniſtri nouæ legis debẽt habere, vel quærere dominium terrenorum.

Nono facit, quoniam ſaluator dixit,non eſt diſcipulus ſup. magiſtrum nec ſeruus maior domino ſuo,nec vicarius habet maiorem poteſtatẽ quam ille cuius vices gerit.Sed Chriſtus q̃ uis hæreditario iure eſſet dominus omnium,tamen hac poteſtate vti noluit:ſed etiam oblatam penitus recuſauit,ſicut legimus Ioannis.6.cum enim quereret populus,vt facerẽt regem, fugit tanquam contemnens.& contemnendum docens inſatiabilem voracitatem auaritiæ & ambitionis ſpecialiter vicario ſuo dans exemplum non ambiendi & multofortius non vſurpandi ſibi aliquo modo imperatoriam,vel regiam dignitatem.ergo non eſt verum,quod Rex ſubijciatur papę quoad temporalia.

Decimo facit,illud quod ſcribitur in ſacra pagina, ꝙ cum Chriſto domino diceret quidam,domine dic fratri meo,vt diuidat meam hæreditatem,reſpondit.homo,quis me cõſtituit iudicem ad diuiſionem ſuper vos?Ecce Dei filius ſuper diuiſione recuſauit iudicium,qui tamen conſtitutus eſt a Deo viuorum,& mortuorum iudex,ergo vicarius eius de temporali iuriſdictione non debet ſe intromittere.

Vndecimo facit quia ſucceſſor Petri non habuit maiorem authoritatem quam habuerit ipſe Petrus primus Chriſti vicarius.Sed nec Petro nec cæteris Apoſtolis Chriſtus permiſit habere dominium terrenorum,potius extremam humilitatem p̃cipit eis tenere & inuiolabiliter obſeruare ſicut patet in euã gelio ergo ſucceſſor Petri nullam habet in temporalibus iuriſdictionem.

Duodecimo facit,quoniam dominus interrogatus a iudęis vtrum liceret cenſum dare Cæſari,an non, reſpondit reddite, quæ ſunt Cæſaris,Cæſari,& quæ ſunt Dei,Deo : ergo illa quæ ſunt Dei & Cęſaris diſtincta ſunt ad denotandum, quod papa non debet ambire temporalia in quibus nullam habet iuriſdictionem.

Decimotertio facit:nam in commiſſione vicariæ facta Petro non legitur poteſtas temporalis, ſed tantum ſpiritualis ei fuiſſe commiſſa:dum inquit,tibi dabo claues regni cœlorum non dicit & dominiũ terrenorum: vnde ſtatim ſubiungit quaſi ſemetipſum exponens de ſpirituali tantum poteſtate dixiſſe,quodcunque ligaueris ſuper terram erit ligatum & in cęlis: & quodcunque ſolueris &c.& poſt reſurrectionem ſuam dixit Apoſtolis accipite Spiritum Sanctum quorum remiſeritis peccata, remittuntur eis : in quibus verbis ſucceſſoribus Petri tantum videtur commiſſa ſpiritualis iuriſdictio, & non temporalis.

Decimoquarto prædicta, opinio probatur per text.ad literam in cap.quoniam.10.di.& ibi etiam glo. in verbo diſcreuit hãc quęſtionem diſputat dum dicit,quod Chriſtus officia vtriuſque poteſtatis exercuit,vt oſtenderet, quod vtraq; poteſtas ab codẽ proceſſit non quod vna perſona illa duo officia exercecat,vel gerere debeat. Hæc enim duo dona imperium,& ſacerdotium ab eodem principio ſunt in authẽtico quomodo oportet epiſcop.circa princip.colla.3.cum ergo iſtæ poteſtates ſint diſtinctæ,iuriſdictio temporalis non habetur a papa ſed a ſolo Deo habetur,alioquin ſi ab ipſo habetur licite ad eum in temporalibus appellaretur,quod tamen iure prohibitum eſt ex quo talia temporalia non contingunt ſuam iuriſdictionẽ, ca.ſi duobus.de appel.& in c.cauſam qui filij ſunt leg.ex quib. iuribus clare elicitur papam non habere iuriſdictionem temporalem : ideo in temporalibus principes ei non ſubijciuntur.

Decimoquinto facit,nam quicunq; ſoluit tributum alicui
15 non videtur præeſſe in temporalibus,ſed magis ſubeſſe†ſed papa ſoluit tributum imperatori,cap.tributum, 23.quęſt.octaua & in capitu.magnum quidem.vndecima.quęſt.1. ergo non eſt dicendum,quod imperator aut alij reges ei in temporalibus ſubijciantur.

Decimoſexto fortiter facit:nam ille,qui confirmat electionem alterius non debet ei ſubeſſe de iure, ſed Carolo Regi Francię a papa fuit data poteſtas in ſynodo confirmandi papam,& ordinandi ſedem Apoſtolicam: ergo Rex Franciæ ei de iure ſubeſſe non debet,cap.Adrianus.in ſecundo.63. diſtin. vbi dicitur,quod poſt debellationem aduerſariorum eccleſię Romanę Adrianus papa cum vniuerſa ſynodo tradidit Carolo ius & poteſtatem eligendi Romanum Pontificem ordinandi ſedem Apoſtolicam,& dignitatem Patriarchatus & inſup
16 †ei conceſſerunt Archiepiſcopos & Epiſcopos per ſingulas prouincias ab eo inueſtituram accipere : hoc idem oſtenditur de Carolo & Othono filio eius primo imperatore Theutonicorum cui,& ſucceſſoribus confirmata fuit facultas ordinandi pontificem,& recipiendi inueſtituram a prælatis, quę verba demonſtrant papam in temporalibus non habere ſupremam iuriſdictionem.

Decimoſeptimo pro iſta opinione facit tex.in cap.ſolitę de maior.& obedien.vbi dicit Innocentius tertius non negamus quin imperator prȩcellat in temporalibus dũtaxat qui ab eo receperunt temporalia:ſed papa, & Romana eccleſia quicqd habent in temporalibus pro maiori parte perceperunt ab imperatoribus.

Similiter alię eccleſię temporalia bona,quę poſſident,rece
perunt-

Digitized by Google

perunt a regibus,& principibus:ergo ad illos tanquam ad collaterales bonorum remanet iurisdictio temporalis,& non ad papam cui subesse non debent:pro quibus facit text.in cap.licet de foro competenti,vbi dicitur quod laycus laycum pro re ciuili coram iudice ecclesiastico non potest conuenire,nisi in defectum iudicis secularis:ergo papa in temporalibus habet tãtum in subsidiariam iurisdictionem,& sic papa in temporalibus, & imperator in spiritualibus non debent se immiscere.

Decimooctauo adducuntur iura magis in specie probantia,quod rex Franciæ non subijcitur papę in tẽporalibus:17 †primo facit tex.in c.nouit.de iudicijs.vbi dicit Innocentius. Non putet aliquis,ꝙ iurisdictionem illustris regis Francorum perturbare,aut minuere intendamus, cum ipse iurisdictionem nostram,nec velit nec debet impedire.& sic non ille tex.clare demonstrat,quod papa non habet vtrunque gladium, & sic non dicitur superior in temporalibus: quia de iure quis non dicitur superior nisi ille,ad quem licet appellare: sed a iudice seculari in temporalibus:non licet appellare ad papam. vt in preallegato.c.si duobus: ergo multo minus in temporalibus rex Francicę debet summo pontifici subesse.

Decimonono facit tex.in c.causam.in 2.qui filij sint leg.vbi sic dicitur. Nos attendentes,quod ad regem pertinet non ad ecclesiam de talibus possessionibus iudicare,ne videamur iuri regis Anglorum detrahere,qui iudicium ipsarum ad se asserit pertinere,fraternitati vestræ mandamus quatenus regi possessionum iudicium relinquentes de causa principali plenius cognoscatis,si hoc dicitur de rege Angliæ qui Romanæ ecclesiæ feudalis est,& censualis:ergo multo magis de rege Francię verum erit,qui in nullo prædictorum pœnitus est subiectus, vt dicit ibi gl.in verbo ad regem.ꝙ iurisdictio temporalis, & spiritualis est distincta,& diuisa:ergo papa non habet vtranq; iurisdictionem.

Vigesimo,& vltimo facit pro hac opinione text. magis ad literam in capitu.per venerabilem titulo proxime allega.vbi28 dicitur quod †rex Frãcorum in temporalibus superiorem minime recognoscit & tex. ille non indiget aliqua suppletione, & si dicatur prout dicit ibi glo.ꝙ verum est de facto, sed non de iure,quia de iure debet recognoscere superiorem, s.imperatorem,c.venerabilem de ele. respondeo illud factum versũ29 est in consuetudinem †quæ dat iurisdictionem secundum Innocentium in prælallegato.ca.nouit.in versi.no.consuetudinẽ dare iurisdictionem,& consuetudo parificatur iuri,& priuilegio.c.conquęstus.in verbo prisca cõsuetudo.9.q.3. & maxime *ista quia est approbata & hactenus pacifice obseruata nec a papa,nec ab imperatore impugnata:imo iuramẽto & pactionibus fœderata & ex temporibus longissimis iam præscripta:* patet ergo ex prædictis regem Franciæ in temporalibus non debere subesse papæ,& sic haberis vtranque opinionem iuribus rationibus,& authoritatibus firmatam videamus: ergo quæ istarum sit magis verior,& communis, & potius amplectenda.

Breuiter opinio negatiua videtur verior & communis,scilicet quod rex Francorum in temporalibus non subijcitur papæ nisi in certis casibus,in quibus potestas temporalis est subiecta spirituali,& ideo vt habeatis veram demonstrationem huius articuli:20 †præmittite,ꝙ quædam sunt causæ mere spirituales,quædam mere temporales,quædam mixtæ:causæ vero mere spirituales,sunt causę matrimoniales,de quibus loquit̃ tex. in c.causam.de offi.dele.item causæ decimarum,simoniæ,hæresis.cap.ad abolendam.de hæretic.ca.vergentis c. excommunicamus.eodem titu.item causa diuortij,seu separationis matrimonij quantum ad thorum propter adulterium. Item crimen pacis fractæ,& periurij sacrilegij,& vsurarum.istę directę pertinent ad iudicium ecclesiæ, & multæ aliæ de quibus facit mentionem Innocen.in d.c.nouit.nec quoquomodo debet se intromittere iudex temporalis.

Causæ mere temporales,sunt causæ feudales, & sanguinis istas Deus commisit immediate,& principaliter imperatoribus,& regibus,de quibus nec papa,nec cæteri prælati debent se intromittere,d.c.solitæ.vbi dicit papa. Non negamus quin Imperator præcellat in temporalibus.ergo etiam & Rex Frãciæ,qui in regno suo dicitur imperator.secundo facit tex. in d.c.nouit.vbi Papa sic loquitur.Non putet aliquis quod iurisdictionem illustris Regis Franciæ perturbare, aut minuere intẽdamus.3.facit tex in prçal.c.causam.vbi papa dicit ad regem, & non ad papam pertinet de talibus possessionibus iudicare; 4.facit tex.in c.verum.de fo.comp.per quem tex. dicit ibi Inn. ꝙ quilibet dominus quantuncunque villicus,vel rusticus supra rebus feudalib.habet iurisdictionem.

Causæ mixtæ sunt temporales,quæ habent quandam connexitatem cum spiritualibus sicut est causa feudalis,quæ de se est temporalis potest tamen habere connexionem cum spirituali propter iuramentum,vel pactum:quia isto casu ratione connexitatis papa posset cognoscere sicut patet de dissensione mota inter reges Franciæ,& Anglię de commitatu Pictauensi,papa qui directe nõ poterat cognoscere de causa feudali indirecte tamen propter iuramentum, vel pactum potuit se de illa intromittere.idem dicatis de causa dotis, quæ per se est tẽporalis,& ad secularem iudicem pertinet si de ipsa tãtum agatur,tñ qñ iudex ecclesiasticus principaliter cognoscit de matrimonio si incidat causa dotis tãquam accessoria cognoscet de illa,sicut de principali,cui est annexa,vt no.in c. de prudentia.de dona.inter vir.& vxo.& in c.per tuas.& c.ex tenore. q̃ filij sint leg.vbi habetur ꝙ iudex ecclesiasticus de hæreditate,licet sit temporalis non possit cognoscere tamen ratione incidentiæ poterit. Apparet ergo euidenter, quod directe in temporalibus Rex Franciæ non subijcitur papę nisi ratione accessorij, & connexitatis. Connexa enim eodem iure censenda sunt.

Secundo pręmittatis †quod istę duę iurisdictiones,scilicet tẽ21 poralis,& spiritualis immediate a Deo institutæ sunt de spirituali,quam Christus Apostolo tradidit,habetur Matthęi. 16, dum dixit tu es Petrus &c.de imperiali, seu temporali iurisdictione habetur in Authen.de instrumentorum cautela.collatio.6.circa principium in versiculo, quia igitur imperium de cœlo Deus constituit.& probatur etiam prouerbiorum.8.ca. in quo dicitur per me Reges regnant,& legum conditores iusta decernunt:per me principes imperant, & potentes decernunt iustitiam:& idem habetur Danielis.4.c.in quo dicit̃ trãsfert regna Deus atque cõstituit,& nulla est potestas nisi a Deo vt dicit Paulus ad Romanos. 13. ista duo principaliter regunt mundum scilicet authoritas sacra Pontificum, & regalis potestas,c.duo.96.dist.& in auth.quomodo oporteat.Epis. colla.1. circa principium.nec ob.si dicatur ꝙ imo a populo Romano videtur esse imperium,vt habetur Institu.de iure naturali gentium.quia respondetur,quod dispositione Dei factum fuit, sine quo factum est nihil restat ergo, quod vtraque potestas a Deo instituta fuit.

Tertio pręmittatis,quod prędictę iurisdictiones temporalis & spiritualis ad inuicem sunt distinctę,& separatę patet: quia homo constat ex duobus scilicet corpore,& anima, & vita dicitur duplex,scilicet corporalis,& spiritualis propter corporalem vitam conseruandam homo temporalibus indignet propter spiritualem spiritualibus.Imperatores, & reges potestatẽ habent super corpora,& res corporales ad vitam corpoream pertinentes:possunt enim, & debent corporali pœna punire reos,& legum imperialium transgressores:habent etiam rem publicam ordinare populos sibi subiectos in pacis tranquilitate seruare:defendere patriam:aduersarios debellare.Pontifices autem habent iurisdictionẽ spiritualem quę ad regimẽ, & salutem pertinet animarum.

Ex prędictis remanet verificata conclusio,quod Rex Francorum in temporalibus non subiicitur papę quam vltra prędicta pluribus iuribus,& authoritatibus confirmo.Primo ad-22 duco illud quod habetur Lucę.12.c.†in quo dicitur Domine ecce duo gladij hic:at ille dicit eis satis est:naturali gladio vtũtur principes sicut dicit Apostolus ad Romanos.13.Princeps, non sine causa gladium portat:Dei enim minister est, & vindex in iram ei,qui malum facit:de spirituali gladio dicit idem Apostolus ad Ephesios.6.dum dicit galeam salutis assumite, & gladium Spiritus qđ est verbum Dei:gladio spirituali vtebãtur Apostoli materiali vero nunq̃ legitur ꝙ vsi fuerint, nisi dicatur,ꝙ imminente passione Domini Petrus cum haberet gladium exemit,& vnius auriculam amputauit: sed de hoc a Christo fuit reprehensus ad demonstrandum ꝙ Christus nolebat quod eius vicarius,vteretur iurisdictione temporali, quia non legitur duos gladios absolute fuisse.Petro,sed vnus tantũ sicut ei dixit Dominus conuerte gladium in vaginam: Petrus autem est reprehensus non quia euaginandus nõ esset ab eo: sed quia euaginauit non.modo,& tempore congruo quãdo necessitas immineret ad demonstrandum,quod iudex ecclesiasticus non debet vti temporali gladio, nisi cum magna deliberatione,& necessitate.

Apparet ergo,quod hæ potestates sunt adinuicem separatę & distinctę,nec debent se mutuo perturbare: quia sicut Rex non debet se de spiritualibus intromittere,sic etiam nec Papa de temporalibus nisi in casibus supra specificatis, pro quibus facit tex.in c.cum ad verum.96.dist.vbi habetur,ꝙ imperator non debet arripere iura pontificatus,nec pontifex nomen Imperatoris vsurpare,quasi dicat quicquid disputãdo, vel litigando dicatur: tamen cum ad veritatem diffiniendam ventum fuerit debẽt duę potestates remanere distinctę sicut diuinitus sunt institutę,si ergo istę duę iurisdictiones sint distinctę in diuersis personis: ergo non est verum quod Rex Francię subiicitur papę ad quem nulla est actualis Authoritas temporalis.

Secundo probatur quia Christus in institutione spiritualis

po-

po teſtetis nulli commiſit, vel potius permiſit dominium terrenorum, vt habetur Matt. 16. vbi Chriſtus vicarium ſuum inſtituit, S. Petrum, & eius ſucceſſores dum dixit Tu es Petrus, & ſuper hanc petram ædificabo eccleſiam meam, & portæ inferi non præualebunt aduerſus eam, & tibi dabo claues regni cœlorum: non dixit, & dominium terrenorum reuoluite cuncta ſcripturæ ſacræ volumina nunquam inuenietis Apoſtolos ſediſſe, vt de temporalibus iudicarent nec petijſſent, vt reges, & principes eis in temporalibus ſubijcerētur, aut de his huiuſmodi reſpondere deberent.

Tertio facit. quia non maiorem poteſtatem exercere debet papa, qui vices Chriſti gerit, quam Chriſtus exercuerit, nec reperiē ſcriptum quod Chriſtus hac poteſtate temporali, vti voluerit, imo ſibi oblatam refugerit exemplo ſuo euidenter oſtēdit talem poteſtatem vicarium ſuum debere refugere, & non ambire, nec ſibi imperatoriam maieſtatem, aut regiam dignitatem vendicare. ecce Dominus noſter Ieſus Chriſtus rex regum, & dominus dominorum regale præfugit dominium, & facinoroſum faſtidium recuſauit, qua ratione, & authoritate papa eius vicarius vendicabit ſibi culmen, vel nomen regiæ dignitatis? Aſſumptum probatur eo, quia in paſſione ſua īterrogatus ſpecialiter a Pilato ſi rex eſſet: ſed tamen vt patenter oſtenderet in articulo mortis, quod nolebat quod eccleſia vteretur tali poteſtate: reſpondit regnum meum non eſt de hoc mundo. quæ verba denotant papam non habere iuriſdictionem, & poteſtatem temporalem.

Quarto probatur, quia nō maiorem iuriſdictionem, & authoritatem habere debet ſucceſſor Petri quam habuerit ipſe Petrus primus Chriſti vicarius: ſed Chriſtus tam Petro, quam cæteris Apoſtolis poteſtatem, dominium, & iuriſdictionem tēporalem interdixit imo eis extremam paupertatem inducit dicens nolite poſſidere aurum, & argentum, propter quod ipſi Apoſtoli volentes inuiolabiliter obſeruare præcepta Chriſti gloriabantur de extrema paupertate quantum cupidi, & ambitioſi ſolent gloriari de opulentia terrenorum. vnde beatus Petrus letanter dicebat argentum, & aurum non eſt mihi. Videtis igitur quomodo Chriſtus præcepit Apoſtolis, vt tantum de ſpiritualibus, & non de terrenis ſe intromitterēt: ſciebat. n. ꝙ temporalia perturbant animum, diſtrahunt intellectum, & mentem demergunt ad inferiora, nec poteſt quis intēdere ſpiritualibus, qui ſe implicat ſecularibus. d. ca. cum ad verum. 96. diſt. vnde dicit Apoſtolus Nemo Deo militans implicat ſe ſecularibus negotijs. & dicit beatus Ambroſius, qui terrenis occupātur, ſcire diuina non poſſunt eo, quia terrena diſtrahunt animum, & a cœleſtium contemplatione perturbant, & ſic non oportet animum papæ ad regimen temporalium incuruari. Ex quibus patet quod ſucceſſoribus beati Petri nō eſt cōceſſum dominium terrenorum, nec temporalis iuriſdictio.

Quinto fortius probatur quoniam Rex Franciæ non ab homine ſed a ſolo Deo immediate tenet regnū ſuum, l. Deo nobis, C. de epiſcop. & cleri. & poſſidet non autem tenet a papa, nec inquantum ab homine, nec inquantum a vicario Chriſti quia Rex Franciæ neminem recognoſcit ſuperiorem, vt in p̄allegato capitulo per venerabilem. qui text. loquitur reſpectu temporalium, & ſi dicatur hoc eſt verum de facto, ſed non de iure: quia reſpondetur quod hoc fieri non debet ea ratione, quia Franci nulli vnquam fuerūt ſubiecti, nec imperatori, nec alijs quod probatur ex antiqs hyſtorijs: nam poſt euerſionem Troiæ duodecim millia Troianorum ad partes Pannonię peruenerunt vbi ciuitatem Sicambriam conſtruentes permanſerunt ibi vſque ad tempora Valētiani imperatoris, ſemper Romano imperio infeſti pro eo, quod tributa Romanis ſoluere recuſarent expulſi fuerunt a dicto Valentiano iuxta morem aliarum nationum habitauerunt iuxta regnum in confinio Germaniæ, & Allamaniæ, quos cum multis prælijs poſt idem Valentianus tentaſſet ſibi ſubiugare: nec aliquatenus potuiſſet, appellauit eos Francos. i. fortes, & feroces. vt declarat gl. in
23 pragmatic. ſanctione in verbo Romanorum, † & Galliam habitantes eamque Franciam appellantes, nec Romanus, nec alijs quibuſcunque voluerunt eſſe ſubiecti, & dato, quod papæ vel Imperatori aliquando fuerint ſubiecti, hoc nō affirmamus, tamen ex tanto tempore præſcripſerunt & pacifice regnum poſſederunt: ita quod amplius non tenentur alicui re-
24 ſpondere, † quia etiam contra Romanam eccleſiam currit prę ſcriptio centenaria. c. ad audientiam. in verſiculo contra Romanam eccleſiam non niſi centenaria currit præſcriptio. ext. de præſcrip. & ꝙ rex Franciæ a ſolo Deo & non a papa teneat regnum ſuum: hoc demonſtratur tribus rationibus: prima eſt ſacra vnctio diuinitus miſſa: qua reges Francię ſemper oportunis tempor: b. vnguntur: ſecunda hoc demonſtrant notoria & manifeſta miracula, quæ dietim per reges Franciæ in toto Regno clareſcunt: quoniam ſicut in adeptione regni filius iure hæreditario ſuccedit patri, ſic etiam quaſi iure hæreditario alter alteri in ſimili poteſtate faciendi miracula ſuccedit: 3. ratio hoc idem ꝓbat bonitas vitæ, claritas famæ, denotionis feruor, ſinceritas fidei Chriſtianæ, quæ ſemper in regibus, & in regno Franciæ præcęteris regnis, & regibus viguit. Ex prædictis remanet firmata concluſio quod in temporalib. rex Francię habet omnimodam iuriſdictionem, quā nec a papa, nec a quoquā alio recognoſcere debet.

Nec obſtant ea, quæ pro patre contraria adducūtur, primo non obſtat, quod Chriſtus fuerit vſus vtraque poteſtate eijciētes de templo ementes, & vendentes: quia reſpondetur dupliciter: primo quod ideo hoc fecit vt ipſo facto oſtenderet, quod vtraque poteſtas ab eodem fonte proceſſerat. vel ſecundo aliter reſpondetur, quod Chriſtus quandiu fuit viator iuriſdictionem temporalem nunquam exercuit, ſed ibi magis officium ſacerdotale voluit exercere, quam temporalem iuriſdictionē:
25 nam illa † eiectio ementium, & vendentium de templo magis fuit actus ſacerdotalis quam regalis & ſic fuit officium illius cuius eſt templum mundare, ſpurcitias eijcere, mercationes & negociationes terrenas prſus ab eo expellere, vt patet ex verb. Chriſti dicentis Auferte iſta hinc, & nolite facere domum patris mei domum negociationis.

Non obſtat etiam quod dictum eſt de donatione facta eccleſiæ Romanæ per Conſtantinum: quia reſpondetur, quod non valuit: quia fuit nimis exceſſiua, & immenſa pluribus rationibus, prima quia ſi valeret non diceretur imperator ſemp Auguſtus, quia eius propoſitum eſſe debet ſemper augere imperium & non minuere: ſecunda ratio, quia imperator eſt adminiſtrator imperij, & reipublicę, & adminiſtratoribus de iure interdicta eſt alienatio niſi ex magna & graui cauſa: tertia quia Conſtantinus non potuit præiudicare ſucceſſoribus qn reuocare poſſint, quia par in parem non habuit imperium, 4. ratio, quia eadem ratione qua Conſtantinus potuiſſet dare vnam partem ſucceſſores poſſent dare aliam, & ſic detruncaretur imperium, vel aliter ſecundum legiſtas reſponderi pōt, quod dicta donatio valuit tamen eccleſia non fuit in poſſeſſione niſi illius terræ portionis quæ dicitur patrimonium beati Petri. præterea donatio illa non potuit valere quantum ad illos, qui non erant ſubiecti imperio, quia non potuit dare ꝙ ſuum non erat: Franci autem non erant ſubiecti imperatori propter præſcriptionem longiſſimi temporis, quæ currit contra imperatorem & papam, vt ſuperius declaratum extitit.

Similiter non obſtat quod Zacharias papa depoſuerit Childericum regem Franciæ, quia reſpondetur quod nunquam legitur, quod actualiter eum depoſuerit, ſed tantum deponendū conſuluit, vt dicit gloſſ. in d. c. alius in verbo depoſuit. 15. q. 6. interrogatus enim fuit papa Zacharias quis potius regnare deberet, vel ille, qui agebat regni negotia, vel ille, qui nō agebat reſpondit quod primus quo facto Rex Childericus depoſitus a Baronibus Pipinus ordinatus, & inunctus fuit in regem: vel
26 alii dicunt † quod Rex Childericus non fuit depoſitus, ſed ſpōte ingreſſus monaſterium vitam monachicam aſſumpſit. Barones autem regni ſuper electione Pipini dubitantes an eis licitum eſſet hoc facere conſuluerunt Zachariam papam, ꝙ ita conſuluit faciendum licet ſine conſilio papæ Barones regni hoc facere potuiſſent, vt infra dicam.

Nec obſtat illa extrauagans Bonifacij octaui cuius caput exorditur vnam ſanctam. quæ dicit quod in ſummo pontifice eſt vterque gladius, ſ. ſpiritualis & temporalis nō ſolum in habitu verum etiam in actu potentia erat apud ſummum pōtificem non ſolum contra Regem Franciæ, vt patet in Childerico filio Dagoberti depoſito verum etiam contra imperato-
28 rem, vt patet † in Federico imperatore qui a Bonifacio octauo
29 fuit depoſitus. c. Apoſtolicæ de ſen. & re iud. † Item de Clemente quinto, qui Henricum imperatorem excommunicauit clementina paſto. eodem ti.

Ambroſius Epiſcopus tantum Theodoſium imperatorem excommunicauit: item ab eo Conſtantinus Imperator fuit depoſitus & in Carolum Magnum regem Franciæ fuit tranſlatum imperium ergo videbatur, quod papa in regem Franciæ haberet iuriſdictionem. quia dicta extrauagans vnam ſanctā. nullum adſtringit.

Ad dictam extrauagantem. vnam ſanctam. reſpondetur, ꝙ illa extrauagans fuit reuocata per Clementem quintum per quam declarauit quod reges Franciæ non cenſeantur magis adſtricti & obligati quam erant ante dictam extrauagantem, vnam ſanctam. vel aliter reſpondetur, quod illa procedit in materia peccati, ſeu reſpectu ſpiritualium, & non reſpectu tēporalium. vnde in eis contra omnes etiam reges habet iuriſdictionem, & alia iura ſuperius allegata loquuntur in materia peccati, in Reges & Imperatores papæ ſubiiciuntur.

Ad hoc quod dicebatur quod Zacharias papa depoſuit regem Franciæ aliter reſpondet igneus repetit.

Papienſi videlicet, quod Childericus filius Dagoberti Franciæ male verſabatur in adminiſtratione regni tanquam effeminatus, propterea populus petiit a Zacharia papa vt Childe-

ricus

Digitized by Google

ricus deponeretur & daretur ei Pipinus ne prudentia ipsius stultitia alterius absorberetur.ideo Zacharias populo petenti Pipinum consensit,vt populo satisfaceret. per hoc tamen nō potest dici de iure fuisse processum sed magis ad nutum populi contra legem decurionum,C.de pœn.in qua dicitur † ꝙ ad clamorem populi præses non debet illicita perpetrare, sed Zacharias magis debebat adhærere legibus quam clamori populi nec obstant alia in contrarium allegata quibus faciliter posset responderi,quæ tamen breuitatis causa obmitto ex quibus pater pontifices in reges Franciæ non habere iurisdictionem temporalem.

Ne vllum qualecunque inferant impedimentum quocunque quæsito prælatis.

SVMMARIVM.

1 *Turbantes iurisdictionem ecclesiasticam per se vel par alios directe vel ꝑ obliquum & dantes consilium,auxilium,& fauorem ipso iure sunt excommunicati.*

Iste tex.facit contra Balliuos, Castellanos.

1 †potestates seculares, ac cœteros iurisdictionem temporalē obtinentes,qui aut consilio auxilio,consensu,iuuamine,atq; fauore iurisdictionem spiritualem satagunt perturbare & extirpare,qui etiam monitione non præmissa incurrunt sententiam maioris excommunicationis velut sacrilegi.cap.conquestus in versic.tanquam sacrilegi sunt Anathematizati de for. competen.& cap.seculares iudices.in verbo censura ecclesiastica,eodem titu.lib.6.vnde valeret statutum factum per Episcopum quod turbantes iurisdictionem ecclesiasticam sint excōmunicati.& istud sequitur Henricus de Bottis in tractatu synodali in 3.parte circa medium primi articuli ex quibus patet, quod qui turbant vel impediunt ecclesiasticā iurisdictionem per se vel per alios directo vel ꝑ obliquum & ꝙ ad illud dant consilium auxilium vel fauorem eo ipso sunt excommunicati.ca.penultimo & c.fin.de immunitate ecclesiarum libr. 6.& poterit iudex illum punire qui suam iurisdictionē turbat Speculator.in titulo de officio omnium iudicum in §.deseruit in fin. & Guido papę sing.600.63.inc.iudex.

Quirationem officij sui aduersus subditos suos pro huiusmodi concubinatu,& alijs casibus sibi a iure permissis procedant.

SVMMARIVM.

1 *Præsidis officium est purgare prouinciam malis hominibus. & ad regem spectat adulteria punire.*
2 *Superiori egredienti officium, & eius potestatem non est obediendum.*
3 *Præcepto superioris quod sit extra iudicium si non spectat ad eius officiū non tenetur quis parere.*
4 *Subditus nullo modo tenetur obedire superioris præcepto contra suam conscientiam.*

1 Quoniam †sicut ad officium præsidis spectat prouinciam purgare malis hominibus & ad regem adulteria punire,& impios de terra perdere.cap.rex debet.23.q.5.sic etiā ad officium Episcopi pertinet omni studio mulieres luxuriose viuentes a consortio sacrorum clericorum expellere, & in
2 isto casu,& alijs iure permissis subditi tenentur Episcopo obedire †secus si superior procedendo contra clericos officium & eius potestatem egrederentur,quo casu non esset de casibus a iure permissis merito ei non esset obediendum, vt est glos.in regula non videtur,§.qui iussu,ff.de regul.iuris.& Innocen.in
3 cap.ad aures.de tempo.ord. vbi dicit†quod præcepto superioris ꝙ sit extra iudicium si non spectat ad eius officium non tenetur qs parere.ꝙ dictum sequitur Dns Dec.in consi.72.incip. viso puncto in 1.vol.vbi allegat And.de Bu.in d.c.ad aures. di-
4 centem†ꝙ subditus nullo modo tenetur obedire superioris ꝑcepto contra conscientiam:quia non esset de casibus a iure ꝑmissis.

Et cum omne fornicationis crimen lege diuina prohibitum sit.

SVMMARIVM.

1 *Fornicari nulli impune conceditur.*
2 *Concubinatus an lege naturali sit prohibitus.*
3 *Fornicatio simplex lege positiua non erat prohibita.*
4 *Ius naturale accipitur in triplici differentia.*
5 *Concubinatus absolute iure canonico est improbatus.*
6 *Sacerdos non potest absoluere concubinarium si a se non eiiciat concubinā, quia non videtur contritus.*
7 *Concubinatus per legem assumpsit nomen.*
8 *Iure naturali primæuo omnes nascebantur liberi.*
9 *Concubinatus iure positiuo non est expreße reprobatus.*

Qua lege nunquam fornicari, vt dicit Apostolus ad Corinthi. Primo ca.6.Fugite fornicationem: & idem ad Ephesios quinto. Fornicatio non nominetur in vobis,sicut decet viros sanctos. Et in pluribus alijs locis sacræ scripturæ, vt late dictum fuit supra in versiculo,& alios non publicos concubinarios.Hinc
1 est†quod fornicari nulli impune conceditur.cap.fornicari.88. dist.& in c.nubendi.in fi.27.quæst.1.quoniam fornicatio videtur fuisse præcipua causa,propter quam dominus diluuio deleuerit mundum,vt habetur Genesis.6.ca.omnis quippe caro corruperat vitam suam.legitur etiam iudic. decimonono ca. cum sequenti quod occasione vxoris Leuitæ a viris Belial in Gabaa Beniamin īcredibili libidinis furore vexāte occisi sunt plusquam sexaginta quinque milia hominum. & idem Genesis. 18. quod vitium luxuriæ pessimum adeo infecerat Sodomam,& Gomoram vt clamor ierit ad dominum, & decem iusti in eis non sunt inuenti qui etiā Angeli, qui missi fuerāt, vt probarent an clamorem operæ compleuissent ad stuprum violenter impetebantur,vnde merito igne, & sulphure ciuitates illæ consumptæ sunt,vt habetur etiam de feditate huius fornicationis secundi Machabeorum.ca.6.quod tempore Antiochi templum luxuria,& gentium commessationibus erat plenum,& scortantium cum meretricibus sacratisque ædibus mulieres vltro se ingerebant,breuiter dicamus prout dicitur Matth.6.c.spiritus immundi loca immunda diligunt.patet ergo fornicationem lege diuina esse prohibitam.

Nunc de tribus videndum est,primo an de iure naturali cōcubinatus sit prohibitus.Secundo an de iure canonico.Tertio quid de iure ciuili. Circa primum videtur, ꝙ sit permissus in specto iure naturali quo concubinatus nō erat prohibitus ex eo:quia illo iure omnes nascebantur legitimi.§.liceat.in vers. filij mox,vt procedebant fiebant legitimi.in authenti.quibus mod.nat.effi.leg.colla.6.nec etiam talis concubinatus iure ciuili erat improbatus,vt concludit Bar.per glo.in l. in concubinatu.ff.de concub.& Canonistæ in c.lator. qui filij sint legi.& in c.cum sit.de for.com.ꝙ idem tenuit Bal.in auth.licet, C.de na t.lib.& ista videtur esse communis opinio ſm quosdam.in
2 d.§.si quis rogatus.†ergo multominus videt improbatus l.naturali:quia non videtur esse contra legem naturę, vt patet ex duobus primo per tex.in c.quod autem. 32.q.4.vbi dicitur ꝙ Abraam,& Iacob propter vxoris sterilitatem ingressi sunt ad ancillas,& in hoc non creduntur aliquid egisse contra legem naturæ,ergo satis clare videtur quod concubinatus iure naturali sit permissus.secundo patet:quia ius positiuum profectum
3 est a naturali lege:†sed fornicatio simplex a lege positiua nō erat prohibita:imo potius in pœnam secundum antiquas leges mulieres lupanaribus tradendę condemnabantur,ergo videbatur quod concubinatus lege naturali non erat prohibitus.

Alij autem fuerunt in contraria opinione dicentes quod imo videtur esse contra legem naturæ,primo patet:quia liberi ex concubinatu nascuntur secundum omnes leges vituperabiles reputantur,vt dictum fuit supra de spuriis:sed si iure ciuili concubinatus esset permissus liberi descendentes ex illo tales non reputarentur:ergo est contra legem uaturæ.Secundo patet ꝙ matrimonium est naturale:sed hoc non esset sine prę iudicio legis naturæ posset.n.homo cōiungi mulieri prēter matrimonium,ergo restat quod habere concubinam est contra legem naturæ.

Breuiter super isto articulo beatus Thomas, & beatus Bonauentura,quos refert & sequitur de Turre Cremata in dicto cap.quod autem.dicunt quod Theologi accipiunt ius naturale in triplici qualitate†primo ius naturale dicitur quod in le-
4 ge,& in euangelio continetur,& ista diffinitio iuris naturalis ponitur in principio decreti in j.dis.ergo ſm illud ius naturale primæuum habere concubinam erat contra legem,& euāgelium in quibus dī non Mechaberis sub illo præcepto omnis coitus excepto matrimoniali erat ꝓhibitus in lege, vt habetur Exodi.20.c.& Matth.v.secundum dicitur esse ius naturale ꝙ vocatur proprium:& proprie dī ꝙ est commune omniū nationum,& isto modo accipiendo concubinatus iure naturali est prohibitus:quia illud dicitur esse ɔ legē ꝙ debito fini nō est conueniens:quia finis,ad quem natura tendit ex cōcubitu, est proles,& liberorum educatio:qui igitur aliter vtitur cōcubitu

bitu contra finem a natura intentum videtur facere contra naturam: sed ille, qui habet concubinam non quærit nisi libidinem, & delectationem in coitu quod secus est in cõiunctione matrimonij, quod nomẽ accepit a bono prolis ex quo matrimonium dicitur indiuidua, seu inseparabilis cõiunctio: sed in fornicatione fornicans peracta libidine quærit fugam, & veruncundatur ex tali coitu se habere prolem & si haberet illam non vult educare imo quandoque negat esse suam: ergo clare apparet, ꝙ quando ius naturale proprie accipitur concubinatus illo iure erat prohibitus.

Tertio ius naturale accipitur, proprijssime, & dicitur illud quod natura docuit oĩa animalia, & isto modo accipiẽdo iuiure naturali prohibitum non erat habere concubinam, put apparet de multis brutis animalibus.

Circa secundum dubium an concubinatus de iure canonico videatur improbatus videtur quod non, pro quo adduco vobis duos tex. in c. is, qui non habet vxorem. 34. dist. vbi dicit ꝙ qui non habet vxorem loco illius concubinam habere potest, vt patet in versicu. aut concubinæ sit coniunctione contẽtus. secundo facit tex. in Christiano. eadem dist. vbi dr ꝙ nõ est licitum habere duas concubinas: sed vna tãtum debet esse cõtentus vt patet in versiculo, nisi vnam tantum vxorem, aut loco vxoris concubinam: ergo illa duo iura sunt satis aperta, ꝙ concubinatus de iure canonico est permissus: imo etiã ex certis causis clericus non potest cogi ad dimittendum concubinã si propter dimissionem clericus concubinarius efficeretur deterior: quia isto casu Episcopus tolerando ad tempus non incurrit peccatum, & hoc dictum tradit Panor. in cap. vt clericorum. de vita, & honest. cle. quoniam ꝙfiq; sustinetur minus, vt maius euitetur. c. duo mala. 13. di. patet ergo ꝙ iure canonico concubinatus est permissus.

5 Contrariam opinionem de iure credo veriorem † ꝙ imo absolute de iure canonico concubinatus est improbatus etiã non habenti vxorem. cap. nemo sibi blandiatur. & in ca. dicat aliquis vxorem non habeo. 32. quæst. 4. & in capit. concubinæ. 32. q. 2. & in cap. si concubinæ. de sententia excommunicationis. & notat glos. in l. in libero, ff. de ritu nuptiarum. & Doctores in dicta auth. licet. quod dictum refert Augustinus in capi. audite charissimi. in versiculo concubinas vobis habere non licet etiam si non habetis vxores. 34. distinct. imo a consortio cleri repelli debet qui aliam præter vxorem cognouit. capi. si quis de laycis ea. distin. vnde sacerdos dando pœnitentiam in confessione non potest permittere retinere cõcubinam, quod dictum extollit Iason. in l. ex ea parte. in §. mulier, ff. de verbo. obliga. per glo. in §. si quis futurus Diaconus. in verbo acceperit. in Authen. de Sanctis Epis. col. 9. † imo fortius dico, ꝙ sacerdos non potest absoluere cõcubinarium si a se non eijciat cõcubinam, qñ est periculum recidiuationis, quia ex quo habet adhuc intentionem illam retinendi non videtur contritus. c. legatur. 24. q. 2. quia vera pœnitentia non est sine excussione causæ peccandi. satisfactio. de pœniten. dist. 3. maxime propter scandalum quod posset oriri in populo, & istam opinionem sequitur Bar. in d. l. in concubinatu, vbi concludit quod de iure canonico concubinatus est illicitus, quod est verum secundũ eum quantum ad pœnam spiritualem: sed non quantum ad pœnam temporalem alias nati ex concubina per sequẽs matrimonium non legitimarentur, & refert Richardum Malumbra hoc tenuisse, ius enim canonicum magis reprobat concubinatum, quam simplicem fornicationem, vt notat Panormitanus in capi. tanta. qui filij sint legiti. maxime quãdo esset publicus: quia illo iure omnibus clericis est interdictus, & in tantum ius canonicum prohibet concubinatum, vt nõ liceat alicui tenere concubinam, etiam si vxorem habeat leprosam, & si fecerit contrarium a suo superiore potest excommunicari cap. primo de coniugio leprosorum ex quibus remanet opin. firmata, quod de iure canonico concubinatus omnino est dãnatus.

Circa vltimum, an concubinatus sit a iure ciuili permissus, vel prohibitus, quidam fuerunt in illa opinione, quod illo iure est reprobatus: & hoc tenet Panormi. in ca. cum venissent. in fine de institutio. vbi dicit, quod concubinatus non solum lege canonica verum etiam ciuili est reprobatus: & pro peccato mortali est damnatus per tex. qui ad hoc pro sing. allegatur in cap. 1. de filijs natis ex matrimonio ad Morganaticam contracto. in vsib. feudo. vbi dicitur, ꝙ quidam post mortem cõiugis continere non valens aliã duxit qui nolens existere in peccato eam desponsauit: ergo tex. ille bene probat ꝙ cognoscere mulierem carnaliter añ desponsationem etiam de iure ciuili erat peccatum mortale: ideo illo iure concubinatus videt reprobatus, & istam opinionem sequitur Ioan. Fab. insti. si quadrup. pauper. feciss. dicatur pro qua adducit rationem naturalem: quia ex quo concubinatus inducit peccatum mortale est damnatus de iure canonico, ergo etiam debet damnari de iure canonico, ergo etiam debet damnari de iure ciuili: nã vbi agitur de peccato, traditur regula, quod sacræ leges non dedignantur imitari sacros canones, vt in Authen. vt clerici apud proprios Episcopos circa finem coll. 6. & pluribus alijs iuribus & rationibus persuaderi potest concubinatum a lege ciuili esse improbatum.

Alii autem fuerunt in contraria opinione, quod imo concubinatus a iure ciuili est tolerandus, & ista opinio potest suaderi ratione: quia concubinatus, vt dicit Albericus de Rosat. 7 proprie non est luxuria † eo, quia per legem nomen assumpsit d. l. in concubinatu. quasi dicat per leges est concessus & licitus per quas etiam remanet impunitus, vt patet in versic. extra pœnam legis est. licet dicit ibi gloss. sit secus secundum Canones & diuinas scripturas, quibus omnis coitus (excepto matrimoniali) erat prohibitus c. fornicari octuagesima octaua dist. istam opinionem secutus fuit Paulus de Castro in dict. l. si qua illustris. vbi concludit quod coitus concubinarius iure ciuili non est prohibitus, & liberi qui nascuntur ex illo coitu non sunt spurii absolute: sed dicuntur naturales tantum ideo equaliter matri cum aliis liberis succedunt quod non facerent, si ille coitus esse a iure ciuili improbatus: & sic habetis vtranq; opinionem iurib. & rationib. firmatam.

Videamus ergo quæ prædictarum opinionum superius tactarum sit magis vera & communis in puncto iuris.

Breuiter Richardus Malumbra, quem refert Bartolus in dicta lege in concubinatu. distinguit dicens, quod de iure natura- 8 li primæuo omnis coitus, seu coniunctio erat legitima, † & istatim cum primo quis nascebatur erat legitimus per tex. quem supra allegaui in d. c. liceat in ver. mox, vt procedebant fiebãt legitimi quibus mod. nat. ff. legit. vnde illud ius naturale primæuum non erat coarctatum aliqua ratione naturali: illo. n. iure naturali homines ad similitudinem bestiarum passim vagabãtur, nec nuptiæ legitimæ adhuc erãt cognitę, nec quisquã sibi prospexerat liberos: ideo inspecto illo iure nulla videbãt differentia inter vxorem, & concubinam: vnde postea superuenerunt leges ciuiles, hoc est, ius positiuum quod ius aliquas coniunctiones expresse approbauit: vt matrimonium l. prima versi. maris, & fœminę coniugatio, quam nos matrimonium appellamus, ff. de iure naturali gentium. & institu. eod. titu. circa prin. & illo iure positiuo incœpit esse differentia inter vxorem & concubinam, & filij nati ex tali matrimonio dicebantur legitimi.

Quædam est coniunctio, quæ expresse iure positiuo reprobatur, vt coitus adulterinus, & incestuosus: quia est accusabilis & punibilis: & tunc filij ex illo coitu non dicuntur legitimi: quia a lege sunt reprobati, nec merentur nominari filij. d. aut. ex complexu. nec poterunt legitimari per subsequens matrimonium, vt habetur in dicto capitulo tanta: & in dicta auth. licet. & plenius dixi in lectura iuris ciuilis quædam est coniunctio, qnæ a lege ciuili non est approbata, nec improbata vt est coitus concubinarius qui illo iure fuit toleratus, vt apparet in titulis. C. & ff. de concubinis. vnde iste coitus remansit in primæuo iure naturali: & ideo filij qui nascuntur ex tali coitu concubinario vocantur naturales tantum & per sequens matrimonium legitimantur ex quo talis concubinatus iure positiuo non est expresse reprobatus, vt habetur in authen. quib. mod. natu. eff. leg. & C. de natura. lib. & ista videtur esse tutior resolutio, quam perpetuo menti teneatis.

Et sub pœna peccati mortalis necessario euitandum.

SVMMARIVM.

1 *Fornicationem simplicem asserens non esse peccatum mortale debet, vt hæreticus condemnari.*
2 *Peccatum mortale in certis casibus potest esse cum coniuge.*
3 *Maritus si in loco sacro cognoscat vxorem, an locus ille indigeat reconciliatione.*
4 *Pollutio quæcunque extraordinaria est peccatum mortale.*

Quia omnis fornicatio, licet sit simplex, est peccatũ mortale, clementina ad nostram. de hæretic. nec in foro conscientiæ excusat consuetudo cap. denique quarta distinctione: quia est contra præceptum Decalogi non mœchaberis. trigesima secunda quæstio. 6. vt etiam probatur Thobiæ quarto ca. dum dicit attende tibi ab omni fornicatione præter vxorem tuam, nunquam patiaris crimen scire hæc enim dictio, crimẽ, de sui natura importat peccatum mortale, aperte probat tex. in cõdicandum vigesima secunda quæstione prima, in versi. de adulterio, & fornicatione, & de homicidio, & de cæteris criminalibus vitijs: ergo fornicatio simplex & omnis concubitus qui est præter vxorem est peccatum mortale fortificatur per dictũ

Apo-

Digitized by Google

Apostoli ad Galatas qninto dū dicit, ꝙ qui talia agunt regnū Dei non possidebunt: sed nemo excluditur a regno nisi ꝓpter peccatum mortale: ergo non videtur dubium, quin simplex
1 fornicatio dicatur peccatum mortale: imo si quis asserat † simplicem fornicationem non esse peccatum mortale debet velut hæreticus condemnari, vt in terminis decidit Aufre. in quę stione trecentesima quagrageſima septima. Sed dubitatur, an coitus coniugalis possit exerceri sine peccato? videtur, quod sic etiam veniali, & istud vrgenti ratione suaderi potest: quia nullum peccatum est in præcepto, sed actus matrimonialis est in præcepto. vt habetur in Genesi in quo dicitur crescite, & multiplicamini. & Paulus ad Corinthios septimo in quo dicitur vxori vir debitum reddit. & sic videtur quod falsa sit opinio illorum, qui dicunt ꝙ actus coniugalis non poterat exerceri sine peccato.

Hæc decisio posset limitari, vt non procedat in certis casibus secundum Summistas primo si vltra matrimonij honestatem
2 quæratur delectatio, vt quia † maritus accedit ad vxorem non ea intentione, ꝙ sit coniunx, sed accedit ad eam tāquam ad extraneam & sic vltra limites matrimonij isto casu etiam cum coniuge dicetur peccatum mortale, quia non quærit nisi explere voluptatem & delectationem veneream & hæc erat causa finalis & impulsiua. Secundo propter effusionem semi-
3 nis publice in loco sacro factam: † & ideo si maritus omnibus videntibus vxorem in loco sacro cognouerit, committit peccatum mortale, & talis locus indiget reconciliatione: licet semen non ceciderit in terram, secus si tale factum sit pœnitus occultum quo casu, nec reputatur peccatum mortale, nec requiritur reconciliatio. Tertio si modus naturalis non seruatur inter coniuges puta: quia vas debitum prætermittitur, vt si mulieris membro ad hoc non concesso maritus vti voluerit, vel si modus a natura prætermittatur puta: quia vxor iaceat in dorso & maritus supergradiatur super ventrem eius, vel quia vir nubit in fœminam, hoc est, vxor supergreditur virum, & tunc ille coitus coniugalis non excusatur a peccato mortali: quia talis modus non conuenit seminis infusioni quoad virū, nec seminis receptioni quoad mulierem: vnde videtur impedi ri prolis generatio intenta a natura. Quarto si coniunx voluptatem veneream præuenit & prouocat diuersis modis, vt manibus, vel cogitationibus, vel vtendo calidis, vel incētinis, possit pluries coire puta: quia si cum fornicationibus impudicis membra attractādo sequatur pollutio extra vas debitum
4 committitur mortale: † quia omnis pollutio extraordinaria, quæ vigilando procuratur, est peccatum mortale, vt latius de hoc supra diximus.

Monemus omnes laycos tam vxoratos, quam solutos, vt similiter a concubinatu abstineant nimis enim reprehensibilis est qui vxorem habet & ad aliam vxorem accedit.

SVMMARIVM.

1 *Dictio aliam, est repetitiua similium.*
2 *Duas habens concubinas efficitur infamis.*
3 *Duas vxores habens qua pœna debet puniri.*
4 *Duas vxores habens præsumitur de hæresi suspectus.*
5 *Iudex ecclesiasticus quomodo punit illum qui cum duabus contraxit vxoribus simul viuentibus.*
6 *Papa non potest dispensare cum rege habente vxorem sterilem, vt aliam ducat vel concubinam teneat.*

Hæc verba vltima possint dupliciter intelligi. Primo vt ille qui habet vxorem accedit ad aliam per matrimonium & hoc videtur ꝓ
1 bare iste tex. † ponderando dictionem aliam quæ de sui natu- est repetitiua similium & denotat regulariter relationem præcedentium cum eadem qualitate, vt dictum fuit supra in versi. pœnis alijs. Secūdo ista verba ad aliam vxorē accedit. possunt intelligi per adulterium tantum, & secundum primam expositionem: dubitatur q̄ pœna fuerit introducta contra illum, q̄ habet vxorem, & illa viuēte ad aliam vxorem accedit per ma
2 trimonium. † Breuiter concludite ꝙ sicut habens duas concubinas efficitur infamis sic etiam habens duas vxores gl. in §. si quis autem defunctus. in verbo si vero effusa concupiscentia quib. modis efficiun. sui & in lege eum, qui simul habuit duas habuit vxores. in verbo comitatur infamia. C. de adul. & idem dicit ibi gl. si simul habet vxorem & sponsam concordat tex. de iure canonico in c. nuper. de biga. & notat ibi glos. ꝙ simul duas vxores habere non licet, nisi ex reuelatione diuina fuerit concessum, vt dicit tex. in c. gaudemus de diuortijs: quæ decisio procedit etiam in iudæis, qui simul non possunt habere duas vxores: quia in coniunctionibus matrimonialibus tenentur seruare leges Christianorum. l. nemo iudæorum, C. de iudæis. & talis infamia, quam incurrit habens duas sponsas, vel vxores non debet remanere inulta aut impunita lege secunda. in versi. iudex eam non patietur inultam, C. de incest. & ne pha. nup. ideo tanquam infamis debet repelli a testimonio, & dignitate pro quibus facit tex. in l. j. & in l. quid ergo, ff. de his q̄ notantur infamia. & idem dicendum est in illo qui tenet vxorem, & concubinam simul cohabitando, vt concludit Bald. in l. neminem. de incestis nupt. licet secundum eum non seruetur de facto, tamen si talis infamia in iudicio proponeretur, repelleretur tanquam infamis ab accusatione publici criminis: sed Bar. in præl. l. 1. in ver. quid si quis habeat duas concubinas dicit, ꝙ non est infamis, nec per hoc debet puniri pœnis legum: sed non recedatis ab opinione Baldi. quæ procedit Maxime in publico, & notorio concubinario habente simul & publice duas concubinas ergo multofortius si simul habeat duas vxores per rationem quam tradit Iustinianus in l. fi. C. de naturalibus liberis, scilicet vt tales retrahantur ab effrenata libidine, quia vxor, & concubina parum differnnt saltem inspecto iure natusali quo iure non erat personarum dignitas, vt notat. in d. §. parui refert.

3 Alij autem dicunt † ꝙ habenti duas vxores simul hodie imponitur pœna mortis, quia committit adulterium quæ pœna adulterij est duplex. §. si item lex Iulia. Inst. de pub. iu. sed istud de iure non reperitur specificatum nisi dicamus, ꝙ pœna quæ imponitur vltra infamiam remanet in arbitrio iudicis: quia non est expresse determinata, vt patet in d. l. 2. ponderando illa verba competeus iudex eam non patietur inultam, quæ demonstrant illam esse in arbitrio iudicis: non tamen poterit ille iudex arbitrari vsque ad mortem inclusiue: quia in arbitrarijs iudex debet pœnam moderari, c. inquisitionis. in verbo moderari. de accu. sed verbum moderari significat diminutionē. c. fi. de ver. sig. ergo non imponetur pœna mortis, quia hoc nō esset moderari: Aduertite tamen quod inspectis omnibus qualitatib. & circunstantijs, ꝙ in casu in quo pœna committitur arbitrio iudicis poterit ipse infligere etiam pœnam mortis secūdum gl. in §. in summa Inst. de iniu. quam allegauit pro singu. Pano. in c. cum T. de re iudic. & Bald. in c. 1. §. iniuria. in titulo de pace tenenda. & iur. fir. & Ioannes de Anan. in c. inquisitionis. de accusa. sic etiam iudex ecclesiasticus poterit consideratis, & attentis prædictis qualitatibus ex arbitrio procedere ad pœnam depositionis, & carceris perpetui, quæ morti æquiparatur, vt supra dixi, & præpositus in c. 2. de spon. duo. refert Anto. de Bu. dicentem ꝙ iudex attenta qualitate personarum poterit arbitrando punire pœna mortis illum qui viuente. j. vxore contrahit cum. 2. puta si ignobilis vxorem habens contra-
4 hit cum. 2. & illudit illam. prædictis addite † ꝙ si quis habens vxorem accedat ad aliam ꝓ matrimonium præsumitur de hæresi ꝯ eum intantum, ꝙ inquisitor fidei poterit contra talem inquirere, quid sentiat de sacramento matrimonij, & si non sit pertinax non debet puniri pœna mortis: sed alia pœna moderata, vt supra dictum fuit ꝙ est verum maxime quando talis binas nuptias clam contraxisset quo casu præsumitur de hæresi suspectus: secus si palam hoc fecerit, & notate ꝙ sacerdos faciens vel interessens clandestinis nuptijs in casu, & gradu prohibito suspendit ab officio per trienniū, c. fi. de clandest. despō sa. qua autem pœna hac tempestate castigandus sit qui contrahit cum duabus mulieribus videte Iac. de Belloui. in pra. iudiciarij titulo. de Lenonibus-de iure ciuili capienti duas vxores, vel duos viros imponitur pœna capitis, vt in specie tradit Lud. de Roma. in singul. quingentesimotrigesimo primo incipiente tu scis. qui allegat tex. in prælegata. l. eum, qui duas simul habuit uxores.

Vos autem subtiliter aduertite, quia opinio Romani non videtur mihi uera: quia tex. allegatus per eum dicit, quod ille q̄ simul habet duas uxores punitur pœna stupri, quæ de iure communi erat pœna deportationis. l. si quis uiduam. in uerbo deportandus erit, ff. de quæstio. sicut erat pœna adulterij, uel incestus pro quibus iure Digestorum non imponebatur pœna mortis, sed tantum pœna deportationis, & licet pœna adulterij fuerit commutata per iura Codicis in pœnam ultimi supplicij, l. quamuis. C. de adulter. tamen dicta iura Digestorum in stupro, uel incestu non reperiuntur immutata: quia dicta, l. quamuis. corrigens loquitur solum de adulter. ergo non debet trahi ad stuprum, quia ex quo agitur de correctione iuris non extenditurad casum non expressum, ut plenius istum articulum examiuaui sup. de incestu.

Restat ergo, quod opinio Romani non est uera, unde habens duas uxores simul uiuentes iure nostro Cæsareo puni
5 tur pœna deportationis, tantum & non pœna mortis † tamen hodie iudex ecclesiasticus talibus ignominiosam pœnam imponit quam refert gloss. in capitulo. de Benedicto.

Digitized by Google

32.q.1.quam ſequi tur Panormi.in c.cum haberet. de eo qui ducit in matri.quam poll.per adul. ſcilicet.quia abſcinduntur panni ante & retro etiam ſi ſit mulier ad maiorem ignominiam,in certis tamen locis coronãtur mitra ignominioſa ante fores eccleſiæ vna die ſolenni iuxta inueteratam conſuetudinem.per tex.in argumentum in ca.epiſcopi.26.q.6.vbi eccleſia imponit pœnitentiam ignominioſam iſtis diuinatoribus: & iſta pœna mitrationis, quam iudices eccleſiaſtici inferunt clericis inter pœnas corporales connumeratur quia continet corporis coercionem,vt tradit Calde.conſi.94. incipien. hæc eſt quædam inquiſitio.

Circa ſecundam expoſitionem quando vir qui habet vxorem accedit ad aliam per adulterium, vel extra figuram matrimonij qua pęna debeat puniri vidiſtis ſupra de adulter. addatis prædictis quod q̃ habet vxorem, & illam dimittit & adhęret concubinæ tandiu debet eſſe communione priuatus,& a cœtu hominum alienus quandiu a conſortio vxoris fuerit ſeparatus & ſi ſemel,bis,vel ter monitus non redierierit priuatur ſua dignitate & non poteſt ferre teſtimonium donec ad vxorem redeat.cap.præceptum.32.quæſtio. 5. & deciſio huius conſtitutionis intantum procedit ſecundum Bald.in ca.lator. de re iudi.quem ſequitur Felyn.in ca.quæ in eccleſiarum.in 7. colum.de conſtitutio. † quod papa non poteſt diſpenſare pro rege habente ſterilem vxorem, vt aliam ducat in vxorem vel teneat concubinam eo quia maritus & vxor ſunt duo in carne vna & concubinatus eſt ſub præcepto Decalogi contra q̃ papa non poteſt diſpenſare: quia licet illa præcepta non ſint articuli fidei ſunt tamen eis quodammodo annexa, ſine quibus ſynceriter ſalus haberi non poteſt. 6

Qui vero ſolutus eſt ſi continere nolit.

S V M M A R I V M.

1 *Clerici ducentes vxores an poſſint retinere beneficia ſuper hoc dantur quatuor reſolutiones.*
2 *Clericus beneficiatus contrahens matrimonium an sit ipſo iure vel ipſo facto priuatus, vt beneficia vacare dicantur.*
3 *Clericus contrahens matrimonium sicut priuatur beneficio ita etiam priuatur pensione.*

Iſte tex.procedit tantum in laycis, vel clericis conſtitutis in minoribus,q̃ large ſoluti dicuntur vnde licite pñt vxorem ducere.ca.1.& toto titu.de cleric.coniuga.& notat Pan.in c.ſi autem de vita & hone.cle. ſed dubitatur an tales ducentes vxores poſſint retinere beneficium: ſuper hoc puncto elicite quatuor reſolutiones.Prima eſt,q̃ clericus coniugatus in minoribus conſtitutus,licet clericaliter viuat, nullo modo põt obtinere perſonatum,dignitatem, ſeu beneficium cum cura vel ſine cura,vt eſt caſus ad literam in c.cum decorem de cler. coniugat.quia non poſſunt ſine graui exemplo,& ſcandalo retineri.

1 Secunda eſt reſolutio,†quod clericus publice coniugatus volens clericaliter viuere portando habitum,& tonſuram,& abſtinendo a negotijs ſecularibus non poteſt obtinere beneficiũ etiam ſimplex.ca.diuerſis fallacijs.titu.ſupra alle.ratio eſt,quia pſalterium cum cithara male concordat hoc eſt,vita munda na,& lycalis cum vita eccleſiaſtica,& ſpirituali.

Tertia eſt reſolutio,quia clericus coniugatus licet clericaliter viuat in eccleſia occidentali ſi continere nolit non poteſt habere beneficium etiam ſimplex ſine diſpẽſatione papę eo quia per clericos coniugatos beneficia etiam ſimplicia non poſſunt poſſideri.

Quarta eſt reſolutio, quod clericus coniugatus clericaliter viuens,& eccleſiæ ſeruiens poteſt ab eccleſia ſuſcipere ſtipendium ſuſtentationis,c.quia tua fraternitas,12.q.1.de cler. conſtituto in ſacris,& contrahente matrimonium nõ eſt dubiũ, quia ille non eſt ſolutus:ideo grauius peccat contrahendo, q̃ adulterium committendo.merito vxorem quam ducit debet compelli abiurare,ſcilicet quod eam remittit, & renunciat ita quod vlterius eam non admittet.capi.ex literis qui clerici,vouentes matrimonium contrahere poſſunt & intantum iſtud procedit.quod clerici contrahentes debent puniri dato,quod matrimonium non teneat,quia non debet eſſe melioris conditionis quando inutiliter contrahat.quia videtur dolum, & fraudem committere in ſacramentum matrimonij maxime quando hoc ſcienter fit.

Dubitatur,an clericus beneficiatus contrahens, matrimonium ſit ipſo iure,vel ipſo facto priuatus beneficijs ita, quod dicãtur vacare,& ſit locus impetrationi,vel an requiratur ſen-
2 tentia declaratoria. †ſuper hoc puncto Doctores videntur varij quidam dicunt quod ſi contrahat per verba de præſenti beneficia dicuntur vacare ſine aliqua declaratione,licet tale matrimonium non fuerit conſummatum copula carnali: quia nuptias non concubitus ſed cõſenſus facit, & ſufficit tantum q̃ impetrans probet matrimonium legitime fuiſſe contractũ. vt tenent Domini de Rot.in deciſi.26.cuius caput exorditur ſi impetretur beneficium vacans.in titu. de reſcript. in nouis.& in deciſ.103.in titu.de ſponſalibus. vbi concludunt quod clericus contrahens matrimonium cum impubere perdit beneficium,licet copula carnalis non ſteterit:quia non ſtetit per eũ quominus conſummaretur. vnde videtur habuiſſe animum perdendi beneficium,c.nuper.de bigamis.& clarius hoc tenet Aufredi.11.deciſione.240.incipient. ſi clericus habens beneficia.& Collectarius in cap.1.de cleric.coniuga. nec tali clerico ſic contrahenti per verba de præſenti poteſt conferri beneficium,ſecus ſi contraheret ſponſalia per verba de futuro:quia illo caſu beneficia non vacarent,vt notat Ioannes And.in c. j.de cleri.coniug. niſi ex poſt tempore carnaliter cognoſceret ſponſam ſuam,quia tunc per copulam carnalem ſubſequentem ſponſalia de futuro reſoluuntur in matrimonium de p̃ſenti,vt eſt caſus in c.de illis.de cond.appo.in deſponſatio.vel alijs contractibus.

Alij autem dicunt beneficia non vacant ipſo iure:quia pœna priuationis intelligitur per ſententiam,& non ipſo iure: ut dicimus in clerico ſimoniaco homicida,vel alias irregulari,qui quamuis ſit incapax ad beneficia obtinenda: tamen iã obtentis non priuatur ipſo iure:ſed requiritur declaratio ſecũdum Innocentium in ca.noſtris.de conceſſ.præbend. quem refert.& ſequitur Bal.in l.cum fratrem.C.de his q uibus,vt indig. & in l.ſi maritus.de donatio.inter vir.& vxo.& Canoniſtę per tex.in ca.ex literis.de exceſſib.præla. quod idem dicendum eſt in excommunicato qui ante declarationem non eſt vitandus ſecundum legiſtas in l.2.C.de iure emphy.quicquid in contrarium dixerit Archidiaco.in c.ſtudeat,l.diſt.& ſic vtraque opinio videtur varia.

Breuiter concordando opiniones Doctorum ego puto hãc eſſe veram reſolutionem,quod ſi matrimonium contractum per clericum teneat de iure:& tunc ipſo iure priuatur beneficio, & iſtam opinionem tenuit Bartholomæus Brixienſis in decima deciſione incipiente quidam clericus.

Si vero matrimonium de iure non tenet: quia clericus in minoribus conſtitutus contraxit cũ cõſanguinea,& tunc ipſo iure non priuatur beneficio,ſicut non priuaretur ille,qui conſtitutus in ſacris contraxit glo.eſt ſingu.in cap.1.in gloſ. fi.ibi dicit priuandi ſũt beneficiis ſuis.extra de cleri.coniuga.& ibi dicunt Imol.& Anto.de Bu.quod illa gloſ.approbatur, quia vt dixi ſicut homicida ipſo iure non priuatur beneficio ſic ẽt non priuabitur per matrimonium maxime duobus concurrẽtibus,ſcilicet quando clericus eſſet in ſacris, uel quando eſſet tantum in minoribus ordinibus conſtitutus, & cõtraheret cũ conſanguinea ſc.enter,& non eſſet ſecuta copula carnalis,& iſta uidetur eſſe communis opinio pro qua conſuluit dominus Decius in conſilio. 166. incipiente ego Philippus Decius in primo.uolumi ubi concludit clericum ſcienter contrahentem cum conſanguinea beneficio ſuo non eſſe priuatum ipſo iure:quia hoc a iure non reperitur expreſſe determinatum ergo non habet locum pœna priuationis,ut eſt gloſſ.in ca.fi. de iure patro.& gloſſ.in clemen.2.de uita,& honeſta.cler.ma-
3 dime in caſu iſto ut dixi ex quo matrimonium eſt nullũ:†idẽ dicendum eſt de penſione quæ ex reſignatione reſeruatur ſuper fructibus beneficij talis penſio per contractum matrimonii extinguitur:quia iſto caſu perditur priuilegium clericale, & eſt communis opinio ſecundum Hieronymum Gigantem in tractatu de penſionibus eccleſiaſticis,q. 54.

Iuxta Apoſtoli conſilium.

S V M M A R I V M.

1 *Vidua,quæ non poteſt continere potius accipiat maritum, quam Diabolũ quia melius eſt nubere,quam vri.*
2 *Pęnę ciuiles ſecundo nubentium an hodie videantur ſublatæ per conſilium Apoſtoli.*
3 *Mater quæ non petito tutore,nec ſeruata forma a lege tradita,an priuetur ſucceſſione liberorum,ſi ſecundo nubat.*
4 *Vxor ſecundo nubens de licentia mariti, vel filiorum non debet puniri pęnis legalibus.*
5 *Vxor quæ tranſit ad ſecunda vota viuente filio si filius in vita ſua non fuit conquæſtus iniuria videtur remiſſa.*
6 *Vxor quæ tranſit ad ſecunda vota de licentia principis pęnas legales euitat.*
7 *Pater quocunque tempore tranſeat ad 2.vota non punitur pęnis legalibus.*

Quod habet locum tam in primis quã ulterioribus nuptijs,

Digitized by Google

ptiis,& cuius ratio fuit causa incontinentiæ euitandæ, vt ait
1. Apostolus ad Corinthios. 7. † habeat vnusquisque vxorē suā vna quæq; virū suum,qñ melius est nubere,quam viri, & sic consilium Apostoli est reciprocum tam in viro,quam in muliere quoniam quandocunque primo marito cui voluerit nubere,poterit.c.cum secundum Apostolum. extra de secundis nuptijs.Vidua enim quæ non potest continere, vel non vult maritum potius accipiat,quam Diabolum: itaque Hieronimus detestatur secunda matrimonia,nisi magna iuuentus fuerit: ideo Paulus 1.Thimotheo.c.5.dicit volo,inquit adolescētulas, & iuniores nubere:cœterum idem Hieronymus in Epistola.96.narrat de quodam viro qui sepelierat. 20. vxores, & post modum accepit mulierem,quæ habuerat.20.maritos cū ergo fuissent matrimonio copulati totus populus Romanus instanter astabat quis eorum vinceret: maritus tamen vincit merito a populo Coronatus est, & palmam in manibus tenebat clamans ò mea vxor nube cum Faretro, sed nunc dubitatur an per consilium Apostoli sint hodie sublatæ pœnæ ciuiles inductæ in odium secundo nubentium, & in fauorem liberorum primi matrimonij super isto puncto Doctores vidētur varij eo quia Panormi.in cap.fina.titu.sup.alle.refert duas, vel tres opiniones Ioan.de Garonibus in l.prima,C. eod.tit.refert alias.5.ita q̄ cum difficultate dignosci potest, quæ magis sit verior opinio.

Breuiter ita distinguendo vos resoluatis, quod aut agitur de pœnis incursis propter nimiam festinationem nuptiarum, infra annum luctus,puta: quia mulier nubens intra tale tempus efficitur infamis & non potest donare secundo marito vltra tertiam partem, vel sibi in testamento relinquere nec ipsa poterat capere legata,hęreditates fideicommissa,vel donationes causa mortis,& alias infinitas pœnas patiebatur, de quis habetur toto ti.de secun.nup.†& tunc. d. pœnę, & aliæ similes tanquam impedientes liberam facultatem contrahēdi matrimonium,& tanquam appositæ in odium illius per consilium,& Authoritatem Apostoli censentur sublatæ,& ita p̄cedit decisio dicti capituli cum secundum Apostolum,& illud declarat gl.ibi in verbo legalis infamiæ.

Si vero agatur de aliis pœnis inductis fauore liberorum primi matrimonij incursis tamen propter secundas nuptias contractas post tempora luctus:& tunc tales pœnæ hodie remanent incorrectæ & ista est communis opinio quam tenet Innocen.in dict.capitulo cum secundum Apostolum. quia post Bald.sequuntur legistæ in l.prima de secun.nupt.& in l.filium. quem habentem,C.fami.herciscun.& idem Barto.in l.liberorum,ff.de his,qui no.infa.& Lud.de Rom.in consi. 182. incip. in casu & ab ista tanquam a communi non est recedendum pro qua consuluit.d.Decius in consilio centesimononantesimoseptimo, incipiente. pro resolutione in primo volumine.

3 Ex prædicta conclusione infertur,†quod si mater secundo nupserit non petito tutore, nec seruata forma a lege tradita priuatur successione filiorum suorum,certe talis pœna per cōsilium Apostoli non est hodie correcta: quia vt dixi principaliter non fuit apposita in odium secundarum nuptiarum: sed propter fauorem filiorum,& sic mater non punitur eo,quod secundo contraxit,sed quia ante contractum nō seruauit formam,ad quam per legem erat obligata, & quam adimplere poterat etiam sine impedimento secundarum nuptiarum merito hæc pœna non comprehenditur sub consilio Apostoli.

Hæc decisio posset limitari non procedere in multis casib. primo quando pater expresse,vel tacite in suo testamento disponeret quod non vult quod vxor sua puniatur pœnis legalibus etiam inductis in fauorem filiorum: licet infra annum luctus secundo nupserit:quia per talem licentiam datam a marito mulier euitaret pœnas legales,vt tenet Franciscus Cremēsis in singulari septuagesimoquarto incipiente si maritus qui allegat glos.in §.duo.in Authentico de nuptiis & Bald.in ca. ex parte de appellation.nec etiam priuaretur tutela: licet Romanus in singu.248.teneat contrarium maxime si infra annū luctus nubat: quia illud est contra bonos mores cōtra quos maritus disponere non potest: sed præcedens opinio videtur
4 verior quam plerique sequuntur: † quia marito volenti, & dante licentiam non fit iniuria,l.prima,§.vsqueadeo, ff.de iniuriis, l.cum donationis, seu transactionis, C. de transactionibus.

Secundo non procedit quando mater secundo nuberet de consensu & licentia filiorum prioris matrimonij glos.in verbo copulantur in Authentico de non eligend.secundo nubē. quam dicunt singularem Bald. & Angel. in l. mater, C. ad Tert.vnde mulier quæ vult secundo cōtrahere si voluerit euitare pœnas legales, dēt vti cautela, s. q̄ facit filios consentire, quia abundans cautela non nocet, vt dicit Baldus per illum textum in l. testamentum in verbo abundans cautela. C.de test.videtis enim,quod notarij in instrumento matrimoniali ponunt clausulam,q̄ talis mulier contraxit secundas nuptias de consensu & licentia parentum,amicorū,& maxime filiorum:quia nulla videtur inferri iniuria filijs per secundū matrimonium ex quo expresse,vel tacitè consenserunt patri,vel matri,secundo contrahentibus per glos. supra allegatam in verbo copulantur.& glos.in dicto.§.duo.in verbo. vt si dicatur.& Ludouic.de Ro.consilio ducentesimo decimonono.incipiente ex themate consultationis.tradit rationem:quia mater quæ transit ad secunda vota facit iniuriam filijs primi matrimonij,& propter hoc pœnas incurrit,& ideo filijs consentientibus nulla videtur fieri iniuria,vt in regula sciēti, de regulis iuris,in sexto.fortificatur: quia bona prohibita alienari in fauorem alicuius,illo consentiente alienari possunt, & non habet locum prohibitio.l.quos C.de fidecommiss. & notatur in l.cum pater.§.libertis.ff.de leg.secundo.vt in terminis consi cludit Decius in consilio sexcentesimo quarto. incipiente in casu illustris,in quarto volumine. Sed filij prioris matrimonij debent vti contraria cautela, scilicet quod non se reperiāt,
5 dum matrimonium recitatur:†vel etiam mater non priuatur successione filij, quamuis transeat ad secunda vota viuente filio, si tamen filius viuens nunqnam fuit conquæstus: quia conquærendo videtur remisisse, Alexander consilio sexagesimo tertio, in quinto vol.& Decius consi.ducentesimo sexto. incipiente quæritur sicut dicimus de vasallo & donatario cōmittentibus ingratitudinem,& videte Guidonem Papæ consilio centesimo septuagesimo nono.vbi plene tradit an mater quæ transit ad secunda vota non petito tuore, nec reddita administratione,priuetur successione liberorum.

Tertio non procedit,quando mater secundo nubens nullos haberet liberos,quo casu nullam pœnam incurreret,quia causa prohibitionis cessare videtur deficientibus liberis, fauore quorum pœna inducta fuit:ergo illa cessare debet, vt tradit Alexander in consilio quadragesimo quinto,incipiente viso themate, in primo volumine. & clarius in consilio sexagesimo tertio,incipiente in dubitatione præmissa,in sexto volumine.vbi concludit, quod quando tractatur de successione vnius filij morientis superstitibus alijs ex eodem matrimonio: tunc mater secundo nubens priuatur successione illius quoad bona, quæ sibi a patre obuenerunt: tamen vbi esset vnicus filius tantum, & moreretur, tunc mater binubens absolute admitteretur ad eius successionē per mortem,cuius fauor videtur cessare, vt notabiliter tradit dominus de Rippa,in titulo de secundis nuptijs.in tertia quęstione principali,
6 †& idem dicendum,est quando vxor habet licentiam a principe,quo casu euitaret pœnas legales secundum Angel.in d.l. mater. ad Tertyllianum.

7 Vltimo hæc decisio procederet † in matre, & non in patre,qui incurreret pœnas.l.j.C.de secundis nupt. quamuis infra annum luctus secundo nupserit: tamen puniretur certis pœnis inductis in fauorem filiorum, quæ similiter, vt supra declaratum fuit,sub consilio Apostoli non comprehēdūtur.

Vxorem ducat.

SVMMARIVM.

1 *Voluptas meretricia etiam in vxore damnatur.*
2 *Status coniugalis propter tria fuit introducta.*
3 *Dolores, & gaudia quæ obueniunt maritis vxores ducentibus seriatim enumerantur.*
4 *Licurgus leges fecit,vt mulieres sine dote nuberent.*
5 *Meretricium quantuncunque sit publicum non impedit matrimonium.*
6 *Excommunicatus non prohibetur ducere vxorem.*
7 *Meretricem ducere in vxorem pium est,& inter opera charitatis reputatur,& prodest ducenti in remissionem peccatorum.*
8 *Filia sacerdotis deprehensa in stupro debebat concremari.*
9 *Ducens meretricem in vxorem incorrigibilem dicitur patronus turpitudinis.*
10 *Adulteram publice non licet ducere in vxorem.*

Non causa saturandæ libidinis, sed principaliter cā sobolis procreandæ:quia propter hanc causam instituta fuerunt matrimonia, vt habetur Genesis primo capitulo,crescite,& multiplicamini, & illa fuit causa impulsiua,& finalis:vt etiam habetur Leutici vigesimo primo capitul.vbi in lege Mosayca non erat permissum Leuitis coniuges de scorto accipere,aut viduas repudiatas, nec etiam virgines nisi duntaxat causa procreādæ sobolis. probatur etiā
1 lege canonica,quæ dicit,†quod voluptas meretricia etiam in vxore damnatur.cap.liberorum. trigesima secunda quæstione quarta.& ideo si quis ducat vxorem causa libidinis,& non vt studeat generationi liberorum, non matrimonium, sed

Digitized by Google

concubinium, seu connubium appellatur. ca solet quæri. 32. quęstione secunda, & illa dicetur concubina, & non vxor in capitul. is, qui. & in capitu. Christiano. trigesima quarta distinctione, & ita principaliter & implicite debet intelligi consiliū Apostoli, pro quo facit tex. de iure ciuili in l. liberorum appellatione. ff. de verborum & rerum significatione. in versiculo qui vxores ducunt voto, & animo liberorum procreandorū,
2 †& sic status coniugalis vitæ quam sanctus, quam immaculatus, atque necessarius existat, nemo est, qui nesciat, nisi qui se hominem ex viro & fœmina natum ignorat: est enim necessarius ad conseruationem speciei humanę, & tribus de causis fuit institutus: primo propter prolis generationem: secundo, propter refrenationem concupiscentiæ, tertio propter viri glorificationem: quia dicit Apostolus, mulier est gloria viri, quia Deus dedit viro adiutorium fœminam non ad carnalem concupiscentiam: sed vt haberet gloriam de fœmina.

Hoc enim consilium Apostoli plerunque pernicioſum est ducenti vxorem: vnde Aureolus Theophrastus in libro de nupt. quærit, an vir sapiens ducat vxorem, & cum intra se cogitasset, respōdit: †si pulchra esset si bene morigerata, si ex ho
3 nestis parentibus, si ipse sanus, vel diues esset, sic posse sapientem nubere: sed multa in nuptijs concurrunt, quæ vsibus matronarum sunt necessaria: vt sunt precioſę vestes, aurum, gemmæ, sumptus, ancillæ, suppellex, & alia infinita: nocte aūt sunt garrulę: & qōnes mouēt dicendo, illa ornatior procedit in publicū: ego aūt despectior. Illa ab oīb⁹ honorat, cur aspiciebas vicinā? quid cū ancilla loquebaris? quid attulisti de nundinis? & vt paucis plura compræhendam, pauperem alere difficile, est diuitem sustinere tormentum, satius esset tali marito in exilium ire, quam talem vxorem ducere. Referunt præterea hystoriographi, quod Socrates rogatus ab adolescentulo quodam, vtrum vxorem duceret, vel an a nuptijs abstineret, respōdit quodcunque faceret eum pœniteret: hinc te, inquit, solitudo, hinc orbitas, hinc generis interitus, hinc hęres alienus accipiet bona: illinc perpetua solitudo contextus querelarum dotis exprobatio, affinium importunitas, garrula socrus, lingua succensoria, incertus liberorum cuētus, quis enim onera matrimonij facile ferre potest? quis quorundam insolentias? quis pompas? quæ si pauperes sunt, facile ab hominibus contemnuntur, si diuites dotes tumidas genus insolentes, forma vero suspectas reddit: deformitas vero reddit inuisas, semper enim conquęruntur, semper exprobrant; semper insidiant. & quos coniux diligit, illa odit. eis enim, cum cætera desunt, nunquam tamen lachrymę, gemitus, atque suspiria, vt votis quis satisfaciat: ornamentorum vero ambitione adeo ardent, vt opes cunctas labefactent, miserosque cogant maritos in quęstus īdira prodire scœlera? quot in maritos fraudes excercent? quot simulationes? quot proditiones? quot plerūque suppositos partus? quot mentitas enutritiones? quot alieni seminis sū scœptas messes? & quod peius est, lugent postea viri innocentes vxores suas mortuas quas in vrbibus laudant, & prædicāt pudicas quarum impudicitia corda maritorum vulnerantur. cogunturque gratia honoris non perdendi recte mentiri, qđ si dotem amplam quis cum vxore assequatur, tāto superbior efficitur stimulum superbię, cuiuslibet vxoris sunt dos, & forma: mulier enim bene dotata non mariti sociam, sed dominam se putat.

Sed vnum obstat, quod si quis vxorem pauperē ducat non vnius diei, sed totius vitę hospitem forte hostem comparat: propterea qui cogitat quę mundi sunt, & quomodo complacere possit vxori: vnde oportet, quod sibi alijs displiceat, atque subtilis fiat, & econtra, qui sine vxore est, aptior efficitur ad ea quę Dei sunt: quia vxorati tribulationem carnis, & maiorem impulsionem habent, quam qui vxorem non ducunt. Si quis ergo pacem in matrimonio quęrat, ducat vxorem pauperem, pacificam, & non diuitem litigiosam, nostris enim temporibus leuis est concordia inter coniuges, quia potius pecu-
4 nię, quam puellę maritantur: †recte ergo Licurgus leges fecerat, vt mulieres indotatę nuberent: ne pecuniæ potius, quam vxores eligerentur. Sed breuiter dicamus, quod vxoris nulla est electio, sed qualiscunq; aduenerit habenda est: si iracunda, si fœtida, si superba, si fatua, si deformis, equus, bos, asinus, canis, & vilissima mancipia, sedile ligneum, vrceoli, lebetes prius probantur, & sic emuntur. sola vxor non ostēditur, nec ante displicet, quam ducatur, nam si pulchra fuerit, difficile est custodire, quod plures amant: si autem turpis, molestum est possidere, quod nemo habere dignetur.

Ampliate procedere consilium Apostoli, vt necdum habeat locum in eo, qui ducit vxorem virginem, vel viduam aliamve honestam mulierem, verum etiā habet locū in eo, q
5 ducit cōcubinam, vel aliam meretricem, † quia licet meretrices repellantur ab actibus legitimis intantum, quod licet in aliquo casu habilitarentur generaliter criminosi, non tamen censentur habilitare meretrices nisi de eis specialis fuerit facta mentio, vt concludit Panormit. per illum tex. in capitu. tanta. de symonia, quem sequitur Rochus de Curte titul. de iure patro. in versiculo competens. nō tamen reperitur iure cautum quod meretricium quantuncunque sit publicum impediat matrimonium: quia edictum de matrimonio contrahēdo est prohibitorium, & quilibet potest cōtrahere nisi expres-
6 se prohibeatur. capit. cum apud. de sponsalibus. †sicut patet in excommunicato, qui prohibetur ducere vxorem. imo pium
7 est, † & inter opera charitatis reputatur meretricem, quæ se vult corrigere ducere in vxorem, vnde Clemens papa tertius statuit, quod quicunque publicas meretrices de Luppanari extraxerint, & eas in vxores dixerint eis prodest in remissionē peccatorum. cap. inter opera charitatis. extra de sponsa. & matrimonio.

Ratio esse potest, quia inter illos potest esse matrimonium inter quos per verba de præsenti potest esse mutuus consensus, sed ista possunt esse inter virum & meretricem, patet, non reperitur iure decisum, quod meretricium tollat mulieri proprium consensum, quia non obstante meretricio habet potestatem sui corporis, nec per illud est alicui alligata: ita quod nec stuprum: nec adulterium punibile committitur, cum meretrice quę publico meretricio est prostituta. l. si ea. C. de adulter. inter eos laudabile est matrimonium, vnde Oze. propheta mādato domini vno choro hordei, & quindecim argēteis, & dimidio choro tritici ducūt sibi meretricem, quā postea in vxorem duxit. cap. integritas corporis. 32. q. 1. & 3. dicit dominus Ozeę vade, & sume tibi vxorem fornicationis, vt legitur Ozeę. 1. & 3. c. ergo pium est meretricem ducere in vxorē, nec qui eā ducit culpandus est, sed potius laudandus. c. non est culpandus. 32. q. 1.

Nec obstat, quod habetur in contrarium Leuitic. 20. 1. cap. vbi dominus loquens Moysi ait, virginem ducet vxorem, viduam autem. & repudiatā & sordidam, atque meretricē non accipiet, sed puellam de populo suo: ergo videbatur, q̄ imo impium esset ducere meretricem, ex quo expresse a Deo erat prohibitum, quia respondetur, quod ille text. debet intelligi in pontifice. hoc est in sacerdote maximo, qui tales mulieres corruptas accipere non debet, sed virgines tantum triplici ratione. prima quia super caput eius, infusum fuit oleum vnctionis. Secunda, quia eius manus in sacerdotio fuerunt consecratę. Tertia, quia ille maximus sacerdos erat, vel esse debebat vestitus sacris ac sanctis vestibus, & tanta honestas in eius matri-
8 monio requirebatur, †quod si filia sacerdotis fuerat in stupro deprehensa, & nomen sui patris violauerat, certe flammis debebat exuri.

Prædicta decisio limitatur vt procedat, quando esset spes de correctione meretricis, tunc illa licite potest duci in vxorē. vt habetur in capi. significasti. de eo, qui duxit in matri. quam
9 poll. per adulter. secus si non esset spes correctionis: †quia eo casu fatuus iudicatur, qui talem meretricem ducit in vxorem a se enim abijcere debet, alias patronus turpitudinis diceretur cap. sicut crudelis, trigesima quęstione prima. Secundo limitatur, quando ducit meretricem ea intentione, vt eam reuocet a turpitudine meretricij, & ad bonum matrimonij inducat: et ideo laudabile opus misericordiæ facit, qui meretricem a tali peccato reuocat. Si vero quis ducat meretricem ea intentione, vt meretricetur, & de acquisitis per meretricium, & adulterijū viuat, & particeps lucri fiat, prout in concubinis sacerdotū videmus: tales. n. sub consilio Apostoli non continētur, imo isto casu grauiter peccat, & matrimonio abutit̄, & sic tria grauia peccata committit: primo quia facit illi fidem frangere: secundo operatur contra bonū prolis: tertio violat sacramētū: quia nō manēt duo in carne vna, sed ī carne pluriū defædat: iō grauiter peccat maritus, qui meretricio vxoris consentit, & eā facit adulterare: tertio hęc decisio non procedit in adulte-
10 ra⁹, † quia de iure adulteram publice ducere non licet in vxorem, vt habetur per totum trigesima prima quęstione prima. vltimo hęc decisio procedit in actibus electionum, vel ordinationum: vnde sicut concubinarius non potest in Episcopū eligi, nec diuina ministrare, capitu. habuisse. trigesima quarta distinctione: sic etiam qui meretricem ducit vxorem. capitulo maritum. ea. dist. & notat ibi gl. quod ex vno & eodem facto quis punitur, & meretur ducendo meretricem in vxorem.

Pro huiusmodi autem diuini obseruantia præcepti.

SVMMARIVM.

1 *Transgressores præcepti diuini grauiter secundum legem veteris testamenti puniti fuerunt, multa exempla hic enumerantur.*

Pro

Digitized by Google

Pro qua obſeruantes a Deo ſalutarē cōſequū tur remunerationem: tranſgreſſores vero varijs modis arcentur: vnde Saul propter trangreſſionem diuini præcepti irreuocabiliter eſt reiectus, vt habetur primi Regum. 15. ca. & etiam. 3. Regum. 13. c. legitur de quodam viro, qui comedens panem in loco vetito contra præceptum domini a Leone fuit occiſus. ſic etiam Acham ſumens de Anathemate contra præceptum lapidatur, prout habetur Ioſue. 7. c. & numeri. 15. de quodam homine, qui contra præceptum diuinum in die Sabbati colligebat ligna lapidatus eſt: & idem numeri. 14. in quo dicitur, quod filij Iſrael parantes expeditionem cōtra Amalachitas, & Canones vincuntur, & quia contra pręceptum aſcende
1 runt occiſi ſunt, † & legitur etiam. j. Machabeorum. ca. 7. quod propter pręceptum domini ſeptem fratres cum matre ſua grauia tormenta paſſi ſunt ſub Anthiocho: Seruandum eſt ergo iſtud præceptum diuinum a prælatis, & ſacerdotibus ſi ſecundum legem in ordine voluerint, alioſque ſuper obſeruatione inſtruere debent, prout fecit Dauid inſtruens Salamonem filium ſuum poſt ſe regnaturum dicebat, tunc profieere poteris ſi cuſtodieris præcepta, quæ præcepit Dominus Moyſi, vt fecit Noe qui omnia, quæ ei præceperat Dominus fecit: ideo a diluuio ſaluatus eſt: vnde quærenti a ſaluatore quid boni faceret, vt vitam æternam haberet reſponſum eſt a domino ſi vis ad vitam ingredi ſerua præcepta. vnde de Pōtificibus, & ſacerdotibus Deum p Prophetam dixiſſe legimus, præcepta mea cor tuum cuſtodiant longitudinem enim dierum, & annos vitę, & pacem apponent tibi.

Ad quos pertinet ſalutaribus monitis quam aliis canonicis remedijs omni ſtudio laborent.

SVMMARIVM.

1 *Concubinatus ab eccleſia habuit primam prohibitionem.*
2 *Prælatus, vel officialis an poſſit cogere meretricem ad pœnitentiam, & ad dimittendum concubinatum, & ſi ſit incorrigibilis an poſſit excommunicari.*
3 *Quando agitur de graui peccato, vel de crimine hæreſis delinquentes etiā inuiti trahendi ſunt ad ſalutem.*
4 *Ex inuito matrimonio generantur ſcandala.*
5 *Eccleſia multa tolerat, & diſſimulatione pertranſit ad euitandum maiora ſcandala.*
6 *Excommunicatus non poteſt inuitus abſolui ab excommunicatione niſi efficeretur dietim deterior per excommunicationem, quo caſu poſſet abſolui etiam inuitus.*

Hoc enim præceptum iudicibus eccleſiaſticis dirigit̄ ex eo, quia vt ſupra dictum fuit, de hoc crimine concubinatus eccle
1 ſia cognoſcit † cum ſit crimē eccleſiaſticum, & ab eccleſia habuit primę quam prohibitionem: ergo ad eam pertinet cognoſcere de concubinatu maxime commiſſo cum clerico. cap. nemo. 32. quęſtio. 4. quia ratione perſonæ concubina efficitur de foro eccleſiaſtico: ergo omni ſtudio laborent: ſed præcipuum eſt, vt ipſi primitus laborent honeſte, & caſte viuere, & concubinas a ſeipſis abijcere: quia cuius vita deſpicitur eius etiam iuſſio, & ſalutaris prædicatio contemnitur. cap. infames. §. fi. 3. q. 7. & in c. nulli. 1. q. 1. ſed quid ſi clericus concubinarius, & cō cubina contemnant iſta ſalutaria monita reſpondeo contra clericos recidiuantes ad ſolitum concubinatum dictum fuit
2 ſuperius: † ſed maius vertitur dubium, an prælati, vel eorum officiales poſſint cogere meretrices ad pœnitentiam? & ſi contemnant monitoria ſalutaria, vel alia præcepta, an poſſint excommunicari? videtur, quod ſic, quia ad rectores ciuitatum ſpectat, vt habitantes in ea ciuiliter, & honeſte viuant ‖: ergo multo fortius poterunt compellere meretrices, vt a meretricio recedant. Prætera crimen earum eſt publicum, & manifeſtum: ſed peccator notorius eſt compellendus ad faciendam emendam: maxime vbi eccleſia ſcandalizatur, vel reſpublica, vel anima merito poterit inuitus, vel inuita compelli ad bonum: quia vtilitati earum conſulitur, vt eſt tex. in argumentum in c. & qui emendat. in verſ. bona præſtantur inuitis, 45.
3 diſtin. † quia quando agitur de graui peccato, vel de crimine hæreſis delinquentes etiam inuiti trahendi ſunt ad ſalutem. c. diſplicet. 23. quæſt. 4. patet ergo quod tales mulieres impudicæ poſſunt compelli ad pœnitentiam: quia licet per leges nemo directe cogatur bene facere: tamen male agere prohibetur. c. ad ſedem. 33. q. 5.

Ego autem opinionem contrariam credo eſſe veriorem, p regulam iuris, quæ dicit quod beneficium non confertur in inuitum: ergo nullum bonum niſi voluntarium, vt dicit text.
4 in capit. pręſens. clericus. 20. q. 3. † Hinc eſt, quod ex inuito matrimonio generantur ſcandala. ca. ſecundo. & ibi gloſſ. de ſpōſalibus. hæc opinio confirmatur: quia meretricium toleratur, vt grauius malum euitetur: quoniam multa adulteria, ſtupra, & inceſtus multi fierent in ciuitate, niſi ibi eſſent lupanaria, & meretrices: ſic etiā tolleratur libellus repudij, vt maius ma-
5 lum, id eſt homicidium euitetur, c. hac ratione. 31. q. 1. † ſic etiā eccleſia tollerat conſortium malorum: ſic etiam tollerat vſurarios: tolleret etiam iudicium ferri candentis, vel aquę feruētis, & quędam alia, quę eccleſia diſſimulatione pertranſit minus malum, vt euitetur maius. capitu. ſi quid verius. 33. quęſt. 2. patet ergo ex prędictis, quod meretrices inuitę non poſſunt co gi ad pœnitentiam, ſeu continentiam, quę ſuaderi poteſt, im-
6 perari non poteſt. capitu. integritas. 32. quęſt. 1. † ſicut dicimus de excommunicato, qui inuitus non poteſt abſolui ab excommunicatione, vt notat gloſ. in c. ſignificaſti. extra de eo, qui ducit in matr. quam poll. per adulterium. niſi propter excommunicationem efficiatur dietim deterior, quo caſu poſſet inuitus abſolui ſecundum Ioannem An. in ca. 1. de ſenten. excommunicationis.

Omni ergo ſtudio iudices competentes laborare debent, vt concubinas, & cœteras meretrices per ſalutaria monita a tali fœditate reuocent, ne de cœtero corpora ſacerdotum, quę tēplum Dei eſſe debent impudicitia, & libidine maculentur, quoniam dicit Apoſtolus Epiſtola, prima. ad Theſſalonicenſes. c. quarto. hæc eſt enim voluntas Dei ſanctificatio veſtra, vt abſtineatis vos a fornicatione, & ſciat vnuſquiſque vas ſuum poſſidere in ſanctificatione, & honore, & non in paſſione deſiderij, ſicut & gentes, quę ignorant Deum, habetur etiam Exodi. 19. cap. Sacerdotes quoque, qui accedunt ad dominum ſanctificentur ne percutiat eos dominus, & idem Leuitici. 22. capi. dicit dominus ad filios. Leui, omnis homo qui acceſſit de ſtirpe veſtra ad ea quę conſecrata ſunt, & quæ obtulerunt filij Iſrael Deo ſuo in quo ſit immundicia peribit coram domino. Multa alia non impertinentia circa hunc titulum, & eius materiam dici poſſent, quę propter quotidianam lecturam iuris ciuilis obmittere ſtatui, & finem huic operi imponere, ne auditores, & legentes, aut nimia prolixitate, aut breuitate tedio afficerem: imitatus ſapientem eccleſiaſtem qui ex multis compoſuit parabolas ſacras non ſibi, ſed futuris proſpiciens: ſane quia omnis gratię infuſio de ſurſum eſt Deo omnipotenti, ac glorioſę Virginę Marię eius matri laudes, & gratias refero, qui mihi huius operis aptam inceptionem, rectamque proſecutionem, & finalem conſummationem conceſſerunt.

Voſque ingenioſi auditores, poſt titulos ſequentes de excōmunicatis non vitandis, & de interdictis non leuiter ponēdis expectate propediem titulum prędecedentem de pacificis poſſeſſoribus magis atque magis altiori Stylo commentādum.

FINIS.

D. ANTONII DE CANARIO I. V. D. TRACTA.

DE QVAESTIONIBVS ET TORMENTIS,

CVM AMPLISSIMIS OMNIVM IN eo contentorum ſummarijs.

Qvæſtionum ſeu tormētorum materiam vtilem & quotidianam colligam per modum ſuum, videlicet ſub ſex principalibus membris formatis per Cyn. C. de quęſtioni. l. fin. & demum per Ioan. And. in ca. cum in contemplatione, de regul. iur. in Nouella. Primo quid ſit quęſtio.

Secundo, quando & qualiter ad tormenta & qōnes proceditur. Tertio, in qb. cauſis. Quarto, qui hoīes poſſint torqueri, & contra quos. Quinto, quis ſit effectus quęſtionis, Sexto, & vltimo quoties haberi poteſt quęſtio vel tortura.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio quid ſit.*
2 *Tormentum quod ſit.*
3 *Ieiunium dicitur tormentum.*
4 *Tormentum vnde dicitur.*
5 *Quæſtio idem eſt quod tormentum.*

Digitized by Google

Anto. de Can. de quæst. & tor men.

PRIMVM MEMBRVM.

PRimum igitur mẽbrum eſt, qd fit quæſtio & qd tormentum. Circa quod, primo quæro quid ſit quæſtio. & reſpondeo, quæſtio eſt veritatis
1 inquiſitio per tormenta, & per corporis dolorem. ff. de iureiu. l. j. §. quæſtiones, ff. ad Syllan. l. 1. §. quæſtionem ſecundum Azo. in ſum. eo. titu. ſuper rub. & Ioan. And. hoc eodem membro qui ad hoc allegatur. Nuda enim interrogatio ſeu leuis territio non pertinet ad hunc tractatum, vt l. item apud Labeonem, §. quæſtionem, primo reſp. ff. de iniur. Eſt tamen iſta deſcriptio potius quam diffinitio. be ne addi poteſt ad diffinitionem. Quęſtio eſt veritatis inquiſitio per tormenta facta a iudice in iudicio legitime, Ratio horum patebit ex ſequentib.

2 Secundo quæro quid eſt tormentum? reſpondeo eſt veritatis inquiſitio per corporis cruciatum a iudice in iudicio legiti me facta. Nam vt dicit Io. And. hoc eodem membro. Tormen
3 tum dicitur dolor & mala manſio, vt d. l. item apud Labeonẽ
4 §. qnæſtionis, vnde etiam ieiunium dicitur tormentum, ſicut
5 durus carcer. vt no. in c. j. de hære. & glo. ſuper verſ. tormentis. Nam tormentum dicitur torquens mentem, a torqueo torques ſecundum eum. Et de iure idem importat quæſtio quod tormeutum, vt exponit glo. in c. 1. de depoſi. ſuper ver. quæſtio nibus & tormentis, & probatur, ff. eod. l. 1. in princ. in ver. quæ ſtioni, & in verſi. ad tormenta. & per multas leges illius tituli. & ad §. quæſtionem, ſic & cruciatus corporis, ff. ex quib. cauſi. maio. l. metum, & l. interpoſitas, ff. de tranſact.

SVMMARIVM.

1 *Vt ad torturam perueniri poſſit, quæ requirantur.*
2 *Indicium qđd ſit, & vnde dicitur. nu. 10.*
3 *Indicia quot nominibus a iure nuncupentur.*
4 *Præſumptio & ſuſpicio idem ſunt.*
5 *Indicium per duos teſtes probari debet.*
6 *Coniectura dicitur indicium.*
7 *Indicium quotuplex ſit.*
8 *Indicia ſufficientia ad torturam quæ ſint. & nu. 9. cum ſeq.*
9 *Indicium ad torturam facit vnus teſtis. ſi aliæ circunſtantiæ non obſiſtũt & nu. 24.*
11 *Mala conuerſatio facit indicium.*
12 *Bonus ex mala conuerſatione malus efficitur.*
13 *Confeſſio extraiudicialis an faciat indicium, & nu. 33.*
14 *Indicium quod ſit ſimplex vel vrgens, iudicis arbitrio relinquitur.*
15 *Bona Phiſionomia prodeſt, & mala nocet.*
16 *Conſuetudo mali facit indicium.*
17 *Iudex pro habenda veritate poteſt interrogare de circunſtantiis etiam remotis, & ſe fingere velle facere quod non vult.*
18 *Inconſtantia & trepidatio iudici indicant ad torturam.*
19 *Examinans teſtes debet in actis ſcribere quando aliquid dicunt trepidando, vel balbutiendo.*
20 *Pauor & varietas faciunt indicium.*
21 *Iudex cautus facit in actis ſcribere examinati trepidationem & pallorem, actum geſtum, vultum & colorem.*
22 *Plura indicia an ad torturam requirantur, vel vnum ſufficiat.*
23 *Torqueri an quis poſſit ex leui indicio.*
24 *Indicium quomodo cognoſcatur eſſe graue vel lene.*
25 *Fama an faciat indicium ad torturam.*
26 *Fuga an & quando ad torturam indicet.*
27 *Fuga facit plenam probationem contra officialem fugientem tempore ſyndicatus.*
28 *Factum comminantis facit indicium.*
29 *Item inimicitia præcedens offenſionem.*
30 *Dominus qui dixit famulo non reuertaris domum quin de tali facto ſentiam. ſi famulus occidit aliquem vel vulnerauerit indicium contra ſe habet.*
31 *Locuti o ſecreta vel auricularis cum aliquo facta, qui poſtea homicidium commiſit, an indicium faciat.*
32 *Aſſiſtentia proxima cum armis eſt ſufficiens indicium. & numero 33.*
34 *Duo indicia leuia ſeu remota, faciunt vnum vrgens indicium ad torturam.*
35 *Arbitrio iudicis an ſtetur de tortura ex leui indicio.*
36 *Teſtes recipiens debet in actis po nere quanta ſit fides eis adhibenda.*
37 *Recipiens teſtes an debeat ſcribere in actis, præſente teſte, & contradicente, quod iudex reputat eum vacillare.*
38 *Vacillatio teſtium a notario ſcribi non debet in præſentia partis.*
39 *Tabellio ſcribens atteſtationes, non debet ſcribere, vel dicere in actis vel interſerere in depoſitionibus teſtiũ, niſi bene videat & cognoſcat. quod vacillent.*
40 *Iudici ſoli dicenti in receptione teſtium illos vacillare, nſit credendum.*
41 *Practica ſcribendi dicta teſtium vacillantium.*
42 *Indicia indubitata, quæ dicantur.*
43 *Confeſſio per tormenta cum perſeuerantia fama vel veriſimilitudine, aut aliijs adminiculis facta indicat veritatem.*
44 *Confeſſus in tormentis an poſſit reuocare confeſſionem, ſi alia indicia extent.*
45 *Teſtis vnus cum aliis indiciis an faciat plenam probationem, ſeu dicatur probatum per indicia indubitata.*
46 *Condemnatio an ſequi poſſit ex dicto vnius teſtis torti, cum aliis indiciis.*
47 *Indicium qualiter, & per quot teſtes probari debeat.*
48 *Iudex qualiter ad torturam procedere debeat. & a quo tortura ſit incipienda.*
49 *Ad torturam in qua parte iudicij debeat procedi maxime inquiſitione generali. & quid in inquiſitione ſpeciali, nu. 51.*
50 *Teſtes in inquiſitione generali torqueri poſſunt ſicut in ſpeciali.*
52 *Indiciorum copia an ſit danda parti.*
53 *Torturæ qui intereſſe debeant.*
54 *Aduocatus an poſſit eſſe præſens torturæ ſui clientuli.*
55 *Indicia habita ſuper inquiſitione generali, an præiudicent reo vt poſſit torqueri in inquiſitione vel accuſatione ſpeciali.*
56 *Tortus leuiter non habetur pro torto.*
Leuis febricula non dicitur febri.
57 *Iudex an teneatur pro reo mortuo in tortura.*
58 *Torturam fore illatam vltra debitum quomodo probetur.*
59 *Tormenta moderata quæ indubio dicantur.*
60 *Tortus an debeat ſpecialiter interrogari de maleficio.*
61 *Tortura an poſſit inferri die feriata.*
62 *Teſtis die feriata examinatus, nec quale quale iudicium facit.*

SECVNDVM MEMBRVM.

SEcundum membrum eſt, qñ & qua
1 liter ad tormenta procedi poſſit Circa huius membri primam partem. Quæro primo quot requirun tur, vt ad quæſtiones & tormenta procedi poſſit? Reſpondeo quod dupliciter quis torqueri poteſt, in ſe ipſum videlicet & i alium. & vtroque caſu duo requiruntur: primo quod veritas alijs probationibus non poſſit haberi.

Sunt enim quæſtiones in ſubſidium inductæ, l. quoties. C. e. l. Diuus. ff. eod. quæſt. 5. capi. illi qui. Non enim eſt a quæſtionibus inchoandum, l. prima in principio. ff. eodem, l. milites, §. oportet, C. eodem. & dicto capitu. cum in contemplatione, ſecundo quod indicia ſuper illo facto præcedant, vt l. prima in principio. & l. vnius, §. cauſa cognita. eodem titulo, & dicta l. milites, §. oportet. ſecundum Cyn. in dicta, l. fina. & Ioan. And. in dicto. capitu. cum in contemplatione, hoc eodem membro; & procedunt prædicta, eo caſu. quo de maleficio inquiri poteſt, ſeu debet, quod quando ſit dicam infra eod. membr. quæſtio. 10.

2 Secundo quæro, quid ſit indicium. & dico ſic, indicium eſt notabile ſignum in alijs, ſeu alterius rei ad ipſius veritatem habendam; & dicitur ab indicando vt l. ſolent, ff. de præſcript. verb. c. qui cum fure.

Et oritur ex illo iudicis animus ad credẽdum malum, vel rem aliquam de qua agitur eueniſſe, credulitate quæ commoueat ad torturam, ſecundum Ioan. Andr. in titu. de probatio. §. fina. verſiculo decimotertio. in additio. Specu. Sunt enim indicia pars probationum, vt l. hac conſultiſſima. ver. deinde. C. qui teſta. fac. poſſ.

3 Tertio quæro. Quot nominibus indicia nuncupentur a iure, Reſpondeo pluribus. capitu. dicitur enim indicium d. l. milites, §. oportet, C. eodem, l. vbi, C. de falſ. & l. ſciant. C. de prob. Item dicitur veſtigium, vt dicta. l. vbi, documentum & dicta. l. ſciant..

Item dicitur ſuſpicio, vt l. prima, in principio, ff. eod. & l. abſentem, ff. de pœnis. item dicitur argumentum, vt l. prima, §. primo. & l. vnius, §. primo, ff. eod. titu. Item præſumptio dicitur, vt dicta, l. abſentem, ff. de pęnis. in principio. Item adminiculum, vt dicta l. ſciant, C. de probatio. Et alijs quampluribus nominibus, quorum inueſtigatio eſt potius laborioſa quam ſubtilis, quouis tamen nomine nuncupentur, idem important. Nam argumentum dicitur indicium, vt in dict. l. prima, vbi incipientis, C. quo appella. non reci. l. ſecunda, Cănonizata. ſecunda q̃ſtione ſexta cap. ei qui. §. ſunt etiam quorum, & d. l. milites, C. eo. & l. 1. in princ. & l. vnius, §. in ea, ff. eod. & l. tertia, §. eiuſdem quoque, ff. de teſtibus. & l. indicia, in prima gloſſ. C. de rei vendicatione.

4 Item præſumptio & ſuſpicio ſunt idem in hac materia, vt no. ff. de pę. l. abſentẽ, licet enim ibi tex. dicat ex p̃ſumptionib.

quem

Digitized by Google

quem non debere damnari,gloſſ.not.quod præſumptio ſola non grauat.& de tali ſuſpicione dicit,l.prima,ff.eo.in §. 1.ibi, a ſuſpectiſſimo.& §.diui fratres.no.Ioan.And.in ti.de notorio crimine,§.ut autem.in principio.in add.Specu.& gloſſ. in dic. c.cum in contemplatione,& 10.q.6.in ſumma,dicuntur indi cia præſumptiones. Addo tamen vt refert & tenet Bald.in l.2. ff.de excuſa.tutor.vbi dicit q̃ præſumptio eſt probatio probãs & non probata.vnde iouitus teſtis facit præſumptionem quę præſumptio non probat extrinſecus, quia ſi probaretur per duos teſtes alios quod ille teſtis deponit,verum,eſſet probatũ
5 ad plenum.Indicia autem non ſunt probatio probata, vnde debet probari per duos teſtes,vt l.fina.C.famil.herciſcun.ſecũ dum Oldrad.Ratio differentiæ eſt quia præſumptio directe tã git factum probandum,Sed indicium,ſecus ergo pręſumptio. vt no.in l.cum probatio.ff.de prob.Quę dicit Bal.fore vtilia & ſubtilia. Sed vt dixi in præſenti materia idem ſunt.vel ſaltem vnum pro reliquo ſæpe aſſũmitur.

6 Ex quo etiam apparet quod coniectura dicitur indicium & opinio,quæ colligitur ex hiis quæ no.Bart. in l.admonendi.in prin.ff.de iureiurã.Neque in præſenti materia facio vim inter indicium & præſumptionem,ſed inter qualitatem eorum, qa poſſet eſſe tale indicium q̃ præpõderaret pręſumptioni,& ecõ tra.vt patebit inf.eo.ĩ 3.membro in 5.q.nec in nomine eſt ius de procu.§.petitio.per Inn.

7 Quarto quæro quotuplex eſt indiciũ:& eſt triplex,ſ.ſimplex, vrgens,& indubitatum,vt colligitur ex dictis Io.An.in d. §.vt autem,de notorio crimine.in prin.in addi.Spe.& Bar.in l.fi.ff. eo.vrgens autem vt ibi no.tenet medium inter ſimplicem & ĩ dubitatum.de ſimplici dico in prox.q.de ĩdubitato inf.eo.mẽ br.in 8.q.

8 Quinto quæro quæ ſunt indicia ſufficientia ad torturam?Do ctor.omnes dicunt. q̃ de hoc certa doctrina dari non poteſt, ſed iudicis arbitrio relinquitur,vt l.3.§.eiuſdem quoque, ff.de teſtib.circunſtantijs penſatis.& viſis : quæ præſumptionem & ſuſpicionem faciunt,vt fama,inimicitia,fuga, ſecundum Cy. hoc membro.& Io.Andr.qui allegat ſimile de reſcriptis c.ſta tutum.§.aggreſſorem.lib.6.c.cupientes,de elect.poſt princi.eo. & dicam in l.3.ff.de teſti.

Non enim dici poteſt dicit ipſe,q̃ id quod facit ſemiplenam
9 p̃bationem ſit indicium in hoc caſu. vnde & ſi dicatur quod vnus ſolus teſtis in criminalibus non facit ſemiplenam proba tionem,iuxta no.per gloſ.l.2.ff.de excuſatio.tuto.faciet tamen competens indicium ſecundum Azo.in ſum.eo.ti.ver.indiciũ autem.Si modo aliæ circunſtantiæ non reſultant : & ſic ſolui tur,ff.eo.l.maritus.nam ibi non fuit q.reprobata:quia vnus te ſtis non faceret indicium,niſi vbi de facto ſuo ageretur, quia diceretur per ipſum depoſitum vel commodatum,l. interro-gari.eod.ti.Attende ergo iuxta illa quæ ſuſpicionem & p̃ſum ptionem faciunt vt famam,inimicitias,minas,fugam & ſimi-lia.ex quib.per ſe colligat,an locus ſit torturę ſecundum eum poſt Cyn.hoc eodem membro:Idem q̃ iudicis arbitrio relin-quitur tenet magnus criminaliſta Alb.de Gand. in opere ſuo maleficio.eo.ti.

Subdam tamen quandam generalem doctrinam ſumptam ex dictis maxime Alb.prædicti & Bar.in locis præall.& demũ ſubdam in 8.q.certos caſus,quibus Docto.concludunt locum fore torturæ.& aſſummo verba dicti Albe. in hac quæſtio.qui dicit in dicto ver.item quæro,quomodo & qualia,eod.titu.q̃
20 talis doctrina in genere dari poteſt,q̃ bonus iudex debet ſoli-citare, & inſtare ad indagandum indicia contra delatum de crimine:nam indicia ſunt alijs probationibus proxima. & in-dicia dicuntur a demonſtrando.& demonſtratiua veritatis,& probationis adminicula,vt C.de proba.l.inſtrumenta dome-ſtica.& l.fi.ſunt enim indicia partes clarę probationis, vt C.q teſta.face.poſſ.l.hac conſultiſſima,§.deinde.nam indicium di-citur ab indicando.vnde indicia,id eſt,domeſtica adminicula ad indagandum veritatem,vt C.de adulte.l. ſi qui adulterij, & ff.de præſ.ver.l.ſi qui ſolent de hoc dictũ eſt ſupra eo. memb. 2.& 3.quęſt.

21 Debet etiam curioſus iudex indagare & inquirere cum qui-bus hominib.& per quæ loca conuerſabatur delatus de crimi ne,quem torquere intendit;quoniam mala cõuerſatio.& ma læ conuerſationis indicium:vt ff.de admin.tu.l.ſi plures,§. aſſi duæ.Adde.l.Item apud Labeonem,§ qui turpibus,ff.de iniur. ibi enim aſſidua cõuerſatio, nõnullam quaſi præbet infamiã.

22 Nam ex mala conuerſatione, etiam bonus efficitur vitioſus vt ff.de ædil.edict.l.ædiles,§.Pedius.Ad idem dictum Philoſo-phi,qualis eſt quiſquis talium conſortijs delectat. Iuxta illud Ciceronis pares cum paribus &c.Adde ſecundum Bar.q̃ erat vicinus & habebat domum eius albam & conuerſabatur ibi, l.dominus Horreorum.in prin.ff.loc.nam dicit albam.quia ſe cundum diuerſitatem locorum & varietatem varia colligitur coniectura,vt cap.ſi mancipi.ita fue.aliena.l.prima,& l.aut fa cta.de pœnis.

Habet etiam conſiderare cuius vitæ quis antea fuerit : & cu-ius æſtimationis & famę:& qualem vitam & habitum quis du xerit.

Nam ſi malæ conditionis erat & famæ, & conſuetus facere ſimilia extat etiam indicium contra talem,l.de minore,§.plu rimum,ff.eod.l.non omnis,§.a Barbaris,ff.de re mili.ſecundũ Bar.Item habet conſiderare ſecundum Alberic. ſi ille qui de crimine inculpatur fuerit inimicus occiſi vel offenſi alle. Bar. in l.j.§.j.ff.eod.Item ſi dedit operam ne malefactor caperetur. Item ſi contraxit amicitiam cum inimicis offenſi.Item ſi au-fugerit de domo vel loco vbi maleficium fuerit commiſſum. ponit exemplum Bar.q̃ poſt factum furtum aufugit & ſe ab ſcondit vel abſentat,vt l.Cornelia,ff.ad Syllania. poſt furtum repertus eſt expendere monetam,cum ante fniſſet pauper ho mo:nec reperitur vnde habeat.argu. l. Quintus,ff.de donatio ne inter vir.& vxor.ſecundum Barto item ſecundum Alber. ſi ratione dicti criminis,fuit captus vel detentus. item ſi inter prædictos prius interceſſerunt verba iniurioſa. Item ſi potuit prouidere ne aliud maleficium committeretur.

Item ſi ſciebat malefactores certo loco latere, & de hoc in-terrogatus dixit ſe nihil ſcire. item ſi eſt publica vox & fama quod aliud maleficium commiſit vel committi fecit in perſo nam offenſi,vel etiam in perſonam alterius,ſecundum Albe. item ſecundum Bart.quod illa res ſubtracta cedebat ad com-modum ſuum & non alterius, verbi gratia, inſtrumentum quod ad eum pertinebat non reperitur,vt l.j.§.ſed & ſi quis in ſtrumenta,C.de lati.liber.tol.

Item quod res furtiua reperta eſt apud eum,vt l.ciuile,&l.in ciuile,C.de fur. iſtæ tamen præſumptiones quæ ſunt contra reum poſſunt purgari,verbi gratia oſtendendo cum a quo ha buit,vt d.l.proxime allegata.& idem in alijs indiciis item erit
13 indicium contra aliquem ſi confeſſus ſit extra iudicium con tra aliquem,vt l.capite quinto.ff.de adul.& de hoc prim.a.q.6. Poſſumus etiam ponere caſum in alio maleficio.vt in homi-cida,repertus eſt homo mortuus in aliquo loco.de quo aliqs inculpatur, poſſunt contra eum apparere indicia quod erat inimicus,vt d.§.præterea,& dictum eſt ſupra proxime,& q̃ vi ſus eſt reus facere præparamentum ad hoc,vt emere gladium vel illud accuere.& ſimilia.vel fuit viſus illo ſero per aliqua lo ca vicinia,cum non fuerit illuc conſuetus ire, & ſic de ſimili-
14 bus quæ ſuo arbitrio ſciet inquirere ſecundum eum. Vnde quod ſit indicium ſimplex vel vrgens eſt iudicis arbitrio relin quendum ſecundum Doct.vt patet ex prædictis.Amplius poſ ſunt eſſe indicia omnia indicia ſingulariter conſiderata,quę ſi mul iuncta faciunt indicia indubitata de quibus dicam.Ex di ctis etiam Bald.in l.2.C.quomodo.appella.non reci. vbi ſum-mat dicta Ioan.And.in dicto cap.in contemplatione.Admo dum breuiter nota quod bona Phiſionomia prodeſt,& mala
15 nocet,quia procliuis eſt ad ſcelera,non autem quantum ad p̃ ſumendum in genere,de mala natura & vitiata, non quantũ ad præſumendum in ſpecie & de ſpeciali & determinato deli-cto,a contemplatione enim naturæ licet argumentum ſum-mere,vt ponit Ariſtotel.in libro. de Phiſionomia. ſecundum eum.

16 Quod autem dictum eſt indicium facere quod homo malæ conditionis & famæ eſt conſuetus facere ſimilia. quia ſemel malus ſemper præſumitur malus in eodem genere mali,capi. ſemel malus,de regu.iur.in 6.l.ſicut,§.ijſdem criminibus,ff.de accuſation.videlicet ſi ſit fur: ſi ſit calumniator, præſumitur calumniator &c.ſecus in alio delicto prorſus diſſimili ſecun-dum Barto.in l.Caſſius.in fine,ff.de ſenatoribus.Poſſet tamen ratione infamię non recipi ad teſtimonium ſine tortura de quo dicam in membro.decimo,& vndecimo. & hoc de indi-cijs quæ ſummuntur extra perſonam delati.

17 Poſſent etiam eſſe indicia ex perſona propria rei vbi ſcien-dum quod iudex poteſt interrogare pro inueſtiganda ueritate de circunſtantijs quibuſcunque etiam remotis, ut dicta l. de minore,§.plurimum in exemplo cognitionis ſubtilis diligen-tię.ad quod facit,l.teſtium,C.de teſt.

Poteſt etiam fingere ſe facere quod non uult, ut uideat actũ quem facit reus.uel teſtis qui examinabitur, qualiter ſe gerit. capitu.afferte,de probatio.& iſta eſt cognitio cum ſubtili dili gentia.

18 Item ſequitur in dicto, §.plurimum,qua quis conſtantia & trepiditate loquitur, & ſic inconſtantia & trepidatio iudici indicant.

19 Ex quo dicit Innocen.in capitu.quoniam contra falſam, de probation.quod ille qui examinat teſtes debet ſcribi facere in actis,ſcilicet hoc dicebat trepidando, & balbutiendo : Ex quo habes quod ubi alia extrinſeca non procedũt ex eo quod
20 reus uel teſtis facit coram iudice loquendo trepide & pauen do,& uariando poteſt habere iudex ſufficientia indicia ad tor turam.

21 Et iõ iudex exam.dẽt eſſe cautꝰ,ut faciat d.eiꝰ uaria & diue.po

Digitized by Google

nere in actis,& faciat ſcribi trepidationem, palorem,actum geſtum,vultũ,colorem & ſimilia;ne ei poſſit impingi, quod aliquem fecerit torqueri ſine indicijs ſecundum Barto.hoc dicentẽ in d.l.de minore,§.plurimum,ff.eo.De trepidatione.& pallore ſcribendis in actis dicam inf.eo.clarius.q.8. Ex doctrina tamen prædicta non bene liquet an & ex quib. iudicijs ad torturam perueniri poſſit.

22 Sexto igitur quæro.an ad torturam requirãtur plura indicia, an vero ſufficiat vnum,leges omnes loqui videntur in plurali,vt l.1.in prin.& l.vnius,§.1.ff.eod.quod tenuit Iacob.de Belui.& Tho.de Piperata in quęſtio.de fuga & fama an faciat indicium ſeparatim de quib.infra quæſt.proxima.Barto.in l.fin. ff.eod.dicit hoc eſſe in iudicis arbitrio,vt in d.§.eiuſdem quoque principis. Nam poſſent eſſe indicia generalia & remota & iſta non ſufficerent ſine alijs:vt puta,eſt homo malæ conditionis,hoc non putat Bart. indicium ſufficiens ad torturam ſed eſt indiciũ quale quale, vt d.l.de minore,§ pluri. Sed ſi ſo ret iſtud indicium cum alio & ꝙ eſt homo malæ conditionis ſeu malæ famæ,& conuerſabatur in domo illa.tũc ſufficeret, vt d.l.dominus Horreorum.in princ.ff.loc. quod intelligo qñ eſt malæ cõditionis & famæ in eo genere,alias ſecus, quia nec quale quale faceret indiciũ,vt dixi in proxima quæſtione. Vt ſi inquireretur de falſo non ſufficeret, quod fuiſſet malæ famæ & conditionis propter homicidium.Sed ſi eſſet vnum indicium non remotum ſed propinquum,& tangens de quo q̃ritur & vnus teſtis,de viſu,vel confeſſio extra iudicium,vel captus ibi.& dicitur quod eſt propter hoc, Vel res furtiua foret reperta penes eum tunc foret ſufficiens & ſic intelligit Bartolus,Glo.in l.ſi quis,C.ad legem Iuliam.maieſta. vbi Glo. dicit indicium in ſingulari.& in d.l.fina.ff.eod.quæ dicit ſuſpicio.& hoc voluit Ioan. Andr.dicens hoc de conſuetudine obſeruari. in titu.de præſcriptio.§.ſpecies verſicu. violentia, in addition. Speculato.

23 Vnde ex leui indicio,ſeu ſimplici non debet ad torturam deueniri.ſed ex vrgenti ſic. Bald.ad cognoſcendum indicium a graui.dicit quod poteſt cognoſci per theoricam Glo.in l.nam hoc,C.vnde cogna.

Nam ſi frequenter hoc ab illo contingit ad eſſe, tũc eſt leue indicium.l.cum res,C.de probationi.l.ciuile.de fur. Si autem frequenter & facile contingit ad eſſe,tunc eſt graue indicium & hæc vera ſiagatur de probando animo, vt ff.ad l. Corn.de Sicar.l.1.§.Sed ſi clara.& cap.ſignificaſti. de homic ſecundum eum.in d.l.non hoc.In dubio tamen iudicis arbitrio relinquitur.dictũ eſt in præcedenti quæſtione,quando tamen reus haberet aliqua indicia contra ſe magis grauia. ita quod præponderent,vt deueniri poſſit ad torturam,l.1.§.ad quæſtionem,ff.eo. verſi.nec facile,quem ad hoc inducit ibi Barto.

24 Septimo quæro de quibuſdam caſib.qui ſecundum Doctor. indicium faciunt ad torturam.& Primo,vnus teſtis facit ſufficiens indicium ad torturam,vt not.Gloſ.& Cyn.in l.tertia, C. ad leg.Iuliam,maieſta.& Bar.in l.maritus.& in l.ſi.ff.eo.& Cy. & Ioan.And.hoc eodem membro, vt ſupra dixi in ſecunda quæſtione.

25 Secundo fama quando oritur a fide dignis vel a facto, vt qa captus vel detentus ſecundum Barto.in d.l.de minore,§.plurimum.licet D.Tho.de Piperata qui fecit tracta. de fama & in dicijs tenuerit famã non ſufficere ad torturam niſi aliud indicium appareat.ea ratione,ꝙ plura indicia requirantur ad torturam non autem ſufficit vnum,ꝙ placet Iac.de Bel.in Auth. de exhiben.reis,§.etiam quidam,col.5.vt refert Io. And. in ti. de no.crimi.§.fama,verſ.quid ſi argumenti.in additio. Specul. qui tamen ſe remittit ad d.ver.moleſtia.in tit.de præſumptioni,§.ſpecies, vbi tenet contrarium, vt dixi in proxima quæſtione.

26 Tertio fuga,vt not.Dyn.in l.Diuus Adrianus verſicu. Diuus Pius.per,l.3.§.de his autem, ff. ad Syllania.& Iacob.de Belui. in d.Auctẽ.de exhibend.reis,§.ſi vero quidam,collat.v. non placuit ea ratione,quod plura indicia ad torturam requiruntur,vt ff.eod.l.prima.in princip.& l.mittentes,C. eod.per quas patet requiri ad tormenta indicia ſeu argumenta ampliſſima. Præterea fuga non reſpicit directo delictum,ſed cui continet perſonæ ſed quod ſufficiat vnum, & quod fuga indicium faciat ſufficiens tenet Ioan.Andr.in dicto verſicu. violentia.vbi late ponit materiam fugę.& Cyn.in l.vnica,C.de rap. virgi.in 2.oppoſitio.& Barto.in l.lege Cornelia,ff.ad Syllan.quod intellige ſi fuga præcedat vel ſequatur accuſationem,vel inquiſitionem ex fuga.vel ſi reus ſtat caute in domo,vel alibi ne capiatur non reſultat preſumptio vel indicium quia iuſte timet, & ſic iuſta facit.arg.l.j.ff.de bon.eo.qui ante ſenten. mort. ſibi conſciue.quæ in capitalibus permittit corrumpere aduerſarium, quod eſt plena probatio,& hoc per illam legem tenet ibi Barto. idem in qualibet cauſa capitali & non capitali ſi reus fugerit parilitatem & poſt detentationem quia ex tali fuga nullum reſultat indicium vt clemen.paſtoralis.de re iudic. & de reſcrip.c.ſtatutum,§.1.lib.6.not.Barto. per iura prædicta in l.in bonæ fidei, C. de iureiuran. Item ex fuga quandoque reſultat plena probatio,quãdo per eam delictum completur, vt in officiali fugiente tempore Syndicatus, vt in Authen. de colla.§.ſuper hoc ſancimus.9.collatio.& no.Bar. per tex.in d. l.in bonæfidei.&c.

28 Quarto facto comminantis ſubſequenti.

29 Quinto ſi inimicitia præcedat offenſionem,& hæc duo ponit Speculator.in titulo de præſumptionibus, §.primo verſic. ſed pone.

30 Sexto ſi nobilis offenſus dixerit familiari non reuertaris domum quin ſentiam de tali facto, & familiaris occiderit, vel vulnerauerit offendentem eſt ſufficiens indicium ad mandatum,vt ff.de acquirend.hæreditate, l.ſi quis mihi bona,§.Sed quid ſi mandauit per Bar.

31 Septimo ſi locutus eſt familiari ad aurem.& ſtatim ſubſecutum eſt maleficium & homicidium ſecundum Bart.in l.ſi ventri,§.fina.ff.de priuilegi.creditor.& Bald.in l.prima, C.de ſeru. fugi.

32 Octauo aſſiſtentia proxima cum armis eſt ſufficiens indiciũ ad fauorem prętitum ad maleficium.de percuſſioni,cap.continentia,per Inn.

33 Nono confeſſio extra iudicium,vt l.capite quinto.ff.de adulterijs,vbi Barto.tenet hoc, & ff.eodem l.fina. vt dictum eſt in proxima quęſtione: Poſſunt autem etiam alij caſus inferri q̃ faciunt vrgens indicium,vt ex hijs colligi poteſt.

34 Amplius duo indicia remota ſeu leuia conſtituunt vnum indicium,vt dicit Barto.in l.fina.ff.eod.& dictum eſt in proxima quæſtione,qua ratione ſi foret dubium an fama foret vehemens, vt eſt quando a fide dignis ſeu facto,vt Barto. dicit ibidem in §.plurimum, tunc ratione dubij non faceret indicium ſufficiens ad torturam,quia plura indicia leuia concurrunt.ſecundum Bald.qui ſic conſulnit in cauſa cuiuſdam de Burgo Sancti Sepulchri allegat ad hoc aucten.hodie, C.de diuor.& in aucten.vnde ſumitur.& hoc niſi alia ad rei defenſionem obuiarent, vt dictum eſt in proxima quæſtione in fin. & dicit Ioan.And.hoc eodem membro.

Semper tamen puto locum eſſe iudicis arbitrio reſpectu torturæ infligendę vel non infligendæ indicio vrgente præcedente.quia in hoc non eſt determinata doctrina unde in eius arbitrio lex permittit,vt l.prima,§.expilatores,ff.de affrac.& ex
35 pila. E xleui autem indicio & remoto non putarem eſſe locũ arbitrio iudicis.quia non habetur pro indicio, vt dictum eſt ſi vero dubitatur an indicium eſſet vrgens vel leue locum puto eſſe arbitrio iudicis ratione prædicta.

Octauo principaliter quæro (Pro intelligentia eorum quę dicta fuere ſupra in quæſtione quinta in fine. vbi dixi variationem, trepidationem, & palorem teſtis debere ſcribi in actis) de tribus quæ colliguntur ex dictis Innoc. in capitulo. quoniam contra falſam, ſuper verſicul.inſtrumentum.vbi etiam debet ponere in actis vſque ad fin.d.Gloſ. de probat.

Primo an dẽat examinãs teſtes habẽti indicare ſcribere ſeu ſcribi facere ſecũdum ſaluum ſuum intellectum quãta fides ſit habenda teſtibus.Secundo an id ſcribi debeat. præſente te-
36 ſte.Tertio an notarius ſcribere debeat vacillationem.Ad primum dicit Innoc.quod ille qui recipit teſtes debet in actis ponere quanta ſit fides teſtibus adhibenda,quarta. q. ſecunda §.item de fideiuſſ.c.conſtitutis de teſti.& c.cum cauſam.quia niſi hoc apponatur tale periculũ accidere poterit,quod quãuis iudex qui præſens fuit in teſtiũ receptione & noluit ipſos vacillare bonam ſententiam promulget contra dicta illorũ teſtium quos vacillare non nouit:quia vacillationem ignorauit,& ſic ſibi non poteſt imputari.c.cum Ioan.in fi. de fide inſtrumento.& ille per cuius negligentiam hoc accidit, non poteſt ſibi timere,cum læſa ſit iuſtitia,eo,quod adhibuerit diligentiam quam debuit in officio ſuo, & negligentia quæ eſt culpanda in facto proprio in alieno ponitur.vt ff.ſol.matrim. l.ſi filius.§.fi.& l.ſi conſtante.§.ſi maritus.ſecundum. d.Ant.in d.c.conſtitutus.de fideiuſ.ibi non enim refert negantium non ſolum debere referre quanta ſit fides teſtibus adhibenda.

37 Ad ſecundum an hoc debeat ſcribi pręſente teſte,ipſo teſte contradicente,nam pro hoc punitur teſtis.l.nullum,de teſti.c. ſuper ijs. de pœnis ſecundum Innoc. qui etiam reſpondet ad c.cum dilecti.de ord.cogniti.Et ſi dicas punitur ſolum extraordinarie,vel etiam puniri poteſt ordinarie, ex quo cõſtat de confeſſione licet crimen non ſit connexum quaſi iudex ſuper hoc ſedeat,vel puniat,vel caſtiget teſtes productos in cauſa, quia hoc eſt de connexis:& ſic diſtinctio inter connexum & non connexum habeat locum quando alteri quam teſti exceptio opponitur in alia parte.d.gloſſ.ibi alij tamen dicit Inno.hoc tempore fore verum quando ſcribit vacillationem ad finem eum puniendi,vbi aũt ſolũ ſcribitur ad effectũ teſtimonij,tũc põt ſcribere & abſẽte & ignorãte teſte, ꝙ placet

Digitized by Google

cet Hoſt.ne per ipſum teſtem aut ipſius, aut aliorum publica tionem iudicii ſecreta includantur: ut cap.de falſ. vbi, & qđ not.de teſti.fraternitatis,& ne pernitioſa odia & lites oriãtur, & ne ei hoc quod occlutum eſt nefas reformetur. 6. quæ.1.ex merito,& quia ſolus iudex. & non alius habeat motum animi ſui informans l.ob carmen,de teſtib.Subdit etiam Innoc. quod niſi ſcribi illa faciat vel ſcribat tempore quo exponit teſtis,poſtea ſcribi non faciet,nec creditur ei,quod placet Hoſti.quando ex illa intendit teſtem punire, vel quãdo illud ſcriberet poſt longum interuallum,alias ſi hoc ſorte vult abſcõdere,ibi præſente eo nihil dicet,ſed ex quo ille examiuauit in continenti antequam intermittatur,vel ad alia diuertatur,poterit hoc ſcribi.argum.c.pœna de teſtib.

Non obſtat,ꝙ ſecundum hoc tanta poteſtas dabitatur iudici,quod ſemper condemnare poterit.quod non poteſt facere ſecundum Hoſtien.abſque graui pondere.dicto capit. tam eterni.lib.6.Dicit inſuper Innocen.ꝙ non oportet partem eſſe præſentem,cum ſcribitur vacillatio,nec hoc ſcire debet donec fuerit publicatum,alias nimium protelaretur, hoc tenet Domi.Anto.de Butr.in dicto capit. quoniam contra falſam.

39 Ad tertium vero,quod tabellio non debet redigere vacillationem niſi bene viderit & cognouerit quod vacillauerit.Alij

40 dicunt, † quòd ſi ſolus iudex dicat in teſtiũ receptione, quòd teſtis vacillauit ꝙ credendum eſt ei, & ꝙ is cui iniungitur hoc debet ſcribere,ad petitionem iudicis,etiam ſi tabellio non habet auctoritatem in recipiendo teſtem, ſed in ſcribendo tantum,iudex auctoritatem habet, & diligenter examinare dẽt. Et ſi ſibi videtur poteſt iudex mulctare, & aliter punire, vt ff. eo per totum. Item quia iudex ſuperior eſt,magis ergo iudici quã econtra credere debet. Item quia tabellio ad ſcripturam intentus non poteſt ita bene aduertere vacillationem facici, ruborem,pallorem,mutationẽ,titubationem, & c.ſed iudex qui ſedet poteſt ſemper habere oculos.ad teſtem. ergo ei eſt credendum,qui magis veritatem nouit ſecundum Innocen. ad hoc quod not.Hoſt.in ſumma de teſti.§. quis poſſit, ſub.§.

41 quibus,per totum; nam ſecundum Innocen.ſicut tabellio debet fideliter ſcribere quæ dicit teſtis; ita ea quæ pertinent ad iudicis officium, tamẽ ut ſaluet conſciẽtiã poterit notarius ſic ſcribere.ſcilicet,& iudex mihi tabellioni dixit, vt ſcriberem, quod teſtis vacillauit.

Sed efficacior erit ſcriptura, ſi addat & mihi videbaẽ quod vacillaret; ſi tamen ſic ſe habebaat veritas & debet,quanto magis poteſt cum veritate modum vacillationis exprimere ſecundum Inno.& D.Anto.de But.hoc recitantem, in d.c.quoniam contra falſam, & hoc vltimũ tangit & ſequitur ibi Bal. in l.nullum.C.de teſti.

42 Nono quæro,quæ ſint indicia indubitata. Reſpondeo Alber. poſuit in titu.de indic.indubita.Nico.de Matta.vt refert Bald. in l.ſciant. C. de proba.dicit indicia indubitata ſunt illa quæ quantuncunque ea ſint non indicant veritatem ad plenum, ſed quandoque ſunt a lege approbata, quod lex vult per illa fieri condemnationem,ſicut eſt exemplum, in l. ſi quis adulterij.C.de adulter.ex quo iſta ſunt indubitata legi,debent eſſe indubitata iudici alias facit litem ſuam.quia hæc dicuntur in dubitata.Sed quandoque ſunt talia indicia quæ non ſunt le-

43 ge approbata,ſed iudicis religioni commiſſa,tamen ſimul iũcta indicant indubitabilem ueritatem,vt eſt exemplum,in confeſſionibus per tormenta extortis,quæ non per ſe, ſed cum perſeuerantia,fama,vel veriſimilitudine facta,vel aliis adminiculis indicant veritatem.l.ſancimus.C.de pœn.l.1.§.Diuus Seuerus.ff.eodem ſecundum Nico.de Mattarel

44 Ex quibus verbis habes,quod nil prodeſt confitenti in tormentis reuocare poſſeſſionem.ſi contra ſe ſint alia indicia iuncta cum confeſſione,niſi reuocans probet contrariũ. vel clare.vel per indicia elidentia indicia contrariantia ſecundũ Bald.ibi.Item ponit Nicola.exemplum vbicunque ex qualitate & multitudine indiciorum inducatur veritas oculis mentis iudicis in quæſtione de facto. Nam quidam ingreſſus eſt aliquam domum, & poſt modicam horam auditus eſt clamor mulieris, & ſtatim exiit qui intrauit,cum gladio euaginato, & viſa eſt mulier in facie vulnerata. probatur enim maleficium ſufficienter ex hiis indicijs cumulatis &c. Thomas autẽ de Piperata,vt Ioan.And.refert in titu.de proba.§.videndum. verſicu.13.in addit. ad Specu. ponit exemplum vnum notan. & egregium.Egreditur quis pallidus cum gladio ſanguinolẽto.& ibi inuenitur homo mortus. & de hijs loquitur prædicta.l.ſciant,Palliditas enim & trepidatio eſt vnum indicium. l.de minore.§.plurimum.ff.eo. Delatio gladij poteſt videri aliud ex quo capitur coniectura ſicut alias. de donatio. inter virum & vxorem.l.virum,ſed quia alia indicia talia ſunt grauiſſima Thomas dat alia videlicet, Occiſus eſt Titius ĩ uinea vel fundo,an demõſtrabitur per bona indicia quod Seius eũ occiderit,ſi probatur de inimicitia quæ inter eos fuit, ſi apparet de delatione gladij,vel ſi teſtes dicant,quod viderunt eum fugientem de loco maleficij. Item ſi fama ſit & vox quod ipſe Seius Titium interfecerit. Iſta quatuor bene probarent ſecundum eum Titium,& c.l.3.ff.de teſti.Ioan.And.dicit quod potius videtur tortura fienda.ut ex ore ſuo iudicetur. 21.diſt. cap.nunc autem.l.Imperatorem.ff.de iure fiſci. & Bald.tenet in l.milites.C.eod.& dicit quod omnes ſapientes Bononiæ dicunt,& ita obſeruari vidit,quod per talia,vel ſimilia nõ poſſit quis de facto in perſonam damnari, ſed per pecuniariam ſic,ſi ex maleficio veniat pœna pecuniaria imponenda: plus placet tamen ꝙ procedatur ad torturam, vt ex ore ſuo iudicetur.vt dictũ eſt.Ponit etiam Thomas aliud exemplum ſub eo themate.non extant teſtes ꝙ Titius occidi fecerit Seium, ſed probatur quod ipſe Seius erat inimicus dicti Titij. ff. eod. leg.1.§.propterea.& delegat.l.ſciendum.§.ſecundo. quod tempore occiſſionis erat in loco quod receptauit occidentem, ꝙ occidens erat eius familiaris & domeſticus,eius. Fama probatur quod iactauit ſe quod faceret occidi: & quod erat homo ad id potens.C.quod met.cauſ.l.metum.ff.ex quibus cau. ma. l.2.& 3.& quod inter eos offenſæ proceſſerunt,de his etiã dicpoſſe intelligi leges illas. Sed vt dixi potius videtur facienda tortura,vtex ore iudicetur.

45 Decimo quęro an dictum vnius teſtis cum alijs indicijs faciat plenam probationem, ſeu dicatur probatum per indicia indubitata glo.in l.2.§.j.ff.de excuſatio.tuto.pro hoc.l.inſtrumenta.C.de probatio.& de teſtib.& l.1.§. idem Cornelio.ff.e. vbi hoc videtur Barto.Ex quo ſecundum eum tenendo quod fama faciat ſemiplenam probationem,de quo per eum ĩ l.de minore. §. plurimum. ff. eodem.vnus teſtis; & fama faciunt plenam probationem.quod verum puto in cauſis ciuilibus, vt no.per eundem in l.admonendi,de iureiuran.Et in criminalibus non procederet,cum vnus teſtis faciat indicium ad torturam,non tamen facit ſemiplenam probationem.vt no.per glo.& Cyn.in l.3.ff.ad l.Iul.maieſta.& tenent Cynus. & Ioan-

46 nes Andreę hoc eodem membro.q.v.licet Alber.eodem titulo verſic. nunc.aut voluit,quod ex dicto vnius teſtis torti cũ alijs iudicijs poſſit ſequi condemnatio. Puto quod intellexit quando pœna pecuniaria venit imponenda.per ea quæ in proxima quæſtione retuli, cum dicitur in titu: de indicijs indubitatis prope finem.Sed vt ibi dixi plus placet ꝙ ex hoc caſu procedatur ad torturam,vt ex ore ſuo iudicetur.

47 Vndecimo quæro, qualiter probari debeat indicium. reſpondeo ſi teſtis deponit directo de maleficio tunc ſufficit ad indicium vt dixi in 7.q.ſi vero deponit de indicio ad maleficium,tunc debet probari ſaltem per duos teſtes.vt no.Gl.in l. fi.C.famil.erciſcun.vbi hoc tenent Bar.& Bald. & idem tenet Bar.in l.fi.ff.eo.& Glo.in l.cum proponebatur.ff.de. leg.2.dic quod tot teſtes requiruntur ab probationem negocij principalis, Innocen.in c.ſicut de Simo.cuius Bal.meminit in d.l.fi. C.famil.erciſcun.ſic ait,nos dicimus quod legitima ſigna ſufficiunt ad præſumendum aliquem hæreticum ſed illa ſigna oportet probari plene ſecundum Innocen.& ſic vnus ſolus teſtis qui deponit de vno iudicio nihil probat.ſed debet probari per duos teſtes dicit Bald.in d.l.fin.Cod.famil erciſcun.argumen.ad hoc.ff.de teſt.l.vbi numerus.

48 Duodecimo quæro circa ſecundam partem huius mẽbri. qualiter ad tormenta,procedi poſſit. Reſpondeo dicit Ioan. Andreæ.in hac ſecũda parte huius membri, qnod tortura debet eſſe moderata & non quanta poſtulat accuſator. l.de minore.§.tormenta.ff.eo.& debet primo fieri de ſuſpectiſſimo a quo melius, & facilius credatur veritas eruenda.l.prima.§.1. ff.eod.& l.vnius.2.ſecun reſpon.& non debet quæſtio fieri an Titius commiſerit ne plus videatur ſuggerere quã quęrens.l. 1.§.qui quæſtionem.ff.eo.ſecundum Io.And. qui plus in hac ſecunda parte non dicit.& ſic tria ponit dicta. primum declarabitur vſquę ad q.21.

Secundo declara quod iudex debet torturam primo incipere ab eo,a quo melius & facilius haberi veriſimilius poteſt veritas.ceſſante verſimilitudine debet incipere a ſuſpecto,demum a debiliore,ſecundum Barto.ſic declarando. l.prima.§. primo.& l.vnius,in princip. ff. eo. & ſi ſunt torquendi pater & filius.prius debet torqueri filius patre inteliigente, quia pater magis veretur de filio quam de ſe,vt ff.quod met.cau.l.iſti quidem,Inſt.de noxa.§.Veteres.Item fœmina quia melior.ff. de iure fiſ.l.deferre, in prin.& de verb.ſigni.cap.ſorum, ſecundum Alber.eodem titu.verſi.nunc videndum cum declarabitur.in 21.q.

49 Tertio decimo pro declaratione plurium quæſtionum huius operis,in qua parte iudicii procedi debeat ad torturã. Bar. in l.fina.ff.eod.ad propoſitum ſic inquit.quod ad euidentiam eſt ſciendum,quod quandoque de maleficio fit inquiſitio generalis non contra certam perſonam, primo caſu quandocunque ad inueſtigandum procedatur debet de maleficio cõſtare,ut l.ſi is,verſicu.ſi tu Titiũ.ff.de fur.& l.prima.§.qui quęſtionem.ff.eo.& rectores mittũt militem ad videndum mortuum

Digitized by Google

tuum vel vulneratum,& hæc faciunt ſcribi,& ſuper ijs posũt poſtea inquiri ſpecialiter contra aliquem. vt ipſe dicit. in l.2. §.ſi publico.ff.de adulter.Item fama de maleficio.

Quid ſi fama eſt,q̃ fuit factum magnum furtum,& nõ poteſt conſtare directe de maleficio,vnde ſufficit fama, & habita certitudine de maleficio vel fama iudex poteſt mittere p̃ vicinis.Nam vicini ſcire debent veriſimiliter potius quam alij.vt l.ſi ita,in fi.de fide inſtru.& no.in l.3.circa prin.ff.deteſti. & vulgata.l.Octaui.ff.vnde cogna.c.quoſdam,& c.quanto,extra de præſumptio. & ſi quidem reperit vicinum aliquem de quo ſit ſuſpicio eum aduocet. & diligenter eum interroget de circunſtantiis multis,ſcilicet vbi ſtetit illa nocte. cum quo comedit. iſta enim eſt illa ſubtilis cognitio. de qua.in l.de minore.§.plurimum.ff.eodem.& tunc ex ſermonibus. voce,trepidatione, & conſtantia poterit contra eum habere præſumptionem aliquam vel non vt,ſi repertus erit in mendacio maxima erit preſumptio contra eum.vt l.vnius.§.teſtes.ff.eod.& 50 de præſumptioni.capi. literas.& in hac inquiſitione generali poterunt teſtes torquæri.ſicut in ſpeciali.ut d.§.qui quæſtionẽ ſecundum eum,& d.l.ſi. Sed quomodo poteſt fieri tortura in inquiſitione,generali,cum contra eum non appareant indicia ut l. prima. §. primo. ff. eo.& dictum eſt ſupra eodem. in 1.q.Reſpõdeo in hac inquiſitione debet conſtare primo maleficium eſſe commiſſum ſaltem per famam, ut dictum eſt.

Item debent eſſe aliqua indicia contra teſtes, quod debeant hoc ſcire,vel quia vacillant, vel quia alii dicant ſe interfuiſſe facto.& ipſi negant vt l.ex libero,in princi.& l.vnius. §.teſtes. ff.eo.& hoc ſufficit in inquiſitione generali. Nec obſt. l.1.§.1. quia ibi loquitur in inquiſitione, ſeu accuſatione ſpeciali ſecundum Barto.ſic dicentem,in dicto §.qui quæſtionem,ex q̃bus liquet ad quæſtionem propoſitam, quod conſtito de maleficio ſaltem per famam poteſt ad generalem inquiſitionem deueniri.& in ipſa inquiſitione generali quis torqueri in ſeip- 51 ſum,& in alijs indicijs præcedẽtibus.Inquiſitione autem ſpeciali,in qua parte iudicij procedi debeat ad torturam clarum eſt,quod demum publicato proceſſu, & conſtito de indicijs, cum indicia ſint probatoria. licet nõ plena. q̃ probatio habet fieri poſt litis cõteſtationem, vel iudicii ingreſſum:ut.C. de ſenten.l.prolatam.l.abſentem.ff.de pœnis.& proceſſus non publicatus non probat,vt C.de teſti.l.ſolam. vbi hoc tenet Ia. But.quem Bal.ſeq.in l.militis.C.e.

52 Quartodecimo,quæro vtrũ de indicijs debeat fieri copia parti.Reſpondeo quod ſic.nam ſuper ijs debet diſputari.merito debet copia fieri.vt l.vnius.§.cognitorum.ff.eo.& tenet Bald. eo.titu.l.fina. Aduerte hoc verum, quando agitur de torquẽdo malefactorem.& ſic,Bald.loquitur. Si vero agitur de torquendo teſtem,Reſpondeo quædam veniunt examinanda p̃ torturam teſtis, quæ cauſam principalem de qua agitur non tangunt.ut puta an ſit ſeruus,& iſto caſu iſta diſputatio faciẽda eſt,ne teſtis ſine cauſa torqneatur.ff.eo.l.ſi quis, & no.c.tit. l.1.§.ſi quis dicatur.

Quædam ſunt indicia quæ compræhẽduntur ex dictis,q̃ cauſam principalem principaliter tangunt,tunc circa illa nõ debet diſputari cum aduocatis,ſed reducitur iudici: ſic debet intelligi.d.l.vnius.§.teſtes. & in Authen. de teſtibus. §. ſi uero ignoti.& l.nullum.C.de teſtibus ſecundum Barto.ſic dicentẽ. in d.l.vnius.§.teſtes.ff.eo.Ad hoc quod ſi in abſentia teſtis poteſt redigi in actis rei vacillatio.ut dictum eſt plene. j.quæſtio. 8.fortius non requiritur diſputatio.Et in inquiſitione generali non videtur pars ſeu reus certus, ſed omnes quodamodo vt teſtes examinẽtur ad inueſtigationem veritatis, ut dictum eſt in proxima q̃ſtione, igitur in ipſa generali inquiſitione non debet fieri diſputatio iſta.& ex conſequenti copia indiciorum non eſt danda,& ſic obſeruat conſuetudo. Solum ergo in inquiſitione ſpeciali reo debet fieri copia indiciorum, & diſputatio eorum haberi,& ſic debet intelligi Alb.qui hãc quæſtionem examinat e.ti.ver.ſed quid erit de quæſtione.

53 Quintodecimo quæro,qui debeant intereſſe quæſtioni.Reſpondeo iudex in ſecreto recipiat dictum torti ad ſimilitudinẽ teſtis, qui dẽt ſolum a iudice in ſecreto examinari ſigillatim, Specu.de teſte §.nunc tractemus.in prin.ver.tortus enim.ſimi litudinem habet cum te.vt no.Azo.eo.titu.verſicu. ſed ut habeatur.& ff.eo.l.1.§.Imperator.ff.de adulte.l.ſi poſtulauerit.§. ſi quæſtioni,ſecundum Alb.e.ti.ver.item quæro,qui debẽt intereſſe,per hoc in proxima quæſt.

54 Sexto decimo quæro, an aduocatus torquendi debeat intereſſe quæſtioni? veritas eſt & conſuetudo obſeruat ſecundum Bar.ff.de publi.iudici.l.cuſtodias. quod examinationi eorum,hoc eſt diſputationi, an ſint examinandi, & torquendi bene interſunt aduocati.allegat. l.ſi ſtipulauerit. §. quæſtioni. ff.de adulter.& glo.in l.legis virtus.ff.de legibus, & d.l.cum cuſtodias,ſed ipſi quæſtioni, examinationi, vel torturę non debent inteſſe,hoc tenet glo.in Auct.de teſti.§.quia vero, ſuper verſicu.aduocatur.& hoc videtur velle.glo.in l.2.circa princi. ſuper verſi.vtriuſque. C.de iura.calum.dum dicit aduocatum partis non debere intereſſe.hoc etiam probatur ad ſimilitudinem teſtium, quia partes adſunt iuramento, & non examinationi quæ fit in ſecreto: ſecundum Barto. in dicta lege cuſtodias, qui ſubdit quod ſi aduocati ad hoc nõ fuerĩt adhibiti videlicet diſputationi,an reus ſit torquendus,propter hoc non vitiatur proceſſus,vel ſententia,argumen.eius quod nota.C.de ſenten.l.quam ſententiam facit quod notatur etiã in l.1.& 2.C.de ſent. aduerſ. fiſc. ſecundum eũ poſſet tamen a tali omiſſione appellari, ſicut a pronunciatione de torquendo,quia non foret reparabilis per appellationem, & diffinitiua ſententia poſt toturam omiſſio diſputationis ſicut ipſa tortura.ut no.de hære.cle.i.gl.ſuper verſi.ipſo iure.& l.2.de appe. recip. per Barto.

55 Decimo ſeptimo quæro, an indicia habita ſuper generali inquiſitione preiudicent reo,vt poſſit torqueri quando fit inquiſitio,vel accuſatio ſpecialis.Bart.putat quod non. quia ibi teſtes non fuerunt examinati eo citato & ipſo exiſtente contradictore,ergo non præiudicat ſibi.C.de teſtib. l.ſi quãdo.vn de debent iterum examinari poſt litis conteſtationem ſecundum Bar.in d.l.ſi.q.ſi. ff.eo. quod intellige quando indicia ſumuntur extra reum. & ſic loquitur. Barto. ſecus ſi a reo,ut a pallore,trepidatione & ſimilibus.quia iſta ſunt examinata eo præſente,& contradictore exiſtẽte,& ſemper durant.ſicut dicimus in confeſſione extra iudiciali, & captura ſeu depræhenſione in maleficio.vt no.ff.de adul. l.cap.5.

56 Decimooctauo quæro, An leuiter tort⁹ habeatur pro torto? reſpondeo non. ſicut leuis febricula non dicitur febris.ff. de ædil.edict.l.ob quę vitia.§.ſi.ſecundum Bal.in l.2.C.quo.appella.non recipi.

57 Decimonono queritur,quid ſi reus moritur in tortura, an iudex teneatur? Reſpondeo ſi iudex exceſſit modum conſuetum,& modum qui debebat adhiberi ſecundum qualitatem perſonę,iudex tenetur,alias ſecus ſecundum Bar. in l.quæſtionis modum.ff.eodem.& ſi modum exceſſit aut doloſe,tenet. lege Cornelia de ſica.l.ſi.ff.ad leg.Corn.repetun.Aut ſine dolo & tenetur, quia plus fecit quam debuit tanquam culpabilis,ar.ad hoc.ff.de adulte. l.ſi adulterium cum inceſtu.§.Impe ratores Marcus,ſecundum Cy. in l.Gracchus.C. de adulter.in vlt.q.qui dicit quod in hoc vltimo caſu nõ tenetur in aliquo, quia licuit eo eſſe vehementiſſimũ in ſuos ſubiectos.in Auct. vt iudi. ſine quoquo.ſuffra. circa medium. col.2. Sed præcedens dictum tene, quia vult & Alberi. quia late diſputauit hunc articulum eodem titu.ver.ſed quid ſi iudex allegans pro caſu.l.Item apud Labeonem.§.quęſtionem.ff.de iniu.ibi teneri cum.

58 Vigeſimo quæro,qualiter probabitur torturam fuiſſe illatam ultra debitum modum? Reſpondeo per preſumptiones & coniecturas, cum ea quæ fiunt per officiales ſecrete aliter probari non poſſunt, vt C. de epiſcop. & cler.l.ſi quis in hoc genus,ubi Bal.hoc tenet. Ad hoc quod plenius no. Bart.in l. de pupillo.§.ſi quis ipſi.ff.de op.noui nunciatio.quem ad hoc 59 alleg.Bald.in l.vnica.C.ne ex delict.defuncto. In dubio autem quę dicantur,& ſint tormenta moderata, quæ effreuata oportet relinquere iudicis conſcientię,in cuius motu,& conſcientia lex confidit,cum nõ preſumatur, quod ipſe ſit immemor ęternæ ſalutis,& iuramenti ſibi præſtiti.ut l.fina.ff. ad leg.Iul. repetunda.Et ideo dicit lex,quod quęrere de facto eſt in iudicis arbitrio.ff.de teſt.l.3.§.tu magis,& l.ob crimen.§.ſi teſtes.ff. de re milita.l.non omnes. §. a Barbaris. ſecundum Bald. in 6. col.C.de confeſſ.Et ſiue quęramus in primo iudicio, ſiue in cã appellationis,ſeu in ſyndicatu ex rationis paritate.l.illud.ff.ad leg.Aquili. vnde non poteſt ſuper hoc certa doctrina dari.ſed iudex debet cõſiderare cuius debilitatis,& cuius ætatis eſt,vel ſit ille qui torquetur & ſecundum veritatem criminis vtatur tormentis: ut ff.de re milita.l.3. §. fi. Sic igitur iudex torqueat reum, vt in innocentia vel ſupplicio eum conſeruet incolumem.ut d.l.quæſtionis.ff.eo.ſecundum Albe. eodem tit.verſi. qualiter autem.

60 Vigeſimo primo quęro,an tort⁹ debeat interrogari ſpecialiter de maleficio Reſpondet Ioan.⁹And.vt dixi ſupra in 12.q. dic ut dixit Iureconſultus.in l.1.§.qui quæſtionem.c.videlicet, quod non debet quæſtio fieri.videlicet an Titius commiſſerit maleficium,ne plus videatur ſuggerens quam quærens, quod in inquiſitione generali,quando conſtat maleficium commiſſum,ſed ignoratur a quo procedit, ſecundum Barto. in di. §. qui quæſtionem.In inquiſitione autem ſpeciali,quando quis torquetur in ipſum debet interrogari, an fuerit ipſe vel alius. vt d.l.1.§.Diuus.Si vero in alium vt teſtis,licet debeat interrogari de illo, tamen de alijs circunſtantiis non debet interrogari,ut quia interrogabo eum ſi Titius interfecit Seium,nõ autem interrogabo eum nominatim de modo.ſed dicam generaliter fecit iſtud,& in qua parte corporis percuſerit,non autẽ interrogabo cum limitate,ut percuſſit ſic uel ſic,quia iſtud eſſet

Digitized by Google

set sugestio, vt d.§.qui quæstionem, & verum in aliis qui examinant per torturas. Alij vero testes qui sine tortura exminã tur, examinantur limitate super articulis productis, vt in cap. præsentia. de test. libro sexto. secundum Barto. in dicto §.qui quæstionem.

61 Vigesimo secundo quæro, an tortura possit inferri die feriata. respondeo quod non. quia nec tortura, nec cõfessio, nec aliquis actus iudicarius valet. C. de ferijs. l. dies. l. omnes. & tenet Tancret. in suo opere sub rub. de quæstion. circa viam pro bat. in 12. q. Adeo quod nec putat quod faciat indicium etiam
62 quale, quale testis examinatus die feriata cum omnis actus sit nullus ipso iure, vt dictis legibus patet.

SVMMARIVM.

1 *Tortura in causis ciuilibus & criminalibus infertur.*
2 *Tortura in delictis tantum atrocibus & grauibus locum habet.*
3 *Delicta leuia quę sunt.*
4 *Delicta grauia quæ dicantur.*
5 *Delicta grauissima quæ censeantur.*
6 *Differentia quæ sit quoad tormenta inter causas criminales graues & peniarias.*

TERTIVM MEMBRVM.

[1 TErtium membrum Principale est inquib. causis procedi possit ad torturam. Cyn. & Io. And. in hoc tertio membro dicunt, quod in ciuilibus, & crimin alibus locus est quęstioni. ff. e. l. Diuus. C. eodem. l. 3 l. cum testamẽtum falsum. & l. hoc quod placet. de accusati. capi. si constiterit, de depos. i. c. 1. de hære. in cle. 1.

2 Secundo quæro, in quibus causis criminalibus locus est torturę? Doctores non aperiunt. dic quod in delictis atrocib. seu grauib. & grauissimis non in leuib. & hoc probatur. ff. eodem l. edictum. vbi Bar. dicit tormenta requiri in causis grauibus non in leuibus, & sic per d. l. dicit Albert. eodem tit. vers. item a quibus.

3 Quæ autem sint delicta leuia. grauia & grauissima Bart. in l. non solum. §. si mandato. ff. de iniur. magistraliter sic loquit. leuia delicta sunt in quibus non requiritur dolus. vt damnũ iniuria datum. vt l. liber homo. l. 2. & ibi no. ff. ad l. Aquil. & in d. l non solum. in prin. notat gl. Item est delictum leue in quo requiritur dolus vt furtum rei modicæ. ut nota. in glo. prima. l. ad eadem. ff. de reg. iur. facit. l. si libertus. ff. de furt. & l. respiciẽ dum. §. furta domestica, Item leues iniuriæ verbo illatæ. Hæc duo ponit Specu. in titu. de libel. concceptio. §. nunc videndũ. versicu. 42. posset etiam exemplum poni per notata. in l. leuia. de accusationi. per glo. & Barto. in ijs ergo leuibus non est locus torturæ; vt de furto domestico est expressum. in di. l. respiciendum. §. furta domestica. sicut in eis non requiritur libelli inscriptio, & alius iuris ordo. vt d. versicu. 42. Barto. in dicta l. leuia, post glo. exemplificat etiam in reperto de nocte. seu de die cum armis vel sine. nam in ijs non requiritur processus secundum eum, & sic nec est locus torturæ. vnde in damnis datis, & talibus delictis leuibus cessat tortura.

4 Delicta autem grauia sunt delicta priuata quæ requirunt dolum, & magnum parant pręiudicium, & magnam pœnã merentur. vt furtum. non paruum, vt dicto §. furtum, & no. in dicta l. auxilium. §. in delictis. ff. de minoribus, & in dicta l. ad ea. in prima glos. Item putat Bartol. de qualibet iniuria quæ infertur in personam, ut in d. §. si mandato meo, quod dicit teneri filium licet obediat. patri. ex quo sequitur quod est male ficium graue, pro quo facit quod quęlibet iniuria corporalis est maior qualiber reali. l. in suorum. in fi. ff. de pęnis.

5 Delicta autem grauissima sunt delicta publica. ut no. in d. l. auxilium. §. in delictis, & dicta l. ad ea. In leuibus autem non est locus torturę in aliis sic. & hoc probat tex. argumen. d. l. edictum. & sic debet intelligi, tex. in l. 1. versicu. in cœteris. C. eodem. qui probat recte intellectus, in omni delicto locum fore torturæ. & l. hoc edictum. quod placet vbi loquitur in delictis priuatis. & hoc vult Gl. pen. d. l. j. ibi dum dicit, quidam ĩ omnibus criminibus torqueri. Nec obstat quod dicitur, tu dic in alijs nullo modo torqueri, quia loquitur de seruis contra dominos, locus est torturæ in omni delicto videlicet graui. vt d. l. edictum.

6 Tertio quæro, an sit differentia quantum ad tormenta inter causas criminales graues & pecuniarias? Respondeo sic. nã in causa pecuniaria torquentur solummodo serui, & non liberi, neque statu liberi. ut d. l. Diuus, in princ. vbi sic in ista qõne dicit Bar. Adde tamen quod in causa pecuniaria testes liberi torquentur in duobus casibus. ut dicam in sequenti membro. quæst. 7. Item adde quod ista differentia non videtur necessaria, cum in causa pecuniaria non facile veniatur ad tormenta hoc exponit text. si aliter veritas haberi non potest. vt di. l. Diuus. Quod idem est in causa criminali, vt patet ex hijs quæ supra dixi in membro. 2. quæst. 1. Restat ergo sola differẽtia, quod ĩ causa ciuili liber homo non torquetur nisi vt testis in duobus casibus. seruus vero sic. & indistincte concurrentib. tamen hijs quæ dixi. in di. q. 1.

SVMMARIVM.

1 *Milites an & quando sint tortura inexcusabiles.*
2 *Milites nostri temporis an torqueri possint.*
3 *Doctores & aduocati an torqueri valeant.*
Doctoratus est dignitas & munus.
4 *Decuriones nostri temporis, qui consiliarii dicuntur de iure torqueri non debent.*
5 *Clerici an sint excusabiles a tortura.*
6 *Liber homo torqueri potest, quando veritas aliter haberi non potest. & legitima præcedunt indicia.*
7 *Liberi an possint in alios torqueri.*
8 *Torqueri an quis debeat ex vnius testis dicto.*
9 *Liberi vilis conditionis an possint ut testes torqueri. & numero decimoquinto.*
10 *Testis vilitas a quo surgat.*
11 *Infamis, infamia iuris a testimonio repellitur.*
12 *Infamis, infamia facti non admittitur ad testimonium in causa criminali, nisi in subsidium & cum tormentis.*
13 *Infamaia iuris vel facti ex quibus irrogetur.*
14 *Testis dictum an debeat considerari tempore testimonij uel quando.*
16 *Causæ ciuiles magnæ aquiparantur criminalibus.*
17 *In dubiis indiciis quæ requirũtur ad torquendum testem, an debeat haberi disputatio, quæ habetur ad indicia requisita ad torquendum reum seu aliquem in seipsum.*
18 *Minori, 24. ann. torqueri non debet nisi in cri. læsæ maiestatis potest tamen terreri.*
19 *Minor. 25. ann. sed maior. 14. an possit torqueri.*
20 *Minores ad quid in causa criminali torquentur cum testes eße non possunt.*
21 *Senes torqueri non debent.*
Senes qui dicantur.
Senes inuiti testimonium non dicunt.
22 *Valetudinarij an torqueri valeant.*
23 *Tortura inferri non debet mulieri prægnanti.*
Mulier quo tempore post partum dicatur valida ut torqueri possit.
24 *Mulier lactans an possit torqueri, si non inuenitur qui partum nutriat.*
25 *Inimicus testis an contra inimicum torqueri debeat.*
Et quid de domestico accusatoris.
26 *Socius criminis an & in quibus casibus debeat de consociis interrogari & fidem faciat, & nu. 27.*
27 *Socius criminis potest in carceribus detineri ut socios reuelet.*
28 *Tortus pro furto indiciis præcedentibus an possit etiam torqueri ut cõfiteatur alia furta, ad quæ nulla indicia habentur.*
29 *Testis qui non debet examinari an examinatus faciat indicium.*
30 *Statuliberi an torqueri possint.*
31 *Serui an possint torqueri & contra quem.*

QVARTVM MENBRVM.

QVartum principale mẽbrũ Est, qui homines possint torqueri. & contra quos In quo membro dicunt Cyn. & Io. Andr. apertius contra Azo. in summa. quod tres sunt hominum cõditiones.
1 scilicet liberi. statuliberi & serui. De liberis autem aliqui constituti sunt in dignitate, vt militia, & non torquentur. l. milites. C. eodem cum. l. Diuo. & cap. cum beatus. xlv. distinct. Fallit si ut testes deponunt & vacillant. & aures iudicis offendũt. ut C. de test. l. nullum. secundum Bar. in l. ex libero. ff. eodem titu. in princ. Item fallit in crimine læsæ maiestatis proditionibus &, similibus. in quibns omnibus æqua conditio est. ut C. ad l. Iul. maiesta. l. si quis. & l. nullus. 6. quæstio. 1. § porro. versi. nulli. & l. 3. §. is qui. & l. proditores. ff. de re milita. Item fallit in milite ignominia missio. qui perdit omnem prærogatiuam. de quo. ff. de hiis qui no. infam. l. secun. §. ignominię. & §. milites. Item torquetur de nouo, si decurionatus tempore quæritur de fide instrumenti prius per eum confecti. l. si quis decurio. C. de fals. secundum Ioan. And. Quot autem modis accipiatur dignitas not. 4. distinct. c. denique. & c. quia nulli, de cleri. non resid. in glo.

2 Secundo quæro, quid de militibus nostri temporis (ut dixi in proxima quęstione) poterunt ne torqueri? dic quod sic cũ non gaudeant priuilegio militari. vt in Auct. de princip. §. fin. ibi neque uti armis militant. & c. Nam non seruatis solennitatibus Fabricensium, quis non debet haberi pro Fabricensi. vt C. de Fabricensi. l. si quis consortium. l. generaliter. C. de epis. & cle-

Digitized by Google

& clericis.& facit.C.de appellatio.l.nominatos ſecundum Alber.eodem titu.verſicu.dictum eſt ſupra. Ad idem quod priui legio militari non gaudeant tenet Specu.in titu.de procuratori.§.j.verſicu.item quod eſt miles,& in l.1.in 6.queſt. C.de iur. & fac. igno.& Io.And.poſt Hoſtien.in c.cum deſideres.de ſen. exc.in prin.& ſic torqueri poſſent.

3 Tertio quæro de legum doctoribus & aduocatis, uidetur quod non ſicut milites, militant namque patroni cauſarum hoc puto de iure.licet contrarium viderim obſeruari. & hoc tenet Alber.eodem titu.verſicu.Item quod de militibus & aduocatis.pro hoc,quia doctoratus eſt dignitas, de magiſtris.c. quanto,& nota.Barto.in prima conſtitu.C.circa medi.& conſtituti in dignitate non torquentur.ut in 1.q. huius membri.

4 Quarto,quid de decurionibus noſtri temporis. videlicet de cõſiliarijs.an poterunt torqueri?dic quod non de iure,quia cõſiliarii cuiuſcunque ciuitatis decuriones ſunt.ff. quod cuiuſq; vniuerſi.nomi.l.nulli.ff.de verborum ſignifi.l.pupillus.§.decuriones.De generali tamen conſuetudine cõtrarium ſeruatur. ſecundum Alber.eo.titu.ut dictum eſt ſupra.qui dicit quod vidit Bononiæ conſuli per ſapientes, & obſeruari auctoritate conſuetudinis.

5 Qninto quæro,an clericus poſſit torqueri. Reſpondeo Cy. in d.l.nullus.C. ad legem Iuliam maieſta. tenet clericum puniri poſſe de falſo.licet non torqueri. Sed probatur licet non alleget.l.presbyteri.C.de epiſcop.& cleric.Ioan. And.hoc etiã membro.& ſuper glo.d.cap.c.cuius in contemplatione,refert opinio.& finaliter reſidet clericum non torquendum ſeu presbyterum ex eo,quod ſit in dignitate,niſi ſit ſuſpectus.cum.n. ſacerdos fortius alio peccet in celebrando,dicendo, vel publicando.de exceſſibus prælatorum.cap.tam graue. & ſacerdos ĩ hoc priuilegium amittet. Suſpectum intellige id eſt infamẽ. vt idem Ioannes Andreæ refert tenuiſſe alias in capitu.primo depoſiti.Bartolus in l.ex libero, in princip. per dictam legem presbyteri:non poſſe torqueri vt teſtis,& ſic videtur ſequi opinio. Cyn.

6 Sexto quæro, de ſecunda hominum conditione. videlicet de liberis in dignitate non cõſtitutis, an poſſint torqueri in ſe ipſos?Reſpõdeo ſecundum Cynum & Ioannem Andreę hoc eodem membro.in ciuilibus cauſis non poſſunt torqueri: in criminalibus vero poſſunt: interuenientibus hijs duobus de de quibus ſupra eodem membro quæſtione prima ſcilicet, q̃ alijs probationibus veritas haberi non poſſit. & quod legitima præcedant indicia.vt C.eodem.l.nihil.in fine & l.milites, ſecundo reſponſo & C.de de infamibus.& l.nullus.C.de aſſeſſoribus.

7 Septimo quæro,an liberi homines poſſint torqueri ĩ alios? Reſpondeo liberorum hominum aliqui ſunt non vilis cõditionis,aliqui autem ſunt vilis conditionis.

Primo videndum eſt de liberis hominibus non vilis conditionis an in alium torqueri poſſint? Reſpondeo quod ſic ſecũdum Cynum & Ioannem Andreæ in hoc eodem membro, ſi alter duorum interueniat,videlicet,quod vacillet,del quod interfuit facto,& de mendacio conuincitur.l.ex libero. ff.eodem.

8 Octauo quæro,vtrum ſufficiat dici tantum ab vno ex teſtibus.dicit Bar.in l.vnius.§.teſtes,quod ſic ſi vnus ille ſit dignior illo,qui ſe interfuiſſe negabat.

Si vero æqua amborum foret conditio vnus contra alium indicium faceret,ambo poſſunt torqueri,vt no.Bar.ff.de app. l.a ſententia.in prin.

9 Nono quæro, an liberi homines vilis conditionis poſſint vt teſtes in alios torqueri,Dicunt Cyn.& Ioan. Andr. hoc eodem membro quod vilis perſona.neque in ciuili,neq; in criminali recipitur niſi cum tormentis.2.quæſt. 1. cap.in primis, in fi.l.ob carmen.ff.de teſtibus.§. 2. & ſecundum quoſdam ſolum in ſubſidium.in Auth.de teſtib §.primo.& §.ſi vero ignoti.& §.ſi vero huiuſmodi.& ibi gl.quam videtur tenere Azo. in ſum.C.de teſtib.Bart.in l.ex libero.in princi.ff.eo.vbi deportatus in inſulam.& etiam ſtatuliber non torquetur.ſicut alij liberi homines.& conſtat illos eſſe viles & obſcuros.ut patet ex tex.in d.§.ſi vero ingnoti.& ad hoc ut torqueantur requiruntur duo quod ſint viles & ignoti.& optent corrumpere veritatem, & poſſunt torqueri. nam iſti viles homines admittuntur ad teſtimonium ſine tortura,non tament adhibetur eis tanta fides ſicut aliis,vt l.2.& 3.ffieo.poſſunt tamen torqueri in caſibus,& primo ſi vacillant.ut d.l.ex libero,in princ. & d.§.ſi vero ignoti.

Secundo ſi conuincitur de mendacio.ut l.vnius. §.teſtes.ff. eodem.

Tertio quando ſponte vadunt ad dicendum teſtimonium. vt d.§.ſi vero ignoti.ver.feſtinãtes,& probatur.v.q. v.c.hij qui ſecundum Bar.in d.l.ex libero.in prin.

10 Aduerte pro huius articuli intelligentia interdum vilitas teſtis ſurgit ab infamia iuris,interdum ab infamia facti,in-

11 terdum ſine culpa,primo caſu clarum eſt, quod infamis infamia iuris repellitur a teſtimonio.vt ff.de teſti.l. ſecun. & dicta l.2.& d.l.ob carmen.§.ſi ea rei. & tenet Specu.in titu. de teſte. §.1.verſicu.item quod eſt infamis.& Cy.& Ioan.And. ut proxime dixi.Cyn.Bar.& alij Doct.in l.1.C.de ſum.Trini. & fi.car.

12 Si vero vilitas inſurgit ab infamia facti,& tunc aut loquimur in cauſa ciuili aut criminali,primo caſu non repellitur,ſed ei minus creditur.ut not.glo.in l.3.§.duę cauſæ.Poſſunt tamen in tantum eſſe uiles & ingnoti,quod eſſent neceſſaria tormenta. vt in Authen.de teſti.§.ſi vero ignoti,in princ.colla.8.ſecundũ Bar.ſic dicentem.in d.l.1.C.de ſumma Trinita.& Pau.de Leazari.& D.Anto.de Butr.in cap.teſtimonium.de teſtib.& hunc caſum poteſt reſtringi quod ſimpliciter dicit Bart. in dicto §. duę cauſæ.poſt Ioan. And. & Cyn. vbi ſupra non admitti niſi in ſubſidium & cum tormentis, & quod idem Bart.dicit in l. Caſſius.ff.de ſenatori. In cauſa autem criminali & tunc non admittũtur quia debẽt probationes eſſe luce clariores. l.ſciãt. C.de probatio.hoc probatur in d.cap. teſtimonium. de teſtib. quod intellige,niſi in ſubſidium ſicut dictum eſt in infamia iuris.l.qui vltimo.ff.de pœn.ſecundum Bar. in d. l. i.& ſic in cauſa criminali infames infamia facti nõ admittuntur niſi in ſubſidium & cum tormentis.& hoc modo poteſt intelligi Barto.

13 in d.§.cauſæ.& in d.l.Caſſius.Ex quibus iuris, vel facti irrogetur ponit Cyn.C.de infami.ſuper rubri.& l.nullam, poſt Glo. ibi 1.& in regula infamib.lib.6.& ibi Io.And. ſuper prima gl. in nouella.

14 An autem dictum teſtis debeat conſiderari tempore teſtimonij vel quando, & quod interim fuerit emendatus non pertinet ad breuitatem huius ſyllabæ de primo vide Bar.in l. 1.§.ſeruus.ff.eo.de utroque vide in c. teſtimonium. per Canoniſt.ext.de teſti.

15 Quando autem vilitas ſurgit ſine culpa, & in ſtatu libero, hijs qui ſunt ingnoti.tunc autem ſunt ignoti.& obſcuri penitus in omnibus.tunc in ciuilibus cauſis admittuntur, ſed eis non tanta fides datur,modo torquetur niſi aliquod indicium etiam leue ſit contra eum,vt dicto §.ſi vero ignoti.& ſic intelige,Bar.in d.l.ex libero.ff.e.in prin.vbi quod ex eo quod ſpõte vadunt ad teſtificandum poſſunt torqueri. & ſic leue indicium arctat eos ad torturam.& hoc vult text.in dict. §.ſi vero ignoti.in princ.ibi,& apparuerint circa teſtimonij veritatem corrumpere feſtinãtes.Aut non ſunt omnino ignoti,ut ſtatu liberi,peregrini,& aduenæ.aliquam artem exercentes, & tũc admittuntur in ciuilibus cauſis,& non torquentur.ut dicta l. Diuus.§.fina.& probat optime tex.in d.Auct.de teſtib. §.ſanci mus,ibi,ſed ut ſi qua de eis dubitatio fuerit,poſſit facile demõſtrari teſtium vita,quia inculpabilis atque moderata eſt.In cã vero criminali, non admittuntur, niſi in ſubſidium,& cum tormẽtis,ut de infame,& infamia facti dictum eſt.quia in criminalibus requiruntur probationes luce clariores ut dictum eſt. Quod dixi in cauſis ſupra dictis puto idem dicendum in

16 cauſis ciuilibus.no.in l.de minore.§.tormenta.ff.eo.in quæſtione,an fama facit ſemiplenam probationem,& in l.admonendi,de iureiuran.circa fi.in quæſtione.in quibus caſibus deferratur iuramentum neceſſarium.per Bart.ſi tamen quo ſupra dixi non debent admitti ſine tormentis, Ad tormenta deueniri non debet,niſi concurrentibus duobus requiſitis,de quibus in prima quæſtione.2.memb.& ſi deueniretur dictum eius nihil probaret,ut l.1.§.idem Cornelio iuncta gloſ. ff. eo. vbi etiam hoc not.Bar.

17 Decimo quæro, vtrum in his indicijs quæ requiruntur ad torquendum teſtẽ debeat haberi legitima diſputatio,quæ habetur ad indicia quæ requiruntur ad torquendum reum, ſeu aliquem in ſeipſum?dic quod nõ.ut dixi ſupra in 2. membro. queſtio.14.

18 Vndecimo quæro,vtrum minor poſſit torqueri? Reſpondeo de minore.14.ann.eſt expreſſum quod non. in l.de minore,in princip.& in l.lex libero.§.primo.ff.eo.niſi in crimine læſæ maieſta.ut di.l. de minore.terreri tamen poteſt impubes ut poſſit ab eo veritas eliici.vt l.j.§.impubes.& l. excipiũtur.ff.ad S.C.Sylla.& no.in l.fina.C. de his quib.ut indig. glo. 1. Maior

19 autem qua tuordecim annis torqueri poteſt.ut dicta l.a contrario.ſenſu.& quia non prohibentur. leuiori tamen tortura ſunt torquendi propter ętatem.argumen.l.primæ.C.ſi adulter. delict.& l.auxilium.§.in delictis,niſi adulterio.vt ibi no. & ar. l.ſi minor.ff.de adulter.

20 Duodecimo quęro,cum in cauſa ciuili impuberes teſtes eſſe non poſſint.ff.de teſti.l.3.& lege Iulia.& l.inuiti,in fi.In cauſa criminali etiam minores viginti annis.eodem titu.l.inteſtimonium.ad quid torqueantur.reſpondeo ut faciant indiciũ, in d.gl.in d.l.inuiti.& Bar.in d.l.de minore.in prin.

21 Tertio decimo quæro, an ſenes poſſint torquæri? Reſpondeo non l.3.§.ignoſcitur.ff.ad S.C.Syllania.ſecundum Io.Anſenem autem intellige maiorem.70.ann. qui inuitus teſtimo-

22 nium.& ibi no.in gloſ.per quam legem idem puto in valetudinarijs,

Digitized by Google

dinarijs, vt torqueri non possint si inuiti testimonium non dicũt. Nam in eum ĩ quem quis iniutus dicere testimonioniũ non cogitur. in eum nec torqueri debet. l. 1. §. si seruus bona fi de. in fi. ff. eo.

23 Quarto decimo quæro, quid in muliere prægnante? Respõdeo torqueri non potest. l. prægnãtis. ff. de pœn. facit. l. vetat. ff. de mortuo inferen. & l. Imperator. ff. de statu homi. & hoc tenet Io. And. per d. l. pręgnantis, quod intelligo donec pręgnãs esset. vt d. l. patet, & post partum donec sit fortis, secundum gl. in d. l. prægnantis post quadraginta dies quibus valetudinaria esset censetur. l. 2. §. si non propter. §. si quis cautio.

24 Quinto decimo quæro, iuxta prędicta, quid si non inuenitur quis seu quæ velit nutrire partum, an mulier lactans torqueri possit? dicit Oldra. esse differrendum. ut ff. de Carb. edict. l. sed & si is. §. autem, & ita fuit determinatum Paduæ secundum eum. Gul. de Cuneo, in l. Imperator. ff. de statulib. homi. dicit, ꝙ fiscus debet inuenire nutricem, vt delicta puniantur. quod tamen puto sensisse Oldra. Dic ergo secundum Bart. in d. l. prægnantis. quod si quidem nutrix non inuenitur propter defectum pecuniæ, quia nõ est qui velit soluere nutrici, & nutrix non reperitur gratis, tunc debet solui nutrici de publico, ne executio differatur. argum. l. 1. C. de his qui per præm. lib. ac ce. sed si uon reperitur nutrix aliqua propter defectum personæ. & tunc debet seruari mater ad nutriendum. donec nutrix reperiatur. quia eadem est ratio in conseruando iam natum, quę est in conseruando posthumum. arg. l. sed si is. §. an autẽ. ff. de Carbon. edic. secundum Bart.

25 Sextodecimo quæro, an cõtra inimicum testis torqueri debeat? Resoondeo non si inimicitia est magna, secus si parua. vt in Auct. de testibus. §. si vero odiosus, col. vii. & l. 1. §. postea. ff. eo. & quod ibi no. Amplius neque ad quæstionem sunt pro uocãdi hii quos accusatur de domo sua producit. l. j. §. ad quę stionem. ff. eo. ti.

26 Decimo septimo quæro, an socius tentus debeat interrgari de socijs, & fidem faciat? Respondeo Cyn. in l. fi. C. de accus. & Bart. in l. repeti. § j. ff. eodem. dicunt, quod sunt delicta, quæ nõ committuntur principaliter in offensam alicuius vel odium, sed propter commodum committentium, vt falsare seu fabri care monetam. Item latrocinium facere. Nam latrones non odiunt aliquem, sed diligunt bona aliena, & isto casu potest interrogari de sociis, ut probatur in l. Diuus. ff. de custo. reo. & l. prouinciarum. ff. de ferijs. & l. fina. C. de malefic. & Math. & ita intellige. l. qui vltimo. ff. de pœn. & l. fina. ff. ad exhiben. Po-
27 test etiam socius detineri in carceribus, vt socios reuelet ut di cit Bar. in l. 1. §. Diuus ff. de iure fisci. facit quod notatur in cap. si clericus, de senten. excommun. in §. 6. glo. fin. Quædam sunt delicta quæ committuntur principaliter in inimicitiam, & odium, & inistis confessus de se non debet interrogari de aliis. vt d. l. repeti. §. primo. & l. fina, C. de accus. Fallit in casu. l. prius. ff. ad S. C. Syllania. Ex prędictis dicite, quod fures possunt interrogari de socijs & de raptoribus, & similibus arg. di. l. Diuus. ff. de cust. reo. Ratio prędictorum est, quando delictum cõmittitur in alterius iniuriam, est qui illos declinantes potest accusare, sed in delictis quę non committuntur principaliter in alterius iniuriam ideo magis permittitur iudici inquirere secundum Bar. quem refert & sequitur Anto. de But. in capitu. 1. de confess. Et quod dictum est socios seu participes criminis non interrogari de aliis, seu non admitti ad testimonium contra alios, potest dupliciter intelligi, scilicet de deferendo & impugnando. verbi gratia fuerunt tres socii in rixa volunt depo nere quod ego non fui culpabilis, non creditur eis de se confessis. & econtra si volunt deponere quod ego fui culpabilis non creditur eis de se confessis in alium, ut in dicta l. fina. C. de accu. secundum Bal. in l. quoniam. C. de testib. qui subdit ꝙ illi tres negauerũt & inculpauerunt me solum. quod ego ad repellendum eos, non debeo delictum meum pręsupponere, qa tic faterer crimen. & frustra eos excluderem, sed debeo delictũ eorum intenre, ut no. C. de libe. cau. l. si filium. in glo. & in ca. mediatores, de testib. in 6. in vlti. glo. Fallit quod dictum est supra socium interrogari non debere de socijs in criminibas exceptis, in quibus socius contra socium potest torqueri. vt not. C. de accu. l. fi. in vlti. glos.

28 Decimooctauo quæro, pone torquetur quis pro quodam furto indiciis precedentibus, an procedi debeat in tortura, ut confiteatur de aliis furtis quæ fecit ad quæ nulla præcedunt indicia? Respondeo non, quia quantum ad dicta furta, de quib. in specie vel in genere nunc quæritur non pręcedunt indicia: & sine indiciis nemo torquendus est, vt dictum est in prima quæstione secundi membri. & hoc tenet Alber. hoc eodem ti. verficu. sed quid de quęstione. Dicit tamen quod de consuetudine Italiæ seruatur contrarium, quæ consuetudo iuuari põt per l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milita. & l. congruit. de offic. prętid. dic quod ista consuetudo est corruptela, nisi præcedat indicium, & puto si leue indicium præcedat iũcto indicio resultante ex altero furto cõfessato, quia semel malus &c. cum duo leuia indicia constituant vnum vrgens, vt dixi in 2. membr. q. vlt. cum duab. seq.

29 Decimonono quæro an testis qui non debet examinari, si examinatur faciat indicium? Respondeo secundum Bar. ff. eo. l. maritus. quandoque non debet examinari propter reuerentiam personarum. & tunc examinatus non facit indicium, vt d. l. maritus. & d. l. Diuus & d. l. 1. §. Diuus Seuerus. Quandoque non debet examinari testis propter ætatem, tunc examinatus non facit indicium plene, sed quale quale, vt l. 1. §. impuber. ff. ad Senatusc on. Syllan. & no. C. eo. ti. l. fin. in prima gl. Idem in teste qui nõ debet examinari propter sexum, vt in muliere in causa criminali, de verbo. significa. ca. forus. ea ratione. Quandoque testis non debet examinari propter infamiam. & tunc examinatus leue facit indiciũ, & quale quale, vt l. qui vltimo, ff. de pœn. quandoque non debet examinari propter inimicitias, & tunc facit indicium, vel non facit secundum qualitatẽ inimicitiæ, vt l. prima. §. præterea. & quod ibi not. ff. cod. quandoque autem testis non debet examinari ratione ordinis. quia ante litem contestatam, vel parte non citata. & tamen non facit indicium, vt l. si quis adulterium, de adulter. & C. de testib. l. si quando, in fi. & ꝙ ibi no. Bar. in l. fina. in fi. ff. eo. secundum eundem vt d. l. maritus. quandoque non debet examinari sine tortura. & examinatur cum tortura indicijs non præcedentibus. & tunc examinatus non facit indicium, vt l. 1. §. idem Cornelio, ff. eo. iuncta gl.

Quandoque non debet examinari nisi volens, ff. de testi. l. lege Iulia. cum seq. & examinatus inuitus præsumitur, nisi dicat quod volens testificatur, vt no. Bar. C. de episcop. & cleri auct. presbyteros. & tunc inuitus facit indicium quale quale, sic vt in impubere & muliere dictum est, ea ratione non autem facit indicium sufficiens, sic intellige Bar. in l. 1. §. si seruus, ff. eod. Quandoque non debet examinari, quia examinatus die feria ta, & tunc nullum facit indicium, vt dixi. in secun. membr. quę stio. 22.

30 Vigesimo quæro, de secunda conditione hominum, videli cet de statuliberis? Respondeo dicit Cy. & Io. And. hoc eodem membro. quod idem quod de liberis dicendum est. ff. eod. l. ita tu liberi. inteiligo scilicet vbicunque sine culpa eorum per ea quæ dicta sunt supra eodem membro. 9. q.

31 Vigesimoprimo quæro de tertia hominum conditione videlicet de seruis. in qua quæstione, quia parum est in vsu, refero dicta Cyn. & Io. And. solum qui hæc contra extraneum, q nec est, nec fuit dominus. ant contra dominum præsentem vel præteritum, primo casu torquetur præcedentibus indicijs, quia in subsidium, vt dictum est in 2. q. 2. membri, secundo, aut seruus interrogatur de facto eius domini & serui, & tunc torqueri potest, vt l. quicunque, C. de serui. fugi. & ff. de ædil. edict. l. quæro, §. fina. ff. eod. l. 1. & 4. q. 3. c. serui. primo respon. & vers. item serui neque. Aut interrogatur de facto extraneo & tunc distingue, aut dubitatur de domino, & ratione dubij poterit, C. eod. l. cum falsum, & C. de rei vendica. l. cum super. Aut certum est, quod est vel fuit dominus. & tunc si causa pecuniaria est non torquetur, C. eod. l. prima. in fin. si criminalis nec tunc regulariter. Fallit in criminibus quæ habentur & notantur in l. fina. C. eo. scilicet in crimine adulterij. fraudati census, lætę maiestatis principis. reipublicæ, & aliorum qui ad latus principis militant, vel si coniux coniugem, vel si socius socium occidisse dicatur.

Quod de domino dixi intellige de singulari. Seruus enim vniuersitatis vel corporis contra singulos de vniuersitate vel corpore torquetur, quia non singulorum sed corporis seruus est, ff. eodem, l. prima, §. seruum. sicut de liberto dicitur. 12. quę stio. secunda, cap. qui manumittitur. Idem quæ dixi in seruo q tempore accusationis meus vel prius, vel fuerat socius post accusationeu meus seruus effectus, ff. eod. l. prima, §. si eum. ad hoc de testibus. capitu. licet. ex quadam. ibi ante litem mo tam. &c.

SVMMARIVM.

1 *Confessio sponte facta in iudicio utrum probet contra confitentem absque perseueratione, & absque alio adminiculo.*
2 *Confessio facta in tormentis an probet contra confitentem.*
3 *Confessio in tormentis facta an contra alium præiudicet.*
4 *Testis variatio in tormentis, vtrum eius depositionem vitiet.*
5 *Confessio quæ per tormenta facta dicatur.*
6 *Perseuerare in confessione sua quis dicatur, & nu. 7.*
7 *Temporis interuallum iudicis arbitrio moderandum, requiritur inter confessionem per torturam & eius ratificationem.*
8 *Torqueri an quis possit post ratificationem*
9 *Perseuerare in confessione in tormentis facta an quis dicatur, eo, quia eã non reuocat*
10 *Iudex vtrum habitis indicijs sufficientibus possit cogere reum ad confitẽdum.*

Digitized by Google

dum,& ex illa confessione eum condemnare.

11 *Iudex debet facere scribi in actis, quando reus moderate tortus confitetur, vel negat, ne tempore syndicatus possit conueniri.*

12 *Confessio facta in tormentis legitimis indiciis non præcedentibus, non nocet reo etiam perseueranti in ea.*

13 *Confessio absque legitimis indiciis in tortura. non conualidatur per superuenientia indicia.*

14 *Relaxatus fideiussoribus, qui post ea citatus ad subeundum torturam non venit an habeatur pro confesso, & damnari possit.*

15 *Notarius qui in actis scripsit, talis confessus est sponte, cum fuisset tormẽtatus, an de falso teneatur & veniat puniendus.*

16 *Confessio facta in tormentis perseuerata & ratificata, an possit reuocari tanquam facta per errorem.*

QVINTVM MEMBRVM.

1 QVintum membrum. Est de quæstionis effectu. scilicet vtrum valeat confessio facta in tormẽtis. Circa quod primo quæro, an confessio sponte facta in iudicio probet contra confitentem absque perseuera tione,& absque alio adminiculo videtur ℘ sic. ff. de custo. reo. l. si confessus. C. de pœn. l. qui sentẽtiã. ff. de minortb. l. auxiliũ. §. sed, vt ad legis, licet aliqui Doctor. antiqui dicant non probare sine perseueratione vt no. Albe. eo. titu. versic. denuo restat. An confessio facta. sine tormentis præsumatur sponte facta vt probet, in causis criminalibus. Bal. in quoddam suo cõsilio, quod incipit tres sunt casus ponit casus quorum primus est quando quis confitetur in tortura &c. & dicit quia contra tales confessiones consuerunt assessores & potestates per tormenta extorqueri, factas, per locum. a communiter accidentibus debet præsumi formido tormentorum, facit ad hoc quod no. Cyn. & clarius Iacob. Butriga. in l. 2. quod met. cau. Item ratio naturalis hoc dictat, quod nemo vitã suam odio habeat: ideo non est verisimile quod existens in fortia iudicis sponte confiteatur sufficit terror eorum qui minacem feruorem habere possunt: ex sola ergo confessione reuocata non credit iudicem posse fundare condemnationem secundum Glo. quæ ivult quod soli nudæ confessioni nõ creditur, vt not. C. de custo. reo. l. 2, alias parum prodesset innocentibus appellare: quia durum est probare tortnras. quæ in ea camera fiũt iudicis. secundum Bald. in dicto consi. & Bar. in l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. eo. dicit quod confessio facta non præcedentibus tormentis efficax est. & sic præsumitur sponte facta. idem dicit Bald. in l. vnica. C. de confess. quod nemo præsumitur ita fatu' quod mentiatur in seipso, & qui confitetur præstito iuramento de veritate dicenda & sic videtur confiteri cum scientia sceleris perpetrati. & quia confessio pro veritate habetur secundum eum, nisi præcedant terribiles & minaces iactãtię tormẽtorum, quia tunc præsumitur metu tormentorum confessio facta. nisi talis sit malefactor, cui iudex debeat minari tanquã terribilis, quia tunc potius est præsumendum pro iudice quã pro confitente secundum eum ibidem. & sic tenet Albe. in d. versic. denuo restat. eodem ti. Veritas est ℘ confessio præsumitur sponte facta nisi probetur metus. & per cõiecturas probari posset, vt quia terribiles minæ præcesserunt. & ℘ consueuit de facto confessiones extorqueri per tormenta, & quia reũ volentem negare non admisit, sed contra eum delictum conuinxit, & in palatio contra ius retinuit, cum fideiussores afferret, & casus erat, quod debebat fideiussoribus relaxari, & hæc, & alia prosequitur. in l. de pupillo. §. si quis ipsi. ff. de noui oper. nunc. in simili quæstione, quod dic ut ibi. & in cap. si iustus metus. de appellatio. & Cyn. & alij Doctor. in l. 2. C. quod me. cau. loquuntur in actu subsecuto post precedentem metum. vel in confessione post torturam de qua in præcedenti quæstio. proxima. & glo. 1. in l. 2. C. de custo. reo. loquitur in confessione summatim facta. non in figura ordinarij indicij de qua loquitur. vel in confessione facta in tortura. ut loquitur & intelligi debet. d. l. 2. secundum Alber. in di. versicu. denuo restat. & sic consilium Bald. supradictum non procedit, nisi illum restringas post probatum metum, saltem per coniecturas, ut dictum est.

2 Secundo quæro, nunquid confessio facta in tormentis probet contra confitentem. Respondeo secundum Cyn. & Ioan. Andr. hoc eodem membro, glo. declaratam per Barto. in di. l. 1. §. Diuus. Seuerus. ff. eo. quod aut perseuerat in confessione, aut non. primo casu preiudicat secundo. non vt dicto §. Diuus Seuerus. & 15. quæst. 6. cap. 1. 31. quæst. 2. capi. Lotharius. in fi. cũ similib. & l. 2. C. quo. appella. non recipi. & l. 1. C. de custo. reo. est tamen efficacior confessio facta sine tormentis cum perseuerantia, vt d. l. 1. §. Diuus. & §. si quis vltro. & §. quæstioni. ff. e. hoc casu in quo in seipsum reus torquetur. secus si in alium ut talis, vt dicam in proxima quæstio. Item confessio facta ĩ tormentis etiam sine perseuerantia prçiudicat cõcurrentibus fama facti, vel verisimilitudine, vel aliis adminiculis, nec reuocari potest nisi eneruetur fama verisimilitudo vel alia adminicula per contrariam famam, & per contraria indicia, & adminicula excedentia priora contra se existentia, ut dixi supra memb. v. q. 9. sequens Nico. de Mattarel. quem Bal. refert & tenet. in l. sciant. C. de proba. & dixi.

3 Tertio quæro, an confessio facta in tormentis contra alium probet? Respondeo, dicit Io. And. hoc eodem membro inspiciendum, an persona talis fuerit, quę potuerit sustinere tormẽta. ff. eo. l. 1. §. quęstioni. ut enim dicit, sunt quidam qui sunt ita feroces, vt tormenta contemnant, vt ab eis veritas per illa haberi non possit, Alii sunt inpacientes eorum, vt potius mẽtiãtur quam illa pati velint, non solumse, sed alios criminantur ad idem. ff. de ædilict. edic. l. quęro, ad fi. secundum Io. An. Bar. in dicta l. 1. §. quæstioni. ff. eo. dicit, quod per tres casus quando que quis torquetur contra se, & tunc est validior confessio cũ tormentis, vt Auctẽ. de test. §. primo. colla. 7. & in l. cum probatio. ff. de proba. quandoque torquetur in se & in alium simul. & tenet confessio & quandoque confitetur in alium, & non requiritur perseuerantia, quæ requiritur quando in se ipsum, ut no. in l. 1. §. si quis vltro. ff. eo. in gl. quę incipit nam tormentis. in fi. & tenet Bald. in l. fina. C. eo. Ratio, quia non licet testi variare, nisi incontinenti suo proprio motu. cum debet dictum suum incontinenti corrigere, in Authenti. de testibus. §. quia vero. col. 7. & de testib. cap. præterea. no. Bart. in l. repeti. ff. e. nisi aliud probetur per coniecturas. & sic procedit dictũ Io. And. per dicta in q. huius membri.

4 Quarto quæro, an variatio anullet dictum testis in tormentis. ff. de testibus. l. qui falsa vel varia. & l. eos? Respondeo licet testis negauerit sine tormentis, & postea in tormentis dicat cõtrarium, tenet dictum in tormentis. l. si postulauerit. §. sed & si negauerit. ff. de adulte.

Idem eadem ratione licet sine tormentis, ut dictum est, & probatur in Authen. de testib. §. quia vero, col. 7. & in cap. præterea. de testib. & sic cum tormentis potest testis semper corrigere dictum suum, tamen assessores faciunt, quod nõ reperiatur nisi vnum dictum videlicet illud quod dicit precedentib. tormentis secundum Bar. in d. §. sed & si negauerit.

5 Quinto quæro, quę confessio dicatur facta per tormenta? Respondeo si est facta in ipsa tortura vel propter torturã. non autem quęuis territio facit videri confessionem factam formidine tormentorum. sed debet esse in carcere in quo fame, & frigore multum patiatur: nam tunc formidine tormentorũ videtur facta. argumen. ad hoc. ff. de iniur. l. Item apud Labeonem. §. quęstionem. & §. quæstionis. facit. ff. de vi & vi arma. l. j. §. si quis autem visis dum dicit sufficit terror armorum, secundum Barto. in l. 1. §. Diuus Seuerus. ff. eodem pro hoc. C. quo. appella. non recipi. l. 2. ibi autem formidiue tormentorum, nã dicit formidine tormentorum, non autem in tormentis. facit. ff. ex quibus cau. manu. licet. lege 3. & C. quod met. cau. l. metũ. & tenet Alber. eodem titu. versicu. dictum est supra & c. & versicu. seq. secus si extra locum tormentorum iudex minetur de torquendo, & reus confiteatur quia eius territio dicitur. ut d. l. item apud Labeonem. §. quęstionem. & d. l. motum secuudũ Alb. e. ti. ver. sed & iudex. &c.

6 Sexto quæro, qualiter quis dicatur perseuerare in confessione, dicunt Cyn. & Ioan. And. hoc eodem membro, quod perseuerare tunc dicitur quando non territur quis tormentis, & extra tormentorum locum illa non videns perseuerat. alias si prnpe tormenta, & illa videns perseuerat, in tormẽtis videtur id fieri. l. prima. §. ex incendio. ff. de incend. rui. & naufra. secundum Doctor. aduerte hunc passum qui declarat text. in l. 2. C. de custo. reo. quia oportet, quod post confessionem factam in tormentis reducatur apud acta, hoc est in loco publici iudicij. & ibi coram notario, & personis publicis confiteatur delictũ secundum Barto. qui ad hoc dictum text. allegat. in l. prima. §. Diuus. ff. eo. nec puto sufficere quod reus trahatur in publico, & prçsentibus testibus confiteatur. licet. Alber. voluerit contrarium. eodem titu. versicu. sed apud quem locum & c. quia tex. in d. l. 2. dicit apud acta. id est apud locum actoris, & sic apud locum vbi conficiuntur, & sic apud tribunal in quo ius reddi publice consueuit; quasi sub publico testimonio confiteatur. & iudicibus immodice seruientibus obuiatur, ut text. in dicta l. secunda. alias facile posset sub eodem tormentorum timore reus confiteri.

7 Septimo quęro, dixi quod postea reus debet reduci apud acta. quæro quomodo debet intelligi istud postea, dicit Bart. in dicto §. Diuus, quod debet intelligi arbitrio iudicis, qui debet arbitrari ut reducatur illo tempore quo cessauerit dolor tormentorum. argumen. l. quod ait. §. fina. ff. de adulter. secundum eum. & sic debet intelligi, quod dicit Bald. in l. si quis in hoc genus. C. de epiſcop. & cleri. dicens quod impossibilis est spontanea confessio post torturam. & ita etiam tenet Iaco. Butriga. & Bald. idem refert. ff. quod met. cau. Idem vult Alb. eo. titu.

Digitized by Google

titu. versi. item quæro quantum. quia cum a iure non determi
netur iudicis arbitrio reliquitur. ff. de iure deliberan. l. 2. in fi.
ff. de pœ. l. hodie. de effracto. & expilatori. l. 1. §. expillatores. &
sic in effectu volunt Doctor. quod inter confessionem per tor-
turam, & eius ratificationem requiratur temporis interuallū
iudicis arbitrio moderādum. Adde quod fiat ratificatio apud
acta coram tribunali, vt dixi supra. in proxima quæstio. tamē
quia iudex habet semper potestatem torquendi, licet adhibea
tur interuallum, non tamen cessat metus tormentorum. quia
est in potestate iudicis repetere tormenta, tamen quia iste me
metus non est iniustus ex parte inferentis confessio valet si in
dicia cum confessione concurrant, vt C. eodem. l. milites. §. o-
portet. ff. de ædili. edict. l. quæro, in fi. secundum Bald. in lege 2.
quod metus causa. Dic quod ad bancum iuris cessat me-
tus tormentorum, & licet habeat potestatem iterum torquē-
di. si faciat contra ius, confessio subsecuta non tenet. vt dicam
in sequen. membro. & iudices non præsumuntur immemo-
res salutis æternæ, ad legem Iuliam repetundar. l. lege Iulia. &
8 post confessionem ad bancum iuris non consuerunt torque-
ri, nec de iure possunt, neque de facto est præsmendum.

Nec obstat, quod notat Cyn. in dicta l. 2. C. quod met. cau.
dicens quod solutio facta. quādo instat eadem causa timoris,
vt quia promisit ex metu tyranni, sic & soluere præsumitur.
quia in causa prędicta fuit iniustus actus prius metu extortus
valet promissio, sed confessio per totmenta, licet metu tormē
torum sit extorta. tamen actus torturæ est iustus. vnde ratifica-
tio per interuallum facta, non inficitur ab actu tormentorum
iusto.

9 Octauo quæro, nunquid videatur perseuerare in confessio-
ne in tormentis facta, eo ipso quod non reuocat confessionē.
Bal. in l. vnica. C. de confess. dicit ꝙ sic nec perseuerātia est vul
nerata a tormentis, quia ille non est iustus metus. nam iudicis
auctoritas operatur quod factum per talē metum teneat, vide
licet quia pertinet ad executionem Iustitię, cum non fiat con-
tra bonos mores, sed iure licito. vt ff. quod met. cau. secundum
eum.

Aduerte hoc non puto verum, quia vt dixi supra eodem
membro. quæst. 6. ad hoc vt confessio facta in tormentis pro-
bet. tex. in l. 2. C. de custo. reo. & ibi Alber. nec sufficit perseue-
rantia seu cursus temporis, vt ibi nec tempus præfigitur ad re-
uocationem confessionis extortæ per metum. ff. de confess. l.
non fatetur. neque habetur pro confessione, ut ibi: quia nō fa-
tetur qui metu confitetur, & quia donec retinetur captus, an-
te ratificationem factam in loco indicij, semper imminet idē
metus, cum sit prope tormenta. ut d. l. 2. C. quo. appella. nō re-
cip. & finaliter sic obseruat consuetudo.

10 Nono quæro, an iudex habitis sufficientibus indiciis possit
cogere reum ad confitendum, & ex illa confessione condem-
nare? Respondeo, non. quia sic condemnaretur ex indicijs, nō
probationibus. vnde malefaciunt assessores qui habitis indi-
cijs cogunt reum ad confitendum, sed debent moderate tor-
quere, & veritatem inuestigare, & si habita tortura veritas ha
beri possit illa est consequenda in condemnando sen in ab-
soluendo.

11 Et debet hoc scribi in actis, quod moderate tortus confitet
vel negat, ne tempore syndicatus possit conueniri, secundum
Barto. in l. fin. in prin. ff. eodem. & hoc intellige, nisi cum con-
fessione concurreret fama. seu verisimilitudo vel alia admini-
cula, vltra ea, ex quibus est positus ad torturam, vt dixi sup. e.
memb. 2. q. 9.

12 Decimo quæro, an confessioni facte in tormentis non
præcedentibus indicijs stari debear, si reus in illa perseuerat?
Respondeo, non. casus, est in l. pen. ff. eodem. secundum vnam
lecturam quam Barto. approbat. facit. ff. e. l. vnius. §. ex quibus,
& quod nō. per. Glo. l. non dubium. C. de legib. & ex falsi. instr.
l. 2. & 3. & 4. & tenet Albe. eodem titu. versic. item pone quod
quidam. &c.

13 Vndecimo quæro, quid si indicia. appareant, vel probentur
post confessionem factam per torturam, an confessio probet,
respondeo non secundum Bar. in l. maritus. ff. eodem, quia illi
cite, & contra iuris otdinem fuit extorta. indicia enim debent
præcedere, per testes legitime receptos & examinatos.

Si enim aliquid dicant extra iudicium sine tormentis non
faciūt indicium, quia depositi non iurati. C. de testib. l. so-
lam. & l. iur siurandi. secundum Bald. in consi. allegato supra e.
memb. quæstione prima. Idem si cum iuramento extra iudiciū
examinatus fuerit, pone super inquisitione generali, quia sunt
recepti parte non citata, vt dictum est supra in 2. membro. q.
decima septima.

14 Duodecimo quæro, Reus negat maleficium, & dat fidei sso
res, vt l. 1. ff. de custo. reo. demum contra eum probantur indi-
cia, citatur, ut compareat ad subeundum torturam, non com
paret, quid faciet iudex? glo. in l. pen. ff. eodem dat remedium.
scilicet ꝙ cogat cum pignorib. captis, & multa indicta, dicit
Bart. ibidem. quod istud est verum de iure communi, secundū
quod absens non potest damnari: etiam vbi est pęna pecunia
ria nisi de maleficio constet, vt l. absentem. ff. de pœn. Sed se-
cundum statuta terrarum, secundum quæ contumax habet pro confesso, sicut ante comparitionem fuit contumax, &
perinde ac si nō comparuisset debet procedi, ut C. quomo. &
quando iud. l. consentaneum & C. de iudi. l. properandum. §.
sin autem reus. in quibus dicitur, quod sicut contra contuma
cē ante litē cont. proceditur ad missionē in possessionū ex pri-
mo decreto, & secundo, ita possit procedi post litem contesta-
tam, scilicet ille qui nō vult comparere ad subeundum tormē
ta damnari non possit vt d. l. pen. ff. eodem. potest tamen pro-
cedi contra eum ac si comparuisset ad citationes ad bancum
secundum formam statuti secundum Bar. in d. l. pen.

15 Tertiodecimo quęro, notarius scribit quod reus est sponte
confessus cum fuisset tormentatus, an de falso, uel saltem de-
terminate veniat puniendus? Respondeo aut loquimur de
confessione facta in tormentis, & tunc notarius uon potest
hoc scribere seu dicere. Aut in confessione facta cum perseue
rantia, seu facta apud acta in iudicio. post tormenta. & tunc
hoc scribere potest, ut l. 1. §. si quis vltro. ff. eodem. vbi sic con-
cludit Barto. quod forte procedit si notarius non fuit præsens
torturę, secundum Bal. in l. prima. C. de confess. qui dicit quod
idem in iudiciis, quia reus non fuit tortus ad hoc præcise, ut
confiteatur, sed vt verum diceret. vt dixi supra eodem memb.
quęstione 9.

Et iō cum fuerit tortus ad hoc singulariter & specifice sequi
tur quod tenetur stare confessioni, nec est omnino temerariū,
sed secundum quid est liber. Et intentio fuit & esse debuit, qđ
si confiteretur, confiteretur quia verum, nō quia tortus, & sic
se habet communis consuetudo, quæ excusat secundum Bal.
in d. l. 1. C. de confess. puto tamen melius faciat iudex uel nota
rius, si præcedeute tortura non ponat sponte sed simpliciter,
quia fuit confessus ad huiusmodi dubium euitandum, hoc ta
men in hoc membro sciendum est, quod si reus sine tormen-
to confiteatur, siue cum tormentis, & perseuerat. & insuper e-
tiam si damnetur confessus, si appareat contrarium restituen
dus est per principem, vt d. §. si quis vltro:

16 Quartodecimo quæro, an confessio facta in tormentis, &
perseuerata seu ratificata possit reuocari tanquam per errorē?
Respondeo, sic, vt ff. de confess. l. non fatetur. C. de. iur. & facti
ignoran. l. error. C. quomo. appella. non recipi. l. 2. & hoc si in
facto erratum sit, secus si in iure. d. l. error. secnndum Albe. eo.
titu. versicu. sed quid si sit confessus. Facit etiam ad hoc quod
no. Bal. in l. fi. in prin. in ver. ex quib. uerb. C. de proba. & supra
e. memb. in 2. q.

SVMMARIVM.

1 *Reus an & quando possit pluriùs torqueri.*
Tortura an pluries in testem inferri possit.
2 *Tortura an ex leui indicio possit repeti.*
3 *Tortura, in casu quo repeti possit, an repeti debeat siue reus confiteatur si ue neget.*
4 *Reus quando dicatur indurare animum & corpus in tormentis.*
5 *Reus an propter nouam coniecturam repeti possit in tormentis.*
6 *Reus confessus in tortura, sed in ea confessione non perseuerans, an habeat indicium contra ad torturam.*
7 *Reus qui in tormentis repeti potest, an interim sit in carceribus detinendus.*

SEXTVM MEMBRVM.

1 SExtum membrum princi-
pale est, quoties haberi potest quæstio vel tortura.
circa quod membrum dicunt Cyn. & Ioan. Andr.
hoc eodem mebro, quod videtur, qnod semel & iterum pos-
sit torqueri. ff. eodem l. repeti. & in Auth. vt indicum sine quo-
quo. suffra. §. oport. In contrarium facit. l. vnius. in princip. ff. e.
titulo.

Item sufficit semel fieri. ff. de verborum significati. l. boues.
§. primo. & de prębē. cap. non potest. §. primo. libro 6. cum suis
concordan. & quia sic est in teste. ff. de testibus. l. produci. 4. q. 3.
§. Item in criminali. in princip. de accusatio. cap. cum P. Odoff.
dicebat repetionem tormētorum fieri posse si indicia noua e-
mergāt, ut. quia tortus dixit se solum fuisse, & apparet modo.
cōtrarium, vel hijs similia. Alii simpliciter dicunt propter om
nem nouam cōiecturam quę prędat ex ipsius dicto vel nō,
quęstionem repeti posse, argumen. d. l. minus §. primo. ff. de dā.
infecto. l. qui bona §. si quis stipulatarus. & hęc fuit opin. Cyn.
Bart. in d. l. minus §. primo. dicit quod Cyn. & Iacob. de Aret.
intelligunt. l. repeti. ff. eo. quę dicit repeti posse tormenta secū
dum determinationem. d. l. vnius. §. primo. & ita demum re-

peti

Digitized by Google

peti poſſun totmenta ſi ſuperuenerint indicia de nouo euidentiora quam prima, contra reum habita. aduerte. Cyn. dicit hoc modo. Ego credo quod ſi ſit aliqua coniectura de nouo poſſit fieri repetitio tormentorum. argum. d. l. vnius. §. j. & l. qui bona. §. ſi quis ſtipuiaturus. & Ioan. And. dicit quod per omnẽ nouam coniecturam procedat ex ipſius dicto vel non quæſtionem repeti poſſe vt dictum eſt. declarabo ſtatim, ſequor Barto. qui ſubdit quod quãdoque apparent contra reũ indicia leuia non multum manifeſta & non multum vrgentia. tamen quæſtio non debet repeti de eo, quandoque contra reum apparent indicia manifeſta, & euidentia multum vrgẽtia. tunc ſi in prima tortura nihil dixit, ſed ſtat durus poterit iterum torqueri & repeti. vt dicta l. repeti. & l. vnius. §. 1. Dicit euidentoribus argumentis expone quod ſint alia argumen. leuia quæ conſueuerunt apparere cõtra reos. Sed ſecundum primam lecturam. Cyn. exponentis euidentoribus argumentis, ſcilicet quę fuerint prima argumenta contra reum habita ſecundum Barto. dicit tamen quod lectura eſt vera. Sed conſuetudine non ſeruatur quia quæſtio repetitur indiſtincte, qſi iudici videtur, & propterea ipſe ſcripturæ ſecundum lecturã prædictam, in di. §. 1. Puto ſic dicendum quod aut reus eſt tortus competenter. & moderate ſecundum qualitatem indiciorum, & ſemel tortus ulterius non debet torqueri niſi aliqua coniectura emergat de nouo, & ſic loquitur Cy. & Ioan. An. Aut eſt tortus leuiter & minus quam exigat indiciorum qualitas. & tunc debet repeti tortura. & ſic debet intelligi. di. §. primum dicit reus euidentioribus argumentis oppreſſus. repeti in quæſtionem poteſt, vt exponas reus oppreſſus. id eſt, tortus, repeti poteſt. euidentioribus argumentis, id eſt, propter euidentiora argumenta, quia eis non eſt ſatisfaciendum per leuem torturam, ideo locus eſt repetitioni, vt ſatisfaciat indiciis euidẽtioribus. vt d. l. repeti. Aut eſt tortus competenter. ſed tamẽ prȩcedunt indicia euidentia, & excedẽtia competentiam torturæ. & repeti poteſt, licet reus fuerit competẽter tortus; & ſic intellige lecturam Bar. & omnes in idem conueniũt, vt repeti & non repeti poſſit, ſecundum qualitatem indiciorum prȩcedentium: & ſæpe ſic boni aſſeſſores faciunt, quia incipiunt a leui tortura, & ſi ex ea habeant veritatem. bene quidem, alias eam repetunt, Aut putant indicijs ſatisfactum. vt Authẽ. vt iudi. ſine quoquo ſuffra. §. oportet. ibi iudices torquebunt fures. ſed non prius quieſcant &c. & hoc voluit Alber. eod. ti. verſi. item quæro pone ſicut circa indicia doctrina dari non poteſt, vt dictum eſt ſupra memb. 2. quæſt. v. & ſic nec circa repetitionem torturæ quæ habet fieri vel non fieri ſecundum qualitatem indiciorum. Caueant tamen iudices, vt huius arbitrij prętextu immoderate. ſæuiant in tortura, ſed potius in dubio ad torturam non procedant, quia ſanctius eſt nocentẽ abſoluere, quam innocentem condemnare. l. abſentem. ff de pœn. ne alias incidant, in pœnas. cap. cum æter. de re iudica. libro ſexto.

2 Secundo quæro, iuxta prædicta, an ex indicio remoto vel non ſufficienti ad torturam quæſtio repeti poſſit? Reſpõdeo ſic. & hoc voluit Cyn. dum dicit, quod ſi ſit aliqua coniectura quę repeti poſſit. & Ioan. And. dum dicit quod propter omnem coniecturam, ratio, quia ex leui indicio non poteſt quis torqueri, vt dictum eſt ſupra. q. 2. quæſt. 5. & repeti, qa ſic habito nouo indicio licet leui poteſt torturam competenter, & moderate illatam, conſtat reum non eſſe tortum ſufficienter, vt requirit qualitas indiciorum. ſimul vnitorum. vt conſiderari debent.

Sed vbi ante torturam procedit indicium leue, conſtat reũ non eſſet torquendum. immo omnis tortura foret exceſſiua. ad illud & propterea ceſſat, & licet ex indicio ſubſequente nõ iuſtificetur tortura præcedens. vt dixi ſupra memb. v. q. proxi. cum tortura præcedens ex iuſtis indicijs illata aggrauatur ex ſubſequenti indicio, quia dixi reus eſt torquendus ſecundum qualitatem indiciorum vnitorum. vnde habita conſideratione eorum. conſtat ſuperueniente indicio licet leui torurã nõ fuiſſe correſpondentem ad indicia. & ideo eſt locus repetitioni. quæ non fundatur ex indicio leui ſuperueniẽti ſolum, ſed ex omnibus ſimul iunctis. &c.

3 Tertio quęro, eo caſu quo tortura repeti poteſt. an debeat repeti ſiue reus cõfiteatur ſiue neget. & in negatiua perſiſtat? Reſpõdeo ſic, vt d. l. vnius. §. 1. ff. eodem verſ. maxime ſi in tormenta animus corpuſque durauerit.

4 Indurare autem animum & corpus in tormentis dicitur qſi per tormenta non habet animum cõfitendi. nec confitetur. ſed quando confitetur non perſeuerat, tunc non animum indurare dicitur, & nihil ominus repeti poteſt quæſtio. ſecundum Barto. in di. §. 1. quod intellige tortus in formidine corporis animique durauerit alias non, & ſic etiam poteſt intelligi. dictum §. 1.

5 Quarto quęro, quomodo propter nouam coniecturam qs poteſt repeti in tormentis, cum tortura non poſſit fieri niſi prȩcedentibus indicijs, & indicia apparere non poſſunt niſi publicato proceſſu vt dixi ſppra mẽbro. 2. q. 13. Et poſt publicationem proceſſus non videtur licita teſtium examinatio, & ſic indicium de nouo non videtur haberi poſſe? Reſpõdeo ſecundum Barto. in d. l. vnius. §. j. ff. eodem. quod ad defenſam non eſt dubium. quod poſt publicationem teſtium teſtes poſſunt de nouo repeti. ſeu recipi, ut l. 1. §. ſi quis vltra. & d. l. vni⁹. §. cogniturum. ff. eo. Bart. qui eſt in di. §. 1. ſecundum lecturam Cyn. quod apparet, nam primo præcedebant indicia propter quæ fuit tortus, ſed illa indicia non potuerunt apparere niſi publicatis teſtibus, cum ſuper illius indiciis debuerit diſputari. vt l. cuſtodias, de publi. iud. & cum de nouo ſuperueniunt indicia, ergo de nouo fuerunt examinati teſtes ſecundum Barto. de quo plenius per eum in quæſtione per eum diſputata. quæ incipit iudex maleficiorum.

6 Quinto quæro, ſi reus confitetur in tortura, & tamen in ea non perſeuerat an talis confeſſio faciat indicium ad repetendum torturam? quia confeſſio ſummatim facta facit indiciũ. vt no. C. de cuſto. reo. l. 2. in glo. 1. Dic contrariũ quia pari paſſu ambulat, confeſſio metu tormẽtorum, & nullo modo cõfiteri dicitur ſecundum Albe. eodem titu. verſicu. ſed pone q aliquis, & di. glo. loquitur in confeſſione facta ſine metu tormentorum ibi ſummatim, quod in idem recidit. adde tamen quod licet ex dicta confeſſione primitus facta inducatur indicium, vt repeti tortura poſſit, tamen ex confeſſione, & negatione ſecuta poſtea ſuo ſequenter inducit variatio ipſius torquendi. ex qua cõtra eum reſultari videtur nouum indicium vel tortura. ut videtur eſſe de mente Bar. in l. fina. in col. ff. eo. & notatur ſupra eodem membr. 2. in q. 5. in fi. & 13. q. & Bart. in l. de minore. §. plurimum. e. ti. vbi omnino uideas. & vide ẽt ſupra e. in v. memb. in 3. q.

6 Sexto quæro, an reus qui tortus eſt ſemel. & repeti poteſt, iterum ſit in carceribus retinendus, vel fideiuſſoribus datis relaxandus. vel ſecundum formam ſtatutorum, eo caſu q alias debeat fideiuſſoribns relaxari? Reſpondeo, puto donec locus eſſe poſſit torturę, q poſſit in carceribus detineri, nec habet difficultatem. Et hoc ſatis ſenſit Albe. eodem titu. verſ. quid ſi torto poſſit. poteſt enim iudex pro ĩueſtigatione veritatis, omnem ad ipſam veritatem inueniendam diligentiam adhibere. ut d. l. de minore. §. plurimum. ff. e. Laus Deo.

FINIS.

TRACTATVS
MVLTVM CONDVTIBILIS
DE CARCERIBVS.
D. BALDI PERVSINI, FAMA ſuper ethera noti.

SVMMARIVM.

1 *Sermo quilibet de quauis re ſeu negotio ſuſpectus a diffinitione proficiſci debet.*
2 *Carcer quid proprie dicatur.*
3 *Carcer vnde dicatur, & quare ſic vocetur.*
Mulier quæ & quando incarcerari poſſit.
4 *Doctor legum, an poſſit pro debito incarcerari.*
Filius familias incarcerari poteſt, & cedere bonis.
Pupillus pro delicto, an poſſit carceri mancipari.
5 *Appellatio intra. x. dies a ſententia lata interponi debet.*
1 *Incarcerari nemo debet die feriato pro hominum vulitate.*
7 *Iudex qui die feriata aliquem incarcerare fecit feriata poterit eum abſoluere.*
Debitor de fuga ſuſpectus die feriato capi poteſt.
8 *Creditor debitorem de ſuſpecto accuſans & eum capi petẽs an debeat indici oſtendere inſtrumentum crediti.*
9 *Carcerari nemo debet pro debito die feriato in honorem dei.*
10 *Tonſura auferri poteſt ob enorme crimen die etiam in honorem dei.*

Caput primum de carcere.

Q Via legum præcepta Principaliter ſunt inuẽta ne pauperes peſonæ moleſtijs affligantur. ideo viſum eſt q inter pauperes perſonas nulla adeo ſtrictior, & pauperior inuenitur, quam perſona incarcerata. Ideo de carcere aliqua ſum dicturus, & conſequenter de perſona incarcerata, & ſimiliter de cuſtodibus. †Ex quia vt ait Tulius primo de officiis. Omnis enim qui de aliquo ſuſcipitur ſermo debet a diffinitione profiſciſci, vt intelligatur quid ſit de quo loquatur

1

Digitized by Google

tur ad ꝙ cõcordat. ff. de mi. nota. Iõ primo videamus q̃d sit carcer, & vñ dicat carcer. & subsequenter videamus de ꝑsona incarcerata, q̃s ꝑt incarcerari, ꝓ quo debito, & in quo loco põt incarcerari, & qualiter puniat fugiens de carcere, sit̃r videamus q̃s ꝑt eẽ custos carceris. Veniam⁹ ad primũ. s. ad diffinitionẽ. & põt sic diffiniri. † Carcer est locus secr⁹, horribilis repert⁹ nõ ad
2 pœnã, sed ad delinquẽtiũ vel debitorũ custodiã. Primũ mẽbrũ huius diffinitionis dũ dr̃ locus securus, colligit̃ ex l. j. in verb. solutis. C. de cust. re. Nã carcer dz esse securus ne incarcerati effugiãt. & ibidẽ dñt ẽe cathenę, ferreę & ꝑpedes & alia siñia. q̃bus mediãtib. possit sub fida custodia retineri, vt est tex. in l. j. C. de cu. re. vbi dicit, vt cruciatio desit. Itẽ dũ subdit horribilis. Nã carcer est locus horribilis, tũ ꝓp eõuersationis hominũ priuationem, tum ꝓp immunditiam. & istud colligitur. in l. si quis in ea culpa. ff. de cu. re. ibi dũ dicit schalorũ carcer. Nec tñ dz eẽ horribilis ꝙ ad pœnã ĩcarceratorũ redundet, cũ carcer sit inuẽt⁹ ad custodiã, ad pœnã, vt ff. de pe. l. aut dãnũ. §. solẽt. fallit aũt in vno casu spãli in l. j. §. fi. ff. de alea. Hinc est ꝙ de iure ciuili nemo ꝑt ad ꝓpetuũ carcerẽ damnari, vt d. §. solent. secus vero est de iure cano. in c. q̃uis. ext. de pen. li. 6. c. reperiunt̃. in glo. Circa ſm, vnde dr̃ carcer, potest dici claritate seclusus, † quia ibi nulla claritas. vel potest dici quasi carens claritate. quia ibi est magna cęcitas, & obscuritas. quidã aliter & aliter interpretant̃ ſm diuersas opi. Tertio q̃ro, q̃s põt incarcerari. & prĩo q̃ro an mulier possit incarcerari. Sic distinguendũ est. Aut quærimus pro debito ciuili, aut ꝓ delicto. Primo casu, aut est mulier honeste vitę, aut est meretrix. Si est mulier honeste vitę, tunc non põt incarcerari, imo iudex capitis pœna punitur, qui facit eam incarcerari, vt no. in l. fi. de of. diue. iu. & in Auc. nouo iure, quæ posita est. C. d̃ cust. reo. Vnũ tñ dico ꝙ si mulier subijsset tutelã filiorũ suorũ & renũciasset Velleiano & oĩ alteri exceptioni sibi cõpetẽti, ꝙ per renunciationẽ põt carcerari. Istud expresse notabiliter tenet Bar. ff. de test. tute. l. si quis sub condõne. Aut ista mulier est infamis & meretrix. & tũc dico ꝙ põt incarcerari, nõ tñ debet deponi ĩ eodẽ carcere cũ marito. & est casus. C. de cust. re. l. q̃m. & no. Arc. 18. q. 2. diffinimus ẽt ꝓ debito ciuili, vt no. de cust. re. auct. sed nouo iure. Scẽdo casu principali cũ quærit̃ an possit in
4 carcerari ꝓ delicto vide in d. Auth. sed nouo iure. † Tertio quęro an legũ Doctor possit incarcerari ꝓ debito. dñm est ꝙ nõ sicut miles, imo puniũtur iudices capite. Istud no. gl. sing. C. de ꝓfesso. & med. l. medicos. li. x. Quarto quęro an filiusfamilias possit incarcerari. dic ꝙ sic, ꝓbat̃. nã filiusfamilias põt cedere bonis vt l. j. C. qui bo. ced. pos. ergo ꝑsupponit̃ ꝙ põt incarcerari, l 3 gl. videat̃ tenere q̃. ĩ l. 3. §. sed vtrũ. ff. de min. sed illa gl. reprobatur cõiter ꝓ Doc. & ꝓ Bar. ff. fo. ma. l. si filia. Quĩto q̃ro, nũq̃d pupillus põt incarcerari ꝓ delicto. & vr̃ ꝙ ñ, vt no. in l. fi. C. de cus. re. vbi dicit, eodẽq; &c. Idẽ credo ĩ debito ciuili, dũmõ nõ sit doli capax. Sed an possit ĩ ĩtegrũ restitui, si aliquo casu sit lęsus, vt l. partu. ff. de minori. Idẽ puto de quacũq; ꝑsona qđ ꝓ delicto ꝑt carcerari. Idẽ ꝑdelicto nisi creditores renũtiasset iuri carcerãdi, vt no. Bar. in l. j. C. qui bo. ced. pos. dũmõ non sit soluẽdo, nã si esset soluẽdo de iure ciuili nõ posset ĩcarcerari, vt est gl. sing. in l. 3. ff. de suspe. tut. & si ĩcarcerent̃. dũ sunt soluẽdo, possint a tali ſnĩa sup̃ incarceratione lata appellare, & reappellare poterũt ĩ carcerati si steterint per tres mẽses vel ꝑtes incarcerib. numerãdo a die latę ſnĩę sup̃ ĩcarceratiõe. nec obst. auc. sed nouo iure.
5 C. de appe. † Et dic ꝙ appellatio dz interponi a ſnĩa lata intra. x. dies, q̃a illa intẽtat̃ in actu momẽtaneo. Sed si ĩterponat̃ ab actu successorio, vt ẽ in casu nr̃o, tũc appellatio ſp põt ĩterponi, q̃a oĩ die dũ tenet̃ detinet̃ debitor indebite carcerib. vñ ſp restat ſnĩa sup̃ ipsa ĩcarceratione oĩ die. ita vr̃ tenere D. Bar. in l. 3. C. de epi. audi. Scẽdo principalitet q̃ro, q̃ñ põt incarcerari & pro debito & pro delicto. & primo q̃ro nunq̃d põt incarcerari die feriato? & ista qõ põt ſubdiuidi in tres. Primo an possit ĩcarcerari die feriato ad vtilitatẽ hoĩum, Scẽdo, an die feriato ad ho
6 norẽ Dei. Tertio, an die feriarũ repẽtinarũ. † Ad primũ dico, ꝙ nõ põt incarcerari die feriato ad vtilitatẽ hoĩm ꝙ ꝓbari ꝑt sic. Nã si de quo magis vr̃ inesse nõ ẽ nec đ quo minus. auc multo magis. C. de sac. ſan. eccl. sed sic ẽ ꝙ magis vr̃ ꝙ ĩ tpe messiũ possit q̃s cogi venire ad iudiciũ, cũ sit minor citatio verbalis q̃ ꝑsonalis, ꝙ no. Cy. in l. cũ clericus. C. de epi. aud. alias ĩcipit. oẽs. & tñ hoc est falsũ, vt l. j. in fi. ff. de fer. ergo nec citatio ꝑsonalis poterit fieri. Et rõ, vt dicit tex. ne hoĩes ab agricultura remoueant̃. hoc ẽ verũ nisi caperet̃ ꝓ executione ſnĩę, quo tpe ꝑt iuste fieri, iuxta no. ꝓ In. in c. fi. de iudi. & iõ ꝓp instr̃m guarẽtigię ꝙ hẽt executionẽ paratã & ꝑ ſnĩam ex forma statutorũ iuste pñt tali tpe capere debitores, hęc sunt verba Bar. ĩ l. vj. ff. đ fer. & Io. de Imo. Predicta aũt recipiunt distinctionẽ, nisi renũtiasset debitor, ar. l. ſi q̃s in cõscribẽdo. C. de pac. nã talib. ferijs bñ
7 ꝑt renũtiari. vt no. in cle. sępe. ext. de ver. sig. † Itẽ no. ꝙ si iudex in die feriata feciſſet aliquẽ incarcerari ꝙ die feriata poterit eũ excarcerare. vt no. Aęcur. in l. minor. ff. de euic. Itẽ secus si debitor esset oriundus de partib. vbi nõ recolligit̃ triticũ neq; vinũ neq; alia necessaria ad vitã. iuxta no. ꝓ In. in c. cõquestus. extra de ferijs. Itẽ secus esse si debitor eẽt suspectus. ita ꝙ de eius fuga timeret̃. iuxta no. ꝓ doc Insti. de act. in prin. & in l. j. C. de fer. su. Nã ꝓp suspitionẽ fugę põt debitor capi in die feriata, vt ẽ gl. in d. l. fi. C. de sc. & ꝓpria auctoritate ꝑt capi, vt ait ꝓtor. §. si debito rẽ. ff. de his q̃ infrau. cre. Nec hoc casu est citãdus debitor q̃ accusat̃ tanq̃ suspectus ꝓ creditorẽ. vt no. Bar. in l. si creditor. & in
8 l. 2. ff. si cer. pet. † Sed circa p̃dicta q̃ro, nunq̃d qñ creditor accusat debitorẽ suspectũ de fuga. & a iudice petit & reqrit, vt sibi det familiã qua mediãte possit capere debitorẽ, nũq̃d creditor hẽt necesse oñdere iudici sũmatim instr̃m debiti vel alia iura. Rñdeẽ ꝙ sic, sicut ĩ simili videmus. Nã seq̃strũ qñ fit ob timorẽ fugę nõ ꝑt fieri nisi ostẽdat instr̃m debiti, & tex. in l. ex hoc. C. d̃ ero mili. anno. li. xij. ergo multomagis ꝙ dẽt ꝑsona capi. & addit hoc Io. de Imo. posse ꝙ sufficeret iurm̃ petẽtis vel vnius testis, sicut dr̃ de missione ĩ possessionẽ ꝓ cõtumacẽ ex primo de creto. vt no. gl. in c. qm̃. §. in aliis, vt li. nõ cont. Circa ſm s. an fe-
9 rijs ĩductis ad honorẽ Dei possit quis capi ꝓ debito. † dñm est ꝙ nõ, vt in l. fi. C. de fer. nisi esset timor fugę, vt prędixi. iõ credo in feriis repentinis ꝙ non possit capi sicut inductis ad honorẽ Dei, ꝙ patet, quia prędictis nõ ꝑt renũciari, vt not. Io. An. in di. cle. sępe nisi forte ex forma statuti aliter disponeret̃. Nã statutũ ſm quosdã põt tollere ferias inductas in honorẽ Dei. & hoc vt sentire gl. & Bar. in l. quinquaginta. C. de feriis, Sed Alb. de Ros. in l. fi. de feriis. tz q̃rũ de qua qõne vbi vide ibi ad plenũ examinat istam mãm. & ꝑdicta locũ hñt in ciuilib. in crĩalib. autem puto ꝙ quacũq; die põt fieri incarceratio, dum tñ sit graue delictum, vt no. in l. 3. de epis. audi. C. & ibi no. ꝓ Bar. secus ergo si tñ esset leue ſm dictũ Io. de Imo. quia cum in leuib. crĩb. capi non debeant illo tpe relaxanrur, vt est tex. in illa. l. 3. C. de epis. audi. mõ ergo nõ dẽnt capi ſm Io. de Imo. Itẽ secus esset si eẽt periculum, nam ꝓp enormitatẽ crĩs & periculi multa cõcedũtur quæ alias non cõcederent̃. in l. si quis filio exhæ. §. pe. ff. de ĩiust. & rup. & irri. test. † Nam ꝓp magnitudinem crĩs potest au-
10 ferri tonsura in die feriato in honorem Dei, vt signanter nota. Bar. & est tex. in l. 3. C. de epis. aud. vbi omnia vide quantum ad tempus quo potest fieri incarceratio.

SVMMARIVM.

1 *Inceratio fieri potest pro quolibet delicto.*
Incarceratio an fieri possit pro fiscali debito.
2 *Incarcerari potest quis pro collectis non solutis.*
Debitorem eximens de manibus potestatis an teneatur.
3 *Incarceratus pro debito fiscali recommendari potest pro debito ptinati.*
4 *Incarceratio in quo loco fieri debeat.*
5 *Carceres frangens ad fugiendum, censetur confiteri delictum.*
Custos carceris discretus esse debet.
6 *Custos carceris in officio delinquens qualiter puniendus sit.*
Processus qualis fiat in causis incarceratorum.
7 *Persona miserabilis quæ dicatur, iudicis arbitrio relinquitur.*
8 *Causa carceratorum & aliarum personarum miserabilium diebus in honorem Dei feriatis agitari potest.*
9 *Debitor non soluendo & non habens vnde se alat, cuius expensis in carcere sit alendus.*

Caput secundum de carcerato.

1 REstat nõ Videre ꝓp q̃d põt fieri incarcerõ. & primo q̃ro an ꝓ đbito priuato possit q̃s incarcerari. Scẽdo, an ꝓ debito fisci. Tertio, an incarceratus ꝓ debito priuato possit ibi recõmẽdari ꝓ debito fisci. Itẽ an incarceratus ꝓ debito possit ꝓ delicto recõmãdari. Itẽ an eq̃. † Circa primũ rñdeo, ꝙ ꝓ quolibet debi-
3 to ꝑt fieri. vt no. l. 3. §. tutores. ff. de admi. tut. & per canonistas, ext. de pig. c. 2. in gl. 36. dist. ñ satis. & in l. i. C. qui bo. cede. pos. pro debito aũt cõdõnali. nõ puto ꝙ possit incarcerari, sicut nec ꝑt efficaciter peti. Itẽ puto ꝙ ꝓ debito nãli tm̃, vel ciuili tñ nõ ꝑt fieri incarceratio, ar. l. si is. §. Flauius. ff. de solu. & ar. l. 1. §. 1. ff. ne vis fiat ei. Circa ſm s. an ꝓ debito fisci possit incarcerari. rñdeo ꝙ sic si nõ vult soluere. tex. est in l. 1. de exa. tri. C. li. x. ꝙ probat̃ rõne. nã debitor. fisci põt cedere bonis, vt est gl. sing. Insti. pro socio. §. si quis. & gl. in l. 2. C. qui bo. ced. pos. Sed cessio bonorũ fit
2 vt cedens liberet̃ a carcerib. ergo &c. † Sed nonne pro collectis potest quis incarcerari de iure? rñdeo ꝙ sic ut si statutũ faciat collectã esse munus ordinarium potest. vt est tex. C. de iudi. li. x. Dico tñ ꝙ iudex propter paupertatem potest collectã remittere, ut est gl. in l. oẽs. C. de mu. & ori. li. x. vnũ tñ dico ꝙ si debitũ esset iã solutum vel satisfactum, ita ꝙ incarceratus fuisset iniuste, põt ab amico cum violenria extrahi de carcere. Hoc tenet. D. Dy. in l. nemo. C. de exa. tri. Nã iudici iniuste facienti potest resisti vt priuato, vt j. videbitur. Quid si iudex non vult differre appellationem ab amicis interpositã in cã crĩali, sed velit facere executionem intra. x. dies natos ad appellãdum. dic ꝙ amici impedire possunt, ut no. Inn. in c. si q̃ñ. extra de off. deleg. & Bar. in l. addictos. C. de epis. audi. dico tñ in debito ciuili, qui debitorem de manib. familiæ eximeret, tenetur ad illud debitũ ad qđ incarceratus tenebat̃ vt C. de exac. tri. l quoties. ꝓ D. Rof. de Pe-

Digitized by Google

ruſi.& no.Io.de Imo.reus accuſatus de crī e dēt incarcerari.tex.
3 eſt ordinarius 2.q.8.quiſquis.& ibi etiam no.† Circa ſm an incarceratus pro debito fiſci poſſit recōmēdari pro debito priuati.& rīdeo ꝙ ſic vt ē tex.in l.quoties.de exa.tri. Reſtat videre an incarceratus ꝓ debito poſſit ꝓ delicto recōmēdari.& ſm Doct. dī ꝙ ſic no.Bar.in l.3.ff.d̄ cuſt.& exhi.reo. ſed ſi eſſet īcarcerat⁹ ꝓ delicto nō poſſet recōmēdari pro debito, vt ibi no. Bart.Sed ſi eſſet in carcere pro vno delicto an poſſet pro alio delicto recommendari.diſtingue aut delictū pro quo erat prius in carce erat tale,vt impediret talē executionē fiendā in alio ꝓ quo recōmendat̄,& tunc bñ pōt fieri recōmendatio,vt ſi erat primo incarceratus ꝓ manu,& tunc recōmendat̄ pro capite, ꝙa tunc iſte exceptiones ſe compatiunt̄.vnde primo fit executio ī manu,deinde in capite,vt gl.in l.cotē.C.de del.li.12.& p̄dicta ſuffi ciant circa debitū ꝓ quo pōt īcarcerari,& circa delicta.Reſtat
4 videre in quo loco pōt incarcerari. † Et circa iſtū paſsū vnico mō expedio,quia nullus dēt incarcerari niſi in loco publico et cōi deputato. alias ipſe ꝙ incarcerat aliquē ſi teneat ipſum per 20.horas dī cōmittere priuatū carcerē, vt no.C.de priu.car.l.1. & l.capite.ff.de adul.Fallit tñ ſi pī incarceret filium ad corrigē dum eū,nā tunc pī dī cōmittere priuatū carcerē, ut no.Cy.de
5 pri.l.1.† Imo plus ſi ipſe filius eſſet clericus pī non incideret in canonem.ſi qs ſuadente.17.q.4.iſtud tenet Ray.in ti.de ſen.exc. §.ſequit̄.vel circa.Quod aūt dixi, ꝙ nō pōt qs incarcerari ꝓ debito in loco priuato,eſt verū niſi debitor ipſe per ipſum iurm præſtitum promiſiſſet ad ſtādum in aliquo loco,vt no.Innocē. in c.ex reſcripto.ext.de iureiu.Sin autem ſimplr ſuo iuro ille ꝓmiſiſſet debitum,tūc dico ꝙ per iſtam ꝓmiſſionem nō arctat̄ vt no.Bar.ff.ſo.ma.l.alia cā §.eleganter.& ꝓ eundē.ff. de con.& demon.l.Titio centum.hæc de loco ſufficiant,nunc reſtat vide re de pœna fugientis.dico ꝙ capite punitur,vt l.1. C.de effra.& expi.& vide Io.An.in c.pe.de apoſt. ſuper gl. & certe ſciendū ē, ꝙ ille ꝙ fugit de carcerib. vī delictum cōfiteri,vt l.ad cōmētariē ſem C.de cuſt.reo.idem no.Arch.in c.ut commiſſo.de hær.li.6. vnum tamen dico ꝙ nunquā præſumit̄ quod reus fugiat ſi eſt ſpes de proximo, ꝙ debeat relaxari, gl.eſt no.in l. ſi pecuniam. ff.de cond.ob cau.& no.in l.argñ.§.1.ff.de re iudicat..Sed iuxta p̄dicta quæro, quid ſi oſtium carceris erat apertū , & effugierit incarceratus nūquid punietur,dico ꝙ ſic, facit optime tex.in l. 1.§.1.C.de exac.tri. & effra. Reſtat mō videre quis pōt eſſe cuſtos carceris. & dico ꝙ cuſtos carceris debet eſſe hō diſcretus, nā cū ipſe hēt īcarceratos in cuſtodia dēt ēe ī eo diſcretio.& di co ꝙ p̄dicta debēt eſſe in arbitrio iudicis.& add.hic D.Io.ꝙ qñque pōt dari parti ad cuſtodiēdum de auctoritate iudicis,ſi me lius cuſtodiat̄,vt dicit Arch.2.q.1.in primis. Quæro vlteri⁹ qua
6 pœna punit̄ cuſtos carceris ꝙ deliquit cuſtodia.† dico ꝙ ipſe capite punitur,ſi ꝓp dolum vel culpam,incarcerati ex delicto effugierint,vt eſt tex.in l.miles.in fi.ff.de cuſt.reo.In ciuili aūt credo ꝙ ipſe tenet̄ ad illā q̄titatē creditori ad q̄ debitor erat obligatus hoc tenet Tullius & Claud⁹ ī l.quoties. C.de.exac. tribu. li.x.Et dic ꝙ agitur ꝫ illū cuſtodē ex illa l. Vltimo quæro nunqd pīes poſſunt eē cuſtodes. Dico ꝙ qlibet familiaris p̄t cuſtos eſſe,& quilibet retinere vnā clauē carceris gl.eſt in c. multarū. de hær.xl.claues.Item qualiter in cauſis incarceratorum ꝓceda tur.dico ꝙ ꝓceditur ſummarie & de plano . Nam in cauſis mi ſerabiliū ꝑſonarū ꝓcedit̄ ſummarie & de plano.ita tenet Cy.ī l.1.C.ſi quis alte.vel ſibi.ita Specu.in l.1. C. qñ imperator inter
7 pu.& vi.& ibi Bar.in l.fi.C.de cuſt.reo.†Nam miſerabilis perſona dī illa eſſe ſm ꝙ iudici videbit̄,vt no.Pe.de bella pert.l.1,qñ imperator īter pup & vi.C.no.gl.in Auct.præteriti. C. de colal. ꝙ itaq; ſint miſerabiles perſonæ patet ꝙ relictum incarceratis dī relictum ad pias cauſas ēt ſi ſint incarcerati pro debito , ut no.in l.illud.C.de ſacroſ.ecc.& ideo credo ꝙ in tali cā proceda tur sūmarie & de plano . Sed in cauſis īcarceratorum poſſit ꝓcedi dieb.feriatis in honorem Dei.& vī ꝙ non,quia licet in cā poſſit procedi ſummarie, vt iam dixi. tñ in talibus cauſis nō ꝓceditur diebus feriatis in honorem dei,nota.in clemen.ſæpe de verbo.ſigni.Contrarium puto per tex.in c.fi.cum glo. ſua de re
8 rijs.†vbi cauſa miſerabilium perſonarum poteſt tali tempore tractari ſed iſtę ſunt miſerabiles perſonæ, vt hic dicit gloſ.& ad hoc tex.l.iudices.C.de epiſc.aud.do.xo.de xmo.dicit quod ſi quis fecit ſuum debitorem incarcerari & non ſit ſoluendo,ita quod non poteſt ſe ſuſtentare,debet debonis creditoris ſuſtentari. facit ad hoc optimus tex.19.quæſ.6.de lapſis.licet glo.dicat quod rector carceris prouidebit.17. q. 4. diffinitionem. & vide quod no.xo.And.in c.ex reſcripto.de iureiur,xoan.de xmo.dicit quod creditor tenetur ipſum alere in carceribus.& iſtud tenet glo.in l.fina.ſuper verbo,aguoſcere.C.de reo.mil.an lib.12.xſtud tenet do.Ra.in l.iudices.C.de epiſco.audi. & quærit hic domi. xoā.de 4m o.quid ſi aliquis in carceretur pro debito deſcendente termino,alias pendente an debeat relaxari ſi præſtet cautionem ſatisfaciendi.glo.dicit quod ſic.in capitu. nuper allegato.& hæc ſufficiant.

FINIS.

TRACTATVS
DE POTESTATE PROCVRATORIS,
ET DEFENSORIS IN CAVSIS CRIMINALIBVS, ad intepretationem.§.ad crimen l.pen.ff.de pub. iud.& §.pub.l.ſeruum quoque.ff.de procura.

AVCTORE IOAN. ANTONIO RVBEO IVRECONS. ET PATRICIO ALEXANDRINO.

SVMMARIVM.

1 *Materia huiusce tractatus. eſt vtilis,& alta.*
2 *Dānari nemo dēt ſine accuſatore,ne ī priuatis qdē ꝺlictis,nedū ī publicis.*
3 *Teſtificari quilibet permittitur,qui non reperitur prohibitus.*
4 *Accuſare cuilibet permiſſum eſt,niſi prohibitus.*
5 *Accuſator ſe ad pœnam talionis inſcribere debet.*
6 *Accuſator,& accuſatus in pari cuſtodia detineri debent. Aliter tamen de conſuetudine ſeruatur,nu.7.*
8 *Inſcriptio ad pœnam talionis, teſte Alber.amplius fieri non ſolet.*
9 *Pœna talionis introducta eſt a lege antiqua,media iuris ptudentia Ceſarea,& Pontificia.*
10 *Accuſator in crimine publico quare procuratorem conſtituere nō poteſt.*
11 *Diſpō.§.noſtri,an his caſib.ꝓcedat,in qb.nō hēt locū pœna talionis.*
12 *Procurator,an conſtitui poſſit ad crimina perſequenda,vbi proceditur niſi per vim inquiſitionis ſeu denunciationis.*
13 *Procurator conſtitui non poteſt ex parte inquiſitionis, aut denunciationis in crimine publico.*
14 *Iudicium publicum quo dupliciter ſumatur.*
15 *Pœna talionis in qb.iudicijs locū hēat,& in qb.nō, & nu. 24. & 34.*
16 *Deſiſtens ab accuſando,& ꝓſequendo crimē publicū īcidit in Turpilianū.*
17 *Turpilianum habet locum in crimine publico.*
18 *Publica iudicia etiam ſunt illa,in quibus quis extra ordinem punitur.*
19 *Tex.iſte loquitur de publico iudicio,tamen ſecundum communem opinionem habet etiam locum in priuata.*
20 *Delictorum priuatorum quædam ſunt nominata,quædam innominata.*
21 *Intellectus l.ſi quis ex domo.ff.ui bo.rap.*
22 *Titulus depriuatis delictis denominantis delictis loquitur*
25 *Titulus de extraordinariis criminibus, de delictis innominatis loquitur.*
26 *Pœna Turpilliani non obtinet in priuatis delictis.*
25 *Appellare non poteſt alius pro alio in criminalibus.*
27 *Criminis appellatione tam priuatum,quam publicum, & tam leue quam graue continetur.*
28 *Cauſæ capitalis appellatione,quid veniat,& nu.203.*
29 *Relegatio large pœna capitalis dicitur.*
30 *In caſu l.ſeruum quoque.§.publice.ff.de proc.traditur pro regula quod in cauſis capitalibus aatur defenſio,*
31 *Abſens vbi poteſt condemnari criminalibus,ibi procurator admittitur,et an ſemper locum habeat vide.nu.279.285.331.*
32 *Tex.noſter ſm Ang. & Imo. reſtringitur in ſnīa annotationis bonorum.*
33 *Intellectus l.2.C.de proc.*
35 *Argumentum valet de ciuilibus ad criminalia.*
36 *Procurator admittitur in ciuilib.ēt vbi de crimine ciuiliter agitur.*
37 *Cauſa famæ & cauſa vitæ æquiparantur.*
38 *Procurator interuenire poteſt in cauſa famæ.*
39 *Appellari poſſe pro reo criminis condemnato,etiam eo inuito.*
40 *Abſens poteſt ab alio defendi.*
41 *Tranſigere in crimine capitali licitum eſt,citra metum pœnæ talionis.*
42 *Dilationes conceſſæ reo per diſpenſationem auct.offeratur. C.de lit.conte. non dantur in criminalibus.*
43 *Vulneraso mortuo,qui a pluribus eſt vulneratus,ſed ab vno duntaxt mortaliter,an & qua pœna omnes teneantur.*
44 *Intellectus ad l.iuſta ff.de manumiſſ.vind.nu. 249.*
45 *Intellectus ad l.non tantum.ff.de app.& nume.128.129.131.*
46 *Accuſare quare non poſſit conſtituere procuratorem,nu.43.73.*
49 *Legis rōne correcta lex ipſa correcta vī & an id ſit ꝓpetuū vide. nu. 50.*
51 *Intellectus ad gl.in l.liberos.ff.de cap.diminutione.*
52 *Lex duplici rōne ſuffulta,non vī correcta,altera duntaxat rōne correcta.*
53 *Accuſator procuratorem conſtituere poteſt, in ijs caſibus in quibus ceſſat pœna talionis.*
54 *Procurator quare nō poſſit cōſtitui in crīab.ex ꝓte rei nu.65.72.73.74.*
55 *Intellectus ad l.fi.C.de iniu.nu.115.194.209.210.212.214.215.*
56 *Abſens non debet condemnari in grani delicto.*
57 *Procurator,an admittatur ex parte rei in criminalibus, vbi iudicium non poſſet reddi eluſorium.*
58 *Depoſitio ab officio & beneficio trahit ſecum executionem.*
59 *Abſens relegari poteſt.*
60 *Præſens videtur, qui accuſatus ſemel comparuit in iudicio licet poſtea ſe abſentet.*
61 *Intellectus ad c.veniens extra de accu.*
62 *Procurator poteſt conſtitui in cauſa relegationis,ſecundum ueram opinionem.*

63 *Præſens*

Digitized by Google

63 *Præsens quatenus censeatur qui procuratorem dimisit.*
64 *Presentia vera requiritur non autem interpretatiua, in causis grauibus.*
66 *Intellectus ad l. non solum, in fi. ff. de procu.*
67 *Intellectus ad §. in l. seruum quoque, ff. de procurat. numero* 171. 200. 331.
68 *Intellectus ad tex. nostrum, & ad l. reos. C. de accusationi.*
69 *Absens ex iusta causa in criminalibus potest constitutre procuratorem.*
70 *Ratio quare proceditur contra absentem, non admittitur. procurator.*
71 *Intellectus extrauagantis ad reprimendum, in versi. legitime.*
74 *Reus in criminalibus suis defensionibus renunciare non potest.*
75 *Lex in criminalibus magis considerat preiudicium partium, quam reip.*
76 *Procurator frustra interuenit ad persequendum crimen publicum.*
77 *Iura probibentia procuratorem constitui fere omnia loquuntur in crimi nibus publicis.*
78 *Ang. noua opinio, quod in crimine publico siue imponatur pœna corporalis siue pecuniaria, constitui non possit procurator, nume. octuagesimo tertio.*
79 *Publicorum iudiciorum quædam sunt capitalia quædam non.*
80 *Crimina priuata, an possint indistincte per procuratorem exerceri.*
81 *Intellectus ad legem primam. Codice vt tam ciuili, quam criminali causa.*
82 *Intellectus ad l. 1. an per ali. cau. appella. numero* 121. 134. 197. 202. 222.
84 *Intellectus ad l. tunc conuenit. C. da acc.*
85 *Dispositio nostri §. nedum in crimine publico, sed etiam in priuato locũ sibi vendicat.*
86 *Procurator an admittatur in causa suspecti tutoris. numero ducentesimo sexagesimo quarto. 268.*
87 *Procurator an admittatur in criminibus, vbi per viam inquisitionis proceditur.*
88 *Procurator an admittitur ad opponendum de crimine per viam exceptionis ad finem opponendi.*
89 *Libellus per procuratorem offerri non potest in causis criminalibus.*
90 *Procurator non admittitur in criminalibus. nec in medio quidem causæ.*
91 *Genus cum remouetur, remouetur qualibet eius species. & an id sit per petuum. nu.* 113. 210.
92 *Procurator constitui non potest, ad respondendum positionibus in crimi nalibus. vel confitendum delictum.*
93 *Accusatus de vulnere an possit respondere per procuratorem, interim dũ dubitatur, an vulnus sit letale.*
94 *Procurator vtrum possit admitti in ea causa criminali, in qua duæ pœnę pecuniaria, & corporalis, alternatiue imponuntur.*
Et quid si copulatiue. numero centesimo. tricentesimo septimo.
95 *Procurator constitui non potest in casu, in quo lex constituit reum puniendum tali pœna, vel alia.*
96 *Procurator adesse non potest, vbi pro delicto agitur principaliter ad infamandum.*
97 *Procurator alieno nomine condemnatus non efficitur infamis.*
98 *Procurator an admittatur in causa criminis, pro quo potest imponi pœna perpetui carceris.*
99 *Pœna perpetui carceris equiparatur damnationis in opus publicum.*
101 *Causa quæ nocet attenditur, vbi cõcurrit cum causa quæ prodest, & an hoc sit semper verum. numero trecentesimo octauo. trecentesimo nono.*
102 *Procurator an possit interuenire pro eo, qui ex statuti forma potest impune offendi.*
103 *Procurator admitti non potest, vbi pœna arbitrio potestatis imponitur.*
104 *Procurator ad accusandum testes de falso, non potest ab eo constitui, qui a carceribus aufugit, ad quos in perpetuum damnatus fuerat.*
105 *Filij, nec vxor in causa criminali procuratores constitui possunt.*
106 *Procurator nunquid cõstitui possit in causa criminali, in qua virtute statuti potest procedi contra absentem.*
107 *Accusatus, vel inquisitus procuratorem constituerem potest etiam ad confitendum delictum.*
108 *Princeps an & quomodo possit facere per suum rescriptum quòd admittatur procurator in causa cri.*
109 *Procurator quòd non admittatur, introductum est propter grauitatem causæ.*
110 *Restitutio in integrum aduersus sentẽtiam latam in causa criminali, an possit per procuratorem peti.*
111 *Procurator interuenire non potest, vbi pœna ipso iure imponitur.*
112 *Procurator an possit interuenire in causa criminis, quando accusatus, vel inquisitus est præsens in iudicio.*
113 *Accusator an possit oblatò libello constituere procuratorẽ actib. causæ.*
116 *Procurator an admittatur pro reo criminis carcerato, num.* 118. 120. 123. 133. 136.
117 *Dominus admittitur procurator p seruo carcerato nec solus dominus, sed & quiuis alius.*
119 *Incarceratus an possit constituere procuratorem ad omnes actus præter quam ad litem contestandam.*
122 *Intellectus ad l. miles. §. quidem. ff. de adult: nu.* 135.
123 *Reus, & accusatus de causa capitali solet in vincula detrudi.*
124 *Intellectus ad l. seruus, & l. sciendum. ff. de pub. iud.*
125 *Intellectus ad l. si non defendatur. ff. de pœ.*
126 *Vxor pro interesse suo potest prohibere, ne bona mariti publicentur.*
127 *Tertius in crimne publico admittitur pro suo interesse.*
130 *Intellectus ad l. addictos. C. de appell.*
132 *Intellectus ad l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstioni.*
137 *Reus criminis tenetur respondere positionibus per verbum veritatis & non per verbum credo.*
138 *Procurator an & quando admittatur pro accusato in crimine hæresi. num.* 143.
139 *Bonifacius 8. instante Francorum Rege fuit de hæresi accusatus.*
140 *Procurator constitui potest in criminibus in quibus damnatur memoria defuncti.*
141 *Pœna priuationis omnium bonorum, causæ criminali æquiparari videtur.*
142 *Memoria hæretici, aut proditoris, post eius mortem damnanda est.*
144 *Intellectus ad c. filij, de hæ. lib. 6.*
145 *Testes inhabiles admittuntur criminibus, in quibus damnatur memoria defuncti.*
146 *Procurator an possit constitui, vbi pro re familiari proponitur accusatio.*
147 *Procurator an admittatur in causa seruitutis.*
148 *Intellectus ad l. 1. de assert. toll. nu.* 262.
149 *Accusatum quę personæ admittantur ad defendendum pro suo interesse.*
150 *Seruum accusatum quatenus dominus possit defendere.*
151 *Fideiussor de iudicio sisti comparendo pro domino pœnam euitat*
152 *Vniuersitas an possit comparere per procuratorem in causa criminali.*
153 *Syndicus an possit accusare nomine vniuersitatis syndicatio. nomine.*
154 *Vniuersitati delinquenti cuius modi pœnæ imponantur.*
155 *Procurator quando interuenire possit in causa adulterij.*
156 *Procurator admittitur ad dicendum sententiam criminalem nullam.*
157 *Inquisitionem inepte formatam, vel calumniosam dicere volens potest ad hoc ipsum dicendum constituere procuratorem.*
158 *Procurator admittitur ad proponendum exceptiones impedientes processum in causa cri.*
159 *Illustres personæ possunt in criminalibus procuratorem constituere, vide nu.* 194.
160 *Contumax vbi ex statuto habetur pro confesso, ibi quis iudicium exercet per procuratorem. nu.* 165.
161 *Absens vbi virtute statuti damnari potest, ibi quis officio procuratoris fungi potest.*
162 *Processus criminalis cum procuratore factus, an valeat, si nihil contra procuratorem vpponitur.*
163 *Familia de Leonate inclyta ciuitate Papiæ est illustris.*
164 *Procurator admittitur pro reo accusato, vel inquisito, vbi delictum cõmissum est impunibile.*
165 *Accusatus, vel inquisitus contumax, si ex forma decreti habetur pro confesso, vel conuicto, an quilibet penitas extraneus, possit eius innocentiam ostendere.*
166 *Procurator, an interuenire possit pro accusato ad petendum admitti testes super innocentia eius.*
167 *Vulneratus an possit comparere pro vulnerante, seu inquisito de vulnere.*
168 *Exculpatio vulnerati prodest inculpato, seu inquisito quo minus ex indiciis torqueri possit.*
169 *Procurator admittitur pro accusato ad allegandam causam quæ patet ex actis, & quæ notoria est.*
170 *Accusatus an possit esse procurator alterius, qui de eodem crimine est accusatus.*
171 *Procurator an admittatur vbi per viam inquisitionis proceditur.*
172 *Procurator an possit interuenire in processu criminali ad concludẽdum in causa nu.* 154.
173 *Probationibus renunciari an, & quando potest in criminalibus. numero* 174.
175 *Procurator admittitur in criminalibus ad allegandum causam absentię. Et quid illa allegatio operetur.*
176 *Sententia in quibus casibus de iure fieri potest in absentem.*
177 *Fœmina, an admittatur ad allegandum causas absentiæ in causa criminali.*
178 *Allegans causam aliquam absentiæ in causa criminali, an teneatur satisdare de iudicatum soluendo, vel de præsentando ipsum absentem.*
179 *Iudex ex eius officio tenetur defendere, & quærere innocentiam rei, numero* 201.

Digitized by Google

180 *Allegans causam absentiæ in causa ciuili, an, & quãdo satisdare debeat nume.* 181.
181 *Cautio de iudicatum soluendo non potest cadere in criminalibus.*
182 *Allegare causas absentiæ an possit, habens mandatum ad defendendum, & ad allegandum causas causæ.*
183 *Inducta ad augendum non debent operari diminutionem.*
184 *Qui vt procurator admitti non potest, admittur vt defensor.*
185 *Allegans causas absentiæ, an iurare debeat de calumnia.*
186 *Allegare causas absentię minoris accusati, vel inquisiti, an quilibet possit, an vero solus tutor vel curator ad hoc ipsum admittatur.*
187 *Lex generaliter loquens debet generaliter intelligi.*
188 *Lex lata fauore publico interpretatione est adiuanda.*
189 *Processus factus contra absentem neglectis allegationibus causarum absentiæ an sit nullus, nu.* 191. 334.
190 *Intellectus cap. interp. extra de app.*
191 *Iudex non admittens volentem probare causam absentiæ, an faciat processum nullum.*
192 *Procurator non potest i nteruenire ad prosequendum crimen priuatum, pro quo venit imponenda pœna corporis afflictiua.*
193 *Pœna talionis habet locum in priuatis delictis vt in publicis.*
195 *Intellectus ad l. quicunque. C. de proc.*
196 *Procurator an constitui possit in causa crim. in qua venit imponenda pœna relegationis vel remotionis. numero* 200. *ducentesimo vigesimo primo.*
198 *Relegatio differt a deportatione, numero ducentesimo vigesimonono.*
199 *Deportatus per ministros debet ad locum conduci sec us est in relegato.*
204 *Dictio vsque, stat exclusiue.*
205 *Relegatio, an connumeretur inter pœnas publicorum iudiciorum.*
206 *Sententia annotationis bonorum non dicitur proprie sententia.*
207 *Sententia in criminalibus non potest ferri contra absentem, nec in causa appellationis, & quæ sit ratio. numero ducentesimo vigesimo quarto.*
208 *Pœna relegationis imponi potest pro crimine iniuriarum.*
209 *Procurator qualiter non admittatur in causa iniuriarum, & an specialę sit illustribus, & in huiusmodi causis procuratores constituere possint. nu.* 212. 216.
211 *Fustium ictibus, & similibus pœnis quæ personę subiici soleant.*
212 *Personæ illustres in crimine iniuriarum sola pœna relegationis affici debent.*
213 *Illustris non est afficiendus pœna corporali ob iniuriã etiam illustri personę illatam.*
214 *Pœna capitalis aliquando pro iniuria imponitur.*
215 *Illustris persona prohibetur per se litigare, sed debet litigare per procuratorem.*
217 *Ratio diuersitatis dari non potest, quare magis liceat constituere procuratorem in crimine iniuriarum, quam in priuatis delictis.*
218 *Causa omnis æstimationis censetur capitalis.*
219 *Pœna ictus fustium relegationi. Aequiparatur.*
221 *Interuentus procuratoris ad necessariam defensionem est permissus.*
223 *Procurator, an interuenire possit in causa criminis pro quo quis ita relegatur in certum aliquem locum vt non liceat ei alio se transferre, nu.* 225.
226 *Deportatus non amittit ea quę sunt iurisgentium.*
227 *Intellectus. l. releg. ff. de inter d. & releg.*
228 *equestratio & de positio rei interim facienda est dum suspenditur exe cutio sententię super illa re e x aliqua causa.*
229 *Deportatio requirit formam actualem, vt ipse deportatus per ministros ducatur ad insulam.*
230 *Appellatio a sententia per quam imponitur pœna maior relegatione, an per procuratorem agitari possit.*
231 *Sententia in absentem ferri posset, in causa appellationis vbi agitur de crimine.*
232 *Pronunciatum per apellationem extinguitur.*
233 *Inducta in odium contumacis non debent induci in eius fauorem.*
234 *L fi. C. de iniurijs, an pcedat in episcopis, & aliis prælatis, ita vt teneãtur constituere procuratorem. nu.* 237.
235 *Intellectus ad c. i. & fi. de posta.*
236 *Intellectus ad c. quia episcopus. 3. q. 3.*
238 *Episcopus est illustris, nu.* 242. *in fi.*
239 *Episcopas in scriptis citari debet.*
240 *Episcopus potest per substitutum sententiam legere.*
241 *L. quicunque. C. de proc. an habeat locum in episcopo.*
242 *Intellectus ad c. fi. 2. q. 5.*
243 *Procurator interuenire potest in causa criminis, ex quo pœna maior relegatione venit imponenda.*
244 *Pœna depositionis ab ordine potest cadere in absentem.*
245 *Ex grauissimis tantum criminib. quis ab ordine deponitur.*
246 *Vbi agitur de depositione ab ordine alicuius corporis ibi de iure ciuili non agitur de tam graui pœna.*
247 *Quatuor præcipue dicuntur ordines, sacri, a sanctitate, & castitate, & continentia.*
248 *Fama eius magis lędi tur, qui prohibetur publicis oneribus fungi.*
249 *Procurator admittitur in causa criminis, ex quo quis infamatur si pro eo imponitur confiscatio omnium bonorum, vel partis eorum.*
250 *Priuatio omnium bonorum causæ criminali parificari.*
251 *Termini in qualibet lege presumuntur quod sunt habiles.*
252 *Pœna quę lędit æstimationem, equiparatur pœnæ ictus fustium.*
253 *Intellectus ad legem cognitionum. paragrapho, minuitur. ff. de varijs, & extr. cogn.*
254 *Causa separationis thori, an possit per procuratotem agitari.*
255 *Intellectus ad c. tuę de procuratori.*
256 *Separatio thori sapit exilium.*
257 *Conditio importat formam.*
258 *Reuocatio in seruitutem cui pœnæ sit equiparanda, & an per procuratorem agitari possit, nu.* 261.
259 *Pœnarum genera quot de iure ciuili.*
260 *Damnationi in metallum quæ pœna successerit de iure canonico.*
263 *Intellectus ad legem non solum. paragrapho statuas de procurato. numero* 266.
267 *Tutor non potest ita suspectus postulari ciuiliter, qui resultet effectus pœnæ criminalis.*
268 *Procurator non admittitur circa mandatum speciale vbi agitur de causa famæ.*
269 *Damnatus per procuratorem in causa famosa an, & quando sufficiatur infamis.*
270 *Intellectus ad l. fur. §. si quis alieno, ff. de inf.*
271 *Procuratoris appellatio, quam late pateat.*
272 *Procurare verbum, qam sit latissimum,*
273 *Procurator, an admittatur ex parte actoris, prestita cautione de rato, vbi dubium est de mandato.*
274 *Instrumenta ad causam facientia ostendens. an præsumatur habere mandatum ad agendum, nu.* 275.
Intellectus ad c. coram de offi. deleg.
276 *Intellectus ad l. reos. C. de acc.*
277 *Intellectus ad tex. in extrauaga. ad reprimendum in verb. personaliter, vel legitime.*
278 *Sequentia recipiunt interpretationem a precedentibus.*
280 *Factum procuratoris solet obesse domino.*
281 *Mandatum speciale requiritur ad matrimonium contrahendum.*
282 *Iurari de calumnia non potest sine speciali mandato.*
283 *Absenti accusato vtilius est, q quis potius compareat defensorio nomine, quam procuratorio.*
284 *Tutor nomine pupilli accusans, non obligat cum ad pœnam talionis.*
286 *Procurator an possit constitui ad testes producendos, aut repetẽdos, vel alium articulum excepta sententia.*
287 *Ponens videtur fateri contenta in positionibus.*
288 *Pœna pecuniaria pro homicidio imponi potest.*
289 *Procurator an possit interuenire in causa homicidij pro quo imponitur pœna pecuniaria. nu.* 293.
290 *Causa originalis potius attendi debet, quam accidentali, numero ducentesimo nonagesimo quarto.*
291 *Crimen quando censeatur capitale.*
292 *Luere in corpore eum debere, qui non habet in ære, quomodo intelligatur.*
295 *Pœna succedens in locum alterius pœnæ, debet sapere eius naturam.*
296 *Surrogatum stare in natura sui principalis quatenus verum sit.*
297 *Pœna pecuniaria vbi est a stato pro homicidio imposita, cui pœna iuris communis recessum videatur.*
298 *Procurator an ex parte accusatoris possit interuenire, vbi pro delicto publico venit imponenda pœna pecuniaria.*
299 *Agens actione populari ad defendendum, an procuratorem dare possit.*
300 *Intellectus ad l. licet. ff. de proc.*
301 *Delictum an desinat ex eo esse publicum, quod pro eo imponitur pecuniaria pœna per statutum.*
302 *Procurator an possit in ea causa interuenire, in qua in defectum pœnæ pecuniariæ. imponitur pœna corporalis per statutum, numero* 304. 306. 310.
303 *Crimen non censetur capitale, vbi in defectum pœnæ pecuniariæ lexmã dat imponi pœnam capitalem per officium iudicis.*
305 *Intellectus ad l. i. ff. de in lit. iuran.*
311 *Procurator quilibet admittitur pro reo criminis ad allegandum causas necessarias quæ reum ipsum impediunt venire.*
312 *Allegans causam absentiæ non tenetur cauere de iudicatum soluendo, quia non potest condemnari, nec contra eum fieri executio.*
313 *Allegans necessarias causas absentiæ an admittatur vbi statutum dicit quod nulla defensio recipiatur.*
314 *Defensio est de iure naturali, & sic non potest tolli.*
315 *Excusator, an admittatur sine mandato ad allegandum causas absentię. nume.* 221.

316 *Citatus*

Digitized by Google

316 Citatus ad locum peſtiferum comparere, an tenetur.
Et ob hoc excuſatus fuit Gregorius 12. qui euocatus ad concilium Piſanum non ſucceſſit.
317 Locus ad quem quis citatur: pro quibus debet eſſe ſecurus.
318 Reus citatus, an excuſetur a contumacia propter hoſtilitatem quæ ſit in territorio, per quod habet tranſire.
319 Impedimentum non cenſetur iuſtum, quod facile poteſt remoueri.
320 Principi concedenti ſaluum conductum non eſt facile credendum ſi aut tyrannus eſt, aut non ſolet fidem datam ſeruare.
322 Citatus a locum non tutum, in quo habet inmicitias capitales, non tenetur venire etiam ſi haberet literas ſalui conductus.
323 Contumacia ſona: in delictum.
324 Delictum non preſumitur niſi probetur.
325 Nullus eſt ita inſipidus qui non cupiat cruciatum corporis, vel mortis periculum declinare.
326 Defenſor quare non admittatur ſine mandato ad opponendas exceptiones dilatorias, & declinatorias, & an id ſit perpetuum. nume ro 333.
327 Actoris intereſt, ne iudicium reddatur elusorium.
328 Auerſatiua ſed, cuius naturæ ſit.
329 Intellectus ad l. fi. ff. de req. reis.
330 Procutator aliquando defenſor appellatur.
332 Abſens cum condemnari non poteſt eius bona confiſcantur.
335 Homicida abſens qua cautela excuſari poſſit, ut contra eum procedi nõ poſſit.
336 Exceptiones, quæ crimen tangunt, licet opponantur ad proceſſum, an poſſint per pracuratorem opponi. numero tricẽteſimo trigeſimo ſepti mo. 343. 337.
338 Diſpoſitionem omnem cenſeri debere ex eo, quod principalitater agitur.
339 Vbi quis principaliter de delicto inquiritur, ibi criminale, & capitale iudicium principaliter tractatur.
340 Finis in omni diſpoſitione eſt conſiderandus.
341 Ratio finalis quare in criminalibus non admittatur procurator.
342 Exceptio declinatoria an veniat appellatione defenſionis.
344 Procurator an poſſit admitti ad opponẽdam exceptionem notoriam in causa criminali.
345 Notorium a quibus releuet.
346 Iudex quod non poſſit ſupplere defectum partis in opponenda exceptio ne notoria; quatenus verum ſit.
348 Ordo eſt, in notoriis ordine non ſeruare.
349 Delictum quantuncunque notorium puniri non poteſt per iudicem in competentem.
350 Exceptio incompetentiæ iudicis nunquam cenſetur excluſa.
351 Procurator an admittatur ad opponendam exceptionem peremptoriã, quæ in vim peremptoriæ opponitur.
352 Dubietas ſiue ſit in facto, ſiue in iure, non poteſt interuenire procurator.
353 Comparens pro accuſato, & proponens quod accuſatus non interfecit illum de quo accusatur, non debet admitti.
354 Procurator non admittitur adopponendum quod interfectus erat bãni tus.
355 Exceptio banni an ſit declinatoria, an peremptoria, tricẽteſimo quinqua ſimo ſeptimo.
356 Exceptio reſpiciẽs qualitatem perſonæ agentis, iudicanda eſt potius de clinatoria, quam peremptoria.
357 Statutũ quod hannito denegetur audientia in criminalibus, an eidem tol lat ius agendi ipſo iure.
358 Verba non audiatur, an inducant declinatoriam an vero peremptoriam.
359 Intellectus clemen. conſtitutionem. de elect.
360 Accusatus, vel inquiſitus de crimine capitali qui ex forma ſtatuti nõ poteſt proponere aliquam exceptionem, vel defenſionem niſi cõpareat perſonaliter, an proponere poſſit per procuratorem exceptionem bã niti, vel aliam exceptionem notorium remiſſiue.
361 Exceptio, quod quis non fuit rite cancellatus de banno, an poſſit in iudicio deduci procuratorem.
362 Exceptio quæ ſeorſum a crimine venit examinanda, an poſſit opponi, & deduci in iudicio per procuratorem. numero tricenteſimo ſexageſi mo ſeptimo.
363 Intellectus d. l. 2. C. ad l. Fla. de plag.
364 Procurator admittitur in accuſatione falſi ciuiliter porrecta.
365 Procurator interuenire poteſt in actione furti ciuiliter mota.
366 Procurator an poſſit interuenire, vbi quis accuſat aliquem de crimine plagij, & obijcit exceptio. quod ſeruus in quem fuit commiſſum pla gium erat ipſum furripientis.
368 Proceſſus criminalis, in quo nõ admittitur procurator reddatur nullus, ſi interueniat procurator licet non opponatur. nume. 371. 375. 378. 382. 388. 391. 393. 400.
369 Perſecutio eſt perfecta ſecutio.
370 Dictio fruſtra quam ſignificationem habeat. nume. 376.
371 Iudex in causa criminali procuratorem recipere non poteſt.
372 Sententia lata ſine cauſæ cognitione eſt ipſo iure nulla.
373 Causa ſtatus prohibetur agi per procuratorem.
374 Dictio (penitus) importat actum eſſe nullum.
375 Actus valet, ſi ea fiunt per procuratorem, quæ per eum fieri non poſſũt & pars non opponat.
377 Lex abhorret quod iudex cognoſcat de crimine publico in abſentia accuſatoris, vel accuſati.
379 Lex vult examinari causas capitales in præſentia accuſatoris, & accuſati.
380 Pœna calumniæ an poſſit per partem, & iudicem accasatori remitti, nu. 382. cum ſeq.
381 Intellectus ad lege quamuis. C. de adulte. numero tricenteſimo nonageſimo nono.
383 Vtilitas publica ſuadet calumniam, & maleficia puniri.
384 Calumniæ puſſe aliquem accuſare, licet de ea nihil dictum ſit in primo iudicio.
385 Abolitio publica, nec priuata prodeſt fallaciter, & per calumniam accuſantibus, nec ſpecialis indulgentia principis.
386 Intellectus ad l. fallaciter, & ad l. abolitio. C. de abolitio.
387 Iniuriam ex crimine priuato ſibi illatam licet poſſit quis remittere, quantum ad actionem ciuilem tamen non poteſt paciſci de accuſando criminaliter.
389 Calumnia tendens ad vindictam publicam remitti non poteſt.
390 Sententia non tenet vbi iudex in plenario iudicio dicit ſummarie cognouiſſe.
392 Cautio præſtationis poteſt remitti procuratori.
394 Crimina punienda ſunt vndecunque clareſcant.
395 Sententia lata pro vno in causa in qua agens non petit ſibi aliquid dari, vel fieri, prodeſt omnibus.
396 Sententia pro procuratore accuſantis prodeſt accuſatori.
397 Calumnia accuſatoris, & fallacia confutari debent.
398 Calumnia hoc ipſo remiſſa videtur. quod non ſit probatum crimen.
401 Sententia lata ſuper confeſſione, & ſpontanea rei valet ſi totum iudiciũ eſſet nullum, tanquam lata ſuper notorio.
402 Confeſſus non poteſt opponere de ineptitudine libelli.
403 Confeſſus per tormenta non poteſt opponere, quod non potuit interueni re procurator.

1 Materia huiuſce tractatus vt Bart. exorditur in hoc §. ad crimen. eſt profunda, & ſecundum Albe. † eſt ſolẽnis, & ſubtilis. Quorum ſententiæ aſtipulari videtur Paulus Caſtrenſis in l. ſeruũ quoque §. pub. ff. de proc. qui hanc materiam nedum ſubtilem, & vtilem ſed periculoſam, & confuſam dicit, nec ab horum patrum ſententia diſcedit. Ange. in l. reos. C. de acc. qui & ipſe ſubtilem, vtilem, & altam forc atteſtatur. Ego tamen quanto clarius & breuius potero in hiſce caloribus enitar totis viribus eam vobis explicare, nonnullam pro planiori intellectu præmittendo, deinde ordinate ponam quamplures ampliationes, & limitationes ad huiuſcmodi. §. vltra eas, quas tradunt Mod. in cap. vcn. de accu. quas ex poſt ſuccincte, & tanto ſubtilius quantum potero diſputabo, ut & procuratoribus ſi potero & cauſarum patronis eminentiſſimis ſatisfaciam. Eſt igitur primo præmittendum illud vulgare † quod ſine accuſatore nemo damnandus eſt. l. reſcrip. §. ſi quis accuſa. ff. de mun. & hon. quod nõ ſolum procedit in publicis crim. ſed etiam in priuatis delictis. l. fina. vbi pulchre Alber. ff. de in ius vocan. facit. text. in cap. primo. vt eccle. benefi. & tradit Bar. in extrauag. ad reprimendum. in verbo per accu
3 ſationẽ. † & ſic vt quilibet admittitur ad teſtificadum, qui ve-
4 ro reperitur prohibitus. l. 1. de teſt. † ita admittitur quilibet ad accuſandum qui a lege non prohibetur. glo. in rubr. C. qui accu. non poſſunt. cum ſimilibus de quibus per Hyppo. in conſi. 84. columna 1. non tamen ita paſſim, & ita facile cuipiam
5 accuſare permittitur. † quandoquidẽ oporteat quemlibet accuſatorem ſed ad pœnam talionis inſcribere lege 12. tabularum hoc dictante. §. pœna. inſti. de iniur. & l. ſi cui. Digeſtis de accu. & l. fina. Cod. eodem. quod etiam a lege canonica ꝓmittitur octaua quæſt. quarta. cap. 1. & cap. quiſquis. ſecun. quæſt.
6 vlti. † immo accuſator & accuſatus debent detineri in pari cuſtodia. d. l. fina. C. de accuſa. & l. 3. ad l. Iul. maieſta. & tradit
7 Bar. inf. in 2. col. † eſt verum ꝙ Guid. de Suz. in l. fi. de acc. dicit, ꝙ ſæpe uidit peti ꝙ accuſator ĩ carcerẽ detruderet vna cũ ipſo accuſata, tamen hoc nunquam de conſuetudine ſeruatum fuit, & iſtud eſt etiam de mente Bart. & Albe. in d. l. fi.
8 Et ſubdit Alber. quod de conſuetudine amplius non fit in-
9 ſcriptio, † tamẽ hoc nedum a lege antiqua ac media iuris prudentia, & lege Cæſarea ſtatutum eſt ſed etiam a lege Pontifi-
10 cia, † & hæc eſt potiſſima ratio, quod ex parte accuſatoris ad crimen publicum perſequendum procurator conſtitui non poteſt, & non ab re dicit Alber. in lege priuatis. Digeſtis

Digitized by Google

11 ad Turp. quod † in hiſce caſibus in quibus, non habet locum
pœna talionis, non procederet. § noſter quod non puto ve-
12 rum, & maxime, † quia in caſibus in quibus proceditur per
viam inquiſitionis, ſeu denunciationis, de quibus per Barto.
in l. ſecunda. §. ſi pub. ff. de adul. & in extrauaganti ad reprimẽ
dum inuerbo inquiſitionem. & in verbo per denunciationẽ,
non procederet huiuſcemodi. §. & tamen ipſemet Alberi. in
13 dicta l. ſeruum quoque. §. publ. columna 6. vult † quod etiam
ex parte inquirentis, ſeu denunciantis procurator conſtitui
non poſſit, cuius ſententiæ aſtipulatur vulgaris regula. §.
affinitatis, Inſtitu. de nupt. & legẽ, ſi non lex Aelia Sentia. ff.
de hæredi. inſtitu. eſt verum quod Ioan. de Anania in ſuo con
ſilio primo. refragari videtur opinioni Alb. in dicta l. ſeruum.
paragrapho. pub. crebrior tamen, & ſolidor cenſetur ſenten-
tentia Albe. tum quia accuſator, & accuſatus non debent ad
imparia iudicari, tum etiam quia ex parte denunciati, & in-
quiſiti procurator ad crimen publicum perſequendum con-
ſtitui non poteſt. ergo nec ex parte inquirentis ſeu denunciã
tis per illud vugare non debet actori licere quod reo nõ per-
mittitur.

14 Secundo præmittendum eſt † quod publicum iudicium
poteſt tripliciter ſummi ſcilicet ſtricte, & large, & largiſſime,
vt Bald. & Ange. & Imo. dicunt. in lege prima. ſupra eodem.
In hoc tamen text. ſecundum Ange. & Imo. capitur ſtricte, &
dicitur ſtricte publicum iudicium vbi lege cautum eſt, quod
ſi publicum, & in hoc publico intelligit etiam. lege infamem.
eodem titulo, & lege qui publico. ff. de accuſat. † & in hoc pu
15 blico iudicio vbi eſt certa, & determinata pẽa habet locum
pœna talionis. vt tradit Alber. in lege in priuatis. Digeſt. ad
16 Turp. † & ille qui deſiſtit ab accuſando, & perſequendo cri-
men publici iudicii incidit in Turp. † quod ſoulm vendicat
17 ſibi locum in crimen pub. lege prima. Cod. ad Turp. & lege, ſi
18 quis repetere. §. fina. ff. ad Turp. † Sunt tamen quædam pu
blica iudicia in quibus quis punitur extra ordinem, & pœna
pecuniaria, vt in lege prima. infra ad l. Iul. de ann. lege prima.
ad l. Iul. de amb. & in aliis caſibus de quibus per Abb. in dicta
lege in priuatis, & in quibus probabiliter poſſet dici non ha-
bere locum huiuſcemodi. ſed inf. dicam.

19 Tertio præmittendum eſt, quod † licet tex. loquatur de pu-
blico iudicio tamen ſecundum communem opinio. habet e-
tiam locum in priuato, vbi imponitur pœna corporis affli-
ctiua.

20 † Et ſciendum eſt quod delictorum priuatorum quædam
ſunt nominata, & quædam innominata. Nominata enim
21 ſunt furtum, iniuria, † ut in caſu. legis ſi quis ex domo. ff. vi bo
22 norum raptorum, † & de his priuatis delictis nominatis lo-
23 quitur titulus de priuatis delict. † Innominata autem ſunt
24 illa de quibus in titu. de extr. crim. † & in his delictis, in quibus
pœna non eſt determinata a lege, non habet locum pœna ta
lionis, ſed accuſatus ponitur extra ordinem, quia etiam in his
priuatis delictis proceditur ext. ordinem. lege fina. de pri. del.
25 & in lege priuatis. Digeſtis ad Turp. † nec habet locum pœna
Turpilliani, de qua in l. 3. §. fi. de præuaric.

26 Quarto, & vltimo præmittendum eſt. † quod in hac ma
teria ſunt plures text. qui videntur diuerſimode loqui. & pri-
mo text. in l. prima. Digeſtis an per alium cau. appella. qui lo-
quitur in principio, quod in criminibus, alius pro alio nõ po-
27 teſt appellare, † tamen appellatione criminis tam priua-
tum, quam publicum, & tam leue, quam graue continetur.
iuxta legẽ, leuia infra de accuſa. tamen ille text. in verbo ſin-
autem. loquitur de cauſa capitali, & cuius appellatione ſtri-
28 ctiſſime venit pœna ſanguinis. lege tranſig. Cod. de tranſact.
ſtrictæ vero pœna damnationis in metallum, & deportatio-
nis. lege exilium. ff. de interd. & releg. † & tamen eſt valde du-
29 bium an tex. noſter habeat locum ĩ relegatione quę large di
cirur pœna capitalis. lege licet. ff. de verborum ſignificatio.
Item tex. in lege, ſeruum quoque. §. pub li. de procuratori. tra-
dit pro regula. quod in cauſis capitalibus defenſio datur: ergo
31 videtur innuere quod poſſit admitti procurator. † Immo
tradit pro regula, quod vbi abſens poteſt condemnari in cri-
minalibus, vbi admittitur procurator, & tamen in hoc text.
I. C. videtur innuere, quod poſſit ferri ſententia in abſentem.
32 dum dicit ſententiam differant. † & ideo iſte text. reſtringi-
tur ſecundum Ange. & Imo. hic in ſententia annotationis
bonorum. de qua vide pract. Barto. in lege prima. Digeſt. de re
qui. reis.

33 † Eſt & alius text. in l. ſecunda. Cod. de procura. qui videtur
innuere, quod ſolum in cauſis pecuniariis poſſit conſtitui
procutator, & tamen alia iura volunt qđ vbi agitur de pœna
remotionis ab ordine alicuius dignitatis quæ eſt minor pœ-
na relegationis iuxta legẽ primã. ff. de iniu. vel de pœna inter
dictionis loci, vel patrocinij. iuxta l. mor. Digeſt. de pœn. quod
poſſit admitti procurator, & propter iſta iura quæ videntur
adinuicem contraria hæc materia difficilis redditur. quæ
quidem infra concordabo. Aduerte tamen dum ſupra dixi
34 † quod in delicto priuato non habet locum pœna talionis,
vt declarat Alber. in l. in pri. Digeſtis. ad Turp. quia in contra-
rium videtur caſus. in l. fina. de pri. del. dum dicit cogendus e-
rit in crimine ſubſcribere, quem tex. ponderat ibi Alber. in l.
fina. Cod. de iniu. conſidera ſi dici poteſt quod iſta iura loquã
tur. de ſubſcriptione partis, quæ profitetur ſe velle perſeuera-
re in accu. de qua per Bart. in lege in cui. ff. de accu. vel dic me-
lius. quod habet locum ſubſcriptio, ſed non quaſi ſit iudiciũ
publicum, vt dicit pulcher text. in lege fina. ff. de furt. quia ta-
lis ſubſcriptio fit ad pœnam extraordinariam imponendam
arbitrio iudicis, vt traditur in capitulo ſuper his, de accuſa. &
declarat Albe. in dicta l. fina. Summa hunc tex. & eum diuide
vt hic per Barto. cum quo tranſeunt Benedictus de Plumb. &
Imola hic, alio tamẽ modo eum ſumat Ang. hic & diuidit vt
per eum, ſummarium placet, diuiſio autem minime, nam
35 dubium faciebat in hoc tex. prima regula quæ habet, quod
† per locum a ciuilibus ad criminalia arguitur. l. abſentem
vbi gloſ. Iacob. de Aren. Petrus, & cœteri. Digeſt. de pœn. ſed
36 † in ciuilibus admittitur procurator, & ante litem conteſta-
tam, & poſt, ſiue agatur ciuiliter ex contractu, vel quaſi, ſiue
agatur de crimine ciuiliter, de primo eſt text. in lege prima. §.
viſus. de proc. de ſecundo eſt text. in capitulo tuæ. in fine de
procura.

37 Secundo faciebat dubium in hoc text. nam † cauſa famæ,
& cauſa vitæ æquiparãtur. l. iuſta, de man. vindi. & in l. fina. ff.
38 quod metus cauſa, † ſed in cauſa famæ interuenit procurator.
l. furti. §. qui alie. ff. de inf. immo. intereſt ipſius rei conuenti ꝙ
poſſit conſtitui procurator, quia quando procurator condẽ-
natur, nec ipſe, nec dominus infamatur.

Tertio faciebat dubium, nam ille qui proſequitur appella-
tionem accuſari. vel inquiſiti condemnati allegat cauſam
39 cauſæ † & tamen inuito reo quis poteſt appellare l. non tan-
40 tum. de appella. & l. add. Codice de appellat. † immo poteſt
quis abſentem defendere l ſi non defendatur. ff. de pœnis. & l.
41 ſecunda. infra de cuſto. reo. † Item quis poteſt ſine metu pœ-
næ talionis in crimine publico, & capitali paciſci, & tranſige-
re. l. ſi de praua. & l. de bonis eorum qui ante ſentent. ſibi mo.
conſc. ſi ergo quis poteſt appellare inuito reo, & poteſt tran-
ſigere ſine metu calumniæ ſiue fit accuſator, ſiue reus, quare
non debet poſſe conſtitui procurator? primæ rationi dubitan
di reſpõdetur, quod illa regula procedit ubi eſt eadem ratio,
42 & vbi contrarium expreſſe non reperitur, † & ideo dixit ſin-
gulariter Roma. in ſingu. ſuo 688. quod dilationes induciarũ,
quæ dantur reo per Auctẽ. offeratur. Codi. de litis conteſta.
43 non dãtur in criminalibus. hinc eſt quod † ſi quis vulneretur
a pluribus. & ab vno mortaliter, ſi moriatur omnes puniun-
tur pœna l. Aqui. l. item Mel. ff. ad legem Aqui. & tamen non
puniuntur pœna homicidij ſecundum Ancha. in conſilio cẽ
teſimo decimoſexto. volumine primo. Secundæ rationi du-
44 bitandi reſpondetur † quod lex iuſta, loquitur quantum ad
cauſam manumiſſionis. quia ſicut iuſta manumiſſionis eſt
cauſa, vbi ſeruus dominum liberauit periculo vitæ ita, & pe
riculo infamiæ.

Item illa regula procedit in bonis viris. l. iſti quidem. Digeſ
quod met. cauſa.

Sed apparent rari nantes in gurgite vaſto. non autem pro-
cedit in delinquentibus iuxta illud oderunt. peccare boni vir-
tutis amore, oderunt peccare mali formidine pœnæ. vel dic
quod cauſa famæ æquiparatur cauſæ criminali, vbi agit ciui-
liter, quia vtroque caſu poteſt internenire procurator, vel dic
quod ibi infamia venit in conſequentiam, & iſto caſu admit-
titur procurator. ſecus ſi principaliter, glo. in l. non ſolum. in
§. fina. in glo. pen. ſupra de procura. nam ſi admittatur procu-
rator ipſę non infamat. d. §. quod alieno, nec etiam dominus.
Tertiæ rationi dubitandi d. l. non ſolum. uno modo reſpon-
det Albe. in d. l. ſeruum quoqne. §. pub. ff. de procura. & dicit
quod ille text. procedit ex quadam coniunctione, quæ eſt in
ter homines. Alio modo reſpondet Barto. in d. l. non tantum.
circa fi. quod ille tex. loquitur vbi reus eſt incarcerat' ſed pri-
ma ſolutio Albe. non concludit, quia attenta illa coniunctio
ne deberet etiam poſſe conſtitui procurator. non facit etiam
opi. Bar. quia tex. in l. 1. ff. an per alium cau. vult abſolute quod
in cã appellationis capitali nõ admittit̃ pcurator † tu rñdeo
45 alio mõ ꝙ tex. in l. non tm̃. videtur ſolũ loqui de actu appella
tionis, non autem de ipſius proſecutione. & hoc probatur. in
l. add. C. de app. & ratio poteſt eſſe, quia ſi laberetur tẽpus ad
appellandum datum, infereret̃ præiudicium ipſi reo irrepara
bile, quia dret decapitari. facit tex. in l. ſi quis filio exheredato.
§. hi. qui. ff. de iniuſt. rup. irri. teſt. Vltimæ rõni dubitandi rñdet̃,
ꝙ pmittitur alicui ſiue ſit accuſator, ſiue reus redimere ſangui
nem ſuum per tranſactionem, non tamen licet conſtituere
46 procuratorem. † ideo videnda eſt ratio, quare ſic accu-
ſator non poſſit conſtituere procuratorem, vt ſequamur or-

dinem

Digitized by Google

dinem I. C. hic, & Barto. assignat hic tres rationes vt hic per eum. Tu aduerte circa primum inquantum Barto. dicit quod si vera esset ratio Barto. quod quis posset constituere procuratorem vindicando suam, vel suorum iniuriam. argumẽ. dictę legis, licet quia potest replicari quod ille text. procedit ubi quis agit actione populi, & iprincipaliter vel saltem æque principali, quod sequitur interesse priuatum sicut publicum, & si dicatur prout dicit hic Imo. columna decimaquinta. quod saltem lite contestat. in actione populi deberet admitti procurator. l. sicut. §. primo. de verborum significatio. & tamen text. videtur dici absolute, quod ad crimen publi iudicij persequendum frustra interueni t procurator, ergo & ante post lit. contesta. replicari potest quòd non est absurdũ restringere textum in lege si cui. vt non procedat ubi agitur principaliter ad vindictam publicam ex crimine publico argumen. glo. in lege die. in verbo quidam. Cod. qui accusare non possunt. attento maxime quia in his criminibus publicis reperiuntur multa specialia, vt supra dixi. Et si iterum dicatur aduerte, quia text. noster procedit etiam in crimine priuato. dico quod est valde dubium, an iste text. locum habeat in crimine priuato, & infra demonstrabo, quod solũ habet locum in crimine publico, respondeo ad l. fina. Cod. de iniur. alio modo quam faciant Moder. in dicto capitulo ven. de accusatio. & quod hæc ratio, sit vera innuit tex. dum dicit quod frustra interuenit procurator. qui innuit, quod ex quo est crimen publici iudicij, ad eum persequendum non potest interuenire procurator, & ita intelligunt textum, hunc Mode. Sen. in dicto capitulo ven. in 5. colum. versicu. circa primum, & in versicu. sexta ratio, sed iste intellectus non est tutus, quia tex. postea subdit, & multo magis ad defendendum.

47 † & tamen in actione populari ex parte rei potest admitti l. qui populari actione. ff. de pop. act. Secunda ratio est, † ex par

48 te accusatoris quæ est verior cæteris. quod ideo non potest accusans constituere procuratorem, quia tenetur se subscribere ad pœnam talionis. quæ ratio probatur in capitulo tuæ. de procura. & cum hodie ista ratio sit abolita per generalem cõ suetudinem. videtur quod possit defendi, hæc opin. quod ex parte accusatoris non possit interuenire procurator, † quia

49 correcta ratione legis, censetur correcta ipsa lex, glo. in lege j. de leg. tut. & si dicatur prout dicit Aret. in l. 2. in 3. col. in versi. circa tertium requisitum. de vulg. & pup. quod licet sit correcta ratio legis remanet tamen lex fundata in auctoritate, facit glo. secundum eum, in l. lib. ad fi. ff. de min. & id, quod dicit Bar. in l. cum hi. §. transactionem. de transac. quæ iura volunt, quod licet tollatur ratio solennitatis introducendæ in alienatione rei ecclesiasticæ, vel in trãsactione alimentorum.

50 non tamen cessat solemnitas. † quia dico quod id, quod dicitur quod correcta ratione legis censetur correcta ipsa lex procedit vbi ratio est generaliter correcta. Secus si sit correcta in aliquo casu. quia tunc non cessat legis dispositio. ita intelligit tex. in l. 1. in fi. de min. vbi licet reperiatur aliquis minor qui bene gerat negocia sua, tamen iura loquentia minoribus nõ

51 cessant in tali crimine, † nec aliquid facit, gl. in l. lib. ff. de capdimi. immo facit pro glo. in d. l. 1. de leg. tut. quia glo. ibi sentit quod si illa imaginaria venditio, de qua ibi fuisset causa illius capitis diminutionis, quod isto casu esset correcta ipsius legis

52 dispositio, † sed vbi erant duæ rationes licet vna sit correcta, non censetur correcta lex. §. affi. Inst. de nup. Et retenta ista opi. infertur, quod siue procedatur per viam accusationis, siue per viam exceptionis, vel alio quouis modo ex parte accusatoris inquirentis, vel denunciãtis, aut excipientis, potest interuenire procurator. licet contrarium sentiant communiter ĩterpretes hic cum alijs copiosè relatis per Mod. Sen. in d. c. vẽ. de accu. in vlt. ch. Infertur secundo quod non est tãtum dubitandum, an possit constitui procurator ad libellam dumtamen, vel ad lit. contest. vel ad excipiendum, vt infra per Bart. & Ang. & Im. vbi dicens.

53 Tertio infertur, † quod in his casibus in quibus non habebat locum pœna talionis. de quibus per glo. Barto. & alios in l. si cui. in fi. de accu. & in l. qui crimen. C. qui accu. non possunt. & per Barto. in l. 2. §. si pub: inf. de adult. poterat constitui procurator. quia cessabat ratio pœnæ talionis. de qua in d. ca. tuæ. de proc. in l. 2. C. qui accu. non possunt. Et si quispiam subtiliter diceret licet cesset illa ratio militant tamen aliæ rõnes, & maxime illa, quod ipse principalis magis accurate, & diligenter defendet ipsam causam, quia dico quod illa habet locum, vbi principalis posset subire capitis periculum. l. 1. C. ad l. C. de fal. de quo tamen dicam plenius infra. Sed † tota difficultas consistit in indagando rationẽ, quare ex parte rei non

54 possit interuenire procurator. & Bar. hic videtur tradere quatuor. & duas alias tradit in extrauaganti ad reprimendum. in verbo legitima, quas refert hic Imo. co. 15. & duas tradit Spe. relatus hic per Imo. & domi. Bened. & Plumb. colu. 11. & has rationes & dicta Imo. referunt Mod. in d. cap. ven. col. 4. de accu. Veritas consistit in tribus rationibus adductis hic per Bar. & licet omnes improbent. pr' ma defendi tamen potest, quod mens glo. hic fuit dicere, quod sicut sententia capitalis nõ potest ferri in absentem, non possit etiam ferri in procuratorẽ. & si dicatur ex quo non potest ferri in procuratorem, quia non deliquit poterit referri in ipsum dominum. † l. fi. in versi.

55 sin autem iudice contra eum probaturo. C. de iniur. replicari potest quod ille tex. procedit in delictis leuioribus, sed ĩ crimine publici iudicij, in quo venit imponenda pęna capitis, sicut non potest ferri sententia contra procuratorem. qui non de-

56 liquit, non potest etiam ferri cõtra absentem † quia ratio nõ patitur, vt in graui delicto absens condemnetur. vt dicit text. in l. 1. de req. reis. Et si quispiam diceret hoc modo declarando, hæc ratio erit eadem cum ratione Bar. dicatis, quod ideo non potest constitui procurator. quia iudicium posset reddi eluſorium, quia videns aliquis se posse conedmnari, confugeret ad ecclesiam Diui Antonij, & constitueret procuratorem, quia dico quod est eadem ratio indubitanter (quæ secũdum Bart. & alios, & communiter tenetur) ne delicta remaneant impunita. Sed contra eam vltra alios opponitur pri-

57 mo † & videtur quod licet executio sententiæ non possit reddi eluſoria, non potest constitui procurator. probatur. in di. c. veniens de accu. secundum Aret. ibi nam ibi executio senten-

58 tię non poterat, ut dixi reddi eluſoria † quia depositio ab officio, & beneficio, de qua ibi, trahit secum executionem, & tamen prohibetur constitui procurator, & tamen attẽta ratione Bar. vbi iudicium non potest reddi eluſorium, deberet admitti procurator. Secunda obijcitur difficultas. nam ex crimine propter quod venit imponenda pœna relegationis. iudicium non potest reddi eluſorium, quia potest ferri in absentem. ff. de pœnis, & tamen Bar. inf. in 3. colu. vult quod in causa relegationis non possit constitui procurator, & tamen debet posse constitui, ex quo iudicium non potest fieri eluſoriũ,

59 † cum absens possit relegari. Tertia obiicitur difficultas, † nã-

60 ille qui in crimine. semel comparuit in iudicio, si postea se absentet, licet vere sit absens cap. comparati, de oppella. tamen iuris interpretatione videtur præsens, probatur ex notatis in l. fina. ff. de integ. rest. ti. generali, vbi sententia lata contra eũ, qui non dimisit procuratorem, dicitur lata contra absentem,

61 secus si contra eum qui procuratorem constituit. † primæ difficultati respondetur, quod est verum qnod in capitu. veniẽs executio non potuisset reddi eluſoria, quia sententia illa trãhit secume xecutionem, sed bene potuisset reddi sentẽtia eluſoria si potuisset constitui procurator, quia in ipsum non potuisset ferri sententia, nec etiam in illum reum absentem per regulam. l. absentem. ff. de pœn. Secundæ difficultati respondetur, quod verior opin. est, vt dicimus infra. quod † in causa re

62 legationis possit constitui procurator, per text. in l. seruum quoque. §. pub. ff. de procura. Tertiæ difficulti respondetur, &

63 fateor quod † ille qui dimisit procuratorem dicitur præsens iuris interpretatione, sed in causis grauibus per regulam,

64 dictę l. absentem. ff. de pœn. † Et sic habes defensatam communem rationem ab impugnationibus Areti. in dicto capi. veniens, in 12. colum. de accusa. quicquid dicant repetentes ibi in 4. colum. qui dicunt quod nulla concludens ratio pos-

65 sit assignari. Tertia † & vltima datur ratio per Barto. hic tam ex parte rei quam accusatoris, quod ipse principalis magis accurate, & diligenter defendet causam suam, quæ ratio secundum Bald. Ange. & Imo. hic fuit † glo. in l. non solum in fi. ff.

66 de procura. licet repetentes in dicto cap. veniens, versicu. quinto. ratio dicunt quod in libro suo illa glo. hoc non dicit, sed decipiuntur in hoc, nam hæc ratio videtur indubitabilis. secũdum Imo. hic, & post eum Mode. in dicto capitulo ven. quia vbi potest procedi contra absentem, ibi potest interuenire procurator. l. seruum quoque. §. publ. supra de procurato. Et tamen etiam in isto casu militat ratio, quod quis accuratius,

67 & fidelius causam suam tuetur. Et † si dicatur quod in casu. §. publice. secundum intellectum Barto. infra non admittitur procurator tanquam procurator, sed tanquam excusator & instructor, qui solum potest prodesse absenti, non autem nocere, certe ista solutio confunditur per illum text. dicentem quemuis allegantem innocentiam debere admitti, quæ verba innunt. quod etiam tanquam procurator, qui potest pro-

68 desse, & nocere domino. capitulo secundo. de confess. † Et ideo considera, si potest alio modo intelligi text. noster, & ille text. nam in hoc text. dicitur, dicitur quod ad crimen publici iudicij persequendum frustra interuenit procurator, modo dicitur in l. reos. C de accusa. quod leges publicorum iudiciorum reos permittunt in capitalibus causis etiã per produratores defendi. dico quod ille text. est intelligendus vb rei sunt absentes ex iusta causa, & vĩ ꝙ tunc sit admittendus procurator. & in his terminis ex mente Ang. quem nullus hic refert p̃t ĩtelligi tex. dũ dicit ꝙ ordinariũ. & æquũ est quẽlibet dr̃e admitti ad indagandã innocẽtiã, & sic ad allegãdũ

Digitized by Google

cauſas abſentiæ. tex. vero videtur loqui vbi quis latitat, & nō vult comparere, licet poſſit, iuxta l. Flac. §. quid ſit latitare. ff. ex. qnib. cau. in poſ. eat. intelligitur. tex. hic. † & hoc modo poſ-
69 ſet inferri, ꝙ abſens ex iuſta cauſa in criminalib. poſſet conſtituere procuratorem, ſecus tamen in latitante, eſſet tamen magna reſtrictio ad iura dicētia, quod in crimine capitali nō admittatur procurator, quæ sūt plura, vt dixi, ſed poſſet replicari qđ ęquū eſt, regulā fallere, vbi æquitas hoc ſuadet. l. 2. §.
70 item Varus, de aqua pl. arcen. † ſed tenēdo cōem, poteſt dici ꝙ ideo nō poteſt admitti procurator qñ ꝓcedit ꝫ hñtē, qa poſ ſet ei fieri maius præiudicium, & ex quo abſens poteſt damnari, & ideo æquitas ſuadet, ꝙ iſto caſu nō admittatur proc. ar. in l. exig. §. fi. cū ibi no. C. de pro. & ſi quiſpiam ſubtiliter di ceret in caſu i. l. ſic diu. C. de proc. & in caſu. l. lex. Corn. §. conſti
71 tutum, † & in extrauag. ad reprim. verbo legitime, pōt ferri sē tentia in abſentes, ergo poteſt interuenire procurator, dico ꝙ lex nō conſiderauit tñ præiudicium in illis caſib. ex quo voluit ꝙ poſſit ferri ſententia contra abſentem, patet in cri. lęſę maieſt. vbi admittuntur etiam teſtes famoſi. Tertia datur rō,
72 † quia ſi admitteretur procuratores, reus videns ſe poſſe condemnari, non compareret, ſed hac ratione attenta, idem face ret aliquis vbi vocaretur in ſeruitutem, & tñ poteſt conſtitui procurator. & ideo Mod. in d. c. veniens. dñt nō poſſe aſſigna- ri concludentem rationem. & tñ in col. 30. in 15. q. dñt. ꝙ quidam aſſignant hac rationem, qđ in cauſa criminali non pōt conſtitui procurator, quia iudex ex inſpectione in faciem, & in perſonam rei. i. qua trepidatione, & quo colore, & vultu loquatur accuſat⁹ vel inquiſitus melius cognoſcet, lex ergo volunt ꝙ in cauſa tanti præiudicij, non debeat admitti procurator, vt cauſæ melius innoteſcerent, liquidarentur, & hanc rationem poſuit hic Imo. in effectu co. 15. & Alb. in d. §. pub. in 10. col. in verſicu. ſed quid ſi audita cauſa, & clarius Aret. in d. c. veniens. Et pro iſta ratione iudicio meo eſt tex. expreſſus. in c. tuæ, de proc. & eo maxime quia procurator agēdo cauſam negligentius ꝓiudicaret reip. ſed iſta ratio licet concludat ex ex parte rei, non tñ concludit ex parte actoris, qui non teneт
73 amplius ad pœnam talionis. Et ideo conſidera † ꝙ lex quantum poteſt vī reſtringere facultatem accuſandi. l. ſi cui. infra de acc. & l. fina. eodem titu. ibi, Innocentiam feriamus, & ideo vbi quis vult accuſare lex, vult ꝙ ipſemet. accuſet. & vbi accuſauit ſi deſiſtat, afficit eum pęna, de qua. in l. 3. §. fi. de præu. Et hoc facit ne aliquando contingat Innocentes damnari. d. l. fi na. ibi, ne innocentiā feriamus, nil mirum ergo ſi non vult, ꝙ
74 accuſator poſſit cōſtituere procuratorem † ex parte vero rei, quia cauſa eſt magni præiudicij, adeo, ꝙ reus in cauſis criminalib. ſuis defenſionib. renunciare non poteſt, gloſ. in l. pactū inter hæredem. ff. de pact. ideo vult, ꝙ non poſſit proc. conſtituere attento maxime, quia etiam intereſt reip. vt vterque tā accuſans, quam accuſatus compareat coram iudice, vt poſſit dignoſcere, quo vultu, & quo colore, & qua animi trepidatio ne loquatur. iuxta l. 3. ff. de teſtib. & ſecundum Bart. ad finem huius. §. videtur, quod interſit etiam reip. vt accuſans ipſe etiā compareat. & ſic iungitur quodammodo fauor publicus cū priuato. ut pulchre declarat Areti. in dicto capitulo veniens, columna 12. ſed iſta ratio fauoris conſideratur, quam præiudicium ipſius rei conuenti patet, quia vbi accuſans, vel accuſatus ſuſpicabitur ſe poſſe condemnari, vterque poteſt tran ſigere, & ſic ſanguinem ſuum redimere, quod ſic iſto caſu nō procedit titulus de pręuar. nec procedit l. in fiſci cauſis. ff. de iure fiſ. vt eſt caſus, in l. 1. in fi. de præuar. † Et quod lex magis
75 cōſideret præiudicium ipſarum partium, quam reip. probatur, in l. 1. de requi. reis. vbi lex vult quod in caſu graui abſens poſſit condemnari, & ex quo vult quod abſens poſſit condēnari propter grauitatem cauſæ, vult etiam, quod nō poſſit īteruenire procutator ꝓpter grauitatem cauſæ. quia iſta duo procedunt a pari. Primo no. ex quo tex. † quod ad crimen pu-
76 blicum perſequēdum fruſtra interuenit procurator, & eſt ad-
77 uertendum. † quia omnia iura loquuntur in criminibus publicis, vt probatur in l. tunc conuenit. C. de accu. & in l. de fide. C. ad l. Cor. de Falſ. & in l. 2. C. q accu. non poſtunt. † & ideo
78 Ange. hic in 3. col. fuit in iſta opinio. quod vbi crimen eſt publicum, ſiue poſſit ferri ſententia in abſentem ſiue nō, ſiue poſ ſit imponi pœna corporalis, ſiue pecuniaria, quod in crimine publici iudicij non poſſit interuenire procurator. & pro iſta opin. Ange. multum ſtringit text. hic in fi. qui videtur præ ſupponère, quod hic poſſit ferri ſententia, & reſtringere iſtū text. ad ſententiam notationis bonorum, vt dicunt Angel. & Imol. Magna eſſet reſtrictio, quia appellatione ſententiæ ita poteſt includi ſententia cauſæ principalis, ſicut annotationis bonorum. & ſuadetur iſta op. Ang. quia ita dicitur publicum crimen illud, quod non eſt capitale, ſicut illud, quod eſt capi-
79 tale, † quia publicorum iudiciorum quædam fuit capitalia, quædam non capitalia. l. 2. ſupra eo. ergo tex. iſte debet intelligi de vtroque crimine. facit pulcher tex. in l. cum de lege, vbi Aret. ff. de teſt. & ſuadetur hæc op. Anc. quia crimina pub. ha bent neſcio quid ſpecialitatis, quod non habent crimina pri-
80 uata, probari videtur in l. fina. de furt. vt dixi ſupra. † Contrarium tamen tenet Imo. hic quem ſequuntur formaliter Moder. in dicto cap. ven. in ſecundo mamb. in prima quæſtio. in 9. col. qui adducunt poſt Ang. & Imo. hic tres tex. & primo. in lege 3. vbi ſen. vel cla. vbi plane probatur, quod etiam ſunt quædam crimina priuata, quæ per procuratorē exerceri non
81 poſſunt. † Ad idem facit, text. in l. prima. C. tam ciu. quam crimi. cau. iuncto princip. cum fi. nam ibi in principio ſit mentio de furto, quod clare eſt priuatum delictum, & tamen dicitur in fine quod accuſatione inſtituta contra officialem, finito officio debet cauſa ipſa per ſe proſequi. non antem per
83 procuratorem. Et ſuadetur etiam per tex. in l. prima. an per alium cau. appella. qui tex. facit differentiam, an cauſa ſit pecuniaria, vel capitalis, & in capitalibus vult quod non admittatur procurator, ſecus in cauſis pecuniariis, & cum in capitalibus lex illa non diſtinguit publicum crimen a priuato,
83 † ſed aduete quia Ange. non negat quin. §. noſter, habeat locum etiam in priuatis criminibus, ſed vult quod in crimine priuato fiat diſtinctio, an ſit capitale, vel non. & non vult ꝙ iſta diſtinctio fiat in crimine publico. quia ita dicitur proprie crimen publicum, vbi imponitur pœna pecuniaria. ſicut ubi imponitur pœna capitalis, & multa ſunt ſpecialia, in ipſis cri-
84 minibus publicis. contra Ange. tamen dicitur caſus, in † dicta l. tunc conuenit. C. de accu. quæ proprie vult quod in criminibus publicis vbi cauſa depoſcit inſcriptionem, non poſſit interuenire procurator, ſecus in pecuniarijs cauſis, vt ibi ſubdit tex. Tota igitur difficultas reducitur ad hoc, an in criminibus publicis in quibus imponitur pœna pecuniaria, ſit neceſſaria ſit inſcriptio, & iura abſolute dicunt ꝙ in criminib. publicis neceſſaria ſit inſcriptio, nec diſtinguunt capitalia a non capitalib. Prima † ergo ex prædictis datur ampliatio ad hunc
85 tex. vt procedat, ne dum in delictis publicis, verumetiam in delictis priuatis.

Secunda datur ampliario, vt procedat etiam in crimine
86 quaſi publico. † & ſic ī crimine ſuſpecti tutoris. quod eſt qua ſi publicum. l. 3. §. conſequens. ff. de ſuſp. tut. nam ſi agatur, ut tutor debeat principaliter puniri, non admittitur procurator. ut plene per Imo. hic. in 6. col. vbi plene dicam, ſecus tamen ſi ageretur quod principaliter remoueretur a tutela, quia licet poſſet contingere, quod puniatur. tamen attenditur id, quod principaliter agitur. vt hic plene per Imol. & probatur vltra eum. quia reo exiſtente non ſoluendo poſſet imponi pœna corporalis. l. fina. de in ius vocan. & l. ſi quis id quod. §. in ſeruos. ff. de iuriſdi. omnium iudicum. Tertia datur ampliatio ad
87 hunc tex. † ut etiam procedat vbi proceditur per viam inquiſitionis, quia inquiſitio de iure ciuili ſuccedit loco accuſationis. l. 2. §. ſi pub. ff. de adult. ſecus tamen eſt de iure canonico vbi non agitur de pœna ſanguinis. ca. ſententia. ne cle. uel mō. & tradit Albe. in l. ſeruum quoque. §. dub. in 6. colu. in verſicu. item eſt caſus ſatis notabilis. vbi etiam. vltra alios And. de Piſis. & Bald. ff. de proc. & idem tenet Barto. in dicta l. ſi cui. §. 1. & hæc ampliatio de plano procedit, vbi illa pęna quæ imponi tur per viam accuſationis, imponitur etiam ubi proceditur per viam inquiſitionis. Quarta datur ampliatio, † ut etiam ꝓ-
88 cedat, vbi opponitur de crimine per uiam exceptionis ad finē puniendi. quia iſto caſu non poteſt interuenire procurator. ſecundum Moder. in d. cap. ven. in 3. q. in vlti. membro. in pen. col. vbi etiam quęrit an admittatur vbi procedit per viam de
89 nunciationis. Quinta † ampliatio datur ſecundum Bald. in d. l. ſeruum. quoque. §. pub. ut adeo ſit prohibitus procurator in criminalibus, quod non poſſit ante offerre libellum, qa libellus eſt de ſubſtantia iudicij. i. accuſa. ff. de adult. & libel. nō poteſt ſubſtantiari in perſona procuratoris multo minus poterit admitti ad litem conteſt. vt dicunt Mode. in d. cap. ven. col. 42. in verſic. quæro. & dicam infra Sexta datur ampliatio. † vt
90 non admittatur etiam ad medium cauſæ, quia text. hic dicit ſimpliciter quod non admittitur ad crimen publici iudicij ꝓ-ſequēdū, ergo videtur remouere procuratorem ab omni. ꝓ-
91 ſecutione † quia cum remouetur genus, remouetur etiam quælibet eius ſpecies. ita tenet Specu. in titu. de proc. §. 1. verſi. ſed nunquid vbi Ioan. And. in add. ad eundem. Spe. poſt Roſt. Tancr. & Alb. Gal. & hæc ampliatio de plano procedit in his caſibus in quibus abſens damnari non poteſt, vel etiam ubi
92 non eſt incarceratus de quo infra dicam late. Septima cadit ampliatio, † multo minus poſſit interuenire procurator ad reſpondendum poſitionib. vel confitendum delictum, ſecundū Bald. in d. l. ſeruum quoque. §. publ. ff. de proc. & ratio eſt, qa reus debet per ſeipſum confiteri. idem tenet Sal. in l. reos. C.
93 de accu. Octaua erat ampliatio, † vt etiam procedat, ubi quis accuſatur de vulnere, & dubitatur, an vulnus ſit mortale, qa iſto caſu etiam non admittitur procurator, ita vult Bald. hic dum dicit, quod debet admitti ſub cōditione, vt talis procura-

tor

Digitized by Google

tor habeatur pro non admisso, si cõtingat illum mori, & hoc fortius vult Ioan. de Imo. hic qui vult quod non admittat, nec simpliciter, nec sub conditione, quia posset reddi iudicium elusorium, ex quo pars sem per eligeret comparare per procuratorem sub conditione postea condemnatus pœna corporis afflictiua, eluderet iudicium, & statim ꝙ videret se posse cõdemnari aufugeretur.

Sed tu considera, ꝙ ſm Bal. & do. Flor. in l. si vulnerato seruo, ff. ad l. Aqui. vbi fit ꝓcessus sup vulnere cum ꝓcuratore, si postea sequatur mors, est necessarius alius ꝓcessus nouus, nec ex primo potest sequi condemnatio. secundum Bar. vbi cœteri communiter in l. damni in §. Sabinus. de dam. infect. Franc. de Capitibus listę inter cons. crim. Cœpo. in cons. 40. col. 2. posset tamen saluari ista ampliatio, vbi actum esset contra vulnerantem, qui vulnerasset animo occidendi, quia isto casu secuta morte valeret processus & per cõsequẽtiã nõ posset admit-
94 ti, procurator, nec simpliciter, nec sub conditione. Nona† dat ampliatio ad istum tex. ex mente Bal. in l. reos, C. de accusa & Bar. in l. 1. de pub. iud. vbi volunt, ꝙ vbi imponuntur duæ pœnæ alternatiuæ altera pecuniaria, & altera corporalis, ex quo ibi datur pœna capitalis, ideo non poterit interuenire procurator, quod de plano procedit, secundum Imol. hic, vbi electio pœnæ spectat ad iudicem. secus tamen si spectaret ipsi reo. Sed tu cõsidera quidquid dicat Imo. quia videtur ꝙ omni casu possit admitti procurator. Attento, ꝙ reus non potest eligere pœnam corporis afflictiuam, quia nemo est dominus membrorum suorum. l. liber homo, ff. ad l. Aqui. & infra dicam. Deci-
95 ma cadit ampliatio, †vbi lex dicit puniatur tali pœna, puta amputatione manus, vel alia. nam illo casu, quia dictio alia, est respectiua similium, non esset admittẽdus procurator. iuxt. no. per gloss. vbi Bald. eam multum not. in l. si fugitiui. C. de serui. fugit.

96 Vndecimo amplia singulariter †vbi pro delicto agitur principaliter ad infamandum, quia isto casu non potest etiam interuenire procurator, & ita voluit gloss. in l. non solum, §. fin. in glo. pen. quam sequuntur Mod. repetentes in d. ca. veniens col. 20. in vers. 8. quæro. facit tex. in l. iusta, ff. de manu. vin. & in l. fi. ff. ꝙ met. cau. Secundo facit, quia si posset interuenire pro-
97 curator, iudicium posset reddi elusorium † quia procurator alieno nomine condemnatus non efficitur infamis. nec ipse nec ille pro quo comparuit, l. furto. §. qui alieno, ff. de inf.

98 Duodecima cadit ampliatio. †vt etiam iste tex. ꝓcedat, vbi pro delicto potest imponi pœna perpetui carceris, quæ pœna æquiparatur damnationi in metallum, per quam quis efficitur seruus pœnæ secundum Bar. in l. 2. supra eo. & isto casu vi-
99 detur, quod non possit interuenire procurator, †sed tu considera, quia videtur quod tex. in l. aut damnum. in fin. de pœn. velit quod pœna perpetui carceris æquiparetur damnationi in opus publicum. de quo plene dixi in Limperium, ff. de iurisdi. omn. iud. hæc tamen ampliatio vera est vt tenet Cœp. in consil. 20. colum. 2. vt infra dicam, plene.

100 Decimatertia† cadit ampliatio ad istum tex. vt etiam proce dat vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria, & corporalis copulatiue, quia tunc non potest interuenire procur. secundũ
101 Imo. hic, †quia vbi concurrunt duæ causæ vna quæ nocet, l. Pedius, §. 1. ff. de arb. & l. si quis in graui, §. fi. de proc. & si quis piam subtiliter, diceret, non ne de iure communi regulariter admittitur procurator? quo casu succedit, id quod dicit Iaso. in l. si arrogator. in 13. col. ff. de adopt. vbi dicit, ꝙ quando causa quæ prodest reducit nos ad ius commune, illa attenditur, replicari, potest, quod etiam lex communis vult, quod regulariter vbi agatur de pœna corporis afflictiua, prohibetur constitutio procuratoris, quo casu quando concurrunt duæ causę, vna quæ prohibetur, & altera quæ permittit, non attenditur causa permittens l. si Ruffinus, C. de test. mil.

Decimaquarta cadit ampliatio, secundum Bart. hic, quod
102 †vbi stat statutum, vt quis possit impune offendi, quia cum hæc pœna sit deportatione maior, videtur quod non possit interuenire procurator, & idem est de mente Bald. in l. secunda, de pub. iud. vbi dicit quod si statutum dicat quod qui declinat iurisdictionem potestatis possit impune offendi, perdit ius illius ciuitatis, cuius videtur factus hostis, quod de plano ꝓcedit vbi talis pœna est perpetua, verum est quod Bald. in l. seruum quoque. §. pub. videtur velle contrarium, sed præcedens opi. est verior & tenenda, quam etiam tenuerunt repetentes in dic. cap. veniens. colum. 27. in 12. quæstio. de accusatio. & si dicatur vt dicit ipse, ex quo sententia potest ferri in absentem, videtur quod possit admitti procurator replicari potest quod ista consequẽtia non tenet vt ꝛ. per Bar. in 3. col. vbi dicam latissime.

103 Decimaquinta cadit ampliatio, †vt ibi per statutum imponitur pœna arbitrio potestatis, vt Papiæ, vbi statuto cauetur ex delicto aliquem puniri in ære vel in persona inspecta qualitate delicti, & conditione personæ arbitrio potestatis, isto casu non poterit interuenire procurator, vt plene scribit Signoro lus in suis consiliis cons. 168. inc. statuto ciuitatis Papię cauet, & tradit plene Anch. in consi. 273. incip. plene, & subtiliter est allegatum.

104 Decimasexta cadit ampliatio †etiam in pulchro casu quẽ tradit Cępo. in cons. 20. in 2. col. vbi dicit, ꝙ si condemnatus ad perpetuos carceres aufugiat, ꝙ sicut in illa tali causa non potest comparere per procuratorem, ita non potest per procuratorem testes qui contra eum deposuerunt accusare de falso, secundum Bal. & Nellum per eum relatos.

105 Decimaseptima cadit ampliatio; †vt etiam vxor & filij nõ possint constitui, ꝓcuratores in causa criminali, imo nec possunt comparere pro eorum interesse, vt per Cępo. in d. consil. 20. in 2. col. ad fin. de quo tamen inf. dicam.

106 Decimaoctaua cadit ampliatio; †vt etiam ꝓcedat tex. iste, vbi virtute statuti potest procedi contra absentem, ita sentit Bar. sup. in 5. col. & idem Bar. in extrauag. ad reprimend. nam etiam isto casu non potest interuenire procurator qui possit, nocere ipsi reo accusato, vel inquisito. & hæc fuit opinio Raynerij in l. reos, vbi Bal. in 8. colum. in ver. quæritur vbi absunt, & hanc esse communem dicit Ale. in consi. 116. inci. animaduersis statutis, est verum ꝙ Ias. in l. is qui. in 3. col. qui testa. face. pos. videtur amplecti contrariam sententiam, ꝙ imo quando potest procedi contra absentem in eius contumaciam possit, interuenire procurator, & plures alios citat Hyppo. in sua practica. in §. sequitur. in 6. colum. & in consi. 81. in 8. colum. præcedentem tamen opin. tenet Cor. Per. in consi. 122. in 2. colum na. volu. 4. sed infra plene dicam & in disputatione ponam.

107 Decimanona cadit ampliatio. †quod adeo vera est hæc opinio vt non possit etiam reus accusatus vel inquisitus constitue re procuratorem ad confitendum ipsum delictum. secundum Bald. in l. 2. C. quorum sententiæ app. non reci.

Vigesima cadit ampliatio. secundum Angel. & Imo. hic, vt
108 adeo sit vera ista regula: †vt papa non possit de potestate ordinaria in causa criminali admittere procuratorem, licet de potentia absoluta possit hoc facere. & ideo secundum Angel. princeps potest per suum rescriptum facere quod admittatur procurator in causa criminali. dummodo in rescripto apponat clausulam non obstante tali lege, sed ista ampliatio apud
109 me est dubitabilis. † quia quod non admittatur procurator fuit introductum propter grauitatem causæ, & quia iudex partib. auditis melius potest veritatem discernere, & ideo sup hoc cogita.

110 Vigesimaprima datur ampliatio, † ꝙ adeo vera est ista regula, quod procuraror non potest admitti ad petendum restitutionem in integrum aduersus sententiam latam in causa criminali, ita voluit Bald. in l. prima. §. de qua de postul. Aret. in dicto cap. veniens. colu. 20. de quo plene scribit Hyppo. in singulari suo. 221. incipiente. Restitutis in integrum. & idẽ Hyppo. in dicto §. seq. col. j.

111 Vigesima secunda datur ampliatio, † vt etiam procedat, vbi in crimine publico, seu capitali imponitur pœna ipso iure, quia etiam isto casu non potest interuenire procurator, secũdum Pet. de Anchara. in dicta l. seruum quoque. §. publice interest. ad fi. de procura. & vult Alex. in addi. Bart. in hoc. §. nostro, & Hyp. in d. §. sequitur. col. in ver. item suos.

112 Vigesimatertia datur ampliatio, ad hũc tex. †vt etiam procedat, quando reus accusatus vel inquisitus est præsens in iudicio, quia etiã tunc non potest interuenire, & pro hac opin. facit iste tex. qui generaliter loquitur

Secũdo facit. tex. in l. 1. an per alium cau. app. agi. po. Et merito quia accusans, & accusatus debẽt esse in vinculis. l. 1. 2. & 3. ff. de custo. reo & si dicatur contrarium tenet Bald. in l. reos. C. de accu. & Mod. repetentes, in d. cap. veniens. col. 31. in q. 7. responderi potest, quod l. non tantum. de appe. quæ per eos adducitur, non facit ad propositum, & merito, †quia prædicti
113 Moder. repetentes volunt, quod pro accusatore præsente oblato libello per accusatorem possit ad omnes alios actus interuenire procurator, quod videtur contra hunc tex. qui loqtur generaliter, quod ad crimen publici iudicij persequẽdum frustra admittitur procurator, & sic videtur reuocari procu-
114 rator ab omni persecutione † & a quo remouetur genus remouetur quælibet eius species l. fundum. de fundo instru. & l. fina. §. primo. de suis, & legit. & facit quia videtur speciale illu
115 stribus qui possunt cõstituere procuratores, † & tamen in l. fina. C. de iniu. ꝑsupponitur quod illustres essent præsentes, nisi dicas tenendo opinio. Bald. quod iurare referuntur ad absentes, ut probatur in dicta l. reos, C. de accu. & in d. l. seruum quoque. §. publice interest.

Et certe durum esset ab hac opin. recedere in practica. Ve-
116 ritas † tamen dependet ab illo articulo, an pro carcerato possit interuenire procurator, & Bar. hic col. 4. tenet quod sic, & idem tenet Ange. hic col. 1. Imo. col. 9. qui dicit quod sic seruatur de consuetudine, & idem dicit D. Benedi. de Plum. col 11. & hanc opin. tenet Alb. in d. l. seruum quoque. §. publice

in 6.

Digitized by Google

in 6. colum. poſt Archidia. per eum relatum. vbi etiam Bal. dicit quod ſic ſeruatur de conſuetudine. & idem dicit Bald. in l. reos. C. de acc. & eſt communis opin. vt teſtatur Fely. in cap. in veniemus. de acc. & Mod. repetentes in dicto, ca. veniens. in 18. q. col. 30. de accu. & ſic ſecundum omnes iſtos ſeruatur iſta cõ ſuetudo. Fundamentum huiuſce communis ſententiæ conſi-
117 ſtit in quatuor. Primo quia ſicut † dñs admittitur procurator pro ſeruo carcerato, l. ſciendum, & l. ſeruus, ff. eod. & l. Lucius, ff. de appel. ita, & quilibet alius. ſecundo facit l. ſi non defendãtur, ff. de pœn. vbi carceratus ſeruus non ſolum a domino ſed ab omnibus defendi poteſt l. non tantum. de appel. vbi Barto. vult, q̃ etiam ipſo reo inuito poſſit quis cauſam appellationis proſequi. & tamen ille qui non poteſt conſtituere procuratorem in cauſa principali, non poteſt etiam in cauſa appellationis, vt in hoc §. iuncta l. prima, an cauſæ appel. per alium red.
118 po. Tertio † facit ſtringens fundamentum. nam ſecundum Barto. in carcerato vñt ceſſare omnes rationes per quas ex parte accuſatoris poteſt prohiberi cõſtitutio procuratoris. patet q̃a in ipſum præſentem ſententia ferri poterit. & contra ipſum executioni mandari. & hoc modo iudicium cluſorium non reddetur. & quia plenius, diligentius, & accuratius ipſe cũ procuratore quam ſolus cauſam ſuam defendet tamen Io. And. relatus hic per Imo. intelligebat hanc communem ſententiã
119 hoc modo, † vt incarceratus poſſet conſtituere procuratorẽ ad omnes actus. præterquam ad litem cõteſtandam, & ad ſen-
120 tentiam audiendam: quæ opinio nõn diſplicet Imo. † Contrarium tamen tenuere ſubtiles Vltramontani ſecundum Albe. in d. §. publ. in 7. colum. in verſ. item quæritur. qui voluerunt q̃ non poſſit admitti procurator, nec ad vnum, nec ad duos articulos, ſicut non poteſt admitti ad ſententiam. quia a quo remouetur genus, remouetur, & quælibet eius ſpecies, l. fundi, ff. de fun. inſtruct. Item ſi prohibetur conſtitui procurator ad ſententiam audiendam. videtur etiam prohibitus ad alios articulos. p̃ quos deuenitur ad eam l. oratio. ff. de ſponſ. & eo maxime, quia videtur ſpeciale in perſonis illuſtrib. vt poſſint conſtituere procuratorẽ, præterquam ad ſententiam. ergo in contrarium eſt ius commune. & dicit Dyn. in d. §. publ. quod huic rationi non poteſt congrue reſponderi. Alberic. tamen tenet hanc opin. quod domino exiſtente præſente, ſeu incarcerato admittatur procurator ad media cauſæ, & ita dicitur ſæpe obtinuiſſe de facto eſt verũ, q̃ ipſe reus debet litem conteſtari, & interrogari, & ſimilia facere. quæ non poſſunt congrue expediti per procuratorem, & cum hac diſtinctione tranſit hic do. Bened. de Plum. col. 12. Contrarium indiſtincte tenet vterque Sal. in d. §. publice. & in l. reos, C. de accuſ. Et mouetur primo quia videtur ſpeciale in caſu l. non tantum, ff. de appel. vt admittatur.

121 Secundo mouetur. † per tex. in l. j. ff. an per alium cauſæ ap. vbi patet q̃ fuit ſententia lata in cauſa capitali. ergo reus erat præſens. alias non potuiſſet ferri l. abſẽtem. de proc. & tamen neceſſario præſupponitur, quod ibi condemnatus eſſet in carcere, l. reos, §. ſuper his, ff. de appel.

122 Tertio † facit tex. in l. miles, §. quidam, ff. de adulter. vbi dicitur q̃ vtile tempus quod datur marito ad accuſandum vxorẽ de adulterio, ipſi marito in carcerem coniecto non currit, ergo datur intelligi. q̃ non poteſt conſtitui procurator ad accuſandum de adulterio. quia ſi poſſet conſtitui procurator ipſi marito tempus decurret. & ita dicit etiam Bar. in d. §. quidam.

123 Vltimo facit, q̃a † reus accuſatus, vel inquiſitus de cauſa capitali ſolet in vincula detrudi. l. 2. §. fin. C. de exhib. reis.

Ergo ſi vera eſſet iſta ratio ſemper poſſet pro incarcerato conſtitui procurator, & ſic eſſet poſſibile q̃ ꝓcurator ipſe eſſet multum negligens, & ſic poſſet multum nocere ipſi reo in cauſa talis præiudicij. quod non eſt concedendum. & maxime per iſtum tex. qui generaliter loquitur. Et tenendo hanc opin. reſponderi poteſt ad obiecta ſecũdum Alb. in d. l. ſeruum quo
124 que, §. pubiice. in 3. colum. † ſ. q̃ l. ſeruus. & l. ſciendum, ff. eodẽ loquuntur vbi dominus vel eius procuratio comparet pro eo rum intereſſe, non autem ad defendendum ipſum ſeruum vt
125 pœnam euitet. Et †† ſi dicatur iſta ſolutio non ſatisfacit ad le. ſi non defendantur. de pœnis. replicari poteſt quod etiam ille tex. loquitur in ſeruo, pro quo dominus vel alius nomine domini admittitur pro intereſſe pecuniario. nec iſtud videtur abſurdum, quod quis non admittatur vt procurator. ſed admittatur vt tertius, vt probatur in l. ſi eum, vbi Bar. ff. ſi quis cau. &
126 in l. 2. ff. eodem. Videmus in ſimili † q̃ vxor poteſt prohibere ꝑ ſuo intereſſe ne bona matri publicentur, l. ſi quis poſt C. de bonis dam. & ſic illa iura non probant, quod in criminalibus admittatur ꝓcurator.

127 Si velles tamen tueri cõem opi. poſſes dicere: † quod ille tertius qui admittitur pro ſuo intereſſe, admittitur ad allegandũ cauſam cauſæ. Sed replicari poteſt, quod licet admittatur ad allegandum cauſam cauſæ, tamen non videtur admitti, vt procurator, ſed potius vt defenſor.

128 † Non obſtat, l. non tantum, de appel. quia ad illum text. reſpondet Alb. in d. l. ſeruum quoque, §. publ. ff. de procu. & do. Ant. in c. veniens. de app. quod ille tex. loquitur de appellatione ad quam admittitur quilibet ratione, coniunctionis, vel ratione officij, ad quod homo homini tenetur. ſed illa lex non conſiderauit hanc cognationem. l. ſed & ſi. ff. de procu. iunctis hic quæ notantur in l. 3. §. parentes. de in ius voca. & profecto ſi ratio cognationis deberet conſiderari etiam ad crimen publicum perſequendum deberet admitti procurator. quod ne-
129 gat tex. noſter. † & ideo Areti. in d. ca. veniens in 18. colum. reſpondet alio modo, quod ille tex. loquitur in actu appellationis, non autem in ipſa proſecutione. qui quidem actus etiã die feriata fieri põt. Sed huiuſcemodi ſolutio ex verbis illius text. confundi poteſt. Et primo dum dicitur in princ. non tantum ei qui ad ſupplicium ducitur prouocare permittitur. ſed etiam alio nomine eius. ſed prout tex. loquitur pro eo qui ad ſupplicium ducitur non ſolum intelligitur de actu prouocationis, ſed etiam de ipſa proſecutione, & præſertim quia text. dicit ſi ille mandauit, &c. ſed a communiter accidentibus non ſolet mandari ſolus actus appellandi, ſed etiam ipſa appellationis proſecutio.

Idem ſolutio Are. videtur contra rationem illius text. dum dicit, quid ergo ſi reſiſtat qui damnatus eſt perire feſtinãs? &c. nam ſi ille tex. loqueretur de ſolo actu appellationis, poſſet facile reus perire permittendo labi tempus appellationis, q̃ ponderatio fuit repetentium in d. ca. veniens. quæ tamen non videtur tuta. quia illa feſtinatio ibi conſideratur quantum ad hoc quia damnatus ducebatur ad ſupplicium, & ideo mihi placet ſolutio Aret. quod ille tex. loquatur ſolum de actu appellatio-
130 nis, † vt probatur in d. l. adictos, ibi, interponẽdę appellationis copiam non negamus. verum eſt quod hæc ſolutio facile poſſet morderi. quia tex. in d. l. adictos loquitur de appellatione interponenda ab ipſis damnatis, non autem ab alijs, tenenda tamen videtur ſolutio Are. alias vt infra dicam. eſſet neceſſe reſtringere tex. in l. 1. ff. an cau. appel. vt procederet quando reus condemnatus non eſſet incarceratus, ideo ego dico quod ille caſus eſt ſpecialis, vt quis poſſit appellare, vbi quis ducitur ad ſupplicium, & ideo credo quod non procederet vbi non duce-
131 retur ad ſupplicium, verum † etiam Raph. Cum. & Angel. de Areti. volunt in dicta, l. non tantum. in 2. columna. quod ille tex. habeat locum in damnato ad mutilationem alicuius mẽbri, & in deportato, ego tamen credo quod ille text. habeat locum ad illud tempus, quo ducitur ad ſupplicium, vt tũc poſſit procurator appellare, vel poteſt dici, quod ibi admittitur ꝑ curator non tantum vt procurator, ſed tãquam defenſor qui poteſt ſolum prodeſſe non autem nocere.

Non obſt. aliud fundamentum. Bar. dicentis q̃ melius p̃ ſe, & alium ſimul cauſa tuetur, q̃ per vnum ſolum. quia rñdeo q̃ lex abhorret q̃ vbi agitur de tam graui præiudicio, quod eſt quodammodo irreparabile, admittatur procurator, quia poſſit, & prodeſſe, & nocere. Nec eſt etiam verum, q̃ ceſſent omnes rationes adductæ per Bar. quia licet ceſſet illa ratio quod iudicium non poſſit reddi cluſorium, non tamẽ ceſſat alia quã Bar. conſiderat circa fin. iſtius, §. q̃ hic agitur de fauore pub. &
132 ſic Bar. conſiderat † q̃ perfectius poterit dignoſci veritas. ſi ipſe reus ducatur ad iudicem, vt poſſit ipſum interrogare, & videre quo vultu. qua continentia, & qua trepidatione loquatur. iuxta l. de minori, §. torm. de queſt.

Secundo conſiderat Bar. fauorem pub. & ob hanc cauſam videtur concludendum etiam pro incarcerato nõ eſſe admittendum procuratorem.

133 Si † quis tamen vellet diſputare hunc paſſum ad patres poſſet modo rñdere ad adducta contra communem. Et primo
134 † ad tex. qui magis ſtringit in l. 1. ff. an per alium cau. ap. quod ille tex. debet intelligi, quando reus poſt ſentẽtiam erat abſens & ſic aufugerat, quod aliquando contingit, & ſic per ius conſiderari poteſt. & ita reſpondet. Imol. hic column. 9. ſed replicari poteſt quod ex quo reus condemnatus ſolet ſtrictus in vincula detrudi, & ſic ſolet fortius cuſtodiri, quam ante latam ſententiam, l. fina. C. de cuſto. reo. non eſt vero ſimile, quod aufugiat. & eſſet magna violatio ad illum tex. reſtringere illum ad hunc caſum, qui eſt rariſſimus. niſi dicas, quod ex quo reus ipſe eſt præſens, & ſic poteſt condemnari. videtur quod poſſit cõſtituere procuratorem per reg. l. ſeruum. quoque, §. pub. de procu. & ſic non eſt abſurdum reſtringere tex. in dicta. l. 1. an per alium cau. app. ad caſum quando aufugit, vt iura iuribus concordentur attento maxime quia text. in l. non tantum. de appel. vult. quod quilibet admittatur ad appellandum pro reo condemnato.

Si velles tamen tueri contrariam opi. volo quod aduertas ad l. fina. C. de min. vbi dicitur ſpeciale quod perſona illuſtris poſſit procuratorem conſtituere ad omnes actus præterquam ad ſententiam: & tamen ille tex. poteſt intelligi etiam eo caſu quo accuſans vel accuſatus eſt incarceratus. ſi ergo eſt ibi ſpeciale,

Digitized by Google

ciale, ius commune erit in contrarium. l. prima, ad municipa.
135 †Non obſt. tex. in l. miles, §. quidam. quia ad illum tex. reſpõ det hic Ang. quod ibi illa tempora non currunt, quia volens alium accuſare non poteſt hoc facere per procurato rem, li· cet pro carcerato admittatur, & ſic ſenſus illius text. eſt quod maritus qui erat incarceratus, nõ poterat accuſare vxorẽ ſuã de adulterio per procuratorem, ſed non negat quin ipſe poſ· ſet conſtituere procuratorem in cauſa pro qua in carcerem ꝛ iectus erat, vel poteſt dici ſecundum Imo. quod ille tex. poteſt intelligi quando carceratus vellet accuſare coram alio iudice, non autem coram illo a quo in cuſtodiam traditus fuit. Vel poteſt intelligi quod ibi fuit iniuſte incarceratus. & ideo eidẽ ſuccurritur, vt dies quibus in cuſtodia fuerit, ſibi non compu· tentur iuxta l. ſuccurretur, allegatam ibi per gl. ff. ex quib. cauſ. ma. & iſte videtur verior intellectus qui intellectus eſt Ang. in l. 4. ff. de adul.

Non obſt. aliud fundamentum, ꝙ non videtur conueniens, ꝙ in cauſa tãti præiudicij dictum vel factum procuratoris no· cere poſſit ipſi domino, attento maxime ꝙ accuſator, & ac cu ſatus debent eſſe in vinculis, & ſub cuſtodia, l. 1. & fi. C. de acc. & l. 2. & 3. infra de cuſt. reor. quia reſponderi poteſt, ꝙ iura cõ· ſiderant. ꝙ vbi poteſt ferri ſententia in aliquem, ꝙ ibi poteſt conſtitui procurator, & eſſet dubio procul ſatis abſurdum ꝙ pro quolibet actu deberet in carceratus duci ad banchum iu ris, & ideo lex tolerat ꝙ pro eo poſſit interuenire procurator, & hæc videtur crebrior ſententia, a qua in iudicando non eſt recedendum.

136 †Mihi tamen videtur poſſe ſic dici; aut. n. quærimus quo ad lit. conte. & ad reſpondendum interrogationibus ſeu poſitio· nibus poſſit conſtitui procurator, & crederem ꝙ non. & ita ꝓ cedat tex. in l. 2. C. de exhib. reis. & in l. 2. de cuſto. reo. quæ iura volunt ꝙ reus ex vinculis cauſam ſuam dicere debeat. & ita fa ciunt iudices prudentes, qui faciunt ipſum reum litẽ conteſta·
137 re perſonaliter, & poſitionibus reſpondere, quibus †tenetur in criminalibus per verbum veritatis reſpondere, & non per ver bum credo. Bar. tradit in l. inter omnes, §. fin. de fur. & hoc mo do poterunt dignoſcere melius, & eruere veritatem. a rgu. d. l. de minore, §. tormenta, ff. de quęſt.

Aliquãdo quærimus an in medio ipſius cauſæ poſſit admit ti procurator, & ſic in his quæ non poſſunt commode expedi ri per incarceratum, cui eſſet difficile pro quolibet actu exire carceres, & ad cauſam venire, & credo quod iſto caſu poſſit admitti procurator, & ita dicit Alb. ſæpe ſe vidiſſe de facto ob ſeruari in practica. Aut quærimus an poſſit conſtitui procura tor ad ſententiam, & omnes concludunt quod non. quia ver· ba ſententiæ ad ipſum carceratũ præſentem ad tribunal ſunt formanda, non autem contra exiſtentem in vinculis. quia tũc eſſet lata contra abſentem. l. 4. §. qui in aliena, ff. de damno in· fecto.

Crederem tamen ꝙ ad oẽs actus ſubſtantiales de quibus in l. prolata, C. de ſen. debeat ipſe duci ad banchum iuris. & ex p̃· miſſis hr̃ prima limitatio ad hunc, §. ꝙ ad crimen publici iudi cij perſequendum poteſt pro incarcerato interuenire procur.
138 Secunda datur limitatio ad iſtum text. vt †non. procedat in crimine hæreſis, & in alijs criminib. in quibus quis damnatur poſt mortem, de quibus per Doc. in l. defuncto. infra eod. & in l. ex iud. infra de ac. & ita concludit Alb. in d. §. pub. colum. 6. in ver. ſed nunquid in crimen hæreſis. de procur. qui ſubdit ꝙ de
139 hoc †fuit magna concertatio in Rom. curia tempore Clemẽ tis, V. coram quo inſtante Rege Franciæ accuſatus erat Bonifa cius 8. de crimine hæreſis per d. Guil. de Nog. & fuit obtentum & ita voluit Bald. in l. reos, C. de acc. & ſic hæredes poſſunt con ſtituere procuratorem vbi defunctus accuſatur de crimine hæ reſis. & ita cum hac. opin. licet Albericum non referant tran· ſeunt. Mod. Senen. in dicto cap. veniens. colum. 36. ver. 18. quæ
140 ro: †quia ſi aliter diceremus, excluderemus defenſionem. ꝙ eſſe non debet. & eo maxime quia morte videtur extingui ip· ſum delictum, l. defuncto. infra de publ. iudic. quo caſu vide· detur ſolum tractandum de quæſtione bonorum. & vbi cauſa eſt pecuniaria etiam quod ex ea quiſpiam infamari poſſit, ad· mittitur procurator, vt probatur in l. 1. an per alium cau. app. red. poſſ. & ſi quiſpiam ſubtiliter diceret, nam hic agitur †de pę na priuationis omnium bonorum, quæ pœna cauſæ crimina li æquiparari videtur vt gloſſ. dicit in l. 1. C. de re. poſtu. lib. 10. & probatur in l. propter litem. de excu. tuto. & in §. propter li· tem. inſt. eodem replicari poteſt, quod iura prohibentia pro· curatorem conſtitui ad perſequendum crimen publicum ſeu priuatum, ſolum conſiderant, an pro delicto ſit imponenda pœna corporalis, an vero pœna pecuniaria. & primo caſu tan tum prohibetur procuratorem admitti, ſeu tu conſidera, quia licet morte delinquentis extinguatur delictum, vt cõtra eum non poſſit formari inquiſitio, minus poſſit mortuus damnari
142 †tamen damnatur memoria ipſius proditoris, ſeu hæretici, vt contra memoriam ipſius poſſit formari inquiſitio ſecundum Angel. de Areti. in §. interdum. Inſt. de hære. quæ ab inteſt. def. & ſecundum eundem in tra male. in gl.

Traditore che hai tradito la tua patria. & hæc limitatio pri ma fronte videtur ſine dubio, quia videtur abſurdum ꝙ defen ſio denegetur, vbi impugnatio conceditur, l. facultas, C. de iur.
143 fiſ. In contrarium †tamen videtur caſus in cap. filij. de hær. lib. 6. qui videtur velle ꝙ ſoli filij, vel hæredes poſſint in crimine
144 hæreſis admitti. tum quia † intereſt filiorum ne memoria de· functi damnetur.

Item intereſt hæredum propter confiſcationem bonorum, ſed ad iſtum tex. reſpondet Alb. in rub. C. de hære. in vlt. colum na, & dicit quod licet illę perſonæ quarum magis intereſt pri· mo admittantur ar. l. ſi plures, ff. de acc. tamen eis deficientibus alijs non eſt denegata defenſio. & per hoc ſolum videtur con· fundi id quod dicunt Mod. in d. ca. veniens, q. 18. qui dicunt ꝙ hæredes ipſius defuncti poſſunt conſtituere procuratores, quia ſi admittuntur procuratores in ſubſidium. videtur ꝙ donec extant filij vel hæredes ipſi debeant cauſam proſequi. attento maxime quia hic agitur de cauſa maximi præiudicij, & ſic de infamando ipſum defunctum, & de cõfiſcatione omnium bo norum. non eſt tamen a communi opin. recedendum. quæ ef· ficacius probatur in extrauag. ad reprimen. in verbo legitime qui tex. non cauillando literam probat. quod etiam in vita ꝓ ditoris poteſt interuenire procur. quicquid dicat Bartol. quia
145 †in his criminibus in quibus damnatur memoria defuncti, ſunt multa alia ſpecialia patet in l. famoſi, ff. ad leg. Iul. maieſt. Tertia datur limitatio. vt iſta concluſio non procedat ſecundũ
146 Angel. & Imo. hic, vbi †proponitur accuſario pro re familia. ri, vt in caſu l. ſed, & hæ. §. 1. ff. de proc. vbi libertus accuſatur, vt ingratus per procuratorem, & ratio eſt ſecundum Bart. hic in 2. oppo. quia agitur ibi de commodo pecuniario, & per hoc
147 confunditur id quod dicit, Angel. hic, quod †vbi agitur de ſer uitute ex parte rei, non poteſt interuenire procurator, quia ſer uitus æquiparatur morti, quia licet æquiparetur morti. ſecun· dum Bar. in l. nec quidquam, §. vbi decretum. in repe. colum. 4. cauſa ſeruitutis eſt pecuniaria, & perinde eſt ac ſi quis peteret vnum bouem vel vnum aſinũ, & ideo talis cauſa poteſt dele
148 gari. l. iandudum, C. vbi cau. fiſ. †ſed tu conſidera quæ poſſit eſ ſe ratio, l. 1. C. de aſſer. tol. vbi ſi exiſtens in poſſeſſione ſeruitu· tis proclamat in libertatem, tunc ex parte ipſius non admitti· tur procurator, & tamen exiſtens in poſſeſſione libertatis, ſi petatur per aliquem pronunciari ſeruum pro illo poteſt inter uenire procurator. Sal. in l. 1. de aſſer. tollen. reſpondet quod il le qui de poſſeſſione ſeruitutis prouocat, ſi libertatem nõ po teſt per procuratorem agere, ex quo in tali liberali vertitur pe riculum ſtatus, & perſonæ, ſed etiam ecõtrario agi videtur de periculo ſtatus, & perſonæ, & tamen prouocatus de poſſeſſio· ne libertatis in ſeruitutem poteſt per procuratorem reſponde re. & ideo cogita, quia inf. clare reſoluam.
149 Quarto †declaratur iſta concluſio, ſecundum Ang. hic poſt Bart. hic in 4. col. vt non procedat in domino qui admittitur ad defendendum ſeruum, pro ſuo intereſſe, & eadem ratione pater pro filio, & Abbas pro monacho, & ciuitas pro ciue ar gum. l. de iure, ff. ad muni. & vxor pro marito, vt tradit plene
150 Barb. in apoſt. ad Barto. infra in 4. colum. ſed tu aduerte, †quia videtur quod iſtud ſit ſpeciale in ſeruo, qui regulariter non habet legirimam perſonam ſtandi in iudicio, & qui poteſt non ſolum a domino, ſed etiam a quocunque defendi, d. l. ſi non defendantur, & l. 2. de exhi. re. & ideo glo. in l. ſeruus, ff. de ſta. hom. dicit qđ dominus compareat ad adminiſtrandum ip ſi ſeruo probationes, non autem ad ſuſcipiendum in ſe telam iudiciariam. iudicium tamẽ agitur cum ipſo ſeruo, qui debet de vinculis deduci ad omnia acta agitanda quod probari vide tur in l. 2. in fin. C. de acc. ſed iſta ſolutio nimium reſtringit tex tus, in d. l. ſi non defendatur. quia videtur velle quod dominus admittatur plenarie ad defendendum ſeruum, & ſi ſolum ad mitteretur pro ſuo inter eſſe, limitatio iſta non eſſet de regula contra tex. in l. nam quod. de pœu. leg. & ideo conſidera quod ideo dominus admittitur, quia ex quo ſua veriſimiliter intereſſe, poteſt: ne ſeruum perdat: ideo ſolet euocari, iuxta l. nã ita diuus, ff. de adop. alias ſententia non præiudicaret ipſi domi no, & licet compareat pro intereſſe pecuniario, negari tñ nõ poteſt, quin defendat ipſum ſeruum, & hæc limitatio eſt de re· gula, & iſtud eſt clarum in omni materia, nam dominus pro quo alius promiſit de iudicio ſiſti ſub pœna, non euitat pœnã
151 comparendo per procuratorem, †& tamen fideiuſſor qui fi· deiuſſit de iudicio ſiſtij poteſt eum defendere quo ad hoc, vt euitet pœnam. de primo eſt caſus in l. prima in principio. ff. ſi quis cauſa. de ſecundo in lege, ſi eum, §. primo. ff. eo dem.
152 Quinto †declaratur iſta concluſio, ſecundum Angel. hic in verſic. octauo fallit in cauſa vniuerſitatis quæ poteſt compa· rere per procuratorem, & ſic intelligitur tex. in l. tam collato res, §. vt autem, ibi, ſuper criminalib. ſeu ciuilibus cauſis, & ex

publi

Digitized by Google

publicis cauſis, deſcendentibus, iuncto ver. quoque ibi, milites vel ſyndici litigantes, C. de re mili. lib. 12. & ita tradit hic Ang. per illum tex. in 3. col. in verſi. octauo fallit, & Imo. in 13. col. in verſi. 8. & hoc de plano procedit vbi vniuerſitas accuſatur, quia poteſt comparere ſyndicus nomine vniuerſitatis.

153 †Sed maior eſt difficultas, an ſyndicus poſſit accuſare nomine vniuerſitatis ſyndicati nomine. & Dy. tenuit ꝙ non ſecundum Bar. in l. 2. ſup. eo.

Sed tu conſidera quod iſta limitatio cum qua omnes tranſeunt non videtur vera, quia † vbi vniuerſitas delinquit eidē
154 imponitur pœna pecuniaria, licet ſi priuatus delinquat ei imponatur pęna corporalis, ar. l. quintæ, C. de dec. lib. 10. & l. fi. C. de nauic. & l. aliud §. refert, de reg. iur. & traditur in c. graui, de ſen. excom. & hoc modo iſta fallentia non eſt regula. Aut vero vniuerſitas committit delictum enormiſſimum, vt puta hæreſim, vel idolatriam, & iſto caſu eſſet aratro exterminanda, vt De Carthagine, loquitur tex. in l. ſi vſusfructus ciuitatis, ff. qui mo. vſusf. amit. & tunc poſſet procedere iſta limitatio, quia talis pœna quæ imponitur eſt pœna capitalis, vbi vero committeret homicidium tunc ſi apparerent promotores ipſi, pœna homicidij afficiendi forent, ar. tex. in l. capit. §. ſolent de pęn. & iſto caſu non deberent comparere per procuratorē, in his caſibus ergo in quibus ipſi vniuerſitati imponitur pęna pecuniaria, non poteſt cadere iſta limitatio. & ideo vide omnino Ioan. de Platea, in d. §. vt autem omnifariam.

155 Sexto declaratur hæc concluſio, ſecundum Angel. & Imo. hic, vt non procedat in caſu c. tuæ, de procura. †vbi in crimine adulterii quis compareat per procuratorem, ſed hæc limitatio non videtur adaptari ad regulam huiuſce, §. qui loquitur vbi agitur criminaliter pro crimine publico, & in illo tex. agebatur ciuiliter, prout agi poteſt pro quolibet crimine tam publico quam priuato, vt gloſſ. & Bar. dicunt in l. qui nomine, ff. ad leg. Corn. de falſ. glo. tamen ſing. in l. infamen, infra eod. quam ibi ſequuntur Bar. & Imo. voluit ꝙ vbi agitur ciuiliter pro crimine publico, ꝙs notetur infamia, vt dicam inf. lite. Septimo limitatur iſta concluſio ſecundum Felyn. in c. meminimus, de
156 acc. vt non procedat, †quando quis vult dicere ſententiam criminalem nullam, quia ad hoc dicendum procurator conſtitui poteſt.

157 Octauo limitatur vbi †quis vult dicere inquiſitionem fuiſſet inepte formatam, vel calumnioſam, quia ad hoc proponē dum non prohibetur conſtitui procurator, vt Bald. dicit in cō ſilio. 6. incipien. verba accuſationis, volu. 1. quem ſequitur. Hippo. in d. §. ſequitur. in 6. colum. in verſicul. item teneas menti.

158 Nona datur, limitatio: †qđ nō procedat vbi quis vult conſtituere procuratorem ad opponendum exceptiones impedientes proceſſum puta quod libellus inquiſitionis non procedit. vel quod iudex non poteſt inquirere, vel ꝙ procurator eſt inhabilis ad accuſandum, vt eſt de mente Bar. hic colum. antep. in verſi. quæro, & concordantes refert Ale. in conſ. 138. in 3. colum. volu. 6. Sed hæc limitatio, & duæ præcedentes non videntur de regula quæ prohibet procuratorem conſtitui ad perſequendum crimen publici iudicij, & dicere ſentētiam nullam, vel inquiſitionem ineptam, aut calumnioſam, non eſt perſeq crimen publici iudicij, niſi dicas, ꝙ ſufficit ꝙ fallentia ſit de genere regulæ, vt probari vī in l. nummus, ff. de in lit. iur. vbi Laſ.

159 Decima cadit limitatio, †vt non procedat in perſonis illuſtrib. quia hæ perſonæ poſſunt comparere per procuratorem, vt eſt caſus in l. fina. C. de iniur. & tradit Hyppo. in d. §. ſequitur in 6. colum.

Sed hæc limitatio etiam non ſubſiſtit, quia regula text. noſtri loquitur in crimine pub. l. ver. fin. C. de iniu. loquitur in crimine iniuriarum, quod eſt crimen priuatum, vt d. l. fin. in princip. per quem tex. confunditur id ꝙ dicit Imo. hic qui intellige bat illum tex. in crimine iniuriarum, quod eſſe publicum, vt in terminis, l. pen. C. de fam. lib. & illum tex. hoc modo intelligebat Alb. in l. ſeruum quoque, §. pub. ff. de procu. niſi dicas vt ſtatim dixi, videtur ꝙ talis fallentia ſit ſaltem de corpore regulæ generalis, quæ habet ꝙ in criminalibus agitur de pęna corporali non admittitur procurator.

160 Vndecimo limitatur iſta regula. †vbi extaret ſtatutum ꝙ contumax habeatur pro confeſſo. quia tunc in iudicio criminali procurator conſtitui poteſt, vt plene ſcribit Corn. in conſi. 17. inc. moris eſt vol. 3.

161 Duodecimo declaratur, †non procedat, vbi abſens virtute ſtatuti condemnari poſſit. quia tunc poteſt admitti procurator. ſecundum Hippo. in dicto. § ſequitur. de quo videbimus infra ſecundum ordinem Bar. & tradit plene Corn. Peru. in cō ſil. 132. in 2. col. & in ver. & inſuper vol. 4.

162 Decimatertia cadit limitatio, vt iſte tex. non procedat. †vbi procurator in criminalib. fuit admiſſus. & nihil fuit ei oppoſitum nec per partes, nec per iudicem, quia tunc valet ꝓceſſus, vt voluit Spe. in ti. de proc. §. 1. ver. ſed pone. & tradunt Canoniſtæ in c. 1. de lib. 6. & hoc tenet Alb. de Roſ. in d. l. ſeruum quoque, §. publice. in 9. colum. de procu. & dicit ibi Bal. in 6. colum. in ver. modo quæro, ꝙ in communiter tenetur, & ſecundum Imo. hic col. 20. ita ſeruatur in practica, & hanc opin. veriorem dicit Fel. in d. c. meminimus, & videtur tex. pro hac opinio. in l. quamuis, C. de adulte. vbi quidam viator accuſauerat vxorem de adulterio, & cauſa fuit agitata per procuratorem, ſententiæ vxor coniuncta allegabat contra proceſſum exceptionem procuratoriam, dicitur ibi quod illa exceptio non ꝓcedit imo accuſator debet condemnari, de hac tamen limitatione videbimus infra ſecundum or. Bar. qui ad fi. iſtius §. hāc limitationem tangit, & plene diſputabo eam.

Decimaquarta datur limitatio ne iſta concluſio procedat in caſu ſingulari, qui tempore meo euenit Papiæ in perſo-
163 na †Magnifici domi. Ioā. Aloyſij. Lunati, cuius illuſtri familię multum debeo, nam pfatus do. Io. Aloyſius fuit accuſatus de quodam crimine publico, & erat bannitus ab inclyta ciuitate Papiæ propter aliud delictum, fuit dubitatum an ex quo non poterat tute compare, ex eo quia erat bannitus, an pro eo eſſet admittendus Magnificus do. Pau. de Lunate procuratorio & defenſorio nomine ipſius do. Io. Aloyſij. & do. Laſ. in conſi. 144. in 4. vol. conſuluit ꝙ ſic, ſed ego credo ꝙ non bene conſuluerit. ꝙ poſſet admitti, vt procurator, qui non poſſet prodeſſe, & nocere ipſi reo accuſato, ſed bene potuit comparere, vt prodeſſet, vt colligitur ex dictis Corn. in conſil. 122. colum. 2. in ver. & in ſuper. vol. 4.

164 Decimaquinta cadit limitatio ad iſtam regulam, † vt non procedat vbi delictum cōmiſſum eſſet impunibile. quia tunc pro reo accuſato vel inquiſito poſſet interuenire procurator, ita voluit Barto. in l. vbi pactum, in pen. colum. C. de tranſa. & fuit originalis Doctr. Ric. Malumb. in l. filiuſ. in §. veter. de procu. & idem voluit & Bar. in conſ. ſuo. c. inc. a do. Cyno de Bon. & Cęp. in cau. ſua. 68. inc. in cauſa cri. & cōcordātes refert Hippo. in ſing. ſuo. 372. inc. capies vnum, & in conſ. ſuo. 90. col. 4. & in conſ. 24. col. pen.

165 Decimoſexto †limitatur ſecundum Laſ. in l. 2. col. 3. C. qui teſta. fac. poſ. vt non procedat in inclyto, & ſplendidiſſimo Ducatu Mediolani, vbi adeſt decretum, ꝙ ſi accuſat̄ vel inquiſitus ſit contumax habeatur pro confeſſo, & conuicto, quia talica ſa poterit interuenire quilibet etiam penitus extraneus, ad oſtendendum, & demonſtrandum innocentiam inquiſiti ſeu accuſati. etiam ꝙ ſtatutum dicat quod reus debeat ſe primo perſonaliter in carceribus ponere, & hoc firmat etiam do. Bartho. Cęp. in conſ. 20. inc. quidam dum eſſet poteſtas, in 3. col. in ver. quinto caſu, & Fran. de Capitibus liſtę inter prædicta conſilia Cęp. in conſ. 41. inc. licet inuitus, col. 4. & Ang. de Caſt. inter ipſa conſ. in conſ. 2. inc. ſi curia Magnifici. & facit id qđ ſingulariter dixit Areti. in conſilio. 147. incipien. viſa conſultatione, col. 3. & cōcordantes, refert, Hip. in conſ. 90. col. 7. & de hoc infra late dicam.

Decimoſeptimo declaratur, & limitatur regula text. noſtri
166 † vbi procurator ſolum petit admitti teſtes deponentes ſuper innocentia rei, vt voluit Barto. in l. 1. §. ſi quis vlt. ff. de quęſtionib. & ſubtilitatum princeps do. Fran. de Are. in conſi. 147. vbi dicit quod iudex ad defenſam rei etiam contra eius veram, & ſpontaneam cōfeſſionem ex officio debet recipere teſtes, multo magis debet eos recipere vbi producuntur a procuratore, & concordantes refert Hip. conſi. 39. col. v. volum. v. & in conſil. 34. colum. 4. ſed pro veritate iſtæ non ſunt limitationes ad huiuſce modi, §. quidquid dicat. Hipp. in conſilijs. præall. quia regula tex. noſtri loquitur de procuratore qui non poteſt admitti in crimine publico, nec ad crimen publicum perſequendum, vt poſſit prodeſſe, & nocere reo inquiſito. Sed in aliquibus ex caſibus ſupradictis licet admittatur procurator, ſolum admittitur quantum ad hunc affectum, vt ipſi reo ꝓdeſſe poſſit, non autem vt poſſit ei nocere, & ſic in ſe ſuſcipere omnem telam iudicij.

Veritas tamen dependet ab intellectu Bart. in l. ſeruum quoque, §. publ. de proc. qui voluit quod in his caſib. in quibus abſens poteſt damnari non poſſit admitti, vt procurator, ſed vt defenſor, & protector ipſius rei, qui ſolum poſſit prodeſſe, & non obeſſe ipſi reo dicam inf. pleniſſime.

167 Decimooctauo limitatur iſta concluſio, †vt non procedat in tali caſu ſingulari, pone quod vulneratus velit comparere pro ipſo inquiſito, cōtra quem fuit formata inquiſitio de vulnere illato in perſonam ipſius comparentis, nam iſto caſu dicendum eſt quod poſſit, ita dixit ſingulariter Hippol. in conſ.
168 ſuo. 17. colum. ult. † & facit pro iſta limitatione id qđ ſingulariter dixit Bal. in l. 1. in ul. co. C. com. deleg. ubi dicit ꝙ exculpatio ipſius uulnerati prodeſt ipſi inculpato, ſeu inquiſito, ut torqueri non poſſit ex indiciis contra eum exiſtentibus. quod dictum ſequitur Fel. in capitu. penul. ad fin. de præſumptionibus & in capi. literas colum. 5. eodem titu. de quibus plene dicam infra.

169 Decimonono declaratur hæc concluſio, †ut non procedat

Digitized by Google

in eo qui vult allegare causam causæ,quæ patet ex actis, & q̃ causa est notoria,ita Inn.in c.veniens,de acc. & idem sentit in ca per tuas.de test.& in ca.ex insinuatione.imo vult ꝙ admittatur ẽt sine mandato,& sine satisdatione, etiam si sit minor vel sit mulier,& Inno. sequitur hic. Imo.col.27.circa med.in ver.sed certe si bene ponderetur,imo videtur velle ꝙ talis allegatio fieri possit,dato quod inferatur præiudicium ipsi reo ĩ quisito seu accusato.

170 Vigesimo limitatur ista regula.†vt non procedat, quando plures sunt accusati de eodem crimine, quia vnus potest esse procurator alterius secundum Alb.in l.seruum quoq;,§.pub. col.6.in ver.item est casus satis no.ff.de proc.allegat tex. in ca. cum dilecti,de do.& cont.& in c.interrog.2.q.4. sed ego dubito de hac limitatione,quia rationes quæ prohibent procuratorem constitui militant etiam in casu isto,non est tamen ab opi.Alb.recedendum.

171 Vigesimoprimo declaratur ista conclusio† vt nõ procedat de iure canonico vbi in crimine proceditur per viam inquisitionis,quia hoc casu potest constitui procurator, secundum Hostien.in summa de procu.§.& in qua re. & not.per gl.in c. nostram,in verbo vtebatur,extra de procur.& per Alb.§.pub. de procu.col.6.Sed ego credo ꝙ in his casibus,in quib.inquisitio succedit loco accusationis,ꝙ sicut non admittitur procurator in causa accusationis,ita non debet admitti in causa inquisitionis,nec satisfacit ratio Alb.ꝙ ideo est, quia vbi agitur per viam inquisitionis, vel denunciationis de iure canonico non imponitur pœna sanguinis,ca.sententiam ne cle.vel monach.quia licet non imponatur pœna sanguinis,solent tamen iudices ecclesiastici facta declaratione contra eum delinquentem,illum tradere curiæ seculari,quæ solet pœnam sanguinis imponere non viso processu agitato coram iudice ecclesiastico.c.1.vbi Doct.de offi.ord.& ideo do.An.de But.in c.inquisitionis.in prin.de acc.intelligit hanc limitationem procedere vbi inquiritur contra aliquem,non ad naturalem pœnam delicti,sed ad interesse publicũ, sine criminosus aliquid indigne teneat, & ita etiam sentit Baldus. in l. reos, C. de accusationib.

172 Vigesimosecundo declaratur ista conclusio,†vt non procedat vbi procurator constituitur ad concludẽdum in causa. qa tunc potest in causa criminali interuenire.ita voluit Bald.in l. seruum quoque,§.pub.ff.de proc.allegat tex.in l.quamuis indubitari,C.de adul.& ratio est secundum Bald.quia renunciatio probationum,& sic conclusio in causa,non dicitur esse de actis litis,sed de actis ipsius iudicij. & si quispiam subtiliter di-

173 ceret,ꝙ†in criminalibus non potest probationibus renunciari,vt no.in l.pactum inter hæred.ff.de pact.replicari potest, ꝙ imo potest renunciari,vbi quis dicit,se non habere aliam defensionem.

174 †Sed ego dubito de hac limitatione, quando esset talis casus,ꝙ sententia non posset ferri contra absentem. quia videt ꝙ isto casu non possit constitui procurator ad concludendũ in causa.veritas dependet ab intellectu illius regulæ. quæ hẽt quod quis in criminalibus non potest renũciare suis defensionibus,de qua regula plene scribit Ias.in d.l.pactum inter hæredem,ff.de pact.& 38.limitationes ponunt Mod. repetentes in d.ca.veniens.car.pen.ad hunc text: licet fere nullam ex prædictis ponant nec viderint. & quatuor cautelas ad eludendam dispositionem huius,§.ponit Cęp.cau.252.& 45.& 107.& tradit etiam Hipp.in §.sequitur in sua prac.& inter cęteras est ista cautela.ꝙ statim ꝙ aliquis commisit aliquod delictum, ꝙ eũ mittas ad partes remotissimas,& cõpareat aliquis excusator, qui dicat eum obesse in longinquis partibus,& afferat probationes in promptu,quæ si non admittantur a iudice processus erit nullus,secundum Bart.in extrauag.ad reprimẽdum in verbo neglexerit.de quo,& infra dicam.

175 Noto secundo ex hoc tex.ꝙ†ad allegãdum causam absentiæ bene admittitur procurator,quæ allegatio operatur hunc effectum,vt sententia annotationis bonorum differatur secũdum Ang.hic intelligentem hunc tex.in sententia annotationis bonorum,& si dicatur prout dicit Imo.hic in 2. colum. ꝙ iste tex.potest etiam intelligi de sententia,quæ fertur super cri-

347 † quatuor præcipue dicuntur ordines ſacri a ſanctitate, caſtitate, & continentia quam inducunt, probatur in cap. decernimus. 28. diſt. non ſic eſt, vbi agitur de remotione ab ordine alicuius corporis, collegij vel vniuerſitatis. iuxta titu. de decr. ab ordine fac. & l. cognitionum, de var. & extraord. cog. & cum iſta ſolutione tranſeunt Mod. ſimpliciter in d. c. veniens, 13. q. & in 28. colum. de acc. ſed iſta ſolutio non videtur tuta, quia inducit differentiam inter ius ciuile, & ius canonicum, atten-
248 to maxime, quia, vbi † quis prohibetur honorib⁹ publicis fungi, vel ab aliquo ordine remouetur, fama ipſius remoti multum læditur, & cauſa vitæ, & famæ parificantur. l. iuſta. de manumiſſ. vin. niſi dicas, quod ex quo de iure canonico pœna depoſitionis non imponitur, niſi ob aliquod graue delictum, non eſt mirum, ſi talis cauſa per procuratorem agi nō poteſt. facit tex. in c. ſicut noſtris. de iureiur. ſed de iure ciuili facilius quis remouetur ab ordine quam de iure canonico. Nō ob. ꝙ
249 dixi, † quia l. iuſta, nō procedit in hoc caſu, quia vbi pro cauſa criminali imponitur pœna pecuniaria, poteſt in ea interuenire procurator, licet ex tali cauſa ſequatur infamia dicta l. prima, ff. an per alium cauſa appella. Item ex delicto publico ex quo quis infamatur ſi pro eo imponatur confiſcatio omnium bonorum, vel etiam partis bonorum, poteſt interueni re procurator, vt dicunt Mod. in d. c. veniens. col. 13. de accuſ.
250 & † tamen priuatio omnium bonorum cauſæ criminali parificari videtur, l. propter litem, ff. de excu. tut. & §. item pp litem, Inſtit. eo. & eſt gl. ord. in l. 1. C. de reis poſtu. lib. 10. Vel poteſt alio modo reſponderi ad tex. in d. c. veniens: ex regula,
251 l. qui teſtamēto, de teſta. quæ habet † quod ī qualibet lege prę ſumitur, ꝙ termini ſint habiles, cum ergo in d. c. veniens, dicatur, ꝙ cauſa erat criminalis, & quod procurator non erat admittendus, neceſſario dicēdum videtur, quod erat talis cauſa ex qua non poterat conſtitui procurator, attento maxime, ꝙ id quod ſtatuitur in hoc §. eſt etiam ſtatutum, de iure canonico, c. in criminib. 3. q. 5. ergo non debet induci differētia inter ius canonicum, & ius ciuile, prout faciunt Imol. & Mod. Sed contra huiuſcemodi concluſionem obſtat tex. in l. capita
252 li §. 1. ff. de pœnis, † vbi Iureconſultus parificat pœnas reſpiciētes æſtimationem hominis pœnis fuſtium. ſed in cauſa in qua tenuiores hoīes fuſtib. ſubijci pñt, non poteſt interuenire procurator, cum non agatur de pœna pecuniaria, ergo a paritate rationis idem videtur dicēdum, vbi agit de remotione ab
253 ordine, † attento maxime eo, quod habetur in l. cognit. §. minuitur, vbi expreſſe dicitur, minuitur æſtimatio, vbi quis relegatur, vel ab ordine mouetur, vel cum prohibetur honoribus publicis fungi, vel cum plebeus fuſtibus ceditur, ſicut ergo vbi agitur de ictu fuſtium procurator conſtitui non poteſt. ita nō poterit, & in aliis cauſis parificatis interuenire. & ſi dicatur, ꝙ ibi ſit parificatio quantum ad hoc, vt ex dictis pœnis æſtimatio minuatur, non autem quantum ad interuentum procuratoris replicari poteſt, quod regula. l. nam hoc iure, de vulga. & pupil. procedit cū vbi datur diuerſa ratio ipſorum determinabilium, vt probari videtur in illo tex. & tradit Mod. Dec. in l. in teſt. C. de teſta. mil. & ideo conſidera, quia facile poſſet defendi hæc opin. contra communem: nam vt volumus dicere, quod vbi agitur de ſubiiciendo plebeios ictibus fuſtium, non poſſit interuenire procurator, vt dicunt Mod. quia agitur de pœna corporali, quę eſt maior quacunque pœna pecuniaria, nam dico, quod illa regula nō procedit in plebeis, vt Bar. dicit in l. 1. de pœ. cum ergo de iure canonico videatur deciſum, non cauillando literam, ꝙ vbi agitur de depoſitione ab ordine epiſcopali, vel ab alio ordine, nō poſſit interuenire procurator. Idē debemus dicere de iure ciuili, & maxime tenendo illā opi. quod cauſa relegationis, per alium agitari non poſſit attento maxime, quia cauſa famæ, & cauſa vitæ æquiperant attento etiam, quia ſi d. l. 1. an per alium cauſa appel. includit relegationem, debet etiam includere cauſas ſimiles. Retenta
254 tamen concluſione dubitari poteſt. Primo, † an cauſa ſeparationis thori per procuratorem agitari poſſit? & videtur tex. quod ſic in cap. tuæ, de procu. ibi, ſi neceſſitas poſtulauerit ſuſtineri poteſt. & maxime quia ille tex. facit expreſſam differentiam, an agatur criminaliter, & hoc caſu nō poteſt interuenire proc. an vero agatur ad ſeparationem thori, & hoc caſu poteſt interuenire procurator. ita tenet hic Ang. & Imo. & idem Imol. in d. ca. tuæ, poſt Ioan. And. Hoſt. D. Ant. & alios.
255 † ſed certe verba tex. in d. c. tuæ. ibi, ſi neceſſitas poſtulauerit. innuant ꝙ regulariter non debet admitti, ſed præfati Doct. ſubaudiunt verbum maxime, vt in ſimili dicitur in ca. paſtor. de off. ord. & in c. quod ſedes. eo. titu. ſed iſta ſubauditio violat il-
256 lum tex. attento maxime † quia ſeparatio thori eſt multum doloroſa, quia ſecundum Bal. in d. c. tuæ. ſapit exilium, exulat a viro ſuo, & eſt dura ſicut mors, & perditur dos, ergo non deberet admitti procur. niſi ſubeſſet neceſſitas, vt tex. expreſſe dicit. & hoc modo in illo tex. eſſet differentia inter agentē criminaliter, & agētē ad ſeparationē thori. Vt primo nullo modo eſſet admittendus procurator. Secundo vero ſic, vbi neceſſitas ſubeſſet, vt cantat illa litera, quæ conditionaliter loquit,
257 quæ quidem conditio debet impleri in forma ſpecifica. † & quę formam importat. l. prętor ait, de coll. bonorū; niſi dicas ꝙ ex quo ī illo tex. ſubijcitur ratio, quod per procuratorē accuſ. quia licet accuſatio ſit de crimine, tamē non eſt criminalis, ex qua ratione apparet quod neceſſe eſt, quod ſubauditur dictio maxime; niſi iterum dicas, quod papa ibi in fine videtur decidere, quod ſecurius procedetur, ſi ī prętenti a perſona
258 rum hoc fiet, cogita quia nullus tangit. Circa fin. gloſ. † dum allegat l. ſed & hę, §. 1. de proc. aduerte, quia gl. ſentit, quod reuocare ſeruum ingratum in priſtinam ſeruitutem ſit cauſa minor relegatione, & tamen ſecundum Bart. & Imol. hoc eſt falſum, quia ſeruitus morti comparatur, l. quod attinet, ff. de regul. iu. Dic ſecundum Bar. & Imo. quod hęc cauſa ex parte domini continet intereſſe pecuniarium applicandum parti, vt. ſ. ſeruus ob ingratitudinem reducatur in ſeruitutem. Sed ſecundum Bal. in d. l. ſed, & hę. eſt quid mirum, ꝙ vbi agatur de priuando aliquem beneficio libertatis, & ꝙ cauſa non ſit criminalis, imo vī capitalis, §. maxime. Inſt. de cap. dim. Attento maxime ſecundum Inno. in c. qualiter, & quādo, col. 2. de ac-
259 cuſ. quia † de iure ciuili ſunt ſeptem genera pœnarum, quarum

Digitized by Google

tum tres ſunt capitales. Prima eſt mors quæ multis modis inſertur, l. aut damnum. §. vita, ff. de pœ. Secunda pœna eſt mori proxima, vbi quis damnatur in metallum, q̃ grauiori vinculo præmitur, ſi vero in opus metalli tunc leuiori. vtraque tamen pœna, & ciuitatem, & libertatem aufert, vbi vero q̃s damnatur in miſterium metallorum, ſi in perpetuũ, & ciuitatem, & libertatem amittit, ſi ad tempus ſolam ciuitatem l. aut damnum. §. eſt pœna, cũ §. ſeq. ff. de pœ. Sed neſcio videre quare vbi agitur de pœna damnandi aliquem in miſterium metallorum. i. vt ſeruiat damnatis in metallum ad tempus, talis cauſa non poſſit agi per procuratorem. Eſt & tertia pœna deportationis, & in opus publicum damnationis. ſed reſolutio eſt, quia in hiſce pœnis non agitur de commodo pecuniario
260 vt dicunt Bar. & Imo. † ſed adhuc non quieſcit alius, nam de iure canonico loco pœnæ damnationis in metallũ, quæ non inuenitur in canonibus impoſita, ſolet quis vendi, vel redigi in ſeruitutem, de primo eſt caſus in capitu. quidam cler. 81. diſtinct. de ſecundo eſt tex. in cap. eas. 31. diſt. & in cap. ſtatutum 11. q. 1. & tamen licet hic agatur de commodo pecuniario, iſta cauſa dicitur capitalis, nec poteſt agitari per procuratorẽ,
261 & tamen hic agitur ſeruitute de. † Ang. hic dicit, quod licet ex parte accuſatoris poſſit interuenire procurator, tamẽ ex parte rei qui procuratur in ſeruitutem, non poteſt, quia ex parte ipſius rei agitur de commodo pecuniario. & idem poteſt dici de iure can. in quo pœna ſeruitutis imponitur, vel melius dic, quod conſideratio Ang. eſt contra tex. in d. l. ſed, & hæ, qui ex preſſe vult, quod ſicut patronus poteſt accuſare libertum vti ingratum per procuratorem, & ita libertus ipſe poteſt per ꝓcuratorem reſpondere, & tu dic, quod vbi quis damnatus in opus metalli, vel de iure can. in ſeruitutem redigetur, talis cã non poteſt agitari per procuratorem, quia tendit ad vindictã publicam. ſed adhuc. conſidera, quia contra prædicta videtur caſus in cap. ſi quando 2. q. 6. vbi dicitur, quod in cauſa capitali, vel in cauſa ſtatus non per procuratorẽ, ſed per ipſum agẽ
262 dum eſt. † Idem probatur in l. 1. circa prin. de aſſer. toll. vbi dicitur, quod ſi quis prouocet aliquem in ſeruitutem, quod ceſſante aſſertionis difficultate, debet reſpondere, per ſe ſi vero reperiatur in quaſi poſſeſſione libertatis, tunc poteſt agere ꝓ procuratorem, ergo hi duo tex. videntur contrariari, his quæ Bar. Imo. & cęteri tradunt. Gl. in d. c. ſi quando, fatetur contrarium, ꝙ vbi dominus eſt in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, ſeruꝰ poteſt per ſe agere, vbi vero aliquis procurator ad ſeruitutem & ipſe eſt in quaſi poſſeſſione libertatis poteſt per procuratorem agere ſuper iſto contrario laborant Saly. Odofr. & communiter antiqui in d. l. 1. de aſſer. toll. Prima datur ſolutio, ꝙ de iure antiquo ille cui mouebatur qõ ſtatus poterat ĩdiſtincte agere cauſam per procuratorem, hodie vero diſtinguitur an prouocatus in ſeruitutem, ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, & etiam nunc poteſt, ſecus tamen ſi non ſit in quaſi poſſeſſione ſeruitutis, quia tunc ſecundum Bal. Saly. & omnes ibi non poteſt. Sed iſta ſolutio tendit ad correctionem l. non ſolum, §. ſtatus, allegatæ hic in gl. ff. de proc. Secunda datur reſponſio per Io. & Azo. quam ſequuntur ibi Odofr. & pleriq; antiqui, quod iura in contrarium allegata loquuntur, vbi ſeruus litigat principaliter de peculio ſuo, quæ ſolutio confunditur ex illis iuribus. Datur tertia ſolutio, quod ſeruus poſt litem conteſtatam de iure digeſtorum poteſt conſtituere procuratorem, de iure vero nouo diſtinguitur, aut lis non eſt cõteſtata, & vbi eſt in quaſi poſſeſſione libertatis poteſt, alias ſecus. ſed hęc differentia in hac materia eſt verbalis, vt infra dicemus. Ego autem arbitror poſſe ſic dici, quod poſt iura digeſtorum fuit quædam media iuris prudentia, quod prouocatus ad ſeruitutem deberet habere quẽdam aſſertorem, qui eum aſſereret eſſe liberum aduerſus dominum eum prouocantem in ſeruitutem, iſta autem aſſertio fuit ſublata perdiſtinct. in d. l. 1. vt hodie debeat ſeruus ipſe comparere perſonaliter, ſecus ſi ſit in quaſi poſſeſſione libertatis ex quo infertur, quod intellectus datus per Doc. communiter ad l. ſeruũ quoque, §. 1. de procur. quod ibi conſtituitur procurator, quia agitur de peculio, & adminiſtratione aliarum rerum in l. vero ĵ. de aſſer. toll. agitur de periculo ſtatus, & perſonæ, non eſt verus, quia in caſu l. ſed & hę. agebatur de periculo ſtatus p̃ſonæ & tamen conſtituitur procurator, & etiam confunditur illa ſolutio per tex. in l. non ſolum. §. ſi ſtatus ff. eo. titu. de proc. vel melius dic, quod ex parte domini, ſiue ille qui prouocatus eſt in ſeruitutem, ſit in quaſi poſſeſſione libertatis, ſiue nõ, cauſa per procuratorem agi poteſt, ſed ex parte prouocari diſtinguitur eo modo quo dicit tex. in d. l. 1. C. de aſſer. toll. Nec huic diſtinctioni repugnat tex. in d. l. ſed & hæ. in fi. quæ loqui
263 tur de liberto. † Nec ẽt l. non ſolũ. §. ſtatus. qa ille. §. debet declarari, & diſtingui ꝑ d. l. j. C. de aſſe. tol. Circa fi. gl. dũ alle. tex. in l.
264 † nõ ſolũ, §. fi. vbi ĩ cã ſuſpecti tutoris ĩteruenit ꝓcurator, rõ dr̃ gl. quia illa pœna eſt minor relegatione, ſed iſta ſolutio ſecũ dum Bar. Ang. Imo. & Bened. de Plumb. non eſt tuta, quia vbi ager etur vt tutor ſuſpectus puniretur. iuxta, l. 1. cũ l. ſeq. de ſuſpe. tut. cùm ſimi. de q̃b. hic per Bar. non poſſet ꝙſtitui procurator quia talis pœna eſſet ſupra relegationem, & eſſet quaſi crimen publicum, l. 3. §. conſequens, de ſuſp. tut. text. ergo ille loquitur quando agitur ciuiliter ad commodum pupilli, vt tutor tanquam ſuſpectus ab omni adminiſtratione bonorũ remoueatur. Sed tu aduerte, † quia non videtur, quod poſſit
265 agi principaliter ciuiliter, quia in conſequẽtiam poſſit reſultare affectus pœnæ criminalis. vbi enim accuſatur tutor de ſuſpecto, vt remoueatur ſi appareat ipſum doloſe fuiſſe verſatũ circa res ipſius pupilli, ad præfectum vrbis vt puniat̃ remitti ſolet. d. l. 1. in fi. de ſuſp. tut. & d. l. §. ſolent, de offi. præfect. vrb. attento maxime, quia vt dicit Bar. ꝙ accuſatio ſuſpecti tutoris eſt quaſi publica. Imol. hic reſpondet, quo ex quo principaliter agit̃ vt remoueatur ſuſpectus tutor, licet in conſequentiam ob eius dolum, & verſutiam debet remoueri, debet tamen ſpectari id quod principaliter agitur. l. ſi quis nec causã
266 ſi cer. pet. † Sed tu conſidera quod tex. in d. l. non ſolum, dum dicit difficile eſt, p̃t intelligi. i. nullo mõ auditur procurator, iuxta tex. in l. 1. in verbo difficile, ff. quando appela. ſit, & iuxta gloſ. in ca. pręſentiam, de teſti. in verbo difficile. & ita conſiderant etiã Mod. in d. c. veniens, in 12. colum. ſed tex. non dicit prout ipſi præſupponunt, ſed ita cantat, ſed non facili ꝑ procuratorem ſuſpectus accuſabitur, quoniam famæ cauſa eſt. & ſic nõ vtitur verbo difficile, nec ibi poteſt intelligi ideſt nullo modo, propter verba ſequentia, ibi, niſi conſtet ei a tutore nominatim mandatum: & ſic illud verbum non facile. videtur excludere procuratorem generalem, & ratio quare ibi requiratur ſpeciale mandatum eſt, quia agitur de magno præiudicio. Item tex. ille vult, quod vbi iudex erat proceſſurus omnino contra abſentem, quod iſto caſu admittatur procu-
267 rator generalis alias ſecus, † & ille tex. multum menti tenendus, ſecundum Imol. hic, ꝙ vbi agitur de cauſa famæ, & æſtimationis requiritur ſpeciale mandatum, & ex illo tex. cõfunditur vna ratio Bar. hic dicentis quod ad publicum iudicium proſequẽdum non poteſt interuenire procurator, quia vnuſquiſque per ſe fidelius agit cauſam ſuam. nam illa ratio ceſſat, vbi quis habet ſpeciale mandatum; quia comparet tanquam picca, & organũ ipſius domini, nec poſſet fidelius age
268 re quam mandatum ſpeciale in forma adimplere. † Nota ẽt pro eo, quod dicit. Imo. hic, ꝙ vbi quis principaliter acuſatur vt remoueatur tanquam ſuſpectus, licet in conſequentiã poſſit puniri, cenſetur tamen cauſa ciuilis, pro qua poteſt interue
269 nire procurator, † nam pro iſto dicto facit, glo. quam ſumme no. Ang. in d. l. non ſolum, §. ſi ſtatus. vbi dicit quod quando cauſa principaliter eſt famoſa, damnatus per procuratorem eſt infamis ſecus ſi principaliter eſt pecuniaria, & in conſe-
270 quentiam eſt famoſa. † ſic intelligitur. l. furti. §. ſi quis alieno, de infam. & ratio eſt, quia ex quo principaliter cauſa eſt famę, ſi per interuentum procuratoris euitaretur infamia, iam ſententia nullum operaretur effectum, quod non contingit, vbi principaliter cauſa eſt pecuniaria, quia fit exactio ſaltem pecuniæ.

Gloſ. in verbo procurator, diuiditur quinq; ĩ partes principales, in 1. parte declarat tex. in 2. adducit cõcordantes ad hũc tex. In 3. format duas oppoſitiones contra tex. In 4. quærit an poſſit conſtitui procurator in cauſa criminali ad vnum articulum. In 5. format aliam oppoſitionem, & eam dupliciter ſoluit. Secunda ibi, & facit. Tertia, ibi, item cõtra. Quarta ibi. & eſt argumentum. Quinta ibi, item contra. Ex prima parte huiuſce gl. colligitur concluſio, quod ſicut non poteſt conſtitui procurator ex parte actoris, ita non poteſt conſtitui ex parte rei, licet ex parte actoris dicatur proprie procurator ſed ex
271 parte rei dicitur defenſor. † Sed iſte terminus procurator, eſt latiſſimus, aliquãdo enim capitur pro præſide prouinciæ l. 2. C. de iure fiſ. li. 12. aliquãdo procuratore, l. ſi in emptione, §. fi. de contrahen. emp. & pro tutore etiam capitur procurator l. in defendente. prout eſt litera. procurator, ff. de autho. tutor.
272 † iſtud etiam verbum procurare, eſt latiſſimum iuxta illud Apuleij, hunc enim equulum ſuum curioſe nimis procurantem inueni, & alibi, ĩquit Cato de Ruſt. eodem modo cęteras arbores procur. & alibi. inquit, Hieron. cum Sathanas aliquẽ ſua arte deceperit, & proprium ei iugum impoſuerit, vltra ad virorum abundantiam non procurat. & ſic apud Catonem ſumitur hoc verbum procurare, pro ſuſtẽtare. apud vero Hieronymum pro ſtudioſe curare, ſeu inueſtigare. & non ab re Iureconſuiti aliquando appellant negociorum geſtorem ꝓcuratorem, vt eſt caſus in l. ſi ego. de neg. geſt. & in l. Plautius. de pro. cui ſententię aſtipulatur. Cic. in lib. 1. de natur. Deor. dum dicit, ſunt enim Philoſophi, & fuerũt qui omnino nullam habere cenſerent rerum humanarum procurationem Deos. proprie tamen, & ſtricte dicitur procurator ſm gl. hic, qui aliena negocia mandato dñi. gerit. l. 1. ff. de proc. Secunda
273 colligitur concluſio ex hac gl. ſecundum Imo. hic † quod ꝓcu

Digitized by Google

rator ex parte actoris non admittitur ſine mãdato,bene admitteretur vbi eſſet dubium de mandato, præſtita tamẽ cau
274 tion e rati.iuxta no.in l.1.C.de proc.† & dicitur eſſe dubium de mandato,ſecundum Imo.vbi ille qui aſſerit ſe eſſe procuratorem venit de longinquo, & habet inſtrumenta domini facientia ad cauſam,iuxta no.per Bar.in l.3.§.duæ cauſæ.ff.de Car.edi.& iuncta gl.in c.corã.de off.del.ibi,cum inſtris ciuſdẽ eccleſiæ,ſed ille tex.allegatus per Imo.nõ,pbat,q; ille clericus qui habebat inſtrumenta eccleſiæ,erat rector ipſius eccleſiæ. nimirum ſi admittitur ad agendum.Item ſtat ſimul,quod ali quis habeat inſtrumenta ad cauſam,& tamen illa ſubtraxerit attento,quia videtur ſpeciale in caſu l.fi.vbi gl.de pac. conuẽ. vbi ſi marito ab vxore fuerunt tradita inſtrumenta bonorũ paraphernalium,præſumitur eidem conceſſa adminiſtratio, pro reſolutione,vide omnino Ale.in d.l.1. colum. 3. de proc. qui dicit,quod communis opin.eſt cum Imo.hic,& in c.1.de prob.& reſpondet ad l.fi.C.de pac.conuen.quod ibi ex illa traditione ſequitur,q; maritus poteſt agere etiam non præſtita cautione rati. Sed tu conſidera vltra alios ibi, & hic, quia id quod dicit Alex.poſt Pet.& Cyn.non videtur tutum, quia gl. allegata hic per Imo.in d.c.coram,de of.deleg. dicit,quod admittitur clericus,quia erat coniuncta perſona, & habebat inſtrumenta,& tamen vt ibi fatetur Doct. communiter fuit ꝓſtita cautio ratio,item ad quid ponderare traditionem inſtrumentorum vbi datur ſanguinis coniunctio inter agẽtem nomine alicuius,& ipſum cuius nomine agitur, quia hoc caſu ſufficit, quod ſit coniunctus qui admittitur pro coniuncto, cum cautione rati.Communis tamen eſt opin. vt dixi, quod habens inſtrumenta facientia ad cauſam principalem admit
275 tatur ad agendum cum cautione rati,imo videtur, † quod ſi poſſet probari inſtrumenta fuiſſe alicui a domino tradita, q; iſte poſſet agere etiam non præſtita cautione rati, quidquid ſentiãt Imol.hic,ac Ale.& ceteri in d.l.1.C.de proc. vbi enim quiſpiam inſtrumentum alicuius debiti mihi tradit, non eſt preſumendum,quod mihi tale debitum donare velit, argumen.l.cum de indebito,de prob.& c.ſuper hoc, de renun.ergo vt illa traditio aliquid operetur, præſumendum eſt,q; mihi mandatum de exigendo tale debitum ſit, vt illa traditio quippiam operetur,arg.l.ſi quãdo,de leg.1.Cogita ſuper preſ-
276 miſſis.Circa†contrarium,l.3.C.de acc.accommodantur per ſcribentes quam plures ſolutiones. Prima fuit ſolutio Mart. quod in caſu d.l.3. quæ incipit reos, erat lis conteſtata contra principalem, nimirum ſi procurator interuenire poteſt, hic vero §.procedit ante lit. conteſt. quo caſu procurator dari non poteſt,& ratio eſt, quia poſt litem conteſtatam dominus,& non procurator eſt condemnatus,l.2. C.de accuſ. & l. fin.C.de iniur.ſed ſi admitteretur procurator ante litem conteſt.tam lite conteſtata cum ipſo procuratore non poſſet dãnari ipſe dominus,tamen ante litem conteſt. repellitur procurator,vt ad diffinitiuam perueniri poſſit, ad quam nõ poſſet lite conteſtata cum procuratore,attento, quod dominus non poſſet damnari. Sed hanc ſolutionem improbant Sal. & Mod.communiter in d.l.reos,& Imo. ac ceteri hic, vt hic plura per eos vltra quos videtur,quod potius ante lit.conteſta.deberet admitti procurator;vt declinatorias,& dilatorias exceptiones poſſet proponere,quæ poſt litem conteſta.oppoſi non poſſunt,vt habetur in d.c.veniens, de accuſ. Secunda datur ſolutio ad tex.in d.l.reos,quod ille tex.loquitur in procuratore qui allegat cauſas abſentiæ,nõ autem cauſas cauſę, & ita reſpõdet gl.in d.l.reos,& Bar.hic,& iſta videtur melior ſolutio quæ dari poſſit. Tertio datur ſolutio,quod ille tex.debeat intelligi in illis caſibus in quibus abſens poteſt damnari etiam,quod agant de pœna capitali:ſtricte ſumpta, vt in caſu.l.lege Cor.§.conſti.ver.ſed in ſeruos,ff.ad l.Corn.de ſica. & in l.ne diu.C.de pœ.& in extrauag.Henrici Imper. ad repr. in his ergo caſibus poteſt intelligi l.reos,& hanc ſolutionem tenuit Dyn.hic,& Io.An.in addit.ad Spe.& Inno.in c.veniẽs, & hęc ſolutio placet Imo.hic qui põderat tex.in l.ſeruũ quo que,§.publ.ibi,quemuis debere admitti,qui tex.innuit,quod ſi quis compareat cum mandato tãquam procurator admittendus erit,ſi vero ſine mandato tanquam defenſor, ſed poſ-
277 ſet replicari vt ſupradixi ad iſtum tex.Secundo† mouẽt Imo. per tex.in extrauag.ad repr.ibi dicitur perſonaliter, vel legitime non comparuerit,quæ alternatiua vel,innuit quod in crimine lęſę maieſt.vbi abſens damnari poteſt,poſſit quis perſonaliter comparere,vel legitime, & ſic per procuratorem,& cum hac opi.tranſit Alex.in conſil.116.incip. Animaduertis ſtatutis.in 1.col.vol.2.poſt Cyn.in d.l.reos,in 3.q.cum ſimil. de quibus per Hippo. in ſua pract.char. 102. & in conſil. ſuo 60.col.1.vol.1.& pro veritate pro iſta opi.videtur caſus in d.extrauag.ad repr.cui non ſatisfacit ſolutio Bar.dicentis,quod ille tex.dum dicit pſonaliter,vel legitime, debet intelligi quod compareat,ſi eſt ſingularis perſona ea quæ deliquit perſona liter,ſi vniuerſitas compareat,per procuratorem,iuxta l.tam collatores,C.de re mili.nam ſi hoc voluiſſet dicere Imperator facile expreſſiſſet, ſed replicari poteſt,quod ille tex.neceſſario ita debet intelligi,ex quo ſupra dixi,ad hoc ſi qua communitas,corpus,vel collegium,vel aliqua quæuis perſona de
278 liquerit,†quo caſu non eſt abſurdum quod verba ſequentia ſi perſonaliter,vel legitime comparuerit recipiant interpretationem,& declarationem a verbis præcedentibus, l.ſi ſeruus plurium,in fi.de leg.1.& l. vtrum,de peti. hęre. dicunt tamen Mod. Sen. relatis dictis Imo.hic formaliter,col.31.q.14.quod opi.Imo.cõiter recipitur,quę tñ iudicio meo nõ probatur vt ſupra dixi in d.§.publice,nec in d.extrauag. ad reprim.dicant quod intelligẽdo illud extrauagans pro Imo.intelligit,quod illa verba perſonaliter vel legitime: videantur pariformiter referri tam ad perſonas ſingulares,quam ad vniuerſitates.qa dico quod iſta ponderatio facit pro intellectu Bar. nam illud verbum perſonaliter comparuerit;referri non põt ad vniuerſitatem,quę non poteſt comparere perſonaliter,& ideo non poteſt fieri pariformis determinatio, & regula. l.nam hoc iure,procedit vbi fieri poteſt pariformis determinatio, alias ſe-
279 cus.l.2.ff de off.procur.Et†ideo verior videtur opinio Barto. quod in his caſibus,in quibus abſens poteſt damnari in cauſis criminalibus,quod non poſſit interuenire procurator tãquam procurator,ſed ſolum inſtructor ſeu informator ad allegandum cauſas abſentiæ,& ad informandum ſeu inſtruendum ipſum iudicem,& hanc opin.ſequitur Sal.in d.l.reos.& do.Ant.in d.cap.veniens. & hanc opi. dicit eſſe communem illuſtris prœceptor meus do.laſ.in l.2.C.qui teſt. fac.pot. col.3. vbi citat etiam Are.hanc opi.tenentem,quæ opi.inconuincibiliter probari videtur per hũc tex. qui loquitur etiam in caſu in. quo abſens poterit damnari, cui non ſatisfacit ſolutio Imo.vt s̃.dixi, & certe vbi crimen eſt graue accuſatus vel inquiſitus ſi poteſt capi ſolet in carcerem detrudi. l. pen.& fi.C. de acc.& l.1.2.3.ff.de cuſt.re.& tamen illo caſu preſens poteſt condemnari.& tex.noſter ſimpliciter,& abſolute dicit, quod procurator fruſtra interuenit in cauſa crimi. & idem dicitur in l.1.an per alium cau.Secundo facit ſecundum Bar.quia in
280 cauſa tanti præiudicij,prout eſt cauſa criminalis, †ex quo factum procuratoris ſolet obeſſe domino.l.non ſolum,in princip.ff.de proc.ergo debemus dicere quod debeat admitti tanquam inſtructor,& defenſor,quia prodeſſe poſſunt,non autem tanquam procurat. qui domino, nocere poteſt.capi.2. de confeſſ.Sed huic rationi enititur reſpondere Imol. hic in 8.col.quod in cauſa tam grauis præiudicij non poterit nocere, niſi habeat ſpecialiſſimum mandatũ, arguendo per locũ
281 a matrimonio ad caſum noſtrum.†nam in matrimonio requiritur ſpecialiſſimum mandatum.c.fi.de proc. in 6. & l.generali,de ſpõſal.& ſic non poterit talis procurator reſponde re poſitionibus ſecundum Imo. niſi habeat ſpecialiſſimũ mã
282 datum,†ſicut etiam requiritur in præſtatione iuramenti de calumnia.c.fi.de proc.in 6.& traditur in auc.& ſi principales, C.de iur.cal. Sed replicari poteſt quod licet ad iſta requiratur ſpecialiſſimum mandatum,poteſt dici ex mente Barto.quod propter hoc lex non vult quod ad tale crimen proſequẽdum nec generalis,nec ſpecialis procurator dari poſſit, quia non debet abſenti obeſſe.Sed replicari poteſt ſecundum Imol. q; videtur vtilius ipſi abſenti quod negligẽtia procuratoris eidẽ noceat,quam quod careat defenſione ſicut in ſimili dicitur in l.non ſolum in fi.ff.de proc. vbi quando prætor etiam abſente tutore eſt cognituras de cauſa ſuſpecti tutoris, tunc dẽt admitti procurator ſine ſpeciali mandato, quia melius eſt, & minus malum,quod aliquis admittatur, quam quod nullo admiſſo procedatur,nam veriſimiliter melius veritas patefiet.Sed replicari poteſt ex mente Bar hic,quod iudex ex officio ſuo poterit ab ipſo inſtructore ſeu defenſore quærere de
283 innocentia rei.iuxta l.1.in fin.de quæſtio. † Item vtilius erit etiam ipſi abſenti quod admittatur defenſor, qui tantum ꝓdeſſe poteſt,non autem procurator. nam licet non poſſit cõſtitui procurator ab homine qui ſolum prodeſſe poſſit,tamẽ a lege poterit dari aliquis defenſor qui prodeſſe poterit,& nõ nocere.tex.eſt vltra alios in l.1. & 2. C.de tut.& cur.qui ſatis. non dedit,tradit Bar.in l.tutor qui reperto.in prin. de admini
284 tu.nam†tutor accuſat nomine populi,& tamen nõ obligat eum ad pœnam talionis.l.2.C.de accu.Non obſt.tex.in l.non ſolum.§.fi.quia ibi non agitur de pœna corporis afflictiua ſi
285 cut in caſu noſtro.& perfecto tu cõſidera,†quia veritas depẽdet ab hoc,an quod poſſit ferri ſententia contra abſentem ſit inductum infauorẽ vel in odium ipſorum abſentium. ergo non debet poſſe admitti procurator,quia vt dicit Bart.in extrauag. ad reprim. ſtatuta Italię permittunt abſentem propter contumaciam condemnari,ſed ſi poſſet comparere per procuratorem,non poſſet dici contumax, & ideo melius eſt vt reipublicę ſatisfiat,q; non agitetur cauſa criminalis,per ꝓcuratorem, quia iudex ex inſpectionẽ in faciem, & perſonã rei multa cognoſcere poterit, videlicet qua trepidatione

quo

Digitized by Google

quo colore loquitur, vt l.de min.§.tor.ff.de quæstion.facit.l.3. ff.de testamen.& maxime ex verbis rei respondemus. vt in dictis iuribus, quæ comprẽdere ex verbis procuratoris non potest, cum ipse innocens sit, nec inspicitur rei præsentia ex quo non respondet. argu.l.in lege. ff. de contrahend. emptio. & l.nec vlla.§.quod si quis ff.de peti.hæ.& l.2.§. furiosus.ff. de
286 iure codi. Circa † fi.gl. habes conclusionem quod ad testes p. ducendos, seu repetendos, vel ad alium articulum præterquã ad sententiam, potest constitui procurator. idem sentit gl. secundum Imo.in L.cuiusdam.per illum tex.C.de acc.vbi dominus potest defendere seruum, & interuenire pro seruo. & ad hoc etiam Bar.hic in 2.q.allegat gl.in c.licet.de acc. voluit allegare in c.veniens.eo.ti.Bar.vero hic cõcludit quod vbi reus est incarceratus, quod tunc ad hos articulos potest procurator constitui.& idem vult Bar.in l.non solum.de app.& idem secundum Alexã. hic tenet Guido de Suzar. & Odofr. quos citat Gand.in tract.malefi.in rub.21.qui volunt quod pro carcerato possit constitui procurator præterquam ad li. contest. sed difficultas consistit in eo quod dicit gl. an admittatur procurator ad producendum testes probatorios vel reprobatorios,& communis resolutio videtur esse secundum Imo. hic, quod in his casibus in quibus absens non potest dãnari, tunc non debet constitui procurator ad aliquem articulum cõcernentem merita causę. Sal.vero in d.l.reos. indistincte tenet q̃ non possit admitti procurator, nec ad producendum testes, nec ad respondendum in causa, nec ad aliquem articulum, q̃ opi.probari videtur in hoc tex.dum dicit quod nec ad crimẽ publicum persequendum, nec ad defendendum reum potest admitti procurator. cum ergo ista omnia tendant ad persecutionem criminis, & a quo remouetur genus, remouetur quælibet eius spẽs.vt dicit hic Bart.per l.1.§.1.de suis, & legiti. & l.si chorus.d.l.3. & suadetur hæc opi. quia videtur speciale in casu l.fi.de iniu. Ego sum huiusce sententiæ quidquid sentiant Mod.in d.c.veniens, post Imo.hic, quem formaliter sequuntur, quod siue absens possit damnari siue non, quod nullo modo possit constitui procurator nec ad producendum testes probatorios vel reprobatorios.vt hic gl.loquitur, min' ad petendum. quia in hisce articulis totum pondus causæ videtur consistere.nec pro ista facit tex.in l.si cuiusdam, quia ibi admittitur dominus ad defensionem serui pro suo interesse pecuniario.prout dicitur in l.seruus.& in l.sciendum.supra.eodem.& in l.Lucius.de app,& tradit Bar.hic in 4.colum.in ver sic item propono.& eo.modo potest interuenire Abbas pro monacho,& pater pro filio.non videtur ergo tenenda distinctio Imo.& Mod.Sen.in d.c.veniens.qui faciunt differẽtiam an absens possit condemnari,& tunc possit interuenire procurator, secus si non potest, quia iste text. loquitur etiam vbi sententia potest ferri in absentem.& tex. in l.1. quando causa per alium, videtur etiam loqui indistincte. & militat semper illa ratio potissima quod prohibetur constitutio procuratoris ratione maxime præiudicij. attento maxime, quia videtur speciale in casum.l.non tantum,de app.quod admittatur procurator ad appellandum pro incarcerato. de quo tamen dic vt supra dixi. Posset tamen sic subdistingui, quod in his casib. quibus absens damnari potest si permittatur procurator in in his articulis in quibus non potest fieri magnum præiudicium ipsi principali, vt ad producẽdum capitula probatoria sed non ad respondendum positionib.nec ad ponendum. vt
287 volunt Cyn.& Salice.in d.l.reos.† quia ponens videtur fateri contenta in positionibus. secus est in illo qui articulat. cap.1. & 2.de confess.sed non poterit interuenire nec ad litem contestandam, nec ad alios actus substantiales iudicij tangentes examinationem criminis.de quibus in l.2.& in l. fi.C. de acc. Item potest interuenire procurator ad aliqua præparatoria q̃ fiunt ante litem contestatam, de quibus in l. denunciasse. §.si per procuratorem.ff.de adul.& in l.etiam.§.plures, de manu. vin.& ratio est in dictis præparatorijs, quia non possunt multum obesse ipsi principali.

Circa primam quæstionem Bar.extra gl.elici possunt duæ
288 conclusiones.† Prima sit conclusio, quod pro homicidio potest imponi pœna pecuniaria.de qua conclusione vide plene Alex.in l.1.quod quisque iur.vbi plura scripsi. & Barb.in c.fi.
289 in 6.col.de consue.Secunda sit conclusio, † vbi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria quod possit interuenire procurator.& est aduertendum secundum Imo.col.10.quod vbi pro crimine venit imponenda pœna pecuniaria de iure cõmuni, licet in subsidium possit imponi pœna corporalis. potest tamen interuenire procurator. l. j. ff. an per alium causæ app.& l.2.C.de proc.nec consideratur quod per accidẽs.& in subsidium possit pœna pecuniaria in corporalem commutari iuxta l.si quis id quod.§.in seruos,de iurisd.omni.iud.& l.fi.
290 de in ius voc.& c.finem litib.de do.& cont.† quia debet considerari causa originalis, non autem accidẽtalis.l.3. §. qui habet.ff.de tutel.& debet spectari id quod principaliter agitur.l.si quis nec causam.ff.si cer.pe. sed a primordio tituli posterior formatur euentus, & hæc est communis omnium opin.vt Mod.dicunt in d.c.veniens.colum.10.& facit pro hac opin.l. non solum.in fi.de proc.vt in causa suspecti tutoris potest in-
291 teruenire procurator.Sed huic conclusioni † obst. id, q̃ Bal. dicit in l.reos.ver.quæro quid in pœna arbitraria. C. de accu. vbi quando pro crimine imponitur pœna arbitraria siue a iure, siue a statuto, licet actu crimen ipsum non sit capitale, ex quo tamen potentia potest effici capitale.iuxta gl.in §.in summa.Insti.de iniur. quæ vult quod iudex potest arbitrari vsque ad mortem, tale crimen censetur capitale, & non potest interuenire procurator, augetur difficultas.nam quia pro iniuria potest imponi pœna supra relegationem, & tale crimen
292 censetur capitale.l.fi.ff.de iniu.† dic pro resolutione quod id quod dicitur, quod ille qui non habet in ære, luat in corpus, procedit in debitore, qui laborat inopia. Item in debitore eo inuito non potest commutari pœna pecuniaria in corporalẽ secundum Bal.& Alex.in l.fin.de in ius voc.nec est præsumendum quod velit eligere pœnã corporalem. & iste malus euẽtus non debet considerari. l.inter stipulãtem.§.sacram.de verbo.oblig.& istud, quod qui non habet in ære luat in corpus. est quoddam ius extraordinarium, quod non debet haberi in consideratione.l.Seio. §.medicus.de annuis leg.quia præsumptio non est quod reus efficiatur non soluendo. l.si defunctus. C. arbi. tut. Secundo est aduertendum quod aliquando imponit̃ pœna pecuniaria ex delicto virtute statuti, pro quo tamen a lege communi pœna pecuniaria imponebatur. &
293 tunc dic prout supra dictum est. Tertio† aduertendum est secundum Bar.hic, quod vbi pro homicidio imponitur pœna pecuniaria quod ex parte rei potest interuenire procurator, quia vbi venit imponenda pœna pecuniaria pro homicidio, cessat ratio prima prohibitiua constitutionis procuratoris, de qua hic per gl.cessat etiam alia ratio assignata per Bart.in extrauag.ad repr.in verbo legitime.nam si procurator ad pœnam pecuniariã condemnabitur, illam repetet, quod non est vbi pœna corporis afflictiua posset imponi. Cessat, & alia rõ assignata hic per Bar.ac fere omnes rationes quas s̃.dixi cessare videntur.& opin.Bar.hic est communiter recepta, hanc tenent Bal.Saly.& communiter ceteri in l.reos.C. de acc. & do. Ant.& communiter Cano.in d.cap.veniens. est verum quod Guido de Suzar.in l.seruum quoque. §. publice, amplectitur sententiã contra Bar.hic,& dicit, se vidisse iudicari pro, & cõtra,& mouetur primo per hunc tex.qui generaliter loquitur, quod in publico iudicio procurator constitui non possit, sed rõsio colligitur per locũ a cessãte ratione huiusce.§.ergo cessat eius dispositio.l.adigere.§.quamuis.de iure pa. attento maxime, vt supra diximus, quia pro crimine publico pro quo pœna pecuniaria imponitur, non datur procurator. Secundo
294 mouetur Guid.de Suza.† nam licet pro homicidio imponat̃ pœna, origine tñ est delictũ publicũ. ergo spectãda est origo. l.3.C.ad Maced.& l.si procurator, ff.man.& ideo dicit text. in l.clam possidere. vbi origo possessionis spectanda est, vbi Ias. in 6.no. infert ad plures.q. suadetur secundum Guid. de Suza-
295 ria, † quia pœna succedens in locum alterius pœnæ debet sapere eius naturã. l.si donator, §. si sponsus.ff.de donatio.inter virum & vxorem.sed responderi potest, quod id quod dicitur quod origo spectanda est, procedit vbi accidens naturæ non contradicit, alias attenditur accidens, non autem originalis natura, vt Bar.dicit in l.j.§.remouet.ff.de postul.& idem Bart. in l.3.§.qui habet,de tutel.cum sim.de quibus per Alexand.in l.si quis posthumus.de lib.& posthu.& tradũt Cy.Bal.& Pau. de Cast.in l.si eadem.vbi dixi.ff.de offi.assess. & ideo dicit Bar.
296 in l.2.§.hæc actio.si quis test.liber esse iuss.fuerit.quod † id quod dicitur quod subrogatum stat in natura sui principalis, procedit quando subrogatum non transeat in aliam rem alterius naturæ, facit.l.cum in fundo.§.si fundus.ff.de iure dot. melior est solutio quod in subrogatione cessat ratio prohibitiua cõ-
297 stitutionis procuratoris. † Sed huic conclusioni aliud est, quod fortius obst.nam vt Bar.dicit in l.1.ff. ui bono. rapt.per l.quoties.ff.de act.& obl.vbi a statuto pro homic. imponitur pœna pecuniaria, non videtur recessum a pœna iuris communis.& fuit opi.originalis Vber.de Bob.in lib.cauillationũ. & Io.de Deo.quos citat Io.And.in add.ad Spec. in rub.de fur. ad quam alleg.tex.in l.1.2.& 3.ff.arborũ furt.cęs. Tu dic quod contraria opin.est verior: quod imo videatur recessum a pœna iuris communis, quæ probari videtur in l.2.ad l.Aquil.vbi late Flor.per illum text. & ita tenent communiter antiqui in l.sepulcra.C.de sepul. vio. quo casu cum non sit in potestate iudicis imponere pœnam corporalem, aut pecuniariam, poterit interuenire procurator, sed præsuppositio quod sit in electione iudicis imponere pœnam corporalem aut pecuniariã. dico quod spectanda erit forma libelli accusatorij, & eius cõclusio quæ si cõcludat ad pœnã corporalẽ habebit locũ §.vf. secus si pecuniariã, ĩ casu vero dubio p̃t dici q̃ dixi s̃.de actio-

Digitized by Google

298 ne iniuriarum. Quarto † aduertendum eſt inquantum. Barto. concludit, quod vbi pro delicto imponitur pœna pecuniaria ſi tale delictum eſt publicum, poteſt interuenire procurator ex parte accuſatoris, ſecũdum diſtinctionem. l. ſi cui, ff. de verbo. ſign. & l. licet. ff. de procur. & in l. in populari, ff. de popul. act. nam ex quo iudicium publicum tendit ad vindictam publicam, & quilibet de populo poteſt agere, fruſtra ad crimen publicum perſequendum poteſt interuenire procurator, quia ipſe procurator conſtitutus, eſt ita dominus accuſationis ſicut ipſe conſtituens, ideo lite conteſtata poteſt procuratorem cõ ſtituere, & hoc eſt, ꝙ dicit tex. in l. q̃ populari. ff. de popul. act.

299 ꝙ † Ille qui conuenit̃ actione populari ad defendendũ procuratorem dare poteſt, ſed agens non poteſt, niſi poſt litem conteſtatam. Sed iſta opi. Bar. non videtur tuta ſimpliciter lo

300 quendo, quia † tex. in d. l. licet. vult quod vbi quis agit pro intereſſe ſuo, vel ſuam, & ſuorum iniuriam proſequitur, quod poſſit conſtituere procuratorem etiam ante litem conteſtatam. Item in publicis iudiciis non poteſt etiam poſt litem conteſtatam interuenire procurator, niſi dicas, quod illud eſt verum, vbi imponitur pœna corporis afflictiua. Secundo prædictis ob. & videtur quod ex parte accuſatoris poſſit interuenire procurator, ſicut ex parte rei. Primo, quia in iudiciis eſt ſeruanda æqualitas. l. fi. C. de fruct. & litis expen. & per regulam. l. nõ debet actori. ff. de reg. iur. ſed datur ratio diuerſitatis, quæ colligitur ex d. l. quod populari actione. ff de popul. actioni.

301 Tertio ob. quia videtur, quod † vbi ſtatutum pro delicto publico imponit pœnam pecuniariam, quod deſinat eſſe delictum publicum, vt probari videtur, in l. 2. ff. de concuſſ. ſecundum vnum intellectum, gl. quem ibi Barto. refert. Sed ad iſtũ tex. reſpondet Bar. in l. 1. in 4. colum. in ver. ſed contra hoc. ſupra eo. ti. quod aliquando ſtatutum imponit nouum nomen ipſi delicto. vt quia falſitati imponit nomen concuſſionis. & iſto caſu damnatus ex tali delicto, quod deſinit eſſe publicũ non efficitur infamis, & in tali delicto pro quo imponitur pœna pecuniaria poteſt conſtitui procurator, aliquãdo vero per ſtatutum, vel legem nouam pœna publici iudicij, tantũmodo alteratur, remanente tamen nomine delicti. vt quia ꝑ homicidio imponitur pœna pecuniaria. vt hic Barto. dicit, & iſto caſu non deſinit eſſe delictum publicum, & iſtud probatur ſecundum Bar. in d. l. 2. in 3. col. nam hodie alterata eſt pœna. l. Iul. de adul. & tamen nõ deſinit eſſe delictum publicum, l. quamuis. C. de adul. iuncta auc. ſed nouo iure. C. de adul. & idem probatur in l. ſi quis hoc genus. C. de epiſ. & cler. iuncta auct. ibi poſita. in caſu ergo Bar. hic licet pro homicidio imponatur pœna pecuniaria, tamen tale crimen non deſinit eſſe publicum, & iſto ſecundo caſu procedit, id quod dicit Bar. hic, quod vbi quis vult accuſare homicidam ex lege publicorum iudiciorum, non poteſt ante litem conteſtatam cõ ſtituere procuratorem, ſecus poſt, niſi proſequatur propriam iniuriã ratione proprij intereſſe. vt ſupra dixi, & cum Bar. trãſit D. Ant. in d. c. venie ns. & cõmuniter Scribẽ. & Fed. de Sen. in conſi. 208. Cogita ſuper præmiſſis.

302 Circa ſecundam quæſtionem Bar. † an vbi in defectum pœnę pecuniariæ imponitur pœna corporalis, poſſis interuenire procurator, vt puta ſtatutum dicit, quod pro homicidio qs puniatur pœna centum librarum, quam ſi non ſoluerit infra menſem. afficiatur pœna capitis. & Bar. diſtinguit aliquos caſus. Primus caſus eſt, vbi imponitur pœna capitalis ex eadem lege. & tunc non poterit interuenire procurator, quia pœna non ſoluta remanet caput in obligatione. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad l. Falc. facit. l. obligationum fere. §. fi. Secũdus caſus eſt, ſecũ-

303 dum Bar. † quando in defectum pœnæ pecuniariæ lex mandat per officium iudicis imponi pœnam capitalem, & tunc non eſt crimen capitale, & maxime quando hoc exprimitur a lege l. quicunque. C. de ſer. fug. Tertius caſus eſt, quando pœna a lege impoſita augetur, quod iſto caſu, vbi augetur pœna non ex illa lege, quæ originaliter pœnam imponit, & tũc ſpectari debet illa prima pœna ad cognoſcendum, an ſit capitalis. vt probari vi̇ in l. ſi quis iniuria. ff. de iniur. & in l. j. de ĩ litẽ iur. Quartus caſus eſt, vbi pœna primo loco impoſita non nouatur per ſecundam, ſicut in primo caſu, ſed ſtatutum dicit facienti tali delictum imponatur talis pœna, quam teneatur ſoluere infra 10. dies, & ſi non ſoluerit infra 10. dies puniatur in quarto pluris. nam ex quo ſtatutum diſpoſitiue loquitur, quod condemnatus teneat̃ illam ſoluere infra 10. dies, illud quartum plus conſiderari non poteſt, vt pœna delicti, ſed eſt pœna contumacię: ſi non ſoluat, ſecus tamen eſt, vbi ſtatutum loquitur conditionaliter, vt quia dicit, ſi quis commiſerit falſum. puniatur tali pœna, quam ſi non ſoluerit infra 10. puniatur in quarto plus. nã illud quartum plus cenſetur pœna delicti qualificati, quia ſi iſte condemnatus non ſoluat ꝛ.

304 10. diẽs non dicitur in aliqua ꝙtumacia. Circa † duos primos caſus aduerte ſecundum Io. de Imol. in d. l. 2. quia videtur, ꝙ Bar. imponat legem verbis. & non rebus contra. l. 2. C. communia. de leg. quia regula trita eſt, quod non curamus de modo, dummodo ſequatur effectus. ex quo enim vtroque caſu loco pęnę pecuniariæ ſubrogari videtur ipſa pœna capitalis, ergo debet iudicari crimen capitale, ex quo pœna capitalis ꝑ eo imponi poteſt. arg. l. ſufficit. de condi. & demonſt. nec pro-

305 bant aliquid iura allegata per Bar. † & primo tex. in l. 1. de ĩ litem iur. quia ibi ob contumaciã non reſtituentis augetur condemnatio. hoc enim eſt, quod ibi dicit tex. non enim pluris fit per hoc, ſed ex contumacia æſtimabitur vltra eius precium. ſed in caſu noſtro pęna capitalis, ſiue imponatur a lege, ſiue ſit imponenda a iudice, quia lex hoc expreſſe dicit vtroque caſu videtur, quod ex quo crimen poteſt eſſe capitale, ꝙ non debeat interuenire procurator, nec aliquid faciunt. l. quicunque. & l. ſi quis iniuriam. quia ibi ſecundum ordinatam, & regulatam diſpoſitionem non erat imponenda pœna corporalis, ſed extra ordinem, & in ſubſidium, & talis malus euẽtus ſpectari non debet. Sed Imo. & Mod. in d. c. veniẽs. qui eũ formaliter ſequuntur, rñdent rationi Bar. quia vbi pœna imponit̃ cẽtũ libr arũ, & ſi nõ ſoluerit infra 10. dies puniatur in capite illico, ꝙ eſt contumax talis obligatio cenſetur nouata & transfuſa in pœnam capitis. d. l. obligationu fere. §. fi. ſecus tamen eſt, vbi lex mandat ſolui, & ſi non ſoluat imponit iudici. vt ipſum delinquentem pœna capitis afficiat, quia iſto caſu non eſt facta nouatio ipſo iure, quandoquidem eſſet poſſibile, vt iudex ipſe illam pęnam non imponeret. nec eſt verum, id quod dicunt Imo. & Modern. quod iſte caſus, vt qs efficiatur non ſoluendo, vt luat in corpus, non debeat ſpectari, quia malus euentus ad prouidendum ne iudicium reddat̃ eluſorium ſpectandus videtur, l. generaliter. §. ſi quis ſeruo pi-

306 gnoris dato. ff. de fideic. lib. Pro † reſolutione dictorum Bar. in d. l. 2. conſierandi ſunt aliqui caſus. Primus caſus eſt, vbi a ſtatuto venit imponenda pœna alternatiue pecuniaria vel capitalis, tunc dicitur crimen capitale. vt Bart. dicit in d. l. 2. quia in diſpoſitione alternatiua vtrunque eſt in obligatione. l. cum illud. ff. quando dies leg. & ideo vbi in vna parte alternatiue eſt res diuidua, & in altera indiuidua, tota obligatio cenſetur indiuidua, nec mihi placet id, quod dicit Imo. hic dum dicit, ꝙ aut eſt electio iudicis, & tunc erit capitale. idem eſt quando erit electio rei, antequam eligat. quia dico quod vbi imponit̃ pœna pecuniaria, vel alia corporalis, quæ quidem corporalis eſt valde diſproportionabilis, credo ꝙ non poterit eligi illa pœna corporalis, ſed tñ pecuniaria. argum. l. ſi de interpretatione. ff. de pœn. & regulam in pœnis. de reg. iur. in 6. & per cõ ſequens poterit interuenire procurator. Secundus caſus eſt,

307 † vbi pro delicto pœna pecuniaria, & corporalis imponitur, vt quia ſtatutum dicit, ſi quis fecerit furtum puniatur pœna dupli, & fuſtiget ur. nam iſto caſu non poterit interuenire pro

338 curator, & cõcludendũ eſt, qd̃ non † quia illa qualitas, qd̃ fuſtibus cedatur, quæ nocet ſpectari debet. l. cum vir. de vſu. c. ꝑ dona. & l. ſi quis in graui. §. fi. ad Syllani: & ita cõcludũt Mod. Senen. in d. c. veniens. col. 17. & vltra eos facit pulcher tex. in l. Pedius. §. j. de arb. & in l. 2. § a pupillo. ff. de vſuc. pro empto. cũ ſimil. de quibus per Fely. in c. 1. col. fi. de except. & in c. 1. col. 5. de re iu. tu uero dic, ꝙ hic attenditur pœna fuſtigationis, non vt noceat, prout dñt Senen. ſed vt proſit, & ſic vt iudicium va-

309 leat † quo caſu quãdo concurrunt duæ cauſæ, vna quæ nocet, & altera prodeſt. ſi illa quæ prodeſt, tendit ad validandũ actũ illa ſpectanda eſt, ita tenet Laſ. poſt gl. ibi in l. ſi mater, in 3. col. C. de inoffi. teſt. in hoc caſu igitur attenditur cauſa, quæ no-

310 cet. quia reſpicit validitatem iudicij. Tertius caſus eſt, † vbi ſtatutum dicit, ſi quis commiſerit tale delictum, plectatur pœna amputationis pedis, & ſi non ſoluat infra menſem centum, nam ex quo pœna amputationis pedis eſt in obligatione, & pœna centum eſt in facultate ſoluendi, ſine dubio non poterit in tali crimine conſtitui proc. cum pœna corporalis ſit in obligatione, & pœna pecuniaria in facultate ſoluendi. Facit pulcher tex. vltra alios. in lege ſi quis ſtipulatus fuerit decem in mille. ff. de fideiuſſ. Quartus caſus eſt, vbi ſtatutum dicit, ſi quis commiſſerit tale delictum puniatur pœna centum, & ſi non ſoluat infra menſem amputetur ſibi manus, & Bartol. cum quo tranſeunt ceteri hic. & in dicta lege tertia. ſupra eodem concludit, quod non poterit interuenire procurator propter dubium. arbitrarer tamen quod ſi accuſatus præſtaret fideiuſſionem de ſoluendo pœnam pecuniariam, quod poſſet interuenire procurator, eodem modo ſi aliquis procuratorio nomine interueniret, ſua conditione, ſi condemnatus ſoluat pœnam pecuniariam alias habeatur pro non admiſſo. & ita dicunt præfati Moder. in d. capit. veniens. ſed illa cautela mihi non placet propter fragilitatem cautionis, vt vtar verbis Pauli in l. qui ita. §. 1 ff. ad Trebel. mihi non placet etiã quod admittatur ſub conditione, quod ſi imponatur pœna corporalis. quod habeatur pro admiſſo. argumen. l. actus legitimi. ff. de reg. iur. attento etiã quia hoc modo iudiciũ poſſet reddi eluſorium, ꝙ non eſt dicendũ. arg. l. ſi prętor. ff. de iud.

Circa

Digitized by Google

Circa ſecundam quæſtionem Bar. quid ſit officium excuſationis. elici poſſunt plures concluſiones. Prima ſit concluſio
311 quod † ad allegandum cauſas neceſſarias, quæ ipſum reum, velit nolit, impediunt venire, admittatur quilibet, & ſine mã dato ac ẽt ſine ſatiſdatione rati. quilibet ergo tam maſculus quam fœmina maior ſiue minor poteſt comparere pro abſente, ad allegandum quod eſt infirmus, incarceratus, vel alio impedimẽto neceſſario ĩpeditus. q̃ iſta eſt allegatio meri facti. imo etiam infans admittitur, vt hic per Bal. poſt Inno. in d. c. veniens. licet regulariter non poſſit eſſe in iudicio. l. quos prohibet. ff. de poſtulando. & facit l. non ſolum. ff. de procur. & cum Bar. hic tranſeunt Inn. Io. And. D. Ant. Abb. & Mod. in d. c. veniens. & idem Spec. in ti. de procur. ver. decimo. & in ti. de accu. verſic. ſi autem. Amplia primo hãc concluſionem. vt etiam procedat, quando reus eſt citatus, & quis defenſorio nomine comparet, & allegat cauſas neceſſarias abſentiæ admittitur etiam ſine ſatiſdatione, de præſentãdo ipſum abſẽtẽ ceſſante impedimento neceſſario, ita tenẽt Guid. de Suza. & Bal. in d. l. ſeruum quoque. §. publ. ff. de procur. mouetur per tex. in l. ſi conſtante. §. quoties. ff. ſol. matr. Et ſequuntur Mod. in dicto capitu. veniens. vt ſũpra dixi. ratio eſt, †quia allegans
312 cauſas abſentiæ non poteſt condemnari, nec cõtra eum fieri executio, & ideo non tenetur cauere de iudicatum ſoluẽdo, minus de præſentando ipſum reum. l. liberto. in fi. de procur.
313 Secundo ampliatur iſta concluſio, vt † etiam procedat, dato quod ſtatutum diceret, quod lapſo termino banni non recipiatur aliqua defenſio, nam hoc caſu etiam poterit allegari, neceſſaria & probabilis cauſa abſentiæ, ita dixit Bal. in d. §. publ. colum. 7. ſubdit tamen quod hoc non ſeruant aſſeſſores, quia ſtatuta ſunt multum prẽciſa quod nulla defenſio admittatur, & quod talis poſitus in banno lapſo termino habeat pro confeſſo, & cum ſtatutum fingat eum confeſſum, cõtra fictionem probari non poteſt. l. ſiue poſſidetis. C. de proba.
314 Verum tamen quia † defenſio eſt de iure naturali, & ſicut nõ poteſt tolli per principem. clem. paſt. §. fin. de re iud. multo minus debet poſſe tolli per ſtatutum. facit. l. 3. §. ſi ad diem. ff. de re mili. quo fit vt ſaltem ope reſtitutionis in integrum debet admitti. l. fi. de in integ. reſti. imo videtur, quod ſiue reſtitutione in integrum admittendus ſit talis excuſator, quando quidem non poſſit dici contumax. attento quod neceſſaria, & p̃ babili cauſa fuit impeditus comparere, & ſtatutum denegans defenſionem elapſo termino banni videtur intelligendum de plena defenſione, non autem de iſta per quam apparebit bãnitum non fuiſſe contumacem. Secunda colligitur concluſio ex dictis Bar. quod †ad allegandum excuſationes probabi
315 les quod reus non poteſt venire, quia in loco habet inimicitias, vel quod itinera nõ ſunt tuta. iuxta l. de ætate. ff. ad Treb. & l. ſciendum. §. 1. de legatio. non admittitur excuſator ſine mandato, & eſt communis Doct. ſententia. vt hic per Imo. & alios communiter, & in d. c. veniens. & poteſt etiam exemplificari iſtà concluſio non ſolum vbi accuſatus vel inquiſitus citantur ad locum non tutum, ſed etiam vbi citantur eo tempore quo itinera non ſunt tuta. vt tradit Old. in conſ. 46. quod
316 incip. quæritur † idem eſſet vbi citaretur ad locum peſtiferum argum. tex. in l. 2. §. pen. ibi, vel aliqua fortuita calamitas. ff. ſi quis cau. per quem tex. fuit excuſatus Gregorius. 12. quod ad
317 concilium Piſanum non acceſſerit, quia † locus ad quem q̃s citatur debet eſſe ſecurus non ſolum pro reo, ſed pro teſtibus, aduocatis, & aliis p̃ſonis neceſſarijs. 23. q. 2. c. ſiue de coniugii. Idem eſſet vbi quis citaretur ad locum in quo timeret nõ poſſe conſequi iuſtitiam propter potentiam aduerſarij ſui, vt declarat Ange. in diſpu. quæ incip. Bon. in 4. & 5. dub. & facit tex. in c. ſtatutum. §. cum autem. de reſcrip. lib. 6. Ad vnum ad uer-
318 te vltra Ang. †quod reus citatus non excuſatur a cõtumacia propter hoſtiliatem quæ fit in territorio, vnde habet tranſire ſi tranſeuntes per illa loca ſint ſoliti obtinere ſecuritates, q̃a eſt in culpa ipſe hoc idem non petendo, & pro iſta cõcluſione facit tex. in l. quibus diebus. in prin. vbi Bal. de condi. & demon. & in l. ſed, & ſi per prætorem. §. ait prætor, ex quibus ca-
319 maio. quæ dicit †quod impedimentum, quod de facili poteſt remoueri, non eſt iuſtum impedimentum, & ſecundũ Mod. in d. c. veniens. colum. 37. poſt Ang. in d. diſputa. inc. Bononienſis. ſi accuſatus vel inquiſitus citatus ad locum non tutũ, vbi haberet inimicitias capitales excuſaretu nron comparens,
320 † eodem modo ſi concedens ſaluum conductum eſſet tyrannus vel non ſoleret fidem datam obſeruare, quia hiſce
321 principibus non eſt credendum. Sed †iſta concluſio ita declarata ſecundum Bal. & Imo. non videtur tuta, & videtur quod imo poſſit quilibet etiam ſine mãdato adducere ſimiles cauſas probabiles, quod non eſt tutus acceſſus. quia negari non poteſt quod huiuſcemodi cauſę non ſint nedum iuſtæ, ſed ẽt iuſtiſſimæ. vt dicunt iura per Barto. adducta. in d. l. de ætate. ad
322 Treb. & l. ſciendum. §. 1. ff. de legatio. attento maxime, †quia non eſt præſumendum, quod citatus ad locum non tutum vbi habet inimicos capitales, velit ſe committere capitalib. inimicitijs, etiam ſi haberet literas ſalui conductus: vt probari videtur in c. accedens. el. 2. vt li. non conteſta. Suadetur etiam iſta opi. vltra Bal. & Imo. per iſtum tex. qui dicit, quod excuſationes abſentiũ ex ſenatuſcõſulto iudicib. allegant̃, & clarius per tex. in d. §. publice q̃ dicit publice. intereſt abſentem a quibuſcũq; defendi. facit. l. reos. C. de accu. quæ iura adducit Ang. in diſputa. ſua quæ incĩ Bononiẽnſis. in 7. dub. Pro qua etiam facit duplex ratio, nam vbi quis citatur ad locum non tutum vel peſtiferum, & non compareat, præſumptio eſt quod non velit ſe committere in manus inimicorum ſuorum, non aũt
323 quod hoc faciat voluntarie, attento, q̃ †contumacia ſonat in
324 delictũ. vt gl. dicit in l. ſi filius. de inter. act. & delictũ † non præſumitur, niſi probetur. l. quoties. §. qui dol. de prob. Vlt. ſuadet̃ hæc opi. contra Bar. & cõem, arguendo per locum a verosi-
325 mili. †nam nullus eſt ita inſipidus qui non cupiat cruciatum corporis, vel mortis periculum declinare. vbi ergo quis huiuſcemodi periculum allegat, prę̃ſumẽdum eſt, quod citatus vtiliter geſtum ratificabit. argum. l. ſi pater. de don. dum dicitur merces enim eximij laboris appellanda eſt, quod contemplatione ſalutis certo modo extimari non placuit. aut vero accuſatus veniens ratificabit geſtum, & factum per hunc excuſatorem, & tunc ſatisfaciunt intentioni iudicis inquirentis, vel accuſatoris, ſit vero noluerit ratificare, poterit quandocunq; hiſce excuſationibus renunciare. & cum Bald. & Imol. tranſeunt Mod. Seſi. in d. c. veniens, colum. 28. Et dicit Angel. in d. diſp. quod ex præmiſſis confunditur etiam tertia concluſio
326 Bar. dum dicit, quod †quis non poſſit ſine mandato oppone re exceptiones dilatorias, & declinatorias. ſed hiſce rationib. facile poteſt reſpõderi. nam ratio quare non debeat admitti talis defenſor ſine mandato colligitur ex. l. in eo. §. nemo. de
327 reg. iur. & in l. ſi ad defenſionem. ſupra iud. ſol. †nam intereſt actoris contra quem huiuſcemodi excuſationes opponuntur vt talis excuſatur habeat mandatum, ne iudiciũ reddatur eluſoriũ. ſed tuendo opi. Bal. quæ mihi placet per tex. in d. §. publ. dic, & iſtud, q̃ reddatur iudicium eluſorium, non conſideratur vbi allegãtur exceptiones dilatoriæ. ſeu declinatoriæ, quæ proponuntur ante li. conteſt. vt quia accuſans eſt infamis, aut excommunicatus, vel alias inhabilis. ſi velles tamen tueri opin. Bar. volo quod aduertas ad iſtum tex. in quo ponitur regula, quod ad crimen publici iud. perſequendum, vel ad ſe defendẽdum, fruſtra procurator interuenit, poſtea ſubijcitur, ſed excuſationes abſentium iudicib. allegant̃, quia exceptio vt ſit de regula, debet intelligi, quod requiratur mandatũ, & maxime
328 q̃a † de natura illius aduerſatiuę, ſed, eſt aduerſari his quę ſunt eiuſdem generis, gl. in l. mariti, de adul. Si uelles tñ tueri opi. Bal. Imo. & Mod. contra Bar. & cõem uolo quod habeas præ
329 oculis tex. quem ponderat Aret. in d. cap. veniens, † in l. fin. ff. de requi. re. vbi dicit quod ſi reus non comparet poſt citationem infra annum vel non habeat qui eum defendat in cauſa capitali poſt annum confiſcantur eius bona. ergo cum tex. non poſſit intelligi de cauſis innocẽtiæ, intelligi debet de cauſis abſentiæ in quibus admittitur ſimplex defenſor ſine mandato, & ſi quiſpiam ſubtiliter diceret ille tex. debet ſuppleri, vt intelligatur de defenſore cum mandato, replicari poteſt quod talis nõ dicitur proprie defenſor, ſed procurator, l. reos. C. de acc. & 3. q. 1. cap. defenſor. ſed etiam aliquando defenſor capitur pro procuratore, & pro tutore, & curatore. l. 1. ff. qui pe. tu. Item poteſt intelligi ille tex. de defenſore cum cautio.
330 de iudicatum ſoluendo. †nec eſt inconueniens quod ibi procurator appelletur defenſor, ſicut aliquando etiam dicitur p̃curator, quia non habet mãdatum. l. iudicatum ſolui. §. 2. ff. iudi. ſolui. Secundo opin. Bart. & communi refragari videtur,
331 nam vera eſt iuris cõcluſio quod †in criminalibus vbi abſens condemnari poteſt, admittitur defenſor ſine mandato etiam ad allegãdum cauſas innocentiæ, ſeu cauſas cauſæ, d. §. publ. ſecundum communem intellectum. ergo idem videtur dicẽdum in cauſis capitalibus vbi abſens condemnari non poteſt probatur in d. §. publ. duplici ratione. Primo quia tex. in 1. & 2. reſponſo permittit allegari cauſas innocentiæ in vno caſu, & cauſas abſentiæ in cauſa capitali. Secunda ratio, quia in cauſa capitali arguendo per locum a communiter accidentibus agi poteſt de grauiori præiudicio ſi nõ admittatur excuſator ad allegandum cauſas abſentiæ, quam ſi non admittatur ad
332 allegandum cauſas innocentię in alio caſu. quia † abſens condemnari non poteſt. eius bona confiſcantur, poſt annum irreuocabiliter. d. l. fi. de requi. re. Si ergo ſuccurritur accuſato, vel inquiſito abſenti, qui abſens condemnari poteſt vt cauſæ ſuę innocentiæ allegari poſſint, vbi forte ratio agetur de priuatione totius patrimonij longe, magis, & minus dubie debet ſuccurri abſenti, qui non poteſt cõdemnari, cuius omnia bona tamen publicari poſſunt, vt admittatur excuſator ſine mãdato. Sed tendo cõem rñderi p̃t, q̃ ſatis eſt, q̃ ſuccurat̃ abſẽti cuiꝰ bona publicari pñt vt poſſit cõparere cũ mãdato: & ſatis

Digitized by Google

probatur iſta opi.in hoc tex.ꝙ requiratur mandatum. ponderando,vt ſupra dixi:& clarius.in d. c. veniens.de acc.Retenta igitur opi.Bart.hic,quæ eſt, communis, & quam tenet etiam
333 hic Benedic. de Plumb. colum. 10. quod † ad proponendas exceptiones mere dilatorias admittatur excuſator cum mandato,limitatur vt non procedat ſecundum Aret.in d.cap. veniens.colum.12.vbi exceptio dilatoria, ſeu declinaroria eſſet notoria,& idem dicit Aret.vbi talis exceptio contingeret ipſum crimen,alleg.Ang.in l.ſi filius.ff.qui ſatiſd.cogan.quia ſicut ipſe iudex ex officio ſuo tenetur defendere accuſatum, ita debet permittere vt ab alio defendatur.facit l.cui cum maior.§.ſi libertus.de fid.liber. vbi iudex nemine petente debet abſoluere reum. Bart. tñ infra vñ velle ꝙ talis excuſator non ſit admittendus ſine mandato.Sed iuxta prædicta cadit dubi
334 tatio,† quid ſi iudex non admittat comparētem nomine abſentis, qui dicit ꝙ ſi inquiſitus eſt in partibus longinquis, vel eſt abſens,vel infirmus,& ſe offerat hoc probaturū per modo cōſtat, & modo agat̄, & iudex recuſat recipere has probationes,an proceſſus ſit nullus,& Bar. in extrau.ad repr.in ver. neglexerit,tenet ꝙ proceſſus eſt nullus,quia ſtat per iudicē,quo minus certior fiat. allegat tex.in c.interpoſita . de app.& ſubdit ꝙ ius ſit ſaluum parti petendi reſtitutionem in integrum ob iuſtam abſentiam.iuxta.l.ſi.de reſt.in integ.& licet dictum Bar.non probetur.in d.c.interpoſita.vt in voce dixi, tamen ex
335 dicto Bart.habes cautelam:†ꝙ ſtatim,ꝙ quis commiſerit homicidium vel delictum aliquod in quo non poteſt procurator conſtitui,vt horteris eum,vt ad partes remotas proficiſcatur,& mittas aliquem ad allegandum cauſas abſentiæ ſuæ,q̄ per modo conſtat, & modo agatur ſe probaturum offerat, quiſi non admittatur a iudice proceſſus erit nullus, etiam ꝙ ex forma ſtatuti contumax habeatur pro confeſſo.& hāc cautelam tradunt Mod.in d.c.veniens.in 10.char.in 4. col.in 2.q.
336 prin.Tertia colligitur concluſio ex dictis Bar.†ꝙ exceptiones quæ licet opponantur ad proceſſum tangunt tamen crimen, non poſſunt opponi per procuratorem . exemplum eſt ſecūdum Bar.vt ſupra cum opponat exceptionem rei iudicatę,vt puta nō poteſt procedi, quia reus accuſatus iam fuit condemnatus,vel fuit abſolutus,vel non poteſt accuſari,quia occiſus ex forma ſtatuti poterat occidi,ad has enim exceptiones proponendas procurator interuenire non poteſt . Primo per iſtum tex.qui generaliter dicit, quod ad crimen publici iudicij perſequuntur,ſed ex quo hæ exceptiones tangunt crimen per eas fieri dicitur criminis executio.& iſta ſecundum Ioan. And.in add.ad Spec.in titu.de acc.§.eſt.ver. quid ſi bannitus , fuit originalis opi.Iac.de Are.quem Bar.non citat , ꝑ qua, vt ipſe dicit,ita conſuluit Piſis cum Franc.Tigrino.& opi.Barto. hic communiter recipitur,vt Imo.hic dicit.colum.18.& Moder. qui referunt Bartol. & Imol. formaliter,in d.c.veniens .
337 † Sed iſta opi.communis non vñ tuta ſecundum Iacob. But. & Imo.hic qui exceptiones de quibus Bar.loquitur ſunt mixtæ.i.habent vim dilatoriæ exceptionis,& peremptoriæ. & ſic poſſunt opponi ad proceſſum & ad merita , & ideo dicuntur exceptiones litis finitæ,de quibus per glo.in c.1.de li. conteſt. & in l.nam,& poſtea,de iureiu.& tradit Bar. in l.quærebatur, ff.iud.ſol. vbi ergo procurator opponit non eſſe procedēdum ad vlteriora,quia fuit iudicatum illum eſſe ponendum in bā
338 no.& iſta eſt exceptio litis finitæ,† & ideo ſecundum Inn.hic ī omni diſpoſitione debet ſpectari id,quod principaliter agit̄, l.ſi quis nec cauſam.ff.ſi cert.peta. & facit l.non ſolum. §.fin. de proc.cum ergo procurator non veniat ad publicum vel priuatum crimen perſequendum,ſed potius ad ipſam perſecutionem impediendam, videtur ꝙ ſit admittēdus,quia finis debet conſiderari.l.& ſi non ſint.§.perueniamus. ff. de auro, & arg.leg.ſed replicari poteſt ex mente Are.in d.c a.veniens. col.v.ꝙ licet huiuſcemodi actus opponendi exceptionem de ſe non tendat ad punitionem criminis,& ſic ad perſecutionē accuſationis porrectę.10.quo tamen talis actus venit incidēter, vt pars iudicij crim.ſine dubio dicetur actus crim. factus ſuper crimine, & hoc videtur ſufficere,vt ad hoc crimen procurator conſtitui non poſſit,vt in hoc text.ergo ipſum iudicium crim.principaliter intentatum ſpectandum videtur , vt
339 dignoſcatur,quid poſſet fieri in ipſo iudicio.† nam principaliter vbi quis de delicto inquiritur vel accuſatur , ibi principaliter tractatur criminale, & capitale iudicium . ergo non debet conſiderari illud incidens,ꝙ opponi poſſit exceptio declinatoria.imo tex.in l.non ſolum.§.de proc.per Imo. adductus probat contra eum.nam ibi dicitur,ꝙ quamuis cum agitur ciuiliter ad remouendum tutorem in conſequentiam tutor criminaliter puniri poſſet.*l.j.*§.item.ff.de off.præfec. vrb.tamē hoc quod in conſequentiam venit ſpectari non debet , idem ergo dicendum videtur ꝙ iudicium principale eſt criminale, licet actus eidem iudicio incidens tendat ad effectum ciuilē, ſicut exceptio ad repellendum accuſatorem , tamen tale iudicium iudicabitur: vt criminale.arg.l.quoties.C.de iud. Sed
340 tuēdo opi.Imo.volo ꝙ aduertas quod†in omni diſpoſitione finis debet conſiderari.l.& ſi non ſint.§.perueniamus , de aur.& argen.leg.& tradit Bart.in l. ambitioſa,in 4. colum.& ff.de decre.ab ord.fac.ſed ratio finalis quare in cauſa crimina
341 li non poſſit interuenire procurator eſt,† quia talis cauſa videtur magni præiudicij.iſta ratio ceſſat,vbi agitur de opponēda exceptione declinatoria , quando quidem agatur hic de faciendo ne iudicium criminale efficiantur eluſorium.& vt litibus,& expenſis obuietur,& ne fruſtra agatur criminaliter & maxime quia text.noſter dicit , ꝙ ad perſequendum iudicium publicum fruſtra interuenit procurator,ſed ille qui opponit exceptionem declinatoriam , vult quod a tali perſecutione deſiſtatur:& ſi quiſpiam diceret,aduerte quia tex.noſter dum loquitur de perſecutione videtur loqui in ipſo accuſatore,ſed in reo nō loquitur de perſecutione,ſed de defenſione , & dicit,ꝙ reus non poteſt conſtituere procuratorem ad de-
342 fendendum,†ſed applicatione defenſionis venit exceptio declinatoria,l.ſed,& ſi ſuſceperit.§.1.in verſi.alijs defenſ.ff.de iudi.& tradit Bal.in l.quoniam Alex.C.ad l. Iul. de adulte. Sed tu aduerte,quia defenſio proprie eſt illa,quæ crimen excludit,ſed illa quæ proceſſum retardat non eſt proprie defenſio, vt eſt declinatoria.ita Bal.in l.1.C.q accuſ.non poſ. & gl. in c. 1.in gl.3.de lit.cont.lib.6.& tradit Fel.in rub.de excep & Alb.
343 in ſuo dictio.in uer.defenſio†non videtur recedendū ab opi. Bar.hic quæ communiter recipitur,vt concludit Are.in d. ca. veniens,col.6.quia negari non poteſt , quod ex parte accuſatoris cum petat ſe admitti ad perſequendum . ergo diſpoſitio facta ſuper perſecutione criminis habebit locum in caſu iſto. Idem uidetur in reo,ſed dicat Are.quid quid velit, opin.Bart. non videtur tuta.quia in hiſce exceptionib.declinatorijs non agitur de punitione criminis.vt in ſimi. dicit Bart.in l.ſolent, ff.de alimen.& cib.l.Retenta,tamen opi.Bar.quæ eſt communis,ꝙ exceptiones de quibus loquitur Bar. non poſſint opponi,nec in vim peremptorię,nec etiam in vim dilatoriæ,decla
344 ratur tamen huiuſcemodi concluſio.Primo,† vt non procedat,vbi talis exceptio eſſet notoria:quia ad eam opponendā procurator conſtitui poſſet,quando quidem iudex etiam ex officio ſuo debet ſuperſedere in proceſſu, & libellum ipſum accuſatorium lacerare,ne litigetur ſuper inani proceſſu,iuxta gl.in l.5.de off.aſſeſ.& facit gl.in l.qui cum maior.§.qui præſes.de bo.quæ lib.& hæc l.limitatio communiter recipitur.vt Nel.dicit in tra. ban.in 2.par.2.tēp.q.14.ſed hæc limitatio ſm Imo.hic poſt D.Ant.& Saly.ꝑ eum relatos.non vñ tuta, quia hic tales excep.opponūtur in vim exceptionis perēptoriæ.nō debet diſtingui,an ſint notorię vel nō,ſed ſolum debet diſtingui,an quis has exceptiones proponat,vt ſimplex allegator, vel inſtructor,& iſto caſu admittendus eſt,an vero,vt procurator,& iſto caſu eſt repellendus,licēt talis exceptio ſit noto-
345 ria,quia†notorium non releuat ab onere proponendi, licet releuat ab onere probandi,ut Bart. dicit in l.ſi adulterium cū inceſtu.§.idem Pollioni.ff.de adul.clemen.appellanti,de app. cōcludit ergo d.Ant.ꝙ ex quo quis nō ꝑt legitimare perſonā ſuam in proponendis hiſce exceptionib.peremptorij,etiam notorijs,non eſt admittendus,vt procurator.nec videtur tuta ratio Bar.hic,ꝙ ex quo iudex ex officio ſuo poteſt ipſum accuſatorem repellere,debet poſſe conſtitui procurator , quando quidem huiuſcemodi ratio concludat,ꝙ debeat admitti , allegator,ſeu inſtructor,non autem procurator.Item non eſt
346 tuta ratio Bar.hic ex alio capite,vltra alios,† quia id,ꝙ iudex poſſit ſupplere defectum partis in opponendo exceptionem notoriam.concludit,vbi talis exceptio demonſtrat accuſatorem non potiri iure accuſandi,vel agendi. Item procedit eo caſu,ubi iudex ſi non ſuppleret vicem partis, cum aliena iactura locupletaretur.vt Bar.dicit ſuper gl.ibi in ver.apponen-
347 do.† Si ergo in caſu noſtro apponeretur exceptio,ꝙ bannitus non audiatur,vel ꝙ eſt prędſcriptum accuſationi porrectę. talis exceptio non tolleret ius accuſandi ipſo iure , ſed illud potius elideret.& cum hoc caſu non poſſet iudex uices partium ſupplere,non poſſet quoque talis exceptio per procuratorem proponi,& cum poſſit ergo hoc caſu per allegatorem & inſtructorem ſubueniri, non debet admitti procurator,cū ſolum poſſit perſonam ſuam legitimare , ſed ad hoc reſpondet hic Io.de Imo.quem ſequuntur Senen.in d.ca.veniens,ꝙ ſpeciale eſt ī notorio, ꝙ admittatur procurator,licet eius per
348 ſona legitimari non poſſit.†quia in notorijs ordo eſt ordinē non ſeruare.Sed replicari poteſt ex mente Are. in d. capi.ve-
349 niens,ꝙ †ſicut delictum qualitercunque notorium non poteſt puniri per iudicem incompetentem.Bar.in l.magiſtratib. ff.de iud.ita non debet admitti procurator,cuius perſona legitimari nō poteſt.Sed replicari poteſt , quod eſt magna ratio diuerſitatis inter iudicem,& procuratorem : quia abſurdum eſt,quod iudex incompetens,& qui prorſus caret iuriſdictio-
350 ne iudicet: † quia exceptio incompetentiæ iudicis nunquā cēſetur excluſa.cle.1.de ſeq.poſ.& fruc.nō ſic eſt in exceptione

Digitized by Google

ne non legitimi procuratoris.& ideo licet iudex ſine mandato nō poſſit ſupplere vices partis in notorijs, debet tamē poſſe quis hoc facere,ut procurator. vbi habet mandatum.attento maxime:quia vbi exceptio eſt notoria, ceſſat finalis ratio prohibitiua.vt in criminalib.procurator interuenire non poſſit.Cogita ſuper prędictis, quia ſubtilia ſunt, & male, vt arbitror diſcuſſa per Scriben.Quarta colligitur concluſio ex di
351 ctis Bar.q† vbi exceptio eſt peremptoria, & opponit in vim peremptoriæ non admittitur procurator,quia ſi non admittitur ad plenam defenſionem,& ſic remouetur genus a proſecutione criminis.ergo & ſpecies. iuxta l.1.in fi.ff.de ſuis, & leg.& hæc concluſio ampliatur hic per Bar. vt procedat ſiue
352 dubietas ſit in facto,ſiue in iure, † quia ſicut vbi eſt dubium in facto non poteſt interuenire procurator,ita non poteſt interuenire vbi eſt dubium ſuper iure.l.cum prolatis.ff. de re iudi.& facit regula.§.quibus.in 1.conſti.C.& cum Bar. hic tran.
353 ſeunt communiter Scribē.† & ideo ſi aliquis compareat pro accuſato, & proponat q accuſatus nō interfecit illū, de quo accuſatur, quia ea die qua dicitur illum fuiſſe interfectum,ipſe non erat Paduæ,ſed Mediolani,adeo quod impoſſibile fuiſſet accuſatum in illo loco fuiſſe,admitti non debet . eodem modo non poteſt conſtitui,procurator ad proponendum illum fuiſſe mortuum longe anteriori tempore, quam ea die, qua dicitur interfectus.iuxta gl.in l.is qui reus.de pub. iud.nec mirum,quia iſta exceptio eſt mere peremptoria.Et idem, vt Bar.& Scrib.dicunt, eſt in exceptione mixta, vt ſupra dixi. ēt
354 vbi eſt dubietas in facto,vel in iure,†ideo non poteſt conſtitui procurator ad opponendum,q interfectus erat bānitus, quia a pari procedunt, excludere crimen directe, vel aliquid deducere,per quod crimen indirecte excludatur. Difficultas
355 huiuſce caſus conſiſtit in videndo †an exceptio banni ſit declinatoria,an vero ſit peremptoria,ita q poſſit opponi vtroque modo vt ſupra dixi.& Io.de Imo. hic dicit verba ſtatuti debere conſiderari,vbi enim ſtatutum dicit bannitus non audiatur,vel querela oppoſita pro bannito occiſo non audiatur, q hoc caſu ſine dubio hæc exceptio habet vim declinatoriæ. vt ex dictis Bar.elici videtur in l.nam poſtea.in prin.ff.de iureiur.& in l.cum lex.in fin.de fideiuſſ.Sed aduerte quia Bal.relatus per Aret.in c.ven. videtur velle, quod vbi ſtatutum dicit, bannitus non audiatur, non paratur aliquo modo exceptio
356 peremptoria, †quia exceptio quæ repellit agentem, & reſpicit qualitatem perſonæ agentis,iudicanda eſt potius exceptio declinatoria,quam peremptoria. vt Bal. dicit in l. filius.§.veter.ad finem commenti,de procuratori. & tradunt communiter interpretes in l.exce.C.de exc.& ideo Arc.ſatis impertinenter tangit plene illum articulum, an & quando exceptio inducitur per ſtatutum,cenſeatur denegatum ius agendi ipſo
357 iure,vel ope exceptio. † Sed tota difficultas conſiſtit,quando ſtatutum dicit q bannito denegetur audientia in criminalib. & ſm Bar. in d.l.nā poſtea,& in d.l. cū lex. vī quod ipſi bannito tollat ius agendi ipſo iure,& per cōſequens, q hoc caſu paretur exceptio mere peremptoria,quæ cum tangat crimen principaliter,non poterit proponi per procuratorē, ſed imo
358 videtur quod talis exceptio debeat dici declinatoria. † quia iſta verba non audiatur,videntur inducere declinatoriam,nō
359 peremptoriā c.†cōſtitutionem.de elec.dicitur enim in d.cle. conſtitutionem. q licet ille qui non ſeruat diſpoſitionem.c. vt circa.de elect.libr. 6. non debeat audiri ad proſequendam cauſam electionis.ſi tamen aduerſarius patiatur deducta probari,talis probatio valet,& ipſa electio cancellari debet, & tamen ſi per illa verba non audiatur pareretur exceptio perēptoria,non valeret probatio minus eſſet caſſanda electio.& ſi dicatur prout ſentit Are.q ibi ius in iudicio deductum principaliter reſpiciebat eccleſiam.vnde non potuit parari exceptio quæ tolleret,& perimeret ius ipſius eccleſiæ ideo paratur exceptio quæ ipſam perſonam repellit,replicari poteſt,quod conſtitutio illa non fundat ſe ſuper hoc, quod ius deductum reſpiceret fauorem eccleſiæ,& ideo poteſt dici ad illam clem. q licet dicatur quod non eſt poſtmodum in proſecution e negocij audiendus,tamen vltra procedit papa,quod ſi fiat probatio per aduerſarij confeſſionem, vel alio modo legitime, papa mandat illam non infirmari,& ſic procedit papa declarando,q per illud verbum non audiatur,non paretur exceptio peremptoria,alias pararetur,niſi dicatur tuendo ſol.Are ti.q nulla alia ratione ibi papa hoc determinat niſi vt ipſi eccleſiæ faueat.Iuxta hanc concluſionem Bar.ſe offert pulchra
360 dubitatio ſecundum Bal.hic,pone† ſtatuto cauetur q accuſatus,vel inquiſitus de crimine capitali non poſſit proponere aliquam exceptionem,vel defenſionem, niſi compareat perſonaliter.an iſto caſu erit aliquod remedium, ſi velit proponere per procuratorem exceptionem banni,vel aliam exceptionem quæ ſit notoria ? dic vt hic per eum.Circa.q. Bart.de
361 Rauagenſe Bon.habes ex eius dictis q † in examinatione exceptionis, q quis non fuit rite cancellatus de banno, non poteſt interuenire procurator , & ideo cum eſſet occiſus do. Rauagienſis Bonon.eius filij accuſarunt occiſores, fuit exceptum,q erat bannitus,& quod poterat impune occidi , fuit replicatum quod erat cancellatus de banno, ſed fuit iterum triplicatum, quod non erat rite cancellatus,vicit Barto. quod conſultum fuit,q in cauſa iſta non poterat interuenire procurator etiam q examinaretur coram alio iudice.& hæc fuit opin. Iac.de Bel.quia iſta examinatio fit ad finem criminis excludēdi,& ad ipſius criminis deciſionem.facit ſecundum Bar. l.arbitro.& l.ſi ab arbitro.ff.qui ſatiſd.cog.& l.fi.ff.quibus app. non li.& auc.ad hęc.C.de iud.ſed iſta iura non bene probant opi.Iac.de Bel.& Bar.& maxime quia varijs modis intelligūtur.vt idem Bar.dicit in l.in ambiguo.ff.de reb.du.& ideo ſecūdum Bal.hic videtur tutior opi.Iac.Butr.† quod imo quando
362 exceptio venit examināda ſeorſum a crimine q poſſit interuenire procurator per iura per eum adducta, & primo per l. 2.& l.præſes.C.ad legem Flaui. de plag. in quibus iuribus examinatio quæſtionis proprietatis tendebat ad excluſionem crimi. minis plagij. & tamen poteſt in cauſa interuenire procurator.l.de fide.C.de fal.& l.2.C.ad l.Fla. de plagia. & facit tex. vltra alios ī l.aduerſus.C.de fur.vbi in actione furti poteſt interuenire procurator, licet remedium tendat ad excluſionem
363 iudicij criminalis.Sed poteſt dici q †in d.l.2. C.ad l.fla.de pla.
364 cauſa rei vendicatæ.ſecūdum Imo.erat mere pecuniaria.† ltē in l.de fide.vbi in accuſatione falſi ciuiliter porrecta admitti-
365 tur procurator. †eodem modo in actione furti ciuiliter mota poteſt interuenire procurator.licet in q.Bar.exceptio illa q fuerit rite bannitus,vel non rite,vel cancellatus non videtur habere aliam naturam,niſi vt excludant delictum. Idem Io. de Imol.diſtinguit duos caſus . primus caſus eſt quando quis agit principaliter rei vendicatione contra illum qui dicitur ſeruum adduxiſſe,& hoc caſu poteſt iuteruenire procurator, quia licet ex hoc caſu poſſit ſequi deciſio criminis. tamen nō agitur principaliter ad hunc finem pecuniariū, vt ipſe ſeruus reſtituatur, aut vero ſecundum Imo. quæſtio opponitur per
366 uiam exceptionis,vt in hoc exemplo † accuſo te de crimine plagij,q mihi ſurripuiſti ſeruum,tu excipis de dominio,& ſic q ſeruus eſt tuus,& ſic q nō eſt commiſſum plagium,& iſto caſu poteſt ſaluari opi.Iac.de Bel.& primo caſu procedet opi. Iac.Bu.eſt verum q cum Iac.de Bel. & Bart. hic tranſit Saly.
367 in d.l.reos.& in d.l.2.C.ad l.fla.de plag. † Sed tu conſidera, qa videtur verior opi.Bar.ſimpliciter per tex. in d.l. fide.C.de fal. & d.l.aduerſus.C.de fur.nam vbi agitur ciuiliter pro falſo aut furto,talis cauſa licet ſit ſeparata a deciſione criminalis cauſę procurator admittitur,tamen per illam cognitionem poteſt ſequi deciſio criminis.l.2.§.hoc edicto.ff.vi bon.rap. & l. inde Neratius.§.ſi dolo.ff.ad l.Aqui.vel ſaltem inferri prędiudicium iudicio publico.l.inter.ff.eo.cum ibi no. ergo verior videtur
388 opi.contra Bar.non recedo tamen a Bar. † Circa vltimā qō. Bar.habes concluſionem,quod in cauſis criminalibus ibi nō poteſt interuenire procurator, ſi interueniat, licet non opponatur,tamen proceſſus eſt nullus.& fuit opi. gl.in l.quamuis.C.de adul.& gl.Io.And.in c.1.de iud.& ibi Io.de Fan.idem dicit Abb.in d.capitu.veniens.de accuſ. & dicit Aret.in d.cap. veniens. colum. penultima . vnum ſingulare verbum, quod iſta opi. eſt communior,quam tenuerunt etiam Dyn. & Sal. in l.quamuis.C.de adul.& Bal.hic.& in l.ſeruum.§.publ.ff.eo. & in l.2.C.qui acc.non poſſ.& in l.reos.de acc.& hanc opi.dicit veriorē Alex.in l.ita demum.C.de proc. Pro iſta opi.ſtringit primo iſte tex.ſubtiliter inducendo,&primo in prin.dum dicit ad crimen publicū perſequendum. †nam perſecutio eſt
369 perfecta ſecutio.arg.l.ædificia.§.prædixiſſe.de verbo.ſig.& in l.vrbana prędia.§.pnoctare.ff.de ver.ſig. ergo datur intelligi, procurator prohibetur vt in publicis iudicijs non poſſit intereſſe,nec in principio,nec in medio,nec in fine iudicij,ſuade-
370 tur,quia tex.vtitur † dictione fruſtra,quæ ſignificat actum ipſo iure nullum,vt probari videtur,non cauillando literam in l.verbis ciuilib.ff.de vulg.& pup.vbi Iaſ.pulchre,& in c.qa fruſtra.de vſu.& in l.ſi eo.& in l.cum donationis.C.de tranſ.adeo q ponderando iſtum tex.in ver.ad crimen perſequendum,& in uer.videtur q lex reſiſtat interuentui procuratoris. iuxta l. cum lex.C.de fideiuſ.ergo videtur quod geſta per procuratorem etiam q per partem non fuerit oppoſitum ſint ipſo iure nulla.& maxime ſecundum Bar.hic,quia militat illa potiſſima ratio,quia diligentius accuſans,& accuſatus,ſuas proſequuntur, & ideo lex requirit, q accuſans, & accuſatus ſint præſentes coram conſpectu ipſius iudicis,vt ex eorum ſermonibus,conſtātia,& trepidatione poſſit veritas criminis digno
371 ſci,& intelligi.† Suadetur iſta opi.alia ratione ſecūdum Are. in c.veniens.circa fi.dī in d.c.veniens.q iudex non pōt recipere procuratorem in cauſa criminali,& ſic per illam negatiuam poſitam ante verbum poteſt,denegat iure potentiā ipſi iudici recipiendi procuratorem in cauſis criminalibus.faciūt no. per Bar.in l.cum lex,de fideiuſ.& in l.ſuus quoq;. de hær

inſt.

Digitized by Google

inſt.erg o neceſſario dicendum eſt ꝙ proceſſus ſit nullus cum ergo lex non velit poſſe cognoſci de crimine ſiue de cauſa, vbi partes ſunt abſentes, ergo ſi proceſſum fuerit a procuratoribus vſque ad ſententiam ſine reorum præſentia, conſtat notorie non fuiſſe cognitũ de cauſa, prout natura cauſæ requirit, & ſuadet, ergo huiuſcemodi proceſſus videtur agitatus ſine cauſæ cognitione, ergo † ſententia lata ſuper eo erit ipſo iure nulla, vt lata ſine cauſę cognitione, iuxta l. ex ſtipulatione. C.de ſent.& interlo.om.iu.& l.fin.C.commi.per epi. & ꝑ iſta opi.videtur caſus in c.ſi quando.2.q.6.iuncta.l.r. in prin.de aſſer.toll.dicit enim lex in c.ſi quando, quod cauſa criminalis, & cauſa ſtatus prohibetur agi per procuratorem, & ſic paricat iſtas duas cauſas, † ſed in cauſa ſtatus tex. dicit in princ.l. 1.ꝙ penitus prohibetur per procuratorem comparere ſeu litigare, ergo videtur, ꝙ iudicium ſit nullum in vtroque caſu, † nam dictio penitus, importat actum eſſe nullum ipſo iure, vt l.ſolutum.§.ſi in ſortem, in fi.ff.de pig.act. iuncta.l.ſi nõ ſortẽ, in prin.de cond.inde.bene facit gl. no.in ver. penitus, in c.Romana.in §.in vniuerſitate, de ſen.excommu.lib.6. † Contrariam tamen opi.tenuit gl.Ber.quam ibi ſequuntur Innoc. Hoſt.& Io.Mo.in d.c.1.de iud.lib.6. quam opi. ſecutus eſt etiã Arch.in c.qui generaliter, de procur.in 6.& in cap.reos.3.q.5. & Oldrad.in conſi.129.Ang.hic,& Io.de Lig.& Card. in d.ca. veniens.vbi etiam Fely.hanc ſententiam amplectitur,& dicit Bar.in l.ſi poſt mortem,§.fi.de adop.ꝙ ſi ea quæ non poſſunt fieri per procurarorem,& fiant ſi non opponatur, valent, allegat gl.in §.ſi quis ergo, ver.fit igitur licentia, in auc. quibus mo.na.effi.leg.& illud dictum Bar.ſequitur Ro.in conſi.251. & iſti patres rñdent ad iſtum tex.& ad tex.in ca.veniens,& ad alia iura ſupra adducta, ꝙ fruſtra interuenit procurator ſi opponatur exceptio.iuxta no.in l.vniuerſa.C.de præci. impe.offe.& eodem modo poteſt reſponderi ad c.veniens. ponderatum per Are.quod iudex nõ poteſt recipere procuratores parte.ſ.opponente,& eo.modo poteſt reſponderi ad l.j. de aſſer. toll.Sed non eſt recedendum a communi opi.† quia licet ali quando dictio fruſtra, non importet nullitatem ipſo iure, ſed ope exceptionis, vt eſt tex.vltra alios hic in l. ſi Titius. in fi.de fideiuſ.& in l.1.de non nu.pec.tamen iſtud eſt verum, vbi ſubiecta materia hoc patitur de proprietate tamen ſermonis dictio fruſtra, importat nullitatem ipſo iure, vt Doct. communiter dicunt in d.cap.veniens,& Iaſ.in d. l. verbis ciuilibus,& ſemper ſtat firma illa potiſſima ratio, ꝙ † lex abhorret, quod iudex cognoſcat de crimine publ. ſeu capitali in abſentia accuſatoris,& accuſati, quo caſu confunduntur omnes diſtinctiones Doc.in hac mã quæ ſunt tot, quot ſunt capita hydrę, † quarum prima fuit Iac. Butr.ꝙ ſi procurator interueniat ex parte accuſatoris, valebit proceſſus, ex quo non fuit oppoſita exceptio, ſecus ſi interuenerat ex parte accuſati: quia non poteſt abſens damnari, non poterit etiam procurator pſis: quia non deliquit, niſi forte dicatur ſecundum Iac. Butr.ꝙ ex quo non fuit oppoſita excep.ante lit.cont.ſequitur ꝙ abſens damnari poterit, quia regula trita eſt, quod dato vno inconueniẽti ſequuntur plura.l.ratas.C.de reſc.venditione. & iſta prima diſt.non eſt æqua: quia ſemper militat ratio. † quod lex vult examinari cauſa capitalis in præſentia accuſatoris, & accuſati. Secunda † fuit diſt, Bar.quæ eius opin.reuocauit: quæ non differt ab opi.Iac.de Bel.quod ex parte accuſatoris valet proceſſus, ratio quia pars, & iudex poteſt remittere accuſatori pœnam calumniæ, & ſolum propter pœnam calumnię introductum eſt ꝙ non poſſit procurator interuenire, ſed ipſe principalis admitti debeat, ſi vero ex parte rei, tunc poteſt interuenire, niſi poſt cauſæ concluſionem, † & profecto Bar.recte mutauit opi. quia videtur ſm Imo.inepte intellexiſſe tex. in l.qui vis.C.de adul.qui loquitur, qñ interuenit procurator ex parte accuſatoris, nõ autẽ ex parte accuſati. Secundo † male dicit Barto. dum vult quod iudex, & pars poſſit remittere pœnam calumniæ, quia hæc remiſſio eſſet contra publicam vtilitatem, † quæ ſuadet calumniam, & maleficia puniri. l.ita vulneratus.ad l.Aqui.& facit optime id quod legitur, & not. in l.diuus.ſupra ad Syl.& in l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar.ff.de pac.& l.ius publicum,& pro hoc etiam facit, † quia licet nihil fuerit dictum in primo iudicio de calumnia, tamẽ poſtea de illa poteſt quæri per viam accuſationis, vel inquiſitionis etiã ex interuallo, vt plene no.in l.j.§.1.ad Turp. & in l.j.& ĩ l. quæ non probaſſe.C.de calũ.& in l.athletas.§.calumniator.s̃ de infam.Et † pro iſta opi.vltra alios facit tex.in l.fallaciter.C. de calum.vbi fallaciter,& per calumniam accuſantibus, non prodeſt nec publica abolitio nec priu.imo nec ſpecialis indulgentia principis, † ſi ergo non prodeſt nec ſpecialis indulgentia principis, neſcio qũo poterit pars, & iudex remittere calumniam accuſatori, facit tex.in l.abolitio. C.de abolit.& in l.fallaciter.eo.ti. Suadetur hæc opi. contra Bar. † quia licet in crimine priuato poſſit quis remittere iniuriam quo ad actionem ciuilem, non tamen poteſt paciſci de nõ accuſando criminaliter, vt Bar.dicit in l.inter omnes.§.recte, de fur.faciunt no.per Fel.in c.1.col.vl.extra de præſump.& per Iaſ. in l.fin.in 4.no.C.de fur.& tradit idem Bar.in l.1.§.vſque adeo.per illum tex.ff.de iniur. & ſentit Are. licet prædicta non adducat in d. c.veniens.col.antepen. Tertia † fuit deciſio Dominorum de Rota deciſ.col.quam refert hic Im.& Alex.poſt eum in d.l.ita demũ, qui dicunt ꝙ vbi non opponitur excep.contra ꝓcuratorem quod tenet proceſſus, vbi abſolutoria venit ferenda in fauorẽ abſentis, ꝙ abſens fauori ſuo renũciare poteſt. Sed iſta diſtinctio cum qua ſimpliciter tranſit Io. de Imo. confunditur ex ſupradictis, † quia calumnia, quæ tendit ad vindictam publicam remitti non poteſt. facit tex.in l.qui cętu.§.vacantem. ad l.iul.de ui pub. Item militat illa ratio, quod crimen publicum, ſeu capitale debet diſcuti ĩ pręſentia accuſatoris,& accuſati, alias non poteſt valere ſententia, quia videtur lata ſine cauſæ cognitione, † vt in ſimili dicit Bar.in extra.ad reprimẽ. ĩ ver.ſummarie.vbi ſi iudex in iudicio plenario dicat ſe ſummarie cognouiſſe de cauſa,& ferat ſnĩam, talis ſnĩa uti lata ſine cauſæ cognitione eſt nulla. Quarta † fuit diſtinctio D.Ant.de But.in d.c.ven. qui conſiderat duos caſus. primus caſus eſt vbi ſnĩa nõ poteſt ferri cõtra abſentem, proùt non poteſt regula riter in cauſis capitalibus,& iſto caſu vult do.Ant. ꝙ ſi admittatur procurator, quod proceſſus ſit nullus, quia fruſtra interceſſit, nec ſuppletur hic defectus ex litis cõteſtatione, quia nõ ceſſat cauſa prohibitiua conſtitutionis procuratoris. faciunt no.ſecundum eum in l.qui ſtipendia.C.de procura. & in c. in noſtra,& in iſto primo caſu bene dicit do.Ant.in d.ca.ven.in antepen.col. Secundus caſus eſt ſecundum eum, vbi poteſt ꝓcedi in abſentem, & tunc valet iudicium, quia tunc nõ põt defectus niſi ſolennitatis.i.cautionis non præſtitę, † quæ ſolennitas poteſt remittĩ.l.Pomp.§.rati.de proc.ſed do.Ant.præſuppo nit ſecundum Imo.hic, quod ratio quare ex parte rei non poſſit interuenire procurator ſit illa, quia procurator non eſt legitimare perſonam ſuam pręſtando cautionem de iudicato ſoluendo,& tamen iſta non eſt potiſſima, quare ex parte rei non poſſit interuenire procurator. Sed tenendo opin.do.Anto.tu dic quod ex quo abſens poteſt damnari, ceſſat illa principalis ratio prohibitiua conſt. procur. quæ eſt, quod in præſentia accuſatoris,& accuſati cauſa agitari,& diſcuti debeat, & ſi dicatur nonne ipſi melius defendent per ſe, quã per aliũ, quia imputet ſibi qui inſtituit procuratorem,& non venit ad ſe defendendum, melius eſt quod per aliquem defendatur, quam per nullum, ex quo deliberat abſens eſſe, & ſic poteſt defendi. iſta opi.contra Im.& ſequaces. Quinta fuit † diſtinctio Io.de Imo.hic, quæ eſt longior.§.Callim.qui in effectu conſiderat duos caſus in quibus tenet,& valet iudicium. primus eſt quando procurator ex parte accuſatoris fuit admiſſus,& probauit plene crimen, ſeu delictum contra accuſatum præſentem. Secundus caſus eſt quando procurator interuenit ex parte accuſati,& plene probauit innocentiam ipſius rei accuſati contra ipſum accuſatorem præſentem, & in hiſce duobus caſibus iudicium non redditur nullum, ratio horum caſuum eſt, quia licet hi procuratores a principio admitti non debuiſſent; quia tamẽ repulſi non fuere, & per eos crimẽ liquidatũ fuit, videtur quod ſit ferenda ſententia, nec curãdũ ſit, ꝙ alius diligẽtius,& curioſius liquidare potuiſſet, quãdoquidem ſufficienter crimen ſit liquidatum. argum.l.Gallus, §.ſi eius.de libe.& poſth.quia † vndecunque crimina clareſcant, puniẽda ſunt, c.in eccleſia.24.q.3.& ſuadetur hæc op.per no.per Bar.in l.poſth.§.ſi quis ex his, de inoff.teſt.poſt Inno.in c.in noſtra.de procur.& in cap.cauſam quæ, qui fil.ſint leg.vbi concludunt † quod vbi ſententia lata pro vno in cauſa in qua agens non petit ſibi aliquid dari vel fieri, ſed ſolum aliquid fieri a iudice vel declarari, prodeſt omnibus,& ſic ſi feratur ſententia pro procuratore † accuſantis proderit accuſatori,& reip.& omnibus, eod.modo lata in fauorem procuratoris accuſati. Sed iſta diſtinctio non placet Are.in d. c. veniens, col.pen. quia licet in primo caſu fuerit plene crimen liquidatum, vt condemnatoria ſequi poſſit,& in ſecundo caſu etiam conſtet de innocentia rei, vt abſolui poſſit, tamen non videtur in primo caſu, vbi procurator fuit admiſſus ex parte accuſatoris, contra reum pręſentẽ, quod poſſit plene conſtare de innocentia, ſeu nocentia ipſius rei, quãdoquidẽ ſi accuſatus ipſe præſens fuiſſet, ex eius ſermone,& ex conſtãtia,& trepidatione, facile potuiſſe depræhendi de innocentia ipſius rei, † & confutari calumnia,& fallacia ipſius accuſatoris. eodem modo ex parte rei. Si reus fuiſſet præſens ex conſtãtia,& trepidatione potuiſſet crimen detegi, quod ob eius abſentiam occultatum,& celatum fuit,& hoc ſaltem procederet quo ad ſumendum aliquod indicium, ob quod potuiſſet torqueri, & veritas erui, ergo ſtat ſemper firma illa potiſſima,& ſingularis ratio, ꝙ lex abhorret, quod abſentia accuſatoris, vel accuſati crimina diſcutiãtur. Sed tuendo opi. Imo.poteſt dici, quod principalis ratio quare in criminalib. nõ poſſit interuenire procurator,

videtur

Digitized by Google

videtur illa potiſſimum,ne iudicium eluſorium reddatur.quę ratio in hiſce duobus caſibus per Imol.traditis ceſſare videtur.ceſſat enim in primo caſu quando procurator accuſatoris plene probauit crimen contra reum præſentem, contra quem ſententia executioni mandari poterit, & etiam ceſſare videtur in ſecundo caſu quando ex parte procuratoris accuſati,quia ex quo probatum eſt de innocentia ipſius accuſantis, poterit accuſans,qui eſt præſens cõdemnari de calum
398 nia, † quam calumniam videtur commiſiſſe eo ipſo, quod
399 non probauit.l.1.C.de cal.& profecto pro opin.Imol. † videtur eſſe caſus, vt ipſemet dicit in l.quamuis. C.de adult.quem ſtrictius induco.nam in princ.dicitur,quod oportet in crimine adulterij præſentiam accuſatoris præcedere, tamen quia conſtabat Materiam vxorem Viatoris adulterium cum Iulia no commiſiſſe.mandat imperator Diocletianus ipſam condemnari,ex quo conſtabat de delicto,non obſtante exceptione,ꝙ citaretur Viator eius maritus: ratio eſt quia cõſtabat de delicto,& ſic delictum erat liquidatum contra ipſam Materiam vxorem,& ſi dicatur,aduerte quia text. dicit non putamus viatorem, deputatum ad excubias limitis reuocandum, & ſic videtur,quod ibi potuerit cõdemnari Materia vxor viatoris,quia ipſe viator erat abſens cauſa reip:ſed iſta nõ eſt potiſſima ratio illius.l.quamuis.Sed quia erat liquidatum negocium ex parte procuratoris.Item conſtabat de cõfeſſione habita a Materia per tormenta &, erat concluſum in cauſa, & iſtis tribus concurrentibus valuit ſententia lata contra dictã adulteram,mihi tamen magis placet opi.Are.quod non poſſit dici liquidatum crimen. & quod requiritur præſentia v-
400 triuſque. †& ideo non videtur recedendum a communi ſententia,quod iudicium ſit ipſo iure nullum. Poſſet tamen ſalnari opi.Imo.in duobus caſibus.Primo in caſu. d.l. quamuis. C.de adul.Item quando de crimine conſtaret per ſpontaneã confeſſionem rei ante quam nulla præceſſiſſent tormenta
401 vel metus torturæ, quia† illo caſu etiam ſi totum iudicium eſſet nullum, tamen poſſet ferri ſententia tãquam ſuper notorio,vt no.Inno.in c.qualiter,& quando.de accuſa.& Bar.in l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reo.& pro hac limitatione videtur eſſe caſus in l.ait prętor.§.permittitur,de mino.quem tex.ſecundum Aret.in d.c.veniens.dicit ſingularem Bal.in l.2.in fi.C.de
402 re iud.†nam confeſſus non poteſt opponere de ineptitudine libelli,nec de alio iuris ordine non ſeruato, & videtur ca-
403 ſus in c.Piſanis.de reſt.ſpo.ſed aduerte,†quia contra Are.videtur caſus in d.l.quamuis. vbi etiam confeſſus per tormẽta nõ poteſt opponere, ꝙ non potuit interuenire procuratore. ſed ibi vt ſupra dixi,concurrebant plura.

Paduæ.M.D.XXXIIII.Die.8.Iulij.

TRACTATVS DE POTESTATE PROCVRATORIS, ET DEFENSORIS IN CAVSIS CRIMINALIBVS,

Secunda Pars, & interpretatio in §.publice.l.ſeruum quoque,ff. de procur.

AVCTORE IO. ANTONIO RVBEO ALEXANDRINO.

SVMMARIVM.

1 *Perſonaliter comparere qui non cogitur in cauſis pecuniarijs niſi ſubſiſtente iuſta cauſa.*
2 *Procurator conſtitui non poteſt in cauſis capitalibus.& num.48.& an id ſit perpetuum.nu.50.*
3 *Abſens damnari non poteſt in cauſa capitali,etiam poſt litem conteſtatam.*
4 *Actio ciuilis,quam criminalis intendi poteſt pro quolibet crimine capitali tam publico,quam priuato.*
5 *Pœna talionis ita militat in crimine priuato ſicut in publico.*
6 *Cauſa cenſetur criminalis, vbi pro crimine pœna venit applicanda fiſco.*
7 *Intellectus ad hunc. §. publice. & numero 12.cum ſeq. vſque ad numerum.23.*
8 *Ratio dubitandi quare quis admitti non videbatur ad allegãdum cauſas abſentiæ ſine mandato.*
9 *Cautio iudicatum ſolui ab eo præſtanda eſt,qui alium vult defendere,ẽt ſi locupletiſſimus ſit.*
10 *Defenſor qui non ſatisdat,condemnari non poteſt.*
11 *Ratio decidendi cur quis admittatur ad allegandum cauſas abſentiæ ſine mandato.*
18 *Iudex debet ex officio ſuo inquirere veritatem etiam in cauſis in quib. lite non conteſtata proceditur ad diffinitiuam.*
19 *Intellectus ad l.reos.C.de accuſationi.*
20 *Procurator an poſſit interuenire, vt tantum proſit non etiam noceat.*
21 *Excuſator an,& quatenus admittatur pro alio citra mandatum.*
23 *Reus abſens ex iuſta cauſa poteſt a quibuſcunque defendi plenarie, & quis effectus ex tali defenſione reſultet.nu.24.*
25 *Condemnari nemo poteſt, niſi termino prius ei dato ad ſe defendendum.*
26 *Terminus ad opponendum datur etiam ſponte confeſſis. Quod non procedit in crimine notorio.num.27.*
28 *Cogi quis non poteſt ad renunciandum defenſionibus, etiam lapſo termino defenſionis.*
29 *Termino renunciari poteſt ſed non defenſioni.*
30 *Verſ.nam & in capitalibus concordat cum auct.multo magis. C. de ſacroſan.eccl.*
31 *Ad allegandum cauſas abſentiæ facti, libere cuilibet patet acceſſus, ſine ſatisdatione.*
32 *Cauſæ abſentię iuris an a quolibet allegari poſſint.nu.34.*
33 *Defenſor regulariter non admittitur ſine mandato.& vbi admittitur tenetur cauere de rato.nu.45.*
35 *Procurator pro abſente interuenire poteſt, vbi abſens damnari poteſt. Et an id obtineat in cauſis capitalibus indiſtincte. numero. 36.37. 39. 41.*
38 *Intellectus ad l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iud.*
40 *Sententia in cauſa appellationis poteſt ferri aduerſus reum criminis abſentem.*
42 *Iudex an poſſit repulſo procuratore dicere, quod vult quod principalis perſonaliter compareat.nu.43.*
44 *Publice intereſt aliquem defendi.& ibi declaratur quomodo procedat, nume.46.*
47 *Intereſſe reip.in multis caſibus ſecundario conſiderari,in quibus principaliter conſideratur intereſſe priuatorum.*
49 *Inſcriptio ad pœnam talionis in quibus criminibus locum habeat.*
51 *Crimina publica habent quiddam ſpeciale,quod non habent crimina priuata,& ibi habes exempla aliquot in eam rem.*
52 *Mulier de crimine publico accuſare non poteſt.*
53 *Damnatus de crimine publico non poteſt accuſare.*
54 *Procurator quare non poſſit conſtitui ex parte accuſatoris.*
55 *Dominus an poſſit tanquam procurator defendere ſeruum accuſatum.*
56 *Seruus accuſatus qui a domino non defenditur,an poſſit per alium defendi.num.57.*
58 *Procurator interuenire poteſt in cauſa criminis, pro quo venit imponenda pœna relegationis,vel remotionis ab ordine.*
59 *Intellectus.ad l.1.ff.an per alium cauſ.appell.*
60 *Vſque, dictio, an excludat,vel includat.*
61 *Intellectus ad l.ſi.ff.de iureiur.& l.ſi.eod.ti.*
62 *Procurator interuenire non poteſt in cauſa iniuriarum, & quæ ſit huius ratio.*

QVante ſit vtilitatis, & ſubtilitatis huiuſcemodi.§.elicitur ex dictis Pauli de Caſ. hic in 2.col.& Bal.in fi. ſui commenti. Et aliquorum quos citaui in l. pe. §.ad crimẽ. ff.de pub.iud.& pro ipſius clariori intellectu
1 eſt præmittendum:† ꝙ principium huiuſce.§ loquitur de cauſis pecuniarijs,in quibus quis non cogitur perſonaliter comparere,niſi ſubſiſtente cauſa. l.ſi. C. de proc.& c.1.de iud.lib.6.in quibus cauſis regulariter procurator admitti poteſt.l.2.§.vſus. ſupra e.in hiſce tamen cauſis aliquando quis cogitur per procuratorem comparere.l.pen. &
2 auct.omnino.C.eo.ti.†Verſiculus vero nam & in capitalib. loquitur in cauſis capitalibus de quibus in.l. 2. & in l.capit.ff. de pœn.& in l.edicto.§.rei cap.ff.de bon.poſſ. quarum capitalium quædam proueniunt ex iudicio publico, quædam ex iudicio priuato,& in hiſce cauſis capitalibus procurator conſtitui non poteſt, ſiue proueniant ex iudicio publico,de quo loquitur tex.in l.pen.§.ad crimen.ff.de pub.iudic.& text. vltra alios in l.de fide.C.ad l.Corn.de fal.& tex. in l. tunc conuenit. C.de accuſ.& in l.reos,eo.ti.de cauſa vero capitali proueniẽte ex delicto priuato poſſet intelligi tex.in l.1.§.1.& 2.reſpon. ff.quando cau.app.per alium agi po. qui non diſtinguit inter cauſam capitalem prouenientẽ ex iudicio publico,vel priuato,& communis,eſt ꝙ etiam in delictis priuatis, vt infra dicã
3 procurator conſtitui non poſſit,& eſt notandum† ꝙ in hiſce cauſis capitalibus,vbi agitur de pœna capitis abſens damnari non poteſt,etiam ꝙ ſit lis conteſtata.l.1.C.& ff.de req. reis.& l.abſentem.§.1.vbi Bar.ff.de pœn.ſed vbi quis non cõpararet peruenitur ad annotationem bonorum, cuius formã tradit
4 Bar.in d.l.1.de requi.reis.Secundo præmittendum eſt, † quod pro quolibet crimine capitali,tam publico,quam priuato poteſt agi,tam ciuiliter, quam criminaliter. l. qui nomine. & l. hodie.

Digitized by Google

5 hodie.ff.ad l.Cor.de falſ.& l.fi.de pri.del.& de fur.† & ſicut de iure in crimine publico requiritur in ſcripto ad pœnam talionis,ita requiritur in crimine priuato.l.fin.C.de iniu.& d. l.fin. de priu.del.& ideo videbimus infra,q̃ vbi pro crimine, tã publico,quam priuato pœna pecuniaria imponitur,ſiue pœna
6 ſit applicanda parti,ſiue fiſco,†quo caſu dicitur cauſa criminalis.l.3.vbi gl.Bar.& cæteri.ff.de ſep.viol.& tradunt Mod. in rub.C.de iud Et extra eodem,q̃ in hiſce cauſis iudicium per procuratorem agitari poteſt.Verſiculus vero tertius huiuſce. §.intelligitur in cauſis non capitalibus,vt in pœna relegationis,& remotionis ab ordine,& de alijs de quibus in l.cognit. de varijs,& extr.cog.& in l.moris.ff.de pœ.& ideo infra videbimus,an in iſto tertio genere includitur pœna coporis afflictiua,vt quando plebeus flagellis ceditur,vel fuſtibus ſubijcitur.iuxta.l.cap.in princ.in 2.reſp. ff. de pœn. Quartum genus cauſarum addit gl.in l.non ſolum.§. fin. infra eod. Quintum addit Alb. hic col.fi.de quo ſecundum eum loquitur text.in l.ſed & hę.§.& patronus.ff.eo.& in l.non ſolum. §. fi.ff.eo.Sed tu dic,q̃ iſtud quintum genus ſatis includitur in illo genere, quod æſtimationẽ lædit,de quo loquitur tex.in l. pen. de var.
7 & extr.cog.Vltimo præmittendum eſt,quod †tex.noſter pluribus modis legitur,vt hic per Odof. Alber. & alios pleroſque antiquos,communiter tamen recipitur ntellectus glo. quod principium loquatur in cauſis pecuniarijs. Secundum vero reſponſum in capitalibus. Tertium in cauſis non capitalibus in quibus ſententia contra abſentem ferri poteſt.Tu conſide-
8 ra circa principium huiuſce.§.intelligendo eum†q̃ loquatur in allegante cauſas abſentiæ, quæ nam poterat eſſe ratio dubitandi?ad quod dic,quod videbatur dicendum,q̃ non deberet admitti quis ſine mandato,ex quo in hiſce cauſis procurator conſtitui poteſt, & imputandum videbatur abſenti, qui procuratorem non dimiſit.l.abſens.ſ.eo. vel ſaltẽ videbatur, q̃ eſſet admittendus mediante cautione de iudicato ſoluen-
9 do,†quam etiam locupletiſſimus qui defendere vult præſtare tenetur.l.qui proprio.§.qui alium, ff.eo.& l.minor etiam.
10 eod.ti.†attento etiam, quia defenſor qui non ſatisdat condẽnari non poteſt.l.lib.in fin.de neg.geſt.Contrarium tamẽ hic
11 deciditur,† q̃ a quocunque abſens defendi poteſt:nec mirũ, quia iura prædicta loquuntur, vbi quis vult plene defendere, & ſuſcipere in ſe telam iudiciariam, ſed tex. noſter loquitur de illis tantummodo,qui allegãt cauſas abſentiæ,ad quas paſſim etiam inhabiles admittuntur,vt hic dicit gl. magna ad finem.Circa ſecundum reſponſum faciebat dubium, & vide-
12 batur,†q̃ ex quo in hiſce cauſis remouetur omnis procurator,& defenſor, qui plene defendere vult, debet ẽt remoueri qlibet alius defenſor, qui cauſam abſentię adducere intẽdit, per regulã quæ habet,quod a quo remouetur genus,remouetur quęlibet eius ſpecies.l.chor.ff.de leg.2.& l.1. ff.de ſuis & le. Cõtrariũ hic decidit,& rõ decidẽdi eſt, q̃a in allegante cauſas abſentiæ ceſſant rationes prohibitiuæ conſtitutionis procura-
13 toris,de quibus plene dixi in d.§.ad crimen. † Circa tertium reſponſum faciebat dubium,quia videbatur, quod etiam in hiſce cauſis non capitalibus, ex quo per eas læditur hominis æſtimatio,non deberet poſſe conſtitui procurator, argumen. l.iuſta.ff.de man.vin.& l.Iul. ff. ſi quis omiſſ. cauſa teſta.& l.ſi iſti quidem.ff.quod metus cau.attento etiam quia text. in l.1. in 1.& 2.reſpon.ff.quando cau.app.per alium agi poteſt.videtur ſolum velle,q̃ in cauſa pecuniaria procurator conſtitui poſſit vt patet ibi,ſinautem pecuniaria ſit,& ibi,ſed ſi ea cauſa ſit ex qua ſolet ſequi condemnatio vſque ad relegationẽ, intelligendo q̃ dictio(vſque)ſtet incluſiue,vt Barto. dicit inf. col.2.Sed ratio decidendi colligitur ex vna ratione,quæ adducitur q̃ ideo in cauſis capitalibus procurator conſtitui nõ poteſt,quia ſententia poſſet reddi eluſoria,contra l.ſi prætor . ff.
14 de iudic.†Sed iſte intellectus communis non videtur tutus p̃ locum a ſufficienti partium numeratione,nam intelligendo hunc tex.in princ.in allegante cauſas abſentiæ,& eodem modo verſiculum(nam & in capitalibus)non video, quomodo poſſit intelligi tex.in 2.reſpon.in allegante cauſas cauſæ, quia
15 illa dictio (itaque) eſt continuatiua præcedentium:† & ideo huic tex.accommodatur ſecundus intellectus per Mart.Syll. Iac.de Rau.& Pet.de Bellap.quos citat hic Bar. & hunc intellectũ ſequuntur Cyn.& Alb.in l.reos.C. de accu. ſed iſte intellectus non recipitur communiter ex duplici capite: & primo ſecundum Bar.quia verba tex.huic intellectui refragari videtur quãdoquidem allegare cauſas innocentiæ ſit plenarie defendere.l.is qui reus.ff.de pub. iu. Sed tuendo hunc intellectũ dici poteſt,quod ſatis dicitur excuſare innocentiam, ille, qui excuſat abſentem a contumacia,quando quidem contumax habeatur,pro nocente,ſeu delinquente. iuxta .l. omne delictum,in prin.de re mil. Secund o obiicitur huic intellectui, quia ſi iſte vltimus verſiculus intelligeretur de allegante cauſas abſentiæ,decideretur hic caſus minus dubius.Si enim quis admittitur in cauſis capitalibus ad allegandum cauſas abſentiæ,longe magis,& minus dubie debet admitti in cauſis non capitalibus,in quibus abſens condemnari poteſt. Sed tuendo hunc intellectum reſponderi poteſt,quod videbatur dicẽdũ, quod ex quo in hiſce cauſis non capitalibus procurator conſtitui poteſt,quod non deberet admitti quis ad allegandum
16 cauſas abſentiæ.†Tertius datur intellectus per Dyn.q̃ iſte tex. intelligatur generaliter in quibuſcũque cauſis tam capitalib. quam non capitalibus in quibus abſens condemnari poteſt, ideo ſecundum eum in terminis l.lege Corn. §. conſt. & l.ne diu.C.de pœn.& extrauag.ad repr.vbi abſens condemnari poteſt:admitti poteſt procurator:qui poteſt prodeſſe; & nocere domino : & cum iſto intellectu tranſeunt nonnulli antiqui quos citat Imo.in l.pen.§.ad crimen.col.vlti. de publ.iudic.& Mod.Sen.qui tranſcribunt dicta Imo.in cap.veniens.in 28.colum.de acc.ſed Bart. non recipit hunc ſenſum: vt per eum in d.§.ad crimen,in 2.col.& in d.extrauag.ad repr. in verbo legitime:cuius tamen fundamentis reſpondet Imo. in d.§.ad cri-
17 men,ſed dicam infra in vlt. no.† Quartus intellectus accommodatur per Bar.hic quod iſte tex.non loquatur in procuratore,ſed in defenſore ſine mandato, & in omni genere cauſarum de mundo,vt patet ibi , a quibuſcunque defendi,q.d. non curo cũ mandato vel ſine,& vt patet ibi,quẽ vis verba p̃ eo faciente,q.d.non curo an habeat mandatum, vel ſit ſine mandato:& an ſit maſculus vel fœmina, quia admittitur vt excuſator innocentiæ,qui poteſt prodeſſe ipſi accuſato vel in
18 quiſito,& non nocere,†& pro iſto intellectu, facit ſecũdum Bar.quia ſi iudex in cauſis,in quibus proceditur, ad diffinitiuam etiam lite non conteſtata,tenetur ipſe ex ſuo officio inquirere veritatem,auct.qui ſemel, ibi, perquiſita veritate,C. quomodo, & quando iud. & idem eſt in cauſa appellationis in qua non requiritur litis conteſtatio, l.ampliorem,C.de ap-
19 pel.idem in caſu iſto. † Et pro iſto intellectu pondero iſtum tex.in verbo,æquum,& ordinarium eſt,quaſi velit dicere, q̃ licet procurator in cauſis capitalibus non poſſit conſtitui:tamen æquum,& ordinarium eſt admittere quempiam excuſantem abſentem,qui condemnari poteſt:& hoc eſt quod voluit dicere tex.in l.reos.C.de acc.dum dicit leges publicorum iudiciorum non ſolum per defenſorem, ſed etiam per procuratorem defendi permittunt,vt tantum defendat,non autem vt noceat,attento maxime quia etiam in criminalibus , vbi quis eſt preſens,ac confeſſus, & condemnatus tenetur iudex ex officio inquirere veritatem.l.1.§.ſi quis vltro. ff.de quæſtionib.Ergo longe magis hoc dicendum videtur in abſente.l. ſi non defendantur.ff.de pœn. & facit pulcher text.vbi videtur eſſe caſus vltra alios,in l.fin.ff.ad l.Iul.de ann.vbi licet mulier non admittat ad accuſandũ.l.Iul.de ann. admittitur tũ ad inſtrudendum præfectum annonæ,facit text.in l. amplius puto. ibi,adire prętorem,& iudicare rẽ prout ſe habet,ff.de fideicõ. lib.hunc intellectum ſibi aſcribit Saly.in l.reus , in 11.col. C. de acc.& cum iſto intellectu hic tranſit Pau.de Caſt.qui dicit quod iſte talis ſolum admittitur ad excuſandum, nec ſubijcit de ſententia:& cum iſto intellectu tranſit etiam do.Ant.Roſ. in conſi.49.col.2.inter conſi.Cœp.ſed huic intellectui cõtradicit Ang.hic,quia Bar.videtur ſentire, quod nõ poſſit admiti quis vt procurator,& tamen in contrarium ob.iſte tex.ibi, quemuis,& ibi,a quibuſcunque defendi:qui videtur innuere, quod etiam quis vt procurator poſſit admitti, ſed reſponderi poteſt,q̃ Bar.etiam fatetur procuratorem debere admitti ad informandum ipſum iudicem de innocentia accuſati,vel inquiſiti.Sed replicari poteſt,quod tunc nõ poteſt dici, q̃ admittatur vt procurator,ex quo in ſe non ſuſcipit telã iudiciariã, argum.c.ſuper,de re iudicata,& l.ſi ſuſpecta.ff. de inoffi.teſta.
20 Secundo mouetur Ang.†nam procurator non poteſt interuenire,vt tantum prodeſſe valeat,vt Imo.tradit in c.conſtitutus,extra eo.ti.ſed ad hoc reſpondet Aret.in c.veniens,de acc. quod licet non poſſit talis procurator conſtitui ab homine, tamen poteſt a lege admitti:ut poſſit prodeſſe,& non nocere vt in ſimili de tutore tradit Bar.in l.tutor q̃ repertorium,ad fi.
21 ff.de adm.tu.facit l.2.C.de acc. Tu †cõſidera aut pars aduerſa nõ contradicit huic excuſatori, & iſto caſu procedat opi.Bar. aut vero contradicit,& tũc videtur quod teneatur cauere.iuxta l.qui proprio,§.qui alium.& l.minor,ff.eo.ti.& facit tex.in l.2.§.pen.ff.ex quibus cau.in poſſ.ea. vbi non debet admitti p̃ curator,per quem conditio aduerſarij efficiatur deterior : & hoc vltra alios.Eſt verũ,quod intellectui Bart.multum refragatur iſte tex.dum dicit quemlibet admitti:& ſic etiam procuratorem facit regula,l.ſi is qui ducenta,§.vtrum, ff.de reb.dubiis.& ſic videtur,q̃ ſi habeat mãdatum quod debeat admitti tanquam defenſor:attẽto maxime, quia non videtur quod poſſit nocere domino,ſecundum Imo.niſi habeat ſpecialiſſimum mandatum:ſed dic,quod non eſt inconueniens reſtringere iſtã dictionem(quemuis)vt non comprẽhendat procuratorem;cuius factũ regulariter prẽiudicat domino : & ſi dicat, contra Bar.eſt caſus in extrauag.ad repr.ibi,perſonaliter vel legitime

Digitized by Google

gitime non comparuerit: & non dixit persón aliter tantum. Nam ad hunc tex. respondet Bar. ꝙ dum dicit legitime) refertur ad vniuersitatem, quæ in causa criminali per procuratorem comparere potest: sed facile fuisset imperatori hoc, quod Barto. sentit exprimere, sed replicari potest, quod non est inconueniens, ꝙ ex quo illud verbum (personaliter) non potest referri nisi ad singulares personas: ꝙ illud verbum (legitime) referatur ad vniuersitatem tantum, attẽto maxime, quia tex. in l. inter accusatorem. ff. de publ. iud. videtur innuere, ꝙ sit susceptа cognitio, quod absens possit condemnari, siue sit reus siue actor: & tamẽ vult ꝙ sola defensio detur; & idem probatur in §. ad crimen. ad fi. ibi, & si iustam rationem habeant,
22 sententiam differant: †ideo credo ꝙ possit etiam accommodari nouus intellectus ad hunc tex. & considerandum est: ꝙ licet in causis capitalib. absens pœna capitis damnari nõ possit, vt dicit tex. in l. absentem in pri. de pœnis, & in vers. verum si quid grauius irrogandum fuisset, tamen absens qui citationi, & edictis præsidum non obtemperat, condemnari oportet, dicit tex. in d. l. absentem. nec ista sunt contraria: quia solũ condemnatur ad pœnam, quæ æstimationem ledit, dico ergo ꝙ vbi absens potest condemnari siue causa sit capitalis, siue non capitalis, siue ciuilis, dummodo non agatur de pœna capitis, potest interuenire, quis & tanquam procurator, & tanquam instructor. & iste intellectus differt ab intellectu Dyni qui voluit, quod etiam vbi absens potest condemnari pœna capitis, ꝙ possit interuenire procurator, & in hisce terminis posset intelligi tex. in l. reos. C. de acc. Alius potest accommodari intellectus: & considerandum est, quod per locum a ciuilibus ad criminalia arguitur, vt probatur in dicta lege absentem, ibi, secundum morem priuatorum iudiciorum, sed in causis ciuilibus potest reus assumere in se onus probandi, vt demonstret actorem experiri sine actione. l. si pupilli. §. Iul. de neg. gest. dico ergo qđ si quilibet debet admitti ad excusandã innocentiam rei, ꝙ accusator vel inquisitor non habet ius accusandi vel inquirendi, nec isto casu videtur ꝙ iudex possit dicere ꝙ velit habere præsentiã accusati vel inquisiti, vt videat qua fronte, & quo animo loquatur, attento, ꝙ proceditur solum ad exclusionem processus, & quasi per viam extraordinariam, & hoc est, ꝙ vult dicere tex. in c. veniens, de accu. vbi vult, ꝙ admittatur procurator ad excludendum accusatorẽ, qui confessus fuerat se per calumniam accusasse. magis tamẽ
23 placet precedens intellectus. Datur †alius intellectus ad hunc tex. per Angel. hic in quadam sua repetitione. quem referunt quidam Mod. in c. veniẽs. de acc. & vult, ꝙ vbi reus est absens ex iusta causa, ꝙ tũc potest interuenire procurator ad plenã defensionem, quia publice vtile est absentem a quibuscunq; defendi, ita loquit tex. hic, sed vbi quis est absens ex iniusta cã, & latitat, tunc non potest interuenire procurator, ita loquit tex. in §. ad crimen. in primo vero casu loquitur etiam tex. in
24 l. reos. C. de acc. †Et si dicatur, ꝙ licet sit absens ex iusta causa, non potest condemnari, videtur quod non possit admitti ꝓcurator, ex quo ex tali interuẽtu nullus potest sequi effectus, replicari potest quod euitabit annotationem bonorum, sed tu dic, ꝙ iste intellectus confunditur per tex. in §. ad crimen, in fin. qui vult, ꝙ possit subesse iusta causa quæ habeat euitare annotationem bonorum, & tamen generaliter dicit, ꝙ in crimine publico persequendo non interuenit procurator. Notatur primo ex hoc tex. ibi, publice vtile est absentes a qui
25 buscunque defendi, †ꝙ ex quo interest reipublicę vt absentes defendantur, nemo potest condemnari secundum Ange. nisi sibi detur terminus ad defensam. l. 3. & l. desertorẽ. §. si ad diẽ, ff. de re mili. & est tex. cum gl. in l. j. ff. de fur. balne. & tradunt
26 Bar. & Imo. in l. cust. §. 1. de pub. iud. †& dicit Salyce. in l. 2. de cust. reo. quod practica totius mundi est, vt ꝑponte confessus mittatur ad carceres, et assignetur sibi terminus ad allegandũ quidquid velit, ne condemnetur, & si nullam faciat defensionem intra terminum, videtur perseuerare in illa confessione.
27 Dixi †tamen singulariter Bal. in l. a procedente. C. de dilatio. ꝙ vbi delictum est notorium, quod iudex potest denegare talẽ dilationem, ac interloqui talem non esse dandam, & eum condẽnare, & mittere ad furcas. Et ſm Ang. hic, male faciũt
28 assessores q̃ faciunt inquisitum vel accusatum confiteri delictũ, deinde prefigunt terminum octo dierum ad faciendum suas defensiones, deinde faciunt eos renunciare hisce defensionibus, quia non possunt. iuxta gl. in l. pactum hæredem. ff. de. pac. vbi plene Mod. facit l. non tantum, de app. vbi Bartol. Ang. tamen de Aret. in tract. suo malefi. in verbo qui iudex statuit terminum ad eorum defensionem, post Ange. in l. custodias. ff. de publ. iud. distinguit, qnod aut constat reum nullam habere defensionem, vt quia forte est insignis latro, & tunc potest renunciare, ex quo ius defendendi non habet, & nihil aliud fit, nisi ꝙ citius moritur, aut vero cõstat ipsum habere defensionem, & tunc non tenet renunciatio, & in hisce terminis potest intelligi tex. in l. add. C. de app. & in l. non tantum. eo. ti. ibi. n. constat eum habere defensiones, ex quo ducebatur ad patibulum infra tempora data ad appellandum. in dubio tamen concludunt omnes, ꝙ quis possit renũciare suis defensionibus. per gl. in l. 1. de fur. balne. quæ hoc mihi non ꝓbat, & videtur magna restrictio. ad gl. in l. pactum inter hæredem. quæ indistincte dicit, quod quis non potest renunciare
29 suis defensionib. †mihi placet id, quod dicit sing. Inn. in c. qm̃ Abbas. de off. dele. ꝙ quis possit renunciare termino, non au-
30 tem defensioni. †Notatur secũdo: ibi, nã & in capitalibus hic esse tex. pro illa regula, quod si de quo min⁹ videtur inesse, & inest, ergo de quo magis: nam si in capitalibus causis defensio datur, longe magis debet dari in causis pecuniarijs, facit auc. multo magis, C. de sacrosan. eccl. Notantur tertio ex hoc tex.
31 ibi, defensio datur. †quod ad allegandum causas absentiæ facti, vt puta ꝙ accusatus vel inquisitus est detentus in vinculis, admittitur non solum procurator, sed etiam defensor quilibet tam masculus, quam fœmina, etiam sine aliqua satisdatione, vt patet ibi a quibuscunque defendi. Sed opponitur secundum Alb. hic, & videtur, ꝙ illa dictio (a quibuscunque) debeat restringi, ad personas habiles. l. 1. de sacrosan. eccl. & l. vt gradatim. §. 1. de mun. & hon. sed ipse respondet ꝙ ad allegãdum causam absentiæ, & ad informandum ipsum iudicem
32 de impedimento facti quilibet indistincte a l. admittitur. † Sed difficultas consistit secundum Ang. post Inno. relatum ꝑ Barto. in §. ad crimen. an admittatur quilibet ad allegandum cãs absentiæ iuris, vt puta quod accusatus, vel inquisitus non potest venire, quia locus non est tutus, & distinguendum est secundum Ang. aut enim causæ iuris, quæ allegantur, apparent ex actis, & sine dubio cum sint notoriæ, adduci possunt, quia iudex ex officio ad hoc astringitur etiam parte non petente, vt gl. dicit in l. vbi pactum. de transact. Si vero causæ absentiæ iuris non sint notoriæ: non admittitur excusator sine mandato, vt si vellet dicere, (vt dixi) ꝙ locus non esset competens ipsius accusati, vel accusato, vel ꝙ esset excommunicatus, & rõ huius conclusionis est secundum Ang. quia verosimiliter potest quis ignorare, an accusatus, vel inquisitus velit uti hisce exceptionib. Item vt Bar. dicit in §. ad crimẽ. esset possibile, ꝙ impeditus impedimento loci non tuti, non obst. hoc impedimento compareret, & ideo videtur, quod ad has allegationes non debeat quispiam admitti sine mandato, sed secũdũ Imo. post Bal. in d. §. ad crimen. ista opi. Ang. hic nõ est tuta. Primo, quia non est verisimile, ꝙ absens velit se exponere periculo, licet possit, quia exponẽs se periculo etiam inuitus defendi potest. l. non tantum, de app. & ideo vbi aliquis allegat istam exceptionem loci non tuti, vel incompetentiæ iudicis, nõ videtur ꝙ illam alleget contra voluntatem absentis, quia vbi absens non cõparet, ꝓsumptio est, ꝙ velit illas exceptiones adduci posse, ne incidat in delictum contumaciæ, ergo satis præsumendum est, ꝙ non admittatur contra voluntatem citatu. arg. l. li. §. fi. de neg. gest. & ideo idem Ang. in quadam sua disputa. quæ incipit, Bon. quidam, tenet, ꝙ imo quilibet excusator admittatur etiam ad allegandum causas iuris, quę nõ præiudicant ipsi accusato, vel inquisito, quia eas adducẽdo gerit negocium domini vtiliter. iuxta l. qui vtiliter. de neg. gest. quo casu, aut dominus gesta per hunc excusatorem ratificabit: & tunc constabit de voluntate domini, aut vero non habebit ratum, & sic poterit quandocunque renũciare huic exceptioni declinatoriæ oppositæ per excusatorem. Sed ista consideratio Ang. non videtur vera, & considerandũ est, quod regula-
33 riter † defensor sine mandato non admittitur. d. l. lib. § fi. & l. tot. vbi Bar. ff. e. ti. & vbi admittitur, tenetur cauere de iudicato soluendo, & ratio potissima huiusce conclusionis est, ne iudicium reddatur eluforium, quia interest eius, contra quem causæ absentię iuris allegantur, vt allegans habeat mandatum, †mihi tamen placet opi. contra Ang. hic, primo per istũ
34 tex. qui vult, quod vbi absens potest condemnari, possit quis innocentiam suam excusare, ergo longe magis debet quis admitti ad allegandum causas absentię iuris in causis capitalib. quia nisi reus excusetur confiscabũtur omnia eius bona post annum irreuocabiliter, si ergo succurritur de equitate absenti eo casu, quo potest condemnari, vt eius innocentia possit excusari, quo casu sæpenumero agitur de minori prejudicio, q̃ sit confiscatio omnium bonorum longe magis hic videtur succurrendum. & ista opi. secundum Are. probari videtur in l. fi. circa med. ff. de req. reis. vbi tex. dicit, ꝙ si reus non comparet infra annum post citationem, vel non habeat, qui eũ defendat in causa capitali, post annum confiscantur eius bona. Et si quispiam diceret, aduerte, quia ille tex. debet suppleri, ꝙ veniat cum mandato, replicari potest, ꝙ si haberet mandatũ, non vocaretur simpliciter defensor, cum ergo ille tex nõ possit intelligi de allegante cãs cãæ, seu innocẽtię: debet intelligi de quibuscunque causis tam iuris quam facti, & ita etiam intelligendus vr̃ tex. in §. ad crimen. in fi. & tex. noster hic. Nota-
35 tur quarto ex isto tex. ꝙ †vbi absens potest condemnari. ibi ꝑt

interuenire

Digitized by Google

36 interuenire procurator †Et ideo ſecundum Dy. relatum hic per Bar.& per Alb.col.10.vbi de iure communi in cā capitali ſnīa pōt ferri ꝙ abſentem,ibi poteſt interuenire ꝓcutator, & ſic in caſu.l.ne diu,C.de pœn.& extrauag.ad repr.& in caſu l.lege Corn.§.conſtitutum.ad l.Corn.in quibus abſens damnari poteſt,poterit interuenire procurator.Idem eſt,ſi ex forma ſtatuti,vel ex conſuetudine ſecundum Dy.quis poſſet abſens condemnari. habereturque,pro confeſſo, & conuicto: & hanc opin.amplectitur Imo.in d.§.ad crimen,qui dicit, ꝙ ita communiter tenetur,& referunt Mod.in c. ven.col.28.de
37 acc.Sed ꝯria opi.†quę videt crebrior ꝝm Iaſ.in l.2.qui teſt.fac. poſſ.videtur ēt veriror,ꝙ in cauſis capitalib.vbi agitur de pœna maiore relegatione,dato ꝙ abſens poſſit cōdēnari,ſiue ex diſpoſitione iuris communis,ſiue ex forma ſtatuti,aut conſuetudinis,nullo modo poſſit interuenire procurator,quæ q-dem opinio probari videtur lege,ratione,& auctoritate, & primo per tex.in l. pe.§.ad crimen,de pub.iu. vbi dr̄ ſimpliciter ad crimen publici iudici j perſequendū fruſtra interuenit
38 procurator.†Sed huic tex.reſpondetur,ꝙ licet ſimpliciter loquatur,debet tamen diſtingui,& declarari ꝑ alias leges. Sed replicari pōt,ꝙ nullibi repellit̄,ꝙ abſens in cā capitali de iure digeſtorum poſſit condemnari,niſi in caſu.l. lege Corn. §. conſtitutum,qui tex.vult,ꝙ ſerui,qui Spadonem īter fecerūt licet vltimo ſupplicio ſint puniendi abſentes tñ condemnari,pñt,cum ergo ille ſolus caſus reperiatur,non eſt veroſimile ꝙ includatur in regula,§.nr̄i.Item pōt dici ad illum tex.dum dicit de abſentibus quoque,tanquam.l.Cor.tenantur pronū ciandum eſt,vt ſit pronunciandum perinde,ac ſi eſſent pñtes vſque ad relegationem ut ibi ſentit gl.in 2. intellectu.Vel pōt dici ꝙ ille tex.nō loqt̄ de abſentibus,vt ſint puniendi tāquā l.Cor.teneant̄.ſ. pœna corporali,ſed ſola pœna ꝓſiſcationis bonorū, quia abſens nō poteſt deportari,minus eſt præſumēdū ꝙ iſta regula trahatur ad l.ne diu,C. de pœ.quia non potuit I.C.diuinare de illo tex.minus de extr.ad repr.in verbo legiti-
39 me,vt ibi Barto.dicit,Secundo†obijcitur contra opi. Dy. per Bar.tex.in l.inter accuſatorem,de pub.iud.vbi inter accuſatorem,& accuſatum etiam ſuſcepta cognitione, & ſic lite cōteſta.excuſatio pro abñte iuſtis rationibus admittitur,quia tex. generaliter loquitur, & vult,ꝙ ſola excuſatio iuſtis rationib. admittatur:& tñ ille tex.vr̄ loqui,vbi abñs pōt condēnari:dū dicit,nec per triduū per ſingulos dies ter citatus condēnetur. ergo tex.noſter neceſſario dēt intelligi:& idē probari vr̄ in d. l.pe.dum dicit,ſed excuſationes abſentium ex S. C. iudicib.al legātur,ſubdit tex.& ſi iuſtam rōnē habeant,ſnīam differūt. Et ꝑ veritate,ꝑ iſta op.ꝯ Dy.videt̄eſſe caſus de cauſis capitalibus in d. c.ven.& in c. ſuper hi. de acc.vbi quādo agitur de pœna depoſitionis ab ordine,nō admittitur procurator, ꝙa cauſa eſt criminalis.Sed ad iſtum tex.reſpondet.Im. quod pœna depoſitionis ab ordine de iure can. cenſetur pœna criminalis,& ratio eſt ꝝm Mo.in d.c.ven.col.28. in 13.q.quia depoſitio ab ordinibus eccleſiaſticis eſt magna pœna, quia quis non deponitur ab ordine niſi ex grauiſſimo crimine, c. j. 81. diſt. ſed ob hoc non tollitur ꝯriū, quia illa ſnīa depoſitionis ab ordinib.ſacris in abſentē ferri pōt,& tñ nō ꝑt īteruenire ꝑ curator.Suadetur hæc opi.ꝯ Dy.ꝝm Bar.in d.extrauag.ad rep.
40 in verbo legitime,†nā in cā appellationis ēt in criminalibus ferri pōt ſnīa in abſentem.l.fi.§.illud,de temp. app.& tñ in cā appellationis nō pōt interuenirē ꝓcurator, ſed replicari pōt ꝝm quoſdā Mod.in d.c.ven.ꝙ ille tex.loquitur, vbi in cā principali non poterat procedi ꝯ abſentem: nil mirū ergo ſi idē eſt in cā appellationis,quæ cenſetur eiuſdem naturæ,ſed ſi in cā principali potuiſſet procedi ꝯ abſentem ēt cā appellationis poſſet per alium agi:ſed ille tex.non patitur hūc ſenſum, quia ſolum facit differentiam inter cauſam pecuniariam,& capitalem:& abſolute dicit,ꝙ cauſa capitalis per aliū agi nō poteſt,nec diſtinguit inter abſentiam,& præſentiam, & late dicam de intellectu illius.l.j.Vltimo ſuadet̄ hæc opi. pulchra
41 ratione,†nam vr̄ abſurdum,ꝙ in cā capitalia mittat̄ procurator,qui non ſolum poteſt prodeſſe,ſed ēt nocere domino. Sed ad hoc reſpōdet Imol.ꝙ per eius dcīn non præiudicabit̄ domino,niſi habebat ſpecialiſſimum mādatum, vt in ſimili dr̄ in matrimonio,in quo requiritur mandatum indiuiduū, attento maxime, ꝙ factum procuratoris tendens ad delictū dño non præiudicat.l.ſi procur.de cond.ind. & erit magis vtile admittere procuratorem,licet poſſit in aliqua particula nocere,quā relinquere ipſum abſentē indefenſum, & maxime vbi iudex eſt omnino proceſſurus ꝯ abſentē.arg.tex.in l.non ſolum, in fi.ff.de procu.vbi qñ iudex deliberat oīno procedere ꝯ abſentem,admittitur quis ſine mandato ad remouendā cauſā ſuſpecti tutoris.Sed replicari pōt, ꝙ ſi iſta rō eſſet vera deberet ēt admitti in cauſis capitalibus, in quibus abſens cōdemnari non poteſt:quia melius eſſet eum defendere,licet in aliqua parte poſſit ſibi nocere,quā eū in defenſum reliquere. Item vt dicit Bar.melius eſt, ꝙ quilibet admittat̄, qui poſſit tñ non prodeſſe,non autem nocere,eſt verum,ꝙ pro opinione Dy.multum ſtringit tex.in d.extrauag.ad repr.dū dicit,perſonaliter vel legitime,cui tex.non ſatisfacit ſolutio Bar.ſecūdum Imo.dicentis ꝙ ille dr̄ comparere,qui perſonaliter comparet,ſi eſt ſingularis perſona,vel ꝑ procuratorē,ſi eſt vniuerſitas,quia illa verba perſonaliter vel legitime:vñr pariformiter referri,tam ad ſingulares perſonas,quam ad vniuerſitatē. ſed replicari pōt,ꝙ ex quo illa verba perſonalr:non pñt referri ad corpus collegij, vel ad vniuerſitatē,neceſſario ſunt referenda ad perſonas ſingulares,cum verbum(legitime) ad collegium vel vniuerſitatem,vt Bar.ſentit proprie referri poſſit, quia regula,l.nam hoc iure de vul.& pup.procedit vbi poteſt pariformis determinatio,cogita.

Notatur vltimo ex hoc tex.ibi,æquum, & ordinarium eſt admittere,hic eſſe tex.ꝙ iudex non pōt dicere procuratori,ꝙ vult.ꝙ principalis perſonaliter compareat,quia melius noue rit veritatem,quia ꝙ quis poſſet comparere per procuratorē eſt ordinarium,& æquum ꝯriū tñ tenet Bar. hic reprobata opi.Iac.But.qui volebat ꝙ ſi procurator haberet ſpecificum mandatum,ad ſic reſpondendum ꝙ iudex non poſſet deſiderare,ꝙ principalis compareret,nam ꝯ Iac.ſtringit iſte tex.qui vult,ꝙ ſit æquum,& ordinarium admittere procuratorem: huic ergo æquitati:& iuris ordini non poteſt iudex derogare ſed vt ſupra dixi Bar.hic,& in l.fi.C.de proc.& in l.2.§. defendi,ex quibus cau.in poſ.ea.tenet,ꝙ imo poſſit cogi principalis ad rñdēdum: quia ob eius præſentiā veritas magis percipi poterit:quę per tremorem, ruborē,palorem,& ſimilia percipi ſolet,ſed ꝝm Bal.diſtinguēdū vr̄ inter iudicium criminale, & ciuile,nam in iudicio criminali in quo torturæ locus eſſe poteſt,poteſt cogi principalis comparere,& in hiſce terminis loquitur tex.in l.de minore,§.tormenta,ff.de quæſtio. ſed vbi non eſſet locus torturæ,ex quo procurator habet ſpecificum mandatum,dñs videtur loqui per organum procuratoris, l. qui autem.in fi.ff.de conct.ſiue cauſa ſit ciuilis ſiue criminalis,ita dicit Bal.hic,& iſta opinio fuit de mente Bar. licet Bal. non dicat in l.qui bona,§.qui alieno,in vlt.col.vbi facit differentiam inter iudicium criminale,& ciuile,& vult,ꝙ ī crīali teneatur comparere perſonaliter,quia ex aſpectu,voce,colore,& trepidatione poterit iudex melius ſe informare ab ipſo principali,& opin Bar.in d.§.qui alieno,recipitur communiter.ſecundum Ale.& Mod.in l.fi.C.de proc. & probari vr̄ ex illo tex.ubi unicuique permittitur per procuratorē rñdere,niſi
43 ſubſiſtente iuſta cā,& tradit Raph.Ful.in conſ.344.†mihi placet diſtinctio quam ſentit Bald. hic ꝙ ſiue cauſa ſit ciuilis ſiue eiminalis dummodo non agatur de tortura non poſſit cogi principalis comparere per hunc tex.qui generaliter loquitur. & per tex.in d.l.fi.niſi ſubeſſet iuſta cauſa,ut puta, quia procurator eſſet infamis,uel rixoſus,ut Mod.tradunt in d.l.fi. Circa
44 gl.†in uerbo publice,colligitur concluſio,ꝙ intereſt reip. quā plurimos ad defendēdam ſuam cauſam admitti.Sed tu aduerte,quia iura allegata in glo.non probant hoc nam tex. in l.in prouinciali,§.fi.cum l.ſeq.bene probat, ꝙ ſi ædificetur in publico,ꝙ oēs ciues nunciare poſſunt: quia intereſt reipublicæ quam plurimos ad ſuam cauſam admitti.ſed text.noſter non loquitur de intereſſe publico principaliter, ſed ipſius abſentis:
45 ſicut etiam loquitur tex.in l.exigendi,C.de proc. †item tex.in l.1.in fi.ff.ꝙ cuiuſq; uniuer:loquitur de defenſore qui tenetur ſatiſdare de rato uel de iudicato ſoluendo iuxta l.qui proprio §.qui alium,& l.minor.ff eo.ſed tex.noſter loquitur de defenſore alleagnte cauſas abſentiæ, qui non tenetur ad aliquam ſatiſdationē,ut eſt gl.ſing.in l.in eo,§.nemo,de re.iu.ſed alii defenſores tenentur ſatiſdare,dato ꝙ ſint locupletiſſimi d. l. minor.Sed tu conſidera quia gl.in d.l.in eo,§.nemo, loquitur in allegante cauſas abſentiæ in cā criminali.ubi agitur de utili-
46 pub.ut Bar.dicit in l.ubi pactum col.pe.de trāſ.ideo vide Dec. omnino in d.l.in eo,§.nemo,ff.de reg.iur.& dict̄ ꝙ intereſt reipu:hic ſecundario,princ.tñ intereſt ipſius abſentis a quocunque defendi, alias ſi principaliter intereſſet reip. ut hic ſentit Ange.poſſet procurator inuitus conſtitui, & tamen non pōt, l.filiusfam.§.inuitus ſupra eo.& l.inuitus,C.eo.& ideo officiū procuratoris eſt priuatum authoritate,& utilitate: licet ſecus ſit in officio tutoris, & curatoris: quod eſt publicum auctoritate & utilitate priuatum,l.ſi quis magiſtratus,ff. de mun.& hono.Inſt.de excu.tu.†nec eſt inconueniens, ꝙ principaliter
47 interſit priuatorum principaliter a quibuſcunque defendi,& ſecundario reipub.ſicut in ſimili dicitur, ꝙ intereſt principaliter ne quis re ſua male utatur,ſecūdario reip.ut ita onera reipub.ſubire poſſit,§.pe.Inſt.de is qui ſunt ſui vel alien.iur. & in §.eos in Auct.vt iudi.ſine quoquo ſuff.ſic etiam ꝓprincipaliter intereſt mulierum dotes earum conſeruari,ſecundario reipu. l.1.& 2.de iu.dot.& l.1.ff.ſoi.mat.Gl.in uerbo, datur poteſt diuidi in 5.partes prin.In 1.par.opp.contra tex.In 2. diſtinguendo tria genera cauſarum opp.reſol. & contra primum genus opponit tribus modis.In 3.diuidit ipſum tex.In 4. format unā

quæ-

Digitized by Google

quæſtionem In 5.intelligit hunc tex.quando quis poteſt plene defendere,ſed tantum vult allegare cauſas abſentiæ.Secũda ibi,ſed vt tollas.Tertia ibi, & ſecundum hoc.Quarta ibi, ſed in quem ſententia dabitur.Quinta,& vlt.ibi, vel ſi vis dicas.Ex hac gl.colligitur prima concluſio,quod† in cauſis capitalibus regulariter non poteſt conſtitui procurator. l.pe. §. ad crimen,de publ.iud.qui tex. licet loquatur in pub. iudicio capitali,tamẽ habet locum etiam in iudicio capitali priuato vt probatur in l. 1. an per alium cau.app.vbi non diſtinguitur crimen publicum a priuato,ſed ſolum qualitas pœnæ,& videtur eſſe caſus,ſecundum Imo.in d.§.ad crimen,col.2. in l.vnica,C.vt omnes iud.tam ciuil.quam mil. in ver. ꝙ ſi intra 50. dierum numerũ,nã in pri.illius l.fit mentio de furto,vt patet ibi,ſuper furtis aut criminib. quęrimoniã commouẽdi, & tñ in ver.accuſationẽ,dicit accuſationẽ vero ſuper cribus factã, debet ipſe officialis per ſe ꝓſequi, †ſed rñderi põt diſputatiue tñ,quia proprie inſcriptio ad pœnam talionis hẽt locũ in criminib.publicis,in quibus eſt determinata pœna, & in quibus cadit proprie ſimilitudo ſupplicij, l.ſi cui,ff.de acc.& l.fin.C. eo.ti.& ita tradit Alb. in l. in priuatis,ff.ad Turp.& ſi dicat̃,ꝙ ẽt in priuatis delictis hẽt locũ, & maximeẽ furto,vt ꝓbari vĩ in l.fi.ff.de fur.dico,ꝙ ille tex.reſpondet huic difficultati,dum dicit,ꝙ non ſit inſcriptio quaſi in publicũ iud ſed vt temeritas gentium extraordinaria pœna coherceatur, & ideo ibi non cadit proprie pœna talionis.Idem probatur,ſm Imo.in l.3.C. vbi ſena.vel cla.ibi oẽ crimen publicũ, priuatũue.cui tñ non per procuratorem rñderi liceat.ſed ad illum tex.põt rñderi,ꝙ non infertur ex hoc,ꝙ rit in priuatis delictis non poſſit cõſtitui procurator,& ideo Ang.relatus per Imo.in d. §.ad crimẽ, col.2.vult,ꝙ in crimine publici iudicij etiam qñ pro crimine eſt imponẽda pœna pecuniaria,ſiue ſnĩa poſſit ferri in abſtẽ, ſiue non,non poſſit conſtitui procurator.primo per illũ text. qui loquitur indiſtincte. & iõ ipſe intelligit tex. noſtrũ in crĩe capitali priuato,vt in illo poſſit interuenire ꝓcurator,vt ſnĩa poſſit ferri in abſente,& ideo ſm eũ in crĩe publico ſiue poſſit ferri in abſtẽ, ſiue nõ ut probat tex. in d. §. ad crimen.nõ poteſt conſtitui procurator.Item ſecundum eum † in crimine priuato bene fit diſtinctio,an ſit imponenda pœna maior relegatione,& nõ poſſit procurator cõſtitui,an vero minor, & poſſit.ſed in crimine publico,ſiue agatur de pœna capitali, ſiue de alia pœna relegationis,vel minoris,vel etiam de pœna pecuniaria,prout agitur in pleriſque delictis publicis, vt Inſt. de pub.iud.§.fin.& in l.1.ad l.Iul.de annona,& de reſiduis nõ poteſt conſtitui.Et pro opin.Ang.pondero tres tex. in l.de fide.C.ad l.Corn.de falſi.qui tex. proprie loquitur in criminib. publicis,†habent.n.huiuſcemodi crimina,neſcio quid ſpecialitatis, patet in l.qui crimẽ publicũ,qui acc. nõ poſſ. vbi proprie pœna talionis fuit introducta pro crim. publico,& ꝓbatur in d.l.fin.de furt.†& ideo non permittitur mulieri accuſare de crimine pub.l.de crim.C.qui accuſa.non poſſ.†& iõ dãnatus de crimine pub!.non poteſt amplius accuſare,l.qui publico iud.ff.de pub.iud. & ex delicto publico damnatus, etiã efficitur infamis,non ſic eſt in omnibus priuatis delictis, l.infamem,ff.de pub.iud.& ideo non dicitur publicum iudicium niſi expreſſe a lege cautũ ſit.l.3. ff. de pręua. & pœna Turpil. de qua ibi in §.fi. ſolũ habet locum in publicis iudicijs, ego tñ credo,ꝙ opi.Ang.ita confirmata non ſit vera, per tex.in l. tunc conuenit,C.de acc.& l.2.C.qui acc.nõ poſſ. qui proprie vult ꝙ in ea cauſa non ſit admittendus procurator,vbi eſt neceſſaria ſubſcriptio in crimen.ſecus eſt vbi agitur de cã pecuniaria.facit tex.in l.2.C.qui acc.non poſ.†ſed hic eſſet indagãda rõ, quare primo ex parte accuſatoris non poſſit conſtitui procurator,& dicit hic Alb.col.7.poſt Bar.in §.ad crimen, ꝙ ex parte accuſatoris eſt,quia ſi non probat,punitur ſimilitudine ſupplicij,d.l.ſi cui,de acc.& l.fi.eo. tĩ. & iõ dẽnt detineri in pari cuſtodia,l.2.de cuſ.reo.ſed ex quo hodie non ſeruatur de conſuetudine, eſſet videndum,an correcta ratione l. cenſeaẽ correcta lex,de quo plene dixi in d.§.ad crimẽ,illa ſꝑ mihi viſa fuit vera rõ tam ex parte actoris quam ex parte rei, q̃ aſſignat l.C.in l.1.de req.re.qui dicit ꝙ ideo non patitur,ꝙ abſẽs eo non audito damnetur, & ideo lex vult, ꝙ non admittat̃ procurator, vt iudex accuratius poſſit indagare veritatem criminis inſpiciendo accuſatorem & reum in faciem, vt uidendo quo colore,quo tremore,& palore loquat̃,vt hic dicit Bal. col pe.& hãc rõ(vt dixi)probatur in d.l.1.ſed iſta ratio nõ militat ex parte accuſatoris, quia amplius non punitur pœna talionis,ſed poteſt dici ꝙ lex quantum poteſt vĩ reſtringere facultatem accuſandi.l.ſi cui.de accuſ.& l.fi.ibi, ne innocentiã feriamus,& iõ vult,quod ipſemet accuſet,non autem per procuratorem, & iõ in accuſatore deſiſtente habet locum pœna de qua in l. 3. de præuar. de quo tamen plene ſcripſi in d. §. ad crimen. vbi vltra alios poſui triginta ampliationes ad hanc regulam, & forte etiam 30.limitat. Gl.tñ hic ponit tres. Prima eſt,vt† non procedat in caſu l.Lucius.ff.de app.vbi pro ſeruo condemnato in cã capitali põt dñs appellare,& cãm appellationis proſequi.& ratio eſt, dicit gl.quia cõparet pro ſuo intereſſe proprio.ſed iſta ſolutio non vĩ tuta.per tex.in l.ſi nõ defendantur.ff.de pœ.& in l.2.ff.de exhib.reo.& ideo gl.in l.ſi ſeruus,de ſtat.hom.dicit,ꝙ dñs poteſt miniſtrare probationes ipſi ſeruo eum defendendo,ſed iudicium eſt agitandum cum ipſo ſeruo & pro iſta ſolutione facit text. in l.2.C.de accuſ.ibi, vt poſſit pro eo competentes allegationes afferre, ſed finis diſtinguitur ſm principium illius,l.ut ibi declarat Saly.vere tamen vĩ,quod† pro ſeruo,ſi dominus citatus pro ſuo intereſſe non vult eum defendere,ſed relinquere fortunam iudicio, poterit vel a ſeipſo defendi,vel a quocunque d.l.ſi non defendatur.& l.ſerui,ff.de appel.& ideo Imol.in d.l.Lucius. dicit, ꝙ iõ ab alio poteſt defendi ſeruus,quia debet dicere cauſam in uinculis,d.l.2.de cuſto.reo,ſed iſta ſolutio Imo.non vĩ tuta, quia in caſu l.1.quando cau.app. vult ꝙ in cauſa capitali non poſſit conſtitui procurator ad proſequendam appellationem, & tamen eſt neceſſe fateri,ꝙ ex quo fuit condemnatus in cauſa principali, ꝙ erat præſens,aliter in ipſum non potuiſſet ferri ſententia d.l.abſentem.de pœnis, Imol.dicit, ꝙ ibi arr puit fugam, † tu dic breuiter,ꝙ ex quo ſeruus regulariter non poteſt eſſe in iudicio,nec in ciuili,nec criminali,ſi non defendatur a domino poteſt ſeipſum defendere,& ſi ſeipſum non defendat poteſt ab alio defendi iſtam tamen ſecundam ſolutionem.ꝙ in caſu l.Lucius.poſſit interuenire procurator.quia erat incarceratus uoluit Bar.in d.l.2.ſed non placet Bal.hic in 2 colum. quia ſemper in cauſa capitali dicit Bal.quis debet detineri,d.l. 2.de cuſt.reo,& tamen in d.l.an per alium cau.app.dicitur, ꝙ non admittitur procurator,& ideo infert hic Bal.retenta ſolutione gl.quod ſtante ſtatuto,quod pater teneatur ſoluere condemnationem filij.quod ſtatutum,ualet,licet ſit iniquum, ꝙ pater pro ſuo intereſſe poterit interuenire pro filio in cã criminali,& idem dicunt Angel. & Imol.in d.l.Lucius.† Secunda colligitur concluſio ex hac gl. ꝙ ubi ex crimine publico, uel priuato uenit imponenda pœna relegationis,uel remotionis ab ordine,poteſt interuenire procurator,ratio eſt,quia abſens relegari poteſt,ergo & in tali cauſa procurator conſtitui & hæc eſt communis Doct.opin.† & probatur etiam in l.1.ff. an per alium cau.appel. ubi dicitur ſin autem cauſa ſit nõ pecuniaria,ſed capitalis,non poteſt per procuratorem agi. nam ibi appellatione pœna capitalis ſm Bar. hic intelligitur de pœna capitale ſtricte ſumpta,uerſuero ſed in ea loquitur de pœna damnationis in metallum,& deportationis vſque ad relegationem,excludendo ipſam relegationem,& dato milles,ꝙ principium illius tex.intelligeretur de pœna capitali large. ſm Ryc.& Bar.de Salyc. ille tex. poſſet intelligi de alijs pœnis quæ ſunt mediæ inter pœnas capitales,& relegationem,ſicut pœna fuſtium,& flagellorum.& damnatio in opus publicum ad tẽpus,de quibus in l.capitalium.ff. de pœnis.ſed replicari poteſt, quod illę pœnæ in d.l.capit. ſm ordinem litteræ poſponũtur ipſi relegationi,ut patet ibi,ueluti relegatio ad tempus, uel in perpetuum.ergo pœna relegationis vĩ reputari maior, & ideo vĩ uerior intellectus Bar.ꝙ † ibi illa dictio vſque ſtet incluſiue,quia hæc eſt eius propria natura, ſm Bar. in l.Sempr.§. patrono,col.vlt.de l.3.& niſi ſtaret incluſiue in illo tex. ſequeretur, quod caſus relegationis non tam clare decideretur ſicut caſus vbi agitur de pœna capitali,uel agitur ad pœnam pecuniariam pro crimine, & tamen poterat magis dubitari de cã relegationis.quã de alijs cauſis, quia de capitalib. erat aperte deciſum,eodẽ mõ de cauſis pec.vt in hoc tex.in prin.Ergo eſt neceſſe dicere.ꝙ dictio vſq; ſtet incluſiue,prout eſt ſua ꝓpria natura,& ſuadeẽ hæc opi.ſm Bar. quia pro iniuria imponi pt pœna relegationis l.fi.ff.de iniur.iũcta l.fi.C.eo.tit.† ſed ad hũc tex.danẽ plures ſolutiones,quas retuli ĩ d.§.ad crimẽ,de pub. iud.mihi placet illa ſolutio q̃ tradit Cy.in d.l.fin.C. de iniur.ꝙ † licet regulariter ubi agit̃ de imponẽdo pœnã relegationis ex crĩe publico, uel priuato poſſit cõſtitui procurator, nõ põt tñ in crĩe iniuriarũ,licet ſit priuatũ delictũ.arg.l.ꝓtore dixit.ff. de iniur.attẽro ẽt ꝙ aliqñ pro iniuria imponitur pœna capitalis, vt in d.l.ꝓtor,§.1.de iniu.& in l.2.in fi.ad l.Cor.de ſica.& in l.j. C.de fam.li.& ideo dĩ in l.qui ininriarũ,ꝙ aliqñ imponitur pœna exilii,vel relegationis nil mirũ ſi non põt interuenire procurator,& ſi dicatur,aduerte:nã in caſu,l.3.in fi.de ſica. & l.lege Cor.§.finaut̃.cũ l.ſeq.de iniu.vbi pro iiuria imponitur pœna capitalis,cẽſetur crimen publicũ,replicari põt,ꝙ ẽt grauiter animaduertitur pro crimine iniuriarũ,ẽt ꝙ ſit crimen priuatũ,vt ſi qs faciã alicuius luto ſpurcauerit, vel aquas fiſtulas lacus,qd ve aliud ad iniuriã publicã cõtaminauerit,põt ẽt impoui pœna capitis pro crimine iniuriarũ,l. ſaccularii.§. ſunt q̃ dã,ſi velles tñ tueri op.Iac.de Are.poſſes dicere,qđ non conſideratur qualitas delicti,ſed qualitas pœnę d.l.1.niſi replices, qđ hic concurrit,& qualitas delicti.& etiam pœnę, ſed hac ratione attenta idem eſſet in furto,vbi aliquando ẽt imponitur pœna mortis,l.capit.§.fam.ff.de pœn.& tenendo hanc opi. ad hũc tex.

Digitized by Google

tex.iuncta l.absentem. potest respondere, quod non sequitur absens potest condemnari, ergo potest interuenire procurator, patet in §.ad crimen.de pub.iud.vbi potest ferre sententiã in absentem,& tamen non interuenit procurator, nec dicatur, quod ille tex.intelligitur de sententia annotationis bonorum, quia hæc solutio diuinat, stat ergo similiter quod absens possit relegari, & tamen in causa relegationis non possit interuenire procurator, vt est casus expressus in d.l.1, an per aliũ cau.app. Cætera dic, vt dixi in d.§.ad crimen.

FINIS.

TRACTATVS AVREVS, DEFENSIONEM OMNIVM reorum aduersus quascunque accusationes & inquisitiones pro quibuscunque criminibus, docens.

TVM AD THEORICAM IVRIS, TVM ad communem omnium tribunalium uniuersę Europæ stilum, & praxim accommodatus.

IACOBO NOVELLO IVRISCONSVLTO AVTHORE.

Coram vobis Magnifico, Clarissimo domino Marco Antonio Mauroceno D. Præfecto Tar.

CVm ratione officij, pietatis amoris paterni, ac etiam pro particulari interesse tam ex iuris dispositione, quam ex antiqua consuetudine hactenus in viridi obseruantia existente, parentes ipsi ad defensionem absentium admitti consueuerint non immerito, comparet Dominicus della Marcha, vti pater, & legitimus administrator omnium bonorum Antonij Mariæ eius filij, ac pro interesse suæ patriæ potestatis, vna cum Domino Iacobo de Nouello. D. eius aduocato causa, & occasione prædictum eius filium defendendi ab asserta inquisitione vestra, per vos, vestrumque officium contra eum formata, de homicidio sequuto in personam q. Titij Cremonẽsis, ex percussione cum langerio eidem.q.Titio per dictum Antonium Mariam illata, ex causis in dicta asserta inquisitione, & processu declaratis, ad quam, & contra quam impugnatiue semper relatio habeatur prętерquam in partibus commodum, & fauorem dicti eius filij concernentibus, in quibus illam impugnare non intendit, sed magis illam in partibus prędictis laudat, & acceptat, ac saltem in vim tacitæ iudiciarię confessionis reproducit, & breuibus agendo, & realiter dictum filium suum defendendo, Pater antedictus in primis confitẽdo delictum, scilicet præfatum filium suum percussisse cum langerio. Sæpe dictum.q.Titium ea percussione, qua postea decessit, dicitque eundem filium suum a pœna ordinaria homicidij absoluendum esse, A. extraordinaria tamen pœna pecuniaria, vel fortasse alia consimili, (vt sæpe in similibus obseruatum fuit) eum esse puniendum, cum clarum sit eundem Antonium Mariam ad faciendum id fuisse valde infestanter pronocatũ a prędicto q.Titio, tam ex verbis inhonestis, turpibus, ac minatoriis contra dictum eius patrem, ac semetipsum per eundem.q.Titium prolatis, quam etiam ex terrore armorum cõtra prædictum.q.Titium in manu acceptorum, prout de præmissis omnibus particulariter inferius deducetur, & quatenus opus fuerit legitime probabitur, accedente etiam, quod dictus vulneratus post vulnus illatum, ambulauit p ciuitatem non obseruando præcepta, & regulas medicorum. Ita quod principaliter non ex ipsis vulneribus, sed ex malo regimine ipsius vulnerati decessit, vt liquido per testes comprobabitur, qbus stantibus, & probatis manifeste liquebit antedictũ Antonium mariã extra ordinẽ (vt dictum est) leuiter esse plectẽdũ, cũ terror armorũ satis ipsum excusset, & verba in dictũ eius patrẽ, & per ipsum.q.Titiũ iniurioſe (vt dictũ fuit) & minatoriæ prolata efficiãt, vt ipse magis puniendus sit, quia plus fecerit quam quod se vendicare non debuisset, quamobrem magnifice, & clementissime prætor, Dominicus antedictus ex causis præmissis, & alijs etiam loco, & tempore dicendis quatenus expediens erit, orat, rogatque inclitam magnificentiam vestram, eiusque dignissimum officium quod ad hoc specialiter implorat quatenus opus sit, vt dictum filium suum ab ordinaria homicidij pœna absoluat, & mitiori, ac extraordinaria pœna eum afficiat pecuniaria, vel alia arbitrio Magnificentię vestræ ei imponenda, & ita fieri, & declarari petit omni meliori modo, &c. Saluis alijs quibuscunque defensionibus, & iurib. suis competentibus, & competituris. Et si in præmissis fortasse deficeret, quod non credit, protestatur posse ad alia iura habere recursum, prout sibi melius de iure videbit expedire.

Coram vobis Magnifico Potestate Verona. D. Francisco Venerio Dignissimo.

LIcet, non solum de iure communi cautum sit, verum etiam ex forma decreti. Duc. Illustrissimi Domini. 1524. quemquam ad carceres citari non posse in causa capitali, nisi præcedentibus indicijs saltem legitimis. Attamen citatus fuit Sempronius pro causa mortis q Titij, ob solam accusationem, seu denunciã Merici villæ ronchadæ, nullis alijs pręcedentibus indicijs saltem legitimis, tamen obtemperando præceptis Magnificentię vestrę idem Sempronius se spõtę ad carceres. M.V. pręsentauit, & in carceribus vestris detrusus remansit, & adhuc remanet a die XX. Iulij proxime pręteriti citra ad ostendẽdam innocentiam, & integritatem vitę suæ, cum maximo damno iactura, & interesse, nihilominus se defendendo tam a dicta denuncia, seu accusatione, quam ab omnibus alijs contra eũ obiectis ob mortem.q.Titij, & breuibus agendo dicit, & excipit idem Semp. quod negat narrata in dicta asserta denuncia, seu accusatione vera esse, & veritatem in se continere. Nam Villæ ronchadę est homo pessimæ ac malæ naturę, inductus suggestione, ac suasione Petri Vezerij hoīs quippe malignę naturæ, inimicus ipsius Sempronij (vt satis notorium est) & prę-mio accepto inductus est ipsam accusationem instituere, vt probabitur. immo, quod plus est, quęsiuit varijs medijs inducere testes ad comprobandum ea, quę ipse denunciauit malis artibus, quod ex eo dignoscitur ex contrarietate, & repugnãtia in dicta denuncia, seu accusatione apposita, nec obstat dictum, & expositio primi testis pro indicio exhibito, quia est in suo dicto singularis, varius, & incostans, & extra querelam quo fit, vt non solum fides, aliqua sit ei adhibenda, sed deprę henditur manifesta falsitas, & minus secundus, & tertius testis, quia in facto nihil deponunt, quibus omnibus ita in facto subsistentibus, & alijs suis loco, & tempore dicendis, & allegandis, petit dictus Sempronius, per M.V. absoluendus, vel saltem pro nunc ex carceribus, M.V. relaxandus, & denunciator in expensis condemnandus, & ita fieri petit omni meliori modo, &c, non se astringens & Saluo sibi iure, &c. ac saluis alijs iuribus sibi competentibus, &c. Et si in prędictis forsitan defeciſſet, quod non credit protestatur posse ad alia habere recursum, prout sibi melius de iure uidebitur expedire.

SVMMARIVM.

1 *Defensionum reorum multa sunt genera.*
2 *Verbum defendere est verbum generale.*
3 *Qui promittit aliquem defendere intelligitur de iure, & de facto.*
4 *Quando dicatur aliquid ad sui defensionem fieri.*
5 *Pater in causa capitali an pro defensione sui admittatur.*
6 *An intersit reip. absentes a quibuscunque defendi in causa capitali.*
7 *Procurator an in causis capitalibus interuenire possit.*
8 *In causis criminalibus an necesse sit præsentia rei criminis.*
9 *Triplex est species defensionum.*
10 *Iudex an debet perquirere innocentiam rei absentis.*
11 *Pater confitens delictum pro filio, an admittatur in causa capitali.*
12 *Intellect. l. reus, C. de accu. & l. pe. §. ad carmen. ff. de pub. iud.*
13 *Insultatus si occidit, an a pœna vltimi supplicij excusetur.*
14 *Insultatus an semper præsumitur facere ad tutelam sui corporis.*
15 *Præsumptio iuris, semper est contra inuadentem, & criminis authorem.*
16 *Ex lege semper presumitur contra illum, qui dat operam rei illicitæ.*
17 *Præsumptio est contra illum, qui primo incipit proferre verba contumelioſa, & qui ponit manus ad arma.*
18 *Percussus, si se defendendo occidit, an de homicidio teneatur.*
19 *Modus articulandi necessariam defensionem.*
20 *Terror armorum an excusat delinquentem.*
21 *Offensus pro sui defensione an debet clamare, & alios conuocare contra malefactorem.*
22 *Defensio necessaria, quomodo probetur.*
23 *Aggressus excedens modum se defendendi si occidit, an pœna vltimi supplicij sit puniendus.*
24 *Insultatus, si doloſe excedit modum se defendẽdi, an pœna mortis puniri debeat.*

25 *Excedens*

Digitized by Google

25 *Excedens modum inculpatæ tutelæ, si in ipso exteſſu interuenit culpa lata, ſeu leuis an pœna, l. Cor. de ſica. puniatur.*
26 *Homo intenſo dolore permotus non eſt in plenitudine intellectus.*
27 *Verbera non dantur ad menſuram.*
28 *Inſultatus ſi ſeruat requiſita a l. & in exceſſu non interuenit culpa, an abſoluendus ſit.*
29 *Defenſio neceſſaria an per proprium fratrem offenſi probari poſſit.*
30 *Teſtes domeſtici, an idonei ſint ad probandam innocentiam inquiſiti.*
31 *Teſtis deponens credere ſuo quod Titium occiderit ſcilicet ad ſuam defenſionem an probet.*
32 *Infans ſi deliquit an excuſatur a pœna vltimi ſupplicij.*
33 *Proximus pubertati an in delictis excuſetur.*
34 *in delictis minores an puniuntur, ſicut maiores.*
35 *Minoribus delinquentibus, an propter ætatem pœna remittatur.*
36 *Pupillus ſi occidit, an pœna l. Cor. de ſica. teneatur.*
37 *Furioſus committens homicidium, an decapitari poſſit.*
38 *Contra furioſum delinquentem in furore, an proceſſus formari debet.*
39 *Furor quomodo probetur remiſſiue.*
40 *Homicida ſanæ mentis, ſi poſt delictum ſuperuenit furor an decapitandus ſit.*
41 *Dormiens ſi occidit an pœna mortis puniri debet:*
42 *Dormiens ſi deliquit, & habet notitiam moris ſui qua pœna puniri debet.*
43 *Senilis ætas ſi occidit, an excuſetur a pœna homicidij.*
44 *Ebrius ſi occidit an a pœna l. Cor. de ſica. excuſetur.*
45 *Blaſphemans per ebrietatem, an a pœnis legalibus exoueſetur.*
46 *Error an excuſet homicidam a pœna ordinaria.*
47 *Volens baſtonare ſi occidit an de homicidio teneatur.*
48 *Ignorantia iuris & facti ſupina, vel Craſſa, quæ dicatur.*
49 *Inſania, ſeu dementia, an a pœna homicidij delinquentem excuſat.*
50 *Freneticus, fatuus, ſeu iracundus, an occidendo excuſetur a pœna mortis.*
51 *Ignorantia, an excuſat a pœna delinquentem homicidij ordinaria.*
52 *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia & quomodo Docto. intelligatur.*
54 *Imprudens ſi occidit, an pœna, l. Cor. de ſica. teneatur.*
55 *Mulier medicans ſi imperitia occidit, an excuſetur a pœna homicidij.*
56 *Neceſſitas, an excuſet delinquentem a pœna mortis.*
57 *Clericus occidens hominem ad ſui tutelam, an ad ſuperiores ordines abſque diſpenſatione promouendus ſit.*
58 *Laſcinia, an excuſet homicidam a pœna, l. Cornel. de ſica.*
59 *Author rixæ ſi occiditur, an interfector occidens ſit.*
60 *Iura ſemper præſumunt contra inuadentem, & criminis authorem.*
61 *Prouocatus verbo, ſeu facto ſi delinquit, an excuſetur.*
62 *Prouocatus quicquid agit, an dicatur potius facere ad defenſam, quam offenſam.*
63 *Percutere incipiens dicitur eſſe ſemper in culpa.*
64 *Calor iracundiæ, an excuſet homicidam a pœna vltimi ſupplicij.*
65 *Iracundia quæ delinquentem excuſat, an, & quomodo probari debet.*
66 *Minans ſi occiditur, an occidens a pœna homicidij excuſetur.*
67 *Metus inſtans periculi, an excuſet delinquentem ab homicidio.*
68 *Coacte delinquens, an a pœna mortis excuſetur.*
69 *Iuſtus dolor, an excuſat homicidam a pœna, l. Cor. de ſica.*
70 *Iudex, an poſſit homicidam deportare.*
71 *Homicida iuſto dolore accenſus, ſi occidit, an contra ipſum pœna mitigari poſſit.*
72 *Filius contra patrem ſe defendere an iure poſſit.*
73 *Pater filium ſuum an impune interficere poſſit.*
74 *Quid in patre ſpirituali, marito, & præceptore, 75.*
76 *Maritus occidens vxorem deprehenſam in adulterio, an puniri debeat.*
36 tione temporis,cum obseruatio temporis aggrauat præmeditationem delicti,ut d.l.aut facta,& tempus,ff.de pœnis,& ibi Barto.& Alexand.Ang.& Marsi. in rub.de Sica. numero 12. Bald.consi.427.in 1.volumi.scilicet vbi dicit, quod lex præsumitur contra operantes de nocte:allegando illud,nocte uagatur adulter,& est glo.no.in l.furem circa medium, ff.de Sica. Dec.in c.consuluit,num.8.de offic.delega. & pariter ex modo percutiendi,vt can.in c.1.de homi.Barto.in l.respiciendum,ff. de pœnis.item nec ex vulnere,cum sit vnicum vulnus, secus si plura,cum magnitudo,& pluraritas vulnerum demonstrat

37 animum determinatum vulnerantis,& percussoris, ut Blanc. in d.l. l. scilicet, numero centesimo sexagesimoquinto. ff. de quæstio. Albe.in l.q̃ si amici domum,ff.de adult.idem in trac. stat.in 3.per quęstio.67.Marsi.in l.1.numero 37. C.de Sic.nec

38 ex genere armorum datur intelligi nullum similiter esse datũ ordinem,cum vullus illatum fuerit,seu instrum.non apto ad occidendum,vt considerant canonistę,in cap. significasti el 2. de homi.Bald,consi.431. v. volum. vbi grauius censetur delictum commissum cum ferro, quam cum baculo, hasta, lapide,vel alio simili genere armorum,Salice.& Marsil. in l. 1.C. de Sica.Cœpo.consi. 44. ante finem:Florian.in l. Sed & si.§.si magister,nume.6.ff.ad l.Aqui.Minus ex inimicitia,cum inter eos ante erat bona amicitia, affinitas, & continua conuersa-

39 tio,quæ præsumptiue tollit omnẽ dolum,ut Marsi. in l.vnica, nume.207.C.de virg.glo.no.in l.C.de Sica.in versicu.non occidendi,immo assidua,& continua conuersatio operatur, idẽ quod sanguinis coniunctio,ut Cyn.Salice. & Alexand.in l.exigendi,C.de procura.& ibi Iason,Marsi.in singu.suis, numero 351.incipien.Amicitia Iaſ.in l.lex, numero 22. ff.de legib.vbi dicit,quod homicidium commissum in personam amici, vel affinis præsumitur potius casuale,quam dolosum, quod propter ea nota.

40 Si interrogatur,an de hoc casu ipse constitutus, seu aliquis alius in aliquo loco sermonem habuerit,resp. confestim quod potest esse,sed non audiuerit,vel non recordatur, cum maxime lapsu temporis causetur obliuio iux.tex.cum sua glo.in l. 1.C.de seru.fug.Bald.consi.37.numero 6.in 1.volumi.& l.furti,§.1.ff.de vsucap.Cor.Peru.consi. 278. nume. 1004. volumi. cum maxime in factis alienis tolerabilis sit ignorantia, ut l. fina.ff.pro suo,& cap.ab excommunicato.de rescript. Decius in l.qui alterius,nume.1.& 5.ff.de reg.iur.& Iaſ.in l.res,obliga. nume.35.ff.de lega.1.vbi dicit, quod tolerabilis est ignorãtia infacto alieno,nisi illud factum alienum fuisset sæpius tractatum,uel esset tale factum alienum de quo quis deberet perquirere, quia hoc casu præsumeretur scientia, idem Floria. in regula est de iur.& facti ignorant. Dyn. in reg. ignorantia ff.de regu.iur.Corne.consi.42.numero d.& 107. numero 3.3. volumine.

Qui enim lucem videt,scit quod de tenebris egreditur, sed qui candorem lucis ignorat,etiam obscura pro lucidis approbat,prout faciunt indocti causarum patroni.

41 Si interrogetur de causa mortis q.Sempron.respon.intrepinescire,& si de hoc casu sciẽtiam vel notitiam habet, quærat semper reducere casum ipsum ad naturam, & viam puri homicidii,vel ex inimicitia præcedenti, uel ex verbis in instanti ortis,seu ex aliqua rixa orta ob contentionem nouiter,ermergentem,seu propter ebrietatem, insaniam, vel impetum,ut singu.considerauit Barto.in l respiciendum, §.delinquunt, ff. de pœnis,numero 2.versicu.sequitur,quia semper ex accidenbus,vel qualitatibus pœna per iudicem minorabitur, vt Mar

42 sil.no.in l.diuus,numero 40.ff.de Sica. Cardi. in practi. crimi. §.circa,numero 123.fo.175.vbi considerat,an, & quando iudex pœnam delicti minuere, moderare, vel alterare possit,

43 alleg.Roma.in singu.suis,nume.673.Panor.& Anto.de Butr. in ca.at si clerici.col..3.extra de iudi.Bald.in l.non dubium. x. col.C.de legib.Bal.consi.34.nu.2.1. volu.Marsi. in singu. suis, nu.524.incipien.inquisitio,& idem in §.constante,nume.83. versi.quod tamen limita,& nu.84.in sua pract.crimi.vbi con-

44 cludit,quod iudex pœnam legalem minuere non potest,cum non debeat esse clementior lege,vt idem Mar.in sing.suis,nu. 182.incip.iudex.idem Bal.consi.34.nume.2.Gramma. consil. 39.Hippol.consi.24.30.47.& consi.132.quæ tamen opinio intelligitur,prout dicit Bar.& Doct.in l.hodie.ff.de pœnis.Bald. in l.et si seuerior.C.de insa.Marsi.5.num.328.& 397.& in cõs. 5.8.14.& 20.Flo.in l.1.§.socius,nume.6.ff.de vsur. Ludo. Roma.consi.429.incipien.considero in proposita, & in consilio 428.Bal.no.in l.qui sepulchra.C. de sepul.viol.Marsi. in l.1.§. diuus.ff.de sica.dicit,quod ex causa potest regula non obstante pœnam minuere,vel augere,vt Doct.Mod. in l. hodie.ff.de pœ.Tho.Ferra.caut.14.nu.7.Bal.in l.præses,ver.quid de priori bus.C.de transa. Cęp.in l.si fugitiui,nu.46. vsque 64.C.de ser. fugi.Gram.consi.16. Marsi.sing. suis,nu.397.& 244.quod no.

45 Si interrogetur ipse reus,an ante casum mortis q. Sempronij obuiauit T.respondeat incontinenti, quod potest esse, sed q̃ non aduertit,nam si ad interrogationem prædictam reus taceret,haberet satis sufficiens inditium ad torturam,vt ĩ simili dicit Marsi.in §.diligenter,nume. 137. quod taciturnitas in ciuilibus facit semiplenam probationem,nam si quis recepetit literas,in quibus scriptum sit alicui, vt restituat centum mutuata,& ipse nihil dicat per talem taciturnitatem creditum videtur temiplene probatum,licet aliqui Doc. dicant creditũ plene probatum,vt Bar.in l.fi.in fi. ff.de in litẽ iur. & in l.qualia,§.fi.ff.depos. & ea quæ in ciuilibus faciunt semiplenã pro-

46 bationem,in crĩalib.faciunt sufficiens indicium ad torturã,vt Bar.& Pau.de Cas.in l.filiusfa.la 2. ff.ad Mace. idem Bart.in l. quo enim.§.1. ff. rem ra.habe.Bal.in l.si procurator absentis, in prin.ff.de proc.Ias.in l.admonendi, nu.18.ff. de iur.iur.Bal. in rub.C. de fideiu. Roma.in l.quæ dotis.ff.solu.matr. Cœpo. in suis caut.num.9.inci.pone.nu.2.Abbas consi.18.inci.in cã. 2.colu.Marsi.in §.diligenter,nume.2.P.crimin. & nume.133. Bar.& Bal.in l.Titius scio.ff.de const.pecu.Matth. in not.suis, nume.22.incip.no.mirabilem,tex.in clemen.1. de procu.Bal. in l.si literarum.C.de sol.& in l.si literas,C.mandati,& in l. fi. C.ad Maced.& in l.fi.C.de nouat. Imol.in l.qui domini, ff.de testamen.Abb.in ca. non iuste, in 3.col.de procur.sed cogita, quæ dicit Bar.in l.si cum dos.ff.rerũ amo.& ibi Pau.de Cast. Ias.in l.si quidem,C.de transact.& ibi Paulus & Decius: vel quod absolute neget,vt si obuiauit,aut vidit,dicat,quod põt esse,sed non aduertit,vel quod iræ calor ipsum obcęcabat,& ad alia erat intentus,& sic alia longe subtiliora subtiles causarum patroni cupientes optime consulere vitæ,ac saluti carceratorum, & præsentatorum considerabunt pro eorum solertia,pro defensione, & innocentia reorum sponte carceribus oblatorum, quia in malis sperare bonum nisi innocens nemo vtique solet,secundum Senecam in suis prouer. Inter-

47 rogatus si post delictum commissum scienter recepit malefactorem in domo sua. Resp. quod bene recepit Sempronium in domo sua tanquam coniunctum cum eo in gradu affinitatis, sed non vt malefactorem,nam si eum reciperet in domo sua post homicidium commissum præsumptio contra eum esset de mandato,secundum Bald. in l.fin. de offic. proconsi.idem in consilio 382.nume.11.12.& 13.Marsil. in l.vnica.nume. 196. C. de raptu vir. vbi dicit quod eadem pœna mortis punitur raptor,et recipiens,secundum dispositionem dict.legis,& l.1.ff.de recep, nisi recipiens acciperet delinquentem affinẽ,quia mitius punietur per tex.in l.2.ff. de recep. nã

48 ignoscendum est ei qui sanguinem suum uoluit quo quo modo redimere,vt l.1. ff. de bonis eorum,qui ante sentẽtiam sibi mor.consi.allegans Old.consi.53.incip.consueuit,in vlti. col.post prin.Bal.in l.& si legibus,C.si contra ius,vel pub.vtil. Marsi.in sing.suis,n.164.inc. nemo debet, in fi.sic facit in simili tex.in l.1.§.quamuis,ff.vbi pub. educ.de. vbi licet,quis non cogatur assumere onus alimentandi aliquem,tamen propter affinitatem poterit affinis cogere,& accipere onus alimentãdi pupillum coniunctum sanguine,& in l.3.§.tam & si,ff.de arbi.et ibi Bal quod licet,nemo cogatur accipere cõpromissum,hoc tamen fallit in coniuncto litigante,quia,tunc poterit astringi & cogi ad suscipiendum compromissum,Fel.in capitu.cum quidam.in pen.col.extra de iur.iur.Bal.no.in consi.

49 33.in fin.in 1. volu. concludit, quod sanguinis coniunctio aliqualitet excusat consanguineum, si non excusauit eum de crimine læsæ maiestatis, uel potest excusare se, quod ipsum malefactorem recepit coacte, nam pœnam non meretur,vt not.Flor.in l.omnibus,ff.de noxa.idem Mar.in l.1.§. pręrerea.4.colum.ff.de quęstio.& in l.1.in princip. 12.colu. ff. de sicar. in ver. Item facit ad prędicta, vel quod.

Digitized by Google

50 Ignoranter,vel præter ſcientiam ſuam ipſum recipit, quia omnino excuſatione dignus habetur, vt Marſi.in di.l.vnica, num.305.ſecundum glo.in l.1.in fi.ff.de recep. Bald. & Fel.in c.a nobis de exceptio. & Hypp.in l.ſi ignorans, 2.& 3.colu.ff. de Sica.Fel.in c.afferte,pen.col.de præſumpt.Tho. Gra.in vol. 15.Ange.in tract.de malefi.nu.23.in verſi.fama pub. & d.malefi.ſemper,&c.fo.89.Alleg.Bald.in l.quicunque,in 1.colu.C. de ſer.fug.Bald.in l.2.C.adult Bar not.in l.1.§.2.ff.de incen.& naufra.Gemin. in c quicunque de hęre.in 6.Gand plene in 2. de recept.Par.de put in tract.ſynd.in verbo tortura, lo.2.& 3.

51 Quo conſtituto rei illico accepto, ſoles rei carcerati procurator pro viribus ſtudeat,atque procuret producere,ac præſentare defenſiones ĩſcriptis optime pro ritu locorum formatas,pro vtili, & beneficio imputati, examinari faciendo oēs ſuos teſtes ad oſtendendam innocentiam reorum carcerato rum,vel præſentatorum,quibus teſtibus examinatis, & expedito proceſſu ad defenſam,antequam iudex procedat contra dictum carceratum ad quæſtionem, & torturam ſtudeat etiã

52 ipſe d.aduocatus, aut iur.doct. aut bene practicus, in ſcriptis ſuas facere allegationes, pro demonſtranda innocentia, & puritate inquiſiti, audiriſque defenſionibus rei carcerati per d.aſſeſſorem contra inquiſitionem, & indicia in proceſſu exiſtentia,quæ ſi non erunt euacuata & omnino ſublata per probationes factas,quæ ipſum reuelent,tunc cogetur. d.aſſeſ-

53 ſor cuncta maturæ ruminãdo ad torturam,& qõnem accedere,quæ adhiberi debet diſcrete,& cum moderamine pro modo indiciorum,iux.tex.in l.nec ſi mors, C. de quęſt. & in l.de minore,§.tormenta,ff.eo.titu. & Par.de put.in tract. ſyndi. in verbo viſo de indiciis,fol.109.iudicem, vel aſſeſſ.hortandoq; de benigna audientia carcerati,quæ ſæpe videtur præſtare to-

54 lerantiam,& patientiam pœnæ imponendę, nec velit contra reum ſeueriter procedere,cum aſperitas apud prudentes damnetur,ſecundum Bald.conſi.364.nume.8.in 3. volu.& ipſe iudex vel aſſeſſor debet magis peccare in pietate, & miſericordia,quam in ſeueritate & crudelitate: cum ſubditis paternam debet exhibere prouidentiam,& inuitus ad pœnam trahi: nã cum in omni onere vincamur,ſola deos ęquat clementia, & Seneca ad Neronem de clementia.Crudeles vocabo, qui puniendi cauſam habent,modum vero non habent, & alibi benigni pricipis eſt,ad clementiæ commodum tranſilire terminos æquitatum,quoniam eſt tanta eſt miſericordiæ virtus, ut oēs aliæ virtutes huic honorabiliter cædere non recuſant. Reliqua videbis Marſi.in ſua pra.cri.in §.occurrunt,num.35.8.& 9.vbi plura ad ſolitum fert bea Augu.dicere,ꝙ ſeueritati omno detrahẽdum eſt vbi multorum ſtrages iacet.ſed cum illis,

55 qui delicti principales ſunt aſpere,ac ſeueriſſime agi oportet, vt in aliorum exemplum trahantur, & pœna vnius multorũ ſit metus,iux.tex in l.i.C.ad l.iul.repetund.& l.aut facta,§.fin. ff.de pœ.cum in fin.vulg.

ALIA DEFENSIONIS FORMA Communis.

Conſtitutus Officio Cancellariæ.V.D.Iacob.Nouello iur.Doct.& aduocatus,D. A.de Foroliuio nunc in carceribus.M. V. ſponte præſentati, cã & occaſione certæ imaginatæ imputationis contra eum obiectæ,& de qua in proceſſu,& quærela fit mentio, ad quem impugnatiue ſemper relatio habeatur,& breuibus agẽdo, ſuperfluis omiſſis,dicit,excipit, & opponit procurator ante dictus dictam aſſertam accuſationem fuiſſe,& eſſe nullam,nulliter, ac de facto inſtitutam per perſonam infamem, forinſecam, ac inhabilem,ſuper qua nõ potuiſſe, neque poſſe per vos veſtrumq; officium procedi.Cum prætenſum delictum,pp ꝙ ſę pe dictus.A.fuit calumnioſe accuſatus,& nunc in carceribus præſentatus non fuit.neque eſt modo aliquo de iure punibile. Immo non eſt maleficium cenſendum,ex quo, ex forma ſtati municipalis impune fieri potuit, quam dictus. T. fuerit & ſit bannitus,ac deſcriptus in libro bannitorum : accedat vlterius,ꝙ idem T.alias fuit cõdemnatus,in l.50.ſub prætura Clariſſi.D.Andreę Griti digniſ.poteſtatis Paduę,quo fit, vt ſtante ſtatuto poſito ſub rubrica, de malefactoribus incip. Aliquis bannitus pro maleficio,vel debito maleficii, fo.124. Procul dubio concludendum eſt,eundem. T. potuiſſe nedum impune offendi,verumetiam interfici.

Quod quidem ſtatutum in viridi eſt obſeruantia, & in dies practicatur,accedente antiqua conſuetudine ciuitatis Paduę, vbique fere per totam Italiæ partem recepta, publica utilitate ſuadente,& pro communi beneficio, ac quiete ciuitatis introducta ad refrenãda maleficia, Accedit inſuper,ꝙ idem.T. ſuit homicidiarius notorius,homo rixoſus,ſcãdaloſus,& publicus blaphemator.& quamplurima malam in dies commit tere ſolitus,vt ex infra dicendis apparebit,& dilucidius demõ ſtrabitur.

Quamobrem claririſſime, & integerrime prętor procurator antedict' prędicto nomine inſtat,perit, ac requirit ex cauſis pręmiſſis, & aliis loco, & tempore quemadmodum opus erit,accuſatione,ſiue calumnioſam quærimoniam perdictũ. T.contra prędictum, A.inſtitutam reiici, ac cancellari debere, & per conſequens,declarari contra prædictum A. neque per accuſationem,neque ex officio.M.V.procedi poſſe, neque debere pro ſupradicto prætenſo delicto, ſi delictum cenſeri poteſt,quum fuerit,& ſit impunibile,& ſubinde prędictum A. fore,& eſſe per M.V.ex carceribus relaxandum,& relaxari debere,& contra eum ad ulteriora procedi non poſſe,aut debere ex cauſſis prædictis,& non tantum modo prędicto,ſed omni alio meliori modo,uia,iure, ac forma, ſaluis aliis quibuſcunque defenſionibus, dicto carcerato competentibus, & competituris &c.

DEFENSIO REI IMPVTATI, QVOD REM Duobus Vendiderit.

Coram vobis.M.D.Poteſtate,& Capitaneo Cremæ.

Conſtitutus offi.cãcell.V.D.Ia.de Noue.Iu.Doct. procur.& eo nomine.d. Titij Pollẽſis accuſati falſa imputatione ſeu obiectione, ꝙ rem duob.inſolidum vendiderit,& vt in ea Inſtituta per Sempronium Ferrariẽſem aſſertum procuratorem, d.A.ſub die 15. Octob.nuper exacti,de qua in actis cancellariæ.V.ad quam pro ſui continẽtia impugnat.ſp relatio habeatur,& prius acceptis fauorabilibus,ſi qua ſunt in dicta aſſerta,& ementita accusatione,concernentia commodum,& fauorem dicti.T.ſui principalis, & in vim tacitæ,ac iudiciarię cõfeſſionis ꝙ dictum.D.A.reproductis,reiectiſq; ꝙriis, dicit & affirmat ſuper dicta aſſerta,& emẽtita,ac obſcura accuſatione nullatenus procedãdum eſſe,nec mõ aliquo procedi poſſe,aut debere, pluribus rationibus,& cauſis ſuis loco,& tpe,dicendis,deducendis,allegãdis,& oſtẽdẽdis prout,&.quemadmodũ opus ęrit,& primo opponitur, ꝙ non conſtat de mandato ſaltem legitimo procuræ in perſonã D.Sempro.cum ſciat,vel ſcire debeat,quæ directo minime conceduntur,tanto minus per obliquum permiſſa eſſe cenſẽtur,& ob id ſi dictus,D.A.tanquam infamis alienigena, & inhabilis talem accuſationem inſtituere non poteſt,multo minus idem Sempro. procuratorio nomine accuſationem porrigere potuit, & per ꝙſs de facto ſuper ea procedere, petit inſtat,& requirit idem Iac.a prędicta ementita accuſatinne abſolui debere,& ab oĩb.in ea contentis, ſaluiſque præmiſſis dicit,ꝙ negat narrata,prout falſo narrantur,uera eſſe,ac fuiſſe, & petita eo modo,quo petuntur fieri debere,cum nunquam pro veritate conſtabit Titium prędictum vendidiſſe dicta bona, & terrena inſolidum duobus, cum prima uenditio nunquam effectum ſuum ſortita fuerit, neque locum habuerit, vt ſuis loco & tempore demonſtrabitur,quare procurator antedictus petit a ſupradicta ementita accuſatione, & querela abſolui debere rationibus,& cauſis ſuis loco, & tempore dicendis,& ſaluis quibuſcunque iuribus competẽtibus,& competituris &c.

DEFENSI REI PRO INSVLTV ET vulneribus.

Coram vobis Magnifico P.Tarui.

Comparet Iacob.de Nouel Iu. Do. aduocatus Sempronii Cremonẽſis cauſa,& occaſione excuſandi, & defendendi illum ab aſſerta inquiſitione, & proceſſu veſtro per vos veſtrumque officium formato cõtra eum de inſultu, ac vulnere (vt dicitur) illato in perſonam Titii Pollienſis, ꝓut latius in ea contineri dicitur, ad quam impugnatiue ſemper relatio habeatur, & dicit aduocatus prędictus, Sempronium antedictum eiuſmodi aſſerti criminis fuiſſe penitus inſontem,cum clarum ſit pręſertim ex conſtituto antedicti Titii vulnerati,vulnus prædictum minime fuiſſe per dictum Sẽpronium eidem Titio illatum,ſed per alios in dicto ſuo conſtituto nominatos, nam cum ipſe Sempronius fuiſſet a præfato Titio aggreſſus,ac inſultatus,neceſſariũ fuit ut diſtricto enſe,quem deferre poterant, cum ſit miles incomitiua ſtr. d. Thomaſij Conſtanzo ſe veriliter a præfato inſultatore defendere, cum ex omni iure vim, ui repell ere liceat, & licitum ſit,& aduerſus pericula naturalis ratio permittat ſe defendere ac tueri,quo circa magnifice, ac clariſſime, prętor aduocatus antedictus orat,rogatq; inclitam M.V. eiuſq; digniſſimũ officiũ,& ad hoc ſpãliter implorat,quatenus opꝰ ſit, ut dictũ Sẽpniũ pdicti aſſerti crĩs ĩculpabilẽ ab ĩputatione ipſa abſoluat, abſolutũq; reddat,& ita fieri,ac ꝺcꝛi petit oĩ meliori mõ &c.

ſaluis

Digitized by Google

ſaluis aliis quibuſcunque iuribus, ac defenſionibus, ſibi competentibus, ac competit. &c. & ſi præmiſſis fortaſſe defecerit, quod non credit, poſſit & valeat ad alia habere recurſum, pro ut ſibi melius de iure videbitur expedire.

DEFENS. FORMA ALIA GENERALIS. Coram vobis Magnifico domi. Poteſtate Cremæ.

Comparet Officio Cancellariæ Cremæ, Sempronius vltraſ. & intellecto tenore accuſat denũciæ, ſeu inquiſitionis ꝰ ſe inſtitutæ, aut formatę, & volens, cupiẽs ac intendens ſe ab ea excuſare, legitime defendere, ac de eius innocẽtia cõſtare, & legitimis medlis docere, dicit, qđ negat narrata prout narrantur in dicta aſſerta accuſatione denũcia, vel inquiſitione, & proceſſu vera eſſe, & fuiſſe, & veritatẽ aliquam in ſe cõtinere, nec vnquam cum veritate apparebit ipſum Sempronium aſſerto crimini obiecto interfuiſſe, nec valet dictum Titii denunciantis, aut quærelantis, cum ſit hõ peſſimæ naturæ, cõditionis, ac famę, inductus prẽmio, ac prẽcibus. B. inimici ipſius Sempronii accuſati. Qui etiam quęſiuit alios corrumpere pecunia, vt vellent accedre ad officium, cãcellariæ pro verificando ea, quæ ipſe malis artibus denunciauit, aut quærelauit, licet de hoc caſu ipſi nil penitus ſcirent, vt ſuis loco & tempore demonſtrabitur.

Nec obſtant depoſitiones. 3. teſtium, qui de auditu alieno loquuntur, quibus nulla prorſus eſt fides adhibenda, ſingula res & in eorum depoſitionibus varii, forenſes ac omnino mẽdaces, taliter, quod eis in aliquo minime credendum eſt, nec obſtat dictum. A. rei criminis, qa in criminibus, ſocio ciuſdẽ criminis, non creditur, iurib. ſatis quidem vulgaribus, ut omnibus notum eſt, quare ſtantibus prędictis, & aliis veris, & in facto concludentibus idem Sempron. petit ab imputatione ipſa per M. V. abſolui, offerens probare pro comprobatione innocentiæ ſuæ omnia capitula tenoris, ut infra.

De excuſationibus a reo faciendis.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus impune interfici poteſt.*
2 *Bannito interempto, an contra interfectorem inquiſitio formari poſſit.*
3 *Banniti cum pœna mortis impune interfici poſſunt, alij non.*
4 *Condemnati in lib. 50. an ex forma ſtatutorum offendi poſſint.*
5 *Excedens modum ſe defendendi, an de exceſſu puniri debet.*
6 *Qui dicantur excedere modum inculpatæ tutelæ.*
7 *Exceſſus doloſi, vel culpoſi qui dicantur.*
8 *Inculpatus, vel prouocatus quicquid facit, an ad tutelam ſui corporis facere iudicandum ſit.*
9 *In culpa dicitur eſſe qui primo ponit manus ad arma.*
10 *Delictum committere, an dicatur, qui pro ſua, ſuorumque bonorum defenſione hominem occiderit.*
11 *Vulneratus, vel offenſus ſi medicum non adhibuit in ſe curando, an in culpa eſſe dicatur.*
12 *Medicorum iudicio ſuper vulnere deponentium ſemper ſtandum eſt.*
13 *Vulneratus, ſi poſt triduum ambulauit per ciuitatem, & poſt. 40. dies obijt, an ex vulnere, vel ex alia cauſa obijſſe exiſtimandum ſit.*
14 *Vulneratus qui poſt. 8. menſes occubuit; an ex vulnere, vel ex alia cauſa obijſſe credendum ſit.*
15 *Homicidium per errorem, inaduertentiam, vel ignorantiam ſequutum, an punibile ſit.*
16 *Inſultans hominem animo baſtonandi, licet occidatur, an pœnal. Corneliæ de ſiccarijs teneatur.*
17 *Mandans vulnera inferri ſi occidatur, an de occiſo teneatur.*
18 *Committens homicidium, ſi ſubeſt aliqua iuſta cauſa, an occidens de homicidio teneatur.*
19 *Imputatus de furto, ſi docuerit a quo rem furtiuam habuerit, an puniri de iure poſſit.*
20 *Teſtes domeſtici, & minus idonei, an admittantur ad probandam innocentiam inquiſiti.*
21 *Accuſatus, ſi dicit teſtes ad offenſam falſos, an quæſtio de homicidio differri poſſit.*
22 *Iudex videns accuſationem de falſo calumnioſe inſtitutam, an expeditionem de homicidio differre debet.*
23 *Quod ſingulare remedium competit accuſatis, ſeu inquiſitis.*
24 *Tortura grauior eſt, quam vtriuſque manus abſciſio.*
25 *Qualitas addicta maleficio, ſi non probetur, an abſolutoria ſequi debet.*
26 *Qualitatis adiectio, an in delictis mutet actionem.*
27 *Qualitas, quæ certo tempore requiritur, an præciſe probanda ſit.*
28 *Percuſſor, an, & quando teneatur de morte vulnerati.*
29 *Imperitia medici, an & in quibus caſibus excuſat percuſſorem.*
30 *Medicus perperam, vel imperite procedens, an culpabilis iudicetur.*
31 *Qualibet cauſa etiam iniuſta excuſat a pœna corporali.*

1 Vulgatiſſima eſt iuriſperitorum ſententia, vt ſi quis dixerit delictum a ſe factum eſſe impunibile, ex quo bannitum interemit, optima ſane erit defenſio imputati, vt per Marſil. in §. conſtante, numero 103. 102. & nume. 38. & in §. poſtquam, num. 55. & in §. ſequitur, num. 19. & 28. in pract. crimi. idem in conſ. 100. inci. ſpiritum
2 ſapientię. Iaſ. in l. ſi creditoris, nu. 4. 5. 6. 7. C. de fideic. nec iudex ſuperinde poterit aliquam formare inquiſitionem, vt eleg. Bar. in l. vbi pactum. numero 10. C. de tranſact. & in l. decuriones, C. de infami. quod intellige de bãnito pro maleficio, pro.
3 quo ingeritur pœna mortis, vt Cœp. ſing. in conſi. 5. num. 12. fol. 6. Alb. in trac. ſtat. 4. par. q. 18. Bar. conſi. 107. incip. viſis omnibus. Anch. conſi. 59. inci. viſa inquiſitione. Phil. Cor. conſil 58. per totum. 2. vol. idem in condemnatis a lib. 50. & vltra ex forma ſtatut. & idem Marſi. concludit in §. quoniam, nu. 42. in practi. crimi. quia iudices poſtquam cognouerint, ſeu ſibi notificatum fuerit aliquem pro maleficio bannitum, vel con
4 demnatum ad ſummam libr. 50. & ab inde vltra eſſe interfectum, non poſſunt, aut debent ſuper denunciatione, accuſatione, vel querimonia alicuius facta, nec ex officio, vel per uiam inquiſitionis amplius procedere, ſed debent accuſationem, inquiſitionẽ, aut denũciationẽ ipſam penitus abolere, ſeu cancellari facere aliquibus in contrarium non obſtantibus, & hoc ex forma ſtatut. Paduæ, Taruiſij, Berg. ac Brixiæ, & aliorum locorum, vt alleg. Cor. conſi. 122. 4. volu. & in conſil. 117. & 116. 1. volu. quod intellige ſecundum opi. Alexan. in l. cum mulieri. nume. 8. ff. ſolu. mat. & l. 3. §. ſi ſeruus, numero 5. 6. & 8. ff. de acquiren. poſſ. Iaſon in l. ſi idem. numero 4. ff. de iur. om. iudicum.

Excuſatio rei imputati ſatis iudicio meo valida erit, ſi di-
5 xerit reus exceſſiſſe modum in ſe defendendo non ex animo, ſed ex inaduertentia, quia tunc punietur non pro toto facto, ſed pro exceſſu tantum, vt in præceptore excedente modum corrigendi diſcipulos, & patre caſtigante filios, & Abbate monachum, vt Mar. in ſing. ſuis. 176. incip. volũtas, idem in pra. crimi. §. quoniam num. 90. 92. & 98. Alex. conſi. 99. incip. themate, 7. volu. idem Marſi. in §. vlterius, nume. 8. fol. 40. qui loquit
6 de illo, qui excedit modũ inculpatæ, tutelæ, vel in marito corrigere vxorem, vt Marſil. in §. aggredior. nume. 81. fol. 50. Ancha. in clemen. prima, de hom. Corne. conſi. 204. incip. pro deciſione cauſę in fi. in 1. volu. Bald. in l. ſi filius, numero 3. C. de patr. poteſtate. Idem Bald. l. 1. verſic. 9. C. vnde ui. Ioan. de Ania. in c. 2. de homi. Alex. conſil. 140. incip. videtur in caſu propoſito in pen. colum. in 2. volu. Paul. de Caſtr. conſilio 193. incipiente quidam Nicolaus, & conſilio 194. incipiente. vito ſupraſcripto puncto. Bal. in c. 1. §. ſi quis hominem de pace iura fir. Rom. in ſing. ſuis. nu. 3. Saly. in l. quoniã multa. C. ad l. Iul. de vi. Cœp. conſ. 29. nu. 26. & 27. & Alex. conſi. 76. in 1. volumi. Are. conſi. 80. Anchara. conſi. 285. Bal. in conſ. 430. 1. volumi. lu. & conſ. 222. 5. vol. Alex. conſi. 13. 3. vol. Bal. alleg. in l. ſed & ſi quæcunq; in §. ſi magiſter. ff. ad l. Acq. vbi diſtinguit de exceſ
7 ſu doloſo, vel culpoſo, & ibi vide Flor. Thom. Gram. conſi. 29 Cuma. in conſ. 34. Marſ. cõſ. 25. & 31. & in ſing. ſuis. nu. 110. ic. occidens, & in conſ. 81. & 132. vbi plura refert, & accumulat.
8 Non illegitima ſimiliter erit excuſatio imputati, ſi legitimis mediis conſtare poterit ante caſum ſequutum vim ſibi eſſe illatam, & quia tritiſſima eſt iur. reg. & cõis ſcribentiũ opinio, ꝙ qcquid facit imputatus, ſeu prouocatus pręſumit facere cã ſe defendẽdi, & nõ cã vltionis, vt ſing. Abb. in c. olim il j. in 8. col. de reſt. ſpol. nam ſemper præſumitur ꝰ illum, qui incipit.
9 Percutere & ille dr ſemper eſſe in dolo, aut culpa, qui primo ponit manus ad arma, & ad ea omnia, quæ ſuperius dixi in verbo inſultatus. Bal. Sal. & Flo. ī l. j. §. cũ Arietes, ff. ſi quad. pau. fec. dic. idem Bal. ī l. ſi ex plagis, §. tabernarius. ff. ad l. Acq. Io. de Ana. in c. ſignificaſti, il 2. in vlt. col. de homi. gl. no. in ſũma 23. q. 1. nã vt ait Cic. in 1. Officiorũ, qui iniurię, ſibi illatę nõ reſiſtit, ſi põt, tã eſt in vitio, quã ſi parentes, aut amicos, aut patriam deſereret, ꝙ ſing. dictum refert. Ale. in conſi. 119. incip. viſo proceſſu. 2. col. 7. vol. ꝙ tſi Chriſtianum non eſt, cũ nobile vindictæ genus ſit ignoſcere victo & Plato in Crito, char. 329. dicit nũquam rectum eſſe iniuriari, vel vlciſci iniuriam, vel malum referre in eũ qui intulit. idem Marſ. in l. 1. in prin. 5. col. ff. de Sic. idem in §. expedita. nu. 19. & in §. quoniã. nu. 62. fol. 28. in prac. crim. nam in aggreſſore & inuaſore ſemper dolus præſumitur, vt Bal. conſi. 119. nu. 4. vol. 2.
10 Varijs opinionibus inter Doct. diu concertatum eſt, ſi occidens aggreſſorẽ, dixerit id feciſſe aĩo ſe tuendi, ac defendendi & id legitimo modo probauerit, an optima erit excuſatio imputati. dic ꝙ ſic, quia non dr delictum, ſeu crimẽ cõmittere, qui pro ſua ſuorumque bonorum defenſione hoĩem interemerit ſm Bal. conſi. 91. in 3. vol. quoniam defenſor propriæ ſalutis in nullo peccare videtur, l. ſi quis. in fi. C. de Sic. Marſi. in §. quoniam, num. 81. 64. & 75. Bal. in l. data opera. 4. colum. C. qui accuſa. non poſ. Abba. in c. clerici. il j. de vita. & honeſtat.

Digitized by Google

cle.Io.de An.in c.significasti.de hom.Doct Mod.in l.vt vim, ff.de iust.& iur.Flo.in l.scientiam,§.qui cum aliter.ff.ad l.Aq. Ang.de malefi.in tract.malefi.& in verb.& D.Titius se defendendo.3.col.versi.ex hijs infertur,Bal.& Sal.in l.1,C.vnde.ui. idem Bald.in c.1.in 7.colu.de pace iur. firm.in vsib. feud.Cy ī l.si ex plagiis,§.rabernarius,ff.ad l.Aqui.late Flo.in d.§.qui cū aliter,eo.ti.ratio esse potest,quia pœnam non meretur,qui ad defensam sui aliquid facit,ut l 3.§.cum igitur, ff. de vi & vi arma.& in l.1.C.vnde vi,Bald.in consi.222.nu.2.in volu.5.Flor. in l.j.§.cum arietes,nu.4 ff.si quad.paup fecisse dicatur, Ioā.de Ami.consi.77.Alex.late consi.119.1.volu.Bal.in l. 1. in 1.col. versi.item tu assessor considera,C.de confes. & l.2.C.de dona. propter nup.Roma.in singu.suis,nu.28. Flo.in l. quemadmodum,§.si nauis,ff.ad l.Aquil.Marsi.in rub.C.de proba.nu.353. Bar in l.1.§.ait prætor,ff. ne quid in flum.publi.Dec.53.Corn. consi.162.1.volu.Dec.consi.272.Bald.consi.211.in 4.vol.Cœpo.consi.29.Bald.in l.& si certus,§.si vnus, ff.ad Sylla.

11 Iuridica,& non inutiles erit imputati excusatio,si homici legitime vellet cōstare vulneratum,seu offensum fuisse culpa,cum medicum non adhibuerit in se curando,vel quia medicorum præceptis non obtemperauerit in sex rebus non naturalibus,vel quia cum vxo.aut concubina iacuit, & rem secum uenereā habuit, aut quia inordinate vixit, aut aliquam aliam culpam cōmisit,taliter,ꝙ ex prædictis vulneribus, seu percussionibus illum obisse ambigendum non est, & sic percussor ab homicidii pœna ordinaria liberabitur, vt eleg.Bal. in l.si ab hostibus,§.1.ff.sol.matr.& ibi Rom. maxime quādo cędula medicorum,& chirurgorū data fuit cum aliquo mortis periculo,& si ex ea luculenter apparere potest vulnera offensi hīe se ad vitam,& ad mortem,vt Bal.cōsi.328.in 2.vo.& in cōsi.136.e.vol.& cōsi.237.in prin.eiusd.vol. & in hoc stabi-
12 tur iudicio medicorum peritorum, vt Cœpo.in consil.61.& 62.per totum,Bal.in l.septimo mēse,ff.de statu homi Fel.in c. significasti de homi.Flo.in l.qui occidit,§.fi.nu.3.ff.ad l.Aqui. ꝙ nota,quia ibi colliges modum articulandi, & defendendi reos criminis,Ange.in tract.malefi.in verbo, & ex intervallo dictus Titius,nu.12.Marsi. in §. & quia nu.18.19 & 20 in sua pra.crim.Bald in consi.119.1.volu.Flor.in l.ait lex, § 1 ff.ad l. acqui,Cuma.consi.134.Anch.consi.205.Soc.178.& 183.Anc. consi.278.Gram.volu.24 & consi.29.Bald.consi.125.1.vo.Ale.consi.148.2.vol.Bar.in l.fi.ff.de Sica.Bald.in c. 1.quib.mod. feu.amit.Marsi.consi.7.Gram.consi.49.& in § aggredior, nu. 130.in pra.crim.Ale.consi.15.in fi.1.vol.Iason.in l.2.ff.quod quisque iur.Innoc.in c.cum causam de testi.Barto.in l.1.§.1.ff.de vent.insp.

13 Valida similiter erit excusatio, si vulneratus cōstabit, quod post triduum percussus ambulauit per ciuitatem , & post 40. dies obiit:quia tunc oritur presumptio , quod vulneratus,seu offensus non ex ipso vulnere,sed ex alia causa obierit, vt Bal. no.in consi.237.2.& Ancha.in consi.280.Ange.in tract.malefi.in verbo & dictus Titius,nu.2.& 3.fo.80.Abbas,Panor.& Anto.de But.in c.præterea de cler.percu. Signor. de homo.in consi.164.Cœp consi.27.Bal.in l.1.C.deeme.seruor.& ibi Ange.Corn.consi.194.2.volu.& consi.274.1.vol.Anch.consi.285. Marsi.in l.fi.j.col.ff.de Sica.Gram.cōsi.49.Cœp.consi. 41.Bal. in c.1.quib.mod.feud.amit.in vsib.feu.Soc.consi.74. per totū,
14 vbi concludit, ꝙ percuss qui potest 8.menses occubuit, non principaliter ex vulnere,sed ex alia causa mortuum esse intelligendum,& credendum est,ita Albe.de Rosat.in tracta.sta.in 1.par.q.39.fo.28.vbi dicit,quod percussus, qui post vulnus acceptum longo tempore, seu interuallo.i.post.8.menses deambulat per ciuitatem,& postea moriatur, tunc non ex vulnere,vel percussione, sed ex alia causa præsumitur decessisse, ut Floria.in l.ita vulneratus,nu.10.versi.3.casu,quando dubitatur,ff.ad l.ad l.Aqui.& Bald.sing.in consi.328.per totum,2.volu.Cœp.consi.61.& Corn.consi.273.nu.5.3.volu.Marsi.cons. 9.Bald.& Ang.in l.quod si nolit. §. si mancipium, ff.de ædil.edic.Anch.consi.d.284.Ana.in d.c.præterea, quod not. & tenementi.

15 Illegitima profecto non erit excusatio imputati, si dixerit per errorem,inaduertentiam occidisse, ut concludit Cœp. cō si.13.in 2.dubio,nu.21.& consi.33.per totum,& in c.cum venerabilis,extra de consuetu.nam error communis excusat homicidium a pœna ordinaria,ut Saly. in l.quoniam multa faci:C.ad l.Iul.de vi. Alex.consi.138. 1. volu. Pau.de Cast.consi. 192.Bonifa.in titu.de insul.& percuss.Bald.in l. si quis testibus in fi.C.de test.vbi dicit, ꝙ si testes deponant Tit. mortuum ex tribus vulneribus, & ex humano corpore apparent ibi non esse vulnera, non potest imputatus ad mortem condemnari, Marsi.consi.7.& cōsi.67.& in l.§.diuus, ff.de Sica. & l.diuus,ff. e.ti,Ro.cōsi,506.Pau.de Cast.consi.38.in nu. 189.Marsi.late.l. fi.ff.de Sic.& in l.nihil,interest.ff.e.ti.Do.in l.error,C.de iur.& fac.ign.Cor.cōsi.120.2.vol.Bal.in l.2.C.quib.reis iud. non nocet.Marsi.in rub.de fideiuss.nu.154.Fel.in c.quoldam de pīsum. Ro.in l.si vero,§.ve vīro fal.51.ff.sol.mat.Bald. & Ang. in l.sicut,C.de præsc.30.anno,Iason.in l.clā possidere,§.qui ad nundinas,ff.de acq.pos.Sal.in l.lena.C.de his quæ sibi in test.asseri. Pau.de Cast.consi.189.Fel.in c.2.de con'.Bal.in l.qui seruum, ff.de interro.act.idem in c.1.§.iniuria,col.fi.de pac.in.fi.in vsi. feu.Ang in l.quoties,§.fi.fo.ma.Dec in l.& si nihil facile.ff.de reg.iu.Par.de pu.ī tra.fyn.in verb.executio,fo.46.nullus,in tract.bannit.q.34.in 2.par.secūdi tēporis,& nota propter. In du-
16 bium reuocat,an valida erit excusatio rei crīs,si dixerit homi nē vulnerasse,aut occidisse,non aīo occidendi, sed tīm mō bastonandi,aut percutiendi,dic vt elegater ꝓsuluit,Pau.de Cast.ī ꝓsi.192.Marsi.in §.ulterius,nu.8.fo.40.in sua p.cri.alle.Bar.in l.1.n.9.C.vī vi.Fel.& Io.de Ana.in c.2.de homi.Ale.cōsi.140. incipien.vī in casu prposito,in pe.col.2.vol.Cœp.ꝓsi.28.īcip. magister.Ia.fo.33.in consi.29.& 35.& 38.alle.c.fi. de hom.ī 6.
17 vbi dicit de illo,q mandauit vulnera inferri,sed non occidi, ꝙ non tenet pœna l. Cor. de Sic.ex quo nō est in dolo.l3 ī quali.culpa. Cor.cōsi.57.nu.5.1.4.vol.sed is tīm tenet pœna vltimi supplicii,qui hēt animum occidendi,ut gl.not.in l.1.§.diuus, ff.de Sic.Arch.in c.homicidiorum cū gl de pœn. di. 1.Bar.in l. diuus,nu.3.ff.de Sica.nam vbicunq; in cōmittēte, homicidiū
18 subest in aliqua iusta cā,occidens non punit pœna ordinaria mortis,quia quælibet cā excusat a dolo, ut Pau de Cast.in d. consi.182.incip cā carceratorū.Cor.consi.56.col.fi.4.vol.Mode.Doc.in l.1.§.diuus.de Sic.Marsi. in §.aggredior,nu.78.in p. cri.Iaf.in l.ex quacunq;.nu.41.ff.si quis in ius.voc.nō mer.& l. 1.nu.31.ff.de leg.1.idem in l.iuste,nu.31.ff.de acq.pos. vbi dī, ꝙ quælibet cā ēt iniusta excusat a dolo,Bal.consi.345.in 4.vo. & consi.9.nu.3.in vol.3.Ale.in l.& si Seuerior,C.de iusta.Dec. cōsi.9.11.& consi.134.Cęp.consi.33.Marsi.ꝙsi.91.96 & consi. 137.Soc.consi.16.1.vol.Ale.consi.283.in 2.vol.Ange. in trac. malefi.in ver.scienter,& dolose idem in l.1.C.de Sic.Arer.cōsi. 80.Bar.consi.3.2.vol.Cum.consi.134 Ale.cōsi.76.& 109.1.volu.Ang.consi.284.Card.consi.44.Bal. & Sal.in l. 1. C.de nox. Pau.de Cast.in l.1. C. vbi clarissimi. vel senat.Fel.in c.lator de hom.Ang in l.plagii.C.de plagiar.Sig.de homod ꝙsi 27.& 50. Marsi.in l.Cor.ff.de Sic.Ale.in l.4.§.ꝙ prętor, ff. ne quis eum, q in ius vocat.Marsi.in sing.suis,nu.630.Gra.consi.68.in quib. locis plene traditur,ad puniendū delinquētem pœna corporali,requiritur dolus,nec sufficit lata culpa: ꝙ propria not.

19 Frequentissime pertractata est, ea qō, an ultima erit excusatio rei imputati de furto,si docuerit a quo rem fugitiuam penes se repertam habuerit, dic ut per Marsi.in §.diligenter,nu. 91.& 96.Bar.in l.fi.nu.5.ff.de qō.Ang.in l.2.& l.fi.e.ti.& Doc. Mod.in l.ancillę,C.de fur. quę omnia intelligenda sunt in homine bonę condōnis,& famæ,& non solito similia facere, & ī qua naturæ bonitate dic,ꝙ in iis,quæ clari boniq; viri agūt, vt eleg. Bal.Imo.& Mod.in l.fi.ff.de hære.insti.Sal. in l.fi.C.de q.Ang.de Ari.in add.ad Ang. de malefi.in verb. fama pub.nu. 21.incip.tu autē in hac mā adde Ale.consi.5.incip.in cā inqsitionis formatæ,2.col. in 1.vol.Bal.in lect.antiqua,in l.dūs horreorum,ff.locati.Iaf.in l.in actionibus,in pe.col.ff.de in litem iur.Marsi.cons.52.incip.misericordia dāi,Doc.in l. inciuilem, & l.ciuile,C.de fur.Mod.in l.fi.ff.de qō.ubi multa referūt,Marsi.plene in sing.suis,nu.392.incis.aduertas.

Probabiliter dubitari consueuit,an ad probandam innocē-
20 tiam inquisiti,accusati,aut denūciati admittunt testes domestici,& minus idonei,dic ut ꝑ Marsi.in §.oportune,nu.16.praCri.Pau.de Cast.in consi.207.incip.sup primo Doc. Mod. in l. vnius,§.cogniturū,n.49.ff.de qō Cępo.cons.55.inci.in Christi noīe,nu.2.Bald.cōsi.479.inci.tres sunt casus, 5.vol.Dec.in l.& si nihil,n.3.ff.de reg.iur.Cęp.cōsi. 46.nu.8.Io. de Ana. cōsi.59. in prin.nu.1.Spe.in tit.de inqsi.§.1.ver.sed nūquid reus, Ale.ꝙsi.24.inci.animaduersis,nu.13.col.2.in 2.vol.Flo.in l.testis idoneus,in vlt.col.n.6.ff.de testi.& late Marsi.in d.§.oportune nu. 8.vsq;.19.& idē in sing.suis,n.19.& 59.incip.innocentib.& in l. 1.§.fi.n.46.& 49.ff.de qō. Ale.consi.112.viso themate.2. col.li. 5.& sīc innocētia pōt probari per præsumptiones,ut Cœp.in cōsi.ciuil.nu.60,in nu.6.Bar.in l.1.§.de illo.ver.qūo,an hær.ff. de bo.eor.qui sibi mor.gl.no.in l.in ver.nō occidēdi,C.de Sic.

21 Vtilis admodū erit intelligere,an homicidij qō differri possit,si accusatus in modū exceptionis dicit testes falsos, dic ꝙ si ista exceptio est cā ꝑiudicalis cāæ homicidii,ꝙ sic, ut Albe.de Rosi.in tract.sta.in 1.par.q.57.n.4.ibi si aūt.fo.eo.alle.l. vltra.C. si ex fal.instr Sal.in l.si docueris,n.4.C.ad l. Cor.de Sic.Cy.in l. prius,n.15.C.q acc.nō pos.& hoc nisi ꝙstaret ptāti,;iud.malefi.
22 aut iusd.qōnē,seu accusationē istā de falso fuisse calumniose instituram,& in fraudem productam animo differendi, & ꝓtelandi expeditionē homicidii , quia eo casu iudex non deberet differre,ut l.satis aperte.C.de fal.& Sal.ī d. l.si docueris, nu. 4.sed iudex q̄relātē oīo arctabit ad ꝓbādū accusationē falsi,j. tpa limita.cū dilatione ꝓpetēti,ut dt Alb.ī d. q. 57.ꝙ no.Sin-
23 gulare remediū est reis accusatis,& retentis, qñ cōspiciunt se in carcerib,ꝙstitutos ī piculo mortis manifestę, & dubitat nō

posse

Digitized by Google

posse patienter sustinere tormenta, & quæstiones, amputent sibi linguam, ne ab eo iudex possit confessionem torquere, ut sing. tradidit pro cautela. D. Tho. Ferra. in cau. 57. inc. Tancredus. ratio est, quia melius est pati in aliquo membro corporis, q̃ individuum perdere, nam vt Seneca in prouerb. testatur, periculum sine periculo nunquam vincitur, & vt Marsi. asseue
24 rat in §. expedita, nu. 59. fol. 24. q̃ maior est pœna torturæ, quã vtriusque manus abscissio. & similiter dicit Bal. in repet. l. j. in pen. col. C. vnde vi. q̃ continuus cruciatus corporis æquipara tur morti. alle. Senecam in suis epistolis, q̃ nemo est ita timidus, vt non velit potius semper pendere, q̃ semel cadere, & iõ Doc. causidici consolantes reos criminis, illos præmonere solent, vt si delictum commiserint omnino taceant, nec illud fateri velint, finem respicientes, ac pro certo tenẽtes, vt si crimẽ propalauerint summo afficientur supplicio, qa delicta non debent impunita remanere, vt Exod. c. 22. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aqui. vt fame de sen. excom. Bald. consi. 79. num. 8. volum. 2. cum alijs vulgat.

25 Non minus ingenioſa, q̃ Docta erit excusatio rei imputati, si negauerit qualitatem addictam maleficio, nam ea non ꝓbata, ꝑm opi. Iac. Bu necessario sequi debet absolutio imputati. in l. qd ergo, §. pœna grauior, ff. de his qui no. infa. & q̃ ita consuluit, prout refert Cy. in l. 2. C. de prob. Bal. & Saly. ibi dicunt, q̃ si est instituta accusatio de insultu cum armis, vel de percussione cũ sanguinis effusione, & post non probetur, nisi de simplici insultu, vel percussione, condemnatio sequi non potest. Idẽ Marsi. in sing. 187. incip. qualitas. Cœp. cons. 57. inc. Fran. q̃ tñ intellige & distingue ꝑm Bar. in l. denunciasse, § qd tñ, ff. de
26 adul. vbi examinat, an addictio vel detractio qualitatis in delictis, mutet actionẽ. Flo. in l. in delictis, §. si detracta, ff. de noxa. act. Sal. in l. tutoris, C. de vi pub. Ale. in l. diuus, ff. de re iud. nu. 13. Bal. in l. 1. 8. col. C. qui accu. non posl. & si seuerior, C. de in fam. & l. 5 negantẽ, C. ad leg. Aqui. Pau. de Cast. consi. 119. Iaſ.
27 in l. 1. nu. 2. C. de test. vbi dicit, q̃ qualitas requisita in aliquibus ꝓsonis certo tꝑe limitato, debet præcise, & specifice probari, q̃ illa qualitas tꝑe limitato interuenerit. Cẽpo. in l. si fugitiui, nu. 9. & 10. C. de ser. fu. & in aut. sed nouo iure nu. 79. fol. 114: Io. de Ana. cons. 60. nu. 2. Marsi. in l. si qs ne quẽs. nu. 130. ff. de quẽst. Inn. in c. qualiter & qñ. de acc. Io. de Ana. in c. 1. de hom. in 6. Bal. cons. 465. & 431. in 4. volu. nu. 1. vbi si in accusatione deducitur dolus: dolo non probato, sequi dẽt absolutio. Anc: cons. 272. inc. de titulis criminũ. Ro. cons. 144. inc. inquisi. circa. principium, Ale. cons. 3. 4. col. vol. 2. & in cons. 124. & 123. eod. vol. Io. An. in c. 1. de ho. in 6. Pa. de Cas. in l. si cõem, §. 1. ff. qñ. seruit. ami. Bar. in l. pe. C. de priui. domi. lib. 2. Marsi. in §. qñ, nu. 52. in pra. cri. & in ru. de prob. nu. 437. Cor. cons. 197. incip. visa denuncia, vbi dicit, q̃ qualitas intentata ꝓbari dẽt, aliter inducitur absolutio inquisiti. Marsi. in §. & qa, nu. 2. in sua prac. cri. Fel. in c. auditis, pe. col. de prẽsc. Soc. in l. stipulati, quædam, nu. 9. ff. de verb. obl. Bal. in cons. 447. nu. 2. vol. 5. dicit, q̃ qñ. l. requirit probationem alicuius qualitatis, non tam est de substantia probat. q̃ ipsius facti, & in cons. 459. nu. 1. 4. volu. q̃ qñ, l. requirit probationem facti, & qualitatis, non sufficit probare factũ, quia qñ. l. ponderat qualitatem, illa qualitas est de substantia probationis, vt Bal. in consi. 447. nu. 2. in vol. 5. & in consi. 459. nu. 2. in 4. vol. Credo tñ, q̃ de consuetudine, aliter seruetur: qa accusans non vnam. l. proponit, sed omnes, dum dicit peto cũ puniri ꝑm formam iur. & stat. ꝓp illam communem clausulã super quibus omnib. & sing. intendit ꝓcedere, qa si non ꝓbet qualitas, dẽt tñ puniri in eo, qđ est probatũ, ne delicta impunita remaneant, nisi qualitas esset de substantia probat. iurib. supra deductis, q̃ not.

28 Legalis, & iuridica similiter erit excusatio vulnerantis, si dixerit percussum obijsse, ex quo medicum habuit imperitum, & tali casu vulnerans non tenebitur de morte percussi, vt Bal. Ias. & Pau. de Cast. in l. li ab hostib. §. si vir, nu. 1. ff. sol. mat. Bal. consi. 136. & 138. in 2. vol. & cons. 192. in 4. vol. max. qñ qualitas vulneris iudicio medicorum põt se hꝛe ad vitã, & ad mortem, idem in c. 1. in 3. col. quib. mod. feu. ami. Fel. in c. presby. in 1. col. de nom. idem Bal. in l. si nõ simpliciter, nu. 7. C. de ẽdili. act. Marsi. in l. nihil interest, nume. 11. ff. ad l. Cor. de sica. vbi di
29 cit, q̃ vitiũ medici, vel malitia medicinæ excusat percussorẽ, & iõ Bar. in d. l. si ab hostib. exclamat ꝺ vocantem medicum imperitũ, vel qñ vulneratus mortuus est inobediẽtia offensi, vel imperitia medici, ꝑm Fel. in c. sign. il 2. 1. col. de hom. Cœp. cons. 61. nu. 30. Bal. sing. cons. 328. inc. an vulnus, 2. vol. Soc. consi. 173. Al. in 2. par. statu. q. 36 & 37. Flo. no. in l. qua actione, §. Proculus, & l. idẽ iuris, § mulionem, ff. ad le. Aqui. vbi tenet, q̃
30 medicus imperite procedẽs, vel vtens medicamentis perperã, culpabilis iudicatur vulgata, l. imperitiæ, ff. de re. iu. aut qñ medicus dicit se peritũ ad medicandum aliquam infirmitatẽ, cũ non sit, & operatur aliqd ꝓp q̃ infirmus incurrit aliquod periculũ, & tenetur, cum sciat, vel scire debeat, q̃ in medicinis ꝓferendis, illas exhibere debet, quas sciat ꝑm artem suam profi cere debere, vt Cor. consi. 194. 2. volum. Sal. l. vnica, C. de emẽ. ser. & ideo medicorum imperitorum consilia deuita, qui parum Doct. & satis seduli officiosissime multos occidunt, & illudent immoderata adhibere medicamina, quæ non salutem, sed interitum afferunt.

Similiter valida erit excusatio in casu furti, qñ quis iusta r- tione arbitrans se dominum aliquid vi rapuerit, vel surripuerit, vt pœna furti liberet, qñ in dolo esse non vr, vt l. apud antiquos, C. de fur. prout etiam sing. consuluit do. Bal. consi. 345.
31 in 4. vol. & ideo quælibet causa ẽt iniusta excusat a dolo, & pẽna corporali, vt Bal. consi. 9. nu. 3. 3. vol. Cor. Peru cons. 107. lite. eo. in 3. vol. Ias. in l. clam possidere, §. ad nundinas, ff. de acq. pos. & l. 1. in fi. ff. de abigeis. Bar. in l. fi. ff. de decre. ab ord. faciẽ. & l. q̃ Nerua, ff. de posi. & Cœpo. consil. 10. nu. 21. in cons. ciui libus alle. tex. in l. igitur, §. 1. ff. de libe. cau. sed vide q̃ dixi in verbo error, & verbo ignorantia supra, vbi late.

CORAM VOBIS MAGNIFICO, AC CLARIS. domi. potesta. Paduæ.

Comparet Iacob. de Nouello Iur. Do cto. aduo. & procurator Fabricij de Lendenaria detẽti, & carcerati iam plurib. dieb. cã, & occasione illũ emendi, defendendi, ac excusandi ab asserta accusatione ꝺ eum instituta per Sẽproniũ Iadrensem de insultu, ac vulneribus in eum, ut dr dolose, ꝓditorie, ac pensate illatis, loco, tꝑe, ac præsentib. prout latius in dicta asserta accusat. & processu desuper formato cõtinetur, ad quẽ impugnatiue semp relatio habeat: & breuib. agendo, ac ipsum realiter defendẽdo superfluis omissis, dicit excipit, & opponit antedic. pcu. dictã asserta accusat. fuisse, & esse nullã, nulliter, ac de facto institutã, & productam ꝑ persona inhabilem, & sup ea non potuisse, neq; posse per uos, uestramq; officiũ aliquo mõ procedi. Cum ꝓtensum delictum ꝓp q̃ supradict. Fabricius fuit accusatus, & retentus non fuit, nec est maleficiũ de iure punibile, imo nec est maleficiũ, seu flagitiũ centendũ: ex quo de iure municipali ac decretis. illust. Do. impune fieri potuit. Nam cum dictus Sempronius fuerit bannitus sub clar. D. Pet. Lando præcessore, necessario dicendum est eundẽ uulneratum impune offendi potuisse, imo interfici, non obst. friuola appellat. interposita a dicta sententia bannitoria ad Clarisi. D. superiores parte eiusdẽ Sempronij, cũ talis sñia in arengo lat. ex forma. ll. illustrissi. cons. 10. app. non recipiat, sed fuit inter posita animo rẽ in longũ protrahendi, ac cauillandi, accedat, q̃ sæpe d. Semp. pro alia accusatione ꝓtra eũ instituta per. T. de insultu cũ armis facto in platea condemnatus fuit in l. 50. quo casu, ex forma stat. & antiqua consue. fori ubiq; fere ꝑ totam Italiam recepta q̃ in l. 50 publica suadente iustitia, ac pro cõi quiete ad refrenãda maleficia impune offendi potuit, quo circa clarissime ꝓtor, antedictus, dicto nomine instat. & petit ex causis præmissis ꝑ uos, uestrumque officiũ, q̃ ad hoc simpliciter implorat, qũcunq; opus sit accusationẽ ꝓdictam per dictũ Semproniũ cõtra sæpedictum Fabriciũ carceratum institutã, siue inquisitũ, subinde formandã reijci, & cancellari debere, & insuper declarari contra ꝓfatũ Fabricium, nec per accusationẽ, nec ex officio M. V. procedi potuisse, aut posse nec debere pro dictis prætensis uulnerib. seu pro dicto prætenso crimine, q̃ uere scelus, aut flagitium, nec dici nec censeri põt, cũ fuerit, & sic ex iure impunibile, & per consequens dictũ Fabriciũ carceri detentũ relaxandũ fore, & esse pristinæ suæ libertati restituendum, & ita fieri, & declarari petit omni alio meliori mõ, uia, iure, ac forma saluis alijs quibuscunq; iuribus, ac defensionib. præfati carcerati cõpetentibus, ac competituris, &c.

ALIA DEFENSIONIS FORMA IN MATERIA Homicidij. Coram uobis Clarissimo Potestate Cremæ.

Comparet d. Sempronius de Alb. procurator, & eo nomine D. Hyppo. Floren. sponte carcerib. M. V. oblati causa illũ tuendi, excusandi, ac defendẽdi ab inquisitione ꝑ D. Iu. maleficiorũ formata iussu. M. V. & processu xe inde formato ob mortẽ, q. Thadæi Polensis, & breuiter dicit, q̃ negat narrata, & exposita in dicta inquisitione, & ꝓcessu uera esse, & fuisse nec ueritatẽ aliq̃ in se cõtinere, & nunq̃ ueritate cõtabit, neque apparebit ipsum Hypp. interfuisse crimini, seu delicto obiecto, & de eius innocentia clare cõstat ex cõstituto q. Thadæi interfecti per d. iud. Maleficiorũ accepto ubi in primo dicit che io non hò colpa alcuna, perche non haueua arme, ne mi mossi dal mio luogo in conto alcuno, accedat, q̃ inter. e. Thadæum, & ipsum constitutum summa intercedebat amicitia, quo fit, ut ex cã prædicta tollatur omnis ꝓsumptio, ac suspicio

Digitized by Google

picio mali animi, nec obſtant teſtes contra eum examinati, cum de auditu alieno loquantur ſingulares, forenſes, varij, ac in eorum depoſitis contrarij, ac falſi, qui multas patiũtur oppoſitiones, vt particulariter demonſtrabitur, quibus ſtantib. petit idem Proc. quo ſup. nomine præfatum d. Hyppolytum p̃ M.V. abſolui, vel ſaltem pro nũc ex carcerib. M. V. relaxari deberẽ, & ita fieri, & declarari petit omni meliori modo, via, iure ac forma, &c. ſaluis alijs quibuſcunque defenſionibus ſibi magis proficuis, &c. & ſi in præmiſſis forſaſſe deficeret, q̃ non credit, proteſtatur poſſe ad alia iura ſibi magis ꝓficua habere recurſum, prout ſibi melius de iure videbitur expedire.

PRO HOMICIDIO.

Coram vobis magnifico D. Poteſtate & Capitaneo Baſi.

Conſtitutus officio Cancellariæ. V. Iacobus de Nouello Iur. Doct. ꝓ curator, & eo nomine. D. Camilli de Peruſio carcerati iam 4. menſib. cauſa, & occaſione illum tuendi defendendi, ac excuſandi ab iniuſta accuſatione contra eum Inſtituta de homicidio, proditorie illato in perſonam q. D. Oldrici Campeſani, vt in actis Cancellarię, die ac milleſimo, vt in ea, ad quam impugnatiue ſemꝑ relatio habeatur, & breuibus agendo, ac realiter defendẽdo excipit, & opponit, ac multũ miratur de huiuſmodi iniuſta, calumnioſa, ac ementita accuſatione ꝑ D. Paulum Campeſanum inſtituta, & particulariter opponendo tã cõtra perſonã accuſatoris, ſeu querelantis, q̃ contra inſolitũ, & inuſitatum modũ, & formã procedẽdi eo ſaltẽ modo quo hactenus proceſſum fuit, & ex hoc detegit manifeſta fraus, dolus, & calumnia ipſius accuſatoris, cum potiſſime ex diuerſis, ac varijs medijs ſatis liquido conſtet q̃ quicquid fecit idem Camillus, fecit ad ſuam neceſſariam defenſionem, primo qa fuit aggreſſus, & inſultatus, a duobus cum armis haſtatis, contra ipſum impetu irruentibus, vt ex dictis 4. teſt. comprobatur, & qualitas facti id ſuadeat, cum aggreſſores erant duo, armati armis tam offenſibilibus, quam defenſibilibus, & accuſatus ſolus inermis, qui continuo ſe retrahebat, ne quid mali ſequeretur, clamando, & auxilium inuocando, prout deponũt tres teſtes omni exceptione maiores, Accedat q̃ ex genere, & qualitate armorum hoc comprobatur, cum illi duo habebant arma haſtata, & iſte Camillus ſolus habebat ſemenſem, qui primitus in inſultu fuit lętaliter vulneratus a prædictis, & niſi ipſe accuſatus eo tunc admenaſſet illã percuſſionẽ ad viã capitis Oldrici, omnes ẽt deponunt, q̃ niſi hoc feciſſet, pro certo tenent, q̃ fuiſſet omnino interfectus ab ipſo Oldrico, & mirãtur omnes, q̃ ẽt faciẽdo, quicquid fecit, manus ſuas effugerit, & euitare potuerit, cum omnes eum Oldricum nouerint fortẽ terribilẽ, ac virum haud meticuloſum quo fit, vt dicẽdum, & cõcludendũ ſit, q̃ quicquid fecerit idem Camillus, ad ſuam neceſſariam defenſionẽ fecerit, q̃ nempe defenſio omni iure licita eſt ẽt alios offendendo, & occidendo iurib. ſatis ẽt tonſorib. notis. Quare Magnifice, ac clarime prætor, procurator, antedictus petit, & inſtat p̃fatũ Camillum a Carceribus relaxari M.V. & priſtinæ ſuæ libertati reponi, & hoc omni meliori modo, &c. ſaluis alijs iurib. ſibi competentibus, & competituris.

PRO DELAT. ARMORVM.

Coram vobis, M.D. Poteſtate Iuſtinopoli.

Comparet & ſe præſentat Iac. Nouel. I. D. procu. & procuratorio nomine D. Cæſaris nunc in carcerib. M.V. ſponte præſentati, cã, & occaſione imputationis, de qua in inquiſitione iuſſu. M.V. ꝓtra eũ formata, & ꝓceſſu ſubinde inſtructo, & prout latius in actis apparet, & continetur. ad qũã impugnatiue ſemꝑ relatio habeatur, & breuib. agendo, ſuperfluis p̃ter miſſis, dicit idem procurator inquiſitionẽ ipſam nullã, nulliter, ac de facto inſtitutã, & ſuper ea non potuiſſe, neq; iuridice poſſe ꝑ ves, veſtrumq; officiũ modo aliquo procedi, cũ p̃tenſum delictũ, ſi maleficij nomen hĩe meretur, nõ eſt ſupplicio aliquo puniendũ, primo, qa. D. Cæſar. non fuit mõ aliquo inuentus cum armis, neq; deprehenſus, prout ſonant verba proclamat. M.V. quæ dicit ſi qs inuẽtus fuerit arma portare a quo proclama nullatenus eſt recedendum, cum ſatis etiam cõſtet de intentione, & bona mente eiuſdẽ. M.V. intendentis punire inuentos cum armis, & non deferẽtes arma. Accedat vlterius, q̃ regulariter pro delatione armorũ, qs non punitur, ſed bene ſi fuerit inuentus in palatio, cum armis ad latus, q̃ aperte, & clare demõſtratur ex verbis proclamatis, ibi dũ dr, q̃ de armorũ proiectione credatur dicto duorũ officialiũ, ergo cum D. Cęſar non fuerit inuẽtus hĩe arma ad latus, merito puniri nõ poteſt, Accedat ẽt, q̃ arma inuenta ad pedes ſæpedicti. D. Cæſaris, non ſunt apta, neq; conuenientia vaginæ repertæ ad latus, D. Cæſaris hominis pacifici, q̃ cum ingreſſus fuit palatiũ illico oſtendit officialib. non habere arma ad latus, dilatano veſtimenta ſua, vt docebitur, ſi opus fuerit, & inſuper ſtãte antiqua conſuetudine hic, & vbique recepta, q̃ q̃ detulit arma ĩ palatio, vel alibi, niſi fuerit inuentus non punitur, iuſtitia ita ſuadente, qui aut docet experientia rerum magiſtra, multi portant arma in palatio, &c. Sed niſi inueniantur ab officialibus, & deprehendantur, non puniuntur. Quare magnifice, ac clariſſime prætor Procurator antedictus p̃dicto nomine inſtat, & petit præfatũ, D. Cæſarẽ ab imputatione p̃dicta liberari, & ex carcerib. M. V. oĩno relaxari, & priſtinæ ſuæ libertati reſtituẽdũ, fore, & eſſe, & ita fieri, & declarari petit oĩ meliori via, iure, ac forma: ſaluis aliis quibuſcunq; defenſionibus, & iurib. dicti carcerati competentibus, & competituris, &c.

IN CASV FVRTI.

Coram vobis magnifico D. Poteſtate Aſili.

Conſtitutus officio Cãcellariæ. D. Adamus Colbertado Doct. Procurator, & procuratorio nomine, D. Antonij Cęſana, & D. Vitij Beltramini ſponte carcerib. M.V. oblatorum cã aſſertæ imputationis cõtra ipſos ſuperius nominatos, de qua in inquiſitione, & proceſſu latius continetur ſub die, anno, menſe, vt in eo. Ad q̃ impugnatiue ſemꝑ relatio habeatur, præterquam in partibus cõmodũ, & fauorẽ carceratorũ antedictorum cõcernentib. in quib. nullatenus impugnare intendit, ſed illa reproducere decreuit, in vim ſaltẽ confeſſionis iudiciariæ, & breuibus agendo, & lõgis ambagib. prætermiſſis dicit, excipit, ac opponit procurator ſæpedictus, deducta in inquiſitione nullatenus cõtra inquiſitos fuiſſe probata, cũ teſtes non deponãt de qualitate rei furto ſubtractæ, & tñ in aſſerta inquiſitione deducitur, q̃ inquiſiti contractauerũt veſtem velluti Roſati, vñ cũ non probetur aliquo pacto furtũ dictæ veſtis, de qua in inquiſitione, prout neceſſario probari debebat, iure optimo ſequidẽt abſolutio delicto non probato, inſup non vĩ aliquo mõ probata contrectatio facta ꝑ antedictos inquiſitos, qm̃ ad eſſe furti neceſſario requiritur cõtrectatio, q̃ accurate deducta eſt in ipſa inquiſitione merito veniunt abſoluendi. accedat q̃ in inquiſitione deducitur, q̃ præfati inquiſiti cõtrectauerunt in domo ſupradict. inquiſitorũ antedictã veſtem, & tñ ꝑ teſtes nullibi apparet de loco delicti, vnde cum nullatenus locus cõtractationis, & delicti intentati probetur, prout probari debebat, & conueniens eſt: ergo ſequi debet abſolutio, accedat inſuper, q̃ non ſufficit ꝓbare delictũ, niſi ꝓbetur tempus, & locus delicti commiſſi, vñ cum teſtes non deponant nec de tpe, & loco, prout in inquiſitione ipſa appoſitũ fuit, ſequitur indubitata cõcluſio præfatos imputatos ꝑ. M.V. abſoluendos, fore, quare ſtantib. prędictis, & alijs coram. M.V. dictis, ac deductis ad oſtendendã innocentiã, & puritatem præfatorũ inquiſitorũ, idem procurator dicto nomine petit, & inſtat præfatos inquiſitos ab imputatione ipſa furti abſolui debere, vel ſaltem a nexu carcerum. M.V. pro nunc relaxari, & priſtinæ ſuæ lĩbertati reponi, & ita fieri, ac declarari petit omni meliori mõ, & ſaluis alijs quibuſcunque defenſionibus, &c. & ſi in prędmiſſis forſitan deficiſſet, q̃ nõ credit petit ad alia habere recurſum, prout ſibi melius de iure viſum fuerit, ſaluis, &c.

ALIA PRO SECTA ET INSVLTV

Coram vobis Clariſſimo D. Prætore Brixię.

Comparet & ſe præſentat Iaco. de Nouello Iur. D. aduocatus. D. Alphonſi de Salodio, & aliorũ, retẽtorũ, & præſentatorũ in caſu aſſertæ imputationis cõtra ipſum, & ipſorũ quemlibet factæ, & cõmiſſæ, vt aſſeritur de certa ſecta, laruatione, & occaſione aliorũ criminũ, ſeu delictorũ per eos, vt dr perpetratorũ, & prout latius in inquiſitione, & proceſſu ſubinde formato cõtinetur, & apparere dr, & inhærendo eorũ cõſtituris, a quibus nullatenus recedere intẽdit, ſed eos pro repetitis haberi, vult, ac intendit, & per cõſequens inſtat, ac requirit per M.V. & eius ſapientiſſimam curiam fuiſſe, & eſſe ad vlteriora ꝓcedendum, & procedi debere, maxime in liberando ipſos comparentes non dicã præſentatos, ſed etiam retentos tãquam innocentes, & ignaros aſſertæ imputationis ſectæ, ac aliorum delictorũ obiectorũ contra eos indebite, ac falſo modo fabricatorũ ſuaſu, ac interuentu inimicorũ ſuorũ, non aũt q̃ ipſi ſint, aut fuerint de huiuſmodi imputatione culpabiles, cum veritas, aliter & alio modo habeatur de eo, q̃ falſo expoſitũ fuerit in aſſerta querela. D. Sempronij de Ritijs: cum hoc etiam ſit a veritate ipſa ualde alienũ, & q̃quid ibi per eum dictum fuerit, credendũ eſt, id expoſitũ fuiſſe contemplatione, ſuaſu, ac ſubornatione D. Troiani Feltrenſis inimici ipſorum retentorum, ac præſentatorum, aquo idem Sempronius edoctus & inſtructus fuit, prout ſuis loco, & tempore comproba-

bitur:

Digitized by Google

bitum ec opitulatur dictum vnius ex correis, quod talia delicta per ipsos retentos, ac præsentatos commissa, aut perpetrata fuerint, quia dictum correi de per se non facit indicium cõtra supradictum correum alijs non concurrentibus iurib. vulgaribus, & si alia crimina, aut maleficia commissa fuissent, p culdubio officio maleficiorum denunciata fuissent, quod minime factum fuit, immo clare, ac manifeste, & euidenter appareret dictum Sempronium somniare, & ficta, ac commentitia delicta fateri. Accedat etiam, quod contra sæpe dictos p̃sentatos, ac retentos ad quęstionem, & torturam nimis seuere processum fuit, & est stante forma iuris, ac statutorum Brixię, & decretis illustriſ. Duc. Domi. Venet. cum maxime contra prædictos non sint tot indicia, suspiciones, ac argumenta, per quæ potuerint toties torqueri, & tanta tormenta pati, prout passi sunt, ac fuerant, cum etiam ipsi pręsentati, & retenti fuerint, ac sint homines bonæ vocis, conditionis, ac famæ, & possideant idoneas facultates, cum quibus se alere possunt splendide, nec alieno indigent auxilio, prout satis omnibus notorium est. Quibus præmissis, in iure, & in facto subsistentibus, dicit aduocatus sæpe dictus, prefatos retẽtos ac præsentatos ab imputatiõe ipsa absolui, ac liberari debere, vel saltem a carceribus M.V. relaxari, & ita rogat oratque inclitam Magnificentiam vestram, & eius sapientissimam curiam dici, ac declarari debere omni meliori modo, via, iure, ac forma, saluis aliis quibuscunque iuribus &c.

ALIA IN ORDINE.

Coram vobis clarissimo D. Potestate Brixiæ.

Comparet, & se præsentat Iacobus de Nouello Iur. Doct. aduoc. & eo nomine do. Calisti Albani sponte. ac voluntarie carceribus M.V. oblati, & p̃sentati: causa, & occasione cuiusdam pręcepti iussu. M.V. facti ac emanati ipsi præsentato, vt in termino tridui post illius exhibitionem, debeat allegari fecisse in eius causa, & si quandocunque allegare intendit, aliter, & prout in eo, ad quod inquãtum opus sit indigna relatio habeatur, & breuibus agendo dicit idem aduocatus præceptum ipsum esse nullius valoris, roboris, ac momenti, ideoque de iure fieri minime potuisse, aut debuisse, & in casu ipso ad vlteriora procedi non posse, neque debere pluribus de causis, & præsertim infrascriptis, stantibus maxime literis clarissimorum dominorum aduocatorum cõmunis Ven. quibus iniungitur, & committitur. M. V. quod vsque ad signaturam in ipso casu procedere debeat, & post modum processum subinde formatum trãsmittere deberet, suis M. quæ vtique adhuc aliquam signaturam facere minime cu rauit, quo fit vt contra tenorem ipsarum literarũ vsque adeo per præfatam M.V. processum sit, accedente etiam, quod exẽplum ipsius processus penes, & apud ipsos clarissimos. D. aduocatores adhuc reperitur, & in pręsentiarum non fuit, nec est expeditus, & minus responsum aliquod per prænarratos clarissimos. D. aduocatores datum fuit, ita, quod in casu ipso ad ulteriora procedi non potest, nec debet, & minus aliquid innouari contra ipsum præsentatum, stante actu superioris, & per consequens stantibus præmissis dicit idem aduocatus supersederi debere expeditio. pręsentis casus, donec & vsq; quo per sæpedictos clarissimos do. aduocatores visus, & expeditus fuerit dictus processus, & per eos responsum datum fuerit, & ita aduocatus prędictus petit per M. V. dici, ac declarari, & fieri debere in omnibus prout supra petitum fuit digestialiter quod tamen nõ credit, petit pro debito iustitię, & pro obediẽtia ipsarũ literarũ assignari ipsi pręsentato aliam breuem dilationem dierum octo, ad allegandum in casu ipso, ne ipse spõte pręsentatus indefensus remaneat, prout iuri, iustitiæ, ac honestati conuenit, & ita per M. V. & eius sapientissimam curiã dici, ac declarari petit, & instat: aliter, si secus factum fuerit, protestatur de iustitia denegata, & habendi aditum, & recursum ad clarissimos do. superiores suis loco, & tempore, &c. omni meliori modo, &c. saluis alijs, &c. protestans, &c.

ALIA PRO FRACT. CONFINIVM.

Coram vobis clarissimo Domi. Prętore Vincentię.

Comparet do. Albericus de Lendenaria procurator, & dicto nomine do. Henrici de scolaribus, & vti frater, & coniuncta persona. D. Herculis de Saxoferrato nunc in carceribus M.V. sponte oblatorum, & præsentatorum causa occasione assertę imputationis, quod fregerit confinia suorum bannorum, de qua fit mentio in inquisitione iussu M.V. formata, & in processu subinde formato apparere dicitur, inhęrendo eorum constitutis, a quibus nullatenus, & nullo modo recedere intendit, sed pro repetitis habere vult, & omnino intendit, & breuib. agendo, ac ipsos & eorũ quemlibet realiter defendendo, superfluis prętermissis, dicit, excipit, & opponit procurator antedictos pręsentatos, tãquã innocentes, ignaros, & minime culpabiles, a dicta calumniosa, & emẽtita imputatione absoluendos, & liberandos fore, & esse, & ex ipsis carceribus omnino relaxandos: nec officit dictum A. cui in aliquo fides non est adhibenda, & minus adhiberi debet, licet ad tormenta, & quęstiones aliqua dixerit, minusquam vera, quia id ex impatientia, inconstantia, & animi sui leuitate processit, ut in quouis potius mentiri, quam tormenta pati voluerit, ex quo processum fuit, vt in suo constituto varia necdum locutus fuerit, sed etiam p̃ria, vt & alios criminari, & inculpare noluerit, prout in dicto eius constituto satis clare apparet. minus obstat dictum. T. cũ similiter in suo dicto sit varius, singularis, & sibimet contrarius, nonvera, nec verisimilia deponens, immo potius expressa mendacia, & a veritate ipsa penitus aliena, vt ex eius dicto & intueri, & colligi potest, accedente etiam pro maiori comprobatione, & verificatione innocentia ipsorum inquisitorum, quod offerunt se legitimis mediis constare, & probare, q̃ tempore de quo in asserta imputatione, ipsi præsentari se contulerunt Mãtuę, & ibi continuo commorati fuerunt in dicta terra, & territorio vsque ad vindemias ibi habitando, & fructus colligendo, terrasque D. Priami de Azano gubernando, & pręparari faciẽdo pro futuro recollectu, nec aliunde in dicto tempore se cõtulerunt, prout omnibus satis notorium est, quo fit, vt impossibile dicatur sępe dictos pręsentatos vno, ac eodem tempore duobus in locis adesse potuisse, quibus omnibus verissimis in facto subsistentibus, & alijs suis loco, & tempore dicendis, deducendis, & allegandis, petit aduocatus prędictus ipsos inquisitos absolui debere, vel saltem pro nunc ex carceribus M. V. relaxari, & ita fieri, & declarari petit omni meliori modo via, iure, ac forma, &c. saluis alijs, &c.

ALIA PRO PVRO HOMICIDIO.

Coram vobis Magnifico, & Clarissimo D. Prętore, prefectoque Tar.

Comparet, & se præsentat Io. Fran. de Nouello I. D. & aduocatus d. Alphonsi de Rodigio, & Anto. de Cas. cucho nob. Tar. sponte, ac voluntarie carceribus M.V. oblatorum ac præsentatorum causa, & occasione eos tuendi, defendendi, ac excusandi ab asserta, & iniusta inquisitione V. per vos, vestrumque officium formata contra eos de homicidio sequuto in personam q. Titij Potensis, ex cã nonnullorum verborum inter eos sequutorum in domo illorum a Getto, pro vt latius in inquisitione ipsa, & processu de super formato contineri, & apparere dicitur, ad quam impugnatiue semper relatio habeatur, prętquam in partibus, cõmodum, & fauorem dicti principalis concernentibus in quibus illam impugnare non intendit, sed magis illã in illis partibus laudat, approbat, atque acceptat, & in vim saltem iudiciarię confessionis reproducit, & breuibus agendo, & realiter ipsos pręsentatos defendendo innocentiam virę dictorum in quisitorum dicit prefatus aduocatus de asserta imputatione homicidij contra eos obiecta, & falso modo oppositа tãquã innocentes, inculpabiles, ac omnino ignaros absoluendos, & liberandos esse, cum satis clarum sit eosdem pręsentatos fuisse, & esse valde infestanter prouocatos, irritatos, & lacessitos a prænarrato q. Titio tam verbis procacibus, & inhonestis, ac turpibus, quam etiam ex terrore armorum iam per dictum q. Titium in manu acceptorum. ideo quod idem Alphonsus nisi pro sui defensione clamasset, aliosque conuocasset, & cõcitasset contra prefatum aggressorem, eos omens proculdubio interfecisset, ita quod quicquid fecit idẽ Alphonsus inquisitus iure, meritoque dici potest ad suam necessariam defensionem fecisse, prout de pręmissis omnibus inferius particulariter deducetur, & de singulis comprobabitur. accedente etiam quod idem vulneratus parum post vulnus sibi illatum ambulauit per ciuitatem. conuersando cum ganeis, luxuriose viuendo, & regulas, ac pręcepta medicorum non obseruãdo ita quod principaliter non ex ipsis vulneribus, sed ex alio malo regimine, ac incuria ipsius vulnerati mortus fuit, & est, vt per testes clare demonstrabitur, quo fit, vt constito de omnibus supranarratis, ipsi inquisiti veniunt per M.V. ciusque dignissimum officiũ, quod ad hoc specialiter implorant, absoluendos, & a carceribus M.V. omnino liberandos, & ita fieri dici, ac declarari petit, & instat aduocatus prędictus omni meliori modo, &c. saluis alijs quibuscunque iuribus, ac defensionibus sibi competentibus, ac competituris, &c. protestans &c. offerens &c.

ALIA

Digitized by Google

Iacobi Nouelli ad defenſam.

ALIA PRO FVRTO.

Coram vobis Magnifico, ac clariſſimo, D. Prætore præfectoq; hon. Tar.

Comparet & ſe præſentat Ia. de Nouello. I. D. & ad uocatus, D. Cęſaris de Tridento carcerati cauſa, & occaſione cuiuſdam aſſertę imputationis pro furto commiſſo, vt aſſertum fuit in domo illorū de Rauaginis, modis & tporib. de q. bus in aſſerta querela inſtituta officio male. p D. Iul. de Rauaginis, ſub die 15. Iulij nuper exacti, ad q̄ impugnatiue ſemper, ac negatiue relatio habeatur, & breuibus agendo, ac realiter dictum Cæſarem tuendo, ac defendendo, dicit idem procu. ſæpedictum Cæſarē obiecti criminis furti eſſe penitus ignarū, & ad oſtendendam, & demonſtrandam vitam, ac innocentiam ipſius Cęſaris malo mō inculpati, patet ex vita ipſius carcerati hominis. ſ. bonæ vitæ, conditionis, & famæ, nunquam ſoliti ſimilia committere. & habentis ſatis idoneas facultates, cum q. bus ſe, & totam familiā ſuā laute, ac ſplendide, & decenter alimentari pōt, prout ab anno 1503. vſq; ad hæc tēpora ſatis honotifice vitam duxit. accedat q̄ bona de quib. in dicta aſſerta accuſatione nunq̄ viſa fuerūt in domo ipſius imputati, & minus ad manus ſuas nunq̄ peruenere, licet p atteſtationem A. teſtis ad offenſam examinati, varie, ſinguläriter, ac de auditu alieno deponentis dictum fuerit, certā veſtē velluti Nigri cū manicis viſam fuiſſe in domo prædicti Cæſaris, qui prout i ſuo conſtituto dictum fuit, nō negauit hře, ac iā plurib. dieb. eam habuiſſe a D. T. eius ſororio, trāſmiſſam in vigilia Sancti Antonij per D. A. nutricē ac familiarē ipſius d. ſororij ſui, & ad cō probandam innocentiā ipſius d. carcerati dicit, q̄ ad effectua lē exhibitionē pecuniarū per eum dicto tpe exburſatarū aderāt duo teſtes, in preſenza de quali gli fu detto per eſſo. D. Ceſare à detta Nena, che coſa volea dir queſta veſta di veluto, qual Nena diſſe, la tenerete per pegno fra otto giorni, & ſe nō vi ſi mandarà i danari al tempo perdetto, l'andarete à impegnare al Giudeo, qual M. Ceſare diſſe. che non altramenti ella torria. accedat ēt, q̄ antedict. D. Iulius accuſator viſa, & diligenter inſpecta ipſa veſte in manu præconis offic. maleficiorum vſus fuit his formalibus verbis, la noſtra veſta di veluto era piu nuoua, & piu lunga di queſta. Quo fit vt cōſtito de omnibus, vt ſupra expoſitis credendum, imo pro certo tenendū eſt, præfatum D. Cęſarem malo modo accuſatū per M. V. omnino eſſe abſoluendū, & priſtinæ ſuæ libertati reſtituendū, & ita fieri dici, ac terminari petit aduocatus, antedictus non tantum modo prædicto, ſed omni alio meliori modo, via, iure, ac forma, &c. ſaluis ac reſeruatis alijs, quibuſcunq; iurib. ac defenſionib. ſibi quomodoc unque competentibs, ac competiturisproteſtans, &c. ſaluis, &c. offerens, &c.

ALIA PRO HOMICIDIO PVRO.

Coram uobis Clariſſimo D. Locumtenente patriæ.

Coram me Cancellario ſupradicto ī officio cācellariæ cōparuit D. Ale. de Colla p̄curator, & eo nomine D. Raphaelis de Cyano nob. vtinenſis, cui factū fuit p̄ceptū ſub die 8. Iulij exacti, iuſſu magnificenti æ veſtræ, vt in termino dierū. 8. p̄xi. fut. quaſcunq; faceret defenſiones, in caſu mortis q. D. Alb. de Tol. aliter, &c. vel prout in eo, ad q̄ in omnib. ſuis partib. impugnatiue ſemp relatio habeatur, & breuib. agendo, ac realiter ipſum defendendo, ſuperfluis omiſſis dicit, excipit, & excuſat p̄curator antedictus, ſæpedictum Raphaelem, carcerib. M. V. detentū iam plurib. dieb. de huiuſcemodi delicto eſſe penitus inculpabilē, & innocētē plurib. tationib. & cauſis loco, & tpe demonſtrand. s. & ad oſtēdendā innocentiā ipſius carcerati dicit p̄curator ſupradicti qualitatē doli in inquiſitione additā nullatenus fore. & eſſe p̄batā, quo caſu neceſſario abſolutio dicti imputati ſequi dēt per M. V. iurib. ſatis vulgatib. accedat. q̄ D. Raph. a q. D. Alb. ſup tripudio illorū de Cyano, necdum fuit verbis p̄uocatus, & laceſſitus, ſed ēt primitus fuit ponere manus ad arma, quo caſu idē carceratus ſe tuendo, & viriliter defendendo vnicum intulit vulnus prædicto Albe. id magis dř feciſſe ad defenſam, q̄ ad offenſam, accedat vlterius q̄ idē Alb. percuſſus, principaliter ex ipſis percuſſionib. & vnico vulnere non obijt, ſed ex malo ſuo regimine, cum poſt triduū acceſſit vagando per ciuitatē, non obſeruādo regulas. & p̄cepta medicorum, quo fit, vt non principaliter ex ipſo vulnere, ſed ex incuria ſua obijſſe exiſtimandum eſt, vt liquido per peritos conſtandum, & probādum docebitur. qb. in facto ſubſiſtentib. & probatis manifeſte liquebit antedictū Rapha. carceratū leuiter, & extraordinē arbitrio M. V. eſſe plectendū, cū terror armorū, & nō obſeruare regulas, ac præcepta medico rum ſatis ipſum carceratum excuſent, quo circa clariſſime, ac digniſſime D. locum tenens procurator antedictus ex cauſis p̄ narratis, & alijs, ſuis loco, & tempore dicendis, & allegandis, qñcunque expediens erit, rogat, oratque inclitam. M. V. eiuſq; digniſſimum officium, quod ad hoc ſpecialiter implorat, quatenus dictum carceratum ab ordinaria pęna abſoluat, ac abſolutum reddat, & mitiori, ac leui pęna ipſum afficiat pecuniaria, vel alia conſimili arbitrio M. V. ei imponenda, & ita fieri, ac declarari petit omni meliori modo, via, iure, ac forma, &c. ſaluis alijs quibuſcunque defenſionib. & iuribus ſuis competentibus, ac competituris, &c. & ſi in propoſitis fortaſſe deficeret q̄ non credit, poſſit ad alia habere recurſum, prout ſibi melius de iure videbitur expedire.

ALIA IN CASV HOMICIDII.

Coram vobis Magnifico D. Poteſtate Paduæ.

Comparet excellens D. Marcus Blanch. V. Iur. Doc. interueniēs procuratorio nomine ſer Berti Furnarij detenti, ac carcerati cā, & occaſione illū tuendi, defendendi, ac excuſandi ab aſſerta imputatione contra eum inſtituta, ac obiecta per. D. Lazarum ab acqui. de certo homidio ſequuto in perſonā, q. Viti Hebræi, loco, tpe, ac præſentibus, de quibus, & prout latius in inquiſitione contra eum per. D. iudicē maleficiorum iuſſu. M. V. formata continetur, & legere eſt, ad q̄ impugnatiue ſemp relatio habeatur, & breuibus agendo, ac realiter ipſum excuſando, ſuperfluis prætermiſſis, dicit, exponit, ac opponit procurator antedictus aſſertam inq̄ ſitionem fuiſſe, & eſſe nullā, nulliterque, & de facto formatā, minuſq; conſiderate, & ſuper ea non potuiſſe neq; poſſe, ac debere per vos, veſtrumq; officium aliquo modo procedi, ſtāte ſtatuto cōis Paduæ in præſenti materia deponente cū prætē ſum homicidium, p̄p, q̄ ſæpedict. Bertus fuit imputatus, ac inculpatus nō fuit, neq; eſt de iure punibile, imo nec maleficiū, aut delictum eſt cenſendū, cū iure permittente, impune interfici fieri potuit, ex quo d. Hębræus fuit alias accuſatus de furto, & ob id condemnatus in li. 300. prout in ſua condemnatione eſt legere, quo fit, vt idem Hebræus impune, & offendi ac interfici potuit ſtatuto ita diſponente, ac iuſtitia ſic permittente, imo ſuper ipſa inquiſitione. M. V. amplius procedere non debet, ſed debet ipſam penitus aboleri facere, ſeu cancellari aliquibus in contrarium non obſtantibus. Accedat vlterius q̄ quicquid fecit idem inquiſit. id fecit cā ſe defendendi, cum legitime conſtare pōt ante caſum ſequutum vim ſibi per dictū Hebræum eſſe illatā, cū primus poſuerit manus ad arma, & ī ſultum fecerit ꝺ dictū Bertū, quo fit, vt quicquid egit idē inq̄ ſitus ꝺ dictū Hebræū, id fecit non cā vlciſcendi, ſed ſe tuendi, ac defendendi ab inſultu p̄dicto, quare clariſſime, ac integerrime prætor, procurator antedictus petit, ac inſtat ex cauſis præmiſſis per vos, veſtrumq; officiū, q̄ ad hoc ſpecialiter implorat, quatenus pronuncietis ꝺ dic. inquiſitū procedi nullatenus potuiſſe, aut poſſe, pro dicto prætenſo homicidio, & per conſequens dic. carceratum ex carcerib. M. V. omnino relaxandū fore, & eſſe, ac priſtinæ ſuæ libertati reſtituendum eſſe, & ita fieri inſtat omni meliori modo.

ALIA IN ORDINE.

Coram vobis M. D. Poteſtate Bergomi.

Coram vobis clariſ. D. A. ac digniſſimo prætor Bergomi comparet, & ſe præſentat Iaco. de Nouel. Iur. Doc. procurat. nomine D. Almerici de Feroliuio tenti, ac incarcerati, p̄ caſu mortis q. Orfei de Tirabuchis, cui intimatū, ac notificatum fuit, vt in termino iuſſu. M. V. aſſignato, ac limitato oſtendere, ac docere debeat, quicquid vult & intendit ſuper caſu retētionis eiuſdem Almerici, quid. procurator dicit, ac proteſtatur, verum eſſe, ac fuiſſe ſupradictum, D. Almericum per officiales curiæ M. V. captum, ac detentum fuiſſe, ac eſſe, in loco ſacro, & indevioleter extractum, & carcerib. M. V. repoſitum, ac detruſum, & adhuc retinet ā die. 12. Iulij, vſq; ad præſens, & ob id ex ſor malegum ac ſacr. cauſa. in loco ex quo deductus, ac extractus fuit, remitti, ac reponi dēt, & ita per M. V. fieri, ſuperfluis omiſſis, petit, ac inſtat, omni meliori modo, via iure, ac forma, &c. & ad hoc vt veritas facti cognoſcatur, & habeatur idem d. procurator inſtat, vt M. V. dignetur committere ſuo. ſp. d. iud. maleficiorum, q̄ velit ſe conferre, ad intuendum, conſpiciendū, ac vidēdum locū, in quo ab officialib. captus fuit, & ſup dicto loco, qñcunq; opus ſit, ad examinandū oēs teſtes, quos examinari facere intendit occaſione dictæ retentionis, ad hoc vt facta ſubinde legitima probatione, & iuſtificatione, & conſtituto præ-

Digitized by Google

to præfatum, D. Almericum in loco ſacro captum, & deprehẽ ſum, eodem loco remittatur, ac reponatur, iuſtitia ſic ſuadente, & per conſequens ex carcerib. M.V. pro nunc relaxandum fore, & priſtinæ ſuæ libertati reſtituendũ, & ita fieri & declarari petit omni meliori modo, via iure, ac forma, ſaluis alijs qui buſcunque defenſionibus dicti carcerati magis competentib. & competituris, ſuis loco, & tempore, ſaluis alijs &c.

ALIA IN CASV FALSITATIS.

Coram vobis magnifico Domino. Poteſtate Bergomi.

Comparet D. Io. Petrus ab vlmo pater & conjuncta perſona. D. Cæſaris ab vlmo detenti, & carcerati iam pluribus dieb. cã, & occaſione illũ excuſandi, ac defendendi ab aſſerta imputatione falſitatis contra ipſum obiectæ, ac per ipſum (vt aſſeritur) perpetratæ, & commiſſæ loco, & tpe, vt in inquiſitione iuſſu M.V. formata, ad q̃ impugnatiue ſemper relatio habeatur & breuibus agendo, ac eundẽ eius filiũ realiter defendendo, ſuperfluis omiſſis, dicit, excipit, ac opponit, prout in ſuo cõſtituto, a quo nullatenus diſcedere intendit, ſed pro repetito haberi vult, ac intẽdit & iura iurib. addendo dicit, q̃ ſi idem Cæſar ſcripſit aliter, q̃ p partes expreſſum fuit, id doloſe nõ fecit, quo caſu de falſo nullatenus puniri põt iurib. vulgarib. ſed vt per teſtes comprobatũ fuit, id p errorẽ ſcriptũ eſſe clare, & aperte demonſtratum eſt, & per p̃fis probata non fuerunt p̃dicta, & in dubijs q̃n notarius aliter ſcribit, q̃ dictum fuit, id potius per errorẽ feciſſe, q̃ per dolũ dicendum eſt, tum maxime hoc conſtare poſſit per ſuum iuſm purgationis, accedat ẽt, q̃ idem Cæſar fuit habitus, tentus, ac reputatus pro bono, ac legali notorio, & rõne qualitatis perſonæ p̃ſumitur potius error ſcribentis, quã falſitas, vlterius idẽ Cæſar poſſidet ſatis idoneas facultates, cum qb. ſplẽdide, ac opulenter viuere poteſt. Quib. in iure, & in facto ſubſiſtentib. & alijs loco, & tpe allegationis. fiend. petit idẽ procurator, ac pater præfatum Cæſarem pro nunc ex carcerib. M.V. relaxari, ac ſolui, & ita fieri, ac pronunciari inſtat, ac petit omni meliori mõ, via, iure, ac forma, ſaluis alijs iurib. ſibi magis cõpetentib. & competituris, &c.

ALIA IN CASV PERCVSS.

Coram vobis. M.D. Poteſtate. Salodij.

Comparet, & ſe præſentat Ia. de Nouel. D. aduocat' D. Oldrici de Mantua ſponte carcerib. M.V. oblati, ac præſentati imputatione, q̃ idem Oldricus quamplurimas percuſſiones intulerit tam ad viam capitis, quam ad viam dorſi. D.T. de Zechis, loco, & tpe, prout latius in accuſatione officio. M.V. porrecta per dictum, D.T. ad quam in omnib. relatio habeat impugnatiue ſemper, & breuib. agendo, dicit dictam aſſertam accuſationem nullã nulliterq; de facto inſtitutã, & ſup ea nõ potuiſſe, neque poſſe per vos ac officiũ V. aliquo mõ procedi, cũ prætenſum delictũ non ſit taliter p̃batum, q̃ ſuper eo fieri poſſit aliqua ſnĩa condemnatoria ad fauorem præfati accuſatoris, & q̃ſcunq; probata legitime fuiſſet dicta accuſatio, minus condemnatio aliqua per M.V. ſequi poſſet, cũ alias dictus T. accuſator per ſnĩam criminalem cõdemnatus fuit in li. 50. proinſultu penſate commiſſo, ac ſequuto in perſonã Dominici Ferrarienſis, quo quidem caſu de iure municipali impune, nedũ percuti potuit, ſed etiam interfici iure potuiſſet, quo fit, vt ſtante diſpoſitione ſtatuti, aciure municipali præallegato. M.V. nec per accuſationem nec p aliquem alium modum, cõtra dictũ carceratum procedere põt, aut debet, ita publica ſuadente loci conſuetudine, fere vbiq; per totam Italiã recepta quare clariſſime, ac integerrime p. procurator aduocatus antedictus inſtat, ac petit ex cauſis præmiſſis, ac alijs loco, & tẽpore dicendis, ac deducendis, accuſationẽ ipſam reijci, ac cancellari debere, & vlterius Odoricum p̃dic. ex carcerib. M.V. ſic iuſtitia permittente relaxandũ fore, & ita fieri, ac interloq petit omni meliori modo, &c. ſaluis alijs iurib. &c.

ALIA DEFENSIO PRO HOM.

Coram vobis M.D. Poteſtate Felꝛi.

Comparet & ſe præſentat excellen. D. Ia. Facino. I. V.D. nomine. D.A. de Ripa detenti, ac carcerib M.V. emãcipati imputatione mortis, q. Alberici de Lendenaria ſequutæ in territorio M.V. iam plurib. menſib. cã illum tuendi, defendendi ac excuſandi ab aſſerta inquiſitione per uos, veſtrumq; officium formata pro homicidio prædicto, prout latius in inquiſitione ipſa, & proceſſu deſuper formato contineri dr̃, ad quã impugnatiue ſemper relatio habeatur, præterquam in parte, ac paſſibus commodum, ac fauorem dicti ſui principalis concernentibus, in quibus illam impugnare nullatenus intendit quinimo illam in illis paſſibus, laudat, approbat atque acceptat, & in vim ſaltem iudiciariæ confeſſionis reproducit, & breuibus agendo, & realiter ipſum excuſando, & oſtendendo innocentiam ipſius inquiſiti, dicit, quod quicquid fecit. D. Albertus fecit ad ſuam neceſſariam defenſionem, nam ex depoſit. teſtium ſatis clare apparet. D.A. fuiſſe prouocatum a D. Alberico, & vulneratum, in maximo vitæ ſuæ periculo conſtitutum, ideo iure optimo cenſendum eſt id feciſſe ad ſuam neceſſariã defenſionem cũ terror armorum, iactatio ipſum A. p cutiendi, & in eum furibunde irruere, ſatis ipſum excuſet iuribus vulgaribus, accedat etiam q̃ idem A. fuit primo percuſſus & vulneratus a D. Alb. & ipſe inſultatus aliter ſe tueri non poterat, niſi medio dictæ percuſſionis, quæ fecit vulnus lætale, & niſi A. pro ſui defenſione clamaſſet alioſq; concitaſſet, ac conuocaſſet contra p̃ſatum Alb. aggreſſorem, eum proculdubio interfeciſſet, quare ſtantib. prædictis in facto, & in iure veriſſimis, petit, & inſtat aduocatus prædictus eundem carceratum relaxari, & priſtinę libertati ſuæ reponi, & ita petit fieri, &c. ſaluis alijs, quibuſcunque defenſ. &c.

ALIA PRO FALSO MONETARIO.

Coram vobis M.D. Poteſtate Rodigli.

Comparet excellen iur. Doct. d. Iacobus de Nouel. nomine. d. Sempronij de Vrbino ſponte carcerib. M.V. oblati, ac præſentati, cã, & occaſione illlum excuſandi, tuendi, ac defendendi ab aſſerta inquiſi. per vos, veſtrumque officium formata contra eũ pro monetario, loco, & tpe, vt in dicta inquiſitione, & proceſſu deſuper formato continetur, ad quã in omnib. ſuis partib. impugnatiue ſemper relatio habeatur, & breuibus agendo, ſu perfluis prætermiſſis, dicit, excipit, & opponit idem, D. Iaco q̃ ipſa moneta non eſt falſa, neq; adulterata, cum in ea non fuit admixtum auricalcum, vel alia ſimilis materia in colore, imo vt videri põt eſt puri auri, accedat, q̃ in ea reperiẽ, & eſt Imago principis cum literis ſolitis, ac conſuetis imprimi, accedat vlterius, q̃ idem Sempronius inquiſitus illã expendit animo gerendi negocia Illuſt. D. principis, vt antiqua ipſa moneta ſalua foret, & hoc fuit factũ bona voluntate, ac laudabili mente & non animo eam contractandi, cum in ipſo carcerato, ſeu ĩquiſito dominium ipſis monetæ omnino trãſlatũ fuerit, quã reſtantib. prædictis aduocatus antedictus orat, rogatque inclitam M.V. ciuſq; digniſſimum officium, q̃ ad hoc ſpecialiter implorat quotieſcunque opus ſit, vt prædict. Semp. ſponte preſentatum ab imputatione ipſa abſoluat, abſolutumq; reddat, & ſubſequenter ex carcerib. M.V. omnino relaxari faciat iuſtitia ita ſuadente, & ita fieri ac pronunciari petit omni meliori modo, via iure, ac forma ſaluis alijs iuribus, mihi competentibus, ac competituris.

PRO HOMICIDIO ATTENTATO.

Coram vobis. M.D. Poteſtate & Cap. Baſſ.

Conſtitutus officio Cancellariæ. D. Iacobus de Nouello. I. Docto. aduocatus & eo nomine dom. Proſperi Campelani ſponte carcerib. M.V. oblati imputatione, q̃ pecunia recepta. do. Anto. de Amicis venenare voluerit menſibus exactis, de qua in accuſat. officio cancellarię. M.V. inſtituta p do. Fran. ſtatrem præ narrati. D. An. ad quã in omnib. ſuis partib. impugnatiue ſemper relatio habeatur. prius accep. fauorabilib. cõcernentib. cõ modũ, & fauorem, ſi quæ ſunt in dicta aſſerta, ac ementita accuſatione, & querela dicti Frãciſci, & in vim tacitę iudiciariæ confeſſionis cõtra dictũ Franciſcum accuſatorẽ reproductis, reiectiſque contrarijs ac ſuperfluis omiſſis, dicit aduocatus antedictus, q̃ licet de iure cõi in delictis, & criminib. attentatis, & in ſpecie in delicto homicidij puniatur pari pœna, prout delictum conſummatũ, tñ de generali conſuetudine fere per totã Italiã hactenus obſeruata, ac recepta contrarium obſeruat, & pluries obtentũ, & iudicatum fuit, & ita M.V. in pœnis irrogandis dẽt, & tenetur ſeruare cõſuetudines, quæ pro legibus reputantur, accedat, q̃ delictum attentatum ita demum punit, q̃n deuentum eſt ad actum proximum facto, ſed ſic eſt, q̃ idẽ accuſat. non deuenit ad actũ proximum, prout ſi dediſſet, ex quo nullus paritur, & nemo offenditur, nimirũ ſi pœna ordinaria damnandus non eſt, ex quo homicidium ſequutũ, nec conſumatum fuit, nec deuentum eſt ad aliquam offentam, & ad

actum

actum proximum homicidio, prout per teſtes comprobatū fuit. Quare ſtantibus præmiſſis in iure, & in facto veriſſimis, petit antedictus aduocatus inclitam M.V. eiuſque digniſſimū officium, vt præfatum carceratum ab ordinaria homicidij pœna abſoluat, abſolutumque reddat, & mitiori, ac extraordinaria pœna arbitrio, & clementia. M.V. afficiat, & ita fieri, & declarari petit omni meliori modo, via, iure, ac forma, &c. ſaluis aliis quibuſcunque defenſionibus competentibus, & competituris.

ALIA PRO RAPTV.

Coram vobis Magnifico. D. Poteſtate Meſtræ.

Conſtitutus, officio cancellarię. D. Aloyſius de Fantis procurator eo nomine ſer Angeli Cechinati per officiales curię. M.V. retenti, & in carceribus exiſtentis, imputatione, quod violenter rapuerit Ceciliam filiam Petri Farinori de villa Tellarini, vt latius in accuſatione, & querela. T. fratris prædicti Cecilię, & proceſſu ſubinde formato apparere dicitur, ad quam in omnibus ſuis partibus impugnatiue, ac negatiue ſemper relatio habeatur, & ſuperfluis omiſſis, dicit aduocatus prædict. accuſationem fuiſſe, ac eſſe nullam, nulliterque de facto inſtitutam per perſonā infamem a iure prohibitam, & mandato carentem, ſed potius inſtitutam ſuaſu, ac contemplatione ipſius accuſatoris Capitalis inimici prædicti Cechinati retenti, vt clare, & aperte comprobabitur, & confitendo intentionem ipſius querelantis, ſcilicet, quod idem Angelus rapuerit præfatam Cæciliam non reclamante, neque reſiſtente, dicit idem aduocatus præfatum Angelum per M. V. abſolui debere, cum raptus ipſe non ſit de iure punibilis, quando maxime præceſſit tractatus de nuptijs, & carceratus ipſe conſenſum habuerit, a præfata Cæcilia de nuptijs contrahendis per viam tractatus taliter, quod deuentum fuit ad conſenſum ambarum partiū de nuptijs contrahendis, & ſic concluſum fuit, vt per teſtes liquido demonſtrabitur. accedat vlterius, q̄ idem Angelus præfatam Cęciliam carnaliter cognouit, & matrimoniū conſumauit, quo fit, vt ſi idem Cechinatus eandem Cæciliā rapuerit pœnam & crimen raptus incidiſſe minime dubitandū eſt cū mariti iuſtitia permittēte in vxore manus hēat iniectionē iuribus ſatis vulgarib. Quare cōſtito de oībus, & ſingulis præmiſſis petit, & inſtat aduocatus antedictus præfatum Angelū per M.V. eiuſq; digniſſimū officiū, qđ ad hoc principaliter implorat, abſolui, cū partes iudicis ſint præfatū accuſatū abſolutorie rebus in iure, & in facto ita ſubſiſtentibus, & ſe habentibus ſaluis aliis quibuſcunque iuribus, & defenſionibus ſuis ſibi cō petentibus, & cōpetituris, &c. Et prędicta omnia, iudicio meo tam ad vtilitatem omnium procuratorum, quam ad aliorū quorumcunque cupiētium tueri reos criminis eruditionem breuiter, ac ſuccincte dixiſſe ſufficiat, ad laudem, gloriam, ac honorem domini noſtri Ieſu Chriſti, qui ſit benedictus in ſęcula ſęculorum. Amen. Anno. 1553. 22. Nouemb.

FINIS.

TRACTATVS SECVRITATIS, AC SALVICONDVCTVS.

D. GREGORII DE MAGALOTTIS Patritij Rom. Epiſcop. Cluſini. I.V. conſultiſſimi.

1 *Cognitionem ſpecierum præcedere debet generis cognitio.*
2 *Diffinitio omnis in iure eſt periculoſa.*
3 *Securitas definitur.*
4 *Definitio bona debet conuerti cum ſuo definito.*
5 *Securitas & a iudice, & ab alijs datur.*
6 *Legati hoſtium a lege ſecuritatem habent.*
7 *Securitate gaudent confugientes ad eccleſiam.*
8 *Securitatis ſpecies ſunt quinque.*
9 *Securitas a re rei, quę dicatur.*
10 *Securitas quæ datur a re perſonæ quæ dicatur.*
11 *Homo liber eſtimationem non recipit.*
12 *Pauper cogitur domum ruinam minantem vendere.*
13 *Securitas a perſona rei, quæ ſit.*
14 *Securitas quæ præſtatur a perſona perſonæ quæ dicatur.*
15 *Securitas quę a lege vel iudice homini datur quæ ſit. Fidantia quæ dicatur.*

SEcuritatis ac ſalui conductus materiam diſputaturus. Imitabor iuriſconſulti ſententiam in l. 1. in princ. ff. de iuſti. & iure. Dicentis operam iuri daturum prius noſce oportet, vnde nomen iuris
1 deſcendat cum ad cognitionem † ſpecierum prędecedere debeat cognitio generis, vt intelligatur quid ſit id de quo diſputatur, vt in lege prima, Digeſtis ſi certum petat. & per gl. in Ru. de reg. iur. in 6. Et licet omnis † diffinitio
2 in iure ſit periculoſa, l. omnis diffinitio, ff. de reg. iu. l. 1. §. dolū, ff. de dolo. Nihilominus Guil. de Cun. quem refert & ſequitur Bar. in l. illicitas. §. ne potentiores, ff. de off. præſid. hoc modo diffinit. † Securitas eſt legitimum præſidium quod per of-
3 ficium iudicis iuſte timenti datur. Quam diffinitionem videtur ſequi legiſlator in l. denunciamus, verſic. Nam ſi quis &c. C. de his qui ad eccl. confug. & Alber. de Roſ. in d. §. ne potentiores, in prin. & Iac. de Bel. in §. neque autem homicidis. in j. colum. in Aucten. de mand. princ. Vbi dicit iſtam ſecuritatē vulgariter fidantiam appellari ſecundum Bal. in auct. agricultores, C. quæ res pig. oblig. poſſ.

Sed iſta diffinitio Guil. de Cu. nequaquā videtur vera cum non ſit vniuerſalis & non conuertatur cum ſuo diffinito, vt
4 omnis bona diffinitio † conuerti debet, vt in d. l. 1. §. Dolum, & ibi Bar. ff. de dolo, & in l. mortis cauſa capitur, de donati. cauſ. mor. & late per Phil. Dec. in d. l. omnis diffinitio. in princip.
5 Quoniam non omnis ſecuritas † datur a iudice, ſed quandoq; datur a lege nullo miniſterio iudicis interueniente, vt in legatis hoſtium, quibus tanquam ſanctis † a lege & non iudice ſecu-
6 ritas datur, vt in l. fin. ff. de legation. & in l. ſanctum, ff. de rerum diuiſio. in c. iusgentium. 1. diſtin. ibi, legatorum non violandorum religio. Item confugientes ad eccleſiam iam a lege
7 gaudent † ſecuritate vt inde inuiti extrahi non poſſint, vt in l. præſenti, C. de his qui ad eccl. confug. Et in multis alijs caſibus lex dat ſecuritatem ſine miniſterio hominis, vt inferius dicemus. Et ideo verbum ſecuritatis, hoc modo diffiniendum eſt, ſecuritas ſiue ſaluus cōductus eſt præſidium quoddam, quod a lege vel ab eius miniſtro iuſte timentibus datur. Sed poſſet Guil. de Cun. ab iſta impugnatione defen. cum Guil. de Cun. non intendat diffinire verbum ſecuritatis in genere ſumptū: Sed tantum illam ſpeciem ſecuritatis quæ datur a iudice auctoritate legis, quando quis timet ne ab aliquo offendatur, de qua per Bar. & Doct. in d. §. ne potentiores. & latius per Feli. in cap. 1. verſi. qui timet, extra de treg. & pac. Et cum circa iſtam diffinitionem parua verſetur vtilitas vlterius non inſiſtam.

Cum itaque demonſtrauerimus quid ſit ſecuritas in genere ſumpta, videndum eſt de qualibet eius ſpecie vt cognoſcamus de qua tractare velimus. Pręmittendum eſt igitur quod
8 quinque ſunt ſpecies † ſecuritatis.
9 Prima ſpecies eſt quę dat † a re rei, vt ſi timeatur ne domus mea ruat ſuper domum tuam, cogor officio iudicis præſtare cautionem de damno infecto, quæ a re rei præſtatur, vt in toto tit. ff. de dam. infec.
10 Secunda ſpecies ſecuritatis datur † a re perſonę, vt poteſt cōtingere caſus, quando ego timeo ne domus tua ruat ſuper caput meum & familiæ meæ, & tunc quia non eſt mihi cautū p
11 ſatisdationē de dāno infecto. Cū corpus † liberū eſtimationē non recipiat, vt in l. ex hac, C. ſi quad. pauper. fec. dic. & in c. r. extra de iniu. Cogitur dominus ſi diues eſt illam reficere, ſi
12 † pauper illam vendere vt refici atur, vt declarat Spec. in ti. de ſatisdationibus, §. fi. ver. Item eſt & alia &c. quem refert Bart. in d. § ne potentiores & Alex. & Moder. in Rub. ff. de dam. in-
13 fec. Tertia ſpecies ſecuritatis præſtatur a † perſona rei. Quin ſi timeo ne vis fiat in poſſeſſione mea, poſſum implorare officium iudicis vt cogat illum de quo timeo vt caueat ne vim faciat in poſſeſſione mea, vt in l. ſi ſuper poſſeſſione, & ibi Bald. C. de tranſact. & Bar. in l. qui bona, § qui damni, ff. de dam. infec. Et circa iſtam tertiam ſpeciem ſecuritatis multa alia exępla ponuntur per Alb. de Roſ. in dicto §. ne potentiores, quæ breuitatis cauſa prætereo &c. Quarta ſpecies ſecuritatis eſt il-
14 la quę præſtatur † a perſona perſonę quando timenti ab aliquo datur officio iudicis cautio de nō offendendo, vt per Bar. & Doct. in dicto §. ne potentiores, & per Felinum in dicto c. 1. ver. qui timet, & reperiuntur fere infiniti caſus quibus ſecuritas a perſona præſtatur perſonæ, vt in l. vniuerſa, C. de prędic. imper. offeren. & in l. penul. ff. de perit. hęred. & in l. poſt acceptum. & in l. is a quo, ff. de rei vendic. & toto titu. ff. & C. de fideiuſ. cum multis ſimil. & cum iſtę quatuor ſpecies ſecuritatis ſint per Doctores in dictis locis ad ſaturitatem diſcuſſę illas in præſenti tractatu ſilentio pręteream. Quinta & vlti-
15 ma ſpecies ſecuritatis eſt illa † quę homini a lege, vel ab eius miniſtro præſtatur, quam non improprie Doctores fidātiam, ſiue ſaluum conductum vocant, & de iſta vltima ſpecie ſecuritatis ex multis Doctorum auctoritatibus hinc inde ſparſis & in vnum per me collectis Deo Opt. Max. auctore præſentē tracta-

Digitized by Google

tractatum efficiam. Quem pro clatiori intelligentia in quatuor partes principales diuidam. In prima dicam de personis quæ possunt securitatem dare, & quibus debeat securitas data seruari. In tertia quomodo debeat interpretari. In quarta & vltima qua pœna puniantur non seruantes securitatem, & quomodo finiatur. Et istas quatuor species securitatis per 24. declarationes disputabimus.

SVMMARIVM.

1 *Securitas quando orta esse dicatur.*
2 *Homo homini insidiari non debet.*
3 *Legati de iuregentium reputantur sancti.*
4 *Securitas de iure ciuili quot modis præstetur.*
5 *Presentia publicæ personę præstat securitatem.*
6 *Signum de publico appositum præstat securitatem*
7 *Iniuria illata cursori habenti signum seuerius vendicatur.*
8 *Legati hostium portabant in signum herbam quandam.*
9 *Securitatis tacitæ exempla recensentur.*
10 *Domus vnicuique est tutum refugium.*
11 *Principes omnes securitates præstare possunt.*
12 *Saluus conductus de iure positiuo quibus dari non debet.*
13 *Princeps est supra ius positiuum.*
14 *Saluus conductus executionem pœnę tantum suspendit.*
15 *Saluus conductus tam temporalis quam perpetuus conceditur.*
16 *Saluus conductus perpetuus in quo differat a remissione.*
17 *Voluntas principis pro causa iusta habetur.*
18 *Princeps presumitur rationabiliter rescribere.*
19 *Delinquentes sunt Deo vt hominibus exosi.*
20 *Malis parcens bonis nocere dicitur.*
21 *Princeps eius subditorum funditus tollere potest.*
22 *Pacis occasione bona ciuium hosti dari possunt.*
23 *Antiani vel priores ciuitatis quem dent saluum conductum.*
24 *Papa an pro bono pacis potuerit remittere damna & iniurias populi Romani.*
25 *Carceratus cum carcerante an contrahere possit in eius fauorem.*
26 *Fidem frangere etiam iuratam frangenti fidem licet.*
27 *Fides qualiter hosti sit seruanda.*
28 *Ciuitas superiorem non recognoscens concedit saluum conductum.*
29 *Ciuitas libera an possit condemnatum restituere ad honores & famam.*
30 *Priores & antiani representant communitatem.*
31 *Ciuitas an possit affidare Bannitos.*
32 *Rector ciuitatis potest bannitum affidare.*
33 *Ciuitas qua potest statuta condere habet merum & mixtum imperium.*
34 *Inhibitum tacite omnibus delegatis quando censeatur.*
35 *Princeps concedendo reseruata censetur cum clausula, vt illud exerceatur cum debita causæ cognitione.*
36 *Saluus conductus perpetuus Soli principi reseruatur.*
37 *Perpetuum quid dicatur.*
38 *Capitaneus belli inducias breues facere potest.*
39 *Dilatio ad soluendum debitori ad breue tempus dare potest.*
40 *Ciuitas quando possit perpetuam securitatem dare.*
41 *Fides est seruanda hostibus.*
42 *Procurator ad exigendum non potest dilationem concedere.*
43 *Principes Christiani non possunt treuguam vel pacem facere cum infidelibus sine consensu papę.*
44 *Capitaneus locum tenens principis, potest omnia quæ princeps potest.*
45 *Princeps potest concedere saluum conductum tam ciuiliter quam criminaliter absque controuersia.*
46 *Moratoria quid sit, seu quę dicatur, & qualiter concedatur.*
47 *Tempus longum, vel breue in saluo conductu qualiter consideretur.*
48 *Princeps secularis non potest tollere vel suspendere eius effectum.*
49 *Lex potest remittere iuramentum ex causa.*
50 *Princeps non potest contra ius diuinum dispensare.*
51 *Pontifex Romanus iuramentum remittit & suspendit.*
52 *Motus proprius principi quid operetur.*
53 *Moratoria ualet si dentur fideiussores aliter non.*
54 *Moratoria non extenditur ad debitum fiscale regulariter.*
55 *Causæ cognitio quid operetur in concessione.*
56 *Cessio bonorum non defendit debitorem ex maleficio.*
57 *Iudex an delinquentibus securitatem præstet.*
58 *Iudex non reuocat nec suspendit sententiam prædecessoris sui.*
59 *Executio sententiæ non ad delegatum sed ad superiorem spectat.*
60 *Iudex quando possit concedere securitatem delinquenti.*
61 *Presentia inquisiti multum confert ad inuestigationem delicti.*
62 *Defensio sui ipsius est fauorabilior, quam accusationis prosecutio.*
63 *Iudex magnam potestatem habet circa cognitionem delictorum.*
64 *Penam index augere, & minuere potest.*
65 *Iudex secularis incidenter se intromittere potest in causis matrimonialibus.*
66 *Bannitus captus in alieno territorio an sit domino territorij restituendus.*
67 *Cognitio minoris delicti an retardet maioris executionem.*
68 *Presentia accusati quid operetur in iudicio.*
69 *Bonum illud præfertur, quod ex duobus bonis maiori æquitate fulcitur.*
70 *Iudex potest dare securitatem inquisitio vel accusato nondum condemnato.*
71 *Reipublicæ interest delicta non occultari.*
72 *Beneficio securitatis an reus renunciare possit, in casu imponendę pœnæ afflictiuæ corporis.*
73 *Significationis etiam Fidantiæ appellantur.*
74 *Aufugiens semel de carcere, non debet amplius fideiußoribus relaxari.*
75 *Saluus conductus potest a iudice debitori dari.*
76 *Iudex affidare potest debitores alienos in suo territorio.*
77 *Iudex originis an subdito etiam extra territorium possit dare saluum conductum, & prosit.*
78 *Statutum an extendatur extra territorium.*
79 *Contumax non potest opponere litis pendentiam coram iudice loci vbi deliquit.*
80 *Delictum eiusdem hominis non debet sępius inquiri.*
81 *Tolerantia principis tacite bannitum affidare videtur.*
82 *Actus taciti plerumque operantur dispositionem.*
83 *Delicta præscribuntur spacio triginta annorum.*
84 *Iuramento calumniæ licet non possit expresse renunciari, tacite tamen uidetur posse.*

PRIMA PARS.

PRimo opere pretium est scire quę securitas in principio generationis humanæ cum ipso homine nata est. Quoniam ius naturale, vt homines perpetua securitate gauderent voluit eos omnes liberos esse, vt in l. manumissionis quoque, ff. de iu. & iu. & in c. ius naturale j. di. ac mandauit quę nemo alteri faceret quę sibi fieri nollet, vt in c. 1. di. 1. & no. in rub. ff. quę quisq; iu. &c.

2 Cum nephas esset hominē† homini insidiari, vt in l. vt vim, ff. de iu. & iur. Deinde superuenit ius gentium, & cum eo iure essent inuentæ seruitutes, & bella, l. ex hoc iure, ff. de iu. & iur. uoluit ius gentiū legatos hostium esse ab omni molestia liberos & securos. & si quis legatos hostiū pulsasset ꝫ ius gentiū factum esse existimabatur, quia sancti habētur† legati, vt inquit
3 tex. in l. fi. ff. de legatio. & in d. l. sanctum, ff. de re. diui. Postea superuenit ius ciuile: quo iure quatuor modis præstita fuit† securitas secundum Alb. de Ros. in dicto, §. ne potētiores in 3. col. in princ. Primo, per promissionē illius a quo timetur offensio, vt in d. §. ne potentiores. Secundo, per præsentiam publicæ personæ. Nam licet alias quis posset impune offendi, tñ propter
5 præsentiam publicæ personæ offensio non permittitur. Quoniam offendens bannitum dum per familiam iudicis ad carceres trahitur punitur ac si non banditum offendisset secundum Bar. in l. 3. §. transfugas, ff. ad l. Cor. de sica. & alios de quibus per Hyppo. de Mars. in pract. cri. in §. aggredior nu. 24. cum duob. sequentib. Tertio, per impositionem publici sign. Quoniam si de mandato iudicis fuerit appositum aliquod publicū
6 †signum in aliqua domo, omnes prohibentur in ea uim inferre, & vltra pęnam delicti inferens vim contra securitatem teciisse iudicatur, vt l. 1. & 2. C. vt nem. priuat. titu. Et propterea†
7 iuria illata cursori portant in signum securitatis illū baculum seuerius vendicatur, & offendens in crimen incidit maiestatis læsę fm Bar. in d. §. transfugas in fi. & facit tex. in l. qsquis, C. ad
8 l. Iul. maie. Et videmus in simili quę† legati hostium insignum securitatis portabant quandam herbam quæ sagmen vocabatur, vt in l. sanctum, ff. de re. diui. Et si quis talem herbā portantem violasset tanquam sacrilegus plectebatur, vt in d. l. fi ff. de
9 legatio. & Ang. in l. 2. §. legatis, ff. de iud. Quarto lex ciuilis† tacite præstat securitatem. Nam venientes ad nundinas tacite affidantur, vt in illis molestari nō possint, vt in l. 1. & ibi Bal. C. de Nund. Item rustici & agricultores quib. dum agriculturæ operam impendunt lex dat plenam securitatem, vt non possit eis vel eorum bobus molestia inferri, vt in auct. agricultores, C. quæ re. pig. oblig. poss. & in c. fi. extra de treug & pace. Item fugientib. ad eccc lesiam vel ad statuam principis securitas dat, vt in d. l. præsenti, C. de his qui ad eccle. confug. & in l. 1. C. de
10 his qui ad statu. confug. Itē existentib. in domo. cum † domus sit vnicuique tutū refugiū, l. plerique, ff. de in ius vo. & l. nemo ff. de re iud. Item lex dat securitatem scholaribus & eorum seruitoribus, qui cā studendi ad ciuitatem proficiscuntur, vt in auct. habita. & ibi no. C. ne fil. pro pat. Itē peregrinis & omnibus ex quacunq; causa in iudicium vocatis, vt declarat Bar. in d. l. 2. §. legatis per illum tex. ff. de iu. Itē in multis aliis casib. lex dat securitatē, qui no. in l. 2. 3. & 4. cum simil. ff. de in ius vocan
quos potius laboriosum quam vtile esset recensere.

11 Præterea Papa, Imperator, & alij Reges, &† Principes, qui habent iurisdictionē iure proprietatis, & saltim de facto superiorem non recognoscunt, possunt bannitis & alijs inquisitis p

Digitized by Google

ſuos officiales ex homicidio vel ex quolibet alio grauiori de
licto ſaluum conductum dare, vt tute poſſint in ciuitate com
morari, vt eſt caſus in l.Relegati in fine iuncta glo.ibi Bart. ff.
de pen.& in l.ad beſtias, §.fi.eod. ti. & notat Ludo. Roman.in
l.poſſideri, §.ſi ſeruus, ff.de acqui.poſſeſ.& Angel.in l. vtimur,
ff.de ſepul.viol.& Bal.in ti.de pace Conſtan.§. imperialis ver.
diſpenſationem. Et ratio iſtius declarationis eſt, qa licet de iu-
12 re poſitiuo † ſaluus conductus non debeat dari homicidis &
alijs delinquentib.vt in §.neque aũt homicidis. in Auctẽ.de
mandat.princ.& contra reos pœnarum executio non debeat
retardari, l.nemo, C.de epiſc.audien.& in l.cum reis, C. de pę.
13 Nihilominus † princeps qui eſt ſupra ius poſitiuum poteſt con
tra ius reſcribere & ſtatuere, vt in c.propoſuit extra de conceſ.
præb.& notan.Doct.in c.quæ in eccleſiarum extra de conſt.
& in l.fi.C.ſi contra ius vel vtil.pub. Quoniam ſi princeps po-
teſt cum voluntario homicida diſpenſare & pęnam homici-
dij remittere, vt no. Ab.in c.ſicut dignum.3.col.& in ca.ad au-
dientiam extra de homicid.& per Saly.in l. cum indulgentia
in 1.colum.C.de ſen.paſ.& per Modernos in l.reſcripta, C.de
prec.imp.offeren. Multo fortius poteſt ſaluum cõductum cõ-
14 cedere † per quem ſolum executio pęnę ſuſpẽditur. argumen-
to.auct.multo magis, C.de ſacroſan. eccl. & in c.enim q plus
eſt de reg.iu.in ſexto.
15 Quæ regula primo ampliatur, q † princeps non ſolum põt
concedere ſaluum conductum temporalem ſed perpetuum
per rationem prædictam, vt ſentit Barto.in d.l.relegati & Vi-
tal.in tra.de clau.incla u. nihil Inn.ſecu.penden.& Nel. in tra
16 cta.de ban.in 15.q.nu. 1.par.2.tem. Et differt † ſaluus cõductus
perpetuus a remiſſione. Quoniam per ſaluum conductum pę
na ſuſpenditur, per remiſſionem vero in totum tollitur. arg.l.
reintegrato iun.gl.in ver.eſtimault.ff.rerum amo. & declarat
Pau.de Caſt.in conſ.24.in 1.vol.& Alb.de Roſ.in tra.de ſtatu.
in 4.par.queſt.39.& dicit Bal.in l.pen.C.de cur.fur.q Bannitus
habens ſecuritatem ſemper dicitur Bannitus.

Secundo ampliatur etiam ſi princeps ſine cauſa rationabi
li ſaluum conductum conceſſerit. Quoniam qſi habemus cer
17 tã voluntatẽ † principis non debemus quærere de cauſa, vt in
d.l.relegati in fin.iunct.glo.& ibi Bar.ff.de pœn. vbi probatur
q magna & iuſta cauſa eſt voluntas principis. vnde dicit Cyn.
in l.fi.C.ſi con.ius vel vtil.pub.& in l.reſcripta, C.de prec.imp.
18 offeren. q ſemper in dubio præſumitur † principem ex iuſta &
rationabili cauſa reſcribere quem refert & ſequitur Fel.in d.c.
quæ in eccleſiarũ.22.col. Et in tantum præſumitur pro princi
pe q non admittitur probatio in contrarium, vt tenet Abba.
poſt Ant.de But.in d.c.quæ in eccleſiarum, v. col.& Ludo.Ro
ma.conſ.337. Sed aduerte q nõ debet princeps licet poſſit ho
19 micidis,& ſimiliter † delinquentibus ſaluum cõductum dare,
cum ſint Deo,& hominibus Exoſi.d.l.nemo, C.de epiſc aud.
& in dicto, §.neque autem homicidis in Auctẽ.de man.prin.
& ſi aliter facit ſine cã grauiter peccat, vt ſentit Ab.in d.c.quę
in eccleſiarum in vlt.col.& in c.de multa de præb. Cum prin-
ceps debeat terras ſibi a Deo commiſſas malis hominib. pur-
20 gare, vt in l.præſes,& l.congruit, ff.de offi.præſid. Nam q † ma-
lis parcit bonis nocet, vt no.in d.l.Nemo cum ſimilib. Vnde di
cit Paris de Puteo in tracta.de ſynd.in fin. quod male faciunt
principes qui remittunt pęnam homicidij in damnum reipu
blicæ & conſanguineorum occiſi cuius punitio eſſet eis con-
ſolatio, l.capitalium, §.fi. ff.de pęn.

Tertio ampliatur, quod non ſolum princeps poteſt conce-
dendo ſaluum conductum remittere illud ius publicum q eſt
ne delicta remaneãt impunita, l.ſi ita vulneratus, ff.ad l.Aqui.
21 & l.omnes, C.de defenſ.ciuit. ſed etiam funditus † tollere ius
ſubditorum ſi pro bono pacis & publica vtilitate ſaluum cõ-
ductum hoſtibus conceſſerit, vt in l. ſi ita verberatum & ibi
Ang.ff.de rei vend.& in l.Lutius, ff.de euict. & Hoſti. in ſum-
ma de pęni.& remi.§.fi.verſi.ſed pone q guerra. Quod intelli
ge eſſe ſpeciale pp pacem,& publicam vtilitatem. ꝫm Bald.&
Ang.in l.Bene a Zenone, C.de quadrien.præſcr.
22 Vbi pro † pace habenda poteſt ciuitas alteri dare bona ſuo
rum ciuium & ita concludit.Bald. Paul. de Caſt. & Moder.in
l.conuentionum, ff.de pace. Quoniam pro bono pacis multa
permittuntur contra Regulas iuris quæ alias non permitterẽ-
tur, vt late declarat Fel.in ru.extra de treug.& pac. Et an prio-
23 res & † antiani ciuitatis ſine auctoritate conſilij poſſint dare
ſaluum conductum, & remittere iniurias populi, vide Bart.in
l.ambitioſa, ff.de dec.ab ord.facien.& Bal.in .c.1. §. iniuria de
pac.iur. fir. in vſib.feu.

Et iſta videntur decidere illam quæſtionem quæ quotidie
24 verſatur in iudicijs, an ſanctiſſimus, D.N. † potuerit dum deti-
nebatur in Arce ſancti Angeli ab exercitu imperiali in capi-
tulis damna & iniurias Roman.ciuium remittere. Quod vide
tur per præmiſſa fieri potuiſſe. Cum ſanctitas ſua pro bono
pacis & publica vtilitate ſuas & ſubditorum iniurias remiſe-
rit, ad q facit bonus tex. in ca. & ſi neceſſe ſecundum vnum
intellectum extra de donat.& Bal.Nouel.in tract.de dot. in 9.
quæſtione principali, vertic.reliquum eſt. Niſi ex aduerſo dice
remus quod ſanctiſſimus D. N. ab exercitu imperiali iniuſte
detinebatur, & propterea non poterat cum illis de exercitu
contrahere, quia cõtractus meticuloſus præſumebatur, vt eſt
tex.& ibi Bar.in l.qui in carcere.ff.de exac.tribu.lib. 10.& in l.
in carcere, ff.quod me.cau.Bar.& Fran.de Are.in l.qui a latro
nibus, ff.de teſta.& facit quod no.Cy.in l.2.C.quod me. cau.&
25 Bal.in l.falſus penul.col.C.de fur.vbi † carceratus cum indebi-
te incarcerante propter ſuſpicionem metus non poteſt in eius
fauorem contrahere:& dato milies quod ex iſto capite capi-
tula non poſſent tolli.

Tamen ex alio poſſet dici ſanctitatem ſuam ad illorum ob
ſeruantiam non teneri. Cum pro parte exercitus non fuerat,
q promiſerat adimpletum. Promiſerat enim paucos poſt dies
vrbẽ vacuam militib.dimittere q nequaquam eſt obſeruatũ,
imo in ea totus exercitus hyemauit, neque prophanis neque
diuinis rebus pepercit. Nimirum ſi ſanctitas ſua & Romani
ciues ad illorum obſeruationem minime obligantur, vt in l.
quæro, §.inter locatorem,& ibi Bar.ff.loc.Bal.in l.in ciuilem,
C.de rei vend.& facit l.ſi conueniat, ff.pro ſoc.vbi in cõtractu
vltro citroque obligatorio non teneor ad implementum niſi
pars aduerſa præciſe obſeruauerit q promiſerat. Et in tm hoc
procedit q etiam ſi iuramẽtum interueniſſet, ſanctitas ſua nõ
obligatur, vt in c.3.& ibi Inno.& Canoniſt.de iureiuran. Quia
26 frangenti † fidem licitum eſt fidem frangere etiam iuratam, l.
cum proponas la 2.& ibi Moder.C.de pac.& in l.qui fidem, ff.
de tranſact.& ſi illi de exercitu peterent obſeruationem capi-
tulorum tenerentur prius docere ex parte eorum fuiſſe capi-
tula obſeruata, vt in l.Iulianus, §.offerri & ibi Bar. & Doct.ff.
27 de act.emp.& q ſcriptum eſt hoſti fides ſeruanda † intelligitur
ſi hoſtis alijs fidem ſeruauerit ſecundum glo.notabilem in c.
noli.33.q.1.& in c.vtilẽ, 22.q.2.& Hyp.de Mar.in ſuis ſing.nu.
177. Et dicit Bal.in l.1.pen.colum.C.vnde vi.quod non eſt gra
ue neq; dolo aſcribendum prædonibus fidem non ſeruare,&
vide quæ ſingulariter in materia noſtra declarat. And.Sicu.in
conſi.74.3.volu.quam, cum ad præſentem tractatum non p-
tineat aliter non proſequor. Neque omittẽdum eſt, quod nõ
28 ſolum princeps: ſed † ciuitas habens iura Imperii & quæ non
recognoſcit ſuperiorem poteſt dare Bannitis ſaluum condu-
ctum & illos ad patriam reducere arg.d.l.relegati & ibi Bar.ff.
de pęn.

Quoniam omnia poteſt ciuitas libera quæ princeps facere
poteſt ſecundum.Bar.in l.acta, §.amplianda, ff.de re.iud.& Ca
noniſt.in capitu. per venerabilem extra qui fil. ſint legitim.&
Barto.in l.infamem in fin.ff.de publ.iud.& facit bonus text.in
cap.ſuper quibuſdam extra de verbor.ſignifica.& in c.cum te.
29 de re iud. Et dicit Barto.in d.l.infamem. quod † ciuitas libera po
teſt condemnatum reſtituere ad famam & ad honores, ſecun
dum Alex.in conſi.114.in 2.vol.

Sed circa hoc poſſet dubitari.an in ciuitate libera ſaluus cõ
ductus debeat dari per Antianos & Priores ciuitatis an per il
lius poteſtatem. Ang.in l.1. ff.ad leg.Iul.maieſt. tenet quod au-
ctoritas dandi ſaluum conductum ſit ſolum penes Antianos
30 & priores ciuitatis quia Antiani & † priores repraſentant totã
communitatem, vt not.per Bar.in d.l.ambitioſa, ff.de decr. ab
ord.facien. Et non ſolum ciuitas & populus alteri non ſubie-
ctus poteſt dare delinquentibus ſaluum conductum, verum ẽt
quęlibet ciuitas recognoſcens ſuperiorem dummodo habeat
licentiam, & poteſtatem a principe leges municipales etiam
in arduis condendi ſecundum Barto.in d. l. relegati per tex.in
l.prohibemus, §.plane, ff.q ui.aut clam. & idem tenet Bartol
in l.is qui reus, ff.de pub.iud.

Sed contrarium tenuit Saly.in d.l.cum indulgen. C. de ſen.
paſſ. Dicens q nulla ciuitas quæ recognoſcit ſuperiorem etiã
31 q habeat poteſtatem in arduis ſtatuendi poteſt † bannitos af-
fidare allegat tex.in d.l.relegati. Vbi princeps ſibi ſoli reſerua-
uit poſſe bannitis dare ſecuritatem & fortius cõtra Bar.arguit
per tex.in l.1.§.fi.ff. de quæſt. ubi damnatus per confeſſionem
erroneam non poteſt niſi per principem liberari. multo ma-
gis non debet poſſe ciuitas in cõſulto principe uere delinquẽ-
tibus ſecuritatẽ dare. Imo dicit Saly. q tunc temporis erãt ali-
quę ciuitates & aliqui magiſtratus qui habebant poteſtatem
legis municipalis condendæ, ut not.per Docto.in l.omnes po
puli, ff. de iuſt.& iur. & tamen illi magiſtratus non poterant
bannitos reſtituere, d.l.relegati in fin. Et ad iſtorum corrobo-
rationem uidetur facere dictum Barto.in d.l.in §.fi.ff. de quæ-
ſtio. Vbi in criminalibus ſolus princeps facere poteſt quę gra-
tiam & miſericordiam erga reos delinquentes concernũt. Ad
hoc facit etiam tex.in ſuã rõne in d.l.cum iudulgentia, C.de
ſenten.paſſ.
32 Sed opinio Bar.uidetur de iure uerior. Quoniã ſi poteſt † rec-
tor ciuitatis ex cauſa bannitum affidare. ſecundum Barto.&
imo.in d.l.is qui reus, ff.de pub.iud.& inferius dicemus multo

magis

Digitized by Google

fortius debet posse ciuitas. Quoniam securitatem quam dat ciuitas videtur tacite princeps concedere cum dederit illi licẽtiam posse etiam in arduis statuere. Quoniam dicimus nostra facere quibus authoritatem nostram impartimur, l.1.§. omnia,C.de vet.iu.enu.& in l.& si prætor,ff. de offic. eius cui. mand.est iur.Et allegata in contrarium procedunt quando ciuitas sine causæ cognitione & perpetuo bannitos assecuratet. Quod soli principi est reseruatum.dicta,l. relegati in fine. & dicta.l.cum indulgentia.

Vnde dicunt Docto.in l.Imperium,ff.de iur.omn.iud.& in
33 l.omnes populi,ff.de iust. & iur. Quod†ciuitas quæ habet iurisdictionem & potest statuta concedere videtur habere merum & mixtum imperium,& circa statutum ciuitatis videtur ea posse facere quæ princeps facere potuisset, vt declarat Pau. de Ca.in cons.225.2.vol.Quem refert Fely.in d.c.quæ in ecclesiarum col.11.

Sed hoc primo limita quando princeps a ciuitate abesset. Quoniam tunc ciuitas potest dare saluum conductum.qui dari non posset si princeps esset præsens.

Quia propter præsentiam eius suspẽditur potestas ciuitates vt in simili dicit Bald.in l.humanum,quarto notabil. per illũ tex.C.de leg.vbi licet ciuitas habeat potestatem legis condendæ,tamen si princeps est in ciuitate requiritur eius approbatio alias statutum non valet,idem tenet Bal.in l. priuatorum, C.de iurisd.om.iud. Quem refert & sequitur Iaso. in d.l.omnes populi.prima lectura col.pen.& dicit Innocen. in capitu. cum Marcus Ferrariensis.extra de const.& Bald.in ca. adhæc. de pact.iur.firman.

Quod quando princeps est præsens & incipit cognoscere de
34 causis censetur tacite omnibus delegatis esse†inhibitum ne vlterius illas cognoscant.

Secundo limita quod licet ciuitas habeat potestatem etiã in arduis statuendi non potest nisi cum causæ cognitione saluum conductum delinquentibus dare, vt est de mente Sal.in d.l.cum indulgentia,2.colum.& Barto.in d.l.relegati,& Inuo
35 cen.in l.is qui reus.penul.colum.Et est ratio quia princeps†cõcedendo inferiori aliquid quod est sibi specialiter reseruatum semper intelligitur concedere si illud exerceatur cum debita causæ cognitione,& non cum illa plenitudine potestatis cum qua concedens exercere potuisset. Secundum Inno. in capit. cum ad monasterium in ver.nisi ex causa.in fin.extra de statu. mon.& in cap.veniens in glo.prima de fil.presby.& Abb.in c. at si clerici,§.adulterijs de iud.& Bald.in l. si testamentum. C. de testa.& dicit Bald.in l.2.10.colum.C.de serui. & aqua.quod si princeps dat potestatem comiti spurios legitimandi non intelligitur per hoc cõcessa facultas præiudicandi legitimis sed debet intelligi sine iniuria alterius.Idem tenet Bal.in ca.domino guerram in titulo sic finit.lex.Cor.in vsib.feu.

Tertio limita in saluo conductu temporali secus in perpe-
36 tuo,†quod est soli principi reseruatum secundum Ludoui.Roman.in dicta,l.possideri,§.si seruus,ff. de acquiren. possessio.3. colum.per tex.in d.l.relegati & l.qui cum vno, §.ad tempus, ff.de re.mili.& Angel.in d.l.utimur,ff.de sepul.viola. Et est ratio quia per saluum conductum perpetuum videtur ciuitas tollere sententiam prius latam contra tex.in l.iudex, ff. de re iudica.& in cap.in his.extra de offic delega.quam solus princeps tollere potest,vt in dicta,l.1.§.fin.ff.de quæstio.& faciunt dicta per Sal.in d.l.cum indulgentia.vbi perpetua remissio homicidij est de principi reseruatis cum solus princeps possit cũ voluntario homicida dispensare: secundum Abba.in d.capitulo sicut dignum,3.colum.& in cap.ad audientiam extra de homici.& facit tex.in d.§.neque autem homicidis in Auth.de mand.prin.

Quarto limita in saluo conductu ad breue tempus quoniã ad longum tempus solus princeps potest bãnitos affidare. qa
37 †perpetuo dicitur manere quod longo tempore durat,vt not. in rubrica,& in §.primo.Institu.de Per.& temporali.act. & in l.prima,ff.pro soc.

Et ad hoc facit doctrina Barto.& Raph.Fulgo.in l conuen
38 tionum,ff.de pac.vbi Capitaneus † qui gerit bellum nomine alterius non potest facere treuguas & inducias cum hostibus nisi ad breue tempus nec eisdem dare securitates nisi breui tẽpore duraturas & ad hoc notabiliter facit tex.in d.l.quotiens
39 C.de prec.imp.offeren.vbi† dilatio ad soluendum non potest dari debitori nisi ad breue tempus,alias si ciuitas posset dare securitatem delinquentibus ad longum tempus eluderetur potestas principis,cum posset dare saluum conductum adeo ad longum tempus,quod vim vere remissionis obtinere contra tex.in d.l.relegati in prin.

Sed circa istas limitationes diligenter est aduertendum ad verba facultatis illius ciuitatis cui est per principem indultum etiam in arduis statuere.

Quoniam si in facultate sint aliqua verba apta comprehẽdere casus principi reseruatos, vt si dicat & ea possis facere & gerere quæ nos & Roman. Reges,& Imperatores facere,& gerere possumus de plenitudine potestatis, vel similia verba.&
40 tunc crederem†ciuitatem posse non solum temporalẽ sed ẽt ex causa perpetuam bannitis securitatem dare, & illos ad patriam reducere,dicta.l.ad bestias,§.fi.ff.de pẽn.

Quoniam per illa vel similia verba videtur concedi casus alias principi reseruatus,vt late declarat Syl.in d. ca.quæ in ecclesiarum,13.colum.& ita intelligit dictum Pau. de Cast. in d. consil.235.licet alias in generali concessione non veniant ea quæ sunt principi reseruata,vt tenet Pet.de Anch. in consilio 327.incipien. visis diligenter actis & actitatis &c. & Abba.in consi.61.incipien.saluatoris eiusque genitricis &c. Si vero in concessione non sint verba apta comprehendere casus principi reseruatos indistincte tenerem non posse ciuitatem perpetuos saluus conductus concedere, per ea quæ supra dicta sunt.

Vlterius aduertendum est,quod non solum potest princeps homicidis & delinquentibus saluum conductum dare, sed ẽt hostibus,vt no.in dicta,l.conuentionum,& ibi Bar.& Doc.ff. de pac.& in l prima,§.non fuit iuncta glo.in ver.hostem, ff.de
41 dolo.vbi hosti†fides seruanda est secundum Barto.in l.1.ff.ad. leg.Iul.maiest.& Imo.post Bar.in d.l.15.qui reus,ff. de pub.iul col.penu.sed hoc dicas tantum procedere in prin.qui facit bellum nomine proprio secus si esset Capitaneus qui gereret bellum nomine alterius.quoniam talis Capitaneus hostibus dare saluum conductum potest,neque cum eis inconsulto principe pacem vel treuguam facere,vt declarat Bal.Ang. Ale. & Mod.contra Bar.in d.l.conuentionum,& Canonist. in c.cum olim extra de rest.spol.& pro hoc bene facit tex.quem contra Bar.allegat Ang.in l.qui Romæ,§.Callimachus,ff.de ver. obl.
42 vbi deputatus†ad exigendum,& ad solutionem recipiendam non potest dilationem concedere vel terminum solutionis prorogare secundum communem opinionem de qua per Doct. in l.fi.§.si quis processus,ff.de pub.

Et est ratio quia ille cui simpliciter est commmissum gerere bellum non potest pacem,vel treuguam facere, nisi hoc sibi specialiter committatur,vt in l.mandato generali,ff.de procu.Hinc est q̃ Imperator,vel alij Christiani†principes nõ possunt sine authoritate sedis apostolicæ infidelibus dare saluum
43 conductum,vel cum eis treuguam vel pacem facere.Quoniã in spectantibus ad fidem nemo potest in consulto Rom. Pontifice se immiscere,vt declarat Inn.in c.q̃ super.extra de voto. Sed hoc primo limitatur nisi Capitaneus haberet mandatum cũ libera,& tũc posset hostes affidare per no.per Bar.& Doct. in d.l.qui Romæ,§.Callimachus. Secundo nisi saluus conductus daretur ad aliquod breue tempus ob necessitatem belli, vt sepellirentur cadauera, vt restauraretur exercitus secundũ Raph.Fulgo.Ale.& Moder.in d.l.conuentionum,& ratio est, quia quando aliquid conceditur videtur esse concessum omne id sine quo illud commode exerceri non potest,vt in l.2.& ibi not.ff.de iur.omn.iud.& in l.ad rem mobilem,& in l.ad legatum,ff.de proc.

Tertio limitatur nisi talis†Capitaneus esset locum tenens
44 principis, quia tamquam princeps omnia posset secundum Barto.in dicta,l.3.a præfecto,ff.de lega.3.& in l.secunda, post gloss.C.de offic.eius qui vicem alt.Ger.& Ale.in rub. ff. de offic.eius cui mand.est iurisd.vt refert Iaso.in d.l.conuentionum, 2.colum.

Sed circa hoc posset dubitari an Capitaneus qui gerit bellum nomine alterius possit bannitum,vel delinquentem affidare Bar.& Bal.in d.l.conuentionum tenent partem affirmatiuam contrariam vero sequitur ibidem Ange. Alexand. & Modern.cum Capitaneus habeat mandatum limitatum ad gerendum bellum non autem ad concedendum bannitis saluum conductum,ut in dicta,l.qui Romæ,§.Callimachus.sed pro concordia dicendum est aut Capitaneus vult ex causa dare saluum conductum bannito,& sine dubio potest.

Puta quia bannitus vult indicare transfugas,reuelare secreta hostiũ,vel similia,vt est tex.no.in l.omnes,§.fi.ff.de re mil. & hoc videtur comprehendi in mandato Capitanei quantuncunque limitato,ar.d.l.ad rẽ mobilem & l.ad legatũ,ff.de procu.& ita de plano procedit opi.Bar.& Bal. Aut Capitaneus time cãæ cognitione vult dare saluũ conductũ bannito,& tunc indistincte non põt,& ita intellige tnam Mod.in d.l.conuentionũ per tex.in d.l.relegati in fi.& in d.§.neque autem homicidis in Authen.de man. prin. Et non solum in criminalibus
45 potest princeps†concedere saluum conductum homicidis & delinquentibus,sed etiam in causa ciuili debitoribus aduersus suos creditores. Quoniam si aliquis ex forma statutorum propter debitum non solutum esset positus in banno de quo per Specu.in titulo de pri.decret §.secundo,in fi.vel alias esset fugitiuus nulli dubium est,q̃ princeps potest dare tali debito-

Digitized by Google

ri bannito ſaluum conductum ne per bannientem vel p ſuos
46 creditores moleſtetur, qui vulgariter dicitur †moratoria, vt eſt bonus tex. ſecundum vnum intellectum, & ibi gl. & communiter omnes Docto. in d.l. qnotiens, C. de prec. princ. offeren. & in l. ſi a te. iuncta gloſ. in ver. petis, C. de pact. inter empt. & vendito.

Sed hoc primo limita in ſaluo conductu temporali ſecus in perpetuo quia per ſaluum conductum perpetuum funditus toleretur ius tertij quod princeps ſine cauſa rationabili nō poteſt facere, vt declarant Docto. in l. fina. C. ſi contra ius vel vtil. publ, & in l. reſcripta, C. de prec. impe. offeren. & per Canoniſtæ in dicto capitu. quæ in eccleſiarum extra de conſt. Secundo limita in ſaluo conductu ad breue tempus quoniam ad longum nou poteſt per principem debitoribus ſaluus cōductus dari, vt tenent Salyce. Bald. Paul. de Caſt. & Moder. in dicta l. quotiens. quia modica dilatio parum lædit ius creditoris, l. ſi debitori, ff. de iu. & l. quod diximus, ff. de ſolut. & quo ad modicum præiudicium poteſt princeps contra ius tertij reſcribere, vt probat tex. in ſui ratione in dicta, l. quotiens ibi ſine graui partis alterius diſpendio &c. & vide Bald. in l. ex hoc facto, ff. de vulg. & pupil. & Abb. in cap. ſuggeſtum. 3. notabil. ext. de deci.

Et iſta impotentia principis in concedendo ſaluo cōductu perpetuo, vel longo tempore duraturo ꝓcedat ex defectu voluntatis, quia princeps non vult vel ex defectu poteſtatis, quia non poſſit. vide Bald. Paul. de Caſt. & Moder. in dicta l. reſcripta, C. de prec. imp. offeren.

Et quando dicatur ſaluus conductus concedi ad breue vel
47 ad longum †tempus vide Paul. de Caſtr. in dicta. l. quotiens in fin. & glo. & Barto. in l. prima, §. quod autem, ff. de ſuperficie. & Docto. in l. ſi filio, §. fin. ff. ſolu. matrimo. Et ad hoc adde bonum textum in §. ſed neque in. Authen. de mand. prin. vbi probatur quod ſecuritas in cauſis ciuilibus non debet dari vltra, 30. dies, & ratio eſt quam ibi aſſignat text. ne perpetuo ſint ad inuicem hominum contentiones &c. & ibi not. Iacob. de Bel. in ſecunda colum. tertia not. & videas gloſſ. notab. in dicta, l. ſi debitori in ver. modicum. vbi dicit modicum tempus magis intellecta comprehendi quam elocutione exprimi poteſt.

Tertio limita in debitore qui ex ſimplici promiſſione, vel contractu eſt obligatus ſecus ſi contractus eſſet iuratus, quia
48 tunc Imperator vel alius † princeps ſecularis per literas ſalui conductus non poſſet iuramentum tollere. vel illius effectū ſuſpendere.

Ita quod debitor euitet pœnam periurij non ſoluendo, ſed in hoc fuerunt opiniones. nam gloſſ. in l. adigere, §. fina. ff. de iur. patro. dicit quod lex habet vim apoſtolici, vt poſſit iuramentum remittere pro qua facit text. in l. fina. ff. de re. mili. & in l. fina, ff. ad municip. in princ. & Bald. in l. nec patronus, C.
49 de oper. libe. vbi dicit quod †lex ciuilis poteſt remittere iuramentum ex cauſa ſicut poſſet remittere papa.

Et iſtam opinionem tenuit Gui. Papæ in quæſtione 194.

Sed in contrarium eſt veritas quoniam cum iuramentum ſit quid ſpirituale ad eccleſiam ſpectat, vt in capitu. omnes, trigeſima ſecunda, quæſtio. ſecunda. & ſcriptum eſt Reddite ſacramenta veſtra Deo, capitu. debitores, ca. & ſi Chriſtus extra de iu. iuran.

50 Et †princeps ſecularis non poteſt contra ius diuinum diſpēſare, vt no. per Docto. in dicta. l. reſcripta. & per Canoniſt. in dicto. capitulo, quæ in eccleſiarum & per Cyn. & Salyce. in dicta, l. fina. C. ſi contra ius vel vtil. publ. & iſtam ſententiam ſequitur omnis ſchola ſcribentium, vt late refert Steph. Aufrc. Gal. in rep. Clemen. vt clericorum de offic. ordin. in Regula, quarta, Fallen. quarta, & per Alexan. in conſi. trigeſimo octauo, & in conſilio 102. volumine quarto, & late per Laſo. in authentica. ſacramenta puberum, C. ſi aduerſus vend. penult. columna, & pro ſolutione contrariorum vide Stepha. Gal. in loco ſupra allegato Bald. & Salyc. in dicta, l. nec patronus & in l. fin. C. de non numera. pecu n.

Et propterea apparet iſtam tertiā limitationem eſſe veram, quod princeps non poſſit dare ſaluum conductum debitori per contractum iuratum obligato: vt in ſpecie loquens de ſaluo conductu tenet Alexand. in conſilio 301. in fine ſecundo volumine, & Paulum de Caſtro, in conſilio trecenteſimotertio, 1. volu.

51 Sed in Regula fallit in Romano † Pontifice qui poteſt iuramentum remittere, & illius effectum ſuſpendere, vt per Docto. in dicto capitu. per venerabilem: & in capitu. nouit. extra de re iudica. & per Hoſtien. in capitulo quemadmodum extra de iure iuran.

Quod intellige eſſe verum ſi in literis ſalui conductus fuerit narratum contractum eſſe iuratum. quia alias debitori tā quam ſurreptitiæ non ſuffragarentur: vt ſentit Cyn. Salycet. Poſt Iac. But. in d.l. fina. C. ſi contra ius vel vtil. publi.

Quoniam ſi papa ſciuiſſet contractum eſſe iuratum difficilius vel nullo modo reſcripſiſſet, vt in capitu. poſtulaſti. & ibi Docto. & late per Syl. in capitu. ſuper literis extra de reſcriptis.

Et ideo cauti procuratores in fine reſcripti ponunt illā clauſulam iuramento, & alijs contrarijs non obſtant.

52 Quod videtur poſſe limitari niſi papa † motu proprio & ex certa ſcientia concederet literas ſalui conductus, quia licet in eis non fiat expreſſa mentio de iuramento valerent, & effectum ſortirentur, vt no. Doct. & præcipue Moder. in d.l. reſcripta, & in cap. ſi motu proprio de præbend. in 6 cum ſimilibus. & vide Phil. Dec. conſilio 5. inter conſilia 40. vltimo loco impreſſa.

Et aduerte quod in caſibus in quibus diximus principem poſſe dare debitoribus ſaluum conductum debitor debet dare idoneos fideiuſſores de ſoluēdo in fine termini alias ſaluus conductus ſibi non ſuffragatur, vt eſt textus, & ibi Doctor. in l. vniuerſa, C. de prec. impe. offeren. & Alexand. in indiuiduo loquens de ſaluo conductu in dicto conſil. 350. ſecundo volumine.

Et in tantum neceſſitatur debitor qui vult vti literis ſalui, conductus dare fideiuſſores quod princeps iſtam cautionem in reſcripto remittere non poteſt vt tenet Saly. poſt glo. in d.l. vniuerſa. Quoniam cum princeps in vno grauauerit creditorem dando dilationem debitori in alio voluit ipſum reuelare vt debitor caueat creditori de ſoluendo in fine termini ne ita graui diſpendio creditor afficiatur, ut not. in dicta, l. quotiens.

54 Quarto limitatur in debito Fiſcali. Nam †ſaluus conductus datus a principe debitori non ſe extendit ad debitum Fiſcale, & illo non obſtante poterit debitor per procuratorem fiſci cō ueniri, ut in §. publicorum in Authen. de mand. prin. & declarat Mar. Lauden. in trac. de fiſco quæſtio. 94. ubi allegat Ang. in conſi. 230. & Bar. in conſi. 169. incipient. ſtatutum ciuitatis Tuderti in prin. Quod dictum amplia, & extende non ſolum ad debitum Fiſcale ratione tributorum ſed etiam ad debitum ratione delicti, ut tenet idem Mar. Lauden. in dicto trac. de fiſco, quæſtione. 268. & in tracta. priuile. & reſcript. quæſtio. 14. & facit dictum Bal. in l. prima, C. de nundin. ubi ſecuritas data in nundinis non tuetur debitorem ratione delicti, ut in l. ſecunda, C. de exhibend. reis ſecundum Bald. in conſil. 400. in primo uolu. ubi per multas rationes tenet ſecuritatem conceſſam debitoribus ad delictum neq; ad debitum occaſione delicti poſſe extendi.

Sed Barto. in dicto conſil. 169. in fine tenuit ſecuritatem data tam debitoribus, & ad debitorem ratione delicti extēdi. Quoniam poſtquam iudex condemnauit in pœna pecuniaria exe cutio illius debiti eſt potius ciuilis quam criminalis, ut in l. prima, C. ubi ca. fiſ.

Sed pro concordia dicendum eſt. aut ſecuritas conceditur cum cauſæ cognitione, & ex cauſa neceſſaria, & tunc porrigitur tam ad cauſas criminales quam ad debitum occaſione delicti, ut in l. 2. §. legatis ff. de iud. & in l. eos, ff. de accuſatio. & ita procedit doctrina Bar. ut ipſemet declarat in d. conſi. 169.

55 Quia cauſæ cognitio †quæ interuenit in cōceſſione tollit omne uitium ſubreptionis, & uoluntatis defectum, ut eſt dictum ſingulare Bald. in l. præſcriptione, C. ſi contra ius nel util. pub. quod refert, & ſequitur Barto. Soc. in conſi. 169. in quarta, colum. 2. uolu.

Aut ſaluus conductus conceditur gratioſe, & ſine cauſæ cognitione, & tunc cauſas mere ciuiles comprehendit, & ad debitum occaſione delicti nullatenus extenditur, ut in l. 2. & ibi gl. C. de his qui ad eccleſias confug. Nam ſecuritas data a lege ne quis in domo capiatur non operatur effectum in cauſa criminali, ut no. in l. plerique, ff. de in iuſ. uocan. & in l. nemo, ff.
56 de re iud. & uidemus in ſimili quod †ceſſio bonorum non defendit debitorem ex maleficio, ut in l. fin. §. fin. C. de his quæ in frau. cred. & iſtam diſtinctionem ſequitur Bald. in dicto conſ. 400. uerſi. ſeptimo quæro. Poſtquam uiſum eſt de principe q̄ habet iuriſdictionem iure proprietatis neceſſario uidendum eſt de iudice, qui habet a ſuo ſuperiore ordinariam uel delegatam iuriſdictionem. Et primo quæro an †iudex poſſit bannitis uel delinquentibus ſecuritatem dare. Aduertendum eſt q̄ in hoc paſſu fuerunt uariæ ſententiæ, & conflictus opinionū.

57

Nam glo. in dicto, §. neque autem homicidis in Authen. de mand. prin. tenuit indiſtincte iudicem bannitis ſecuritatē dare non poſſe.

Quam glo. ſequutus fuit Guil. de Cun. in d.l. 1. §. non fuit, ff. de dolo. & Saly. in dic. l. cum indulgentia, 2. colum. C. de ſen. paſ. per tex. in d.l. relegati & in l. ad beſtias, §. ex prouinc. ff. de pœnis, ubi iſtam ſecuritatem princeps ſibi ſoli reſeruauit.

Et dicunt eſſe rationem quia ſi iudex ſaluum conductum bannitis daret. † Reuocaret uel ſuſpenderet ſuam
58 uel prædeceſſoris ſui ſententiam: quod minime fieri po-

Digitized by Google

ri potest,l.iudex,ff.de re iu.& d.l.1.§.fi.ff.de quęst.vnde dicit gl. notab.in l.fi.in ver.deinde,ff.de of.proc.Cęs.ꝙ procurator Cę saris non potest illi dare licentiam reuertendi ad prædia Cęsa ris quem per prius prohibuerat ne ad illa accederet, cum bene aut male functus sit officio suo,& dicit Barto.in d.quęs.in cipien.

Lucanę ciuita.in 3.col.ver.sed si iudex.ꝙ iudex non pōt per sententiam decernere quod bannitus non possit impune offendi si licentia offendendi permissa est a statuto. Et adde ꝙ iudex delegatus non potest se immiscere in iurisdictione su-
59 perioris delegantis quoniam †executio sententiæ spectat ad superiorem.

Et si iudex daret saluum conductum suspenderet, & impediret executionem banni quod facere nō potest, l.a diuo Pio cum ibi notat,ff.de re.iud.Et ptopterea præfati Doct.tali vtun
60 turdistinctione. Aut† iudex vult concedere securitatem bannitis,& condemnatis & non potest per rationes prædictas.

Aut vult dare securitatem inquisito,vel accusato ante condemnationem,& potest si persecutio accusati,vel inquisiti est difficilis.Si vero persecutio non erat facilis tenuerunt securitatem dari non posse.

Quam opinionem videtur sequi Angel.in trac.de male.in glo.in ver.fama publica.11.columna versicul. quinto quæro. sed glo.in dicta l.is qui reus,vt ibi Innocen. ff.de publi. iud.& Iacob.de Bel.in dicto,§.neque autem homicidis & Cyn. in d. l.præsenti,C.de his qui ad eccl.confug. tenent partem contrariam,& aliter distinguunt.

Aut bannitus pro vno delicto accusatur de alio & petit p primo sibi securitatem dari volens de secundo delicto se expurgare,& coram iudice comparere, & tunc si est in territorio iudicis,vt inde possit bannitus inuitus extrahi, & securitas danda non est, & ita inteligunt text. in dicto, §. neque autem homicidis. Aut est in alieno territorio, vt inde inuitus extrahi non possit, & isto casu tenuerunr securitatem dādam esse. Sed Oldra.in disputatione sua quæ incipit potestas Paduæ & Alber.de Ros.in tracta. de statu.in tertia parte quæstione trigesimanona.& Angel.in quæstio.sua incipien.Bononiensis aliter distinguendo dixerunt.

Aut bannitus petit securitatem pro tali delicto pro quo nō poterat per procuratorem comparere, vt est a pœna relegationis supra,& tunc danda est bannito securitas quoniam
61 multum confert ad inuestigationem delicti †præsentia inquisiti,vt in l.de minore,§.tormenta,ff.de quæstio.

Aut petit bannitus securitatem occasione delicti pro quo poterat per procuratorem comparere & tunc tenuerunt securitatem non esse dandam arg.l.Papinianus,ff.de mino. & istā opinionem sequutus fuit Nellus in tracta. de banni. in prima parte primi, temp.tertia.quæstio. Sed Barto.in dicta, l. is qui reus vltima,colum.tenuit vtroque casu posse iudicem securitatem dare: cum vtroque casu vtilis sit præsentia inquisiti vel accusati,vt in dicta,l.de minore, §. tormenta. Sed non nulli quos referunt Docto.in dicto, §.neque autem homicidis & Angel.in dicto, §.præterea el primo columna octaua Institu.de actio.& Guil.de Cuneo in dicta.l.prima,§.non fuit. ff.de dolo.alia vsi fuerunt distin.

Aut petens saluum conductum est Bannitus pro delicto enormi,& atroci pro quo poterat inuitus de ecclesia extrahi, & tunc non potest tanquam beneficiorum omnium incapax assecurari & ita intelligunt tex.in capitu.inter alia extra de immunitate ecclesiarum. Aut est bannitus pro leuiori delicto & tunc secus, & pro ista opinione videtur facere text. in sui ratione in d.l.nemo,C.de episc.audien.

Sed tu in tanta varietate opinionum pro concordia dicas. Aut quæritur an iudex gratiose,& sine causæ cognitione possit dare saluum conductum delinquentibus siue bannitis, & indistincte teneas iudicem non posse, vt in dicto, §. neque autem homicidis in Authen.de mand.princip.& dicta, l.relegati in fine, ff.de pœnis. & in hoc omnes Doctores consentiunt. Aut quæritur an Iudex cum causæ cognitione possit Bannitos & delinquentes affidare, vt compareant ad se defendendum de delicto de quo post bannum accusantur,& teneas regulariter partem affirmatiuam pro qua est bonus tex. in l.deferre,§.si commnnem,ff.de iur.Fis.& in dicta. l.is q reus iuncta glo.& ibi Barto.not.ff.de pub.iud.vbi deportato potest dari securitas,vt libere permaneat in ciuitate, vt possit alium accusare,& si permittitur,vt possit alium accusare. Multo for
62 tius potest se defendere cum fauorabilior sit sui ipsius †defensio quam accusationis contra alium prosecutio,vt in l.in quę stio.& l.delator,ff.de iur.fisci.& l.absentem,ff.de pœnis, & l.1. §.remouet,ff.de postulatio.& ista est communis opinio contra Sal.in d.l.cum indulgentia: & glo.in d.§.neque autem homicidis.

Quam per multas rationes tenet Albe.de Ros. in dicto tra. de statu.tertia parte.39.quæstio.& vltimo post Bar. in d.l. isq reus Ang.in dicta,l.vtimur,ff.de sepul.viol.& in dicta quæstione incipien.Bononiensis &c.& Bart.in dicta quæstio. incipiē. Lucan.ciuitatis.& Mod.in d.l.conuentionum,ff.de pac. & effectus istius securitatis erit,quod bannitus non poterit detineri vel molestari occasione primi delicti pro quo fuerat bannitus secundum Bald.in l.sed si hac,§.sed si pœnam, ff.de in ius vocan.& Signorel.de medio.consil.102.in tertia,colum.& nō obstat tex.in dicto,§.neque autem homicidis. vbi homicidis securitas dari non potest.

Quoniam Bar.in d.l.is qui reus.penul. colum. dat duas solutiones. Prima est quod ibi securitas fuit data homicidæ a parte vel a priuato:sed non a iudice. sed ista solutio tanquam diuinatiua non est bona.

Quoniam ibi nulla fit mentio de priuato. sed potius verba tex.diriguntur in personam iudicis,vt sentit gl. ibi in vers non custodies. Secunda solutio est quod ibi homicida petebat securitatem,vt effugeret cognitionem delicti, non autem vt se purgaret de alio delicto,de quo accusabatur. Et istam solutionem tanquam veriorem refert,& sequitur Imo. in dicta, l.is qui reus colum.penul.& Albe.de Ros.in dicta,l.prima.§.non fuit,ff.de dolo.vbi post Bar.dat tertiam solutionem quæ videtur satis bona.

Nam in §.sed neque in Auth.de man.prin.disponitur debitori fugienti ad ecclesiam iudicem posse dare 30. dierum securitatem,& in §.neque autem homicidis. immediate sequenti mandat legis lator homicidis & delinquentib. fugientibus ad ecclesiam non esse istam securitatem.30.dierum concedendā & istum intellectum ad illum tex.videtur sequi Iac. de Bel. & Bar.in d.§.neque autem homicidis in prima colum. & Sal.in d.l.cum indulgentia in fi.

Et est ratio,quia tales delinquentes non gaudent priuilegio immunitatis ecclesiæ,vt in cap.inter alia,& ibi Doc.extra de immun.eccl. Neque obstare videtur,quod iudex non potest suam vel antecessoris sententiam suspendere. Quoniam hoc non facit iudex,vt sententiam suspendat neque,vt ius publicum remittat. sed ut de veritate secundi delicti cognoscat. interest enim reipublicæ vt veritas habeatur,& vt bannitus tā quam innocens absoluatur,vel ex secundo delicto tanquam nocens puniatur,l.si ita vulneratus,ff.ad l.Aqui.& l. abientē, ff.de pœn.

Et circa cognitionem delictorum magna est data potestas
63 †iudici,vt quandoque possit partes rei assumere, vt in l. & si non defendantur,ff.de pęn.& ex causa potest iudex maiorem
64 vel minorem quam ius disponat delinquentibus†pœnam imponere,l.quid ergo,§.pœna grauior & l. seuerior & ibi no. ff. de his qui notan.infam.& in l.respicien dum,ff. de pœ. Neque obstat quod iudex delegatus non potest impedire, vel suspendere executionem sententiæ cum superior debeat illam exequi.dicta,l.a diuo Pio. Quoniam hoc iudex non facit principaliter sed per modum incidentiæ per quem modum posset etiam se intromittere de his quæ pertinent ad iurisdictionem
65 alterius argum.l.quotiens,C.de iud. Nam videmus in†iudice seculari qui quandoque incidenter se intromittit in causis matrimonialibus quæ sunt de foro spirituali,vt traditur in capit. lator,extra qui fil.sint leg.& in c.extra de ord.cogn. Et ita ad istud argumentum respondet Ang.in d.quæstio. Bononiensis vers.super sexto &c.& Maria.Soc.in trac.de cita.artic. 18.quæstio.5.in fin.

Sed ista regula primo limitatur si bannitus qui petit securitatem pro secundo delicto est in territorio iudicis: vt de facili possit inuitus extrahi,& in fortiam iudicis duci. Nam tunc securitas dari non potest sed officium iudicis est omnem adhibere diligentiam, vt illum capiat,& captum pro qualitate demeritorum puniat secundum Old.in d.quęs.inci. potestas Paduæ &c.

Quem refert & sequitur Imo.in d.l.is qui reus pen.col. Alb. de Ros.in d.l.1.§.non fuit,ff.de dolo.& Saly. in d.l. cum indulgentia in fin.C.de sen.pass.& ratio istius limitationis est. quia non diceretur cum causæ cognitione coucedi saluus conductus si per aliam viam posset iudex bannitum in fortiam habere,& in fraudem legis videretur iudex securitatem dare contra tex.in dicta,l.relegati & l.ad bestias,§.fin. ff. de pœn. Secus
66 si†bannitus esset in alieno territorio, ut inde inuitus extrahi non possit, & si extraheretur posset dominus loci bannitum repetere,vt in l.quid si fugitiuus,§.apud Labeonen.& ibi glo. notab.ff.de ęail.edic.& declatat Ang.in d.tra.de malef. in glo. in versicu.fama publica,col.12.Et tunc iudex potest dare securitatem bannito cum sit eius persecutio difficilis argum. eorum quę notantur in §.plane Inst.de rer.diui.

Secundo limitatur quod quando bannitus est extra territorium bannientis iudex non potest securitatem dare bannito, nisi bannitus fuerit accusatus de delicto pro quo de iure poterat per procuratorem comparere, cum non possit bannitus petere istam securitatem cum detur sibi facultas con-

Digitized by Google

ſtitue ndi procuratorem ad ſe expurgandum.dicta,l.Papinianus,ff.de min o.& in l.accuſatore,§.ad crimen. & ibi Imo. ff. de pub.iud.& ita tenet Angel.in dicta quæſtione incipien.Bo nonienſis.decima columna.& Imo.in dicta.l.is qui reus.pen. colum.& Vital.in dicto.tract.de clauſulis.in clauſ.nil.no.ſecu. penden.& Bald.in l.ſed ſi hac,§.ſed ſi pro pœna,ff.de in ius vo can.in fine alias iuriſconſultus in dicta. l. Papinianus cum redarguit Papinianum de duobus, ipſe etiam poſſet de in ſufficientia redargui.

Cum eſſet alius modus quo bannitus poſſet comparere.pe tendo ſecuritatem a iudice de quo legis lator non feciſſet mẽ tionem. Et ſi iudex iſto caſu poſſet dare ſecuritatem ſeque-
67 retur,quod quandoque propter†cognitionem minoris deli-cti retardaretur maioris delicti executio pro quo reus fuit ban nitus,quod fieri non debet ſecundum Alber.de Roſ.in d.quæ ſtio. 39. columna ſecunda, ſecus eſt ſi bannitus accuſatur de delicto in quo prohibeatur per procuratorem comparere.

Nam tunc indiſtincte contra Saly.in d.l. cum indulgentia. volunt præfati Docto. ſi bannitus eſt extra territorium poſſe per iudicem ſecuritatem dari.

Et dicunt eſſe rationem,quia multum confert ad cognitio
68 nem delicti†præſentia accuſati,vt iudex videat qua trepidatio ne,quo colore reſpondeat.d.l.de minore,§.tormenta, ff.de q̃ſtio.& vt audiantut defenſiones rei ne indefenſus condemne tur dicta,l.abſentem & l.& ſic non defendantur, ff.de pœnis.

Sed in hoc paſſu Barto.in d.l.is qui reus vltima colum.propter identitatem rationis tenuit in vtroque caſu poſſe ſecuritatem dari.

Quia licet ſit tale delictum in quo de iure non admittatur procurator.Nihilominus præſentia inquiſiti prodeſt ad cogni tionem delicti,& cum Barto.videtur ſentire Firma. in ſuo reperto.in verſicu.ſaluus conductus per iudicem &c. Quæ opinio licet ſit contra communem ſententiam ſcribentium, videtur tamen de iure verior. Nam quando bannitus eſt extra territorium & difficilis eſt eius perſecutio magis expedit reipubli.quod bannito de ſecundo delicto accuſato etiam quod poſſit de ſecundo delicto per procuratotem comparere detur ſaluus conductus. Nam cum primum accuſatus comparuerit iudex ponet ipſum in carcere,& per eius præſentiam habilius deueniet in cognitionem veritatis'.| & reum culpabilem repertum ſi condemnauerit facilius ſententia habebit debitã executionem.Quod ita commode fieri non poſſet ſi bãnitus non fuiſſet per iudicem aſſecuratus.Et iſta pars videtur eligen
69 da. Nam quando vnum quodque ex duobus in ſe† bonum habet id præferturquod potiori bono innititur,& maiori æq tate fulcitur,l.bona fides & l.& ſi ſeruus,§.quod vero,ff.de fur tis, & ideo licet quando admittitur procurator bonum eſſet bannito ſecuritatem non dari. Tamen melius eſt quod detur propter faciliorem delicti cognitionem,& eius punitionẽ dicta,l.ſi ita vulneratus cum ſimil.ff.ad leg.Aquil.& magis in tereſt reipublicæ,vt delinquens aliquo modo puniatur quam ſi delictum in totum impunitum tranſiret,vt declarat Alb. de Roſ.in dicta.l.1.§.non fuit,ff.de dolo.& iſtam opinionem Bar to.tanquam de iure veriorem tenuit Maria.Soc. in dicto trac. de cita.in ar.18.quæſtio. 5. in fine. & non obſtat quod ſi vera eſſet opinio Barto.quod iuriſconſultus fuiſſet inſufficiens in dicta.l.Papinianus,ff.de mino.

Quoniam iſtud remẽdium ſecuritatis eſt extraordinariũ, & eſt in poteſtate iudicis,an velit illud concedere.Cum de iure non imponatur neceſſitas iudici huiuſmodi ſecuritatẽ dandi,vt in l.non quicquid.& ibi no.ff. de iud. & propterea non poteſt iuriſconſultus tamquam inſufficiẽs accuſari cum hoc remedium ſit arbitrarium, & non neceſſarium. Niſi diceres pro communi opinione contra Barto.quod adeo lex abhorruit bannitis qui ſunt hoſtes ciuitatis ſecuriratem dari, quod noluit niſi in caſu neceſſitatis quando non admittitur procurator hoc iudici permittere per no.per Bar.in d.q.incip.Lucanæ ciuitatis & Firman.in ſuo repertor.in verſicu.bannitus auditur in §.5.

Et iſta faciunt contra magiſtratus vrbis,qui paſſim homicidis,& delinquentibus ſaluos conductus ad beneplacitum‖,& quandoque perpetuos ſine cauſæ cognitione in damnum rei publicæ concedunt,per quos criminoſi carceres & debitas a iure inflictas pœnas effugiunt.

Quodque quam graue & contra iuris diſpoſitionem ſit ex ſupradictis clare apparet.

70 Inſuper ſciendum eſt,quod non ſolum † iudex poteſt dare ſecuritatem bannitis ſed etiam accuſatis, & inquiſitis nondũ condemnatis ſecundum Saly.in d.l.cum indulgentia pen.col. & gl.in d.l.is qui reus,& Ang.in d.tra.de male.in gl. in ver.fama publica.11.colum.vbi ſe remittit ad notata per Saly.in d. l.cum iudulgentia.ſed hoc primo fallit ſi inquiſitus vel accuſatus eſſet in territorio iudicis inquirentis & facilis eſſet eius perſecutio.

Nam tunc iudex non poteſt delinquentem aſſecurare ſed debet omni ſolicitudine curare,vt inquiſitus capiatur ſecundum Saly.in dicta, l cum indulgentia.in primo membro ſuæ diſtinctionis:vt ſupra de bannito dictum eſt.

Quod poteſt eſſe verum ſi inquiſitus volens comparere ad ſe expurgandum dubitat ne de alijs delictis de nouo inquiratur,& moleſtetur. Nam tunc iudex poteſt dare ſaluum conductum.

Cuius effectus erit,quod iudex interim non poterit contra aſſecuratum de alio delicto quam de illo de quo accuſatur inquirere. Et intereſt reipublicæ,vt de delicto de quo inquiritur aut innocens abſoluatur aut nocens condemnetur,argumen.l.abſentem,ff.de pœnis. Si vero inquiſitus petit ſecuritatem de delicto de quo inquiritur. Et tunc Sal.male loquitur & nullo pacto debet iudex talem ſecuritatem dare. Niſi in duobus caſibus.primus eſt ſi rationabilis cauſa,& vtilis reipublicæ concurrat,vt ſi iudex velit vti teſtimonio inquiſiti ad ꝙuincendum alios carceratos,vel ad aliquam confrontationẽ faciendam,vt notabiliter declarat Par.de Put.in tract. de ſyn. in capitu.ſaluus conductus.Item poteſt dari ſaluus cõductus vt bannitus vel accuſatus ad alios accuſandum vel ad accuſationem iam inchoatam proſequendum,vt in dicta, l. is qui reus & ibi glo.& Bart.ff.de publ.iu.

71 Cum interſit†reipublicæ delicta non occultari & facinoroſos homines puniri,dicta l.ſi ita vulneratus cum ſimilibus.

Idem ſi inquiſitus vel condemnatus vellet iudicare tranſfugas,vel alios delinquentes,vt in d.l.omnes,§.fin.ff.de re milit. Idem ſi vellet reuelare tractatus & coniurationes contra principem factas,l.quiſquis,§.fi.C.ad l.Iul.maieſt.vel ſi alia iuſta cauſa concurreret,vt declarat Bar.in l.ambitioſa,2.col.ff. de decr.ab ord.facien.& in l.1.§.de qua re.ff. de poſtul. Nam videmus quod multa ex cauſa permittuntur iudici. quæ alias non permitterentur,vt in l.ſi vendicari,C. de pęn.& in c.apud Theſſalon.11.q.2.vbi iudex poteſt ex cauſa contra iuſſionẽ principis executionem pœnę capitalis retardare, & facit text. in d.l. ad beſtias in prin.ff.de pęn.vbi iudex poteſt hominẽ vtilem reipublicæ ad mortem condemnatum conſulto principe liberare,& facit tex.in l.illicitas,§.præſes,& ibi Bar.ff.de offic. præſi.vbi iudex poteſt ex cauſa paupertatis remittere pœnam pecuniariam quam ex delicto impoſuit.

Si vero iuſta cauſa non ſubſiſtat puta ſi velit uenire inquiſitus ad agendum vel ad alia ſua negocia tractandum. Nam tunc cum ceſſet ratio prędicta concedi ſecuritas non debet ſecundum Alexan.in apoſtil.in dicta,l.is qui reus,& Par.de Pu. in d.§.ſaluus conductus,ſecunda colum.& Iaſ.in d.l.conuentionum,ſecunda colum.in princ.& Bald.poſt Albe.de Roſ.in d.l.1.§.non fuit.Quia concedere ſaluum cõd. non concurrente publica utilitate eſt ſoli principi reſeruatum,d.l.relegati & dicta,l.ad beſtias in fin.ff.de pœn.& in l.fin. ff.de offi. procon. Cęſ.& ita etiam poteſt intelligi tex.in dicto,§.neq; autem homicidis.

Secundus caſus principalis eſt ſi inquiſitus petat a iudice ſaluum conductum cum uelit uenire ad ſe expurgandum de delicto de quo inquiritur. Et ſi pœna eſt corporis Afflictiua in
72 caſu condemnationis renunciat † beneficio ſecuritatis cui in tali caſu renunciari poteſt.ſecundum Angel. in d.l.vtimur in princ.& not.in l.ſi quis in conſcribendo,C.de pac.& ſi pœna eſt pecuniaria dat fideiuſſores de ſoluendo iudicatum ſecundum Pau.de Caſt.in conſi.99.2.uolu.& effectus iſtius ſecuritatis erit, quod pendente inquiſitione non poterit inquiſitus de alijs delictis inquiri,& moleſtari cum ſecuritate pendente nihil debeat innouari, ut late declarat Vital.in d.tracta.de clau. in clau.nil no.ſecur.pen.

Et utile eſt reipublicæ,quia aut nocens debitis pœnis punitur,aut innocens liberatur & adhoc benefacit tex.in d.§. neq; autẽ homicidis ibi dato uerbo abſoluto abrenunciare, & ibi gl.ubi reus poteſt per iudicẽ aſtringi in caſu condemnationis ſecuritati renunciare.Et ſi opinio Sal.ita indiſtincte procederet ſequeretur,ꝙ multi ad delinquendum inuitarentur.& cõſiſi in ſecuritate ueritatẽ deffiterentur,& ſnĩa iudicis in caſu ꝙ dẽnationis eſſet eluſoria cum dẽret condemnatus reponi in locum tutum & ſides data ſibi ſeruari ſm Bar.in l.1.ff.ad l.Iu. maie.& Ang.in d.l.utimur,ff.de ſepul. uio. ꝙ eſſe non dẽt.Nã uidemus ꝙ in capitalib.ubi uenit pęna corporis afflictiuã imponenda reus non auditur p procuratorẽ, ſed dẽt in carcere ius dicere,ut in caſu condemnationis ſnĩa non ſit eluſoria,ut notat per Doc.in d.l.accuſatore,§.ad crimen,ff.de pu.iu. Et in capitalib.rens carceratus non eſt fideiuſſ.relaxandus, ne in caſu ſuecumbentię eludat ſnĩa iudicis ſm Sal.in l.ad Cõmenta. rien.ff.de cu.reo.& Bal.in l.nullus,ff.de exhib. reis cum ſimi.

Et ex præmiſſis apparet ꝙ illa practica qua utuntur magiſtratus urbis in cõcedendis fidantiis quas uulgariter ſignifica
75 tiones†uocant proceſſit de mente iuris.Nam qñ delinquens ĩtelligit ſe de delicto inquiſitum aut aufugit ab urbe aut in

do-

Digitized by Google

do nam alicuius potentis ſe receipit ita quod difficilis eſt eius perſequutio.

Et ideo iuris eſſe cenſeo ſi aliquis eſſet de pluribus delictis accuſatus vel inquiſitus,& volens de vno ſe purgare petit a iudice Fidantiam de alijs,quam ſi reus eſſet extra territorium,& difficilis eius perſecutio per rationes præmiſſas iudex concedere poſſet.

Quoniam intereſt reipublicæ,vt potius quis de vno delicto puniatur quam ſi impunitus de omnibus foret ſecundum Albe.de Ros.in d.l.1.§.non fuit,ff.de dolo.& iſta procedunt ſecũdum doctrinam Bart.in d.l.is qui reus vlt.col. alias ſecundum maius communem opinionem deberet, vt arbitror fieri illa dilectio,an eſſet tale delictum pro quo de iure procurator admitti poſſet de qua ſupra in quæſtione de bannito abunde dictum eſt.Et hoc quod diximus iudicem poſſe dare ſecuritatẽ limita in ſaluo conductu ad breue tempus, cum in perpetuũ vel ad longum tempus per iudicem dari non poſſit.Quia hoc eſt principi reſeruatum ſecũdum Ang.in d.l.1.vtimur & Bar. in dic.l.relegati & ſupra in tertia,declaratione in fine dictum eſt.

Vnum nolo te obliuiſci,ꝙ iudex dans ſecuritatem bannito vel inquiſito qui fuit a principio contumax in comparendo debet ipſum pendente accuſatione vel inquiſitione in vinculis & carcere detinere etiam ꝙ pœna corporis afflictiua non ueniat imponenda. Cum fuga a principio ipſum ſuſpectum fecerit,vt in l.3.§.quæri poteſt,ff.de ſuſp. tu. & in l.conſiliarios, ff.de cuſto.reorum & ita de mente Old.tenet Alb.de Roſ.in d. quæſtione.39.2.colum.& firman.in repe.in ver.Bannitus audi
74 tur circa finem. Nam videmus ꝙ ſi aliquis ſemel aufugit †de carcere non debet amplius fideiuſſoribus relaxari,licet eſſe in caſu in quo alias de iure ſub fideiuſſore relaxaretur. cum rõne fugæ amiſerit priuilegium quod ſibi a iure fuerat indultũ: vt tenet gloſ.notab.in d.l.Cornelia.& ibi Ludo. Rom.& Ale. in apoſt.ff.ad Sylle.& in l.1.ff.de cu.reor.& late Hypp. de Mar. in ſua prac.in §.attingam.nume.7. & facit illud quod vulgariter dicitur,qui ſemel malus &c.vt in regul.qui ſemel. de regu. iur.in 6.

Neque prætereundum eſt quod iudex non ſolum delinquẽ
75 tibus poteſt dare ſaluum conductum.†ſed etiam debitori, vt ſecuritate pendente non poſſit moleſtari, vt probatur in d.§. neque autem.in princip.in Authen.de mand.princ. vbi iudex dat ſecuritatem.30.dierum debitori,vt interim non capiatur, & videtur facere tex.in l.ſi debitori,ff.de iud.Et iſtam opinionem tenuit Paris de Puteo in dicto tract.de ſynd.in cap.ſaluus conductus.in princip.& Maria.Soc.in tracta. de cita.char.30. colum.4.Sed contra iſtam concluſionem aperte tenuit. Paul. de Caſt.in l.1.col.2.ff.quod quiſ.iur.vbi iudex nullo pacto poteſt debitori ſecuritatem dare,cum hoc ſibi princeps ſpecialiter reſeruauit,vt in d.l.quotiens & ibi not.C.de preci.princ.oferen.& per Felyn.in dicto,cap.quæ in eccleſiarum.12.colum. Nam iudex non poteſt cum damno alterius aliquid ſtatuere, ut in l.2.§.merito,ff.ne quis in loc.publ.& text. in dicto, §.ſed neque nihil facit imo.poteſt retorqueri contra opinionem Paris.de Pu.quia in d.§.ſed neque fauore eccleſiæ ſtatuitur quod iudex poſſit dare debitori ad eccleſiam fugienti.30.dierum inducias cum ibi perſonaliter citari non poſſit,vt declarat. Bar. poſt Iac.de Bel.in d.§.ſed neque.& Marſ.Soc.in loco ſupra allegato,& propterea eſt dicendum ꝙ cum illa ſecuritas.30.dierum fauore eccleſiæ concedatur, in contrarium eſſe ius commune l.ius ſingulare,ff.de legi.cum ſimi.ſed pro concordia dicendum eſt,quod ſi iudex cum cauſæ cognitione dat ſaluum conductum debitori vera eſt opinio Par.de Pu.ſi enim vellet iudex vti teſtimonio debitoris fugientis ad conuicendum aliquos delinquentes vel alia rationabili cauſa concurrente poteſt illum aſſecurare,vt ſupra in 8.declaratione dictum eſt. Si vero iudex ſine cauſæ cognitione concedat ſaluum conductum verior eſt opinio Pau.de Caſt.in d.l.1.2.colum.Quoniã per ius commune eſt prouiſum debitori, ſi enim debitor eſt ꝺemnatus habet tempus quatrimeſtre quod a lege indulgetur vt in l.2.& l.fin.C.de vſur.rei iu.Si vero debitor tenetur actione de conſtituta pecunia habet ſpacium.10.dierum vt in l. ꝓmiſſor,ff.de conſt.pecu.in alijs vero actionibus datur aliquod breue tempus arbitrio iudicis moderandum ſecundum Ang. & Docto.in §.omnis Inſt.de verbor.ob.& ibi Iaſo.in addit.ad Chriſtoph.Por.in glo.in verbo confeſſim. Et propterea male faciunt & contra iuris diſpoſitionem magiſtratus vrbis qui paſſim & ſine cauſę cognitione concedunt huiuſmodi ſecuritates,quas moratorias vocant in præiudicium creditorum,ꝙ quantum deuiet a iuris diſpoſitione ex ſupra dictis apparet.

Et aduertendum eſt, quod non ſolum princeps & iudex in caſibus prædictis poteſt dare ſecuritatem bannitis & delin-
76 quentibus ſuæ iuriſdictioni ſubiectis, verum etiam † alienos ſubditos in ſuis terris affidare,vt declarat Angel.in dicta,l.vtimur,ff.de ſep.viola.& Vital.in dicto,trac.in clauſ. nil no. ſec. pen.4.colum.& Iacob.de Bel.in §.neque autem homicidis,2. colum.Quod limita & intellige eſſe verum quantum ad præiudicium iuriſdictionis concedentis,ſecus ſi per ſaluum conductum etiam per viam indirectam lederetur iuriſdictio alterius.

Quia tunc ſecuritas quatenus tangeret alienam iuriſdictionem non valeret ſecundum Ang.in d.quæſt. Bononienſis. in verſic.ſuper ſexto.Cum iudici non permittatur in alienam iuriſdictionem falcem immittere,arg.l.penul.ff.de aqua pluuia arcend.& in c.ad aures.extra de iur.iuran.& per Bar.in l.1 ff.a quib.appel.non li. & iudici excedenti iuriſdictionem ratione perſonæ impune non paritur,vt in l.fina.& ibi not. Alber. de Roſ.in ſummario,ff de iur.om.iud.

Quoniam ſi iudex Bononiæ decerneret repreſalias contra Florentinos poſſet Florentinum Bononiam venientem aſſecurare,ne propter dictas repreſalias moleſtetur.

Quoniam alienam iuriſdictionem non lædit.Et ita iſtam ꝓcluſionem declarat Ange.in dicta l.vtimur.& Vita.in d.clau. nil.in ſec.pen.& Felyn.in ca.accedens el 2.extra vt lit. non cõteſta.in 3.& 4.colum.ſinautem princeps vel iudex vellet extra ſuam iuriſdictionem,& territorium bannitum vel debitorẽ ſibi non ſubditum aſſecurare, ſine dubio in præiudicium proprij iudicis non poſſet ſecundum Doc.in d.l.ſi. per illum tex. ff.de iur.omn.iud.& in l.iniuriarum,§.fina.ff.de iniur.& in l.1. C.ſi a non comp.iud.& in ſpecie Iaſ.loquens de ſaluo conductu in d.l.conuentionum,2.col.ff.de pac.

Sed circa iſtum paſſum poſſet dubitari. tu ſcis quod delinquens in alieno territorio poteſt etiam per viam inquiſitionis,ſecundum magis communem opinionem puniri per iudicem originis vel domicilij, licet principaliter videatur iudici territorij,in quo delictum eſt commiſſum iniuria illata ſecũdum Ang.in d.tract.de malefi.in glo.in verſi.hæc eſt quædam inquiſitio.colum.pen.& ibi late per Aug.in add.& Hyppo.de
77 Marſi.in ſua practica in §.conſtant.nu.90. Modo†iudex originis cum cauſæ cognitione dedit ſaluum conductum delinquẽti in alieno territorio dubitatur an illo non obſtante poſſit p iudicem loci delicti capi & puniri. Et primo videtur dicendũ quod ſic.

Cum non licuerit iudici originis in præiudicium alterius iuriſdictionis extra ſuum territorium delinquentem affidare per rationes permiſſas. Quoniam effectus ſtatuti vel ſalui conductus extra territorium ſe non extendit ſecundum Bald. in l.prima 2.colum.C.de hæred.inſtituen.& in l.executorem, C.de exec.re.iud.& Petrus de Anch.in repe.c. canonum extra
78 de conſti.Hinc eſt ꝙ dicunt Moderni in d.l.ſi.in 1.col.ꝙ†ſtatutum diſponens ꝙ bannitus poſſit impune interfici non extendit vires ſuas extra territorium,& ideo interficiens extra territorium puuitur pœna,l.Cor.de ſica & allegant imo.in Cle.paſtoralis extra de re.iud. Et in quibus caſibus ſtatutum ſe extendat extra territorium vide Bart.in l.cunctos populos, 11.col. C.de ſumma Trini.& fide cathol.& ad hoc facit ſingularis doctrina Bar.in l.ſepulchri.ff.de ſepul.vio. vbi poteſt delinquens tam per iudicem loci delicti,quam iudicem originis condemnari,quem refert & ſequitur Ang.in d.glo.hæc eſt quædam inquiſitio,vl.colum.

Sed iſta regula limitatur ſi habens ſaluum cõductum fuit contumax. & non ſtetit in iudicio coram iudice originis ne-
79 que eius mandatis paruit. Nam tunc tamquam †contumax non poteſt coram iudice loci delicti opponere exceptionem litis pendentiæ in foro originis, & ſibi propterea ſaluus conductus non ſuffragatur,vt in ſimilibus terminis declarat Bar. in d.l.ſepulchri,verſic.3.eſt videndum & in d.l.cunctos populos penu.col.

Si uero habens ſaluum conductum ſtetit in iudicio fori originis,& iudicis mandatis paruit.poteſt exceptione litis pendentiæ vti, & ſecuritas ſibi ſuffragatur. Cum non debeat cõ
80 tra eundem ſæpius de eodem †delicto quæri, ut in l. ſenatus, ff.de accuſ.imo iudex originis poſſet aſſecuratum repetere cũ prẽuenerit in cognoſcendo ſecundum Barto. in dicta, l. ſepulchri & Bald. & Doctor. in l. prima, C. ubi de crim.agi. oportet, & late per Alexand. in dicta l.ſepulchri in prima Apoſti.

Neque obſtat quod ſecuritas effectus ſuos extra territorium non extendat. Quoniam hoc non fit ratione. ſecuritatis ſed propter litis pendentiam, & præuentionem in cognoſcendo, ut declarant præfati Docto.in locis ſupra allegatis.

Neque obmittendum eſt quod ſecuritas de qua loquimur non ſolum expreſſo conſenſu principis uel iudicis ſed quandoque tacite conceditur. Nam ſi bannitus fuerit per princi-
81 pem in ciuitate toleratus uidetur per illam †tolerantiam tacite rebannitus & affidatus.Itaque impune offendi uel mo

Digitized by Google

leſtari non poteſt, ſecundum Saly. in l. nullus, C. de iud. & Ioā. de Anan. in capitu, ſicut extra eodem tit, vbi dicit hoc eſſe ſingulare dictum, & quod ita fuit Bononiæ ſeruatum. Quod refert & ſequitur Fely. in d cap. & Alexan. in conſi. 249. 2. volu. 81 colum. fin. Et ratio eſt, quia plerunque † actus taciti operantur diſpenſationem ſecundum Barto & Angel. in l. quidam conſulebant, ff. de re. iudica. & Fely. in dicto capitu, ſicut, 2, colum. Et iſtud dictum quomodo & in quibus caſibus procedat vide Felyn. in capitu. 1. 7. & 8. colum. extra de treug. & pace, & adde Phyl. Dec. conſil. 328. vlt, colum. vbi tenet toleratum non poſſe impune interfici; ſed ſi fuerit interfectus quod occiſores tenentur mitiori pœna quam de occiſo, & allegat notat. per Alexand. in l. huiuſmodi, §. ſi ita, ff. de lega. 1. & vide omnino Hyppo. de Marſil. in practica in §. aggredior numero. 28. cum quinque numeris ſequentibus vbi multa ad propoſitum accumulat.

Sed hoc limita & intellige in priuato, qui non poteſt bannitum propter tolerantiam principis impune offendere, ſecus eſt in iudice cui permittitur bannitum, & quemlibet delinquentem capere, & punire, vt notatur in l. ſi diutino, ff. de pœnis.

83 Quoniam † delictum ſemper eſt punibile niſi ſpacio. viginti annorum fuerit præſcriptum, vt in l. querela & ibi Angel. & Bald. C. de falſ. vnde dicit Matth. de Affiict. in tractatu ſuarum quæſtionum, quæſt. prima, quod cum in regno fuiſſet captus quidam homicida q̃ per aliquos annos fuerat toleratus fuit per omnes Docto, concluſum, quod poterat puniri, ſed non pœna legis Corneliæ de ſicarijs ſed mitiori, per text. in dicta, l. ſi diutino. Et ſi ad ſaturitatem videre deſideras quomodo in delictis tempus det ſecuritatem, & plerunque impunitatem. Vide Franc. de Balb. in tracta. de præſcriptio. in 4. parte 4. partis principalis, vbi ſingulariter multis modis ampliatur, & limitatur regula, dicta l. querela, C. de falſ. ſunt & alij caſus per quos bannitis, & delinquentibus tacite datur ſecuritas de qui bus per Syl. in dicto capitu. quæ in eccleſiarum, tertia colum. & per Ludoui. Roma. in dicta, l. poſſideri, §. ſi ſeruus vl. columna, ff. de acquirend. poſſeſſio. & per Barto. in l. tertia, §. transfugas, ff. ad legem Cornliam de ſicar. Quos poteris per te ipſum videre.

Et nota ex iſta tolerantia vnum mirabilem effectum, quod iudex bannitum quem non poteſt ſine cauſæ cognitione per expreſſum conſenſum affidare, vt ſupra dictum eſt, tamen tacite per illa patientiam ſine cauſa affidat. Et videmus in ſimi 84 li quod licet † iuramentum calumniæ expreſſe nõ poſſit remitti, tacite tamen poteſt illi renunciari ſecundum Bar. & Doct. in l. 2. §. quia veremur. C. de iur. calum.

SVMMARIVM.

1 *Securitàs quibus caſibus ſeruari debeat.* †
2 *Fidem fallere eſt graue.*
3 *Dolus bonus eſt decipere hoſtes.*
4 *Tuti qui non ſint in eccleſiis.*
5 *Authoritas ſuperioris ſemper cenſetur excepta.* †
6 *Decipi nemo ſub fide publica debet.*
7 *Principis honori conducit ſaluos conductus ſeruari.*
8 *Affidatio cum cauſæ cognitione quid importet.*
9 *Socius criminis reuelans criminoſos conſequitur præminm ex delatione ſi proclama factum fuerit.*
10 *Conditio tacita quæ ſemper in ſaluo conductu intelligitur.*
11 *Fides non eſt ſeruanda non ſeruanti, & quando.*
12 *Pax non dicitur rumpi propter nouam cauſam.*
13 *Scandali euitandi gratia multa conceduntur quæ alias non concederentur.*
14 *Iudex an debeat reſcriptum principis ſtatim exequi.*
15 *Vtilitas publica cenſetur ſemper in quolibet priuilegio reſeruata.*
16 *Saluo conductu non obſtante quando quis poſſit puniri.*
17 *Saluus conductis conceſſus ſine legis authoritate non eſt ſeruandus.*
18 *Iudex affidatum quando punire poſſit.*
19 *Reus ſpe veniæ confeſſus an debeat puniri.*
20 *Simulatio per quam veritas reperitur bona eſt.*
21 *Confeſſio extorta a reo ſub promiſſione impunitatis an obliget confitentem.*
22 *Veritas vt habeatur, non curatur de modo.*
23 *Iudex quid pro veritate eruenda facere poſſit.*
24 *Perſuaſiones ſunt magnæ efficaciæ.* †
25 *Confeſſio erronea ſemper reuocabilis eſt.*
26 *Malitia, malitia repellitur, & quomodo.*
27 *Permißum quod reperitur non ſemper honeſtum eſt.*
28 *Mendacium in omni caſu eſt prohibitum de iure diuino.*
29 *Securitas data non ſubdito an ſit ſeruanda.* †
30 *Pactum nudum an pariat actionem.*
31 *Pax nudo pacto facta ſeruari debet.*
32 *Securitas per priuatum latronito dato, an ſeruanda ſit.*
33 *Promiſſio de non offendendo tacite continet conditionem, ſi lex non permittat contrarium.*
34 *Pater vel*
Dominus promittens filium vel ſeruum non verberare tenetur ſeruare promißa.
35 *Ius priuatum per priuatum remitti poteſt.*
36 *Priuati renunciare non poßunt iuri ob publicam vtilitatem introducto.*
37 *Bannum qualiter extendatur &.*
Bannitorum ſpecies duæ referuntur.
38 *Fides hoſti per priuatum præſtita an ſeruanda ſit.*
39 *Citatus ad locum non tutum, an per oblationem ſalui conductus cogatur comparere in loco.*

†

CECVNDA PARS.

Voniam in prima parte viſum eſt. per quas perſonas & quibus ſecuritas dari poſſit. Sequitur vt videamus in quibus caſibus ſecuritas data debeat ſeruari. Et primo videtur dicendum quod iudex dans ſalvum conductum delinquenti teneatur illum ſeruare nec poſſit illo pendente contra fidem datam aliquid 2 innouare cum graue ſit † fidem fallere, vt in l. prima, ff. de conſtitu. pecun. & in l. 1. ff. depoſi. Et nihil eſt tam congruum humanę fidei q̃ pacta ſeruare, l. 1. ff. de pact. & l. iuriſgentium, §. p̃tor ait eo. tit. ſed aduertendum eſt q̃ in hoc paſſu fuerunt opiniones. Nam glo. in d. §. neque autem homicidis in Authẽ. de mand. prin. & ibi Iac. de Bel. in 2. col. tenuit fidem homicidis non eſſe dandam, & datam non eſſe ſeruandam, & illam glo. ſequutus fuit Guil. de Cun. & Cy. in l. præſenti, C. de his qui ad eccle. confug. per tex. in d. l. 1. §. non fuit, ff. de dolo. vbi probat 3 bonum eſſe † dolum decipere hoſtes, & in conſequentiã bannitos qui ſunt hoſtes ciuitatis, vt in l. vnica, C. de his qui ſe defen. & late per Bar. in d. quæſtione incipiẽ. Lucanę ciuitatis ſed nonnulli quos refert Bald. in dicto, §. non fuit. tali diſtinctione vtebantur.

4 Aut aſſecuratus per iudicem eſt talis † qui poſſet inuitus extrahi de eccleſia, vt de iure ciuili ſunt homicidæ, adulteri, & virginum raptores, vt in dicto, §. neque autem homicidis. & de iure canonico ſunt publici latrones, & depopulatores agrorũ vt in cap. inter alia extra de immun. eccleſia. iuncta gl. in verſi. publicus &c. & tunc iudex non tenetur fidem datam ſeruare, ſed poterit illa non obſtante aſſecuratum debitis pœnis ferire vt in l. prima, C. quando lic. vni. ſin. iu. Aliqui vero quos refert Alb. de Roſ. in dicto, §. non fuit. 2. colum. dicebant talem cautelam eſſe adhibendam, q̃ iudex ſeruet delinquentibus ſecuritatem datam. ſed ſuperior illos capi & puniri faciat. Quoniã 5 in qualibet cõceſſione poteſtas & † authoritas ſuperioris ſemper intelligitur excepta, l. fin. ff. ad muni. & in l. ſi. & ibi notat. ff. qui ſatiſd. cogan. ſed Olo. in dicta quæſtione incipiente poteſtas Paduæ, & Pet. in d. l. præſenti, vt refert Bart. in dicto, §. neq; autem homicidis. 2. colum. indiſtincte tenuerunt ſecuritatem eſſe ſeruandam quia quantuncunque quis ſit reprobus & q̃ 6 uerſus non debet ſub fide publica † decipi, vt in l. fin. ff. de lega. Bald. vero in dicto, §. non fuit & in ſuo peculio in verſ. banni tus, §. 2. & imo poſt Moder. in d. Lis qui reus, ff. de publ. iud. aliter diſtinguendo dixerunt. Aut iudex cum cauſæ cognitione dedit ſaluum conductum, & tunc tenetur illum ſeruare, d. l. conuentionum, ff. de pac. Aut ſine cauſæ cognitione, & tunc ſecuritas ſeruari non debet, & ita intelligunt text. in dicto, §. neque autem homicidis. Sed pro concordia dicendum eſt q̃ pendente ſecuritate a lege, vel a principe hoſtibus vel criminoſis conceſſa nihil debet penitus inuocari, vt in dicta, l. fina ff. de legatio & in d. l. relegati, ff. de pœn. & no. gloſſ. in dicta, l. 1. §. non fuit, ff. de dolo. vnde dicit Bald. in conſil. 446. in tertio, 7 volu. quod multum conducit honori & dignitati † principis, quod eius ſaluus conductus ſeruetur. cum non deceat aliquẽ decipi ſub fide principis, vt in l. 1. C. de his qui ven. ætatis imp.

Si vero ſecuritas conceditur ab inferiore, & tunc aut datur ſubdito, aut non ſubdito. Primo caſu ſi datur ſecuritas in caſibus a lege permiſſis debet quibuſcunque criminoſis etiam rebellibus tam in territorio quam extra territorium concedentis ſeruari ſecundum Ang. qui in ſpecie loquitur de ſaluo conductu in conſi. 363. incipien. magnifici Domini. & declarat Vital. in dicta clauſ. nil. no. ſecu. pen. in quinta, colum. & Bald. in l. illicitas, §. ne potentiores & ibi Albe. de Roſa. ff. de offi. præſi. quos refert & ſequitur Iaſo. in dicta, l. connentionum, 2, col. ff. de pac.

Neque poterit ſuperiorem ſecundum opinionem quorundam contra ſecuritatem a ſuis officialib. & cum legis authoritate datam directe vel indirecte venire.

Quo-

Digitized by Google

Quoniam cum fuerit delinquens cum cauſæ cognitione affi
8 datus†proinde eſt,ac ſi ipſe ſuperior affidaſſet argu.l.ſi vero,ff. his q deie.vel effud.& l.1.omnia, C.de vet.iu.cennl.& tenuit Alb.de Roſ.in d.§.non fuit. Quoniam qui habet legitime ſecuritatem a iudice a lege aſſecuratus eſſe intelligitur ſecundū Bar.in l.3.§.tranſugas,ff.ad leg. Cor.de ſica.Et per hoc decidi-tur illa quæſtio quam poſuit Raph.Ful.in l.fin.§.ſed quia quidem,C.de iur.delib.Quod ſi fuit factū proclama promittens premium reuelanti certos latrones,& impunitatem ſocio cri
9 minis ſi ſe & ſocios deferat,quod ſi vnus ex latronib.†ſocios indicauerit conſequitur liberationum cum proclama fuerit factum cum legis auctoritate,vt in d.l.omnes,§.fin.ff.de re mi li.& in l.quiſquis,C.ad l.Iui.maieſt.vbi reuelanti coniuratio-nem vel tranſugas & latrones pœna remittitur.

Sed quid dicendum ſi plures latrones comparuerint an om nibus ſit parcendum?Iaſ.in d.l.conuentionum. 2.col.tenet ꝙ primus tantum conſequitur impunitatem,& ꝙ alij debeant puniri per tex.in d.l.boues,hoc ſermone,ff.de ver.oblig. & po nit exemplum pepluribus accipiētibus vexillum. Tu vero ad de Ant.Cor.in trac.de Brauio.in 1.col.Sed aduerte ꝙ Hyppo. de Marſ.in ſuo ſiug.numero 176.inaduertenter(vt arbitror)te nuit contrarium,ꝙ iudex in caſu præmiſſo non tenetur delin quenti impunitatem in proclamate promiſſam obſeruare,& allegat Ioan.And.in additio.ad Specu.in rub.de fur. vbi dicit, quod ſi ego promiſi vni ex furibus nihil ab eo petere ſi furtū nihil indicauerit,quod oſtenſo furto nihilominus poſſum ipſum moleſtare,cum malitijs hominum ſit etiam cum malitijs obuiandum:ſed parcat mihi tantus vir male loquitur. Cū in terminis noſtræ quæſtionis proclama fiat a perſona publica,& pro vtilitate reipublicæ, vt delicta non ſint in occulto nimirum ſi debet ſeruari.

Sed Ioan.Andr. loquitur in priuato qui non tenetur fidem delinquenti datam ſeruare. vt inferius dicemus.& ſi de recenti vidiſſet Iaſo.in d. l. conuentionum aliter de proclamate dixiſſet. Et an ſecuritas promiſſa reuelantibus malefactores cō prehendat ſocios criminis ſi ſocios indicauerint vide Bart.in l.3.§.ſi tibi,ff.de cond.ob torp.cauſ. Et propterea debet dici ſe curitatem cum legis auctoritate datam eſſe omnino ſeruan dam.

Sed hoc limitatur & intelligitur niſi delinquens pendente ſaluo conductu aliquid inouauerit. Quoniam ſi affidatus de nouo deliquerit poterit per iudicem impune etiam de primo delicto puniri,& ſi eſſet bannitus a quolibet priuato offendi.
10 Quoniam in ſaluo conductu ſemper intelligitur tacita† conditio niſi aſſecuratus aſſecurātem offenderit vel alias cauſam offenſionis præbuerit,vt in l.quæro,§.inter locatorem, ff.loc. & in l.quidam cum filium,ff.de verbo. obliga. & Bald. in l.3. in princ.C.de nau.fęn. & Ale.in conſi.99.in 4.volu. & in l.ſemel mora,ff.ſolu. mat.ſed ſi bannitus habens ſaluum conductum propter nouum delictum rempublicam offenderit non debet fides ſeruari.Et ſecuritas data cenſetur expiraſſe, vt per multas rationes concludit.Ludo.Roma.in l.poſſideri, §. ſi ſer uus. 3.col.ff.de acqui.poſſeſ quem de verbo ad verbum refert Vital.in dic.clauſ. nil no. ſe. pen. Et propterea caueant delinquentes qui habent ſaluum conductum etiam cum authori tate legis non illo pendente delinquant,quoniam pro quolibet delicto poſſet eis impune ſecuritas data non ſeruari. cum
11 †fides non ſit ſeruanda non ſeruanti,l.cum proponas. la 2. C. de pa.& eſt gl.not.in c.noli.37.q.1. vnde notabiliter dicit Mar ti.Lauden.in tra.de Bello, q. 28.quod ſi dominus loci dederit ſecuritatem & liberum ſaluum conductum militibus, vt trā ſeant per territorium ſuum tenetur illum obſeruare niſi mili tes tranſeuntes inferant damna & iniurias ſubditis ſuis. Quoniam tunc etiam pendente ſecuritate poterunt illi milites im pune interfici ſecundum Angel.in l.qui ſella.in prin.ff. de ſer. ruſt.prædio.

Sed Phyl.Dec.in c.conſtitutus extra de appella.in 2.colum. verſicu.ex quibus ten et contra Ludo.Roma.aſſerens per ſeeū dum delictum ſecuritatem primo conceſſam non expirare.& ita dicit fuiſſe conſultum per Anto.de Roſ.& alios Doct. Flo. quia regula quæ eſt quod frangenti fidem impune fides frangatur.intelligitur circa eundem actum.& reſpectu eiuſdem di ſpoſitionis.ſecus ſi circa diuerſa.ſecundum Alexan.& Mod.in dic.l.cum proponas,C.de pac.ſed tu teneas opinionem Ludo ui.Roma.tanquam de iure veriorem.

Quoniam nulli dubium eſt, quod per delictum commiſſum facta eſt iniuria reipublicæ,vt declarat Are. in dicto trac. de malef.in gl.in ver.hæc eſt quædam inquiſitio.circa fin.& iu dex concedendo ſaluum conductum videtur ſuſpendere vel remittere iniuriam ſibi factam & cum delinquente pacem fa cere.

Et ſi per nouum delictum iterum reſpublica offendatur vi detur pax expiraſſe ſecundum Moder.in d.l.cum proponas & Phyl.Dec.in d.c.conſtitutus in fine, & offendens propter no-
12 uam cauſam non dicitur rumpere†pacem ſecundum Bart.in l. aut facta.§.cauſa,ff.de pen.& in l.quæro, §.inter locatorem, ff.loc.& ſic apparet quod fides eſt circa idem & non circa diuerſa & iſtam opinionem Ludo.Rom.contra Phy.Dec.tenet Nel.in dicto tractatu de bannis in ſecunda,part.ſecunda tem po.quæſtion.16.& Phyl.Corn.in conſil. 75. in primo volumi. ſecunda colum.

Secundo limitatur niſi propter ſaluum cōductum magnū ſcandalum in ciuitate oriretur, quia tunc ſaluus conductus ſeruari non debet ſecundum Par.de Pu.in dic.tracta §.ſed pro pter ſcandalum.& allegat dictum Specula.in titu.de inquiſit.
13 §.quando autem verſicu.vtrum autem,vbi propter†ſcandalū vitandum multa fieri poſſunt contra regulas iuriſ. quæ alias fieri non poſſent,& dicit Abba.in dicto capitu. quæ in eccleſiarum,quod non eſt principi parendum ſi futurum ſcanda-lum timeatur,& facit tex.ſingularis in capitu.fin. de hæret. in 6.quod propter ſcandalum vitandum parti non ſunt danda nomina teſtium,licet alias ne tollatur defenſio dari debeant, vt in capitu.qualiter & quando. el ſecundo extra de accuſat. & ad hoc dicit eſſe ſingularem illum tex.Abb.in capit.cum I. extra de re iudica.ſed ego non crederem concluſionem Par. de Put.ita indiſtincte eſſe veram.

Si enim bannitus per principem vel iudicem cum cauſæ co gnitione aſſecuratur,& dubitatur ne propter potentiam ho-minis & partialitatem ſtatus ciuitatis ſubuertatur. arbitrarer vnicuique licere aſſecuratum capere,detinere,vel alias ipſum a ciuitate expellere,donec princeps vel iudex conſulatur,arg. d.cap.ſi quando extra da reſcrip.& in l.nemo,C.de ſent.& In-terlo.iud.vbi quando princeps aliquid reſcribit quod non eſt
14 rationabile†iudex non debet reſcriptum exequi, ſed principi reſcribere,quare iuſſionem ſuam nō adimpleuerit: quia mul toties princeps propter importunitatem petētium multa præ terſuam voluntatem non concedenda concedit, vt in l. 1.C. de pet.bon.ſubl.& in cap.cum iuuentute.extra de purg.cano. Et ſemper in quolibet priuilegio & qualibet cōceſſione intel-
15 ligitur publica†vtilitas excepta,vt in l.iubemus el 1.& ibi no. Bal.C.de ſacroſ.eccleſi.& in l.ſi quis in graui,§.hi quoque, ff. ad Sylla.& declarat And.Sicu.in cap.non epiſtolę.de prob it. colum.8.ſed propter ſcandalum futurum non poterit talis bā nitus aſſecuratus interfici vel vulnerari ne ſub illa fide publi-ca decipiatur ſecundum Barto. & Docto. in l. 1.ff.ad leg.Iul. maieſta. & re integra debemus iuſſionem principis expectare argum.l.ſi vendicari.C.de pęn.& notant Doc.in dicto, capi.ſi quando de reſcript.

Tertio limitatur ſi delinquens bis fuerit a ciuitate pro duo-bus delictis capitalibus bannitus. Quoniam licet habeat de
16 vno†ſaluum conductum. Nihilominus poteſt de ambobus puniri,vt declarat Barto.in d.l.de pupillo,§.ſi in pluribus,ff.de nou.oper.nunc.in fine. Sed Ang.Ludo.Roman. & Raphae. Fulgo.in dicto,§.ſi in pluribus tenuerunt ſecuritatem eſſe ſeruandam,ne bannitus ſub fide prætoris decipiatur,argu.l.1.C. de his qui ven.ętat.impet. & quemadmodum Banna ſeparatim fieri poſſunt,pari ratione ſeparatim debent poſſe tolli.ar gum.l.pro vt quiſque,ff.de ſolu.Sed ſententia Bar. eſt verior, & communior ſecundum Ale.& Mod.in dicto,§.ſi in plurib. quia licet per ſaluum conductum tollatur,vel ſuſpendatur pri mum bandum,nihilominus remanet ex ſecundo delicto ban nitus,& ſic hoſtis ciuitatis & propterea non eſt capax alicuius beneficij,vt in l.amiſſione,§.qui deficiunt,ff.de cap.dimin.Sed verum eſt vt dicit Bar.in dicto, §.ſi in pluribus.quod ſi bannitus obtinuerit poſtea ſaluum conductum pro ſecūdo delicto, quod primus conualidabitur cum amplius non poſſit dici ho ſtis ciuitatis.

Sinautem iudex ſine legis authoritate,& cauſę cognitione ſecuritatem præſtiterit,non tenetur illam ſeruare, ſed poterit delinquentem affidatum punire ſecundum diſtinctionem q̄ facit Iacob.de Bel.in dicto,§.neque autem homicidis Bald. in dicta l.prima,§.non fuit,ff.de dolo.imo.& Docto. in dicta, l.is qui reus,ff.de pub.iud.Are.in §.præterea el 1.Inſti.de act.7.co lum.& late per Paris de Puteo in dicto.tracta.uerſi.ſaluus con ductus.

17 Et in tantum ſaluus†conductus ſine legis authoritate con-ceſſus non debet ſeruari,quod ſi iudex iurauerit aſſecuratum non moleſtare,non ligatur iuramento, vt notabiliter inquit Bald.in cap.1.§.Item ſacramenta.vlt.colum.de pac.iur.firmā. quem refert Iaſ.in d.l.cōuentionum.2.col.& And.de Caze. in addi.ad Syl.in d.c.accedens el 2.extra ut li.non cont Et poteſt eſſe ratio,quia cum lex nō aſſiſtat illi ſecuritati dicitur eſſe bo nus dolus quo delinquentes decipiuntur,ut delicta puniātur, d.l.prima,§.non fuit. Vnde dicit Cyn.in dicta,l.prędenti,C.de his qui ad eccleſiam confug.& Iacob.de Bel.in dicto,§.neque
18 autem homicidis in fine,quod bene facit†iudex qui affidauit bannitum illum poſtea capite puniuit. Cum malitijs homi-num liceat etiam cū malitijs & fraudibus obuiare vt no. in c.

Digitized by Google

ſedes apoſtolica extra de reſcrip. & in l. fundo, ff. de rei vendi. & late per Hippo. de Mar. in dicto ſingul. num. clxxvij. in principio, & ita debet intelligi tex. in dicto §. neque autem homicidis, in Auten. de mand. princ.

Et iſta faciunt ad illam quęſtionem q̃ quotidie occurrit in practica, conſueuit iudex cum videt reum negantem promittere impunitatem vt confiteatur delictum, dubitatur an reo
19 confeſſio debeat impunitas promiſſa ſeruari, Arch. & Dom. in c. nos in quemque 2. q. 1. tenuerunt impunitatem non eſſe ſeruandam cum liceat iudici cauſa veritatis indagãdæ, aliquid ſimulare, vt in c. affert, extra de præſump. vnde dicit idẽ Archi. in c. vtilem, 2. 2. q. 2. quod Alexander papa tertius, cum proceſſiſſet contra quendam epiſcopum ſimoniacum promiſit in ſecreto ſi publice confitebatur, ꝙ eum ſuper dicto crimine diſpenſaret, & ꝙ ſtatĩ ille epiſcopus fuit confeſſus de lictum coram cardinalibus & papa Alexander depoſuit eum & iſtud dictum Archi. refert & ſequitur Fel. in d. cap. affert in princ. & in d. c. accedens. el 2. extra vt lit. non conteſt. & iſtam opinionem tenuit Imo. in d. l. is qui reus, in ſi. & Hipp. de mar. in d. ſing. clxxvij. Phi. de. in d. l. unica, C. de ſen. quæ pro eo, ꝙ
20 inter. in 4. colum. verſi. ſeptimo nota, vbi dicit bonam eſſe † ſimulationem per quam veritas reperitur, vt in c. ſi quãlibet culpa. 22. q. 2. vbi apparet deum ſimulaſſe dum voluit animũ Abraham cognoſcere, & inquit tex. in d. c. vtilem, 22. qõ. 2. ꝙ etiam viri iuſti quandoque ſimulare poſſunt, ſed tu vltra Phi. dec. Adde Par. de Put. in d. tract. car. clv. in ver. tortura in §. iudex non tenetur impunitatem promiſſam ſeruare, quod ſi iurauerit non ligatur iuramento cum ſit contra bonos mores præſtitum. cap. non obligatorium de regu. iur. in 6. cum malis promiſſis fidem non expediat obſeruari, & pacta contra publicam vtilitatem & ſacramenta deſuper præſtita non ſunt ſeruanda ſecundum Bartol. in l. ſi quis pro eo, ff. de fideiuſſ. & Doct. in capitulo primo, extra de pact. Sed aduertendum eſt quod contrarium aperte tenuit Imo. in conſilio cix. incipien.
21 viſa inquiſitione &c. † vbi confeſſio extorta per iudicem a reo ſub promiſſione impunitatis non obligat confitentem. Idem tenuit Par. de Puteo. in d. tracta. in §. ſequitur quotidiana quęſtio, vt refert Hippo. de Mar. in d. practica, §. poſtquam nume. 16. & in ſuo ſingulari nume. ccj. Et eſt ratio, quia reus videtur confiteri non pro veritate ſed dolo & perſuaſione iudicis & illa confeſſio tanquam erronea poteſt reuocari vt not. per Moder. in l. error, C. de iur. & facti ignor. ſed Hippo. de Mar. in d. ſingu. nume. ccj. incipien. inconfeſſum videtur ſentire, quod confeſſio ſub ſpe gratiæ facta ſi fuerit ratificata obliget confitentem ſed hoc ſalua reuerentia non eſt verum. Quoniam illa perſuaſione quia fuit inductus reus ad confitendum eadem potuit veriſimiliter induci ad ratificandum ſecundum Bar. & Doctor. in l. Stichus, §. idem quęſiuit per illum tex. ff. de condic. indeb. Verumtamen vt arbitror pro cõcordia iſtarum opinionum hoc modo eſt diſtinguendum. Aut apparet confeſſionem eſſe veram. Aut apparet confeſſionem eſſe falſam. Aut dubitatur. Primo caſu ſi reus ſub promiſſione impunitatis confiteatur delictum quod conſtat per teſtes vel per indicia indubitata commiſiſſe, & tunc quia reus nolebat aliter confiteri licuit iudici etiam ſub ſpe impunitatis ipſum decipere. iuxta notata in dicto capitulo, ſedes apoſtolica, extra de reſcrip. & licuit iudici pro habenda veritate gratiam ſimulare, vt in d. capitu. afferte extra de præſumptio. Nec tenetur iudex illam ſeruare cum ſine legis auctoritate impunitatem promiſerit, vt in l. ius publicum ff. de pac. & in l. iuriſgentium, §. paciſcar. eodem titulo. Quoniam in fortioribus terminis poteſt iudex bannito dare ſaluum conductum, & poſtea illo pendente ipſum decapitare ſecundum Cy. in d. l. præſenti. C. de his qui ad eccl. confug. & Iacob. de Bel. in dicto §. neque autem homicidis in fine. Et lex permittit aduerſus delinquentes dolos & fraudes inſtrui vt delicta puniantur, vt not. in d. l. j. §. non fuit, ff. de dolo, & non refert
22 quomodo habeatur veritas † dummodo inueniatur, vt in l. cum ſeruus, ff. de verborum obligatio. & in l. 2. C. de alimen. pupil. præſtan. Et non curamus de modo dummodo habeamus effectum, vt in l. fin. C. quæ ſub mo. & vide Hipp. de Mar. in dicta practica in §. ſecundo per totum, vbi multa ad propoſitum accumulat, & ad hoc facit manifeſta ratio. Quo-
23 niam ſi licet † iudici homines excoriare, excarnificare, & torquere pro eruenda veritate, vt in toto titu. de quæſt. quare nõ permittitur iudici promiſſionibus blanditijs & fallacijs veri-
24 tatem indagare? Nam perſuaſiones ſunt quandoque adeo efficaces quod compelluntur reum ad confitendum veritatem ſecundum Cy. in l. j. C. de rapt. virg. & no. in l. ſi quis ſeruo. C. de fur. multi enim vt mihi euenit in facto potius perſuaſionibus quam tormentis delicta confeſſi ſunt ar. l. j. §. perſuadere, ff. de ſer. corru. ſecundum Par. de Put. in dicto verſicul. tortura, §. nunc aduertendum eſt, & in dicto verſiculo, ſaluus conductus in fine, §. ſequitur quotidiana quæſtio, quem locũ corrupte allegauit Hipp. de Mar. in d. practica in §. poſtquam numero 16. & in d. ſingu. numero cci. cum ibi aperte ſentiat Par. de Put. contra Hippo. de Mar. confeſſionẽ ſub ſpe gratiæ extortam obligare confitentem.

Secundo caſu ſi reus ſub ſpe gratię confiteatur & conſtat delictum non eſſe verum vel alium deliquiſſe nulli dubium eſt, quod ex tali confeſſione reus non obligatur cum videatur potius ſub ſpe impunitatis quam pro veritate confeſſum fuiſſe, per ea quæ notan. in d. l. error. C. de iu. & fact. igno. & in capitu. ſane extra de renuncia. & dicit Bal. l. j. C. de err. cal.
25 quod confeſſio erronea licet miles ratificata poteſt reuocari vt in l. cum falſa. C. de iur. & fac. ig. Tertio caſu ſi dubitatur de veritate confeſſionis cum ex circunſtantiis, & indiciis non poſſit de veritate conſtare, & reus confeſſionem reuocauerit, dicendum eſt talem confeſſionem nõ obligare confitentem cum in dubio benignior pars ſit accipienda, vt in l. in pœnis, & l. abſentem, ff. de pœn. Et ita loquitur Imo. in dicto conſilio
26 109. Quoniam regula quæ dicit, quod licet cum malitijs † malitias repellere intelligitur quando conſtat de malitijs, ſecundum Moder. in d. c. ſedes apoſtolica extra de reſcript. & Bald. in dicto conſilio 415. in 5. volumi. ſecus ſi non conſtaret de malitijs, quia tunc non licet homines cum malitijs illaquea re, vt legitur & notatur in l. item ſi pretio, §. fina. ff. loca. & extra de renunc. in d. capitu. ſane. Ex his ergo habes veritatem iſtius concluſionis quam nouiſſimi fortaſſe non inuenerunt. Concluditur ergo quod ſaluus conductus datus ſine legis auctoritate non eſt ſeruandus ſed poterit illo nõ obſtante reus aſſecuratus puniri. Et propterea caueant homicidæ, & alij delinquentes qui per magiſtratus vrbis ſine cauſæ cognitione affidantur. Poſſent enim ſi iuſtitiæ & non fauoribus eſſet locus ad carceres trahi, & debitis ſupplicijs puniri. Et aduerte quod licet rigor iuris poſitiui iudici permittat bannitũ ſine legis auctoritate affidatum decipere, & ei fidem datam non ſeruare, tamen hoc iuri naturali non conuenit. Cum nephas ſit hominem homini inſidiari, l. vt vim. ff. de iu. & iur. & maieſtatem iudicantis non decet ſub fide publica hominem quam-
27 uis reprobum prodere, multa † enim in iure permittuntur quæ cum decentia & honeſtate fieri non poſſunt, l. ſemper in conuentionibus, ff. de rit. nupt. & in capitu. cum non deceat de elect. in 6. videmus enim quod licet contrahentibus inter ſe decipere, l. in cauſę cognitione, §. idem Iulianus, ff. de mino. Et tamen non decet honeſtum virum aliquem contrahendo circumuenire, ſecundum gloſſ. in l. ſemper, ff. de re iud. quam reputat ſingularem Bal in aucten. ad hęc, C. de vſu. & in capit. cauſam quæ de teſti. Et mendacium de iure diuino omni caſu eſt prohibitum ut in c. j. 22. q. 2. ſecundum Card. in clemen. j. de iur. iuran.

Si vero iudex extraneo & ſibi non ſubdito ſecuritatem dederit Iac. de Bel. in d. §. neque autem homicidis poſt longam diſtinctionem tenuit ſecuritatem eſſe ſeruandã d. l. j. ff. de conſti. pec. Quod fallit ſecundum ipſum ſi iſta fides non fuerit ſolemnis, quia tunc de æquitate tantum iuris canonici debet ſeruari, l. iuriſgentium, §. igitur. & §. quin immo, ff. de pact. & in capitulo j. extra eodem titulo. Et iſtam diſtinctionem Iacob. de Bel. ſecutus fuit Imo. in d. l. is qui reus in fine. & Areti. in dicto §. præterea, Inſti. de act. in ſeptima columna. Et aduerte quod Iacob. de Bel. intelligit ſecuritatem eſſe ſolemnem quando ſolemni ſtipulatione fuit vallata, ſecus ſi pacto nudo fuit promiſſa, vt declarat Imo. in d. l. is qui reus in fin. & pro-
29 pterea concluditur ſecundum præfatos Doctor. quod † ſecuritas data non ſubdito ſaltim de iure canonico ſemper eſt ſeruanda. Et eſt ratio quia cum iudex qui dat ſecuritatem non ſit iudex ſuus, & per ipſum puniri non poſſit, vt in l. r. C. ſi non a comp. iud. & in l. j. C. vbi de crim. agi opor. ceſſat ratio publicæ vtilitatis, vt delicta non remaneant impunita, d. l. ſi ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. ſed tu adde quod licet eſſemus in terris imperij, & inter laicos vbi ius canonicum non ſeruatur. Nihilominus ſi ſecuritas pacto nudo per iudicem non ſubdito concederetur deberet de æquitate iuriſgentium ſeruari.
30 Quia pactum nudum licet de iure ciuili non patiat actionẽ d. l. iuriſgentium, §. igitur & §. quin immo, tamen debet ſecundum præcepta iurisgentium ſeruari ſecundum Anto. de Butr. in d. capitu. quæ eccleſiarum, extra de conſti. quod dictum refert, & ſequitur Alexand. in l. Quintus in apoſtil. ad Bartol. ff. mand. & in lectura in d. l. iuriſgentium, §. ſed cum nulla in fine. Vnde dicit Barto. in d. l. Quintus, ꝙ verecundia eſt negare quod pacto nudo quis promiſit, quem refert Hippo. de Mar. in ſuo ſingul. numero cxlviij. Et ad hoc facit dictum Pau. de
31 Caſt. in l. j. ff. de pac. vbi † pax vel treuga facta pacto nudo debet ſeruari ac ſi fuiſſet ſolemni ſtipulatione vallata, ſed hoc limita & intellige dummodo ſecuritas non concedatur condemnato & iniuria alterius vt not. in d. l. ſecunda, §. merito, & §. ſi quis a principe, ff. ne quid in loc. publ. Quia tunc ſine cauſæ cognitione non poſſet iudex alienum ſubditum

Digitized by Google

ditum affidare. Nam si iudex Bononiæ decerneret repre-
salias contra Florētinos, non posset ipsos in præiudiciū illius
in cuius fauorem decretæ sunt represaliæ sine causę cognitio
ne affidare secūdum. Ang. in d.l. vtimur. ff. de sepul. viol. alias si
de suorum subditorum damno & iniuria non agatur, causæ
cognitio in tali concessione salui conductus non requiritur,
per rationes prędictas secundum Iac. de Bel. in d.§. neque aūt
homicidis. & immo. in d.l. is qui reus. Sed quid dicendum est
32 si per priuatum fuerit bannito vel delinquenti † securitas da
ta? Bar. in d. quæst. incipien. Lucanę ciuitatis, & in d.l. j. §. non
fuit. ff. de dolo. tenuit securitatem non esse seruandam. Sed
Iac. de bel. in d.§. neque autem homicidis tenuit tūc demum
fidem seruari non debere si priuatus ratione publicæ vtilita-
tis ob vindictam offendebat bannitum. Secus si ratione pri-
uatæ inimicitiæ, quia tunc ex illa promissione ligatur. Et opi-
nionem Iaco. de Bel. tenuit immo in d. Lis qui reus. vult. col.
Ang. in d.§ prętera. 7. colum. & quidam alij quos refert Bal.
in d.l. iurisgentium. §. paciscar. ff. de pact. & in l. j. C. quando lic.
vnic. sine iud. tenuerunt indistincte fidem esse seruādam. Sed
tu concordando istas opiniones latius dicas. Aut priuatus
dat securitatem priuato. quem nullo iure poterat offendere,
& tunc inuiolabiliter debet seruari, vt in l. illicitas, §. ne potē-
tiores, & ibi Bar. & Doct. ff. de off. pręs. & pro Fely. in c. 1. extra
de treug. & pac. Quod primo fallit si post securitatem affida-
tus propter delictum bāniatur. Ita ꝙ possit impune offendi.
quia tunc propter casum superueniētem securitas data expi-
rat. secundum Bar. in l. is qui seruum per illum tex. ff. de verb.
oblig. Bar. in l. quid ergo, ff. si hęres. ff. de leg. 1. Bal. & Ang. in d.
l. iurisgentium, §. paciscar. Et alij Doct. transeunt cum Bar. Et
33 ratio est quia † promissio de non offendendo habet in se ta-
citam conditionem nisi sequatur casus quo lex offensionem
permittat. vt declarat Bar. in d.l. qui seruum in finem. & Ias.
in d.l. conuentionum in j. col. x. secundo infertur, & c. Secūdo
fallit si assecuratus assecurantem offenderit. Quia tunc secu-
ritas ad tempus vel in perpetuum concessa expirat. secūdum
Moder. in d.c. 1. extra, de treug. & pac. & Phil. Dec. in d.c. cō-
stitutus in fine. extra. de appel. Et Phil. Cor. consil. 175. primo
vol. Aut priuatus promittit securitatem priuato quem iure
permittente poterat citra sæuitiam offendere. vt potest dns
seruum, & pater filium, & similes personæ, vt no. in l. 1. C. de
emen. ser. & in l. 1. C. de emen. propinq. & in l. 2. ff. de his qui
34 sunt sui vel alien. iur. & tunc si pater † vel dominus filium vel
seruum promittat non verberare, suæ facultati præiudicat, &
securitatem datam tenetur adimplere. secundum Bar. in d q.
Lucan. ciuitatis ver. septimo quęro, per tex. in d.l. prędicti, §.
plane. iuncta gl. in verbo interuentione. C. de his qui ad eccl.
confug. & in §. si vero, in Authen. de mona. Et idem iuris esse
arbitror si priuatus illi securitatem promiserit quem ratione
priuatæ vindictæ & iusti doloris excusatione etiam cū fęuitia
offendere poterat, vt patet exemplum in d.l. quod ait & in l.
maritus, ff. de adul. & in l. Gracchus, C. eo. tit. Nam tunc tenet
priuatus fidem & securitatem promissam seruare, vt est tex.
in l. capite quinto, ff. eo. ti. ibi sed semel remissus adulter redu
ci non potest. Per quem tex. excellēs aduocatus do. Angelus
de cęsis consuluit in contingentia facti, ꝙ non licuit marito
adulterum infragranti crimine cum vxore repertum occide-
re cui ut exiret delecto sub quo propter metum latuerat secu
ritatem promiserat. Nam † ius ꝙ priuatam utilitatem cōcer-
nit potest per priuatum remittit, vt in d.l. iurisg. §. paciscar. ff.
de pact. & in l. licet in prin. ff. de procur. & declarat Bart. in d.
quæst. Lucanę ciuitatis 2. col. ver. Quinto probatur & ꝙ Mod.
in d.l. ius publicum, ff. de pact. Nam possum iniuriam mihi fa
ctam remittere, ut in §. si cū simil. Insti. de iniur. & regula quæ
est ꝙ licet cum malitijs hominum obuiare. d.c. sedes apostо-
lica extra de rescrip. habet locum vt iniuria propulsetur non
autem vt alteri inferatur, ut declarant Doc. in d.c. vtilem. 22.
q. 2. & per Moder. in d c. afferte, extra de pręsump. & facit tex.
in l. vt vim, ff. de iust. & iur. ibi vt vim atque iniuriam propul-
semus, & c.

Sin autem priuatus assecurauerit aliquem, quem de iure
communi ratione publicę vindictę offendere poterat, vt pa
tet exemplū. in l. 1. & in l fi. C. quando liceat vnicui. sine, & c.
& in c. 1. de homic. in vj. & in c. felicis de pęn. eo. lib. nō tenet
fidem datam seruare cum iuri propter publicam vtilitatem
35 introducto per † psiuatos renunciari non possit d. l ius publi
cum. ff de pac. & declarat Bal. in d.l. 1. C. quando licet vnicui-
que, & c. Quia est bonus dolus personas tales decipere, vt in
d.l. 1. §. non fuit. ff de dolo. Et idem iuris est si priuatus bannі-
tum promiserit non offendere, qui iure municipali impune
offendi poterat cum dicatur hostis ciuitatis, vt in d l. amissio
ne, § qui deficiunt, ff. de capit. diuin ut late disputat Bar. in
dicta quęst. Lucanæ ciuitatis, & Iacob. de Belui. in l. 1. vbi de
crim agi opor. Et priuatus potest talem bannitum impune
offendere, aut quod ad tempus, aut quod imperpetuum secu
ritatem promiserit secundum Philip. Corn. in cons. 175. in 1.
volum & per Moder. in d l conuentionum, & vide Firma. in
reper. in verbo occidens bannitum, in §. 7. Sed hoc limita &
intellige in territorio bannientis vbi bannitus saluo ꝙductu
nō obstāte pōt impune interfici, sed extra territoriū dēt secu-
ritatis seruari ſm Imo. in clem. pastora. ext. de re. iud. & Pet. de
Anchara. in repet. cap. 1. extra de constitu. Car. xviij. vtrsicu. 5.
principaliter, & Bald. in consi. lv. in 2. volumi. Quoniam ut su
37 perius dictum est † bannum effectus suos extra territorium
non extendit vt declarant Moder. in d. l. fina. ff. de iurisd. omni.
iud. & quod supradictum est procedit in bannito a iudice se-
cus in bannito ab imperatore, qui potest in qualibet mundi
parte impune offendi, vt declarat Ias. in d.l. de pupillo. §. pluri
bus, ff. de non. oper. nunc. vlt. col. Quoniam bannitus a iudice
perdit iura illius ciuitatus a qua fuit bannitus secundum Bar.
in d. quæst. Lucan. ciuitatis.

Sed bannitus ab imperatore perdit omnia iura ciuilia. secū
dum Barto. in l. certa forma pet illum text. C. de iure fis. libro
decimo.

Et his adde alias limitationes quas ponit Dyn. in ca. quæ in
ecclesiarum. 3. colum.

Quas hic non refero cum tangant potius materiam ban-
nitorum quam securitatis. Et quod dictum est de bannito
idem de hoste dicendum est secundum Barto. in d. l. conuen-
tionum. nam † fides data hosti a priuato seruanda non est,
38 vt in d.l. 1. §. non fuit, ff. de dolo iūcta glo. & in l. nam & seruus
in princ. ff. de nego. gest. etiam si fidem seruare priuatus iura-
set secundum Bald. in d. capi. j. §. Item sacramenta de pact. iur.
firm. dicit Raph. Ful. in d.l. conuentionum vt ibi referunt Mo
der. quod cum quidam medicus fuisset captus a quodam mi-
lite, & promisisset pro tallia ducatos mille. fuit iudicatum me
dicum ex illa promissione non obligari cum hosti fides a pri
uato seruando non sit secundum doctrinam, Barto. in d.l. con
uentionum.

Neque est præferendum quod saluus cōductus in casibus
39 inquibus potest dari si iudex † citauerit aliquem ad locum
non tamen offerens dare saluum conductum non est tanti
effectus quod cogat citatum cōparere, vt in cap. accedens, el
2. extra. vt lit. non conte. & in cap. transmissa, & in cap. literas,
extra de resti. spolia. Parua enim & fragilis est securitas quæ in
paruo papiro aut membranis continetur. Et saluus cōductus
non sufficit ubi est iustus metus personæ, vt declarant Maria.
Soc. in dicto articulo. 18. quæstio. v. in fine, in tract. de citat. &
Alexan. in l. apud Iulianum, §. non omnis. ff. ad Trebe. & Imo.
in d. clemen. pastoralis, ext. de re iud.

Sed hoc primo fallit. nisi quis citaretur ratione delicti com
missi. Quia cum sua culpa factus fuerit locus non tutus etiam
sine securitate comparere tenetur alias contumax reputatur,
secundum Bald. in l. omnis, vlt. colum. C. de episcop. & cleric.
& Dyn. in dicto capi. accedens, 3. colum. versicu. secundo ad-
uerte. Secundo fallit si fuit citatus bannitus ad locum de quo
exultauit non ratione delicti, sed alterius causa. Nam tunc
cum literis salui conductus tenetur comparere, ut late dispu-
tat Nellus, in d. tracta. de bann. in prima parte princ. tempo. q.
3. Et Aug. in d. tracta. quæstione Bononiensis, versicu. super v.
& Mar. Soc. in d. trac. de citat. artic. 18. quæstio. v. & articu. v. q.
26. Sed hoc est verum duobus concurrentibus. primo nisi fue
rit bannitus propter odia & simultates, nam tunc etiam cum
literis salui conductus non tenetur compatere, & capitali ini
mico se committere. secūdum Imo. & Doct. in clemen. pasto
ralis. de quibus meminit And. de Monzi. in add. ad Fely. in d.c.
acccedens, in 4. col.

Quoniam quando bannitus citatur propter aliam causam
quam propter delictum debet taliter assecurari, quod sit per
saluum conductum sibi & causam suam bene consultum. a-
lias non tenetur comparere. vt declarat Ange. in d. quæst. Bo-
nonien sis, versicu. super quinto, in fine de quo dicto meminit
Mar. Soc. in d. articu. 18. q. v.

Neque obuiat quod sua culpa fact⁹ sit locus suspectus. quia
non citatur ratione illius culpę, sed alterius causę, argumen. l.
si vehēde, §. idem, ff. ad l. Rod. de iact. & ita respondit Mar. So-
ci. in d. q. v.

Secundo requiritur, quod tales literę salui conductus con-
suenerint seruari a iudice, & ab eius subditis alias non tenetur
comparere. secūdum Immo. in d.l. penu. §. ad crimen. versicu.
tertio casu, ff. de pub. iud. quem sequitur Fel. in d. cap. accedēs,
3. colum. versi. quinta conclusio. & idem dicas de quolibet ci-
tato cui differunt literæ salui conductus, vt declarat Maria. So
ci. in dicto articu. 18. quæst. v. & Fely. in d.c. accedens, vbi per x.
conclusiones examinat materiam, quas hic non repeto cum
non sit materia, sed per te poteris videre.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus non extenditur ad delicta futura.*
2 *Dolus futurus per pactum remitti non potest.*

3 *Lex*

Digitized by Google

3 *Lex ſemper loquitur.*
4 *Saluus conductus cum damno alterius non debet concedi.*
5 *Saluus conductus extenditur ad delicta expreſſa non ad alia non expreſſa.*
6 *Bannitus obtinens gratiam ſurreptitiam poteſt interfici impune.*
7 *Actus geminatus idem operatur quod motus proprius in reſcripto.*
8 *Clauſulæ pingues & generales in ſaluoconductu proſunt.*
9 *Merita impetrantis ſaluum conductum faciant preſumere motum proprium.*
10 *Saluus conductus generalis ad quę extendatur.*
11 *Statutum loquens de carceratis relaxandis non extenditur ad carceratos pro crimine falſi.*
12 *Generalitas ſemper reſtringitur vt ualde odioſa excludat.*
13 *Statuta ſtricti iuris ſunt & ſtricte interpretãtur.*
14 *Princeps an cenſeatur ex certa ſcientia reſcribere.*
15 *Falſi crimen quando apparet ex certa ſcientia remiſſum, tunc reſcripto remitti cenſetur.*
16 *Beneficium principis debet nos iuuare non decipere, nec ius tertii lędere.*
17 *Saluiconductus. quam interpretationem recipiant.*
18 *Clauſula generalis in ſaluocõductu ad quæ referatur.*
19 *Clauſula apponi ſolita in gratiis cuius ſit uitutis.*
20 *Conceſſio ad petitionem accommodatur.*
21 *Reſcriptum continens repugnantiam dicitur nullum.*
22 *Clauſula ſi ita eſt, ſemper in reſcripto ſubintelligitur.*
23 *Orator mendax debet carere impetratis.*
24 *Reſcripti dubium a principe reſoluendum eſt.*
25 *Statutum dãs ſecuritatem ob cauſam neceſſeriam comprehendit omnia delicta atrocia.*
26 *Securitas data in veniendo cenſetur etiam data in ſtando.*
27 *Securitas data pro ſe & ſocijs comprębendit etiam iudęum.*
28 *Saluus conductus nobili concuſſus, an etiam ad eius familiam extendatur.*
29 *Priuilegium conceſſum perſonę ad familiam eius extenditur.*
30 *Saluus conductus an ad confœderatos extendatur ſeu adhærentes.*
31 *Securitas debet prodeſſe reſpectu concedentis vbique.*
32 *Saluus conductus quos non comprehendat.*
33 *Securitas excludit ſocium maioris conditionis.*
34 *Securitas eundi & redeundi qualiter intelligenda.*
35 *Verba totiens quotiens quid ſignificent.*
36 *Infinitas an ſit vitanda.*
37 *Socius in ſaluo conductu quis dicatur.*

TERTIA PARS.

1 NEceſſario ſequitur modo Videre de interpretatione ſalui conductus. Et primo ſciendum eſt quod † ſaluus conductus non extenditur ad delicta futura. Nam Bannitus habens ſecuritatẽ poteſt de delictis poſt ſecuritatẽ commiſſis puniri. ſecũdũ, gl. in cap noli extimari.23.q.1.Immo princeps pro delictis futuris ſaluum conductum dare non poteſt, quia homines inuitarentur ad delinquẽdum contra tex.in l.conuenire,ff.de pac. dotal.ſecundum Iaſ.in d.l.reſcripta,2.colu.in fi. C.de prec.imper.offeren.

2 Et videmus in ſimili quod per pactum † dolus futurus remitti non poteſt.vt in l.ſi vnus, §. illud.& ibi Bart.ff.de pact.& hoc non ſolum habet locum in criminalibus verum etiam in ciuilibus. Nam ſaluus conductus impetratus contra creditores non extenditur ad creditores futuros,ſecũdum Ange. in l. penul.§.illud,ff.quod quis.iur,arg.l.ſi ita reſcriptum, ſt.de verbn. oblig.Et pro iſta cum fę.re. Leo decimus quãdam bullam edidiſſet,per quam ponentes certum quid in capſa eleemoſinarum in eccleſia ſancti Petri a peccatis propter furta & male ablata incurſis certo modo abſoluebat, fuit reprahenſus quidam pœnitentiarius qui ſua prudentia confiſus aſſerebat furta etiam poſt bullam commiſſa poſſe per ſolutionem illarum eleemoſynarum remitti.

3 Quia dicebat legem ſemper loqui.l.Ariani, C.de hæret.& bullam potius respicere futura quam præterita,vt in capit.cognoſcentes extra de conſti. Et non aduertebat virille imprudens,quod ſi iſta bulla ita interpretaretur homines contra regulas diuini humanique iuris ad furandum inuitarentur, vt no.in d.l.conuenire,ff.de pac.dota.& in l.2.C.de leg. & in caerit autem lex.4.diſti.

4 Pretereat † ſaluus conductus cum damno alterius non debet concedi,l.2.§.merito & §.ſi quis a principe, ff. ne quid in loco publ.Nam ſi bannitus pro homicidio fuerit aſſecuratus non obſtante ſaluo conductu poterit ab hæredib. occiſi pro damnis & intereſſe conueniri vt declarat Hipp. de Mar.in cõſil.115.& in conſi.231. vol.2. & dicit gl.notabilis,in l.2. & ibi Iaſ. C.de in ius voc. quod princeps non poteſt tollere per reſcriptum pœnam quæ ratione delicti debet parti applicari, & illã gl.pro no.refert & ſequitur Iaſ.in d.l.reſcripta.2. col. in fi.Et ad hoc vide additionem Mand.Sic.ad Bar.in d.l.illicitas, §.præſes,ff.de offi.præſi.Poteſt enim per ſaluumconductum illud ius publicum quod eſt, ne delictum remaneat impunitum per ſuperiorem remitti vel ſuſpendi,ſed ius tertio quæſitum tolli non poteſt vt no.in d.l.fi. C.ſi con.ius. vel vtil.publ.

Nam reſcriptum principis quando præiudicat ſibi principi eſt late interpretandum,vt in cap.fin. cum ibi not. extra de ſimo.& notat Bar.in l.2.Bald.in l.beneficium,ff. de conſt.princip.& Bar.in l.2.ff.de verborum obligatio. ſed quando præiudicat tertio tanquam extraordinarium & præiudiciale debet ſtricte intelligi vt in capitu.ſuper hoc extra de offic. deleg. & Ioan. And.in cap.penult.extra de verbo.ſignific. & Barto.Soci.in conſilio cclx.colum.in princ.2. volu.& ſi uerba ſalui cõductus eſſent ita pręgnantia vt ius tertij læderent debent,tali ter interpretari vt minus lædant quantum ſit poſſibile, vt in cap.ad aures iuncta glo.extra de reſcrip.& notat.in d.l.2.§.merito,ff.ne quid in loc.publi.Nam quo ad modicam læſionem poteſt princeps contra ius tertij reſcribere vt in d.l.quoties,& ibi Moder.C.de pręc.princ.offeren.Vnde dicit Bal. in l.j. ff.de conſt.princ.quod quando princeps lædit ius tertij ſine cauſa non præſumitur niſi in modico velle lędere, ad quod facit gl. notab.in l.ſed cum ab hærede in verſi.alterius, ff.ad Trebell. & declarat Bar.Cœp. in tracta.de ſer.ruſt.in fi. de aquæ ductu. Et propterea poſſet princeps pœnam parti applicandam per ſaluum cõductum ad aliquod breue tempus ſuſpendere, ſed non in totum tollere,vt in d.l quotiens,& ibi Docto.& ſemper in reſcripto principis intelligitur clauſula ſaluo iure tertij ſecundum Bald.in l.1. C.de conſt.princ.& in l.monumenta,C.de legat.

5 Diximus in præcedenti declaratione quod † ſaluus conductus non operatur effectũ niſi pro delictis præteritis, ſed hoc ſane intellige de delictis præteritis,& in ſecuritate non expreſſis alias pro non expreſſis poſſet,habens ſaluum conductum puniri,vt declarat Bar.& Doct.in l.de pupillo,§.ſi pluribus,ff. de nou.oper.nunc.ſed ponamus, quod bannitus pro primo delicto a principe ſaluumconductum obtinuerit. Deinde fuit pro ſecundo delicto bannitus pro quo ſimiliter ſaluum conductum impetrauit nullam faciens mentionem de primo.dubitatur,an poſſit de ſecundo delicto ſecuritate non obſtante delinquens puniri? Bal.& Paul.de Caſt.poſt Guil. de Cune.in l.3.per illum tex.C.de epiſ.& cleri. in ſimilibus terminis tenuerunt gratiam ſiue ſaluum conductum tanquam ſurreptitium delinquenti non ſuffragari. Per quod dictum And. ſicul.in c.ſuper literis.extra de reſcript. Dicit,quod de facto fuit Bononiæ quidam decapitatus qui impetrauerat gratiam ſecundi homicidij nulla facta mentione de primo homicidio, & eius remiſſione de quo meminit Iaſ. in l. nec damnoſa. in prima colum.C.de prec.imper.offeren.& in l.preſcriptione.vlti.colum.in fi.C.ſi con.ius vel vtil.publ. & poſt Ludo. Roma. in d.l.de pupillo,§.ſi.in pluribus.ff.de nou.oper. nunciatione. vlt.colum.in princ.& Bar.Soc.in conſi. cclx.in ij. volu.prima colum.& Fel.in c.poſtulaſti.4.colum. verſi.per illum tex.extra de reſcript. Et ratio eſt, quia omiſſio qualitatis in reſcripto quæ difficiliorẽ reddidiſſet principem ad cõcedendum vitiat ipſum reſcriptum vt late declarat Fely.in d.capit.ſuper literis. ver.exprimenda ſunt &c. & in d.c.poſtulaſti,& Moder. in d.l. de pupillo.§.ſi pluribus.& facit text.in d.ca.dilectus filius Abbas,extra de reſcrip. vbi non valet reſcriptum ſuper reſtitutione beneficij, quod de cauſa excommunicationis, vel amotionis impetrantis non facit mentionem,vnde dicit Bald.in d. l.preſcriptione,circa finem.quod ſi aliquis fuit condemnatus in mille gratia obtenta a principe de illacondemnatione nõ valet niſi cauſa ex qua proceſſit condemnatio in literis expri matur,quod Deum reaſſumit Iaſo.in d.l.nec dãnoſa in princ. & allegat Alex.in conſi.29.Sed ſecundum impreſſionem mo
6 dernam eſt numero cxiiij.primo,volu.vbi † bannitus obtinẽs gratiam ſurreptitiam de delicto, poteſt illa non obſtante impune interfici.Sed aduerte quod poſſet fortaſſe non improbabiliter attemptari quod talis bannitus poſſet etiam de primo delicto puniri.Nam ſecundum doctrinam Ludo.Roma.magis communiter approbatam in d.l.poſſideri,§.ſi ſeruus,ff.de acquir.poſſ. Per ſecundum delictum primus ſaluus conductus expirat. Sed veritas iſtius paſſus dependet a deciſione illius quæſtionis quam diſputauimus in decima tertia declaratione.

Sed Regulam prædictam primo limita niſi ſecundus ſaluus conductus fuerit motu proprio vel ex certa ſciẽtia a principe impetratus. Quoniam per dictam clauſulam tollitur vitium ſurreptionis,vt declarat Iaſ.in d. l. nec damnoſa,2 colu. late Phil.Dec. in conſi.v.inter conſilia xl. vlti. loco impreſſa, & Barto.Soc.in conſilio 164.incipien. viſa bulla Bonifacij.in verſicu.confirmatur iſta opinio.in 2.volumi. & Alexand in l.

3.in

Digitized by Google

3.in princ.ff.quod quisiur. Secundo limita nisi saluus conductus pro secundo delicto esset geminatus,quia idem operatur
7 † actus geminatus quod clausula. Motus proprii.secundum Raph.Fulgo.post Bald.in d.l.nec damnosa,& in l.rescripta,C. de prec.impera.offerend.& Ludoui.Roma.in l.si vero,§.de viro.31.Fal.ff.solu.mat.& Alexand.in d.l.3.1.colum.sed ista secunda fallentia non procedit sine dubio, per text.in cap. constitutus,extra da rescript.ut declarat Iaſ. in d. l.nec damnosa, in fi.& vide Fran.Cur.in addi.in d.l. 3.

Tertio vltra alios Doctores limita nisi secundus saluus cõductus daretur per principem non gratioſę ſed cum cauſæ cognitione,vt sentit Bald.in d.l.præscriptione, C. si cont. ius.vel vtil.pub.3.colum.vbi singulariter dicit quod gratia siue priuilegium quod cum cauſæ cognitione conceditur, licet non fundetur ī veritate nõ potest per exceptionem subreptionis tolli, vel impediri, quod dictum tamquam singulare refert, & sequitur Barto.Soci.in consilio clxix.in 3.colum. in fi.secũdo volumi.vbi dicit idem voluisse Ioan. Andr. Anto.de Butr. & Imó.in cap.ad audientiam,extra de rescrip. Et ex hoc mirabiliter infertur, quod si iudex dederit duos saluus cõductus contra secundum non poterit opponi, quod non fecit mentionem de primo cum infer or a principe nõ possit delinquẽtes sine cauſæ cognitione affidare vt supra dictum est.

8 Quarto fallit si in saluo conductu essent † clausulæ ita pingues, & generales, quod demonstrarent principem voluisse concedere secundum saluum conductum cuiuscunque alterius delicti remissione siue suspensione non obstante, vt in similibus,declarat Barto.Soci.in consilio ducentesimo sexagesimo.in 12.colum.secundo volumi. & Hyppo. de Marsi.in l. vnius facinoris,§.cogniturum.ff.de quæst.& in consilio octuagesimoquinto.in 4.columna,& dicit Phil. Dec.in dicto consilio li.in fi.quod verba generalia & prẽgnantia apposita in saluo conductu faciunt ipsum extendi ad casum ad quem alias non extenderetur.

Quinto fallit si prædecesserint merita impetrantis quia licet tunc non sit apposita clausula ex certa scientia vel motu proprio, & regulariter censeatur in dubio ad postulationem
9 partis principem concessisse.Mihilominus † merita impetrantis faciunt præsumi principem motu proprio,& non ad instãtiam partis secundum saluum conductum dedisse.secundum Alexand.post Guil.de Cun.in d.l.3. ff.quod quis iur.& la.Bu. & Bal.in l.quod fauore.C. de leg.

10 Dubitatur modo an † salus conductus generalis extendatur ad omnes causas tam ciuiles quam criminales? Dicendũ est aut saluus conductus generalis conceditur debitori,& istã quæstionem disputaui in 6.declaratione,aut conceditur delinquenti,& tunc secundum Barto. & Doctor.in d.l.de pupillo, §.si in pluribus,ff.de noui oper. nuncia. saluus conductus geralis ad omnia delicta porrigitur.Sed primo fallit in crimine læsæ maiestatis secundum Ang.in quæst.incipien.Exorta guerra.quem refert & sequitur Ludoui.Roma. in dicto §.si in pluribus,& in l.si quis in graui.§.is quoque.ff. ad Sylle.Volentes quod statutum concedens generaliter remissionem omnibus delinquentibus non porrigatur ad reos criminis læsæ maiestatis.Secundo fallit in crimine falsi. Quoniam per generalem remissionem non censetur delictum falsi esse remissum secũdum Ludouic.Roma.in dicto §.si in plutibus, & Barto.in l. Lutius.ff.ad Sylla.per illum tex.vt dicit Pet.de Ancha.in repe. cap.primo.de constitu.versicu.sed alibi quæritur,quod † statu
11 tum generaliter loquens de omnibus carceratis relaxandis non trahitur ad carcerátum pro crimine falsi.¶Quod crimen propter sui enormitatem habet multa specialia de quibus per Ioan.de Ana.in rub.extra de fal.& Hyppoli.de Marsi. in rubr. ff.eod.titu.

Tertio fallit in proditoribus & insignibus criminosis vt p multa verba sed paucę vtilitatis declarat Vital. in di.clauſ.nil. no.secur.pend.3.colum,Ad quod facit tex.& ibi Bald.in l3.C. de episcop.audien.vbi lex disponens in festis Paschalibus carceratos debere relaxari non comprehendit homicidias & alios criminosos insignes.

12 ¶ Quia † generalitas semper restringitur vt valde odiosa excludantur,vt in l.Lutius Titius,ff.de leg.2.& per Barto. in l.3. §.si tibi,ff.de cond.ob tuncau.Sed Alexand. in dicto §.si pluribus,2.colum.aperte istas tres limitationes reprobat, & impugnat.Dicit enim quod si princeps certæ personæ concedit remissionrm vel saluum conductum generaliter de omnibus delictis in dubio censetur ex certa scientia remisisse,secundũ Barto.in dicto §.si in pluribus,& not.in l.fina.C. de gen.abolit.Et quando certa scientia remissionem generalem cõcedit omnia delicta etiam criminis læsæ maiestatis & falsi,& quãtuncunque atrocia remissa esse intelliguntur, vt in l.si docueris & ibi glo. C. de Fal. Et idem tenet Barto.in dicta l.Lucius post glo.ad Turp.& Pau. de Cast.in dicto §.si in pluribus,in fine. Quia gratia, & beneficium principis latissimę est interpretandum, l.1. ff.de consti. princ.& in capit. dilecti extra de donat.Et non obstat secundum Alexand. text.in dicta l. Lutius. Quia ibi princeps concedebat abolitionem non ex certa scientia,& certę personæ, sed generaliter propter letitiam vel res prospere gestas,vt in l.interueniente,& ibi not. ff.ad Turpi.& dictum Ange.in dicta quæstio.exorta guerra, & Pet.de Anc. in dicto capitu. pri. de const.non bene infertur ad casum nostrum.

13 Quia loquuntur de † statuto quod est stricti iuris,& stricte interpretatur,l.quicquid astringendę,& ibi Doc ff.de ver.obl.

Secus in beneficio principis quod late debet interpretari, vt supra dictum est.

Et nisi vnum faceret me dubitare, tenerem indistincte opinionem, Alexand.esse veram.Dicit enim Alexand. post Bart. in dicto §.si in pluribus.quod in dubio semper † princeps cẽ-
14 setur dare remissionem ex certa scientia. Quod est falsum & in contrarium est veritas. Quoniam nunquam censetur princeps ex certa scientia rescribere nisi in literis exprimatur secũdum Abb.& Docto.in capitu.cum inter, prima colum. extra de except.post glo.in Clemen. pri. de iud. & late per Felyn.in dicto capitu.cum inter.1.& 2.colum.Et in dubio censetur rescriptum non motu proprio, neque ex certa scientia sed ad petitionem partis concessum,secundum Bald.post Iacob. Butri.in l.quod fauore,C.de leg.& Alex.in dicta lege 3. post glos. ff.quod quis iur.Et Alex.loquens in specie de saluo conductu, in consilio 350.in fi.

Et propterea latius dicendum est quod saluus conductus generalis porrigitur ad omnia delicta quantuncunque enormia secundum Barto.& Docto.in dicto §.si in pluribus si constat quod motu proprio, vel ex certa scientia fuerit concessus secundum glo.in dicta l.si docueris, Cod. de Fal.ubi dicit, quod tunc censetur remissum † crimen falsi, si apparet quod
15 ex certa scientia fuerit remissum.Idem tenet glo.in dicta lege Lucius, & ibi declarat.Bart. Digest. ad Turpi.Si vero non cõstat & dubitantur an saluus conductus fuerit ex certa scientia concessus, & tunc præsumitur esse concessum ad petitionem partis,secundum Alexand.& Modern.in dicta l.tertia.ff. buod quis. iur. Et si est generalis ad omnia delicta extenditur quantuncunque enormia non ea ratione vt dicebat Alexan. post Barto.in dicto §.si pluribus,quod princeps in dubio censeatur ex certa scientia rescripsisse,sed quia beneficium principis quando non lædit ius alterius latissimę est interpretandũ, vt in dicta lege fina.& ibi Bald.& Docto.Digest.de consti.prin
16 ci.Nam † beneficio principis oportet nos iuuari,& non decipi, ut in l. prima. C.de his qui.ve.ęta imp. deciperemur enim si saluus conductus generalis ad omnia delicta non extenderetur,vt declarat Bald.in dicta lege fina.secun.colum.& Bald. loquens in specie de saluo conductu in consilio ccccxlvi in 3. volumi.& Phil.Dec.in dicto consilio li.in prima columna. Et tantum debet generalitas operari in omnibus quantum specialitas in singulis,vt in glo.in l.omnes,§.primo C.de præscript.xxx. ann. sed hoc limitatur nisi constaret principem de certis delictis tantum cogitasse, quia pro illis tantum saluus conductus generalis operaretur, ut in l.emptor, §.Lutius,& ibi Barto.ff.de pac.& no.in l.si de certa,& in l. age cum Geminiano,C.de transac.

17 Nam literæ,salui † conductus recipiunt declarationem, & interpretationem secundum mentem concedentis.ut in simili de rescripto dicit Innocen.in capitu.postulasti. extra de resc. & Phil.Dec. in dicto consilio 51. in princ.Et propterea inoleuit practica,quod quando papa concedit huiusmodi generales securitates vel remissiones ponitur clausula in rescripto dummodo criminis læsæ maiestatis, vel falsæ monetæ reus non fueris, alias ista clausula non adiecta saluus conductus vel remissio generalis ad omnia extenderetur, quia videtur princeps sub illa generalitate de omnibus delictis etiam atrocioribus cogitasse, vt in simili de saluo condnctu dicit Phili. Dec.in di. consi. 51.in fine.

Secundo casu principali si saluus conductus concedatur ad partis petitionem dicas aut fuit specialis petitio pro certis delictis & specialis concessio, & tũc quæstio de plano procedit, quia stamus certo.l.continuis,§.cum ita.ff. de verborum obligatio. Aut fuit specialis petitio & generalis concessio & tũc illa indeterminata concessio regulatur secũdum petitionem, vt in §.præterea.Institu.de inutil.stipul.& in lege si sine.§.interrogat,ff.de inter.act. Aut fuit petitio generalis, & concessio specialis,& tunc stamus concessioni determinatę, ut in l.1.ff. de solut.

Et ista fuit doctrina Barto. quem communiter sequuntur Doctor.in l.prima.ff.ad legem Iuliam maiesta. Si vero petitio & concessio fuit generalis pro omnibus delictis, & tunc omnia delicta quantuncunque grauia comprehenduntur,secundum Barto.Alexand.& Moder.contra Ludoui. Roma.in dicto §.si pluribus,2.colum.vt supra dictum est, Et est ratio.

quia

Digitized by Google

quia princeps generalem ſecuritatem concedendo videtur ve riſimiliter de omnibus delictis etiam enormib. cogitaſſe pro quibus potuit impetrans moleſtari alias fruſtra ſaluus conductus generaliter peteretur, ut in l.i. C. de Theſaur. lib.x.ut in ſimili de ſaluo conductu generali declarat Phil. Dec. in dicto conſilio quinquageſimoprimo.in fi. & Alexand. in dicto §.ſi in pluribus.

Sed quid dicendum ſi in ſaluo conductu impetrans exprimeret certa delicta,& deinde ponatur † clauſula generalis de
18 omnibus aliis delictis,an ſub illa generalitate comprehendãtur delicta maiora expreſſis? Barto.in dicto §. ſi in pluribus tenet partem negatiuam,quia veriſimile eſt concedentem ſi ſciuiſſet non conceſſurum,vt in dicto capi.ſuper literis, & dicto cap.poſtulaſti.extra de rescrip. & in clemen. ſecun. & ibi Car. de procu.Nam clauſula generalis ſequens ſemper refertur ad ſpecificata,ut in l.legatorum,§.fina.& ibi Barto. ff.de legat.2. & per Bar.Soc.in conſilio cclx.volumi.2. 12.col.ver.ſed ad iſta reſpondeo.

Et per iſta videtur decidi illa quæſtio quam quotidie præmanibus habemus, ſolet.enim pœnitentiarius & camerarius ſanctiſſimi. D. N. homicidia & ſimilia delicta paſſim remittere, & orator in precibus narrat ſe non eſſe culpabilem, & ad cautelam petit abſolui,& callide ponit in calce reſcripti etiam ſi aliter quam vt præfertur culpabilis eſſes, & per illam
19 † clauſulam dicunt procuratores eſſe remiſſum delictum etiam ſi impetrans fuit verus delinquens. Ego alias dicebam quod illa clauſula non eſt tantę potentiæ, quod tribuat abſolutionem ſi vere impetrans delinquerit,& hoc per doctrinam Barto.in d.l.prima.ff.ad legem Iuliam maieſta. & Abb.in ca. fina.extra de treu. & pace vbi quando in reſcriptis petitio eſt
20 terminata & † conceſſio indeterminata,illa indeterminata conceſſio intelligitur ſecundum petitionem,vt in dicta lege ſi ſine.§.interrogatus,ff.de iter.act.Nam ſi aliquis petat abſolui a furto & princeps dicat abſoluo te a furto & ab omnibus aliis delictis in quibus eſſes culpabilis, talis abſolntio non cõprehendit niſi delicta ſimilia uel de minore expreſſis non autem maiora ſecundum Barto.& Doct.in dicto §. ſi in plurib. & Card.in dicta Clemen.2.de procur.Ita in propoſito noſtræ quæſtionis impetrans dicit de homicidio de quo accuſatur, vel inquiritur ſe non eſſe culpabilem, & princeps absoluit etiam ſi aliter quam ut narratur eſſet culpabilis, certe talis abſolutio porrigitur ad qualitates extrinſecas minores vel ſimiles expreſſis,non autem ad maiores per rationes prædictas, potuit enim eſſe quod impetrans non interfecerit, & tamen quod in aliquo deliquerit, puta potuit impedire homicidam ne interficeret & non impediuit vel delictum laudauit vel ſimile quid fecit propter quod veniret aliquali pœna puniendus,vt declarat glo.in cap.extra de offic. deleg Et iſte qualitates videntur per illam clauſulam remiſſæ non autem homicidium.

Quoniam ſi narraſſet ſe interfeciſſe vel interfici mandaſſe, veriſimiliter non fuiſſet princeps conceſſurus, vt in dicto capitu.poſtolaſti.& d.cap.ſuper literis extra de reſcript. ſecundũ Barto.in d.l.de pupillo.§.ii in pluribus.ff.de noui oper.nnnci. 2.column.

21 Et iſta expoſitio neceſſario fieri debet alias † reſcriptum tanquam continens manifeſtam repugnãtiam diceretur nullum ſecundum Speculum in titu.de fide inſtrumento. §. 9.verſic. item quod inſtrumentum,& per Docto.in l.ſcripturæ. C.eod. titu. & ne in reſcripto reſultet repugnantia debet vnum pro alio interpretari ſecundum Barto.in l.omnes populi, in 6,q. ff.de iuſt.& iur.& in conſt.ad reprimendum, §.non obſtante, & dicit Alber.in cap.gratum de offic.delega.quod ad euitandum repugnantiam debet eſſe per ſubauditum intellectum fieri interpratio.Et quod in caſu noſtro reſcriptum contineat manifeſtam repugnantiam clare apparet. Nam quando aliquid narratur & princeps reſcribit ſemper ſub intelligitur
22 † clauſula ſi ita eſt.vt in cap.2.cum ibi notat.extra de reſcript. Quæ clauſula de directo aduerſatur clauſulę,ſi aliter culpabilis eſſes.

Quod nihil aliud eſt dicere niſi,& ſi ita non eſt te abſoluo. Quoniam non poteſt quis circa idem eſſe culpabilis, & non culpabilis vt declarat Ange. in conſilio ſeptuageſimo ſecun- Et propterea debet ſumi iſte ĩtellectus vt circa delictum principale nõ peccauerit,ſed ſi circa aliquas qualitates extra delictum culpam commiſerit abſoluatur.Et hoc ſuadet ſignificatio verborum.

Nam illa clauſula,& ſi aliter culdabilis eſſes,non poteſt referri,ad delictum de quę principaliter quæritur, quia diceretur potius doloſus quam culpapilis ſecũdum doctrinam Bar. in l.quod Nerua,ff.depoſi. Et ſimilis forma abſolutionis,eſt in c.exhibitæ,ext.de homi.

Et ideo ſi poſtea impetrans communicatur delicto nõ poteſt dicere per illam clauſulam ſe abſolutum,non ſolum per
23 rationes prædictas,ſed etiam quia tamquam mendax † & falſus orator debet carere impetratis, vt in dicto cap. ſuper literis,& dicto capitu.poſtulaſti.de reſcrip. & declarat Bald.in lege contra qui propriam,C.de non nume. pecu. & in addit.ad Specu.in titu.de excep.ver.Quando quis negat, & nou poteſt ſe cum illo reſcripto defendere,quod cum mendacio & fraude impetrauit,vt dicto capitu. dilectus filius Abbas de reſcrip. Niſi diceremus, quod quando in verbis remiſſionis vel ſalui
24 conductus oritur aliqua † dubitatio debemus ad principem recurrere qui illum conceſſit, & eius declarationi ſtare ſm Pau.de Cast.in lege hæredes palam, §.ſi quid poſt.ff.de teſtib. & Phili.Dec.in dicto conſi. li. in fi. quæ pars in dubio tutior videtur.

Si autem princeps generaliter ad certum tempus propter publicam lætitiam ſecuritatem conceſſerit, vt in l.ſi abolitio, & l.ſi interueniente,ff.ad Turp.certe talis ſecuritas non extenditur ad crimen falſi,d.l.Lucius,ff.eodem titu. Neque ad crimen læſæ maieſtatis oppugnate patrię vel culpatus,ut in l.fallaciter,in fine.C.de abolit. Et idem dicas ſi huiuſmodi ſecuritas a ſtatuto generaliter concedatur cum ſtricte debeat intelligi,d.l.quicquid aſtringendæ, ff.de verb.obli. & declarat Alex. in d.§.ſi in pluribus.

Et intelligitur dictum Barto.in dicta lege Lucius & Ange. in di.quæſtio.exorta guerra, & nouiſſimorum, in rubri. ff. de Fal.& dicit Ang.poſt Dy.in Italis ſcriptura, ff.de lega.primo, quod ſtante ſtatuto quod pax profit. In omnibus delictis nõ ditur tale ſtatutum ad falſarios, cum eorum delictum ſit atrocius homicidio,& adulterio, ſecundum Ange. in Authen.de nup.§.mitiores ſed iſtud non tranſit ſine dubio per doctrinã Barto.in d.conſi.clxix.vbi ſtatutum dans ſecuritatem debitoribus comprehendit etiam debitorem ex cauſa delicti, & late debet interpretari.

25 Et propterea dicendum eſt qnod † ſtatum dans ſecuritatem ex cauſa neceſſaria comprehendit omnia delicta atrocia,arg. l.ſecundę.§.legatis,ff.de iud.& l.eos.ff. de accuſa.

Si vero ſtatutum dat ſecuritatem ex gratia, & vera eſt ſententia Ludoui.Roma.& ſequacium,in dicto §.ſi in pluribus. Quia ſi huiuſmodi delicta fuiſſent expreſſa ſtatuentes fortaſſe ſine cauſa neceſſaria non conceſſiſſent,lege,obligatione generali,ff.de pigno.vt late declarat Bald.in d.conſi.cccc. primo volu.& hoc modo intelligitur dictum Bar.in d.conſi. 149.vt dictum eſt, in 7.declaratione in fine.

26 Neque prætereundum eſt,quod † ſecuritas data in veniendo intelligitur etiam eſſe data in ſtando,& redeundo, ſecundum Ange. poſt Barto. in l.utimur, ff.de ſepul.viola.& facit tex.in capitu.ſtatutum,§.fin.de reſcrip.in 6.ibi ſtando,eundo, redeundo.

Nam quis non diceretur ſecure venire,niſi poſſet ſecure ſtare & redire,ut declarat Abb.in dicto capit.fina.extra de treug. & pace,in princip.Et illa verba, quod quis poſſit ſecure venire important ne quis directe vel indirecte aſſecuratum moleſtare,vel offendere poſſit,ſecundum Barto.in l. 1. ff. ad legem Iuliam maieſta.de quo meminit Iaſ. in l.1.columna ſecun.ff. qui ſatiſd.cogan.Et in tantum debet benigne iſta ſecuritas interpretari,quod ſi alicui detur ſaluus conductus veniendi ad ciuitatem,intelligitur etiã eſſe data ſecuritas ęquo ſuper quo vehitur,ſecundum Felyn.poſt Imo.in dicto cap.fina.Hyppol. de Marſi.in repe.rubr.de probat.in quinta columna.

27 Et ſecuritas data alicui pro ſe & ſociis,includit ſocium iudæum ſecundum Ange.poſt Barto.in dicta l.1 ff.ad legem Iul.vtimur,& Hyppo.de Marſi.in conſilio octuageſimoquarto. numero quaranteſimoprimo.& late per And. Sicul.in conſi. ſexageſimotertio.in quarto volumi.incipie.licet in medium &c.Et ſecuritas data,vt quis poſſit venire, poteſt etiam nuncium mittere,ut dicit Barto. & Bald. in Authen.habita. C.ne fil.pro pat.Et ſecuritas quæ datur perſonæ tuetur etiam res & bona quæ ſecum portat aſſecuratus.& nõ ſolum ſua ſed aliena,vt late declarat Philip. Dec.in dicto conſilio li.per totum vbi ponit quæſtionem de quodam Buſcanio qui portabat bona Fiorentino ,qđ qui habet ſecuritatem pro ſe & bonis poteſt per alium mittere bona ad locum ĩ quo fuit aſſecuratus, vt Bald.in conſilio ccccxiiij.in quinto volumi.incip.conteſſus fuit &c.

28 Sed quid dicendum ſi datur † ſaluus conductus alicui nobili,vt ueniat ad ciuitatem,an etiam eius familiæ, quam ſecũducit datus eſſe intelligatur? Breuiter dicas quod ſic,quia ſermo relatus ad perſonam intelligitur ſecundum conditionem perſonæ.ut in l.plenum, §. equitii, ff.de vſu. & habit. & in l.ſi quis filio,§.irritm,ff.de iniuſt.teſt.& verba debent intelligi ſecundum ſubiectam materiam,l.ſi ex legat.cauſa, ff.de verbo. obligatio.& in l.ſi uno.ff. loc. ut per multa exempla decla-,at Hyppo.de proba.v.colum.& facit ratio,quia nobilis ſine familia commode venire non poteſt.Et quando aliquid conceditur videtur eſſe conceſſum omne id ſine quo illiud commode

Digitized by Google

mode exerceri non poteſt: vt in l.2.ff.de iuriſd.omn.iudi. & l.
39 ad rem mobilem,& l.ad legatum,ff.de procu. Et † priuilegiū
conceſſum perſonæ extenditur etiam ad eius familiam, vt in
l.2.& ibi notatur,C.de epiſcop.& cleri.& Card.in clemen.i.9.
notab.de exceſ.præla.Et facit dictum Bal.in d.conſi. ccccxiiii.
vbi ſaluus conductus datus marito comprehendit etiam vxo
rem.

30 ¶ Sed an † ſaluus conductus vni confeſſus porrigatur ad
eius confœderatos & adhærentes vide Ludo.Roma.in conſi.
xlvii.incipien.viſis neceſſariis,& Io.And.C. ad. apoſtolicæ.de
re iud.in 6.& Ange.& Docto.in l.quæ religioſis,ff.de rei ven.
& Flo.in l.loci corpus,in princ.ff.ſi ſer. vend.Et aduerte quod
ſi alicui datur ſaluus conductus veniendi ad ciuitatem non ſo
31 lum illa † ſecuritas debet per concedentem intra ſuum territo-
rium obſeruari, ſed etiam extra territorium & vbique loco-
rum.

Quia ſecuritas nihil prodeſſet ſi concedens poſſet contra
illam excogitatoldolo machinari,ut in l.fina.ff.de leg.& in l.
2.§.non fuit, ff.de dolo. Et ita per multas rationes concludit
Ange.in conſi.363.incip.magnifici domini &c vbi ponit quę
ſtionem de quodam milite,qui aſſecuratus per dominos Lu-
cenſes fuit per eorum ſtipendiarios captus in territorio Pi-
ſano.

32 Et aduerte quod † ſaluus conductus datus in veniendo ali
cui pro ſe & ſociis non comprehendit ſocios ſaracenos, hære
ticos,hoſtes,neque bannitos illius ciuitatis, vel principis qui
ſaluum conductum conceſſit,secundum Barto. in di.l.1.ff.ad
legem Iul.maieſta.& Ange.in d.l.vtimur,ff.de ſepul.vio.Et ex
hoc infert Bar. in d.l. 1.quod ſecuritas quæ datur in ueniendo
a iure ciuili vel vel a ſtatuto non comprehendit perſonas præ
dictas cum quibus nulla eſt nobiſcum participatio.& propte
rea ſecuritas quæ datur in nundinis & aliis caſibus de quibus
diximus in prima declaratione nō defendit bannitos, hoſtes,
& ſimiles perſonas, niſi de iſtis perſonis expreſſe fuerit actū,
vt in l.mercatores,C.de comer.& mer.& in l.1. & ibi optime
declarat Bald.de nund.Quod fallit in ſecuritate data a iuregē.
tium legatis hoſtium,cuiuſcunque conditionis ſint compre
duntur, in ca.d.l.2.§.legatis,ff.de iud.cum ſimil.de quibus ſu-
pra dictum eſt.

33 Et his adde quod habens † ſecuritatem pro ſe & ſociis non
poterit ſecum ducere in ſocium aliquam perſonam iſignem
& maioris conditionis & præeminentiæ quam ſit ipſe im-
petrans,vt in ſimilibus no.per Io.Ang.& alios,in c.2. de reſc.
in 6.Bald.in diconſi.400.in 1.vol.

Præterea dubitatur, an habens ſecuritatem † eundi & re-
34 deundi poſſit ſemel vel plures ire & redire? Breuiter ſecundū
Barto.de mente Oldra.in d.l.1.ff.ad legem Iuliam maieſ. Aut
ſecuritas fuit determinate petita & determinate conceſſa, &
tunc quæſtio non habet dubium, quia ſtamus certo.l.contí-
nuus,§.cum ita.ff.de verbo.obli. Aut fuit indeterminate con
ceſſa,& nulli dubium eſt quod debemus ſtare conceſſioni.
Eſt enim in poteſtate concedentis quomodo velit ſecuritatē
dare, arg.l.1.ff. de ſolu.Si vero ſecuritas fuit indeterminate pe
tita & indeterminate conceſſa,& tunc pro prima data eſſe in
telligitur,l.boue,§.hoc ſermone,ff.de verbo. ſignifica. & in l.
hęc conditio. ff. de cond. & demon.vbi relictum alicui cum
nupſerit intelligitur de primis nuptiis. Et iſtam diſtinctionem
Barto.de verbo.ad verbum refert,& ſequitur Abb.& Mod.in
d.c.fi.ext.de treug. & pace.

Sed hoc primo fallit, ſi ſecuritas ad aliquam certam cauſam concedatur puta pro pace facienda. Nam tunc intelligitur quod poſſit aſſecuratus ire & redire donec pendet tracta-
tus pacis argumen.l.continuus, §. qui inſulam,ff.de verborū
obliga.ſecundum Bart.in d.l.1.in fi. ſecundo fallit,ſi ſecuritas
fuerit data ad certum tempus,qnoniam illo tempore duran-
te poterit aſſecuratus quotiens voluerit ire & redire ſecundū
Raph.Fulgoſi.in l.ſi mihi,§.Titio,ff.de verbo.obliga.argumē.
l.ſi eum in annos,C.qui mo.vſu.amit.& p.Io.Cald.in diſputa
tione ſua incipien.octo oſtendentes.

Tertio fallit,ſi in ſecuritate dictum fuerit totiens,quotiens,
voluerit poſſit ire & redire ſecundum Vital.in d.tract.in clau.
nil.no.ſe.pend.in princ. Sed difficultas eſt an illa † verba to-
35 tiens quotiens appoſita in ſaluo conductu important infini-
tatem.ita quod talis ſecuritas dicatur perpetuo durare Ange.
in ſimilibus terminis,in l.ſi finita in princ.ff. de damno infec.
tenuit & iſta verba ſignificare binum actum, arg.l.fideicom-
miſſi,§.ſi quis.x.ff.de leg.3.

Et ex hoc infertur promittentem præſentare hominem to
tiens,quotiens,per binam repreſentationem liberari & hoc
ratione infinitatis vitandę,l.qui bona,§.fina.ff.de dam. infec,
Bald.vero in l.1.8.colu.C.de his quę pen.no.&c.tenuit iſt as di
ctiones,totiens,quotiens.quatuor vices ſignificare.ſed Raph.
Fulgo clvi.voluit poteſtatem totiens quotiens, aliquid facien-
di, tantum decennio durare,glo. vero & poſt eam Cyn.in di.
l.fideicommiſſi,§.ſi quis Imo.in d.l.ſi finita voluerunt in ſimi
li iſtam poteſtatem in perpetuo durare, quam opinionē poſt
longam diſputationem dicit Alexan.in di.l.ſi finita in princi.
& in d.l.qui bona,§.fina.eſſe veriorem. Quia iſte dictiones to
tiens, quotiens; de ſui propria ſignificatione infinitatem de-
36 monſtrant,ut in l.ſi duo,§.fina.ff.de arbi.Et † infinitas non eſt
vitanda quando partes ita egerunt.ſecundum Imo.in di.l.ſi fi-
nita.Et iſtam quæſtionem aliter non examino cum fuerit per
Alexaud.& Moder.in dictis locis ad ſaturitatem diſputata, v-
bi etiam de dictione.iterum.rurſus, quandoque.& ſimilibus
poteris videre,quæ conſueuerunt in huiuſmodi ſecuritatibus
apponi.Sed aduerte, quod iſtæ dictiones totiens.quotiens,in
ſaluo conductu operatur infinitatem. Niſi propter aliquam
cauſam ſecuritas fuerit, Quia tunc ex coniecturata mente cō-
cedentis ſimul cum cauſa ſaluus conductus expiraret per do
ctrinam Barto.in l.1.ff.ad leg.Iul.maie.& Abb.in d.ca.fina.de
treug.& pace.

Et quid operetur ſaluus conductus quando concedens dicit damus tibi liberum ſaluum conductum, & plenam ac omni modam ſecuritatem & ſimilia verba prægnantia, vide Phili. Dec.in d.conſi.51.& Bald.in d.conſi.414.in v.volu.& in conſ. 400.in primo volu.& Ange.in d.conſi.363.Incipē. magnifici domini.&c.& ſaluus conductus datus pro ſe & ſocijs quos ſo cios comprehendat,vide Ange.in d.l.1.ff.ad legem Iul. maie.
37 vbi in ſaluo conductu ſocius † dicitur qui principaliter eſt in ſocietate,ut ſit ſocius,non autem ille qui caſu incidit in ſocie tatem,vel non venit,vt principaliter ſit ſocius,ſed pro ſuis vel alienis negocijs peragendis. Quod eſt notabile & memoriæ commendandum.

SVMMARIVM.

1 *Saluus conductus quomodo finiatur.*
2 *Saluus conductus an & quando reuocetur.*
3 *Princeps an obligetur ex contracta vel quaſi.*
4 *Veritas publica cenſetur excepta in quocunque priuilegio.*
5 *Saluus conductus datus ad beneplacitum quando ſpiret.*
6 *Saluus conductus conceſſus ad tempus ſed ſine certa ſpecificatione ad decennium extenditur.*
7 *Saluus conductus ſimpliciter conceſſus cenſetur perpetuus.*
8 *Saluus conductus ad inferiore a principe datus an eius morte finiatur.*
9 *Saluiconductus effectus ceſſat ceſſante cauſa finali.*
10 *Debitor admittetur ad ceſſionem bonorum per paupertatem.*
11 *Diſtinguendum non eſt vbi lex non diſtinguit.*
12 *Conunctiua quaudo poſſit reſolui in diſiunctiuam.*
13 *Statutum ſeu reſcriptum exorbitans a iure communi quando reſtringatur.*
14 *Cauſa impulſiua ceſſante non facit ſaluum conductum ceſſare.*
15 *Iterpretatio ad illum pertinet qui legem condidit.*
16 *Offendens habentem ſaluum conductum qua pœna puniatur.*
17 *Offendens legatos ſeu aratores incidit in pœnam ſacrilegij.*

QVARTA PARS.

1 SVpra viſum eſt de interpre tatione & intellectu ſalui cōductus: ſequitur mo do videre quomodo ſaluus † conductus reuoce-
tur vel finiatur, & qua pœna puniantur ſecurita tis fractores. Et primo te ſcire oportet,quod ſaluus † condu-
2 ctus datus a principe vel inferiore non poteſt per concedentem reuocari ſecundum Albe.de Roſa.in di.l.cōuentionum, in fin.ff.de pac.& Bald.loquens de capitulis pacis, in l. digna vox.C.de leg.

Quia licet a principio ſit in uoluntate principis, An velit ſaluum conductum concedere, tamen poſtquā conceſſit trā-
ſit illa ſecuritas in quaſi contractum vltro citropue obligato rium,& reuocari non poteſt, ſecundum doctrinam Bald.in l. princeps,ff.de leg.& in l.priuilegia,C.de ſacroſanc.eccle. Et q
3 princeps † ſit obligatus ex contractu vel quaſi per multas au ctoritates poſt Moder.diſputat. And. Sicul. in cap.ex epiſtola. extra de probat.in 7.colu.& propterea conſueuit in ſaluis cō-
ductis quos papa concedit apponit illa clauſula cum diſdicta. x.dierum.

Quoniam illa clauſula non adiecta non poſſet papa ſecu-
ritatem quam ſemel conceſſit reuocare per rationes ſupra al-
legatas.& in tantum hoc eſt verum,quod nec ſucceſſor prin-
cipis poterit talem ſaluum conductum reuocare ſecundum
Albe.de Roſ.in d.l.conuentionum, & Bald.& Docto. in di.l.
vox.C.de leg.

Sed hoc intellige eſſe verum niſi ſuperueniat aliqua neceſ-
ſitas quæ cogat principem ſaluum conductum reuocare per
ſingulare dictum Innocen.in cap.in noſtra, extra de iniur.vbi

ſtatutum

Digitized by Google

ſtatutum quod tranſiuit in quaſi contractum cum ſubdito poteſt ſuperueniente neceſſitate tolli. Et eſt exemplum, quod alias audiui in facto euenisſe qđ Dux Medio. multos bannitos, & alios ſuis terris affidauit. deinde ſuperueniẽte bello fuit dubitatum ne banniti habentes ſaluum conductum aliquã proditionem machinarentur, vel ſtatu ciuitatis ſubuerterent: propter iſtam neceſſitatem ratione publicę vtilitatis ſua dente poterit princeps ſaluum conductum reuocare, licet quaſi contractum tranſiuerit. Et eſt ratio, quia in quocunque in ſermone, & in quocunque priuilegio vel alia diſpoſitione
4 ſemper publica † vtilitas intelligitur excepta vt eſt bonus tex. in l. iubemus, el 1. & ibi Bald. C. de ſacroſanc. eccle. & in l. ſi quis in graui, §. hi quoque, ff. ad Sil. Et quæ de nouo emergunt de nouo indigent auxilio, l. de ætate, §. ex cauſa, ff. de inter. act. & capi. inſinuata. de offic. delega. & iſtam limitationem per multas auctoritates late diſputat And. Sicul. in d. c. ex epiſtolę, in 8. colum.

Sed aduerte quod contra iſtam concluſionem aper e facit tex. in d. l. quotiens. C. de prec. impera. offeren. ſecundum intel lectum Odoff. communiter per Docto. approbatum ubi im perator poteſt reuocare ad libitum ſuum ſaluum conductũ quem dedit debitori.

Sed tu dicas illum tex. nõ obſtare quia ibi ſaluus cõductus fuit conceſſus in præiudicium creditorum, ſed in caſu noſtro per conceſſionem ſalui conductus ſibi ſoli prędiudicauit non mirum ſi illum reuocare non poteſt. argum. eorum quæ notãtur per Bar. in d. l. j. ſi. ff. de conſt. prin. Vbi beneficium principis quod ipſum tantum principem lædit latiſſimæ intepretatur. Sed ſi beneficium principis ius tertii in aliquo diminuat ſtricte intelligitur.

5 Et ſcias quod ſaluus † conductus datus ad beneplacitum non expirat niſi morte concedentis, ut in cap. ſi gratioſę, de reſcrip. in 6. & in l. 4. ff. loc.

Et Ange. loquens in ſpecie de ſaluoconductu, in conſilio 217. 9. col. verſi. ad quantuncunque, & Phil. Cor. conſi. 335. in 3. colu. verſi. circa tertium, in. 2. uolu. Et idem dicas ſi officiũ concedentis finiatur. ſecundum Bart. & Alexand. in l. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus, in fi. ff. de ver. obli.

Sed hoc primo fallit ſi uerba ſaluiconductus fuerint relata ad perſonam non morituram, videlicet ſi Papa dicat, concedimus tibi ſaluum conductum ad beneplacitum ſedis Apoſtolicæ. Nam tunc niſi fuerit per ſedem Apoſtolicam reuocatus, licet condens moriatur cenſetur perpetuo durare: ut dicto cap. ſi gratioſę, in fine, & declarat Phil. Corne. in di. conſi: 235. vbi ſaluus conductus fuit conceſſ. ad beneplacitum communitatis.

Secundo fallit ſi concedens dediſſet ſaluum conductum cum clauſula, donec reuocauero. Quia tunc morte concedẽtis non expirat niſi fuerit aliter reuocatus ſecundum Ang. & Imo. contra Barto. in d. §. ſi ita ſtipulatus, & eſt communis opinio, vt ibi refert Alexan. in 4. col. ver. ſi autem dixiſſet.

Tertio fallit ſi ſaluus conductus fuerit datus ad certum tẽpus, & deinde ad beneplacitum, quia licet concedens moriatur non expirat ſaluus conductus donec durat tempus certũ in ſaluo conductu appoſitum ſecundum Raph. Fulg. in d. l. ſi mihi, & Titio. ff. de verbo. obli. argu. in d. l. ſi cum in annos, C. qui. mo. vſusfruct. amit. ſed circa iſtam tertiam limitationem poſſet dubitari an ſaluus conductus expiret morte concedentis. Bald. in l. 1. de poſtul. loquens in ſpecie de ſaluo conductu tenuit ſecuritatem expirare, ſed Firm. in d. repert. in verſic. ſaluus conductus, verſi. 9. tenet contra Bald. ſecuritatem durare, quia moriendo quis dicitur velle & perſeuerare in eadem voluntate, niſi expreſſe reuocauerit ſecundum Barto. in l. more, in 3. col. ff. de iuriſ. om. iu. & in l. vxorem, §. Scæuola, ff. de legat. & ad hoc facit q̃ no. Bal. in d. l. beneficiũ, in prin. ff. de cõſt. prin. vbi gratia facta a principe non cẽſetur per mortem principis reuocari. Sed pro intelligentia præſentis quæſtionis hoc modo arbitror eſſe diſtinguẽdum. Aut princeps concedit ſaluum conductum ad certum tempus, & tunc licet durante illo tempore moriatur. ſaluus conductus non expirat, ut in ſimili declarat Bal. & Pau. de Caſt. in d. l. C. de poſtulan. Et idem iuris eſt ſi perpetuo ſecuritas detur ſecundũ Bar. in d. l. relgati. ff. de pęn. & dixi ſupra in 2. declaratione ſi vero princeps con-
6 cedat † ſaluum conductum ad tempus nulla facta mentione de quantitate, & certitudine temporis, & tunc ſaluus conductus per decennium durabit vt in l. ſi non prefinito, ff. de pęn. per quem text. dicit Bald. in d. l. i. quod ſi iudex ſuſpendet aliquem ab officio aduocationis ad tempus cenſetur ad decennium ſuſpendiſſe.

7 Sed ſi per principem concedatur † ſaluus conductus ſimpliciter, & ſine adiectione temporis perpetuus cenſetur, & morte concedentis non expirat. vt in l. ſeruus, ff. de pęn. & in l. iuriſpe ritus, in princ. ff. de execu. tut. vbi quod non habet certum tẽpus cenſetur perpetuum ſecundum Pau. de Caſt. poſt Bald. in l. 1. C. de poſtulan. maxime in beneficio principis quod latiſſimæ interpretatur, d. l. fina. ff. de conſt. prin. Et hoc eſt verum ni ſi ſecuritas detur propter certam causã, quia tunc licet nõ ha beat adiectionem certi temporis ſimul cum cauſa expirat ſecundum doctrinam Barto. communiter approbatam, in d. l.
8 1. ff. ad l. Iul. maie. in fi. Sed quid dicendum ſi † ſaluus conducetur ab inferiore an eius morte finiatur, Bal. in d. l. j. C. de poſtulan. dicit ſaluum conductum ſine cauſæ cognitione conceſſum cum vita vel officio concedentis expirare, alle. notat. per Bar. in l. centeſimis, §. ſi ita ſtipulatus, ff. de verb. obl. ſed circa hoc poſſet aliquis dicere, quod Bal. male loquitur. Quoniam talis ſecuritas conceſſa ab inferiore ſine cauſæ cognitione nõ tenet.

Cum inferior a principe non poſſit ſine cauſa facinoroſos homines aſſecurare ſecundum Bart. & Imo. in d. l. is, qui reus, ff. de pub. iud. vt late dictum eſt, in 8. declaratione. Niſi dicas defendendo Bal. quod iudex, in d. l. 1. per ſententiam cum aliquali cognitione dedit bannito ſecuritatem, & propterea debet talis ſecuritas aliquid operari officio, uel vita iudicis durante, ut in ſimili ibidem dicit Bal. quod ſi iudex interloquendo non autem diffiniendo ptohibeat aliquem ſine plena cauſæ cognitione nõ durat illa prohibitio niſi quouſque officiũ vel uita prohibentis durauerit.

Si vero ſaluus conductus detur cum auctoritate legis, & cauſæ cognitione non expirat cum officio, vel vita iudicis q̃ illum conceſſit.

Quoniam ſi habet certum tempus intra illud ſemper cenſetur durare ſecundum Ludo. Rom. in l. poſſideri, §. ſi ſeruus, ff. de acq. poſſ. & Ange. in d. l. vtimur, ff. de ſepu. vio. & Bal. in d. l. 1. verſi. ſunt tres caſus.

Sin autem ſecuritas non habeat certum tempus determinatum, & tunc non dicas quod cenſeatur perpetuus, vt diximus in principe, quia iudex non poteſt dare niſi ſaluum conductũ temporalem ſecundum Barto. in d. l. relegati, ff. de pęn. & Ange. in d. l. vtimur, vt diximus ſupra in d. l. declaratione in fine.

Sed dicas ſecuuritatem durare donec cauſa proptet quam fuit conceſſa durauerit ſecundum Bar. in d. l. 1. in fine. ff. ad l. Iul. maieſt. & Abb. in d. c. fi. de treug. & pac. cum ſine cauſa ſaluus conductus ab inferiore a principe dari non poſſit, vt diximus in 7. declaratione &c.

Neque prætereundum eſt quod ſaluus conductus propter paupertatem debitori conceſſus eatenus ſuffragatur, quatenus durat paupertas. Quoniam priuilegium conceſſum debitori propter cauſam ſuæ egeſtatis, facultatibus excreſcentib. ſublatum eſſe intelligitur: ut eſt bonus tex. in l. cura, §. deficiẽdum, ff. de mun. & honor, & ceſſante egeſtate, & ſic cauſa finali debet ceſſare effectus ſalui † conductus, l. adigere, §. quamuis
9 ff. de iu. patrona. l. miles, ff. de re milita. & c. cum ceſſante, extra de appel. Et fallit illud quod vulgariter dicũt Doctores quod quando cauſa. ſuperuenit eſt cõtraria cauſæ quæ mouit principem ad concedendum tollit priuilegium, ut in capit. ſuggeſtum, & ibi Docto. extra de decim. & facit tex. in cap. cum tu. iuncta glo. in ver. donec. extra de vſur. vbi conſtitutio odioſa contra vſurarios edita ceſſat cum primum uſurarius deſinit fęnerari ſecundum Ludou. Roma. in conſi. cccciiii. Et præmiſſis
10 adde quod † debitor admittitur ad ceſſionem bonorum propter paupertatem, ut in l. 1. & ibi not. C. de his qui bon. cæ. poſſ. & tamen creſcentibus facultatibus ceſſat beneficium dictæ ceſſionis, ut in §. eum quoque, & ibi declarat Areti. Inſtitu. de action.

Et in ſimili dicit Bald. in l. 1. ff. de conſt. prin. quod literæ ſalui conductus recipiunt declarationem ſecundũ coniecturatã mentem concedentis. Et propterea cum ſaluus conductus ſit conceſſus propter paupertatem pręſumendum eſt priucipem voluiſſe illum ceſſare cum primum ceſſat paupertas, vt in indiuiduo loquens de ſaluo conductu declarat Philip. Dec. in d. conſi. li. 2. col. in prin.

Sed hoc primo limita eſſe verum ſi expreſſe conſtat quod propter paupertatem fuit ſecuritas conceſſa: alias ſi non conſtaret non crederem facultatibus excreſcentibus effectum ſalui conductus ceſſare, ut uidetur eſſe caſus ſecundum magis communem intellectum, in d. l. quoriens, C. de prec. impera. offeren. vbi licet principi dare debitori breuem dilationem, ad ſoluendum & non diſtinguit lex, an debitor ſit diues vel pauper.

11 Et propterea minime nos † diſtinguere debemus, l. non diſtinguemus. cum ſimil. ff. de arbi. Et ad hoc facit quod tempus quadrimeſtre quod ad lege condgmnatis indulgetur pauperi, & diuiti pariter ſuffragatur. ut in l. 2. & l. fina. Codice de vſur. rei iud.

Et tempus dierum quod datur iudicio de conſt. pecu. Et tẽpus arbitrarium quod in aliis iudiciis per iudicem debitoribus præſtatur, tam diuitem quam pauperem defendit, vt probat tex. in ſui ratione, in l. quod diximus, ff. de ſolu. & in l. promiſſor

Digitized by Google

ſor.ff.de conſt.pec.& vide Docto.in §.omnis, in Inſt. de verb. *oblig.& Iaſin* addit.ad Chriſtopho.por.in d.§.omnis,in glo. in ver *conſeſtim*.

Secundo limita niſi in ſaluo conductu apparerent duę cauſæ finales,qui a tunc ceſſante altera non ceſſabit effectus ſecuritatis & coniunctiua † poterit reſolui in diſiunctiuam, vt eſt
13 tex.& ibi Aret.in §.affinitatis,.Inſti.de nupt.& in l.prima. ſecũdum intellectum quem dedi in lectura mea ad illam legem, C.de ſacroſanc.eccle.& not. Abb.in dicto capitulo cum ceſſante,& Barto.in conſt.ad reprimen.in glo.in verſiculo ne ex eorum.

Sed hoc limita, & intellige ſi quælibet illarum cauſarum, erat per ſe apta,& potens producere illum effectum.Exempli gratia ſi princeps dicat in ſaluoconductu. quia clericus, & pauper exiſtis &c.& licet debitor efficiatur diues, non ceſſabit effectus ſaluiconductus propter alteram cauſam remanẽtem,quæ per ſe erat apta mouere animum principis, vt in ca. Odoardus,ext.de ſolu.

Si vero quælibet illarum cauſarum non eſſet per ſe apta & potens parere dictum effectum,& tunc requiritur concurſus vtriuſque, & altera ceſſante ceſſabit effectus ſecuritatis. vt inquit notabiliter,Abb.in dicto capitulo cum ceſſante,& Bart. in d.conſt.ad repr.in gl.ne ex eorum &c.

Et ad hoc facit illud quod elegãter,dicit Iaſo. per pulchras
23 rationes in L.i.ff.de iuſ.& iur. Vbi quando in ſtatuto † vel reſcripto, quod eſt exorbitans a iure communi ponuntur plures cauſæ illud reſcriptum,vel ſtatutum debet reſtringi, & requiritur concurſus illarum cauſarum,& alle.Ang. in cõſ.16. inci.viſis ſtatutis &c.

Et his adde illud qnod paſſim dicũt Doc.quod quando reſcriptum principis in aliquo lædit ius tertii debet intelligi, vt minus lædat quantum ſit poſſibile, vt in dicta lege ſecunda.§.merito,& paragrapho.ſi quis a principe,ff.ne quid in loco publico.

Tertio limita niſi in ſaluoconductu comprehendatur cau
40 dum Salyc.vbi ſ. proxime.† Item illud ꝙ dictum eſt de fuga intellige ſane, ſi fuga ſequatur vel inquiſitionē, vel accuſationem in cauſis non capitalibus, ſed in capitalibus poſt inquiſitionē, vel accuſationē ex fuga, vel ſi reus ſtat caute in domo,vel alibi,ne capiatur, nō eſt præſumptio,uel indiciū, quia iuſte timet & ſic iuſte facit ſecundū Bar.in l. 1. ff.de his qui ſibi mor.conſci.idem dicas ubi fugiens ꝓp terrorem familiæ, & poſtea citatus comparet,quia tunc ex fuga non inducitur indiciū cōtra eū,ſecūdū Bar.in l.qui ſit fugitiuus.§.j. ff.de edi. edic. idem ubi quis aufugeret de carcere ꝙ apertū
41 inuenit,ſecundū Bal.in l.ſuccurritur.ff.ex quib.cau.ma.† Similiter indicium reſultat qñ dñs loquutus eſt ad aures famuli,uel in ſecreto,poſtea famulus delinquat, ſecundū Bart.in l.ſi uentri.§.fi.ff.de priui.credi.& Bal.in l.1.C. de ſer.fugi. Idē dico ſi dñs diceret aperte famulo hæc verba vel ſimilia, non redeas domum niſi ſenſero aliquid nouum de tali re,ſecundum Bar.in l.ſi quis mihi bona.§.ſed ſi mandauerit.ff.de acqui.hæredi.& Pau.de Caſt.in l.1.in 2.col.C.de his quib.vt indi.& in conſi.260.inci.in Chriſti nomine, vī ꝙ ꝑ p̄dicta &c.
42 †Similiter fama publica orta a perſonis fidedignis, facit indicium ad torturam,ſecundū Bar. in l. de minore. §. plurimum.ff.de q.& ſimiliter fama cum fuga, ſecundum Bal. in l.uoluntas.in ulti.col.C.de fidei.ſimiliter confeſſio,etiam in tortura,iuncta cum fama publica,uel cum alio indicio, ſecundū Bal.in l.fi.C.de proba.Similiter confeſſio ſocij crimi nis,ſecūdū Cy.in l.fi.C.de accu.& Ang.in l.& ſi certus. ff. ad Sill.& Pau.de Caſt.in 2ſi.117.incip.notandum eſt, ꝙ adulterium eſt graue &c.& in conſi.195.incip. hoc eſt quædam inquiſitio &cæt. Similiter confeſſio iudicialis, uel etiam extraiudi-

Digitized by Google

trā iudicialis, secundum gl. & Barto. in l. capite quinto. ff. de adul. quæ omnia tene menti, cum his q̄ inferius dicemus in progressu, vbi ponemus quæ dicantur indicia indubitata.

Guido de Suza.

43 Denuo videre restat † quis sit quæstionis effectus? & si quidem absque formidine tormentorum, vltro quis crimen confiteatur, dixerunt antiqui & Moderni quidam præceptores, eum non esse statim damnandum, sed debet iudex stare per diem, vel per aliud tempus, secundum qualitatem criminis, & personæ conditionem, & iterum facere coram se p̄sentari, & interroget, an velit perseuerare in confessione, an cō tradicere, uel reuocare, & hoc ideo dicunt ipsi, quia confessio rei statim in cā criminali non præiudicat, nec statim facit plenam probationem ut expresse dicit. l. 1. C. de custo. & exhib. reo. in l. 2. & ita intelligunt illam legem, quæ non distinguit, an formidine tormentorum, uel sponte fuerit habita confessio. & ita intelligunt. l. ff. de quæstio. l. 1. §. diuus. ibi nec statim habere pro exploratis facinoribus, & §. si quis
44 ultro. & sic dicebant ipsi. † Item in confessione habita in ciuilibus, & habita in criminalibus, hoc interest, quia in ciuilibus non est opus perseuerantia, per dicta iura, nec mirum dicebant ipsi, si magis ponderatę & solertius in criminalib. quam in ciuilibus proceditur. nam ubi maius vertitur periculum &c. l. ubi. C. de fal. & melius. C. de pe. l. qui sniam. nec mirum, si tam variè, quia criminalia iura cum ciuilibus nil quasi simile habent, ut insti. de pub. iudi. in prin. tu dic cōtra & hæc est communis opi. quia si quidem quis in se confitetur sponte crimen, statim incarcerandus est, & illico statim absque alia perseueratione damnandus est, ut. C. de cust. reo. l. diem. primo respōso, & C. de pœn. l. cum reis. & ita intellige. l. 2. de cust. & exhi. reo. secundum veriorem intellectū & lecturam ut patet in fi. legis, ibi, ut sic iudicibus immodicè særuientibus &c.

45 † Sinautem in tormentis uel formidine formentorū fiat confessio, tunc non statur, nec debet haberi pro exploratis facinoribus, ut §. diuus. & C. quorum app. non reci. l. 2. & est ratio, ut ff. de q. l. 2. §. quoniam. ibi quia quomodo est res fragilis & pernicioſa, & ut plurimum ueritatem &c. & tunc habet locum. l. 2. C. de cust. reo. ut iudex faciat criminosum ad se redire, & quærat, utrum velit in sua confessione perseuerare, an retractare, uel contrarium dicere, & si perseuauerit tunc ualet confessio, alias non, vt dicit. §. si quis ultro. & d. l. 2. C. quo. app. non reci.

Addi. do. Ludo.

Dominus author ut uides circa effectū qōnis multum notabiliter loquutus est, faciendo differentiam inter confessionem sponteneam, & factam in tormentis uel formidine tormentorū, ut prima non requirat reiterationem, sed secunda sic.

46 † Ast, tu in hoc passu dicas, q̄ immo in puncto iuris verior est opi. q̄ requiratur ratificatio seu reiteratio confessionis, ut est casus non cauillando, in d. l. 2. in ver. atque ita postmodum ductus &c. quem tex. pondero in suo prin. in uers. deprehensus &c. & in uer. cum de admisso constiterit crimine &c. quæ omnia ostendunt confessionem sponte factam, & maxime cum lex illa sit posita sub titulo de custo. reo. & non sub titu. de quæstio.

Præterea, pro hoc considero rationem illius tex. in fin. nā militat, non solum in cōfesso sponte, sed etiam in coacto, & econtra. si enim non ratificatur confessio, nimis sequiret iudex in delinquentes. ad idem pondero tex. in l. fi. eo. titul. in prin. in uer. uelox pœna subducat. iūcta gl. in ver. subducat. nam licet tex. dicat delinquentem cito debere puniri, sed dicit gl. seruata forma. d. l. 2. & sic ratificata confessione, quæ tamen non dicebatur prius facta per tormenta.

Nec ob. q̄ istud requiratur, quando confessio fuit facta in tormentis, ut d. §. diuus. & l. 2. §. tamen si. quia respondeo, q̄ non negat ille tex. quòd idem non debeat fieri in alia confessione, etiam si sponte facta.

Non ob. etiam d. l. 2. C. quo. appe. non re. quia non probat
47 hoc in mille annis, † nam dicitur ibi aperte, quòd conuictus de crimine non pōt appellare, non tñ dr̄, quin confessio, & sponte facta non debeat ratificari. itaque ille tex. non facit.

Non ob. l. cum reis. C. de pe. quia ille tex. non loquitur primo in terminis nostri, sp̄terea tollit facultatem supplicādi, & alias artes ad differendum sniam, sed q̄ non debeat confessio facta ratificari non negat ille tex. & ista ratificatio nō tendit ad oppugnandū sed potius ad confirmandum sniam postea ferendā. Itaq; illa iura si recte ponderentur, non probant opinionē do. author. immo in p̄rium. allego casum in l. 1. §. si quis ultro. ff. de qō. ubi tex. disponit, non esse fidē ad-
48 hibendam & confessioni factæ ultro seu sponte. † bñ uerū est, q̄ vbi confessio est facta sponte, pōt reiterari, & incontinenti ad modicum tp̄s, sed confessio facta in tormentis, potest ratificari ex interuallo, & saltē dēt quiescere per unam diem naturalem, an eq̄ ducatur ad ratificandū, pp metum tormentorum, fm Bar. in d. §. diuus. & Iaco. But. in l. 2. C. de custo. & exhi. re. & do. author infra in uer. itē q̄ro q̄tum tp̄s &c. cum quo ibi dicā de hoc. & idē uoluit Ang. Are. in suo trac. male. in uerbo, fama publica p̄cedente &c. in pe. & ulti. col. in uer. 2. no. & c. & licet ipse ibi dicat, qđ ubi quis sponte confessus est nō requiratur alia ratificatio, & sic transeat cū opinione do. authoris supra relata, tñ subdit, qđ iudex cautus semper faciat confessionem reiterare, & sponte factā. & sic vr̄ et inclinare in hoc, & iudicio meo hoc est tutius & melius, nec iura q̄dicunt: immo requirunt, si bñ pōderētur, ut ex supradictis apparet. q̄ oīa tene mēti, q̄a sunt noua in hac
49 materia. & ultra p̄dicta ultimo loco adduco, † q̄a et sponte cōfesso nō est deneganda defensio. d. l. j. §. si q̄s ultro. ergo dēt fieri ratificatio, q̄ multū enerubit defensiones postea futuras, & sic citius ea expedietur, & p q̄s cessāt rō. d. l. cum reis. C. de pe. qđ no. de quo et posuit et Dy. in suo trac. male. in ver. restat uidere quid sit cōfessionis &c. & Bar. in d. §. diuus. & Bar. in l. 1. in fi. ff. de custo. reo. & Saly. in 2. C. eod. titu. vbi multum notabiliter loquutus est. Ludouicus Bo.

50 Sed quid † de qōne occurrenti, aliquis subiicit qōni, confitetur q̄ aliū, nūquid statur dicto suo, distingue, aut torquetur in alios, ut in socios, & nō in se, & tunc procedi pōt, ut. C. de assess. l. nullus. in fi. & de qō. l. editū, & l. 1. §. qui qōnem. ibi efficacissimas cās ad requirendā ueritatem &c. idē Tullius in Topicis. Nā tormentis, uerberib. igne fatigati, q̄ dñr veritas ipsa, vr̄ dicere, saluo si dixerit de inimico, quia tunc facile credendum non est, sed nec oīno fides detrahenda, sed cā cognita erit fides adhibēda uel nō, ut l. 1. §. p̄terea. de q. & arg. ff. de test. l. 3. in prin. aut torqueret in se & in alios. & si nihil de se cōfiteat hñt locū p̄xime dicta. Si cōfiteatur de se & de aliis, tunc secūdū Accur. cuius opi. p̄ualet, est inuenire regulā & instātias a regula, r̄r de primo scelere confessus super conscīa non scrutetur aliena, & sic
51 regula est, † q̄ torr tus de se confessus non dēt interrogari de aliis, & maxime de consociis, ut ff. de q. l. qui de se, & C. eo. l. sicut in prin. & C. de accu. l. fi. & si de facto interrogatur, uel sine interrogatione, dicat de facto aliorū, non statur dicto eius: fallit in casib. in quib. quis de se confessus torquetur & interrogatur de aliis, si tñ q̄ illos alios p̄cedant indicia. Primus est in quibuslibet latronib. & maxime assāsinis, qui de se confessi, torquendi sunt & interrogandi de consociis, & mandatorib. & de receptatoribus, ut ff. de custo. reo. l. diuus Adrianus. & C. de feriis. l. pe. Secūdus. C. de fal. mon. l. 1. Tertius ad exhi. l. fi. Quartus. C. de male. & mate. l. fi. Quintus de nece dñi in se confessō, ut torqueatur & interrogetur quo mādato &c. ut ff. ad sil. l. quo prius, & l. si percussor, & est ibi spāle, ut sentit ibi apparatus, ut ff. de qōni. l. ijs q̄ sunt. Sextus ad l. aqui. l. inde neratius. §. sed & si seruus. & bñ dixi, si aliqua p̄cedant indicia, q̄a aliàs nō dēt interrogari de aliis, ut C. de q. l. 1. itē eius rñtio non erit plena probatio q̄ illos quos inculpauerit, sed aliqua p̄sumptio, ut in apparatu. d. l. fi. C. de accu.

Addi. do. Ludo.

Licet do. author non dicat, hic fuit formalis doc. do. Gand. in suo tracta. male. in ti. de qō. & tormentis. uer. restat formare circa hūc tractatum &c. & Dy. in suo trac. qōnum. in uer. nunquid per talem p̄scriptionem &c. & gl. & cōiter scrib. in d. l. fi. C. de accu. maxime per Bal. ibidē, & Bar. in l. repe. de qōni. & gl. Inn. & do. Abb. in c. 1. extra de cōfes. gl. in c. 3. extra de testi. & gl. in c. fi. 15. q. 3. & do. Ang. Are. in suo trac. malefi. in uerbo fama publica p̄cedente. in 8. col. in ver. q̄ro an participes criminis &c. ubi
52 † ponit aliquos casus in quib. pōt quis torqueri contra alios, & interrogari de alijs, ultra supra numeratos, uidelicet in crimine læsæ maie. ut in criminib. q̄ non cō mittunt̄ sine socijs, & idē uoluit ipsemet in vers. 10. q̄ro an in culpato &c. ubi dicit in casibus in quib. q̄s pōt interrogari de socijs, talis inculpatio est sufficiens ad ponēdū inculpatū ad torturā. alle. tex. in l. editū. & in l. j. §. eū q̄ latrones. ff. de q̄. sed tu intellige hoc sane, si aliqua indicia p̄cedāt. & d. meus in cōs. 89. in 3. uo. inci. an assertio socij &c. prout dixit. d. author q̄ in hoc rectius, iudicio meo locutus est, nā d. Ang. nimis larga uerba effudit, & dixit contra tex. in d. l. j. C. de qō.

Guido de Suza.

53 Sed nunquid † per istam præsum. poterunt isti inculpati a torto seu a tosmērato, ad tormēta poni r̄ñ. sic in dictis sex casib. exceptuatis, argu. prælega. l. nullus. & l. edictum. ff. de q. & arg. l. his. eo. tit.

Addi. do. Ludo.

Intellige prædictam conclusio. cū modificatione q̄ supra proxime dixi in fi. præcedentis additionis. s. dummodo p̄cedāt
54 aliqua indicia contra inculpatos. † nam sola inculpatio facta a tormētato de sociis ēt in dictis casib. exceptuatis non est

Digitized by Google

ſufficiens ad torturam:& ſi diceres, amicę qd ſpālitatis erit in dictis caſib.exceptuatis,cum in oīb.alijs caſib.indicia p̄cedentia ſint ſufficientia ad torquēdum,rñ.q̄ hic indicia in caſib.ſpālib.non requiruntur ita ltīma,ſicut in alijs caſib. nō exceptis ubi requirantur indicia ſufficientia,pro quo adduco notabilem doc.do.authoris in §.proxime ſeq.incip. ſed quid ſi perſona &c.ubi dixit,qđ in dictis caſib.exceptis, ubicunq; inculpatus a tormentato eſt malę famæ & ꝙerſationis,poterit torqueri,ſed in alijs caſib.non exceptuatis , ſecus,in quib.ſecundū eū debent p̄cedere indicia ſufficiētia.

Guido de Suza.

55 Sed quid †ſi perſona inculpata ſit malæ famæ & cōuerſationis,nunqd in alijs caſib.q̄ ſ.dictis ſex exceptuatis,poterit torq̄ri, & ſubijci qōni, dic q̄ nō,ſi nō p̄ceſſerūt indicia ſufficiētia,nec inculpatio facta de eo a tormētato,inducit indiciū,cū īterrogari nō debuerit,ut C. de accu.l.fi.& ff.eo.ti.l.is cui.ergo qđ inde ſequit̄.l.prohibē. non valet,ut l.non dubium.C.de legib. tamen de conſuetudine uidi torqueri.ad qđ facit tex.in l.1.§.diuus adri.ff.de q.

Addi.do.Ludo.

De hac deciſione ſupra feci tibi mētionem, ideo non repeto nunc,ne idem ſæpe dicamus.

Guido de Suza.

56 Sed quid †de qōne quotidie occurrēti,accuſat̄ quis de furto,indicijs p̄cedentib.ad illud furtū torquetur & confitetur illud furtū, nunqd dēt procedi in tortura ſiue repeti , ut indicet & ꝓfiteatur de alijs furtis à ſe ꝓmiſſis,ad q̄ nulla hñt indicia?dic de iuris ſolēnitate nō,arg. eo.q̄ dicentur in proxima qōne pro ſecunda parte , & qa q̄tū ad iſta furta,de quib.in ſpecie uel in gñe aut quare nulla p̄cedunt indicia & ſine indicijs nemo torquendus eſt,ut.C. de fal.l.ſicut,& ff.de qō. l. 1.in prin.& l.maritus,ſed de gñali conſuetudine Italiæ, quotidie ſeruamus ꝓriū, & ſpāliter in furtis,q̄ magis frequētantur,q̄ cōſuetudo pōt adiuuari p.l. non oēs.§.a barbaris.ff.de re mili.& de offi. præſi. l. cōgruit.

Addi.do.Ludo.

In hoc paſſu adde tu do.Ang.Aret. in ſuo libello malefic.in uerbo,fama publica p̄cedente.in ulti.verbis,ubi hic idē cōfirmauit,& dixit idē eſſe in omnib.aliis delictis.alleg.tex.in d.l.non oēs.§. a barbaris. & in d.l.congruit,& ita dicit ſeruari de conſuetudine.

Guido de Suza.

57 Sed pone †q̄ fuit de aliquo ſemel habita qō, forte quia nil dixit,uult iudex de nouo repetere qōnem ſine aliquo nouo iudicio accedente, nunqd pōt, vī q̄ ſic,ut.ff.de q.l.repeti,& l.unius.§.1.q̄ indiſtincte dicunt qōnem repeti poſſe,& ubi lex non diſtinguit,nec nos. l.de p̄tio.cum ſi.tu dic quod non,ſine nouis indicijs, ut qa tortus dixit nullū ibi illa nocte iacuiſſe,vbi maleficiū fuerat cōmiſſum,poſtea inuentū eſt p̄ teſtes,q̄ ibi aliqs iacuit.certe hoc caſu repeteret qō,per illū indiciū,uel aliud ſimile.& hęc eſt cōis opi.non tñ allegatur aliqua lex.tu alle.ff.pro ſocio.l. ſocius p̄ filia.§.nec ſi poſſeſſor. Aſſeſſores aūt honoris auidi, hoc non ſeruant,immo qōnes repetunt ſine nouis indicijs, quouſq; de obiectis criminib.hauriant ueritatē, quorū opinio pōt defenſari per.§.oportet.in auc.ut iud. ſine quoquo. ſuffra.ibi torquebunt fures & non prius quieſcēt &c.conſideret aūt bonus iudex in qōne repetenda an tortus in animi & corporis fortitudine durauerit.l.unius.§.reus. ff.de q.

Addi.do.Ludo.

Licet do.author non dicat,hæc ſunt formaliter verba Dy.in ſuo trac. qōnū,in uer.quid ſi aliquis fuit ſemel tortus &c. & refert & ſequitur Ang.Are.in ſuo trac.male.in uerbo fama publica p̄-
58 cedēte &c.in uer.3.q̄ro an ſemel tortus &c.ubi dixit, † q̄ de quacūq; tortura q̄ facit iudex dolo malo,& ſine cā, capite punit̄ p̄ arg.l.decurio.& ibi hoc uoluit Bal.C.de qō.& Bald. in l.1.C de priua.carce.& licet pro mala cōſuetudine aſſeſſorū repetentiū qōnes ſine nouis indicij,alleget̄ ille text. in auc.ut iudi.ſine quoquo ſuffra.in §.oportet. tñ nūq̄ placuit mihi hoc.& dico,q̄ ille tex.nō facit ad propoſitū, & ſi recte ponderet̄,nam ille tex.loquit̄ de adminiſtratorib bon. fiſc. & dicit q̄ ſi aliqđ furtū cōmittat̄ in dictis bonis, q̄ iudices torquebunt,& non prius quieſcāt donec reddant furta, ibi aut in hoc ſi mauſerint in maximis cōſtitutis furtis &c.nam ille tex.uult,q̄ iſti officiales ſunt ſolliciti in p̄quiſitione dictorū bono.non tñ permittit fures repeti poſſe ſine nouis indicijs.& ſic arbitriū conceſſum eis,intelligit̄ conceſſum, non tñ extra limites iuris,& potius ille tex.denotat facultatē in torquendo plures q̄ in repetendo qōnē ꝙ unum,& ut ipſi ſint diligentes uult ibi tex.q̄ ſi non reperirēt dicta furta , teneant̄ ipſi tanq̄ illi q forte non fuernnt diligētes in cuſtodia
59 dictorū bono.†ex quo ēt infero,q̄ imperator nō uoluit, q̄ tortura,nec repetitio ciuſdē debeat fieri,niſi ltīme cū oīno perdere nō poſſit.Nā iudices remanent obligati,& potius credendū eſt imperatorē ibi uoluiſſe iudices procedere ſeruatis ſeruandis,q̄ aliter.Nā p̄ſumptio eſt , q̄ iudices uidētes ſe remanere obligatos,torquerent & repeterent qūocunq; & qualitercunq;.itaq; ille tex.nil mihi facit pro ſaluatione aſſeſſorum repetentium qōnē ſine nouis indicijs , a qua iudicio meo cauere debent ſicut ab igne , & maxime cū cōis theorica doctorum ſit in ꝓrium,prout ſupra dixi,& ultra p̄di.ita in terminis uoluit Bal.in l.2.C.quorum app. & Bal. in l.milites.C.de qō.& do.Abba.in c.cum in contemplatione. in 2.col.in uer.7.queritur,extra de reg.iur.

Guido de Suza.

60 Quid ſi dum aliquis †eſt in tormentis dicit,orqueatis me q̄tum uultis,quia ſi ſtarem uſque ad 10.annos, nihil dicerē,qa nil ſcio , uel in nihilo ſum pollutus obiecti criminis , & ſic omnia diffitetur,nunquid ſtatim eſt dimittēdus & deponēdus de tormentis,& libere relaxandus ire uias ſuas,& certe non,ſed procedat̄ in tortura, ſed cū tēperie, uel aſpere , ſm condō.criminoſi,& ſecūdū criminis qualitatē,& ſi cōfiteatur,bñ quidem.ſinautem non confiteatur,debet eū iudex in carcerib.detinere,& ſi noua aderunt indicia,qōnē repetet. ſinaūt noua indicia nō aderūt,tūc ſtatuet accuſatori dilatiōnē cōpetentē ad probandū,& ſi poterit cōuinci,cōdēnabit̄, alias non.ff.de qō.l.1.§.præterea.& l.unus.§.in ea.eod.tit.

Addi.do.Ludo.

In hoc do.author recte loquutus eſt, nec eſt opus additione, niſi dū di-
61 cit de nouis indicijs,†Nam noua indicia, ea dñr, q̄ differūt a præcedentib.ſpecie uel ſubſtantia,ut puta, prima indicia erant de mala fama rei,vel quod erat inimicus &c,ſuperuenit poſtea unus teſtis,qui dicit ſe uidiſſe reum percutere,uel dicit q̄ uidit eū cū gladio euaginato &c.ſecus ſi primo habuiſſes indiciū ex fama p̄ aliquos teſtes,licet poſtea habeas alios teſtes ſuper fama,non dicuntur noua indicia,ſed dicit̄ noua probatio primi indicij. nec poſſet quis repeti in tormentis.ita uoluit Ang.in trac.male.in uerbo , fama publica. in uer.quæro quæ dicantur noua indicia &c.

Guido de Suza.

62 Sed quid †qōne de facto occurrēti,criminis indicia p̄cedunt,p̄ q̄ iudex informatus uult procedere ad tormenta,dicit reus iudici,dñe detis mihi defenſionē ante q̄ ponatis me ad tormēta,quia paratus ſum inconti-nēti arguere ꝙ indicia ꝙ me recepta, nunqd audiendus eſt reus,& ſibi defenſio danda ante q̄ torqueat̄,vī q̄ nō,p̄ l.3.in ver.neq; ante probationes iniurias patiant̄ &c. C. ubi ſena. vel clari.cū in illis perſonis in dignitate poſitis ſit ſpāle, vī in cæteris ꝓrium eſſe ius cōe,arg.l.1.ff.ad mu.Præterea,primo actor probat,& fundata intentione ſua reus opponit defenſiones & exceptiones ſuas,ut C.de exce l.ſi q̄dem,& l.exceptionē.de prob.igit̄ primo totaliter dēt fundari intētio actoris p̄ teſtes,uel p̄ ꝙfeſſionē rei,ante q̄ audiat̄ in ſua exceptio-
63 ne ſiue defenſione reus.†Tu dic ꝙ ſ.q̄ primo ſit dāda defenſio,ante q̄ torqueat̄,maxime qñ tale qd allegat̄,quo probato nō deberet ad tormēta p̄cedi,& hoc illa rōne,qa ab interlocutione facta a iudice,q̄ aliqs torqueat̄, appellat̄. l.2.ff.de ap.reci.& eſt rō conſiderēda,qa a tali īterlocutoria eſt p̄miſſū appellare,qa ſi defenſio differret̄ poſt torturā, nunq̄ poſtea poſſet recuperare detrimētū mēbrorū,ut d.l.2.ergo eadē rō ſibi locū vendicat in propoſito,nō.n.appellaret̄,vel defenſio peteret̄,ſi primo torqueret̄,nā qñq; ſolēt deficere in qōne.l. aut dāna.§.1.ff.de pę.Præterea ēt ꝙfeſſo , defenſio ſuæ innocētiæ dat̄.C.de cuſt.re.l.2.multomagis hæc defenſio non de-
64 negat̄.†Præterea,ēt uidemus,q̄ iā dānato ex cōfeſſione ſua facta in tormētis , p̄ſeueratione facta princeps uenit ēt poſt ſnīam defenſionē ſuę innocētię cōcedēdo,& ſnīam retractādo,ſi cōſtiterit de innocētia cōdēnati,ut l.1.§.ſi quis ultro.ff. de q.ſi.n.iā cōfeſſo,& iā cōdēnato ꝙcedit̄ defenſionis facultas,tāto & multofortius añ tormēta denegari nō dēt. cui.n. q̄ eſt plus cōcedit̄,nō dēt denegari q̄ eſt minus, ut dicit rta iuris,cui q̄ plus eſt &c.quid plura,in iure legitur expreſſe, q̄ quocūq; tpe iudicij,reo petente,defenſio danda eſt.l.unius. §.cognitio.ff.de q.ibi quocunq; tpe reo poſtulante &c.

Addi.do.Ludo.

In hoc paſſu multū quotidiano,licet d.authornō dicat,reperio Pau.de Elea.in cōmento.c.grauis.in ult.col.in uer.qd ſi torquēdus q̄rit &c.ext. de depo.& Gā.in ſuo trac.male.in uer.nunqd torquēdus ſit audiēdus &c.ubi formaliter & de uerbo ad uerbū argumētati fuerūt ad partes, ut fecit.d.author in hac qōne, & finaliter
65 †ꝙcludūt defenſionē nō eſſe reo denegādā,& q̄ copia indiciorū ei dāda eſt,& plus dñr,q̄ q̄tūcūq; iudex hñet arbitriū ex forma ſtatuti in talib.nō tñ pōt denegari defenſio , & idē uoluit Gan.vbi.ſ.pxime in uer. itē q̄ro nūquid ptās q̄ habet arbitriū &c.& idē in terminis noſtris reperio cōſuluiſſe do.

mc.

Digitized by Google

me.Alex.in consi.66.in 1.& 2.col.in 1.vol.incip.si præcedẽ. indicijs.vbi tamen limitat multum singulariter,nisi reus sim pliciter peteret copiam indiciorum cum termino ad probã dum,nec diceret qualem defensionem hꝛet , sed solũ diceret indicia illa non esse uera,sed falsa.Nam ſm eum, ad hoc ut concedatur defensio,& differatur tortura , opus est ꝙ allegetur talis defensio,quæ probata tortura cessaret,sed in casu proposito, si testes deposuissent, & affirmassent indicia non esse vera,sed falsa,non releuarent, tanꝙ deponẽtes sup̃ mera negatiua,ergo &c.& idem vꝛ fuisse de mente Pa. de Elea.in d.c.grauis.Secundo limitat do.meus in consi. palle. alio modo multum singulariter, quin dñs ptãs denegaret defensionem cum consilio dñi iudicis maleficiorum. nam potest,& non tenebitur in sindicatu per doc,Bal.in rub.C. de pe.iudi.in ver.quæro nunquid ptãs &c.Sal.in l.fi.co.tit.ꝙ no.per te qui vadis per officia,ut si non intelligis, semper facias de consilio iudicum,qui sint tñ Doct. hñtes instrm suæ approbationis in studiis generalibus, uel ꝙ talis iudex sit tibi datus per superiorem.nam eris excusatus faciendo cum tali consilio secundum Sal.in d.l.fi.& d.me.in d. consil. 66. in 2.col. quod consi. est repetitum de uerbo ad uerbum in 3.uol.in ordine ibi.41.inci.ut supra dixi.

Guido de Suza.

66 Sed quid de quæstione quã sæpe de facto uidemus ꝑte stis fuit tortus,& in tortura confessus,nunc ante sn̄iam, dicit se errasse,nunquid poterit reuocare errorem suum , rñdeo,aut est error iuris,aut facti, si error facti , potest vsque ad sn̄iam,& est ratio,quia non vꝛ fateri,qui in facto errat.l. 2.in princ. ff.de confes. item talis error non potest vsque ad sn̄iam obesse.l.error.C.de iur.& fac.ign.&facit. C. quo.ap. non reci.l.2. nam condemnato ex confessione in tormentis facta & perseuerata,subuenitur ẽt post sn̄iam , & errorẽ suum,siue innocentiam suam docere volenti,& si ostenderit,absoluetur,ut ff.de q.l.1.§.si quis ultro.multo fortius dẽt audiri iste errorem suum probare uolens. item iste non perseuerauit in confessione,ex quo non expectauit sn̄iam. itẽ confessus formidine tormentorum auditur appellans,ut C. quorum app.non reci.l.2.Sinautem est error iuris,tunc non poterit venire contra confessionem,ut d.l.error.

Addi.do.Ludo.

Circa reuocationem erroris seu cõfessionis erroneæ, ut vides do.author facit dr̃iam inter errorẽ iuris uel facti,ut hic per eũ.Cuius dictis adde tu Gand in trac. male.in tit.de qõ.in uer.si confessus dicat se errasse &c. ubi
67 idem formaliter tenet.Nam secundum eũ, qui dicit ẽt hoc esse bene notandum,nemini est deneganda facultas defensionis ante impositionem pœnæ.alleg.d.l.unius.§.fi. in uers. quocunque postulante ergo &c.de q.& C.de iur.fi.l. facultas,lib.10.& C.de bo.va.l.fina.in uer. data copia &c. & plus subdit,ꝙ ẽt sponte ꝓfesso nõ est deneganda defensio,ad probandum de iure suo & innocentia sua.alle.tex. in l. 1.§. si qs ultro.ff.de qõ.& quia defensio & probatio pñt fieri usq; ad sn̄iam.l.si quis iureiu.C.de re credi.l.indicia.C.de proba.& l.1.§.si ad diem.ff.de re mili.de quo uide per Bal.in l.bonæfidei.in 3.col.C.de reb.credi.& Bal.in l.fin.in 1.col.C. de proba.& per do.Pet.de Anch.in consi.22.in 3.col.incip.utrum confessio contra iniustum &c.ubi dicit se de facto obtinuisse ꝙ quis potest reuocare confessionem suam, licet secundum eum iudices in hoc se difficiles & rigorosos exhibeãt, credentes vilescere in conspectu hominum per absolutionem contra.l.absentem.ff.de pe.

Guido de Suza.

68 Sed pone †ꝙ aliquis confessus est in tormentis, & non perseuerauit in confessione , nũquid talis confessio aliquid operetur,vꝛ ꝙ sic. ſ.semiplenam probationem,ut C.de cust.reo.l.2.& ff.de q.l.1.§.diuus.uel dic, forte uerius,ꝙ nisi perseueratum sit,talis confessio non plenam,uel semiplenam probatio.inducit quoniam nullo modo confiteri,uel confiteri sine perseueratione, paribus passibus ambulant.C.quorum appel.non reci.l.2.

Addi.do.Ludo.

69 Licet do.author in hoc loquatur sub dubio forte,dicas tu,ꝙ †sine dubio forte,dicta confessio facta metu tormentorum sine perseueratione non præiudicat.casus est in d.l. 1.§. diuus. & ibi Bar.& idem uoluit Iac.But.in l.2.de cu reo.& Angel. & Sal. ibidem,& Sal.in l.fi.in 3.col.C.de q.& do.Abb.in c.cũ in cõtemplatione.in 2.col.in ver.6.quæro.de regu.iu. vbi dicit,ꝙ talis perseueratio & ratificatio dẽt fieri extra locum tormẽtorum,ꝙ dicit facere ꝯ iudices, qui incontinẽti in loco ubi est tormentum,faciunt ratificare confessionem,& male. & inde uoluit Ang. Are.in suo trac.male.in pe.col.in uers.fama publica pr̃cedente.in uer.2.no.ubi dixit ꝙ tortus debet quiescere saltem per unam diem naturalem anteq̃ ducatur ad tribunal,ad ratificãdũ,de quo ultimo superius diximus.

Guido de Suza.

70 Sed quid si †aliquis tortus est nullis uel non legitimis indiciis p̃cedentib.nunquid valebit eius confessio,dic ꝙ non,ẽt si & quantũcunq; in ea perseuerauerit,ut est arg.in l.2.& 3.& 4.C.si ex fal.instr. & est casus in l.maritus.& in l.pe.secundum vnam lec.ff.de q.& tex. in l.diuus.uer.ex quib.co.tit. Præterea hoc est de substantialibus qõnis habendæ,ꝙ legitima præcedant indicia, aliàs qs torqueri non potest,cum a tormentis non sit incipiendum. l.1.ff.de q.& l.maritus,& C.eo.ti.l.cum cognitionale,& l.milites.quo deficiente quicquid sequitur,ipso iure nõ ualet.l. nõ dubiũ.C.de legi.& de fi.instr.& iure hastę fis.lib.10.l.1.& l.diuus.de in inte.resti.& C de app.l.nominationes.

Addi.do.Ludo.

Pro hac conclusione est tex.cũ gl.sing. & ibi Bar.in d.l.pe ff.de qõni.quem cũ gl.pro singulari ad hoc allegauit, & secutus est Ang.Are.in suo trac.male.in 8.col.in uersi.fama publica
71 præcedente.in uer.aduertas tamen. † ubi dicit secus esse in confessione sponte facta,quia tunc ẽt non præcedentib.indiciis ualet,adeo ꝙ ex ea confessione potest quis condemnari.alle.tex.in c.j.de accu.lib.6.& dicit idem tenere Pet.de Anch.in cle. 1. de homi. ꝙ est singulariter menti tenendum ſm eum ibi, de qua materia.s̃ latius diximus. ideo non repeto nunc,ubi alleg.dominũ meum in suo consi.5.in 1.uol.

Guido de Suza.

72 Quæro †quæ dicatur confessio facta in tormentis.rñdeo confessio in ipsis tormentis, idem est, si ad pedem ipsius torturæ ducitur, & ligantur manus , & terror incutitur a iudice dicente, ꝙ si non incontinenti confiteatur,subiiciet eum qõ.certe non tenet talis confessio, nisi in ea fuerit perseueratum,quia lex æquiparat confessionem factam in ipsis tormentis,& ex tortura,& formidine tormẽtorum,ut est tex.C.quo.app.nõ re.l.2.ibi,aut formidine tormentorum &c.& no.ꝙ ibi dicit formidine, nõ autem dicit tormentis,& idem ibi sentit gl.& arg.ff.de iniu.l.item apud labeonẽ.§.adiicitur.uer.qõnem.ibi,uel leuis territio.ergo à ꝯrio sensu,non leuis territio hꝛ pro ipsa tortura. & accedat ꝙ legitur,sufficit terror armorum & si quis eis usus non sit. ff.de ui & ui ar.l.idem est.§.si armati.& C.ad l.Cor. de Sica. paria sunt hominem gladio percutere uel stringendo minari,ut ff.ad l.Cor.ad Sica.l.1.§.diuus.& facit. ff. ex quib. caumaio.l.3.& C.quod met.cau.l.metum.

Addi.do.Ludo.

Dominus author verũ dicit in hoc, & ultra alleg.p eum,dicas tu,ꝙ idẽ uoluit Bar.in l.1.§.diuus.ff.de q.& Bar.in l.2.in 3.col. in fi.C. ꝙ met.cau.& Bal.in l.uni.in 8.co.C.de ꝓfes.& Bal.in l.nouissime.ff.de exc.tut,†ubi dixit,ꝙ ꝓfessio q̃ fit apud tormẽta,dr̃
73 fcã ĩ tormẽtis,p illũ tex.quẽ dicit ad hoc singularẽ,& idẽ de ꝓfessione fcã ĩ tormẽtis, uel formidine tormẽtorũ,ut a pari p̃cedãt,uoluit ẽt.d.Abb.in c.fi.in 5.co.ext.de ꝓfe. & Abb.in c.cũ ĩ ꝓtẽplatione.ext.de re.iu.& Alex. de Neuo, Patauinus in suo ꝓl.47.in 2.col.in 4.vol.inter consilia do.mei inci. in c. in cã p̃di. &c. & faciunt ea q̃ inferius dicemus immediate.

Guido de Suza.

74 Sed quid in †qõne de facto: ꝯtinet in statuto ciuitatis,ꝙ aliqs nõ possit torqueri nisi in certis casib ptãs honoris auidus extra illos casus ꝓcessos per statutũ,uult eruere veritatẽ criminis, nõ tñ uult ponere ad torturã ne incidat in pœnã statuti,sed qd facit, p̃cipit eũ teneri in turri,uel in alio loco,denegãdo ei alimẽta,donec ꝓficeat,uel in hyeme facit eũ nudũ, nunqd uideat ponere qõni,ut dicamus eũ incidere in pœnã statuti, & dic ꝙ sic, ut ff. de iniu.l.itẽ apud labeonẽ. §. qõnis.ibi malã mansionẽ &c.

Addi.do.Ludo.

75 Pro decisione do.authoris,adducas tu doc. Barto.in l.1.§.diuus.ff.de qõ. †ubi ponit de eo qui retinetur in carceribus ut siti moriatur,nam dicit tortus,adeo quòd si confitetur uirtute talis sitis non ualet confessio,tanquam facta in tormentis.& idem uoluit.d. Ang.Are.in suo trac.male.in uerbo fama publica præcedẽ. in uer.quæro quid si est tale delictum &c.ubi arguit contra iudices ignorantes & crudeles,qui quando non pñt torquere dant carnes ualde salatas ad comedendum malefactori, & non bibere.Nam secundum eum dicuntur torquere, & tenentur in sindicatu,de quo uide etiam per do.Abb.in c.fi. in 5.col.extra de confes.& facit illud ꝙ ẽt inferius dicemus.

Guido de Suza.

76 Sed quid si † extra locum torturæ, uel circa tribunal iudicis,ubi ius redditur, iudex examinans dixit delato ex crimine,aut confitearis, aut ducam ad tormenta,& torquebo te,nunquid dicatur tunc cõfessio facta formidine tormentorum,dic quòd non, quia le

Digitized by Google

uis territio &c.vt d.l.item apud Labeonem.§.quæstionem, & C.quòd me.cau.l.metum.ibi,non iactationibus &c.Terrorem autem quæstionis probabilem vere torturę comparande accipere debemus præsentem & instantem torturæ, sicut de metu instantis cruciatus, vt ff.ꝙ met. cau.l. metũ.1. respon.& ff.ex quib.cau.maio.l.3. in fin. leuis enim territio, & extra locum torturę facta,eluſoria est,argu. l. si cui plusquam per l.fal.Lex satisdatio.

Addi.do.Ludo.

77 Sto in hoc †cum do.authore, cum;modificatione tamen,nisi iudex qui diceret reo,aut cõfitearis,aut ducam te ad tormenta,& torquebo te,esset homo terribilis vultu,& solitus talia dicere,& mandare executioni,quia tunc dicerem secus esse,& confessionem esse factam metu tormentorum,iuxta no.per Bar.in l. de pupillo. §.si quis ipsi prætori,cum si.ff.de no.ope.nun.idem dicerem quando reus esset persona multum timida,puta mulier esset vel complexionis trepidę,quia tunc dicam illa verba inducere sufficientem tormentorum formidinem, pro quo facit quòd dixit do.author infra in §.item quæro quãtum tempus &c. ubi ponit de qualitate personarum consideranda in hac materia.

Guido de Suza.

78 In quo loco †sit reus ducendus ad perseuerãdum in confessione,respõdeo, apud acta, vel alio publico loco,extra conspectum torturę, & ita uidemus expertos assessores in perseuerantia conuocare testes, & sub publico testimonio scribi faciunt,talis tali die perseuerauit & confirmauit &c.in præsentia talium testium &c. & bene faciunt per l.2.C.de custo. reorum , ibi sub publico testimonio &c.

Addi.do.Ludo.

De loco ratificationis confessionis. d. author recte loquutus est,idem uoluit Bar.in l.1.§.diuus & ff.de q.& Bal.in l.2.C.quo.app.& Bald.in l. 2. C. de custo. reo.& idem uoluit.do.Abba.in c.cum in contemplatione. in 2.col.in uer.quæro.in fi.extra de iudi.& d.Abba.in c.fi.in 5.colum.in fi.extra de confes.& facit quòd not. Bald.in l.2. in 3.colum.in fi.ff.quòd me.causa,& Bal.in l.1 in 6. colum. C.de confessio.

Guido de Suza.

79 Item quæro, †quantum tempus intermedium à die confessionis ad diem reductionis ad perseuerandum esse debeat, respondeo hoc lege aliqua non determinatur,vt d.l.2.de cus.reo.ibi post modicũ, non tamen dicit quod sit illud modicum.dic quòd sit in arbitrio iudicis considerata qualitate personarum,& enormitate uel leuitate criminis.cum enim tempus,vel quid aliud, a iure non præfinitur,remittitur iudicis arbitrio. ff. de iure delibe.l j.l.hodie.ff.de pęnis.l.1.de effracto.

Addi.do.Ludo.

Hæc est vera conclusio,de tempore intermedio inter confessionem, & ratificationem,remittendo in arbitrio iudicis, in quo adde tu Iacob. But.in l.2.C.de custo.reo.& Ang.& Sal.ibidem,& do. Ang. Are.in libe.suo male.in verbo,fama.in pe.col,in ver.3.no. ꝙ si confessio &c.& etiam supra de hoc dixi.

Guido de Suza.

80 Quæro qui †debeant quæstioni interesse. respondeo ut ff.de aduo.l.si postulauerit.§. quæstioni.in secreto,autem iudex recipiet dictum eius.tortus.n.habet similitudinem testis,ut in summa de quæstioni. §.sed habetur,& ff.eo.tit.l.j.§.imperator.

Addi.do.Ludo.

Circa hanc materiam de dicto rei recipiẽdo in secretis uide tu quòd no.Bar.in d.l.si postulauerit.§.quæstioni. ff. de adult.ubi multum notabiliter loquitur in materia testis torquẽdi, an aduocatus possit esse præsens,& concludit quòd non in examinatione, sed in delatione iuramenti sic.

Guido de Suza.

81 Sed nunquid †liber homo possit torqueri, videtur ꝙ non quia quasi totus titulus de quæstioni.C.& ff.de tortura seruorum intelligere videtur,alii dicunt quòd liber homo torquetur in casib. scilicet quando in testimonio vacillat,& præsens fuit facto, ut ff.de quæstio.l.ex libero,& l.testes.& in crimine falsi,ut ff.de fal.l.si quis decurio.argu.C.de prob.l.iubemus, & C. de testib.l.nullum.& in alio casu speciali.C.de male.& mathe.l.si excepta.& no.in apparatu,& C.de qõ.l.decuriones. Si ergo est speciale,in contrario est ius singulare.ff.de legi.sic & milites regulariter non torquentur,ut C.de quæst.l.milites. sic decuriones.C.ex qui.cau.infra.irro.l.decuriones. C.de qõ. l.diuo & C.de pe l.decuriones.& l.decurionum.& l.misericordię. ad l.Iul.maie.l.nullus.ff.de pe.l.moris§.iste.ff.de decu.l.2.§.in decurionib.& l.fi.cum conc.tu.dic† ꝙ liber homo potest torqueri,non solum in alios.ut fi.de q.l. ex libero.1.respons.& l.unius.§.testes.C.de aboli.l.fallaciter.§.qđ si ingẽnorum.C.de assess.l.nullus.ad fi.ff.de cust.reo.l. diuus Adrianus,sed etiam in seipsum,quandocunque defertur ex aliquo crimine.C.de quæstio.l.si cognitionaliter.C.ex quib. cau .infa.irro.l.nullam.& ibi de hoc.C.de fal.l.sicut.ff. de re mil.l.proditores.Denuo quod liber homo torqueri potest inconuincibiliter,arguitur per l.si quis decurio. C. de falci. vbi decurio torquetur,immo melius.ff.de quæstio.l.fin.ubi uidetur casus,quòd liber homo torqueri possit, vt C.de accu.l.fina.ut C.de assess.l.nullus.& quod no. & alius quàm liber homo non potest esse decurio,ut ff.de decur. l. seuerus, & ita seruat generalis consuetudo,& d. Azo in sum. de quæstio.§.quæri.& §.torquentur.

Addi. do. Ludo.

83 De libero †homine,ut possit torqueri,iudicio meo non est dubitandum,licet do. author ad hoc probandum multum laboret,prout uides, nam ego habeo hoc pro absoluto,& licet de hoc dixi ī prin.huius operis. tamen nunc pro confirmatione dico unum ultra omnes,nam si liber homo torqueri nõ posset,profecto ex mille delictis, non punietur unum,contra l.ita uulneratus. ff. ad l.aquil.nam in delictis non semper sunt præsentes testes, immo qui male agit communiter odit lucem,unde ex hac ratione primo debet posse liber homo absque dubio torqueri & contra se & contra alios.

Guido de Suza.

Item puerilis tamen q̃stio est,nunquid ita principalis persona debeat poni, uel subiici tormentis ad ueritatem eruendam, videtur ꝙ non, quia totus tract.de quæstioni C. & ff. videtur consistere circa seruos tuos torquendos, & liberos homines uacillantes,
84 sed tu dic† ꝙ ipsæ principales personæ sunt quæstioni subijciendæ,ut C.de quæstionibus l.3.& ff.eod.tit.l.1.§.diuus, & §.si quis ultro,& l.unus.& ff.de re mi.l.proditor. præcedere tamen debent indicia verisimilia,ex quib. obiecti criminis reus,ex præfinitione culpæ,indiciis animus informetur, ut C.de quæstioni.l.cognitionaliter,& l.milites.§.oportet, & C.de falci.l. sicut.

Addi.do.Ludo.

Prout attestatur ipsemet author,hæc quæstio puerilis est , & probatex his quæ supra dicta sunt in additione proxima præcedente , & per do.authorem in §.proximo præcedenti, incip. sed nunquid liber homo &c.

Guido de Suza.

85 An si iudex adeo tormentando modum excesserit,ita ꝙ tortus in quæstione defecerit,uel membra debilitauerit teneatur, & quo iure. & ꝙ teneatur dicit lex expresse.ff.de iniu.l.item apud Labeonẽ. §.quæstionis,ibi teneri eum &c.si enim torquendus est reus ut innocentiæ, uel iudicio saluus reddatur, ut l.quæstionis. §.modus.ff.de quæstioni.certe si iudex nõ seruauit, tenetur. & facit.ff.solu.mat.l.si constante.§.si maritus.& instit.u. qui sunt sui uel alie.iur.§.2.& §.dominorum, & melius. ff. ad l. aquil.l.sed quicunque. §.si magister,& ff.de ver.signi.l.locũ. §.fi.& ff.de pig.act.l.eleganter.§ plane,nec prodest sibi,ꝙ iudex tantum hoc fecit,cum deliquerit,nam omne maleficiũ praue præsumitur actum,ut. C.de iniurijs.l.si non conuicii, & C.de sic.l.prima.

86 †Præterea,si propinquus in corrigẽdo propinquum,modum excessit tenetur,ut C.de emend.propin.l.1.nec iudicẽ excusat officiũ,quia sicut priuatis,& ita magistratib. prohibitum est aliquid illicitum facere.l.nec magistratus.ff.de iu.econtra uidetur ꝙ non teneatur,quia iudex causa ueritatis eruendę hoc fecit,suum exequendo officium, & nõ animo deficiendi,uel debilitandi,igitur non debet teneri: nemo enim uidetur delinquere nisi animum malignũ ad hoc habuit.ff.de uerbo.signifi.l.sæpe.ad fi.uoluntas enim & propositum distingunt maleficiũ.ff.de fur.l.qui iniurię. in prin. & facit.ff.de acqui.poss.l.qui iure.& alibi scriptum est, tunc crimen contrahitur,cum uoluntas nocendi interuenit,non aliàs.l.1.C.ad l.Corn.de Sica.& facit.ff.de lib.homi.exhi.l.3. §.1.præsumitur enim bonum de officialibus, nisi probetur contrarium manifeste,ut ff.de offic.præfe.præto.l.1.ad finẽ. nam creditor,rem obligatam offerẽdo,non præsumitur deliquisse,quia notabilis est præsumptio,ut ff.de fur.l.cum creditor.sic & a simili,iudex in proposito causa sui officii exequendi,præsumitur id feciſſe,non nocendi consilio,ut ff.de
87 iniuriis.l.iniuriarum.§.1.†& si aliquam culpam in excedẽdo modũ,intorquendo adibuit,non tamen tenetur. l. Cor. de Sica.quia in delictis,lata culpa non æquiparatur dolo. ff. de pen.l.aut facta.§.causa.itẽ officii necessitatis suadet non remanere impunitum quod aliàs coerceri deberet,ut ff. de

his

Digitized by Google

his quib.vt indi.l.post legarum.§.aduocatum,& l. tutorem, nam in dubio,b non apparet præsumitur potius, ꝙ ex zelo iustitię,& vigore consilii, quam malo consilio id fecisse l. minus instructus.de acquiren.poss.ff.pro soc.l.merito.Accedit ad idem & aliud validius argum.sumptum.C. qui accuuon pos.l.2.ad fi.vbi tutor,ex offi.suo,accusans de falso producentem instrumenta contra pupillum,si non probat, nõ præsumitur calumniandi animo accusationem instituisse, nisi euidenter probetur,& non regulariter qui non probat calumniari præsumitur,eoipso quod non probat.l.1. C. de aduo.diuer.iudic.Solu.distinguunt quidam,si hoc apparet, ꝙ fecerit ex uoluntate,dolo tenetur,sed casu absque culpa nullo modo tenetur,si autem cum aliqua culpa excedẽdo modum non puto teneri per l.1.C. de emend. seruorum.& bona est argumentatio de potestate dominica ad potestatem rectoris,vt ff.de ver.signi.l.potestatis.

Addi.do.Ludo.

Passus iste de mortuo vel debilitato in tortura,an iudex teneatur ve: ne,est multum, iudicio meo considerandus,& aperiendę sunt aures pro domi nis iudicantibus.in quo passu,do. author concludit, quòd in vno casu solum tenetur iudex, quando apparet de dolo, aliàs autem non, quando casu uel etiam quando culpa excessit modum in torquendo.per d.l.1. de emen. suorum.

88 †Ast ego sentio, quando culpa excessit modum in torquendo, nam eoipso ꝙ excedit modum fingitur priuatus homo & nõ index:ergo debet teneri,sicut dicimus in tutore non bene administrante bona pupilli. nam non fingitur tutor,sed tenetur tanquam quilibet,ut ff.de fur.l.interdum. §.qui tutelam,& ff.pro emp.l.qui fundum.§.si tutor. & arg. C.de epis & cle.l.generaliter.præterea uidetur esse casus de hac in l.item apud labeonem.§.quæstionis ad fi.ff. de iniu. ibi sed si iussu domini quis quæstionem habeat,modum tamen excesserit,teneri eum debere labeo ait &c.& hoc etiã reperio uoluisse Cyn.Bal.& Saly.in l.Gracchus.C. de adult.
89 & An.in l 3.eod.titu.†ubi dicunt,ꝙ si tortus deficit in tortura iudex non tenetur,dummodo indicia præcedant, & in actis de indiciis appareat,& etiam iudex non fuerit egressus terminos torturę.& sic sentiunt aperte,quod tenetur iudex de excessu,& sic de culpa in excedendo,verum est, ꝙ in dubio non præsumitur egressus modum,ratione officii. l.Hærennius.§.Gai.ff.de euict. vnde ei qui dicit contrariũ, incumbit onus probandi secundum Ang.in d.l.3. ꝙ est nodignum secundum Ang.Are.in suo tract.malefi.in versi.fama.in uer.8.quæro qurd si tortus &c.

Guido de Soza.

90 Sed quid †si probatum est maleficium per unũ testem de ueritate tantum, nunquid erit sufficiens introitus ad tormenta habenda,videtur ꝙ nõ, ut ff.de quæst.l.maritus.ubi per dictum huius testis non fuit ad quæstionem processum.Præterea dictum unius testis, non inducit iudicium sine præsumptione,ut ff.de dote. præle.l. theopompus.& ff.quemadmo.testam.aper.l. 1.§.sed unius, & iura ómnia tractantia de indiciis, quæ requiruntur ad qõnem habendam,loquũtur in plurali.s.indicia præcedere debere,non autem dicunt indicium.l 1.secundo respon. ff. de quæ.& ibi,& aliis argumentis,& l.unius.§.in ea causa.& l.fi. eod.titu.& C.eod.titu.l.cum cognitionaliter,& l.milites, & C.de fal.l.sicut.& pluralis locutio, singulari numero non quiescit.ff.de man.testam.l.libertas quam.§.ultimo,sed his non obst.dic unum testem de ueritate sufficere ad habendam torturam,ut sum.de quæstio.§.indicium autem.& C. ad l.iul.ma.l.si quis in apparatu.Non ob. l.maritus, quia ibi non fuit tortus propter dictum unius testis,quia ille qui phibuit testimonium erat familiaris producentis & ideo dictum suum non fuit tanti effectus, ꝙ faceret indicium.Nõ obst.alia iura in contrarium alleg.in quibus de pluribus indiciis habetur mentio,quia illa pluralitas inspecto communi usu loquendi,in singularitatem resoluitur,ut ff. de uerb. sig.l.non est sine liberis.& ff.de nego.gest.l.ait prætor.§.1.& ff.de ori.iur.l.2.§.exactis.ff.de condi.& demon.l.demonstratio falsa.§.fi.& l.qui concubinam.§.si stichus.

Addi.do.Ludo.

Dominus author concludit, ꝙ potest quis torqueri per unum testẽ deponentem de veritate.& idem uoluit ipsemet in §.proxime seq.in princ.dum tractat de fama,in quo adde tu gl. singu.de hoc.in cap.at si clerici.extra de iudi.quam pro singu. allega.& secutus est dominus Abb.ibi,in 7.colu. & ibi Bar. in l.3.C.ad l.iul.ma.& Bar.in l.fi.ff.de quæstio.& in d.l.maritus,& in l.pen.eod.titu.& Bal.in l.2.C.de app.& Bal.in l. milites.C.de quæstio.& do.me.Alexan.in consi.65.in pen. colu. in 1.uolum.incip.si præcedentibus &c.& domi.Ange. Are. in suo tracta.malefi.in uerbo,fama.in uersi.quæro an unum
1 indicium † vbi limitat prædicta præcedere si est unus testis integer,quia infamis,uel uilis,non faceret indicium ad torturam.l.1.§.item Cornelio.& ibi Bart. de quæstio. & uoluit do.me.in consi.de quo supra proxi.feci mentionem.Secundo limita prædictam conclusio.quando testis deponit recte super maleficio,secus si deponeret super indicio ad maleficium probandum,ita uoluit glo.quam sequitur ibi Bart. & Bald.in l.fin.C.fami.ercis.& Bar.in l,fin.ante fi.de quæstio.& do.Abb.in c.1.in 1.colum.extra de confes.& in c.super eo. el.2.in 2.colum.extra de testi.

Tertio limita prædictam conclusionem procedere nisi
92 aliæ circunstantiæ resisterent,† quia unus testis de uisu non facit indicium,secundum Bald.in d.l.2.C.quo.appe.referẽs Ioan.And.ita tenentem,quod est notan.secundum eum, & idem uoluit domi.Abba.in c.tertio loco.in 5.col.de proba. & in c.cum in contemplatione.extra de reg.iu.pro quo adduco, quia quando aliqua sunt indicia pro reo excusantia, tunc indicio contra eum debent esse multum urgentia, ut superent illa quæ faciunt pro excusatione rei.ita habetur in l 1.§.1.ff.de qõ.ita uoluit Ang. Are.in suo tract.malef.in uerbo,fama.in uer.& prædicta procedunt &c.

Guido de Suza.

93 Quid si maleficium † probatum per famam tantum poterit ne ad tormenta procedi? videtur ꝙ sic, quia probatio famæ æquiparatur probationi unius testis.ff.de testi.l.3.§.eiusdem.& in apparatu,& supra proxim.q.dictum est indicium unius testis sufficere ad quæstionem habendam.Sed dic ꝙ non,quia fama per se non probat,sed inducit aliquod indicium,ad confirmandas seu coadiuuandas seu comprobandas alias probationes,ut d.§.eiusdem.ibi confirmat rem de qua agitur &c.i.simul firmat,non tamen per se facit ualidũ indicium.est.n.fama res fragilis & pernitiosa,ut plurimum per clientelas uoces artificiose transmissa ab ipsis qui deside rant de hoc famam esse, ut ff.de hæredib. institu. l. pacumcuius,& argum.C.de pen.l.decurionum.& ff.de offi. recto. proui.l.iustissimos,ibi nec ad libidinem. non enim quælibet indicia sunt sufficientia ad torturam, ut supra dixi in princip.notabilium.

Addi.do.Ludo.

De fama non sufficiente pro indicio ad torturam. do.author recte locutus est. cuius dictis adde ꝙ idem uoluit Bartol.in l.de minore. §. tormenta.de quæs.& Bald.in l.mili.C.eodem titu.& Salyc. Combon.in l, ea quidem.in materia famę C.de accusa. tamen limita, nisi fama esset orta a personis fide dignis, uel esset iuncta cũ fuga,prout supra dixi in additio.mea incip.circa hanc materiam qualiter & quomodo sumuntur indicia.circa fi. ad quæ me remitto.

Guido de Suza.

94 Sed si præter †famam esset aliquod indiciũ, puta dictum unius testis,ꝙ facit indicium,ut d.l.theopompus. uel si constiterit accusatum esse inimicum interfecti,uel aliàs offensi, de inimico præsum t l.malum,ut ff.de quæ.l.2.§.præterea.& ff.de testi.l. 3. in prin. item si se iactasset delatus de malefi.committendo, nam talis iactatio inducit indicium contra iactantem, ꝙ maleficiũ postea commiserit,considerata qualitate personæ,arg.C.ꝙ met.cau.l.metum.& ff.ex qui.cau.ma.l.3. Tu allega meliora iura.ff.ad legem iul.ma.l.famosi.ver.tamẽ ibi, & ante quid fecerit &c.& C.si quis impe.maledixe.l.vnica.ibi ex dictis, hominum facta pensemus,& ff.de sup.leg.l.labeo.ibi neminem perdicere &c.item si accusatus visus est fugere de loco
95 maleficii.†nam fuga accusat fugientem,vt in auct.de exhi. re.§.si vero,& auc.de san.epis.§.si quis ad ordinationem.itẽ si consiliarius deposito officio se absentat,pro confesso habetur,ꝙ male fecerit.C.de assess.l.consiliarios.ff.de susp.tut. l.in pluribus.ad fi.item si is contra quem fama laborat, prauę sit estimationis,& homo qui simi is facere consueuit. ff. de quæstio.l.de minore.§.tormenta.ff. de accusat. l. si is cui §.iisdem.idem si foret aliud indicium , ꝙ quilibet curiosus potest perpendere,secundum criminum qualitatem, & personarum uarietatem, tunc cum adest aliquod de prædictis indiciis,uel aliis similibus,& fama probetur, poterit ad tormenta procedi,quia fama probata,simul cum aliquo indi. facit legitimum,& sufficiens indicium ad habendam tortu ram,quamuis fama per se non sufficiat.

Addi.do.Ludo.

Quodlibet ex prædictis indiciis, unà cum fama, sufficit ad torturam,prout concludit do.author,sed tu dicas,ꝙ multa ex prædictis indiciis, etiam sine fama,sufficiunt sola ad torturam, prout supra dixi circa princip.in addit.incip. circa hanc materiam qualiter, & quomodo sumantur indicia &c.quæ non repeto.sed uide q̃ ibi dixi,ubi posui de inimico,& de fuga,& aliis similib. Sed unum pro nunc non ommitto, an unus testis unà cum fama,

Digitized by Google

ma,ſint indicia ſufficientia ad condemnationem. habes gl. in c.veniens.el.1.extra de teſti.& poſuit Bart. in d.l.minore. §.tormenta.in vlt.col.de q.

Guido de Suza.

96 Sed quid ſi †poteſtas hẽt arbitrium, ꝙ nil aliud eſt dicere, niſi ꝙ bona fide procedat, ſecundum ꝙ ei conſcientia dictauerit,an poſſit ſupplere defectum probationis indicii uigore arbitrii,dic ꝙ non, quia non videtur eſſe commiſſum arbitrio ſuo,ꝙ legitima indicia non debeant præcedere, quia iuris auctoritas,ſed facti non eſt in poteſtate iudicum.l ordines.§.1.ff.ad munici.

Addi.do.Ludo.

Pro concluſione do. authoris,ꝙ uigore arbitrij iudici conceſſi a lege vel à ſtatuto non poſſit ſupplere defectum indiciorum, adduco primo.l.ſi a milite. §.edictum.ff.de teſt. mil. vbi per libertatem arbitrii non intelligitur conceſſum, ꝙ non conuenit bonis moribus,& ſic ſecũdum bo.mores eſt intelligẽdũ: ſed eſt contra bo.mores,torquere aliquem ſine ſufficientibus indiciis,ergo non poteſt in hoc ſupplere iudex uigore arbitrii ſui.& ita in terminis reperio Paul. de Elea.in commen.c.grauis.extra de depoſi.in ulti.col.& Gan.in ſuo tract. male.in ver. item quæro nunquid poteſtas &c. Pro quibus facit,nam hoc eſſet tollere defenſiones & iura tertii, q̃ non poteſt quis auferre vigore alicuius arbitrii etiam liberi, & abſoluti,ut in cle.ſæpe.cum glo.in verbo,defenſiones.extra de ver.ſig.& in clemẽ.paſtora.§.pe.extra de re iud.& uoluit Bar.in l.filiusfa.ff.de do.& Bar.in l.1.ff.de teſta.mili. & in extraua.ad repri.in uer.uidebitur.& in verbo,figura.& d.Ant. & Io.de Imo.in c.extra,de conſti.& Pet.de Ancha. in conſ.
97 162.incip.uiſis diligenter &c.† Vnum tamen tene menti ꝙ uigore talis arbitrii poterit iudex torquere aliquem per dictum unius teſtis de viſu, etiam ſi non ſit omni exceptione maior.ita ſingulariter voluit do.Gand.vbi ſupra proxi.in d. ver.item quæro nũquid poteſtas &c & uoluit do.me.Alex. in conſi.65.in pe.col.1.vol.inci.ſi præceden.indiciis &c.ubi etiam plus dixit,ꝙ etiam ſi ille teſtis fuiſſet receptus, parte non citata,poteſt torqueri,uigore illius teſtificationis,dum modo ſtilus ſit,ꝙ non citetur pars in examinatione teſtium in ea materia,ꝙ perpetuo tene menti, pro confirmatione eorum quæ dixit do. authors hic circa arbitrium conceſſum iudici in torquendo.

Guido de Suza.

Sed quid ſi cõtinetur in ſtatuto ciuitatis Bononiæ, ꝙ non poſſit aliquis poni ad torturã, niſi contra eum fuerint habitę uiolentę præſumptiones,reſpondeo, requiruntur magna indicia quæ ſint aliquo minus indubitatis, & plus indiciis ſimplicib. ex quibus proceditur ad torturam, vt dictum eſt, nam & illa uidentur manifeſta argumenta.

Addi.do.Ludo.

Pro do.authore facit circa hoc de uiolentis p̃ſumptionibus, illud ꝙ habeẽ tur in c.afferte.extra de præſum.& ibi do.Abb.in 4.colu. & per Bal.in l.ſi.in 1.col.& in l.neque natales.in 1.col.C.de pro
98 ba.hinc eſt,ꝙ dicimus ꝙ †præſumptio iuris dicitur violenta ſecundum Pau.de Caſt.in 2.conſil. incip. acta iudiciaria &c.Adeo quod præſumptio iuris operatur, quòd poteſt ferri ſententia pro actore,ſecundum eundem Pau.de Caſtr. in ſuo conſi.95.incip.ſi dico me &c.& plus dico quòd præſumptio uiolenta ſufficit ad condemnandum in criminibus occultis,utputa, in crimine adulterii.l. ſi quis adulterii. C. de adul.Idem dico in omnibus caſibus a iure expreſſis,ſecundum Bar.in l ꝙ Nerua.in 5.col.ff.depo.de qua materia poſuit aliquid Ange.Aret.in ſuo tracta.malefi. in uerſi.fama in 2.colum.cum ſeq.

Guido de Suza.

99 Sed quid †ſi continetur in ſtatuto quòd nemo poſſit torqueri,niſi indicia indubitata præceſſerint,ut exemplum de indiciis indubitatis. ecce.n. camera habens unum aditum & exitum,non plures:de dicta camera exiuit quis pallidus,trepidans,cum cultello nudo ſanguinolento in manu, ſtatim poſt exitum reperitur homo recenter occiſus in dicta camera, certe iſta ſunt indicia ad probationem maleficii indubitata,ex quibus non ſolum ad tormenta,ſed etiam ad condemnationem, & pœnæ impoſitionem poteſt procedi.Et ita intelligitur.l.ſciant. C. de proba. ibi uel indiciis ad probationem indubitatis.& no.diſtinctiuam,uel,nam palliditas,uel tripidatio, eſt unum indiciũ contra ipſum,vt ff.de quæſtioni. l. de minore. §. tormenta. item delatio gladii,præſertim nudi,eſt aliud indicium,nam de portantibus arma lex male præſumit, ut C. ut armorum uſus.l.una.& in auc.de man.princip.§.ulti.col.3.item quòd gladius erat ſanguinolentus, erat aliud indicium. homine enim occiſo,gladius ſolet eſſe ſanguinolentus,nam ex qualitate facti accipitur coniectura: ſic & alias dicitur.ff.de donatio.inter uirum,& uxor.l.utrum.raro tamen contingunt talia indicia.

Addi.do.Ludo.

In hoc primo exemplo. d.author recte loquutus eſt in quo exemplo cõcordat Gan.in tract.ſuo male.in rub.de indi.& præſum.& Bar. in l. 2.ff.de furt.& Ioan.And.in addi.Spec.in titu.de proba. §. 3. verſi.13.& domi.Ange.Are.in ſuo trac.malefi. in uerbo fama publica præcedente.

Guido de Suza.

100 Eſt aliud †indicium ad probationem indubitatũ, & iſtud ſępius contingere poteſt cum occiditur Titius in aliqua uinea uel fundo, & de hoc accuſatur Seius, ſed de uiſu nulli teſtes deponunt ꝙ uiderint Seium hoc homicidium committere,ſed probatur iſta cõtra Seium.primo ꝙ ipſe Seius erat inimicus Titii.Item probant teſtes ꝙ uiderint Seium admenantem gladium contra Titium.Item probatur per teſtes,ꝙ Seius aufugit tempore perpetrati maleficii. Item probatur per famam & uocẽ publicam,ꝙ Seius dictum Titium interfecit, certe iſta quatuor ſimul iuncta quamuis ſingula per ſe non ſufficerent, ſunt ſufficientia indicia indubitata,non ſolum ad torturam, ſed etiam ad condemnationem, & ſic poteſt intelligi dicta l. ſciant. Addi. do. Ludo

In hoc ſecundo exemplo.do.author etiam recte loquutus eſt,& cum eo cõcordat Gan.in tract.malefi.in rub.de indiciis & præſum. & Ang.Are.in ſuo trac.etiam malefi.in uerbo,fama. & poſuit do.Abb.in c.3.loco.extra de proba.

Guido de Suza.

101 Eſt videre †aliud exemplum de præſumptio indubitatis.defertur Seius ꝙ Titiũ fecit occidi,non ſunt teſtes qui dicant hoc ſe uidiſſe,tamen probãtur iſta indicia.primo ꝙ Seius erat inimicus Titii. Item ꝙ dictus Seius perpetrato homicido receptauit homicidam. Item ꝙ homicida erat domeſticus & familiaris Seii. Item ꝙ fama eſt,ꝙ Seius fecit occidi Titium. Item ꝙ Seius ſe iactauit,ꝙ fecerat occidi Titiũ, & eſt homo de quo eſt veriſimile ꝙ talia faceret.Item ꝙ olim aliquę offenſiones interuenerunt inter eos,& ita ꝙ indicia iſta ſimul iuncta videntur nedum ad tormenta, ſed etiam ad condemnationem ſufficere indubitata indicia. & ita poteſt exemplificari. d. l. ſciant.nec mirum ſi ex plurib. ſimul iunctis quorum quod libet per ſe non ſufficit ad indicium indubitatum,uel ad plene probandum, ſit indubitatum indicium uel plena fides, nam hoc iure habetur expreſſum,ut in auc. de inſtru. cau. & fide.§.ſi uero nullus horum.colla.6.duo.n.uel plura imperfecta conſtituunt unum perfectum.l.cũ ſcimus.in princ. C.de ag.& cenſi.lib.11.& quæ non proſunt ſingula multa iuuant.ut c.præterea.extra de teſti.l.ſancimus.ad fi.C.de teſta. & uide de hoc per Azo.in l.2.in fi.primi reſpon.de excu.tu.
102 †Quid plura,reperitur in iu.cautũ,ꝙ ipſa cã prin. crimina lis per argumenta & præſumptiones cognoſcitur & terminatur,quamquam de liquido delicto probari non poſſit, ut l.nõ oẽs.§.a barbaris.ibi,& ſi hoc liquide probari nõ poſſit, argu.tamen cognoſcendũ eſt,& tamen in capitali cauſa agitur,ut l.deſer.§.his qui.de qõ.& facit in auc.ut li.ma. & aui. §. illud. curioſus autem lector multa alia poterit inuenire exempla de indi.ad probationem indubitatis.

Addi.do.Ludo.

In hoc tertio exemplo etiam d.author recte ſenſit,de qua materia indiciorũ indubitatorum,etiam ad condemnationem non ſolum ad torturam,poſuit Bal.in d.l.ſciant,in l.neque natales.in 1. col. & in l.ſiue.in 2.col.C.de proba.& Bal.in l.qui cũque. C. de ſer. fugi.& Bal.& Io.de Imo.in l.fi.ff.de hære.inſti.& Bal.in l. fin. ff.de offi.procu.& Bal.in addi.Spe.in titu.de ſen. circa fin.& Io.Cal.in c.ueſtra.extra de coha.cleri.& mulie.& do. Abb. in c.tertio loco.de proba.& Gand.in tract.male. in rubr. de indi.& præſum. & Angel. Aret.in d.verbo,fama publica.in ver.quæro an unum indicium.& Pau.de Caſt.in conſi. 196. incip.uiſa inquiſitione &c. ubi dixit unum notabile verbũ, ꝙ in caſibus,in quibus quis poteſt condemnari ex indiciis indubitatis,poteſt condemnari ad pęnam pecu. non autem corporalem.de qua materia poſuit etiam do. me. Alex. in conſi.15.in 5.col.in 1.uol.incip. quando plures &c.& in cõſil.24.in 14.col.in 2.uol.incip.anſi quis &c.in 2. uol. ubi di-
103 xit,†ꝙ in criminalibus non iunguntur probationes diuerſi generis ad condemnandum,ut ibi per eum multum notabi.loquentem in hac materia,& ibi ponit quid in maleficiis commiſſis de nocte,uel quæ aliàs difficile poſſunt probari, quę probationes admittuntur.& in conſi.53.in 1. col. & per tot.in co.2.uolum.incip.quando probari debet. & in conſ. 40.in 3.uol.in 3.colum.

Circa

Digitized by Google

Circa vero illud ꝙ incidenter dixit.d.author, ꝙ duæ uel plures probationes imperfectę iunguntur ad faciendū vnā plenam probatio.&c.de hoc non dicam tibi nunc, quia est extra materiam de qua agimus, sed si de hac uidere contingeret, remitto te ad do.meum Alex.in consi.19.in 2.co. in 1.uolu.incip. utrum si postfacto &c. & in consi.65.in ulti. col.in eo.1.uol.incip.si præcedentib.& in consi.13.in 13.co. in eo.1.uol.incip.an promisso &c.& in consi.33.in ulti.col. in eo.1.uol.incip.uiso puncto &c.& in consi.54.in eo.1.uol. inci.in causa vertente,ubi dicit etiam,quòd in criminalib. peruenitur ad diffinitiuā per præsumptiones tam legis quā hominis.

Guido de Suza.

104 An milites nostri †tpis possunt subiici cōni. dic ꝙ sic,cū nec in assuum ptione militiæ,nec in uita interueniant in eis,nec obseruen tur ea quæ veros milites decet obseruare & obseruari expe diunt,vnde militarib.priuilegiis gaudere non debent, ut in auc.de man.prin.§.fi.col. 3. & ibi in apparatu de hoc ibi,& talibus militibus &c. Nam si quis non seruatis solemnitatibus,fabricensis efficiatur,hī pro non fabricensi, & sibi fabricensia priuilegia denegantur.l.si quis consortium.C. de fabri.lib.11.& C.de epis.& cle.l.generaliter.uersi.eos tamen. vbi clericis non seruantib.solennia,clericalia priuilegia denegantur seu beneficia clericalia, & facit. l. nominationes. C.de app.nam etiam milites in quibusdam etiam criminibus torquentur,& habētur quo ad hoc pro non militibus. de re milita.l.proditores.

Addi.do.Ludo.

Alias promisi tibi examinare, an milites nostri temporis possint torqueri. in tracta.de præcedentia doctoris & militis,circa fi.in addi. meis
105 ibidem.†Nunc igitur scias uelim ꝙ milites nostri temporis,euntes quotidie per plateas non gaudent priuilegijs militum prout dixi tibi in loc.præalleg. possunt torqueri sicut alij priuati,ita uoluit Bar.in suo trac. de quæst. licet iudicio meo,ille trac.non fuerit Bar.ut uidere poteris ex stylo eius tamen attribuitur Bar.sed ultra Barto.dicas ꝙ idem uoluit Cy.in l.1.C.de iur.& fac.igno.tamen reperio eundem Bal. in l.1.in fi.C.qui bon.cedere pos.dicentem ꝙ milites nostri temporis non possunt carcerari pro debito contractus,uel ultimę uoluntatis, quia secundum eum ueri milites sunt aliàs falso uocabulo uterentur,& licet nō habeant insignia antiquę obseruantiæ,tamen habent insignia nouæ obseruationis,quæ loco ueteris successerunt,& idem comprobauit Io.de Lig.in c.quanto.in pe.col.ext.de magi.Sed tu nō recedas a prima opinione,quia immo isti non sunt ueri milites, prout uult expresse d.Abb in d.c. quanto. pro quibus facit.
106 †Nam insignia sola esse uera,non sunt illa,quæ faciunt milites gaudere priuilegijs suis, sed exercitium, ita probatur in l.pe.C.de testam.mili.ubi dicitur, ꝙ miles non militans, non gaudet priuilegiis militum.ergo multominus debent gaudere milites nostri temporis,qui nō habent, nec habuerunt uera insignia,nec etiam exercent militaria,seu non militant.Ad idem facit ꝙ dicit Bal.per illum tex.in d.l. pen.& Bar.in l.officiales.C.de epis.& cle.& idem Io.de Lig. in cle. cum ex eo.de sent.excom.& Ang.in consi.197.incip.In Dei nomine uisa narratione.& do.Cano.in c.2.extra de fo. cōpe.ubi dixerunt ꝙ milites seu fratres gaudentes non gaudent priuilegijs clericorum.Ergo in proposito nostro,milites nostri temporis, non debent etiam gaudere priuilegio ueri militis.& in terminis uoluit Dy.in suo trac.de qōni. in ver.quæ personæ possunt torqueri &c.in uer.modo dictum est.& Cy.& Ang.in l.milites.C.de quæstioni.& Cy.in l.3. C. ad l.iul.maiesta. in terminis etiam uoluit Angel. Areti. in tracta. malefic.in uerbo,fama. in uersicu. sexto quæro quæ personæ &c.

Guido de Suza.

107 Quid de militibus †cęlestibus. & dic quòd præsbyteri non torquentur clerici autem sic,de iure ciuili.C.de episc.& cler.l. præsbyteri.& in apparatu.l.fallaciter.C.de abo. tamen de iure nouissimo,secus per auc.Federic. ad decus & honorem. §. statuimus.

Præterea si militibus terrestribus cōcessa est immunitas, ut non torqueantur,multomagis cælestibus,argum.l.sacrosan.C.de episc.& cle.

Addi.do.Ludo.

De clericis & præsbyteris dixi supra in addi.incip. circa has personas priuilegiatas &cæt. ubi allegaui domi.Abba.in cap.cum in contemplatione.in 1.col.in fi.infra de regu.iur.& ultra ibi dicta,uide glos.15.q. 6.in sum.& glo.3.q.5.& Inno.in d.c.cum in contemplatione.& do.Ange.Are.in suo tract.male.in uerbo,fama.in uer. 6.quæro quæ personæ &c.

Guido de Suza.

108 Quid de iudicibus †siue aduocatis,nūquid possint torqueri. vī ꝙ non sicut veri milites nam militant patroni cārum.ut C.de aduo.diuer.iudi.l.aduocati.præterea.sicut militib. concessum est priuilegium,ut condemnati non exigantur, nisi inquantum facere possint,ita & patroni cārum. l.milites.j.rī. de re iudi.in apparatu.eī vī,quia nulla lege cauetur, quod iudices,siue aduocati,sint immunes a tortura.Solu.ꝙ de iuris subtilitate sine iuris solennitate non dēbent torqueri, ut d.l.aduocati,sed de consuetudine,quæ est optima legum interpres,seruatur contrarium.

Addi.do.Ludo.

Sum propositi ꝙ nec de iure nec de consuetudine possint aduocati torqueri, nam de iure habeo pro hoc expedito,prout conclusit ipsemet author pro quo faciunt ea quæ dixi supra in addi. meis de præcedentia doctoris & militis,nam argumēta ibi facta
109 manifeste cōcludunt†ꝙ aduocati multominus possunt de iure torqueri q̄ milites.De consuetudine ēt non p̄nt torqueri,nam consuetudo inducens, ꝙ personæ priuilegiatæ torqueantur,non ualet.tex.est in l.omnes iudices,& hoc ibi nota luit Bar.ff.de decu. lib. 10. & supra etiam aliquid dixi circa prin.in ver. circa has personas priuilegiatas &c.

Guido de Suza.

110 An consiliarij †ciuitatū nostri tpis possint torqueri.dic ꝙ de iuris solēnitate non debent torqueri,quia cuiuscūq; ciuitatis ꝙsiliarij decuriones sunt.ut ff.qđ cuiusq; vni.no.l.nulli.ff.dē uer.sig.l. pupillus.§.decuriones.de gn̄ali aūt consuetudine q̄ est optima legum interpres,contrarium semper uidi seruari,& ꝙsului.

Addi.do.Ludo.

Circa consiliarios nō torquēdos sum oīno cum dño authore,nā cōsiliarij successerunt loco decurionū ſm Bar. in l.j. ff.de offi.
111 assessio.& no.in rub.C.de decu.li.10.†Plus dico ꝙ iudex torquens eos capite punitur secundum Bal.in l.decuriones.C. de q.& do.Ang.Are.in suo trac.male.in uerbo fama.in uer. q̄ro q̄ personæ &c. ubi dixit hoc non hr̄e locum in crimine læsæ maiesta.& proditionis populi:allegat.tex.in l.fallaciter.C.de aboli.quæ omnia tenemēti,quia hæc materia tormentorum sæpenumero occurrit,& licet do. author de ea multum singulariter & copiose loquutus fuerit, nihilominus in aliquibus deficit,prout ex supradictis apparet,in quibus addendo, declarando,& aliquando corrigendo, ubi opus fuit,si quid inepte diximus,id paruitati ingenij mei attribuendum est,si quid uero boni, id supremo Deo oīum bonorum largitori,a quo omne bonum, & omne donum perfectum procedit,ut à patre luminum,attribues.

Ludouicus Bologninus utriusque iuris doctor. clarissimus,& æques insignis.

TRACTATVS.

De Indicijs,& Tortura,æditus in ciuitate Senarum per excellentiſs.Iuris vtriusq; Doc.D.Franciscum a Bruno de Sancto Seuerino.

Quæ materia hactenus a plerisque satis truncatę & imperfecte tradita reperitur. In hoc tamen tractatu adeo perficitur,vt nullibi vsque ad hæc tempora perfectius inueniatur.Habent igitur latrunculatores, ideſt iudices maleficiorū iter tersum, per quod tutissime incedere valeant in theorica & practica.

Præfatiuncula cum diuisione.

QVm materia Indiciorum & quæstionis,siue torturę, sit multum in usu, & non parum periculosa, & officiales in ea quandoque aduertant,aut cupiditate honoris,aut ignorantia. Iō decreui in modum tractatus, materiam ipsam colligere, & eam prout potero dilucidare ordine aliquo texere, ut legentes & practicantes facilius capiant & inueniant casus occurrentes. Et quia indicia debēt præcedere, & tortura subsequi,ideo prius dicam de indicijs,secundo subdam de quæstione siue tortura.

Et primo,

Digitized by Google

D. Guido a Suza. De indicijs & tortura.

Et primo, quid ſit indicium, & unde dicatur.
Secundo, qualiter indicium probetur.
Tertio, quialia debeant eſſe indicia, per quę deueniri ualeat ad torturam.
Quarto, qualia debeant eſſe indicia, per quæ deueniri valeat ad condemnationem.
Quinto, quomodo & qualiter indicia elidantur & tollantur.

SVMMARIVM.

1 *Indicium, maleficij alicuius commiſſi, vel alterius, de qua agitur, rei ſignum dicitur.*
2 *Indicium eſt minus quàm ſemiplena probatio.*
3 *Indicium ſemiplenum quod dicatur, & quod plenum ſeu indubitatum.*
4 *Indicium facti, ex quo iudex in uiam præſumptionis dirigitur.*
5 *Indicium uarijs nominatur modis apud legumlatores.*

Prima pars de Indicijs. Quæſtio. I.

CIrca primum dum quæritur, quid ſit indicium, & unde dicatur. Reperio varias diffinitiones, & deſcriptiones. Gandi. in ſuo opere maleficiorum, ſub rubrica de præſumptionibus & indicijs. §. vi-
1 dimus. dicit † qđ indicium, dr̃ ſignum alicuius maleficij cõmiſſi, vel alterius rei de qua agitur. quæ diffinitio, ſecundum eum colligitur ex legib. tractantib. de indicijs. Io. Andr. in addi. Spe. in tit. de proba. §. fi. uer. itẽ p indicia. dicit, qđ indicium eſt notabile ſignum maleficij, uel alterius rei ad ipſius veritatem habendã. Pau. de Elea. in c. grauis. de depoſito. in ultima car. dicit qđ indicium eſt demonſtratorium adminiculum, ad ueritatẽ indicandã per tex. in l. ſi quis adulteriũ. C. de adult. & c. præterea de teſt. & c. tua. §. adulteriũ. de ho-
2 mi. Bar. in l. 2. ff. de excu. tu. † diffiniendo quid ſit indiciũ dicit quòd eſt minus quam ſemiplena probatio. Bal. in l. cum probatio. ff. de probatio. in additionibus ſui dicens nullibi clarius hoc probari quam in illa lege Sed idem Bal. in rubr. C. de probat. dicit qđ indicium eſt minima p̃ſumptio hoĩs boni, ſeu diſtans argm̃ a uera ſpecie probationis, & ꝙ ualet indicium ſi ponatur in q̃ntiam alterius probationis, non ſi p ſe, ut d. l. cũ probatio. ut in l. ea quidẽ. C. de accu. in 7. co. dicit maturius loquens, qđ duplex eſt indiciũ, uidelicet ſemi-
3 plenum ſeu dubitatum, & plenum ſeu indubitatum. † Indicium ſemiplenum eſt p̃ſumptio fortiter mouens animũ ad aliquid credendum vel diſcredẽdum, & de iſto hr̃ in d. l. cũ probatio. Indicium uero plenum eſt demonſtratio rei per ſigna ſufficientia, per q̃ animus in aliquo tanq̃ exiſtente uero quieſcit, & plus inueſtigare non curat: quod probatur ſecundum eum in l. indicia. C. de proba. Abb. ſicu. in ca. tertio loco, extra de prob. approbat. diffinitionẽ Io. And. ſ. relatã. Adde Bal. in l. ſeruos. C. de teſti. qui dicit qđ indiciũ eſt du-
4 plex, ſ. facti, & iuris. † Ex indicio facti dirigitur iudex in uiã p̃ſumptionis. Indicium iuris eſt quod hẽt aliquẽ affectũ iuris. eſt ẽt duplex, quoddã eſt quod dirigit iudicẽ in uiã hñdæ qõnis. i. torturæ. quoddam eſt quod inſtruit iudicem ſimul cum alijs in viam condẽnationis. Dr̃ aũt indicium ab indicando & demonſtrando. l. ſolent. ff. de præſcr. uerb. l. aduerti. C. de adul. & indicia dñr demonſtratio veritatis & adminicula probationis. l. fi. & l. inſtr̃a domeſtica. C. de prob. Sunt n. indicia pars clarę probationis. h. d. Gandi. in dicto opere, in rub. q̃ debeant præcedere qõnem. in ver. q̃ro q̃, & qualia debent eſſe iſta indicia. Adde ꝙ legũlatores varijs modis no-
5 minãt indiciũ. Nam q̃nque noĩant argm̃. l. 1. in prin. ff. de qõ. & l. militem. §. oportet. C. eo. tit. Interdũ noĩant ſimpliciter indicia, ut communiter nuncupamus. l. 1. §. Antonius. & §. diuus Adrianus. & l. diuus. §. ex quib. ff. de q. Interdum nominant ſuſpitiones ut l. fi. ff. de q. & l. abſentem in princ. ff. de pęn. Interdum nominant probationes, ut l. 1. ff. de q. & l. 1. §. diuus ſeuerus. ff. eo. titu.

SVMMARIVM.

1 *Indicium per unum teſtem de uiſu deponentem probatur.*
2 *Teſtis vnicus ſeu ſingularis ſemiplenam probationem facit in criminalibus.*
3 *Teſtis ſingularis de viſu faciens indicium, debet eſſe omni exceptione maior.*
4 *Indicium probatur quandoque per duos teſtes, non de uiſu deponentes, ſed de quodam ſigno ad maleficium conferente.*
5 *Teſtis ſingularis & ſi indicium non probet, aliqualem tamen facit præſumptionem.*
6 *Probationes multæ ſemiplenæ non cõiunguntur ad faciendam unam probationem plenam, licet bene ad indicium faciendum.*
7 *Teſtes in criminalibus debent eſſe omni exceptione maiores.*
Iudicium probari poteſt per teſtes infames, & familiares, & ſimiles omni exceptione non maiores.
8 *Teſtis ante proceſſus formationem examinatus, an faciat indicium.*
9 *Indiciorum copia per teſtes facta reo dari debet poſt negationem & excuſationem.*
10 *Index ante inquiſitionem formatam ex indicijs per teſtes acceptis non debet quem quæſtioni ſubijcere.*
Teſtes ſuper inquiſitione generali examinati non faciunt indicium aduerſus delatum de crimine.
11 *Teſtis qui examinari non debuit quando indicium faciat.*
Teſtis domeſticus non facit indicium.
12 *Teſtis familiaris indicium facit.*
12 *Teſtis familiaris indicium facit.*
13 *Teſtis quandoque non cogitur inuitus teſtificari, & talis ſponte examinatus indicium facit.*
14 *Teſtes teſtificari præſumuntur inuiti, niſi de ſpontaneitate conſtet.*
15 *Veritatem aliter haberi non poſſe qualiter & a quo probari debeat.*
Attinentes uſque ad ſupremum gradum compelli non poſſunt ad teſtificandum.
16 *Clerici ad teſtimonium ferendum non poſſunt cogi.*
Senes ſeptuagenarij non coguntur teſtificari.
17 *Minor annis viginti an poſſit in criminalibus examinari.*
18 *Impuberes in criminalibus non ſunt idonei teſtes ad probationem plenam, ſed bene ad indicium.*
19 *Teſtis qui ob infamiam non debuit examinari, examinatus aliquale facit indicium.*
20 *Teſtis examinatus poſt terminum præfixum ad probandum, an faciat indicium.*
21 *Teſtis quiiure examinari prohibeatur an probet ſi examinetur.*
22 *Indicium triplex eſt, & per quem probari poſſit quodlibet.*
23 *Teſtis qui non poteſt interrogari inuitus, uolens reſpondere, poteſt, ſed coactus non facit indicium.*

Quæſtio ſecunda primæ partis.

CIrca ſecundũ qualiter pro-
1 betur indicium. † Rñde ꝙ probatur per unum teſtem de uiſu, hoc eſt qui deponat ſe uidiſſe maleficium committi. ut no. gl. in l. ſi quis. C. ad le. Iuliã maie. l. maritus. ff. de q. ubi ẽt per Bar. & per eundem. & Bal. in l. fi. C. fami. hæreciſ. & in l. bonæfidei. C. de iureiu. & l. admonendi.
2 ff. eo. tit. Quinimo gl. in d. l. ſi quis. vr̃ velle quod † in crimina lib. unus teſtis faciat ſemiplenã ꝓbationem. quod ẽt vr̃ placere Bal. ſed Cy. tenet q̃ ibi in quodam ſuo conſilio, quia indicium eſt minus q̃ ſemiplena probatio. ut no. in l. cum probatio. ſ. de proba. † Intellige tñ, quod ad hoc ut unus teſtis de
3 uiſu faciat indicium dẽt eſſe oĩ exceptione maior. ut dixit Bar. in d. l. maritus. & in d. l. fi. & l. admonendi. ubi ẽt per Bal. & per eundem in ſuo notabili conſilio, ꝙ incipit, ſtatutum prouidet. ubi optime docet qũo cognoſcatur teſtis oĩ exceptione maior. Item intellige, quod unus teſtis facit indiciũ de uiſu, qñ aliæ circunſtantiæ non reſiſtunt ſm Bal. in l. 2. C. quorum app. allegando Io. And. in c. cum in contemplatio-
4 ne. de reg. iu. 6. in nouel. quod dicit eſſe notabile. † Probatur ẽt indicium ad minus per duos teſtes non probantes de veritate maleficij, & ſic de uiſu, ſed probantes aliquod ſignum conferens ad maleficium, & ſufficiens ad faciendum indicium ad torturam, prout dicetur infra in ſeq. q. princi. & qđ ad probandum indicium requirantur duo teſtes, uoluit glo. quæ reputatur ſingularis in l. fi. C. fam. erc. ſupra allegata. & ita tenent Bar. & Doc. in l. fi. ff. de q. ita etiam uoluit Inno. in c. ſicut. de ſimo. ubi dicit, quod leuia ſigna ſufficiunt ad probandum quem hæreticum, tamẽ oportet illa plene probari ita refert Bal. in d. l. fi. & ſi unus ſolus teſtis probat de aliquo ſigno & indicio nihil probat, ſecundum Bar. in d. l. fina. Sed
5 Raph. Fulg. in d. l. fi. dicit † quod licet ſingula indicia debeant probari per duos teſtes, tamen negari nequit, quin unicus teſtis faciat aliqualem prę ſumptionem: & ideo ſi plures ſunt teſtes ſingulariter de ſingulis indicijs deponentes, dicentur plures eſſe præſumptiones, quæ faciunt unum indicium ad torturam. argum. l. inſtrumenta domeſtica. C. de proba. & l. 2. §. ætas. ff. de excu. tut. Pone enim quòd unus teſtis dicit ſe uidiſſe Seium uulneratum, & in terra proſtratum, & interrogatus quis uulnerauit, reſpondit, Titius, hic eſt unus teſtis ſuper indicio deponens. Alius dicit uidiſſe hunc Titium exeuntem directo tramite, & uoluentem ſe uerſus nemora, & occulte ſe latitantem. Certe hi ſinguli teſtes de ſingulis indicijs deponunt, & tñ nemo ſanę mentis negabit, quin hæ præſumptiones faciant ſufficiens indicium ad torturam. arg. d. l. & illius regulæ, ꝙ quæ non proſunt ſingula multa iuuant, ita notabiliter dicit Fulgo. in d. l. fin. ad hoc optime adduco ad corrobationem huius opi. quod no. dicit do. meus dom. Ioan. de monte Sperello, de Peru. in l. admonendi. de iureiu.
6 † quòd licet plures ſemiplenæ probationes non coniungantur

Digitized by Google

tur ad faciendam vnam plenam, tamen coniunguntur ad faciendum indicium.ar.no.in l.fina. C. de proba. & ita refert & sequitur Calcialupus in d.l.admonendi.car.25.in versicu.applicatur, & ego puto tanto fortius hoc esse verum, quãto illi singuli testes essent multum notabiles, & magnæ auctoritatis, quoniam licet testes singulares non probent, tamen si sunt ita notabiles, quòd adducant iudicem ad indubitatam fidem iudex non debet curare de illa singularitate, istud est dictum singulare domin. Pau. de Cast. in l. Lucius.ff.de infamibus, in recollectis Florentinis.& in d. l.admonendi.ubi etiam eum refert,& sequitur idem Caccialupus in car.8.

Aduerte tamen quòd licet quando unus testis testificatur de veritate facti, & sic de visu, ad hoc ut faciat indicium debet esse omni exceptione maior, ut superius dictum est† & similiter quando plene probant quo ad condemnationem in criminali debent esse omni exceptione maiores secundum Bal.& Saly.in d.l.fina.C.de proba. p illum tex.qui dicit, quòd in criminalibus debent esse probationes luce clariores.& per tex.in l.optimam.C. de contrahen.& commit.stipu.& idem dicit Bald.in l.cunctos populos.C.de sum.tri.colum.6.tamen quo ad probandum indicium sufficiunt duos testes etiam nõ omni exceptione maiores,& sic admittentur infames ita dicit Bal.in d. l. cũctos populos.& Bar.in l.2.§.quæstioni.ff.de quæst. Item admittẽtur familiares & similes, secundum Bar.in l.2.ff. de excusat. tuto. Item aduerte, quòd propter hoc quod duo testes probent aliquod indicium, tamen non propter hoc iudex indistincte debet torquere reum, nisi illi duo testes deponant uerisimilia. Pone enim, factum est furtum in loco, probant duo testes quod uiderunt de loco exire Martinum habentem aliqd sub mantello, si istę Martinus esset magnus mercator, aut uir alicuius dignitatis & auctoritatis, quem nõ esset uerisimile furtum fecisse, non poterit ex hoc torqueri ita declarat Ange.in l.milites.per illum tex.ff.de quæst.& refert & sequitur Aug.de ari.in addi.ad opus maleficiorum super gloss.in uerbo, fama publica, super versicu. quæro qualiter dicit enim Ange. ibi quod conditio personæ excludit præsumptionem resultantem ex indicijs, & ideo opus est, tunc, quòd alia indicia concurrant: facit ad hoc quod supra dictum fuit in præcedenti.quæstion. quod testis de uisu facit indicium, nisi aliæ circunstantię contradicant & resistant.

Quæro an testis† examinatus ante formatum processum faciat indiciũ. Ecce commissum est delictum, potestas hoc audito examinat testes super indicijs nullo formato processu. Ex quorum dictis tantum percipit, quòd sufficeret ad indicium contra aliquem, hoc facto facit illum capi & torqueri, an possit hoc facere,& si facit,& ille confitetur, an præiudicet. Respõdeo quod non, quoniam in principio tortura non est habenda. dicit Bar.in l.j.in princip ff de quæst.& illa ante litem contesta.non est permissa.Bar.in l.si quis adulterij.in princip.ff.de quæstio.& similiter non citato illo capto ad uidendum iurare testes.tex.est secundum Iac.de Are.& Bar.in d.l.si quis adulterium.& l.si maritus. Et similiter non publicato processu secundum Bar.in l.unius.ff. de quæst.& dicetur latius inferius, uide ad prædicta Bar.in l.custodias.ff.de public.iudic.& Bald.in l.si tibi.C.de condi.ob tur.cau.Saly.in l.fin. C. quæst.Caccialupum in l.is apud quem.C.de edend.† qui dicit quòd indiciorum copia quę fit per testes debet dari reo post negationem & excusationem, ut colligitur ex mente Bar.in l.quæst.C.de quæst.in princ.Ratio euidens, quia post negatam inquisitionem, testes examinari debent, ex quibus fiant indicia, nec ea quæ pro curiæ informatione ante perquisiuit,& inuenit curia debet reo manifestare, secundum Ang.de Peru.qui fuit magnus practicus.l.fina.de quæstio.& quod recte intuenti sensit ibidem Bart.dum uult testes examinatos ante inquisitionem specialem, non facere indiciũ. Et dum subdit indiciorum copiam esse dandam parti petenti, debet intelligi de indiciis legitimè habitis, & tempore congruo, scilicet post specialem inquisitionem & excusationem inquisiti. nã examinati ante, & ipso non citato, sibi non præiudicant, nisi repetantur post litem contesta.& parte præsente, vel citata, ut per Bar.in d.l.fin. & per Bal. in addi. Specu.in titu.de Sen.in fi.de quo etiam per Abba.in cap.ad petitionem.de accus. & Ang. in repe.l.si vacantia.C.de bo. vacan.libro 10.hæc illi, adde Ange.de Areti. idem uelle in suo ppere maleficiorum.in glo.fama publica in 2.colum.in fin.uersicu.& aduertas.† ex quibus apparet quòd hodie male faciunt officiales, quia antequam formant inquisitionẽ, ex indiciis habitis per dicta testium ponunt quem ad torturam,& sic possent teneri in sindicatu,& cõfessio quæ sequeretur ex tali tortura nõ ualeret, etiam si in ea perseueraret, per d.l.maritus.de quæst.cum si habita non præcedentibus indicijs legitimis de quo etiam dicetur. infra dum tractabitur de tortura.

Item quæro an testes examinati super generali inquisitione, faciant indicium contra diffamatum de delicto, ut de ueniri ualeat ad torturam super processu specialis inquisitionis? dic quod non, ut ex supradictis apparet,& tenet Bar. in l. fin.ff.de q. quoniam tales testes fuerunt examinati ipso reo non citato, nec contradictore existente, ergo non præiudicant.l.si quando.C.de testi.unde debebunt testes examinari post li.contest.super speciali inquisitione per l. si quis adulterii.de adul.ita dicit Bal.in l.fi.C.de q.

Vlterius generaliter quæro,† an testis qui examinari nõ debuit faciat indicium, referam quicquid scriptum reperio super hoc.Cy.hoc examinat in l.fi.C.de accu.& in l.seruos.& l. libertorum.C.de testi.ex cuius dictis, sume pro cõclusione, quod qñque testis non debuit examinari, propter reuerentiam eius contra quem examinatur, & tunc examinatus nõ facit indicium.ut l.1.§.diuus Antonius. & §. Antonius.& l.diuus.§.ex quibus.& l.maritus.ff.de q. Qñque testis nõ debet examinari propter timorem, ne deponat pro eo examinatus.ut l.1.§.ad qõnem.ff.de q.& l.2.& l.seruos. C. de testi. & l.testis idoneus.& l.idonei.& l.testes.ff.eo. eiusmodi sunt testes domestici, quorum appellatione, qui contineantur. uide in Spe.in tit.de teste.§.1.ver.itẽ excipitur quod est domesticus.cum aliis sequentibus.& hoc casu tales testes examinati non faciunt indicium tex.est no.in l.pridem.C.de q. ibi ut neque per hos neque aduersus eos in capitalib.uel pecuniariis qõnib.ueritatis uim obtinere possit &c. & hoc tenuit Spe.in titu.de teste.§.j.ver.quid si testis domesticus.& Bal.in l.inuiti.la 2.ff.de testi.§.hoc tamẽ forte fallit. sed si testis domesticus, uel familiares,& similes sunt honesti & bonæ famæ, puta familiares epi uel abbatis alicuius nobilis domini, quia isti non retinent secum nisi familiares discretos, & bonæ opinionis, per ea quæ no.Inn.in c.in literis. de testi. & Bal.in l.etiam.C.de test.† Aduerte quia Bar.in l.2.ff.de excusa.tut.dicit, qd indicium fit per testem familiarem, per gl. in l.j.de test.& quod ex plurib.familiaribus, põt iudex deuenire ad sniam.sed Bal.in l.inuiti.la 2.ff.de testi. dicit ꝙrium, ubi uide.Item forte fallit propter difficultatẽ probationũ & dolum aduersarij, per l.consensu. §. super plagis. C. de repu.& quod no.Cy.in l.si qñ.C.unde ui.in fi.facit.l.quot.C.de naufra.libro 11. Qñque testis non debet examinari propter odium præsumptum in ipso teste, ut quia est minatus,& tũc examinatus faciat indicium uel non, hoc debet considerare iudex aduertens ad qualitatem inimicitię, & qualitatem psonæ examinandæ,& si adsint uerisimilia dicta, tali testi datur fides ut no.in l.1.§ prerea.ff.de q.iuncta.l.milites.§. oportet.C.eo.tit.† Quandoque qs non cogitur inuitus, nec cogi debet testificari, ut d.l.lege iulia.& l.inuiti.la 1. ff. de testi. & tunc talis testis examinatus sponte, & uolens facit indiciũ & probat.ut d.ll.a ꝙrario sensu: sed si inuitus esset examinatus, non probat, fm Cy.in auc.præsbyteros.la 2.C.de epis. & cle.Et in dubio præsumitur inuitus, nisi appareat qd volens deposuerit, secundum Cy.ibi, ut refert Bal & sequitur in d.l. lege iulia.& in d.auc.& in l.si parentes.C.de testi.Saluo qd dicit non præsumi inuitum deponere nisi in suum priuilegiũ allegauerit.quod non sit compellendus, & nihilominus sit coactus deponere,& hoc casu non fit indicium, secundum Bar.in l.1.§.si seruus.ff.de q.ita etiam expresse tenet Bal. in l. seruos.C.de testi. Adde quod do.Barth.de Capua in auc. de san.epis.in §.deo amabiles. ibi propria voluntate suscepisse &c.ubi uide in lec.Bar.† dicit quod præsumuntur inuiti testificari.ideo producens debet facere apparere in actis quod volentes testificantur. Hæ tamen personæ priuilegiatæ cõpelluntur testificari si aliter ueritas hꝛi non põt, secundum Guido de Suza in d.l.iul.& Imo.in ca. delictorum.de testib. cog.ratione nec est ne ueritas occultetur, quæ occasio inducit peccatum mortale. Sed stabit difficultas, quis habeat probare ueritatem aliter haberi non posse, in quo articulo Butr. & Imo.in cap.super eo.de testibus cogen. concludunt producentem testes debere probare,& est ratio, quia istæ personæ priuilegiatæ habent ius pro se.s.quod compelli non possint,& quod aliter veritas haberi non possit est fundamentum intentionis producentis, ideo debet probare: qm̃ negatiua posita pro fundamento intentionis semper debet probari per opponentem, ita singulariter dicit Inn.in cap.super his de accu.& Bar.in l.hoc iure.de ver.obl.& est text.in l.ergo.ff.ex qui.cau.maio. Aduerte secundum do. Nico. & Capra in d.c.super eo.de testib.cogen.quod forte hoc.s.† qd aliter veritas haberi non possit, probari poterit iuꝛo ipsius testis.quia sicut producens submittit se dicto testis super principali; ita dẽt se submittere super hoc pambulo: uel secũdũ eos põt iudex se de hoc informare summarie, sed an in cã criminali

criminali poſſint teſtes cõpelli teſtificari, fuerunt octo opi. de quib. uide in d.c.dilectorum. ubi dicit Imo. q̃ in hoc attẽditur ſtylus & conſuetudo iudiciorũ. Sed quæ ſint iſtæ p̃ſonæ q̃ compelli non p̃nt? dic q̃ ſunt attinẽtes vſq; ad ſupremum gradum gl. eſt ſing. in l. ſi fœmina C. ad turpil. quã ibi ſequũtur Ang. & Imo. & in d.c. dilectorum. Item affines, ſoceri, & cæteræ perſonæ, de quibus in d.l. lege Iul. hæ quidẽ perſonæ non coguntur teſtificari niſi uelint. Sunt etiam q̃dam quæ non admittuntur ad teſtificandum contra, ẽt ſi uelint, ob reuerentiam eius contra quem producuntur, veluti filius q̃ patrem, libertus contra patronum, arg. l. quos prohibet. ff. de poſtul. ita tenet Imo. in d.ca. dilectorum & cæteri
16 doc. in l. parentes. C. de teſtib. † Et not. q̃ inter iſtas perſonas priuilegiatas, ſunt ãt clerici qui non poſſunt cõpelli, nec coram eccleſiaſtico, nec ſeculari iudice niſi aliter veritas haberi non poſſit gl. in c. ſuper eo. de teſti. cog. & in c. ſtatuendũ. 2. q. 6. & tenet Hoſt. in ſum. de teſti. §. 1. & Gofre. eo. ti. in ſum. & Io. de Imo. in d.c. dilectorum.

Item ſenes non compelluntur inuiti teſtificari de iure ciuili, ut l. inuiti. ff. de teſti. & quarta, quæſtione. 2. §. inuiti. Sed de iure canonico ſecus eſt, ut hr̃ in c. ſi qui teſtium. de teſtib. & ibi per Capr̃ã. & dicuntur ſenes quo ad hoc annorum. 70. ut dicit gl. in d. l. inuiti. Quando teſtis non debet examinari p̃p ętatẽ, & tunc examinatus non facit indicium plenum, ſed qualequale, ut l. j. §. impubes. ff. ad Sille. & no. gl. in l. talis. C. de his qui. ut in di. ſecundum Bar. ibi q̃ hoc expreſſe tenet, ſed Bal. in d.l. ſeruos. dicit quod hoc caſu pupillus in ciuili, & minor. 20. annis in criminali non facit indicium ad probationem uel defenſionem negotii de quo agitur, ſed ad informationem ut ex eo inquiri & procedi poſſit per gl. in d.l. talis. Are. in opere maleficiorum. in uerbo, comparuerunt & negauerunt to
17 tum. in ver. item minor. dicit † q̃ minor. 20. annis in criminalib. põt examinari, ad aliquam intentionem iudicis, & q̃ faciat indicium, non aũt plenam probationem, & hoc ſi in in quiſitione fuerit examinatus ex mero officio non aũt ſuper accuſatione ad partis inſtãtiã, ita dicit tenere Guid. de ſuza. & Flo. in l. in teſtm̃. ff. de teſti. do. Augu. de ari. in ſuis addi. ad dictũ opus maleficiorũ ſup̃ d. ver. dicit q̃d doc. ſolẽt allegare vnã gl. pro ſing. in l. fi. C. de his q. vt indig. ad fi. q̃ minor facit indiciũ ad torturã: & dicit q̃ Lud. ſolebat allegare cõſimilẽ gl. in d.l. j. §. impubes. vide ẽt de hoc p̃ Bar. in l. de minore. in princi. ff. de que. vbi ponit an minor in crĩalibus faciat indicium, & limita tu prædicta per gl. in d.l. in teſtimonium. & adde Bar. in l. ex libero. ĩ fi. ff. de que. Vide oĩno p̃ do. Ale.
18 de imo. in l. fi. C. de his q. vt indig. † vbi tenet, q̃ licet in crĩalibus impuberes nõ ſint idonei teſtes, ad plenã p̃bationẽ, tñ ſunt idonei ad indiciũ, & licet gl. in l. inuiti ff. de teſti la 2. velit q̃d ĩpubes faciat aliq̃d indiciũ, quaſi velit q̃d nõ ſit validũ ad torturã, tñ Specula. in ti. de teſte. §. j. ver. item q̃ eſt impubes. expreſſe tenet q̃ faciat indiciũ ad torturã. & idẽ tenet Bal. in d.l. inuiti. & l. ſeruos. C. de teſti. & idẽ vr̃ velle Bal. in l. de minore. & l. maritus. ff. de quæſt. & hoc q̃ñ eſt p̃ximus pu
19 bertati & doli capax. vt dicit glo. in d.l. inuiti. † Q̃nque teſtis non dẽt examinari p̃p infamiam, ut l. 3. §. lege iul. ff. de teſti. & tunc examinatus non facit indicium plenum. ſed qualequale, ut l. qui ultimo. ff. de pęnis. ita ẽt dicit Bal. in l. j. C. de ſum. tri. dicendo quod facit indicium ad fundandam intentionem iudicis & inquiſitionẽ, uide ẽt in l. Caſſius. ff. de ſena. & in c. teſtimonium. & c. fi. de teſti. Q̃nque quis non dẽt examinari rõne ordinis, ut quia ante lit. conte. uel parte nõ citata, & tunc examinatus nõ facit indiciũ. ut l. ſi quis adulterium. ff. de adult. & dixi ſupra in ver. quæro an teſtis. Quãdoq; quis examinatur ut principalis in ſe, & ut teſtis in aliũ, & tunc aut potuit in alium examinari, aut non, q̃ q̃ñ ſit patet ex no. per tex. & doc. in l. fi. C. de accu. & in l. ſi filium. C. de libe. cau. & per Barto. in l. 1. §. repeti. ff. de quæſtio. cum ſi. Primo caſu facit indicium ſufficiens ad torturam, ut tenet
19 Cy. in d.l. fi. † Quandoque teſtis non debet examinari ꝓpter lapſum termini ſtatuti ad probandũ, & tunc ſi hẽt locũ purgatio morę, examinatus probat, ut not. doc. in l. mancipiorum. ff. de op. leg. Si autem non habet locum purgatio morę, & tunc ad nihilum ualet eius dictum, ſecundum Cy. in l. 1. C. de ſepul. vio. Adde Ludo. de Vrbe, in rub. ff. de arbi. in 9. col. in uer. an tamen teſtes. qui in hac. q. dicit quod aut teſtes prohibentur a limine iudicii, & tunc admiſſi etiam indiciũ non faciunt, ex quo omnino lex eos inhabilitat, ut ff. de q. l. maritus, ſed ſi tantum eſſe teſtes prohibeãtur, tunc admiſſi faciunt indicium, ut no. Bal. C. de teſtib. l. ſeruos. ad quod ẽt l. matris. ff. de proba. Super hac qõ. qua q̃ritur an teſtis qui non debuit examinari, faciat indicium ſi examinatur Bart.
20 in d.l. maritus. ff. de q. † dicit quòd teſtis qui non debet examinari propter reuerentiam perſonarum, & tunc examinatus non facit indicium. ut d.l. maritus. & l. diuus. eo. tit. Q̃nque teſtis non debet examinari p̃p ætatem, tunc examinatus non facit indicium plenum, ſed qualequale, ut l. 1. §. impuberes. ad Sille. Idem dicit ipſe puto de teſte qui nõ debet examinari propter ſexum, ut in muliere eadem rõne. Q̃nq; teſtis non debet examinari p̃p infamiam, & tunc examinatus facit indicium qualequale. l. q̃ ultimo. ff. de pę. Q̃nq; nõ debet examinari p̃p inimicitias, tunc examinatus facit indicium, uel non facit ſm qualitatem inimicitiæ, ut ff. de qõ. l. 1. §. præterea. Q̃nque teſtis non debet examinari rõne ordinis, quia ante li. conte. uel parte non citata, & tunc dicit puto q̃d non facit indiciũ, ut l. ſi quis. de adul. & C. de teſti. l. ſi
22 q̃ñ. in fi. Bal. in l. ſeruos. ff. de teſti. ſuper hac. q. dicit † quod indicium eſt triplex, unũ eſt q̃d dirigit iudicẽ in uiã perſcrutationis & inquiſitionis, & iſtud põt fieri per quẽcunq; teſtẽ. ut d.l. qui ultimo. Aliud eſt quod dirigit in uiam hñdæ qõnis, & aliud q̃d dirigit in uiam ꝺemnationis ſimul cũ aliis adminiculis. Et dicit ipſe q̃d teſtis non idoneus & prohibitus a limine depoſitionis, non facit hoc indiciũ ad qõnẽ & torturã. l. libertorum. C. de teſti. Sed ſi teſtes qui nõ ſunt prohibiti a limine depoſitionis, non tñ ſunt idonei ad plenam efficaciam prohibitionis, bñ faciunt hoc indicium, ut ff. de teſti. l. ſerui. 2. rñ. & ff. de proba. l. cũ probatio. ff. de ædil. ędic. l. quæro. in fi. Si uero quærimus quantum ad efficaciã cõdẽnationis, nullus eſt teſtis idoneus ad cõdẽnationem niſi ſup pleatur per alias probationes. ut l. ſolam. C. de teſti. & arg. ff. de eden. l. ſi quis ex argẽtariis. §. 1. & ſubdit Bal. in d.l. ſeruos. quod teſtis interrogatus, & examinatus, qui non debuit interrogari non facit indicium, q̃ñ eſt prohibita interrogatio, ut d.l. maritus. ff. de q. aut non eſt iuſta rñſio, q̃ eſt q̃ñ non poteſt inuitus cogi, & tunc idem ſi allegauit priuilegium, ut ff. de teſti. l. lege Iulia. Aut uon debuit interrogari ad probationem, & tunc põt interrogari ad informationem, ut pupillus in ciuili, uel minor 25. annis in criminali, tunc bñ facit indicium ad inquirendum non ad decidendum, ut nota. C. de his qui. ut indi. l. fi. in gl. ordi. Saly. in d.l. ſeruos. clarius hoc declarat, dicendo ſuper. q. p̃dicta q̃d teſtis q̃ non debuit examinari, ſi examinat, quod q̃tum ad effectum condemnationis non facit indiciũ, niſi p̃ alias probationes ſupplereẽ. ut d. l. ſolam. & ar. d.l. ſi quis ex argentariis. §. 1. aut q̃tum ut ex eo poſſit perueniri ad torturam, & tunc quidam ſunt teſtes qui ſunt prohibiti, & interrogari & rñdere, & iſti non faciunt in-
23 dicium, ut d.l. libertorũ. & d.l. maritus. † Quidam ſunt qui inuiti prohibentur interrogari, ſed uolentes p̃nt rñdere. & iſti ad rñdendum compulſi ẽt non faciunt indicium. ut ff. de teſti. l. iulia. & dñr compulſi priuilegio allegato, non aliter. ut l. parentes. & quod ibi hr̃. C. de teſti. parificantur. n. iſto caſu inuiti, & qui nullo modo volentes ẽt p̃nt admitti. Quidam ſunt qui prohibentur interrogari q̃tum ad probationẽ, ſed non prohibentur quantum ad informationem ut minor. 25. an. in cã criminali. & iſti faciunt indicium quo ad inquirendum. ut d.l. in gl. de his qui. ut ind. Abba. fic. in c. decętero. de teſt. dicit quod licet laicus in criminalib. non poſſit teſtificari contra clericum, tñ facit indicium ad torturam. Et aduerte ad oĩa ſupradicta, quod nullus ſupradictorum diceretur teſtis omni exceptione maior, unde unus ſolus ſi teſtificatur de uiſu non faceret indicium, ſed ſi duo teſtificarẽtur de uiſu, facerent indicium, & ſimiliter teſtificarentur de circunſtantijs quæ inducerent indicium, ut dixi ſupra in 2. q. prin. in uer. aduerte tamen.

SVMMARIVM.

1 *Indicium quale eſſe debeat, ut ſufficiens ſit ad torturam, iudicis committitur arbitrio.*
2 *Indicium eſt ſufficiens contra aliquem de furto, ſi ſit malæ conditionis & famæ, & ſolitus talia facere.*
3 *Furtum a familiaribus & in domo conuerſantibus factum præſumitur.*
4 *Furtum præſumitur factum per familiarem fugitiuè a domo recedentẽ.*
5 *Indicium ſuper furto contra aliquem habetur, qui cum antea pauper eſſet, multas pecunias habere reperitur.*
6 *Indicia & præſumptiones contrarijs tolli poſſunt præſumptionibus & indicijs.*
7 *Fuga ſola quando indicium ſufficiens præbeat ad torturam.*
8 *Fuga non facit indicium, ut quis poſſit ſubijci quæſtioni, ſi poſsit aliqua probabili cauſa uelari.*
9 *Fuga ſola propter proceſſum initiatum non facit indicium.*
10 *Fugiens de carcere per oſtium carceris apertum, non eſt pro confeſſo habendus.*
11 *Officialis fugiens tempore ſindicatus, pro confeſſo habetur de his ſuper quibus inquiritur.*
12 *Fuga quando præſumptionem & indicium inducat, & alios ſuos effectus producat.*
13 *Statutum dicens in omni caſu fugam omnem facere probationem, an ualeat.*
14 *Indicium generale in quolibet crimine cenſetur, dum extra iudicium crimen ſe commiſiſſe aliquis fatetur.*

15 *Confeſſio*

Digitized by Google

15 *Confessio extraiudicialis facta parte præsente, indicium facit ad torturam.*
16 *Confessio extra iudicium facta, indicium prębet ad torturam, si de tempore & loco deponat confitens.*
17 *Confessio facta coram iudice, sed non in figura iudicij, uel coram notario siue iudice, an probet.*
Confessio coram iudice incompetenti facta quando probationem inducat.
18 *Mendacium an præstet quæstioni indicium.*
19 *Confessus de se, non est de socijs interrogandus, fallit in quibusdam casibus.*
20 *Fures de socijs & receptatoribus interrogari possunt.*
21 *Seruus de crimine conuictus uel confessus de socijs & mandatoribus est interrogandus.*
22 *Latrones dicuntur qui publice stratas aggrediuntur, qui & de socijs interrogari possunt.*
23 *Interrogatio de socijs generaliter fieri debet non descendendo ad speciē, seu ad nomen certæ personæ.*
24 *Confessio rei contra socios criminis, quando præsumptionem inducat ad uersus illos.*
25 *Criminosus de consocijs confessus, indicium ad torturam nō præstat, nisi pluribus concurrentibus.*
26 *Iniuriatus uel percussus ab inquisito uel accusato asserens, contra eum non facit indicium.*
27 *Confessio tacita per pacem seu transactionem facta, an faciat indicium, uel probationem.*
28 *Pax seu transactio super crimine multis potest modis fieri ut transigens confiteri ipsum crimen non uideatur.*
29 *Inimicitia facit indicium ad homicidium.*
30 *Variatio, pauor, & trepidatio, indicium faciunt alijs deficientibus indicijs.*
31 *Accusatus de crimine debet diuersis examinari uicibus, & uarians quę stioni poterit subdi.*
Variationes & uacillationes factæ in tortura sine indicijs facta, torto non præiudicant in aliquo.
32 *Fama sola cum uno indicio sufficit, ut tortura quis subdi possit.*
33 *Minæ quando indicium sufficiens faciant ad torturam.*
34 *Homicidium factum in aliquo loco per quem aliquis solitus erat transire, qui maleficia consueuerat perpetrare, præsumitur ab eodem perpetratum esse.*
35 *Diuinatio an faciat indicium ad torturam.*
36 *Ars diuinandi non semper reprobatur.*
37 *Locutio secreta uel auricularis cum aliquo facta, qui postea incontinenti homicidium commisit, an faciat præsumi consilium, uel mandatum ad hoc faciendum.*
38 *Armatus stans cum offendente præsumitur opem ferre.*

Quæstio tertia primæ partis.

Circa tertium videlicet qualia debent esse indicia p̄
1 quæ deueniri valeat ad torturam. †Dic quod Doct. oēs sunt in hoc concordes q̄d de hoc non p̄t dari certa doctrina, sed cōmittitur arbitrio iudicis, ut ff. de testi. l. 3. §. eiusdem quoq; ibi tu magis scire potes quanta sit testib. fides adhibē da, ita dicit Alb. Pau. de Eleaza. Odofre. Cyn. & Bar. in l. fi. ff. de q. dicit tñ ibi Bar. q̄d in aliquib. criminib. p̄t dari aliqua uia ad cognoscendum indicia sufficientia ad torturam.
2 † Et primo in crimine furti. nā aliquis accusat̄ de furto, p̄t esse indicia q̄ ipsum, quod est hō malę condōnis & famę & consuetus facere similia. l. de minore. §. pluriū. ff. de qō. & l. non oēs. §. a barbaris. ff. de re milita. pro quo facit tex. in l. si cui. §. iisdem. ff. de accu. ubi q̄ semel fuit calūniatus, p̄sumit̄ iterū calūniari. & q̄d no. Dy. in regula, semel malus. in princ. lib. 6. Item p̄t esse indicium, q̄d ipse erat uicinus, & habebat notā illā domū, & quia conuersabatur ibi, ut est text. in in l. dās horreorum. ff. loca. & ibi dixit Bartol. notanter q̄d si aliqui hāt notitiam domus, sunt suspecti q̄ñ domus frangitur p̄p̄ ędificiorum notitiam, nā tales personæ de facili possent torqueri ad inuestigationē ueritatis, ut hic, & iō officiales q̄ñ committitur maleficiū, occulte consueuerūt mittere pro vicinis qui verisimiliter debent scire ueritatem, ad quod l. si ita. in fi. de fun. instru. & ibi per Iac. de Are. & Bart.
3 Item Bar. in d. l. dās. notabiliter dicit not. ar. † quod furtū p̄sumitur factum a conuersantibus in domo, uel quod saltē sciant quis fecerit. C. de repud. l. consensu. §. super seruis. Hinc ēt dixit Bar. in l. j. in fi. ff. si fami. fur. fe. dica. q̄d famuli hospitatoris p̄t torqueri pro re subtracta in hospitio. Prædicta tñ tempera f̄m q̄d notabiliter dixit Bal. in l. 1. C. loca. q̄d iudex ex qualitate personarum arbitrabitur quis ex uicinis sit torquendus uel non, vñ dicit ipse licet vicini p̄sumantur scire, & p̄p̄ hoc suspitio cadat in illis, tñ non oēs erunt torquendi, sed suspecti de scīa uel q̄d fecerit, arg. l. non oēs. §. a barbaris. ff. de re mili. Terreri poterunt omnes, ut. ff. de testi. l. 3. §. idem diuus. sed non torqueri omnes, quia tortura in se habet iniuriam, secundum eum, quod est valde uo-
4 tabile. † Item est aliud indicium ad furtum, q̄ res quæ reperiuntur furto subtractæ in domo uideantur furto subtracte per familiarem fugitiuē recedentem, gl. est no. in auc. de exhib. re. in § si uero etiam quædam. Item est aliud indicium ad furtum, quia uisus est exire de nocte illam domū, in qua fuit factum furtum, & habebat aliquid subtus. Item quia uisus fuit expendere moneram de stampa, cuius erat illa, quæ fuit furto subtracta: hæc duo dicit Ang. in l. milites. C. de q. & hoc dicit ipse nisi sit alia uerisimilitudo in contrariū, puta quia ille qui fuit uisus exire, vel pecuniā expendere, esset quidam magnus mercator, quia conditio personæ excludit præsumptionem resultātem ex indicijs, ideo tunc est ut alia indicia concurrant.
27 Item ſeruus patris non torquetur in filium, vt ibidem. † Pro morte vero filij torquetur ſeruus patris, & contra pro morte patris torquetur ſeruus filij, vt in §. ſi pater. ff. ad ſilan. Item ſeruus redhibitus non torquetur in caput emptoris. l. etiam. ff. de quæſt. Item in cauſa liberali non torquetur ſeruus, vt l. de minore. §. final. ff. de quæſtio. vbi glo. hoc late examinat. & l. ſi quis ne quæſtio. eod. tit. Item ſeruus non torquetur contra poſſeſſorem hæreditatis, licet quæſtionem de hæreditate patiatur. l. ex libero. §. fi. ff. de quæſtio. Item non torquetur contra dominum putatiuum, & bonęfidei poſſeſſorem, vt l. 1. §. ſi ſeruus. ff. eod. ti. vbi idem dicit in libero homine bonęfidei poſſeſſo pro ſeruo. Item ſerui non torquentur in dominum in q. ſtupri, vt d. l. extraneo. 2. reſponſo. ff. eo. tit. Idem
28 in cauſa ſimplicis inceſtus, vt l. de inceſtu. de quæſtion. ff. † & in tantum eſt prohibita tortura ſerui in dominum, ꝙ etiam ſeruo ſponte confitente aliquid de domino ſuo, vel etiam per tormenta non creditur, etiam ſi dominus conſentiat tor ture, ut de primo eſt text. in l. vnius. §. ſeruo, de ſecundo eſt tex. in l. 1. §. item ſeruus. & de utroque in d. l. 1. §. diuus Antoninus. de tertio eſt tex. in d. l. unius. §. ſeruus nec. ff. de quæſt. & l. ſeruos. §. eodem. titul. Sed quid de ſeruo mariti, an torquetur in caput uxoris. tex. eſt quòd ſic in dicta. l. 1. §. ſeruum. ff. de quæſt. & idem videtur in ſeruo vxoris vt torqueri poſſit contra maritum, quia eadem eſt ratio ar. l. illud. ff. ad leg. aquil. Item ſeruus non torquetur contra tutorem vel matrẽ domini ſui niſi in tutelari cauſa. vt l. 2. C. de quæſ. Torquetur tamen ſeruus in dominum ſi vxor occidit virum vel vir vxorem. vt l. ſi. C. de ſica. & alios caſus ponit tex. & glo. in d. l. 1. C. de quæſt. & dixit Bal. ibi, quod in iſtis caſibus in quib. ſeruus torquetur contra dominum in illis torquetur monachus cõ
29 tra Abbatem, quod eſt notandum. † Item libertus nõ torquetur contra ſuum patronum. vt l. 1. §. ſi ſeruus bona. uerſi. ſed nec libertum. & ſi. ſi ſeruus ad hæc. & l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt. & l. pridem. C. eod. Hoc tamen fallit in caſibus de quibus in d. l. 1. C. de quæſt. ſecundum gloſſ. in d. l. pridem.

Statuliber

Digitized by Google

Fran. Bru. De indicijs & tortura.

Statuliber similiter non torquetur contra hæredem donec pendet conditio libertatis in pecuniarijs causis.l. diuus. in fi. de quæst.ff.quod fallit quãdo fuerit particeps delicti. ff.ad sil.
30 l.1.§.in eo. † Vnum non est silentio prætereundum.s.quòd in crimine falsi potest torqueri reus & accusator, dummodo contra torquendum sint indicia,tex. est secundum Bald. ibi in l.ubi.C.de falsis.

SVMMARIVM.

1 *Iudex præoculis multa habere debet antequam aliquem torturæ subijciat.*
2 *Indicium non est a quæstione inchoandum.*
3 *Quæstio seu tortura non est præsentanda,nisi præcedant indicia.*
4 *Seruus in facto proprio potest torqueri.*
5 *Seruus quando contra dominum torqueri possit absque indicijs præcedentibus.*
6 *Quæstio absque indicijs dari potest in tractatibus proditorijs.*
7 *Accusatus ob contumaciam bannitus,si postea comparuit,torqueri potest absque alijs indicijs.*
8 *Quæstio non pro omni causa aut persona est sumenda.*
9 *Iudex qualem debeat facere diligentiam dum delictum refertur sibi esse commissum.& nu.11.*
10 *Tortura non est adhibenda nisi prius liquido constiterit de facto.*
11 *Inquisitus vel accusatus de delicto qua forma citari debeat.*
12 *Accusatus citatus & non comparens, ponitur in banno,& censetur confessus.*
13 *Iudex antequam aliquem torquet, indiciorum copiam dare debet, ut si ualeat reus,eadem purget.*
14 *Torqueri timens iniuste,hoc est sine indicijs,potest appellare.*
15 *Quæstioni seu torturæ locus non est,si aliunde ueritas haberi potest.*
16 *Iudex plenariam de maleficio habens certitudinem licite appellationi potest obuiare.*
17 *Iudex non inhumane, sed iuris ordine seruato, & cum moderamine,ad torturam debet procedere.*
18 *Iudex torquendi fortitudinem,etatem,ualetudinem,& personam attendere debet.*
19 *Iudex an & quando teneatur si reus in tortura, uel ob torturam moriatur.*
20 *Iudex non tenetur si reus tortus casu fortuito moriatur.*
21 *Iudex in dubio officium suum gessisse præsumitur.*
22 *Iudex non præsumitur iura,& ea quæ ad suum spectant officium ignorare,tametsi quamplurimi quæ medullitus in iure intendunt, cõsecuti sint minime ad corticem usque leges contemplati.*
23 *Ignorantia iuris in iudice culpa lata est,qui & dolo non carere præsumitur cum se iuris peritum fateatur.*
24 *Culpa lata in pœnis corporalibus infligendis non est dolo æquiparanda.*
25 *Iudex in corpus alicui grauamen inferens, extraordinarie punitur.*
26 *Iudex allegare potest se in iure errasse,& hoc est suam turpitudinem detegere.*
27 *Iudex in torquendo modum excedens, non iudex, sed priuatus fingitur, quemadmodum,& tutor male administrans fingitur non tutor. & nu. seq.*
29 *Pœnam non meretur qui lege permitente quicquam operatur.*
30 *Torto mortuo quis teneatur, si dolo, culpa, uel casu mortuus sit nescia-tur.*
31 *Iudex in dubio quæstionem debito grauiorem intulisse præsumitur zelo iustitiæ & non dolose.*
32 *Iudex dolose excedens modum torturæ legis Cornel. debet pœnam subire.*
33 *Iudex sine causa,& absque indicijs,& dolose aliquem torquens,plectendus est capite.*
34 *Tortura iniusta alicui illata tenentur iudices, & potestates, sed non officiales ex mandato facientes.*
35 *Iudex pro torto mortuo tenetur pœna pecuniaria,stante statu.quòd &c.*
36 *Iudex ad quid teneatur si tortus non moriatur, sed iniuste & inhumane debilitatur.*
37 *Tortura indicijs probatur & coniecturis,si a potestate negetur.*
38 *Domestici pro delicto domi commisso posunt torqueri.*
39 *Tortura & violentia in occulto facta,per famam & uociferationem probari potest.*
40 *Confessus crimen non condemnabitur, si se tortum fuisse asserat dummodo apud acta non ratificet.*
41 *Testes duo de actu corporali & uisibili deponentes, præferendi sunt decẽ alijs de mentali & inuisibili actu deponentibus.*
42 *Quæstio seu tortura non est uniformiter applicanda, sed secundum delicti exigentiam & grauitatem.*
43 *Aduocatus confessionem absque indicijs legitimis torti infringere intendens,qualiter articulari debeat.*
44 *Reus tortus confessionem illicitam per tormenta pluries ratificans præsumitur hoc facere tormentorum timore.*
45 *Perseuerare præsumitur,qui reuocasse non reperitur.*
46 *Confessioni per torturam absque indicijs extortæ non statur,etiam si perseueretur.*
47 *Tortura intantum præcedere requirit indicia, ut si millies tortus absque iudicijs in confessione perseueraret,ipsa confessio nulla esset. Confessio facta in tormentis absque indicijs,non conualidatur ex superuenientibus indicijs.*
48 *Sententia lata uigore confessionis in tortura iniuste extorta, an sit nulla ipso iure,uel erit opus appellatione.*
49 *Iudex ante processus formationem,& litis contestationem, ad torturam procedere non debet.*
50 *Quæstio non datur nisi indicijs præuijs,& in alijs probationibus deficiatur.*
51 *Iudex defensionem parti auferre non potest, sed ad se defendendum præfigere debet terminum. Copia iudiciorum reo dari debet,ad purgationẽ faciendam.*
52 *Tortura an possit adhiberi diebus in honorem Dei feriatis.*
53 *Testis qui iurauit potest examinari die in dei honorem feriato.*
54 *Tortura cui prius debeat applicari,quando plures sunt torquendi.*
55 *Filius in conspectu patris prior eo torqueri debet, & femina prior masculo.*
56 *Iudex qualiter in tortura positum examinare & interrogare debet. Tortus ut testis qualiter interrogari debeat.*
57 *Tortus in seipsum de alijs non est interrogandus.*
58 *Tortus negans & in negatione perseuerans,an possit iterum torqueri.*
59 *Tortus sufficienter non debet rursus torqueri, nisi de nouo superueniant alia iudicia.*
60 *Assessores honoris auidi torturam repetentes sunt puniendi.*
61 *Quæstio seu tortura quando repeti possit.*
62 *Tortura leuis & incompetens repeti potest.*
63 *Indicia noua quæ dicantur.*
64 *Confessus crimen in tormentis & præcedẽtibus indiciis, an possit torqueri super aliis delictis,de quibus nulla sunt aduersus eum indicia.*
65 *Tortus & crimen confessus quando possit super aliis torqueri criminibus.*
66 *Iudex cautus in actis facere debet ut appareat torturam moderate contra detentum fuisse adhibitam. Iudex qui aliquem indebite torsit, qua cautela in eius relaxatione uti possit.*

Quæstio. 5. secundæ partis.

Vintò principaliter quæritur. Qualiter sit perueniendum ad torturam.
1 † Respondeo ꝙ multa debet iudex habere ante oculos antequam ad ipsam perueniat. Nàm primo sciendum est quòd a tormentis non est incipiendum, neque adeo torturæ est fides adhibenda vt ab ipsa incipi debeat,sed ita demum ad ipsam peruenitur si contra torquendum præcedant indicia, & argumenta eius negotij de quo quæritur.ista est sententia tex.in l.1.in prin.ff de quæst.& l.milites.§.oportet.C.eo.& l.sicut.in fi.C.de fal.Qualia autem debeant esse ista indicia fuit dictum superius. † Et ad id quod
2 dictum est ꝙ a quæstionibus non est sumendum initium est tex.in c.cum in contemplatione.de reg.iur.in antiquis.vbi ẽt dicit gl.ꝙ si secus fuit potest appellari, vt habetur etiam.3.q.6.non solent.Hoc tamen fallit in casu.l.prius.ff.ad sil. ubi secundum intellectum gl.quam sequuntur Dyn. & Bart.ibi seruus in casu illius. l. torquetur absque indicijs præcedentibus.glo.tamen in l.1.§.item illud.eo.tit. uidetur uelle quòd non possit seruus torqueri absque indicijs.& ita etiam tenet in l.quicunque.C.de ser.fugiti.in glo.not. duo mirabilia.Idẽ tenet gl.in l.cum probatio.ff.de probat. Idem in l.serui.ff.de
3 testi.secundum unam opi.† Ego credo nequaquam deueniẽdum ad torturam non præcedentibus indicijs,vel quantum ad seruos quali præsumptione veritatis.Non ob. huic cõclusioni.d.l.prius.quia illud prius intelligitur,antequam contra aliquem formetur processus fit examinatio seruorum domini.Et non fit examinatio indistincte omnium seruorum,sed eorum tantum qui uerisimile poterant scire veritatem,& dominum iuuare potuerunt.& ideo illa uerisimilitudo scientiæ est quale quale indicium contra torquendum,non tamen dico ꝙ requiratur plenum iudicium, de quo etiam fuit dictũ supra in proxima.q.& ita intelligo gloss.in l.interrogari.C.de quæst.quæ dicit quod seruus in his quæ pendent ex suo facto
4 torqueretur,forte etiam indicijs non præcedentibus.† Nam ex quo tractatur de facto serui præsumitur scire veritatem negotij. & ideo ut per torturam veritas liqueat torquetur, ar.l.hoc quod placuit. C. de quæst. & ita etiam intelligo. d.l. cum probatio.& d.l.serui cum.Non obstant glo. quæ dicunt requiri indicium,& sic videtur loqui de pleno iudicio,quia respondeo & confiteor ꝙ si extat iudicium plenum possunt serui torqueri,sed si non sit plenum, sed qualequale, etiam torquentur.Credo tamen ꝙ in d.l. prius.sit istud speciale,qđ antequam formetur processus, perueniatur ad tormenta, quod regulariter fieri non potest vt inferius dicetur. dicta tamen regula fallit in casu singulari,scilicet si accusatus uel inquisitus nollet respõdere accusationi uel inquisitioni,& præsens foret.Nam torquetur non ad eruendam confessionem quia non præcedunt indicia, sed ad eruendam responsionẽ

affir-

Digitized by Google

affirmatiuam uel negatiuam prout sibi placuerit, secundum Bald. eleganter in l. si accusationem. in ult. col. C. qui ac. non poss. Item fallit secundum Azon. in summa. C. de quæstio. in
5 versi. & sunt ista regularia. † Nam secundum eum, seruus torquetur in dominum nullis præcedentibus indicijs in crimine lesæ maiestatis, quod ad salutem principis pertinet, vel forte populi Romani. & in crimine fraudati census & adulterij & homicidij. & in casu quando maritus dicitur occidisse suam vxorem, vel econtra, aliàs autem seruus non torquet in dominum in causa criminali nisi præcedant indicia, vt l. 1. C. de quæst. & l. 1. primo responso. ff. eo. tit. & l. fi. C. de sica. secundum eam. Mihi videtur q̃ etiam in dictis casibus debeãt præcedere indicia ad minus præsumptiua, q̃ serui scire debeant veritatem non dico indicia plena. & ista opinio mihi vr̃
10 æquior, nam non reperio tex. contrarium dicentem, & istud minus exorbitat a iure communi quo cauetur indicia debere præcedere torturam vt in d. l. milites. & promptum est leges legibus concordare, ut l. 1. C. de inoffi. do. & dixi de hoc
6 plenius supra proxime. † Addo alios casus in quibus videtur posse deueniri ad torturam sine indicijs, videlicet in prodimentis & tractatibus qui fiunt secreto, & hoc propter probationis difficultatem, vt vr̃ uelle Bal. in l. quicunque. C. de ser. fugi. ad quod facit quia sunt alij casus in quibus peruenitur ad torturam sine indicijs quos ponit glo. 13. q. 2. c. quæstionẽ & tamen in illis casibus non est tantum facinus quantum est crimen læsæ maiestatis. Sed in contrarium est tex. in l. si quis alicui. C. ad l. Iuliam maie. & ibi hoc tenet gl. Cyn. Bal. & Sal. quòd in crimine læsæ maiest. non peruenitur ad torturam sine indicijs, nisi velimus dicere q̃ ille tex. in d. l. si qs alicui. loquatur. quando indicia poterant haberi, secus si haberi non poterant. sed certe secundum hoc multum restringeretur ille tex. in quo doct. maxime Ang. dicunt quod nullo modo quis torqueatur etiã in isto crimine sine indicijs, licet in isto crimine sint multa alia specialia, & ab hac opi. quæ est communis non videtur recedendum, de quo uide per Aret. in tract. malefic. in glo. in uerbo che hai tradita la tua patria in prin. & ibi etiam per do. Aug. in addi. item uide & adde alios tres casus in quibus ad torturã peruenitur sine indicijs quos enumerat glo. in d. c. q. 12. q. 2. quam gl. refert & sequitur idẽ. d. Aug. in d. addi. & etiam in glo. verbo fama publica in addi.
7 super uer. nunc videamus. de tortura. colu. 35. † Addo alium notabilem casum, in quo potest ad torturam perueniri sine indicijs, uidelicet quando accusatus, vel inquisitus, quia non comparuit, fuit positus in banna propter contumaciam, nã si postea comparet, quia vult purgare contumaciam & respondere, quia forte hoc ei a statuto permittitur, poterit tũc poni ad torturam absque alijs indicijs propter eius præcedẽtem contumaciam secundum Nic. de mat. & Bal. in l. 1. §. sequitur uidere. iuxta fi. C. de hær. insti. q̃ est menti tenendum. Sed an quando torquentur testes debent præcedere indicia fuit dictum supra in 4. q. prin. in uersi. quod autem dictũ est.
8 Secundò iudex debet aduertere, quia non pro omni causa neque de omni persona quæstio sumenda est. l. edictum. ff. de quæst. & est plene dictum supra in 3. & 4. q. prin.

Tertiò debet aduertere ad qualitatem indiciorum, quia non quælibet indicia, sed verisimilia, aut vero proxima, requiruntur. l. 1. 2. respõso. ff. de quæst. & l. milites. §. oport. C. eodẽ.

Quartò iudex debet aduertere, vt non ponat aliquem ad torturam, nisi prius constet de delicto. ut l. 1. §. illud. ff. ad sil. ad idem uide tex. in l. si quando. C. unde vi. & fuit supra dictũ in 4. q. princ. in uersi. item nota quod nunquam. vnde Are. ex hoc in suo tractatũ maleficiorum. in glo. in verbo fama pu-
9 blica. in uer. 12. tu uide. † dicit quod iudex debet esse in hoc bene cautus, q̃ si furtum dicitur factum vel aliud delictum commissum, faciat in bastardello per diligentem inuestigationem vel inquisitionem querelam & testes & visionẽ officialis apparere, quod furtum uel delictum est commissum, & sic describi per notarium & describi vulnera, & sic de homicidio quod mittat officialem ad uidendum vulneratum vel mortuum, & hoc redigatur in actis prius, alias aũt nisi facta ista diligentia aliquem torqueret, posset teneri in sindicatu. Ad quod facit secundum eum quod in simili nota. in l. hæc autem. §. 1. ff. ex qui. cau. in poss. ea. l. multum. ff. de cond. & demon. ad hoc quod dicit Bal. in l. 3. §. eiusdem. ff. de testib.
10 in addi. dicit enim per text. in d. l. 1. §. item illud. † quod prius debet constare liquido de facto antequam quis torqueatur, vnde tortura fit ad liquidationem personę non ad liquidationem facti. Item dicit q̃ dispositio. d. §. item istud fallit in crimine falsi per. l. ubi. C. de fal. & in crimine furti. per l. cum seruus. ff. de cond. ob causam. & in crimine adulterij per. l. prospexit. ff. qui & a qui. ita refert dom. Augu. de Ari. in addi. ad tractatum Areti. maleficiorum, in glo. in uerbo fama publica. in uer. sup. allegato. ubi etiam dicit quòd ipse dubitat de istis tribus fallentijs quia illę. ll. non uidentur hoc probare. Et ibi etiam dicit quid si non potest constare de facto puta quia aliquis confitetur occidisse aliquem viatorem, & eum proiecisse in flumen. & an sufficiat de hoc constare per famam, vide ibi in remissionibus ad quas se remittit. Dicit etiã ibidem quod iudex non solum non debet procedere ad torturam, sed nec ad inquisitionem specialem nisi prius constet de delicto. & dicit hoc velle Bar. in l. fi. in prin. ff. de quæst.

11 Quintò iudex debet aduertere, q̃ antequã veniat ad torturam, debet enim procedere hoc modo, quia habita informatione de delicto, & sic constito sibi de facto, ut supra proxime dictum est, debęt in bastardello facere inquisitionem contra illum qui tale delictum dicitur commisisse, quæ erit inquisitio specialis quo ad delictum, & generalis quo ad personas, & super illa debet examinare testes etiam nullo aduersario ad hoc citato. Et si habuerit indicia procedat ad inquisitionem specialem contra personam contra quam laborãt indicia, & istam ponit in lib. actorũ prout habetur in c. qua
12 liter, & quando. de accusa. † Et hoc facto si aduersarius non est in manibus suis, faciet ipsum citari, cum tenore inquisitionis, quod ueniat ad respondendum dictę inquisitioni, & si est accusatio eodem modo faciet, & si comparuerit, & negauerit, iterum examinet illos eosdem testes, uel alios, & eorum dicta ponat in libro actorum. & hoc facto parte citata ad uidẽdum iurare testes. & si ex dictis testibus, uel aliunde, habet indicia ad torturam sufficientia, tunc faciat iterum inquisitũ vel accusatum citari sub hac forma, videlicet quod cum cõtra eum processum sit per viam inquisitionis vel accusationis, eo quia dicitur commisisse tali tempore, & tali loco tale delictum, prout constat apud acta &c. & quia contra eum laborant indicia super tali delicto, quod intra tot dies compareat ad confitendum tale delictum non obstante sua negatione, aut ad purgandum indicia quę contra eum laborant, & ad subijciendum se torturę. Sed formam huiusmodi citationis ponit constitutio prouincię Marchię in lib. maleficiorum in rub. de malefactore contra quem apparent indicia, quæ est rubr. 87. Quã formã seruabunt ius dicentes in marchia. Et his factis si reus comparuerit eum retineas, & tor-
13 queas immediate secundum indiciorum qualitatem. † Si autem in termino non comparuerit, ponas eum in banno, & sic habebitur pro confesso dictum maleficium. ita dicit singulariter Bart. in l. pen. ff. de quæsti. Et istam practicam ponit Are. in suo tractatu malefi. in gloss. in uerbo comparuerunt dicti inquisiti, & negauerunt totum, post principium. quod dicit esse mẽti tenendum quia poterit facere honorem. Sed licet ista sit pulchra theorica, tamen nõ est perfecta iudicio meo. nam si reus ad hanc citationem factam compareat, & petat copiam talium indiciorum iudex debebit publicare testes, & processum & dare copiã indiciorum cũ termino ad opponendum & purgandum indicia in quo termino poterint reprobari testes tam circa personas quàm circa dicta. ut l. custodias. ubi gl. Bar. Ang. & Imo. ff. de pub. iud. & per Bar. in l. unius. §. reus. & §. cognitorum. ff. de quæst. in l. si postulauerit. §. quæst. ff. de adulter. & l. fin. in fin. ff. de quæst. & melius per eundem in suo consilio incipiente, punctus quęstionis, p
14 quo require in lit. h. ad char. 180. vbi dicit † q̃ iudex antequã ponat aliquem ad torturam debet dare copiam indiciorum cum termino ad illa purgãdum, & dictis testibus & indiciis, reprobatis, & purgatis indicijs nõ proceditur ad torturam. Et plus ibi dicit quod super hoc debet pronuntiari esse uel non esse deueniendum ad torturam. de hoc vide etiam per Tancredum de Corneto in sua compẽdiosa. in 6. parte principali. q. 18. pro qua require in lit. h. ad chartas. 213. Et ab ista pronuntia esto quod sit interlocutoria appellari poterit ẽt de iure ciuili cum contineat grauamen irreparabile. ut per Bar. & Doct. in l. 2. de appe. reci. & per Bal. in l. 2. C. de epi. audiẽ. de quo est casus in d. l. 2. ff. de app. reci. Et hoc habet locũ si pronuntiabitur esse torquendum. Sed quid si pronuntiabitur non esse torquendum, an per illum qui petebat debere torqueri poterit appellari? Aretinus in d. l. 2. ff. de ap. reci. ponit hanc q. & dicit quod non, cum istud grauamen possit reparari in sententia diffinitiua per illum tex. & rationem sui. Facit ad prædicta gl. in l. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiquis. † quæ vult quod si quis timet torqueri sine indi-
15 cijs, & sic iniuste, potest appellare. de quo etiam habetur. 3. q. 6. non solet. & dixi supra in 5. q. principaii, circa princip. Et aduerte quòd facta supradicta appellatione licet sint interlocutoria erunt ligatę manus iudicis, vt non possit ad torturã procedere etiam antequam sibi inhibeatur. quoniam licet aliàs per appellationem ab interlocutoria non videantur ligari manus iudicis a quo ante inhibitionem. ut in cap. super eo. el 1. in princ. de ap. in 6. tamen illud intelligitur quando esset appellatum ab interlocutoria ex qua infertur grauamen reparabile per appellationem a diffinitiua. Secus si inferẽ tale grauamen quod reparari non posset prout est tortura. ita dicit Raph. in l. eius qui. ff. de app. reci. Idem vult Bald. in rubrica. C. commina. uel epi. vbi etiam dixit quòd confessio

posto

Digitized by Google

poſt appellationem ſecuta eſt nulla. Sextò iudex conſiderare debet quod non eſt deueniẽdum ad torturam ſi aliunde veritas haberi poteſt. Sed quando aliunde non poteſt haberi, tunc erit locus torturę. l. diuus. in prin. & l. edictum. ff. de quæſt. & l. quoties. C. eo. tit. & idem dicit Aret. in tractatu maleficiorum in glo. in verbo fama publ. col. 22. uerſi. 2. quæro. Ex quo dicit qđ cautus iudex debet facere apparere in actis quod iudex nõ poſſendo aliter veritatem habere declarauit deueniendum ad torturam. aliàs poſſet teneri in ſyndicatu. Vide ad prædicta Gandi. in tractatu maleficiorum in rubr. de quæſtioni & tormentis. in prin. qui dixit quod iudex qui de aliquo quæſtionem habere intendit ante omnia habere debet iuris & humanitatis rõnem, & debet habere hanc conſiderationem vt non facile & repente ad quęſtionem procedat ſi aliqua alia via leuiore poteſt obiecti criminis veritas inueniri quantuncunque adſint indicia vel veriſimilia argumenta. allegat d. l. diuus. ff. de quæſtio. Et Ang. in l. ſi certus. ff. ad ſil. dixit ꝙ ſi maleficium eſt liquidatum per probationes veras, male facit iudex ponere malefactorem ad torturã, & tenebitur in ſyndicatu. & hoc etiam dixit Ioã. And. in d. c. cũ in cõtemplatione. de re. iur. in antiquis. & do. Catal. de uiſo, in ſuo tractatu de ſyndicatu in q. 132. & in quæſtion. 209. 210. 211. qui ponit quod de facili non eſt deueniendum ad torturam. & Cyn. in l 2. C. quorum appel. non reci. dicit ꝙ iudices maleficiorum qui plene conuictum torquent vt cõfiteatur delictum, & ſic apud acta reperiatur confeſſus, & cõuictus, ad hoc vt non poſſit appellare, male faciunt, quia nemo eſt torquendus niſi in ſubſidium probationum. Sed Bal. in d. l. 1. & d. l. 2. dicit, ego credo † ꝙ iudices bene faciunt, quando habent plenariam certitudinem de maleficio ſi obuient ne appelletur per calumniam, & maxime in criminibus enormib. in quibus licet interdum leges tranſgredi. l. ſi quis filio exhæredato. §. ſed ſi. ff. de iniuſto. & ꝙ no. Inno. in c. 1. de conſti. ꝙ eſt multum notabile ſecundum eum. Et idem Bal in d. l. 2. dixit ꝙ iudices bene faciunt quærendo confeſſionẽ extorquere a conuictis ne crimina patentia remaneãt impunita, nec debet dari occaſio appellandi, tamen ſi conſtaret de tortura non eſſet prohibitum appellare. Sed idem Bal. in l. qui ſentẽtiam. in fi. C. de pe. mutauit ſnĩam & tenuit contrarium dicẽdo quod ſi dilucide quis ſit conuictus non debet torqueri. & hoc puto de iure verius, & ſequendum. Ex ſupradictis infero quod in notorio crimine non eſt deueniendum ad torturam, quia tortura non adhibetur niſi in defectũ probationum ut ſuperius dictum eſt. ſed hic de crimine liquet ergo non eſt procedendum ad torturam.

17 Septimò aduertat iudex, ꝙ ad torturam procedendum eſt cum moderamine, & non effrenate, & inhumane, & debito iuris poſtpoſito. vt l. nihil. C. de quæſt. ad quę facit quod habetur in l. 1. C. de emenda. propin. & in l. 1. C. de emenda. ſeruo. itaque tortura non debet eſſe indiciũ rationis, & melius eſt infra ſubſtinere quàm ſuperexcedere. vnde ait Apoſtolus, quod iuſtum & æquum eſt parate ſcientes quòd dominum in cœlo habetis, & ita iuriſcon. quod nimia aſperitas dominorum eſt temperanda, & corrigenda. vt l. 2. §. dominorum. ff. de his qui ſunt ſui uel aliẽ. iur. & tales ita ſeueriter procedentes ſunt priuãdi iuriſdictione. dixit Bal. ibi. & Guil. & Cyn. & Are. in trac. maleficiorum in glo. in uerbo fama publica. col. 24. uer. 7. quæro. dicit, ꝙ tortura eſt adhibẽda cum
18 moderamine, vt l. de minore. § tormenta. ff. de quæſtio. † Et hoc totum reſidet in pectore iudicis diſcreti qui conſiderabit torquẽdi fortitudinem ætatem, debilitatem, ualitudinẽ, perſonam, & criminis qualitatem, & nec a grauioribus, nec a leuioribus tormentis initium ſumet. facit ſecundũ ipſum. l. 2. §. fi. ff. de re mili. & l. ſi quis in graui in prin. ff. ad ſille. & l. 1. § impubes. eo. tit. & ſic debet facere iudex vt innocentiæ vel ſupplitio reum ſaluum conſeruet. vt l. quæſtionis modus. ff. de quæſtio. ita dixit Inn. in d. c. cum in cõtemplatione. de reg. iur. per d. l. quæſtio. & adde Bald. in l. 1. de confeſ. in 6. col. qui dicit quòd quo moderamine habenda ſit quæſtio relinquit iudicis arbitrio, ſed tu dic quod dictum arbitrium debet eſſe diſcretum per ea quæ habentur in l. 1. ff. de leg. 2. uide etiam ad prædicta Bal. in l. 2. C. quorum appel. qui dixit ꝙ quæ ſint plena uel moderata tormenta, & quæ non iudicis diſcreti arbitrio committitur cum conſilio diſcretorum ſibi aſtantiũ. ff de adul. l. ſi poſtulauerit. ff. de quæſt. Sed cum dictum ſit, ꝙ tortura debet adhiberi moderate, adeo quod reus ſit ſaluus ſupplicio uel innocentiæ, annectitur bene alia quæſtio. quid ſi tortus moritur in tortura vel propter torturam, an iudex teneatur ad aliquam pęnam. & ad quam. Cyn. ponit hãc q. in l. gracchus. in fi. C. de adulte. & Bart. in l. quæſtionis. ff. de quæſt. & Bal. in d. l. gracchus. & l. 1. C. de emen. ſeruo. ex quo
19 rum dictis ſic concludo † ꝙ aut iudex in torquendo non exceſſit modum debitum, & conſuetum. vt quia torſit in caſu licito, & prout eſt de conſuetudine, puta cum fune quæ eſt inſtrumentum a iure approbatũ, vt l. nullus. C. ad l. Iul. maie. nec vltra debitum tenuit torquendum in tortura, & iſto caſu nullo modo tenetur, quia licite fecit, & licitè factum non meretur pœnam. vt d. l. gracchus. & d. l. qõnis. & l. de minonore. §. tormenta. ff. de quæſt. ad hoc optime facit text. in d. l. 1. C. de emen. ſeruo. ubi vult tex. ꝙ ubi nõ exceditur modus. & tamen mors ſequatur, nõ tenetur de homicidio quia opera dedit rei licitæ. Si autem modum exceſſit. tunc ſi doloſe hoc fecit tenetur lege Corn. de ſica. tanquam homicida. & ſic capitaliter venit puniendus. vt d. l. 1. C. de emen. ſeruo. & l. 1. C. de emen. propin. coniuncta gl. in l. 1. C. de parri. facit. d. l. quæſt. a ſenſu contrario. Si vero non doloſe ſed culpabiliter modum exceſſit, tunc tenetur ſecundum qualitatem culpę, non tamen tanquam doloſus. ut l. ſi adulterium cum inceſtu. de adult. & quod not. Cy. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epi. & cle. & Bar. & Bal. in l. 1. ff. de ll. & per Bal. in l. 1. ſi quis te-
20 li. eſſe iuſſ. fue. & l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pęn. † Si vero mors torti caſu contingat, & tunc nullo modo tenẽ, quia dabat operam rei licitę, ſecundum Iac. de Are. Cyn. & Bal. & Bar. ubi ſupra facit de reſti. ſpo. c. olim. el 3. quod no. in l. 1. C. vnde ui. Et in hoc eſt reſpiciendum an aliquid poſſit iudici imputari uel non, ut dicit Bar. in d. l. quæſt. per l. aut damna. §. 1. ff. de pęn. Et ſecundum prædicta intelligo Bald. in d. l. milites. §. quæſt. dum dixit hunc torquentem puniri tanquã homicidam. uide etiam de hac. q. per Are. in tract. maleficiorum. in gl. in uerbo fama publica. col. 24. in uer. 8. quæro. vbi dicit quod licet Bar. in l. lege Cornelia. ff. de ſic. dicat quod ſi rectores torquent reum vel teſtem, ita ꝙ ex hoc moriatur, teneatur lege Corne. de ſic. per illum tex. tamen Bal. & Ang. Cyn. & Saly. in d. l. gracchus. C de adulte. intelligunt uerum, ſi non fuit legitimè tortus. Si autem fuit tortus præcedentibus indicijs de quibus in actis appareat, tunc cum iudex fecerit ex permiſſione legis, quia ad torturam licite peruenit, licet ille moriatur, non tenetur. ut l. ſed an ultro. in princ. ff. de neg. geſt. Et hoc etiam intelligunt verum, dummodo iudex
21 non fuerit egreſſus terminos torturę. † Et quod in dubio nõ præſumitur quòd fuerit egreſſus, immo ꝙ ſuum officium temperate geſſerit. l. herennius. §. Gaia. ff. de euict. vnde allegant quod iniuſte torſit incumbit onus probandi ſecundũ Augu. & ita dicit intellexiſſe Bar. prædictam l. legem Cornelia. do. Aug. de Ari. in addi. in d. uerſi. 8. quæro. refert de uerbo ad uerbum conſilium do. Gilioli ſuper hac quæſtio. ꝙ ergo inferã prout ſequitur. Pone quod iudex exceſſit modũ in torquendo reum exceſſiue, uel in caſu non permiſſo, vt quia forte non erant indicia legitima, vel fuerunt purgata per alias probationes. vel quia non erant de caſibus de quibus poſſet torqueri de iure, an teneatur ſi ille tortus mor-
22 tuus eſt directe. l. corne. de ſica. & ſic debeat decapitari. † nã videtur quòd ſic, cum iudex non poſſit pretendere ſe ignorare iura quorum aſſeruit ſe fore peritum, cum electioni de ſe factæ vt de perito conſenſerit. l. 2. ff. quod quiſq; iu. nam licet ignorare iura ſit lata culpa, quia poteſt conſulere petitiorem, vt. ff. de infam. l. liberorum. in fi. & ita dicit ibi gl. in l. ex maleficijs. §. ſi iudex ff. de act. & ob. & probatur per tex. inſt. ad. l. aquil. §. prętera. in ver. imperitiam. & ff. de re. iur. l. imperitiam. tamen hoc verum, in perſonis quæ non ſunt aſtrictę ſcire, vbi in penalibus lata culpa non ęquiparatur dolo,
23 & ita intelligitur. d. l. imperitiam. cum ſimi. Sed † in iudice, qui aſſerit ſe iuris peritum, ignorare ius, eſt adeo lata *culpa*, quod dolus in eo preſumitur, cum iuris ignorantia *non præſumatur*, ſed verius ſcientia iuris. & iſto caſu lata æquiparatur dolo. l. 2. cum glo. ff. quod quiſque iu. Et per hoc videtur quòd iudex debeat decapitari tanquam doloſe occiderit illum in tormentis, & ita videtur tenere Sali. Sed certe eſt error, quia ſecundum dictum. d. Gilioli. dicit ibi. Augu. iſto caſu lata culpa æquiparatur dolo. ſed non dolo vero ſed præſumpto. Irẽ ęquiparatur dolo tacito non expreſſo. & ita debet intelligi tex. & glo. in d. l. ex maleficijs. & gl. in l. fi. C. de pena iu. qui ma. iu. Et idem in medico qui per imperitiam aliquem debilitauit vel occidit, vt dicit glo. in d. l. 2. ff. quod quiſque iu. & tex. in. d. §. prętera. inſti. ad l. aquil. Et ideo errauit Salice. dum voluit talem puniri directa lege aquiliana.
24 † Sed non eſt verum, quia in penis corporalibus infligendis lata culpa non ęquiparatur dolo. ſed eum dico teneri. vt. l. Cornelia. vt extra ordinem iudicis arbitrio puniatur, & ita dixit Bar. in l. vlti. ff. de adulte. in q. de bannito occiſo. probatur in l. lex iuliana. l. fin. ff. ad. l. iul. repe. lex enim Cornelia directa requirit verum dolum, vtilis autem requirit fictum ſeu preſumptum, quod inſurgit ex lata culpa commiſſa per illum qui eſt aſtrictus ſcire iura vt in iudice, & medico. Et licet quando iudex lędit partem ciuiliter per imprudentiam, non teneatur ad meram pęnam fiſco applicandam, ſed tantum ad ſatisfactionem dãnorum, & expẽſarum ſeu intereſſe partis lęſę, vt dicit Bar. in l. fi. in fi. ff. de var. & extraor. cog. & in diſputatione ſua, quæ incipit, a ſententia iudicis qui per
25 imperitiam iudicauit &c. † & tamen quando iudex per imprudentiam

Digitized by Google

prudentiam lædit in corpus aliquem.ſcilicet torquendo vel aliter debilitando vel occidi faciendo in publico, iſte iudex tenetur extra ordinē. vt l. lege Cornelia. ut ſupra dixi. Et ita conſuluit dictus domi.Giliolus in ciuitate Mantuę,qui dixit ꝙ niſi dolus expreſſus probetur in iudice. ſ. vel quod odio vel gratia alterius.puta inimici,vel corruptus fuerit pecunia nō teneatur directa.l.Cornelię.ſ.pęna corporali, quia potius dici debet ipſum iudicem fuiſſe in culpa lata quàm in dolo vero,& expreſſo quia ſaltem prætextu officij ſibi commiſſi id fecit.& per conſequens non prætextu homicidij cōmittendi.nam ad excludendum verum dolum,& expreſſum,& pœnam quę pro tali dolo imponenda venit,ſufficit quod aliquo colore iuſto uel prætextu id factum ſit licet facere iure non debuit vt l.gracchus.C.de adult.ubi eſt caſus. Item ſufficit eū fuiſſe motū aliquib.rōnibus ſiue iuſtis ſiue iniuſtis,qa per hoc calliditas excludit,licet vera culpa concludatur quę ex quaſi maleficio prouenit.vbi dicit gl.in d.l.ex maleficijs.§. ſi iudex.& in d.l.fi.ff.de uar.& extraor.co. & pro hoc tex.in l. igitur.§.poteſt.ff.de li.cau.& glo.in l.1.ff.de abige. & in l.plagiarij.C.de plagiarijs.& in l.1.C. ubi ca. ſta.& ibi Bald. & per Bar.in d.l.fi.ff.de adult.Et in corporalibus lata culpa nō ęquiparatur dolo.ſ.vero & expreſſo.vt d.l.Cornel.ff.de ſica.& ibi per Bar.Et hanc opinio.dicit ipſe dom. Giliolus tenere Iaco. de Are.in d.l.gracchus.in addi.& Gui. de Suza.

26 Tamen dicebat iudicem huiuſmodi debere caute proteſtari ſe erraſſe in iure,& ſuum errorem iuris allegare,& proteſtare quòd ſi aliàs ſimilis reus ſibi occurreret, eum taliter non torqueret.arg.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.idem pollioni.ff.de adulte.Et dicebat eum extra ordinem præterquā in corpus puniendum.& ipſe do.Giliolus de facto conſuluit in ciuitate Mantuæ pro domino Bibia de fauentia ibi iudice, qui tantum torqueri fecerat vnum reūm excedendo morem debitum, quod mortuus fuerat, & in ſyndicatu contra eum procedebatur. uide etiam ad prædictam. quæſtion. Gandi. in tractatu maleficiorum in rubrica de quæſtion. & tormentis. in illa quæſtion. quæ confeſſio dicatur facta metu tormentorum. in verſi. ſed quid ſi iudex in tormentis adeo modum exceſſit quod tortus ibi deficit uel membrū debilitauit.qui latiſſime diſputat hanc.q arguēdo pro & cō-
27 tra.& refert Guido.de Suza.dixiſſe, † ꝙ ubi iudex modū excedit torquendo ſtatim quod modum excedit,tenetur,quia fingitur non iudex ſed eſt priuatus, ſicut tutor male adminiſtrando fingitur non tutor,& tenetur tanquam quilibet.l.tutor.ff.de ſuſpe.tuto.cum ſi.ipſe vero Gandi. dicit quod ſi dolo fecit tenetur, ſi vero aliam culpam commiſerit non tenetur.dic vt ibi.vide etiam per do. Catal in tract. de ſyndicatu. q.114.vbi in hac materia approbat dicta Bar.in l.quęſtionis. ff.de quæſt.& Cy.in d.l.gracchus.C. de adulte. & idem dom. Catal.q.206.& 205.dicit, ꝙ ſi aliquis in tortura repetitur, & ibi moriatur,aſſeſſor tenetur tanquam homicida.d. Amodeus quo ſuo tempore nullus fuit magis practicus in magiſtratibus in ſuo tractatu de ſyndicatu in glo.ſuper verbo. Itē in eo quod dictus poteſtas officiales capi,detineri, carcerari,& torqueri &c.in 3.col.in 15.quid autem ſi poteſtas multū bene loquitur ſuper. q. q. dicendo ꝙ aut officiales facientes torquere ſunt in dolo, aut in culpa,aut moritur caſu, aut eſt dubium:ſi dolo fecerunt,& non præcedentibus indicijs modum exceſſerūt,ita ꝙ moriatur,tenētur pœna capitis.l.Cor. de ſica.videlicet poteſtas, & iudices qui fecerunt torqueri.l. 1.in prin.& §.1.& l.lege Corn.in prin.ff.de ſica. & l.aut damna.§.1.de pę.& eſt tex.in l.item Labeonem. §. quæſtionis.in fi,ff.de iniur.qđ habet etiam locum,quando ſine nouis indicijs fecerunt reponi ad torturam,illum qui fuerit ſemel tortus ſufficienter,quo caſu ſi moriatur tortus, tenentur pœna capitis,vt dixit not.Bal.in l.milites.C.de quęſtio.& ratio,quia
28 eo ipſo † quod iudex modum excedit fingitur priuatus, & non iudex,ſicut tutor non recte adminiſtrando ſingitur non tutor,& tenetur tanquam quilibet.l. tutor.ff. de fur.l. fundū. §.ſi tutor.ff.pro emp.arg.l.generaliter.C.de epiſc.& cle.quia nimia ſęuitia rectoris aſcribitur culpę.ff.ad leg.aquil.l.ſi quę cunque.§.ſi magiſter.& ſicut priuatis ita iudicibus eſt prohibitum aliquid illicitum facere.ff.de iniur. l. nec magiſtratib. Si uero non ſunt in dolo ſed in aliqua culpa, puta quia non præcedebant indicia ſufficientia vel modum exceſſerunt, & immoderate per ignorātiam uel per laſciuiam cauſam mortis præbuerunt arbitrio ſyndicorum puniri debebunt. Et ſi fuerunt in culpa leuiſſima mitius quàm in leui, & ſi in leui mitius quàm in lata.d.l.lege Cor.& l.1.§.ſi claua.& l.3. §. ſed ſi ſenatuſconſul.ff.ad l.Cor.de ſica.Et licet Ia de Are.in trac. quem fecit de quæſtion.dixerit hoc caſu poteſtatem, & eius officiales non teneri per l.1.C.de emenda.ſer.ſumpto ar.de poteſtate dominica ad poteſtatem rectoris.ff.de uer. ſig.l.poteſtatis.ſed Gui. de ſuz. & poſt eum And.de Piſis.& per Bar. qui ſimilem tractatum fecerunt,concludunt ꝙ teneantur.& idem videtur tenere Pau.de Leaza.in repe.c.grauius. de depoſito. Tertio caſu quando tortus ſine dolo uel culpa officialis moritur,vt innuit text.in d.l.aut damna.§.1.ff. de pe.&
29 tunc non tenetur,ut not.Bart.in l.q.ff.de quæſtio.† quia qui facit lege permittente pœnam non meretur. l. gracchus. C. de adul.& ibi hoc firmat Cy. ꝙ intelligitur quando præcedebant legitima indicia, & non exceſſerunt modum, cum ille non fecerit animo necandi, ſed ueritatis eruendæ.& nemo delinquit niſi habeat animū delinquendi. l. ſæpæ. in fin. ff.de uerb.ſig.quia animus,& propoſitum diſtinguunt maleficia. l.qui in iure.ff.de fur.& l.1.§.1.ff.de ſicar. & l.ſi is qui cum telo.C.eod.tit.

30 †Quartò caſu quando eſt dubium an dolo culpa uel caſu moriatur, dicendum quòd ſi poteſtas uel iudex doceat legitima indicia præcedere,& appareat eum qui fuit tortus fuiſſe ætatis maturę, & robuſtę,præſumptio eſt pro poteſtate uel iudice. l. hærennius.§.gaia. ff. de euict. præſumit enim princeps omne bonum de officialibus ſuis niſi manifeſte appareat contrarium.l.1.§.fi.ff.de offi.præſi. facit. l.cum creditor.ff.de fur.& l.iniuriarum.§.1.ff.de iniu.& l. acquirenda.ff. de acqui.poſ.& l.3.§.1.ff.de li.ho.exhi. Et qui allegat ꝙ poteſtas uel iudex fuit in dolo uel culpa id probare debet.l.quoties.§.qui dolo.ff.de prob.& l.1.& ibi no.C.de ſic.& l.12.ff.de proba.& l.actor.C.eo.ti.& no.Bar.in l.ſi quis ex argentarijs.
31 §.fi.ff.de eden. †In dubio enim ſi non apparet quo animo fecerit præſumitur feciſſe zelo iuſtitię,& iuſte.l.2.§.ſi publicanus.ff.ui bo.rap.& l.minus.C.de acq.poſ. & ſ. merito. ꝓ ſoc. facit.l.2.C qui accu.non poſ. Poterit tamen poteſtas vel iudex ſi non fuit in dolo uel culpa ad cautelam probare per teſtes etiam domeſticos quod præcedentib. legitimis indicijs moderatè eum torquebat,& ꝙ caſu ſine dolo uel culpa iudicis defecit in tortura,quod plerunque ſolet. vt dicit text. in l. aut damna.§.1.ff.de pœn.Bal.tamē ut refert idem Amodæus ubi ſupra,in hac.q.bene ſic dicit.aut iudex non exceſſit modum quia tormentauit in caſu licito prout eſt de conſuetudine,& non cum aliqua aſperitate.]& tunc nō tenetur iudex licite.facit arg ff.de iniur.l.item apud labonem.§.quęſtionis.
32 † Aut exceſſit modum,& tunc aut dolo,& tenetur lege Cor. de ſica.facit.l.unica.C.de emenda.ſeruo.Aut culpa,& tunc tenetur ſecundum qualitatem culpæ.Aut caſu,& tunc in nihilo tenetur quia dabat operam rei licitæ ſecundum Iac. de Are.& Cyn.iſta ſunt verba Bald.in l.uerba.in fi.C.de adul.Et ſubdit ipſe d.Amodæus,& bene, ꝙ caute agendum eſt quantum fieri poteſt ne caſus mortis in tortura accidat propter euitandas calumnias popularium, & vulgarium quos de facto dicit vidiſſe, & audiuiſſe propter huiuſmodi caſus contra officiales,& innocentes armata manu inſurgere. vt euenit Peruſij contra do. Sanctem de Corneto poteſtatem qui vix euaſit a furore populi. Et dicit ſe habuiſſe duos in manibus,unum dum eſſet ſenator urbis,& alium dum eſſet poteſtas Tuderti,qui immediate ꝙ fuerunt poſiti in tortura, & eleuati a terra parum defecerunt,& iudicio medicorum oppreſſi a catarro uix poſt plures dies euaſerunt.ideo ipſe conſuluit,& paternè, ꝙ moderatè ad torturam procedatur.nec
33 ita de facili currant, ut multi conſueuere. † Et dicit etiam ꝙ quandocunque doloſæ, & ſine cauſa & ſine indicijs faciunt aliquem torqueri,etiam ſi tortus non moriatur tenetur pœna capitis.ut vult Bal.in l.decuriones.C.de quæſti.& in l.2.C. de requi.re.& eſt tex.in l.le.Iulia.§.hodie.ff.ad l.iul.repe.qđ habet locum etiam ſi habeat arbitrium, vt not.in c.ueniens.& in c.quintauallis.de iureiur. Et eadem pœna tenetur ſi faciūt torqueri illum qui de iure torqueri non poterat.puta vnum de prioribus durante officio,niſi in crimine læſæ maieſtatis per tex.no.in d.l.decuriones.Si autem ſine dolo faciunt torqueri non torquendum vel excedunt modum, ipſi officiales tenentur actione iniuriarum arbitrio iudicis ſecūdum Bal. in rubr.C.de pœna iu.qui ma.iu.& ff. de iniur.l.iniuriarum æſtimatio.nec debēt puniri ſimili pœna torturæ,quia ex hoc nihil adeſſet perſonę tortę ſecundum Bald. in d.rubrica. de
34 hoc tamen uide inf.in 6.q.princ.† Et aduerte circa prædicta quòd quando fuit tortura iniuſte facta tenentur ſolummodo poteſtates,& iudices mandantes torqueri iniuſte,non autem milites ſocij,& alij officiales,qui hoc fecerunt ex mandato.ita dicit Bal.in l.excuſant.ff.de infami.per illum tex. facit quod nō.Dy.in c.quod quis mandato.de regu.iur.in 6.& ponit Florianus in l.liber homo.la 2.ff.ad legem aquil.quod tamen eſt dubium, quia mādatum ſuperioris excuſat ſolum in læuibus ſecundum Bar.in l.non ſolum.§.ſi mandato.ff.de iniur. & ideo poſſunt officiales reſiſtere poteſtati iniuſtitiā facienti ſecundum Bart.in l.omnes.C.de decu.lib. 10. Et aduertant bene rectores quia ſi cogunt aliquem eorū iudicem vel officialem iniuſtam ſententiam ferre tenentur.l.Corn.de ſica.de his uide latius, & melius infra in 6.quæſtion.princip.
35 in uer. ſed ponamus.† Item aduerte pro his quæ ſupradicta ſunt, quòd ſi per ſtatutum pro homicidio imponitur pœna pecuniaria ciuibus,prout eſt in multis locis,& ſi fiat in pa-

latio

Digitized by Google

latio imponitur pœna capitis,poteſtas vel iudex qui iniuſte, & immoderate tormentauit, ſi tortus moriatur non punietꝑ pęna capitis,ſed pecuniaria,ſecundum Bal.in rubr.C.de pę na iu.qui.ma.iu. quia ſtatutum quod imponit pœnam capitis pro homicidio, & maleficio debet intelligi de eo ꝙ pōt committi indifferenter in palatio & extra.ſed occaſione tor turæ poteſt ſolum committi in palatio vbi eſt tortura. ideo non debet augeri pœna ratione loci ſicut dicit Bart.in ſimili in teſte dicente falſum in palatio in l.aut facta. ff. de pę.& in conſilio ꝙ incipit,tudertinus quidam. Et licet dictum ſtatutū ꝙ imponat pœnam pecuniariam ciuibus pro homicidio habet locum in poteſtates,& officiales,quia gaudent priuile gio ciuium.vt no glo.in l.ciues,& incolę.C. de incolis.li.10.
36 & firmat in §.proficiſci in q.13.† Sed pone, quod ex tortura quis non moriatur, ſed debilitatur aliquod membrum.do. Amodæus in tract.ſyndicatus.ſuper glo.in verbo coram nobis &c.Kiriacus de Ancona &c.in 8.col.in uer.pœna debilitationis.dicit quod imponitur ea pęna quæ imponitur a ſta tuto pro tali delicto. & hocpro pœna fiſco applicanda. ſed quo ad partem læſam, videlicet quo ad tortum.tenetur ei de iure communi,ratione,& actione iniuriarum, inquantum iudici æquum videbitur, & ad intereſſe expenſarum factarū in medicis & medicinis,& ad damna operarum quibus caruit,& cariturus eſt,vt eſt text.inſti. de obli. quę ex quaſi deli. na.in §. ob hominē uero . Sed ego puto hoc procedere eo caſu quo iudex iniuſte torſiſſet dolo vel culpa. ſecus autem ſi licite,& moderate, & in caſu permiſſo ſecundum dicta ſupra in uer.ſed cum dictū ſit. in q. de mortuo in tortura.quo caſu in nihilo deberet teneri ſecundum ea quæ ibi dicta fue re.Subnectamus hic aliam.q.aliquis dicitur mortuus in tortura uel debilitatus, ſed poteſtas negat illum fuiſſe tortum, quæro quomodo hoc probabitur? Bal in l.ſi quis hoc genus.
37 dicit† quod tortura probari poteſt per indicia vel coniecturas.& hoc conſiſtit in arbitrio iudicis. Idē videtur velle Bar. in l.de pupillo.§.ſi quis ipſi prętori.ff.de no.oper. nunt. dum vult quod probato ꝙ iudex fuerit minatus de torquēdo aliquem ſi poſtea ille fuit uiſus cum brachio ligato ad collum & ſi.ex hoc probabitur tortura. & idem in ſimilibus coniecturis,facit quod nota.in l.fi.C.de proba.& l.fi.de hæred.inſt. Tu autem dicas quòd, aut quærimus de probādo torturam ad finem ut condemnetur iudex in ſyndicatu.& tunc requiritur plena & vera probatio de tortura, vt quia teſtes deponunt de viſu uel aliter plene probatur,vt notat Bar. in l.1.§.ſi quis tamen.ff.quod ui aut clam,quia ex præſumptionibus ēt vehementibus non poteſt quis damnari ſecundum Inno.in c.quia ueriſimile.de prob.& not.in l.abſentem.ff. de pęn. & in l.fi.C.de probatio. Et hoc forte erit in arbitrio ſyndicorū, qui in ſubſidium poterunt cogere,etiam per torturam,fami liares poteſtatis,ad teſtificandum aliquem fuiſſe tortum. lege.diuus,de quæſtionibus.& per nota.per Inn. in c. ex literis. de teſtibus,& per glo.& doct.& in c.cum P.manchonella.de accuſ.& Bar.in l.ex libero.ff.de quæſt in §.1. & uide dicta ſupra in 4.prin.poſt princ. ubi quando teſtes poſſint torqueri. & in uer.ſed quæro an debeant poſt medium. ubi fuit dictū,
38 † quod teſtes domeſtici torqueri poterunt pro delicto domi commiſſo,quia præſumuntur illud ſcire. hæc dicit dom. Amodæus Iuſtinus in tractatu ſuo de ſyndicatu in glo.in verbo item in eo ꝙ dictus poteſtas iudices, & officiales plures capi detineri,carcerari,& torqueri fecerunt&c.in 8.colu.in uer.ſed pone quod poteſtas & ſe. Sed contra hoc videt quia iſti teſtes de familia poteſtatis licet uolentes poſſint teſtificari contra poteſtatem:tamen non poſſunt cogi. ut per Bal. in l.etiam C.de teſti.& in §.proficiſci.q.36.& per Salic.in l.2.C. de teſti.niſi dicamus quod poterunt cogi in ſubſidium quādo aliter ueritas haberi non poteſt ar.l.conſentiū. C.de repu. & 14.q.2.c.quanquam.& ꝙ not.in c.inſinuante.in gloſſ. 1.de offi.dele.& de priuil.c.licet in 6.in glo.ſuper uerbo familiaribus.& in c.dilecto.in gloſſ.in uerbo familiaris.de off.arch.& de uerb.ſign.c.ult.in 6.& in c.magnę.de uoto in 6. aut quærimus de probando torturā ut ex ea præſumatur confeſſionē violentam eſſe: & habeant locum dicta per Bal. in d.l.ſi quis in hoc genus.& per Barto.in d.l.de pupillo.§. ſi quis prætori. Quibus adde ꝙ dixit Bal.in l.filius in fi.C.de fur. quod ubi aliter non poteſt probari tortura ſufficit probare quem detentum ut confeſſio dicatur facta metu tormentorum.de quo
39 per Cyn.in d.l.2.C.ꝙ me.cau.unde dicit idem Bal. in l.1.C.ne ex deſi.defun.† quod uiolentia probatur per famam, & ſimiliter tortura, quando vociferans torquetur in occulto allegat.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.& quod not.Cy. in l. 4.C.de ſer.fug.ubi dixit ꝙ id quod dicitur a perſonis fide dignis eſt iuſta cauſa credulitatis. Item probatur tortura ſi teſtis cognouit perſonam tortam,& qualitatem uocis in quolibet ſtatu.& dicit audiuiſſe eum uociferantem dum torquebatur ſecundum Bal.in l.conuenticulam. C. de epiſc. & cle. Item ſi dicatur,quod teſtes inducti per curiam depoſuerunt

metu tormentorum , probatur metus eo ipſo quod probat eos fuiſſe ob hanc cauſam detentos,quia præſumitur metus tormentorum,ſecundum Bal.in d.l.falſus. per Cy. in d.l.2.C. ꝙ met.cau.Item alligare,tortura præſumitur, niſi cōtrariū
40 probetur.† unde ſi confeſſus crimen,dicat ſe fuiſſe tortum, licet non probet,non poteſt condemnari, niſi ratificauerit apud acta, cum in officialibus præſumatur illatio metus ſecundum Bald.ſingul.in ſuo conſilio incipiente, tres ſunt caſus &c.& ſequitur Pet.de Ancha. in quodam ſuo conſilio in quo recitat ad uerbum dictum conſilium Bald. & ita refert Bertachinus in ſuo repertorio.in uerbo tortura. ꝙ eſt menti tenendum, Vide hæc cōſilia in tractatu clauſularum in clauſula,rei non ſic geſtę.in §.de metu tormentorum. in 2. col. & infra in 7.q.prin.Subiungo aliam notabilem.q. circa prædicta,pone,agitur contra poteſtatem, contra quem dicitur, quod compellit aliquem confiteri per torturam, & duo teſtes inducti contra poteſtatem,deponunt quod per vim fuit confeſſus & compulſus confiteri . Ex altera parte pro parte poteſtatis inducuntur decem uel plures qui dicunt.reus ſpō te confeſſus eſt,quęritur quibus teſtibus ſit magis credendū.
41 Inn.in c.ſuper hoc.de renū. †dicit quod magis creditur iſtis duobus deponentibus de ui quia deponunt de actu corporali,& uiſibili.ſ.quod viderunt torqueri,ſed alij decem deponunt de actu mentali , & inuiſibili ſcilicet quod ſponte confeſſus eſt quia actus mentalis ſoli deo eſt notus. Et idem ſi notarius in inſtrumento dicat quod ſponte confeſſus eſt quia tale inſtrumentum reprobatur per duos teſtes.ut not.Bal.in d.§.proficiſci.in tractatu de ſyndicatu.b.13.& Bar. in l.de pupillo §.ſi quis ipſi prætori.ff.de no.ope.nun. Nunc cum fecerimus parenteſim longiorem non tamen impertinentem redeamus ad materiam princ. noſtrę quæſt. quæ erat qualiter erat ad torturam perueniendum, ſuper qua fuit dictum ꝙ
42 ad multa debet iudex aduertere. † Adde quod etiā debet aduertere ad aliud, uidelicet quod in tortura non procedat pariformiter in paruo prout in magno,ſed illam debet adhibere ſecundum delicti qualitatem. ut pro magno delicto maior fiat quam pro paruo.& pro paruo minor quàm pro magno,ar.l.item apud.§. quæſtionis. uerſi. & ſi iuſſu.ff.de iniur. de hoc tamen nō poteſt ut ſupradictum fuit certa doctrina dari,ſed committitur arbitrio diſcreti iudicis. Sed ponamus quod quis eſt minus legitime tortus , puta quia non præcedentibus indicijs uel alijs modis ſupradictis, & in tortura cō feſſus eſt , & in ea perſeuerauit an veniat condemnandus ex illa confeſſione. Reſpondeo non. caſus eſt ſecundum unam lect.quam ibi tenet Bart.in l.pen.ff. de quæſti. & ita vidi aliàs conſultum per quendam inſignem,& famoſiſſimum docto-
43 qui ad hoc etiam pro caſu allegabat.15.q.6.c.1.† Et dicebat ꝙ cautus debet eſſe adnocatus qui vult infringere confeſſionem torti abſque indicijs ſaltem legitimis,ꝙ articuletur, & probet ꝙ ille talis antequam fuiſſet confeſſus fuit tortus abſque aliquibus iudicijs ſaltem legitimis, & ad torturam ſufficientibus.Nam quouſque detentus eſt tortus ſemper idē metus tormentorum durare præſumitur.Et ideo pręcedente dicta iniuſta tortura iudex qui facit ſcribi ꝙ ille fuit ſponte cō feſſus falſum facit confici inſtrumentum, & notarius incidit in falſum ſi notitiam habuit tormentorum. Vbi autem tortura legitimis indicijs præcedentibus iuſte fuiſſet illata, tunc ſecure notarius ſcribit. & iudex ſcribi faciat ꝙ ſponte fuit confeſſus quantumcunque tormenta præceſſerint. dumtamen inter torturam,& confeſſionem interuallum commodum interueniat,vt no.l.1.§.idem ſeuerus.ff.de quæſt.ꝑ doc. & per Cy.in l.2.C.de cu.re.ita ad literam omnia prædicta dicit Ang.in l.qui in aliena.ff.celſus.§.de acq.hære.

44 Ex ſupradictis ſequitur.† ꝙ præſumptio eſt quòd ſi tortus pluries ratificauit dictam confeſſionē illicite a prin. extortam ſemper ipſam ratificare uidetur metu tormentorum , præteritorum,& futurorum,ar.l.ſi cui.§. hiſdem.ff.de accu.quod eſt valde notandum. Hoc tamen intelligendum niſi poſt dictam torturam,& confeſsionem illicite extortam reus fuiſſet relaxatus& poſitus in priſtina libertate, & per ali quod interuallum vocatus per iudicem ſpōte comparuerit, & ſine tortura confeſſus fuerit iterum illud quod prius per torturam confeſſus fuerit.nam hoc caſu ex illa confeſſione eſſet damnandus tanquam ſpontanea,vt l.1,C.de confeſſ.ad hoc facit quod no.Inn.de acc.c.qualiter,& quando.Bald.tamen in d.l.1.C.de confeſſ. dicit in 4.col. quòd confeſſioni facte in tormentis non præcedentibus indicijs vel præcedentibus,ſed ita leuibus quod non faciunt præſumptionem , nō ſtatur,niſi in ea perſeueretur.allegat glo.in d.l.1.C. de cōfeſſ.
45 † Et dicit ꝙ intelligitur perſeuerare eo ipſo quod non reuocat ; quia metus tormentorum non eſt iniuſtus metus. nam iudicis auctoritas operatur ꝙ factum per talem metum valeat,quia pertinet ad executionem iuſtitiæ , vt ff.quod metcauſa.l.3.cum non fiat contra bonos mores , ſed iure licito,

vt

Digitized by Google

vt ibi patet. Si autem appellat non intelligitur perseuerare, sed tacite reuocare, vt not. ff de app. l. creditor. §. iustus. Sed assessores, vt non possit appellari faciũt talem confessum iterum de nouo ex interuallo temporis duci ad tribunal, & ibi publice confiteri, vt l. 2. C. de cu. re. sed si probari posset quod ista noua confessio emanasset repetitis tormentis, ista noua confessio esset eodem vulnere saucia, & vulnerata, & maior, quia semel tortus competenter non debet iterum torqueri nisi superueniant noua indicia. ff. de quæstio. l. repeti. ita dicit Bal. in d. l. 1. de confessis. Sed parcat mihi reuerentia tãti doc.

46 non est verum, quod † confessioni extorti per torturam sine indicijs, nisi perseueretur, stetur p supradicta. Præterea gl. quã in ipse allegat hoc non probat, ut patet cuilibet intuenti. Item est contra casum in d. l. pen. ff. de quæstio. Item aliud quod dicit, videlicet quod intelligatur perseuerare eo ipso quod non reuocat non est verum simpliciter. Nam tunc dicitur quis perseuerare in confessione facta in tormentis qñ post dictam cõfessionem reducitur in loco publico iudicij. & ibi coram notario, & publicis personis confitendo. tex. est in l. 2. C. de cu. re. secundũ Bar. in l. diuus seuerus. ff. de quæst. vnde non per non reuocationem, & sic per non factum, sed per expressam confessionem factam in loco publico coram prædictis. & sic per factum intelligitur perseuerare, & ita puto tenẽdum. & hoc etiam reperio tenere. d. Tindarum in tractatu suo de proba. in uer. nunc de criminalium causarum confessionibus. circa medium. vbi ad contextum, & ad uer-

47 bum sic dicit. † Scias tamen circa huiusmodi torturam, q in tantum requirit indicia præcedentia, q sine eis, etiam si millies confessus in tortura in sua confessione perseueraret, nihil operaretur eius perseueratio, nec posset ex ea sequi condemnatio tex. est sing. ad hoc quem Bar. ibi ponderat in l. pe. ff. de quęstio. & est ad idem alter text. secundum vnam lect. quam etiam ibi sequitur Bar. eo. tit. l. maritus. & tenet Ang. in l. 1. C. de confessi. Adde aliud mirabilius q si quis est confessus in tortura non præcedentibus legitimis indicijs, deinde antequam reponatur in pristina libertate superueniunt indicia ex hoc non conualidatur confessio facta in tormẽtis, nec perseuerare sufficit. gl. est ad hoc sing. & vnica quam Bar. ibi. multum commendat in d. l. maritus. & sequitur Bal. in l. fi. C

48 de accu. & Lud. de Ro. in consi. 167. † Sed ponamus ecce q *potestas* vel iudex condemnauit confessum vigore dictę cõ*fessionis* inualide extorte per torturam in casu quo non poterat torqueri, quia non præcedentibus legitimis indicijs, vt supra dictum est, vel quia aliàs tortura fuit iniuste illata, vel ratione personæ quæ torqueri non poterat, vel ratione delicti pro quo torqueri non poterat, ut superius ostensum est, an ipsa sententia erit nulla ipso iure, uel erit opus appellatione, videtur q sit nulla ipso iure. nam sententia lata per probationem a iure improbatam, est ipso iure nulla, vt est in c. 2. de purga. vulga. Tu dic, aut sententia continet expressum & patens vitium probationum a iure improbatorum, vt quia dixit. & quia constat nobis per confessionem Titij habitis indi*cijs per* talem eius libertum tortum, uel per talem eius fratrẽ coactum testificari, uel per talem eius inimicum. & si, ideo ipsum condemnamus, & tunc sit ipso iure nulla. & ita loquatur tex. in d. c. 2. uel quia dixit iudex, & quia constat nobis te culpabilẽ pp duellum, uel propter experientiam ferri candentis, ideo te condemnamus. ista est doctr. Io. And. in nouella. in c. quoniam contra falsam. de proba. in fi. quam refert Bal. in l. libertorum. C. de test. Aut non continet expressum & patens uitium, sed latens, & tunc est ipso iure nulla sed est opus prouocatione, vt l. 2. C. quando prouo. non est ne.

49 Item ad aliud † debet aduertere iudex ut ante formatum processum & ante lit. contest. non procedat ad torturam. ut etiam infra dicetur. & *fuit dictum* supra dum tractauimus de indicijs. in 2. q. in uer. quæro an testis. Insuper quæro, iudex formauit processum contra aliquem, ille comparuit, & negauit, iudex solenniter parte citata examinauit testes, per quos legitima probantur indicia, & postea non aliter publicato processu & testibus, posuit reum ad torturam, quæritur an iuste, & legitime hoc factum fuerit. Et primo videtur q sic, non ad petitionem partis, sed ex officio iudicis, quia non est vis, sit publicatus processus uel non, quia quantum ad iudicem semper est publicatus, ut no. Inn. in c. cum clamor. de testi. In contrarium est veritas, nam ex dictis testium ante publicationem nõ fit probatio nec indicium, ut est casus secundum unam lectu. in l. solam. C. de testi. & per consequens non proceditur ad tortu-

50 ram. & istud tenet Ia. Bu. ibi. † Et est ratio, quia cum tortura non debeat fieri, nisi in defectum probationum, & præcedẽtibus indicijs, & adhoc nõ constet de his, quia processus nõ publicatus non probat, vt d. l. solam. ergo non habet locum tortura. Et per hanc rationem aucto. Ia. idem tenet Bal. in l. milites. C. de quæstio. Sed est aduertendum, quia dicta ratio non videtur bona, per ea quæ not. doct. & maxime Bald. in l. gesta. C. de re iud. ubi dixit Bal. quòd iudex potest ferre sententiam, etiam non publicatis attestationibus. & ualet sentẽtia, nisi ambę partes vel altera contradixerint, & ita tenuit Inn. in d. c. cum clamor de testi. & Butr. in l. prolatam. de sen. licet glo. ibi teneat sententiam non ualere non publicatis at-

51 testatio † Vnde uidetur posse assignari rãtio, quia iudex nõ debet auferre defensionem parti, immo non potest ad cõdemnationem procedere, nisi dato termino ad faciendum defensionem, cui etiam renuntiari non potest, ut habetur in l. custodias. ff. de pub. iud. & in l. pactum inter hæredem. ff. de pac. Sed hæc defensio per reum fieri non posset, nisi publicatis attestationibus testium, quia aliàs scire nequiret quid testes testificati sint, nisi publicentur, cum ipsorum examinatio fiat in secreto vt l. si quando. C. de testi. Posset forte distingui, q ait pars petit publicari attestationes, & copiam indiciorum sibi dari, & hoc debet fieri quia debet dari copia indiciorum, quia super eis debet disputari, an procedant nec ne. l. vnius. §. cogniturus. ff. de quæst. secundum Bart. in l fi. in fin. eo. ti. & huic disputationi, non torturæ, debet interesse aduocatus, ut no. glo. & Bar. in l. legis virtus. ff. de ll. & per hoc. d. l. custodias. nam posset in dicta disputatione apparere de inualiditate indiciorum, & testes possent reprobari. & sic indicia remoueri, per ea quæ not Inn. in c. præsentium. & in ca. licet. de testi. item debebit super hoc pronuntiari, vt diximus de his supra in hac. q. in uer. 5. iudex. Aut non est petita publicatio attestationum, & copia indrciorum, & tunc procedat q primo loco dictum est, per not. per Inno. in d. c. cum clamor. & Bal. in d. l. gesta. & Ia. But. & Bald. in d. l. prolatam. Et hac distinctione esset vtendum post factum, ad saluandum iudicem in syndicatu, sed ante factum melius faceret iudex sequi sententiam Bal. in d. l. milites. & Ia. in d. l. solam. quia deberet prius publicare processum, & attestationes, quàm deueniret ad torturam. quod etiam firmat Bart. in l. unius. §. 1. ff. quæstio. pro quo etiam facit quod no. Bald. in l. in bonæfidæi. C. de iureiur. 4. col.

52 Quæro † cum supradictum fuerit, q iudex in tortura debet aduertere ad multa, an debeat aduertere ad aliquod tempus, & sic an tortura adhiberi possit diebus feriatis in honorem Dei. Respondeo, hæc quæst. uidetur decidi per tex. in l. nemo. C. de epis. audi. & in l. prouinciarum. C. de fer. Nam aut delicta sunt atrociora vt latrocinium, sacrilegium, crimen læsæ maiestatis, adulterium, stuprum, incæstus, raptus uirginum, vel sanctimonialium, uenefficium, homicidium, parricidium, & si. & in his potest omnibus diebus, etiam paschalibus, procedi ad torturam. tex. est expressus in d. l. nemo. uer. sed ab his. & in d. l. prouinciarum. Si autem non sunt crimina atrocia, sed minora in quibus est imponenda pœna pecuniaria, tunc videtur, q non possit fieri tortura diebus feriatis in honorem Dei, per d. l. nemo. in prin. & l. dies festos. ibi sit idem dies a cognitionibus alienus. & l. quadraginta, & l. actus. C. de fer. Consuetudo tamen uidetur male seruare hoc, licet etiam in tortura, etiam alia supra, & infra dicenda male seruet, tamen hoc de die festo posset roborari, quia tortura est quædam examinatio extraiudicialis. unde si præcessit iudicialis cognitio indiciorum potest postea dicta examinatio fieri quolibet loco, & tempore,

53 † exemplo testis qui iudicialiter iurauit. nam potest examinari quolibet tempore, etiam feriato in honorem Dei, vt tenet Spe. in ti de fer. §. 2. uer. quid si tunc testis. & Bar. in l. damni. §. sabini. ff. de dam. infec. & Bald. in l. quando. C. de testi. & est glo. in cle. 1. de offi. deleg. Item potest hoc iuuari, vbi vigeret statutum, prout est communiter per Italiam, quòd in causis criminalibus procedatur quocunque tempore, etiam feriato in honorem Dei, vt vult etiam statutum in hac terra sancti Seuerini, in rub. de fer. An autem iudex debeat aduertere, antequam deueniat ad torturam, a qua persona debeat

54 incipere. si sunt plures torquendi. † Respondeo, aut omnes sunt æquè suspecti de crimine de quo quæritur, & tunc incipiendum est ab eo qui timidior est, si dispariter sunt timidi, si uero æqualiter timerent torturam, tunc incipiendum est a iuniori, & ab eo qui magis teneræ ætatis est. casus est in l. unius. in prin. ff. de quæsti. Si vero æqualiter non sunt suspecti, sed ex omnibus, vnus est magis suspectus alijs, & tunc ab illo incipiendum est, & post istum, tunc iudex debet examinare illum, quem iudex crediderit facilius posse veritatem promere. tex. est in l. 1. §. item diuus Adrianus. eo. ti & ita uitur mihi, quãuis Bar. in d. §. diuus. aliter loquatur: dicit enim Bar. quem refert & sequitur Areti. in tract. maleficiorum, in verbo, fama publica. col. 22. uersic. nunc videamus de tortura. quod iudex debet animaduertere, a quo melius & citius sperat extrahere ueritatem, & ab illo torquendo faciat initium. Si autem sperat ita ab uno, sicut ab alio, tunc initium faciat ab eo, qui magis de crimine est suspectus. Si autem om-

55 nes pariter sunt suspecti, incipiat a magis debili. † Item si est pater & filius, incipiat a filio, in conspectu patris, quia magis timet

Digitized by Google

timet in filium,quam in ſe,vt l.iſti quidem.ff.ꝙ met. cau. Et ſi eſt maſculus, & fœmina, incipiat a fœmina,quia eſt debilior,vt l.filio.C.de inoff.teſt.& l.deferre in prin.ff. de iure fiſci.ſed Gandi.in ſuo tract.maleficiorum. in rub.de quæſti. & tormentis.in ver.nunc videndum eſt, quo ordine ſint habẽda tormenta.dicit,ꝙ iudex ſagax cõſiderabit,a quo facilius veritas erui poſſit,ut ab illo quæſtionem incipiat, tanquam a timidiore,& a magis ſuſpecto,& a magis debiliore.& non a fortiore,vt l.1.§.qui quæſtionem.ff.de quæſt. & d.l.vnius.& a fœmina,potius quàm a maſculo,& a filio, potius quàm a patre,per iura ſupra a leg.. Et vide ad prædicta etiam per Io. And.in c.cum in contemplatione.de reg.iur.vbi ponit, ſecũdum quod alias audiui a præceptore meo in voce, quod ſi inter torquendos eſt aliquis qui habeat aliquod turpe cognomen,ſicut eſt in pluribus locis,puta forabuſco,vadenocte,& ſimilia,quod ab illo erit incipiendum.

56 Videamus modo † quomodo ſe iudex gerere debeat,quãdo poſuit aliquem in tortura, in examinando,& interrogando tortum.ad hoc Bar.dat hãc practicam videlicet,quòd aut iudex procedit ſuper generali inquiſitione,quam formauit,conſtito ſibi de maleficio, licet non conſtet de malefactore, & tunc teſtis debet interrogari, quis dictum maleficium fecerit, non autem debet nominare aliquem,videlicet an Titius fecerit illud quia hoc eſſet magis ſuggeſtio,quàm inquiſitio veritatis.& ita debet intelligi.l.1.§.qui quæſtionem.ff.de quæſtio.& hoc caſu, antequam veniatur ad torturam,debent eſſe aliqua indicia cõtra teſtẽ,vt dictum fuit ſupra in hac prin q poſt prin. Aut iudex procedit per modũ ſpecialis inquiſitionis aut accuſationis, contra certam perſonam,& tunc aut torquetur teſtis, aut ipſe principalis:ſi torquetur quis,vt teſtis, tũc debet interrogari,an inquiſitus,vel accuſatus, fecerit maleficium intẽtatum vel alius,nõ autem interrogabitur de modo,& alijs circunſtantijs.ſed fit interrogatio hoc modo,quia interrogabitur qualiter fecit illud maleficium inquiſitus vel accuſatus, & quando,in qua parte corporis percuſſit. non autem interrogabitur limitate,ſi percuſſit ſic vel ſic, quia iſtud eſſet ſuggeſtio,vt dictum eſt. & ita intelligit. d.l.1.§.diuus Adrianus.

57 † Aut torquetur,vt principalis,& tũc.d.§. diuus.dat formã, quia debet interrogari ſolum de ſe,& non alijs. Si autem in tortura aliquid depoſuerit contra alium, tũc an illud faciat indicium,fuit alibi dictum.ſic dicit Bart.in l.1.§.qui quæſtionem.ff. de quæſt. Item ſi interrogatur ipſe principalis debet eum interrogare in genere.ſi cum aliquo fecit aliquam rixã. vel etiam ad ſpeciem deſcendendo,ſi cum Gaio, vel etiam magis ad ſpeciem ſi Gaium vulnerauit. non autem magis in ſpecie inclinet,vel dicat vel ulterius interroget,aliàs forte ille metu tormentorum,vt doctus illud diceret quod nunquã ſciuiſſet dicere,nec dicere potuiſſet. & ſic contra ius confeſſionem haberet de delicto ꝙ forte nũquam commiſit,ꝙ eſt iniquum.facit ꝙ no glo.in l.prius.ff.ad ſil.& Cyn.in l.fi.C.de accu.& ibi Sali.in uer.quæro nunc de modo. ita dicit Are.in tract.maleficiorum.in glo.in verbo,fama publica.in ult.col. ſed do.Augu.de Ari, ibi in addi. dicit ꝙ ipſe putat hæc uera, vbi indicia non eſſent nimis manifeſta. ſed vbi conſtaret de delicto vere contra inculpatum, non uideo quare iudex ad cõuincendam malitiam malefactoris qui negaret ad hoc,vt ibi donaret, ꝙ immo iudex ſcit omnia,quare iudex peccaret ſi hoc diceret reo,per ea quæ habẽtur in l.cum hi.§. cum lis.ff.de tranſa.cum ſim.vbi malitijs hominum eſt obuiandũ.

58 † Sed ponamus ꝙ tortus negat, & in negatione perſeuerat, an poterit iterum torqueri. Reſpondetur,ꝙ in hoc, tex.vidẽtur contrarij nam.l.repeti.in prin.ff.de quæſtio. dicit ſimpliciter quod quæſtio repeti poteſt, ſed l.unius.§.1.dicit quod ita demum repetitur, ſi euidentioribus indicijs,reus opprimitur.Dicunt Doct.ꝙ aut nulla ſunt indicia de nouo, & qõ non poteſt repeti,aut ſunt indicia de nouo euidentiora primis,& tunc poteſt reperi & ita concordant dicta iura, ſecundum Iac.de Are.& Cy.in l.fi C.de quæſt.& Rayn.& Bart.in l. vnius.§.1.ff.eo.ti Et ibi dicit Bar.ꝙ licet iſta ſint vera de iure, tamen de conſuetudine non ſeruatur, ſed quæſtio reperitur toties quoties iudici uidebitur. Ipſe tamẽ aliter intelligit iſtã materiam,dicendo, quod quando apparent contra reum indicia leuia,& non multum manifeſta, nec multum urgentia,tunc quæſtio non debet repeti, quandoque contra reum apparent indicia manifeſta,& euidentia, & multum vrgẽtia, tunc ſi in prima tortura,reus nihil dixerit,& ſtat durus,poterit iterum torqueri,vt I.diuus.§.1.& d.l.repeti. Et quod dicitur in d.§.euidentioribus argumentis,exponit ideſt euidentioribus,quàm ſint alia argumenta leuia, quæ conſueuerunt apparere contra reos.ſed ſecundum primam lect.de qua ſupra,exponitur euidentioribus argumentis,quam fuerint prima argumenta contra reum.ita dicit ipſe ibi. ſecundum tamen ſecundam expoſitionem, dicit hanc materiam practicari.Areti.autem in ſuo tract.maleficiorum, in gl.in uerbo, fama publica.col.22.uer.3.quæro.dicit quod Bar.in l.unius.

59 §.1.ff.de quæſt.dicit † ꝙ ſi primo fuit ſufficienter tortus, nunquam tormentis poteſt repeti, niſi ſuperueniant indicia de nouo,vt ibi probatur.quod no.dicit ipſe Aret. cõtra aliquos crudeles indices,qui quotidie torquent, & tormenta repetunt,& de nouo alia indicia non habent,quoniam tenentur in ſyndicatu, quia non poterant illum in tormẽtis repetere. & idem dicit tenere Sali.in l.2.in fin.C.de cu.re,& dicit quod Dyn.in ſuo tracta.dicit quòd aſſeſſores hoc non ſeruant.pro quorum opin.ſaluanda allegat authẽ. ut iud.ſine quo.ſuf.§. oportet.ibi, iudices torquebunt fures &c. do.autem Augu. de ari.in d.uer.3.quæro in addi.dicit, ꝙ Bal.in l.milites.§.de quæſt.dicit quod ſemel tortus,non poteſt iterum torqueri, & ſi faceret hoc iudex, quod repeteret, & tortus decederet, deberet acriter puniri.do.Catal.in ſuo ſyndicatu.in q.220.dicit ꝙ leniter tortus, poteſt iterum torqueri quantumcunq; Bal.in l.obſeruare.C.quorum app.non re.dicit, quod ſemel tortus,etiam inſufficienter,non poteſt torqueri ſine nouis indicijs,quam ſententiam idem do. Augu.non credit eſſe veram,cum careat ratione,per doctrinam Bart.in d.l. unius. & dicit,ꝙ ſibi placet doctrina Gand.in ſuo trac.maleficiorum.

60 in rub.de quæſt.& tor.in uer.an quæſtio poſſit.qui dicit † qđ licet aſſeſſores, qui ſunt auidi honoris, ſeruent, vt repetant quæſtionem,ſine nouis indicijs,tamen communis opin.doc. eſt,ꝙ ſine nouis indicijs nõ poteſt. Et idem affirmauit idem Gand.in dicta rub.col.1.licet ibi dicat, quod de conſuetudine,multi aſſeſſores hoc non obſeruent.Et Ang.in l.1.§. ſi qs. ff.ad ſil.dicit,quod ſemel illata tortura caueãt iudices, ne iterum torqueant,& Bal.in c.1.§.furtum.de pace iur.firmat dicit ſemel tortus,bis,& ter,& ſufficienter, ſi tamen perſeuerat negando,& ſuperueniant indicia de nouo, poteſt iterum torqueri.& idem dicit in l.1.C.de confeſ. in 7.colu. quod ſemel tortus competenter,non poteſt iterum torqueri, ſine nouis indicijs.& Bar.in l.unius.§.1.de quæſtion. dicit per illum tex. quod poteſt repeti tortura, poſt publicationem proceſſus, quando ſunt indicia euidentiora primis. Mihi autem, in tanta variatione,videtur latius diſtinguendum, videlicet quod aut tortus ex primis indicijs fuit competenter tortus,aut minus competenter, vel leuiter. † Primo caſu,aut noua ſuperueneruntindicia,& ualidiora primis, & repetitur quæſt. ſecundum omnes per tex.in d.l.unius.§.1.Aut ęqualia primis, vel minora,& tunc, aut in prima tortura reus confeſſus eſt, & poſtea uariauit, quia negauit, & tunc propter noua indicia,dummodo de iure ualida, ad torturam quæſtio repetit, quia principaliter ſecunda indicia nõ ſunt purgata, propter primam torturam,in qua corpus, animuſque non durauit, quia confeſſus fuit,licet poſt receſſum a tortura diffiteatur. & ita vno modo poteſt intelligi.l.repeti. ff. de quæſt. Et hoc caſu forte etiam ſine nouis indicijs, poterit repeti tortura, quoniam ex illa prima confeſſione,etiam reuocata, videtur fieri nouum indicium,quæ ſufficiunt ad repetendum torturam,ut uidetur velle Bal.in l.bonæfidęi.C.de iureiur.in 3.col. & uide quod dicetur infra,in 6.q. uidelicet de effectu torturę,in uer.ſed ponamus.ubi de hoc late dicetur.Aut nihil cõfeſſus eſt prima tortura,& tunc non repetatur, per d.l.diuus. §.1.niſi prima, & ſecunda indicia eſſent multum vrgentia,

62 & manifeſta,ut dixit Bar.in d.l.unius.§.1.† Si vero prima tortura fuerit leuis,& minus competenter facta,& tũc indiſtincte poſſit repeti & ita etiam poteſt intelligi.d §.1.ad quod ẽt facit quod no.Bald.in l.2.C.quorum app. non re.ꝙ ſi aliquis fuit leuiter tortus,non habetur pro torto, ſicut leuis fabricula non dicitur febris,ut ff.de edil.edi.l.ob quæ uitia.§.fi.Tormentum enim dicitur dolor corporis, & magna afflictio,vt no.Io.And.in nouella.in c.cum in contemplatione.de regu. iur.ſecundum eum. Et ſecundum hanc diſtinctionem,intelligo quod dicit ibi Bal. quòd ſi tormenta ſunt plene impoſita,non poſſunt repeti,niſi ex nouis indicijs.& quòd idem dixit in l.1.C.de confeſſ.ubi dixit,quod ſemel tortus competẽter,non debet iterum torqueri, niſi ſuperuenerint noua indicia. Et hæc puto vera de iure,licet conſuetudo obſeruet cõtrarium, & latrunculatores multum inſçuiant in torquẽdo repetendo pluries,& ita ſeruari uidi. & ita quandoque ſerua

63 ui,licet minus in iudice,& male factum fuerit. † Sed cum hic fiat mentio de nouis indicijs, quæro quæ dicantur noua indicia.hanc.q.ponit Are.in d.trac.maleficiorum in glo.in verbo,fama publica.col.23.in uer.quæro quæ dicantur. dicit,ꝙ noua indicia dicuntur ea,quæ differunt a præcedentibus,ſpecie,uel ſubſtantia.uerbi gratia, prima indicia erant de mala fama rei,uel quod erat inimicus &c.ſuperuenit poſtea unus teſtis,qui dicit,ſe uidiſſe reum percutere,uel dicit,quod uidit cum gladio euaginato,talia enim indicia dicũtur noua, quæ a prioribus,ſpecie differunt, uel ſubſtantia,ſicut dicimus in capitulis nouis.l.per hanc.C.de tempo.app.& c.fraternitatis de teſt.quod dicit eſſe notandum, ne erretur,quia ſi primo fuerit habitum indicium ex fama,per aliquos teſtes,& cum

co

Digitized by Google

4 eo fuerit data tortura.† Quid autem si quis fuit positus ad torturam præcedentibus legitimis indicijs,& fuit confessus crimen de quo quærebatur, nec contra ipsum militant alia indicia,super alijs delictis, an possit interrogari, vt confiteatur,si commisit alia delicta,& maxime eiusdem generis, puta fuit tortus pro furto,& confessus, an possit interrogari, si commisit alia furta? dic quòd non,vt.l.1.in princ.ff.de quæst. sed de consuetudine seruatur contrarium, quę consuetudo potest probari per.l. non omnes. §. a barbaris.ff. de re mi.& l.congruit.ff.de offic.præsi.ita dicit Gandi. in trac. malefi.in rub.de quæstio.& tormentis.in versic.sed quid de quæstione quæ quotidie occurrit de facto.& ita dicit etiam tenere Ar. in suo trac.male.in gl.in uerbo, fama publica.in vlt. col.sed. d.Aug. de ari.ibi in suis additio. dicit quod talis consuetudo non valet,tanquam irrationabilis,& contra tex.in.c.fin. de consuetu.& in.l.2.C. quæ sit longa consue.nam opus est, secũdum ipsum,quod primo constet de delicto antequam ad torturam procedatur,vt.l.1. §. item illud.ff.ad sil. & fuit
65 superius dictum.†.Ego puto ꝙ prædicta possint concordari hoc modo uidelicet an contra eum procedit diffamatio generalis de illo crimine,uidelicet est magnus latro,& tunc sit laudabilis illa consuetudo, quòd de alijs interrogetur propter illam diffamationem,per d. §. a barbaris. Aut non procedit talis diffamatio, & tunc secus unde iudex discretus, debet aduertere ad qualitatem personę.Sed ponamus quod quis est tortus legitime,tamen non confitetur, immo persistit in negatione,quid habet facere iudex. Dicas, quòd debet eum reponere in carceribus,& expectare,si potest habere noua indicia,& tunc,vt supradictũ est, si habet noua indicia,vel uacillet,debet ipsum iterum torquere. Si autem nõ superueniunt alia indicia, vel non vacillat, debet assignare accusatori,si proceditur per uiam accusationis, vnam dilationem,ad probandum, & producendum quicquid vult, & potest contra accusatum, vel inculpatum: protestando, ꝙ aliàs,elapsa dicta dilatione,si non fuerit aliquid productum, vel probatum sufficienter, ipsum relaxabit. ita dicit Areti. in trac.malefi.in glo.in verbo, fama publica.in vlt. col.in fi.
66 †Vbi etiam dicit,quòd erit bona cautela,quod in relaxatione, iudex faciat apparere in actis torturam esse adhibitam contra detentum,cum moderamine, secundum quod indicia habita demonstrabant.& ideo quia fuerunt purgata bene indicia,non repertum culpabilem, mandauit relaxari, & dicit hoc notari per Bar.in.l.fi.in princ.ff. de quæst. Et dicit esse menti tenendum, ne iudex,aliàs faciendo, teneatur in syndicatu. Item si iudex indebite, & iniuste torsit aliquem, vtatur hac cautela,in relaxatione torti,uidelicet quòd si vult faciat ipsum confiteri,quòd fuit legitime tortus,& ad dictã confessionem inducat ipsum blandis suasionibus,& de hac confessione faciat rogatum notarium, & in syndicatu non tenebitur. ita dicit Catal.de uiso, in tracta de syndica.circa prin.in tertio ver.& dicit,quòd hoc voluit Ange.in.l.iniuriarum §.si quis quod decreto,ff.de iniur. & ita dicit, quòd ita vidit de facto practicari.

SVMMARIVM.

1 *Quæstio seu tortura ad quid fuerit inuenta.*
2 *Confessioni factæ in tormentis quando standum sit.*
3 *Confessioni in tortura factæ fides non habetur si in ea non perseueretur.*
4 *Tortus quomodo in confessione censeatur perseuerare.*
5 *Tortus non statim post torturam debet ad tribunal reduci,ad videndam ipsius in confessione perseuerantiam.*
6 *Tortus ad tribunal reductus an sit relaxandus, si confessionem in torturam factam reuocauerit.*
7 *Reuocatio confessionis factæ in tortura quando sit admittenda.*
8 *Confessus in tormentis quando condemnari possit absque alijs probationibus.*
9 *Condemnatio non potest ferri ex confessione extorta per torturam illegitimam.*
10 *Torto metu tormentorum confitente montes, & maria, caueat sibi iudex ne damnetur in corpore, & anima.*
11 *Iudex an debeat statim credere ei qui sponte confitetur se aliquem occidisse,cuius corpus non reperitur.*
12 *Occidens aliquem, & projciens corpus in mare an possit condemnari si de corpore mortuo non constet.*
13 *Index non statim confessione extorta legitimè debet ad condemnationẽ procedere.*
14 *Condemnatio sequi potest ex confessione delicti spontanea, & probata.*
15 *Confessio delicti in dubio præsumitur spontanea.*
16 *Iudice, & notario asserentibus confessionem torti spontaneam, reo autem dicente eam tormentorum formidine factam, cui potius standum sit.*
17 *Confessio non potest dici spontanea probata tortura.*
18 *Iudex condemnationem fundare non potest ex sola confessione reuocata.*
19 *Confessio sola in ciuilibus non obligat.*
20 *Confessus tormentorum formidine confessionem suam debet reuocare per se uel per procuratorem speciale mandatum ad hoc habentem.*
21 *Confessio unica an sit sufficiens in criminalibus.*
22 *Assessores cauti in negotijs arduis confessionem apud acta repetere debent,quòd scilicet sponte confessus fuerit.*
23 *Confessionem suam qualiter quis interpretari possit.*
24 *Notarius non debet scribere reum tortum sponte confessum fuisse.*
25 *Reus quando dicatur sponte confessus, & quando coacte.*
26 *Reus dicitur sponte confessus si in confessione perseueret.*
27 *Confessio facta in tortura quando censeatur ualida. & nu.seq.*
29 *Executio an fiat in causa criminali ex confessione sola absque alio processu, & sententia.*
30 *Sententia in causa criminali semper est necessaria; in qua nunquem quis pro condemnato haberi debet.*

Quæstio. 6. secundæ partis.

1 SExtò principaliter quæritur de effectu torturæ, & quæstionis. † Super qua quęstione est sciendum, ꝙ tortura fuit inuenta,ad finem,vt per eam ueritas negotij,de quo quæritur,illuminaretur, & inueniretur.l. cum falsum.& l.hoc ꝙ placuit. C.de quæst.Et tamen nõ semper,nec vnquam est ei fides adhibenda,quia fragilis,& periculosa res est,& fallens veritatẽ. Nam quidam adeo sunt duri,vt millies torti, nihil dicant,de eo,de quo interrogantur,& plerique obdormiunt in ea.Ex quibus habui iam duos præ manibus, qui positi in tortura ita obdormiebant,vt uiderẽtur defuncti penitus, & postquã de ea deponebantur,stabant sic per aliquod spatium, & postea incipiebant respirare,& continuo sic faciebant,quotiescunque ponebantur in tortura. Sed cum mutassem torturã ponendo taxillum ad talos, vnus ex ipsis, & in hac tortura idem faciebat,alius uero non. Quidam vero sunt ita timidi, & fragiles, & doloris impatientes, vt omnia confitentur ẽt falsa,& quæ nunquam commiserunt,vt est de his tex.in l.1.§. quæst.ff.de q. & Seneca dicit,ẽt innocentes cogit mentiri dolor.& horum est maior numerus quàm obdormientiũ. vn-
2 de iudex debet multum aduertere,ne de facili credat.† Et iõ hic quæro, an confessioni factę in tormentis, credi, & stari debeat.Respõdeo,tex.in d.l.1.§.diuus seuerus.ff.de qõ. dicit confessiones reorum, pro exploratis facinorib. haberi non oportet,si nulla alia probatio,religionẽ iudicis instruat.& sic vr uelle,ꝙ non credatur,nec stari debeat.sed in l.edictum.ff. eo.ti.dicit qõnes efficacissimas esse ad inquirẽdam ueritatẽ, & in l.1.§.si quis ultro.eo ti.dicit,cum in tormentis cõstiterit. & sic innuunt dicti tex.ꝙ confessio facta in tormentis fidem faciat.gl in l.fi.C.de quæst.dicit quòd cõfessioni factæ in tormẽtis statur,si perseueret.& ita loquit.d.l.1.§. si quis ultro.& d.l. edictum.secus si perseueret.& ita loquit. d. §.diuus seuerus. & istud ẽt sequit ibi Odof. & ista distinctio est ex mente Azo.in sum.C.eo.in fi.gl.ẽt ponit eã in d.§. diuus seuerus.& istã tenet ibi Bar.Bal.aũt in l.1.C.de cõfes.in 4. col.distinguit, ꝙ aut reus in tormentis confitetur, præcedẽtib.legitimis indicijs,& statur suę confessioni,præsertim,si perseueret in ea. aut non præcedunt aliqua indicia,uel argumẽta,uel sunt ita leuia,ꝙ non faciunt præsumptionẽ.&tunc non stat cõfessioni,nisi ĩ ea perseueret,vt no.in gl.in d.§.diuus seuerus. fm eũ. Ego puto, ꝙ ista distinctio Bal. non sit bona nec vera.& miror,ꝙ ita insipide,q̃ morem suum,locutus fuerit. Nã in primo membro vult,ꝙ † confessioni factę in tormentis stet, ẽt
3 si non perseueret in ea.sed istud est q̃ gl.& doct.oẽs, ut ṡ. relatum est,& q̃.d §.diuus. Itẽ in secũdo membro similiter male dicit,per tex.& quæ ibi no.p Bar.in l.pe.ff. de qõ.ubi cõfessioni factę in tormentis nunq̃ stat ẽt si perseueret,si fuerit habita non præcedentib indicijs,vt ibi est tex. fm unã lec. q̃ tenet ibi Bar.& late examinaui sup.in proxima princ.q.in uer. sed ponamus quòd quis.& ista est cõis opi. in utroq; p̃dictorum membrorũ.unde bonus qñque dormitat Homerus.& hoc idẽ melius loquẽdo cõsuluit Bal.in suo consi.incipiente, tres sunt casus pro quo consilio require.j.ubi forte ponã,de uerbo ad uerbũ,in ver.& quia sup.& idẽ ipse uoluit in l.Imperator.la 2.ff.d̃ sta.ho.dicẽdo, ꝙ cõfessio extorta p tortur̃ā
4 minus legitimã,nihil ualet.† Sed q̃ro,qũo dicat̃ in cõfessione perseuerare.Respondet̃,ꝙ ad hoc ut dicat̃ perseuerare in cõfessione,oportet quòd post confessionẽ factã in tormẽtis reducat̃ in locum publicum iudicij,& ibi corã notario,& publicis p̃sonis cõfirmet̃.tex.est in l.2.C.de cust.re. fm Bar.ĩ d.§.diuus seuerus.in l.1.ff.de qõ.Ista tñ p̃seueratio debet, ẽt fieri extra loca tormentorũ,in loco vñ tortura non vr̃.& dr̃ p̃seuerare, præsertim si hoc confiteat̃ corã amicis,argu.l.q̃ro.ff.de edil. edic.dixit Bal.in l.2.C.quorũ app.non reci. sed idẽ Bal. in l.1.

Digitized by Google

D. Fran. Bru. De indicijs & tortura.

C. de confeſ. quod perſeuerare dr̃ eo ipſo, quod nō reuocet ipſam. Non ob. ſi dicatur, ꝙ confeſſio facta metu tormentorum non valet, quia talis metus non eſt iuſtus, quia iudicis auctoritas operatur, quod factum per talem metum, valeat, quia pertinet ad executorem iuſtitiæ, vt ff. quod met. cau. l. 3. cum non fiat contra bonos mores, ſed iure licito, vt ibi patet. Si autem iſte appellat, non intelligitur perſeuerare, ſed tacite reuocare, vt ff. de ap. l. creditor. § iuſſus. ita dicit ipſe, qđ non placet, immo requiritur expreſſa ratificatio ad locum tribunalis facta, per d. l. 2. ff. de cuſto. re. uide Bal. in proœmio. C. in fi. & in c. 1. de pace iur. fir. de his tamen uide quæ dicentur inf. in hac eadem q.† Sed an ſtatim quod tortus deponitur de tortura, debeat duci ad tribunal, ad vidēdum, an perſeueret in confeſſione habita. Reſpondeo quod non, ſed debet repauſare, ſaltem per diem & noctem, ſine tormentis, & poſtea debet duci ad locum, de quo ſupra dictum eſt, & ſi confitetur, tunc dicitur perſeuerare, ſi autem hoc faceret ſtatim poſt tormenta, non diceretur perſeueraſſe, ita no. Iac. in d. l. 2. C. de cuſto. rer. vt refert, & ſequitur Ang. l. 1. ff. eod. titul. Et ideo dixit Bald. in prin. C. ſuper rub. ꝙ perſeuerantia expreſſa requirit, quod pluries confiteatur, diuerſis temporibus, ſed quando pluries cōfiteretur eodem tpe. iſta eſt una confeſſio tantum, & non eſt proprie perſeuerantia. de hoc eſt gl. no. in ſimili. in l. 4. ff. de pig. act. ſecundū eū, quod eſt notandum. Ipſe tn̄ in l. 2. C. quod me. cau. in 3. col. aliter loquitur. Bar. in d. l. 1. §. diuus ſeuerus. ff. de quæſt. dixit quod debet duci ad banchum, eo tpe, quo ceſſauerit dolor tormentorum, ſed ſi reduceretur ad banchum, ſtātib. dictis doloribus, totum hoc videretur factum, & dictum formidine tormentorum. arg. l. quod ait. §. final. de adul. & ſic dicti doct. mire inter ſe ſunt varij, ſed poſſunt ſaluari, diſtinguendo hoc modo, uidelicet quod dictum Bart. proeedat, qn̄ eſt certum dolorem ceſſaſſe, vel durare, ſed qn̄ de hoc dubitatur, loquatur Iac. But. quia per diem & noctem præſumitur
6 ceſſaſſe, & ita intelligo hanc. q.† Sed ponamus, ꝙ tortus confeſſus in tortura, fuit ductus ad tribunal, vt ratificaret, ſed ipſe negauit, quod in tortura cōfeſſus eſt, & an ꝓ hoc debeat relaxari, cum non confiteatur apud tribunal, vel debeat tn̄ torqueri. quod apud tribunal dicat illud, quod dixit in tormentis. Bal. dicit quod poſt talem reuocationem remaneat ſemiplena probatio. allegat gloſſ. in l. 2. C. de cur. re. & ideo, niſi reuocans probet contrarium, compellitur perſeuerare in confeſſione. etiam per repetitionē tormentorum. ad hoc quod no. Inn. in c. per inquiſitionem. de elec. ita dicit Bal. in l. in bonæfidei. C. de iureiur. in 3. col. ſed idem Bal. in d. l. 2. C.
7 de cu. re. dicit,† ꝙ qn̄ quis in confeſſione non perſeuerat tacite uel expreſſe, ſed reuocat, & tunc ſi ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione, admittitur reuocatio, vt l. 1. §. ſi qs vltro. ff. de quæſtio. ſi autem indicia faciunt contra eum, nō admittitur reuocatio, quia ubicunque poteſt quis cogi cōfiteri, non admittitur reuocatio. ſed iſte poteſt cogi confiteri, ergo fortius poteſt cogi perſeuerare in confeſſione. ubi autem nulla indicia apparent pro, vel contra, videtur ꝙ iſta reuocatio confeſſionis ſponte facta, non procedat, niſi error allegetur, & probetur, uel non ſtaret per allegantem, ſed ſtaret per iudicem, quominus probaretur, vt l. de ętate. § fi. ff. de interro. act. facit quod not. in l. ictus fuſtium. ff. de infa. ita dicit Bal. in d. l. 2. & eſt elegans diſtinctio. ita debet intelligi, ꝙ ipſe no. in l. fi. C. de proba. vnde hoc caſu poſſet cogi perſeuerare in confeſſione, per repetitionē torturę. Et quia ſupra facta eſt mentio de confeſſione habita in tormentis, quæro generaliter, an confeſſus in criminalibus, poſſit ex ſo
8 la confeſſione condemnari, abſque alijs probationib.† Reſpondeo, tres ſunt caſus. nam quandoque quis confitetur in tortura, ſeu formidine tormentorum, & hoc conſtat: quandoque quis confitetur ſponte, & hoc conſtat etiam, quando quę quis confitetur, & dubitatur, an ſponte, uel formidine tormentorum confeſſus ſit, quia tortus dicit timore tormē torum ſe confeſſum, & iudex illud negat. Primo caſu Bal. in d. conſi. ſuo, ꝙ incipit, tres ſunt caſus, dicit ꝙ quando quis confitetur in tortura, vel formidine tormentorum, & hoc conſtat, & tunc ſi non præcedunt indicia, non creditur confeſſioni, & ſi poſt confeſſionem probantur indicia, tunc iudex appellationis non debet confeſſionem ſequi, quia illegitima, & contra iuris formam fuit extorta, vt legitur, & not. in l. maritus. ff. de quæſtioni. Indicia ergo debent prędcedere, per legitimos teſtes legitime recipiendos, & examinandos. ſi enim extra iudicium aliquid dicerent ſine iuramento, facerent indicium, quia depoſuerunt non iurati. C. de teſti. l. ſolam. & in l. iuriſiur. & indicia ſunt probanda per duos teſtes conteſtes, non ſingulares. C. fa. erc. l. fin. in gloſſ. ita dicit Bal. in d. conſi. in iſto primo capite. Quibus adde ꝙ quomodocunque tortura ſit illegitima, eſt uerum quod dicit Bald. non ſolum ſi ſit illegitima eiſdem perſonis, quæ torqueri nō poterant, de quibus ſupradictum fuit plene, in 4. q. prin. dum tractauimus quæ perſonæ poſſunt torqueri, & quæ non. vel reſpectu cauſæ, ſuper qua fuit adhibita tortura, de quo dixi ſupra in 3. q. prin. vbi habetur, in qua cauſa ſit habenda tortura, & in qua non. vel quia nō formata inquiſitione vel accuſatione, & ante lit. conte. vel non ſeruatis alijs, quæ fieri & ſeruari debent. propter quæ non poteſt deueniri ad torturā. de quibus plene dictum fuit in 5. q. prin. per totum, ubi uide.
9 † nam ex tali cōfeſſione extorta per torturam illegitimam, non poterit deueniri ad condemnationem etiam ſi fuiſſet millies ratificata, cum non ualeat, vt dictum fuit in d. 5. q. prin. in uer. ſed ponamus, quod quis eſt minus legitime tortus &c. Si autem confeſſio fuit extorta per legitimam torturam, tunc ad hoc, vt ex ipſa poſsit deueniri ad condemnationem, eſt opus, vt in ea fuerit perſeueratum, & ſic, ꝙ fuerit ratificata legitimo modo, prout ſuperius in hac. q. dictū eſt. Item eſt opus, vt certa ſit, & ſpecialis, non uaga, & generalis. & conſtet de facto, puta, in furto, de rebus ſubtractis. ita dicit Bal. in d. auct. ſed nouo iure. in uer. ſed pone, ꝙ quis cōfitetur, per l. in rebus. §. illud. ff. ad Treb. & Pau. de Caſt. in d. auct. ſed nouo iure. & Are. in tract. malefi. in gl. in uerbo ,,& ueſtem celeſtem. in 7. colu. in uer. quid ſi quis confitetur. ubi
10 etiam dicit,† ꝙ iudex debet eſſe bene cautus, ne damnet animam & corpus, quando fur confitetur. maria & montes, & plura furta commiſiſſe, ꝙ uelit dicta furta alibi cōmiſſa, & hic qualificare, & verificare. mittendo nuntium ad habendum informationem pro veritate, & ad reperiendum dicta furta, ita ꝙ appareat, quæ diſtraxerit, & quæ pignorauerit, & quæ pænes ſe, vel alium habeat, alias ſępe innocentem condemnaret, qui metu tormentorum, multa non vera confitentur. ꝛ. l. abſentem. ff. de pæ. & uide ad hoc ēt per Io. An. in addi. Spe. in ti. de ſen. in uer. titius fuit confeſſus. & Gand. in tract. malefi. in rub. qualiter fiat accuſatio. & Ange. in l. 1. C. de confeſſ. qui dicit, ꝙ ſi quis confitetur occidiſſe hoīem, qui uiuus apparet ꝙ confeſsio non tenet, neq; ligat cōfitentem ut l. inde nerarius. §. fi. cū. l. ſeq. ff. ad l. aquil. ſi aut cōſtat hoīem occiſum, tn̄ neſcitur a quo, tunc confeſsio ligat ibi.
11 † ſed quid, ſi non apparet, nec viuus, nec mortuus: exemplū confitet̄ quis ſe duos, uel tres mercatores occidiſſe incognitos, & eos proieciſſe in flumen, nec corpora reperiunt̄, an illa confeſsio erit ſufficiens ad condēnationē? dicit ipſe vr̄ quod non, ex quo non apparet, ſaltem corpora interempta. ſed dicit ꝙ contrarium fuit determinatum Peruſij per egregium do. Nic. de torrelis. ibi præſidentem. & dicit ꝙ bene fecit ex quo inquiſiti erāt malæ famæ & conditionis, & erant robatores, & ſtabant iuxta clanas, ita ꝙ in illud flumen habiliter potuerunt corpora proieciſſe. ſi aūt non eſſe ueriſimile, ꝓ diſtantiam loci, uel ꝓ bonam famam inquiſiti, non crederem de iure, ex tali confeſsione, quem eſſet dānandū. nec debet ultro confeſſum iudex incōtinenti punire, & cōfeſsioni credere ut d. l. ſi quis ultro. §. diuus. ff. de quæſt. ita dicit Angel. in l. certum. ff. de confeſ. damnās illum. d. Nic. de Torrel. præſidentem Peruſij, ꝙ per illas cōfeſsiones gn̄ales, condemnauit illos inquiſitos, cum non conſtaret de rebus ſubtractis, & de corporib. mortuis. & hoc idem confirmat
12 in addi. Spe. Bal. in ti. de ſen. in 18. col. qui dicit,† ꝙ ſi quis cōfitetur ſe hoīem occidiſſe, & corpus proieciſſe in mare, ꝙ cum non conſtet de corpore mortuo, ille non pōt ex hoc cōdemnari, niſi ſaltem probetur illum per famam eſſe mortuum. ſed. d. Aug. de ari. in addi. dicti trac. malefi. in d. uer. qđ ſi quis confitetur. dicit, ꝙ iudex ſemper debet facere, ꝙ conſtet de delicto perpetrato, & reb. ſubtractis, ēt ſi fur, & reus eſſet malę famæ, per d. §. itē illud. in l. 1. ff. ad ſillan. & ita vr̄ ipſe velle. in d. tra. ſuper eo uerbo, fama pub. circa fi. additionis, ad uer. poſtquam aliquis fuit captus & incarceratus &c. Et ita ego approbo, ꝙ ſi non conſtat de delicto, & corpore, in quo dr̄ factum delictū, iudex, ex cōfeſsione, nō procedat ad condēnationē. maxime corporalē, ꝓ p̄dicta, & ꝓ ea quæ dicta ſunt ſup. 4. q. prin. ſup. de tortura. & ver. itē not. ꝙ nūquā &c. ubi fuit dictum, ꝙ non eſt deueniēdum ad torturā, niſi conſtet de delicto, ergo multominus ad cōdēnationē.† Quinimmo ēt ſi conſtaret de delicto, puto eſſe aduertendum, quod
13 iudex non deueniat ad condēnationē, ex confeſsione, ēt legitime extorta per torturam, eſto ēt ꝙ ſit ratificata, ſed velit antequā procedat ad condēnationē, verificare, inquantum pōt dictā confeſsionem, ſaltem per aliqua ueriſimilia. quia multa dn̄r nō vera, & ratificant̄ ēt ꝓ timorem torturæ, per ea quæ hn̄r in l. 1. §. qōni. ff. de quæſtio. & fuit dictum ſup. in prin. huius 6. q. prin. Ego. n. uidi, & audiui, aliquos fuiſſe ex tali confeſsione iniuſte, ex inaduertentia, uel ſæuitia officialium, condemnatos, & morte traditos, qui non aliter per quiſita veritate proceſſerunt ad condēnationem, & executionem, ex ſola confeſsione, non uerificando aliter factū, & ꝙ fuerint iniuſte dānati, fuit detectum ex poſtea, quia fuer̄t capti alij ex poſtea q talia delicta cōmiſerant, ex quo fuit declaratū illos fuiſſe iniuſte dānatos. vñ ſit bene cautus iudex,

ſaltem,

Digitized by Google

saltem,vt excusare se possit in foro poli,vt velit prius verifica re factum ex aliquo certo signo.uerbi gratia, si fuit aliquid subtractum,quæratur post confessionem,quid cõfessus fece rit de re subtracta.& si dicit se uendidisse, vel pignorasse alicui,exploretur ab his,quibus dicit vendidisse, vel pignorasse,an sit uerum.& his similia fiant,& nunc est de facto,in hac inclita ciuitate Senensi,in nostro prætorio,in quo detinetur vnus,occasione homicidij de nocte commissi, & ille quandoque fatetur,& quandoquę negat, tamen ultimo persistit in confessione,pp timorem torturæ, cuius est nimium pauidus,& dicit se posuisse ensem cum quo interfecit, modo in uno loco,& modo in alio, & tamen adhuc non põt ex aliquo signo clare innotescere iudici maleficiorum, ꝙ iste uere fateatur certe malefaceret,& ita sibi dixi,si ex sola confessione,ipsum condemnaret,nisi aliter dictam confessionem, cum aliquo vero signo verificaret.

14 Secundo casu quando †quis cõfitetur sponte, & hoc constat,tunc secundum Bal.in d.consilio,statur suę cõfessioni.l.qui sententiam.C.de pę nisi indicia probabilia,& uerisimilia,vel ipsa innocentiæ substantia,in contrarium appareat, vt.ff.de quæsti.l.1.§.si quis vltro. & isto casu si quis reuocet confessionem,& coram iudice appellationis detegat innocentiam,debet liberari,vt no ff.de app.l.creditor, §.iussus.& C.de erro.aduo.l.fi.&C quo.app.non re.l.1.per Cy. Bart.aũt in l.1.§.diuus seuerus.ff.de quæst.dicit,& etiam g. ibi, quod talis confessio sufficit ad condemnandum, vt l.si confessus. ff.de cust.rer.d.l.qui sentẽtiam.Bal.tamen in d.l.j.C. de cõfes. dicit in 5.col.super hoc membro,distinguendo, ꝙ aut confitetur verum,aut falsum,aut dubitatur.Primo casu dicta cõfessio nocet confitenti,& ei statur, nisi esset talis confessio, quæ posset interpretari in bonam partem.c.cum dilecti. de accu.Secundo casu,non est standum, quia talis cõfessio est contra naturam veri, vt l.1.§.si quis ultro.de quæst.& l.non
15 tantum.ff.de app.† Tertio casu,quando dubitatur,dic quòd præsumitur spontanea.primo, quia nemo præsumitur ita fatuus,ꝙ mentiatur in seipsum.Secundo, quia confitetur præstito iuramento de veritate dicenda,& sic ipse confitetur ex conscientia perpetrati sceleris.Tertio, quia habetur pro veritate.ita dixit Bal.ibi.Eo tamen casu, quo confessionem falsam non nocere dictum est,intelligo,si sit reuocata eius sententia,& probatum de innocentia. Si autem est lata sententia,& foret appellatum,tunc etiã in causa appellationis posset de innocentia deduci,& probari,& debebit solui, si probata fuerit,ut ff.de app.l.creditor.§.iussus.& C de erro.aduo. l.fi.& ita uoluit Bal.in d.consi.tres sunt casus. Si autem non esset appellatum,& iudici constaret de innocentia condemnati,& tunc ante executionem factam, & habet locum.d.§. si quis vltro.quia debet referri principi pro liberatione condẽnati, & in eum debebit supersederi. si vero esset facta executio,antequam de innocentia constiterit,& tunc sententia & executiò fuit iusta, sed per ipsam non liberatur verus delinquens.casus est in l.qui seruum.in prin.ff.de itine.actuque
16 priua.& tenet Bal.in l.2.C quibus res iudic.non no.† Tertiò vero casu principali,quando dubitatur,an sponte,vel formidine tormentorum, quis confessus fuerit, vt quia confessus dicit se confessum formidine tormentorum, sed iudex dicit sponte,& idem dicit tabellio, & sic est dubia per negationẽ, tunc Bal.in d.l.1.C.de confes.dicit,quod si quidem nulla fuerunt adhibita tormenta,ꝙ imputet sibi confitens, quasi dicat,præsumitur spontanea.si vero fuerunt adhibita,vel præcesserunt terribiles minę vel minaces iactantię,& tunc præsumitur metus,nisi esset talis malefactor, cui iudex deberet imminere,tanquã terribilis,quia potius tunc est præsumendum contra confitentẽ,quàm contra iudicẽ, ita intelligitur quod no.Bar.in l.de pupillo.§.si quis ipsi prætori.ff.de no. ope.nun.& sic,cum duę præsumptiones possint esse,vna qđ per metum,alia ex conscientia criminis,põsumam potius ex cõsciẽtia: quod est notandum secundum eum. Ad quæ etiã facit quod dicit Bar.in.l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cl. ꝙ q̃uis sit carceratus,tñ eius confessio non põsumitur facta p metum,quia iudex non dicitur inferre metum,vt no.Arch.
15 q 6.si sacerdotibus. quia præsumitur pro iudice vt.l.3.C.
17 de offic. ei. iu. ubi est tex. notabilis.† Item dicit,quod probato metu,vel tortura,est quasi impossibile probare, quod sponte fuerit confessus,per no.per Innoc.in.c.super hoc. de renun.secundum Bal.Item dixit idem Bal.in. l. nouissime.in fi.sit principij.ff. quod fal.tut.au. quòd licet qs in relaxatus per curiam, tamen semper præsumitur metus instare, ne iterum compellat, quod est menti tenẽdũ, secundum eum. Bal.ipse vero in.d.consilio, tres sunt casus.in quo membro dicit,quòd si quidem coram iudice appellationis probatur delictum,debet sequi condemnatio:si autem dato termino vtrique parti,non probatur delictum,tunc quia communiter tales confessiones,cõsueuerũt per assessores, & potestatem,per tormenta communiter extorqueri, forte per locũ a communiter accidentibus,debet præsumi formidine tormentorum,ad hoc facit quod not.Cyn.& clarius Iac.Butr. in.l.2.C.ꝙ met.cau.& ibi multum assessores reprehendunt, quia faciunt scribi,ꝙ fuit sponte confessus.Item ratio naturalis hoc dictat,quia nemo vitam suam odio habet,se non chi se impicha per la gola,non est verisimile, quod existens in fortia iudicis sponte confiteatur.sufficit enim terror eorũ
18 qui minacem feruorẽ ponunt.†Ex sola ergo confessione reuocata,& dato termino ad probandum hinc inde, & maleficio non probato,non credo ꝙ iudex possit fundare cõdẽnationem,maxime secundum glo.quę dicit ꝙ soli nudę cõfessioni non creditur,vt no.C.de cu.re.l.2.aliàs parũ prodesset etiam ignorantibus appellare,quia durũ est probare torturã.quæ fit in camera iudicum:nec assumuntur testes quorum dicta possent haberi sicut docet experientia. & sic lex quæ permittit appellare cõfesso,esset ludibrio,ita dicit Bal. in d.consi.Pe.vero de Anchar.in suo consi,ꝙ incipit visa inquisitione formata contra Philippum de Mantua &c. referẽdo consilium prædictum,dicit ꝙ ad p̃dicta faciunt notata p Bal.in.l.nouissime.ff.ꝙ fal.tu.au.post Cy.vbi dicit ꝙ semper p̃sumitur in officiali metus & error ab eo inferri.l. si p impẽssionẽ.C.ꝙ me.cau.Et licet quis sit relaxatus, tamen semper metus instare videtur,ne iterũ capiatur,& talis rectè põt dici metus continuatus vt.c.1.ꝙ met.cau.& idem dicendũ est in iudice, cuius metus posito in carcere p crimine.est semper instar ad torturam,quia familiam,& alia instrumenta semp in promptu habet,ita ꝙ potentia nocendi, & torquendi in habitu.idem operatur ꝙ potentia in actu.vt. c.non solũ. de ap.in.6.&.l.labeo.de statu lib.& habet hoc in se æquitatẽ.nã si nimiam reuerentiam tormentorum contrahentis metimur,vt.l.§.quæ onorandæ.ff. quarum re.act.nõ da.&.22.q. 4.unusquisque multo magis nimiam tormentorum, quam formidinem, formidinem iustam reddit communis vulgi opi.quæ habet ꝙ officiales consueuerunt captos,& inquisitos de crimine prætermissa iuris grauitate torquere. ad hoc ꝙ not.p Bar.ff.de no.ope.nun.l.de pupillo.§.si quis ipsi p̃tori.
19 †Item nuda confessio,non sufficeret in ciuilibus ad obligãdum.l.cum de indebito.ff.de probatio.&.ca. si cautio.extra de fide instru multominus in criminalibus, vbi agitur de salute hominis.nec est verisimile ꝙ quis vltro confiteatur illud quod vitam adimat,vel statum eius vel famam minuat. abhoret.n.hoc natura quod seruari desiderat,mortem autẽ & pernitiem,vt ait Boetius euitat. Confessionem ergo non verisimilem,& sponte factam non debet iudex admittere, nisi alia suffragentur adminicula,vt no.in. c.quia verisimile. de præsump. & sic confessio contra naturam non ualet, ut in.c.fi.de confes.&.c.nos in quẽquã.2.q.1.nec confessio cõtra p̃sumprionem, quæ est secundum naturam.s. se ipsum
20 conseruare mortẽq; & pernitiem euitare.† Remediũ ergo est quòd ille qui dicitur confessus formidine tormẽtorum, confessionem suam reuocet, per se, vel per procuratorem habentem ad hoc speciale mãdatum, nec iudex aliter dicto crimine,non probato poterit eum condemnare,rationibus supradictis.hæc dicit.d.Pe. in.d.consilio,dicens etiam ita de facto obtinuisse,licet iudices maleficiorum, difficiles & rigorosi in admittenda dicta reuocatione confessionis, se exhibeant,& euolant ad condemnationem, cum per inquisitionem procedunt, & credunt vilescere in conspectu hominum, cum aliquem absoluunt, contra l. absentem.ff.de pen.hæc ille.& licet ista videantur uaria dicta,tamen omnia reducuntur ad concordiam, cum hac distinctione, quòd si constat de tortura præsumitur confessio meticulosa,hic tamen metus si præcesserunt indicia non infringit confessionem.per dicta in primo membro. Aut non constat de tormentis,& tunc præsumitur spontanea.& istam puto ueritatem,hoc addito, nisi ex consuetudine iudicis, aliud esset dicendum,per ea quæ no.Bar.in.d.§.si quid ipsi prætori.& ita intelligo quod dicit Bal.in.d.consilio.

21 Rursus quæro †an in criminalibus sufficiat vnica tantum confessio,an debet esse repetita sæpius.hanc,q.tangit glo.in.l.diuus seuerus.ff.de quæ.in.l.seruos.C.ad.l.iul.de 6.& ui.l.2.C.de cu.re.& per Cy. Bal.per Azo.in sum.C.de cõf.gl.et ponit in.l.1.C. de conf.& ibi Bal.& per Spe.in ti.de conf.§.1.ver.& hoc in ciuili. & per Iac.bu.in.l.2.C.ꝙ me.cau.vera q̃clusio,& cõis,& quasi oĩm est,ꝙ aut quis in iudicio est sponte cõfessus crimen, de quo agit̃,& tunc unica tñ cõfessio sufficit ad ipsum cõdẽnandũ. tex.est,&ibi gl.in.l.seruos.C.ad.l.iul.de ui.&.l.qui sentẽtiã.& l.cũ reis.C.de pe.&.l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cl.Aut confessus est in tormentis,& formidine tormentorũ, & tũc quia illa confessio cõiter fit extra locũ iudicij, nõ sufficit ad cõdẽnãdũ,sed est iterũ repetẽda apud tribunal in forma iudicij,& forte corã testibus,& iste est intellectus.l.2.C.de cu. re.& istã distinctionẽ posuit Azo in sũ.C.de q̃f.l3 ĩ.l.1.C. de

Digitized by Google

confeſ. aliter loquatur in appara. & hanc ſentit glo. in d. §. diuus. & Spe. tenet in d. uer. & hoc in ciuili. & Odo. Cy. & Bal.
22 in d. l. 2. C. de cuſto. reo. † Cauti tamen aſſeſſores in arduis negotijs ſemper repetunt confeſſionem apud acta, quòd ſponte confeſſus fuerit quamuis ẽt præceſſerit tortura. ita dicit Bal. in d. l. 2. C. de cuſt. re. & quod ſupradictam concluſionẽ tenẽt Bar. & Gandi. qui dicunt idem de conſuetudine obſeruari. & allegant quod not. in l. ſeruos. C. ad l. Iul. de ui. hæc dicit Bal. in l. 2. dicens ẽt, quod aliquando in confeſſione perſeueratur per expreſſam cõfeſſionem factam apud acta. & nõ eſt dubium quod talis confeſſus, ex ſola confeſſione poteſt damnari ſecundum oẽs. Quandoque in cõfeſſione perſeueratur tacite, quia non reuocatur confeſſio, & tunc, aut emanauit ſponte, & ſufficit. aut metu tormentorum, & non ſufficit, immo repetenda eſt confeſſio, immo aſſeſſores, vt non ſtetur in dubio iſto, faciunt ſcribi, qũo reus fuit ſponte confeſſus, & quaſi, vt plurimum, iſta confeſſio eſt falſa. Quandoque in confeſſione non perſeueratur tacite, vel expreſſe, ſed reuocatur cõfeſſio, & tunc ſi quidem ſunt aliqua indicia facientia pro reuocatione, & admittitur reuocatio, ſed põt cogi confiteri, ergo fortius cogi põt perſeuerare in cõfeſſione. ſi autem nulla indicia apparent pro, uel cõtra, videtur ꝙ iſta reuocatio ſponte facta non procedat, niſi error allegetur, &
probetur, vel ſtaret per iudicem non per allegãtem quo minus probaretur, vt l. de ætate. §. fin. ff. de interro. act. facit qđ
23 no. in l. ictus fuſtium. ff. de infami. † Confeſſionem aũt ſuam, quis põt interpretari, exponendo, non perimere in totum. c. cum dilecti. de accu. hæc Bal. in d. l. 2. ſed gl. in d. l. 2. & quidam ſui ſequaces, vt fuit Franc. Accur. dicunt ꝙ ſiue ſponte, ſiue per tormenta quis confeſſus fuerit, non eſt adhuc puniẽdus, niſi perſeueret. & hoc probant per tex. d. l. 2. qui generaliter loquitur, ergo generaliter eſt intelligendus. ff. de le. præſt. l. 1. §. generaliter. & l. de pretio. ff. de publica. pro quorum ſentẽtia facit. C. ad l. Iul. de ui. l. ſeruos. ubi dicit, confeſſionibus, in plurali. ſed tu teneas quod ſupra concluſum eſt, quæ eſt cõis opinio. Sed ponamus quòd quis eſt cõfeſſus per torturam, & in ea perſeuerauit, ratificando apud acta, & confitẽdo, an liceat notario ſcribere, vel iudici præcipere ei, quod ſcribat, quod confeſſus fuit ſponte ſuper hac. q. Inno. in c. ſuper hoc de renun. ut refert Bal. in l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle. dicit quod probata tortura eſt quaſi impoſſibile probari confeſſionem ſponte factam. & in d. l. 2. C. de cuſt. reo. dicit ꝙ talis ſcriptura vt plurimum eſt falſa. Iac. But. in l. 2. C. ꝙ
24 met. cau. † dicit quod iudex & notarius malefaciunt, in actis apponere, ꝙ ille qui tortus eſt, ſponte confeſſus ſit, ꝙ talis ſcriptura eſt falſa. Bar. in l. 1. §. ſi quis ultro. de quæſti. ff. in fin. dicit ꝙ ſi confeſſus eſt reus in actu torturæ, non debet dicere notarius, ꝙ ſponte, ſecus ſi poſtea confeſſus ſit. Bal. in l. 1. in 5. col. C. de confeſ. dicit ꝙ notarius non incidit in falſum, primo quia uidit & audiuit hoc, & non vidit & audiuit contrarium, præſertim tunc, vndè de hoc non poſſet conficere inſtrumentum, vt l. hac conſultiſſima. C. qui teſt. fa. po. Item quia naturali ratione debet credere ꝙ ille confiteatur propter conſcientiam perpetrati criminis. Item etiam iudex excuſatur, quia non fuit tortus ad hoc præcisè, quòd confiteretur. ſed vt verum diceret, & ideo cum non fuerit tortus ad hoc ſignanter, & ſpecifice, ſequitur quòd tenetur confeſſionis, non eſt omnino tormentarius, ſed ſecundum quid eſt liber. & intentio iudicis fuit & eſſe debuit, quod ſi confiteretẽ quia verum, non quia tortus. Item quia ſic ſe habet generalis conſuetudo, quæ excuſat, & quia bono zelo. vnde in pſal mo, zelaui contra iniquos, pacem peccatorum videns. ita dicit ipſe ibi. Areti. autem in tract. malefi. in glo. in uerbo, com paruerunt inquiſiti & confitentur totum. in uerſi. vnum nõ omittas. dicit quod Ang. & Io. de Imo. in l. qui in aliena. §. fi.
25 ff. de acq. hæredi. † dicunt quod aut reus fuit tortus non præcedentibus indicijs vel non ſufficientibus, & tunc etiam ſi perſeueret in confeſſione, non poteſt ſcribi, quod ſponte fuerit confeſſus. & notarius ſcribens ſcribet falſum, ſi ſciret eũ tortum non præcedentibus indicijs, & ideo dicunt cautela eſt, ꝙ notarij maleficiorum retineantur extra palatium ne habeant notitiam tormentorum. & ſic poſſunt ſcribere confeſſiones tanquam ſpõtaneas. ſed tu aduertas de Aret. quòd ex hoc nõ euitaret falſum iudex, qui ſcribi fecit, qui hoc ſciebat. Si autem iuſte præceſſerunt tormenta, tunc rite, & iuſte poteſt ſcribi, quod ſponte fuit ingreſſus, dummodo inter tormenta & confeſſionem aliud commodum interuallum interueniat, quod arbitrio boni iudicis relinquitur, vt not. in l. 1. §. diuus ſeuerus. & ibi Bart. ff. de quæſtio. Bal. etiam in l. 1. C. de confeſſ. in 11. col. dicit ꝙ generalis conſuetudo excuſat notarium & iudicem a falſo, quando ſcribunt, talis eſt confeſſus ſponte. & vide etiam ad hoc dom. Catal. in tract. ſindicatus. q. 215. ubi ſatis bene loquitur, quando adhibita eſt tortura, an iudex poteſt ſcribi facere, quod ſponte fuit cõfeſſus. dom. Vitalis in ſuo tract. clauſularum. ſuper clauſula, non vi non metu. in §. de metu tormentorum. in 4. col. tangit hanc. q. & dicit, ꝙ ſi notarius ſcripſit, ꝙ confeſſus fuit ſponte, verũ eſſe non videtur, propter hoc videtur falſum ſcripſiſſe. pro hoc videtur tex. in d. l. 1. §. ſi quis vltro. ff. de quæſt. ibi eſt tex. ſi quis ultro &c. & ſequitur ibi in litera, cum tormentis &c. conſtiterit. & ſic dicitur ſponte confeſſus, ille qui eſt confeſſus in tormentis, & ſecundum hoc debemus exponere, con-
26 ſtiterit. ſ. de confeſſione illius ſerui. † & ſi dicis, quomodo dr̃ ſponte confeſſus, cum dicatur per tormenta? dicas ideo, quia perſeuerauit in confeſſione, vt d. §. diuus ſeuerus. & l. 2. C. de cuſt. reo. uel etiam ſi confeſſus eſt in actu torturæ, quamuis notarius ſcripſerit, ſponte confeſſus eſt. Nec ob. uerbum cõſtiterit, poſitum in d. §. ſi quis ultro, quia exponitur, conſtiterit. ſ. de innocentia. & ſic non refert ſe ad confeſſionem ſed ad ſerui innocentiam, vt ibi patet. & not. bene, dicit ibi Bart. mihi autem cum reuerentia tãtorum do. uidetur ſuper hoc, ſic diſtinguendum dicendo ꝙ aut nulla præceſſerunt tormẽta ipſam confeſſionem aut præceſſerunt. Primo caſu nulli dubium, ꝙ uterque, iudex. ſ. & notarius rectè ſcribit in actis, ꝙ ſponte confeſſus eſt per. d §. ſi quis ultro. in princ. & l. 2. C. quo. app. non re. ſi vero præceſſerunt tormenta & tunc aut ipſa tormenta illata fuerunt nullis præcedentibus indicijs,
27 ſaltem legitimis, aut ipſis præcedentibus. † Primo caſu, quia illa tortura fuit iniuſta, & iudex qui hunc torſit iniuſte & inique fecit, illa confeſſio uigore iniquæ torturæ facta, etiam ſi mille ratificaretur, & dicatur ſponte facta, nunquam præſumitur ſponte, ſed per violentiam tormentorum facta, & nihil ualet. caſus eſt in l. pen. ff. de quæſt. & hoc caſu ſi notarius ſcit illam torturam eſſe factam non debet ſcribere ꝙ ſponte fuit confeſſus, & ſi ſcribit, puto ꝙ tam iudex, qui mandauit, quàm ipſe notarius inciderit falſum. l. qui teſtamentum. ff. de fal. & l. 2 C. de fid. inſtru. cum ſi. ſi uero notarius ignoraret torturam iniuſtam, tunc dicta pœna non teneretur, quia falſum abſque dolo non committitur. l. nec exemplum. & l. maiorem, in fi. C. de fal. iudex tamen ſemper tenetur, quia mandauit ſcienter ſcribi falſum, licet ignorãti, & in eo, in dubio præſumitur ſcientia iuris. ff. l. 2. ꝙ quiſque iur.

28 Secundo uero caſu, quando tortura fuit iniuſta, & præcedentibus legitimis indicijs habita, & tunc aut imminentib. tormentis, confeſſio in eis facta ſcribitur, mandante iudice, ꝙ ſponte fuit confeſſus, tunc uterque tam iudex quàm notarius male faciunt & puniuntur, ut ſup. aut poſtea, & tunc aut notarius ſciuit torturam, aut ignorauit, ſi ſciuit, & tunc aut inſtantibus doloribus torturæ hoc fit, quia ſtatim ꝙ depoſitus eſt de tortura, uel parum poſt tortus confitetur, & non licet ſcribere ꝙ ſpõte: aliàs male faciunt iudex & notarius, ꝙ not. per Iaco. But. in d. l. 2. C. ꝙ met. cau. & l. 2. C. de cu. re. & ſup. dixi. Si uero tranſacto debito tempore, & ſpatio interme dio, ille tortus confitetur, & tunc licet ſcribere ſponte, & ita ſeruat cõſuetudo. Si uero notarius ignorauit torturam, tũc nunquam ipſe tenetur licet ſcribat ſponte confeſſum. & ita intelligo quod no Bal. in d l. 1. C. de confeſſ. Et ideo iudices debent cauere, quod tormenta nõ uideantur, neque audiantẽ per notarium maleficiorum, quia forſitan recuſaret ſcribere ſponte confeſſum, & hoc etiam uoluit ibi Bal.

Vltimò no. circa hanc princ. q. quæ eſt de effectu torturæ, ꝙ quando tortura fit in caſu non permiſſo, uitiatur ſolum actus torturæ, cum ſuis dependentibus, non autem reliquus proceſſus rite factus, vt l. 1. C. de quæſt. & ibi per Bal. in l. milites. in fi. eo. tit.

29 **Poſtremo quæro** † an in cauſa criminali, ex ſola confeſſione, abſq; alio proceſſu & ſententia, fiat executio. Inn. in c. quærenti. de off. delega. dicit ꝙ non. Sed ipſe idem tenuit contrarium in cap. qualiter & quando. el 2. de accu. & pro iſta parte eſt caſus in cap. Romana. de app. lib. 6. Dic aut quis confitetur metu tormentorum, & habent locum primo loco dicta, quia requiritur perſeuerantia, & proceſſus, & lit. conteſt. ut ſupra dictum eſt in 5. q. prin. torturæ aut confitetur ſponte, & habet locum ſecunda opin. Inn. in d. c. qualiter & quando. & uide quod not. per gl. in c. ex literis. de diuõr. ſub uerbo, admonitus. & uide Bar. in l. 1. in fi. de cu. re. ita dicit. d. Vitalis in tract. clauſularum. ſuper clauſula, non ui, non metu. in §. de metu tormentorum. in uer. fi. Spe. in tit. de confeſ. in §. 1. in uer. fi. dicit, ꝙ ſi quis eſt ſponte confeſſus, uel per torturam. & tñ in confeſſione perſeuerauit, ꝙ nihilominus debet condemnari. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & extra de confeſſio. c. cum
30 ſuper. de elect. ca. per inquiſitionem. † ubi dicit ꝙ nunquam quis eſt in criminali pro condemnato habendus, imò ſemper eſt neceſſaria ſnïa, vt C. de pẽn. auc. ſnïam. & C. de cu. re. l. ſi quis reus. & ff. de quæſt. l. 1. §. 1. uel l. pen. 2. q. 2. nos in quẽquam. & 24. q. 4. quæſitum. & c. illud. Lanfr. Brixien. ſuo cõmento ſuper. c. qm̃ contra falſam. de prob. ſuper rubr. de confeſ. in 6. col. in uer. quæritur prẽterea. dicit ꝙ Inno. in d. c. per inquiſitionẽ. dicit ꝙ confeſſum de crimine non põt proce-

di

Digitized by Google

di ad condemnationem, nulla præcedente accusatione, inquisitione vel denuntiatione, quia ad hoc vi fiat condemnatio, oportet quod aliquid petatur, vel subsit materia, super qua fundetur condemnatio, ita dicit dicere Bald. in l. 2. C. de confess. tamen si prædicto casu, inquisitio sequatur confessionem, & sic ordo peruertatur, dicit ꝙ procedi potest quia sententia ferri potest contra confessum, ex inordinato processu, ut tenet. Barto. in d. l. si confessus. ff. de cust. reo. & Bald. in d. l. 1. & Ioan. And. in d. c. qualiter & quando. quod intelligendum est, secundum Bar. ubi supra, si confessio emanauit principaliter, aliàs secus. quod etiam sequitur Bar. in d. l. 1.

SVMMARIVM.

1 *Iudex indebite aliquem subijciens quæstioni qua pœna debeat puniri.*
2 *Iudex qui dolose & sine causa aliquem torsit, si moriatur, capite plectitur.*
3 *Tortura adhiberi non potest per eum qui non habet merum imperium.*
4 *Tortura ad finem triplicem fieri potest.*
5 *Officiales non debent parere potestati aliquid contra legem iubenti.*
6 *Familiaris potestatis ponens aliquem ad torturam de mandato ipsius, non tenetur.*
7 *Rector cui conceßum est arbitrium torquendi aliquem, an possit torquere nullis præcedentibus indicijs.*
8 *Ioculpatum de crimine sponte se ingerentem torturæ, an possit potestas licite torquere, si aliàs ei non liceat de iure.*
9 *Commitere nemo potest alicui ut ipsum percutiat, cum nemo sit membrorum suorum dominus.*

Quæstio. 7. secundæ partis.

SEptima prin. q. est qua pœna puniatur iudex torquens aliquem indebite? vt ꝙ debeat puniri pœna capitali, vt est tex. in l. decuriones. C. de quæstion. & ibi hoc dicit Bald. sed text. in l. nemo carcerem. C. de exacta. tri. libro 10. dicit quòd iudex qui indebite torquet, vel carcerat aliquem punitur ea pœna qua puniret incarceratus uel tortus pro eo ꝓ quo torquet vel carceratur. Item punitur, quia dãnantur ad carceres. s. ad certum tps, secundũ Ange. ibi. sed Bal. in rub. C. de pœna iud. *qui* male iud. dicit ꝙ iudex qui de facto aliquem torquet, nõ punitur similitudine torturę, quia non reperitur iure cautũ, ꝙ tortura alicui imponatur pro tortura. sed tenet iniuriarũ, pro motu iudicis, vt. ff. de iniur. l. iniuriarũ estimatio. ſm eũ, super hac. q. distingue, an tortus moriũ in tortura, vel ꝓ ꝓ torturã & tũc an & qñ, & qua pœna teneat, fuit late dictũ sup. in 5. q. prin. de tortura. in versi. sed cũ dictũ sit. Aut nõ fuit mortuus, & tunc aut fuit tortus quis iuste & rite, & non teneatur
2 aliqua pena, per l. gracchus. C. de adul. † Aut fuit tortus iniuste, vel non rite. & tunc aut torsit dolose, & sine causa, & tenetur pœna capitis ẽt si non moriatur, & eadẽ pena tenetur si *fecit* torqueri *illum*, qui de iure torqueri non poterat, puta *quia decurio* uel ancianus, siue prior, durante magistratu, per. d. l. decuriones. & ꝓ l. 1. C. de requi. re. vbi de hoc per Bal. ꝙ procedit ẽt si potestas habet arbitrium, vt not. supra in c. quintauallis. de iureiur. Aut sine dolo, & cum cã, tamen non recte, nec rite, & tenetur actione iniuriatum, ut. ff. de iniur. l. iniuriarum examinatio. & ita intelliguntur, & cõcordiãtur ꝑdicta iúra, & vide dicta in ver. sed cũ dictũ. sit quib. adde ꝙ qñ quis vt priuatus torquet aliquẽ punitur ea pœna qua punitur retinens priuatũ carcerẽ, vt dixit Bal. in l. 1. C. de priua.
3 carce. † Et si torsit non vt priuatus sed vt iudex tamen nõ habebat talẽ iurisdictionẽ, quia non habebat merum imperiũ sine quo tortura adhiberi non põt, ut no. hĩ in. l. imperiũ. ff. de iurisd. om. iu. & ibi per Guil. & tunc habebat locum d. l. nemo carcerẽ. licet ẽt hoc casu teneatur parti actione iniuriarũ ꝓ d. l. iniuriarum. & hoc quia tortura est iniuria ꝓsonalis, si sit sine causa, & iniuste, ut. l. nihil. C. de q. Sed quid si propter bonum publicum, quis discrete torsit aliquẽ, puta propter sedãdum tumultum populi, ut multoties sit, propter terrorẽ aliorum, an teneatur in sindicatu. Credo ꝙ non arg. no. per Inn.
4 in. c. 1. de constitu. † Item not. quod tortura põt fieri ad triplicem finẽ: nam qñque sit ad criminis punitionẽ, ut. l. ictus fustium. ff. de infam. exemplum, qñ officialis reperit aliquẽ in flagranti, nam facit illum ex hoc fustigari, uel aliter torqueri, ut ibi, qñque fit ad iurisdictionis defensionem, & ista tortura debet esse modica & temperata. l. fi. § fi. ff. de officio eius cui mand. est iur. qñque fit ad criminis inuentionẽ, ut. l. capite quinto. ff. de adult. & de hac est materia nostra, & de qua infra late loquuti fuimus. & inferius dicetur. Sed ponamus, iudex, aut potestas, qui est caput officij & in quo reſider potestas torquendi, non torquet ipse per se, sed iussit militibus, & alijs officialibus, vt torquerent aliquem, an si tortura est indebita, teneantur ipsi milites, & officiales. Super hac. q. licet aliquid tetigerim supra in. 5. q. princ. in uer. & aduerte circa predicta, ubi uide, tñ quia non erat locus suus, sed melius cadebat hic. iõ cum minus perfecte ibi dictũ fuerit, dicamus hic perfectius, capiendo distinctionẽ Dy. in. c. ꝙ quis mandato, de reg. iur. in 6. ꝙ aut iussus potestatis est expresse contra legem, aut expresse secundũ legẽ, & sic iustus
5 aut dubitatur. † Primo casu officiales non debent ei parere. immo potius resistere, & si non resistunt puniuntur, vt quia potestas mandat in casu illicito, uel torqueri decurionẽ, uel alium qui de iure torqueri non põt, casus est in l. oẽs. C. de decurio. lib. 10. & l. qm̃. C. de ap. cũ si. & superius fuit dictũ. & hoc casu, officiales debent protestari potestati, ꝙ hoc nõ faciat, & quòd ipsi ꝓtradicunt, & consentire, si fiat, nõ intendunt. vt colligitur ex. d. l. qm̃. Secundo casu, parere tenentur, aliàs si nõ parerent, punirentur. ff. si quis iud. non obtẽ. l. 1. & ff. de re iud. l. cõtumacia. in princ. Tertio casu officiales nõ puniuntur, si indebite torquent aliquẽ quia parere tenent, arg. ff. de iud. l. si quis ex aliena. & ita intelligo. l. liber homo. la. 2. ff. ad. l. aqui. ubi obedientia debita, uel promissa excusat a delicto. per quã. l. dixit ibi Bal. quòd fuit reiectus quidã libellus, qui dabatur cõtra quendã officialẽ potestatis, qui de mandato potestatis, quendã torserat illicite, quia iste excusatur ratione iussus superioris secundũ eũ. Intelligo tamen dictum suum, in casu in quo officialis debet parere, secundũ distinctionẽ supradictã, & non aliter. Sicẽt intelligo, quod scripsit Ang. in l. iniuriarum actio. §. si quis. eo. ff. de iniur. ubi dixit.
6 † quod miles, aut alius de familia rectoris, ponens aliquẽ ad torturam de mandato rectoris, iuste uel iniuste, nõ tenetur per illum text. coniuncta glo. in l. non uidetur. §. qui iussũ. in gl. magna. ff. de reg. iur. Et ideo dat cautelã, quòd rector obla to libello cõtra aliquẽ de sua familia de aliquo iniuste facto, ꝙ elapso tpe dandi libellos contra seipsum faciat reum conuictum articulari & probare ꝙ hoc facit de mandato rectoris, & hoc etiam rector confiteatur, ꝙ fecit pro officio exercendo & erit securus vterque, quod est ualde notandum, intellige tamen secundum distinctionem prædictam, & nõ aliter, videlicet in casu quando debet parere. Aduertere ꝙ multoties conceditur rectori, arbitrium torquẽdi aliquem, an poterit torquere non præcedentibus legitimis indicijs.
7 † Respondeo multi dicunt ꝙ sic. sed contrarium est de iure verius, quia non poterit non præcedentibus legitimis indicijs, vt. c. quintauallis. & c. ueniens. de iure. & no. in cle. sępe. de uerb. signi. ita dicit Pau. de leaza. in c. grauis. de depositio. & sic per istud arbitrium non excusaretur rector a pœna si torqueret, non præcedentibus legitimis indicijs. Quid si est datum arbitrium quòd possit torquere, nullis præcedentibus indicijs, in aliquo crimine. Dic quòd intelligitur quod debeat torquere arbitrio boni viri, & moderate. ideo si excessit modum deberet puniri ar. l. pe. ff. de arbi. ita dicũt quidam. arg. eorum, quæ no. Bart. in. l. sed si unius. §. ait prætor. ff. de iniur. unde si rector cupit habere amplam potestatem super maleficijs, & maxime in torquendo, prout multoties fieri uidi, & concedi, siue a gubernatoribus siue a communitatibus, sint cauti, ut bulletinum, siue reformatio, sit large & plenè certum, uidelicet torquendi cum indicijs uel sine, & alte, & basse, & moderate & immoderate, prout sibi uisum fuerit.
8 Insuper † quæro, ponamus, quidam inculpatus de crimine, sponte ingerit se torturæ, puta dicendo, ego non commisi tale delictum & offero me uelle stare torturæ, ponatis me in tortura, costui è un pazzo. an potestas possit iuste istum volẽtem ponere ad torturã, si aliàs de iure hoc ei nõ liceret. puta quia non ꝑcedunt indicia. Rñdeo quòd non põt, quia liber homo non est dominus membrorum suorum. l. liber homo. ff. ad. l. aqui. secundo quia potestas torquendi, est meri imperij, ut. l. defensores. C. de defenso. ciui. & tenet Guil. de cu. in. l. imperium. ff. de iurisd. om. iudi. sed ea quę sunt meri imperij, non possunt pacto priuatorum concedi. C. de iurisd.
9 om. iud. l. priuatorum. † Tertio quia non potest quis committere alteri, quod ipsum percutiat. l. 1. §. vsqüe adeo. ff. de iniu. & hoc tenuit Bar. in. l. pen. ff de condi. ob cau. & in. l. interdum. §. qui furem. & ibi glo. contrarium sensit. ff. de fur. & licet glo. & Bar. loquantur qñ committat se ad torturam priuato, tamen ego idem dico, si committit se iudici, qñ vt iudex, in casu illo torquere non potest, quia habetur ut priuatus, quando quid facit extra terminos iuris. l. prohibitũ. C. de iure fisci. cũ similibus. Et proprerea quãdo iudex, in casu ꝑdicto, torqueret aliquẽ uolentẽ non excusaretur a pœna ꝓ ꝑdicta, applicanda fisco. sed excusaretur ab actione iniuriarũ, & ab ipsius interesse, qm̃ uolẽti non fit iniuria. l. 1. §. adeo. & ibi Bar. ff. de iniu. & per Bar. in. l. quãuis in fi. de in ius uocan. Ex his deciditur alia. q. sępe occurrit, nam aliquis inculpat aliquẽ de delicto, & quia non habet ueras probationes neque indicia sufficiẽtia ad torturã dicit domine potestas, ponatis me, & ipsum ad tortutã. multi fatui, ut ita loquar, putãt hoc

Digitized by Google

posse, & debere fieri per potestatem, sed per supra proxime dicta est contrarium in persona volentis, ergo multofortius in persona illius qui nollet.

SVMMARIVM.

1 *Reum torquendum nemo debet subtrahere dum locus est torturæ. Torturæ si locus sit, detineri personaliter quis poterit.*
2 *Tortura facilius adhibetur in maleficijs occulte factis, quàm in alijs.*
3 *Tortura pro crimine explorando facta, non reddit tortum infamem. Præsumptio iuris & de iure dicitur indicium euidens.*
4 *Suspitio vna præsumptionem non inducit sed plures suspitiones bene inducunt unam præsumptionem.*
5 *Præsumptio illa censetur potior, quæ vero reperitur proximior.*
6 *Iudex in tortura procedere debet quamuis tortus asserat se nihil dicturum.*
7 *Innocens reputatur is contra quem indicia non reperiuntur.*
8 *Rei de crimine delati, & si non omnes nec omni casu possint torqueri possunt tamen vultu iudicis terreri.*
9 *Quæstio in certis delictis datur ex solis indicijs.*

Quæstio. 8. secundæ partis.

CIrca octauã partem princ. in qua pollicitus sum colligere, & describere aliqua notanda communia, de indicijs, & tortura.

1 † Et primo no. quòd quando est locus torturæ, non licet alicui subtrahere torquendum a tortura, nec facere quod veritas non possit apparere, vt l. quicũque. C. de male. & math. quod facit contra celantem testem, ne testificetur in criminali secundum Bal. ibidem. Secundò not. quod quando est locus torturæ quis potest cogi. & detineri personaliter, vt in c. si clericos. de sen. excom. lib. 6. facit quod no. Inn. in c. vt famæ. & c. quia contingit. de sen. excom. & Bal. in l. nemo. C de

2 epis. au. iuxta fi. † Tertio not. ꝙ tortura facilius adhibetur in clandestinis, & nocturnis maleficijs, quàm in alijs. d. l. nemo. & ibi Bald. vel in crimine falsi. l. sicuti. C. de fal. & in crimine ꝓditionis, & sic in crimine læsæ maiest. l. fallaciter. C. de aboli. & in crimine adulterij, & similibus, vt. ff. qui & a qui. l. prospexit. facit. ff. de furt. l. interdum. §. qui furem. & l. pen. ff. de cond. ob cau. & ideo in maleficijs de nocte commissis, non requiritur arguta probatio, arg. no. in c. in fidei fauore. de hæreti. lib. 6 & l. si cum exceptione. §. hæc autem actio. ff. quod met. cau. & facit. C. de Iusti. codi. emend. circa medium. & l. 1. §. tria. ff. de uen. inspi & vide omnino. inf. in uer. fi.

3 Quartò no. quod tortura, quæ fit ad crimen explorandũ, non infamat, siue quis torqueatur vt testis, siue vt principalis. l. nullam. iuncta glo. C. de infami. Quintò not. quod indiciũ in criminalibus, ponitur pro quodam signo maleficij, sed in ciuilibus ponipro veritate rei, vt l. fin. C. de fa. her. Sextò not. præsumptionem iuris de iure appellari indicium euidens. l si qui. C. de adult. Septimò not. differentiam inter præsumptionem, & suspitionem, quia suspitio stans in suis finibus nunquam est causa cõdemnationis, sed præsumptio

4 sic, secundum glo. & Bald. in l, quamuis. C. de adult. † Octauò not. quòd ex multis suspitionibus inducitur vna præsumptio, sed vna suspitio, non inducit præsumptionẽ. facit quod not. glo. in l. 2. §. ætas. ff. de excu. tut. Bald. in auth. si quis. C. de adult. Nonò not. quod illud, quod dicitur, semel malus semper præsumitur malus. intelligitur in eodem genere mali, & non in diuerso, vt si tractatur de homicidio, & aliquis sit homicida, præsumatur contra ipsum, sed si esset adulter, non præsumatur homicida & his si. l. omnes. §. a barbaris. ff. de remili. & per Bal. in l. fi. ff. de hære. institu. Decimò no. quod differentia est inter suspitionem, & præsumptionem, indicium, & argumentum, & adminiculum, vt not. Bal. in l. ea qui dem.

5 C. de accu. 1. & 2. col. † Vndecimò not. quod inter præsumptiones illa est potior, quæ vero videtur proximior, vt. l. filium diffinimus. ff. de his qui sunt sui vel alie. iur. Item quod posterior præsumptio tollit priorem. ff. de in inte. rest. l. diuus. pares vero præsumptiones inuicem se confundunt, quia nulla victoria fit a pari. ff. de ritu nupt. l. non solum. §. uno. ar. ff. de fideiuss. l. generaliter. uer. sua. & de excu. tut. l. sed & milites. in princ. unde pariter operantur, & non præponderat altera alteri, sed remanet factum simplex, ab omni suspitione abstractum. si uero essent plures præsumptiones pro vna, quàm alia parte, tunc plures rationes vincunt vnam, si quælibet per se est ita bona, sicut illa una quæ est in contrarium, arg. in aut. de consang. & vteri. fra. §. 1. Item præsumptio vio

6 lenta, tollit non violentam. de præsump. c. literas. † Duodecimò not. quod licet existens in tormento, dicat iudici se nunquam dicturum aliquid, tamẽ iudex debet procedere in tortura, aliàs facile esset vnicuique vitare tormenta quorũ dolor forte mutabit sermonem, secundum Paul. de Leaza. in c. grauis. de deposito. Decimotertiò nota, quòd sicut potest torqueri accusator, ita potest torqueri instigator & consultor. l. si quis. C. ad legem Iul. maie. Decimoquartò not. quod accusator non excusatur a calumnia, propter quælibet indicia, sed solum propter indicia manifesta. ita dicit Bal. in d. l. si quis. Decimoquintò not. quod ubi tortura est prohibita non habet locum tortura, etiam si præcedunt indicia, dicit Bald. sumendo arg. a contratio sensu in l. milites. C. de quæstio. † Decimosexto not. ꝙ lex habet quemlibet pro inno-

7 cente, contra quem non præcedunt indicia, secundum glo. & Bal. in l. pen. C. eod. Decimoseptimò not. quod licet ex forma. l. vel statuti, debeat stari indicijs, quantum ad plenam probationem, tamen semper necesse est, quod tale indicium probetur per duos testes. ita dicit Ang. in auc. de testam. imperfe. in fi. in prin. col. 8. ubi est gloss. posita quæ incipit, valet. nam tex. C. dicit stari testamento paterno, quibuscunque indicijs probetur, tamen ista gloss. & illa dicunt quod ista indicia debent probari per duos testes. Et ideo si statutum dicit ꝙ in maleficijs nocturnis, pro plena probatione habeatur indicium, quod licet vnus testis deponat de veritate, & sic faciat indicium vt l. in bonæfidei. C. de iureiuran. & ff. de testib. l. cum probatio. & ff. de excu. tutor. l. 2. §. ætas. tamen ex isto indicio non potest sequi condemnatio, quia non est probatum tale indicium per duos testes. & si tu dicis, quid operetur statutum, nam si duo testes probarent de veritate, sine dubio deberet sequi condemnatio, sed dic quod multum operatur. nam si duo erunt testes, qui deponãt super aliquo adminiculo indicium faciente, certe ex tali indicio probato per duos testes, sequitur condemnatio licet nihil deposuerint super veritate, per istam glo ut dicit ibi Angel. Mihi durum videtur, ꝙ plus probent indicia remota, quam propinqua, quæ siunt per vnum testem de veritate, per ea quæ

8 not. Barto. in l. fi. ff. de quæstio. † Decimooctauò not. ꝙ licet non omnes, nec omni casu liceat torquere, tamen possunt terreri, qula vultus iudicis, in talibus debet apparere terribilis, vt in auct. de man. prin. §. talem vero. secundum Bal. in l. 2. C. quo. app. non reci. Decimononò not. quòd si aliquis probauit indicia, propter quæ uentum est ad torturam, non meretur præmium, quod datur probanti maleficium, quia ista probatio potius est facta officio iudicis inquirentis, quam per ipsum delatorem, dixit Bald. in l. 1. in fin. C. pro quibus cauſ. ſerui. pro præmi. lib. ac. † Vigesimononò, quod in

9 certis delictis, consilijs, & tractatibus. propter difficultatem probationis, peruenitur ad torturam, & quandoque ad condemnationem, ex solis indicijs, si sunt ita certa, quòd uix negari possint. C. de quæstion. l. milites. §. oportet. & de excusat. tutor. l. secunda, per Dyn. ita dicit Bald. in l. quicunque. C. de seruis fugit. & uide omnino de hoc supra in hac parte. in uersi. 3. not.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cui relatum est aliquod delictum esse commissum, statim ad illud uidendum mittere debet.*
2 *Miles seu alius missus per iudicem seu potestatem ad uidendum excessum quid facere debeat.*
3 *Potestas informationes ab offenso uel fisco debet habere de delicto, & vicinorum nomina & testium, scripta tenere debet.*
4 *Indicia leuia & leuiora quàm ad torquendum sufficiunt ad inquisitionẽ formandam.*
5 *Iudex ad capturam personalem procedere non debet nisi prahabita informatione & formata inquisitione.*
6 *Captura personalis quibus concurrentibus fieri possit.*
7 *Iudex delatum de crimine habens præ manibus, qualiter eum uerbo absque tortura interrogare debeat.*
8 *Reus delatus corporaliter puniendus, debet in carceribus publicis detineri, sed si pecuniariter, idoneo præstito fideiussore poterit relaxari.*
9 *Iudex examinatis testibus eorum dicta & processum, parte citata publicare debet.*
10 *Iudex indicijs purgatis, interlocutorie debet pronuntiare non esse deueniendum ad torturam.*
11 *Iudex neminem debet quæstioni subijcere si ueritatem aliunde possit percipere.*
12 *Condemnatio in criminalibus nonnunquam ex probationibus præsumptiuis sequitur nedum ex ueris.*
13 *Iudex ad torturam moderate & temperate debet procedere.*
14 *Iudex confesso in tortura non debet statim credere, quinimmo ipsum facere debet perseuerare & ratificare.*
15 *Iudex aliquem indebite torquens, in sindicatu tenetur ad pœnam fisco applicandam.*
16 *Arbitrium torquendi collatum alicui, quod hoc legitimis præcedentibus indicijs fiat debet intelligi.*

Quæstio

Digitized by Google

Quæstio.9.secuudæ partis.

CIrca nonam & vltimam partem principalem in qua describetur, quo ordine & modo iudex se habere debeat in cognitione maleficiorum colligendo quasi omnia compendio, quę in hoc tractatu continentur, & aliqua addendo, dico
1 †quòd iudex quàm primum ad eius notitiam peruenerit, delictum esse comissum, mittat ad videndum dictum delictum, vt sibi de eo constet, quia antequam constet de delicto, nihil potest fieri, vt dictum fuit supra in 4.q.princ.tortu re.in ver.item no.quòd antequam.& de hoc faciat ad cautelam apparere in bastardello, hoc modo vel3, die tali &c. supradictus dominus potestas cum ad suam sueque curię notitiam peruenerit quòd fuit commissum tale maleficium, in tali loco, contra talem &c. & intendat super eo procedere, ex suo sueque curię officio, per inquisitionem. Ideo commisit tali socio militi suo, quòd vadat & se personaliter cōferat ad talem locum prędictum, & diligenter se informet, etiam, per oculorum inspectionem, de dicto maleficio &c.
2 †Qui miles debet accedere, & videre personam offensi, & vulnera seu percussiones, & si est furtum vel aliud delictum debet considerare, & inspicere vnde fur intrauit, & quomodo fuit fractum ostium, & si apparent vestigia puta, tempore niuis, vel luti, & ceni, debet accipere mensuram dictorum vestigiorum, vt aliàs fieri vidi, & omnia debet referre potestati quę relatio similiter ponatur in bastardello hoc modo, dicta die, supradictus miles socius, iens & rediens, retulit supradicto domino potestati, & mihi notario fuisse ad dictum locum, & diligenter omnia vidisse, & intellexisse, & explorasse, & inueni hoc &c. vt qualiter talis erat vulneratus, in tali & tali loco &c. & ponatur quicquid vidit & audiuit & laudo quòd si esset delictum alicuius importantię, videlicet furtum magnę quantitatis, quod potestas ipse postea accedat ad videndum locum, & ita quandoque feci, & ab alijs
3 obseruari vidi. † deinde curet dictus potestas habere informationem de delicto, ab offenso, vel a sindico, & scribat nomina vicinorum, & domesticorum, atque suspectorum, & testium. si qui sunt, qui aliquid viderint vel audierint, aut aliter sciuerint. & postea in eodem bastardello, describat inquisitionem specialem, quo ad dictum maleficium, & generalem, quo ad personas, quando non habet certitudinem de persona delinquente, hoc modo videlicet, hęc est quędam inquisitio quę fit & fieri intenditur per supra dictum dominum potestatem, contra omnes, & singulos homines, & personas quę de anno presenti. 1493. & mense Octobri, dicti in tali loco &c. commisse tale delictum, videlicet vulnerasse talem &c. de qua inquisitione habet per Angel. in l. si vacantia. C. de reb. vac. libr. 10. & per Aret. intra mal. in. 1 glo. circa prin. de qua habetur iu. l. 4 §. mandatis. ff. ad. l. Iul. pecul. & super ista inquisitione examinet omnes testes supradictos, & eorum dicta, & attestationes similiter describat in bastardello, post dictam inquisitionem, nec ad hęc requiritur citatio alicuius. & si ex dicto ipsorum testium habet aliqua indicia, etiam leuia contra aliquem, tunc deueniat ad inquisitionem specialem, contra illum super illo delicto, de qua inquisitione habes formam per Aret. in d. tracta. in princip. & per Papiensem in sua practica, in forma inquisitionis. & dicta inquisitio non describatur in bastardello, sed in libr. malefic.
4 †Et aduerte, quòd ad formandam inquisitionem, sufficiunt indicia leuia, & leuiora, quàm ad torquendum vt puta diffamatio de tali delicto vt habetur in c. qualiter, & quando el. de accu. & per Aret. in d. trac. in glo. in verbo, fama publica. in princ. vbi etiam dicit quod bonum est, quòd iudex faciat apparere in bastardello, post examinationem prędictam. & prędicta facta fuerunt ad banchum iuris, iudice pro tribunali sedente. vbi etiam habetur quod sine istis indicijs, inquisitio est nulla, si est oppositum nisi in certis casibus ibi enumeratis. Item est sciendum quòd cum istis indicijs poterit iudex deuenire ad capturam inquisiti vel inquirendi, vt dicit Bal. in. l. & si certus. ff. ad sille. & Saly. in. l. nullus. C. de exhi. re. per illum tex. dicit quòd iudex in maleficijs statim potest deuenire ad capturam inculpati habita aliquali informatione de maleficio, & malefactore. Sed idem Salyc. in. l.
1 fina. C. de questio. † vult quòd antequam in criminalibus iudex deueniat ad capturam debet esse prehabita informatio & formata inquisitio, quod ego intelligo de supra dicta generali inquisitione, generali quo ad personas, & speciali quo ad delictum, de qua supra dictum fuit. & eodem modo intelligo quod dicit Bal. in. l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. vbi vult quòd in criminali, potest incipi a captura. & alleg. c. si clericus. de sen. excom. in. 6. etiam non precedentibus indicijs, quia non intelligo de indicijs, quę sunt talia qualia sufficiant ad inquisitionem. Sed aliqui moderni in. l. 1. C de execu rei iudi. dicunt quod tunc demū potest incipi a captura, in criminalibus quando delinquens reperitur in crimine, vel timetur de fuga, & non aliter, vt habetur in auth. vt nulli iudi. §. si quis vero cōprehensorum. col. . & in. l. ait prætor. §. fi. ff. de his quę in frau. credi. Ego autem sic
6 distinguerem. † Aut est delictum de quo venit imponenda pena corporalis, vel corporis afflictiua, & tunc potest deueniri ad capturā præcedētibus tamē aliquibus indicijs de quibus fuit supradictū, ne inquisitio esset frustratoria quantū ad excusationē. & ita loquitur Bal in. d l. si certū. & in. l. cōsentaneū & Sal. in. d. l. nullus. Aut est delictū de quo venit imponē da pena pecuniaria, & tunc non precedētibus aliquibus indicijs saltem leuibus, & quę sufficiāt ad inquisitionē, nō poterit deueniri ad capturā, per supradicta. Aut p̄cedunt aliqua indicia, & tunc potest deueniri ad capturā, solū in duobus casibus, videlicet quando est repertus in flagranti crimine, p̄ tex. in. d. §. si quis vero cōprehensorū. & qñ timetur de fuga p̄. d. §. fi. l. ait prętor. sicut ibi dicitur in ciuili de suspecto de fuga, vt possit capi, in qua tamen captura requiritur aliqualis causę cognitio. s. vt consterde debito, & suspectione de fuga, vt ēt habetur p̄ Ange. in. l. nemo carcerē. C. de exacto. tri.
7 lib. 10. † Itē tunc cū iudex habet inculpatū de crimine prę manibus & in sua potestate, debet ipsum interrogare, & examinare verbo sine tortura. & faciat scribere dictum suum p̄ notarium in bastardello, hoc modo videlicet a tali die mēse Octobri, Ant. Cole. detē tus per curiā, occasione talis maleficij, vt dicitur, per eum cōmissi, & perpetrati, interrogatus, & examinatus per supradictū. d. ptātē, dixit hoc vel3 &c. & hoc faciat pluries, diuersis horis, & tēporibus, & semp faciat scribere eius dictū, & videat iudex an loquat pauide, & de hoc ēt faciat apparere in bastardello, vbi notarius debet hoc scribere de mandato iudicis. secūdū Bar. in. d. l de minore. §. tormenta. ff. de quęst. nā si iudex, ex dictis eius viderit aliquā variationē vel trepidationē & pauorē, & vultus pallorē, quod relinquitur iudicis arbitrio, fiet indiciū ad torturā, & de hoc vide plene dictū supra, de indicijs. in. 3. q. princ. in ver. alia q̄dā indicia. in. 6. carta. Facta dicta inquisitione speciali & descripta in lib. malefi. mittat iudex copiam ad cameram, vbi ex forma statutorū hoc fieri debet. Et deinde faciat inquisitū citari cum tenore inquisitionis, prout habetur per Aret. in dicto trac. maleficiorū. in glo. in verbo, supradictus. d. iu-
8 dex supra sedens &c. † Et si comparuerit, & confessus fuerit, vel si erat detentus respondendo similiter confessus fuerit, & tunc aut venit ex delicto imponenda pena corporalis, vel corporis afflictiua, & tunc debet ipsum mittere ad carceres publicos, vt ibi detineatur. Aut venit imponenda pena pecuniaria, tunc dato idoneo fideiussore de soluendo oēm pęnā, debebit relaxari, vt not. per Bar. in. l. 1. ff. de custo. reo. & si pę na erat conditionalis, quid iudex debeat facere, vel inquisitus, vide per Aret. in dicto tractatu, in glo. in verbo, pro quibus Anto. fideiussit. Aut citatus non cōparuit, & tunc debet poni in banno, pro quo pęna ad quā uenit condēnandus, secundū formā statutorū quę cōiter sunt in Italia. Et si in termino, in dicto banno assignato, non cōparuerit, tunc habet pro confesso. & condēnari poterit, secūdū formā statutorū p̄dictorū. Si aūt cōparuerit, & confessus fuerit, tunc iudex faciat, ut superius dictū. Si aūt negauerit, & pena est corporalis afflictiua, & tūc ipsum retineat in carceribus, ut superius similiter dictum est. Si aūt est pecuniaria uel conditionalis, ex supradictis similiter instruitur iudex, quid habeat facere circa detentionem uel relaxationem. Et tūc cum negauerit debet iudex iterum testes examinare, in forma ualida, citata parte ad uidendum iurare testes quorum dicta debet ponere similiter in libro maleficiorū. Et huius rpe potuerunt testes torqueri, maxime uicini, & domestici qui p̄sumunt̄ scire facta in uicinia, & in domo. De hoc tamen, an & quando testes torqueri ualeant, uide supra in. 4. q. princ. in uer. secundū aūt. & in uer. serui aūt. Et an debeant p̄cedere aliqua indicia, & quę, ut testes torqueri ualeāt vide ibidē. in. d. 4. q. prin. post princ. in uer. quod aūt dictū est. Et an de indicijs, q̄ habetur contra testes, debet dari copia, uide ibidem in uersic. sed tunc quęro. Et si testis in tortura dixit unū, & extra torturā aliud, cui dicto debeat stari, uide ibidē, in uer. itā notandum.
9 † Demū examinatis testibus, iudex eorū dicta, & processum publicet, & pte citata. Et hoc facto, si uiderit iudex ex dicto testiū, uel aliūde, hī indicia sufficiētia ad torturā, q̄ qualia eē debeāt. uide supra de indicijs. in. 3. q. prin. tunc citet inq̄situm ad torturā. de cuius citationis forma uide supra de tortura. ī 5. q. prin. uer. 5. iudex aduertere debet, quod anteq̄. Et an de necessitate requiraī dicta publicatio testiū, dixi supra in. d. 5. q. prin. in uer. insuper quomodo index formauit. Et si dicto termino citationis p̄dicto non comparuerit, ponaī iterū in banno. & eo non cōparente in termino banni habebitur p̄ cōfesso & conuicto & poterit condemnari secundū Bar. in. l. pen. ff. de quęst. & fuit dictum in. d. uersic. insuper quomo-

Digitized by Google

do iudex. Si autem comparuerit, & petierit copiam indicio rum, tunc iudex debet dare copiam cum termino ad oppo nendum & reprobandum indicia, in quo termino poterunt reprobari teſtes, tam circa dicta, quam circa perſonas, & per conſequens purgari indicia.

10 Et ſi ex hoc erunt purgata indicia non erit deueniendum ad torturam. Et ſuper hoc iudex debebit pronuntiare, nõ eſſe deueniendum ad torturam. a qua pronuntia non licebit appellare, ab eo cuius intereſt de iure ciuili, cum ſit interlocutio, quæ reparari poteſt in diffinitiua. Sed ſi non erunt purgata indicia, debebit pronuntiare eſſe deueniendum ad torturam, a qua pronuntia poterit appellari, etiam de iure ciuili, cum contineat grauamen irreparabile. Et ſtatim facta appellatione, erunt ligatę manus iudici, abſque alia inhibitione, hæc omnia vide ſupra, in tortura in quinta quæſtione princ. in uerſi. 5. iudex debet aduertere. Si autem non fuit petita copia indiciorum, vel ſi petita fuit ſed non fuit oppoſitum, & tunc ex quo non fuit ſuper ipſis diſcuſſum, non debebit, vt reor, tunc pronuntiari, vt l. de qua re. ff de iud. argu. a contrario ſenſu. Et eo caſu poterit deueniri ad torturã, & ſimiliter quando pronuntia, deueniendo ad torturam, tranſiſſet in rẽ iudicatam, vt quia ab ea non fuit appellatum, vel quia appellans ſuccubuerit in cauſa appellationis. Et his omnibus peractis poterit ad torturam deueniri, & non aliter, nec alio modo, niſi in certis caſibus ſpecialibus, in quibus ſine indicijs, & etiam ſine alijs ſupradictis poterit deueniri ad torturam, de

11 quibus vide ſupra 5. q. princ. poſt prin. † Sed antequam iudex ad ipſam torturã deueniat debet aduertere, quod ad ipſam non deueniat, quando aliàs ueritas haberi poteſt, vt fuit dictum ſupra, in d. quæſt. princip. in uerſi. 6. iudex conſiderare debet. Et debet hoc facere apparere in actis, quod nõ poſſendo aliter ueritatem habere, deuenit ad torturam, vt ibidẽ fuit dictum. & erit melius, iudicio meo, ſi hoc inſeratur in pronuntia, qua pronuntiatur deueniendũ eſſe ad torturam, hoc modo uidelicet die. 22. Octobris. 1493. ſupradictus. d. poteſtas, uiſa ſupradicta inquiſitione & reſponſione, cum negatione dicti inquiſiti, uiſis ſupradictis teſtibus, & eorũ dictis, & atteſtationibus, & exceptionibus, & oppoſitionibus &c. & viſo quod aliter veritas haberi non poteſt de dicto maleficio, pronuntiauit, & declarauit deueniendum eſſe ad tortu

12 ram contra dictum inquiſitum. &c. † Item debet aduertere, quod non ſolum ex ueris probationibus, ſed & præſumptiuis, poteſt quandoque ad condemnationem deueniri in criminalibus, quod quando ſit, uide ſupra, de indicijs in 4. qõ. princ. Item debet aduertere iudex, an ſint tales perſonæ, quę torqueri ualent, quoniam ſunt multæ quæ non poſſunt torqueri, de quibus fuit dictum ſupra de tortura, in 4. q. princip. Item debet aduertere, an ſit talis cauſa, in qua ad torturam deueniri ualeat, quia non in omni cauſa, etiam criminali fieri poteſt ut fuit dictum ſupra de tortura in 3. q. prin. per totũ. Item, ſi erunt perſonæ, quæ torqueri poſſint, & cauſa in qua hoc fieri liceat, debet aduertere, ſi ſunt pro eodẽ delicto plures torquendi, a quo incipiat: de quo fuit dictum ſup. de tortura. in 5. q. princip. in uerſi. an autem iudex debet aduertere.

13 † Item multum aduertat, quod ad torturam moderatè, & temperatè, non infrenate deueniat, quod quomodo intelligatur, fuit dictum in d. 5. q. in uerſi. 7. aduertat iudex. Et inter alia debet aduertere, ne procedat eodem modo in torquendo in paruo ſicut in magno delicto, ut fuit dictum in d. 5. q. princ. in uerſi. nunc cum fecerimus. Et quid ſi tortus moriꝛ in tortura, vide in uerſi. ſed cum dictum ſit. & quomodo probetur aliquem eſſe tortum, uide ibidẽ in uerſi. ſubnectamus. Item debet aduertere iudex, vt nõ repetat torturam ſine nouis indicijs, quod quomodo intelligatur, vide ſupra ibidem; in uerſi. ſed ponamus quod tortus. Item debet aduertere in examinando & interrogando torquendum quomodo debet facere, uide ibidem, in uerſi. uidemus modo. Et an poſſit torquendum & tortum interrogare de alijs delictis, de quibus non agitur, de quo fuit dictum ibidem, in uerſi. quid autem ſi quis fuit poſitus. Item quid habeat facere iudex ſi tortus non vult confiteri, & quomodo, & cum qua cautela debet ipſum relaxare uide ibidem. in d. 5. q. prin. in uerſ. ſed po-

Ex hæc cum tota eius materia proſequendis criminibus, quæ pleriſq; occultè fiunt, iuxta verbum Domini, qui male agit, odit *lucem*, frequens, & quotidiana eſt, ideo diligentius, & accuratius pertractanda venit.

¶ Inditia vrgentia præcedere debent vt quis torqueatur. H. D.

1 Noto primo in tex. ibi ſine accuſatoribus, quòd & ſi de iure non procedatur contra reum niſi exiſtente accuſatore. l. reſcriptum. §. ſi quis accuſatorẽ. infra de mu. & hono. & in l. 3. C. de accu. & in c. quiſquis. 20. q. 4.

2 Et † etiam antequam quis torqueaf debeat iudex requiri, & ad inſtantiam partis quęſtio haberi, ſiue ſit accuſator ſiue ſit inſtigator in inquiſitione.

3 † Cum officium iudicis non impartiatur niſi petenti. l. 4. §. hoc autem iudicium, ſupra de dam. infec. & per Bald. in c. 1. §. iudices. col. 2. ver. quæro vtrum iudex faciat litem ſuam de pac. iur. fir. & ibi in addi. loquens de inquiſitione, & eſt in accuſatore glo. in l. quicunque. C. de ſer. fugi. quamuis Hyp. in l. 1. hoc ti. in prin. in quinto requiſito dicat per glo nil probari attamen optime probatur dum tex. vult, quod ſeruus poſſit torqueri, vt manifeſtet, vtrum propter lucrum capiendo callide, a domino ad domum, uel ad agrum eius qui eum ſuſcepit immiſſus ſit, gloſſ. in verb. oportet dicit, torqueri oportet mancipium ad petitionem conuenti. & ſic petente parte.

4 In inquiſitione etiam frequenter proceditur ad inſtigationem partis prout no. in capit. qualiter, & quando cl. 2. & maxime per Abb. ibi colum. 3. ver. & pondera gl. hic tamen proceditur ſine accuſatore, & ſic per iudicem ex inquiſitione.

5 Nam & ſi regulariter inquiſitio non concedatur, *attamen* multi ſunt caſus, in quibus inquiſitio datur & *ſunt illi*, de quibus per gloſſ. & Bartol. in l. ſecunda, §. ſi *publico*. de adulte. & per Angel. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac. & no. in d. capitu. qualiter, & quando maxime per Socyn. & per Specul in titu. de inquiſi. §. ſecunda. Sed aduertendum eſt quòd hodie de conſuetudine in quocunque caſu proceditur per inquiſitionem, vt dicit Gandin. in tracta. malefi. in rubr. quomodo de malefi. cogno. per inquiſit. colum. prima, verſic. ſed hodie, & Alberic. in l. ea quidem. columna ſecunda, verſicu. de conſuetudine tamen. C. de accu. & Aretin. in tracta. malefic. in verſic. hæc eſt quædam inquiſitio. columna quinta, & ibi in addi. Hyero. vbi multos adducunt. Et ita quotidie ſeruatur in locis Lombardiæ, & credo etiam in alijs ciuitatibus, in quibus proceditur per inquiſitionem pro quocunque delicto.

6 † Noto ſecundo, quòd ex hoc tex. probatur illa communis concluſio, quòd iudex habita aliquali informatione poteſt procedere ad capturam, & carcerationem rei.

7 † Non tamẽ ad quæſtionem niſi ſint maiora inditia, quæ urgeant, vt dicitur in tex. conſtat namque quòd rei de quib. in l. noſtra, erant carcerati, & difficultas oritur ſuper eo, an poſſint torqueri, luriſconſultus determinat, quòd non, dato quòd fuerint capti, niſi appareant inditia vrgentia, & ſic ex hoc tex. probatur, quòd informatio, ſeu inditium per quod datur libertas iudici procedendi ad capturam, non eſt habile, vt poſſit deueniri ad quæſtionem. ad idem eſt text. in §. §. audient in aucten. de defenſ. ci. vbi defenſores ciuitatum poſſunt capere malefactores, & carcerare, & tamen non poſſunt cognoſcere de crimine, ex quo dicit ibi Angel.

8 Quod antequam conſtet de crimine, malefactor poteſt capi, ne fugeat, adducit tex. in l. ſecunda, C. vbi de crimine ag. oportet, & ad idem eſt bo. tex. in l. diuus Adrianus. ſupra de cuſt. reo. & per hæc dico Angel. in tracta. malefic. in verſi c

Digitized by Google

ſie. Quì iudex in princip. male ſenſiſſe, dum vult, procedendum eſſe ad capturam, quando ſunt indicia ſufficientia ad torturam, nam illud non eſt expectandum ex quo in iſtis datur gradus probationis. Cum minor probatio requiratur ad capturam, & ſufficiat qualis qualis informatio, prout dicit Saly. in l. 2. in ver. no. 5. C. de exhib. re. & in l. abſentem colum. 2. ver. prouident tamen iudices. C. de accuſ. Et ad operandum hoc quod iudex poſſit inquirere, læues probationes requiruntur, ut per Bald. in l. 1. in 5. oppo. C. de ſum. Trini. & dicam infra in verſ. Minor, & in ſequen. maiores autē probationes requiruntur, quando iudex vult procedere ad torturam, ut probat tex. noſter, dum concedit de carceratis quæſtionem haberi, niſi indicia vrgeant, nec ad quęſtionem faciliter eſt procedendum, cum tortura eſt pœna non modica, vt dicit Abb. in c. 1. in 1. no. de confeſ. Ex quo habetur, quòd licet ab interloquutoria regulariter non appelletur.

9 † Tamen ab ea interloquutoria, quòd ad torturam procedatur, appellari poteſt. l. ante ſententiam. infra de appel. recip. & habetur in cap. ante ſententiam. 2. quæſtione 6. nec iudex ita faciliter procedere debeat ad quæſtionē, vt per Angel. in l. item apud Labeonem. §. quæſtionem, ſupra de iniu.

10 † Diſtinctio autem indiciorum lęuium, & indiciorum grauium cognoſcitur hoc modo. Nam ſi frequenter, & facile hoc ab illo contingit abeſſe. Tunc eſt læue indicium ut no. in l. cum res. C. de proba. & in l. ciuile. C. de fur. Si autem frequenter, & facile contingit adeſſe, tunc eſt graue inditium, ut nota. per Cyn. in l. metum. C. de dol. & hoc uerum, ſiue agatur de probando uero hominis actu, ſiue de probando animo. l. 1. §. ſed ſi claua. ſupra ad leg. Cor. de Sicar. & cap. ſignificaſti. de homi. & hanc no. doctri. tradit Bald. in l. non hoc. in fin. C. vn. cog. Alius gradus eſt probationis, quā do procedendum eſt ad ſententiam, & condemnationem, nam tunc luce meridiana clariores requiruntur. l. fi. C. de ꝓba. & l. qui ſententiam. C. de pę.

11 † Noto tertio, quòd quando ſunt inditia vrgentia, iudex ſemel torquet reum vt in tex.

12 † Sed ſi eſſent multum vrgentia, tunc fit repetitio in tortura, vt dicit Bartol. in l. unius. §. primo, hoc tit. Sed aduerte.

13 Quod repetitio hæc non poteſt fieri ultra tertiam uicem, vt per Angel. in l. fin. colum. 1. C. de quæſt. alle. text. in l. fideicommiſſa. §. ſi quis decem. de lega. 3. & ſequitur. Par. de Put. in tract. de ſind. circa finem in ver. viſo de repetitione colu. fin. & Mod. ponunt in l. repeti. hoc ti. & in hoc eſt aduertendum ad dictum Bar. hic dum dicit, iudicem non debere cogere reum ad confitendum, quia tūc ex indicijs, & ſuſpitionibus ipſum condemnaret. Et propter iſtud debet procedere in tortura cum moderanime. in eo enim ꝙ dicit Bar. ꝙ non debet cogere reum ad confitendum. cum damnaretur ex ſuſpitionibus, dici poſſet ex uerbis Barto. reum cōdemnari ex confeſſione, non autem ex ſuſpitionibus, quia confitetur.

14 † Ideo dictum Bar. intelligi debet, ꝙ iudex ſi habuerit ſuſpitiones, & indicia contra reum nō debet procedere in infinitum in tortura, ſed cum moderanime. Quia procedendo per quatuor vel. 5. vices, aut in infinitum vſque quo confiteatur, ex ea impreſsione prima, quam cępit ex contentis in proceſſu, tunc ipſe reus vi coactus confiteretur. & tunc iudex damnaret ipſum ex illa prima impreſsione habita per inditia, cum confeſsio eſſet uiolenta, & ideo quæſtio debet eſſe moderata, & moderatio iſta reducitur ad tres vices. i. ad tres dies ſeparatos. & pro qualibet vice habere debet ipſe reus tres ſaccatas, ſeu eleuationes, & depoſitiones, vt practicatur quotidie, & hoc modo dictum Bartol. intelligit Paul. de Caſt. in conſ. 197. viſa inquiſitione ſupra ſcripta ac etiam teſtibus. in antiq. & 299. in no. vol. 2.

Inditiorum materia latius per Bar. hic tractatur, quàm alibi. Sequendo eius ueſtigia, cum in diuerſis locis ſuper ipſis uerba habeantur, colligendo, quæ ſparſim dicta ſunt per alios, & ad certum ordinem redigendo, vt facilior ſit eorū cognitio. Ideo procedam per partes infra ſcriptas, ſed pro cognitione generali totius materiæ amplectendo ea, quæ Bar. in l. hac noſtra ponit.

15 Primo præmitto, id quòd dicit Bar. in princ. iudicem inquirentem debere eſſe certum de corpore interempto, uel ſi eſt furtum, quòd ſit fama de re ſubtracta uel in vicinia, uel alibi, prout iudex informari poterit de ipſo delicto. Iaſon in l. iuſiurandum. §. procurator. columna octaua, verſic. ſecundo, limita. ſupra de iureiu. referens Ang. in l. certum. §. 1. ſupra de confeſ.

16 † Dicit, quòd ſi quis confeſſus fuerit hominem occidiſſe, quòd niſi appareat de corpore, non ſtatur eius dicto. Limitat tamen ex mente Ang.

17 † Niſi fuerint aſſaſſini, quòd veriſimiliter potuiſſent hoc facere ob qualitatem loci. Et quod ita fuit indicatum per Nico. de Iam. l. de pra. & ceſſante tali veriſimilitudine, & exiſtente bona fama non poſſent puniri, niſi corpora apparerent. referens Bal. in addi. ad Spe. in ti. de ſen. §. pe. in addi. mag. in uer. Titius fuit confeſſus. quòd ſi quis confeſſus fuerit hominem occidiſſe & proieciſſe in mari, non ſtatur eius dicto, niſi ſubſit fama de homine mortuo, nec refert an certo nomine ſit nominatus mortuus vel ſine nomine, vt per gl. in c. libellorum. 2 q. 8. no. & per Bal. in l. quotiens. §. ſi quis. de here. inſti. Ang. in d. l. certum. aliud ſenſii, quàm Iaſ. in d. loco referat, cum uelit confeſſionem incertam de corpore non valere, per text. ibi ſed ſi eſſet confeſsio de certo homine, de quo poteſt liquere eum eſſe mortuum, tunc ualeret, quamuis dicat Nic. ſeruaſſe contrarium, non tamen eius opinionem apprehendit. In hac mā difficultatem faciebat tex. in l. 1. §. item illud. ſupra ad ſi. per quem probatur debere eſſe certum indicem de homine mortuo. Et de delicto ibi, dum dicit, niſi conſtet. & ibi liquere igitur debet. Ex quo uera probatio, non autem fama requiritur, facit etiam tex. in d. l. certum. in prin. ibi ſi quis incertum ueluti corpus cōfiteatur. & tex. in l. 1. in fin. ſupra. eo. Facit etiam difficultatem gl. in l. inde neratius. ſupra. ad. l. Aquil. vbi confeſsio nocet, ſi non probet confitens eum uiuere, quem dixit interfecille, ex mente Ang. in. d. l. certum, & Bal. in addi. Spec. in titu de ſen.

18 In hoc articulo ſic diſtinguerem, quòd aut delictum de quo querit ſubijci poteſt oculis, vt corpus mortuū, uel quid ſimile, & tunc iudex non procedat etiam inquiſitione generali, niſi uiderit cadauer. & ita intelligatur id quòd dicitur hìc, & quod habetur in l. j. §. item illud. ſupra ad ſil. ibi dū dicit, liquere autem debet. Aut ſecundo caſu res non poteſt ſubijci oculis, put eſt de homine proiecto in mari, uel igne conſumpto, uel de re furto ſubtracta, tunc ſi fama eſt de certa perſona, & in indiuiduo iudex procedat, & ita ſentit Bar. & Ang. in d. l. certum per tex. ibi dum dicit, certum eſt vt puta Titius. & ita etiam procedat quod dicit Bald. in addi. ad Spec. Aut incerta eſt perſona, & incerta res, tunc quia confeſſio non præiudicat exiſtente tali magna incertitudine, neque iudex poterit ꝓcedere ad inquiſitionem, ut ſenſit Ang. in d. l. certum. cum tex. ibi dicat incertum ueluti ſi corpus, nam eo caſu ex tali incertitudine fundamentum aliquod haberi non poteſt pro ut dixit text. ibi & in l. prima, in fin. hoc titu.

19 † Secundo præmitto, ꝙ rectores mittūt militem, uel aliū officialem ad uidendum hominem mortuum, & ad uidendum vulnera, & hoc faciunt ſcribi vt per Bar. hic, & per Angel. in l. 1. §. item illud ſupra ad ſil. Nam inquiſitio quandoque fit per inſpectionem oculorum, uadit. n. iudex perſonaliter, & inſpicit quendam l. fi. C. de ꝙu. reo. l. iudices. C. de epiſco. audi. ita Bar. in l. 2. §. ſi publico. colum. 2. verſic. circa primum in fi. ſupra de adul. Vnde per iudicem maleficiorum, vel ſaltem per militem contemplari debent vulnera.

20 † Et ideo ſeruat conſuetudo mundi, ut homine interem pro habēre plura vulnera ſiue ab uno ſiue a pluribus, miles curiæ inſpiciat cadauer, & vulnera, & ea in ſcriptis reducet mortalia pro mortalibus, & non mortalia, pro non mortalibus. Ita no. Ange. in l. fi. C. de ſicar. Moder. vltramontani in ſua pract. dicunt, ꝙ iudex debet mittere chirurgicos, & medicos pro contemplatione vulnerum, & illos cōſulere, qui conſiderata qualitate vulnerum ſm artem ſuam exponant, & referant ſi vulnera ſunt mortalia, uel occaſione eorum vulnerum mortis cauſa data ſit, & omnia ſcribātur. l. fi. & l. ſi ſemel. §. cauſa. C. de re mili. libr. 12. l. 1. §. 3. ſupra de ven. inſpi. l. cum ita, ſupra de verb. obli. Et hanc practicam exiſtimo meliorem, cum medicus magis cognoſcat mortalia a non mortalibus, quàm alius miles, uel iudex, & ēt ex quo genere armorum ſint facta, cum expertis in arte ſua ſit credēdum. l. 1. ſupra de uen. inſpi. & ibi Bar. in prin. & c. propoſuiſti. de ꝓba. & ibi Dēc. & relatio medici multum faciet ad cognitionem cāę, & ad iudicandum in pura rixa, quis teneatur de occiſo, & quis nō, & maxime ex quo genere armorum. iux. l. fin. ſupra de ſic. & ibi no. Erit ēt utilis talis relatio, ꝙ ſi vulneratus iacuerit poſt vulnera per aliquod tēpus ut per 11. dies, ꝙ medicus referēdo declaret, an vulnus a princi. fuerit mortale, nā ſi a principio nō fuerit mortale, de occiſo nō teneatur, dixi in ea. q. Quando qs dicatur mortuus ex vulnere.

21 † Tertio præmitto ex mente Bar. hoc, ꝙ ſi iudex fecerit inquiſitionem generalem, & examinauerit teſtes, ad hoc vt ꝓiudicent reo, debent iterum examinari citato ipſo reo & exiſtente contradictore, aliàs non præiudicarent. l. ſi quando. C. de teſti. & tales teſtes lite conteſta. ſunt re examinandi. & dicit Saly. in l. fin. in fin. C. de quæſt. ꝙ tunc reus debet dare interrogatoria prout etiam refert, & ſequitur Angel. in ſuo tract. in ver. quòd fama publica. verſicu. Quæro qualiter. & dicit Hip. in l. 1. in princ. colum. 2. quòd aliqui iudices erant,

qui

Digitized by Google

qui examinant teſtes non citato reo, nec ipſo præſente, adducit multas auctoritates.

22 † Aduerte quòd ſtilus, & conſuetudo eſt in Ciuitatibus Lombardiæ, quòd teſtes ſiue ſuper generali ſiue ſuper ſpeciali inquiſitione, & ēt ſuper accuſatione examinātur ſine citatione partis. & iſta talis practica, & conſuetudo ſeruanda eſt, vt dicit Alex. in conſ. 41. incip. habita ſuper contentis col. fi. ver. & data vol. 2. ꝙ duplicandum eſt in conſ. 65. vol. 1. adducens, quòd ſtilus debeat obſeruari tex. in l. fi. C. de iniu. & in l. 3. §. fi. ſup. de teſti. & quæ no. Cy. in l. 2. C. quæ ſit long. conſue. & in c. fi. de conſti.

23 † Ratio aūt dictę conſuetudinis potuit eſſe ex duplici capite, quia ſi teſtis primo examinatus depoſuerit unum cum iuramento, ſi poſtea iterum examinetur, & contrarium, vel quid diuerſum deponat, neutrum valet, & teſtis punitur de falſo, prout no. Bar. per illum tex. in l. eos. C. de fal. & But. in c. cum in tua. de teſtib. & Anch. in c. 2. de teſti. in clem. & ſecundum alios valet primum no. Abb. Card. Felyn. in d. c. cū in tua. & eſt periculoſum, ꝙ ſecundo examinentur. l tē nulla pōt oriri utilitas ex ſecunda depoſitione, quia teſtis primo examinatus poteſt referre ſe ad primum eius dictum, & petere, quòd ſibi legatur prima atteſtatio no. Bar. in d. l. eos. ſupra, de fal. Item alia potuiſſet eſſe ratio, quia quando in criminalibus proceditur ex arg. & indicijs. eo caſu teſtes examinantur ſine citatione partis, tex. eſt in c. 1. de homi. libr. 6. & ibi Gemi. & Phil. Fran. in ver. argūm, ſed qñ agitur de homicidio, proceditur ex argumētis, & indicijs. l. milites. §. oportet. C. de quæſt. l. fin. C. de proba. ideo inoleuit practica, ꝙ citatio non fiat, cum frequentius procedatur ex indicijs, & ita cotidie ſeruatur, & ex conſuetudine lis non conteſtatur, ſed primo examinantur teſtes, poſtea procedit ſuper accuſatione, uel inquiſitione, & accepto conſtituto rei quod eſt loco litis cōteſt. ex dictis teſtium prius examinatorum proceditūr ad torturam ſine publicatione proceſſus.

24 † Quarto præmitto ex mente Bar. hìc in q. pen. quòd reus petere debet copiam indiciorum.

25 † Et iudex tenetur eam dare ipſi reo antequam procedat ad torturam, & rō eſt, qa diſputandum eſt ſuper ipſis indicijs, iō eorum copia eſt dāda. l. unius. §. cogniturum. hoc ti. Item alia eſt rō, quia actori non debet licere, ꝙ reo non liceret, ſed pares eſſe debent in ꝓcedēdo. c. 2. de mu. peti. c. non debet. de reg. iur. Nā actor ꝓducit teſtes, ergo reus debet ſe defendere. Item qa iudex fidē non adhibet qōni, ſed de confeſſione habita in tortura poteſt ex poſt cognoſcere. l. 1. §. fi. hoc ti. Ergo & ante debet cognoſcere, & defenſiones rei uidere, cum quæſtio ſit remedium irreparabile. l. 2. C. de appel. recip.

26 † Sed aduerte, ꝙ indicia petens debet allegare aliquam cām ob q̄ velit ſibi dari copia inditiorum, quæ ſit legitima, no. Paul. de Elea. in c grauis. de depo. Alex. in conſ. 65. col. 1. & pen. vol. 1. & Albe. in d §. cogniturum. Sed ex communi vſu defenſiones pro reo petuntur, & indicia, abſque eo, ꝙ cauſa aliqua allegetur, niſi hoc, ꝙ vult defendere ipſum reū.

27 † Item & teſtiū noīa ſunt danda cum atteſtationibus. ca. qualiter & quādo. § debet de accu. & ibi Hoſt. Are Fely. Io. de Ana. & Imo. iſtud limitāres. Si eſſet timor potentię ipſius rei, ne offenderet teſtes, nā tunc non dareutur nomina, arg. tex. in c. fi. de hære.

28 † Iō inoleuit practica, ꝙ noīa denē confuſa, & ſeparata a dictis teſtiū ob potentiā reorū, ne poſſint ſcire, quid dictū fuerit ab vno quoq; ipſorū teſtiū. Itē danē indicia oīb. & nō certis, vt ſi eſſet male condōnis, uel ꝙ ex officio procederetur vt dicūt Ang. Aug. in prac. in ver. fama publica. num. 37. 38. volentes, ꝙ in his caſibus nō detur copia indiciorū, quia dico iſtud eſſe contra ęquitatem naturalem, ut ſentit Ang. loco de quo ſup. nam defenſio non eſt deneganda. Cum ſit de iure naturę. c. paſto. de re iudi. in clem.

29 † Sed an iudex ex offō teneaē dare copiā īdiciorū ipſi reo, an vero requiraē hoc, ꝙ pars petat indicia. Hip. in ſua pract. in §. nūc uidendū. in prin. dicit ꝓ ea opinione, ꝙ iudex non teneaē dare copiā ipſi reo, niſi petaē, facit tex. in l. vnius. §. cogniturū. in verb. reo poſtulāte. hoc ti. & tex. l. 1. §. magiſtratibus ſup. de mag. conue. itē & gl. in l. vniuerſa. C. de p̄ci. impe. offe. & ibi Paul. de Caſt. inferens ad ſtatutum mādās fideiuſſores præſtari, intelligitur. n. ſi fuerit petitū. Item & regula illa, quòd officium iudicis non impartitur niſi petenti. l. 4. §. hoc autem iudicium, & quæ ibi no. per Doct. ſup. de dam. infect.

Pro ꝙria opi. ꝙ immo iudex teneatur dare copiam indiciorum ēt reo non petente adducit, ꝙ iſta datio indiciorum eſt defenſio, quia reus opponit ꝙ perſonas, & dicta teſtiū ſed iudex ex officio ēt nemine petente quærere debet defenſiones rei. l. ſi non defendantur. infra de pe. & per ea q̄ no. in l. 1. §. fi. hoc ti. ponderando verbum (debebit) poſitum in d. l. ſi non defendantur, quòd importat neceſſitatem ut ꝓ gloſſ. in cap. attendentes. in ver. debet. de ſtat. mo. in cle. cūm alijs.

30 † Itē quia iudex debet exercere offīm ſuum ēt non imploratum, qñ tale offīm reſpicit miſerabiles ꝑſonas, uel actū piū vt ꝓ Bar. & alios in d. l. 4. §. hoc aūt iudicium. Sed carcerari dicunt miſerabiles ꝑſonę l. ſi qs ad declinandā. C. de epiſco. & cler. l. 1. C. quan. imp. int. pup. & uid. & ibi Doc. & eā carceratorū dr̄ pia, ut per Bar. in trac. de carcer. in fi. & per Bald. in l ſi quis pro redēptione. C. de dona. ipſe tñ diſtinguit, ꝙ aut reus carceratus eſt homo idiota, aut ruſticus, mulier, pupillus, uel alius ueriſimiliter ignorās ius, & neſciens facere ſuas defenſiones, & hoc caſu iudex ēt reo non perēte teneat dare copiā indiciorum ꝓ tex. in l. ne quicquā. §. aduocatos. ſupra de off. procon. Cum ēt in actibus pijs debeat ſupplere ex officio ut ꝓ Inn. in c. ad nr̄am. de iur. iur. & per Bal. in l. ne quicquā. §. ubi decretum colu. 10. Cum ēt iudex in cā dotis interponit offīm ēt non petitū, qa eſt cā pia. l. ſi cū dotem. §. eo aūt tpe. ver. nec vero ſup. fol. matr. & per Alexan. in d. §. hoc aūt iudiciū. cū ēt iudex teneat ſupplere q̄ deſunt partibus, & aduocatis. to. tit. C. ut q̄ deſ. aduo. par. Et ēt quia iudices teneāt reos in carcerib. ſecretis, ne poſſint cōſulere peritiores, quo caſu non eſt eis imputāda ignorātia iuris, ut ꝓ gl. in l. iuris. c. q admit. & ibi ꝓ Alex. uolentē, ꝙ qñ quis facile āliquid facere non pōt, perinde eſt, ac ſi illud facere nō poſſit. c. quamuis. & ibi gl. in ver. continuatis. de off. ord. in 6.

31 † Cū ēt ignorātia iuris nō noceat in damnis euitandis vt hr̄ in l. iuris. & in l. error. & in l. rta. & ibi gl. ſup. de iur. & fac. ign. Si vero reus carceratus ſit prudēs, ſagax, & lr̄atus, & qui ueriſimiliter ſcit petere copiā. Tūc iudex ex offō nō tenef dare copiā, ſi reus nō petierit, cū imputari debeat ſibi ipſi, cur non petierit, ꝓ reg ꝙ quis ſua culpa ſentit, ſibi imputet. c. dā nū. de re. iu. in 6. Itē quia ſcientia, & patientia cum taciturnitate ęquipatur conſenſui. l. ſi filius. C. de pe. hęr. & ibi Bar. & Ang. & in l. q in aliena. §. quòd ſi nō adierit. ſup. de acq. hęre.

In hac. q. puto indiſtincte iudicē nō teneri ad dādū indicia reo, niſi fuerint petita, & iſtud iuridicū puto, nā aūt reus ſpōte venit ad carceres & tunc antequā p̄ſentet ſe ad carceres, dēt aduocatos cōſulere, & res ſuas, & męſtos penates cōponere, ut dicit tex. in l. 2. C. de exhi. re. ibi adhibita aduocatione. & ſi iſtud nō egit, ſibi eſt imputandū, & hoc caſu iudicis offīm nō dēt impartiri, cū habuerit ptātem ipſe reus conſulere reb. ſuis, ſtāte ēt eo, ꝙ infra dicā. aut capiē a iudice, & carcerāē, & tūc non dēt iudex ex offō indicia dare, qa ſine traditiōe indiciorum pōt iudex procedere ad ſnīam, ita eſt gl. in c. fi. in ver. iudicis. de hære. li. 6. & ſibi imputet reus, potuit. n. iuri ꝓ ſe introducto renūtiare, & tūc tacite renunciat, ut uoluit gl. in c. 1. in ver. fuerunt. de accu. lib. 6. & ſequitur. Cæpol. in conſ. 66. teneo idē. ver. nec poteſt. alleg. Ang. in l. ſi vacantia. C. de bon. vac lib. 10. col. 14. & 35.

Præterea ſi ipſe iudex ex offō inſtaret, ꝙ reus acciperet indicia, & ſic ipſo non petēte uellet defenſiones ipſi reo dare, videretur iudex hr̄e intentionē, ꝙ probationes factæ ꝙ reū nō eſſent legitimę, & ipſe reus eſſet in caſu, quòd poſſet ſe defendere ab obiectis cōtra ipſum, & ſic propalaret ipſe iudex opinio. ſuam antequam ſentēciā ferret, ꝙ fieri nō debet.

Præterea ſuperflua, & inanis eſſet datio indiciorū ipſi reo, ſi ipſe nō haberet aduocatos, quos ꝙſuleret, & quorū medio eius defenſiones & iura ſua deducerent, quia ipſe exiſtēs in carcerib. & ignarus lr̄arum, ut puta ruſticus, mulier, uel alia ꝑſona idiota ignoraret, q̄d ſibi eſſet agēdū, ꝓ ſua defenſione. ex quo dico, ꝙ cautius, & melius faceret iudex dare aduocatos ipſi reo, qui eius defenſiones cōſiderēt, & iura ſua deducant, ipſum defendēdo, & ita ꝓcedāt ea, q̄ deducūtur ꝓ iſta parte, ꝙ iudex dēt ſupplere, & offīm ſuum impartiri ēt non petitum in cā carcerati, nā intelligēdū eſt in dando aduocatos ad hoc vt reus defendatur, vt eſt tex. in l. ne qcquā. §. aduocatos, & alia ſuperius adducta, & debet ſupplere iudex in eo caſu, in quo utilitas aliqua oriri pōt ad beneficiū rei, non aūt inaniter, ꝙ eueniret ex ſola indiciorum prętatione ſine cōſtōne aduocatorum, nam dato aduocato reo ipſe hñs iuris cognitionē petet copiā indiciorū, & alia peraget, q̄ erūt neceſſaria, ꝓ defenſione rei, & ceſſabunt exinde oīa, q̄ deducuntur in ꝙrium, & uerificabitur id ꝙ hr̄ in l. cuſtodias. ſupra de pub. iud. & ita cotidie ſeruaē, ꝙ iudices & poteſtates dant aduocatos carceratis, & cum proceditur in cauſa, quicunque vult indicia, illa petit, & ita uidi ſeruari.

32 Quinto p̄mitto, ꝙ ad hoc ut teſtes faciāt indiciū, neceſſe ē, vt deponāt illud, ꝙ eſt ueriſimile, aliàs aūt indiciū ñ facerēt.

33 † Et ueriſimile eſt illud, ꝙ uero vr̄ ſimile & non ueriſimile eſt, ꝙ a vero diſſimile vr̄, ut dicit Bald. in l. ea quidem, colu. 2. ver. ueriſimile. C. de acc. adducit tex. in l. miles. §. mulier. ſupra de adul. & in l. fi. ſup. quòd me. cāu. & dicit Iun. in c. audiētis. circa med. de præſcr.

34 † Qđ illa ſunt ueriſimiliora, q̄ magis ꝙſonāt iuri cōi, vñ Bal. in l. ñ hoc. C. vn. legi. dicit, ꝙ indiciū eſt ꝙiectura ex ꝓbabilib. & non

Digitized by Google

& non neceſſarijs orta, a qnibus poteſt abeſſe veritas, ſed nō
veriſimilitudo veri, quæ qñq; mentē iudicantis perſtringūt,
ut cogant conſciam iudicis iudicare ſecundum ipſa ut no.
in l. neq; natales. C. de proba. & veriſimile dī tripliciter. Vno
mō qñ teſtis deponit ea q̄ cōſonāt iuri. cōi, ut dixi & uoluit
Anch. in c. j. de reſcri. lib. 6. & Ro. in rub. de arb. col. 10. verſi.
Itē p̄ferunt̄ veriſimiliora. Scdo qñ conſonat rōni vt per Bal.
in l. qui accuſare de edē, & in l. teſtiū. col. pen. C. de teſt. Ter-
tio qñ melius factum narrat ut p̄ Bald in l. teſtium. & uoluit
Cur. in trac. de teſt. q. 10. Vnde Bal in l. j. C. q. & aduer. quoſ.
dicit, q̄ ad hoc ut ex ſemiplena proba. deferatur ſacr̄m, dēt
eſſe non ſolū ſemiplena, ſed veriſimilis, nā ſi in contrariū eſt
veriſimile probatio eliditur, & ſacr̄m non defertur, & idem
Bal. in c. j. de confeſ. poſt gl. ibi dicit.

35 †Quod confeſſio de homicidio ſine alia probatione hēt
pēnā, ut confitens capitaliter puniat̄, q̄ eſt verū dicit ipſe, ſi
confeſſio ſit veriſimilis, ut qs præceſſerunt inimicitiæ capi-
tales vnde iudex dēt perquirere rōnē, cur fecerit, & ſi iudici
conſtaret de innocentia, non dēt ſequi confeſſionē eius, ad
ducens tex. in l. j. §. ſi quis uiro. ſup. eo. & in l. j. C. ad l. Cor. de
Sica. & in l. inde Neratius in §. ult. ſup. ad l. aquil. & idē Bald.
in l. clarum. C. de auc. præſtan. dicit.

36 †Quod confeſſus extra iudicium pōt cogi ad perſeveran
dū in illa confeſſione, ſi modo eſt veriſimilis. l. q̄ro, in fi. ſup.
de ædi. edic. l. capite quinto. ſup. de adul. ſecus ſi non eſſet
veriſimilis. l. milites. §. opponet. C. eo. l. j. C. ſi quis imp. male.
& Are. in c. cum. p. de accu. col. 5. nu. 22. dicit.

37 †Quod ſocio criminis credit̄ in criminib. exceptis, ſi mō
ex qualitate deponētium, uel ex perſona eorum, q̄ quos op
ponitur, ueriſimile ſit eū non mentiri, & caſum eſſe ſingula-
rē dicit in c. in fidei fauorem in fi. de hære. in 6. & dixi de
hoc inf. in ver. confeſſio extraiudicialis in prin. & Ange. in l.
2. C. de q. ibi veriſimilia cauſæ dicit, q̄ cū procedūt argumē
ta accedentia ad veriſimilem cām criminis ex ipſis ſolis po
teſt deueniri ad tormenta. cū nō oē indicium ſit ſufficiens.
ſed dēt eſſe tale, q̄ veriſimile ſit argñ illud maleficiū eſſe p̄-
petratum per eū, & in h. d. eſſe notabilē illā literā, q̄ ponde-
rare dēt mul-ū, q̄ aſſidet in criminalib. Vñ attenta tali veriſi-
militudine Fely. in c. auditis. col. 11. uer. inquātū poſtea. nu.
36. dicit poſſe limitari gl. in c. clerici. 81. diſt. volentem q̄ cæ
tens parib. immo aliquali diſperitate p̄ferantur teſtes rei.
Quā gl. dicit peregrinā & ſingularē in criminalib. fauore ab
ſolōnis, & didiciſſe a Bal. in l. lata. C. qui accn. non poſ. Ro. in
l. in illa ſtipulatione. §. de uer. ob. de qua meminit Cur. in tra
cta. de teſt. 27. concl. eam limitat, & reſtringit ipſe Fely. non
procedere vbi teſtes actoris deponerent veriſimiliora, &
idem Fely. in d. c. auditis. late inſiſtit in demonſtrando veri-
ſimilitudinem attendi. & Laſ. in l. ſi extraneus in 4. no. ſup. de
cond. cau. dat. cau. non ſecu. & Hyp. in rub. de prob. nu. 108.
Vbique adducentes illud.

38 †Quod non veriſimile eſt ſpēs falſitatis per dictū Bald. in
l. j. in 3. col. C. de ſer. fu. qui dicit, q̄ remotum a veriſimili eſt
ſpēs falſitatis, q̄ ēt uoluit Car. in cle. ne Roma. in prin. de ele.

39 †Sexto p̄mitto, q̄ p̄p diuerſitatē q̄ in legib. hr̄ an unū ſeu
plura indicia requirant̄, cū oēs fere leges videant̄ loq̄ in plu
rali, ut in l. j. in prin. & in l. unius. § j. & in l. noſtra, & in l. mili
tes. C. eo. & cum loquant̄ in plurali unius numero non ſunt
contentę l. vbi numerus. ſup. de teſti. Aliquæ tñ gl. ſint, q̄ ſen
tiant unū tm̄ ſufficere in l. ſi quis. C. ad l. iul. maie. & glo. hic
in uer. ſuſpitionib. dū de ſuſpitione loquit̄ in ſingulari, & ex
inde Doc. cogantur dicere, q̄ iſtud relinquitur arbitrio iu-
dicis ut per Bar. hic, & per Sal. in l. fi. C. eo. & p̄ Io. And. An.
de But. Car. Abb. & alios in c. cū in contēplatione. de regu.
iur. & Bal. in l. obſeruare. col. 1. C. quo. app non recip.

40 †Qui dicit, q̄ relinquit arbitrio iudicis, q̄ indicia ſint ſuf-
ficientia, q̄ non, quia nulla certa doctri. dari pōt. l. 1. §. ſi expil
latores. ſup. de effra. & expilla. & idē Bal. in l. milites. in prin.
C. de q. & Ang. in d. l. milites dicit q̄ certa reg. tradi nō pōt,
in materia tormentorū. Sed aduerte, q̄ iſtud arbitriū iudi-
cis regulat̄ ſecundū diſpōnē iuris cōis ut ſenſit Bar. in extra-
uag. ad repri. in uer. uidebit̄, & in l. ſi in lege. ſup. loc. & Ang.
in l. j. ſup. de teſta. mi. & dicit Ro. in l. filiusfa. col. 3. uer. 4. ca-
ſu, q̄ quando habet arbitrium ſimpliciter, q̄ tunc in omni-
bus habet ſeruare regulas iuris ciuilis.

41 †Quia intelligitur in dubio de arbitrio boni iuri. d. l. ſi in
l. & l. hæc uenditio. ſup. de p̄h. emp. & l. ſi cū ea. cū ſimil. C. de
do. pro. ni. & Pariſ. nunc Reue. Car. & p̄ceptor meus in q̄ſi.
151. paucis agā. col. 3. uer. ex quib. uol. 4. dicit, q̄ licet iudicis
arbitrio q̄mittat̄, an indicia ſint ſufficiētia ad torturā vel ne.

42 †Tale arbitrium non debet eſſe abſolutum ſed limitatū
a lege, & ſecundum legis diſpoſitionem.

43 †lō Bar. in hac l. diſtinguit, q̄dam eſſe indicia gñalia, & re-
mota, & iſta non ſufficiunt de per ſe ſine aliis indicijs, nec ſo
la ſunt ſufficientia ad inferendā torturā, ut puta mala con-
ditio, & mala fama in homine facit indicium qualequale. l.
de minore. §. pe. ſup. eo. Itē conuerſatio in domo. Item no-
titia rei ſubtracte. iſta. n. de per ſe non faciunt indicium, ſed
coniuncta inſimul bene illud inducerent. ut per Bar. hic, &
Sal. in l. fi. C. eo. dicens, q̄ ſi eſt indicium generale contra plu-
res de electo, cum exterus committere non potuerit, & in
dubium ſit, quis ex pluribus deliquerit.

44 †Tunc mala fama unius iuncta cum illo gñali indicio fa-
ciet indicium ſufficiens ad torturam. Ita dicit Saly. in d. l. fi.
ver. quæro, an ſufficit, arg. eius q̄ dī de nauta in l. quotiens.
C. de naut. lib. 10. idē dicerem de inimicitia, de fuga, de ar-
morum delatione, & aliis ſimilib. indicijs, q̄ in homicidio
ſimplici non ſufficiūt ad torturā, & rō eſt, quia talia indicia
de per ſe frequenter & facile cōtingunt abeſſe a delicto, nā
qñq; quis interficit̄ ab alio q̄ inimico, & quis aufugit abſq;
eo q̄ quid deliquerit, timens iuris ſequitiam, q̄ in delictorum
cognitione adhiberi ſolet. & ēt quis defert arma abſq; eo,
q̄ delinquat, & iſtud frequenter, & facile euenit, & eſt indi-
cium leue, ut dicit Bal. in l. non hoc. in fin. C. vn. cog. & dixi
ſup. in 2. no. in fi. & exemplificari poteſt in ſimilibus.

45 †Quædam uero indicia ſunt propinqua tangentia nego-
cium de quo quæritur, & iſta faciunt indicium ad torturā,
vt puta unus bonus teſtis de uiſu. Item confeſſio extraiudi-
cialis, uel captus in loco delicti, uel ſi res reperta eſt apud ali
quem: ita Bar. hic & Saly. in d. l. fi. Quos cōiter doc. ſequun-
tur, & rō eſt, quia frequenter & facile contingit delictum eſ
ſe commiſſum ex ipſa probatione ut per Bal. in d. l. nō hoc.
in fi. C. und. legi. nam ſi quis uiderit, præſumitur id eſſe actū,
& ſi teſtis de uiſu, & oculus vr̄ hr̄e certitudinem quandam
in ſe, quam ſenſus auditus, cum certior aurę arbiter ſit ocu-
lus. §. fi. inſti. de gra. Item ex confeſſione extraiudiciali dēt
idem, cum nulla ſit maior probatio, q̄ propria oris confeſ-
ſio. l. gñaliter. C. non nu. pecu. q̄ idem dici pōt de reperto in
loco, & de re ſubtracta reperta pęnes tertiū. Nam hoc fre-
quenter & facile contingit hr̄e delictum in ſe. & hoc idē di-
ci in alijs ſimilibus indicijs, de quib. inf. & ſecūdū iſtā diſtin
ctionē intelligi pōt illud, q̄ dicit Io. And. in addi. ad Spec. in
§. ſpecies in addi. inci. lex unica in fin. de præſum. & q̄ dicit
Iac. de beuiſ. in §. ſi uero. in auc. de exhib. rei.

46 †Septimo premitto, q̄ indiciū dēt probari per duos teſtes
per gl. in l. fi. C. famil. erci. Saly. hic dicit Bar. male allegare gl.
in d. l. fi. cum loquatur ce indicijs diuerſis ab his de quibus
eſt p̄ns materia, ſed q̄ ſufficit regula generalis. l. ubi nume-
rus. ſup. de teſtib. & q̄ dī in Euangelio, q̄ in ore duorum vel
trium ſtat omne uerbum. c. nouit. de iudic. hoc idem uoluit
Ang. in l. fi. in prin. in uer. eſt tamen indiciū ſup. q̄ met. cau.
dicens, q̄ indicium ſemper dēt p̄bari per duos teſtes, aliàs
non eſt probatū: exemplificando in eo teſte, qui dixit, q̄ re-
perto hoīe occiſo uidit Titium fugientem cum gladio ſan
guinolento in manu, non. n. eſt probatū indicium ſufficiens
ad torturam, exemplificando ēt in furto, ut dicam. inf. Ad-
ducit & ipſe gl. in d. l. fi. Bru. & plerique alij Mode. dicunt in
diciuni probari per unum teſtem de uiſu, ſed ſi erit remotū
a maleficio debet probari per duos teſtes, adducunt multas
deciſiones, & Hypo. hic in 2. col. quem uideas quia cōis eſt.

47 †Aduerte tamen, q̄ Bar. in præce. q. dum diſtinguit de in-
dicijo. Dicit indicium propinquum eſſe tangens negocium,
ut unus teſtis de uiſu, confeſſio extra iudicium, captus ibi
uel res reperta apud eum. indicium vero remotū dī homo
male condōnis. & ſimilia, ideo ſi uelimus dicere, q̄ indiciū
remotum debeat probari per duos teſtes, indicium propin-
quum probaretur per unum teſtem, & tamen confeſſio ex-
traiudicialis, & alia ſuperius enūmerata ultra teſtem de ui-
ſu probari debent per duos teſtes, & ex regula generali ſu-
perius tradita, q̄ indicia debeant probari per duos teſtes ēt
q̄ ſint propinqua, ut in exemplo Ang. tradit in d. l. fi.

48 †Vnde dico, aliud eſſe, quod probetur maleficiū. Aliud
q̄ probetur indicium, ad oſtendendum maleficium. ideſt,
quod probetur qualitas aliqua, vel facti uel uerbi ſeparata
a maleficio, ex qua oriatur ſuſpitio pęnes iudicem, ut dicat
indicium eſſe contra reum, ſi enim teſtis deponit de ma-
leficio per unum, ex quinque ſenſibus uidelicet uiſum, audi
tum, guſtum, odoratum, & tactum, per quos ſenſus fit ple-
na probatio.

49 †Et teſtis per illos rōnē reddere tenetur, ut uoluit Cice. in
lib. 2. ad Heren. in c. cā coniecturali. in ver. Argñ. ibi, nunquid
aliquo ſenſu perceptum ſit aſpectu, auditu, tactu, odore, gu-
ſtu, nam quis horum ſenſus pōt conflare ſuſpitionem. idem
uoluit Barto. in trac. de teſti. col. 1 in uer. teſtis cauſam ſui di
cti. & per Soc. in conſi. 54. uiſis teſtibus colum. j. uerſi. ex qui-
bus. ubi uult duos rixantes cognoſci ad uocem per teſtem
& directe deponi ſuper maleficio, in his caſibus, ſi teſtis depo
nit non dicitur probare indicium, ſed probat maleficium.
ut ſi teſtis dicat uidiſſe Titium uulnerantem, uel audiuiſſe
blasfemantem, uel iniuriantem uerbis, uel noctis tempore
duos ſibi cognitos tetigiſſe ſimul ſe cognoſcentes, uel quid

Digitized by Google

ſimile directe demonſtrans delictum, nam ſi duo eſſent teſtes deponentes de ipſo delicto, oriretur plena probatio, ſed quia eſt unus tm̃ teſtis, & eius dicto imperfecto, quo ad plenam probationem oritur indicium, & p ꝙnſ indiciū pro uenit ex probatione ſuper maleficio, non aũt ꝙ probet indicium, & iſtud eſt quod uoluit Bar. hic dum dicit, illud ꝙ dixi ꝙ vnus teſtis facit indicium, eſt verum de uno teſte, q̃ teſtificat̃ de maleficio ipſo. Ex quo male dicunt Mod. qđ indicium probatur per unũ teſtem de uiſu, ſed ſi quis vellet probare qualitatẽ aliquã ſeparatã a maleficio, ſiue propinquã, ut eſt in ꝙfeſſione extraiudiciali, uel in capto in loco delicti, vel de re reperta apud aliquẽ furto ſubtracta, ut exẽplificat Bar. hic, & Ang. in l. fi. uel ꝙ uidit talem fugere cum gladio ſanguinolento, ſed non uidit percutere, vel ꝙ uidit portare unũ fardellum ſubtus clamidẽ, ſed quid portaret ignorabat, uel libellus diffamationis reperitur poſitus in aliquo loco, & inde uiſus eſt exire unus, & non alius, ut exemplificat Ang. in proprijs in terminis in l. 2. C. de qõ. dicens, ꝙ iſta ſunt indicia vehementia, & tm̃ unus teſtis ita deponens non faciet indicium, ſed requirunt̃ duo teſtes, & eodem modo, ſi uoluerit probare qualitatem remotã ab ipſo maleficio, ut in mala fama, & ſimilib. eodem modo duo teſtes requirũtur, & ex his apparet non eſſe faciendam diſtinctionem inter probationem indicij remoti & indicii propinqui cum utrunque probari debeat per duos teſtes ex regula gñali iã dicta, ſed an plures teſtes ſingulares coniungantur ad faciẽdum indicium, uidebimus inf. in uerb. Teſtes ſingulares.

50 †Octauo p̃mitto, ꝙ proceſſus, & teſtes qui dantur p iudicem, ipſi reo, ad hoc, ut ſe defendat, hñt diuerſa nomina, aliqñ appellantur probatio ut in l. j. §. j. ibi ita probationi. ſ. eo. aliqñ argumenta ut in d. l. j. & in l. milites. C. eo. & per Ange. in l. 2. C. de q. Aliqñ præſumptiones, & aliqñ coniecturę, prout eas Cic. appellat in lib. 2. ad Heren. in c. in cã coniecturali, & per Bal. in l. non hoc. C. und. legit. dicens ruſticos Papiẽſes appellare has coniecturas, ut ẽt per Dec. in d. c. 3. loco colu. fi. de probat. Aliqñ ueriſimilitudines. Aliqñ adminicula, ut ponit Bal. in l. ea quidem. col. 1. C. de accuſ. & Alex. hic in addi. fi. & multa ponit Bru. in d. trac. de indic. in j. q. diſputat. o tamen iſtorum nominum relinquẽda eſt pertinacib. gl. in rub. ſup. ſolu. matr. & de iſtis nominibus loquens Abba. in d. c. tertio loco. & in c quanto. in prin. de præſump. & ibi Fely. col. fi. & Inn. in c. quia ueriſimile. eodem titulo, dicunt relinqui pertinacibus.

51 †Nono præmitto, ꝙ indicium eſt minus ſemiplena probatione, ut in l. cum probatio. ſup. de proba. quam refert & ſequitur Bar. in l. 3. de excuſ. tut. q̃is illa lectura ſit Nico. de Neap. & Ang. idẽ uoluit in l. 2. C. de q. & idem uoluit Alex. & Soc. in l. 1. §. 1. ſup. ſi ex noxa. cau. aga. dicentes magnum eſſe, ꝙ ex minore deductione q̃ ſit ſemiplena probatio procedatur ad torturam, & ꝙ ſit minus q̃ ſemiplena probatio, tenet Cy. in l. 3. C. ad leg. iul. maie. & in l. fi. uer. nunquid ergo. C. eo. de q. & Bal. in d. l. cum probatio, & in l. non hoc. in fin. C. un. leg. & in l. fi. in fi. C. de proba. Ang. in l. fi. in princ. ſupra quod met. cau. & in §. ſi vero uſusfructus, in fine. in auct. de nup. & Albe. in l. ſiue poſſidetis. C. de proba. & laſ. in l. admonendi. ſupra de iureiur. nu. 47. & Dec. in d. c. tertio loco. colu. fi. de proba. Eſt etiam indicium qualequale quod oritur ex teſtibus, qui examinari non poſſunt, ſi examinati fuerint.

52 †Et iſtud indicium operatur, ꝙ iudex poteſt procedere ad inquiſitionem ut per Saly. in l. ſeruos. in fi. C. de teſti. & dixi ſuperius in 2. no. Et dicam infra in uer. teſtis qui non debuit examinari, & de iſta dictione qualiſqualis loquit tex. in l. apud labeonem §. prætor ait ſi quid. ſupra de iniur. & in l. merito. ſupra ne quid in lo. publico. & per Bald. in l. ſi duo patroni. ſupra de iureiuran. & Barto. & Alexander ibi in l. maritus, ſupra eodem.

Et quia indicia frequentius per ll. acſcri. habentur circa homicidia, furta, & adulteria, ideo incipiã ab homicidio, ſiue ab uno ſiue a pluribus committatur. Fit enim altero ex his modis. Aut ex propoſito ſiue appenſate, & tractatu præhabito, aut in pura rixa.

53 †Principiũ itaque erit ab homicidio ex propoſito & appenſate ac per tractatum facto, cum magis puniatur, q̃ homicidium in pura rixa. l. 1. §. 1. ſupra. de Sic. l. abſentem in fi. de pęn. ibi conſulto aliquid committatur, an caſu, & l. reſpiciendum. §. delinquunt. infra eo. ti. de pęn. & ibi Bar. no. Abba. in c. inter alia col. 8. ver. 2. caſu num. 25. de immu. eccl. & An. in trac. malefi. in uer. & appenſate. cum ſi plures fuerint omnes tenentur de occiſo, ſi homicidium ſit ſecutum pertractatum, ſecus ſi in plura rixa no. & Bar. & Ang. in d. l. fi. ſupra, de Sic. & Moder. ibi.

54 †Vlterius ſciendum eſt non præſumi factum ex propoſito, & appenſate homicidium, niſi illa qualitas penſamenti probetur, & iuſtificetur, ita ſenſit Inn. in c. inter alia de imm. eccle. & ibi Hoſt. & Io. And.

55 † Qui dicunt, ꝙ latrones publici, & qui obſident ſtratas ſemper præſumuntur inſidioſe facere, niſi aliud probet̃, argu. l. qui ſemiſſes. ſup. de uſuc. & c. 1. & 3. de præſum. In aliis uero non præſumitur niſi probetur. l. quotiens. §. qui dolo. ſup. de dolo l. ut uim. ſup. de iuſti. & iur. Idem uoluit But. ibi colum. 2. & Cardi. quæſtio. 8. Petr. de Anchar. ſenſit contrarium ibi dicens, quod dolus ſemper præſumitur, poſtquam conſtat delictum eſſe commiſſum. l. ſi non conuicii. C. de iniuriis. Abba. ibi columna 6. ſaluat dictum Hoſtienſ. & aliorum dicens.

56 †Quòd licet in actu delicti præſumatur dolus; Tamen nõ præſumitur ex propoſito prius deliberato deliquiſſe cõiter in oĩb. In iſtis autem latronibus, qui ſtant in ſtratis publicis, præſumitur, ꝙ ex deliberato propoſito hoc fecerint, ex quo in illis rapinis ſe aſſuefecerint, & inſpiciatur hominis cõſuetudo. l. qui ſemiſſes. ſciant etiam ꝙ ſi plures fuerint in rixa in dubio præſumitur ibi exiſtens cauſaliter affuiſſe, ita determinat Fely. in c. ſicut dignum. in 3. col. uer. 7. & ultimo in fin. de homici. allegat Bal. in l. j. in lect. antiq. ſup. de ſer. corrup. & in c. 1. de benefi. frat.

Homicidium ſi ab uno tm̃ fuerit factum, illud præcogitatum, & ut uulgo dr̃ appenſate, & apoſtate feciſſe, dici põt, ſi indicium aliquod ex infraſcriptis in proceſſu apparear, probatio namque liquida haberi non poteſt, cum huiuſmodi cogitationes in animo delinquentis conſiſtant.

57 †Et quamuis animus a ſolo Deo cognoſcatur, vt eſt text. in cle. exiui, in §. quamuis. de verb. ſign. ibi, quæ omnia fecit ipſe Deus, tamen qui abſconditorum eſt cognitor, ad animum ſibi miniſtrãtium reſpicit & per illum tex. ita decidit Bal. in trac. ſciſma. col. 10. & eſt tex. in c. nunquid de pę. diſt. 1. ibi quia ego ſum ſcrutator rerum & cordis. & dicit Ang. in l. 1. C. de Sic. quod dolus & bona fides ſunt paſſiones animi, quæ ſoli Deo ſunt notę, & ibi etiam Sali. col. 1. quos ſequitur Cępo. in conſi. 21. ſuper homicidio col. 2. & eſt glo. in l. 2. ſup. de interro. act. & ibi Alber.

58 †Attamen animus probatur præſumptione uerbi, uel facti. Talis. n. animus præſumitur, qualia ſunt uerba, aut facta l. is qui §. diuus. ſup. de tut. & cura. da. ab his. l. labeo. ſupra de ſup. leg. l. reprehendenda. C. de inſti. & ſubſt. & in l. j. §. diuus & ibi Bar. in d. l. is qui. §. diuus, ꝙ quandocunque de aliqua animi qualitate quæritur, teſtis debet teſtificari per actus exteriores, quos uidit, nam ex qualitate facti animum faciẽtis metimur. l. j. ſup. de peti. hære. l. ſi tamen. §. ei qui ſeruum. ſupra de ædi. ædic. ubi uidens ſeruum uinctum non tenet̃ ædilitio ædicto, multo enim amplius eſt id facere, quam pronũciare in uinculis fuiſſe, & eſt tex. in §. is quoque. in fi. ſup. de hære. quali. & differ. & in l. ſi ut certo. §. cuſtodiam. ſup. commo. & in l. ſi hominem. ſupra depoſi.

59 †Nam per extrinſeca probantur intrinſeca. l. fi. circa fi. ſupra de diuor. & in l. quidam in ſuo. ſup. de condi. inſtit. & in §. ceruos. inſti. de re. diui. Et dicit Cy. in l. fi. C. de Sic. ꝙ extrinſecus actus probat intrinſecum animum. Et Gand. in tit. de præſum. in trac. malefi. col. fi. uer. octauum etiam, ubi p multa confirmat prædicta.

Idẽ uoluit Bal. in l. ſi ex plagis. ff. ad leg. aquil. q̃ dicit poſt gl. ꝙ facto datur uoluntas intelligi & eſt gl. in c. & ſi qõnes. de Simo. & idem uoluit Soc. in conſi. 131. in põti. col. 2. ver. p̃terea. uol. 1. determinans, ꝙ poſſidens non dr̃ mutare cãm poſſeſſionis, niſi apparear de animo, qui animus demonſtratur per exteriora. & dicit Ruin. in conſi. 196. ſuper eo ꝙ quæritur, quòd quis non tenetur actione iniuriarum, niſi animum iniuriandi habuerit, qui animus probatur præſumptione uerbi uel facti. & dicit Gan. in trac. male. in tit. de præſum. col. 1. ver. præterea.

60 †Quod iudex debet conſiderare factum, ꝙ animum metitur, & dicit Albe. in l. aut facta. in uer. qualitate inf. de pęn. q̃d ex qualitate facti præſumitur incendium, vel ferita p tractatum facta, per no. in l. & ſi domum. ſup. de adulte.

Vnde ex prædictis dico Hyp. de Marſ. male ſenſiſſe in eius conſi. 86. dum uult, ꝙ ſtante ſtatuto, quòd quis non poſſit puniri, ꝙ alium occiderit, ſi non apparet id tale feciſſe aĩo occidendi, quod iſte animus non poſſit aliquo modo probari per teſtes, eo qm̃ animus per actus exteriores non uere ſed fictè comprehenditur, ut latius ibi per eum: quia dico ſatis ꝙſtare ex prædictis animum demonſtrari & probari uerbo aut facto, & ex coniecturis, ut ẽt uoluit Bar. in l. concubina. §. 1. ſupra, re. amo. & in l. ſi cui. §. 1. ſup. de accuſa. & Bal. in l. libertę. C. de ope. libe. dicens, quòd qualitas factorum deſcribit qualitatem intellectus, quod idem uoluit ipſe Hypo. in l. 1. col. 4. nu. 27. C. de Sic.

61 †Præterea cauſæ criminales non deciduntur iuſo ipſius rei ut eſt tex. in l. fi. C. de proba. & in c. nos in quemquã. ſecunda q. 1. & uult Bar. in l. maritus. infra de q. & in l. admonendi, & ibi laſ. & alii repet. ſupra de iureiuran. & Bal. in l. in bonę fidei col. 1. uer. quinto oppono. C. de iureiu. & in l. 1. colum. 2. ver.

Digitized by Google

2.ver.oppono nam contumax.C.quo.& quan.iudi. nulli em̄ est difficultas quod quilibet reus ad hoc vt euitet pœnam, & vitam conseruet iurabit non semel, sed per centum vices, prout late insistit idem Hypo. in d.l. si maritus. & in sua prac.in § postquam in prin.

62 †Præterea non statur iuramento alicuius de dependentibus ab animo, quotiens potest probari ex coniecturis, ita voluit gl.in cle.1.in fi.de pœn.ibi hoc tenet Cardi. in ultimis verbis,& sequitur Fely.in c.significasti.el 1.col.2.ver. tertio fallit.de homic.

Non ob.glo.allegatę per Hyp.in d.cons.ut est illa in §.alie na.insti.de act.& in d.c.significasti,& q̄ uoluit Pe.de Anch. in consi.158.quia omnes illę gl. & decisiones loquuntur in causa ciuili, prout est legere in omnibus illis decisionibus.

63 †Nam causæ ciuiles alio modo regulantur quàm causæ criminales ut per Bar.in d.l.admonendi,& tresdecim differentias ponit ipse Hyp.in sua pra.in §.expedita.col.8.& seq. vbi ponit etiam differentiam in iuramento.

Non ob.alia gl.in l.si cui.prout dicam infra, quia loquitur de iuramento purgationis.

Aduertendum est circa prædicta ad unum d. Bart. in d.l. maritus.in fi.qui distinguendo dicit.

64 †Quod iuramentum, quòd defertur a iudice in defectū probationis reo ad absolutionem, bene potest deferri.l.præsenti.§.sicubi.C.de his qui ad eccl.confu.& dicitur iuramētum purgationis, nam de hoc dicto Bar.nullam facit mentionem.Hyp.in d.l.maritus, nec alibi,& tamen ipse Barto.vī innuere, quod reo potest deferri iuramentum pro causa criminali per ipsum iudicem, & ideo pro intellectu dicti loci Bar.est sciendum, q̄ quādo aliquis est infamatus de aliquo crimine, nec sunt probationes, aut præsumptiones contra eum,& illa fama perduret, quæ etiam nō habet totum à probis personis, vel a quocunque.

65 †Tunc iudex qui videt illum talem laborare infamia debet deferre ei iuramentum,& ille corporaliter iurabit se esse immunem a crimine, super quo dicitur infamatus prout est tex.in c.1.2.& 3.de purga.cano. Et istud dicitur esse iuramentum purgationis,& ita de hoc loquitur Spec.in titu.de abol.in §.2.per totum titu. Et istud tale iuramentum erat in usu de iure canonico, & raro reperiebatur cautum de iure ciuili, ut dicit Anch.in c.excommunicamus.de hære.& dicit reperiri.in l.vbi.C.de fal.& q̄ non recordatur, quod de iure ciuili propter infamiam, quæ remanet, debeat se purgare, sed Io.de Anna.in d.c.excommunicatus.col.4.in uer.qui autem.in primo no. dicit reperiri multos casus, in quibus quis de infamia se purget, allegat tex.in d.l.præsenti, & in l. marcellus.supra rer.amo.& in l.lex Cornelia.§.hac lege supra de iniur.in quibus hī de iuramento purgationis, quod secundum ipsum dicitur purgamentum necessarium de quo in l.generaliter in prin supra de iureiur.& adducit tex. in auc.Gazaros.C.de hæret.& in l.fi.supra de requi.re.in quibus secūdum ipsum expresse dicitur de purgatione. & hoc modo intelligit dictum Bar.in d.l. maritus, quod loquatur de isto iuramento prout etiam ipsemet Bar.exprimit ibi dicendo,& dicitur iuramentum purgationis, & de hoc etiā iuramento loquitur gl.in l.si cui.in §.hisdem.supra de accu. & clarius glo.in l.j.C.de Sic.& sic Bart.in dicto loco intelligendus est, quòd iudex deferat iuramentum, quādo de crimine non est probatio, neque præsumptio contra aliquem, sed tantummodo est infamatus undecunque proueniat talis infamia,& de hoc iuramento loquitur Spec.in tit.de fur. in colum.3.uersi.quid si peregrinus.dicens quod si peregrinus, qui vadit, vel rediit ultra mare, intrat nauem, uel tabernam, uel stabulum, nec ostendit res, quas habet, quod tunc si perdantur res, non statur eius dicto vel iuramento. sed bene potest cogi caupo, vel stabularius, uel nauta iurare, quòd res illas non subtraxit, nec subtrahi fecerit,& erit sacramentum, per quod quis purgatur, cum de eius mala conscientia quæritur ab eo, allegat tex.in d. l. præsenti.& in l. fina. C. de iur.do.impet.& in l.fi.C.de bo auc.iud.pos. idem uoluit Bald.in l.1.C.loca.in versicu.& not.dicens, quòd hospes tenetur de amissione rei, etiam quòd locus sit fractus, in quo erant,& hoc de generali præsumptione, quę est contra hospites, quòd sint rapaces ex mente Nicol.de Matar. si tamen erunt bonæ famæ, tunc debet se purgare per iuramentum suum.

Indicia uero homicidium præcogitatum demonstrantia sunt infra posita in quibus tamen aduertendum esse puto, quòd aliqua ex infrascriptis non sunt de per se sufficientia ad faciendum plenum indicium. Sed unum coadiuuat aliud, ex quo deueniri potest ad torturam, ut dixi supra in præmisso.6. Et de istis indiciis demonstrantibus homicidiū ex proposito ponuntur sex per Alber.in trac.statut.q.64.in 3.par.& in l.& si amicis domum.sup.de adul.& excellentissimus præceptor meus Mant.in consi.324.nisi innocentia.co. 3.ubi ponit septem indicia tractantis & pensamenti.

66 †Et procedendo super ill s diuidam ipsa indicia in tria tempora, ut dicit Cic.in lib.2.rethor ad heren.in prin.in causa coniecturali in verbo argumentum.

In præteritum, instans & q̄ns, prout etiā sensit Bal. in l.mulierem.C.si quis alt.uel sib.dicens, q̄ dolus,& fraus probantur a priori & posteriori, & ab utroque simul iuncto.l.si qui adulterii.C.de adul.& ut dicit Bar.in l.in furti. §. ope.supra de fur.dum considerat auxilium ante delictum, in ipso delicto,& post delictum.ideo uidebimus de tempore ante homicidium per infra posita indicia.

67 †Præparationes,& ordinationes indiciant pensamentū, & homicidium præcogitatum, ut puta.

68 †Emptio armorum, quæ in usu non ita frequenter hīt, & maxime in emente, item & exercitatio in armis, ut est ludus scrimiæ in eo, qui non erat solitus,& maxime si per ætatem id sibi non licebat,& repertum fuit homicidium commississe cum illis armis, cum quibus exercebatur. item si cū armis per eum solitis deferri experiētiam aliquam fecit super clipeo, uel torace, vel simili genere armaturæ, & cum illis homicidium fecit, prout uidi, q̄ quidam fecit experientiam super armatura cum pugione, an pertransiret ipsam armaturam,& in die sequenti interfecit hominem, repertū fuit hunc præcogitasse homicidium, & in tortura cōfessus fuit, id tale apensate fecisse,& luit pœnas debitas, & quod eā experientiam faciebat ad hoc, ut videret, an pugio esset sufficiens ad interficiendum eum hominem, quem percusserat, qui armatus incedebat. item si arma habiliora ad incidendum & uulnerandum, ut puta (prout uulgo dicitur) limare fecerit, uel molare, de quo loquitur Par.de Put.in tracta.sind.in verb.mandauit.col.6.uer.si quis reperitur, prout etiam uidi in alio, qui eo modo pro homine interficiendo arma præparauerat,& repertus fuit ex proposito hominem interfecisse. item si reposuit arma in aliqua domo, ut custodirentur,& ibi propinque homicidium fecit. item si præmonuerit amicum, uel alium, q̄ audito rumorę non ammoueret se, quia res ad ipsum non pertinebat, ista enim præparamenta & ordinationes,& alia similia faciunt indicium, q̄ homicidā tale delictum ex proposito, & appēsate fecerit, vt voluit Cic.in d.lib.2.Reth.in c.cā coniecturali in verb.argumentum, ibi nunquid apparauit.& Bar.hic col.2.ver. item quod fuit usus,& Ang.in l.fi.C.de q.quem sequitur Par.de Put.in trac.sind.in uerb.uso de indiciis.colum 1.car.109.& Brun.in trac.de indic.co.12.uer. item dat aliud, ubi determinant per hæc indicia posse deueniri ad torturam, si aliquis infamatur de homicidio: eo magis autem dicendum est in faciendo indicium super pensamento, cum de ipso actu homicidii constet,& tantummodo deducatur in quæstionē, an propositum interuenerit in homicidio ipso. & prædicta omnia demonstrent præcogitationem, cum ad eum finem homicidii tendant,& est tex.hoc probans in l.j.§.ui possidere.supra de ui & ui arm.ibi qui in hoc ipsum aptatus & præparatus venit.

69 †Facit pro hoc, q̄ in probādis occultis q̄ ex præsumptionibus demonstrantur, prout in adulterio, ex præparatoriis inducitur probatio, nā deosculatio, tactus mamillarum, apparatus, conuiuia,& alia similia p̄paratoria probant adulterium, ut est gl.tertia in l.q̄ ait lex supra de adult.& ibi Bar.& idem Bar.in l.2.§.fi.& in l.capite quinto.sup.eo.& text. in c. p̄terea.de testi.& ibi Doc. Sed aduerte q̄ glo.in d.l.q̄ ait lex dicit, repertum in rebus uenereis esse illum, qui prædicta facit,& ēt dicit Bar.in d.l.capite quinto.res venereas esse prædicta. Attñ Bud.in suis anno.secun.anno.35. reprehendit locum illum Accursij per multorum auctoritatē uolens rē venereā esse, qñ pudenda in pudendis, uel obscena in obscenis sunt posita, q̄ puto in l.illa iurisconsultum sensisse, dū dicit, si in ipsa turpitudine filiam deprehendat, hīs respectū ad actum ipsum carnalem, dum postea subiungit verba labeonis confirmantia p̄dicta dum dicit, in rebus uenereis, q̄ idem est cum p̄dictis. Adduci pōt ad p̄missa illud, q̄ dicit Bal.in c.tuæ.procu.q̄ ita punitur mulier, q̄ osculum luxurio sum dat, quemadmodum & pro adulterio, q̄ Dec.intelligit quo ad probandū adulterium,& non quo ad prædicta, dicens, illa esse p̄paratoria, ut uult in rub.C.de eden.in prin. & in rub.de proba.extra,& in c.cū super.col.j.de off. deleg.

70 †Transitus non solitus & istud indicat pensamentum. Si enim ego in regione non ita frequentata,& per q̄ aut nunquā solitus sum iter facere, si per ipsam transitum faciens reperto homine ipsum interficio, indicium oritur, q̄ id præcogitauerim, ex transitu namq; insolito oritur indicium, q̄ pertransiens homicidium commiserit. Si eo sero homicidii ibi fuerit usus, nec erat solitus p̄ ea loca pertransire. ita determinat Cic.in d.li.2.ad Heren.ibi, nam quo in loco præter consuetudinem fuerit,& Bar.in d.l.fi.col.2. in fi. supra de q. & Salyc.in l.fi.col.2. C.de quæst. & Pari.de Put.in dicto tra-

Digitized by Google

ta.de ſing.in verb.viſo de indicijs.col.j.car.110.allegat tex. in l.3.§.eiuſdem.ſup.de teſti.eo magis dicendum eſt, ꝙ ſecuto effectu homicidij occidens habuerit animum occidendi.& præcogitauerit ipſum homicidium,& ꝙ venerit il luc gratia interficiendi,cum aliud præſumi non poſſit.

Facit pro hoc id,quod dicit Bar. per illum tex.in l.2.C. de curſ.publi.lib.12.

71 †Quod repertus extra uiam publicam habet malam ſuſpitionem contra ſe,ut eſt in portante contra deuentum p tex.in l.ſi quis.eo.tit.quod ſequitur Io.And.de Plat.in d.l.2. Dicens,ꝙ euntes per viam non publicam nec conſuetam habent præſumptionem contra ſe,& idem eſſe in eo, qui ingreditur,uel egreditur ciuitatem aliunde, quam per portã publicam & conſuetam.l.fi.ſup.de rer.diuiſ.

In homicidio autem puro non ita ſimpliciter habeas trã ſitum inſolitum pro indicio,ut quis torqueatur,cum ſit indicium remotum a maleficio. & ideo alia requiruntur, vt dixi ſup.in 6.præmiſſo.

72 †Frequentatio viæ.in qua delictum eſt commiſſum. Si.n. Titius uiſus fuerit per plures uices pertranſire per aliquam viam eundo,& redeundo vno die,vel diebus ſucceſſiuis,& eodem,vel ſequenti,vel alio die non multum poſt interfecerit hominem in eadem uia præſumptio oritur contra ipſum,ꝙ ſæpius eam uiam tranſierit cauſa committendi tale homicidium,& ad id animum applicauerit,ut ſenſit Cic. in d.li.2.ad her.ibi vbi fuerit,vbi viſus ſit,facit tex.in l.iuſto.ſup. de vſuca.vbi propter frequentiam rei id ſtatuitur, & in l.legatis.§.ſi vnus.ſup. de leg.3.& dicit Ray.in d.l.iuſto.

73 †Quod ſi quis reperitur mortuus in ſtrata publica, nec appareat occiſor,ꝙ ille præſumitur occidiſſe, qui frequẽtabat locum illum, ẽt ꝙ loci frequentia indicat frequentãtem, ꝙ occidit idem voluit poſt Ray.Ang Raph.cum Imo.in d.l.iuſto.& vt in præcedenti indicio dixi. Si frequentatio uiæ facit præſumi frequentantem occidiſſe,eo magis ꝙſtito qđ occiderit,præſumendũ eſt,quòd apenſatè ad id proceſſerit.

74 †Et ratio eſt,quia ex actuum proportione, & aptitudine præſumit maleficium.arg.l.dolo.& l.dolus.C.de reſcin.vẽd.

75 † Indicium vero ſpro homicidio puro facit frequentatio viæ(vt iam dixi)& reperto cadauére in uia,ſi ignorat,a quo ſit interfectus præſumitur contra frequentantem,& indicia tur ad torturam,ita determinat Ang.in trac.malef.in verb. fama publica.col.9.ver.quid aũt ſi quis in ſtrata. idẽ uoluit Bolog.in addi.ad trac.de tormẽ.Gui.de Suza.colu.7.& Par. de Put in trac.ſind.in verbo ſi quis eſt inuentuã. ultra prædictos videlicet Rayn. Ang.& alios ſupranotatos in d.l.iuſto. Sed aduerte qđ Are.& alii ſupranominati in ſuis trac.alle. Bar.Bal.& Ang.in diuerſis locis,& maxime in d.l.iuſto.qui tñ nihil dicunt de hac re,ſed voluerũt allegare Ray. & alios ſupranominatos.in d.l.iuſto.idem uoluit Alex.referẽs Ray. & Ang.in conſi.50.viſis & opportune ponderatis col.3.uer. comprobatur.vol.j.ſubdens,qđ eodem modo p̃ſumit incẽ diũ proceſſiſſe a facto ſerui,ſeu miniſtrorum eius, qui habet mercantias in fonticis pp̃ querſationẽ, quam habent in eis.

76 †Intelige prædicta,quod in homicidio puro frequẽtatio prædicta non ſit ſufficiens ad torturã,ſi frequẽtans eſſet hõ, bonę condõnis,q ꝙſueuerat p ſtratã illã tranſire. cum ſit indicium nimis gñale per ea,q̃ no.Bar.in l.fi.ſ.de q.ita intelligit Imo.in d.l.iuſto uolens reſtringere dictũ Ray. Attamen Ray.& Cum.ibi idem ſenſerunt, dũ dñt, ꝙ frequentans p̃ſumitur occidiſſe,maxime ſi talia cõmittere ꝙſueuit arg. text. in l.ſi cui.§.iiſdem.ſ.de accu.& in l.ſi ita.§.fi.ſ.de fun.inſtr.& idem ẽt ſenſit Are.in d.ver.quid aũt ſi quis in ſtrata. Dicẽs præſũmi,ſi ille erat malus homo,& ſic conſtet ex mente p̃dictorum,quod ex frequentatione ſimplici non inducitur indicium ad torturam,niſi alia concurrant. & quamuis addentes ad trac.Areti.in dicto loco,ſibi ipſis attribuant hanc reſtrictionem.

Tñ(prout dictũ fuit) antiqui & clarius Imol. dant iſtã intelligẽtiam.Facit ſm ipſos,ꝙ uoluit Ric.Malumb.in q. quæ eſt mihi.14.incip.Cum in ſtatuto Ciuitatis Paduæ.

77 †Vbi uult,ꝙ ſtãte ſtatuto,ꝙ male auiati teneanẽ de maleficiis commiſſis in ſuis uillis,ꝙ ex hoc ſolo,ꝙ reperiatur corpus interfecti iacens in terra in quadã uilla,nec apparet qs maleficium fuerit perpetratus,non tenetur uilla, cũ corpus mortuum non præbeat teſtimonium de loco cędis, niſi cõſtet homines illius uillæ eſſe malefactores & ibi conuerſari, & morari,& alia vel ſimilia concurrant,nam tunc uilla tenetur,quod idem uoluit Albe.in q.74.in 2 par. referens q. Ricar.ad literam,& ſequitur Bal.in l.3.in §.cognoſcit.ſupra de offi.præfec.uig.

78 †Armorum delatio in non ſolito.& non habente iuſtam cauſam deferendi,ſi per deferentem homicidium cõmittatur,præſumitur & indiciatur,ꝙ ex propoſito arma detulerit cauſa hominem interficiendi.

79 † Nam deferens arma maleuolum habet animum, ut eſt gl.fi.tit.de pac.conſt.& eor.viol.& ibi hoc no.Bald. & Mar. de Lau.in uer.ſi quis ruſticus,& etiam uoluit.And. de Iſer. Præpo.Aluar.in d.tit.in uer.mercator, & Alex.in additi. ad Bar.in l.j.ſ.ad leg Iul.de ui pub.Vbi omnes concludunt deferentem arma malum animum hr̃e, niſi ex cã deferat,uel ea ligata habeat.uel prout dicit præpo. & Aluar. ꝙ licentiã habeat,& dicit Mar.de Lau.ꝙ cã,an ſit iuſta portãdi arma, relinquitur arbitrio iudicantis inſpecta perſona & tempore.l.j.& 2. C.ad leg.Corne.de Sica.l.j.C.vnd.vi.

89 † Facit pro hoc illud,quòd armorum uſus regulariter eſt interdictus & prohibitus,vt in l.j.& in rub.C.ut arm.uſu.lib. 11.& in auc.de arm.in §.ſinautem.& per Bar.& Ang.in l.1. per illum tex.ſupra ad legem iul. de ui pub.& per Abba.& alios in c.clerici.de vit.& hon cleri.Et dicit,Franc.Brun. in trac.de indic.col.14.

81 †Quod ille qui ſe armat de rixa & bello præſumitur cogitare,allegat Bal.in l.j.C.de ſer.fug.col.j.uer.ex conſilio,& in l.vt vim.ſup.de iuſt.& iur. & pro indicio ad torturam hanc delationem armorum ponit.Iac.de Bel.in ſua prac.crim.in tit.de q.in col.16.in fi.dicens,ꝙ gladii delatio eſt indicium, nam de portantibus arma lex male præſumit. ut in auct. de mand.prin.in §.fi.quod dictum intellige(ut iam dixi) nulla ſubſiſtente ad deferendum arma cauſa legitima.

82 †Et hoc magis præſumi debet, ſi defert arma euaginata, ex eo enim præſumitur ſe præparaſſe ad aggreſſuram. d.l.1. §.ui poſſidere.ſup.de ui & ui arm.Et ponit Cępol. in conſil. 28 col.2.uer.2.quia.

83 †Armorum genus,& iſtud oſtendit animum & præmeditationem ad occidendum,nam ſi quis ambulauerit cum armis haſtatis,uel cum arcu & ſagittis,uel cum arcobuſio, vel ſimili genere armorum,quæ faciliter hominem interficiunt,& uulnerando occiderit indiciũ eſt,ꝙ habuerit animum ad occidendũ,& id præcogitauerit, ut eſt tex, & ibi no.in l.1.in §.diuus.ſ.ad leg.Corn.de Sic.& in c. ſignificaſti. el 2.& ibi Doc.de homic.& dicit Bal.in c.j. de præſumpt.

84 †Quod ille qui aliũ ſagittat cũ arcu, uel baliſta,vel lanceã mittit in ipſum p̃ſumitur hr̃e aĩum occidendi. intelligẽdo, qñ mittit iaculum cum ferro.Et eum ſequitur Fely.in d.c.ſignificaſti.colu.3.nu.8.& dicit Bal.in l.ſed & ſi.§. ſi magiſter. ſup.ad leg. aquil. ꝙ ex gñe armorum præſumitur animus & atrocitas maleficii per tex.in d.ca. ſignificaſti. & idem dicit Flor.in d.§.ſi magiſter.nulla facta mentione Bal. quem tñ refert,& ſequit Io.de Anna.in d.c.ſignificaſti.col.10.ver.no.ꝙ moderamen,& Bal.Saly.in l.j.C.de emendat.ſer.& Albe.in d.l.1.§.diuus,& Cy.in l.is qui cum telo.C.de Sic.idẽ determinant,& deducit Hyp.in l.1.col.5.C.de Sic.& conſi.67. domine Deus,& Cępol.conſi.44.Magnifice ante ſi.

85 †Aſportatio bonorum,ante homicidium facit indicium penſamenti,nam ſi portmuero res meas de loco ad locum, & maxime ad eum locum, ad quem poteram confugere, uel ſaltem præcioſiora,ex eo demonſtratur animus ad interficiendum,& uerificatur ſecuto homicidio.ita no.Salyc. in l.fi.col.2.uer.nunc tranſeamus.in fi.C.de q.

86 †Alienatio bonorum ſuorum inducit malum animum & præmediationem ad homicidium. & iſta talis alienatio conſideratur,prout dicit Bar.in l.poſt contractum.ſupra de donat.ex ſex præſumptionibus.

87 †Prima eſt,ſi donauit,uel vendidit bona ſua, nam ex donatione,ſeu uenditione pręſumitur malus animus,prout ẽt conſiderat Alex.ibi in addi.poſt Bal.in l.j.C.qui bon.ce.poſ. & in l.pe.C.de bon.dam.& Cy.ibi,& dictum Bar. ſequũtur Raph.Cum. Imo.Rom.ibidem. Bart.in l.3.§.eorũ ſupra de priuil.credi.& Io.And.in addi.ad Spec.in tit. de præſumpt. in ver.pone quòd Titius & Luc.de Pen.in l.quemadmodũ. C.de agri & cenſi.lib.11.col.2.qui etiam loquitur de caſibus de quibus infra.

Iſtud intelligitur per cõmuniter Doc.poſt Bart. quoties eſt inimicitia cum aliquo, & ſecutum ſit delictum in eius perſonam,ut ex ea cauſa dicatur donaſſe,& animum ad delinquendum habuiſſe arg.tex.in auc. poſt iam. C.de ſecun. nup.& in c.fi.de renun.in 6.

Secunda eſt p̃ſumptio,quotiens qs donat partẽ bonorum alicui propinquo ſubſiſtente tñ p̃dicta cã inimicitiæ,uel cõſimili,& magis credendũ eſt,illud euenisſe ex donatione facta ipſi propinquo,de quo credendum eſt,ꝙ magis ſe cõfidat,& poſſit ſuffragari ex re donata,& ꝙ ẽt non ſecuto delicto ſibi reſtituat,prout deducit Pau.de mon Pic.in d.l.poſt ꝯctũ.impugnando opi.Imo.& Roma.dicens ita practicari.

88 †Tertia eſt præſumptio,ſi donãdo,vel alienando, ex poſt reperiatur in poſſeſſione, nam tunc ſignum eſt donaſſe fraudulenter,& doloſę,& animo delinquendi, reſtringitur tamen per Bar.& alios ibi ſi emptor,uel cui facta eſt donatio fructus habuerit.uel alienatio ſit facta cum reſeruatione fructuum,vel ꝙ facta donatione,uel uenditione diſceſſerit,uel mortuus fuerit acquirens.

Quarta

Digitized by Google

Quarta est præsumptio, quotiens quis donauit, vel uendidit clam, vt puta ex chyrographo subscripto a testibus, uel sine, vel adhibitis testibus sine scriptura, nam tunc præsumptio est mali animi, & uolentis delinquere.

Quinta est præsumptio, si post donationem, vel venditionem inimicum interfecerit statim, aut ex paruo interuallo, q̃ est arbitrarium iudicis in uidendo ex qualitate personæ, loci, & temporis, an sit magnum vel paruum interuallum, ut per Doc. in d.l. post contractum. Restringitur hoc, vt nõ procedat, si interfectus fuit ex improuiso, nam ex subsecuto homicidio etiam in continenti non est præsumẽdus malus animus, vt etiam dicam inf. in uerb. inimicus. in prin.

Sexta præsumptio est, si in donatione apposuerit conditionem, q̃ ualeat, si bona eius confiscabuntur. Nam clarum est esse animum ad occidendum, qui uerificatur eo secuto.

89 †Inimicitia inducit tractatum, & cogitationem ad interficiendum præcessisse, si quando constat de ipso interfectore, & ille prout dictum fuit interficiens erat inimicus, nam tunc oritur indicium cõtra ipsum, q̃ appensatę & apostatè, & præhabito tractatu interfecerit eum.

90 †Inimicus enim mala semper cogitat de inimico. l. inimicitia. sup. de his quib. ut indig. d.l. 1. §. præterea. hoc tit. l. 3. §. non solum sup. de adim. lega. c. repellantur. & c. cum oportet. de accu. & ita determinat Alb. in d.l. & si amici domũ. sup. de adult. & in trac. statu. in 3. par. q. 64.

Intelligo prædicta sine aliqua distinctione, ut locum habeant in quocunque inimico siue capitali, siue non capitali, nam ex effectu demonstratur ipsum esse inimicum capitalem, eo quòd illum, cum quo erat inimicitia interfecit, q̃ secus esset in indicio, q̃ oriri deberet in homicidio puro, nam tunc requiritur inimicitia capitalis, ut dicam inf.

Intelligas etiam, q̃ tũc demum inimicitia facit indicium pensamenti, si modo ex processu non appareat homicidiũ fuisse ex improuiso, ut puta, q̃ obuiati sint a casu, vel q̃ inimicos occisus fuerit aggressor. uel q̃ sit pura rixa præcedentibus uerbis, nam tunc ex inimicitia non datur pensamẽtũ, ut determinat Bartol. in d.l. post contractum. de donat. in 2. colum. versi. quinto præsumitur, ubi si rixa fuit inopinata, etiam quod causa præcedat, ut uoluit Bald. in l. j. in fin. C. ad leg. Corne. de Sica.

91 †Inimicitia ex triplici causa oritur.
Ex iniuria.
Ex lite, &
Ex opinione.
Primum signum inimicitiæ est, si inter partes iniuria est inducta.

92 †Iniuria autem inimicitiam generat in casibus infra enumeratis, & hæc tripliciter causatur.
Re.
Verbis, &
Literis, ut in l. j. §. j. & l. lex Cor. in fi. supra de iniur.
Re fit iniuria in casibus infra positis.

93 †Occidens consanguineum, vel affinem meum mihi iniuriam facit & inimicus efficitur, ita Bar. in l. 3. in §. fi. sup. de adimen. lega. allegat tex. in d.l. lex Cornelia. in prin. idem uoluit Bal. in consi. 41. præsuppositio statuto. uol. 5. dicens, q̃ testis repellitur uti inimicus capitalis, si ille contra quem deponit fuit ... ad occidendũ fratrem consobrinum ipsius testis, ea ratione quia præsumitur inimicus ille, cuius frater est inimicus, immo omnes de genere. l. 1. C. si qua eũ. prędi. potest. l. humanitatis. C. de excu. tut. & per no. in c. j. de eo qui interfe. frat. dom. sui. Subdens

94 †Quod inimicitia capitalis est illa ubicunq; offensus dire ãtè, vel per obliquum se uindicaret, si posset, hoc idẽ uoluit Luc. de pen in l. j. col. 2. uer. item pp homicidium. C. de his qui se defe. lib. 10. adducit tex. qui hoc determinat in c. fi. de spon. in Lomb. & hanc inter capitales enumerat Hypo. in l. j. §. præterea. nu. 58. sup. de q.

95 †Verberans, Pulsans, Domumue meam ui introiens mihi iniuriam facit. d.l. lex Cornelia. & inimicitia oritur. Nam cum primum quis offensus est in personam, statim fit inimicus. no. Bal. in l. in his. §. naturalis. sup. fol. matr. & dicit Luc. de Pen. in d.l. j. C. de his qui se defe. lib. 10. col. 2. uer. & scias, q̃ ex offensa illata oriẽ inimicitia. ¶ Imò re atrox iniuria inducitur, ut puta, si uulnus illatum uel os alicui percussum et. l. prætor edixit. §. fi. in fi. sup. de iniur. & §. atrox. insti. eo.

96 †Et ex atroci iniuria paratur inimicitia grauissima, ut per Bar. in l. 3. §. fi. sup. de adim. leg. Quem sequitur Alex. cõsi. 99. in causa inquisitionis col. 1. uol. 1.

97 †Bona nostra tollens nos iniuria afficit, & inimicus nostrer præsumitur. c. idem cum quis. de resti. spol. & ibi Bal. dicens prædicta procedere siue ui, siue clam, hic talis bona nostra abstulerit, q̃ ẽt sequitur Abb. ibi in 3. no. & But. Imo. & Cardi. cum etiam ex spoliatione rei particularis detur inimicitia capitalis. c. accedens. el 2. ut lit. non contesta. & ibi But. in 5. notab. & Imol. adducentes illud vulgare, non est amicus noster, qui bona nostra tollit, q̃ idem sequitur Abba. ibi & Mari. Soc. in 7. notab. & Io. de Anna. in c. cum oportet. col. 2. in fi. & ibi Fely. col. 6. nu. 13. de accus. Alb. in auc. si testis. col. 2. C. de testib. & Luc. de Pen. in l. j. col. 2. C. de his q̃ se def. & Hyp. in l. j. §. præterea. hoc tit. nu. 43.

Limita prædicta (vt non procedant) quando res ablata est uilis, nam tunc non oritur inimicitia capitalis, ita nota. Abb. & Mar. Soci. in d.c. accedens.

98 †Vxorem, vel alienam terram detinens contrahit inimicitiam cum eo, cuius sunt, eo modo, ut si secutum sit homicidium, de ipso detinente præsumatur appensatum & persona illius, cuius est uxor, uel terra, si occiderit. Et q̃ sit inimicitia capitalis est tex. in d.c. accedens. ut lit. non contest. & ibi Bal. ad hoc no. q̃ dicit inimicitia capitalis, quod etiã voluit Abb. Ioan. de Anna. & Soc. ibi, & Hypo. in d.l. §. præterea. nu. 58.

99 †Detinens in uinculis præsumitur contrahere inimicitiã cum detento, cum ipsi iniuriam faciat, & corporalis sit, & ex ea inimicitia oriatur, nam ille qui detinet aliquem in uinculis, præsumitur inimicus, & odiosus, argum. tex. in l. in ipsius. C. fam. ercis. & ibi hoc no. Bal. in 2. notab. & in l. ignorat in fi. C. de exhiben. & in auc. si dicatur, immo carcerans aliquem iuste largo modo dr̃ facere iniuriam. l. cum filij. C. q̃ bo. cede. pos. Fely. deducit hæc. in c. cum oportet. col. 6. nu. 13. de accu. Et q̃ ex detentione oriat̃ inimicitia, voluit Hyp. in l. j. §. præterea. num. 52. sup. de q̃, & consi. 26. col. 2. nu. 8. Et dicit Amade. de Cast. in trac. de sindi. in uerb. supradictus Dñs pot̃estas, in uer. aduerte. q̃ testis non est idoneus contra officialem, quia ab eo fuit carceratus, quia præsumitur odiosus, infero & hoc, q̃ tortus per iudicem præsumitur inimicus, cum præcedat detentio in carceribus realiter. Et etiam quia ex causa pecuniaria oritur inimicitia, prout dicam infra, & tamen quælibet pœna corporalis est maior & grauior quàm pecuniaria damnatio. l. in seruorum. in fin. infra de pœnis.

100 †Expellens aliquem de domo præsumitur odio prosequi ab expulso, & eius inimicus iudicatur, nec põt testificari cõtra expellẽtẽ, ut est tex. in arg. in l. Lutius Titius. is. §. Lutius Titius damnam. & ibi hoc no. Bal. sup. de leg. 2. refert eum & sequitur Alex. in l. j. in addi. ad Bar. quæ incipit oppono probatio. sup. de testi. & refert, & sequitur prædictos Hyp. in d.l. j. §. præterea nu. 54. sup. hoc tit.

101 Diuortium si secutum fuerit inter maritum & uxorem, oriuntur inimicitię inter eos: ita est tex. in l. Cicero. in 2. resp. ibi, ne iam inimico marito. inf. de pę. & ita per illum tex. no. Luc. de Pen. in l. j. col. 1. C. de his qui se defe. lib. 10.

102 †Non obediens superiori, nec eius statuta seruans præsumitur eius inimicus. gl. est in c. si diaconus. in verb. & inimicos. l. dist. quæ dicit, no. q̃ eo ipso, q̃ aliquis non obedit prælato, est eius inimicus. 24. q. 1. c. qm̃ vetus, istud idem determinat Præpos. & Dom. de San. Gem. ibi. in 4. no. idem uoluit Luc. de Pen. per eam gl. in l. j. C. de his qui se def. lib. 10. istud idem determinat Alberi. in auc. si testis. C. de testi. in j. col. di cens, q̃ si subditus spoliat prælatum uel superiorem subtrahendo se ab eius obedientia, quibus est obediẽdum, etiam lite pendente, etiam a subiectis, qui eos accusarunt. c. olim. de accusa. connumeratur inter inimicos. Subdens q̃ ideo Canon dicit de spoliatio contra spoliatores: nec nudi contẽdere, nec inimicis inermes opponere nos debemus. c. oportet. 3. q. 1. c. frequens. de resti. spol. lib. 6.

103 †Non osculans dum datur pax in celebratione missæ, ubi ex consuetudine datur oculum, præsumit̃ inimicus, nam ex consuetudine aliquarum ecclesiarũ p̃lati inferiores admittuntur ad osculum pacis per ep̃m. c. de delicto, de præbẽ. & non admittens recusatur, quia p̃sumitur inimicus. no. Card. Abb Barb. post gl. in c. cum super. de offi. deleg. Et dicit Hostien. ibi, q̃ signum est rancoris non admittere ad osculum pacis, quod etiam uoluit Steph. Auf. in trac. de recusat. uers. 49. & Hyp. in d. §. præterea. num. 52.

104 †Verbis iniuria fit, si q̃n conuicium factum sit in aliquem prout est tex. in d.l. j. & in l. item apud labeonem. §. j. & non tm̃ oritur, si præsentialiter alicui uerba iniuriosa, & diffamatoria sint prolata, uerum ẽt si absenti, ut puta ad domum, stationem, uel tabernã proferant̃, ut est tex. in d.l. item apud. in prin. & ex uerbis iniuriosis capitalis inimicitia oritur, ut est tex. in c. ueniens. in prin. de iureiu. & ibi Bal. no. in fi. quem referunt, & dñt esse menti tenendum, Moder. in d. §. præterea. Sed ante ipsum idẽ determinat Iaso. in l. procuratoribus. C. de procu. per illum dictum Bal. & est tex. in d.l. si inimicitiæ de his quib. ut indig. ibi sed & si palam. Sed istud idẽ (q̃ ex iudicio, & uerbis iniuriosis detur capitalis & grauis inimicitia) uoluit Anchar. Ant. de But. & Imo. in d.c. ueniens, subdens Imo. q̃ istud docet experientia, ut ex uerbis iniuriosis oriat̃ inimicitia. uerba aũt iniuriosa sunt si reiprobo tibi aliqđ ma-

Digitized by Google

leficiū vel crimen per te cōmiſſum,ſeu aliq̄ iniuriā in te uel in tuos commiſſum,ut per Bar.in d.l.item apud.§.ſeu quod adijcitur,Henr.Boych.in d.c.cum oportet.de accu.

105 †Minę faciunt præſumi inimicitiam capitalem ſi minatus eſt mortē gl.in l.licet.ſup.de arb.Bar.in l.3.§.fi.ff.de adim. leg.Alb.in auc.ſi teſtis.C.de teſti.& dicā. inf. in uerb. Minæ.

106 †Dicens ſe nociturum,ſi poſſet,dī inimicus, ut uoluit gl. in c.cum ſuper.de offi.deleg.& ibi Abb. Card.& Imo.& faciunt ea,q̄ adducit Hyp.in d.§.præterea.col.2.nu.10. dicēs, ꝙ non tm̄ eſt inimicus,qui nocet, ſed ēt ille qui noceret ſi poſſet,ut per Bal.in auc.ſi dicatur.C.de teſti.& in l.j.in fi.C.ſi qua prædit.pot.poſt Barb.in c.repellantur.de accuſ.

107 †Dicens non diligere Petrum:ſi talia verba proferens interfecit Petrum,hēt indicium penſamenti,nā ex illis uerbis præſumitur inimicus.no.Alb.in l.ſi inimicitiæ. ſup.de his qbus ut indig.& in l.metum.C.ꝙ met.cau.per tex.in c. inquiſitionis.de accu.& p ea q̄ no.in c.cum ſuper Abbatia,in gl. j. de offi.deleg.& ex inimicitia præcogitatio inducitur.

108 †Dicens ſe inimicum eſt inimicus.c. inquiſitionis. §. ad hæc uer.aut etiam aduerſus eos.de accu.ita no.Alb. in auc. ſi teſtis.col.2.C.de teſt.

109 †Non loquens cum aliquo nec ſalutans cum eſſet ſolitus ſalutare & loqui,præſumit inimicus tex.eſt in c. ſi inimicus. 93.diſt.p q̄ iura ita determinat Luc.de Pen.in l.j. C. de his q ſe def.lib.10.& gl.in c.cū Adrianus.63.diſt.q̄ dicit, ꝙ eo ipſo,ꝙ quis non ſalutat aliū p̄ſumit eius inimicus.alleg.tex. in cum ſuper.de of.deleg.& ibi Car.Imo.Abb. & alii eā ſequūtur,q̄ gl.refert,& ſequitur Abb.in c.ad hęc.& in c.repellant. in 2.no.de accu.& Laſ.in l.apertiſſimi. col.2.in uerſi. & dicit gl.C.de iudi.inferens,ꝙ iſte talis,q non ſalutat,ſi iudex eſt, recuſari pōt:ꝙ idē uoluit Alb.in l.ſi inimicitiæ.ſup.de his qb. ut indig.dicens,ꝙ ſi quis non ſalutat aliquē p̄ſumit eius inimicus,ex quo p̄miſſa ſunt reſtringēda in eo,q ſolitus erat ſalutare:nā nō ſalutādo p̄ſumit inimicus,ita Abba. Io. de Ana.& Fely.poſt ipſos in d.c.repellant.in prin.de accu.& Abb. in d.c.ad hæc,& Fely.in prohe.decret.col.5.nu.22.

110 †Literis fit iniuria,cum quis librum,carmen,vel hiſtoriā ad infamiam alicuius pertinentē ſcripſit, cōpoſuit, vel edidit,uel dolo malo fecerit,quo quid eorū fieret, & in oībus illis caſib.de quib.loquit tex.in d.l.lex Cornelia in fin. cū l. ſeq.item ſi quis ſine ſcriptura in notam alicuius aliquid produxit,puta veſte lugubri,vel ſqualida utitur ad iniuriam alicuius,aut barbam demittat,uel capillos ſubmittat. vel cantet aliquid,ꝙ pudorem alicuius lædat ut eſt tex. in d. l. item apud Iabeonem.§.ait prætor.ſup.de iniur.uel ꝙ fideiuſſores idoneos reprobet,uel fideiuſſores interpellat exiſtente paratos ad ſoluendum,uel domum abſentis debitoris ſignet,& alia faciat,de quibus per Hoſt.& Azo.in ſum.de iniur.& eſt tex.in l.creditor.cum ſeq.ſup.de iniu.in iſtis.n.oīb.caſib. ex iniuria oritur inimicitia ut eſt tex.in c.cum in iuuentute.de purga.Cano.ibi ſed inimicus hō,& per illū tex. Luc. de Pe. in d l.j.C.de his qui ſe defer li.10.dicit ꝙ ille,qui publicat ea, quæ pertinent ad infamiam alicuius,eſt eius inimicus. Pro confirmatione præmiſſorum facit illud.

111 † Quòd damnum famę eſt maius dāno pecuniario,ut eſt tex.in l.ſi duab.inf.de reg.iur.& in l.iuſta.in prin.cū glo. ſupra de manum.vind.& in l.iuſiurādi.§ procurator.ſup.de iur.& ibi Alex.in 2.col.vēr.itē no.qui dicit per illum tex. ꝙ parum dī quis prouidere alicui,cum aduerſus damnū pecuniarium ſuccurritur, ſi ēt non conſeruatur aduerſus damna honoris & famæ cū tale damnum præferaī pecunię. Sed pro dāno pecuniario,& pro lite pecuniaria oriunt inimicitiæ,ut dicam infra: ergo & pro hac re maiori. Cum etiam habeamus illud.

112 †Qđ crudelis eſt q famam ſuā negligit.c.ſi quis præsbyter de purg.cano.& c.nolo.12.q.j.& dicit Albe. in auct. ſi teſtis. col.2.C.de teſti.inimicitiam oriri, ſi aliquis ſpoliatur bona fama quæ præcioſa res eſt.9.q.3.c.facta,& magnum damnū eſt eam ammittere.l.infamia.C.de decur.

113 †Eſt.n.q̄dā mors ciuilis perdere honorē,ſtatum, & famā. l.pe.inf.de var.& extraor.cog.& l.j.§.deportatos.ſup.de ꝗta. l.ſi ſup,de ca.di.& iō quibuſcunq; modis redimi pōt.c.int.de bo.eo.qui ſibi mor.conſci.l.1.

114 †Secundū ſignū inimicitię eſt,ſi cā,uel lis eſt inter partes: plurib.n.reſpectib.pōt eſſe lis, nā qñq; eſt criminalis,qñq; ciuilis.Illa q̄ eſt criminalis,aut eſt capitalis, aut non capitalis. illa quæ eſt ciuilis,aut agitur de crimine ciuiliter,aut eſt p̄ſonalis,aut omnium bonorum,aut maioris partis, aut paruæ rei.Et ideo de omnibus iſtis uideamus infra.

115 †Accuſatio criminalis capitalis gñat capitalē inimicitiā inter partes gl.eſt in l.licet.ſup.de arb.& in §.ii ē inimicitiæ in verb.ſi capitales.inſti.de excu.tut.& in §.ſi uero qs dicat in uerb.de crimine.in auc.de teſti.Bar.in l.3.ff.de teſt.& in l. 3.§.fi.ſup.de adim.leg.Abb.Mar.Soc.in c. accedens. el 2. ut lit.non conteſt.Albe.in auc.ſi teſtis.col.2.C.de teſti.

116 †Accuſatio criminis non capitalis adhuc inimicitiam inducit,nam ille qui accuſat,proſequitur ſuā, uel ſuorū iniuriam.l.1.§.1.& §.fi.ſup.de iniur.& §.patitur.inſti.eo.Et tunc aut iuſte accuſat,aut iniuſte.Si iuſtē iniuriam paſſus eſt.Aut re,aut uerbis,aut literis. Ex quib. oritur inimicitia,ut dixi. ſup.in 2.ſigno p̄cedenti.Aut iniuſte accuſat, & tunc non iam re facit,& iniuria oritur.d.l.j.§.1.ſup. de iniur. & p̄ſumendū eſt,ꝙ accuſans malo aīo,& quia eū non amat, accuſationē inſtituerit,nam crimen imponēdo infamat apud probos & bonos viros de facto,& ſi nō ſit uera imputatio p no.in l. j. ſup.de his qui no.infa.& in c.teſtimoniū & ibi glo.& Doct. de teſti.& orit cōtumelia,de qua ſup.in eodē ſigno ſecūdo.

117 †Vnde lex accuſatorem appellat inimicum tex.eſt in c.j. in §.illum.ibi nec inermes inimicis, de reſti.ſpo. lib.6.& in c.item cum quis eo.ti.& in c.meminimus.de accuſ.

118 †Perſonalis cā ſiue de ſtatu inimicitiā facit, ut ſi qs agat contra aliquem,aſſerendo eum eſſe ſeruum ſuum,& ille negat item ſi quis dicat illum eſſe libertū ſuum, & ille negat, illę enim ſunt qōnes ſtatus,ut dicit Bar.in l.imperium. col. fi.uer.quæro ꝙ ſub.ſup.de iuriſdic.omn.iudic.& ibi omnes Doc.& appellat ibi cauſam hanc maximi præiudicij & expediri debet per magnos iudices,nec poteſt delegari.l. placet.C.de ped.iudi.no.Doc.in §.præiudiciales.inſti.de actio. & ex hac cauſa oriuntur capitales inimicitię.in fi.ſup.de his quib.ut indig.& no.Bal.in l.athletæ.§.dat remiſſionem.in 4. no.ſup.de excuſ.tut.& dicit Laſ.in l.quotiens. C.de iudic.in prin.ꝙ cauſa ſeruitutis,& cauſa uitæ æquiparantur. Cū ſeruus reputetur pro mortuo.l.quod attinet.inf.de reg.iur.

119 †Matrimonialis cauſa ſi tractatur. Tunc dicitur quaſi cā ſtatus. Cum mulier uocet uirum in matrimonium,quæ dicitur ſeruitus.& econtra ſi uir mulierem,ita glo.in cap.mulieri.de iureiur.& ibi Butr.Cardi.Imol.Abb.& reliqui eam ſequentes.& hoc maxime quia cauſa criminalis, & cauſa liberalis,& matrimonialis æquiparantur,ut eſt tex.in c.penu. de reſti.in integr.& glo.in l.3.§.quacunque.ſupra de iureiur. & ibi Barto.

120 †Alex.& Pau.de Caſtr.appellant hanc cauſam arduam & grauem eo modo,ut in ea non deferatur iuramentum in ſupplementum probationis,ut per gl.& Doct. ſuperius adductos,& per Barto.Roma.& reliquos Rep.in l.admonendi.ſupra eod. de iureiur. & ibi Laſ.numero 277. Doctor.in cap. fina. de iureiur. & Dec.in conſilio 133. de iſto proceſſu.colum.1.uol.j.

Et ita conſuluit Alexan.æquiparando cauſam matrimonialem criminali in conſi.143.qm̄ abunde col.2.uerſ.2. non eſt.uol.2.quē refert,& ſequit Dec.in conſ.210.Viſis diligenter.uol.2.& Hyp.in l.de minore.§ plurium nu.63.ſup. de q. ex quo neceſſario eſt dicendum inter hos litigantes, ut eſt in p ræmiſſis,inimicitiam oriri.

121 †Monachationis cauſa eſt eiuſdem iuris, cuius eſt præcedens.Cum in ea tractetur de graui præiudicio. & ex domino redigatur quodammodo in ſeruitutem,& priuetur omnibus bonis,cum monachus nihil proprium habere poſſit. c.cum ad monaſterium.de ſtatu monach.& auc.ingreſſi.C. de ſacroſan.eccle.& ob eius præiudicium,& grauitatem iuramentum neceſſarium non defertur, quemadmodum & in cauſa matrimoniali non datur.& æquiparata ſunt hæc,vt per gl.in l.j.§.j.ſup.de iureiu.& ibi Bar.Angel.Pau. de Caſtr. Saly.Alex.& Laſ.qui eam ſequuntur,no. Anch. Abb. Cardi. & Imo.in c.fi.eo.tit.Lap.alleg.86.colum.ultim.Cum itaque cauſa ſit tanti præiudicij,nulli dubium ex ea oriri inimicitiam inter litigantes.

122 †Filiationis cauſa,ut ſi agenti dixero eum illegitimum & inhabilem ad ſucceſſionem,& ad dignitates,nam iſta cauſa eſt ardua,& tractatur de ſtatu,& in tali caſu non defertur iuramentum in ſupplementum,quādo eſt neceſſarium,ita determinat Bal.in l.in bonæfidei.C.de rebu.cred. & rationem reddit, quia dicere aliquem eſſe illegitime natum eſt quædam infamia.Et iſtud refert,& ſequitur Laſ.in d.l. admonendi.ſup.de preiu.nume. 280.dicens, ꝙ iuramentum neceſſarium non defertur in cauſa ſtatus perſonæ,puta filiationis, uel legitimationis,quia ſunt graues,& hæc grauitas , & præiudicium conſtat ex eo quia ut in plurib. quando opponit iſta illegitimitas,id fit ad excludendum ab aliqua ſucceſſione,uel paterna, uel alia , ſeu ad excludendum ab aliqua dignitate,quæ omnia ſunt grauia,ut in infrapoſitis ſignis,& ideo in hac cauſa oritur inimicitia.

123 †Famoſa ſi eſt lis dī cauſa ſtatus,ut qñ agit qs cōtra me, ut ammouear ab ordine,uel uult prohibere ne fungar officijs publicis,uel quòd agatur pro ſocio,tutelæ,mandati,depoſiti nomine ſuo,uel ex alijs cauſis. de quibus in l. 1. §. 1.ſupra de his qui no.infa.& in l.cognitionum.in uer.exiſtimatio.infra de uar.& extraor.cog.& ita intelligit illum tex.in l.cogniturum.Roma.& in l.admonendi.nu.105. quòd cauſa famoſa ſit cauſa ſtatus.

Ex

Digitized by Google

124 †Ex quo nec in ea deferur iuramentum necessariū in supplementum, eo maxime quia si non defertur iurm in cā bonorum maioris partis vel totius patrimonij, multo magis non est deferendum in cā famę, q̄ magis prævalet q̄ oīa bona mū di. l. iulianus. s. si quis omiſ. cau. test. l. alias. s. de iureiu. Ias. in d. l. admonendi nu. 278. sequens hanc opinionē dicit, ꝙ cā famæ, & cā vitæ æquiparant. l. iusta. cum gl. s. de manumiſ. vind. gl. in §. suspectus aūt ver. ob culpam insti. de susp. tuto. & hoc (ꝙ non deferatur iurm necessarium in hac cā) sequunt cōmu Doc. in d. l. admonendi. & Io. And. But. Imo. Card. & alij in c. fi. de iureiu. improbando opinionem Bar. in d. l. admonendi, quamuis Ias. ibi dicat verba illa non esse Bar. Ex his ita constat ex hoc litigio causæ famosæ, cum sit causa status inimicitiam oriri.

125 †Cā omnium bonorum uel maioris partis inducit inimicitiam capitalem. Nam cā bonorum dr̄ cā vitæ. l. aduocati. C. de aduoc. diuer. iudi. & ibi Bal. & dicit Sal. in d. l. admonendi. col. pen. ver. q̄ro an sit, ꝙ pecunia est alter sanguis, vñ uidemus, ꝙ cā oīum bonorū, seu maioris partis sunt æquiparata per tex. in c. frequens. de resti. spo. in 6. & gl. in auc. de testi. in §. si vero dicatur. in fi. in uer. qōnes. & gl. in auc. si testis. in fi. C. de resti. coniungit hæc, de oībus bonis, vel parte maiori, vel de statu, per tex. in §. item pp litem, insti. de excu. tut. & gl. in c. cum partium. de reg iu. in 6. cōiungit hæc causam criminalem, famosam & arduā. & Iaco. de Are. Odoffr. Bar. Albe. Saly. Ful. & Rom. in d. l. admonendi dicunt.

126 †Quod cā magna æquiparatur causæ criminali per text. in l. propter litem. sup. de excus. tut. & prædictos sequuntur Io. Crot. Caccialup. Curt. & reliqui repe. in d. l. admonendi, & idem uoluit But. & Imo. in c. fi. de iureiu.

Sed aduerte, ꝙ Ias. in l. properandum in prin. in 3. no. C. de iudi. dicit, ꝙ ille tex. in eo, ꝙ determinat instantiā non esse eandem in causis criminalibus q̄ est in causis ciuilibus, vr̄ tñ esse contra hanc decisionem, ꝙ istæ causæ magnæ æquiparā tur causis criminalib. & idem sensit Iaso. in d. l. admonendi. nu. 171. ob id, quia quælibet cā corporalis est maior quacūque pecuniaria per l. in seruorum. in fi. infra de pę. Vñ uult restringere illud in personis uilib. uel in illis casib. in quibus pro crimine imponitur pęna pecuniaria, & in d. l. properādum. infert, ꝙ istæ causæ non possunt dici capitales, & per ꝑs, ꝙ non oriatur inimicitia capitalis, sed quasi capitalis ut consuluit Io. de Anna. in consi. 59. uisa inquisitione, qui dicit, ꝙ ex litigio non oritur inimicitia capitalis cum imperatore, & iurisconsultus ponant de per se inimicitiam, q̄ oritur ex litigio, & inimicitiam capitalem ut insti. de excu. tuto. §. item pp inimicitias. subdens, ꝙ Doc. in d. c. cūm oportet. dicunt, quòd ex prędictis oritur inimicitia quasi capitalis. idē sensit Fely. in d. c. cum oportet. colu. 4. num. 8. vbi quasi capitalem appellat.

Non puto esse recedendum ab opinione Bar. & aliorum dicentium ex prædictis causis oriri capitalem inimicitiam. & pro prædictis considero tex. in §. item pp litem, & alios. §§. subsequen. vbi lex determinat, ꝙ ob causas magnas tutor habeat excusationem, & inter alias, si est lis de oīb. bonis, uel hæreditate. item si est inimicitia, nec sufficit simplex inimicitia, sed requiritur, ꝙ sit capitalis ut in §. inimicitiæ. cum itaque lex uelit capitalem inimicitiā ad excusandum tutorem, necesse est ēt, ꝙ alia litigia, q̄ excusationē inducūt sint talia, ex quib. oriatur capitalis, non aūt simplex inimicitia, non. n. est præsumendum, ꝙ vna & eadem dispositio diuerso iure censeatur, & ex diuersa cā sit inducta. l. iam hoc iure. sup. de uul. & pup. nec opus est dicere, ꝙ imperator posuerit separatim inimicitiam orientem ex litigio, & inimicitiam capitalem, quia immo oīa sunt posita sub eodē contextu, & sub eadem determinatione, & sub eodem tit. & ex eadem causa sunt inducta, & ordinata, ut iam dictum est.

Pro prædicta opi. adduco tex. & ibi Bal. in l. athletę. §. dat remissionem. sup. de excus. tut. ibi capitale certamen eis ad inuicem constitit. q̄ verba exponuntur per Bal. ſ de statu, oībus bonis, uel maiori parte litigetur, & dicit Ant. de But. in c. accedens. el. 2. in 5. no. ut li. non contest.

127 †Quod inimicitia capitalis non tolum cōcluditur ex morte, uel ex sanguine primo, sed ēt ex secundo bonorum, vel honoris, & Bar. in l. pe. in fi. sup. de condi. ob tur. cau. dicit, ꝙ promittens tyranno ob metum ēt tpe solutionis durat, nec debuit deserere patriam & bona, quia ammissio oīum bonorum æquiparatur morti. & Per. Cy. Ray. Fulg. & Alex. in l. reum criminis. C. de procu. dñt, ꝙ quemadmodum accusatus de crimine non potest esse procurator, ita & ille qui hēt litē oīum bonorum, quæ æquiparatur criminali, & Bal. in l. certa forma. in fi. C. de iur. fis. lib. 10. ꝙ quasi maior pęna est amissio oīum bonorū q̄ mors p tex. in l. fi. C. ad leg. iul. maiest. Vñ licet offendere aggressorem ad defensionē bonorū sicut ad defentionē personæ gl. in l. ut uim. ſ. de iusti. & iur. & ibi Ias. & Alcia. in c. 1. de iudi. nu. 17. & Bal. in l. 3. §. 1. sup. de testi. æquiparat inimicitiā capitalē causæ oīum bonorum, & Alex. in l. post legatum. §. his uero. sup. de his quib. ut indig.

Nec obstat, ꝙ dicatur, si nō est cā capitalis primo, nec inimicitia capitalis oritur, quia istud est falsum, nam ex iniuria verbali oritur inimicitia capitalis & ex alia iniuria simili, ut dixi in præced. sig. & tamen non est capitalis.

Nec ob. consideratio. l. in seruorum. infra de pę. quia dato ꝙ pœna corporalis si maior qua cūq; pecuniaria, attamē ꝓp hoc non sequitur ꝙ ex cā bonorū non possit oriri idem effectus, quo ad hominis intentionē, qui oritur ex cā hñte pęnā corporalē. Cum. n. inimicitia sit rancor animi, eodem mō orit, ex eo, ꝙ qs vexat grauiter, uel bonis, uel in corpore. Et in hoc hñt hæc duo æquiparationem, & in illis agēs demōstrat hr̄e malā opinionē aduersus reū, & eius ruinā p quirit, siue agat in bonis, siue in corpore, ex quo dat inimicitia grauis, q̄ capitalis est, & sufficit, ꝙ quātum ad hūc effectū inimicitiæ, & eius ortus hæc duo sint æquparata & similia, dato ꝙ vnū excedat aliud quo ad executionē, & maior sit pęna, q̄ in corpus infligit, q̄ pecuniaria, q̄ bonis applicat.

128 †Sufficit enim ꝙ æquiparatio, & similitudo sit in ea re (de qua agitur) nec requiritur, ꝙ tota res sit alteri similis. c. cum dilecta. de confir. util. uel inutil. Cum simile non sit idē not. Bar. & alii in l. qđ Nerua. sup. depos. & l. nō pñt. sup. de legib. l. ad similitudinē. C. de epi. & cler. no. Fely. in c. translato col. 5. nu. 16. de consti. Cum etiam maior sit inimicitia, quæ oritur ex cā oīum bonorum, q̄ illa, quæ oritur ex accusatione capitali. ita Pau. de Cast. in aut. si dicatur. C. de test.

Quòd aūt ex litigio oīum bonorū vel maioris partis causæ capitalis inimicitia ultra p̄dictos, tenuit gl. Io And. Host. Card. & Abb. in d. c. cū oportet, ꝺducit tex. in d. c. frequens de resti. spol. lib. 6. & idem Io. de Anna. sibi ipsi contrarius in d. c. cum oportet. col. 2. ver. qualis autem, & Anch. in d. c. frequens. de resti. spo. per tex. in d. §. dat remissionem, & Hyp. in d. l. j. §. præterea. nu. 58. sup. de q.

Intellige prædicta non procedere in casib. de quib. loquit Bar. in d. l. admonēdi, qñ. l. tractatur de possessorio oīum bonorum. Nam tunc non dr̄ magna, uel grauis cā, uel qñ tractatur de aliquo incidēti, ꝙ non tolleret, nec diminueret ueritatē negocii, ut puta ꝙ aliquis non esset procurator meus, nec potuisset agere pro me, ut per Bar. exemplificatur, & p omnes ibi scrib. Nam in casibus prædictis, cum de paruo p̄iudicio tractet, non est dicēdum capitalē inimicitiā oriri.

Intellige ēt, ut inimicitia capitalis interueniat qñ est lis inferens graue damnum in bonis rei conuēti, ut puta, ꝙ aut fit ammissio lucri, uel ammissio bonorum. Nam quemadmodum infertur iustus metus ob mortem uel quasi: ita etiam ex ammissione lucri, aut bonorum, ita no. Cy. in l. interpositas. C. de transac. & ibi Bal. & Saly. qui dicunt.

129 †Qđ qñ non timet mors, uel quasi, sed graue damnum in reb. propriis, iustus, & ītimus metus infertur. Et Bald. in c. 1. de iudi. col. 4. uer. quid enim. dicit, ꝙ inimicitia capitalis oritur, si est contentio oīum bonorum, uel maioris partis. Idō si est qō de meliori re, quam hr̄et in bonis, per tex. sing. in l. summa cum rōne. sup. de pecul. & idē si esset quæstio amissionis magni lucri per singulare dictum Cy. sup. allegatum.

130 †Infertur ex prædictis, ꝙ si cā erit leuis, & parua inter partes non p̄sumit inimicitia. Nam modicum damnum quilibet æquo animo ferre dēt. c. terrulas. 12. q. 2. Cum lex paruā læsionē non ꝓsideret. l. scio. sup. de in integ. resti. & dolus ex parua re non p̄sumit. l. si oleum. sup. de dol. Et pro parua re non præsumitur quis uelle peierare, cum detur in ea iurm in supplementum, per no. in d. l. admonendi. sup. de iureiur.

131 †Aduerte tñ ꝙ qñque ex contētione etiam de releui maxima orit inimicitia, ut dicit Dec. in d. c. j. de iudi. in 2. dectu. col. j. uer. & ex supradicto no. allegat Abb. in d. c. j. & in c. nō accedens. ut li. non contest. & in c. cum oportet. de accus.

132 †Parua. n. res qñq; dr̄, q̄ ad sumptus iudiciales nō sufficit. c. anteriorū. §. illud. 2. q. 6. no. in c. de appellationib. de appel. Qñq; minor. 10. libris auri in auc. de mād. prin. §. si tibi, & de appel. §. illud. Qñque usque ad quadraginta aureos, ut in l. 1. C. de defen. ci. qñque ad trecentos aureos, ut in auc. de defen. ci. in § & iudicare. Sed in casu (de quo agitur) parua res dr̄ secundum qualitatem personarum. Nam cā ducentorū aureorum pænes magnum uirum est parua, ut est glo. & ibi Bar. & alii in l. sed si susceperit. supra. de iudi. loquens de illa Comitissa matilda, q̄ donauit triginta milliaria terreni, & dixit aliquantulū terreni. Eꝯ autem cā suis seu porci dicēt magna respectu pauperis, ut est gl. in l. illicitas. §. ne tenuis. ſ de offi proconſ. Et sic psonæ faciunt paruā & magnā cām. Et arbitrariū est iudicis iudicare ob psonas, q̄ parua, q̄ magna, & grauis cā dicat. no. Bar. & alii oēs in d. l. admonendi, & ibi Ias. nu. 272. no. Inn. Card. Abb. & alii in c. fi. in §. is autem. de offi. del eg. & de istis paruis & minimis late prosequitur Anto. Corsi. in trac. de mini. quarum aliqua transcripsit Hypo. in l. furem. sup. de fica. in l. si ut allegas. C. de fica.

Digitized by Google

133 †Quæro præmiſſis inhærendo, an lite finita inimicitia durare præſumatur, Doc. in c. 1. de iudi. in j. not. loquendo de teſtibus & indicio fuerunt varii, & ex diuerſis rationib. moti. Aduerſantur inſimul. Ant. de But. Abb. videntur ſenſiſſe, ꝙ inimicitia non duret, Dec. Rip. Alciat. ibi ſequuntur hæc dicta, quamuis per diſtinctionem ſe reſtringant, prædicti ad hoc tenendum mouentur.

Primo ex dicto Io. And. in addi. ad Spec. in rubr. de teſti. verſicu. ſciendum, & verſicu. ſexto, vbi illi, qui habuerunt contentionem, vel cauſam cum epiſcopo, non repelluntur a teſtificatione.

Secundo adducitur tex. in §. ſi vero quis dicat. in auc. de teſti. ibi donec de crimine iudicetur.

Tertio facit tex. in §. item propter litem. inſti. de excuſa tut. ponderando verbum, ſit, ꝙ excuſetur quis a tutela, ſi ſit lis, de omnibus bonis, vel de hæreditate, adeo ꝙ requiritur actualis exiſtentia litis, & ſi fuerit finita aliud ſit.

Quarto pro hoc eſt tex. in ca. omnipotens. de accu. iunc. gl. & tex. in l. reus delatus. infra de mu. & hon. vbi ceſſante infamia ceſſat effectus ipſius.

Quinto adducitur tex. in c. item cum quis. de reſti. ſpoli. vbi non agitur ante reſtitutionem ſpolij criminaliter, cum præſumantur inimici, facta vero reſtitutione, ut innuit tex. agi poterit, & ſic non perdurat inimicitia.

Sexto facit tex. in c. poſtremo, & ibi Abb. in 2. not. in fi. de appella. ibi in eodem negotio aduocati officio functus. ex quo apparet, ꝙ ille qui fuit aduocatus in una cauſa, ſi datus fuit iudex in alia cauſa, non poteſt recuſari. & tamen aduocatus dicitur aduerſarius, ut no. in d. c. j. de iudi. & dicam infra ſub lig. ter. & ſic functo officio per eum non dicitur durare inimicitia.

Septimo adducitur tex. in c. ad hoc. el 1. & ca. propoſuit de app. vbi iudex in vna cauſa, a qua fuit appellatum, poteſt appellatione pendente recuſari in alia cauſa, ergo finita cauſa non poterit recuſari. Et ſic aliquis ranchor non uidetur perdurare.

Aliam opi. ꝙ finita lite adhuc duret inimicitia tenuerunt Are. Barb. & Boſc. Codeg. Adducunt

Primo cum ut ſuperius dictum eſt, inimicitia inducatur ex lite, ut in caſibus præcedentibus.

134 †Tunc, ſi ſemel inimicus fuit, præſumitur durare inimicitia, niſi probetur reconciliatio, ut per Innocen. in cap. cum oporter. de accuſa. & Bal. in auc. ſi dicatur. C. de teſtib. & eſt tex. in l. in ipſius, & ibi Bal. C. fami. erciſc. ergo repelli debet nunc ſicut tunc.

135 †Cum etiam inimicus reconciliatus repellitur ut ſuſpectus, ut per Spec. in tit. de leg. in §. ſupereſt. ver. item ꝙ quondam. & hoc quando reconciliatio eſt de recenti, ut dicam infra in uerb. reconciliatio, ita hic, dato ꝙ finita ſit lis, tamen adhuc durat cauſa inimicitiæ.

Secundo adducitur Bar. in l. 1. §. idem numinio. ſupra de quæſt. Vbi domeſticus tempore cõtractus ſi deſiit eſſet domeſticus tempore atteſtationis faciendę. & duret cauſa reuerentię. i. ranchor & odium, non poteſt eſſe teſtis.

Tertio mouentur, uoluntas ſemel poſita durare præſumitur. l. ſancimus. C. de teſtament. capitulo maiores, de Baptiſ. ex quo inimicitia ſemel in eſſe deducta præſumitur perpetuo durare.

Quarto adducitur, quæ ex ſolo curſu temporis non mutantur ſemel in eſſe poſita, ſemper in ipſo eſſe præſumuntur, niſi contrarium probetur, uoluit Abba. in cap. propoſuit. de cler. excommun. mini. per glo. ibi in verb. abſolutione, quæ vult, quòd ſemel excommunicatus, niſi contrarium probetur ſemper præſumitur excommunicatus: quæ concluſio ex pluribus confirmatur poſita per Felyn. in cap. ſcribebam in glo. 2. in princip. de præſumpti. & per Bald. in l. ex perſona. C. de probatio.

136 †Quinto facit ceſſante cauſa, non ceſſat effectus iam perfectus & cõſummatus Bar. in l. cum lite mortua. ſupra iudi. ſolu. & in l. fiſcus la 2. infra de iur. fi. Bal. in l. cum antea. in fi. C. de arb. Abb. in c. illud. de præſcri. Fely. in c. cauſamque el 1. col. pe. uer. fallit primo de teæi.

Sexto allegatio inimicitiæ facta per alteram ex partibus oſtendit eam ſubeſſe, dato ꝙ lis ſit extincta, cum in hoc ſtandum ſit aſſertioni partis, eo quia pendet ab animo.

137 †Nam amicitia & inimicitia dicuntur paſſiones mentales, quæ animo retinentur, & continuantur, ut per Bal. in d. l. ex perſona. C. de proba. Et per Fely. in d. c. ſcribendum, prout in ſimili dicit Bartol. in l. ſiue poſſidetis. C. de probatio. quòd ſtandum eſt aſſertioni dicentis poſſidere, cum hæc animo retineatur.

Septimo adducitur text. in capit. cum P. manconella. de accuſatio.

Octauo facit tex. in capitu. accuſatores el 1. 3. quæſt. 5. vbi etiam poſt reconciliationem quis repellitur ut ſuſpectus, & dicam infra.

Aduerte circa prædictam concluſionem, ꝙ quamuis allegentur prædicti, ꝙ teneant alteram ex prædictis partibus, attamen non ſimpliciter ſequuntur dictas opiniones. Nam Aret. in d. c. j. de iudi. dicit moderando eius opinionem, ꝙ non repellitur in totum, qui habuit litem reſpectu inimicitiæ. Sed non adhibetur plena fides. Rip. in d. c. P. tenet eandem modificationem, Dec. in d. c. 1. concludit arbitrarium iudicis eſſe in admittendo vel non admittendo, conſiderato, ꝙ orta eſſet aliqua magna inimicitia, tunc præſumitur durare. aut ſolum allegatur lis præterita, ex qua erat præſumptio inimicitiæ lite pendente, finita lite, ſuſpitio illa purgatur. Alciat. in d. c. j. intelligit, ut non duret inimicitia, niſi index cognouerit, etiam poſt litem ſub eſſe inimicitiam. Et ſic omnes prædicti uidentur inclinare, ꝙ ſit quodammodo arbitrariũ ipſius iudicis. Alex. in l. 3. in addi. ad Bart. in uerb. inimicitias in fi ſupra de teſti. non ſe firmat in hoc articulo. Sed uidetur ſentire, quod aliqualis inimicitia duret, quia diminuitur de dicto teſtis & eius fide.

Ego indiſtincte verum puto, ꝙ ſi orta ſit inimicitia capitalis, aut grauis (vt ſupradictum eſt) ꝙ finita lite adhuc præſumptio ſit eam durare. Nam cum amicitia, & inimicitia ſint animi paſſiones, & in intentione conſiſtant, & inimicitia ſit ira viciſcẽdi tempus obſeruans, ut ait Cic. in lib. quarto quæſt. Tuſcul. quomodo poſſumus dicere, quòd per receſſum litis hæc recedant, cum ſint radicata in corde, quæ non ita de facili amouentur. Si enim inimicitia deſiderat ultionem, & obſeruat tempus ad ſe uindicandum, non poteſt ex hoc dari, quòd ceſſet ob ceſſationem litis, immo ꝙ obſeruetur tempus ad ſe uindicandum. ex quo finis litis nõ debet eſſe illius potentiæ, ut dicatur extincta inimicitia. Sed requiritur reconciliatio, quæ etiam non ſit de præſenti, ut uoluit Bar. in d. §. ſi uero quis. in auc. de teſti. & ita intelligit glo. in l. 3. in princip. in uerb. inimicus ſupra de teſti. Pro hac opinio. credo eſſe tex. clarum in §. inimicitiæ. inſti. de excu. tut. ubi inimicitia perſeuerat & perdurat, niſi interueniat reconciliatio. ibi, nec recõciliatio interuenit, & tex. in §. ſeqdum uult paſſum quæſtionem ſtatus a pupilli patre excuſari, ita ꝙ ex ea lite ſtatus inimicitia ſubeſſe dicitur, dato ꝙ lis ſit finita. & iſtã ſententiam indiſtincte tenet Præpo. Alex. in c. accuſatores. 3. quæſt. 5. in 1. no.

Tertium ſignum inimicitię oritur ex hominum opinione, & ex diuerſis cauſis inferius annotatis & primo.

138 †Aduocatus, uel procurator ſi patrocinium præſtiterint contra accuſatum. An contrahatur inimicitia cum eo? dicas, ꝙ contrahitur, ut eſt tex. iunc glo. in l. j. §. ſed & conſtitutio. ſupra de calum. ubi iudici & aduerſario prohibitum eſt pecuniam dari. Et gl. ibi in verb. aduerſario. exponit procuratori, & aduocato, & ex ea demonſtratur procuratorem & aduocatum partis, mihi contrarię, aduerſarium dici. Ita etiam per illum text. Alber. appellat hos aduerſarios in ſuo dictionario in verb. aduerſarius, & ita per illum tex. dicit procuratorem & aduocatum inimicum. Luc. de Pen. in l. 1. *colũ.* 2. ver. item aduocatus. C. de his qui defer. lib. 10. Anch. *in ca.* cum P. de accu. in 3. no. dicit ſub uerbo forte, ꝙ aduocatus, procurator, & fideiuſſor accuſatoris præſumitur inimicus accuſati per text. in l poſt legatum. §. his uero. ſupra de his quib. vt indig. Io. de Anna. ibi in uerſi. quid autem ſi aliquis relato dicto Ancha. tenet, ꝙ ſit idimicitia, conſiderando, ꝙ tex. in d. §. his uero, loquitur in teſte, & fideiuſſore, & ſubdit, deneganda eſt actio accuſatori, qui adfuerit. & Dyn. intelligit tanquam procurator, & Barto. ibi intelligit tanquam aduocatus. Inducendo ad q. de bannito, & conſulendo, quòd non ſit aduocatus banniti ullus Doctor, Dec. in c. 1. de iudi. in 2. nota. dicit.

139 †Quod procurator, & aduocatus dicuntur aduerſarij ſecundum Nico. de Mathar. alleg. But. ibi in 2. no. & in c. teſtimonium in 2. no. de teſti. qui nihil dicit de hoc, allegat etiã tex. iam per prædictos ponderatum in d. l. 1. §. qui autem, Io. Franc. Rip. in d. c. j. in 2. no. in 3. ampliat. dicit procuratorem & aduocatum dici aduerſarios per tex. in d. §. qui autem, & per tex. in c. 2. de confeſ. lib. 6. & ex hoc eſſe, quòd procurator, & aduocatus non ſunt idonei teſtes in cauſa, in qua patrocinantur, per glo. in c. Romana. de teſtib. lib. 6. & per Bar. in l. deferre. infra de iur. fiſ. & per Fely. & alios in c. a nobis. de teſti. cogen. & in d. c. 1. ſenſit hoc, ꝙ dicatur aduocatus aduerſarius in 7. col. & ex his prædicti in eam partem inclinare uidentur, quòd detur in iſtis inimicitia.

Sed iſta dicta non uidentur ſine dubio procedere. Nam tex. in l. qui cum natu maior. §. pen. ſupra de bon. liber. dicit, ꝙ ſi filius patroni aduocationem accuſatori liberti præſtitit, non repellitur a contra tabulas bonorum poſſeſſione, ſubdens rationem.

140 †Quia aduocatus non accuſat, & Bar. per illum text. in l. 3. §. fi. ſupra de adimen. leg. dicit, ꝙ inimicitia capitalis eſt ſi occidit

Digitized by Google

eidit meum consanguineum. Idem si accusauit vel minatus est interficere. Secus tamen videretur. si auxilium præstiterit ꝺ eũ in causa capitali per tex. in d. §. pe. & sic sensit inimicitiam in prædicto casu non dari. A ret. in c. 1. de iudi. col. 2. in fi. dicit, forte posset dici, ꝙ aduocatus, & procurator posset dici inimicus, si fuisset in causa capitali contra me, vel actione famosa, per ea quæ habẽtur in l. pen. in princip. supra de inoffic. testamen. & quæ ponit Barto. in l. post legatum. §. sunt qui putant. supra de his quib. ut indign. hoc tamen non affirmat. & sic non audet dicere inimicitiam oriri. Hoc idem videtur sensisse Cur. in tracta. feud. in 3. parte in 33. quæstione.

141 Credo in casu præmisso contrahi inimicitiam.

Cum ex cohabitatione, & familiaritate, quam quis habet cum inimico meo, oritur mecum inimicitia, ut est tex. & ibi Bar. in l. sciendum. §. si accusatio. infra de legation. & Ias. in l. apertissimi. col. 2. C. de iudi. & dicam infra in verbo conuersatio cum inimico.

Eodem modo & tanto magis detur inimicitia in eo, qui auxilium præstat inimico meo contra me, & ad meam iniuriam, qui. n. aduocat contra accusatum necesse est, ꝙ exprimat causam accusationis, & delicta declaret, & instet cõtra eum, ut puniatur, & aperte, & palam maledicat, infaustasque voces aduersus eum iactet. Ex quib. inimicitia causatur, ut est tex. in l. si inimicitiæ. versi. sed si palam. supra de his quib. ut indig. facit per hoc, ꝙ dicit Abb. per illum tex. in d. c. cum P. col. 2. dum uult, quòd clericus non possit aduocare, ne uideatur alteri nocere.

Non ob. tex. in d. l. qui cum natu maior. in § pe. quia filius patroni ad hoc ut excludatur a bonorũ possessione, debet de causa capitali accusasse, alias si capitalis non fuerit accusatio. Sed minor, non excluditur, ut est tex. in d. l. qui cum natu maior. §. si tamen.

142 †Et sic quælibet accusatio & iniuria ipsum non excludit. Sed debet esse capitalis, & istud est, ꝙ dicit Bar. in l. post legatum. §. sunt qui putant. ꝑ. de his. qb. ut indig. post gl. ibi ꝙ nõ ita de facili perditur portio debita patrono, sicut legatum, ꝙ est mere lucrum. & sic dato ꝙ ex aduocatione fiat iniuria liberto, & oriatur inimicitia, non tamen capitalis. Vnde Bar. dictum in d. l. 3. §. fin. supra de adimen. leg. debet intelligi, quòd ex auxilio præstito non oriatur inimicitia capitalis, de qua locutus fuerat in præcedentibus casibus: non tamen negat, ꝙ alia inimicitia esse non possit, dum dicit. Secus tamen uideretur &c. & sic aliter quàm dixerat in tribus casibus præcedentibus. in quibus locutus fuerat de inimicitia capitali. eo maxime, quia quando aduocat, infaustas uoces exprimit ex necessitate sui officii, non tanquam inimicus, & ideo excusatur. Secus est in eo qui ad iniurĩa uerba diffamatoria profert, ut in d. l. si inimicitię, necessitas autem excusat. ex quo dico grauem inimicitiam oriri cum ad uocato non autem capitalem.

143 Præmissa intellige sine difficultate procedere, vt si post aduocationem, uel procurationem contra aliquem sequatur mors aduocati, vel procuratoris ex uulneribus accusati, ut detur indicium pensamenti contra illum procedens ex inimicitia. & etiam si fuerit alia causa, ex qua oriatur capitalis, uel grauissima inimicitia cum principali agente, ut in casibus præcedentibus.

144 †Iudex an dicatur inimicitiam contrahere cum ipsis partibus, inter quas iudicat. Considero in hoc duo tempora, quamuis aliter considerent Moder. in ca. 1. de iudic. uidelicet quòd aut pendet iudicium, aut est iudicatum, in primo casu, aut est causa ciuilis, aut criminalis. Si ciuilis, tunc nulli dubium est quòd non contrahitur aliqua inimicitia.

145 Cum iudex debeat ipsas partes audire, & †iustitiam utrique administrare in auc. de iudi. per tot. & in l. nemo. C. de sen. & fauorem vtrique præstare secundum sua tempora, ut no. in l. fauorabiliores. infra de reg. iu. & in cap. cum sunt de reg. iur. lib. 6. & si iudex esset suspectus partibus ex inimicitia ante contracta, uel ex alia causa, tunc datur adiũctus de iure ciuili, secnndum ꝙ no. in l. apertissimi. & ibi Ias. late in 2. colum. & in auct. si uero contingerit. C. de iudic. & de iure canonico recusatur iudex ut in capitulo, cum speciali de appella.

Si vero causa est criminalis. Tunc aut super accusatione proceditur, & idem est dicendum quòd in causa ciuili. Cũ sit persona accusatoris, qui causam agit. aut proceditur per uiam inquisitionis per ipsum iudicem, & est mera inquisitio non intentata ad requisitionem alicuius, ut dicit glo. & ibi Ioan. And. Car. Abb. Fely. in c. qualiter & quando. el. 2. in princ. de accusa. Et tunc dico quòd contrahitur inimicitia, prout uult Dec. in d. cap. 1. de iudic. in 2. nota. in secunda lectura motus.

146 †Quia iudex, qui cõtra me procedit inquirendo, dicitur aduersarius meus, quia subrogatur in locum accusatoris, & omnes exceptiones, quæ opponi possunt contra accusatorem, tali casu opponi possunt contra iudicem, ut no. Barto. in l. 2. §. si publico. supra de adulte. columna 4. versicu. quæritur utrum. Et ut per Alexand. in consilio 54. uiso themate uolumine primo.

147 †Item quia ille qui in litem subrogatur dicitur aduersarius meus ut no. Gem. per illum tex. in c. si hi. ut lit. penden. lib. 6. item per glo. in l. si appellante. C. de appella. in uerb. ad uersarium, quæ exponit, iudicem. Et respondet ad tex. in c. cum speciali. de appell. quòd quamuis ponantur ibi tanquã diuersa aduersarius & iudex, non tamen sequitur, quòd iudex aduersarius non dicatur. Nam sæpe genus & species ponuntur tanquam diuersa ut in rub. C. de seruit. & aqua. & in Euangelio dicitę discipulis & Petro, quamuis Rip. in d. c. 1. nitatur impugnare dictum Dec. præsupponens, quod fama sit loco accusatoris, quem Codeg. ibi defendit attendẽdo verba Bar. in §. si publico, ꝙ iudex succedat loco accusatoris. & si fama est loco accusatoris, iudex partes ipsius famæ assumit, & assumendo subintrat, ut ibi per eum. Confirmat prædicta, nam procurator & aduocatus dicuntur aduersarij, licet nomine alieno interueniant, ut in l. 1. supra de calum. Et sunt inimici, ut dixi supra proxime.

Et prædicta intellige, qñ iudex formata inquisitione citari fecit partem, uel ad se defendendum, uel se carceribus præsentandum, & sententiam non tulit.

In secundo casu quando sententia est lata. Tunc si sententia est in causa ciuili, & pars (contra quam lata est) non appellauit. Sed ipsi sententiæ acquieuit, quia uidetur agnouisse bonam fidem non appellando, puto aliquam inimicitiam non oriri. Eo tamen casu quando ille habebat potestatem appellandi. Secus si non poterat appellare quia tunc inuictus sententiæ acquieuit, & inimicitia contrahitur, vt dicã infra in casu seq.

148 †Aut appellauit, & tunc inimicitiam contrahi.

Cum per adpellationem ille (qui appellat) grauatur, & iudici fit iniuria. Cum eius imperitia arguatur & iniquitas, q̃uis de iniuria agi non possit. gl. in l. fin. C. quan. prouoc. non est necess. in verbo. iniuriam. Et ex hac causa potest iudex allegari suspectus. Imo. & Dec. in c. ad hæc. el 1. de appel. Et dixi in trac. meo de compromi. int. coniunc. in q. 8. prin. colu. pe. nu. 35. & inimicitiam ex hoc dari determinat Alber. in auc. si testis. C. de testi.

Intelligo tamen prædicta, quando causa agitur, quæ sit de toto patrimonio, uel de maiori parte, uel quòd sit causa magna spectans ad honorem. Secus si esset parua, ut iam dixi.

Si uero sententia est criminalis. Si quidem est pecuniaria, tunc distinguo (ut dixi) sup. de causa ciuili inter magnam, & paruam.

149 †Si autem est corporalis. Tunc dico, ꝙ si est sententia capitalis, nulli dubium, quòd contrahitur capitalis inimicitia. & pro hoc facit illud quod dicit Andr. de Iser. in c. 1. columna penul. de rapt. uirg. in constitu. reg. quòd si quis fuerit tortus non præcedentibus legitimis indicijs; & confessus, & lata sententia mortis contra ipsum appellauerit, non est negãda appellatio, & iudex ad quem uidebit, an legitime sit appellatum. Cum iudex a quo per sentẽtiam præsumitur suus odiosus. Idem uoluit Matth. de Afflic. ini colum. 7. uersi. 10. quæro, subdens, quòd ex tali sententia efficitur iudex odiosus, & inimicus. Sed si fuerit sententia corporis afflictiua, & non capitalis, idem dico, cum si ex sententia omnium bonorum, seu maioris partis contrahitur inimicitia, tanto magis ex pęna afflictiua corporis, quæ maior est quacunq; pecuniaria. l. in seruorum. infra de pę. & dixi supra in hoc signo in uerb. causa magna.

150 †Sed quid si lata sententia capitali ille condemnatus habeat debitum supplicium, an inimicitia oriatur inter iudicem & propinquos occisi? Ancha. in cap. cum P. in 2. not. de accus. determinat, inimicitiam oriri, quia in ea contrahenda non consideratur, quod uerum & iustum est, ut patet in teste, qui si uerum dicat, præsumitur inimicus. Sed considerat, quòd potest animum ad iracundiam prouocare, licet possit illud fieri impune, & etiam cum prẽmio, ut accusare, testificari, & aduocare, & est casus no. & ibi Bar. in l. j. sup. de his quib. ut indig. & facit tex. in d. c. cum P. ubi animus offendendi sine effectu inducit inimicitiam.

151 †Nam attestatio super accusatione nulla, & accusatio nulla inducit inimicitiam. Io. de Anna. in d. c. cum P. sequitur hanc opi. adducens tex. in l. post legatum. §. quidem & præsiden. sup. eo. de his quib. ut indig. Sed dicit, ꝙ est aduertendũ quia sententia primi iudicis qui dicitur indignus fuit reprobata per iudicem appellationis. Sed si fuisset confirmata, reliquit cogitandum.

Tu dic idem esse quo ad inimicitiam quia principium attenditur ex causa, quæ præsumitur durare, ut supra dixi.

Testis,

Digitized by Google

152 † Testis, si contra aliquem deposuerit in causa criminali, & præcipue capitali, an præsumatur inimicus. Sed quia varie senserunt Doc. in hoc articulo. Ideo faciam duo capita.

Primo casu quando semel deposuit. Aut sponte deposuit, aut coactus a iudice: si sponte præsumitur inimicus. Ita determinant Host. Io. And. But. Abb. Io. de Anna. & Fely. in c. meminimus de accus. & Card. Abb. Io. de Anna. & Felyn. in c. cum P. de accus. & hoc modo intelligi debet, quod dicit Bar. in l. post legatum. §. his vero. supra de his quib. ut indig. in quantum uult inimicitiam contrahi ex depositione facta in causa capitali, & illud, quod dicit Alber. in auc. si testis. col. 2. uer. item qui testificatus. C. de testi. & Luc. de Pe. in l. j. col. 2. C. de his qui se defer. lib. 10.

153 † Sponte autem & voluntarie testis dicitur deponere, quando examinatur, & non fuit productus a parte, nec citatus a iudice. Item si fuit productus a parte & non citatus. Item si fuit citatus a iudice, sed poterat recusare ex aliqua causa, ne cogeretur ad testificandum. Nam in prædictis omnibus casibus dicitur spõtanea attestatio. ita declarat Bar. in d. l. post legatum. §. his vero. sup. de his quib. ut indig. & Io. de Imo. in c. j. de iudi. & aliqua ponit Io. de Anna. in d. cap. meminimus de accusa. & de spontanea depositione dicam, infra in uerb. testis qui cogi non potest.

Et hoc modo intelligendo de spontanea attestatione tollitur dictum Anch. in d. c. meminimus qui dicit, nimium restringi decisionem ibi positam, & redduci ad casum reprobatum, & non contingentem, quando quis ultro ad testimonium se obtulerit, quod nunquam accidit, nec valeret arg. l. quæ omnia. supra de procu. Nam ut uides in pluribus casibus uerificatur hæc spontanea attestatio. & ita impugnant Anch. Io. de Anna. & Fely. ibi.

Intellige prædicta ut procedant etiam quando testis fuit solus productus ad testificandum, & ad locum accessit, vbi examinarentur super crimine. & non deposuit, quia præsumitur ex illo solo actu inimicitia. ita Card. in d. c. cum P. de accu. si sponte uenit, ut iam dictum est.

154 † Aut deposuit coactus. Tunc dico, quòd non præsumitur inimicus prout concludunt omnes supradicti Doct. tã in c. meminimus. quàm in c. cum P. de accus. Et est ratio originaliter posita per Host. in d. c. meminimus, quia bonum obedientiæ ab omni suspitione excusat ipsum testem. ca. qd culpatur. 23. q. 1. & c. ad aures. §. 1. de temp. ordi. & ex ista ratione omnes postea secuti sunt hanc sententiam. Et quando testis in causa criminali possit compelli ponunt Doc. in c. dilectorum. de testi. cog.

155 † Intellige, vt ille qui coactus deposuit non præsumitur inimicus ex parte sua. Sed ille contra quem deposuit, si grauatur per tale dictum, inimicitiam contrahat cũ teste, adeo quod ille contra quem testis deposuit non possit esse testis contra eũ, nec ipsum accusare ex præsumpta inimicitia, not. Abb. in d. ca. cum P. de accusa. & præpo. in cap. 2. §. in criminali. 4. quæst. 1.

Aduerte ad unum, quod dicit Bar. in d. l. post legatum. §. his vero. supra de his quib. ut indig quod licet quis cogatur dicere testimonium non tamen cogitur sic dicere. & ex eius dicto, si grauauerit defunctum, efficitur indignus, & sic Bar. uidetur innuere, quod quis deponendo potest contra veritatem deponere, ne efficiatur indignus, & ne incidat in inimicitiam, quod idem dicit Io. de Anna. in d. c. cum P. referendo Bar. Sed hoc dictum videtur periculosum, ut quis pro euitanda inimicitia deponat falsum, & sit periurus, qd ius abhoret, ut tot. tit. supra & C. de fals.

156 † Secundo casu quia bis deposuit contra aliquem, ex secunda attestatione facta in causa criminali præsumitur inimicus, est tex. in c. 2. §. in criminali. 4. q. 3. Vbi Gratianus interpretando tex. in l. produci. supra de testi. dicit, q in cã criminali produci testis non potest, quia antea in eum reum testimonium dixerit, quamuis Bart. Bald. Sal. & Flor. varios intellectus ad illum tex. in d. l. produci. & solus Fulg. ibi post alios inte. lectus referat hunc canonistarum. Hoc idem uoluit gl. in c. fraternitatis. in verb. recepros. de testi. quæ dicit, quod qui semel tulit testimonium contra aliquem, præsumitur inimicus eius, si iterum velit contra ipsum testificari. & gl. in d. §. in criminali. secundum primum intellectũ sequitur hanc opinionem, & intellectum glo. simpliciter sequitur etiam Gemin. ibi, Innocen. in d. cap. cum P. de accu. in fi. dicit, quod qui dixit semel testimonium contra aliquẽ, ulterius contra eum testificari non potest, allegat tex. in d. §. in criminali.

Contrarium tenuit Abb. in d. cap. fraternitatis. dicens, si testis sponte se non obtulit, non potest præsumi in eo inimicitiæ causa, argumen. l. quæ omnia. supra de procu. & c. cum non deceat. de elect. lib. 6.

157 † Nam & iudex pluries iudicando non præsumitur inimicus, ita ut repelli possit tanquam suspectus, nisi aliter probetur grauamen, iuxta no. in c. ad hoc, & ca. proposuit de appellat. Fortius nec testis, qui deponit super facto. c. interdictos, & q ibi no. de fi. instru. vnde intelligit. d. §. in criminali in eum qui malum testimonium dixit, ut secundum aliam interpretationem intelligit glo. ibi. & eodem modo intelligit Specul. in titu. de testib. §. 1. columna 24. versiculo item quòd in alia causa, & Præposi. idem voluit in dicto §. in criminali.

In casu præsenti puto plures casus dari posse, qui ad alterã istarum opinionum adaptari possunt, in primis; Aut proceditur ex inquisitione, aut per accusationẽ. Primo casu, aut inquisitio fit ex mero iudicis officio. aut ad instantiam partis, ut declaret glo. & ibi But. & Abb. in 3. col. in ca. qualiter & quando. el 2. de accus. Quando igitur fit inquisitio ex mero iudicis officio.

158 † Tunc dico q etiam si testis fuerit bis examinatus, dummodo fuerit citatus, prout de iure requiritur, non potest dici inimicus. Cum nec timor subornationis oriatur in eo casu, ut dicit But. Card. & Abb. in d. c. qualiter & quando. in 5. differ. Aut inquisitio fit ad instantiam partis, & tunc idem dico, q & in casu accusationis, de quo infra. ideo secundo casu quando proceditur supra accusatione. Et tũc si primo fuit examinatus ex mero officio inquirentis, & secũdo loco super accusatione, & addit aliquid quod grauat accusatum in eius depositione. Et tunc præsumerem inimicum, siue sit coactus siue non, quia facile est impetrare præceptum pœnale a iudice, & facilius est, testem & accusatorem esse in concordia ad intimandum præceptum pœnale. Sed quia ipse testis super inquisitione examinatus, & super toto casu nil deponit super ea re, de qua attestatur, in accusatione si deponit, præsumendum est, q ex inimicitia dixerit, & ad iniuriandum reum, & hoc maxime quando post inquisitionem reus præsentat se ad carceres, & instituta quærella p offensum denuo post præsentationem factam testis examinatur. Et istud euenit mihi saltem per duas uices. Et talium testium dicta uti per inimicos prolata reiiciuntur. Aut iste testis nil addit ultra contenta in prima attestatione, & tunc non præsumam inimicum. Et istud est, quando est eadem causa & iudicium.

Si uero non est eadem imputatio in inquisitione, quæ est in accusatione, sed diuersa, & tamen est eadẽ persona: Tunc dico quod si super utraque fuit citatus (ut conuenit) nõ est præsumendus inimicus.

Si vero examinatur super accusatione primo, & deinde super eadem accusatione dato quòd uideatur coactus, præsumerem inimicum, cum (vt dixi) facile sit facere istas coactiones, & accusator videtur habere paratum hunc testem ad omnia probanda, & quòd ipse testis uelit ei inseruire super omnibus necessariis ad quærelam, tanto magis præsumerem.

Si vero quærelæ sunt diuersę, & testis examinatur primo super una, deinde super alia, & iste testis fuit citatus vel coactus, & apparet ex processu, q veritas aliter haberi nõ possit, quia alius non erat ibi præsens, & cum difficultate alij possint id scire, super quo deponit, uel quòd sit testis instrumentarius. Tunc non præsumerem inimicum respectu probationum.

159 † Quæ non debent angustari. l. quoniam. in fin. cum alijs. C. de hæret. Et ita intelligo, & restringo dictum Abb. in d. c. fraternitatis. cum alijs.

Si uero testis examinatur super secunda accusatione, & est casus, qui posset sciri ab aliis q̃ ab ipso teste primo cõtra reum examinato super alia quærela. Tunc siue testis cogatur, siue non, præsumerem inimicum. Et sic intelligo dicta præcedentium Doctor.

Restringe tamen prædicta, ut non procedant, quando ex processu apparet de manifestissima coactione, ut qa iudex processerit ad acceptionem pignoris, uel aliam mulctã contra testem negantem deponere, nam tunc apparet, q non ex inimicitia sed coactus deposuit, & hoc modo etiam posset intelligi dictum Abb. & aliorum.

160 † Causa autem inimicitiæ an sufficiat ad inimicitiam probandam, dato quòd per partem ignoretur, uide late Ias. in l. apertissimi. num. 7. C. de iudi. & Fely. in c. cum oportet. num. 14. de accus. Et Hypo. in l. 1. §. præterea nume. 3. supra de qõ. & in sing. 178. incip. inimicus. Concludentes quòd sufficit ad demonstrandum inimicitiam causam subesse. Ex qua iudicari posset ipsa inimicitia, dato quòd etiam illa causa esset incognita præsumpto inimico, ut exemplificat Hyp. in d. sing. in eo q̃ me accusauit de aliquo crimine, licet ego ignorem esse accusatum ab eo: tñ non potero esse testem q̃ ipsum. Item si Titius adulterauit uxorem uel filiam Gaij, & istud non sit cognitum ipsi Gaio, tamen ipse Gaius non poterit testificari contra Titium, quia subesset cã inimicitiæ incognita ipsi Gaio. Et sic sufficit causam posse considerari.

Recon-

Digitized by Google

161 Reconciliatio an tollat præſumptionem mali animi ex inimicitia, dicas ꝙ non, maxime ſecuto homicidio, & ſi facta ſit pax de recenti, præſumitur. n. ꝙ iſte læſus uoluerit ſe ulciſci, & iratus uoluerit nocere ut eſt tex. loquens in teſte. in c. 2. 3. q. 5. in rõne ſui, & ibi gl. dicit, ꝙ ex recentia tpis aliquid præſumendũ eſt. tex. in c. ſi quis uiuente. 31. q. 1. Vnde a pari procedunt aliquid non eſſe factum vel eſſe factum ſed de recenti. l. j. uerſic. cæterum. ſup. de his qui diece. vel eſtun. Equalia enim ibi hæc ſunt uiam non frequentari, vel de recenti eſſe cẽptam frequentari. Et dicit Præpoſi. in d. c. j. ꝙ ex præcedenti offenſa redditur ſuſpectus affectus offenſi.

162 †Idem in iudice de recenti reconciliato', vt non poſſit eſſe iudex & tanq̃ ſuſpectus repellat' ut uoluit Iaſ. in d. l. apertiſſimi. col. 2. in fi. C. de iudi. Arguendo per tex. in d. c. 2.

Idem determinat in teſte per eundem tex. & p gl. in c. per tuas. de ſimo. no. hoc Inn. Abb. Io. de Anna. in c. cum oporteat. de accuſ. Et Alex. in conſi. 99. in caſu inquiſitionis uol. j. Et Hyp. late in l. 1. §. præterea. col. 1. uer. amplia etiam. ſupra hoc ti. & Io. Crot. in trac. de teſti. q. 9. 3. q. prin. Ex quo infidelitas præcedens non nocet conuerſo in promotionib. niſi ſit nouus ad fidem, ut per Fely. in c. eam te. colu. 3. in verbo infidelis. de reſcri. Parificando ut ſupra aliquid non eſſe factum, vel eſſe de nouo factum per glo. in cle. ne in agro. §. ſane. in verb. nouiciis. de ſtat. monach.

163 Conuerſatio cum inimicis occiſi facit indicium contra illum, qui delictum commiſit. Ex tali. n. conuerſatione cum inimicis occiſi, ſeu iniuriati præſumendum eſt interfectorem ex animo interfeciſſe, & ſic appenſate, cum amicus inimici ſit meus inimicus. l. ſciendũ. §. ſi accuſatio. ſup. de legatio. & l. liberi. & ibi Bal. & Saly. & Iaſ. C. de inoffi. teſta. ca. repellantur. & ibi Abb. Io. de Anna. & Fely. in 4. no. c. cũ oporteat de accuſ. glo. in l. j §. cum patronus ſup. de offi. præfec. urb. & Bar. no. d. §. ſi accuſatio, Et pro indicio ponit Gan. in trac. malefic. in tit. de præſum. col. pen. ver. ſecundum ꝙ põt cognoſci indicium, & dicit Fely. in d. c. cum oporteat. in 6. no. ꝙ eo ipſo quod quis conuerſatur cum inimico meo p̃ſumitur meus inimicus, Et ſic non ſolum cohabitantes, ſed ẽt conuerſantes dicuntur inimici, quod idẽ uoluit Luc. de Pen. in l. j. C. de his qui ſe defer. lib. 10. col. 2. Et dicit Bald. in conſi. 112. punctus in fi. uolu. 5. quod conuerſatio, & habitatio cum inimicis patris, & aſſociatio ſufficit ad exhæredandum filium per tex. in d. §. cum patronus, & hoc indicium conſiderauit Cic. in d. lib. 2. ad Heren. in c. de cauſa coniectu rali, in parte argumẽti: ibi, quocum uiſus ſit, & ibi num quẽ habuerit de conſociis, & de adiutoribus.

164 †Vnde uidemus, quod conuerſans cum inimicis meis nõ poteſt eſſe teſtis contra me. d. c. repellantur, & d. c. cũ oporteat. & ibi Doc. oẽs, uoluit Cyn. Bald. in l. ſi quis. C. de teſti. & Albe. in auct. ſi teſtis. C. de teſti. & Luc. de Pe. in l. j. C. de his qui ſe defer. lib. 10. col. 2. & Crot. in trac. de teſti in 9. q. num. 98. & Iaſ. in l. apertiſſimi col. 3. uer. adde quarto. C. de iudi.

Videmus ẽt quòd conuerſans cum inimicis meis ſi fuerit iudex, poteſt allegari ſuſpectus. c. inſinuante, & ibi Doct. de offi. deleg. Spe. in c. accedens. & alii Doc. ut lit. non conteſta. Iaſ. in d. l. apertiſſimi.

165 †Idem uidemus, ꝙ offendens cohabitantem mecum dr̃ mihi fregiſſe pacem. Bal. in l. j. C. de epi. & cler. Fely. in ca. repellantur. circa fi.

166 †Iſti conuerſantes recipiunt diuerſa nomina, aliqui enim appellant eos participes.

Alii cohærentes, ſequaces, ſeu complices.

167 †Participes ex mente Bar. in l. 1 C. ſi rec. prouin. dicit eſſe filios, nepotes, & propinquos, cõſiliarios, ac domeſticos. qđ idem uoluit Fely. in c. olim col. 2. de accu. Sed aduerte quòd tex. in d. l. 1. C. ſi rec. prouin. dicit totum contrarium illius, quod dicunt Bar. & Fely. Nam poſtquam dinumerauit filios, nepotes, & propinquos, ſubiunxit poſtea & participes declarando illud verbum, ideſt conſiliarios, & domeſticos. Adeo quod illi tantummodo duo domeſticus, & conſiliarius comprehenduntur ſub illo uerbo particeps. Et rectius ſenſit Bal. in d. l. j. in addi. quod particeps dicatur ille, qui eſt de parte, & præbet conſilium.

168 †Adhærentes ſunt, qui ſponte eiuſdem uelle ſunt, cuius eſt principalis, ut dicit Ang. in auc. de hære. & falc. col. 2. uer. ex hoc no. & in §. œconomis. in aue. de alien. & emphyt. Et ponit Fely. qui multa adducit in d. c. olim col. 1. & in rubr. de treug. & pac. col. pen. ubi inſiſtit in declarando iſtud uerbum, adhærere, per multas auctoritates ſacræ ſcripturæ. & dicit Ange. in conſi. 257. Inter capitalia, ꝙ adhærentes & ſequaces ſunt, qui & operibus & intentioni alicuius adhærẽt per tex. in l. j. C. de rapt. uirg.

169 †Complices dicuntur ſocii ad malum, prout uoluit Ioan. And. in cap. cum oporteat. de accu. & ibi Ioan. de Anna. in 4. no. & Felyn. in d. rub. de treug. & pac. colum pen. num. 19. quod facit ad accuſationes, & inquiſitiones, in quibus dicitur, Caius cum ſuis complicibus fecit tale quid, intelligitur de ſociis ad malum.

Intellige prædicta, ut non procedant, quando aliquis cõuerſatur cum inimicis meis & paruo tempore.

170 †Nam tunc non eſt præſumendum ex paucitate temporis uoluiſſe delinquere, & me odio proſequi. Sed requiritur longa cohabitatio. l. pen. §. in factum. ſup. naut. caup. ſtabul. per quem tex. Io. And. But. Imo. Aret. Cardi. Io. de Anna. dicunt, quod cohabitatio (de qua ſupra) non eſt intelligẽda de qualibet. Vnde ſi hoſpes repentinus tibi dedit damnum, nõ teneor, ſecus ſi is qui mecum habitat. & ſic debet eſſe continua, uel magna cohabitatio prout etiam uoluit Hyp. in l. 1. §. præterea. col. 2. hoc tit. Requiritur enim quod ſit conuerſatio illius qualitatis, ut reſultet odioſitas ex parte conuerſantis aduerſus eum, qui eſt inimicus illius, cum quo cõuerſatur, nam ex amicitia ſimplici non præſumitur malus animus, ut dicit Bal. in l. ſi quis. in fi. C. de teſti. amicitia enim ſimplex nõ inducit ſuſpitionem in teſtem. Sed requiritur, quod ſit maxima, ſeu talis, & tanta ꝙ reddat eum in tantum amicum uni, ꝙ ex hoc habeat aduerſarium odio, aliàs autẽ amicitia, quæ eſt actus uirtuoſus non repellit teſtem. l. ſciendũ. ſupra de uſur. c. quotiens. de teſt. cog. Bart. & omnes doc. in l. admonendi. ſupra de iureiu. & Alex. multa deducens in cõſil. 4. uiſo proceſſu. col. fi. & Crot. in d. tract. de teſti. in 4. par. in fi. nu. 193. Et ſic requiritur longa conuerſatio, ex qua reſultet magna amicitia.

Intelligas & ſecundo in eo, qui copulauit amicitias, & cõuerſationem uoluntariè, & non coactè per ea, quæ uoluit Bal. in c. j. qui. mod. feud. amit. & deducit Hyp. in d. §. præterea. col. 4. comprobans per multas auctoritates in illis caſibus, in quibus aliquid coacte dicatur factum, vt ex inde qs non teneatur. Sed hæc limitatio optime cõprobatur ex eo, quod dictum eſt. ſup. de adhærente, ꝙ ſit ille, qui ſponte eſt eiuſdem uelle, cuius eſt principalis.

171 †Iuuans inimicum meum præbendo ſibi comeatũ, iuuãdo ipſum armis, telis, ęquis, aut pecunia, præſumitur mihi inimicus, & habeat indicium cõtra ſe facta iniuria mihi, ut de inimico iam dictum eſt, prout inter inimicos enumerat Luc. de Pen. in d. l. j. C. de his qui ſe defer. lib. 10. adducit tex. in l. cuiuſque dolo. ſupra ad legem Iul. maieſt. & ex mente Bartol. ibi intelligitur etiam commodando, ſeu mutuando. Idem dicas in eo, qui dat conſilium inimico meo, ut ſit mihi inimicus, ut uult Luc. de Pe. in d. l. j. per text. in cap. quod olim. de iudic.

172 †Propinquitas iniuriati inducit argumentum, & indiciũ penſamẽti, pone ꝙ facta eſt iniuria Petro, cuius propinquus interfecit iniuriantem, ex tali propinquitate præſumendũ eſt, interfectorem uoluiſſe uindicare iniuriam Petri propinqui ſui. Et ꝙ ex animo eum interfecerit.

173 † Cum iniuria facta uni de cognatione intelligatur facta omnibus de eadem cognatione. l. 1. 2. & 3. ſup. de lib. cauſ. l. ſororem. C. de his qui. ut indi. gl. in cle. 2. in uer. quomodolibet. de ſen. excom. Bar. in l. lex Cornelia. in prin. de iniu. & in l. cum ſcimus. C. de agr. & cen. lib. 10. dicens, ꝙ iniuria facta uni conſortum toti conſortio facta uidetur. l. j. ſupra de Sill. Et omnes poterunt uindicare tanquam conſortes proſequentes eorum iniuriam. l. ſi fœminam. ſup. ad turpil. etiam ſi uindicans ſit ſpurius. d. l. j. de lib. cau. & Cardi. in clemen. 1. de excep. prælat. in 14. nota. dicit, ꝙ iniuria facta domeſticis meis cenſetur facta mihi, quod ſequitur Fely. in c. Petrus. in 1. no. de homi. adducit tex. in c. ſciant cuncti. in uerbo conſanguineos. de elec. lib. 6. hoc idem uoluit Alexã. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi. quem legit in l. prouinciali. nu. 23. ſup. de no. ope. nun. & Io. de Anna. in d. c. Petrus. & Alex. in conſ. 89. in cauſa inquiſitionis. uol. 1.

174 †Intellige inimicitiam durare uſque ad quartũ gradum agnationis. Bal. in c. vaſſallus. el 1. ſi de feu. fue. contro. quem ſequitur Fely. in d. c. cum oporteat. col. 5. nu. 12. de accuſa. & uoluit etiam Ancha. in c. repellantur. eo. tit. Vel dicas inimicitiam durare ad arbitrium iudicis inſpecta qualitate loci, & patrię ut per Barto. in l. tutor. §. ſi tutor. ſupra de ſuſpect. tuto. dicens, quòd ſtandum eſt arbitrio iudicis ſecundum facti qualitatem, & conſuetudinem regionis. Nam in Tuſcia eſt conſuetudo, quòd qui iniuriatur, vel inimicatur vni ex conſortibus (hoc eſt deſcendentibus per lineam maſculinam) iniuriatur uel inimicatur omnibus, alibi autem aliter obſeruatur.

175 †Inimicitia an faciat indicium, ſi uulneratus uel interfectus ſit quis, & ignoratur a quo, doc. cõmuniter diſtingunt inter inimicitiam leuem, & grauem, ſeu capitalem, de qua iam dixi, ut ex leui inimicitia non oriatur indicium ꝙ inimicum, ut no. in c. cum oportet. de accu. & in auc. ſi dicatur. de teſti. & ibi Saly. & no. in l. licet. de arb. & dixi. ſup. ex graui inimicitia tunc oriatur indicium. l. 1. §. præterea. ſup. eo. Barto. hic, & omnes doc. indifferenter tenent iſtud.

Sed

Digitized by Google

176 †Sed difficultas eſt, an inimicitia capitalis uel grauis ſola faciat indicium ad torturam, Spec. in tit. de præſum. §. ſpecies. uerſi. & idem eſt, dicit, ꝙ ſi aliquis eſt interfectus, & neſcitur tamen a quo, ſed probatur ꝙ P. erat inimicus illius, & ab illo offenſus, poterit P. ex tali præſumptione torqueri. l. ſi ſeruus communis. ſup. de dona. int. uir. & uxo. & l. cū hic ſtatus. §. ſi mulier. & l. uir uxori. ſup. de leg. 3. & l. uxori. §. fi. ſup. fami. ercis. Roma. in l. 1. §. ſi quis in uilla. in 1. not. ſup. ad Silla. ſequitur dictum Spe. ſubdens, ꝙ iſtud videtur intelligendum de inimico inimicitiæ capitalis, aut maioris partis bonorum, non autem ſi inimicitia ob paruum litigium interueniſſet, per ea quæ no. in d. l. licet. ſup. de arbi. & in auct. en. ſi dicatur. C. de teſti. & in §. item propter. inſti. de excuſa. tut. Ang. in l. fi. C. de q. col. 2. uer. poſſunt, dicit ꝙ in homicidio & in uulnere poſſumus ponere, ſi reperitur aliqs mortuus, & neſcitur de quo, eſt inquirendū de inimicis, & iſtud eſt magnum indicium ad torturam. l. 1. §. præterea. ſup. eod. Fely. in c. afferte. col. fi. de præſump. relatis dictis Rom. & Specu. ſequitur eorum ſententiam. & Bolog. in addi. ad tracta. Guid. de Suza. de quæſt. col. 7. ſequitur opinionem Spec. & Calcan. in conſi. 62. Chriſti Saluatoris noſtri. col. 4. ſequitur prædictas opiniones. & idem voluit Ange. in tract. malefi. in verbo fama publica. nu. 50.

177 †Contrarium, ꝙ immo inimicitia ſola non ſit indicium ſufficiens ad torturam tenuit Auguſt. de Arimi. in addi. ad Ange. in d. verb. quòd fama publica. in uerſic. quæro. an vnū indicium. column. 7. in fin. dicens, quòd præcedens deciſio Spec. non eſt uera, quia ſequeretur, quod unum indicium remotum a maleficio eſſet ſufficiens ad torturam, quod tamen non eſt verum.

178 † Quia ſi eſt remotum a facto hoc eſt a maleficio, tunc unum indicium non ſufficit ad torturam, per ea quæ uult Bar. hic, & dixi. ſup. in præmiſſo. 6. eandem opi. tenuit in alia addi. in d. loco. in uer. quæro quid ſi reperiatur. idem uoluit Gand. in tit. de præſump. & indi. dubi. col. 5. verſic. ſed quæ & qualia, uolens ꝙ fama coadiuuat, ut ex ea quis poſſit ſubijci tormentis, primo ſi probetur, ꝙ inculpatus de crimine exti tit inimicus offenſi, aut ſuorum. Item ſi probetur, ꝙ inculpatus contraxit conuerſationem, uel amicitiam cum inimicis occiſi, uel iniuriati. Aut quia contra eundem occiſum, vel iniuriatum fuerit taliter verſatus, ꝙ credebatur eſſe potius inimicus, quàm amicus, quæ ex uarijs cauſis poſſunt procedere, ex talibus enim dicit ipſe intercedentibus crimen poteſt præſumi, & cōiectura capitur, ꝙ in delinquē do fraudis inſit conſilium. & ſic ibi uult inimicitiam de per ſe nihil agere, ſed famam, per eam coadiuuari, hoc idem uoluit Iac. de Bel. in tit. de q. col. 9. verſi. ex indicio. vero, dicens, formam coadiuuari per inimicitiam, ut quis torqueaī. hoc idem ſenſit Bar. hic, dum exemplificādo in homicidio quo ad torturam imponendam dicit, ꝙ poſſunt contra reum apparere indicia, ut quia inimicus, uel quia fecit præparamenta, & ſic uult indicia in plurali exiſtere ad quæſtionem habē dam, non autem unum indicium tantum.

Facit pro hoc ꝙ frequenter & de facili contingit, quem eſſe inimicum, non tamen occidere eius inimicum, & exinde non poteſt dici, ꝙ ſit indicium graue, & urgens ut requritur ad quæſtionem habendam, in tex. noſtro. & loquitur Bal. in l. non hoc. C. unde legi. in fi. Et dixi ſup. in d. præmiſſo. 6. ex quibus magis ſemper iuridicum putaui, ꝙ inimicitia ſola non ſit indicium ſufficiens ad torquendum ſtante ratione iam dicta ꝙ inimicitia ſit quoddam remotum a maleficio, ꝙ etiam tenuit Io. And. in addi. ad uerſi. ſed pone in verbo tormentis. & dixi ſupra in 6. præmiſſo, ꝙ male ſenſerint prædicti ita ſimpliciter tranſeuntes eum dicto Specul. cum etiam contrarium ſenſerit Imo. in l. fi. ſupra de hæredi. inſti. & dicam in indicio ſeq. de minis. hoc idē de inimicitia tenuit Hyp. in ſua prac. in §. diligenter. nu. 70. adducens multa in hac materia.

Poſſumus tamen ſaluare dictum Specu. ut procedat quotieſcunque ſumus in loco, in quo neceſſe eſt unum ex pluribus & certis hominem interfeciſſe, adeo ꝙ certum eſſet delictum & certę perſonæ. Sed incertum ſit de indiuiduo, videlicet de Petro, ſeu Titio, nam tunc exiſtente aliquo inimico ex illis pluribus poterit iudex ob inimicitiam procedere ad torturam, ut determinat Salyc. in ſimili, in eo qui ex pluribus eſt malę famæ, ut is poſſit torqueri, ut dixit Salyc. in l. fina. in uerſic. quæro an ſufficiat. in fin. C. de quæſtio. & dixi ſupra.

179 †Minę, & ipſe faciunt indicium præcogitationis, & penſamenti, ſi is (cui factæ fuerint) reperiatur mortuus & reus fateatur interfeciſſe, ſed in pura rixa a caſu, præſumendum eſt enim talem minantem habuiſſe animum ad interficiendum, nam ex eo, ꝙ quis minatur alteri, oſtendit ſe eſſe inimicum, ut dixi ſup. in primo ſig. inimicitiæ. in uerſ. minæ faciunt, & iſtud pro indicio mali animi & doli dat Gan. in tra. malefi. in ti. de præſum. & indi. dubi. col. pe. uer. octauum ēt, dicens ꝙ ex talibus uerbis minatorijs antecedētibus ipſum crimen coniectari poteſt, ꝙ fraudem & dolum in delicto illo commiſerit.

180 †Etiam ꝙ illa uerba dixerit ſine malignitate & animi prauitate. arg. tex. in l. cum ratio. §. ex bonis. inf. de bon. dam. & l. ſi non conuicij. C. de iniur. ſubdens, ꝙ hæc uerba extra iudicium aſſeuerate prolata licet præiudicium plenum non inferant, tamen præſumptionem inducunt, & indicium. l. q dam. ſup. de proba. & l. fi. C. de teſti. & l. neque profeſſio. eo. tit. Nam his modis animus uoluntas cuiuſque declaratur.

181 †Et ideo dī, ꝙ non ſolum ipſis rebus & factis quis propriam uoluntatem declarat. l. ſi tantum. §. ei qui. ſup. de ędi. ędic. immo etiam ex uerbis prolatis inteligitur, quis uoluntatem ſuam declarare, & intrinſeca ſui cordis, quia non intelligitur uerbis exprimere, quod mente non agitauit. l. labeo. ſupra de ſup. leg. quo fit ut ſecuto homicidio poſt minas grauis erit præſumptio, & graue indicium contra minantem, cum effectus, & executio uerborum prolatorum declarauerint animum ita fuiſſe de interficiendo, prout minando propoſuerat.

Ex hoc dico non eſſe requirendum in caſu iſto, an talis (qui minatus eſt) ſolitus ſit minas executioni mandare nec ne. Cum effectus demonſtret qualitatem perſonæ, & ꝙ ſit homicida & uir malorum morum. Cum iam executus ſit minas per eum factas occidendo. & ab effectu appareat, qs fuerit ille, qui minas intulit. ex quo dico Alb. in tract. ſtatu. q. 64. in 3. par. non bene ſenſiſſe, dum uult in caſu tractatus, & penſamenti minas neceſſario debere factas eſſe ab eo, qui conſueuit perficere id, quod minatur. Cum (ut dixi) diſtinctio hæc locum non habet, qñ præſupponitur homicidium factum, & alia cognitio non ſit facienda per iudicē, niſi tm ſup penſamento, ſeu tractatu. Cōſiderari aūt dēt diſtinctio hæc, qñ ſumus in caſu, quo ignorat occiſor, ut dicam inf.

Econtra aūt minæ pñt conſiderari reſpectu illius, cui ſunt factæ, ut is ob timorem minantis, ſi erat homo potens, & rixoſus eum interfecit, nam ad fugiendum dolorem, & timorem præſumitur contra agentem. l. 1. §. cum quis latrones. ſupra eo. & dicam. infra.

182 †Nam ob timorem ille, qui minatur mortem alteri, pōt in illo actu ab illo cui factæ ſunt minæ, occidi, ut per Bart. in l. j. quan. lic. ſin. iud. ſe uindi. & Ang. in l. quemadmodum. ſupra de inoff. teſt. ex qua, cum iſte qui paſſus eſt minas, interfecerit minantem, præſumendum eſt id ex propoſito factum, & ut ſe libe: et a timore incuſſo, & erit indicium contra cū pro penſato ad torturam.

183 †Minæ aūt in caſu in quo ignoratur percuſſor, & interfector, an faciant indicium ad torturā dāt Doc. cōiter, ꝙ aut ille, qui minas fecit, ſolitus eſt minas exequi, & ſit uir potēs, & iſto in caſu pſumptio fit ꝙ ipſum ad torturā. ita tenet Spe. in tit. de pſum. §. ſpēs. in uer. Sed pone P. minatus eſt. & Alb. hoc modo diſtinguit in l. metum. C. ꝙ met. cau. Bal. & Imo. late in l. fi. col. pe. uer. ulti. inducit. ſ. de hære. inſti. & laſ. in l. 1. C. de ſer. fug. & Fely. in c. cum oportet. num. 9. de accuſ. Aut iſte talis erat hō uilis, impotens ad talia, nec ſolitus minas exequi. Tunc ſecus, ut eſt tex. in l. j. C. ſi quis imper. maledi. & lubricum linguæ facile trahi non dēt ad pœnam. l. famoſi. ſ. ad leg. iul. maie. & Imo. in d. l fi. dicit, ꝙ facit illud, quod uulgariter aſſeritur, ſæpe minus faciūt homines, qui magna minantur. & ſubdit ibi, ꝙ ita cōiter diſtinguitur, & ſub iſta diſtinctione intelligi dēt id, ꝙ dicit Alex. in d. l. metum. & qđ dicit Abb. in c. ſcribam. de præſum. Et alij permulti, quos allegat Brun. in trac. de indic. col. 13. uer. quæro ulterius. & Angel. & addent. ibi qui multa deducunt, hanc diſtinctionem ſequuntur in trac. malefi. in uerb. fama publica. colu. 10. nu. 39. Et Hyp. in ſua prac. in §. diligenter. nu. 85.

Et hanc diſtinctionem eſſe ueram experientia, quæ eſt rerum magiſtra docet. & cū multi reperiant, qui uerba minatoria prōferunt ex conſuetudine, & nil aliud gerere ſciunt, niſi ſe terribiles uerbis oſtendere. lō ad tollēdum indicium minarum exiſtentium ꝙ aliquem probanda eſt loquacitas uiri, qui ſolitus eſt uerba ſimilia proferre, nil tamen unquā executum eſſe. & dicam etiam in ſeq. indicio.

184 †Iactatio & ipſa facit indicium ad torturam, qñ ante homicidium quis iactatus eſt, poſſe interficere aliquem, & eſſe ſui arbitrij, uel ſimilia uerba protulit, & poſtea fateatur illum interfeciſſe, ſed non ex propoſito. Credēdum eſt interfectorem talia uerba dixiſſe eo animo & intentione, ut uoluerit illa exequi, cum re ipſa reperiatur executum eſſe occidendo. Ex quo cum iactatus eſt, præcogitauit uelle interficere. Talis enim eſt animus, qualia uerba proferuntur. l. is q §. diuus. ſupra de tut. & cur. dat. ab his. Et dixi ſupra in princip. horum indiciorum, & in præce. iudi. & faciunt omnia, quæ ibi dixi.

185 †Et iactationē facere indiciū ad torturā tenet Iac. de Bel. in ſua

Digitized by Google

in sua prae in tit.de q.col.5 ver.quartum est,& col.8. versic. item si se iactauit accusatus.

Intelligendo de iactatione,quæ fit ante delictum,nam de ea,quæ fit post delictum dicemus.inf. in verb. confessio extrajudicialis.

186 †Iactatio,si facta fuerit per aliquem,& postea is, de quo verba iactatoria habuit fuit interfectus,& ignoratur a quo. An faciat indicium contra illum iactantem, ut exinde possit torqueri?Bal.in consi.275.Ad euidentiam præmisso.uo. 3.in antiq.dicit iactationes non sufficere ad faciendum indicium ad torturam.d.l.metum adducens illud sæpe minus faciunt &c. Et illud ꝙ calore iracundiæ dr̃,ad pœnã non est trahendum.d.l.j.C.si quis impe.maledi. idē uoluit Alex. in consi.181.in cã Angelorum.col.2.uer.præterea.uol. 2. Hyp. in d.§.diligenter.in sua prac. nu. 36. adducit pro contrario dictum Par.de Pute.in tra.de sindi.in verb. An stetur dicto torti.col.3.uer.an si probetur,& nihil resoluit. Aduerte itaque,quod prædicti Doc.sunt eiusdem sn̄æ,nec contrarian

187 tur.†Intelligunt.n.iactationem non nocere inspecta qualitate personæ,ut dicit Bal.in d.consi.275.& Alex.in d.consil. 181.Consulendo super eo,ꝙ ille testis iactauerat se dicturũ contra ueritatem.Nam tunc dicit Alex.tale lubricũ linguę sibi non nocere,nisi appareat ꝙ esset persona consueta testificari contra veritatē tunc bene sibi nocere. idē uoluit Par. de Pute.in d.ver.an si probetur,dicens, ꝙ si accusatus se iactasset de maleficio cõmittendo,talis iactatio ad malum facit indicium contra accusatum ꝙ maleficium commiserit considerata tñ personæ qualitate.& sic oēs prædicti concor diter se reducunt ad eam distinctionē, de qua sup. in verb. minæ,ut si esset malę qualitatis & solitus similia cõmittere habeat indicium contra se,sin minus non, Alcia.in d.l.fugitiuus.de uer.sig.per illum tex.ibi licet id se facturum iactauerit dicit,ꝙ iactatio non sufficit ad quæstionem,nisi aliæ coniecturæ accedant, ut quia inimicus eius esset, vel alioquin percussor & reprobæ uitæ.

In ipso actu homicidij indicia.

188 Modus percutiendi,& hic facit indicium,quòd quis per industriam alium occiderit, ut puta,si quis existens in abscondito percutiat de retro super caput,uel punctim in renibus uel collo,uel ꝙ nullis dictis uer bis percutiat in capite,uel pectore. nam talis percutiēs in insidijs dr̃ appēsatè, & per industriam id tale facere,ut est text. in c.j.de homic.ubi dicit,ꝙ si quis per industriam occiderit proximum suum & per insidias,Abb.antiq.ibi & Inn. exponunt & per insidias,&,pro.i.per insidias, adeo ꝙ ille dr̃ p industriam occidere qui per insidias occidit,ut ēt declarat Abba.Pan.ibi.in 2.no.dicēs ꝙ illud verbum (per insidias)declarat illud uerbum per industriam: ꝙ idem est ac si dixisset ex proposito.Et illud uerbum (per insidias)importat machinationem seu manifestam seu claram.ut est tex.in l. liberti. C. de inoff.testa.Et dicit Bar.in l. respiciendum. §. delinquunt. inf.de pœn.ꝙ ex proposito,& proditione committitur homicidij,si cũ tibi essem amicus,uel saltim inter te & me nullus erat rancor,percussi te de retro, secus si essem inimicus,hoc casu dicatur etiam præcogitationis indicium oriri,ut dicam inf.in uerb.inimicitia.

189 †Percutiens autem in capite demonstrat animũ ad occidendum cum de facili ex quolibet paruo ictu in dicto loco quis pōt mori,ut est tex.in c.significasti.el 2.de homic.in fin. & maxime in locis & ciuitatib.in quib.male liberantur,qui percutiuntur in capite,prout est Bononiæ,ut dicit But.in d. c.significasti.Et rō est prædictorum,quia caput hominis retinet uestigium hominis uiuentis,qui uno spiritu continet. l.rerum mixtura.sup.de usucap.qui per excellentiam attribuitur capiti,in quo est fons rationis & intellectus.

190 †Nam cerebrum est membrum diuinum secundũ Arist. in quo est sensus,& intellectus,ut dicit Bald.in c.j. §.ad hoc. col.3.ver.porro circa.de pac.iur.firm.& nobilior pars corporis est caput.l.cum in diuersis.sup.de relig. & sumpt. fun. Et per prædicta ita determinat.Io.de Anna.in d.c.significasti.col.10.versic.quòd moderamen. Et nulla facta mentione de eo refert prædicta Fely.in d.c.significasti. col. 3. uersi. nota ibi rationes.

Intellige iam dicta,ut non procedant in uulnere illato in faciem.Sed quotiens quis uulneratur circa partes cerebri. nam uulneratus in faciem etiam ex magno uulnere nō moritur.Et rō est,quia in parte faciei uulneratus ex experientia quis non moritur ut dicit Fely.in d.c.significasti.

191 †Proditio, & hæc dicenda est facere indicium mali animi,& præcogitationis ad interficiendum. Nam ex proposito antecedenti communiter homicidium, quando fit proditorie.

192 †Et prodere est unum actibus ostendere, & aliud in mente gerere,ut l.i.supra de præuari.Et hoc fit,si ueniens tecum tanquam socius itineris nulla interueniente rixa te percutio,uel si tecum sedens in mensa hoc fecerim,nã tunc aliud gero in animo, quam quod geram in actu, & proditorie uulnero.C.de delat.l.fin lib.10.ita no.Barto.l. respiciendũ. §.delinquunt.infra de pœn.Et eam sequuntur Anch. Ioan. de Anna.& Fely.in c.j.de homic.idem Bart. uoluit in extrauag.qui sint rebel.in verb.rebellis,subdens.

193 †Quod quis incidit in crimen proditionis, quando facit contra principem,vel contra rempub. ut l. omne delictum. §.exploratores.inf.de re mil.Et l.proditores.co.tit.& l.si qs aliquid. §.1.inf.de pœn.

194 †Sed quando committitur contra priuatum,non dicitur proditor principaliter per se. Sed crimen illud proditorie, vel homicidium proditorie factum,uel quid simile.l.athletas.§.j.sup.de his qui no.infa.& l.j. supra de præua. prædicta firmat Alexan.in consi.145.uiso themate.col.2.ver.& ex his. uol.7.Et Alber.in l.si amici domum.sup.de adult. & ex hoc datur ille modus procedendi,quando formatur inquisitio, seu accusatio.Et in eis ponunt illa uerba,nulla præcedente inimicitia,nam istud demonstrat homicidium proditoriũ, cum ad demonstrandum,quòd quis ex proposito simpliciter non proditorię interfecerit,dicitur in inquisitione ,seu accusatione,existente inimicitia capitali inter ipsos,& sic diuersus est modus in agendo.

Sed aduerte ꝙ Bar. in l. maritus. eo. tit. dicit, ꝙ deponens in casu illius. l. non facit indicium sed qualem qualem præsumptionem ut dicam inf. & intelligendus est quando procedit ex officio. Eodem modo tex. in l. fin. sup. ad exhiben. Item & tex. in l. 1. C. de fal. mon. loquuntur, ꝙ, & si detur accusator, non tamen tenetur in aliquo virtute accusationis, sed habet præmium. neque habetur ꝑ calumniatore, nec pœnam patitur, ideo fit interrogatio de socio. ita est tex. in d. l. 1. de fal. mon. tex. in l. 1. §. 1. hoc ti. loquens de seruo qui finxit crimen in se, & mentitus est, potest intelligi dupliciter in eo, quod dicit, interrogationem fuisse factam de socio primo, quia ibi interrogatio erat facta pro liberando ipsum seruum, quia dubitabatur, ꝙ delictum imputatum non esset verum. & ideo interrogatio fit ad liberationem, & sic ad finem bonum & exinde admittitur, ita intelligit illum tex. Alb. in d. l. fi. C. de accus. vel aliter possumus intelligere ꝙ ibi procedebatur inquirendo contra seruum, nec erat accusator cum ipsemet crimen finxisset. tex. in l. prius. sup. ad Syllan. intelligi debet ꝙ fiat interrogatio de consocijs propter uaturam criminis & Senatusco. Syllan. per quod proceditur contra omnes seruos de quibus est suspitio. & prius interrogantur de eorum criminibus, & postea de consocijs: & possumus dicere prout dicit Bar. in d. l. repeti. quod istud est speciale ut serui interrogentur de consocijs, vt habetur in eodem. titul. ff. & C. ad Syllan.

In

Digitized by Google

377 In ea quæstione an dictum socij faciat indicium ad torturam, quia doct communiter confundunt istos casus, ideo videbimus.

378 Primo an nominatio facta per reum in tortura faciat indicium contra nominatum in illis casibus, in quibus de iure permissa est nominatio.

Secundò an faciat indicium in illis casibus, in quibus non conceditur nominatio.

Tertiò an socius tanquam testis assumptus non vti reus faciat indicium contra nominatum.

In primo casu Saly. in l. fi. C. de accus. dicebat quòd talis depositio & nominatio socij non faceret indicium, eo quoniã est criminosus, ideo repellendus, cum etiam sit particeps criminis. Ideo eius dicto non sit stãdum. l. si filius. C. de li. cau. & ibi no. Item quia militat ratio de qua in d. l. fi.

Contrarium tamen determinat dicens, ꝙ ex eo dicto solo & nominatione non oritor indicium ad torturam, sed oritur iuncta prẽsumptione, seu indicijs, quę erant cõtra ipsum reum. Ex quibus indicijs oritur verisimilitudo cõtra ipsum nominatum si non fuissent indicia existentia contra reum, is non fuisset positus ad torturam nec interrogatio subsecuta, & hoc modo intelligi debet dictum Saly. in d. l. fi. uer. quæro nunc, dum dicit quòd non debet torqueri reus super socijs, nisi cum socius negaret & legitima præsumptio esset cõtra eũ, ꝙ socios sciret, & vbi de eius scientia non est præsumptio iusta torqueri non debet, & eodem modo non fit interrogatio specialis, nisi contra eum contra quem interrogatur præcedat legitima præsumptio, vnde si fur seu latro contra quem erant indicia de spoliatione, subtractione, & furto quæ delicta verisimiliter non possiunt fieri in eo casu nec fiunt ab uno solo, & hic talis indiciatus de his delictis, si ponitur ad torturam, & nominat socium coniungitur verisimilitudo oriens ex primis indicijs insimul cũ dicto rei quæstioniati: & ex tali coniunctione oritur indicium ad torturã contra nominatum, non autem intelligi debet dictum Sal. vt nominatus habeat indicium ad torturam existentibus alijs prę sumptionibus cõtra ipsum, sed sufficit nominatio facta, præsupponendo, ꝙ ille, qui est tortus, sit legitime tortus, & infra positi doct. tenent indistincte dictum correi in prædictis casibus facere indicium ad torturam, & istud tenuit Cy. in d. l. fi. But. Abb. Imo. in c. 1. de confess. Bart. in trac. de quæst. col. 4. uersicu. sed nunquid, quòd etiam positum est in operibus Gand. de malefic. in titu. de quęst. d. uer. sed nunquid, sensit Alex. in consi. 89. uiso themate col. 2. uersi. quinimmo. uol. 3. quamuis Hypp. in d. §. diligenter. num 60. adducens multos pro ea opinione, ꝙ requirantur præsumptiones ultra cõfessionem, & præcipue Imol. in d. c. 1. de confessis, qui tamen in distincte tenet opinionem iam dictam, ꝙ nominatio sola faciat iudicium ad torturam, & Augu. de Arimin. in addit. ad Ang. de malefi. in uerb. fama publica numer. 31. male allegat Gand. & Guid. de suza. in suis trac. quod requirantur alia indicia penes dictum torti, quia simpliciter loquuntur indiciũ facere, quod tamen intelligo ut sup. Ratio potest esse, quia videmus. ll. concedere in casibus iam dictis interrogationem posse fieri de socijs legitime tamen ut supra si indicium non oriretur habile ad torturam frustra lex uoluisset, ꝙ interrogatio fieret, & ideo ad hoc (vt talis dispositio effectum habeat) necesse est dicere oriri indicium ad torturam.

379 Cum lex & eius uerba intelligi debent cum effectu. l. pen. §. pen. sup. ne quis eum qui. l. 1. sup. quod quisque iur. glo. in c. fi. de sponsal. sed aduerte ꝙ l. qui ultimo allegatur per Bar. & Bal. & Roma. ꝙ faciat qualequale indicium. ideo in hoc casu distinguerem, ꝙ aut reus legitime interrogatur, quia præcedunt indicia de consocijs in generali uel speciali interrogatione, & tunc oriatur indicium, aut non præcedunt alia indicia, & tunc faciat qualemqualem præsumptionem, & hoc modo intelligatur. d. l. qui ultimo, & quod dicit Bar. in l. maritus. hoc ti. & Bal. in l. seruos. C. de test. & Rom. in l. & si certus. sup. ad Syllan. uolentes ꝙ ex. d. l. qui ultimo. oriatur quale quale indicium.

380 Requiritur hoc tamen primo ꝙ talis cõfessio sit facta, seu nominatio in tortura, aut statim deposito reo de tortura, aliàs non ualeret. arg. tex. in l. petẽs. C de pac. Ita tenet Albe. in d. l. fi. C. de accus. Ea ratione quia.

381 Personę turpes, cum in testimonium recipiantur eorum dicto sine tormentis non creditur. l. ob carmen. §. si ea rei cõditio. sup. de testi. Et per hanc rationem idem tenet consulẽdo Raph. Fulg. in consi. 173. in causa inquisitionis col. 1. uer. quidam doctor, allegat tex. in §. si uero ignoti. in auc. de test. & Hyp. in §. diligenter. in sua prac. nu. 62. similem rationem adducit per tex. in c. illi qui. 5. q. 5. & in c. in primis. 2. q. 1. glo. in cap. cum. p. de accu. Alex. in consi. 11. circa primum colu. 2. uolum. 1.

382 Secundo requiritur, ꝙ interrogatio fiat generaliter per iudicem de consocijs, nam si particularis fieret interrogatio diceretur suggestio. l. 1. §. qui quæstionem. sup. hoc tit. glo. in l. prius. & in l. si certus. sup. ad Syllan. Cyn. in d. l. fin. C. de accus. & Sal. ibi col. fi. qui dicit non deueniri ad interrogationẽ particularem, nec ad speciem, nisi cõtra aliquem in specie sit legitima præsumptio, vt dixi sup.

383 Quęstio, & difficultas oritur, an reus facta nominatione in tortura de socio debeat iurare dicta per eum esse uera Hyp. in sua pract. in §. diligenter num. 62. dicit iurare debere, & quod assessores errant in hoc non deferendo iuramentũ reo: mouetur.

384 Quia depositio sine iuramento est nulla. l. iusiurandum. C. de testi. c. tuis. eo. tit. item etiam ꝙ utraque pars velit, non potest testis deponere sine iurꝫ. Angel. in l. si uacantia. C. de bon. uacan. lib. 10. Fel. in c. significasti. de homic. item quia ẽt ꝙ sit commissa causa alicui secundum eius conscientiã terminanda, requiritur iuramentum ex mente Ange. & Pau. de Cast. in l. pupillo. §. qui apud. supra de ope. no. nun. item summus Pontifex non potest tollere, nec dispensare cum iuramento, ut testis sine eo deponat. c. constitutus, & ibi not. de rescrip. & cum reus existens in tortura habeat manus ligatas non potest iurare, ideo eius dictum non ualebit.

In hac. q existimo reum non debere iurare, & eius dicto standum esse denominatione facta consocij in tortura in casibus concessis ad interrogandum, nam Abba. in c. 1. de confess. & Alb. de Ros. in d. l. fin. C. de accus. dicunt magnam esse differentiam, quòd deponat tanquam testis, vel ꝙ deponat tanquam reus. & ideo cum reus deponat nõ uti testis, requisita necessario in teste non adhibenda sunt in personam rei, & sic iuramentum non erit necessarium, cum lex statuat in teste iuramentum dari, in reo autem nihil aliud dicat, nisi interrogari, nec de iuramento aliqua fit determinatio. & exinde cum diuersitas sit inter ipsos, diuersum ius statui debet, nec de uno ad aliud licita erit argumentatio. l. Papinia. exuli. sup. de mino.

Demostratur etiam hoc verum, quia depositio in tortura excedit dictum testis in aliquo, & dictum testis excedit dictũ rei in tortura, nam si plures fuerunt consocij, qui deponant de altero socio in tortura ex dicto plurium nominatus non habebit pro conuicto, & ꝙ ex dicto unius contra se habet indicium ad torturam sensit Bar. & ibi glo. in l. 1. §. idem Cornelio. hoc titul. Et Bald. in l. quoniam. C. de testi. uolens.

385 Quòd ex quatuor consocijs tres non probent contra quartum delictum commisisse: determinat etiam Alb. post Gabr. de ossel. in tract. de fam. in l. fi. 2. col. C. de accus. & in hoc casu si plures testes deposuerunt de uisu, probant plene, & habebitur reus pro conuicto, ratio est, quia quando sunt plures correi, est una tantum qualitas indicij, & ad hoc ut indicia dicantur plura, requiritur diuersitas inter vnum & aliud, non autem ꝙ sint eiusdem generis, prout sunt plures socij, qui faciunt unum & idem indicium, secus in pluribus testib. quia unusquisque deponit ex sensu suo, & si bonus fuerit, qui libet parum minus semiplena probatione dicitur facere. d. l. cum probatio. sup. de prob.

386 Quod autem indicia debeant esse diuersi generis sensit Bar. in l. unus. §. 1. hoc tit. & Paris. de Put. in trac. Sindic. circa fi. in uerb. viso de repetitione, præterea videmus ꝙ maior virtus est in eo qui deponit in tortura, quàm ꝙ sit in illo, qui deponit tanquam testis. Nam deponens in tortura non est bonus, quia socius criminis nõ est idoneus, quia deliquit, & ipõt repelli, quia infamis saltem de facto, & ipse solus facit indicium ad torturam, vt dictum est sup. & tamen testis unus de uisu, nisi habuerit qualitates prædictas, vt sit bonus, idoneus nec repellatur, non facit indicium ad torturam, vt vidimus sup. in indicio de teste de uisu, & sic ista duo reus & testis habent se uti excedentia, & excessa.

Præterea reus potest dicere contraria in eius dicto & toleratur. l. nemo. sup. de exce. & dixi sup. in uersi. mendacium: ꝙ non est in teste ut ibi.

Non obst. quæ adducuntur in contrarium, quia loquunt in teste in quo de substantia requiritur iuramentum, secus in d. rei, quia hoc tantum conceditur a iure vt interrogetur per iura iam dicta, istud ꝙ iuramentum non requiratur sensit Alex. in consi. 89. in 3. uol.

387 Tertius casus est, quando interrogatio fit in ea persona quæ de iure interrogari non potest difficultas est, an faciat saltem præsumptionem, per quam iudex possit inquirere, Dec. in cons. 189. inci. Lętatus sum. licet ꝙ si reus fuerit interrogatus in illis casibus in quibus iure interrogari non põt, ꝙ non faciat præsumptionem, vt inquiratur, allegat multa consilia Fulgo. Idem uoluit Hypp. in sua practica in §. diligenter. num. 67.

Contrarium puto uerius, quia communiter Doct. tenent iudicem per talem depositionem posse inquirere, ut uoluit Host. Ioan. And. But. Abb. Anch. in d. c. 1. de confes. per illũ tex. & hoc si depositio sit facta in tortura, uel post torturam statim,

Digitized by Google

ſtatim, idem uoluit Sal. in d.l.fi.C.de accuſ. Ang.& Rom.qui dicũt hanc eſſe communem in l.& ſi certus.ſup.ad ſill. ꝙ idẽ voluit Imo.in d.c.1.de confeſ.ſubdens, ꝙ.ſ fama contra nominatum inſimul cum dicto correi, ſufficiens erit indicium ad torturam.

388 Tertiò caſu quando aliquis deponit tanquam teſtis, & nominat aliquem in ſocium, uel deponit cõtra ipſum ſocium, eius atteſtatio vti a delinquente facta inducit qualemqualẽ præſumptionem, ita no. Abb.in d.c.1.de confeſ. dicens æqui uocum eſſe in hac materia ſocij criminis, idem velle diſponere in reo, quod in teſte, quem ſequitur Dec.in c. quoniam in fi.de teſti.ubi multa adducit, & pro eadem ſententia eſt tex. in c.1.de teſti.lib.6.& in l.quoniam.C.de teſti. in hoc caſu facerem eam differentiam, quam multi faciunt, & de qua ſup. diſtinguendo, ꝙ aut deponit in eo caſu, in quo nõ poſſit interrogari, vt tunc ſit uerum, ꝙ iam dixi aut ſi poſſet interrogari de conſocio tunc faceret indicium, quia dico Abb.optime hunc caſum vti ſeparatum a præcedenti, poſuiſſe. nam ſi deponit tanquam teſtis & extra torturam, non debet facere indicium, cum requiratur tortura, vt dixi, nec aliter ei credatur niſi dicamus.

389 Quod etiam quando talis ſocius aſſumitur tãquam teſtis debeat torqueri iuxta l.ob carmen.ſup.de teſti.& gl.in l.3.§. l.iulia.in uerb.palam.eo. tit. de teſt.tunc enim ſi ponetur ad torturam, optime diſtinguetur, an ſit caſus, in quo poſſit interrogari nec ne.

390 Mortui depoſitio an faciat indicium ad torturam. Bal.& Rom.in l.ſi quis in graui. §. ſi quis moriens.ſup. ad ſil.dicunt per illum tex.indicium non oriri adducitur gl. in l. mater.C. de calum.quæ appellat dictum defuncti vilem præſumptionem,& gl.in c.literas de præſum.in prin.dicens dicto moriẽtis non eſſe credendum,& Bal.in ver.vaſſalli,in tit. de pa.conſtan.dicit morientem non eſſe ſanctum Io.Baptiſtam, & rõ redditur, quia ſi dictum moriẽtis probaret, eſſet teſtis in cauſa propria; quod a iure prohibetur.l.nullus.ſup de teſt.l.oẽm C.de teſti.in contrarium, ꝙ immo eius dicto ſit credendum.

391 Quod quis non debet eſſe immemor, nec præſumitur ſalutis ęternæ.l.fi.C.ad l.Iul.repet.c.ſancimus.1.q.7. adducitur gl. in l.1.C.de fal.cau.adie.item & ratio, confeſſio ſine cauſa facta non ualet ſecundum But.in ca.ſi cautio.de fi. inſtru. tum etiam a cõmuniter accidentibus, ꝙ de breui moriturus non vult eſſe mendax,& tenentes hanc partem reſpõdent ad tex. in d.§.ſi quis morientis, ꝙ iſta verba intelligant, non eſſe credendum quo ad condemnationem & ſic in potiori ſignificatu.§.ſed quotiens, de iur.nat.l. 1.§. qui in perpetuũ.ſup.ſi ager vect unde Hyp.in §.diligenter.in ſua pract. diſtinguit ꝙ aut ille, qui moritur grauat aliquem eius dicto, & tunc ſi cognoſcitur, ꝙ non eſt boni ſenſus, aut ſinceri intellectus, dictũ eius non attenditur per tex.in l.hac conſultiſſima. §. at cum humana fragilitas.C. qui teſt.fa.poſ.in l.iubemus.C. de teſta. Aut eſt boni ſenſus,& tunc, aut aliter poteſt probari delictũ, quàm per eius dictum, & tunc dicto decedentis non ſtatur & ita procedat tex.in d.§.ſi quis moriens, aut non poteſt fieri probatio de delicto niſi ex dicto decedentis, & tunc faciet indicium, ea ratione.

392 Quia multa conceduntur, & teſtes inhabiles admittũtur ad hoc, vt ueritas habeatur.l.quoniam.C.de hær.Saly. in l ea quidem.C.de accu. Item multa concedũtur ne delicta remaneant impunita iuxta l.vulneratus.ſup.ad l.aquil.

393 Item aſſerenti de geſtis a ſe plene creditur.Pau.de Caſt.in l.quæro.ſup.de edi.& in l quicunque.C.de ſer.fug.& quæ ponit Iac.in l.1.§. ſi abſens. ſup.ſi ex nox. cau. aga.In hac.q.credo indicium non oriri ex dicto defuncti, quia text.in d.§.ſi quis moriens nõ uidetur hoc probare vt dicam indiſtincte. Nec obſt.ratio Hyp. ꝙ confeſſio præiudicet, quia uerum eſt, vt dicunt omnes doct.in d.§.ſi quis moriens, ꝙ ad ſui præiudicium ſtatur confeſſioni morientis, ſed non in alterius dãnum: & ita concludunt omnes ibi, nec eſt verum, ꝙ text.ille debeat intelligi, ꝙ non credatur quo ad diffinitiuam, nõ aũt quo ad indicium, quia indicium eſt pars probationis minus tamen ſemiplena, ſi non creditur, & remota eſt probatio generaliter, ergo & indicium, quod eſt ſpecies probationis, cũ remoto genere remoueatur & quęlibet eius ſpecies.l.fundi. §.fi.ſup de fun.inſt.cum alijs. Nec ob.rationes, ꝙ multa concedantur, vt delicta puniantur, & veritas habeatur, quia hoc nunquam cõceditur a iure, ꝙ quis poſſit deponere in facto proprio,& pro exequenda eius opinione, ut ſibi aliqualiter credatur,& teſtis deponens de geſtis a ſe deponit ad beneficium & commoditatem alterius, non ſui ipſius vt in caſu noſtro.& falſum eſt, ꝙ plene probet: quia requiruntur alia indicia & adminicula, ut per Pau.de Caſt.in d.l.quicũque, & per Iaſ.in d.§.ſi abſens.

394 Aduerte ꝙ tex.in l.ſi quis in graui. §. ſi quis moriẽs poteſt intelligi in eo, ꝙ dicit non eſſe credendum ſi moriens dixerit, ut illa dicto ſi moriens, ſtet conditionaliter: quamuis glo. aliter ibi ſentiat vt ſi in articulo mortis exiſtens dixerit hoc, ꝙ ſit uim paſſus a ſeruo, non credatur ea ratione, quia exiſtens in eo ſtatu mortis præſumitur non ſanæ mentis, nec ſinceri intellectus,& ideo eius dicto non ſtatur iuxta.d.l.hac cõ ſultiſſima.§.at cum humana fragilitas & d.l.iubemus. & hoc ſuadent uerba tex.nam ſufficiebat, ꝙ iuriſconſultus dixiſſet, ſi quis moriens ſemel & in prin.ſed quia noluit demonſtrare quo tempore in particulari non ſit credendum domino, expreſſit tempus dicens, ſi moriens, quaſi dicat, ſi non moriẽs, & ſic in articulo mortis non exiſtens hoc dixerit, ſibi credatur, vt dicam infra, & expo'itio glo. in hoc caſu nõ poteſt ſtare, vt dicamus ſecundum eam quod quamuis ſit in articulo mortis, non credatur, quia nec crederetur, ſi non eſſet in articulo mortis, vt ipſa innuit, quia hoc non eſt verum cum ſit credendum domino vulnerato, & non morienti de ſeruis ipſis,& ideo per contrarium ſi vulneratus mortifere ſuperuixerit per aliquod tempus, & fuerit conqueſtus de ſeruis,& dixerit a ſeruis interemptum ſibi credatur vt in l.1.§.fi. eo.tit.ad Syllan.ea ratione, quia ſuperuiuendo poſt vulnera præſumitur in bono ſenſu,& quod dicat veritatem, & ei eſt credendum: nam ſi haberet ſupplicium ex ſenatuſconſulto Syllan.contra ſeruos ex eo ſolo ꝙ fuerint ſub eodem tecto. l.1.§ quæſtionem.cum.§.ſeq.& §.ſi quis in villa, & hoc ex eo ſolo, quod eſt ſiniſtra ſuſpitio contra ſeruos de morte domini, tanto magis dicendum eſt, ſi ipſe dominus dicat ſe fuiſſe vulneratũ a ſeruis quia hoc caſu cum agatur de re propria, & de ſeruis proprijs ipſi erit credendum, cũ naturaliter quis non præſumatur velle conſumere ſuum l. cum de indebito. ſupra de probat.

Sed aduerte ꝙ mihi videtur quod iſta argumentatio, quã faciunt doct.ex diſpoſitis in tit.ad Syl.an.quod decidatur cõtra liberam perſonam illud idem non ſit bona.

395 Quia facilius proceditur contra ſeruum maxime propriũ conquerentis & occiſi, quàm quod procedatur contra liberum, quo ad torturam,& quo ad alia, vt eſt tex. in l.ſi quis,& in l.ex libero.hoc ti.no.Bar.in l.1.§.ſi ſeruus in prin.hoc titu. & ideo arguere de ſeruo ad liberum non uidetur bonum, quia non eſt par ratio.

396 Denuntiatio decani, ſeu centenarij an faciãt indicium ex eorum denuntiatione? quandoque proponuntur iſti denunciatores ad manifeſtandum maleficia, quæ fiunt in ciuitate, & in villis, vt quotidie ſeruatur,& tunc iſtorum denuntiatio facit quale quale indicium, ex quo poteſt iudex procedere ad inquiſitionem, ita intelligitur.l.diuus la 2. ſup.de cuſto.& exhib.re.& hoc determinat Bart.ibi in 3.q.idem uoluit Saly. in l.ea quidem in prin.in 10.q.C. de accuſ. adducẽs pro hoc tex.ibi,& tex.in l.1.C.de Decur.lib.10.& Alexã.in conſi.1.in cauſa inquiſitionis formatę col.2.uerſi.accedat uol. 3.& pro præſumptione innocentię ponit eam Cæp. in conſ. 51.ſuper homicidio col.1.uerſi.prima eſt,& Angel.in trac. malefic.in uerb.nec non ad denunciationem col.6.uerſi. quæro an denunciatori,& Hyp.in prac.in princ nu.19.& in conſi. 6.nu.9.

Quandoque præponuntur ad inueniendum delicta, tunc in grauibus ipſis non creditur niſi vti teſtibus, aut in leuibus, & ſi præpoſiti fuerint per formam ſtatuti ad inueniendum arma & tunc ipſis creditur, vt per Bartol.in d.l.diuus, & per Ang.addentes in loco prædicto, ubi uideas.

397 Incantationes ſeu diuinationes quæ fiunt per aſtrologos, geomantes,& per iſtas mulierculas ex inſpectione aquæ benedictæ, uel ſpeculi, uel cum forcipe & cribro, uel ſimi.ſorti legijs, an faciant indicium, vt ſi dixerint Titium fuiſſe furem uel homicidã, Bru.in d.trac.de indic.col.13.uerſi.quęro an diuinatio.dicit, ꝙ talibus non eſt adhibenda fides.l. item apud labeonem.§.ſi quis aſtrologus.ſup.de iniur.& ibi Ange.hoc tenet, ꝙ indicium non faciunt ad torturam, ſubdens, ꝙ iudices caueant, vt non errent moti ex diuinationibus.l.verbum precibus.C.de infami.dicit tamen Brun. ꝙ Bald. in quodam ſuo conſi.tenet, ꝙ licet ars maleficiorum ſit reprobata.l.nemo.C.de malefi.& mathem.tamen quandoque permittitur, ꝙ maleficium tollatur per aliud maleficium, ſi alio modo non poteſt quàm per incantationem dęmonum, vt not.per Ioan.And.de Rip.in ſum.confeſ.in rub.de imp.ligami. tamẽ non debet recedere a Deo quicquid ore proferatur, cum licitum eſt aliquando de aqua turbida viuere, ubi deficit clara, & medicinæ ſumuntur ratione ſanitatis non delectationis, concludens, ꝙ quãuis ars diuinandi ſit reprobata, tñ ubi magnum ſcandalum imineret, nec Deo nec hominibus reprehenſibile uideretur, ſi fieret,& operabitur ad inquiſitionem non ad torturam.& ſi diuinator aliquem inculpat, poterit iudex pro illo mittere,& videre, qua conſtantia aut trepidatione, aut quo palore aut rubore loquatur, & exinde ſumere indicium veritatis,& iſtud ſequitur Hyp.in ſua prac.in §.diligenter num.18. ponens exemplum de cadauere emittente ſanguinem ob ſuperuenientiam homicidæ, quod dicit vidiſſe & practicaſſe.

Aduerte

Digitized by Google

Aduerte ꝙ præcedens deciſio non vī aliquo modo mihi vera, vt non tantum indicium non oriatur, ſed nec ſuſpitio, per quam iudex poſſit moueri ad inquirendum, ſeu alio modo procedendum, cū ſortilegia ſint omnino prohibita.

398 † Nec pro inueniendo furto eccleſiæ poteſt fieri incantatio aliqua etiam ſine demonū inuocatione, prout eſt tex. in c.1.&.2.de ſortileg. Et Abb. & Io. An. in d.c.2. qui dicunt non eſſe licitum conſulere iſtos diuinatores, ſeu ſortilegos, etiam ſi hoc fiat ſine inuocatione dęmonum, ea ratione.

399 † Quia occulta ſolus Deus ſcit, & eſt ſecretorum cognitor, & iudex. c. erubeſcā. 32 di. vnde dicimus, ꝙ eccleſia non iudicat de occultis, & cum non poſſit probari, diſcretus iudex ſe non intromittit, ſed diuino iudicio relinquit. l. & ſi reſtituantur. §. fin. ſupra de iudi. vbi Bal. dicit per illū tex. quod iudex debet iudicare ſecundum conſcientiam, quæ cadit in homine ipſo tanquam iudice, & licet Deus omnia nouerit, non tamen ſic euenit in homine.

400 † Præterea ſortilegi ſunt infames, & repelluntur a teſtimonio & ab accuſatione, & puniuntur faciendo ſortilegia, & grauiter peccant vt in d c.1.&.2. de ſortileg. & in d.l. item apud Iabeonem. §. ſi quis aſtrologus. ſupra de iniur. vbi poſt illud, quod iniuriam faciat, & cum eo agi poſſit, ſubdit tex. ꝙ conſtitutiones eum tenent, & ibi gl. in verb. conſtitutiones.

401 dicit vltore gladio puniendos. vt d.l. nemo. † Quomodo itaque poteſt iudex admittere ſortilegum, & ex eo accipere fundamentum ad inquirēdum, cum non tantum eos reijcere debeat, ſed etiam punire, & ſic vnde pœna deberet dari p̄ iudicem, inde iudex accipere debeat fundamentum, argu. eorum quę hñt in l. non dubium. C. de legib & l. meminerint. C. vn. vi ibi ne inde iniuriarum naſcatur occaſio, vnde

402 iura naſcuntur. † Eo maxime quia vterque iudex tam ſecularis quàm eccleſiaſticus poteſt cognoſcere de tali crimine, & accerrime punitur per ius ciuile, & locus eſt pręuentioni inter eos, ita no. Abb. in d.c.1. de ſortile. in verſi. credo ēt, allegato. C. de malefi. & mathem. vbi puniuntur vltimo ſupplicio, de iure vero canonico ſi ſunt viles fuſtigantur, ſi liberi, & honeſti damnantur ad perpetuos carcēres c. contra ydolorum 26. q. 5. Rom. in ſing. 660. incip. tu ſcis. ex quibus concludo, ꝙ ex tali re prohibita, & punibili, non poteſt, nec debet iudex ſumere fundamentum ad inquirendum.

Non ob. exemplum traditum per Hyp. quod ſanguis exit ex cadauere ſuperueniente interfectore, quia illud non prouenit ex incantatione, aut ſortilegio, ſed eſt quoddam miraculum, & ab occulto procedens, de quo dicam infra in indicio ſigni.

403 † Iudex ſi vidit, an ſit indicium ad torturam, vt puta ſi interfectus fuit homo in platea & iudex vidit nullis alijs exiſtentibus probationibus, dicas ꝙ non, prout voluit Spec. in ti. de ſent. & his quæ ipſ. ſequun. §. qualiter verſic. item debet.

404 † Quod iudex debet procedere ſecundum allegata & probata & non ſecundum conſcientiam c. iudicet 3. qō. 7. l. illicitas. §. veritas ſupra de offi. præſid. & per illum tex dicit in caſu p̄miſſo, quando iudex vidit occidentem. Spec. d. §. item deber, ꝙ Azo & Accur. conſulti reſponderunt, quod poteſtas non potuit ponere illum ad qōnem. quod dictum ſequitur Bal. in l. fi. in prin. verſi. itē quæro. C. de appella. Quod intellige ſecundum quod ipſemet Spec. in tit. de notor. crim. §. fi. verſi. Petrus de ſamia, vt procedat quando eſt notum iudici, quia in faciem eius ſolum homicidium perpetratum ſit, ſecus ſi alij cum ipſo iudice fuerint, qui poſſint delictum probare, & tunc ſecundum qualitatem probationum oritur indicium, uel plena probatio, & ita intelligitur tex. in §. quando. 2. q. 1.

Puto tamen, quòd iudex ex ea viſione poterit inquirere ſuper delicto, & procedere contra eum, quem vidit.

405 † Nomen malum facit indicium in genere contra illud habentem, vt eſt text. in c.1. & ibi Io. An. Car. & Imo. in verb. Belial. de poſ. & dicit Io. An. in c. cum ſecundum. de præb. ꝙ ſi nomina deberent emi bona eſſent emenda magno pretio. & dicit Abb. in prohe. decre. col. 2. ver. ideo quæro, ꝙ ex turpi nomine quandoque oritur ſiniſtra ſuſpicio. credentes nonnulli, illud nomen fuiſſe impoſitū ab euentu, & ibi Fely. num. 32. dicit poſt doct. ꝙ ex malo nomine oritur ſiniſtra ſuſpicio per ea, quę habentur in tex. & glo. in l. facta. §. ſi in danda. ſup. ad Trebe. ubi multas auctoritates adducit. & laſo. in rubr. ſolu. matr. nu. 16. Et Par. de Put. in tractat. de fin. in uerb. mandauit col. 8. uerſi. quando delictum, dicit uerum eſſe malum nomen facere ſuſpitionem, & indicium, ſi cum eo concurreret mala fama (vt puta) quod eſſet homo malę famę, & vocaretur rampinus.

406 Phyſionomia mala, & hæc generat ſuſpitionem in genere & oritur præſumptio de mala natura, & vitiata, non quantū ad præſumendum in ſpecie de ſpeciali, & determinato delicto, bona autem phyſionomia prodeſt, ut uoluit Bald. in l. 2. in uerſi. quæ autem. C. quor. appel. non recip. & dicit Par. de Put. in d. tract in uerb. mandauit col. 8. uerſi. quando delictū, bis indicium feciſſe per phyſiognomiam, ut unum habentē bonam phyſionomiam iudicauerit innocentem, & alium habentem malam phyſionomiam iudicauerit nocentem, & furem & ita reperijt ueritatem eſſe.

407 Signum facit quandoque indicium (prout uoluit Cic. li. 2. ad Heren. in c. in cauſa coniecturali. in uerb. argumentum. dicēs, num quis ſtrepitus, clamor, crepitus exauditus ſit, & Par. de Put. in d. trac. ſind. in d. uerb. mandauit. in fi. uolens, ꝙ ſi reperiatur occiſus puer in una domo, & vicinus dicat, ꝙ per dies ante audiuit unum puerum ibi plorantem, & hæc probatio ualet per uiam ſigni, per ea quæ not. per Bar. in l. de pupillo. §. ſi quis ipſi prętori. ſup. de no. ope nun. & per Bal. in c. cum terra in fin. de elec. & ꝙ de eo fuit tractatum Romæ in quodam puero, quem iudei in die iouis ſancta ſubtraxerūt, iugulauerunt, & in ſecrete ſanguinem eius biberunt.

408 Item ſi exhibeatur cadauer ante occiſores, & ex vulneribus ſanguis exibit, erit magnum indicium, a qua experientia non erit per iudicem recedendum, cum ſit rerum omnium magiſtra. c. cum ſit. de elect. in 6. & clemē. 1. de æta. & qual. Et iſtud dicit Par. de Put. admiſiſſe pro vero. Henr. de Gand. in ſuo co. lib. 7. & c. Thad. medic. & Ang. in tit. de homic. qui dicit hoc accidiſſe in quodam egyptiaco, ſubdēs ipſe Par. hoc fuiſſe expertum Romæ tempore eo, quo occiſus fuit Cardinalis ſancti Marci, & Hyp. in ſua prac. in §. diligenter. nu. 181. dicit ſe expertum eſſe iſtud in ciuitate Albiganę, & vidiſſe ꝙ præſentiam occiſoris cadauer effluere, & emittere ſanguinē, & iſtud habet communis hominum ſermo, ꝙ per præſentiā occiſoris cadauer emittat ſanguinē: ex quo dixi ſup. in uerb. incantationes, ꝙ iſta emiſſo ſanguinis non prouenit ob incantationem, ſeu ſortilegium, ſed eſt quoddam a natura inſitum de quo ratio reddi non poteſt.

409 Furti indicia poſſunt etiam aſſumi ex indicijs diuerſis concurrentibus in homicidio pro vt eſt tranſitus inſolitus, frequentatio vię, tempus ut noctis, locus, ut ante domum, male ficij, confeſſio cōuerſatio cum malis, & alia permulta reſpicientia teſtium depoſitiones, loquella timida, pallor, trepidatio, mendacium, dictum ſocij & alia complura, quæ diligens quilibet poterit colligere ex iam dictis, & quia in diuerſis locis docto. ponunt indicia furti, ideo de his ſubnectenus, & primo.

410 Solitus furari, & ſic mala famæ facit indicium contra imputatum, ꝙ rem furto ſubtraxerit, vt eſt gl. in l. inciuilem, & ibi Bal. & Saly. C. de fur.

411 Volentes ꝙ ex conſuetudine oriatur præſumptio, & Sal. in l. ſi fugitiui. C. de ſer. fug facit gl. in l. cum allegat. C. de uſur. Et quod dicit Barto. in l. Caſſius. ſup. de ſena. ꝙ malus ſemper præſumitur malus in alia re ſimili, & dicit Barto. hic loquens de indicio furti, quod mala fama facit qualequale indicium. Ex quo dico, quòd de per ſe non ſufficeret ad torturam, niſi alia concurrunt, vt dixi ſupra in uerb. vita.

412 Vicinus domui, in qua factum eſt furtum, ſi eam domum notam habeat, indiciatur ꝙ furtum commiſerit, ita eſt tex. in l. dominus horreorum. ſup. locati. ibi propter ædificiorum notitiam in quæſtionem peti poſſunt, & ſuper eo tex. Bar. dicit, ꝙ qui habent notitiam domus ſunt ſuſpecti, quando domus frangitur, & hoc propter ędificiorum, notitiam, & ideo tales perſonæ de facili poſſunt torqueri ad inueſtigationem ueritatis, vt in eo tex. & ideo officiales, quando committuntur maleficia occulta, conſueuerunt capere vicinos, a quib. veriſimiliter poteſt declarari veritas. l. ſi ita. in fi. ſup. de fund. inſtr. & inſtr. leg. Idem uoluit Bald ibi per illum tex. dicens ꝙ ſi in aliqua contrata committitur aliquod maleficium debent ad tormenta citius poni vicini, & domeſtici, & qui habent notam domum quàm illi, qui non ſunt vicini, nec domeſtici, ſubdens, arg. ſumi ex eo text. ꝙ furtum præſumitur factum a conuerſantibus in domo, uel ſaltem, ꝙ illi ſciant, quis fecit, quod etiam uoluit Salyc. ibi, qui dicit, ꝙ habens notitiam rei poteſt de facili ad quæſtionem torturæ deduci, quod ſæpius uidit ſeruari per iudices ad maleficia, & ꝙ præſumatur contra uicinos de delicto habetur Deuter. cap. 21. quod idem uoluit Bar. hic in 2. col. & Ang. & Sal. in l. fina. C. de quæſtio.

413 Limitatur iſta concluſio, vt non habeat locum in uicino, qui ſit bonę famę, nam tunc propter qualitatem perſonę ceſſat indicium, vt ita uoluit Bald. in l. 1. in fi. C. locat. & iſtud eſt de mente Bar. in d.l. dominus horeorum. dicit, a quibus ueriſimiliter ſciri poteſt, & iſta veriſimilitudo eſt contra malos homines non contra bonos, quod idē uoluit Brun. in d. trac. de indic. in 3. q. princ. circa prin.

Aduerte ad unum quod dicit Hyppo. in ſua prac. in §. diligenter num. 97. poſt Iaſon. in l. in actionibus colum. penul. de in lit. iur. dicens, quod Bald. in d.l. dominus horeorum. ponat limitationem prædictam de homine bonę conditionis, quia Bald. ibi nihil dicit, & ſi concluſio ſit vera in ſe, vt bonitas

Digitized by Google

tas animóueat indicium,& illud diminuat,etiam in maiori, vt dicam in ſeq.

414 Infero ex hoc ad hoſpitem, pænes quem bona ſunt depoſi tata per uiatorem,ut ſi fuerint ſubtracta,ſit indicium contrá hoſpitem,& eius familiam, ut poſſint torqueri ob præſumptionem in genere,ex mente Nicol.de Matarel.in d.l.1.& ibi Bal.C.locat.& per Bar.in l.1.§.fina.ſup.fur.aduer.nau.caup. in fi.niſi ſit bonę conditionis ut per Bald. in d. l. 1. Et uoluit Ang.de arim.in addi.ad Ang.in uer. fama publica num.107.

415 Debet etiam haberi conſideratio perſonę uiatoris, ſi ueriſimiliter habere potuit bona quæ dicebat ſubtracta, ut per Bar.in d.l.1.§.fi.ſup.fur.aduer nau.caup. & ſic uerificatur dictum Bar.in d.l.dominus horeorum, vt attendatur ueriſimile,quod multum operatur in indicijs,ut dixi ſup. in uer.præmiſſo,etiam eſt glo.not.in l.ſi quando in uerbo qualitate,ubi in rebus inuatis attẽditur qualitas perſonę,& an ſit talis, qui veriſimiliter tot res teneat, ut petij.

416 Furtiua res ſi reperiatur penes aliquem, indiciũ eſt ipſum eſſe furem.l.inciuilem. & l.ciuile.C.de furtis Bart.hic.idem uoluit Salyc.& Ang.uer eadem uerba in l.fi. C.eo.

Intellige prædicta procedere,niſi habens rem furtiuam penes ſe oſtenderit, a quo habuit ut in d.ll.& ex mente dictorum doct.

Quid ſi is,qui habet bona penes ſe, non poteſt probare, a quo habuit,nec oſtendere titulum, an habeat indicium contra ſe,ut poſſit torqueri,Bal.& Sal.in d. l.inciuilẽ.diſtinguunt.

417 Quòd aut perſona,penes quam bona reperiuntur,eſt grauis,& honeſta,& tunc ex poſſeſſione non præſumitur furtũ arg.l.non omnes. §.Barbatis.ſup.de re mil.Si uero eſt perſona, quæ commiſerit, & propter frequentiam actus vt de eo male ſit præſumendum,tunc poterit deueniri ad torturam, vnde Salyc.in d.l.fi.C.eod.dicit,ꝙ ſi res reperta penes aliquẽ, attẽditur qualitas eius perſonę, vt ſi eſt vir aliàs bonę opinionis,vt eſt emptor,& reuenditor pãnorum vſatorum,vt ſunt ſtrazaroli,qui ab ignoto conſueuerunt emere, tunc nõ erit indicium contra eum,ut dicam in ſeq.

418 Viſus exire domum cum fardello ſub veſte, vel pallio,ſed quid eſſet ignorabatur, & hoc probatũ fuit per duos teſtes, iſtud erit vehemens arg.ꝙ ſubtraxerit res deficientes in domo,& quæ dicebantur furatę in loco unde ille exiuit, ut uoluit Ang.in l.2.C.eo.de quæſti. Et tale iñdicium erit habile ad torturam,cum ſit indicium propinquum delicto, prout eſt illud uiſus admenare gladium, & alia ſimilia, de quibus dixi in indic.homic.cum ſeq.

Iſtud indicium tollitur, ſi ille qui exiuit domo fuerit uir probus,vt uoluit Angel.in l.milites.C.eo de.q.qui dicit, ꝙ ſi eſſet quæſtio de furto pannorum uel etiam pecunię & probatum ſit,ꝙ unus magnus mercator magnę famæ,& nobilis vitæ illa tunc exiuiſſet de domo,de qua diceretur tunc ſubtracta pecunia,& comprehenſus fuiſſet portare ſub clamide aliquid,ſi probetur illud indicium per duos teſtes. non erit ſufficiens ad torturam,quia non eſt veriſimile, ꝙ tantus vir ad tam vile maleficium prorupiſſet, ſed ſi cum iſto indicio ꝙcurrẽt,alia vt puta ꝙ probaretur, ꝙ incontinenti poſtquã exierit,viſus fuit expendere multam pecuniam eiuſdem formę,cuius dicebatur ſubtracta pecunia,& quia conſtabat pecuniam ſubtractam, & reperitur,ꝙ tempore ſubtractionis nullus intrauit domum,niſi ꝙ iſte viſus fuit exire,tunc dicendum eſt eum eſſe torquendum,quia ex iſtis duobus ducitur veriſimilitudo,& offuſcatur præſumptio,quod idem voluit (ſequendo hanc doctrinam Ang.) Bru.in tract.de indic.col. 2.Et Auguſt. de Arim.in addit.ad Ang.in tract.malefic.in verb.fama publica nume.12.

419 † Viſus exire tempore noctis e domo, in qua furtum eſt commiſſum habet indicium contra ſe.cum lex male præſumat contra agentem de nocte,vt eſt glo.in l. furem.ſupra de ſica.& factum tempore noctis eſt ſuſpectum.l.fi. ſupra de effractor.& expil. Et poſſunt deduci in hoc, quæ dixi ſupra in indic.homic.in verb.Tempus,& dicit Bal in conſi.427.quędam mulier.in fi.vol.5.ꝙ perambulare de nocte ad loca ſuſpecta,& per perſonas ſuſpectas, & a talibus ſuſpitionibus torturæ ceperunt,& neceſſarie ſunt.l.dolum C.de dol.

420 † Expendens multam pecuniam de illa ſtampa, ſeu cuneo,cuius fuit pecunia.quæ dicitur ſubtracta, habet indiciũ contra ſe,dixi ſupra poſt Angel. in l.milites.C. de quæſt. Et voluit Brun.in tract.de indic.q.3. circa prin.

Sed aduerte,quòd non puto tale indicium eſſe ſufficiens ad torturã,cum ſit indicium remotum, a maleficio, ex quo non debet quis torqueri, vt dixi ſupra in præmiſ.6. & eſt de mente Ang. dum vult,per hoc indicium,& alia indicia coadiuuari in d.l.milites.

421 Expendens pecuniam, cum ante eſſet pauper homo, nec reperitur vnde habeat,indicium habeat contra ſe, vt uoluit Bar.hic argum.tex.in l.Quintus.ſup.de dona. inter virum & uxor.quod õt voluit Sal.ponẽs uerba Bar.in l.fi.C.eo.de q̃ſt.

422 Res ſubtracta,ſi cedebat ad commodum imputati, & nõ alterius,facit indicium contra eum.v.g.inſtrumẽtum quod ad eum pertinebat.non reperitur,vt uoluit Bar.hic per tex.in l.1.§.ſed ſi quis inſtrumenta.C. de latin. liber. tol. quod idem uoluit Ang.& Saly.in d.l.fin.C.eo.de quæſti. quod dixi ſup.in indic.homi.in verbo qualitas perſonæ:ſed puto,quod non faciat indicium ad torturam,vt dixi in præced. indic.

423 Fuga famuli ex domo domini,in qua res fuit ſubtracta,facit indicium contra eum voluit gloſſ.in §.ſi uero,in verb.factum,in auct.de exhib.rei.dicens,ibi eſſe optimum arg. contra ſeruientes fugientes,vt eo ipſo res amiſſas videantur ſubtraxiſſe,ex quo dicit ibi Iac.de Beluiſ. ꝙ erit indicium contra fugientem,ſed ꝙ propter talem fugam ſolam non ſit tormẽtis ſubijciendus, quia exiguntur argumenta, ſiue indicia.l.1. in prin.ſup.eo.& d.l.milites.C.eod. & etiam quia fuga afficit perſonam,nec eſt regulata, ſiue demonſtrata directo principaliter ad crimen,idem uoluit Brun.in d tracta. de indi. q.3. in princ.

Aduerte,ꝙ Ioan. And.in addi.ad Spe.in tit.de præſump. in addi.quæ incipit.lex vnica dicit opi.Iac.de Bel.in d.§.ſi vero, de iure procedere, & eſſe veram in quantum vult indicium oriri ad torturam.ſed (dicit ipſe) de conſuetudine ſeruatur contrarium.

Puto,ꝙ in caſu (de quo agitur) & ex fuga famuli oriatur indiciũ ad torturã,ſi dominus ſit cõqueſtus, & veriſimile ſit, ꝙ potuerit bona ſubtrahere, cum eſſent penes dominum, nam vltra fugam habet hoc generaliter.

424 Quod de natura iſtorum famulorum eſt furari, vt uoluit Bal.per illum tex.iunc.gl.in l.fi.in uerſi. in tex. ibi de furtiuis. C.quib.ad libe.proclam.non lic.dicens ꝙ natura ſeruorum eſt furari,quod idem faciunt famuli ſcholarium, intellige tamen ꝙ concurrat ueriſimilitudo ex parte domini, & ex parte ſerui,vt dixi ſup.in uerb.vicinus domui.in fin.

425 Culpa cuſtodis,ob quam furtum factum ſit,facit indiciũ, vt ipſe cuſtos torqueatur,vt furẽ indiciet,ita uoluit Bar.per illum tex.in l.1.ſup.de off.præfec.vigil.& ẽt voluit Bal.in loco vt infrà.

Intellige iſtud procedere,niſi eſſet factum furtum in loco qui bene cuſtodiri non poterat, vel tpe, quo cuſtodiri non poterat, nam tunc per rerum naturam culpam abeſſe probatur, vt voluit Bal.in l.3.§.cognoſcit.in fin.ſup. eo. de offic. præfec. vigil. & dicit eſſe tex.ibi dum vult, cuſtodes puniendos eſſe plerunque, quaſi dicat non ſemper.l. ſemper.§.hoc interdictum.ſup.quod vi aut clam.cum etiam id, quod non eſt poſſibile,cuſtodibus non eſt iniungendum.argu.l.Titius. §.fi.ſup.de excuſ.tuto. Nec eſt homo,qui ſemper poſſit vigilare.l.ſeruitutes.ſup. de ſeruit.

426 Forma pedis furantis in terra humida facit indicium, vt voluit Alb.in l.indicia.col.2.C.de reb.uen,dicens,quod vidit quendã iudicẽ maleficiorũ facere hoc modo, ꝙ quidã inculpabatur, ꝙ furatus fuerat vuas de vinea,& quia terra erat balneata, & humida,& apparebat ibi effigies, ſiue forma pedum illius,qui furatus fuerat,adduxit illum ad locum, & reperijt pedes eius concordare cum forma, & effigie, ex quo indicio quaſi indubitato eum condemnauit.

Putarem tamen,quod iſtud uon eſſet indicium ad condẽnationem,ſed iunctis alijs poſſet torqueri, nam poſſit de facili contingere,quod eſſet ſimilitudo pedũ, & is non eſſet qui rem ſubtraxiſſet,& per conſequens de per ſe non eſſet ſufficiens indicium ad torturam per ea, quæ not. Bald. in l.non hoc.C.und.legit.& dixi ſup.in 2.notab.Hoc idem ſenſit Bal. in conſi.427.quædam mulier uol.5. dicens quòd iudex non debet procedere ad tormenta ex furore animi,ſed debet habere cum moderata ratione, & intellectu, ſubdens, quòd per motionem,& veſtigia pedum,ſignificatur qualitas luporum,& vulpium,& ex ſemita pedum cognoſcitur vnde tranſiuit latro,qui ſoliciti venatoris laqueum non euadit. l. in laqueum.ſup.de acqui.rer.dom.

427 Res aliqua(ſi relicta eſt in loco furti, quæ iuſtificetur eſſe alicuius) facit indicium contra eum,vt vult Cicer. in d.lib.2. ad Heren. in cap.in cauſa coniecturali,in uerſicu. factum,dicens,ſi telum,ſi veſtimentum,ſi aliquid huiuſmodi relictum ſit, aut ſi veſtigium rei fuerit, quod intellige vt dicam in ſequen.

428 Schala ante feneſtram domus, in qua factum fuit furtum an ſi dicatur,quod illa ſchala viſa fuit in domo alicuius, ſit præſumptio contra ipſum ad tormenta. Par.de Pute.in trac. de ſindic.in uerb.an ſtetur dicto torti.col.7.uerſic. an ſi reperiatur.dicit,quòd non faciet indicium ad torturam,quemad modum dicimus de re inuenta penes alium, quæ fuit furto ſubtracta,& quia potuit alter cępiſſe ſchalam,niſi ille talis, in cuius domo reperta eſt ſchala, ſolitus ſit talia committere, quod dic, & intellige, vt dixi ſup.in hac par.in uerb. Res ſubtracta.

FRANCISCI

Digitized by Google

FRANCISCI CASONI OPITERGINI
Iuriconsulti celeberrimi atque criminalium rerum peritissimi, de Indicijs & tormentis, tractatus duo. Ab authore ipso diligentissime recogniti, & locupletati, vt his notis patet, quibus accesserunt doctissima quædam eiusdem, de Accusationibus, & Inquisitionibus singularia.

TRACTATVS MALEFICII

præmeditati secundum Oratores, ius diuinum, & ciuile Francisci Casoni I.C. Opitergini.

SVMMARIVM.

1 *Indicia omnia oriuntur ex quatuor locis, & per tria tempora.*
2 *Personæ qualitas indicium in criminalibus præstat, quæ tamen sola, cum sit remota sufficit, nisi cum causis iungatur.*
3 *Causa in reo, ad indicia maleficij elicienda, est perquirenda, quam reus, uel affuisse negabit, vel extenuabit, vel non sufficere dicet, nisi cum uicio personæ iungatur.*
4 *Facta aut consilio, & ratione geruntur, aut impetu, & affectione.*
5 *Indicium efficax ex consilio, & ratione habetur.*
6 *Indicia ex impetu, & affectione ad non præmeditatum maleficium nascuntur.*
7 *Verborum qualitas animum demonstrat, vnde is uidetur feciſſe, qui præ dixit facere.*
8 *Indicia propositi scire quare expediat?*
9 *Indicium omne quod indicat propositum, indicat & interfectorem, sed non econtra.*
10 *Indicia præmeditatum demonstrantia, propter effectum in non præmeditatum euadunt, ut quando rixantes sibi casu obuiant.*
11 *Prædicamenta, circa quæ uidetur uersari omnis quæstio, sunt decem.*
12 *Indicare ualens quid probabile, aut non probabile dicitur, idem acerrime iudicabit, quid uerum, aut non uerum in singulis rebus sit.*
13 *Indiciorum an certa doctrina deri possit?*
14 *Indiciorum cognitio non solum ex nobis, sed ex rebus ipsis etiam prouenit.*
15 *Natura quædam in homine est quæ ipsum cogit, aut fateri, aut aliter delictum manifestare, & hæc quo nomine uocetur.*

Argumentum Tractatus, & locorum indiciorum omnium.

1 PRęferendum est, † omnia indicia, & actiones humanas oriri ex quatuor locis, videlicet persona, causa, facto, dicto, & secundum aliquos Oratores, ex nõ facto, ex non dicto: & per tria tempora, ante, in, & post delictum: & habẽt locos suos, vt in tabula, quos dispersos collegi: & vim prædictorum, & quid accusatori, & quid accusato conueniat, dilucide perstringam, & sine ijs omne artificiũ,
2 materia, & eloquentia desunt. Persona † euenit necessario, vt cuiusmodi persona sit, eiusmodi actiones sequantur, vnde, bene, seu male præsumitur: & qualitas personæ demonstrat animum fuisse, vel non fuisse offendendi. Sed reus dicet indicia personæ sola non sufficere, cum sint remota, &
3 nisi cum causis iungantur. Causa, attinet † quærere quot, & quantę sint in reo causę, vt earum gratia deliquisse videatur, cum nihil sine causa fiat. Reus autem negabit fuisse causam, si poterit, aut extenuabit. Deinde iniquum esse dicet, omnes, ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit, in suspicionem maleficij deuocari. Item dicet causas non sufficere, nisi cum vitio personæ iungantur. Facto, quæcunque
4 † geruntur a nobis, aut consilio, & ratione geruntur: aut im-
5 petu, & affectione. Ex consilio, & ratione † habetur efficax argumentum ad præmeditatum, & caput erit propositi, si demonstrabitur quare, quo consilio, qua spe perficiendi, quidque factum sit, aut quid factum de industria, ante, in, &
6 post delictum. Ex impetu, † & affectione ad non præmeditatum argumenta nascuntur: & reus econtrario, dicet, rem perspicere cum consilio, & cura non potuisse, & id, quod fecit, impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecit. Quibus etiam rationibus demonstrari possit factam rem nõ fuisse, facile ex contrarijs suppetet facultas. Dicto, nunquid
7 † reus dixerit ante, in, seu post delictum: nam ex qualitate verborum animum metimur: & is videtur feciſſe, qui præ-
8 dixit facere. Et expedit † scire indicia propositi, quia per ea dupliciter quæritur, videlicet, quis fecerit, quando ignoratur, & quo animo fecerit. Nam omne † quod indicat pro-
9 positum, indicat & interfectorem, sed non ecõtra: Is enim videtur feciſſe, qui faciendi habuit uoluntatem, quia omnes, quod uolunt, & possunt, etiam exequuntur; & faciunt. Est enim maxime consentaneum: vt quod quis instituit facere,
10 feciſſe etiam videatur. Sed licet † indicia orientia ex supradictis locis natura sua indicent præmeditatum, quandoque tamen propter effectum in non præmeditatum euadunt, & hoc euenit, quando rixantes obuiant sorte, & casu. De quibus omnibus singulariter hoc opere dicetur, duce & auspice Christo.

Tabula indiciorum, & omnis actio humana.

I. Persona.	Fama, Conuersatio, Consuetudo, Natio, Conditio, Fortuna, Aetas, Sexus, Nomen, Phisionomia, Pallor.
II. Causæ delicti.	Ira, Odium, Metus, Spes, Cupiditas,
III. Facta ante delictum, seu contento cum delicto.	Vbi fuerit. Vbi visus sit. Quo cum visus sit. Nunquid apparârit, Nun quem conuenerit, Nun quem habuerit de consciis. De adiutoribus, De adiumẽtis. Nun quo in loco præter consuetudinem fuerit?
IIII. Facto in delicto, seu adiuncto delicto.	Aut alieno tempore. Locus, Tempus, Modus, Occasio, Facultas.
V. Non facto.	Quid factum sit, quod non oportuerit, aut non factum, quod oportuerit, &c.
VI. Dicto.	Nun quid dixerit reus ante, in, seu post delictum, prout minæ, confessiones. Item fama, & reliqua.
VII. Non dicto.	Tacens delictum præsumitur particeps, & non respondens torquetur sine indicijs, &c.
VIII. Facto quodam consequenti delictum indicante de reo, sed non de proposito.	Fuga, Cruor, Pallor, Trepidatio, repertus in loco delicti, & reliqua.

Digitized by Google

Et ſupradicti loci ſunt proprij Iuriſconſultorum, & Ora-
11 torum: tametſi Ariſto. † prædicamenta decem conſtituerit, circa quæ videtur verſari omnis quæſtio: Sed ſecundum Quin. in li. 3. tit. unde ducatur, ex ijs prima quatuor ad ſtatus pertinere, cætera ad quoſdam locos argumentorum videntur. Verum ſine conuicio Quin. non ſolum prædicti loci, uerum etiam oĩa, quæ ſunt in Cœlo, in terra, & abyſſo, ſub prædicta prædicamenta cadunt. Nota, ne oriatur confuſio in tabula, ꝙ conſilia per Cic. ſunt attributa perſonæ, rectius tamẽ referuntur ad factum, licet perſonæ accidant. vide Quint. li. 5. & l. ſæpe §. fi. ff. de uerb. ſign. Item Fama, & Pallor bis legitur in tab. vide in c. 1. & pen. trac. primi, atque ex ijs locis omnis argumentatio inueniri poterit, & aut probabilis, aut neceſſaria erit. Vide Cic. lib. 1 c. 5. de inuen. Et ſecundum Ariſt. Qui
12 iudicare † perſpicienter poteſt quid probabile, aut non probabile habeatur, idem acerrime iudicabit quid verum, aut non uerum in ſingulis rebus ſit, vide in lib. 1. ca. 6. Retho. De prædictis locis fit mentio in l. fi. ff. de act & oblig. ibi ex perſonis, cauſiſque, & l. qui cum uno ff. de re mili. ibi examinantur
13 cauſæ, cur, & vbi fuerit, & quid egerit. Prædicta † repugnant ſcribentibus de indicijs non poſſe dari certam doctrinam, ſed eſſe in arbitrio, quod tamen regulatur ſecundum diſpoſitionem iuris communis. Contra etiam prædictos eſt, ꝙ natura hominum id patitur, vt veritatis capax ſit, & res maiori
14 ex parte veritatem ſortiantur. Hoc amplius † ego dico, cognitionem indiciorum non ſolum ex nobis, ſed ex reb. ipſis etiam prouenire, etenim natura homini rerum plurimarum obſcuras, & neceſſarias intelligentias enodauit. Supra dicta probari poſſunt exemplo diuino, vt in c. 3. Geneſ. ibi. uox ſanguinis fratris tui clamat poſt me de terra. Et in exemplo veneni, ut infra in c. 4. Et ſecundum aliquos eſt quędam natura
15 in homine, quæ ipſum cogit, aut fateri, aut aliter delictũ manifeſtare. vnde legit in lege diuina. fugit impius nemine perſequente: Et hanc partem aliqui vocarunt furiam, alij Conſciẽtiã ſcelerum, alij dixerunt fieri natura cõmuni ad manifeſtãdum delictum. Et de prædictis ponentur exempla ſuis locis.

6 alteri daret. Dic etiam † ſecundum aliquos, non licere exulẽ ueneno occidere, licet poſſet per leges impune occidi, ſe-
7 cundum doct. in l. non ideo. C. de accuſat. † Et licet mulier bãnita ex forma ſtatuti poſſet impune occidi, non poteſt tamen adulterari, quamuis maius ſit homicidium quàm adulterium, & ratio eſt, quia adulterare eſt contra præceptum diuinum, prout non męchaberis, ita tenet Dec. in cap. quæ in Eccleſiarum, colum. 7. de conſt. Sed Nellus tenuit contrarium in tract. bannito. ea ratione quòd homicidium ſit maius, quàm adulterium, & non debet cui, quod plus eſt, licet quod minus eſt, non licere. ff. de regul. iur. Quod tamen non obſtat, quòd homicidium ſit maius delictum, quàm adulte-
8 rium, † quia eſt diuerſæ ſpeciei, quo caſu ſub eo quod plus eſt, non continetur minus, vt per Dec. poſt Dyn. in d. l. non debet, & hanc limitationem nota ad illam regulam, quæ multum ſeruiet ad leges, & ſtatuta concedentia immunitatem offendendi ſiue occidendi, quo caſu non extendũtur ad delicta diuerſę ſpeciei.

SVMMARIVM.

1 *Maleficium apparere prius debet, quàm de propoſito, aut reo quæri debeat.*
2 *Cadauer prius eſt inſpiciendum, eius qualitas in actis referenda, quantitas vulnerum, & in qua parte corporis ſint, & quo armorum genere illata fuerint, & quæ mortis cauſam præſtiterint.*
3 *Propoſitum ex quibus indicijs arguatur.*
4 *Propoſiti coniectura ex loco, ubi quis offenditur, capitur.*
5 *Frequentans locum maleficij, habet indicium contra ſe.*
6 *Cadaueris inſpectio fieri debet per peritos. & duo medici ſuper ea requiri debent. & hæc ſi omittantur, proceſſus eſt nullus.*
7 *Contumax quando non habeatur pro confeſſo ex forma ſtatuti.*
8 *Reus abſens non damnatur ſi contra eum non fuerit probatum delictum.*
9 *Caſus, in quibus proceditur, licet non conſtet de cadauere.*
10 *Veſtigia in luto, niue, aut puluere reperta, ſeu ueſtimentum, uel quid ſimile, in loco delicti inuentum, ad habenda indicia, contemplanda ſunt.*

DE ATROCITATE PRAEMEDITAti, & quomodo differat à non præmeditato.

SVMMARIVM.

1 *Per indicia proceditur in tribus delictis, homicidio, furto, & adulterio.*
2 *Homicidium quot modis committatur.*
3 *Homicidium præmeditatum eſt maxime deteſtabile, & in eo omnes tenentur.*
4 *Aggrediens animo occidendi, licet non occidat, an puniatur tamen, vt homicida?*
5 *Pecuniam accipiens, vt occidat, ſi ad proximum actum deueniat, homicidij pœna punitur, licet homicidium non ſequatur; Idem in crimine ſeditionis, & in emente venenum, vt alteri daret.*
6 *Bannitum ueneno occidere non licet, quamuis poſſet per leges impune occidi.*
7 *Mulier bannita, licet ex ſtatuto poſſit impune occidi, non tamen poteſt adulterari.*
8 *Statuta concedentia immunitatem offendendi, ſiue occidendi, an extendantur ad delicta diuerſæ ſpeciei.*

Cap. I.

1 Per indicia proceditur in trib. delictis, videlicet, homicidio, furto, & adulterio. Homicidiũ
2 † autem committitur, aut præmeditatum, aut in pura rixa, aut caſu. De ijs, maxime de præmeditato legitur in li. Moſis,
3 c. 21. Exo. & adeo † deteſtabile eſt, vt delinquens cuellatur ab altari, vt moriatur: Et differt a puro, etiam ſecundum I. C. nã ſi plures fuerint in rixa præmeditata, omnes puniuntur de occiſo, ſecus in pura rixa, quia tunc uniuſcuiuſque ictus conſiderandus eſt, not. in l. fina. C. de ſica. Idem ſecundum Cic. 1. offi. Intereſt vtrum perturbatione aliqua animi, an conſulto, & cogitato fiat iniuria. Hoc amplius † ſecũdum aliquos,
4 ſi quis animo occidendi aggreſſus ſit aliquem, licet non occiderit, aut vulnerauerit, punitur tamen, vt homicida. Sed dic contra, quòd punitur arbitrio iudicis, non autem pœna homicidij. In aliquibus tamen poteſt puniri, vt homicida, vt
5 pura, ſi quis † accepta pecunia, cauſa occidendi, cum deuenerit ad actum proximum, punitur pœna homicidij, licet homicidium non ſit ſecutum, Bartol in l. non ſolum. ff. de iniur. Idem in crimine ſeditionis, & in emente uenenum, vt

De viſo, & reperto faciendo per peritos, & de errore iudicum. Cap. II.

1 De propoſito, † aut reo quæri non debet, niſi de facto conſtet: naturalis enim ordo eſt, ut prius probetur factum eſſe, deinde a quo, poſtea quo animo: cum in vero de facto, & reo conſtat, de animo
2 quæri poteſt. Quare, † curent Iudices, vt inſpiciatur cadauer, & referatur in actis qualitas, quantitas vulnerum, & in qua parte corporis ſint, quo armorum genere illata fuerint: & quæ demum cauſam mortis vulnera præſtiterint,
3 quia per multitudinem, † magnitudinem, geminationem vulnerum, & per modum vulnerandi arguitur propoſitum.
4 Item apparere debet in quo loco fuit occiſus: nam † per locum, in quo quis offenditur coniectatur de propoſito, & de
5 delinquente, quando de eo ignoratur: præſumit† enim contra frequentantem illum locum, ſiue contra uicinos, Bartol. l. prima. C. de ſeru. fugit. & Moyſes capitul. uigeſimoprimo.
6 Deuteron. Et animaduertendum † eſt, vt eiuſmodi inſpectio cadaueris fiat per peritos, licet aliqui Iudices conſueuerint videre ſine peritis. Sed quærtant talem conſuetudinem, cum ſit contra rationem iudicandi, & pariat periculum damnandi inſonteis, ſicut ſonteis, præſertim in rixis puris: cum uniuſcuiuſque ictus animaduertatur: & ſtandum eſt in arte peritis. Hoc amplius duo requiruntur medici, licet de conſuetudine ſtetur dicto unius. Bartol. & Hippol. l. final. ad l. Cornel. de ſicar. concluſiue ſupradicta in proceſſu apparere debent, aliter per talem omiſſionem, tanquam formam ſubſtantialem, proceſſus redditur nullus.
7 Vude licet ſtatuta † diſponant, vt reus contumax habeatur pro confeſſo, non habebunt locum non ſeruata ſupra-
8 dicta l. raptores. C. de epiſcop. & cler. ubi etiam dicitur quòd reus, licet abſens, non debet tamen damnari, ſi contra eum non fuerit probatum delictum, & ratio reddi poteſt: quia abſentia poteſt contingere ex diuerſis accidentibus.
9 Sunt tamen † caſus, in quibus proceditur licet non conſtet de cadauere, ut puta in latronibus, qui abſcondunt cadanera eijciendo in flumina, ac mare, vt dictum eſt in titul. de
10 Tor. capitul. ſecundo. Curent etiam iudices † contemplari veſtigia luto reperta, ſiue niue, aut puluere, & ſimiliter ſi telum, ſi ueſtimentũ, ſi quid eiuſmodi repertum ſit, quod fuerit relictum in loco delicti, per hæc enim & ſimilia oriuntur indicia.

SVMMA-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Cadauer si effundat sanguinem propter præsentiam suspectorum, an magnum præstet indicium, saltem ad inquirendum?*
2 *Sanguis clamat vindictam contra interfectorem.*
3 *Calor in cadauere seruari potest vsque ad septem horas, & ideo intra illud tempus omnis experientia de suspecto fieri debet.*

De sanguine profluente propter presentiam suspectorum. Cap. III.

Consequens locus est dicere,
1 de cadauere † effundente sanguinem pp præsentiam suspectorum, de quo indicio meminit Par. de Put. dicens, ꝙ magnum est indicium, & non est recedendum a tali experiẽtia. vide eum in c. Mandauit. in fine. Hip. quoque aliquantulum tractat, dicitque nullibi legi de hoc, & posse inquiri tantum in §. diligenter. nu. 118. Attamẽ apud multos legitur de hoc indicio. Et Arist. respondit hoc esse opus diuinum, & natura
2 le, quia sanguis † clamat vindictam contra interfectorem, & rationes multas affert. vide eum in problema. c. de naribus, & Lucr. lib. 4. in illis versibus.

Emicat in partem sanguis, vnde icimur ictu.

Vbi Ficinus multas adducit causas non dissentiẽtes ab Aristotele. Et vbi Aristoteles dicit, si vulnera fuerint recentia,
3 Ficinus ait calorẽ † seruari posse ad tempus, puta, ad horas septem, & tale indicium appellatur diuinum, & fit natura cõmuni ad manifestandum homicidium, & Iudex debet experiri infra dictum tempus, quod nota, quia non legitur apud. I.C. criminalia tractãtes. Apud Moysen sunt pleraq;, per quæ probatur sanguinem clamare vindictã, sed non proprie probant supradictam opinionem, vt in c. 4. Gen. ibi. uox sanguinis fratris tui clamat ad me de terra. Iosephum de Bello. Iudaico lege, ubi loquitur de sanguine Zachariæ. Sed de hoc nullibi legitur apud Ciuiles, Canonicosque scriptores, licet Paris de Puteo testetur, ac ponat capita quædam, non tamẽ probantia. De hoc ẽt apud Oratores nullum uerbum reperitur: Sed tantum de sanguine in vestimentis, armisve reperto ij meminerunt. Ideo existimo nullum oriri indicium, nisi ad inquirendum, nam talis effusio sanguinis emanat ex causis ignotis, quæ non sunt trahendę ad consequentiam, & nullum indicium sequi debet necessario, cum ex diuersis accidentibus proueniant, & secundum aliquos pp uniformem complexionem. Et contentus sit Iudex iudicare secundum prudentiam, quæ cadit in homine, relinquendo cætera iudicio diuino, non enim oportet plus sapere, quàm oporteat, secundum Apost. Et l. si restituantur. ff. de iud. Sed si fiet aliqua experientia, fieri debet infra horas septem, vt supra, & ad inquirendum tantum.

SVMMARIVM.

1 *Veneno quem esse necatum indicat liuor, aut tumor cadaueris.*
2 *Cadauer inspici debet à peritis, & an deponere debeant de credulitate, an de ueritate in casu ueneficij?*
3 *Reus, & testis qualiter interrogari, & deponere debeant, an quis ex ueneno perierit.*
4 *Veneno quem esse mortuum ex quibus cognosci possit?*

De viso, & reperto faciendo, per peritos in veneficio, & noua experientia. Cap. IIII.

Contingit hominem homini
1 insidiari potius veneno, quàm gladio. Itaque † quæretur, si liuore, aut tumore decoloratum esset corpus mortui, significat veneno necatum. vide Auctorem ad Herennium. li. 2. Tit. in constitutione coniecturali. Quare Iudices curent in-
2 spici cadauera per peritos, qui iuramento referant in actis. Sed ambigitur, an tales periti teneantur deponere de credulitate, an de veritate? Vnde dic, ꝙ in casibus, in quib. uere cognosci põt veneficium, tenentur deponere de ueritate, aliter de credulitate. Quare Oratores post Ciceronẽ dixerunt hoc factum aliquando simplicem quęstionem habere, videlicet, an hõ perierit, aliquãdo duplicem, videlicet, veneno, an cruditate perierit. Ideoque utraque pars quod proposuerit, tue
3 tur. Nota † ꝙ non ualet inquisitio nisi constet de delicto per peritos, ut supra, & confessio rei, uel dictum testis non est sufficiens ad faciendum cõstare de delicto, cum non pertineãt ad cognitionem, uel ipsius rei, uel testis, sed ad cognitionem peritorum, ita in hac materia ueni decidit Alex. in cons. 116. ubi dicit, ꝙ non debet reus, & multo minus testis interrogari, an ille perierit ueneno, quia hoc nescit discernere, nec testis, nec pars, uersatur enim in peritia, & sciẽtia medicorum. Sed debet interrogari, an sit mortuus. Item an dederit ueneno num. Sed ꝙ mortuus sit ex ueneno nemo potest deponere nisi peritus, ea rõne, ꝙ põt esse tam modica quantitas ueneni, uel talis qualitas uenenati, ut non potuerit ex ueneno mori, quod nota perpetuo in hac materia. Occurrit hic mirabi-
4 lis experientia, de qua non legitur apud I.C. ꝙ mortuus † ueneno cognoscitur, tum ex liuoribus in toto corpore & spumis ore fluentibus, tum si cremetur corpus, cor illæsum remanet a ueneno præseruatum. uide Suetonium in Caligula in principio. Et ubi de hoc facto controuersia foret, a tali experientia non discederem. Animaduertendum tamen est, ꝙ non solum ijs, qui ueneno, sed qui etiam morbo cardiaco perierunt, euenisse legitur, quo argumẽto Plinius ait, Pisonem in iudicio defensum fuisse.

SVMMARIVM.

1 *Præmeditatum maleficium non præsumitur, nisi appareat de antecedenti proposito. Et quomodo id probari possit?*
2 *Indicia debent esse perfecta in genere suo, ut de reo quæstio haberi possit.*
3 *Indicia remota per duos testes probari debent, aliter non habebunt uires indiciorum. Et an testes debeant esse omni exceptione maiores?*
4 *Testes quando omni exceptione maiores ad probandum requirantur, & quando etiam non integri admittantur.*
5 *Præmeditatum, an præsumatur, si non apparet de pura rixa. Et in quib. casibus fallat.*
6 *Consuetus committere homicidia, an hoc solo præsumatur ex proposito occidisse. Et an possit pœna ordinario puniri.*

De non præsumendo proposito, nisi probetur, & quomodo probetur, & in quibus fallat. Cap. V.

1 Non præsumitur præmeditatũ,
nisi appareat de antecedenti proposito, quod cũ non possit probari directe, cũ sit intrinseca qualitas, probari debet per exteriores qualitates, de quibus in hoc tractatu differitur. Et
2 in hoc notandum est, quòd indicia † debent esse perfecta in genere suo, nam sicut probationes in criminalibus ad condemnandum debent esse luce meridiana clariores, ita & indicia in genere suo ad põnem habendam debent esse clara: nam eadem est rõ de toto, quo ad totum, quæ est de parte, quo ad partem, & econtra. uide no. in c. 6. de Torn. Et remo
3 ta, † aut quæ ipsum maleficium consequunt probari debẽt. per duos testes, aliter non habebunt uires indiciorum. Sed scriptores maxime dissident, an testes debeant esse omni ex
4 ceptione maiores; Et secundum † opinionem multorum qñ tractatur de inquirendo, siue torquendo, testes non ẽt integri admittuntur. Hip. in §. diligenter nu. 4. & vide quę dicent
5 in tit. per uisum unius testis. Sed aliqui † senserunt præsumi cogitatum, quando non apparet de pura rixa, quia lex male præsumit de homicidis. Sed dic, non præsumi cogitatum, nisi probetur, ut supra. Fallit tamen in latronibus, quia de ijs sem
6 per male præsumitur. Fallit etiam in eo, qui † consueuit committere homicidia, licet accusator non probauerit, & quando accusatus non probauit, & secundum Carrer. in tractat. homic. potest puniri pœna ordinaria. Sed hæc opinio non placet, & sufficit ex hoc solo indicio posse torqueri, dicetur seq. tit. c. 4.

SVMMARIVM.

1 *Accusator, & accusatus in casu proposiți possunt utrinque probare.*
2 *Probatio indirecta in criminali causa sæpe conceditur.*
3 *Negatiua facti ubi habet annexam determinationem loci, uel temporis, uel alterius rei, indirectam habet probationem.*
4 *Testes deponentes de negatiua, præferuntur testibus affirmantibus etiã dignioribus.*
5 *Negatiua probatio non admittitur in probatione intuitiua, ut quando testes deponunt uidisse factum, & sunt in sufficienti numero, & quando qualitas testium est in iure approbata.*
6 *Negatiua coarctata loco, & tempore potest probari, quia æquipollet affirmatiuæ.*
7 *Reus post didicita testificata, & conclusum in causa potest super eisdem probare, secus accusator.*

In causa proposiți vtrinque probatur etiam in contrarium. Cap. VI.

1 In casu proposiți tã accusatus,
2 quàm accusator possunt utrinq; probare. Hoc † amplius in qualibet cã criminali sæpe cõcedit indirecta pbatio, vt 3 qñ

Digitized by Google

rèus negat interfuiſſe die,& loco probatis per teſtes, & vult probare ſe fuiſſe alibi. Iudex admittet reum ad probandam
5 dictam negatiuam, quia vbi † negatiua facti habet annexam determinationem loci,vel tpis,vel alterius rei, tũc indirectã habet probationem.l.3.& ibi Bal.ff.de probat. Et ſecundum
4 Columb.in tract.malefi.teſtes † deponentes de negatiua, vt ſupra,præferuntur teſtib. affirmantibus etiam dignioribus.
5 Attamen Bal.ſibi contrarius in l.fina.C.de teſti.dixit, q̃ † in probatione intuitiua quando teſtes deponunt vidiſſe factũ, & in ſufficienti numero,& qñ qualitas teſtium eſt approbata in iure, tunc nõ admittitur probatio negatiua in contrariũ.
6 Sed credo ††q̃ qñ negatiua eſt coarctata,vt ſupra, poſſit probari;quia tunc æquipollet affirmatiuæ,& quod vtrinq; poſſit probari,videtur concedi, in lib.Moyſis..c.21.gloſſ.Sed reus
7 † poſt didicita teſtificata licet ſit concluſum in cauſa, poteſt tamen etiam ſuper eiſdem probare:ſecus accuſator.Hyppo. in §.ſequens,num.6.

SVMMARIVM.

1 *Indicium uarie diffinitur,& diuerſimode nuncupatur.*
2 *Argumentum,ſignum,& præſumptio ſunt minora, quem indicium.*
3 *Indicia ad torturam ſufficientia quomodo cognoſci poſſint?*
4 *Indiciorum duo ſunt genera.*
5 *Indicium indicans propoſitum,indicat & interfectorem, licet non ſemper puniatur de propoſito.*
6 *Indicium aliud eſt remotum,& leue,aliud propinquum, & graue.*
7 *Indicium propinquum quodnam ſit?& quod remotum.*
8 *Negocijs attributa quomodo conſiderentur.*
9 *Tempus præteritum maxime ualet,nam & quæ fiant,& quæ futura ſint, ex præteritis colliguntur.*
10 *Propoſitum indicantia qualia eſſe oporteat.*
11 *Præſumptio iuris,& de iure non recipit probationes in contrarium,ſecus de præſumptione iuris.*
12 *Negocium omne per tria tempora certioribus argumentis arguitur.*
13 *Indicia ante delictum ex quibus capiantur.*

De diffinitione,& genere indiciorum. Cap. VII.

1 Indicium varié diffinitur, & dicitur ſignũ alicuius maleficij commiſſi,vel alterius rei,de qua agitur,& variè nominatur,videlicet argumentum, ſignum,& præſum-
2 ptio.Sed hæc † duo ſunt minora,quàm indicium. Et dicunt omnes,q̃ non põt dari certa doctrina.Sed ſecundum Bar.in
3 l.fi.ff.de q.põt dari † aliqua uia ad cognoſcendum indicia ſuf-
4 ficientia ad torturam.Indiciorum † duo ſunt genera, unum quod indicat aliquẽ deliquiſſe, & ex propoſito, & oẽ quod
5 † indicat propoſitum,indicat & interfectorem licet nõ ſem per puniatur de propoſito,& hoc euenit,qñ rixantes obueniant ſorte,& caſu.Aliud indicat deliquiſſe, ſed non ex pro-
6 poſito,ut in tabula.Et in prædictis † indicium aliud eſt remo tum,& leue:aliud propinquum,& graue. Propinquum eſt,
7 quod † tãgit negocium,vt unus teſtis de viſu, captus in loco delicti,& reliqua. Indicium vero remotum dr̃ homo malæ
8 conditionis,& ſimilla.Et ſecundum Oratores † attributa negocijs,partim ſunt continentia cum ipſo negocio, partim in geſtione negocij conſiderant partim adiuncta negocio sũt,
9 partim geſtum negocium conſequuntur.Sed preteritũ ††tps maxime valet,nam & quæ fiant,& quæ futura ſint, ex præteri-
10 tis colliguntur,& ea,quæ † in delicto fiunt, ſiue poſt,ad hoc, vt indicent propoſitum,oportet eſſe eiuſmodi,vt conſequãtur ab ante delictum geſtis,& de induſtria facta videantur,de qua induſtria loquitur tex.in ca.21.Exod.& l.militis agrũ.ff. de re milit.Cic.in li.2,de inuen.tit.nunc ad cauſam coniectu-
11 ralem.In prædictis † duplex eſt præſumptio,una iuris, & de iure,& hæc non recipit probationes in contrarium, alia eſt iuris,& hæc recipit probationes in contrarium.Qualiter aũt probẽtur indicia,dicetur in tit.de indicijs per uiſum unius te-
12 ſtis.Poſtremo:† quia per tria tempora omne negocium arguitur certioribus argumentis, itaq, per ea excutiam locos indiciorum in ſpecie,de quibus hactenus in genere dictũ eſt.
13 † Ante igitur delictum capiuntur indicia a perſona, cã,conſilijs.& is ordo eſt,facere voluerit,potuerit,fecerit.Sed q.an fecerit,incipit a ſecundo tempore.

DE INDICIIS PRAEMEDITATI malef. ante delictum, ex perſona. Tract. I.

SVMMARIVM.

1 *Perſona rei qualis ſit in omni delicto ante omnia intuendum eſt.*
2 *Perſonæ qualitas demonſtrat animum fuiſſe, aut non fuiſſe offendendi.*
3 *Malitia,& incontinentia rei,indicia maleficij præſtat,unde caput erit accuſationis,vel inquiſitionis.*

De malitia,& innocentia. Cap. I.

1 IN omni delicto ante omnia intuendum,qualis ſit, de quo quæritur: quia ſm naturã incipiendum eſt a perſona:q̃ licet Cic. cãs ſæpe prætulerit:perſona aũt ſumitur,qua alius ab alio differt,tum in aĩo,tum in corpore,tum in extra poſitis, & quali
2 tas † perſonæ demonſtrat animum fuiſſe, aut non fuiſſe offendendi.l.ſi mater.C.ne de ſtat.defunct. Sed qui, qualesve homines iniuriã faciant, & qualiter iniuria fiat, & quid cuique rei,& quid cuique homini ſoleat accidere, ſcripſit Ariſ. in lib 1.& 2.de arte Retho. Sed Oratores poſt eum nõ ſunt executi:quia impoſſibile ac potius infinitum eſt,uide Quint. de arg.li.5.c. 10. At res,quarum cã hoĩes conſtituunt cõtra ius lædere, duę fere capitales habentur,videlicet, malitia,& & Incontinentia:nam quibus quiſque affectus eſt uitus, ſiue uno,ſiue pluribus teneat, in ea re, cuius gratia vitioſus eſt, iniurius quoque atq; iniuſtus euadit,malus enim male cogitat,& cor iniqui inquirit mala.c.28.& 29.Prouerb.uide Ari. Reth.in c.27.Quare Malitia & Incontinentia caput erunt accuſationis,ſiue inquiſitionis.

SVMMARIVM.

1 *Fama rei eſt a iudice examinanda.*
2 *Fama quid ſit,& quomodo conſideretur.& an faciat ſufficiens indicium ad torturam.*
3 *Torqueri non poteſt reus ex indicio remoto a maleficio,ſed alia ſimul requiruntur.*
4 *Fama mala,an non,ſolum in eo,in quo quis infamatur,ſed etiam in alijs, rei opinionem grauet?*
5 *Fama mala ad hoc vt noceat,debet eſſe in eodem genere mali.*
6 *Fama,ſeu infamia præcedere debet inquiſitionem, aliàs non proceditur, niſi in caſibus exceptis.*
7 *Famæ malæ indicium ceſſat,ſi probetur a tribus annis citra reum fuiſſe bonæ vitæ.*
8 *Fama mala non ſufficit,niſi conuictus fuerit de infamia.*
9 *Fama bona tuetur reum a tortura.*
10 *Fama bona in genere tollit indicia in ſpecie.*
11 *Teſtes ſpecialiter examinati ſuper mala fama an præferantur teſtibus deponentibus in genere de bona fama.*

De fama reorum. Cap. II.

1 Examinari debet per Iudicem, cuius eſtimationis,& famæ ſit reus,qualis etiam fuerit:pp.n. malam famam delinquentis facile præſumitur de inſidijs, &
2 dolo.c.6.lib.1ub.li.4.ff.de ſuſpec.tut.Et fama † eſt cõis opinio voce manifeſtata ex ſuſpicione proueniẽs.l.de minore. ff.de quæſt.& ibi Bar.& c.2.Regu.pri.Et varie conſideratur,videlicet,in genere,& in ſpecie,in genere qñ fama eſt,q̃ aliquis bonus,uel malus,uel ẽt in aliquo genere mali: & per hanc non oritur aliquod indicium ad torturam,ſecundum Bart.in l.fi. ff.de qũ.ibi,eſt homo malæ conditionis, eſt indicium qualequale.& non ſufficit ad torturam ſine alijs, ſecus ſi eſſet vnitum.Et † eſt regula gñalis, q̃ ex indicio remoto a maleficio
3 reus non torquetur,ſed requiruntur alia ſimul. Sed ſm Bru. fama gñalis parit indicium ad torturam, quoties iungitur cũ fama ſpeciali, & uita præcedens magnam partem defert ad
4 præſumẽdum qđ quis ſit. † Vnde caucat unuſquiſq; quia nõ ſolum in eo, in quo quis infamat, ſed ẽt in alijs grauat eius
5 opinio.Vide eundem in gl.circa tertiam,& quintã.† Sed oẽs dicunt,q̃ ad hoc,ut mala fama noceat reo,debet eſſe in eodem gñe mali. quia ex diſſimilibus non oritur coniectura.
6 † Fama,ſeu infamia præcedere debent inquiſitionem, aliter non procedetur,niſi in caſib.exceptis.per Hipp.in §.conſtãte.nu.12.Item qñ ex præſumptione hoĩs præſumit contra aliquem pp malam famam in eodem gñe malitię,põt admitti
7 probatio in contrarium.† Et indicium malæ famæ ceſſabit, ſi a trib. annis citra probabit fuiſſe bonæ uitæ.c.cum in tua.
8 extra de ſponſalib.† Item fama mala probari debet, & non ſufficit,q̃ ita dicat de aliquo, niſi fuerit cõuictus de infamia. Et qualiter probetur,uide in c.1.de Patenti.Et diffinitio prædicta declarat,quæ requirant in fama,q̃ ẽt probari debet,ſm Hipp.in §.conſtante,nu.116.Idẽ ſecundũ Oratores,qñ dicũt, deinde uita hoĩs ex ante factis ſpectabitur, in quo conſiderabit accuſator,num quando ſimile quid fecerit, ſi id non reperiet, num quando venerit in ſimilem ſuſpicionem de quo per auctor.ad Heren.lib.1.& Cic.lib.2.de inuent.tit.2.Quare

mala

Digitized by Google

mala fama contra aliquem oriri non debet, nisi ut supra, & nisi reus cõuictus fuerit, cæ qñ mala fama apparebit ut supra, non solum indicia sumentur in eodem genere mali, sed ẽt in diuerso, secundum Bru. ut supra, & rõ Oratorũ reddi põt. Deinde qui fecerit illud tam nequiter, eundem hoc tã perperam fecisse, non est mirandum † Econtra aũt pp bonã famã non torquebitur secundum Bal. in l. 1. C. locati. ubi multa similia dicit. Sed aliqui limitant nõ torqueri ita grauiter. Hoc amplius dixerunt aliqui per bonam famam in genere tolli indicia in specie. Sed multi contradicunt, ꝙ qñ testes sunt specialiter examinati super mala fama alicuius. tunc tales testes præferuntur testibus deponentibus in genere de bona fama. notatur in c. cum oportet, extra de acc. Alia uero est fama in specie de aliquo particulari facto, & ꝙ tale quid sit, vel nõ, & differt a supradicta: quia respicit vitam hominum, vt supra. Hæc vero respicit negotium, de quo quis accusat, & oritur ex circunstantijs negocij, ideo de ea dicetur in tit. post delictum.

SVMMARIVM.

1 *Conuersatio mala est malæ actionis indicium.*
2 *Suspiciones malæ trahuntur ex conuersatione, & victu.*
3 *Conuersans cum inimicis occisi præsumitur ex proposito occidisse.*

De conuersatione & victu. Cap. III.

1 Mala cõuersatio est malę actionis indicium: nam qualis quisque est, tali consortio delectatur: & ideo si commissum sit homicidiũ, & Titius sit solitus conuersari cum homicidis, ex tali conuersatione habebit cõtra se indicium dicti homicidij. Guid. Suz. in tit. quę, & qualia: Hip. in §. expedita. in fin. Idem in l. Mosis. c. 4. & 24. Proue. 2 & 16. Isaię, & 21. Deut. Idem † secundum Oratores ex conuersatione, & victu multæ trahuntur suspiciones. secundum 3 Cic. lib. 1. de inuen. tit. 13. & 2. tit. 2. Præterea conuersatio † sæpe accipitur in alio genere, videlicet, si occisor fuerit visus cõuersari cum inimicis occisi, præsumetur ꝙ ex proposito occiderit. Sed talis conuersatio non respicit personam, sicut supradicta. sed potius respicit tractatum & consilium, ideo de ea dicetur in tit. ex cõsilio, in versi. quo cum visus sit, ubi magis congruit.

SVMMARIVM.

1 *Consuetus delinquere ex hoc solo indicio, an torqueri possit?*
2 *Associans post delictum præsumitur occulte auxilium præbuisse.*
3 *Indicia potiora quare requirantur quando quæritur interfectore quàm quando quæritur de proposito?*
4 *Solitus delinquere quis dici possit?*

De consuetudine delinquendi. Cap. IIII.

1 Qui assueuit delinquere, potest torqueri ex hoc solo indicio secundum Gandi. in tit. de præsump. Idem secũdum Oratores: est enim consuetudinis vis naturæ. perquam similis. Idem secundum Moysen, is. cui mos est delinquẽdi, contemnit omnem correctionem, & pœnæ comminationẽ, c. 18. Prouerb. Sed Hipp. cum alijs contrarium tenet in §. dili gẽter. nu. 99. Circa prædicta dic, aut ignoratur de interfecto re, & de eo quæritur, & tunc aliquis non torquebitur ex hoc solo, aut constat de interfectore, sed quæritur de proposito, & tũc torquebitur, si constabit eum solere occidere, & hoc quando non probabitur pura rixa. Sed Lud. Carer. sentit in dicto casu posse damnari sine tortura in tract. homic. nu. 47. Sed hæc opinio non placet, & potiora indicia requiruntur ad explorandum quis fecerit, quàm ad explorandum quo animo, cum de homicida constat, quia tunc in dubio præsumitur occidisse pp talem præsumptionẽ, ꝙ sit solitus: & hoc casu oneratur probare contrarium, licet regulariter nõ præsumatur propositum, nisi probetur, prout in simili dicitur, ꝙ 2 contra † associantem post delictum oritur præsumptio de occulto auxilio, & reus cogitur probare contrarium, secun 3 dum Hyp. in §. constante. nu. 55. Quare autem † potiora indicia requirantur, quando quęritur de interfectore, quàm quãdo quæritur de proposito, ratio est, ꝙ quando constat, quis fecerit, lex de eo præsumit omne malũ, & iungitur cum alia præsumptione, ꝙ consueuerit, & sic duæ emergunt præsumptiones, & hoc casu affines delicto propter secutum effectũ, secus quando quęritur de homicida, quia tunc ꝙ assueuerit, est solum indicium, & remotum a maleficio: quia non constat de effectu aliquo. Sciendum est, ꝙ solitus dicitur quãdo 4 quis est conuictus bis deliquisse, & secundum aliquos ter. vide Inn. c. 1. de fide iuff. Idem secundum Oratores, secundum Cic. 2. de Inuen. tit. 3. de consti. con ect. ibi. Si quo in pari ante peccato conuictus sit. Et secundum Aristo. consuetudine fieri videntur, quæ idcirco facimus, quia sępe numero fecimus. vt per eundem Reth. 1. c. 29.

SVMMARIVM.

1 *Progenies bona, uel mala, bonum, uel malum indicium præstat.*
2 *Natio præsumptionem de hominum natura præbet.*
3 *Sexus, ætas, animi natura, conditio, fortuna, amictus, risus, & ingressus suspicionem contra reum præstant.*

De progenie, & natione, & talibus similibus. Cap. V.

1 Quod quis sit natus de bona, seu mala progenie, bene, seu male præsumitur secundũ Gãd. in tit. de præsump. & in d. rub. Moysen. c. 1. & 27. & 65. Isaiæ. A 2 natione † similiter præsumitur de natura hominum: nam gẽtibus proprij mores sunt: sunt enim nationes, quæ hoĩes facile interficiunt, & diuersis vicijs tenẽtur. Bal. in l. fi. C. de hær. inf. Apost ad Titum c. 1. ibi, Cretenses semper mendaces. A 6 sexu † aliud in uiro, aliud in fœmina creditur. l. quisquis. C. ad l. Iul. maiestat. Ab ętate, aliud alijs annis magis conuenit. l. qui cum uno. ff. de re mil. Ab animi natura; Et enim auaritia, iracundia, misericordia, crudelitas, aliaq; ijs similia afferunt frequenter fidem, ac detrahunt, nam quib. quisque obuolutus est uitijs, quorum gratia uitiosus est, iniurijs quoq;, atq; iniustus euadit, vide Aris. c. 27. Rhet. li. 1. A conditione, & fortuna: distat enim an clarus, an obscurus quis sit. l. capitaliũ. ff. de pœ. secũ Suz. in tit. quæ & qualia. Ab amictu, risu, ingressu. vt per Moysen c. 19. Eccl. in fi. Sed quæ supradicta sunt de natura hoĩs, pariunt tantummodo aliquam suspicionem secundum antiquos, qñ dicunt, & de natura licet aliquantulũ ducere suspiciones: Oĩa enim hæc uir, an mulier, huius an illius ciuitatis sit quib. in maiorib. qñib. cõsanguineis, qua ætate, quo aĩo, quo corpore, quæ naturæ sunt attributa, ad aliquam coniecturam faciẽdam pertinebunt. Cic. li 2. de Inuẽ. tit. 2. de const. coniect. Et rõ prædictorum reddi põt, quia virtutes & vitia in potestate nostra sũt, & nõ est quid positum in naturalibus causis, sed in uoluntate, studio, disciplina, quæ tollunt omnia. c. 1. 2. & 3. prouerb. vide Cic. de Fato in princ.

SVMMARIVM.

1 *Physiognomia mala facit præsumi in genere quem ad scelera procliuem sicut à bona bene præsumitur.*
2 *Tortura inchoanda est ab eo qui habet malam physiognomiam.*
3 *Hominum mores, naturasque ex corpore, oculis, vultu, fronteque Zopirus Phisiognomius noscere profitebatur.*
4 *Chyromantia de homine præsumptionem probet.*

De Physiognomia, & Chyromantia. Cap. VI.

1 Ex Physiognomia mala, præsumitur quem ad scelera procliuem, sicut ẽt a bona bene præsumitur, secun. Bal in l. 2. C. quorum app. non reci. Idem in l. Moysis. c. 19. Eccl. ibi, ex visu cognoscit vir, & c. Isaiæ, ibi agnitio vultus eorũ respondet eis. Sed ex ijs pñsumi põt in genere, non aũt in spẽ de aliquo delicto, nisi alijs concurrentib. licet Paris de Pu. dicat se p physiognomiã bis iudicasse, uide eũ in 2 dicto trac. col. 8. Vnde dixerũt † aliqui, ꝙ si plures rei sunt torquendi, incipiendum est ab habente malã physionomiã. Le- 3 git ẽt † ꝙ Zopirus physiognomus profitebat hoĩm mores, naturasq; ex corpore, oculis, vultu, frõte, pernoscere. Sed hic, p eã aliquantulũ pñsumit p tex. c. 16. Re. 1. ibi, ne respicias vultũ eius, qñ abieci eũ, nec iuxta intuitum hoĩs ego iudicio. A 4 Chyromantia † secundũ multos pñsumit de hoĩe, nullum tñ verbũ legit apud. I. C. in l. Mosis legit c. 37. Iob, ibi, qui in manu oĩum hoĩum signat, ut nouerint singula opera sua. Vnde elicit, posse pñsumi arte ea media, & illũ textũ Iudæi sic fuerũt interpretati, asserentes lineas esse naturales, & nõ frustra positas. Sed nri intelligũt in manu. 1. in ptãte hoĩum. Verum pro opinione Iudæorũ est tex. c. 13. Exo. vbi vr probari lineas esse positas ad aliquid significandum, de hoĩe, & esse signum naturæ. Apud Oratores non legitur de supradicto indicio, sed de Physiognomia sæpe.

SVMMARIVM.

1 *Indicium oritur a nomine si cum eo mala fama concurrat.*

Digitized by Google

De nomine. Cap. VII.

1 A nomine ſecundum ſcribẽtes oritur indicium ſi concurrat mala fama, ut puta ꝙ quis eſſet malæ famæ, ut ꝙ uocaretur Rampinus. Sed ſecundum Cic. 2. de inuent. nonnunquam aliquid ſuſpicionis naſcitur, & ſecundum Quint. lib. 5. de argumentis. Nomen in argumentũ raro cadit, niſi cum aut ex cauſa datum eſt, aut & ipſum alicuius cogitationis attulit cauſam, & hęc eſt uerior opin. Idẽ in lib. Moſis. 1. Reg. cap. 25. ibi, quoniam ſecũdum nomen ſuum ſtultus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Indicium propoſiti a pallore oritur contra eum.*
2 *Affectus animi exterioribus indicijs cognoſcitur.*
3 *Pudorem rubor, terrorem pallor ac tremor, & dentium crepitus conſequuntur.*
4 *Animus, & corpus propter affectionem ſæpiſſime commutatur, quod ante, uel poſt delictum contingit.*
5 *Indicia ex animi, & corporis commutatione ante delictum contingentia a quibus tractata, & an indicent propoſitum.*
6 *Indicia ex animi, & corporis commutatione contingentia ante delictum magis urgent ad indicandum propoſitum, quàm poſt delictum ad indicandum maleficium.*

De Pallore. Cap. VIII.

1 A Pallore alijſque ſimilibus oritur indicium, propter enim temporarios animi motus ante delictum apparentes male præſumitur, & torquetur reus, ut puta, ſi quis uiſus fuerit pallere, pauere, aut aliter uultu moueri, & non appareat cã, ſi paruo interuallo aliquem occiderit, ſeu uulnerauerit, præſumitur propoſito deliquiſſe: natura † enim comparatũ eſt, ut ſi quis cogitet delinquere, ſitq; in actu proximo delinquendi, uultu moueat, detque indicia qualitatis intrinſicę, unde oriuntur ſigna conſcientiæ, & ſic exteriorib. indicijs cognoſcitur affectus animi. & reuera
3 †quid accidit d. ffuſo ſanguine, aut contracto, nam pudor extra ſanguinem diffundit, timor uero contrahit. Et pallor eiuſmodi ſecundum Philoſophos accidere ſolet uehementi cogitatu, in ſubito motu, ſanguine ſe ad interiora recipiente: Ex quo fit, ut pudori ẽ rubor, ſic terrorem, pallor ac tremor, & dentium crepitus conſequantur, ſecundum Cic. 4. Tuſc q. &
4 etiam euenit † pp affectionem, quæ eſt animi, aut corporis ex tpe aliqua de cauſa commutatio, ut lætitia, cupiditas, metus, moleſtia, & alia ſimilia, quæ ponuntur a Cic. li. 1. de inuẽ. tit. cõfirm. Et prædicta contingũt bifarie. uidelicet, ante delictum, & poſt. De contingentibus poſt delictum fit mentio per omnes, maxime in l. de minore. §. tormento. ff. de qõ. Sed
5 de contingentibus, † ante delictum, & ſic de ſupradicto indicio non niſi per Græcos, & Quint. lib. 5. de argumentis. c. 10. Sed in li. Moſis. c. 20. Neæmię, ibi, quare uultus tuus triſtis eſt, cum te ægrotum non uideam? non eſt hoc fruſtra, ſed malũ neſcio quod in corde tuo eſt. Item ſupradicta dicuntur, quia ante delictum indicant propoſitum, poſt aũt delictum indi-
6 cant ſolum deliquiſſe. Item † dicuntur, ꝙ ante delictum magis urgent ad indicandum de propoſito, quàm poſt delictũ ad indicandum de delicto. De ratione diuerſitatis dicetur in fra in tit. poſt delictum.

SVMMARIVM.

1 *Reus poteſt probare contrarium etiam poſt didicita teſtificata, & poteſt retorquere, & an prædicta indicia ſine alijs ſufficiant.*
2 *Cauſa delicti debet oſtendi, aliàs indicia contra reum nullam vim habẽt.*
3 *Indicia perſonæ ſine cauſis non ualent.*
4 *Perſona ſicut indicat poteſtatem, & uoluntatem fuiße reo, ita ex contrarijs non fuiße demonſtratur.*

Pro reo. Cap. IX.

Dictum eſt ſupra contra reum. Sed pro reo ex contrarijs facile ſuppetet contradicendi fa-
2 cultas. Põt. n. † in contrarium, & poſt didicita teſtificata probare. Secundo, põt retorquere: quia indicia perſonæ in diuerſum trahuntur ſecun. Quint. de coniect. Tertio, prædicta indicia non ſufficiunt ſine alijs, cum ſint remota. Bar. in l. fi. de
2 quæſt. Quarto, ſecundum † aliquos nullam uim habent, niſi aliquid quare factum ſit oſtendaẽ, cum nihil ſine cã fiat, ut in ſequenti ti. in prin. uide Cic. de Inuen. li. 2. tit. 2. ibi, ut. n. aĩum alicuius improbare nihil attinet, cum cã, quare peccarit, non interceſſerit, ſi cãm peccati intercedere leue eſt, ſi aĩum nulli minus honeſtæ rõni affinis oſtendatur. Et per prædictam ſnĩam concluditur notabile, ꝙ indicia † perſonæ non ualẽt ſine cauſis, & ęcontra. Demum nota pro reo nõ ſolum hic, ſed in omni cã, & contra quælibet indicia locũ habere. Ariſ. in li. 2. c. 35. Rhet. ibi, quib. aũt rõnib. demonſtrari poſſit factã rem non fuiſſe facile ex contrarijs ſuppetet facultas. Quare
4 ſicut † perſona indicat poteſtatem & uoluntatẽ fuiſſe reo, ita non fuiſſe demonſtratur, & ſic in reliquis.

DE INDICIIS PRAEMEDITATI ante delictum ex cauſis. Tract. II.

SVMMARIVM.

1 *Indicia cauſarum quæ ſint.*
2 *Quærendum eſt quot, quantę ſint in reo cauſæ, ut earum cauſa deliquiſſe uideatur.*
3 *Cauſa quæ proprie dicatur.*
4 *Cauſa in impulſionem, & ratiocinationem diuiditur.*
5 *Impulſio quid ſit.*
6 *Ratiocinatio quid ſit? Et quando interfuiſſe uideatur.*
7 *Propoſitum non arguitur, quando rixa fuerit inopinata, licet cauſæ præcedant, tam ſecundum legem Moſis, quam iura ciuilia.*
8 *Propoſitum non cenſetur niſi induſtria, & inſidiæ interceſſerint.*

Quid ſint cauſæ, & quomodo diſtribuantur, & ꝙ ex ijs oriatur propoſitum. Cap. I.

Poſt ſupradicta indicia ſequun
1 tur indicia † cauſarum, quæ ſunt, Impulſus ad aliquid agendum, cum nihil ſine cauſa fiat, nam nihil factum eſſe cuiquã probatur, niſi aliquid quare factum ſit, oſtenditur. Itaque
2 † decet quærere, quot, & quantę ſint in reo cauſę, vt earum gratia deliquiſſe videatur. l. qui cum uno. ff. de re mil. in fin. Idem in lib. Moſis. c. 21. Ioſuæ, ibi, nec ante biduũ, triduumve probatur inimicus. Idem ſecundum Oratores, ſecundũ Cic.
3 lib. 2. de inuen. tit. 2. de conſti. coniect. Cauſa † proprie dicit id, ex quo, uel pp quod aliquid fit. Sed qñ per cauſas oriatur propoſitum, ex infraſcriptis locis Oratorum accepi. Cauſa
4 diſtribuitur † in impulſionem, & ratiocinationẽ. Impulſio
5 † eſt quæ ſine cogitatione per quandam animi affectionẽ aliquid hortatur, vt amor, iracundia, ęgritudo, violentia, & oĩa, in quibus aĩus ita vĩ affectus fuiſſe, vt rem perſpicere cũ cura, & conſilio non potuerit: & id quod fecit, impetu quodã
6 animi potius, quàm cogitatione fecerit. Rõcinatio † aũt eſt diligens, & conſiderata faciẽdi excogitatio. Ea dĩ tunc interfuiſſe, cum aliquid faciẽdum certa de cã uitaſſe, aut ſecutus eſſe aĩus videtur, vt ſi amicitiæ quid cã factum dicetur, ſi inimici vlciſcendi, ſi metus, ſi gloriæ, ſi denique alicuius retinendi, augendi, adipiſcendive commodi, aut contra rapiendi, diminuendi, deuitandive incommodi cauſa. vt per Cic. loco
7 quo ſupra. Idem apud Moyſen, quis † non punitur de propoſito, licet uoluerit occidere, & ſint cauſæ, dummodo non occiderit per induſtriam, & inſidias, c. 21. Exod. ibi, qui percuſſerit hominem uolens occidere, & ibi, ſi quis per induſtriam. Idem apud. I. C. quando rixa fuit inopinata, licet cãæ præcedant, non tamen erit propoſitum. Bal. in l. 1. C. ad l. Corn. de
8 ſica. Concluſiue ſecundum omnes, propoſitum † non cenſetur, niſi induſtria, & inſidię interceſſerint, vt in locis ſupra traditis. Nec mihi detur uitio integros locos Oratorum recitaſſe, eorumque verba vſurpaſſe, quia tanta vis eſt, ut nec ſyllaba quidem prætereunda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Cauſæ, quas in maleficio quærere oportet, quot ſint?*
2 *Cauſas in adulterio, uel furto quærere nihil attinet, quia illas ipſa crimina ſecum habent.*
3 *Competitorum, uel riualum altero interfecto præſumitur contra alterum.*
4 *Phyltra amatoria ab amante propinita libidinis faciẽdæ gratia cẽſetur.*
5 *Cauſæ hæ, ut probent, debent eſſe in proceſſu probatæ in ſpecie non in genere.*
6 *Teſtes deponentes in genere, & non in ſpecie ſuper cauſis non probant.*

De cauſis quinque per quas delinquitur, & quomodo probentur. Cap. II.

1 Cauſæ † unde oĩs humana orit actio, & quas in male ficio qrere oportet, ſunt ſeptẽ, ſecundũ Ariſt. lib. 1. de arte Reth. c. 27. Sed ſecundum alios poſt ipſum hæc maxime ſpectantur, ira, odium, metus, ſpes, cupiditas: nam reliqua in has ſpecies cadunt, & de ijs in homicidio præcipue
2 quæritur, in alijs vero, † vt in adulterio, & furto, de cauſis frequenter quærere nihil attinet, quia illas per ſe ipſa crimina ſecum

Digitized by Google

secum habent secundum Quint. de coniectura. libro septimo, capitul. secundo. De supradictis causis fit mentio in l. cũ rario ff. de bon. damn. ubi pater interficiens eum, qui filium suum hæredem instituerat, propter istud commodum fecisse videtur. Idem de alijs causis l. si ob stuprum ff. de cond. ob tur. caus. l. vni. ff. de amb. ubi potest sumi indicium in duobus competitoribus eiusdem honoris, siue etiam in duobus riualibus, vt uno interfecto præsumatur contra alterum. Prætere-
4 rea ob libidinis faciendæ appetitum pocula † amatoria, quæ phyltra uocantur, ceteraque huiusmodi flagitia commisisse homines deprehensi sunt. l. 3. & tot. titul. C. de malef.
5 Causæ ad hoc † vt probent, debent esse probatæ in processu
6 in specie, non autem in genere, & testes deponentes † in genere, & non in specie super dictis causis non probant. uide notata in cap. cum oporteat. de accusa.

SVMMARIVM.

1 *Causæ quot circunstantias continere debeant.*
2 *Occidisse ille præsumitur, qui occidendi causam habuit.*
3 *Deliquisse ille præsumitur, qui ex delicto commodum consequitur, vel incommodum euitat, vel cui ita forte uidetur.*
4 *Iudex animaduertit quo animo quid quisque faciat, non quo euentu vtatur.*
5 *Accusator reum ex causis demonstrabit,*
6 *Iudices per causas reum quærent, cum is ignoratur.*
7 *Causæ non solum indicant propositum, sed etiam reũ.*
8 *Causæ debent esse grauiores, quoties quæritur quis deliquerit, quàm quãdo quæritur propositum, cum de reo constat.*
9 *Propositum ex leuib. causis præsumitur, non delictum.*
10 *Quando constat quis fecerit, lex de eo præsumit omne malum propter secutum effectum, secus quando quæritur quis fecerit, quia non præsumit pro leui causa occidere.*
11 *Animi uicium cum causa conglutinari ad indicandum reum licet, atque quibus sit vitijs subiectus reus ostendere oportet.*
12 *Malus qui semel fuit in eodem genere mali semper præsumitur malus.*

Quomodo causæ indicent propositum, & reum, quando de eo ignoratur. Cap. III.

In causis duæ circunstãtiæ in-
2 sunt. videlicet: quis fecerit, & quamobrem fecerit. Vnde † si quis fuerit interfectus, & ignoratur à quo, quæretur per supradictas causas: nam is præsumitur fecisse, qui faciendi causam habuerit. Idem secundum Oratores, probabile est.
3 † quod probatur reo expedisse peccare, vt cum quæritur nunquid cõmodum ex maleficio acquisierit, nũ pecuniam, num dominationem, num aliquam cupiditatem amoris, aut nunquid incommodum vitarit, inimicitias, infamiam, dolorem, supplicium. Nihil tamen refert non fuisse, aut non esse aliquid commodi, aut incommodi, dummodo ostendi possit ei visum esse, qui arguitur: Iudex enim † animad-
4 uertit quo animo quid quisque faciat, non quo euentu vtatur. l. 1. §. si quis instrumenta. C. de latina libert. tollenda,
5 vide Auct. ad Heren. lib. 2. ti. in causa coniecturali. † Et secundum Oratores in hoc loco caput illud erit accusatori, si demonstrare poterit alij nemini fuisse causam faciendi, secundo loco tantam, aut tam idoneam nemini, fuisse, alijs quoque causa faciendi uidebitur, aut potestas alijs defuisse
6 demostranda est, aut facultas, aut uoluntas. Itaque † Iudices per supradictas causas reum quærẽt, cum is ignoratur: quia
7 causæ non solum † indicant propositum, sed etiam reum, quando ignoratur, ut supra. Et regulariter omne, quod indi-
8 cant propositum, indicat & reum. Animaduertendum † est quòd causæ debent esse grauiores, quoties quæritur quis deliquerit, quàm quando quæritur propositum, cum de reo constat, & ratio est: quia nemo præsumitur leui causa homi-
9 nem occidere. Secus quando † constat de delinquente, sed quæritur propositum, tali enim casu præsumitur propositum etiam propter leues causas. Et ratio diuersitatis est: quia
10 quando † constat quis fecerit, lex de eo præsumitur omne malum propter secutum effectum. l. qui cœdem. C. de sicar. Secus quando quæritur quis fecerit, tunc lex non præsumit omne malum, immo non præsumit pro leui causa occide-
11 re, uide quæ dicta sunt in præcedenti tit. c. 4. Præterea in † omni causa aliquid eorum, quæ personis attributa sunt. ad eam causam, qua commotus peccasse dicetur, adiungere licebit: & ita poterit animi uitium cum causa cõglutinari, hoc modo. Si diceretur pecuniæ causa fecisse, ostendet accusatore eũ semper auarum fuisse, si honoris, ambitiosum. Idem in cæteris, quibus obnoxij sint, animaduerti potest. uti in ijs rebus, & earum rerum causa. quę singulis uitijs, cupiditatibusquè subiectę sunt, omnes immoderate & impotenter uersentur. Arist. lib. 1. Rhe. c. 27. Sed Oratores post Arist. uoluerunt, atque ex dispari genere cuiusque, si ex pari sumendi facultas non erit, improbare animum aduersarij oportere, & ratio est secundum eos, qui fecerit illud, tam nequiter, eundẽ hoc tam perperam fecisse non est mirandum. uide Cic. in li. 2. tit. de inuen. & lib. 2. ad Heren. tit. in causa coniect. Verum
12 prædictis repugnat regula Legistarum, semel † malus præsumitur malus in eodem genere mali. Quandoque tamen etiam per ipsos conceditur.

SVMMARIVM.

1 *Inimicus an poterit torqueri, quando quis fuit interfectus, & nescitur à quo, si inimicitia fuerit capitalis?*
2 *Inimicitia est indicium remotum à maleficio.*
3 *Pluribus rixantibus si quis fuerit occisus, contra inimicum, si de indiuiduo non constet, præsumitur, & ex hoc is poterit torquere.*
4 *Nemo reperitur, qui non metuat, oderit, speret, & irascatur, per quas causas delinquitur.*
5 *Inimicus etiam suspectus quæ probare debeat, ne torqueatur.*
6 *Reus suspectus debet interrogari, vbi fuerit, cum quibus comederit tempore delicti.*

An inimicitia sola, & sic aliæ causæ sufficiant ad torquendum. Cap. IIII.

Si quis est interfectus, & nesci-
1 tur a quo, sed probatur † ꝙ Petrus erat inimicus illius, ex tali præsumptione poterit Petrus torqueri, secundùm Specu. in §. species. de præsumptio. & secundum Roman. in l. 1. ff. ad Syllan. per tex. ibi. In suspicionem cædis, per quem tex. multi consentiunt semel posse torqueri, dummodo inimicitia sit capitalis: Adde capit. 12. Eccles. ibi. Nunquam credes inimico. Sed Moderni contra tenent. Hyppo. in §. diligenter. num. 70. quem multi sequũtur per multas rationes, maxime, quòd
2 † inimicitia est iudicium remotum, & dictum Specul. intelligunt quoties necesse est unum ex pluribus hominem interfecisse, & certum est delictum, & certæ personæ, sed incertũ
3 est de indiuiduo, & tunc † ex illis pluribus poterit inimicus torqueri. Oratores multi consentiunt, quia multę causæ sunt quæ inducunt ad maleficium, etiam latentes, & ignotæ, cum
4 nemo † reperiatur, qui non metuat, oderit, & irascatur, per quas causas deliquitur. Quare non consequitur, Petrus inimicus est, ergo occidit, cum alius potuerit occidere per supradictas causas, etiam latentes. Ego in hac difficultate pro conciliandis opinionibus distinguo secundum Cic. in lib. 2. tit. 2. de Inuent. ibi: Maxime enim quæri oportet in hac constitutione. Primum potuerit ne aliquid fieri. deinde ecquo
5 ab alio potuerit. Concluditur, † ꝙ si Petrus probabit alium ecquo potuisse occidere, non torqueat. aliter sic. Quare demõstrabit reus, id aut alius quoq, bono fuisse, aut alios quoque id, de quo ipse insimuletur, facere potuisse vide Auc. ad Heren. libro secundo titul. collatio. Hac defensione vsus est Cic. pro Mur. in familiam Ancharianam, & pro Scauro circa mortẽ Bostaris in matrem auertens crimen. Verum id breui faciendum est, ut ne alterius defendendi causæ hunc accusare videatur. Sed sufficiat a se crimen tranferre, secundum oratores, si aut commodum nullum fuisse aut paruũ, aut alijs magis fuisse, aut nihilo sibi magis quàm alijs demonstrabit Maximum autem est remedium diffiniendarum quę
6 stionum hoc casu, & omni alio, uidelicet ꝙ suspectus † interrogetur, vbi fuit, & cum quibus comedit tempore delicti, de hac interrogatione uide Bar. in l. si. ff. de quæst. & ita per locũ & tempus Oratores diffiniebant omne negocium.

SVMMARIVM.

1 *Rei defensiones contra causas.*
2 *Causæ non indicant nisi cum uitio personæ iungantur.*
3 *Propositi suspicio ex quibus tollatur.*

Pro reo contra causas. Cap. V.

Primo reus negabit fuisse cau-
1 sam, si potuerit, aut eam vehementer extenuabit: deinde iniquum esse dicet, omnes ad quos aliquid emolumenti ex aliqua re peruenerit, in suspitionẽ maleficij deuocari. Tertio,
2 Causæ † non indicant, nisi cum uitio personæ iungantur, ga non in omnibus personis ualent. Item dicet. aut commodũ nullum fuisse, aut paruum, aut alijs magis fuisse, aut nihilo
3 sibi magis, quàm alijs. Cic. in 2. de inuent. titu. 2. Item † monstretur aut facultas, aut potestas, aut voluntas de fuisse reo, & per hæc enim uidetur reus aut non occidisse, & si occiderit, non ex proposito.

Digitized by Google

Franc. Caſon. De maleficijs.

DE FACTO ANTE DELICTVM, ſeu contento cum delicto indicante conſilium. Tract. III.

SVMMARIVM.

1 *Conſilia poſt cauſas ſunt intuenda.*
2 *Conſilia quæ ſint, & quomodo diffinianturꝰ*
3 *Conſilia ante delictum quomodo conſiderentur, & proponantur.*
4 *Animus præſumptione verbi, vel facti probatur.*
5 *Coniecturæ ex conſilijs quæ verè indicent reum delicti.*
6 *Conſilia referuntur, ac partem indiciorum, quæ ex cauſis ducuntur.*
7 *Propoſitum ante delictum à quibus factis, dictiſue indicatur.*
8 *Inditia dicti, & facti, quibus non ſolum cognoſcitur propoſitum, ſed reus, cum ignoratur.*
9 *Facere qui inſtituit et potuit, feciſſe præſumitur.*

1 Poſt cauſas intuenda ſunt cõſi-lia, nam ſicut cauſę ſunt impulſus ad aliquid agendum, ita conſilia ſunt ordo gerendorum ex cauſis venientium. l. ſæ-
2 pe. ff. de verb. & rerum ſig. Et conſilia † ſunt aliquid faciendi, vel non faciendi, excogitata ratio. & ſunt præteriti, inſtan-
3 tias & futuri temporis. A prætetito † conſideratur quid ante delictum factum ſit, ex quo ſpes perficiendi nata, & facultas faciendi quæſita videatur. Ideo in reo conſideratur, vt nihil actum, mihiq; dictum, nuſquam ventum, aut habitum nihil deniq; factum ſiue cauſa putetur. Et l. C. conſentiunt per regulam, animus probatur præſumptione verbi, vel fa-
4 cti. † Sed imprimis coniectatur an credibele ſit reum ſperaſ-
5 ſe † id a ſe ſcelus effici poſſe an ignorari, cum feciſſet, an ſi ignorarum eſſet abſolui, vel pœna leui tranſig. Hoc indiciũ fuit Ariſt. in 1. lib. Reth. c. 31. quod Quint. per eadem verba vſurpauit. in cap. de coniectura, li. 7. Sed in hoc differt, q̃ per Ariſtotelem refertur ad perſonam. Quin. vero refert ad con-
6 ſilia. Et ſecundum † eundem conſilia referũtur ad hanc par-tem indiciorum, quæ ex cauſis ducuntur. Et ita loquuntur
7 I.C. Vnde omnia † dicta, & facta, quæ indicant propoſitum ante delictum, comprehenduntur ſub elementis 11. ſecun-dum Auctorem ad Heren. ib. 2. & ante eum Ariſto. predica menta decem conſtituit, de quib. dictum eſt in tabula. Qua
8 re ordine Auctoris excutiam indicia † verbi, & facti, & hoc modo non ſolum cognoſcetur propoſitum uerum etiam reus, dum ignorabitur, Bartol. in l. fina. ff de q. ibi, uel quia inimicus, uel quia fecerit apparatus. Idem ſecundùm Orato res. eſt enim maxime conſentaneum, atque probabile, vt q̃
9 quis inſtituit facere feciſſe etiam videatur. Si ſtatuit † face-re & potuit, fecit igitur, ſi attentauit, perpetrauit igitur, quia omnes quod volunt, & poſſunt, etiam exequuntur, & faciũt. vt per Ariſt. lib. 2. Reth. c. 35.

SVMMARIVM.

1 *Tractatus præſumi poteſt ex loco, ubi reus fuerit.*
2 *Reus, ut de tractatu poſſit condemnari, tria concurrere debent, ſecreta locutio, inimicitiæ capitales cum occiſo, & quòd homicidium ſit ſecutum incontinenti.*
3 *Homicidium ſi noctu ſequatur, quomodo iudex ſuſpectum interrogare debeat?*
4 *Conuinia indicant propoſitum, & ſeditiones.*
5 *Locus quot modis accipiatur.*
6 *Tractatus initia, & conſiliorum ex loco comprehenduntur.*

Elementa autem, de quibus ſupra, ſunt, vt infra.

Cap. I.

1 Vbi fuerit. videlicet, ſecundùm tex, in l. qui cum uno §. fin. ibi. examinantur cauſæ, & cur, & ubi fuerit, & quid egerit. ff. de re mil. Idem apud Cic. in ora-tione. 1. in Catilinam, ibi, ubi fueris, quos conuocaueris, qđ conſilij cœperis quem noſtrum ignorare arbitraris? Vnde ſi qui ſecreto fuerint in aliqua domo, ſeu loco, ſi exierint, & occiderint, præſumetur de tractatu, & potuerunt torquæri, no. in l. 1. C. de ſer. fug Sed aliqui uolunt, q̃ interueniat ſecre ta locutio, ſed credo ſufficere q̃ conuenerint ſn illum locũ, nam ſecreta locutio neceſſario ſubintelligitur. Sed multi
2 † tenent poſſe damnari, ſi tria concurrant. Primo ſecreta lo-cutio, ſecundo inimicitiæ capitales cum occiſo, tertio q̃ ho-micidium ſit ſecutum incontinenti, ſecundum laſ. in ſupra-dicta l. Sed de hoc dubitatur, ſecundum Ioan. And. in addi. ad Spe. de præſump. uer. 13. Itaque tutius erit torquere, quã
3 damnare. Item ſecuto † aliquo delicto noctu Iudex interro-gabit ſuſpectum, vbi fuerit illa nocte, cum quo pranſit, uel cœnauit, & ſi reperietur mendax, orietur contra eum maxi
4 ma præſumptio. uide Bartol. in l. fi. ff. de q. & ut †, plurimum conſtituta conuiuia indicant propoſita, ſeditiones, & ſimi-
5 lia, ut Catilinæ, Lentuli, Cæthegi. Sciendum, † locum diuer-ſis modis concipi, & tanquam ſpeciem: dicetur infra in de i-
6 cto, ex hoc autem † comprehenduntur initia tractatus, & conſiliorum, ut ſupra.

SVMMARIVM.

1 *Loci ſi ſint diuerſi, diuerſa coniectura concipitur contra reum.*
2 *Frequentatio loci indicat propoſitum.*
3 *Tranſitus per viam inconſuetam propoſiti indicium præbet.*
4 *Propoſitum indicat, ſi quis viſus fuerit frequentare viam, qua illum, quẽ occidit, tranſiturum ſciebat.*

Cap. II.

Vbi viſus ſit. videlicet, ob diuer-
1 ſos † locos diuerſa coniectura concipitur, ſecundum Gãd.
2 in tit. de præſump. & ind. dubi. Vnde † ſi quis viſus fuerit ſæ-pe ire, & redire ex aliqua uia, ſiue loco, ubi eo die, uel poſte-ro hominem interfecerit, præſumitur, q̃ ſæpe tranſierit cau ſa commit tendi tale delictum, arg. l. iuſto. ff. de uſucapio. Itẽ
3 ſi quis uiſus † fuerit ire, uel uenire per uiam non conſue-tam, ſi hominem poſtea interfecerit, erit indicium propoſi-ti: nam præſumetur uoluiſſe celare ſcelus perpetrandum aut ut occidendum magis in autum inueniat. faciunt doctores in l. fina. ff. de rerum diui. nam lex malè preſumit de ijs, iuxta illud Euangelij, qui non intrat per oſtium fur eſt. & latro.
4 Item alij † dixerunt, ubi uiſus eſt, uidelicet, ante delictum il-lic fuiſſe, qua tranſiturum inimicum ſuſpicabatur, ſolent enim qui hoſtibus inſidiantur, ea loca inſidere, qua illos iter facturos arbitrantur, ut incautos opprimant. Item oritur in-dicium prẽmeditati, ſecundum Bru. in gl. circa tertiam, ibi, & illo ſero, quo fuit factum homicidium, fuit uiſus ire per aliqua loca, in quibus uicinia eum non conſueuerat uidere.

SVMMARIVM.

1 *Sociorum qualitas ſuſpicionem maleficij, & præpoſiti inducit.*
2 *Conuerſatio cum malis hominibus inducit indicium ad torturam contra delinquentem.*
3 *Aſſociatio mali hominis inducit indicium præmeditati, & conſilij.*

Cap. III.

1 Quocum viſus ſit. qualitas ſo-ciorum inducit ſuſpicionem maleficij, quare ſi delinquens uiſus fuerit conuerſari cum inimicis occiſi, orietur indiciũ
2 q̃ de induſtria occiderit. Et ſecundum aliquos † per conuer-ſationem cum malis hominibus oritur indicium contra de-linquentem ad torturam, ſecundum Hippol. in §. expedita. num. 93. Sed de hoc dubitatur, dictum eſt ſupra, de indicijs ex perſona c. 3. Sed in l. Moſis urgens eſt indicium. c. 16. Iſa-iæ. ibi, ſocij furum, & c. 4. Prouer. ibi peruerſi corde non in-
3 ueniunt bonum. Item ſi ſequatur † homicidium, ſi interce-ſſerit aſſociatio mali hominis, licet in ea nihil fecerit, præſu-metur de malo conſilio, & de præmeditato. l. non ideo mi-nus. & ibi doctores. C. de accuſ. & ſic ex hoc ſimplici ſociatu oritur indicium, ut ſupra, propter qualitatem perſonæ, nam conſilia impiorum ſunt doloſa. c. 12. & 14. Prouerb.

SVMMARIVM.

1 *Apparatus indicat propoſitum.*
2 *Arma ferens qui non aſſueuerit, præſumitur præcogitaſſe, niſi contrariã cauſam oſtenderit.*
3 *Arma euaginata portans præſumitur portaſſe ob facilitatem aggredien di, & perficiendi delictum.*
4 *Exercens ſe in armis cum non ſit ſolitus, præſumitur de delicto præcogita re. Idem ſi acuerit arma, uel aliquam experientiam fecerit, uel in loco uicino arma repoſuerit.*
5 *Præſumptio propoſiti inſurgit contra illum, qui aſportauit bona ſua de loco, ubi homicidium commiſit, ad locum, ad quem poſtea confugit, uel ſi bona, uel eorum maiorem partem alienauerit.*
6 *Apparatus non debet videri fruſtra factus.*

Cap. IIII.

Numquid apparuerit. videlicet, equos,

Digitized by Google

1 equos † ad eũdum, arma ad eodem, & alia, quæuis instra pro facinoris, quod obijcitur qualitate. Vnde armans se non so-
2 litus, item ferens † arma, qui non assueuerit præsumitur præcogitasse, nisi contrariam causam ostenderit, per quam tollatur prædicta præsumptio. l. 1. C. ad l. Corn. de sica. Item por-
3 tans † arma euaginata psumit portasse ob facilitatem aggre-
4 diendi, & perficiendi delictum. Item exercens † se in armis, cum non sit solitus. Item si acuerit arma, aut aliquam experientiam fecerit de illis, si reposuerit alicubi arma ibi, uel ẽt in loco vicino, postea deliquerit, præsumitur propositum. arg. l. 1. §. vi possidetis. ff. de vi & vi arma. Quidam addiderũt
5 nunquid fecerit, uidelicet, si asportauerit bona † sua de loco ubi postea commisit homicidium ad locum, ad quẽ postea confugit. uel si quis alienauerit bona, vel maiorem partem bonorum suorum, si postea hominem occiderit, præsumetur contra eum de proposito, secundùm Blan. in gl. alie-
6 natio. num. 76. Non. n. videri † debet frustra factus apparatus, cum nihil actum, nihilque dictum sine causa putetur. l. qui cum vno. ff. de re mili. ibi, ubi fuerit, & quid egerit.

SVMMARIVM.

1 *Amicorum, uel sociorum certo loco, & tempore conuentus, & adunatio, vt eos ducat ad maleficium indiciat propositum.*
2 *Amicus secutus amicum cum ense, vt in aliqua eum comitetur, si obuiam forte inimico fiat, an & quando de auxilio tencatur.*
3 *Ducens aliquem per locum, in quo scit inimicum offensi adesse, præsumitur particeps criminis.*

Cap. V.

Numquem conuenerit. videli-

1 cet, cum aliquo † statuit perficere certo loco aut tempore. Vel secundum aliquos, nũquem iuerit inuentum vt ducat ad maleficium. vide Fulg. in l. qd sit fugitiu. ff. de edil. edic. ibi.
2 Amicus metus uenit † ad me, & dicit, veni mecum, quia volo esse in uno negocio meo. Ego accipio ensem, & sequor eum, ipse autem fit obuiam inimico suo, & occidit eum, an ego tenear quasi auxiliator? Dicitur ꝙ si ignorans sum secutus eum, & cum ipse insultans est illum, ego me retraxi, ꝙ nullam pati debeo pœnam. idem ẽt si discedere non potuissem: ubi autem cum potuissem recedere stetissem, tunc sine
3 dubio non essem innocens. Item sciens inimicum † offensi in certo loco, conueniens, & ducens eum per dictum locũ præsumitur particeps criminis. l. pen. ff. de vi bon. rap.

SVMMARIVM.

1 *Associans delinquentem ante delictum, videtur socius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit.*
2 *Conscij qui sint, & qui teneantur de delicto?*

Cap. VI.

Numquem habuerit conscios,

uidelicet aliquem de iis, cum quibus præsumitur tractasse ab
1 initio. Potest etiam † aliter intelligi. uidelicet associans delinquentem a se delictum uidetur conscius criminis, licet nihil fecerit, modo armatus fuerit, secundùm Bal. in l. 1. C. de ser. fug. Et hoc dicetur. in titul. post delictum. Alij etiam sic intelligunt, uidelicet hic, uel ille conscius fuit. ut in oratione pro Milone dicitur, Marcum Fauonium fuisse conscium uoluntatis Clodij, cui dixerat, Milonem iriduo periurum.

SVMMARIVM.

1 *Propositum indicatur, si ueteres hospites, aut clientes domi delinquentis fuerint, uel si delinquens habuerit malos famulos.*
2 *Adiutorum conquisitio, & conuocatio, propositi consilij indicium præstat.*
3 *Adiutores uarie considerantur.*
4 *Mutuans pecuniam ei, qui statim deliquit, præsumitur adiutor.*
5 *Delinquens si sit persona uilis præsumitur cum auxilio feciße.*
6 *Comitatus, et multitudo adiutorum parit indicium deliberationis.*
7 *Coadunatio quãdo plures occidunt, in dubio, an præsumatur de industria facta.*
8 *Rixa quando censeatur pura, & quando præmeditata.*
9 *Coadunatio censetur malo animo facta, delicto secuto.*
10 *Presentia si delicto adhibeatur, deliberationis indicium oritur, modo illa præsentia fiat animo se immiscendi, si opus eßet. Secus si forte fortuna, & quando quis dicatur adesse causa se immiscendi.*

Cap. VII.

De adiutorib. videlicet veteres

1 † hospites, aut clientes domi delinquẽtis fuerunt, uel habuit malos famulos, qua de re præcogitasse videtur per text. in
2 §. hoc autem in authẽ de non alienan. Item † aliter si delinquens elegit idoneos relinquendo inutiles domi, vel etiam põt dicere de potentibus amicis, hæc. n. pſidia non solũ qui habent, plurimum posse videntur, sed ẽt. ij qui tales amicos habent, aut conscios, si quidem auxtlijs ijs, aut adminiculis,
3 & instris fræti delinquunt. Prætereà variè † cõsiderantur adiutores, secundùm Bal. in l. hæc uerba. ff. de insa. Vnde si quis
4 mutuat pecuniam alicui & is, † cui mutuauit, statim conduxit gentes ꝯ ciuitatem mutuantis, uel quid simile fecerit, pſumitur mutuauisse tali cã, eritq; præsumptio iuris, & de iure, secundùm Bru. in gl. circa quartam. Et simili modo quan-
5 do delinquens est persona seruilis, & magnum facinus commisit, præsumitur cum auxilio feciße. l. quicunque. C. de ser.
6 fug. † Item aliter potest intelligi sicut apud Cic. spectatur comitatus Clodij, & Milonis. Et multitudo adiutorum parit
7 indicium deliberationis, licet secundum † aliquos in dubia re non præsumatur coadunatio in pluribus occidentibus, nisi probetur clare de industria coadunatos esse, secundũ Bal.
8 l. non ideo. C. de acc. Hip. in §. constante, num. 45. Dicerẽ † tñ pſumi casu eueniẽte rixam, nisi probetur ante rixam coadunatos fuisse, nec est necesse (iudicio meo) probare, ꝙ coadunatio sit facta de industria, sed sufficit probare, ꝙ sit facta coa-
9 dunatio, etenim † præsumitur fieri malo aĩo ob effectũ secutum. nam si facta sunt ea, quæ posterius fieri ac sequi solẽt facta esse priora, & quæ illorum gratia instituebantur, existi-
10 mandum est. Per præsentiam † adhibitam delicto oritur indicium deliberationis, modo illa præsentia fuerit animo se immiscendi, si oporteret, secus si forte fortuna, secundum Bal. in l. 1. ff. de ser. corrup. & tunc dr̃ adesse animo se immiscendi, cum fuerit quis coadunatus, ante delictum.

SVMMARIVM.

1 *Armorum, ac cæterorum instrumentorum genus deliberationem ostendit.*
2 *Ambulans cum armis hastatis, arcu, ba istis, & similibus indicat habere animum occidendi.*
3 *Adiumenta diuersis modis considerantur.*
4 *Pecuniæ suggestæ, & alia similia accommodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendum.*

Cap. VIII.

De adiumentis. videlicet, de ijs

1 rebus † quas delinquens auxilio fore arbitrabatur, ut puta, & quælibet instrumenta, ex genere. n. armorum, cæterorum que instrumentorum præsumitur animus, & attrocitas maleficij, secundum Bal. & Salyc. in l. 1. C. de emenda. ser. Quare
2 si quis † ambulauerit cum armis hastatis, arcu, ba istis, & similib. indicat animum occidẽdi. l. 1. §. diuus. ff. de sica. Adiu-
3 menta † quoque diuersis modis considerantur, sicut supra
4 de adiutoribus, nam pecuniæ † suggestæ, & alia similia accõmodata sunt adiumenta, & instrumenta ad aliquid agendũ.

SVMMARIVM.

1 *Locus, in quo quis præter consuetudinem fuerit, uel in quo uersari non consueuerat, uel non debebat, propositi indicium præbet.*
2 *Occidens aliquem in loco, in quo uersari non soleat, præsumitur consulto occidiße, & tale iter feciße occidendi causa.*

Cap. IX.

Nunquè in loco præter cõsue-

1 tudinem fuerit, † uidelicet, in quo suspectus erat, siue ibi, ubi uersari non consueuerat, nec debebat, notat in l. 1. §. diuus. ff.
2 de sica. † Vnde etiam si quis hominem occiderit in aliqua ciuitate, siue loco, quo non sit solitus uersari, præsumetur cõsulto occidiße, & tale iter feciße occidendi causa. uide Bal. in l. fi. ff. de q. & in l. fi. C. eod.

SVMMARIVM.

1 *Tempus propositi argumenta præbere potest.*
2 *Temporis duplex est significatio, generaliter enim, & spãliter accipitur.*
3 *Tempus speciale ad indicia magis confert, probationesque affert inexpugnabiles.*

4 Tempus

Digitized by Google

4 *Tempus ad indicia elicenda quomodo considerari debeat.*
5 *Temporis longinquitas est inspicienda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negocium.*

Cap. X.

Aut alieno tempore. videlicet

1 minus conuenienti, † vt si nocturdicatur egressus domo, vel ex vrbe, & in aliquo loco eo tempore visus fuisset, & sic ex antecedentibus deducuntur argumenta, videlicet, noctu exijsti, proficiscentem antecessisti, nunquid ēt noctu, quod
2 in die fieri commodius videbatur posse. Et temporis † duplex est significatio generaliter. n. & specialiter accipitur, p̄teritum habens, instans, & futurum, & constituta discrimina, vt æstate, hyeme, noctu, interdiu. & fortuita, vt in pestilen
3 tia, in bello, in conuiuio. Speciale autem tempus † ad indicia magis confert probationesque affert inexpugnabiles.
4 Vnde † considerari debet tempus, & anni, & mensis, & diei, & noctis, & vigiliæ, & horæ, & in aliqua parte alicuius horū, vt apud Cicer. in oratione pro Mil. dicitur Clodium pridie eius diei discessisse, quo discessurum sciebat Milonem, cuius iter solenne, & necessarium ignorari non poterat. Et l. C. cō sentiūt per tempus oriri indicium ante delictum, in delicto, & post delictum, in quibus potest considerari, quid ocyus, &
5 quid serius futurum sit. Et communiter † in tempore perspiciendo longinquitas eius est consideranda, nam sæpe oportet commetiri cum tempore negotium, vt in sequenti titulo dicetur.

DE INDICIIS HOMICIDII præmediati in delicto. Tract. IIII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia propositi ex quibus in delicto oriantur, & deducantur?*
2 *Coadunati plures si delinquant, præsumuntur ex proposito delinquere.*
3 *Obuians forte si occidat: non punietur de præmeditato, licet animum occidendi habuerit.*
4 *Accidentia, quæ in delicto spectantur, ut indicia deliberationis oriantur.*

In homicidio deducuntur indi-

1 cia, considerando, cur † aliquid in delicto de industria, & data opera factum sit, vt spes perficiendi nata, & quæsita esse videatur de qua industria legitur. tex. c. 21. Exod. & l. fin. ff. de sicar. & l. 2. ff. de vi bon rap. quib. iurib. probatur, q̄ si homi-
2 nes † ducti, & coacti fuerint committere illud delictum, tūc præmeditatum censetur, secus quando id cum consilio, & cura perspicere non potuerunt, & impetu quodam animi potius, quam cogitatione fecerint, vide Cic. libr. 2 de Inuen. tit. 2. de const. coniect. Idem secundum Bal. in homicidio ex aliqua causa, siue re non oritur indicium deliberationis, quā do apparet, q̄ rixantes sibi obuiauerint casū, vide eum in l. 1.
3 C. ad l. Cor. de sica. Quinimò si quis † habuerit animum occidendi, modo sorte obuians occidat, non punietur de præmeditato, per tex. in c. 21. Exod. de hoc diximus supra in ti. de causis. c. 1. In delicto autem hęc spectantur, Locus, Tempus,
4 Modus, & Facultas, & per hæc accidentia † oritur indicium deliberationis. Et sicut inimicitiæ, & reliquæ causæ, atque cō silia, pro vt supra, impellunt ad maleficia, ita per hæc ostendi tur idonea perficiendi facultas esse quæsita.

SVMMARIVM.

1 *Locus in delicto deliberationis indicium an præbere possit?*
2 *Loci opportunitas ex quibus quæratur.*
3 *Occidens hominem in prætorio, uel ecclesia, præsumitur deliberate occidisse.*

A loco præcipue coniectatur,

1 cum euidentia loci † sit vna ex quinque speciebus probationum, de quibus no. extra. de rest. spol. c. cum ad sedem, quare spectetur locus in quo homicidium factum est ex opportunitate, quam reus videtur habuisse. Ea vero † opportunitas quæritur ex magnitudine, interuallo, longinquitate, propinquitate, solitudine, celebritate, & demum natura ipsius loci opportuni, siue diuersis consilijs. Nunquid etiam eo loco occisus perspici, aut exaudiri potuerit, & num demum locus publicus, vel priuatus, an sacer fuerit. Vnde si quis
3 † occiderit hominem in prætorio, vel ecclesia, præsumetur consulto, vel (vt aiunt) deliberate occidisse, quia non est præsumdum, quòd nisi magna causa uoluerit in tali loco occidere, vide Alb. in trac. 3. stat. 9. 64.

SVMMARIVM.

1 *Tempus reddit graue delictum.*
2 *Noctu agens præsumitur male agere.*
3 *Temporis spatium quomodo consideretur.*

A tempore præsumitur, quia

1 † reddit graue delictum. l. aut facta. §. tempus. ff. de pœn. nam
2 lex præsumit contra † agentem noctu, iuxta euangeliū, qui male agit, odit lucem. Qua de re si delictum fiat nocte, præsumitur deliberatum, secundum Alber. in tract. supradicto. Sed secundum Oratores latius dic, vide icet, qua parte anni, noctu, an interdiu, & quota diei ac noctis hora homicidiū
3 factum esse dicatur, nam etiam momēta ualent † & eiusmodi temporibus spacium consideratur, satis ne longum fuerit ad eam rem transigendam, & potuerit ne reus scire satis ad id perficiendum spacij futurum, & sæpe oportet commetiri cum tempore negocium, & uidere potuerit ne aut magnitudo negocij, aut multitudo rerum in eo tempore transigit, nam parui refert satis spacij fuisse ad id perficiendum, si id ante sciri, & ratione prouideri non potuerit. Idem probatur per gl. & quæ ibi. no. in l. si ut allegas. C. de sica.

SVMMARIVM.

1 *Occasio de liberationis indicium præbet. & quomodo ea consideratur.*
2 *Occasio quæ proprie sit; & ex quibus oriatur.*
3 *In tempore quæ considerari oporteat, & quæ in occasione.*
4 *Tempus, & occasio in quibus inter se differant.*

Ab occasiõe oritur deliberatio,

1 † nam malus animus occasionem quærit. Sed dupliciter cō tingit, primo quæritur idonea ne satis fuerit ad delictum adoriendum, & hæc aliquid cogitato factum ostendit. Secundo an alia melior quæ præterita, aut non expectata, & hęc ex cusat. Exempla extant apud Cic. in orat. pro Mil. quem, fatętur habuisse occasionem occidendi Clodium. E contra autem, inquit, Clodium, captasse occasionem occidendi Milo
2 nem. Sed oportet scire, † quæ proprie sit occasio: quare dic, q̄ est pars temporis habens in se alicuius rei faciendæ, aut non faciendæ opportunitatem. Et tempus actionis alicuius opportunum occasio est. Hæc oritur ex actionibus humanis non impedientibus, vt puta, seruus dormiens dat furanti
3 bus occasionem. Item in † tempore, mensura, & spaciū consideratur, in occasione qualitas temporis ex qua nascitur opportunitas, seu commoditas faciendi, & nō faciēdi aliquid.
4 Itaque † hoc tantum distant Tempus & Occasio, genere autem similia sunt.

SVMMARIVM.

1 *Modus delicti perpetrati, deliberationis indicium præstat.*
2 *Modus percutiendi præcogitationem ostendit.*
3 *Caput percutiens, uidetur fecisse, ut certius offendat, & occidat, & quid si bacculo percusserit,*
4 *Multitudo, magnitudo, multiplicatio, & geminatio vulnerum propositū indicat.*
5 *Proditorium propositum per modum percutiendi concipitur.*

A modo quo quæritur quēad-

1 modum quid sit † factum, idque secundum Oratores tum ad qualitatem pertinet, tum ad coniecturas, potest probari in l. aut facta. §. qualitate. ff. de pœn. Vnde si quis percusserit
2 † aliquē post terga, uel nullis dictis uerbis in capite, seu pecto
3 re, per hæc demonstrat præcogitasse, quia percutiendo † in capite videtur fecisse, ut certius offendat secundum Doc. in c. signifi. de homic. Vnde senserunt aliqui, q̄ si quis percusserit aliquem super caput baculo, siue alio simili instrumento, tamen quia percussit in capite præse fert animum occidēdi, secus si in alia parte corporis, uide Bald. in l. sed si quæcun-
4 que. §. si magister. ff. ad l. Aqui. Per multitudinem, † & magnitudinem vulnerum præsumitur præmeditatum. Item per multiplicationem, aut per geminationem, & hoc quando
5 non apparet pura rixa. Item per † modum concipitur propositum proditorium, secundum Bart. in l. respiciendum. §. delinquunt. ff. de pœn. uidelicet, proposito antecedenti insultando, & alio modo proditorio, uidelicet, si sedens tecum in mensa, nulla interueniente rixa te offendero, vel quid simile fecero, vt ibi.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Facultas deliquendi quomodo consideretur.*
2 *Tractatus præsumitur quando homicidium committitur cum multitudine personarum, nisi ex accidenti, seu casu, tales personæ superuenerint.*
3 *Facultas occidendi quando præstari uideatur, & unde indicium tractatus oriatur.*
4 *Astans armatus dum delictum committitur, licet aliquam demonstrationem non faciat, facultatem delinquendi præbere dicitur, modo delinquẽti auxiliari potuisset.*
5 *Associans delinquentem post delictum, delinquendi facultatem præbuisse dicitur.*
6 *Auxilium præstare dicitur ille, qui contra eum, qui offenditur, acclamat.*
7 *Auxiliari ille dicitur, per quem insultatus redditur timidior, et insultans audacior.*
8 *Præsentia adhibita delicto facit inditium occulti auxilij, si personæ fuerint ante delictum congregatæ.*
9 *Prohibere potens si non prohibeat, præsumitur particeps criminis, & an hinc oriatur præsumptio occulti auxilij.*
10 *Prohibere ualens, si non prohibeat, an & quando particeps criminis, et auxiliator existimetur.*
11 *Domini tenentes famulos malæ uocis, famæ, & conditionis, de illorum delictis tenentur.*
12 *Personæ qualitas ad argumenta, & indicia habenda, est considerãda.*
13 *Personæ uitia sicut onerant delinquentem, ita contraria eleuant.*
14 *Qualitas offendentis inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, uel non fuisse offendendi.*
15 *Atrocitas delicti ex quibus crescat.*

A facultate consideratur, copia

1 †& potestas instrumentorum, aut earum rerum ob quas aliquid facilius, aut sine quibus omnino confici non potest. facultates quoque præcipue cõsiderandæ sunt, credibilius est occisos à pluribus pauciores, à præparatis inopinantes. hinc illa apud Cic. coniectura, insidiatus est Clodius Miloni, non Milo Clodio. ille cum seruis robustis, hic cum mulierum comitatu. ille equo, hic rheda. ille expeditus, hic penula irretitus. Idem secundum Iurisperitos præsumitur tractatus, quãdo committitur homicidum cum multitudine personarũ, nisi ex accidenti, seu casu tales personæ superuenerint, dic vt in antecedenti tract. in ver. de Adiutoribus. Item facultates † occidendi præstari videntur, & indicium oritur tractatus, quando † aliquis aggreditur aliquem, si ibi vnus, uel plures fuerint armati, siue etiam remoti, modo potuissent auxiliari delinquenti, licet aliquam non faciant demonstrationẽ, secundum Bald. in l. 1. C. de ser. fug. Intellige tamen prædicta, si post delictum † associant delinquentem, secundum eundẽ in l. non ideo minus. C. de accus. tollitur tamen dictum indicium, si probauerint casu uenisse, vt in supradictis legibus.
6 *Quin etiam* † dicitur præstari auxilium, acclamando contra
7 eum, qui offenditur, & regula iuris est, ꝙ ille dicitur † auxiliari, per quem insultatus redditur timidior, & insultans audacior secundum Bal. in supradicta. l. nõ ideo minus. Demũ
8 † præsentia adhibita delicto facit indicium occulti auxilij, si tales personæ fuerit congregatæ ante delictum, uide Hip.
9 in §. constante, num. 45. Item cui potestas † est prohibendi, ne quis offendatur, & non prohibet, præsumitur particeps criminis per regulam, videtur occidere, qui potest prohibere. & l. scientiam. in prin. ff. ad l. Aqui. vide Gand. in tit. de præsump. & indi. indubi. & quandoque oritur præsumptio occulti auxilij. Sed secundum aliquos, neque indicium, neque suspicio oritur, nisi alia concurrant, vt puta, si post delictum associauit delinquẽtem, aut aliæ insint causæ, & circunstantiæ, aliter non præsumitur particeps. no. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. Sed in hac materia est bona glo. in l. culpa caret. ff. de
10 reg. iur. ibi. Sed quid † si possum prohibere Titium iniuriari Sempronio, an debeam iuuare? Respondeo secundum canonicos Doct. ꝙ sic, uerbis interponendo me honesto mõ. Sed secundum. l. C. non nisi in ijs, quos habeo cõrigere, ut in permissis uidelicet, filijs, & seruis. Hinc de delicto cõmisso à filio uidente patre, & non prohibente, nec clamante cõtra filium, tenetur sicut ipse. Idem in domino contra seruũ,
11 † ꝙ extende ad nobiles tenentes seruitores malæ uocis, conditionis, & famæ, vt de illorum delictis teneantur, nec audiũtur ignorantiam allegantes, cum debuerint considerare ea facile euenire, posse, & per similes personas committi, vnde si famulus ignem mitteret in domum conductam dominus non tenetur nisi habuisset seruos malæ conditionis, quia tunc in causa est, tenendo similes personas. not. in l. seruus. ff. ad leg. Aquil. Circa prędicta vide Ias. in d. l. ut uim. Aliqui tamen senserunt, ꝙ si quis potuit sine periculo vitę suę prohibere, & non prohibuerit, tali casu præsumatur particeps criminis, quia quisque cogit defendere bona etiam inimici, tanto magis personam, iux. tex. cap. 23. Exod. in princi.
12 Haberi † tñ debet rõ personę, nam multi sunt ita natura timidi, ꝙ ob timorem patiuntur verberari, licet possent uerberare. Vnde ex qualitate personæ sæpe apud I. C. arguitur,
13 & fit consequentia, & sicut † vitia personæ præmunt, &
14 onerant delinquentem, ita contraria eleuant, nam qualitas † offendẽtis, ita inducit excusationem, siue accusationem, & demonstrat animum fuisse, aut non fuisse offendendi. no. in l.
15 si mater. C. ne de sta. defunc. Et demum † atrocitas crescit ex ijs, videlicet, quid factum sit, à quo, in quem, quo animo, quo tempore, quo loco, quo modo.

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati post delictum, Tract. V.

SVMMARIVM.

1 *Indicia post delictum ex quibus oriantur.*
2 *Associans delinquentem ante, uel post delictum, nunquid uideatur socius criminis.*
3 *Consilij, uel occulti auxilij præsumptio oritur contra associantem post delictum.*
4 *Receptans scienter malefactorem in domo sua post delictum præsumitur particeps criminis, & poterit torqueri, nisi receptus sit recipientis consanguineus, uel aliqua alia iusta causa probetur.*
5 *Prohibens reum capi, uidetur conscius criminis, si affuit delicto, non si incidenter occurrit.*

Post delictum oriũtur indicia,

1 † considerando, quid postea factum sit, facta enim quæque antecesserunt, quæque insecuta sunt, spectanda sunt. Occurrunt hic nonnullæ quæstiones scribentium, uidelicet, si quis
2 associatus † fuerit delinquẽtem post delictum commissum, nunquid uideatur conscius criminis? Et multi tenẽt, quòd sic. Concluſiue tamen dicendum est, & distinguendum, aut iste associatus est delinquentem ante delictum, & tali casu tenetur, & conuincitur, quia per præcedentem, & subsequentem actum associationis accusat se, atque propalat, sinautẽ post delictum tantum, tunc distinguendum, uidelicet, si subito apparuit, tũc præsumitur sciuisse: aut ex mora, & interuallo apparuit, & tunc non præsumetur contra eum, quia tali casu præsumetur occurrisse incidenter, & per rumorem. vide Saly. in l. unica. C. de rap. virg. Bal. in l. non ideo minus. C. de accu. Hip. in §. constante. num. 55. qui tenet contra associantem † post delictum oriri præsumptionem consilij, uel
3 occulti auxilij, per quam cogitur probare contrariũ. Siquis
4 scienter † receperit malefactorem, seu delinquentem in domo sua post maleficium perpetratum pręsumitur particeps crĩs, & poterit torqueri. l. 1. C. de ijs, qui latro. Fallit tñ, si receptus erat consanguineus recipientis, siue ẽt aliqua alia iusta
5 cã probabitur, ſm no. in supradicta. l. Prohibens reum † capi, vĩ conscius crĩs. vide Blanc. nu. 294. Sed intellige quoties prohibens affuit delicto, secus si incidenter occurrit, quòd cogitur probare. uide in simili Hip. in supradicto. §. constante, & in prin. huius trac.

DE INDICIIS MALEFICII præmeditati ex non facto, seu cur facto, ante, in, & post delictum. Tract. VI.

SVMMARIVM.

1 *Indicia secundum antiquos, ex quibus locis capiebantur.*
2 *Solicitans, siue quæritans quod ad eum non spectat, indicat contra se.*
3 *Faciens id, quod fieri non solet, nec debet, ac non faciens id, quod fieri solet, aut debet, contra se indicat.*

Et si apud Legistas supradicta

videantur cõprehendi sub facto. Expedit tñ scire locos antiquorũ, ex quib. capiebãt indicia, quos Cicero est secutus in li. 2. c. 2. de inuen. cuius verba nõ sunt ptereunda, ꝙa ꝑ ea
1 totius negocij gestio ptractabitur. † Quare, quo cõsilio, qua spe ꝑficiendi, quidq; factum sit, cur hoc mõ potius, q̃ illo, cur ab hoc potius, q̃ ab illo, cur nullo adiutore, aut cur hoc, cur nemo

Digitized by Google

nemo sit conscius, aut cur hiç sit, cur hoc ante factum sit, cur hoc ante factum nõ sit, cur hoc in ipso negocio, cur hoc post negocium, aut quid factum de industria, aut quid rẽ ipsam consecutum sit, constet ne oratio, aut cum re, aut ipsa se cum, hoc huiusne rei sit signum, an illius, an huius, & illius, & vtrius potius, quid factum sit, ꝙ non oportuerit, aut nõ factum, ꝙ oportuerit. Solicitans, siue † quæritans ꝙ nõ ad eũ nõ spectat, indicat ꝛtra se. uide Hip. §. diligẽter. nu. 150. Et suspicio oritur † quoties quid facit, ꝙ fieri nõ solet, neq; oportet, neque est rõ. quare hoc ꝓp hoc fiat, & ecõtra, quoties ꝙs non facit, quod fieri solet, aut debet. § Quandoq; ẽt ex abundante cautela in hac materia, & in oĩa fienda suspecta, & tam facti q̃ dicti p reũ fraus, & dolus p̃sumitur, & sinistra orit̃ suspicio, ſm gl. no. in l. si quis sub çõdõne hęredes. ff. de ꝙst. inst. §

DE INDICIIS MALEFICII præmediati ex dicto. Tract VII.

SVMMARIVM.

1 *Indicia maleficij præmeditati ex dicto.*
2 *Indicium propositi contra eum oritur, qui dixerit, quòd traheret occiso unam pennam de ala. Vel quòd faceret male capitare, uel quid simile.*
3 *Propositum præsumitur contra eum, qui dixit, non diligo talem, uel sum ei nociturus si potero, si eum postea occiderit.*
4 *Occidisse ex proposito ille præsumetur, qui alicui prædixerit, quòd si senserit rumorem, non se moueat. Vel quòd sentiet aliquid noui.*
5 *Mandatum, seu consilium præsumitur si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit.*
6 *Locutio in aure quando indicet mandatum, uel consilium.*
7 *Causæ ni præcedent, nec causatum præsumitur.*
8 *Mandatum præsumitur contra dominum, qui famulo suo dixit, non redeas domum, nisi sentiam aliquid noui, si famulus aliquem occiderit.*
9 *Iactans se aliquem occisurum, si eum occidat, propositum præsumitur.*
10 *Minæ præcedentes indicant propositum, quando constat minantem occidisse eum, cui minatus est.*
11 *Indicia uerbi duplicem uim habent.*
12 *Is uidetur fecisse, qui prædixit facere.*
13 *Minans, & iactans de aliquem occidẽdo, an sit solitus minas exequi, quo modo consideretur.*
14 *Minatus si minantem occidat, an præsumatur ex proposito occidisse.*
15 *Minatum fecisse ad sui defensionem quando præsumatur.*
16 *Factum quid ad defensionem fuisse per coniecturas probatur.*
17 *Minans, quando non constat de interfectore, an possit torqueri.*
18 *Causæ, quæ inducunt homines ad maleficia patranda, ultra inimicitias sunt multæ.*
19 *Minans an possit impune offendi ab eo, cui minatus est, in illo actu minandi.*
20 *Pœnam homicidij iusta causa, & dolor diminuit.*

Dicta, quęque antecesserunt,

1 † quæque secuta sunt, considerari oportet, nam ex qualitate verborum aĩum metimur, & probatur præsumptione verbi. Quare capiemus indicia ante delictum. Et secũdum Gãdi. oritur indicium propositi † contra eum, qui dixerit, ꝙ traheret occiso vnam pennam de ala, uel ꝙ faceret eum male
2 capitare, uel quid simile. Item si quis dixerit, non † diligo talem, si eum postea occiderit, præsumetur propositum. Et similiter si dixerit se nociturum, si poterit. uide Alber. in l. metus. C. quod metus cau. Item si dixerit † alicui, ꝙ si senserit ru
4 morem, non se moueat, uel ꝙ sentiet aliquid noui, præsumetur ex proposito occidisse, ut per Bar. in l. si uentre. ff. de priuil. credi. Item † si quis locutus fuerit cum aliquo, & ille statim iuit, & occidit (quamuis nesciatur quid dixerit) præsumet
5 de mandato, siue consilio, sicut in dño loquente in aurem famuli. Intellige tñ prædicta, si incontinenti † sequatur delictũ, & q̃n ille, quem alloquitur, pariter est inimicus capitalis, aliter illa locutio, ẽt cum facto subsecuto non facit indicium,
7 nam si non præcesserunt † causæ, nec causatum p̃sumitur se
8 cundum Bru. in quæst. inci. circa tertiam. Item si dñs † famulo dixerit, non redeas domum nisi sentiam aliquid noui, si fa
9 mulus aliquem occiderit, præsumetur de mandato. Item † si quis iactauerit de occidendo aliquem, si eum occiderit, præsumetur ex proposito occidisse, & poterit damnari propter secutum effectum, & hoc casu non consideratur qualitas p̃sonæ, si vero non constabit de occisore, tunc spectabitur per
10 sonæ qualitas secundum Guid. Suz. in glo. sed si præter famã. Item propter minas præcedentes oritur indicium propositi, dummodo constet minantem occidisse eum, cui minatus est, nec distinguitur q̃n constat, an solitus sit exequi minas. Et
11 in præmissis notandum est, ꝙ indicia † verbi duplicem uim habent, sicut alia indicia, vc3, quis fecerit, q̃n ignoratur, &
12 quo aĩo. Etenim † is vr̃ fecisse, qui prædixit facere, sed in hoc
13 differt, ꝙ quando per supradicta indicia † quæritur quis fecerit, tunc distinguit, an minans, & iactans sit solitus exequi minas, & sic de alijs, secus aũt quãdo cõstat prædictos occidisse, quia tunc prædicta oĩa indicia sunt grauia, & sufficientia ad cognoscendum de proposito. Et per ea procedi potest ad torturã, siue in aliquib. ad condemnationem, ut infra di-
14 cetur. Scribentes dñt præsumi † de proposito ꝛminatum, si continget eum occidere minantem, quia metus est una ex causis impellentibus ad maleficia. Sed ego dico præsumi cõtra minatum, quando constat ipsum cœpisse rixam, aliter p̃-
15 sumi † ꝛtra minantem, & ꝙ minatus fecerit ad sui defensio-
16 nem, ꝙa in crĩnalibus, ꝙ † quis fecerit ad sui defensionem, probatur p cõiecturas, uide Iaſ. in l. vt uim. ff. de iust. & iu. Postremo maximum est certamen apud Doctores, an minans,
17 † quãdo nõ cõstat de interfectore, possit torqueri. Et ſm Speculatorẽ põt. uide in ti. de præsump. §. fi. Sed ꝛtra notatur in l. fi. ff. de hær. insti. Alij distinguũt, ꝙ si minãs est potẽs, & solitus exequi minas, ꝙ tunc possit torqueri, alij aũt, ꝙ possit damnari. Hip. in §. diligenter nu. 81. Alij uero dixerũt posse dãnari. quãdo tria cõcurrunt, vc3, inimicitiæ, minæ, percussio cũ paruo interuallo. Vide Bru. in tit. circa tertiã. Sed hæc opinio non placet, maxime, quãdo offensus habet alios ini-
18 micos, ac ẽt, quia † plures sunt cãæ, q̃ inducunt hoĩes ad male ficia, ultra inimicitas. Quare nõ cõsequitur necessario, ꝙ sit occisus à tali, cũ ab alijs potuerit occidi. Occurrit hic qõ, ꝙ
19 minans † possit impune offendi ab eo, qui minatus est in illo actu minandi secundum Hipp. in d. §. diligenter. Sed ꝛtra existimo, quia non dicitur factum cum moderamine. no. in l. ut uim. ff. de iust. & iur. Nõ tamẽ punietur pœna ordinaria.
20 † quia pœnam homicidij iusta causa, & dolor diminuit, no. in l. quicquid calore. de reg. iur. §

EX DICTO IN DELICTO, SEV POST delictum. Tracta. VIII.

SVMMARIVM.

1 *Clamor vulnerantis exauditus, an faciat indicium ad torturam.*
2 *Vox hominum est fallax, quia reperiuntur multi consimilem habere uocem.*
3 *Vox clamantis exaudita non habet uim probationis, sed indicij, nisi alia concurrant.*
4 *Clamor vulnerati, dicentis se offendi à tali, an contra nominatum indicium faciat.*
5 *Offenso non creditur sine alijs qualitatibus, etiam quòd haberet in manibus corpus Christi. Et quid si sit in articulo mortis, & id iuret.*
6 *Indicium ad torturam ex dicto offensi quando oriatur.*
7 *Offensi dicto quando non sit credendum, nec inde oriatur indicium ad torturam.*
8 *Offensi dictum, quando cognoscere non potest ob aliquas circunstantias offendentem, non facit indicium ad torturam.*
9 *Offensus quando non præsumatur mentiri.*
10 *Mulier clamans sibi uim inferri, facit indicium, si reus fuit cognitus.*
11 *Clamans contra offensum, licet nihil agat, censetur conscius.*

De dicto offensi, & delinquẽtis. Cap. I.

Quęritur an per clamorem vul-

1 nerantis sine alijs oriatur indiçium ad torturam? videlicet, quando testes deponunt audiuisse delinquentem, & cognouisse ad vocem? Et secundum aliquos testimonium eiusmodi valet, & probat, uidelicet, quando quis audiuit uocem alicuius, licet non uiderit loquẽtem, vtputa, quòd sit paries de medio, uel aliqua alia res inter loquentem, & testem: & de hoc est gl. no. in l. 2. §. idem Labeo, & in l. 2. in ver. audierunt. ff. de aqua pluuia arcen. & Bal. in l. conuenticulas. C. de epiſc. & cler. Idem in l. Mosis, c. 22. Exod. & Iudicum, c. 18. ibi, agnoscentes uocẽm adolescentis, & lib. 1. Regum, c. 27. circa finẽ, ibi, cognouit Saul uocem Dauid. Sed prædicta credo non esse uera, nisi alia concurrant, prout in dictis iuribus, & re
2 vera † uox hominum fallax est: quia reperiuntur multi consimilem habere uocem, & simili modo potest dissimulari.
3 Vnde alijs † non concurrentibus (iudicio meo) non habebit uim probationis, sed indicij, & ita semel iudicaui. Ecõtra autem † per clamorem vulnerati, & offensi clamantis se offen-
4 di à tali, potest oriri aliquod indicium, licet uariæ sit opiniones scribentium: nam secundum aliquos dicto offensi, etiã in mortis articulo constituti non creditur, neque oritur aliquod indicium ad torturam, nisi fuerit uallatum aliis circunstantijs, ut puta inimicitijs, & similibus uide Alexã. cons. 14.

vol.

Digitized by Google

5 volum.3.vbi dicit,† non creditur offenſo ſine alijs qualitatibus,etiam quòd haberet in manibus corpus Chriſti. Alij autem ſenſerunt,vt credatur offenſo etiam ad torquendum:limitando tamen,vt is offenſus illud dicat in articulo mortis, & cum info.Bald.in auct.ſi dicatur.C.teſta. Hippol. in §.diligenter,num.118.ſenſit,q̃ ſi offenſus in mortis articulo eſt in plenitudiue ſui intellectus,homo bonæ conditionis, ac famæ,& tale delictum non poſſit per alios probari, tali caſu
6 † oritur indicium ad torturam contra criminatum.Hãc opinionem multi recentiores mordent, & refellunt:Mihi autẽ Hipp.opinio ęqua vr̃:non eſt.n.exiſtimandum offenſum velle excuſare offendentem,& alijs imputare, cum non ſit maius odium,quam contra vulnerantem,& occidentem.Limi
7 to † tamen dictum Hip.hoc pacto: videlicet, ſi delictum ſecutum fuit nocte,tempore obſcuro, tunc tali dicto non eſt credendum,quia veriſimile eſt offenſum ſcire nõ poſſe certe offendentem,arg.l.hac conſultiſſima.§.cum humana fra
8 gi.C.qui teſt.fac.poſ.Idem in alijs † caſibus, in quibus ſimiles circunſtantiæ reſiſtunt,& contradicunt,ut puta, licet foret in meridie, ſed offendentes erant perſonati: quia ſimiliter dicto caſu offenſus non poteſt cognoſcere offendentem. Et hunc caſum ſemel iudicaui. Et in duobus † temporibus offenſus non præſumitur mentiri. videlicet in articulo mortis,& ſubito quando fuit offenſus, nam tempore me
10 dio per ſuggeſtionem plures mentiri deprehenſi ſunt. Mulier † clamans ſibi inferri vim,facit indicium, ſi reus fuerit
11 cognitus.Item ſi quis † clamet cõtra offenſum,licet nil agat, cenſetur conſcius.

SVMMARIVM.

1 *Famæ,ſeu dicto gentium an & quando ſit credendum.*
2 *Fama quando faciat indicium ad torturam.*
3 *Fama ſola quis torqueri non debet.*
4 *Fama quid ſit,& quomodo diffiniatur.*
5 *Credulitas teſtium etiam fide dignorum non condemnat ,& multominus vulgi,aut populi.*
6 *Voces populi uanæ non ſunt audiendæ;nec eis eſt credendum.*
7 *Fama eſt ſolum præparatorium inquiſitionis , non autem fundamentum torquendi reum.*
8 *Deo explorata ſunt omnia,& intuetur cor.*
9 *Fama unde originem traxerit,an ſufficiat inſpicere ad hoc, ut ex ea poſſit ad torturam procedi.*
10 *Fama ſola non debet parere aliquod indicium ad torquendum,ſed ad inquirendum tantum,ſiue ad coadiuuandas alias probationes.*
11 *Intellectus.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſt.*
12 *Fama uehemens an faciat indicium ad torturam.*
13 *Teſtibus non teſtimonijs creditur.*
14 *Chriſtus ob uoces populi fuit crucifixus.*
15 *Intellectus.l.decurio.C.de pœnis.*

De fama,ſeu dicto gentium. Cap. II.

De fama apud Oratores, ſicut

1 apud nos exẽpla nõ deſunt: Alij.n.† dixerũt nõ temere famã naſci ſolere,quin ſubſit aliquid. Sed alij dixerunt famæ credi,quando eſt ſine certo auctore diſperſa,cui malignitas initium dedit,incrementum credulitas,q̃ nulli non,ẽt innocentiſſimo poſſit accidere fraude inimicorum falſa vulgãtium.
2 Sed ſecundum Gand.in ti.de quæſtio.publica vox,† & fama orta contra aliquem ſtatim commiſſo delicto in loco commiſſi criminis à perſonis fidedignis parit indicium ad torturam: & ratio eſt,quia fama orta ſubito commiſſo crimine,
3 crimini ineſſe vr̃.Propter tamẽ † ſolã famã quis torqueri nõ debet,& rõ eſt,quia dictum unius multitudo facile ſequitur. qua de re fama,& infamia contra aliquem facile oriuntur, & ita fere omnes ſentiunt,ut in l.admonendi.ff.de iureiurã. Et arguendo à diffinitione famæ, nullum affert indicium:
4 nam fama non † eſt aliud,niſi dictũ gentiũ, ſiue vulgi eximaginaria opinione,ſiue credulitate procedens:& ſub tali diffinitione comprehenditur tam bona,quàm mala fama.l.3.§.Idem diuus.ff.de teſti.Et tali famæ,ſiue dicto, Iudex nõ debet fidere, cum credulitas † teſtium quamuis fide dignorũ
5 non condemnet.l.teſtium.C.de teſti.tanto minus vulgi, aut populi,iuxta illud.Scinditur incertum ſtudia in cõtraria vul
6 gus.Idem in l.decurio. C.de pœn.ibi. Vanæ uoces † populi non ſunt audiendę,nec enim uocibus eorum credi oportet.
7 † Quamobrem exiſtimo famam eſſe præparatorium tantũ inquiſitionis,non autem fundamentum torquendi reũ. Idẽ videtur probari ſententia diu.na,iuxta illud:deſcendam, & uidebo,ſi clamorem,qui uenit ad me, opere perfecit, ubi Deus per clamorem non aliquid iudicauit.Qua de re dixit, deſcendam,& uidebo, & intellige quòd dixit tanquam Iu-
8 dex,non tanquam Deus,quia † Deo explorata ſunt omnia, & intuetur cor.cap.16.Regum primo.Alij dixerunt oporte-
9 re conſiderari,unde fama habuit † originem,& ſic per originem procedetur ad torturam,ſi origo erit talis, ut per eam procedi poſſit.Iſtud non ſatisfacit (quamuis origo famæ ſit ſemper habenda)nam conſiderata origine procedetur ſecũdum eam,conſequenter ſecundum indicia præcedentia famam.utique erimus in caſu indiciorum, per quæ procedẽt ad torturam,ſi erunt talia,ut procedi poſſit,non tamen pro-
10 pter ſolam famam, quæ † ſola non debet parare aliquod indicium ad torquendum,ſed ad inquirendum tatum, ſiue ad
11 coadiuuandas alias probationes,& ita iudicio † meo intelligitur.l.de minore.§.tormenta.ff.de quæſtio. Secus ſecũdum Hip.in uehementi fama.in §.diligenter,num.18.ibi.quòd fa-
12 ma † non faciat indicium ad torturam,non habet locum in uehementi fama. Nam uehemens fama eſt ſufficiens indicium ad torturam ſecundum Bartol.in conſ.192. Hæc autẽ opinio non placet:quia Iudex non debet conſiderare, quia dicitur,ſed vnde,& quid,& quale dicitur, & à quibus:teſtib.
13 † enim non teſtimonijs creditur.l.3.uerſic.tu magis ſcire.ff. de teſti,Et pro hac opinione uide text. cap.22.Exod.ibi, nec in iudicio plurimorum acquieſces ſententiæ, ut à uero deuies.Exemplo etiam pernicioſum eſt cum magni,ſanctique viri vulgi opinione perierint,& trucidati ſunt. Omitto antiquos,&
14 in unum finio,† Chriſtus enim p uoces populi cru-
15 cifixus eſt,quare &c.Et lex,Decurio.† ſupra allegata,loquitur de hac fama.Nam ut dictum eſt in cap. de fama reorum in prin.fama dupliciter conſideratur ut ibi.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio extraiudicialis facit indicium ad torturam, dummodo ſit ueriſimilis,& ſit probata per duos teſtes.*
2 *Confeſſio facta ab irato,ebrio,uel ſtolido,non ualet.*
3 *Confeſſio extraiudicialis ſine cauſa non ualet ad obligandum,inducit tamen ſemiplenam probationem,licet ſit factum ſine ſcriptura.*
4 *Confeſſus legitime in iudicio,poteſt ad totum id,ſuper quo proceditur cõtra eum ciuiliter,uel criminaliter condemnari ,licet proceſſus ſit ineptus.*
5 *Indicium oritur contra eum,qui dicit ſe primo occiſum inueniſſe,uel primo homicidium uidiſſe.*
6 *Ingerens ſe eſt ſuſpectus.*

Ex dicto poſt delictum. Cap. III.

Propter confeſsionem extraiudi

1 cialem † poteſt torqueri,dummodo ſit veriſimilis & ſit pro-
2 bata per duos teſtes. Item confeſſio † facta ab irato non ualet.gloſſ.eſt in cap.ex literis.de diuor. Idem ab ebrio, ſiue alter ſtolido.Item confeſſio †,extra iudicium ſine cauſa,ſecun-
3 dum omnes non ualet ad obligandum. inducit tamen ſemiplenam probationem licet ſit facta ſine ſcriptura.uide Matheſil.in ſing.13.ſecus facta in iudicio,quia tunc calor iudicij ſupplet defectum,not.in l.prima.C. de confeſ. Item quoties
4 apparet † reum in iudicio legitime confeſſum,totum id, ſuper quo proceditur contra eum criminaliter,ſeu ciuiliter,poteſt condemnari,quamnis totus proceſſus ſit ineptus. Sed de confeſſione,ne bis repetatur,uide in ca.8 & fin. de tormẽ-
5 tis. Item indicium † aliquando ſumitur contra aliquem, qui primo dicit occiſum inueniſſe,& cõtra aliquem, qui primo dicit uidiſſe homicidium,ſecundum Pari.de Put.in uerb.tor-
6 tura.in fin.Et ratio eſt,quòd qui † ſe ingerit ſuſpectus eſt.uide Hipp.§.diligenter.num.150.Sed dic contra,niſi alia concurrant,ut inimicitiã,& ſimilia.

EX NON DICTO.

Tractatus IX.

SVMMARIVM.

1 *Taciturnitas imitatur confeſſionem.*
2 *Taciturnitas domeſtici parit indicium ad torturam:exemplum hic ponitur.*
3 *Reus interrogatus per iudicem,ſi non reſpondeat ,poteſt etiam ſine indicijs torqueri.*
4 *Recipiens literas debiti,ſi nihil dicat,uidetur debitum fateri,& quomodo id procedat? Et an id in criminalibus habeat locum.*
5 *Poſitioni duo continenti reſpondens,ſi dicat de uno non credere, an de alio fateri credatur*
6 *Tacens habetur pro contradicente in oneroſis,& obligantibus perſonã, niſi ultra taciturnitatem fecerit aliquem actum,qui uideatur uenire ad probationem actus.*

7 Taci-

Digitized by Google

7 *Taciturnitas nocet quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo.*
8 *Constitutio si fiat tertio præsente, & tacente, illa non dicitur consentire.*

Cap. I.

Extremum autem, aut taceatur

oportet, aut concedatur, aut negatur. Si tacebitur, aut elicie
1 da est responsio, aut quoniam † taciturnitas imitatur cõfessionem, ac si confessum sit, concludere oportebit. vide Cic.
2 in 1. de Inuent. c. 8. Taciturnitas † domestici parit indicium ad torturam & dicit Par. de Put. quòd quædam mulier diu tacuit mortem viri sui, & quadam die clamauit reperisse eũ mortuum, quæ fuit capta, & torta confessa fuit interfici fecisse virum. uide eum in uerb. tortura. col. 3. Sed hæc cõclusio non est tuta, & requiruntur alia simul secundum Hip. in
3 §. expedita. Item reus interrogatus † per iudicem non respõdens, potest torqueri, etiam sine indicijs. vide in tract. de tor
4 men. c. 3. Item si scribis † alicui. ꝙ reddat tibi centum ei mutuatos, recepit literas, nihil dicit, uidetur fateri, Bart. in l. quo enim. ff. rem rat. hab. Sed limitat. ꝙ testes, quibus præsentib. dabitur litera, habeant copiam, & ꝙ adsint quando aperitur. vide Matthes. in sing. 22. Item si scribetur tibi, ꝙ sunt testes, qui dicunt, te per insidias occidisse Gaium, si accipias literas & nihil dicis, oritur indicium ad torturam, licet multi cõtra
5 sentiant. vide Hipp. in §. diligenter, nume 138. & Blanc. num. 224. Item si quis respondet positioni, quæ continent duo, vi delicet, ꝙ commodaui tibi Codicem, & Volumen. tu respõdens, non credo de Codice, videris fateri de Volumine. Idẽ etiam si quis interrogetur extraiudicialiter secundum glo. in cap. non ne. de præsump. Sed secundum aliquos ex supradicta confessione tacita solum oritur semiplena probatio.
6 vide Rom. in sing. 78. Et secundum † multos in onerosis, & obligantib. personam tacens habetur pro cõfitente: nisi vltra taciturnitatem fecerit aliquem actum, qui uideatur venire ad probationem actus. no. in l. qui patitur. ff. mand. Sed
7 in prędictis † credo taciturnitatem nocere, quoties reus tenetur respondere negando, aut confitendo, prout criminaliter, quando interrogatur per Iudicem: & ciuiliter, quando monetur respondere positionibus, siue alijs actibus. arg. l. 2. §. ꝙ obseruari, C. de iur. calum. Et dicit Ro. in singg. 482. ꝙ si est facta constitutio, tertio prẽsente, & tacente non dicitur consentire: quod est notandum in hac materia.

SVMMARIVM.

1 *Mendaciter respondens, an possit torqueri.*
2 *Variatio, seu mendacium in quibus, & circa quæ noceat?*
3 *Mentiri in quibus liceat propter salutem.*
4 *Accusatus de homicidio, si negauerit, si postea probetur occidisse, poterit dicere feciſſe ad sui defensionem.*
5 *Delictum quo casu per mendacium approbari uideatur.*
6 *Accusatus de homicidio, qui negauit se occidisse, & fuit conuictus, an possit alia defensione uti.*

Mendacium, an faciat indicium ad torturam.
Cap. II.

Reus mendaciter respondẽs põt

torqueri: quia tacendo veritatem, uidetur esse in dolo. l. si se
1 ruus. ff. de dolo. Alij contra, quia licet reo contraria dicere pp salutem. Propterea aliqui distinguunt, ꝙ quando mendacium est circa negotium principale, seu circunstantias, tunc facit indicium ad torturam, vt puta, si esset uarius circa lo-
2 cum delicti, uel tempus, tunc variatio † seu mendacium nocet, ut in exemplo Bar. in l. fi. ff. de q. vbi propter delictum de nocte, Iudex interrogat suspectum, vbi, & cum quibus fuit illa nocte, & si reperitur mendax, oritur maxima præsumptio. Secus autem † si mendacium fuerit circa diuersa, vt puta, circa nomen loci, & originis, & alterius rei similis, tũc. n.
3 licet mentiri propter salutem. Omitto alias distinctiones scribentium, & dico, quoties tractatur de aliquo facto, quòd hẽt annexam determinationẽ loci, vel rpis, uel alterius ret, de qua agitur, tunc mendacium nocet, ut in exemplo Bar. quoniam dicto casu reus uidetur deliquisse: quia non apparet alibi fuisse, & reperit mẽdax, qua de re reus potest torque-
4 ri. Itaq; si accusatus † de homicidio, negauerit occidisse, si probatur, poterit tamen dicere feciſſe ad sui defensionem, licet mentitus sit, secundum Bar. in l. cum de indebito. ff. de prob. quia mendacium non est circa negocium principale,
5 vel quia † non approbat delictum terminatum per locum, & tempus, ubi reus videtur fuisse, quoties alibi se fuisse dicit, & mentitur, & si approbat delictum per mendacium. Quòd si accusatus de homicidio negauerit se occidisse, &
6 fuerit conuictus, nunquid possit alia defensione uti, excipiẽdo se illum ad suam defensionem feciſſe, uel aliter, respõde secundùm Bart, & alios scribentes posse, prout no. in l. ne mo. ff. de reg. iur. & est communis opinio.

DE INDICIIS INDICANTIBVS de reo, sed non de proposito. Tract. X.

SVMMARIVM.

1 *Indicia per quæ arguitur de delicto, sed non de proposito.*
2 *Quærendum non est de animo, nisi ubi de reo constat.*
3 *Probatio coniecturalis est triplex, circa ea quæ indicant delictum, sed nõ propositum.*

Dictũ est supra per quæ cognoscitur de delicto, & proposito simul. Supereſt videre de alijs
1 indicijs, † per quæ arguitur de delicto, sed non æque de proposito sine alijs, & hæc etiam scire oportet, quia (vt sæpe di-
2 ctum est) quæri † non debet de animo nisi ubi de reo cõstat.
3 Et in ijs triplex est coniecturalis probatio. Prima, per uisum. Secunda per auditum. Tertia per tactum, quibus tamen adijciunt Oratores gustum, & odoratum, sed hæc duo ad uenena pertinent, ut infra dicetur.

SVMMARIVM.

1 *Probatio quæ fit per uisum, omnibus alijs est maior. Et tunc dicitur plena probatio, quando fit pro duos testes de uisu omni exceptione maiorer.*
2 *Torqueri an possit reus ex dicto unius testis de uisu, maxime si testis sit omni exceptione maior.*
3 *Testis de uisu, ut faciat indicium ad torturam debet deponere, quòd interfuerit maleficio, aliàs secus.*
4 *Testes duo requiruntur ad probandum indicia remota à maleficio.*
5 *Testis unus de uisu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ resistant.*
6 *Testis, qui non est omni exceptione maior, in quibus probet.*
7 *Testis non idoneus per aliquod priuilegium idoneus fieri non potest.*
8 *Testis debet esse omni exceptione maior, quando tractatur de condemnãdo, secus de torquendo.*
9 *Testes non idonei in casu inquisitionis admittuntur: quia tunc cessat periculum corruptionis.*
10 *Testes etiam infames non nisi instigati falsum deponunt.*
11 *Testi inimico etiam in casu inquisitionis credendum non est.*
12 *Testes inhabiles in casu accusationis admitti non debent etiam ad torquendum.*
13 *Index uidens delictum committi, non potest tamen sine alijs probationibus reum torquere.*
14 *Visus uibrare gladium contra vulneratum, licet non sit uisus vulnerare, poterit torqueri.*
15 *Testes si dixerint uidisse duos solos rixari, & uidisse in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit ad condemnationem procedi.*
16 *Inimicus interfecti, si uisus fuerit solus ambulare in loco delicti cum gladio euaginato, reperto interfecto, poterit condemnari.*

De indicijs per visum vnius testis, seu Iudicis.
Cap. I.

Probatio, quæ fit per visum se-

1 cundùm oẽs † est maior oĩbus alijs, & tunc dr̃ plena probatio, qñ fit per duos testes de visu, & oĩ exceptione maiores.
2 Sed dubitatur, an per † solum dictum unius testis de uisu possit torqueri reus? Et non est maius indicium isto: vnde secundum multos potest torqueri; dummodo testis sit oĩ exceptione maior. uide Bart. in l. admonendi. ff. de iureiu. Item
3 debet † deponere, ꝙ interfuerit, aliter non facit indicium ad
4 torquendum: nam quando † deponeret super remotis à maleficio, & his, quæ consequuntur, requiruntur duo testes ut not. in l. fin. C. fam. ercisc. Adde secundum Bal. quòd unus te-
5 stis † de uisu facit indicium, nisi aliæ circunstantiæ resistant, vt per eum in l. 2. C. quorum appella. Volunt tamen aliqui,
6 quod licet † testis non sit oĩ exceptione maior, probet tñ in aliquibus, videlicet, qñ concurrit leuitas uitę rei. Item in criminibus exceptis. vide gl. in l. 3. ff. de testam. Hoc tñ multi re-
7 spuunt. vt Alex. in cons. 11. vol. 1. quia testis † non idoneus per aliquod priuilegium non põt fieri idoneus. Alij sentiunt, quòd talis testis, licet non maior oĩ exceptione, probet tamẽ qñ alia merita processus concurrunt. Demum restringunt
8 quod testis † debet esse oĩ exceptione maior qñ tractatur de condemnãdo, q̃ in torquendo, ut tradit Hip. §. diligẽter. nu.
9 4. In prædictis † distinguo, ꝙ in casu inquisitionis testes ẽt nõ idonei

Digitized by Google

Idone admittantur secundum Bald.l.1.C.de sum.trin. Et ratio reddi potest, ꝙ hoc casu cessat periculum corruptionis:
10 quia licet testes sint infames non nisi instigati falso depo-
11 nunt, quod non accidit in supradicto casu. Limitarem† tamen non esse credendum inimico, sc3 in casu inquisitionis per regulam, ꝙ inimici de inimicis semper male cogitãt, & facile mentiunt In casu vero accusationis testes inhabi-
12 les admitti non debent, neque ad torquẽdum, quamuis sint in contrarium supradictæ auctoritates: Et si uelis sequi opinionẽ prædictorum, saltem restringe, ꝙ ex natura negocij nõ possint haberi alij testes, & aliter veritas haberi nequeat,
13 & tractetur de torquendo tantum. Iudex quamuis† viderit committi delictum, non potest tamen sine alijs probationibus torquere reum, ut per Specul. titu. de sent. § qualiter
14 Visus vibrare† & iacere gladium contra vulneratum licet. non sit visus vulnerare, poterit tamen torqueri secun-
15 dum Specul titul. de proba. §. & si. Si testes† dixerint uidisse duos solos rixari, & uidisse, in fine rixæ vulneratum, ex hoc poterit procedi ad condemnationem, & ratio est, quòd non est defensio in cõtrarium. Reperto interfecto
16 inimicus† interfecti uisus ambulare solus in loco delicti cũ gladio euaginato, poterit condemnari. vide Angel. de ind. indu.

SVMMARIVM.

1 *Reperti in crimine, an ex hoc solo cõuincantur, ut de facto puniri possint.*
2 *Reperti in domo, ubi perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, poterunt torqueri, et an ex hoc possint damnari.*
3 *Tortura incipienda est ab eo, qui solitus est delinquere.*
4 *Reperti in loco delicti, uel in loco proximo, possunt torqueri, maxime si fuerint inimici interfecti, & reperti cum armis.*
5 *Repertus prope mortuum cum gladio, poterit torqueri, & an damnari?*
6 *Vicini habent indicia contra se, quando rei non reperiuntur, maxime in furtis, quia saltem scire præsumuntur.*

De repertis in crimine, siue in loco criminis. Cap. II.

Reperti in crimine ex hoc solo

1 conuincuntur,† & de facto possunt puniri secundum gl. in l. ictus fustium ff. de ijs qui no. inf. Sed hæc opinio nõ placet: quia quis reus fateatur crimen, quod est maius: monetur tñ, vt suas faciat defensiones. no. in l. 1. §. si quis in uilla. ff. ad
2 Syll. & c. 22. Exod. Si in aliqua† domo perpetratum est maleficium, & nescitur à quo, reperti in illa domo tempore delicti torquebuntur, & ratio est, quia præsumuntur scire, & secundum aliquos possunt damnari. Sed dic, vt tit. fin. ne quis
3 per aliqua indicia conuincatur. Et supradicto casu† tortura incipiet à solito delinquere, secũdum Ro. l. 2. ff. ad Syl. Re-
4 perti† in loco delicti possunt torqueri. Idem si in loco proximo. l. 1. §. qui tergo. ff. ad Syll. Prædicta multi limitant, ꝙ inuẽtus sit inimicus interfecti. vel ꝙ aliæ adsint causæ. Alij addiderunt, ꝙ sit inuentus cum armis. Sed ego credo sufficere, vt inuentus sit inimicus interfecti, licet non inueniatur cum armis, quia post delictum potuisset celare arma. Concluſiue distinguendo, vt supra, procedetur ad torturam, & non ali-
5 ter, quia potest quilibet obuiare sorte, & casu. Repertus† prope mortuum cum gladio poterit torqueri, sed secũdũ alios damnari ob manifestum indicium. vide Bar. in l. manifestus.
6 ff. de fur. Sciendum est† ꝙ si non reperiuntur rei vt supra dictum est, capientur indicia contra vicinos, qui saltem præsumuntur scire maxime in furtis. Bald. l. j. C. locati, & in l. diuina Deut. c. 21. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Indicia, quæ trahuntur ex his, quæ consequuntur delictum, quæ sint?*
2 *Arma, uestes, & similia in loco delicti reperta, an faciant indicium ad torturam.*

De armis, veste, & similibus apertis. Cap. III.

Post supradicta indicia visus, &

repertorum in loco delicti, quæ per omnes apellantur pro-
1 pinqua, superest videre† de alijs, quæ reperiuntur in loco delicti, seu consequuntur delictum, vt per auct. ad Herẽ. lib. 2. titu. 6. ibi, in consequenti tempore spectabitur, à quo factum sit, hoc modo, si telum, si uestimentum, siquid eiusmodi relictum sit, aut vestigium repertum fuerit, &c. de quo etiam vide Quint. lib. 5. c. 9. & 10. Cic. de inuent. tit. 13. in l. Diuina. c. 39.
2 Genel. Paris de Pur. de Syndic. col. 6. Sed per hæc† indicia ꝓcedetur ad torturam nisi alię circunstantiæ reclstant: & nisi accusatus, aliquam iustam causam ostenderit, utputa, quod uestimentum, siue aliud repertum vendiderit, aut quid simile.

SVMMARIVM.

1 *Fuga sola, an præstet sufficiens indicium ad torturam, uel tantum faciat suspicionem, nisi cum alijs iungatur.*
2 *Intrinseca in criminalibus probantur per extrinseca.*
3 *Fuga quando tantum pariat indicium ad torturam.*
4 *Reus præsumitur discessisse ob causam, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam causam probet.*
5 *Fugiens post quærelam, seu inquisitionem formatam, contra se non indicat.*
6 *Fuga quoties potest aliqua probabili causa colorari non faciat indicium.*
7 *Fugiẽs post commissum homicidium, an excusatur, si dicat se fugisse: quia timebat ne consanguinei occisi, ipsum offenderent.*
8 *Fugiens ob suspicionem accusationis, uel inquisitionis, an excusetur? uel si aliquod indicium inde oriatur, an iuramento rei tollatur.*
9 *Iuramento probantur ea, quæ in animo consistunt.*
10 *Suspicio non est iusta causa fugæ, sed per eam arguitur, quod reus deliquerit,*
11 *Conscientia scelerum mille testes.*
12 *Criminales quæstiones iuramento reorum non deciduntur.*
13 *Iuramentum aliquod in criminalibus non præstatur causa purgandi aliquas suspitiones, siue indicia.*
14 *Tortura datur in supplementum in causis criminalibus, quando ueritas haberi non potest.*
15 *Tortura in criminalibus succedit loco iuramenti.*
16 *Iuramentum purgationis est quoddam remedium extraordinarium.*
17 *Fuga probata in aliquibus casibus dicitur probatum delictum.*
18 *Fuga si alicui obijciatur in crimen, probata fuga, probatum etiam crimen dicitur.*
19 *Fuga probata, probata etiam dicitur suspicio.*
20 *Fuga per duos testes probari potest, sicut quodlibet aliud indicium.*
21 *Famulus fugiens à domino, an præsumitur domini res, si non adsint, furto suatraxisse.*
22 *Fuga famuli, an contra eum faciat indicium ad torturam pro furto.*
23 *Fuga, an aliquo casu faciat probationem.*
24 *Innocentia rei etiam confessi, & condemnati omni tempore est quærẽda.*
25 *Indicia quæ oritur ex fuga, oriuntur etiam ex præparamentis fugæ.*
26 *Fuga in promptu idem operatur, quod fuga in actu.*
27 *Probandi onus incumbit accusatori, & accusato quando quis fugit, sed quando quis non aufugit, incumbit solum accusatori,*

De fuga. Cap. IIII.

Propter solam fugã quis torque-

ri non debet: quia non facit indicium sed suspicionem, secũdum Bar. in l. fi. ff. de q. Secus si fuerit iuncta cum alijs, vt fama, inimicitijs & similibus circunstantijs. Alij autem senserunt ꝙ solam fugã posse torqueri reum qa est aĩ indicium,
2 & accusat fugientem, & in† crimnalibus per extrinseca probãtur intrinseca l. fi. ff. de diuer. Idem in l. Moysis. c. 28. prouerb. Fugit impius nemine prosequente. Sed concluſiue dic, ꝙ qñ constat iudici, ꝙ reus abest ob cãm, qua accusatur, siue
3 inquiritur, tunc fuga parit indicium ad torturam. Et notan-
4 dum est ꝙ reus ꝓsumitur discessisse ob cãm, per quam accusatur, siue inquiritur, nisi aliam iustam cãm probetur. l. de minore, & ibi Bal. C. de adul. Limitant tñ prædicta scribentes,
5 ꝙ quis non possit torqueri, qñ aufugit post q̃relam, siue inquisitionem formatam: quia quilibet rõnabiliter sciens se esse accusatum, licet sit innocens, quærit fugam, & tũc fuga non potest dici animi indicium, siue conscientię signum, ex quo prouenit ex diuersa causa, & timore iudicij. Et similiter limitãt si ex alia simili cã iusta fugerit, & sic succedit, regula
6 gñalis, quoties fuga põt aliqua probabilicã celari, aut colorari non facit indicium, vtputa si ille qui aufugit, est solitus transcurrere per diuersas ciuitates. Occurrit hic exemplum
7 Bru. videlicet siquis commisso homicidio† aufugerit, dixeritq; aufugisse, ne consanguinei occisi ipsum offendant, nõ uidebitur suspectus, & excusatur: uide eum in q. incip. circa tertiam. Hoc tñ non placet, quia si tale concederetur, nũquã fuga faceret indicium: nam quilibet per prædicta se excusaret. Item non est æqua excusatio: qa non debet quis timere consanguineos, si delictum non commisit, imò ex tali excusatione oritur indicium, quia propalat se, & dat signa certa conscientiæ. Quare dic, ut supra nisi probaretur consanguineos defuncti ante fugam minatos esse accusato, quia tũc recte potest dici ob præcedentes minas fugisse. Item secũdum
8 Hip suspicio ꝙ sit formata† accusatio, siue inquisitio excusat fugientẽ, & si ex fuga aliquod oritur indicium, illud tollitur per iurm, & sic fuga nunquã faciet indiciũ qa fugiẽs poterit semper dicere, & iurare qđ aufugit pp suspicionẽ, vide eum in §. diligenter. num. 42. quem oẽs recẽtiores sequunt

defen

Digitized by Google

9 defendendo eum ꝙ ea, † quę in animo conſiſtuot directe p̄
alios probari non poſſunt, niſi ſolo iuramento, cui creditur
ſecundum glo. in §. ſed iſtæ, inſt. de actionibus, ubi laſ. multa
ait. Sed contra teneo per infraſcripta, primo quia ſuſpicio
10 † non eſt iuſta cā fugæ, imò per eam arguitur, ꝙ reus delique
rit iuxta regulam diuinam: fugit impius, nemine perſe-
quente ius ſuſpicio enim rei quòd procedatur contra ſe,
11 dat ſigna conſcientiæ iuxta illud, conſcientia † ſcelerū mil-
le teſtes. Et dum Hipp. dicit tale indicium tolli per iuſm, rñ
12 deo, ꝙ non probatur aliqua lege, immo † qōnes criminales
non deciduntur iuramento reorum, not. in l. admonendi. ff.
de iureiur. Idem tenuit Hipp. in §. poſtquam. in prin. Et iure
13 merito in criminalibus non datur iuramentum aliquod cā
14 purgandi aliquas ſuſpiciones, ſiue indicia, quia tortura † da-
tur in ſupplementum in cauſis criminalibus, quādo veritas
15 hāri non pōt ſecundum Bar. in l. fi. ff. de q. & ſic † loco iuramē
ti ſuccedit tortura, quę ēt q̄a plures gradus habet, pōt dari ſe-
cundum qualitatem indiciorum. Et notandum eſt, ꝙ doctri
16 næ, quas citauit Hippo. loquuntur de † quodam iuſo, quod
à ſcribentibus pugationis dicitur, & eſt remedium extra or-
dinarium, & affertur exemplum per prædictos de aduena q̄-
querente ſibi ſublata eſſe aliqua bona in hoſpitio, nulla tamē
habente indicia, aut ſuſpicionem contra hoſpitem, tunc, &
ſimili caſu pōt iudex deferre iuramentum. Hoc idem in l.
Moyſis. c. 22. & 23. Exod. ibi, ſi latet fur dñs domus applicabi-
tur ad Deos, & iurabit, ꝙ non extenderit manum in rem p̄
17 ximi ſui ad perpetrandum fraudem. Sunt † quidam caſus, in
quibus probata fuga probāt delictum qui cognoſcuntur p̄
18 regulam generalem, uidelicet quādo † fuga obijcitur alicui,
tanquam crimen, tūc probata fuga probatū eſt crimē. quia
lex tunc ponit ipſam fugam, tanquam ſpecificum crimen,
non aut tanquam ſignum criminis. l. deſertorem. ff. de re mi
19 lit. Idem in cęnobita fugiente ex cęnobio. Itidem † quando
agitur, an quis ſit ſuſpectus, uel non, probata fuga, probatur
20 & ſuſpitio. Item fuga probari † debet per duos teſtes, ſicut
quodlibet aliud indicium eſt gl. de hoc in l. fi. C. fami. ercisc.
Multos alios caſus ponit Hipp. in §. diligenter, puta de famu-
21 lo † fugiente à domino: nā ſi reperiuntur amiſſæ aliquæ res
domini, uidebitur talis famulus ſubtraxiſſe. Sed multi hanc
22 opinionem reſpuunt, refellunt. Hoc amplius † ſentiunt, per
tale indicium non poſſe torqueri, cum exigātur alia indicia
cum fuga. no. in l. 1. in prin. ff. de q. uide Brun. in tract. de ind.
col. 3. Sed in hac difficultate ſentio. quòd ex fuga famuli oria
tur indicium ad torturam, quando hæc cōcurrūt, videlicet,
dominum habuiſſe dicta bona, & ſeruum ueriſilē potuiſſe
auferre. Item quòd dominus ſit bonæfidei, & e cōtra ſeruus
ſit aliquantulum ſuſpectus: Aliter. n. non eſt procedendum
ad torturam: quia contingit ſępe famulos fugere propter
timoram domini, ſiue aliam ſimilem cauſam & domini ſæ-
pe mentiuntur contra ſeruos. Item dicit fugam facere pro-
23 bationem, uidelicet, ſi ſunt duo exules eiuſdem nominis, &
neſcitur uere uter ipſorum ſit exul, tunc ille, qui aufugit, iu-
dicabitur eſſe ille qui eſt exul. Prædicta opinio non placet:
quia fuga poteſt contingere ex diuerſis accidentibus, uide q̄
not. in l. 1. ff. de in ius uocan. Qua de re ob ſolam fugam
24 non damnarem: quia omni † tpe de innocentiia rei etiam
confeſſi, & condemnati quærendum eſt, ſi de innocentia cō
25 ſtat. Et indicia, quæ oriuntur † contra fugientem extendun.
26 tur contra parantem aufugere per reg. idem † operatur fu-
ga in actu, ſicut fuga in promptu, ſecundum Bald. in l. pign.
gratia. C. de pig. actio. Poſtremo notandum eſt, quod tradit
Brun. in gl. circa tertiam, in ver. adde notabilem effectū fu-
27 gę, & abſentiæ, quòd licet † quādo quis fugit, incumbit onus
probandi accuſatori, & accuſato, tamen quando quis nō au
fugit, incumbit ſolum accuſatori.

S V M M A R I V M.

1 *Veſtigia ſeu forma pedis in niue luto, aut puluere relicta, an facia indiciū ad torturam, vel ad condemnationem?*

De forma pedum. Cap. V.

Per veſtigia ſeu formam pedum

1 relictam in niue, luto, ſeu puluere oritur indicium ad con-
demnandum, vide Alb. in l. indicia. colu. 2. C. de rei vend. ubi
dicit, ꝙ cum quidam criminaretur de vuis ablatis à vinea,
adductus fuit reus ad locum veſtigiorum, & quia iudex re
perit formam pedum conformem, condemnauit eum. Sed
dico hoc non ſufficere ad torquendum, & minus ad condē
nandum, cōtingit enim inter homines quædam ſimilitudo,
& forma pedum, vnde facile iudex poteſt errare. Quamo-
brē tale indiciū, niſi fuerit uallatum non ſufficit: accedētib.
uero alijs poterit reus torqueri: vide Bal. in l. non hoc. C. vn-
de legi. in l. diuina de ſimili indicio in pſal. Dauid. nu. 51. ibi.
in medio ipſi calcaneum obſeruauerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Cruor ſi in veſtimentis, aut armis alicuius appareat, an oriatur indicium ad torturam?*
2 *Viſus ſi aliquis ſit exire gladio ſanguinolento, uel viſus fuerit fugere uerſus nemora, delicti indicium manifeſtum habere dicitur.*

De cruore in ueſtimentis. Cap. VI.

Si cruor in veſtimentis, aut ar-

1 mis alicuius apparebit, oritur indicium ad torturam, ſecun-
dum multos. Credo tamen hoc non ſufficere, quia talis ſan-
guis poteſt accidere ex diuerſis accuſantibus, & ſecundum
Quint. lib. 4. c. 9. ibi, ſanguis, vel ex hoſtia reſperſiſſe veſtem
poteſt, vel è naribus pfluiſſe: non vti, qui ueſtem cruentam
habuit, homicidium fecerit. Sed vt per ſe hoc indicium nō
ſufficit, ita cæteris adiunctum teſtimonij loco ducitur, vt pu-
ta, ſi reus fuerit inimicus interfecti: ſi ante minatus: ſi eodē
in loco fuit, vbi de delicto conſtet: ijs enim & ſimilib. cruori
addictis, oritur manifeſtum indicium, vide Quin. lib. 5. de ſig-
nis. c. 9. & Cic. lib. 1. de inuent. ti. 13. ubi de prædicto, & ſimi-
libus fit mentio. Apud iuriſconſultos id indicium eſt mani-
2 feſtum, vt puta viſus exire cum gladio cruento à loco deli-
cti, uel uiſus fugere verſus nemora: de ijs dicitur in tuto reus
per aliqua indicia conuincatur.

S V M M A R I V M.

1 *Pallor an indicium faciat ad torturam.*
2 *Cordis diſpoſitio magis apparet in facie, quā magis urgent omnes ſenſus, quàm alias partes.*
3 *Pallore in reo ſuperueniente, quando interrogatur à iudice, ob id reus nō torquetur.*
4 *Sapientis animum pauliſper moueri, & contrahi, et palleſere neceſſe eſt, non opinione mali percepta, ſed quibuſdam motibus rapidis, & incōſultis officium mentis, atque rationis peruertentibus.*
5 *Confidentiæ ſignum eſt non palleſcere, & non ex epaueſcere, cū naturaliter quis expauſcere debeat.*
6 *Intellectus. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæſt.*

De pallore, & trepidatione, & ſimilib. Cap. VII.

A pallore, & ſimilibus oritur in-

1 dicium ad torturā ſm Bar. in l. de minore. ff. de q. & rō eſt ſe-
2 cundū Philoſophos, quia † cordis diſpoſitio magis apparet
in facie, quā magis vrgent oēs ſenſus, quā alias partes. Et ue
re qd accidit diffuſo ſanguine, aut ꝙcto, vide Gel, lib. 19. ca. 6.
Idem in lege diuina. ca. 2. Neemiæ, ibi, quare vultus tuus tri-
ſtis eſt, non eſt hoc fruſtra, ſed malū neſcio qđ in corde tuo
eſt. Et. c. 4. Gen. ibi, cur cōcidit facies tua. Sed ex p̄dictis ſecun
dū Bru. non oritur indiciū ad torturā, vt p̄ eū in gl. circa tertiā,
quē multi ſcribentes ſequunt. Vnde diſtinguo ſi ante delictū
q̄rit, de hoc dictū eſt in trac. 1. in c. 8. Si aūt poſt delictū ſubi-
to qs appareat ex accidēti pallidus, & nō appareat de cā, po-
terit torqueri, dummō ſint inimicitiæ, uel alia, ex quib. poſſit
2 vltra pallorē ꝙiectari. Secus qñ reus † interrogat à iudice, aut
aliis pſonis, tūc. n. licet palleat, trepideq; non tñ torquebit,
& rō eſt, q̄a pallor, & ſimilia cōtingūt ob diuerſa accidentia.
4 Et primo ob magnitudinē periculi: ſapientis. n † aīum pauli-
ſper moueri, & cōtrahi, & palleſcere neceſſe eſt, nō opinione
alicuius mali p̄cepta, ſed quibuſdā motib. rapidis, & incōſul-
tis officiū mētis, atq; ronis p̄uertentib. vide Gel. lib. 18. c. 1. Et
licet p̄dicta poſſint cōtingere, ēt conſcīa peccati, tñ in cauſis
5 non vere apparentib. nō p̄ſumit cauſatū; Imò ſecundū † Ora
tores, & Philoſophos, pōt dici eū q̄ nō expaueſcit, vſq; adeo
p̄meditatū fuiſſe qd ſibi eſſet uſui futurū, ut cofidētiſſime re-
ſiſtēs rñderet, q̄ ſigna cōfidētiæ, nō innocētiæ ſunt, de quo ad
Herē. li. 2. ti. 7. & Gel. in libris, & c. vt ſup. Et rō eſt ſecundū ſup-
sadictos auctores, ꝙ quoties homo non expaueſcit, cū na-
turaliter expaueſcere debeat, & ſoleat, p̄cogitaſſet, & præ
ſciuiſſe credi oportet, & ita poteſt intelligi. l. de minore. §.
tormenta. licet Docto. aliter intelligant. ff. de q.

S V M M A R I V M.

1 *Tactus indicium affert, ſed fallax. Idem de odore, guſtatu, & ſimilibus ſenſu: poſſunt tamen facere ſuſpicionem.*

Extactu, odore, guſtatu. Cap. VIII.

Extactu oritur indiciū, cū reus cognitus eſt: quia ei ta
cta ſunt arma, vel alia inſtrumenta, q̄ ſub
pallio geſtaſſet, uel ꝙ manus, & alia pars corporis tacta ſit.
Sed indiciū hmōi fallax eſt, vt ī c. 27. Gē. ibi, vox Iacob ē, ſed
manus ſunt Eſau. Idē ex odore, & guſtatu, & ſimili aliquo
ſenſu,

Digitized by Google

ſenſu, nam quiuis horum ſenſus poteſt contrahere ſuſpicionem. vide Auth. ad Heren. lib. 2. ti. 6.

SVMMARIVM.

1 *Bannitus per contumaciam ſi ſe præſentet; an ob id tantum, ſine alijs indicijs poſſit torqueri?*
2 *Abſentiæ indicium tollitur per ſpontaneam præſentationem rei.*
3 *Iudex non debet plus oneris imponere, quàm lex, immo mens iudicis debet eſſe conformis legi,*
4 *Abſentia rei poteſt contingere ex diuerſis cauſis, & accidentibus.*
5 *Iudex non debet male præſumere de his, quæ lege conceduntur.*
6 *Contumacia ſola quis torqueri non debet.*
7 *Abſens non damnatur, ſi contra eum delictum probatum fuerit.*
8 *Contumax reus ſi capiatur, ex hoc ſolo poterit torqueri.*

De abſentia exulum ad inquirendum. Cap. IX.

SEcundum Brun. in tracta. 5. principaliter per ſupradicta oritur indiciũ ad tor
1 turam, vbi dicit. Addo alium caſum, in quo põt ad torturã perueniri ſine indicijs, videlicet: quando accuſatus † vel inquiſitus, quia non comparuit poſitus fuit in banno: nam ſi poſtea comparet, & vult purgare contumaciam, & reſpõdere quòd forte ei à ſtatuto permittitur, poterit torque
2 ri ſine alijs indicijs, vide Hyp. §. diligenter. num. 136. Sed præ dicta non ſunt vera. Primo, quia indicium † abſentiæ tollit per præſentationem rei. arg. l. diuus. ff. de in inte. reſti. Secun do quod lege permittente fit, iure fieri videtur: Iudex enim
3 † non debet plus oneris imponere, quàm lex: & mens Iudicis debet eſſe conformis legi. vt per Bal. in l. 2. C. penden. ap-
4 pella. vide cap. 12. Deute. Tertio, quia abſentia † poteſt contingere ex diuerſis accidentibus, & de abſente (lege concedente) uon eſt male præſumendum. quia de ijs, † quæ conceduntur Iudex non debet male præſumere. l. ſi tutor. C. de
6 priuil. tut. Poſtremo † non debet quis per ſolam contumaciam torqueri, cum non poſſit exulare. l. rap. C. de epiſco. &
7 cler. vbi plus dicitur, quòd licet † reus abſit, non damnatur tamen, ſi contra eum non fuerit probatum delictum. Et in
8 tellige in † reo ſe præſentante in termino legis: ſecus quando reus fuerit captus, quia tunc poterit torqueri.

SVMMARIVM.

1 *Sortilegijs, & diuinationibus multi ad tormenta procedunt.*
2 *Maleficium tollere licet etiam per incantationos dæmonum, dummodo animus non recedat a Deo.*
3 *Sortilegia nec etiam ad inquirendum indicium præſtant.*
4 *Sortilegijs nec uitæ ſalus eſt quærenda, uel recuperanda.*
5 *Iudex per ſortilegia inquirens poteſt puniri, quamuis reus reperiatur culpabilis.*
6 *Illicium committens ab illiciti pœna non excuſatur, quamuis tale illicitũ ad optimum finem pernenerit.*
7 *Sortilegijs, & diuinationibus Caldæi præcipue uſi ſunt in Syria.*

De ſortilegijs. Cap X.

HEr ſortilegia, ſiue diuinatio
1 nes multi procedunt ad torturam, freti credo con-
2 ſilio Baldi incipiente, quiã qõ iſta, ubi dicit † licere maleficium tolli ẽt per incantationes dæmonum, dummodo animus non recedat a Deo. Sed Hipp. tenet per prædicta poſſe inquiri, in §. diligenter, num. 181. Cæterum prædicta cõfu
3 tari oportet, cum interſit religionis Chriſtianæ. Vnde dico, nec † ẽt poſſe inquiri per prædicta; quia ab orbe cõdito fuerunt prohibita, vt in c. 13. Deut. Deinde per ius Canonicũ, & Cruile, vt in ſuis tit. Qũo ergo põt ĩquiri, & torqueri lege prohibente. Et horreſco à ſupradictis lĩris eſſe traditum hæc prophana, cũ non liceat recedere à Deo, nec ore, nec corde. iuxta verbũ Dñi, Qui negauit me coram hominib. &c. Nec
4 licet ẽt p † ſalute recuperanda quærere talia, licet aliter ſanitas recuperari non poſſit, ita dicit tex. in c. admonendi. di.
5 27. Hoc amplius sẽtio, q Iudex † inquirẽs p ſimilia poſſit puniri q̃uis reus reperiatur culpabilis, ex quo Iudex delinquit
6 in legẽ, & contra naturã legis. & quoties † aliquis committit illicitum, ab illiciti pœna non excuſatur, quamuis tale illicitũ puenerit ad optimũ finẽ ſcdm Bal. in l. obſeruare. §. proficiſci. ff. de off. põlid. De talib. indicijs Oratores non meminerũt: qa p nihilo habita ſunt. quãuis tunc tpis multa oraculis, ſomnijs, & portẽtis declarent: vſum tñ põdictorum ad explorãda delicta reuerũt. Imo eo tpe multi pphana exiſtima-
runt. de quo Horat. 1. carm. ibi. Tu ne quæſieris, ſcire nefas, quẽ mihi, quẽ tibi finẽ dederint Leuconoe: nec Babylonios tentaris numeros vt melius q̃ quod derit pati. Hac arte p-
7 cipue Caldęi vſi ſunt in Syria, & Babylõ caput olim Caldeorum, vt tradit Ci. de Diu. Et vide Val. lib. 1. de Auſp. loquentem de Ci. Cor. Hyſpalo, & Soly. & Diod. lib. 2. Sed prædicta bĩa, vt ſupra dictũ eſt, per oẽs leges fuerunt ꝓhibita: quia tales malefici ſunt, & appellant per leges hoſtes humani gẽris. l. fi. C. de malef. c. 6. Exod. Reliquũ eſt ergo, vtnõ ſolũ Iudices à pdictis abſtineãt, nec ẽt inquirẽdo: licet Hypp. inquiri poſſe tradiderit. Sed tales hoſtes humani generis, & Chriſtianæ religionis perſequantur (dicente Domino) maleficos nõ ſinas uiuere. c. 23. Deut.

SVMMARIVM.

1 *Somnia an indicium præſtent ad iudicandum, & de cauſis ſomniorum, et quot ſunt ſomniorum genera, & effectus: & an eis ſit credendum.*

De indicijs ſomniorum. Cap. XI.

DIctum eſt ſup. de ſortilegijs, & ſimilib. diuinationib. † ꝑns eſt videre de ſomnijs, per ſomnia. n. antiqui capiebãt indicia, & ꝓnoſtica ad iudicandũ, demonſtrandũque tã facta, q̃ futura. Hinc illud Virgilij in illis verſib. Pellib. incubuit ſtratis sõneſq; petiuit. Multa modis ſimulacra videns volitãtia miris Hoc amplius ſupra oẽm ſtultitiã in iudicijs obſeruabãt ſomnia, nõ ſolũ ad torquendũ, ſed ẽt ad condẽnandum. Legĩt. n. cũ ex æde Herculis patera aurea ſurrepta eſſet, Sophoclẽ in ſomnijs vidiſſe ipſum Deũ dicentẽ qui id fecerat, vnde Ariopagitã cõprehẽdi iuſſerũt eũ qui a Sophocle nolatus fuit, is qõne adhibita ꝙfeſſus fuit. Amplius legĩt Claudiũ Cæſarẽ mori iuſſiſſe Appiũ ꝓp Meſſalij ſomniũ, teſte Cic. in lib. 1. de diuina. & ſuc. lib 6. Philoſophi de cauſis ſomniorũ, tã intrinſecis, q̃ extrinſecis maxime diſcrepãt: Nã Platonici illas referũt in ſpecies, & notiones aĩæ conſecretas, Auicẽna in intelligẽtia vltimã vouentẽ lunã, aut medio illius luminis, quo radiatim phãtaſia hoĩum, dũ dormiũt. Ariſtoteles refert in ſenſũ cõmunẽ, ſed fantaſticũ. Albertus ĩ influxũ ſupiorib. medijs cũ quibuſdã ſpecieb. quæ defluũt à cœlo: Cic. aũt refert ad naturã, qua nunq̃ aĩus inſiſtẽs agitatione, & ex metu vacuus eſſe põt. is cũ lãgore corporis, nec mẽbris vti, nec sẽſib. põt: incidit in viſa uaria, & incerta ex reliquis inhærẽtib. earũ rerum, quas uigilãs geſſerit, aut cogitarit, quare per turbatione mirabiles interdum exiſtũt ſpecies ſonniorum. Vide in libro ſecundo, de Diui. Alij ponunt cauſam ſomniandi eſſe vapores & humores, & ſomnioſos fieri ſumpto lepore in cibo, magisq; ſupino cubitu, ac prono nihil plurimũq; ſomniari circa ver, ac autumnũ. Plin. lib. 28. Macrob. in li 5. ponit quinq; gña ſomniorũ, & ex eis aliqua vera, ſed alijs in tres tm̃ partiunt ſpẽs, vc3 nãlem, aĩalem, & cœleſtẽ. Nãlem vocãt p q̃ Phyſici, de humorib. indicant. Nã ſomniantibus aquã flegmaticos humores dñr deſignari, p rubentẽ calorẽ ſanguincũ, & p ignes coleram, tertis aũt humorib. melãcoliam; Aĩalia aũt ſomnia dñr, q̃ ſub aĩ paſſionib. quæ interdũ contingũt proficiſcunt, quemadmodũ Paulo Apoſtolo in Macedoniã prõficiſcẽti euenit. Cæleſtia dñr ſomnia quæ diuina, rerũ monita eſſe cenſent, vt in lĩis hæbreorum de Iacob Patriarcha. Item de Pharaone cuius ſomnio fames pulſa fuit ſub vaccarum ſpicarumq; velamine. Itẽ de Propheta Daniele. Itẽ de Ioſeph; Poſtremo de Magis mõitis ne ad Herodẽ redirent. Infinita alia exempla externa ponuntur per ſcribentes, quæ omitto breuitatis cã. Circa p̃miſſa Philoſophi veros effectus ſonniorum caſu contingere ſcribunt. Alij tollunt omnem auctoritatem ſomniorum, nullamque uim diuinam eſſe affectricem ſomniorum aſſerunt, & genera atque diſtinctiones ſomniorum reſpuit Cice. dum dicit, quæ eſt tandem iſta diſtinctio? quæ uera? quæ falſa habetur? & ſi uera à Deo mittuntur, falſa unde mittuntur? Et licet ſint exempla externa, atteſtantia ueros effectus ſomniorum, reſpondet idem Cic. argumentis, & rationibus diſputandum eſſe non exemplis, quæ aut caſu ueniant, aut malitia falſa fictaque eſſe poſſunt, prædicta ſunt munita lege diuina dicẽte, non obſeruabitis ſomnia, c. 19. Leuit. & 34. & c. in prædictis autem quando, & quatenus credatur ſomnijs, confugiendum eſt ad diſtinctionem phiſicorum, nam ſecundum eos genera morborum iure declarari poſſunt ſecundũ eos p cauſas internas naturales, & inſitas homini, put ſimiliter in affectibus curarum, & uigiliarum, iuxta uerbum diuinũ multas ſcuras ſequuntur ſomnia. Item ubi multa ſunt ſomnia, ibi plurimæ vanitates, prout. capitu. quinto, eccleſ. In prædictis autem in quædam conuenientia cõſenſu, & cõuẽtione naturæ. ex ſomnijs ſignificatiões morborum, & quid

Digitized by Google

quamque rem ſequatur intelligi poteſt. in alio vero genere ſomniorum, prout ſomniantibus theſaurum, hæreditatem, victoriam, & multa eiuſdem generis, cum nulla cauſa aut naturalis ratio ſubſit, nihil eſt concedendum.

NE REVS PER ALIQVA INDICIA conuincatur, vt pœna capitali damnetur. Tractatus. IX.

SVMMARIVM.

1 *Reus non conuincitur ob aliqua indicia, vt pœna capitali damnetur.*
2 *Indicia aliqua non ſufficiunt ad procedendum ad aliquam pœnam capitalem.*
3 *Nemo debet ex præſumptionibus damnari, ſed probationibus luce clariorib⁹ cum de hominis uita agitur.*
4 *Indicia indubitata, non ſunt adeo indubitata, quin aduerſus ea probari poſſit.*
5 *Viſus exire cum gladio ſanguinolento non habet tam indubitatum contra ſe indicium, ut ex eo damnari poſsit, cum eſſe poſsit, quod eo non obſtante, non ſolum non occiſor, ſed nec vulnerator fuerit.*
6 *Indicia neceſſario non concludunt, quando ueritas poteſt aliter ſe habere.*
7 *Probatio contra indicia etiam indubitata admittitur.*
8 *Iudices ex indicijs etiam indubitatis quempiam condemnare non debent.*
9 *Conuictus quis aliqua lege dici non poteſt ex indicijs etiam indubitatis.*
10 *Iudices non niſi auditis, & penſitatis defenſionibus, reorum iudicare meminerint.*
11 *Dominus dat ſapientiam, & conſilium, & qui negligit legem, & cõſilium eius, perdetur à paruulis, & à ſtultis.*
12 *Index ex ſeipſo etiam nemine petente debet quærere defenſiones reorũ.*
13 *Iudices debent eſſe ſolliciti, & curioſi in explorando facto, & defenſionibus reorum, & non debent quærere ius ante factum.*
14 *Reus captus an debeat audiri, an uero poſsit ſtatim de crimine condemnari.*
15 *Teſtes non publicati non inducunt aliquam probationem.*
16 *Captus, ex hoc ſolo, quia captus, non debet de crimine damnari, niſi aliter de maleficio conuincatur.*
17 *Quoslibet admittitur ad defendendos reos.*
18 *Iudices cauere debent, ne homicidas quærendo, homicidæ fiant, & ne alios iudicando, ſeipſos condemnent.*
19 *Defenſio reorum non poteſt lege Pontificis, aut Imperatoris tolli, cum ſit de iure naturali.*
20 *Defenſioni reus non poteſt renunciare.*
21 *Nemo eſt dominus membrorum ſuorum.*
22 *Iudicis intereſt ratione humanitatis, & intuitu religioni iuſtum non occidere.*
23 *Defenſionis renuntiatio à reo facta, quando à iudice ſit admittenda.*
24 *Reus repertus in flagranti crimine, an de facto puniri poſsit.*
25 *Confeſſus crimen debet tamen moneri ad faciendum ſuas defenſiones.*
26 *Indicia quamuis urgentiſsima non ſufficiunt ad damnandum reum in crimine capitali, etiam ſi ſint talia, quæ mentem iudicis adeo coerceant ut aliter credere non poſsit.*
27 *Iudex licet uiderit homicidium committi, damnare tamen non poteſt delinquentem, niſi de homicidio fuerit legitime probatum.*
29 *Indicia, quæ uim plenæ probationis habent in ciuilibus, non ſufficiunt ad condemnandum in criminalibus.*
30 *Iudices non niſi per probationes luce meridiana clariores debẽt reum cõdemnare ad mortem, cum in occultis uerſetur iudicium Dei tantum.*
31 *Iudices huius mundi debent iudicare ſecundum prudentiam, quæ cadit in hominem, relinquendo cætera iudicio Dei.*
32 *Iudex debet iudicare ea quæ certo ſcit, non autem per indicia, quamuis urgentiſsima.*
33 *Indicijs hominem iudicare exemplo perniciosum eſt, cum ſæpe per ea innocentes fuerint damnati.*
34 *Indicijs etiam urgentiſsimis quis non eſt damnandus capitaliter, ſed eſt torquendus potius, ut poſsit ſuper certo iudicari.*
35 *Torquendum eſſe neminem niſi in ſubſidium probationum, quomodo intelligatur?*
36 *Indubitata legi, debent eſſe indubitata iudici.*
37 *Sententia capitalis contra reum proferri poteſt, ex indicijs indubitatis, & à iure approbatis.*
38 *Indicia à iure approbata non minorem auctoritatem, & fidem præſtant, quam teſtes, & inſtrumenta uidentur continere.*

DIctum eſt ſupra de indicijs per q̃ torquet̃ reus, & p̃ q̃ non: dicendum foret ordine ſcribentium de indicijs manifeſtis, ob q̃ non torquent̃ rei, ſed damnant̃, de quibus indicijs ſit mentio ab
1 omnibus. Sed quia ſentio † ob aliqua indicia reos non cõuinci, vt pœna capitali damnent̃, propterea omitto, excu-
2 tiens propter aliqua † indicia non eſſe procedendum ad pẽ
3 nam capitalem, q̃nia nemo debet † ex præſumptionib. condemnari, ſed ex probationibus luce clariorib. cum de hominis vita agatur. l. fi. C. de prob. Et alia ratio eſt in prõptu,
4 quia indicia, † quę ſcriptores indubitata appellant, non ſunt adeo indubitata, quin aduerſus ea poſsit probari, ut in exẽplo, ſi quis viſus fuerit exire de loco, qui ſolum aditũ habet, cum enſe ſanguinolento, quod exemplum apud ſcribentes maximum eſt, & indubitatum, vide Gand. in ti. de indi. indu
5 bi. Sed in contrarium † põt argui, q̃ ille vulnerauit tantum, & alius exanimauerit, ſed fortius eſſe poteſt, quòd neq; vulneraverit, prout noſtris temporibus euenit, q̃ quidam occidit quendam cum enſe, relicto enſe fugit, ſuperuenit amicus interfecti, & apprehendit enſem cruentum, ſequens homicidam captus fuit, fuitque liberatus, quia in contrariũ p-
6 bauit: Et re vera indicia † non concludunt neceſſario, quãdo veritas põt aliter ſe habere, vt ſupra, utique p̃ indicia huiuſmodi rei condemnari non debent. Idem in l. Moyſis. ca. 29. Gene. in fin. Nam nulla res eſt, qua non ſuſpicionibus, & indicijs quisvis poſſit criminari. Verum in ſupradictis du-
7 pliciter conſideratur, uno modo, quando † reus vult aliq̃d probare, & tunc ſine dubio audiendus eſt, quia prædicta indicia non ſunt adeo indubitata, vt ſupra, licet multi Iudi-
8 ces † contra jus, & fas aliter obſeruent, & reos tanquam cõuictos condemnent, quibus põt obijci. Quod genus hoc hominum? quæve hunc tam barbara morem, Committit patria? Ab horreant igitur hãc opinionem Chriſtiani Iudices,
9 tanquam prophanam, nam exordiendo † ab orbe condito iudicia Dei repugnãt, & primo nunquid Adam de peccato cõuictus fuit apud Deum? Nunquid Chain de homicidio? Nunquid villicus de iniqua villicatione apud Chriſtum? cui dictũ fuit, redde rõnem. Nũquid lex veſtra iudicat hoĩem,
10 & non prius audiuit, ſeu cognouit eum? Meminerint † itaq; Iudices non niſi auditis, & penſitatis defenſionibus reorum iudicare, exemplis vt ſupra, q̃a maiora tradi nõ poſſunt, cũ Dei ſint, & homines ea imitari oporteat, iuxta illud, Ne in-
11 nitaris prudentiæ tuæ, q̃a † dñs dat ſapientiam, & cõſilium, & q̃ negligit legem, & conſilia eius, perdetur a paruulis, & a ſtultis, & qui detrahit, aut addit, mẽtit̃. c. j. 2. 3. & 12. Prouerb.
12 Hoc etiam † apud multos Iuriſperitos certi iuris eſt: qui p-pe fatent̃ oẽs Iudices dẽre ex ſeipſo nemine petente q̃rere defenſiones reorum. l. ſi non defen. ff. de pœn. Quo pacto ergo Iudices volũt condemnare reos, aut conuincere, p̃ ea q̃ neceſſario non concludũt? Et probari põt q̃d tale, quo probato non damnarentur: ex facto. n. ius oritur. Quare Iudi-
13 ces † oportet eſſe ſollicitos, & curioſos in explorãdo facto, & defenſionibus reorum, & non debent quærere ius ante
14 factum. Occurrit † hic glo. in c. fi. de hær. lib. 6. quæ contra religionem iudicantium tradit reum captũ nõ audiri, ſed poſ ſe cõdemnari: quàm gl. multi Iudices ſequũt ur. Cõtra quos
15 tñ eſt rõ concludens, q̃ teſtes † non publicati non afferunt, ſiue inducũt aliquam probationẽ, per regulam, non dicitur quidquam probatum, niſi publicato proceſſu. l. ſolam. C. de teſt. nec ſequitur, captus eſt, ergo damnari debet: quia in cõ-
16 trarium eſt iuris regula, q̃ ex eo, quòd quis ſit captus † non debet de crimine damnari, niſi aliter de maleficio conuincatur: intereſt enim reipu. ne innocens puniatur. Vnde
17 † quilibet admittitur ad defendendos reos: quia cuilibet propria debet eſſe humanitas, vt per Paul. de Caſtr. in conſilio 168. Quanto magis intereſt † Iudicum quærere defenſiones reorum, ne homicidas quærendo homicidæ fiant,
19 & iudicando ſe ipſos condemnent? Sciant † cuncti non Põtificem, non Imperatorem poſſe reorum defenſiones tollere per ſuas leges, etenim defenſiones ſunt de iure naturali. clementin. paſtoralis. de re iudica. l. defenſionis fac. C. de iure fiſci, libro 10. Hoc † amplius rei non poſſunt renuntiare
20 proprię defenſioni. eſt gloſſ. in l. pactum inter hæredem. ff. de pactis. Ratio reddi poteſt, quia nemo eſt † dominus mẽ
21 brorum ſuorum. l. prima, §. vſque adeo. ff. de Iniu. Aut aliter inſigniter dici poteſt: quia intereſt † Iudicis ratione humanitatis, & intuitu religionis non occidere iuſtum. capi-
23 tũ. 22. Exod. Nec aliud genus † renunciæ Iudex admittet, niſi reus dicat ſe alias non habere defenſiões, & Iudex cognoſcat reum carere defenſionibus. Bald. in l. ſeruum quoque. ff.
24 de procu. Fallit tamen † ſecundum aliquos in reo reperto in crimine, qui de facto poteſt puniri, vt in gloſſ. l. ictus fuſtium. ff. de ijs, qui not. infam. † Quæ tamen opinio non
25 placet, quia licet quis confiteatur † crimen (quod maius eſt) debet tamẽ moneri ſuas facere defenſiones. no. in l. 1. §. ſi qs in villa. ff. ad Syl. dicetur in tit. de confeſſ. Altero mõ q̃ſiderãdum eſt, q̃m ſumus in ſupradictis indicijs, & reus nõ põt in q̃-

rium

Digitized by Google

16 rium probare. Similiter † dicitur in ſupradicto caſu ad damnandum reum in crimine capitali non ſufficere argumenta quamuis vrgentiſſima. Et ſi ſint talia, quę mentem iudicãtis adeo coerceant, vt aliter credere nõ poſſit, ita dixit Paul. de Caſt. in conſ. 197. quem recitat Cæp. in conſ. 6. & 32. crimi-
17 nali. vbi redditur pulchra ratio, ꝙ licet Iudex † viderit committi homicidium, damnare tamen non poteſt delinquentem; niſi de homicidio fuerit legitime ꝓbatum, minus põt damnare, quia credit ita eſſe per indicia. Hanc opinionem tenuit Brun. in 5. q. quaſi in fine, dicens eſſe potuiſſe, fugientem cum gladio ſanguinolento feciſſe ad ſui defenſionem. Contra tamen rationẽ Brun. teneo, quia ſolum tractatur ꝓ ſupradicta indicia de cõuincendo reo de delicto commiſſo, & ſic an occiderit: non autem ſi potuit impune occidere. Primo enim quæritur ſi occiderit, poſtea ſi occidere potuit, nam per prædicta indicia ambigitur an occiderit, an potuerit iure occidere, alterius eſt ſpeculationis. Vnde licet opinio Brun. ſit bona, non tamen per prædictam rationem,
18 quæ non congruit quæſtioni. Sciant etiam Iudices † per alia indicia hominem nõ poſſe damnari exemplo Salomonis, qui licet iudicauerit vni mulieri filium, non tamen voluit aliam ad mortem condemnare, tametſi eſſent indicia
19 contra eam, quia indicia † quæ vim plenæ probationis habent in ciuilibus non ſufficiunt ad condemnandum in criminalibus. vt per Inno. in cap. afferte, de præſump. & Bald. in
20 l. final. C. eod. Et ratio reddi poteſt, quia Iudices non † niſi per probationes luce clariores debent reum condemnare ad mortem, cum in occultis verſetur iudicium Dei tãtum-
21 Et Iudices orbis † debent iudicare ſecundum prudentiam, quæ cadit in hominem relinquendo cætera iudicio Dei. c. 21. Exod. & iuxta illud, Deſcendam, inquit Deus, & videbo, dixit. n. videbo, tanquam iudex, non tanquam Deus, ita intelligunt omnes. Vnde elicitur Iudicem debere iudicare
22 † quia certo ſcit, & per probata legitime ita vt uideat, & cognoſcat ſic eſſe, non autem per indicia, quamuis, vt ſupra, vr-
23 gentiſſima. Exemplo enim † pernicioſum eſt per talia indicia hominem condemnare, quia contingunt contra homines quædam veriſimilia indicia, quæ etiam inficiari non poſſunt, & multi per eam damnati fuerunt, quos per ſuperuenientiam delinquentium cognitum fuit innocentes dã-
24 natos eſſe. Vnde propter † periculum iudicij tutius eſſe exiſtimo reum torqueri, vt poſſit ſuper certo iudicari. Nec obſtant, quæ apparent in contrarium, neminem torqueri, niſi
25 in ſubſidium probationum, quia reſpondeò prædictam † regulam habere locum, quando conſtat de delicto per aliud genus probationis, quàm per indicia ſupradicta, vt puta ſi per teſtes fuerit legitime probatum, ſiue in ijs, per quæ lex vult condemnare exemplo. l. ſi quæ. C. de adulter. nam quæ
26 † ſunt indubitata legi, debent eſſe indubitata iudici. l. ſi tu-
27 tor. C. de pri. tutor. † Quando ergo indicia ſunt ſimul iũcta, vel mixta, & ſunt à lege approbata, poſſunt dici indicia indubitata, ex quibus poteſt procedi ad condemnationem ea ratione, quòd ſufficit quòd ſit teſtib. ſuperatus vel propria uoce confeſſus, ad hoc, vt poſſit ſententia capitalis contra eum proferri. l. ſi qui ſententiam. C. de pœ. & l. ſi quis. C. de epiſcop. & cler. Ita eo modo prædictis indicijs à iure approbatis poterit ſententia capitalis proferri, vt. l. ſi qui adulterij. C. ad legẽ Iul. de adulter. & l. excipiuntur. ff. ad Sen. C. Sylla.
28 † Nam talia indicia non minorem auctoritatem, & fidem ꝓbatam, quàm teſtes, & inſtrumenta videntur continere, vt. l. ad probationes. C. de probatio. & dixerunt oratores plus oportere ſignis, & argumentis credi, quàm teſtibus: hæc enim eo modo exponunt quomodo re vera ſunt geſtę teſtes cotrumpi poſſe, vel præcio, uel gratia, uel metu, vel ſimultate

TRACTATVS

DE INDICIIS ET TORTVRA,

acutiſsimi legum interpretis Antonius de Roſellis.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtionem habiturus a quibus incipere debeat.*
2 *Tormenta quando, & quibus ex cauſis adhibenda.*
3 *Torqueri ſine indicijs nemo debet. & num. 20.*
4 *Iudicis arbitrio relinquuntur, quæ lege non definiuntur.*
5 *Indicia quem effectum habeant, & unde dicta.*
6 *Indici ueritatem ex indicijs eruere uolenti quæ ſint conſideranda.*
7 *Inimicitiæ offenſionis præſumptionem inducunt.*
8 *Fuga præſumptionem inducit.*
9 *Fama publica indicium facit.*
10 *Confeſſus ultro in cauſa criminali abſque vlla tormentorum formidine an ſtatim damnandus ſit.*
11 *Confeſſio ſpontanea alium effectum in ciuilibus iudicijs habet quàm in criminalibus.*
12 *Confeſſio in tormentis contra alium facta, an inducat præſumptionem.*
13 *Confeſsi de ſe nonnunquam de alijs interrogandi ſunt, & in quibus caſibus confeſsio illorum præſumptionem inducat.*
14 *Tormentis ſuppoſitus ratione furti probati per indicia, an pro alijs furtis de quibus nulla extant indicia torqueri poſsit.*
15 *Quæſtio repeti ſine nouis indicijs an poſsit.*
16 *Reus ex indicijs quæſtioni deſtinatus an eo quod paratum ſe dicat innocentiam ſuam aduerſus indicia probare, ſit tormentis eximendus.*
17 *Appellari ab interlocutoria qua iudex quæſtionem habendam pronunciat, poteſt. & quare.*
18 *Reus per errorem in tormentis confeſſus an errorem ſuum reuocare poſsit.*
19 *Confeſsio in tormentis ab eo facta, de quo quæſtio habita eſt nullis præcedentibus indicijs an ualeat.*
21 *Confeſsio extorta per comminationem tormentorum etiam extra locum torturæ an dicatur formidine tormentorum facta.*
22 *Confeſsione exorta per tormenta quem in locum ducendus ſit reus ut cognoſcere poſsit iudex an in confeſsione perſeueret.*
23 *Quæſtio de libero homine poſsit necne haberi.*
24 *Torquens aliquem præter modum, an & quomodo teneatur.*
25 *Delinquere non uidetur niſi qui delinquendi animum habuerit.*
26 *Lata culpa non æquiparetur dolo in delictis,*
27 *Tutor inſtrumenta aduerſus pupillum producta de falſo arguens nõ præſumitur calumniandi animo id facere.*

QVoniã de quæſtionibus ſiue tormentis mentionem facturi ſumus, diſpiciamus imprimis quomodo & quo ordine ſint tormenta adhibenda. Et primo † dico
1 quod ſagax iudex cõſiderabit a quo facilius veritas erui poterit ut ab illo quęſtionem incipiat, vt a timidiori magis ſuſpecto a minore a debiliore non a fortiore, vt. ff. de quæſtio. l. prima §. prima, & l. vnius. primo reſpon. Item ſi torquendi forent pater, & filius, a filio incipiendum eſt, quia pater in tormentis filij magis torquetur. ff. quod metus cauſa. l. iſti quidem. inſtit. de noxa. §. ſed veteres. Item fœmina prius torqueatur quàm maſculus, quia homo tanquam maioris conſtantiæ tardius confitebitur, fœmina citius, quia momentaneum, & inſtabile cor habet. C. de inoffic. teſtam. l. filia in orbitate. & de verbor. ſignifica. forus. & ff. de iur. fiſ.
2 l. deferre. Ex quibus † autem cauſis torqueantur homines. reſpondeo ex ciuili vel criminali, & tunc cum aliter veritas reperiri non poteſt. ff. de quæ. l. diuus, & l. ex libero. & l. quoties. non tamen ex omni cauſa quis torquendus eſt, nec q̃libet perſona indifferenter. ff. de quæſt. l. edictum. Et oportet vt aliqua præcedant quæſtionem indicia, & ſufficientia, & veriſimilia, quia a tormentis ſeu quęſtionibus incipiendum
3 non eſt. ff. de quæſtio. l. prima, primo reſpon. & quia † ſine indicijs ſiue præſumptionibus quis torquendus non eſt, vt. ff. de quæſtio. l. unius. §. tertia, & quarta, & l. maritus. & l. final. & C. ad leg. Cornel. de falſ. l. ſicut affinem. & circumſpectus eſſe debet iudex, ut uideat ſi indicia præcedentia ſunt veriſimilia, & ſufficientia, quia demum per appellationem uel reſtitutionem tormenta auferri non poſſunt, præſertim quia illi qui torquentur aliquando in tormentis perire conſueuerunt. l. aut damna, §. primo, ff. de pœ. & quòd debeant præcedere indicia probatur. C. de quæſt. l. milites. cum ſi. ſed ſi dubitatur quanta debeant eſſe tormenta, & qualia, reſpon. non poteſt hoc deſcribi uel oſtendi, uel de hoc certa doctrina ferri ſeu deſcriptio dari, & hoc remittitur arbitrio iudicis. l. tertia. ff. de teſtib. ibi, tu magis ſcire potes, quia
4 † quæ non determinantur a iure relinquuntur arbitrio iudicantis. l. hodie. & l. ſanctio. ff. de pœ. & ff. de effract. l. poſt. §. quibus nulla. facit. l. prima, ff. de iur. deli. poteſt tamen in genere talis doctrina tradi quòd prudens Iudex debet ſolerter inſtare ad indaganda indicia contra delatum ex aliquo
5 crimine. Nã indicia † ſunt alijs probationib. proxima, & dicunt indicia quaſi indicãtia & demõſtrantia veritatẽ, & probationũ adminicula. C. de pro. l. inſtrumẽta domeſtica. ſunt

Digitized by Google

enim indicia pars probationis, ut.C. qui teſtam. face. poſſeſsio. l. hac conſultiſsima. §. deinde. uerſicu. indicia, &c. dicitur enim indicium ab indicando, quoniam indicat ueritatem, ut. C.ad leg. Iuliam, de adulte. l. ſi qui adulteri.
6 & l.ſolet.de præſcr.ver.Quæret inſuper † iudex inſtanter, & indagabit cum quibus, & per quæ loca conuerſabatur malefactor,quem torquere intendit,quoniam mala conuerſatio eſt male operationis indicium.ff.de adimen. leg. l.ſi plures.§.aſſiduę.nam ex mala conuerſatione etiam bonus efficitur vitioſus.ff.de ædil.ędic.l.ædiles.§.pedius. ibi, aleator forte vel uinarius:ad idem dictum Philoſophi, qualis quis, tali conſorte delectetur.Item conſideret loca in quibus cõ uerſabatur,quia ſecundum locorum varietarem varię colliguntur coniecturæ.vt.C.ſi manci.ita fue.ali.l.prima, in prin
7 cip.& ff.de pœnis.l.aut facta.§.euenit. Item inſtet † quærere ſi erat inimicus offenſi, vel ſi aliqua offenſio euenit inter eos,quia tunc erit præſumptio culpæ,quia inimicus de inimico malum cogitat,& facere facile ius præſumit. ff.de his quibus vt indi.l.inimicitiæ.& ff.de adi.leg l.tertia,§. final. & ff.de quæſtio.l.prima.§.ad quæſtionem.item ſtudeat inueniꝛe cuius æſtimationis eſt.nam qualis cuiuſque fama,& opinio in ciuitate eſt, talem eum eſſe præſumimus. ff. de quæſtio.l.de minore.§.tormenta.ibi,vel cuius æſtimationis. & de reſcin.ven.l.ſi bonęfidei.in princi. in Au.de teſti §.ſancimus.decima ꝯolla.item poteſt iudex indicia ſumere ex trepidatione vocis uel membrorum,vel pallore,vt d.§.tormẽta.loquutio enim conſtantia vel trepiditas, & æſtimatio cuiuſque ideo admittenda ſunt,& indaganda, quoniam talia conferunt ad illuminandam veritatem,vt d.§.tormenta.itẽ debet indagare cuius vitæ prius fuit, & an talia vel ſimilia de quibus inculpatur ad preſens facere conſueuit, nam de vnoquoque bonum uel malum præſumimus conſideratis præactitatis.ff.de re mili.l.deſertorem.§.is qui.& inſuſpecto vitę eius præcedentis ſtatu.l.non omnes.§.a Barbaris.ff. de re mili.& ff.de ſuſpec.l.tutor quoque.§.quoniam poteſt. ex geſtis enim præteritę vitæ meritur præſentia.C.de milit.agẽ. in rebus.l.prima,§.final. item an fuerit examinatus quando erat in iudicio quòd operibus adimpleuerit illa proferendo,quoniam ex dictis facta hominum penſamus, vt. C.ſi qs imper.maledi.l.vna.& ff.de ſup.leg.l.Labeo.item conſiderãdum eſt an ſit talis qui conſueuerit, & poſſe habuerit talia attentandi.ff.ad l.Iul.maie.l.famoſi.ibi, an potuerit facere,
8 & an ante quicquam fecerit. item ſi † aufugerit eſt indiciũ contra eum,vel ſi ſe abſentauerit ſtatim poſt maleficium.argum.in auct.de exhi.reis.§.ſi vero. columna quinta,& C. de
9 aſſe.l.conſiliarios.cum ſi.Item † teſtes recipiat ſuper maleficio commiſſo in ioco vbi fuit commiſſum,de voce,& publica fama,qua probata,coadiuuat indicia ad torturam. ff. de teſti.l.prima,§. flumen. & ex multis alijs curioſus iudex poterit indicia ſumere ad informandam conſcientiam proeruenda veritate delicti. Nunc eſt videndum quis ſit quæ-
10 ſtionis effectus,& ſi quidem abſque † formidine tormentorum vltro quis malefactor cõfiteatur,dixerunt quidam antiqui,& quidam moderni præceptores eum non eſſe ſtatim damnãdum,ſed debet ſtare iudex per diem uel per aliquod tempus ſecũdum qualitatem criminis,& perſonæ conditionem,& iterum facere eum coram ſe præſentari, vt interroget an velit perſeuerare in confeſſione facta, uel contradicere vel reuocare:& hoc ideo dicunt,quia confeſſio rei ſtatim in criminali non præiudicat,nec ſtatim facit plenã probationem,vt.l ſecunda.de cuſto.reor. & ita intelligunt illã. l.quæ non diſtinguit an formidine tormentorum an ſponte fuerit habita confeſſio.& ita intelligitur.l.prima,ff. diuus. de quæſtio.nec ſtatim dicam haberi pro exploratis facino-
11 ribus.d.§.ſi quis vltro.Et ſic † dicunt ipſi in confeſſi onibus factis in cauſis ciuilibus,& criminalibus,hoc intereſt, quia in ciuilibus non eſt opus perſeuerantia,ſed ſtatim tenet, in criminalibus autem ſiue vltro, ſiue formidine tormentorũ habita fuerit confeſſio,opus eſt perſeuerantia per dicta iura.nec minari debet iudex ſi magis ponderat in criminalibus,quàm in ciuilibus, nam vbi maius uertitur periculum ibi cautius,&c.C.de Falcid.l.vbi.ibi,& accerrima, &c. & C. de pęn. l.qui ſententia.&c. ubi periculum.de elect.in ſexto. Nec mirum ſi ita tam varie,quia criminalia indicia cum ciuilibus nihil habent ſimile.inſtitu. de pu. in princip. & hæc eſt communis opinio,quia ſi quidem ſi quis contra ſe confitetur ſponte crimen,ſtatim incarcerandus eſt, & non illico abſque perſeueratione ex confeſſione damnandus.C.de cuſto.reo.l.vltim.primo reſpon.& C.de pœnis.l. cum reus. & ita intelligitur.l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reo.non obſt.§.diuus. & §. ſi quis vltro quia intelliguntur in confeſſionibus habitis in tormentis.& ita intelligitur.l.ſecunda, de cu. reo. ſecundum ueriorem lecturam. vt patet in fine.l.ibi. vt ſic iudicibus immodice ſęuientibus,&c.In tormentis, autem ſi fiat confeſſio ſeu formidine tormentorum non illico ſtandum eſt ei confeſſioni, nec debent haberi pro exploratis criminibus,vt.d.§.diuus. C. quorum appel. non reſid.l.ſecun-
12 da,& eſt ratio quæ ponitur.ff.de quæſtio.l.prima,§.quęſtionem.ibi,quia quæſtio eſt res fragilis ueritatem fallens, &c. & tunc habet locum.l.ſecunda,de cuſto. re. vt iudex faciat criminoſum ad ſe uenire,& quærat,utrum uelit perſeuerare an retractare vel contrarium dicere, & ſi perſeuerauerit tenet confeſſio, aliàs non. d.§.ſi quis vltro.& d. l. ſecunda quor. ap. non rec. Sed quid de quæſtione quotidie occurrente? aliquis in tormentis confitetur contra alium, ſtabiturne dicto ſuo? reſpon.diſtinguendum,quia aut torquetur ſimpliciter in alios non in ſocios,& non in ſe,& tunc ſtatur dicto ſuo cum alijs indicijs, vt iudex ex dicto tormenti cum alijs indicijs ad condemnationem procedere poſſit.C.de aſſeſ.l.nullus.ad fin.& de quæſtio l.edictum. & l.prima,§.quæſtionem.ibi efficaciſſimas cauſas ad requirẽdum veritatem &c.Et ad idem Tullius in Topicis. ibi, non tormentis uerberibus igni fatigati,qui ipſo iure veritatem dicunt,videtur dicere,ſaluo ſi dixerit de inimico, quia tũc nõ facile credendum eſt,ſed nec omnino fides detrahenda,ſed cauſa cognita erit fides adhibẽda,uel non.vt.l.prima,§.præterea.de quæſtio.& ff.de teſtibus.l.tertia.in princip.aut torquetur in ſe & in alios,tunc niſi de ſe confitetur, habent locum proxime ſupradicta,ſed ſi confitetur de ſe,& de alijs, tunc ſecundum Azo.cuius opinio prævalet,eſt inuenire regulam,& inſtantiam.regulariter de proprio ſcelere confeſſus ſuper conſcientia nemo ſcrutetur aliena, & ſi ſic regula eſt,oportet de ſe confeſſum non debere interrogari de alijs & maxime de conſocijs,vt.ff. de quæſtio. l. qui de ſe.per l. ſicuti.in princi.& C.de actio.l.final. Et ſic de facto aliorum
13 non ſtatur dicto ſuo.fallit in caſibus in quibus † de ſe cõfeſſus torquetur,& interrogatur de alijs. ſi tamen contra illos alia præcedant indicia. Primus caſus eſt in quibuſdam latronibus,& maxime obſcuris, qui de ſe confeſſi torquendi ſunt & interrogandi,& de conſocijs,demandatoribus,& de receptatoribus,vt.ff.de quæſtio.l. diuus Adria.& C.de fer. l, pe. Secundus caſus.C.de Fal.mo.l.prima. Tertius. ff. ad exhib.l.final. Quartus de malefi. & Mathe.l. final. Quintus in ſeruo de nece domini in ſe confeſſo, vt torqueatur, & tormentetur quo mandante fecerit.ff.ad ſylla.l.prius.& l.ſi per cuſſor.& eſt ſpeciale,vt ſentit ibi Azo.& ff.de quæſtion. l.is quidem.Sextus.ff.ad l.Aquil.l.inde Neratius. §. ſed & ſi ſeruus.& hoc ſi aliqua præcedunt indicia, aliàs non debet de alijs interrogari.l.prima.C.de quæſtio. item eius reſponſio non erit plena probatio contra illos quos inculpauerit, ſed aliqua præſumptio, vt not.in d.l.final. de accuſ. ſed nunquid propter iſtam talem præſumptionem poterunt iſti inculpati ad tormenta perduci? reſpon.ſic,in dictis ſex caſibus exceptis.argumen.præalleg.l.nullus.& ff. de quæſtio. l. edictũ. & argum.l.prima,§.cum quis latrones.& argumẽ.quòd idẽ in alijs.ff.de quæſtio.l.prima,§.idem Adrianus. in alijs vero non.C.de accu.l.final.ff.de quæſtio.is qui.& ſed quid ſi perſona culpata a tormentato ſit homo malę conditionis, & famæ, nunquid in alijs quàm ſupradictis ſex conceptis poterit ſubijci quæſtioni? dic quòd iure non quando non præceſſerint indicia ſufficientia,nec culpatio facta a tormentato inducit indiciũ,qa interrogari non debuit.l.ſi.C.de accu. & ff de quæſtio.is qui.& ideo quod idem ſequitur tanquam l.prohibente factum non ualet,ut.l.non dubium.C. de legitamen de conſuetudine uidemus torqueri,pro quo facit.ff. de quæſtio.l.prima.§.diuus Adrianus.Sed quid de quæſtio-
14 ne quotidie occurrenti? accuſatur quis † de furto,pro indicijs præcedentibus ad ipſum furtum.torquetur,& confitetur illud furtum, nunquid debet procedi in tortura ſiue interrogari,ut indiciet,& confiteatur de alijs furtis a ſe commiſsis,de quibus nulla habentur indicia? dic quòd non de iuris ſubtilitate.argum.eorum quæ dicentur proxima quæſtione, & quia quantum ad iſta furta de quibus in ſpecie uel in genere nunc de nouo quæritur, nulla præcedunt indicia, & ſine indicijs nemo torquendus eſt. C.de falſ.l.ſi eut.& ff.de quæſtio.l.prima,in princip.& in l.maritus.ſed de generali conſuetudine Italiæ quotidie ſeruatur cõtrarium, & ſpecialiter in furtis, quia magis frequentantur.quæ conſuetudo poteſt coadiuuari per. l. ff.de re mil. l.non omnes. §. a Barbaris. & de offic. præſidis. l. congruit. Sed quid de
15 quæſtione quæ quotidie locum habet? † habita eſt de aliquo ſemel quæſtio, qui nihil dixit, iudex vult repetere quęſtionem ſine aliquo nouo inditio,nunquid poteſt? videtur quòd ſic, ut ff. de quæſtion. l. repeti. & l. unius. §. primo, quæ indiſtincte dicunt repeti poſſe. & ubi lex non diſtinguit, nec nos debemus. l. de prætio. de publiciana. & ff. de legatis præſtan. l. prima, §. generaliter. Tu dicas quòd ſine nouis indicijs non poteſt, ſed ſi

tortus

Digitized by Google

tortus dixerit nullum illa nocte iacuisse ubi malum fuit cõmissum, & postea inueniatur per testes quòd aliqui iacuerunt,certe hoc casu repeteretur quæstio per dictum indicium uel simile.& hæc est communis opin. non tamen allegatur aliqua lex,tu tamen allega.l.boues.§.hoc sermone. de verbo.sign.& ff.pro socio.l.si socius pro filia.§.sine prio re.assessores tamen honoris auidi non hoc seruant, sed continuo quęstiones repetunt absque nouis indicijs donec de obiectis criminib. audiant ueritatem, quorum opinio potest argui per text.in auc.vt iud.sine quo.suffra.§. oportet. debet tamen considerare bonus iudex in repetenda quæstiõe quomodo tortus in animo,& corpore fortitudine p durauerit,vt.ff.de q̃st.l.unius.§.reus.Qd si aliquis in tormentis diceret, teneatis quantum vultis,quia si starẽ usq;ad.10. an.nõ dicerẽ,q a in nihilo sum pollutus de obiecto crĩne,& sic oĩa diffitet̃,est ne dimittẽdus ire?certe nõ, sed p̃cedit̃ in tormentis cum tempore uel asperitate secundum conditionem criminosi,& secundum criminis qualitatem, & si confiteatur,habent quidem,sinautem nõ iudex eum in carceribus retinere debet. Et si noua superueniẽt indicia quæstionem repetet alterius schematis a prima. sinautem non aderunt noua indicia,tunc statuet accusatori competẽtem dilationem ad probandum,si poterit conuinci,condemnabitur,aliàs non.ff.de quęst.l.1.§.præterea,& l.si unius. §. sine
16 ca.co.ti.Sed quid de qnæstione,de facto † criminis indicia præcedunt,per quæ iudex informatus ducit reum ad tortu ram.dixit ipse iudici, detis mihi defensionem antequã me ponatis ad tormenta,quia paratus sum incontiuenti argue re contra indicia,nunquid audiendus est reus? & sibi danda defensio antequam torqueatur? videtur q̃ nõ per.l.3.C. vbi sena.& Bar.ibi,ne quas ante probationem iniurias patiatur &c.cum in illis personis in dignitate positis sit ibi speciale, videtur in cæteris contrarium ius commune. ff.ad munici. l.præterea.Primo enim actor probat cum fundata sua intentione,reus opponit defensiones, & exceptiones suas, vt. C. de excep.l.si quidem.C.de proba.l.exceptionem.primo ergo fundari debet toraliter intentio actoris per testes vel per confessionem rei antequam audiatur in sua defensione.Tu dicas quòd omnino sit danda defensio, antequam torquea tur,quandocunque tale allegatur quo probato, non debet ad torm̃ta procedi, & hoc illa ratione, ab interlocutione
17 † facta a iudice,quòd aliquis torqueatur appellare licet. ff. de ap.reci.l.2.Et est ratio quare a tali interlocutoria permissum est appellare, quia si ea omissa ueniretur ad torturam nunquam postea posset recuperare detrimẽtum membrorum vt.d.l.2.quæ incipit,ante sententiam.sero enim appellaretur vel defensio peteretur,si primo torqueretur,nam quã doque deficere solent in quæstione.ff.de pœn. aut damna. §.1.pręterea etiam confesso suæ innocentiæ defensio conceditur,vt.C.de cu. & exhibi.re.l. 2. multomagis huic non denegabitur.præterea uidemus q̃ iam damnato ex confessione facta in tormentis,& perseuerantia princeps subuenit, & persuam defensionem innocentiæ sententiam retractando,si constiterit de innocentia condemnati.ff.de quæst. l.1. §.si quis vltra.si igitur iam confesso uel iam damnato conceditur defensionis facultas, quanto fortius ante torturam denegari non debet.Cui enim quod plus est conceditur nõ debet denegari quod est minus,vt in regula, cui plus. imo plus in iure legitur expressum, quòd quocunque tempore iudicij reo petente defensio danda est.ff.de quæst.l.unius.§. cum igitur.ibi quocunque tempore. Sed quid de quęstio.
18 quam sæpe vidi de facto.testis † fuit tortus,& in tortura cõfessus,nunc ante sententiam dicit se errasse, nunquid poterit reuocare errorem suum? Respon.aut est error facti aut iuris. primo causa potest vsque ad sententiam, & est ratio, quia non videtur fateri qui erat,vt.ff.de confes.l.3.in princ. quia talis error non debet vsque ad sententiam obesse.C.de iur.& fac.igno.l.error.facit optime.l.secunda.quor.ap. non reci.vbi etiam condemnato ex confessione in tormentis facta cum perseuerantia subuenitur etiam post sententiam errorem suum siue innocentiam docere uolenti. Et si ostenditur,absoluetur.l.prima, §. si quis vltro.de quæstio. multo ergo fortius debet audiri uolens errorem suum ante sentẽtentiam probare.Item iste nõ perseuerat in confessione ex quo non expectat sententiam.Item confessus formidine tormentorum auditur appellans.l.secunda.C.quorum app. nõ reci.sed si errauit in iure,tunc non poterit uenire contra cõfessionem,vt.d.l.error. sed quid si aliquis confitetur in tormentis,& postea non perseuerat. nunquid illa talis confessio aliquid operetur.videtur,quòd sic,vt.C.de custo. reo. l. secunda,& ff.de quæstio.l.prima,§.diuus seuerus. si intelligitur de confessione in tormentis in qua non perseuerat, uel dic verius si non perseuerat,talis confessio habet vim semiplenę probationis,quoniam nullo modo videtur confiteri, qui confitetur formidine tormentorum si non perseueret, quia ista paribus passibus ambulant,non confiteri vel confiteri formidine tormentorum,& non perseuerare.C.quor. app.non reci.l.2.

19 Quid autem si aliquis † est tortus nullis legitimis indicijs præcedentibus nunquid talis confessio ualet? dic quòd nõ, etiam si in ea perseueret,vt.ff.de quæstio.l.diuus. & l. maritus.& l.pen.secundum vnam lectu.& C.si ex fal.instrumen.
20 l prima,& quarta.præterea hoc est de substãtia † seu solennitate quæstionis habendæ, quòd legitima præcedant indicia,aliàs quis non debet torqueri cum a tormentis inchoãdum non sit.ff.de quæstio,l.prima,secunda respon. & l.maritus.& C.de quæstion.l. cum conditionaliter. & l.milites. qua solennitate deficiente quicquid sequitur ipso iure non valet.l.non dubium.C.de legi.& C. de fide instrumento. & iure hastæ fisca.l.prima,libro decimo,& ff.de interro. act. l. diuus.& C.de ap.l.nominationes,cum simi.Dictum est cõtra quòd confessio in tormentis facta non præiudicat nisi in ea perseueretur,sed quæ dicitur facta in tormentis? respon. facta in actu torturę vel iuxta torturam, cum ligantur manus,& terror incutitur a iudice,quòd nisi incontinenti cõfiteatur,subijciet eum quæstioni. certe non tenet talis confessio, nisi perseueretur in ea, quia lex ęquiparat confessionem factam.in tormentis,& extortam formidine tormentorum,vt est expressum.C.quorum appel.non reci.l. secunda,ibi,aut formidine tormentorum, & not. quòd ibi. dicit formidine non dicit in tormentis.& idem sentit ibi glo.argum.ff.de iniur.l.item apud Labeonem.§.adijcitur. ibi, uel læuis territio,&c. ergo a contrario sentu non læuis commi natio habetur pro ipsa tortura. Accedit quòd legitur,sufficit terror armorum,etiam si quis eis vtus non fuerit, vt. ff. de vi & vir.l.idem.§. si armati.quia quo ad legẽ Cornel. de sicar.ęquipollentia sunt hominem cum gladio percutere, vel stringendo eum in manu vibrare.l.prima, §. diuus. ad l. Cornel.de sicar facit.l.tertia,ff.ex quib.caus. ma. & ff. quòd metus caus.l.metum Sed quid de quæstio. de facto, statuto ciuitatis cauetur, quod aliquis non possit torqueri nisi in mortis casibus, potestas honoris auidus extra illos casus,& excessus vult eruere veritatem criminis non tamen vult ponere ad tormenta ne incidat in pœnam statuti, sed quid facit, præcipit eum teneri in turri vel in alio loco denegando ei alimenta quousque confiteatur uel in hieme facit eũ stare spoliatum omnibus uestibus, nunquid videtur ponere ad torturam,vt sic incidat in pœnam statuti.dic quòd sic. ff.de iniur.l.item apud Labeonem.in §.quæstio.ibi, malam
21 mansionem.sed quid si extra locum † torturę vel circa tribunal, vbi ius redditur,iudex examinans delatum ex crimine dixit,aut cõfitearis,aut ducam te ad torturam,& torquebo te,nunquid dicetur confessio formidine tormentorum facta,dic quòd non,vt.d.l.item apud Labeonem.versic.quæstio.& C.de his quæ vi me.ve causa gest.sunt l.metum Terrores igitur quæstionis probabiliter ueris tormentis comparandam accipere debemus,præsentem per instantem torturam, sicut de metu instantis cruciatus dicimus. ff. quod metus caus.l.metum.primo respon.& ff.ex quibus caus.ma. l. tertia. ad fin. læuis autem & extra locum tortur. facta eluforia est.argum.ff.si cui plusquam per.l.Falcid.l.nisi dolo. §. hæc autem satisdatio. Sed cum dictum est,quòd confessio formidine tormentorum facta non habetur pro explora-
22 to facinore,nisi perseueret,quæro in quo loco † sit reusducendus. Respondeo ante acta, & in aliquo publico loco extra conspectum torturæ. Et ita videmus experros assessores in pręsentia conuocare testes,& sub publico testimonio scribi faciunt,talis tali die perseuerauit,&c. in pręsentia talium testium &c. bene faciunt. argumen. l. secund. C. de custo.reo. ibi sub publico testimonio. sed quæro quantum erit tempus intermedium a die tormentorum ad diem reductionis ad perseuerandum? Respond. lege aliqua non determinatur,facit.d.l.secunda,de custo.reo.ibi post modicum tempus diutius &c. Et quod sit istud modicum, dic arbitrio iudicantis considerata qualitate personarum, & enormitate vel læuitate criminum. quando enim tempus a lege non præfigitur,iudicis arbitrio relinquitur.ff.de iure de liberan.l.prima,& ff.de pœ.l.hodie.Quæro qui debeant quęstioni interesse. Respondeo in secreto iudex recipiet dictum torti.ff.de adulter. l.si postulauerit. §. quæstioni. habet enim similitudinem testis, vt in summa huius titu.§.final.& habetur.ff.de pœ.l.prima, in principio. Sed nunquid
23 † liber homo debet torqueri? videtur quòd non, quia totus titu.de quæstioni. C. & ff. tantum de tortura seruorum sentire videtur. tu dicas quòd liberi homines possunt torqueri non solum in alios,vt ff.de quæstio.l.ex libero.primo respon.& l.unius.§.testes.& C.de aboli.l.fallaciter. §. quia si ingenio.& C.de assesso.l.nullus.& de cu.reo.l.diuus Adrianus.sed etiam inter seipsos, quandocunque deferuntur ex aliquo crimine, vt. C.de quęstio. l. cum cognitionis. & C.

Digitized by Google

D. Baldi. De quæstio. & torment.

de his qui not. infa. l.nullus.& q̃ liber homo possit torqueri probatur per l.si quis decurio. C. de falc. vbi decurio torquetur. Item quæro utrum principalis persona accusata poteſt subiici tormentis ad veritatem eruendam. uidetur q̃ non, quia totus tractatus de quęstio. C.& ff. uidetur consiſtere circa seruos torquendos & liberos homines in testimonio vacillantes. Tu dicas quod ipse principales personæ subiici possiunt quæstioni. ut C. de quæst. l. 3.& ff. de quæst. l. 1. §. diuus.& §. si quis ultro.& l. unius.& ff. de re milita. l. proditores. præcedere tamen debent indicia ueriſimilia ex quibus iudicis authoritas informetur de obiectis criminibus reo. C. de quæ. l. cum conditionaliter. l. milites. §. oportet.& C. de fal. l. si cui.

24 † Quid si iudex in torquendo adeo modum exceſſit q̃ tortus in quæstione defecerit vel membro debilitatus fuerit, tenetur ne iudex,& quo iure? quòd autem teneatur. dicit lex expreſſe ff. de iniur. l. item apud labeonem. in §. quæſtionis. ibi, actum in omni &c. ſic. n. torquendus eſt reus, ut innocens a ſupplicio ſaluus reddatur, ut l. quæſtionis modũ ff. de quæſti. quod si iudex non seruauit, tenetur. facit. ff. ſoluto mal. l. ſi conſtante. §. ſi maritus, & inſti. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. §. dominorum. Et melius. ff. ad leg. aqui. l. ſi quę cunque. §. ſi magis. ff de uſufru. l. locum. §. fina. & de pigno. actio. l. eleganter. §. plane. nec hoc prodeſt ſibi quòd tanquã iudex fecerit cum deliquerit, nam omne malum praue præſumitur actum, ut C. de iniur. l. ſi non conuitij.& de Sicar. l. 1. præterea ſi propinqui modum excedunt in corrigendo tenentur. C. de emen. propin. l. 1. nec excuſat iudicem officium, quia ſicut priuatis, ita etiam magiſtratibus prohibitũ eſt aliquod illicitum facere, ut. ff. de iniur. l. magiſtratib. ecõtra videtur quòd non teneatur, quia hic iudex fecit cauſa quærendę veritatis ſuum officium exercendo non animo interficiendi vel debilitandi: igitur non debet teneri. nemo
25 tenim uidetur delinquere, niſi animum ad hoc malignum habuerit, ut ff. de verbo. ſignifica. l. læpe. ad fi. voluntas enim & propoſitum diſtinguunt maleficia. l. 1.& l. qui iniuriam. in princip. ff. de furt & facit. ff. de acquiren. poſſeſ. l. qui in re. & alibi ſcriptum eſt. Tunc crimen committitur cum uoluntas nocendi interuenit non aliter. C. ad leg. Corne. de Sicar. l. 1. facit. C. de lib. hon. exhib. l. 2. præſumit enim princeps bonum de officialibus ſuis, niſi manifeſtum cõtrarium uideatur, ut. ff. de offic. præfec. præ. l. unica. ad fin. nam creditor rẽ obligatam auferendo non præſumitur deliquiſſe, quia notabilis eſt præſumptio pro eo. ff. de furt. l. cum creditor. ſic a ſimili in propoſito præſumitur iudex ſui officij exercẽdi cauſa id feciſſe non concedi conſilio, ut ff. de iniur. l. iniuriarũ. §. 1. Et ſi aliquam culpam in excedendo modum in torquẽdo iudex habuerit non tenetur. l. Cornelia. de Sicar. quia in
26 †delictis lata culpa non æquiparatur dolo. ff. ad l. Corne. de Sica. l. in lege. Item cauſa ob quam aliquid fit ſuadet quod coerceri debet. ff. de his qui. ut indig. l. poſt legatum. §. ad uotum.& l. tutorem præterea. ſi non apparet quo animo fecerit, in dubio præſumendum eſt quod potius Zelo iuſtitię & uigore officii hoc fecerit quam malo conſilio. ff. ui bon. rapto. l. 2. §. publicanus.& arg. C. de acquiren. poſſeſ. l. minus
27 inſtructus.& ff. pro ſocio. l. merito. accedit † ad idẽ & aliud ſubtilius ſumptum ex titulo qui accuſare poſſunt. l. 2. ad fin. vbi tutor ex ſuo officio de falſo accuſans producentem inſtrumenta contra pupillum. ſi non probat non præſumitur calumniando animo inſtituiſſe accuſationem niſi euidenter probetur,& tamen aliter regulariter qui non probet calumniari præſumitur eo ipſo quòd non probat. C. ad turpil. l. 1. ſolutio, diſtinguunt quidam quòd ſi apparet q̃ ex uoluntate fecerit dolo tenetur. ſi caſu & abſque culpa, nullo modo tenetur. ſi autem alia culpa in excedendo modum non puto teneri. l. Corne. de Sica. per l. 1. C. de emen. ſeruo. quia bona eſt argumentatio de dominica poteſtate ad poteſtatem rectoris. ff. de uerborum ſignificatio. l. poteſtatis verbo. In hoc tamen tertio membro, ſcilicet cum modum excedit, Guil. de Suza. ſcribit quòd ſi iudex in excedendo modum in quæſtione hominem intermerit uel debilitauerit, quod tenetur, quia ſtatim cum modum excedit, fingitur non iudex, ſed priuatus. ſicut tutor non recte adminiſtrando fingitur non tutor, & tenetur tanquam quilibet, vt ff. pro emptore. l. quiſquis fundum. §. ſi tutor. cum ſimilib.& C. de epiſcop.& cleri. l. generaliter. poteſt dici caſus in l. item apud labeonem §. quæſtionis. ad fin. verſic. ſed ſi iuſſu. ff. de iniur.& probat bene tex. in capit. ſignificaſti. de homi. ubi probatur quòd qui exceſſit modum in defendendo, non punitur. l. Cornelia de Sica.

SOLENNIS TRACTATVS

De quæſtionibus, ęditus per domi. Iaco. de Arena.

SVMMARIVM.

1 *Quæſtio dicitur multis modis.*
2 *In quæſtio. publica, pactio nil prodeſt reo, etiam contra paciſcentem.*
3 *In priuata, quid.*
4 *Reus paciſcendo data pecunia infamis redditur.*
5 *Iudex debet inquirere quamuis accuſator deſiſtat.*
6 *Reus non habetur pro conuicto ſi tranſigit, ubi ex crimine pœna ſanguinis irrogatur, niſi in cauſa adulterij ſecus ſi gratis paciſcatur.*
7 *Homicidium eſt maius adulterio.*
8 *De crimine falſi potius quam de alijs quare liceat tranſigere.*
9 *Pactio ſi fiat ante accuſationem inſtitutam, accuſator non incidit in turpilianum.*
10 *Reo an detur exceptio ex pacto.*
11 *Delinquentis plus, melior, non debet eſſe conditio.*
12 *In præſumendo crimine plus proſequitur, qui pœnam ſanguinis timet, quam qui non timet.*
13 *Rei melior eſt conditio in pari cauſa.*
14 *In adulterij quæſtione quæ proponitur ad thori ſeparationem, poteſt fieri reconciliatio.*
15 *Diſtinctio quando bona publicantur ipſo iure propter delicta, & quando per ſententiam, & per totum.*

1 QVæſtio multis modis † dicitur, nã quædam dicitur ciuilis, quædam criminalis, quædam mixta. ciuilis, aut publica, aut priua-
2 ta. † In poblica, pactio nil prodeſt reo, etiam contra paciſcentem, ut l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar. de pact. & l. 3. §. ſi is. de ſepult. uiola.& ita auctoritatis maioris eſt pactio, quàm res iudicata, & illius agere poteſt quilibet, niſi collatione deteſtata, ut l. 3. ff. de popula. actio.& l. eum qui. §. in popularibus. de iureiur.

3 In priuata dic, aut e contractu uel quaſi,& tenet in præiudicium paciſcentis, non alterius, nec tũc pactum infamiam notat, niſi ſit aliquis uitians pactum uel tranſactionem, ut l. cauſas. C. de tranſaction.& l. non minorem,& l. ſi vnus. §. ante omnia. de pac.& l. in accuſatione. de his qui notant. infa. Nec diſtinguo an nata eſſet actio tempore conuentionis, an non, ut l. 1. C. de pact & l. hære. §. filio.& l pactum. ff. eodem, & l. fideicommiſſi. de tranſactio. ſaluo eo quod dicitur de pacto per quòd dolus remitti procuratur. de quo dicitur in l. ſi unus. §. illud. ff. de pac.& l. in commodato. ff. commoda. & l. contractus. de regu. iur.& l. conuenire. de pact. conuenti. ſi uero ex delicto, aut eſt naſcitura, aut eſt iam nata, ſi naſcitura, quia non eſt commiſſum adhuc delictum non tenet, ut l. ſi vnus. §. pacta.& §. item ne. de pact. ſi uero nata eſt tenet in præiudicium actoris, vt ſibi tollatur actio, *vel ſibi* paretur contra actorem exception, ut l. iuriſgentium. §. ſi paciſcar.& §. fi.& l. ſi tibi. §. quædam.& l. ſi vnus. §. pactus ff. de
4 pac.& l. poſt deciſionem. C. de fur. † Reum verò paciſcendo data pecunia infamem reddit, ſi eſt famoſa, niſi in tranſigendo iudicis adſit auctoritas, ſed ſi gratis impetrauerit, ſed ſi gratis impetrauit vt ſeum ageretur, non erit *infamis*. alias non eſſet ratio ueniæ, quod eſſet inhumanum, *vt l.* athletas § fina. cum l. ſequent.& l. furti. in princip. de infam. & l. non damni. C. eodem. in criminali, dic quòd aut poſt inſtitutam actionem ſit pactum, aut ante. Primo caſu aut cum auctoritate Iudicis, & valet, & accuſator non incidit in Turpillianum, nec reus habetur pro conuicto. Item ab eodem accuſatore pœna non rederetur niſi de licentia principis abolitionem abolitionis, poſtea concedentis. ut l. 1. & l. quamuis. C. de Turpilia.& l. 1. de aboli.& l. furti. de his qui nota. infam.& l. miles. §. poſt abolitionem.& l. qui deſtitit. ff. ad Turpilia. Aliàs autem ſi eſt publicum crimen, ut in dictis. ll.& probatur in l. maritus. §. ſi negauerit, de adulterijs, & l. qui cętu. §. qui uacante. ad leg. iulia. de vi. interdum nil operatur auctoritas iudicis, ut ſi corruptus dedit licentiam deſiſtendi, vt l. venales. C. quan. appella. non eſt neceſſe.& capitu. fina. de colluſio. Quando autem dare debeat hanc licentiam,& quando non habetur in l. 2.& l. fallaciter. C. de abolitio. Si uero ſine auctoritate iudicis, & tunc accuſator incidit in turpilianum, ut l. 1. C. ad Turpilia.& l. ab accuſatione. poſtea reum in iudicium deducit, ut l. in accuſatione. C. qui accuſa. non poſſ.& l. in ſenatus.& l. qui deſtitit. ff. ad turpilian. etiam ſi ſit tale crimen, de quo lex dicat non tranſigi, ut in adulterio ut l. abolitionem. C. de adulte.& nota. in l. quamuis. C. ad turpil.

5 † Iudex autem hẽt inquirere quamuis accuſator deſtitit,
vt l.

Digitized by Google

vt l. 2. C. de abolitio. & c. 1. & 2. de collu. nam hoc ſpectat poriſſime ad eius officium, ut l. congruit. de offic. præti. & l. iubemus. C. de defenſ. ciuita. & hoc propter utilitatem publicam, ut l. ſi operis. C. de pęn. ſed in priuatis accuſationibus ſit ſecus, in quibus prætor ad nil aliud intendit, quàm ut dirimat controuerſias litigantium, & in criminalibus intendit ut maleficia puniantur, & terreantur homines delinquere exemplis, ut l. 1. §. vnde quæritur. de no. ope. nun. & l. bona fides. ff. depo. & l. 1. C. ad leg. iul. repetun. Si quæratur an eo ipſo, ꝙ reus eſt pactus habeatur pro conuicto, cum uideatur refugere veritatis inquiſitionem per tale pactum, ut l. de crimine. C. de adulte. & confiteri, ut l. conſiliarios. C. de
6 aſſeſſor. & l. in populari. & de ſuſpec. tut. dic, † aut ex crimine irrogatur pęna ſanguinis, & tunc non hr̃ pro conuicto ſi tranſigit, niſi in cauſa adulterii, quod eſt ſecus ſi gratis paciſcatur, ut l. tranſigere. C. de tranſactio. & l. in omnibus. de prævaricat. & l. 1. de his qui ſibi mor. & l. de crimine. C. de adulte. Ratio eſt in adulterio, quia pudicitiam innatam in ſubditis lex exigit per præceptum, ut in aucten. de lenon. & propter delicti frequentiam. 31. q. 7. quid in omnibus. & iō maiorem pœnam exegit, vt l. factum. §. fi. de pęn. Idem credo in raptu, ut l. pe. C. in quib. caſib. pro pre. lib. cum pudicitia uioletur, & maior reatus uerſetur, ut l. qui cetu. §. qui uacantem. de ui publica. Idem in inceſtu, eadem ratione, ut l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de adulte. & 32. q. 7. Si adulteriū. Alii ut Io. dicunt cōtra in his duobus caſibus, quia ſic frequenter committuntur. non autem eſt ratio in adulterio
7 ſola criminis magnitudo, cum iam in † homicidio reproba retur pactio quod eſt maius adulterio. 34. q. 2. ſi quid uerius. quod non eſt, vt d. l. tranſigere. Si vero non irrogatur pœna ſanguinis, dic, quod aut gratis paciſcitur, & non habetur ꝓ conuicto, ut l. furti. §. pactum, de his. qui no. infam. aut per pecuniam, & tunc ſic in crimine falſi, ut d. l. tranſigere, & l. ipſe ſignificat. C. de fal. & l. fiſci. & l. eius. de iure fi. & d. l. in omnibus.

8 † Sed quare licet tranſigere de crimine falſi, potius quàm de alijs, cum in accuſatione etiam de falſo incumbat onus probandi, ut l. vbi. C. de fal. quod non eſt in aliis, vt l. fallaciter. C. de abol. Dico, tranſigi poteſt de falſo, vbi per hoc a qōne pecuniaria receditur, ut l ipſe. C. de fal. quam tranſactionem conſtat in pœnam pecuniariam eſſe validam, ut l. cauſas. C. de tranſac. Item per tranſactionem fides inſtr̃i approbatur, & purgatur turpitudo quæ inerat, ſi eſt cauſa perſonalis contractus per dolum uel metum extortus, ut l. 2. C. quod met. cau. & l. ſi res. ff. de iure do. & l. tranſactione. C. de tranſact. vbi uero non diſceditur a pecuniaria diſceptatione uidetur quod ut in aliis diſtinguatur, an ingerat pœnam ſanguinis, uel non, ut in primo caſu non intelligat̃ conuictus, ſecundo ſic, ut d. l. in omnibus, & l. tranſigere, cum ra
9 tio diuerſitatis reddi non poſſit, ſi tante accuſationem inſtitutam fiat pactio, tunc accuſator non incidit in turpillianū, ut l. 1. C. ad turpil. & l. in ſenatus. ff. eod. Reus vero in cā ſanguinis non habetur pro conuicto, niſi in adulterio, aliàs ſic præterquam in falſo, ſecundum. l. tranſigere. & l. nondum. C. de infam. & l. quoniam. ff. eodem. & d. l. in omnibus. & l. eius qui.

10 † Sed an reo detur exceptio ex pacto. dic ſecūdum quoſdam, quòd aut eſt priuata accuſatio, aut publica. primo caſu ſic a contrario ſenſu. d. l. tranſigere. nam propria erat remittentis, ut l. fi. de priua. delic. & l. j. de pub. iudic. ideo potuit eam remitiere, ut l. iuriſgentium. § ſi paciſcar. de pact. Secundo caſu dic, quod aut irrogatur pęna ſanguinis, & datur exceptio contra alium, & tunc ipſe idem admittitur, ut d. l. tranſigere. & d. §. ſi paciſcar. & l. 3, §. ſi is. de ſepul. uiola.

11 Secundum hoc uidetur † quod ſit melio conditio plus delinquentis, quod eſſe non debet, ut l. 3. §. 1. de don. int. uir. & uxo. & l. diuus. de offic. præd. & l. pedius. de incen. rui. & naufrag & l. præsbyteri. C. de epi. & cle. & ideo dic, qđ in crimine publico exceptio ex pacto non paretur indiſtinctè, ut d. §. ſi paciſcar. & l. ſi unus. §. item. & d. §. ſi is. & l. ius publicū. de pac. Nec ob. l. tranſigere. quia hoc ſolum notare uoluit, ut pactus in cā ſanguinis, non intelligatur confiteri, in aliis publicis criminibus pactus pro pecunia intelligitur confiteri, ut l. in oīb. de præuari, & l. j. de bon. eo. qui mor. ſibi. Rō diuerſitatis eſt, quia qui in hoc dubio culpatur, ꝓ ſolam dationem pecuniæ reum, ut uictum non habebit, cui erat pœna ſanguinis irroganda, cum ibi cauſa ſit diligentius examinanda, ut l. additos. C. de appel. ſecus ubi talis pœna non imminet, nam pręſumitur quod ob malam conſcientiam dederit, ut l. non damnatos. C. de infamib.

12 † In præſumendo ergo crimine, plus proſequitur qui pœnam ſanguinis timet, q̃ qui non timet. Sed declarato crimine per probationes, plus non ſubuenit̃ uni q̃ alteri, immo uterq; punitur ſm qualitatē delicti. Sed quid ſi reus, qui dādo pecuniam habebatur pro uicto, uelit oñdere ſuam innocentiam, an ei ſubueniatur, ut non habeatur pro uicto. Rñdeo ſic, ſi oſtendat, immo repetit datum ſi euidenter accuſatoris calumnia oſtendatur, ut l. ſeruus. §. 1. de adulte. & l. ſi ab eo. ff. de calu. & l. in ſumma. de condi. inde. Sed an qui ab accuſatione deſtitit, poterit pecuniam petere ſibi conuentam ob hoc. Rñdeo, refert quia aut fuit nuda cōuentio, aut fuit in ſtipulatione deducta, primo caſu nō agit. l. ſiue apud. C. de tranſa. & l. quamuis. ad turpilia. Secundo caſu ſi fuit accuſantis euidens calumnia, & non agit. l. in ſumma. de cōdi. inde. Si uero non fuit, tunc diſtinguitur, aut irrogatur pęna ſanguinis ex crimine, & tunc agit, aut non irrogat̃ & tunc non, ut l. ſi quidem. C. de ꝓh. ſtipu. in prin. quia ex parte agentis, turpis eſt pactio. Item quia adhuc poteſt accuſare, & ſic ex parte ſua nullo modo pactum impleuit.

13 † Item quia in pari cauſa melior eſt cōditio rei, ut l. apud celſum. §. Marcellus. de do. except. Sed quid ſi a propinquis & hæredibus occiſi fiat pax, an habebit ex hoc defenſionē ne accuſetur vel puniatur. Dicunt quidam quòd ſic, per l. tranſigere. & l. 3. ff. ad Sylla. & l. 2. C. de aboli. cꝰ quod non, cum ſit accuſatio publica, vt l. 1. de pub. iudic. & iure publico per priuatum, nec in ſe, nec in aliis præiudicari poteſt, vt dictum eſt per d. §. ſi paciſcar. & l. ſi unus. §. pactus. & l. ius publicum, & l. 3. §. ſi is. de ſepul. viol. & l. cętu. §. qui vacantem. ff. de vi publ. & l. maritus. §. quod ſi negauerit. & ibi per Dyn. de adul. Nec obſtat. l. 3. C. de aboli. quia ibi non dicit parari ſecuritatem reo, ſed dicit iudicem petēti abſolutionem debere indulgere, etiam ſi per pecuniam deſiſtere velit, quia ſuam ſequebatur iniuriam.

14 † Item in qōne adulterij, quæ proponitur ad ſeparationē thori pōt fieri reconciliatio, ut in §. adulterium, in auctē. ut nulli iudi. Item in quærela inoffi. teſta. ut l. cum mota. C. de tranſac. & l. ſi inſtituta. de inoff. teſta. Item pōt dici in quærela ingrati, in ſpūali pactio admittitur, & tranſactio reprobatur niſi in matrimonio, vt c. ſiper eo. & c. fi. de tranſac.

15 † Qñ autem ꝓp delicta bona publicantur ipſo iure, & qñ per ſnīam, diſtingue ſic, quod aut quis deliquit circa res quę prohibitę ſunt per legem, & tunc aut deliquit circa illa, circa quæ eſt prohibitum delinqui, ne fiſco pręiudicetur, & ne res venditę transferantur, uel non capaci quis reſtituat hæreditatem, vel tacitam fidem accommodet de reſtituendo, & tunc ꝓp ſuum delictum res circa quas deliquit publicantur ipſo iure, vt l. commiſſa. de publi. & l. 1. §. an bona. de iure fi. & l. imperator. eo. ti. aut deliquit circa res, circa quas eſt prohibitum delinqui, ne præiudicetur priuato, & ne quis inuadat rem alienam, vel ſuam quam alius poſſidet, & tunc non ipſo iure, ſed per ſnīam. vt l. ſi quis in tantam. C. vnde vi. & l. 1. C. ne lice. pot. & l. fi. de litig. Aut deliquit faciendo cōmercium rei ꝙ legem in præiudicium reipublicæ, vt pſtādo arma hoſtib. & tunc non ipſo iure, ſed per ſnīam bonis ſuis priuat̃, vt l. fi. C. quæ res. ex. non de. Aut deliquit circa prohibitum priuilegium in ſui & in reipublicæ fauorem, vt eſt in milite rem aliquam conducente, tunc accipiens ipſo iure ſuis priuilegiis priuatur, & qui eam locauit, ſuis priuat̃ reddi tibus ipſo iure, vt l. fi. §. facturos. C. loca. Aut delinquit mixtim circa res in pręiudicium priuati, & reipub. & tunc vbi delictum commiſſum eſt ipſo iure domino non aufertur, ſed per ſnīam. vt l. quicunque. §. ſi fecerit. C. de hære. Aut deliquit circa res accipiendo eas ante tps a lege permiſſum, vt adeundo hæreditatem ante factam vindictam de morte occiſi, & tunc non ipſo iure, ſed per ſnīam bona auferuntur, vt l. necare. §. 1. ff. ad Sylla. & l. ſi ea. ff. de his quib. vt indig. Secū do caſu principali, qñ quis deliquit non circa res, ſed circa ꝑſonas, & tunc dic, Aut deliquit circa ſe ipſum tantum, ſe occidendo, & bona ſua per ſnīam publicantur, non ipſo iure, vt l. in fraudem. §. eius bona. & §. fi. ff. de iure fiſ. Aut deliquit in ſe cum aliis, vt in Deum vel Principem, vt eſſendo hæreticus, vel apoſtata, vel committat crimen læſæ maieſta. tunc neceſſaria eſt ſnīa ſuper crīę, qua lata, bona ipſo iure publicā tur. l. qui ſquis. C. ad leg. iul. maie. & l. ex iudiciorū. de accuſ. & l. poſt ꝯctum. de dona. l. 1. C. de apoſta, & licet ſtatim non perdat bonorū dñium, ſed per ſnīam, perdit tñ adminiſtrationem eorum, vt l. pen. C. ad leg. iul. maie. & l. donationes. & l. ſi eum. qui & a quib. & d. l. ex iudiciorum. Aut deliquit in ſe, in Deum, & in legem, vt accipiendo filiam, vel ſororē, vel neptem, vel aliam prohibitam in vxorem, tunc ipſo iure omnia publicantur bona, vt in auct. de inceſt. nup. in princi. & in auc. de muli. quæ pri. ma. § ſcimus. Aut deliquit in hominem tantum, & legem, vt liberum hominem pignori accipiendo, & tunc debito priuat̃, vt in auc. vt nulli iudic. §. qa vero. Aut in iudicii conceptione aduerſarium fallit, & tūc ſi circa diffinitionem iudicii in ꝙtumaciam perſeuerādo ipſo iure a ſua cadit actione, vt in auc. qui ſemel.. aut circa ꝑparatoria, vt qa non vult ꝑſtare ſacr̃m, tunc non ipſo iure, ſed per ſnīam, vt in auc. vt lice. ma. §. illo. vel poteſt dici, qđ ſi a lege ſuper his proferātur verba præteriti vel præſentis tps, &

Digitized by Google

tunc per ſententiam.ut in contrarijs,vt l.ſi quis in tantam.C. vnde vi.fallit in auc.de non alien.§.ſuper hoc autem. & per hoc eſt argu.quod per verba futuri temporis fruſtra legata relinquuntur,vt l.Titia cum.in princ.de lega.1. Sed per verba præſentis temporis,ſic,vt l.qui uolebat.de hæredib. inſti. & l.teſtamento militis.de manum.teſta.& l.ex hac.de verb. ſig.& eſt ratio, quia verbum futuri temporis obtinet uim conditionis,ut l.qui promiſit.de condi.& demon.& nota.in l.pen.C.de inſtitu.& ſubſti.

TRACTATVS.

De quæſtionibus, & tormentis clariſsimi ingenij ac legum apicis dom. Baldi de Periglis Peruſini.

SVMMARIVM.

1 *Iudex hnmanitate non modica pollere debet, non enim debet ſtatim ad quæſtiones,& torturas procedere.*
Quæſtio non de qualibet leui cauſa aut crimine eſt habenda.
Indicia quælibet non ſufficiunt ad torturam.
2 *Tortus non eſt ad torturam repetendus niſi duobus concurrentibus.*
Iudex eo uti debet temperamento,ut tortus,aut innocentiæ,aut ſupplicio ſeruetur ſaluus.
Quæſtio quid proprie dicatur.
3 *Quæſtioni poſſunt ſubijci liberi & ſerui,& ſtatuliberi & liberi.*
4 *Minor tredecim annis non debet torqueri,poteſt tamen ferula uel corrigia cedi.*
5 *Decuriones aliquo caſu torqueri poſſunt.*
6 *Quæſtio repeti non poteſt niſi nouis ſuperuenienientibus indicijs,*
7 *Iudex æquus in quæſtione repetenda quæ attendere debeat.*
Tormenta quo ordine ſunt proponenda.
Fœmina maſculo præfertur in tortura,
8 *Tortura ex quibus cauſis poſſit adhiberi.*
9 *Indicia quæ & qualia torturam præcedere debeant.*
10 *Conuerſatio mala operationis malę eſt indicatiua.*
11 *Indicia ſumi poßunt ex trepidatione uel conſtantiæ.*
12 *Fuga indicium facit de maleficio perpetrato.*

Capitulum primum circa diffinitionem quæſtionis.

DE quęſtionibus tractaturus videndum eſt primo quid ſit quæſtio. Secundo quæ perſonæ poſſunt torqueri, & quomodo. Tertio qualiter inquiſitio ſeu quæſtio debet fieri, ſiue cum quo moderamine ſunt habenda tormenta,& quo ordine ſunt homines torquendi,& ex quibus cauſis,& quid opottet præcedere quæſtionem. Item quis ſit quæſtionis effectus. demum formabo aliquas quæſtiones vtiles & frequentes ſuper prædictis.Et vt iudicibus immoderatę ſæuientibus aliqua temperies imponatur,præmittam quinque in generali.

1 †Primum eſt quod iudices qui intendunt de aliquo quæſtionem habere, ante omnia habeant humanitatis rationem ſiue conſiderationem,ut non facile ad tormenta, proſiliant, nec repente accedant quantumcunque accedant, aut adſint veriſimilia argumenta, ſi alia leuiori uia poteſt obiecti criminis veritas haberi ſeu reperiri. ff. eo.l.diuus.1. & 2.reſpon.& l.ędictum.& C.eo.l.quoties.

Secundum vero,quod non de qualibet leui cauſa nec de quolibet leui crimine,nec indifferenter de quibuslibet perſonis habenda eſt quæſtio,vt d.l.ædictum.

Tertium vero quod quælibet indicia non ſunt ſufficientia ad tormenta habenda. tunc enim torquendus eſt reus cum ſuſpectus,& indicia præceſſerunt talia quod ſola confeſſio deeſſe uideatur,vt.ff.eo.l.1.2.reſpon.

2 Quartum vero quod in quæſtione non eſt quis repetendus,niſi duo concurrant contra eum,ſcilicet quod noua ſuperueniant indicia,& quod tortus in fortitudine corporis quantumcunque duraverit,ut ff.eo.l.unius.§.1.

Quintum vero quod iudices hoc temperamentum tenere debeant ut tormenta, non ſumant de aliquo in immenſum,nec quantum poſtulauerit actor, ſed quantum moderatę rationis temperamenta deſiderant, adeo quod tortus ſaluus innocentię,vel ſupplicio conſeruetur, ut l.de minore.§.tormenta.& l quæſtionis modum.ff. eo. Aliàs tenetur de iniuria.ff eod.l item apud. §. quæſtionis. Et quæſtio diffinitur ſic.Quæſtio eſt inquiſitio quædam quæ fit ad eruendam ueritatem per tormenta & corporis dolorem. Nuda ergo interpretatio & interrogatio,uel leuis intentio pertinet ad hoc ędictum,ut ff.de iniur.l. item apud. §.adiicitur.

3 verſi. quęſtionem.†† Quæ perſonæ torqueri poſſunt?& certè torqueri poſſunt tam liberi, quàm ſerui & liberi & ſtatuliberi,ut l.ædictum.& l.ex libero.ff.eod.& l. prægnantis.ff.de pęn. Licet quidam dicant liberos homines indubitanter tã in ſeipſos quã in alios poſſe torqueri,ut l.ex libero.in prin. ff.eo.& l.unius.§.teſtis.l ſicut.& l.ſi quis decurio.C. de fal.& l.proditores.ff.de re mil.in cor.ut iudic.ſine quoquo ſuf. §. omnes.coll.2.quo ad crimina,& quo ad perſonas cuiuſcunque conditionis exceptis in dignitate poſitis torqueri permittit.C.quib.ex cau.infa.irro.l.nullam.ubi de hoc.C.de aſſeſ.l.nulius.in fi.Omnia ſupradicta loquuntur de quæſtionibus habendis de liberis homiſiibus,excipiuntur aliquę perſonæ quas ius torqueri non ſinit, quidam propter ætatem, ut minores.13.annis.

4 Nam torqueri non poſſunt,verumtamen ferula cędi, uel terreri corrigia, uel uirgis leniter poſſunt ad eruendam veritatem;ut l.j.§.impubes.& l.excipiantur.ff. ad Silleia.& l. de minore.primo reſponſo.& l.ex liberto.§.de minore.ff.eod. Item decrepitis ſubuenitur, ut non torqueantur. Sed quæ dicitur iſta ętas cui debet ſubueniri,Reſpondeo ut ff.ad Sil. l.2.§.ignoſcitur.Item poſiti in dignitate non torquentur ut eminentiſſimi iudices,& milites,& decuriones,& filii,& nepotes.l.prædictorum,ne aliqua macula in eos aſpergatur,ut de eo.l.milites.& l.diuo Marcho.& l. decuriones. ff. de decur.l.fin. ſed in quibuſdam criminibus dignitas non præbet excuſationem,nec minoritas quin torqueantur,ut in crimine læſæ maieſtatis proditionibus & quibuſdã aliis,ut ff.eodem.l.ex liberto. §. 1.de re milita.l.deſertores. §. is qui.& l. proditores.

5 †Item decuriones in a iquo caſu torquentur cum quæritur de fide inſtrumentorum,quæ ante decurionatum fecerãt, ut l. ſi quis decurio.C.ad l.cor.de falſis. Itẽ mulieres dũ ſunt prægnantes torqueri non poſſunt.ut l.prægnantis.ff.de pę.hinc non eſſe in immẽſum habenda ne quanta poſtulauerit accuſator ſed moderatę rationis &c. ut l.de minore. §.tormenta.ff.eod.Et circa hoc non poteſt certa doctrina dari nec tradi.Sed iudex conſiderabit cuius fortitudinis ſit torquendus,uel cuius ualetudinis,cuius ętatis, & ſecundũ ætatem,varietatem perſonarum,varietatem criminis ſeu alterius negotij qualitatem quandoque a ſuperioribus, quandoque minoribus vtatur tormentis.Et quod hæc ſint conſideranda arguitur per iura.ff.de re milit. l.3.§.fin a.l.ſi quis ad Sille.in princ.& §.conueniatur.& l.j. §. impubes. Dic ergo torqueri vt innocentiæ,nel ſupplicio conſeruet incolumen. Sed quid ſi ſit ſemel habita quæſtio qui nil forte dixit, uult iudex repetere quæſtionem de aliquo nouo accidenti,nunquid poteſt?videtur quod ſic,per l.repeti.ff.eo.& & ubi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus, ut l.de prætio.ff.de pub.

6 †Tamen dic quod non niſi nouis indiciis interim habitis,ut quia tortus dicebat nullum iſta nocte iacuiſſe ubi maleficium fuerat commiſſum,poſtea inuentum,eſt per teſtes quod alius uel ſimilis adiit. Et hæc eſt communis opinio. non tamen allegant aliquid,tu allegabis. ff. de uerborum ſignificationem.l. boues.§.hoc ſermone. ff. pro ſoc.l. ſi ſocius pro filia. §.ne ſi prior. Aſſeſſores tamen honoris auidi,& cupidi hoc non ſeruant, immo quotidie quæſtiones repetunt abſque nouis indiciis quouſq; de obiectis annuant ueritatem,quorum opinio poteſt argumentari ſeu defendi per l.3.aucten. de iudic. ſine quoquo ſuffrag. §. oportet. columna ſecunda, vbi iudices torquent furem,& non prius conquieſcant.

7 †Conſideret autem bonus iudex in quæſtione repetenda quomodo tortus in animo & fortitudine corporis perſeuerauerit.ff.eod l.vnius.§.reus.Quo ordine ſint habenda tormenta.Reſpondeo ſagax iudex ęſtimabit & conſiderabit a quo facilius poſſit ueritas erui, ut ab iſto quæſtionem incipiat, & a timidiori magis ſuſpecto,a minori & etiam a debiliori non autem a fortiori.ff.eodem.l.1.§ 1.& l.unius.j. reſpon.Item ſi torquendi ſunt pater & filius a filio incipiat, & in aſpectu patris,quia per hoc citius dicet pater cum ipſe magis torqueatur.l.iſti quidam.ff.quod me.cau. & inſtit. de noxa.act.§.ſed uereres. Item fœmina prius torqueatur quàm maſculus quia homo tanquam maioris & conſcientiæ,& conſtantiæ tardius confiteretur,& mulier citius,quia momentaneum,& inſtabile cor habet.C.de inofficio.teſtamento.l. filia.extra de uerborum ſignificatio.capit. forus.l. differre.ff.de iure fiſc.

8 †Ex quibus cauſis torqueantur homines?ex ciuili & criminali,& tunc cum aliter ueritas non poteſt inueniri ff. eo. l.diuus.& l.ex liberto.& l.quoties.C.eod.in ſumma.eodem titu.non tamen ex omni cauſa torquendus nec quilibet indifferenter.ff.eod.l.ædictum.Sed quæritur quæ oportet præcedere quæſtionem. Dic indicia ſufficientia & ueriſimilia, quia a tormentis non eſt incohandum.ff.eod.l.1.1.reſpond.

Nam

Digitized by Google

Nam sine præsumptionibus non est quis torquendus. ff.eo dem l.diuus.& l.maritus.& l.fina.C. de Fale. l. sicut.in fi. Et certe rectoribus est valde considerãdum,& ponderose aduertendum,nunquid præcedentia sunt verisimilia & sufficientia ad habendam torturam,cum aliàs restitutio vel appellatio subsequens prodesse non possit. Nam plurim dum torquentur deficere solent.ff.de pę.l.aut.§.1.& ideo torturam oportet præcedere indicia,ut probatur in iuribus præallega. & C. eod. l. milites.& l.cum cognitionaliter.& cum similibus.

9 †Sed quæ & qualia indicia? Respondeo non bene potest dici sed committitur arbitrio iudicis. ff. de testibus. l. 3. in princ.ibi tu magis scire &c. Sic dicitur de mora & accessionibus.ff.de diuer.& temp.præscrip.l.accessionibus.ff.de usu. l.mora.& istud est generale, quod non determinatur a iure,ideo relinquitur arbitrio iudicis, ut in pœnis a iure non determinatis,vt in l.hodie.ff.de pę.& l sancimus.C.de pœn. ff.de effract.l.2. §. 1.& sic de tempore quod indeterminate profertur.ff. de iure delib. in l.j.in prin. Possumus tñ in genere talem doctrinam ponere quod discretus iudex solenniter instare debet ad indagandum indicia cõtra delictum ex aliquo crimine. Nam indicia sunt aliàs probationib.proxima. Et dicuntur indicia quasi demonstratiua mentis, & ueritatis,& probationum adminicula. C. de probatio. l. instrumenta.& l.fina.sunt autem indicia pars probationis clarę.C. qui testam.facc.pos.l.hac consultissima.§.demum ibi indicia &c. Et dicuntur indicia ab indicando,unde indicia id est debita adminicula ad indagandam ueritatem.C.ad.l. iul.de adul.l.si quis adulteri.ff.de præscri.ver.l. solent.

10 †Quærat iudex instanter cum quibus,per quæ loca cõuersabatur delatus quem torquere intendit,quoniam mala cõuersatio est malę operationis indicium.ff.de admi.tuto.l. si plures.§. assiduę. Nam ex mala conuersatione bonus efficitur uitiosus.ff.de ædil.ædic.l. ædiles. §. pedibus ibi, aleator forte &c. Nam cum Psalmista ait. Cum sancto sanctus eris, & cum peruerso peruerteris &c. Dictum Philosophi qualiscunque talium consolatio delectatur. Item consideret loca quibus conuersabatur,quia ex locorum uarietate uaria colligitur coniectura,ut C.si manc.ita.fu.al.l.fi.ff.de pœn. l. aut. §.omnem. Item iuste quæritur si erat inimicus offensi uel si aliqua offensio interuenerat inter eos,quia tũc erit præsumptio culpæ,quia inimicum de inimico malum cogitare,& facere facilius ius permittit pręsumit, ut ff. de his. qui. ut ind. l.si inimicitiæ.ff.de adim.leg.l.4.§.fina.ff.eodem l.1.§. præterea inimicorum. Item inuestigare debebit cuius æstimationis,& famæ,qualis enim fama,& opinio cuiuscunque in ciuitate talis præsumitur ff.eodẽ.l. de minore.§.tormenta.ibi uel cuius æstimationis.ff.de rei uendi.l.si ambo.1. respon.in auc.de testi.l.sancimus.alias.§.1.coll.7.

11 †Item poterit iudex sumere indicia ex constantia uel trepidatione uocis,vel membrorum,uel pallore,ut d.§.tormẽta.locutio enim & constantia & trepiditas est æstimatio cuiuscunque,ideo æstimanda & indaganda est,quouiam multa afferunt ad inuestigandam veritatem,& in lucem emergunt,ut d.§.tormenta. Item inquirat cuius vitæ primo fuerit,& an talia uel consimilia de quibus inculpatur ad præsens facere cõsueuerit. Nam de unoquoque bonum uel malum præsumimus,consideratis primo agitatis ab illo.ff. de re mili.l.desertorem.§.fina.ibi qui ad hostem confugit. & l. non omnis.§.a barbaris.ff.de suspec.tuto.l.tutor quoque. §. quandoque potest. ex gestis enim præteritę vitæ metimur gesta præsentis,ut C.de pra po.agen.in rebus.l.secunda.§. fi. lib.12. Item an fuerit eum minatus,quoniam erit indicium quod operibus impleuerit quod uerbis terrendo profudit. cum ex dictis hominum facta pensemus.C.si quis impe.male.l.prima.ff.de sup.leg.l.labeo. Item considerandum an talis sit qui consueuerit & posse habuerit talia implẽdi, quod est notandum ad l.iul.maiest.l.famosi.ibi. an poterit facere & an ante quid fecerit.

12 †Item si iam fuit indicium contra eum uel se absentauit post perfectum maleficium.argum.in auct.de exhib.§. si uero.& de confes.§.consiliarios.cum simi. Item testes recipiat super maleficio loco vbi fuit commissum de uoce publica & fama,quæ ipsa omnia coadiuuant effectum ad tormenta. ff. de solu.l. 1.§. flumen. ex multis aliis casibus indicia formar ad formandum conscientiam pro inuenienda ueritate delicti & criminis.

SVMMARIVM.

1 *Confessio rei non statim sibi præiudicat, sed expectari debet eius in eadẽ perseuerantia.*
2. *Crimen sponte confessus statim est incarcerandus.*
3 *Torto in tortura contra alium deponenti quando credatur.*
4 *Reus in quibus casibus sit de alijs interrogandus.*
5 *Accusatus super uno furto & tortus, si confessus fuerit,an possit torqueri super alijs.*
6 *Torquendus per ens cilationem ad reprobanda indicia, an, sit audiendus.*
7 *Defensio sua nemini est deneganda.*
Testis quando dictum suum retractare possit,
8 *Confessio facta in tormentis, an aliquid nperetur, si in ea non perseueretur.*
9 *Tortus absque indicijs sibi non præiudicat confitens in tormentis.*

Secundum capitulum loquens de effectu quæstionis.

Denuo restat videre quis sit quę stionis effectus. Et certe absque fortitudine tormentorum ultro qui crimen confiteatur, dixerunt quidam præceptores moderni eum non esse damnandum.

1 †Sed debet iudex stare per diem uel per aliud tempus secundum qualitatem criminis, & personæ conditionem & interim facere reum coram se præsentare, ut tunc interroget an uelit perseuerare in confessione quam fecit aut contradicere uel reuocare. Et hoc ideo dicunt ipsi, quia cõfessio rei statim non præiudicat nec statim facit plenam probationem,ut C.de custo.reo.l.secunda. Item intelligant leges quæ non distinguunt formidine tormentorum an sponte habita confessio,ad hoc.ff.eodem.l.prima.§.diuus.ibi cõfessiones reorũ pro exploratis facinorib. haberi non oportere.& §.si qnis ultro.& sic dicebant ipsi,interesse inter confessionem habitam in ciuilibus,& habitam in criminalibus in hoc scilicet,in ciuilibus nõ est opus perseuerantia sed statim tenet,in criminalibus uero si ultro sine formidine tormentorum habita fuerit confessio opus est perseuerantia per prædicta iura. Nec mirum dicebant ipsi si intelligãt ponderatè. i. solenniter procedatur tam in criminalibus quàm in ciuilibus. Nam vbi est maius periculum, ibi est cautius agendum.C.de Fal.l.ubi est melius.C.de pœn. l. qui sententiam.extra de elect.capitu.ubi maius.libro sexto. Nec mirũ si tam variè,quum criminalia indicia nihil cõmune habent uel simile cum ciuilibus in prin.de publi iudi.

2 Tu dic contra.& hæc est communis opinio † quia si quis in se confitetur crimen sponte statim est incarcerandus & illico absque alia confessione uel perseuerantia damnãdus. ff.de custo.reo.l.fina.1.respon.& C.de pœn.l.conreis. Ita intelligunt,l.confessus ff.de custo.reo. Non obst. §. si quis ultro.& §.diuus quia intelliguntur in confessionibus habitis in tormentis,& sic intelligitur.l.secunda.C.de custo. reo.secundum ueriorem lecturam, ut patet in fin.l. ibi. & sic &c. Sed si in tormentis uel formidine tormentorũ, & tunc non debet statim haberi pro explorato,ut dic. §. diuus.& C.app. rescin.non posse.l.secunda.& est ratio,ut ff.eodẽ. l prima.§. quæstioni.& c.& tunc habet locum.l.secunda.C.de custod. reorum.ut iudex faciat ad se criminosum redire, & quærat utrum uelit criminosus in sua quæstione perseuerare an retrahere & si perseuerauerit tenet confessio alias non, ut §. si quis ultro.& lege secunda.C. quæ appellat.non recipi.

3 †Sed quid si aliquis subiicitur quæstioni, & confitetur cõtra alium.nunquid sterur dicto suo? Respondeo distinguendo,aut torquetur simpliciter in alios,ut in socios non in se. & tunc statur dicto suo cum aliis indiciis,ut iudex ex dictis torti & aliis indiciis ad condemnationem procedat. C. de asse.l.nullus.in fi.ff.eo.l ę dictum.& l.j §.qui quæstionem.ibi alterum, ne magis suggereretis quàm requireretis & c.ad idem Tullius in Topicis. Nam in tormentis ubilibet fatigati quæ dicunt ueritas ipsa uidetur dicere saluo si ibi dixisset de inimico,quia non est facile credendum. Sed nec scilicet omnino fides retrahenda,sed causa cognita fides erit adhibenda. alias non.ff.eodem.l.1.§.præterea, & argumen. ff de test.l.tertia.in princip.aut loquetur in se,nibil de se confitetur, tunc habent locum proprie supradicta. si uero confiteatur de se & aliis,& tunc secundum Accur.cuius opin.ualuit,est in ueritate regula,& instantia regulæ regulariter de proprio scelere confessus super conscientia non scrutetur aliena,quia tortus de se non confessus debet interrogari de aliis maxime consociis,ut ff.eod.l.qui de se. C.eod.l.sicut.in princip.C.de actio.l fina. Tunc si de facto suo interrogatus dicat,sine interrogatione accuso alios,nõ statur dicto eius, fallit in casibus in quibus de se confessus interrogatur de aliis,si tamen contra illos uel alios pręcedant indicia.

4 † Primus casus in omnibus latronibus, & maxime qui de se confessi torquendi sunt, & interrogandi de sociis de mandatoribus,& receptatoribus.ff.de custo.reo.l.diuus.C. de fer.l.pen. Secundus.C.de fal.mone.l.1. Tertius ad exhib. l.fi. Quartus de seruo de nece domini in se confesso, ut torqueatur

Digitized by Google

queatur,& interrogetur quo mandante &c.ff.ad Sill.l.prius & l.& ſi percuſſor.Quintus ad Laquil.l.inde Neratius. §. & ſi ſeruus.Et bene dicitur ſi aliqua præcedant indicia, quia alias non debet de aliis interrogari.C. eo. lib. Item eius reſponſio non erit plena probatio contra alios quos inculpauerit. Sed nunquid propter iſtam talem præſcriptionem poterunt iſti inculpari, & ad tormentum poni. Reſpondeo quod ſic in dictis caſibus.arg.præal.nullus.& ar.ff.eo.l. ædictum,& ar.ff eod.l.1.§.cum quis latrones.ar.quod idem in alijs.ff.eo.l.1.§.diuus Adrianus Colfurnio.In alijs uero nō. l.fin.C.de accu.ff.eod.l.is qui.Sed quid ſi perſona inculpata a torto ſit homo malæ famæ,& cōditionis,nunquid in aliis factis caſibus quā in iſtis explicatis poterit ſubijci quæſtioni.Dic de iure,quod ſi non præceſſerint indicia ſufficientia nec inculpatio eius facta erit,vt C.de act.l.fin.ff.eo. l. is qui. ergo quod inde ſequitur perinde ideſt tanquam prohibente factum non ualet,ut l.non dubium.Tamen de conſuetudine uidetur torqueri:pro qua.ff.eo.l.1.§.diuus.

5 †Sed quid ſi accuſatur quis de furto indiciis præcedentibus,ad iſtud furtum torquetur,& confitetur illud furtum, nunquid procedit in tortura ſine reperitur vt indicet,& cō fiteatur de alijs furtis a ſe factis, & commiſſis ad quæ nulla habentur indicia.Dic quod non de iuris ſubtilitate. argum. eorum quæ dicuntur in proxima quæſtione. Pro iſta parte eſt etiam,quia quantum ad iſta furta de quib. in genere vel ſpecie non quæritur nulla procedunt indicia, & ſine indiciis nemo torquendus eſt.C.de fal.ſicut.ff.eod. l.j.in princ. & l.maritus.Sed de generali conſuetudine Italiæ ſeruamus contrarium,& ſpecialiter in furtis,quia frequentant magis, quæ conſuetudo poteſt adiuuari per l.non omnes. §.a barbaris.ff.de re milit.l.congruit.de offic.præſi. Sed quid ſi aliquis nondum eſt in tormentis,& dicet tormentetis me quā tum uelitis,quia non ſum culpabilis nec aliquid dicam, ſic omnia diſſitetur,nunquid debet ſtatim a tormentis relaxari,& dimitti ut recedat.Certe nō,immo procedatur ad torturam cum temperie, vel aſperie ſecundum criminis qualitatem:& ſi confiteatur, bene quidem, ſi non iudex debet ipſum in carceribus detinere,& ſi noua aderunt indicia, & quæſtionem repetet,& alterius thematis a prima. Si autem non aderunt indicia noua, tuuc ſtatuet actori dilationem competentem ad probandum,& ſi poterit conuinci condē nabitur,aliàs non.ff.eo.l.2.§.præterea,& l.unus.

6 † Sed quid ſi præcedunt criminis indicia per quæ iudex informatus procedere poteſt ad torturam.Dicit reus domine iudex detis mihi defenſionem alias dilationem antequā ponatis me ad torturam,quia paratus ſum incontinenti redarguere contra indicia recepta cōtra me.Nunquid eſt audiendus,& ſibi ſit defenſio danda antequam torqueatur. Videtur quod non per l.4.C.ubi ſena.vel cla.l.ibi. nec quas ante probationes iniurias,& cætera:cum in illis perſonis in dignitate conſtitutis ſit ſpeciale,ergo in cæteris perſonis contrarium erit ius commune ff.ad municipa.lib.1.in fi. Præterea primo probat actor,fundata intentione ſua reus poterit exceptiones ſuas proponere.C.de except.l.ſi quidam.& de proba.l.exceptionem.ergo debet fundare,& probatur intē tio communiter per teſtes, & per cōfeſſionem rei antequā torqueantur,maxime quādo quid tale allegatur per ipſum accuſatum quo probato nō deberet iudex ad tormēta procedere illa rōne,quia ab interlocutione facta a iudice quod aliquis torqueatur appellatur.ff.de appel.l.2.& eſt conſideranda cauſa quare a tali interlocutoria permiſſum eſt appellare. Nam ſi defenſio permitteretur poſt torturam non poſſet poſtea recuperare detrimentum membrorum, ut d. l.aut.notatur.modo eadem ratio vendicat ſibi locū in propoſito ſeu cum appellatur uel defenſio datur ſi primo alias ſi non appellatur.Nam ſolent quidam deficere in quæſtione.ff.de pēnis.l.aut.§.1.

7 †Præterea etiam alias confeſſo ſua defenſio datur. C. de cuſto.reo.l.2.multo magis huic non denegabitur. præterea quod iam condemnato ex confeſſione ſua in tormentis ēt perſeuerata princeps ſubijcit etiam poſt ſententiam retractando ſi conſtiterit de innocentia condemnati.ff. eod. l.1. §.ſi quis ultro.Si ergo iam condemnato,& confeſſo conceditur defenſionis facultas,multofortius ante torturam denegari non debet.Cui enim quod plus eſt conceditur non debet denegari quod eſt minus,ut in regula iuris.Quid plura? lex dicit cuicunque petenti defenſionem danda eſt. ff. eod.l. unius.§.cogniturum.ibi quoque ipſo poſtulante reo &c.Sed quid ſi teſtis fuit tortus,& in tortura confeſſus nūc ante ſententiam dicit ſe erraſſe, nunquid poterit reuocare errorem ſuum.Reſpondeo aut eſt error facti, aut iuris. Primo caſu poteſt vſque ad ſententiam.Et eſt ratio quia nō videtur fateri, qui errat. ff.de confeſſ.l.2.in princip.Item talis error non ſolet uſque ad ſententiam obeſſe.ff.de iu. & facti ignor.l.2. Nam condemnatus ex confeſſione in tormentis ſi nec perſeuerauit,& in ea innocentiā ſuam docere voluerit, & ſi oſtenderit,abſoluatur.ff.eo.l.j.§.ſi quis ultro. multofortius errorem ſuum ante ſententiam probare uolens debet audiri.Item iſte non perſeuerauit in confeſſione ſua ex quo non expectauit ſententiam.Item confeſſus formidine tormentorum auditur appellans.C.quo.app.non reci.l.2.ſi erraverit in iure,tunc non poterit uenire contra confeſſionē ſuam,ut d.l.error.

8 †Sed quid ſi aliquis eſt coufeſſus in tormentis, nec perſeuerauerit in ea,nunquid talis confeſſio aliquid operabitur, uidetur quod ſic,ſcilicet ſemiplenam probationem,ut not. C.de cuſto.reo.l.j.& ff eod.l.j.§.diuus.& intelligitur in confeſſione torti in qua non fuit perſeueratum.vel dic, & forte verius quòd ſi perſeueratum ſit, talis confeſſio non plenā nec ſemiplenam probationem inducit.quoniam nullo modo confitetur, & formidine tormentorum confitenti ſine perſeuerationeæquiparentur.C.quando app.nō ſit.l. 2. Sed quid ſi aliquis eſt tortus nullis legitimis indicijs præcedentibus,nunquid valet eius confeſſio.

9 †Dic quod non quantumcunque in ea perſeuerauerit ut eſt expreſſum.ff.eo.l.diuus §.ex quibus.& l.pen. ſecundum unam lecturam.& ar.C.ſi ex fal.inſtr.l.3.& 4.probo a tormētis non eſt incipiendum.ff.eod.l.1.2.& 3. l. maritus. & l. miles.C.eo.ergo ipſis deficientibus quicquid ſequitur ipſo iure non ualet,ut l.non dubium.C.de legi.& de fide inſtrum. l.1.lib.10.de appella.l.nominationis.& ff.de reg.iur.l.diuus. cum ſimili.&c.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio quæ,& quando in tormentis facta dicatur.*
2 *Statuto dictante quod quis nequeat quæſtioni ſubijci,an poteſtas talem detinens in carcere uel aliter affligens,incidat in pœnam ſtatuti.*
3 *Reus tortus ad quem locum ducendus ſit ad perſeuerandum confeſſione facta in tormenta.*
4 *Liber homo an,& quando torturæ ſubijci poſſit.*
5 *Perſona auctentica ſeu notabilis an debeat ſupponi tormentis.*
6 *Iudex ſeu poteſtas in tormentis modum debitum excedens puniri debet.*
7 *Iudex debite officium ſuum exercuiſſe præſumitur, niſi contrarium probetur.*
8 *Iudex in puniendo modum excedens præſumitur non iudex.*

Capitulum Tertium circa confeſſiones in tormentis.

Dictum eſt ſupra quod confeſſio facta in tormentis,& reſponſio facta non præiudicat niſi in ea fuerit perſeueratum.

1 †Sed quæro quæ dicitur facta in tormentis. Reſponſio facta in tormentis eſt cum ad pedem torturæ ducitur,& ligantur manus,& torturæ iuducitur,quod niſi incontinenti confiteatur ſubiiciet eum quæſtioni. certe non eſſet talis confeſſio niſi fuerit in ea perſeueratum,quia lex æquiparat confeſſionem factam in ipſis tormentis, & extorta formidine tormentorum.Et no.quod ibi dicitur de formidine tormētorum,non autem dicit in tormentis,& ibi ita ſentit glo.argum.ff.de iniur.l.item apud.§.2.dicitur ibi quæſtionem intelligere debemus.& tormenta,& corporis dolorem adeꝛuendam ueritatem.Nuda ergo interrogatio,uel leuis territio:a contrario conſenſu,non leuis territio habetur per ipſa tormenta,& ad hoc accedit ſufficit terror armorum, & ſi uſus eius non ſit.ff.de ui & ui arma. l.1.§.ſi arma.& ad l. Cor.de Sica.l.1.ubi æquiparantur hominem perimere gladio & in manu ipſum ſtringere.& dicit.ff.ex qui.cau.maio. l.iu.& C.quod met.cau.l.metum.

2 †Sed quid ſi continetur in ſtatuto quòd quis non poſſit torqueri niſi in certis caſibus:poteſtas honoris auidus extra illos caſus conceſſos per ſtatutum vellet eruere veritatem criminis,non tamen uult eum ponere ad tormenta ne incidet in pœnam ſtatuti.Sed quid facit?præcipit eum teneri in turri uel in alio loco denegando ſibi alimenta donec confiteatur,uel in hiemę facit eum ſtare ſpoliatum.Nunquid uidetur eum ponere quæſtioni, ut ſic dicamus eum incidere in pœnam ſtatuti &c.Dic quòd ſic.l.item apud.ff.de iniu.§. quęſtionem.ibi uel malam iutētionem habuerit. Sed quid ſi extra locum torturæ, aut circa tribunal ubi ius redditur iudex examinans delatum de crimine dicens aut tu cōfiteaꝛis,aut te ducam ad tormenta,& torquebo te, nunquid dicetur confeſſio formidine tormentorum facta. Dic quod non,quia leuis territio,ut l. item apud. §. quæſtionem.&c. C.quod met. cau. l. metum. Quia non iactationibus tantum,ſed quæſtionis probabilem verę torturę comparendæ accipere debemus præſentiam,& inſtantis torturæ ſicut de

metu

Digitized by Google

metu instantis cruciatus,vt ff.quod met.cau.l. metum, primo respons.ex quib.cau.maio.l.3.ad fi.leuis autem territio,& extra locum torturæ facta eluſoria eſt,ar.ff. ſi an pluſquam per fal.hæc ſatiſdatio.Dictum eſt quòd confeſſio facta formidine tormentorum non habetur pro explorato facinore niſi fuerit perſeueratum.

3 † Quæro in quo loco ducendus eſt reus ad perſeuerandum. Reſpondeo apud acta vel in alio loco publico extra conſpectum torturæ,& iam uidimus expertos ad defenſiones in perſeuerantia conuocare teſtes ſub publico teſtimonio qđ ſibi faciunt,talis tali die pſeuerauit,& ꝙfirmauit &c. in præſentia talium teſtium &c.& bene faciunt per l.2.C.de cuſto.reo.ibi ſub publico teſtimonio &c.Sed quando tempus debet eſſe in medio inter confeſſionem tormenti, & pſeuerantiam. Reſpondeo, lege non determinatur,ut d.l.2. C.de cuſto.reo ibi poſtmodum eductus &c. non tamen dicit quid ſit iſtud modicum tempus. Poteſt dici quòd ſit arbitrio iudicis inſpecta perſonarum qualitate,vel enormitate,vel leuitate criminis.Cum enim a iure tempus non præfigitur iudicis poteſtati committitur.ff.de iur.deli. l.1.in fi. de pe.l.hodie.ff.de eſtra.l.1.Sed quis debet intereſſe qōni?re ſpondeo ut ff.de adul.l.ſi poſtulauerit.§.quæſtioni. In ſecreto autem recipiunt dictum ſuum.teſtis enim ſimilitudinem habet tortus,ut in ſumma huius tituli. §. ſed habetur. & ff. de quæſtio.l.1.§.imperator.

4 †Sed nunquid liber homo poſſit torqueri? videtur quòd non,quia totus eſt titulus.C. & ff. tātum de tortura videtur ſentire.Tu dic liberos homines toqueri non ſolum in alios, vt ff.eo.l.ex lib.1.reſponſo.& l.unius §.teſtes.& C.de aboli. l.fallaciter.§.quod ſi ingenua uel ingenuorum. C. de aſſe.l. nullus.ff.de cuſt.reo.l.diuus.Sed etiam in ſeipſos quādo deferuntur de aliquo crimine.C.eo.l.cognitionaliter.C.de in fam.l.nullam.& ibi de hoc.C.de falſa.l. ſicut. ff. de re milita. proditores.decurio poteſt torqueri per l.ſi quis decurio.C. de fal.vbi decurio torquetur,& alius quam liber homo non poteſt eſſe decurio.ff.de decurio.l.ſequitur. Et ita etiam cō ſuetudo generaliter ſeruat,& do.Azo in ſum.huius titu. §. torqueri.& §.torquetur.

5 †Sed nunquid perſona auctentica debet ſubiici tormentis.Et certæ tit.C.& ff.de q.videtur cōſiſtere circa ſeruos torquendos,& liberos homines in teſtimonio vacillantes. Sed tu dic quod ipſę principales perſonæ ſubiiciendæ ſunt quæſtioni,ut C.eo.l.3.& ff.eod.l.j §.diuus & §. ſi quis ultro.& l. unius.& ff.de re mili.l.prodito.præcedere tamen debent indicia,ut ſupra dixi. Sed quid ſi iudex in torquendo ita modum excedit quod hominem extinxit uel debilis effectus eſt.Reſpondeo uidetur teneri.ar ff.ſol.mat.l.ſi cōſtante. §.ſi maritus.inſti.de his qui ſunt ſui uel alien.in §.1.2.reſponſo. & melius.ff.ad l.aquil.l.Sed & ſi quemcūque.§.intelligitur. ff.de uſufru.l.locum.§.fi.l.eleganter.§.plane.ff. de pig. actio. Nec prodeſt enim quod unus iudex facit cum deliquerit, nam omne maleficium prauè præſumimus actum.C.de iniur.l.ſi non conuicii,& de Sica.l.j.

6 †Præterea ſi in torquendo modum quis excedit puniendus eſt,ut.C.de emen.pro.l.1.nec iudicem excuſet officiū, quia ſicut priuatis, ita magiſtratibus prohibitum eſt aliqd illicitum facere.ff.de iniur.l.nec magiſtratibus.Econtra uidetur quod non teneatur,quia hoc fecit cauſa ueritatis eruendę, & facit exequendo ſuum officium non animo interficiendi vel debilitandi,ergo non debet teneri,neque enim quis delinquere videtur niſi malignum animum habuerit. ff.de ver.ſig.l.ſæpe.in fi.nam maleficia uoluntas, & propoſitum diſtinguunt.l.qui in iure.in prin.ff.de fur.& facit. ff. de acqui.poſſ.l.q in eo.& alibi,tunc crimen committatur cum nocendi uoluntas interuenerit non aliàs,ut C.de Sica.l.1.ff. de libe.ho.exhi.l.3.aliàs.§.1.Præſumit enim princeps bonū de officialibus ſuis,niſi contrarium manifeſte appareat, & doceatur.ff.de offi.præſi.l.1.ad fi.Nam creditor rem obligatam afferendo non præſumitur deliquiſſe, quia notabilis præſumptio.ff.de fur.l.cum creditor.

7 †Sic etiam a ſimili in propoſito iudex præſumitur ſui officii exequendi cauſa iſtud feciſſe non autem animo nocēdi,licet enim culpam ēt torquendo excedendo modū nō habuerit iudex per hoc non tenetur.l.Cor.de Sicar. quia in delictis lata culpa dolo non æquiparatur.ff.ad l.Cor. de Sic. l.in lege.Item cauſa propter quam aliquid fit ſeruandum remanere impunitum, quod alias coęrcendum eſſet debet attendi ff.de pęnis.l.aut.§.cauſa.Sed officii neceſſitas impunitum ſuadet remanere, quod alias coerceri debet. ff. de his qui.ut indi.l.poſt legatum.§.adnocatum. & l. tutorē.ergo &c. Præterea ſi non apparet quo animo fecerit, præſumendum eſt potius zelo iuſtitiæ, & ex uigore officii facere,quàm malo conſilio id feciſſe.ff.de acquiren. poſſeſſ. l.uidetur.& pro ſocio.l.merito.& pro hoc arg.C. qui accu. non poſſ.l.2.in fi.vbi tutor de falſo inſtrumento procedendi in cā publica,ſi nō ꝓbat nō ꝓſumitur nocendi animo ac cuſationē inſtituiſſe,niſi euidenter probetur,tamen regulariter qui non probat calumniari uidetur.C.de aduo. diuer. iudi.l.j.Solutio,diſtinguunt quidam ſi apparet quod hoc fecerit ex uoluntate doli tenetur.ſi abſque culpa, & caſu nullo modo tenetur.ſi autem cum aliqua culpa in exercendo modum non puto teneri,ut C.de emend. ſeruo.l.j.& eſt bona argumentatio de poteſtate,& rectore.ff.de verbo.ſigni. l.poteſtatis uerba. ſi autem ſine moderatione modum excedendo in quæſtione hominem extinxit uel debilitauit
8 tenetur,†quia ſtatim quod modum excedit,fingitur non iudex,& punitur tutor non recte adminiſtrando, ut non tutor,& tanquam quilibet tenetur.ut ff.de fur.l. tutor. ff. pro empt.l.qui fundum.§.ſi tutor.arg.C. de epi.& cleri.l. generaliter.quid plura,eſt caſus.ff.de iniur.l.item apud.§.quæſtionem.uerſi.& ſi iuſſu,ideo &c.

DE QVAESTIONIBVS, & tortura, Tractatus Pauli Grillandi Caſtilionis Florentini, Iuriſconſulti.

IN ſuperioribus titulis vidimus de pluribus criminibus reiſque ipſorum,& pœnis, ſed quia accidit quandoq; quòd crimina ipſa non ſunt bene probata, & iudex non poteſt deuenire ad ſentētiam non precedente rei confeſſione uel apertiſſimis probationibus,ut l.ſciant cuncti.C.de probat. tamen contra ipſum reum multoties laborat infamia,& alia indicia vigent propter quæ neceſſario deueniendum eſt ad torturam in qua uel neceſſe erit reum ipſum confiteri crimen, uel ſaltem purgare indicia,& ſuſpitiones quę contra ipſum laborant.Ideo in præſenti tractatu de Quæſtionibus,& tortura, pro cōmuni maxime iudicum commoditate aliqua breuiter exponemus,in qua materia doctores quamplures ex antiquis atque modernis, quidam in ordinariis lecturis, quidam uero in extraordinariis compendiis, & tractatibus diuerſa commentaria ædiderunt.

Ego uero ne aliorum relatione dictorum fruſtra uidear occupare membranas,ea duntaxat attingam, quæ utiliora ſunt,& in quibus doctorum ſcripta ſilent.In aliis uero breuiter, & remiſſiue ad ulteriora procedam. Indiciotum, & quæſtionis materia admodū frequens eſt,& in iudiciis practicabilis in cauſis criminalibus,quæ in iudiciis arbitrio plurimum conſiſtit.& iudices maxime inniores, & parum experti ſæpe ſolent in iſtis aliqua de neceſſariis prætermittere,aut ulterius quàm iuris ſit procedere, propterea materiam ipſam ultra alios clarius, & facilius ad communem practicam accommodabo.

Videbimus enim primo quid ſit tortura, & quæ ſit quæſtio, & quomodo iſta differunt inter ſe.

Secundo quot ſunt tormentorum ſpecies.

Tertio quid ſit indicium,& quæ ſunt legitima,& ſufficiētia indicia ad torturam.

Quarto quot ſunt gradus torturæ.

Quinto in quibus criminibus poſſit dari tortura.

Sexto quæ perſonæ poſſunt torqueri,& quæ non poſſunt torqueri, & quibus de cauſis, ubi dabitur noua declaratio vltra omnes docto.ad tex.in l.ſi quis in graui. §.ignoſcitur. ff. ad Silleia.

Septimo loco uidebimus an,& quando in paruis criminibus poſſit inferri tortura.

Et quid in cauſa pecuniaria.

Et an,& quando tortura poſſit dari pro pœna.

Et an,& quando quis dicatur competenter tortus, & purgaſſe indicia.

Et quando,& in quib. caſib. reus poſſit repeti in tortura.

Et quid ſi reus moritur in tortura.

Et quid ſi nulla præcedebant indicia ante torturam.

Vel ſi aderant non tamen erant in actis deſcripta.

Et an,& quando reus dicatur legitime tortus.

Item quid de confeſſione habita in tormentis, uel timore tormentorum quando nulla præcedebant indicia.

Vel ſi præcedebant in ueritate non tamen apparebant in actis annotata,an ſufficiat illa confeſſio ad cōdemnandum reum,maxime ſi ratificata reperitur.

Et quid ſi reus ante torturam petiit copiam indiciorum quæ fuit ſibi denegata,qua non obſtante fuit poſitus ad torturam,& confeſſus forte fuerit aliqua crimina,nunquid illa confeſſio ſibi noceat.

Et quid ſi aliquis propter priuilegium ætatem vel aliam cauſam

Digitized by Google

cauſam de iure torqueri non poterit, ſi tamen fuerit tortus, & confeſſus an præiudicet ſibi illa confeſſio, & querela datur contra iudicem iſtis qui ſic iniuſtę torti fuerunt.

S V M M A R I V M.

1 *Quæſtio dicitur inquiſitio ueritatis per tormenta, & corporis dolorem facta.*
2 *Quæſtio eſt tormentalis inquiſitio veritatis.*
3 *Tortura corporis cruciatus dicitur ad veritatem eruendam repertus.*
4 *Tortura in quo differat a tormento.*
5 *Tortura remedium dicitur ſeu via extraordinaria probationis.*

1 PRimo igitur quæro quid eſt † quæſtio. Reſponſ. quæſtio proprię loquēdo eſt inquiſitio veritatis p tormēta, & corporis dolorem, ita dici tex. in l. itē apud Labeonem. §. quæſtionem. ff. de iniur. iuncta. l. prima. §. quæſtionē. ff. ad ſe na. conſul. ſilleia & gloſ. in d l. 1. in ver. necatorū. eo. ti. Azo autem in ſum. de quæſt. in prin. dicit quod eſt quæſtio inquiſitio veritatis per tormenta. Nuda ergo interrogatio uel læuis territio non dicitur quæſt. d. l. item apud Labeonem. §. quæſtionem. in uer. nuda. & p Azo. in d. ſum. in tit. in prin. qui dicit quòd non debent cuiquam adhiberi tormenta quanta accuſator vel inſtigator poſtulat, aut deſiderat, ſed ut moderatę rationis temperamenta deſiderant. l. de minore. §. tormenta. ff de quæſti. Panor. vero in c. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiquis. in pri. lectu. idē dicit quod quæſtio eſt indagatio ueritatis per tormentum. & appellat quæſtio a quęrendo, quia iudex p tormentum inquirit ueritatem, ita dicit ipſe. Sali. autem in rub. C. de quæſtioni. dat duas expoſitiones ſiue diffinitiones ad iſtud verbū, quæſtio. prima eſt quòd quæſtio eſt inquiſitio quæ fit ad ueritatem p tormenta eruendam. ſecunda eſt.

2 † Quæſtio eſt tormētalis inquiſitio ueritatis, & iſta eſt breuior, & magis placet, quæ omnes tamen deſcriptiones ſiue diffinitiones in effectu tendunt in unum quòd quæſtio ſit illa indagatio quam facit iudex ad inueniendum veritatem contra reum in tormentis exiſtentem, dum patitur cruciatum in corpore.

3 † Deinde quæro quid eſt tortura. Reſpon. tortura eſt corporis cruciatus ad eruendam veritatem repertus. vt dicit Panor. in d. c. cum in contemplatione. in princi. qui dicit etiam quod tortura ſiue tormentū dicitur quaſi torquens mentem, quia per cruciatum corporis mens quoque torquetur, vt latius dicemus infra eo. tit. q. 4. in illo quarto gradu torturæ. & habetur. 5. q. 5. illi q in ver. vbi religioſus tortor, vt dum corpora pœnis ſubijciuntur quæ geſta ſunt fideliter. & veraciter exquirantur.

4 † Hæc eſt differentia inter vnum, & alterum, quia vnum pertinet ad iudicem ſolum, alterum vero pertinet ad reum ſolum. ſ. tormentum. d. l. item apud Labeonem. §. quæſtionem. nihilominus ſæpius ſolet vnum pro altero poni, vt no. in d. § quæſtionem. & 5. q. 5. illi qui. & per gloſſ. in d. l. 1. in prin ff. ad ſenatuſcon. ſillaia.

5 † Et nota hic quod tortura eſt remedium ſiue via extraordinaria probationis, vt dicit Bal. in l. ſi quis alicui. C. ad lege Iul. maie. via enim ordinaria eſt illa quę fit per teſtes, & inſtrumenta, vt. l. ſciant cuncti. C. de proba. cum ſimilibus.

S V M M A R I V M.

1 *Tormentorum ſpecies quot ſint.*
2 *Torturæ gradus ſunt quinque.*

SEcundo quæro quot ſunt tormentorum ſpecies. Reſpon. quod multæ ſunt ac diuerſæ, vt ponunt Doct. maxime practici in eorum tractatib. Gan. in opere ſuo male. in ti. de q. & tor. Ang. de Are. in ſuo opuſculo mal. in gl. fama pub ica precedente. in ver. tortura. d. Franc. Brun. de. S. Seueri. in alio ſuo trac. male. de indi. & tortu. in 2. par. At ille inſignis Doc. Modernus Bono. d. Hippo. de Marſi. clarius cæteris hic aperuit in egregijs cōmentarijs ſuis q̄ nuper edidit ſuper norabili tit. ff. de q. in l. j. in princ. vbi ponit quatuordecim ſpecies tormētorum oēs diuerſas. quos ū p ura fuerunt ab antiquis inuenta, q̄dā vero nouiter ipſe inueniſſe aſſerit, put eſt illud ſubtractionis ſomni quod in veritate perquā ſubtili ingenij acuitate adinuentū fuit, & ego ſemel illud expertus ſui Romę in quadam ardua cā duorum religioſorū, licet alio mō, & faciliori illo vſus fuerim, & profecto vidi ea quæ prius non credebam qđ illud affert maximum tormentum, & faſtidiū in corpore abſq; aliqua membrorum læſione, vide. d. Fran. Brun. in materia p̄dicta in d. ſuo trac. de indic. & tortu. in 2. parte. Albert. Gandi. in eodem ſuo trac. in ti. de q. & tormē. Ange. de Are. in trac. male. in gl. fama publica. in materia torturæ. Ant. Roſe. & d. Abb. in c. cum in contemplatione. de reg. iu. in anti. Pari. de Put. in tract. quem ædidit. de ſyndica. in c. tortura. el 1. cum tribus ſeq. d. Bonifa. de Vitalli. in tract ſuo male. in 2. par. eundem dominum Hippo. de Marſil. in practica ſua Auerolda nuncupata, vbi copioſe tractat de hac tortura. Bar. in l. 1. in princ. & §. diuus. & in l. ſi. ff. de q. Bal. in l. 2. C. quo. appella. non recip. & in l. milites. & in l. ſi. C. de q. & Saly. in d. l. ſi. eod. tit. in quibus locis oēs tractant de hac materia torturæ, & modo torquendi. & Azo in ſum. de q. in princip. iſtud tamen tormentum chordę ſiue pendentis funiculi Doct. communiter ponunt pro magis communi, & conſueto, quod in ſe continet plures gradus timoris, doloris, & cruciatus qui adhibentur plus vel minus ſecūdum qualitatem facti, perſonarum conditionem, & vrgentim indiciorum ſecundum quòd declarant præfati Doct. in locis ſupra notatis.

2 † Ego autem vltra alios pro faciliori notitia iſtius practicabilis materiæ conſideraui quinque eſſe gradus torturæ ſiue tormenti ſub hac ſpecie tormenti chordę, quibus rei diuerſimode cruciātur plus uel minus, grauius, aut *læuius iuxta qualitatem facti*, perſonarum conditionem, & abundantiam indiciorum, ſed antequam ad illorum declarationem deueniam diſcutiam primo quæ ſunt aut dicuntur legitima indicia, & ſufficientia ad torturam.

S V M M A R I V M.

1 *Indicia quæ dicantur legitima ad torturam.*
Indicium duplex eſt.
Indicium dubitatum ſiue ſemiplenum quod dicatur.
2 *Indicium plenum ſeu indubitatum quod ſit.*
3 *Fama duplex eſt, quædam homini inhærens, altera vero inter homines.*
Fama homini inhærens quæ dicatur.
Infamia quid proprie dicatur.
4 *Fama inter homines dicitur rumor, ſeu dictum gentium, ſeu vulgi ex opinione imaginaria procedens.*
Rumor quid proprie ſit.
5 *Suſpitio eſt animi aliqualis applicatio ad aliquid cum tribulatione.*
6 *Præſumptio quid ſit, & quotuplex.*
Præſumptio hominis quæ dicatur.
Præſumptio ſimplex iuris quid ſit.
7 *Præſumptio facti quæ ſit, & quæ iuris.*
Fictio quid proprie dicatur.
8 *Argumentum quid ſit.*
9 *Adminiculum uehemens quod dicatur, & quod non uehemens.*
Coniectura ueri acceptio dicitur ex aliquibus ſignis extrinſecis.
10 *Neſcientia ſeu ignorantia eſt intellectus neque ad uerum, neque ad falſum determinatus.*
Error quid ſit.
Veriſimile quid dicatur, & quid non veriſimile.
11 *Notorium dicitur certitudo indubia rei de qua quæritur fidem faciens indubiam.*
12 *Probatio dicitur actus rem dubiam educens in lucem cognitionis.*
Euidens dicitur quod manifeſtē liquet.
13 *Celari nulla tergiuerſatione poteſt quod in euidenti eſt.*
14 *Manifeſtum quid ſit, & an egeat probatione, quod manifeſtum eſt.*
Probatio per euidentiam facti quæ dicatur.
15 *Manifeſtum, & euidens in quo differant a notorio.*
16 *Iudex ex indicijs dubitatis ad torturam procedere non debet.*
17 *Indicia ad torturam legitima quæ dicantur.*
18 *Teſtis ſingularis de uiſu deponens indicium facit ad torturam.*
19 *Tortura non eſt omnibus uniformiter danda.*

TErtio quęro quid ſint legitima † indicia, & ſufficientia ad torturam. ante quorum declarationem neceſſarium videndum eſſe putaui quid eſt indicium, quid fama, & quædam alia quæ præcedunt inquiſitionem, & torturam.

1 Et primo dic q̄ indicium duplex ſecundum Bald. in l. ea quidem. C. de accu. & Gan. in ſuo trac. malefic. in tit. de præſumptionibus, & indi. dubita. & indubita.

Indicium dubitatum ſiue ſemiplenum eſt præſumptio quædam fortiter mouens animum ad aliquid credendum uel diſcredendum. & hoc probatur in l. cum probatio. ff. de probationibus. & per Gand. in d. tit. de præſump. & c.

2 † Indicium vero plenum, & indubitatum eſt demonſtratio per ſigna ſufficientia per quæ animus in aliquo tāquam in proprio exiſtente quieſcit, & plus inueſtigare nō curat, & hoc probatur. in l. indicia. C. de rei vendi. & per dn̄m Gan. in d. tit. vt ſup. Bal. in d. l. ea quidem. in 2. col. Sed qa in cauſis crīnalib. maxime, qn̄ proceditur per inquiſitionē neceſſe eſt, qđ p̄cedat infamia ꝙ reū de crīne ex quo reperit inquiſitus.

Digitized by Google

ms,vt in c.qualiter,& quando. & ibi per omnes scribentes. de accu.ideo aliqua de fama,& infamia hic inserere placuit. & dic secundum Bald.in dicta.l.ea quidem.in princip.quod

3 † Fama est duplex. vna quæ est in homine. s.quæ inhęret homini,est status illesæ maiestatis ac dignitatis moribus, & legibus comprobatus, hoc probatur in l.cognitionū genera.ff.de var.& extraor.cogni.cuius famæ contra.est infamia quæ sic diffinitur.

Infamia est priuatio famæ contingentis ex accidenti p̄ter naturā:uel sic.Infamia est deficientia status, & lęsio maiestatis,& dignitatis.ista vr̄ iudicio meo ꝙ sit melior diffinitio q̄ p̄cedens,q̄a per istā declarant oīa ꝯria bonę famæ , & p̄id ꝙ diffinit̄ unumquodq; ꝯrium p̄ eius oppositū diffinit̄, & reliquum,vt p̄batur in l.j.ff.de his qui sunt sui vel alie.iur. & insti.eod.titu.in princip.& de iure perso.in prin.& de tutel.similiter.in prin.

Scda dicitur fama quæ est inter homines,quæ prædicatur de aliquo homine seu alio facto,& hęc dici potest fama loquens quæ semper de aliquo loquitur. & ita diffinitur secundum Bal.in d.l.ea quidem.

4 † Fama est dictum gentium,seu vulgi ex imaginaria opinione vel credulitate gentium seu vulgi procedens q̄ probatur in l.de minore.§.tormenta.ff.de q̄stioni.& sub ista diffinitione tam bona quàm mala fama continetur.l.3.§.idem diuus.ff.de testi.& hæc est illa fama q̄ est præparatoria inq̄sitionis,non aūt prior,de qua supra:sed quia solet quandoque non certa fama,sed rumor insurgere in populo qui est minus quàm fama,ideo uideamus quid sit iste rumor.

Rumor est furiosa proclamatio gentium , & strepitus multarum vocum. hoc probatur in l.fin. ff.de hæred.instit u.& l.miles.§.mulier.ff.de adulte.& iste rumor est initium famæ,& minus ea,ita dicit Bal.in d.l.ea quidem. Quoniā vero sunt plures gradus cognitiōis,q̄n res est adhuc dubia antequam perueniatur ad perfectam notitiam ueritatis in q̄bus gradibus animus iudicis semper remanet titubans antequam perueniatur ad ultimum firme credulitatis, & certę scientiæ finem,secundum notabilem doctrinam Bar.in l. admonendi.4.col.ff.de iureiu.ideo de ipsis gradibus cognitionis aliqua breuiter declaranda putaui inter quos offert se mihi suspitio,ideo quæro quid est suspitio.Respon.

5 † Suspitio est aliqualis applicatio aī ad aliquid cum uehementi titubatione:uel sic,suspitio est motus quidam mentis ad aliquid cum uehementi titubatione. probantur hoc. ff. de testam.l.de statu.non tn̄ intelligas suspitionem istam cō prehendere suspitionem tutoris,ut intelligatur de illa q̄n re mouendus est a tutela ut suspectus , quia illa est alia species suspitionis.ita dicit Bal. in d.l. ea quidem. per l. impuberit. §.fi.ff.de suspec.tuto.

Post hæc succurrit præsumptio,uideamus nunc quę est & quotuplex sit præsumptio.

6 † Præsumptionū plures sunt species, q̄dā.n.est p̄sumptio hoīs,alia est p̄sumptio iuris,alia vero præsumptio facti,alia aūt præsumptio iuris,& de iure,siue iuris, & facti, de quibus *uide late Gandin.* in dicto tractatu.& titu.de præsumptio & indic.

Præsumptio enim hominis secundum Bal. ibi est quidā conceptus causatus in mente ab aliqua probabili coniectura, ut.ff.de verb.obli.l.co ntinuus.§.cum ita.

Præsumptio vero iuris simplex est similitudo q̄dam sufficiens ad rem dubiam de qua credūtur credenda. C. de cō trahen.& commi.stipula.l.1.& l.iurisgentium.§.quod fere. ff.de pact.

7 † Præsumptio autem facti est cum ex facti similitudine aliquid demonstratur quod animum uidentis ad illud dubitā ter applicat.

Præsumptio iuris,& de iure est status a iure promulgatus ex indubia coniectura:hoc probatur in l. cum ostendimus.in fi.ff.de fideiusso.tuto.sequitur nunc uidere quid sit fictio.& dic quod.

Fictio est falsitas pro ueritate accepta ex specialissima,& iustissima cā in iure expressa,ut no.in l.in bello.ff.de capti.& postlimi. reuer.& l.si is qui pro emptore.& ibi late per Bart. ff.de usuca.Argumentum autem sic diffinitur.

8 † Argm̄ est propositio ex aliquibus existentibus resultās ad propositum respondendum seu concludendū. vnde q̄n plura indicia vel plures propositiones siue p̄sumptiones,testes,vel coniecturæ ad unam,& eandem conclusionem tendunt ad effectū aliquid probandi illa coadunatio siue copulatio ex plurib.in unum dr̄ argm̄.quod est proprie collatio plurium diuersorum tendentium ad vnam,& eandem conclusionem,vt.l.3.§.idem diuus.ff.de testi.l.diuus.ff.de custodia reorum.

Aliud indicium probationis siue cognitionis dicitur adminiculum.& istud est duplex.aliud est adminiculum vehemens,aliud vero adminiculum lęue,siue non uehemēs.

9 † Adminiculum,n vehemens est suppletio defectus probationis per se solum non operans ,sed cum alia p̄batione cooperans,probatur hoc extra de successionibus ab intestato.c.fi.& in c.fi.de iureiur.

Adminiculum non vehemens est aliqualis pars confirmationis ueritēdēs ad aliquid supplendendum de defectu probationis,& alia adminicula per se sola etiam plura non sufficiunt.vt.l.2.§.1.ff.de excu.tuto.sequitur modo cōiectura quæ sic diffinitur.

Coniectura est acceptio seu reputatio veri ex aliquibus signis extrinsecis proueniens,per quæ deuenitur ad uerū sicut per circulum coniecturamus tabernam,dicit Bald.ibi, & per habitum distinguimus meretricem. l.item apud Laheonem.§.si quis uirginem.ff.de iniuriis.& habetur in c. in nonnullis,extra de iudęis.his omnibus opposita sunt nesciētia siue ignorantia,& error,quæ nescientia sic diffinitur.

10 † Nescientia siue ignorantia est intellectus non determinans se ad verum uel falsum .

Error autem est priuatio intellectus determinati ad verum,& auriga tendentis ad falsum.uel sic.

Error est priuatio ueritatis causata in intellectu per falsam imaginationem ut probatur.ff.de testa. l. de statu. & ff. de iurisd.om.iudi.l.si per errorem.& l.si quis nec causam.eodem titu.videamus nunc de verisimili, & non verisimili : & dic breuiter quod.

Verisimile est id quod uerum videtur,& est uero simile, vt.ff.de adulte.l.miles.§.mulier.

Non verisimile vero dr̄,illud q̄d a vero est multum dissimile,vt.ff.q̄d met.cā l.non est verisimile.in prin. ubi fit mētio ēt de p̄sumptione iuris tm̄ siue hoīs,sed credo potius q̄d illa sit q̄dam lęuis p̄sumptio. Postquā uidimus de gradib. p̄bationis per quos ascendit̄ siue ꝑuenitur ad plenam probationem,& certā fidē credulitatis,videamus nūc de ipsa certitudine veritatis,& quæro quid est notorium generaliter. Respon.secundum Bal.ibi.

11 † Notorium est cōis,& indubia certitudo rei de qua q̄ritur indubiā fidem faciens.an & quādo quid dicatur esse notorium,& quot hoīes faciunt notorium,& q̄d in aliqua villa siue paruo castro minor numerus hoīum,facit notoriū q̄ in ciuitate,& iō dicēm Alberi.de Gand. ꝙ ad sciendū quot hoīes faciunt notoriū,hoc est arbitrarium, q̄a iudex arbitrabitur quot homines faciunt notorium.de qua materia videlatissime per Canon.in d.c.qualiter,& quando.de accusa.Videamus modo quid est probatio,intelligendo de plena , & perfecta probatione,quæ sic diffinitur secundum Bal.ibi.

12 † Probatio est actus rē dubiā in lucē cognitionis educēs & hoc notat̄.C.de p̄ba.in rub.& ibi Bal. Succedit altera spēs p̄batiōis,& cognōnis veritatis,q̄ dr̄ euidēs,& manifestum.ista duo differunt inter se,& differunt etiam a notorio,vt supra. Euidēs ita diffinit̄,euidēs est q̄d manifeste liquet icēm Bal. in d.l.ea quidē.c.si forte.de elec.lib.6.& est satis diuersum a manifesto,& plus est q̄ manifestum.euidens.n.illud est ꝙ palam est oculis,& semper apparet.ff.de contra empt.l.ea q̄.l. non codicillum.C.de testa.& in c.euidentia.de accu. 1.q.1. ut euidenter.

13 † Quod.n.in euidenti est nulla pōt tergiuersatione celari, & nullā optat probationē,extra de coha.cle.& mulie.c.fi.vide q̄ no.p̄ Arch.in c.cum sit forte,de elec.li.6.Bal.n.in d.l.ea q̄dem.diffiniuit manifestū,sed diffinitio sua mihi nō placet, dicit ēt q̄d manifestū est,illud ꝙ euidēter apparet. sequeret̄ ergo ꝙ manifestū esset idē q̄d euidēs,& tn̄ ē satis diuersum, vt proxime dixi,& dicā infra q̄d minus est manifestū q̄ euidēs,sed secundū diffinitionē Bal.idē esset manifestū q̄d euidens,iō putaui sic esse diffiniendū. Manifestū est demōstratio q̄dā ex qua vehemēter aīus dubius informat̄ ad aliud,

14 nō tn̄ tollit̄ tota dubietas.2.q.j.de manifesto.† & hinc est q̄d dr̄ manifestū indiget p̄batione.11.q.3.c.eorū.euidēs aūt nulla indiget p̄batione,vt.d.l.ea q̄.ff.de acti.emp.vide Io. And. in c.q̄stitutū.de verb.signi.lib.6.& tex.no.in l. qm̄ sororē. C. de iur.delibe.vbi de utroq; fit mētio tn̄ euidēs ponit̄ pro magis claro q̄ manifestū.uide do. Alb.de Rosa.in di.suo in lr̄a. c.in ver.euidēs el 1.& 2.Bal.tū in d.l.ea q̄ dē.aliam ponit differentiam inter ista duo dicens ꝙ euidēs dr̄ id solū,q̄d appareret p̄ oculorū inspectionē vt.ff.fini.regū.l.ū irruptione.§.ad officiū.& idē Bal.in rubr.C.de p̄bat.dicit q̄d illa dr̄ probatio p̄ euidentiā facti q̄n res subijcit̄ oculis iudicis.Manifestū aūt largius dr̄.s. oē id q̄d nobis innotescit p̄ quēcunq; sensū corporis.s.visum,auditum,sicut est sonus Cāpanæ, aut aliū sensum,vt.l.1.§.occisorum.ff.ad silleia.de quib. sensibus habetur in l.eum.§.pen.ff.de acq.possess.

15 † Differunt ēt ista duo secūdum ipsum a notorio,quia manifestum uel euidens est illud quod uni tantum uel pluribus patet:notorium autem esse non potest,nisi toti populo uel maiori parti publice innotescat,vt sup. late diximus, & not. in c.vestra.& ibi Inn.de cohabi.cleri.& mullerum.

Et per

Digitized by Google

Paul. Gril. De quæſtionibus & tortura.

Et per hæc ſum expeditus de iſtis gradib. ſeu adminiculis probationis ac de ſpecieb. plenę, ſeu pfectę probationis q quide gradus, & adminicula probationis a qbuſdam appellant indicia non plena, & dubitata. p q̃ aĩus iudicis deducitur quandoque in ſuſpitionem, quandoque vero in opinionem q̃ magis eſt propinqua indubitatę fidei q̃ ſuſpitio
16 ſecundum Bar. in d.l. admonendi. ff. de iureiu. † Ex quibus tamen indiciis dubitatis non datur iudici indubia fides, & firma credulitas, ſed quædam ſuſpitio quandoque ex qua iudicis mens ſatis dubia reperitur. & iſto caſu nõ facile deueniẽdum eſt ad torturam maxime ſi perſona ſit honeſtæ conditionis, qa iſta ſuſpitio eſt primus gradus probationis, & minus q̃ ſemiplena probatio ſcđm Bar. in d.l. admonendi. in gl. magna. Q̃nque vero indicia ſunt talia q̃ adducunt aĩum iudicis in opinionẽ, q̃ eſt ſcđus gradus probationis ſcđm Bar. ibi, ex qua aĩus iudicis multũ dependet in illa parte, non tñ eſt plene certus. & iõ iſto caſu deueniri ſolet ad torturã q̃ dat in ſupplementũ probationis in cauſis crĩnalib. qñ ueritas aliter hr̃i non põt vt p Bar. in l. fi. ff. de q̃ſt. qa tormentum illud fuit inuentum cã neceſſitatis, & in ſupplementũ probationis, vt dixi quotieſcunque reus eſt ualde ſuſpectus cõtra quem laborant indicia, ut dicit Pan. in d.c. cum in contẽplatione. in prin. de reg. iur. & Bald. in l. 2. C. quor. appel. non recip. & idem Bal. in l. milites. & l. fi. C. de quæſt. Bar. in l. 1. in prin. & §. diuus. & l. fi. ff. de q.

17 † Quæ aũt dr̃ eſſe legitima indicia, dic qđ illa ſunt q̃ ſunt proxima facto, q̃ quãto propinquiora ſunt tanto ſunt meliora. l. j. §. pterea. & l. de minore. §. tormenta. ff. de q̃ſt. & ibi per Moder. Quæ aũt indicia dicant eſſe ſufficientia ad torturã certa rla tradi non põt, ſed hoc relinquit arbitrio, & diſcretioni boni iudicis ſcđm quod dicit Azo ĩ dicta ſumma de q̃ſt. vbi dicit qđ non debet iudex reo adhibere tormenta quãta accuſator expoſcit, ſed quanta moderatę rõnis temperamenta deſiderant, idem dicit Bar. in d.l. final. ff. de q̃ſt. in princ. dicit tñ Abb. in d.c cum in contemplatione. qđ licet ſuper hoc an, & qñ indicia dicantur eſſe ſufficientia ad torturam certa regula tradi nõ poſſit arg. l. teſtium. §. tu magis. ff. de teſt. & l. de minore. §. fi. ff. de q. ſ. ñ dicit qđ oẽs Doct.
18 tenent, † quòd unus teſtis de viſu facit indicium ad torturã, intellige tu quòd ſit teſtis fidedignus non ſuſpectus, & oĩ exceptione maior ſecundum quòd dicit Bartol. in d.l. final. & Bal. in d.l. 2. & ita cõiter tenent doc. Bonus itaq; & diſcretus iudex cũcta circunſpiciet, & iuxta crĩnis qualitatẽ, facti contingentiam, condõnem pſonæ, & abundantiã indiciorũ cõſiderabit, an ad torturã ipſam deueniendũ ſit, & caſu quo ad illam deueniri contingat iterũ maturè ꝑſiderare debet qua grauitate, læuitate, uel moderanime ueniat inferẽda, iuxta notata p Azo. in dicta ſumma de q. ſc3 quantum moderamę rõnis temperamenta deſiderant. † aliter ẽt ſunt torquendi
19 iuuenes, robuſti, & alio mõ debiles, delicati uel ſenes, alio mõ ruſticus uel miles, & alio mõ ciuis, alio modo nobilis, & alio modo ignobilis, & plebeus. l. de minore. §. tormenta. ff. de q. & l. 1. §. fi. eo. ti. Bar. in d.l. fi. eo. ri. Bal. in d.l. 2. C. quo. appella. non recip. & idem Bal. in l. milites. & l. fi. C. de q. Abba. in d.c. cum in contemplatione. de reg. iur. in antiq.

SVMMARIVM.

1 *Torturæ gradus ſunt quinque, & qualiter cognoſcantur, & inferantur. Gradus primus torturæ quis ſit.*
2 *Confeſſio rei facta in præparatorijs tormẽtorum dicitur facta metu, ideo ratificatione eget.*
3 *Tortura largo modo ſumpta quid ſit, & unde dicatur. Torturæ primus gradus, ſcilicet terror quibus inferri poſſit.*
4 *Torturæ gradus ſecundus quis ſit. Tortura leuis quæ dicatur, & an uere ſit tortura.*
5 *Tortus leuiter poteſt grauius torqueri militantibus indicijs legitimis.*
6 *Priuilegiati ne poſſint torqueri tormento ſecundi gradus torturę poterũt ſupponi.*
7 *Febricula leui laborans nõ excuſatur quominus teneatur comparere citatus. Confeſſio facta in læuibus tormentis ratificatione indiget.*
8 *Torturæ tertius gradus dicitur cum per ſpatium dicendi unum miſerere, reus ſuſpenſus detinetur.*
9 *Torturæ gradus quartus quis ſit.*
10 *Torturæ quintus gradus quis dicatur.*
11 *Torturæ gradus ultimus in quibus applicetur criminibus.*
12 *Complexionum diuerſitas multa in ſuſtinendis tormentis.*
13 *Meſites lapis potus facit ut dolorem nullum ſentiat tortus. Remedia quæ uerbis fiant, ne torti dolorem ſentiant.*
14 *Fur quidam Romæ quibus remedijs contra torturam fuerit uſus.*
15 *Tortus quidam dicens, et lacte beatæ virginis Mariæ, dolorem nullum ſentiebat.*
16 *Remedia quæ fieri poſſint aduerſus maleficia taciturnitatis.*

QVarto nunc videndũ eſt
1 † de iſtis quinque gradibus torturæ de quib. ſupra fit mentio, quomodo cognoſcuntur, & qualiter inferuntur. Rñ. declarando primũ gradum, incipiemus a minori uel infimo aſcendendo ueluti per gradus ſcalarum reducendo materiam ad practicam dico quod.

Primus ſiue infimus gradus torturæ eſt territio illa quã infert iudex reo qñ illum cognoſcit ſuſpectum, tñ indicia nõ adſunt talia vt torqueri poſſit. iſto caſu iudex mandat qñque reum ipſum ſpoliari ligarique, & in ordine poni, ac ſi uere torquendus eſſet, & qñque ligari mandat ad funiculum, ita vt nihil aliud deficiat q̃ ſola eleuatio, & hoc fit ad incutiendum timorem reo ut facilius fateat ſtantib. maxime iudicis ꝑſuaſionib. Et iſta proprie nõ dr̃ tortura, qa uere corpus nõ torquetur nec ſentit dolorẽ, ſed potius eſt qdã mẽtis timor ſcđm Bal. in d.l. 2. quo. ap. &c. & in l. 2. C. de confeſ. vbi dicit
2 † q̃ cõfeſſio facta a reo in iſtis ꝑparatorijs tormentorũ cum ſit facta & extorta propter timorem, indiget ratificatione ac ſi facta fuiſſet in plenis tormẽtis, aliàs nũquam ſufficeret ad condemnationẽ. vide Ang. & Sal. in d.l. 2. & Saly. in l. fi. C. de q. Bar. in l. 1. §. ſi quis ultro. ff. eo. ti. uide no. in tex. *in l. 2.* C. de cuſto. reo q̃ loquitur proprie de hac ratificatione q̃ *fit* apud acta ſub publico teſtimõio, & dicit Imperator ibi q̃ iſto mõ, frẽni quidẽ temperies iudicibus immodice ſeuientibus adhibetur. Iſte autem actus ut dixi non põt dici proprie tortura ut proxime diximus, ſed appellatur proprie territio ſiue terror tormentorum.

3 † Largo vero ſumpto uocabulo, & improprie, poſſet dici tortura, prout qdam deſcripſerunt hoc nomẽ tortura, q̃ dr̃ a terrendo, ſed iſto mõ terretur, ergo &c. uel dicas, q̃ licet corpus vere non torqueatur, animus tamẽ bene torquetur, & timoris patitur cruciatum, & ſic largo modo dici poteſt tortura.

Et no. qđ iſte rerror ſiue primus gradus incuti, & experiri põt q̃ quoſcunque ẽt q̃tra eos q̃ de iure torqueri nõ poſſunt aliqua de cã, ut infra latius dicet in 6. q. vel qñ deficerẽt indicia ꝑp q̃ torqueri deberet, uel qualibet alia iuſta de cauſa ad torturã deueniri non põt, ad iſtum gradũ deueniri poterit ſcđm Bal. in d.l. 2. in ver. q̃to qñque &c. ubi dicit q̃ illi q̃ de iure torqueri non poſſunt poterunt bene terreri, iſte. n. primus ſiue infimus gradus torturæ nõ ſolet adhiberi robuſtis, uerſutis atque doloſis uiris, ſed debilibus, timidioribus, puſillanimis, atque delicatis, quoties contra ipſos militarent aliquę prę ſumptiones, & coniecturę ſiue indicia læuia.

Et licet interdum eſſent plura indicia, multoties tñ cum iſto infimo gradu ab hoĩbus ſimilis condõins ſolet extorqueri cõfeſſio abſque eo qđ ad ulteriora procedatur, ut ſæpius expertus fui in facto, de quo infimo gradu fit ſæpius experientia in robuſtioribus, & magis cautis, quoties vt dixi non militant plena indicia, uide d. Pari. de Put. in d. ſuo trac. de ſyndic. in c. aduertendum. & Bal. in d.l. 2.

4 † Scđus gradus torturæ eſt cũ reus ligatus eleuatur modicũ ſup. terrã, paulo momẽto detinetur eleuatus, & protinus deponitur, uel cũ detinet ſuſpenſus ſpatio, Aue mariã, uel Pater noſter, aut unum, miſerere, iuxta qualitatem facti, & p ſonarum condõnem, deinde deponitur abſque aliquo impulſu quaſſatione uel rractu chordę, & hæc dr̃ leuis tortura ad quam deueniendum eſt quotieſcunque indicia q̃dã apparent aliqualiter probata, & reus eſt magis ſuſpectus. Indicia tñ ipſa non ſunt plena ſatis ad inferendũ plenam torturã, puta ſi eſſet vnus teſtis de viſu deponens, tñ non eſſet omni exceptione maior, uel duo teſtes de auditu ab alijs, non aũt ab ipſo reo, & ſimiles præſumptiones uel indicia non plena, præcedente tamen ſuſpitione contra perſonam ipſius rei vt proxime dixi.

Et iſta eſt illa leuis tortura, de qua loquitur Bal. in d.l. a
5 C quor. appellatio. &c. vbi dicit † quòd quemadmodum læuis febricula nõ dr̃ febris, & infirmitas talis quę prę ſtet impedimentum ad comparẽdum, ſicut eſt vera febris, quę hominem ſternit, vt l. ob quæ vitia. §. fi. ff. de ædil. edict. ita iſta leuis tortura non dr̃ tortura ſiue tormentum ex quo cauſetur dolor mentis, & corporis cruciatus, ſicut in tortura ordinaria.

Et nota quòd eſt magni effectus iſta doctrina, ex qua infertur quòd quotieſcunque contra reum militant legitima indicia ex q̃bus de iure q̃s torqueri põt, ſi fuerit ſemel iſto modo læuiter tortus non obſtabit, quo minus poſſit iterum grauius torqueri ex eiſdem indicijs, & tunc ſecunda vice dicetur competenter tortus, nec propterea reus conqueri poterit quod fuerit repetitus in tortura abſque nouis indicijs, iuxta ea q̃ habent̃ in l. repeti. ff. eo. tit. de q. qa iſta non dr̃ ꝑprie repetitio, ex quo prima nõ fuit habita ꝑ tortura, ꝑ ea q̃ ſup. diximus, ita ẽt ſentit Bar. in l. fi. & l. repeti. ff. de q̃ſt. & Bal.

in

Digitized by Google

in d.l.2.C.quor.appella.&c. Ang.de Are. in d.gl. fama publica.in verſ.quid ſi aliquis fuit tortus ſed leuiter &c. Hippoly.Marſil.in d.l.1.in prin.& l.repeti.Pariſ.de Put.in d.trac. in c.ſequitur modo.Fran.Brun.Gandi.& cæteri Doct. in locis ſupra notatis.

6 † Quidam tamen dixerunt arguentes ex dicta doctrina Bal.de qua ſupra.q̃ illi ẽt q̃ aliqua ex cã uel priuilegio torqueri non poſſunt,poterunt tñ tormento iſtius ſecundi gradus ſupponi abſque periculo ex quo iſta leuis tortura nõ dicitur tortura ſicut leuis febricula non dicitur febris. d.l.ob quæ uitia.

Ego tamen de veritate iſtius dicti aliàs dubitaui, nec vr̃ eſſe bona conſequentia de leui febricula ad leuem torturã, q̃a eſt diuerſa rõ in uno quàm in alio:ibi enim in dicta. l.ob quæ uitia.excuſatur a comparendo in iudicio ille qui propter febrim eſt impeditus,& non põt ambulare foris, quia non exit de lecto,nec de domo, is vero qui patitur quartanam febrim,aut aliam leuem febriculam quam non curat nec propter illam remanet quin vadat foris per omnia loca ſaltem in ciuitate.

7 † Ex quo enim vadit per vrbem ſicut vadit per alia loca, ita uenire põt ad curiam,& coram iudice,quia ratio illa impedimenti de qua in d.l.ob quæ vitia.in princip. ceſſat in eo qui patitur leuem febriculam, ideo in eodẽ ceſſat legis excuſatio,ſed hic in leui tortura fieri non põt, qđ corpus non torqueatur nec patiatur aliqualem dolorem, licet ſit leuis dolor,dolor eſt,& infertur iniuria dignitati,uel innocentiæ ipſius rei,q̃a tortura vt diximus ſup.eod.titu. q.j. eſt cruciatus quidam in corpore &c.cum igitur per hanc leuem torturam inferatur in corpore dicti rei aliqualis cruciatus, nõ poteſt dici niſi quod illa ſit tortura, & quod ille ſit tortus quamuis leuiter.

Et ideo ego nunquam conſueui ad gradum iſtum deuenire,niſi q̃ præcedunt indicia,& ſunt bene probata,tñ ſi sũt indicia aliquantulum remota a facto,& pſona eſſet uilis,& ignota,& valde ſuſpecta de crimine, aut in reſponſionibus ſuis variaret, & alijs huiuſmodi ſuſpitionibus præcedentibus.l.de minore.§.tormenta.in fi. ff.de quæſtionibus. & per Bal.in d.l.2.Bar.in d.l.fi.& Pan.in d.c. cum in contemplatione.Si aũt eſſet vir nobilis aut honeſtæ familiæ, & conditionis,ad hoc non deuenirem regulariter,niſi pręcedentibus legitimis indicijs,& bene probatis iuxta no.per Bar.in d.l.fi.ff. de q.& per alios in locis ſup.nota.

Confeſſio ſimiliter facta in iſtis leuibus tormentis indiget ratificatione,ſic ut illa q̃ eſt facta in plenis tormentis,vt ſup. diximus in p̃cedẽti gradu,& no.in d.l.2. C.de cuſt.reo.

8 † Tertius torturæ gradus eſt cum reus ſuſpenſus detinet̃ in tortura ſpatio dicendi vnum miſerere, vel duo, aut aliquãtulum plus abſque tñ aliquo tractu uel impulſione chordæ,quæ infertur ad maiorem cruciatum,& ad iſtum gradũ aſcendet iudex quotieſcunque reus eſt magis de crĩne ſuſpectus,& indicia contra ipſum tendentia ſunt plene probata,delictum tñ non eſt de atrocioribus, vt eſt furtum modici valoris,vulnus non letale, ſeu aliud crimen non capitale vt.l.2.& ibi Bar.ff.de publi.iudi.vel q̃ delictũ eſſet grauius, & indicia magis aperta,perſona tñ eſſet talis nobilis uel aliàs honeſtæ familiæ,& aliàs bonæ conditionis,& famæ, & non aſſuetus in ſimilibus commiſceri: in quo minus & magis temperate agendum eſſet,non excedendo iudex iſtum gradum torturę non credo,q̃ poſſet reprehendi,arg.l.non oẽs. §.a Barbaris.ff.de re mili.l.in ſeruorum. & l. reſpiciendum, §.delinquunt.ff.de pœ.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui no.infa.& l.teſtium.§ tu magis.ff.de teſtib.

9 † Quartus torturę gradus dicetur quotieſcũque reus poſt eleuationem diutius ſuſpenſus in tortura detinetur,vel per quartam,tertiam,mediamve partem,uel duas tertias unius horæ,aut per integram horam ſecundũ grauitatẽ crĩnis,ſuſpitionem rei,& vites indiciorum,quandoque in ipſo detẽtionis ſpatio adhibentur vnus duo aut plures ictus ſiue tractus chordæ ad maiores cruciatus inferendum in corpore,maxime q̃ indicia ſunt p̃gnãtia, reus eſt ſuſpectus multum,& habet mẽbra robuſta,& crimen eſt graue ex ſe ẽt q̃ iſta oĩa non concurrant, ſi tñ maior pars concurrit ſufficit uel quoties ſcandalum non modicum generaret vt eſt furtum magnæ rei ſacræ,uel aliud turpe ſacrilegium uel ſacramẽtorum abuſus.aut homicidium graue, uel falſitas literarum Apoſtolicarum,& ſimilia, & indicia ut diximus eſſent vrgentia,& bene probata,ut puta unus teſtis omni exceptione maior de uiſu ipſius facinoris deponens, aut duo ſeu plures teſtes alia probantes indicia,& circunſtantias neceſſarias ipſius criminis ſecundum quod latius declarat do. Alber.Gan.in d.ſuo trac.male.in ti.de præſump.& indi.dubi.& indubi.Bar.in d.l.1.§.fi.ff.de q.Bal.in l.milites. §.oportet.C.eod.titu.idem Bal.in d.l.2.C.quo.ap.&c.Bald.Ang.& Saly. in d.l.ea quidem.C.de accu.canoniſtæ in cap. qualiter & quando.eo.ti.& in c.cum in contemplatione.de.reg.iur. in antiq.

10 † Quintus,& vltimus torturæ gradus ſuccedit, qđ eſt iſtud quotieſcunque poſt aliquam ſuſpenſionis detentionem, & ictus ſiue tractus chordæ ſi reus adhuc pertinax in eius negatiua inſteterit,& torturam huiuſmodi ſpernere uideretur pro grauiori cruciatu ad pedes ipſius rei torquẽdi ſubijciũtur pondera quædam pendentia ut ſunt compedes ferrei,lorica,aut aliud ſimile pondus,& cum pondere ipſo ſuſpenſus detinetur uel ictibus cruciatur, & iſtud eſt ſęuiſſimũ genus tormenti,& dicunt Docto.qui ſcripſerunt de hac materia, quòd tunc corpus ipſius rei dilaniatur membraque & oſſa quodammodo diſſoluuntur,& euellũtur a corpore.& hæc dr̃ grauior pœna quàm vtriuſque manus abſciſſio. ut dicit tex.in auct.vt nulli.iudi.§.quia vero.& dicit Caſſiod.in lib.variarum epiſtolarum,vt refert domi.Pari.de Put.in ſuo trac. ſyndica.in c.tortura.el.2.fol.99.epiſto.49. facilius eſt te mortem expetere quàm tormentorum crudelia ſuſtinere, inter ſupremas anhelatus anguſtias melius eſt perire q̃ uiuere, & deteſtabilis ſeuſus pœnarum excludit dulciſſimę ſalutis affectum.iſte ultimus gradus, & modus torquẽdi perraro fit,

11 & iudex haud facile ad illum deueniet,† niſi in certis caſibus,& criminibus atrociſſimis ut eſt hæreſis,& crimine læſæ maieſtatis,cuerſionis ſtatus,aut ſimilis proditiõis,ubi de totius patriæ, aut multorum ſalute tractatur, aut cum ageretur de ingenti aſſaſsinio enormiſsimo homicidio ſacræ perſonæ,vel de morte alicuius Cardinalis, ſeu alterius magni principis, vel contra maleficium, aut mathematicam, in quibus criminibus nullum prodeſt priuilegium dignitatis,vt l.ſi quis alicui.C.ad leg.Iul.maieſt.& l.& ſi excepta.C. de male.& mathe.l.manichæos.& l.Arriani.C.de hæreti. c. ad abolendam.eod.titu.& ſimilibus.nec tunc ẽt niſi indicia eſſent adeo clara,& prægnantia,ut nil deeſſet niſi rei confeſſio,vt.l.milites.§.oportet.& ibi Bal.C.de q.Bal.in l.quiſquis. C.ad leg.Iul.maie.& Bal.Ang.& Salyc.in l.ea quidem. C. de accu.Bart.in d.l.fi.ff.de q.& l.1.§.fi.eod.tit.Pari.de Put.in d. tracta.de ſyndic.c.tortura.& c.aduertendum. & alios Mod. in locis ſupra notatis.

12 † Nonnulli tñ reperiuntur adeo terribiles, & robuſti,qui nullum timent dolorem neque cruciatum aliquem ſentire vñr in corpore ẽt ſi mille tractib. quaſſarentur,q̃ plurib.modis contingere ſolet,quidã ẽt robuſtitate corporis, & brachiorum,alij vero leuitate qui leui pondere cõprimunt̃,quidam alij membrorum agilitate quorum brachia ex modica eleuatione ex retro antea reſoluuntur,& ſupra caput di recto tendunt,adeo quod leuem,aut nullum cruciatum ſentire uidentur,& ego aliàs in facto habui.

Quidam alij reperiuntur,qui cum diabolicis ſortilegijs,et incantationibus maleficę artis,de qua ſupra diximus late in 2.lib.in 6.& 7.q.adeo corroborantur in corpore uel ſuſtinẽtur in aere,aut graui ſopore detinentur oppreſsi poſtquam ſunt eleuati,vt nullum pœnitus dolorem patiãtur in corpore, & hoc appellant quidam maleficium taciturnitatis ſiue inſenſibilitatis ex quo inducit̃ tutela quædam (vt aiunt)aduerſus ipſam torturam,quòd reus ipſe nullum dolorem patitur de quo aliàs diximus ſupra lib. 2. & ego alias pluries expertus ſum in facto,vt infra dicam, & a pluribus huiuſce artis maleficæ magiſtris referri audiui qui varijs modis, & p̃ diuerſa malefica uerba, & inſtrumenta id expetunt,& obtinent,quod qualiter fiat referre non expedit. quia fieri non poſſet abſque ſacræ chriſtianæ fidei euerſione.

13 † Dixit tñ Albe.magnus in lib.quem edidit de ſecre. nat. quòd lapis q̃dam meſites nuncupatus q̃ oritur ex ciuitate q̃ dr̃ Meſis in partibus orientalibus,contritus,& aqua aut vino commixtus datuſque ad potandum illi qui torquendus eſt inducit inſenſibilitatem pœnæ,& cruciatus, ut refert Paris de Put.in d. tract.ſyndic.in c.tortura.lo 2,

Quidam alij dicunt verba quæ ſequuntur videlicet, Imparibus meritis tria pendent corpora ramis.Diſmas, & Geſtas in medio eſt diuina poteſtas,Diſmas damnatur, Geſtas ad aſtra leuatur. Alij ẽt dicũt verba prophetæ Eructauit cor meum verbum bonum,veritatem nunquam dicam regi. Alij uero dicunt, quemadmodum lac beatæ glorioſæ Mariæ virginis fuit dulce, & ſuaue dño noſtro IESV CHRISTO, ita hæc tortura ſiue chorda ſit dulcis, & ſuauis brachijs,& membris.

Quidam alij dicunt illa verba,quæ dominus noſter IESVS CHRISTVS dixit tempore paſsionis,uidelicet a principio ſuæ capturæ.Quem quæritis &c. uſque ad extremum uitæ,& ultimum uerbum, Conſummatum eſt.

Quidam alij dicunt, IESVS aũt tranſiens per medium illorum ibat. os autem non comminuetis ex eo. Quæ quidem uerba,& coniurationes olim non putabam quicquã operari poſſe contra torturã, & pleriſque ridicula potius q̃ credibilia eſſe uidentur,at ego q̃a pluries uidi, & expertus

ſum

ſum in facto primo Piſis dum eram aſſeſſor Magnifici domini Capitanei illius ciuitatis, deinde Romę dum eſſem auditor criminalium cauſarum Reueren. Do. auditoris camera ubi † quidam fur ſagaciſſimus, & duplicis malitiæ reus
14 contra quem erant examinati quindecim teſtes ſuper diuerſis indicijs magni furti centũ triginta ſeptem ducatorũ auri, habens notitiam, ꝙ curia præfati dñi Auditoris procedebat contra ipſum antequam perſonaliter compareret, accepit nonnulla ſortilegia contra torturam, quibus expertis iterum atque iterum, uidens, ꝙ ſufficiebant ad parangonem, quadam die dnm ego eſſem in edibus turris nouę ad examinandum quoſdam alios reos, ille ſponte ueniens acceſſit ad me, & ſe conſtituit in carceribus ipſis dicens ꝙ vltro venerat ad purgandum indicia, & notam infamiæ ſibi illatæ, cõtra quem tamen neceſſe fuit deuenire ad torturam tot indicijs contra ipſum laborantibus, in qua dum erat eleuatus dormiebat capitę cliuo. ac ſi iaceret in lecto abſque vlla pęnitus lamentatione, aut clamore, & adtractus chordæ erat tanquam ſtatua marmorea, qui dum eleuabatur a principio dicebat quædam verba ſubmiſſa uoce, deinde ſilebat vt dormiens, ſtatim ego ſuſpicatus fui ne geſtaret aliquod ſortilegium ſiue facturam maleficam pœnes ſe aut ex illis uerbis captaret aliquod ſuffragium, perquiſiui quàm diligenter per oẽs partes corporis ſui, demumque reperi in capite ſub ſcuffia, ſcilicet inter crines quandam paruã ſchedulam hæc verba continentem, videlicet, † IESVS autem tranſiens † per medium illorum ibat. os non comminuetis ex eo. cum crucibus ita ſignatis, q̃ illico abſtuli ab eo, qui licet illa ſic ablata ſatis conqueretur, nihilominus iterum poſitus ad torturam, & eleuatus iterum, illud idem ſicut antea faciebat, & in principio ipſius eleuationis nõnulla verba ſubmiſſa voce dicebat quæ percipere nunquã potui, nec quicquam confeſſus eſt. demum mutatis tormentis ſub tormento taxilli ſubiectus fuit, & ſimiliter ſpernẽdo dolores nihil vnquam pœnitus confeſſus eſt, ſed in ſua negatiua ſemper audacius conualuit, adeo quod neceſſe mihi fuit eo inſtante ab inquiſitione aboleri mandare, nec eſt mirandum
15 de abſolutione huiuſmodi. nam ſimilis † caſus, & maior quoque occurrit dom. Hippo. de Marſi. dum erat officialis Illuſtriſſimi Ducis Mediolani ut ipſe refert in l. repeti. in 4. col. ff. de quæſt. nec dum eſt annus elapſus quod audiui alium Romæ poſitum fuiſſe ad torturam, & repetitis vicib. grauiter cruciatum, qui illa uerba de lacte beatæ Virginis Mariæ ſubmiſſa voce dicebat, & nullum dolorem pati, ſed cuncta ſpernere videbatur, & dormiebat ſicut alius in tortura, adeo qđ a trib. iudicib. præſente ꝓcuratore fiſcali examinatus nulla vnquam ab eo cõfeſſio extorqueri potuit, licet correus, & criminis ſocius id fateretur expreſſe, & illum in ſocium nominaret cuius ꝓceſſum uidi illumq; cognoui.

Aliud exẽplum qđ ſimiliter in facto accidit mihi Romæ cuiuldã maleficę mulieris, q̃ antequã eleuaret in tortura verba q̃dã ſubmiſſa voce dicebat, deinde eleuata ſilebat pęnitus velut mortua, & nigrior apparebat in vultu carbone extincto, oculos extra caput valde tremẽdos more illorũ q̃ſtrãgulantẽ emittẽs, & nihil pęnitus loquebatẽ boni neq; mali.

Si nũc vellemus diſputare de virib. & veritate dictorũ maleficiorũ taciturnitatis ſiue inſenſibilitatis fieret ampla lectura, ſed quia cupio breuiter me expedire hic non inſerã, vide quæ late diximus ſup. lib. 2. q. 6. 7. & 8.

16 † Nonnulli tñ dixerunt qđ aduerſus iſtas coniurationes, & maleficia taciturnitatis reperiunt̃ remedia q̃dã q̃ diuerſis p̃cib. conficiunt̃, ex quib. dicunt qđ oẽs ligaturæ, & maleficia hmõi diſſoluunt̃ omninoq; pereũt, & reus grauiſſima patitur tormenta, & cruciatus in corpore. & inter alia dicere ſolẽt verba illa Prophetæ, vc̃, Dñs labia mea aperiat, & os meũ annũtiabit veritatẽ. Eructauit cor meũ uerbũ bonũ dicã cũcta opera mea regi. Confundatur nequitia peccatoris, perdes oẽs q̃ loquunt̃ mendaciũ. Contere brachia iniqui rei, & lingua maligna ſubuertetur. Ex q̃b. verbis præcibus, & exorciſmis dicũt maleficia ipſa reſolui, & reum mirabiliter cruciari, uide d. Pari. & Put. in d. trac. ſyn. in c. tortura. lo 3. fo. 113. & illũ Silue. prie. in d. trac. de ſtring. demon. mirãd. li. 4 c. 5. Super quib. tamen cogita quia de virtute ipſorũ remediorum nõ poſſem quicquã certi atteſtari ex quo illa nũquam expertus fui, nec per alium experiri hactenus uidi.

Tortura quare in paruis criminibus non ſit applicanda.

5 *Perſona grauis, & honeſtæ conditionis pro criminibus leuibus torqueri non debet.*

Perſona leuis de leui crimine ſuſpecta torqueri poteſt.

6 *Perſona uilis, & præſuper pœnam pecuniariam non potens ſoluere, luere debet in corpore.*

VInto videndum eſt in qui
1 bus † cauſis, & criminibus poſſit inferri tortura. dic ꝙ gñaliter in omnibus cauſis criminalib. ſeu omnibus criminibus ſi præcedant legitima indicia, & ueritas aliter hr̃i non põt: nã regula torturæ eſt affirmatiua, & vniuerſalis, vt hr̃ in l. j. in prin. ff. de q. ibi in criminib. ſeruandis, & c. q̃ uis ab ea nullatenus ſit inchoãdũ exame, ſed in caſu neceſſitatis quotieſcunq; vndiq; vrgent indicia, & cõfeſſio veritatis aliter hr̃i non põt, niſi mediãte tortura, tũc adhibẽda
2 eſt. d. l. 1. in prin. ibi ẽt dr̃ in criminibus ſeruandis, & c. † quæ or̃o cum ſit indefinita æquipollet vniuerſali. l. ſi plures. ff. de leg. 3. p Alex. & Doct. in rubr. ff. ſol. matrim. l. 1. §. ſi quis ſimpliciter. ff. de verbo. obli. & Bal. in l. nullũ. C. de aſſeſ. hoc idẽ tenet Gan. in trac. malefi. in ti. de q̃ſt & tormen. in prin. verſ. incipiamus. Hippoly. de Marſil. in l. diuus. in prin. ff. de q. Frã. Brun. in trac. de indic. & tortu. in 3. col. verſ. 3. prin. q̃ro & c. Pari. de Put. in tract. ſyndi. in c. an in cã pęcuniaria. pri. col. & ꝓbatur p tex. in d. l. milites. §. oportet. C. eo. ti. inducẽdo hoc mõ, ibi. n. dr̃ non eſſe a tormentis incipiendum examen, niſi pluribus indicijs quaſi certis, & c. tunc demum deueniendum erit ad quæſtiones, ſi perſonarum conditio id requirit. q̃ ſunt quædam perſonæ quæ ex cauſa ſpeciali torqueri nõ poſſunt, ut infra dicetur in ſeq. q. & no. ibi dum dr̃, perſonarum condõ. & non dixit, qualitas criminis, quaſi dicat, ꝙ in
3 criminibus nulla fiat diſtinctio qualiacunque ſint, † q̃ ubi lex non diſtinguit nec nos diſtinguere debemus. l. diem ferre. ff. de arbi. l. de prætio. ff. de pub. cum ſi. Contra hoc opp. de. l. edictum. ff. de q. ubi dr̃ ꝙ qõnes non ſemper nec in omni cã & p̃ſona deſiderari debent, ſed cũ capitalia, & atrocio ra maleficia nõ aliter explorari poſſunt q̃ per ſeruorum quęſtiones efficaciſſimas, & c. & ſic tex. ibi expreſſe inhibere vr̃ ꝙ pro leuibus criminibus inueſtigãdis, nullatenus ſit danda tortura. Sol. uerũ eſt ꝙ in leuib. & paruis criminibus non eſt adiungenda piena, & grauis tortura ſecundum grãdũ excedẽs, leuis in tortura primi, & ſcẽdi gradus non vr̃ excludi ẽt in paruis criminib. ar. l. ob q̃uitia. §. fi. ff. de edil. edi. & p Bal. in d. l. 2. C. quo. ap. & c. licet ẽt hæc ſolutio ſit uera in ſe, tñ nõ bene q̃gruit illi legi quæ loquit̃ in alijs terminis, & ꝓpea dic ꝙ ibi loquit̃ de tortura quæ infert̃ in aliũ. ſ. in ſeruũ non in ipſummet reũ. rõ eſt, quia nõ ita facile deueniẽdũ eſt ad torturã ſeruorũ pro inueniendis alienis criminibus ex quo illi ſũt innoxij criminis p̃dicti q̃ ipſiuſmet rei de crĩne ſuſpecti, quam ſolutionem ſentit ẽt gl. in d. l. edictũ. in ver. efficaciſſimas. dũ ſoluit q̃rium de. d. l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de q. Itẽ opp.
4 d. l. leuia. ff. de accu. † ubi in leuibus criminibus *ſummarie* procedendũ eſt ſine proceſſu uel ſolennitate *iudiciali*, ſed tortura eſt de proceſſu, nec ad illam deueniri põt niſi pręcedentib. indicijs, & cã cognita, & p̃cedente pronuntiatione interlocutoria ipſius iudicis, vt dicit Bal. in d. l. 2. idẽ Bal. in l. ſi qs alicui. C. ad leg. Iul. maieſta. Salyc. in l. fi. C. de q. & Bar. in l. fi. ff. eo. ti. Ang. de Are. & alij moderni practici in locis ſup. notatis. & Bal. in d. l. milites. §. oportet. & l. ea q̃dem. Sol. dic, ꝙ plena, & grauis tortura non eſt ęquũ ꝙ in paruis criminibus inferat̃, q̃a maior pœna eſſet in inquirẽdo q̃ in puniẽdo qđ eſſet q̃ tex. in l. in ſeruorũ. ff. de pœn. ſed illa territio ſeu leuis tortura nõ excedẽs ſcẽm gradũ non vr̃ eſſe prohibita in hmõi criminib. maxime q̃n p̃ſona rei eſt uilis condõnis, & valde ſuſpecta de crimine illo, & iſta potius dici põt quædã modica coertio q̃ tortura ſecundum Bal. in l. 2. uel dic ꝙ ille tex. in d. l. leuia, loquitur de alijs ſolennitatib. ipſius proceſſus, uidelicet de libello, inſcriptione ad pœnã talionis, de ſolẽnitatib. probationũ, publicationis proceſſus, & alijs ſimilib. terminis, & ſolennitatibus, non aũt de iſta modica coertione ſine qua ueritas aliter haberi nõ poteſt, & ita uidetur ſentire gl. in d. leuia.

5 † Si autem eſſet perſona grauis, & honeſtæ condõnis, aut nobilis familiæ, pro leuibus criminib. huiuſmodi non eſſet deueniendum ad aliquem actum torturæ quantuncunque leuis, & minimę, quia ex ea uideretur afferri iniuria dignitati ſiue nobilitati, & ideo bene dixit tex. in d. l. milites. §. oportet. C. de quæſtio. ibi, ſi perſonarum conditio id requirit &c. & ita uidetur ſentire gloſſ. in dicta. l. leuia. intelligendo de uilibus, & inſpectis perſonis, ut ibi uide Bald. in d. l. ſecunda, & Bartol. in l. non omnes. §. a Barbaris. ff. de re milit. & Pari. de Put. in dicto tractat. ſyndicat. in capitu. an in cauſa pecuniaria. uide infra eodem titulo quæſtione 7 uerſic. limita. in fin. ¶ Et propterea non uidetur eſſe deneganda uili perſonæ,

SVMMARIVM.

1 *Tortura in quibus cauſis & criminibus inferri poſſit.*
2 *Oratio indefinita æquipollet uniuerſali.*
3 *Iudex diſtinguere non debet ubi lex non diſtinguit.*
4 *Proceſſus ſit ſummarius in leuibus criminibus.*
Tortura de proceſſu dicitur ad quam abſque indicijs legitimis non peruenitur.

Digitized by Google

6 perſonæ,maxime quando eſſet perſona ſuſpecta.† Quia vide mus aliàs quod vilis perſona,& pauper qui propter inopiam non poteſt ſoluere pœnam pecuniariam luet in corpore per torturã,& ſic eo caſu tortura ipſa datur pro pęna ,.pro hoc eſt regulare in omnibus publicis criminibus.l.1.§.final.ff.de pœnis.vbi eſt not.tex.l.quicunque.§. quod ſi.C. de ſer.fugiti. & l.ſi quis id.ff.de iuriſdictio.omnium iudicum.Vide Bart in d.l.1.§.fina.qui dicit hoc eſſe regulare in vilibus perſonis, & ibi tradit pulchram limitationem ad regulam de qua in l.ſer uorum.ff.de pę.quod quælibet pęna corporalis minima &c. vbi dicit quod illud non habet locum in vilibus perſonis, ſed in maioribus,& honeſtis.

SVMMARIVM.

1 *Perſonæ omnes indiſtincte in criminalibus cauſis an poſſint ſubijci torturæ.*
2 *Milites,& decuriones torqueri non poſſunt.*
3 *Conſuetudo eſt nulla quòd milites,aut decuriones torqueri poſſint.*
4 *Impuberes non debent torturæ ſubijci. Mulieres prægnantes non debent torqueri.Serui non torquentur in certis caſibus contra certas perſonas.*
5 *Senex confectus ætate non ſubijcitur torturæ.*
6 *Senex confectus ætate remanet ſub regula affirmatiua torturæ.*
7 *Mutus ſurdus,cæcus,& furioſus ob impedimentum naturæ non ſubijciuntur torturæ.*
8 *Effectus ceſſat cauſa ceſſante.*
9 *Senex rarius,& mitius torquetur robuſtis iunioribus.*
10 *Damnatus ad mortem an poſſit liberari ſi reipublicæ ſit utilis.*

1 SExto quæro an omnes perſonæ † indiſtincte torqueri poterunt in cauſis criminalibus.dic ꝙ ſic regulariter,ſeruatis tamen de iure ſeruandis,& præcedentibus indicijs legitimis,quia regula torturæ eſt affirmatiua,vt ſupra proxime dictum eſt.A tortura autem nemo dicitur exemptus niſi quatenus reperiatur expreſſum,vt habetur.in d.l.1.in prin.ff.de quæſtio.& d.l. milites.§.oportet.C.eo.tit. A qua quidem regula plures per-
2 ſonæ excipiantur quæ torqueri non poſſunt. † Quorum quidam ſunt milites qui priuilegio militiæ,& fauore reipublicę torqueri prohibentur.d l.milites. in princ.

Secundò excipiuntur decuriones,& eorum filij,ac nepotes qui durante decurionatus officio propter dignitatem officij torqueri non poſſunt dicta.l.milites. & l. decuriones.& l.diuo marco.C.de quæſtioni.Sed quæro an hodie milites noſtri temporis decuriones ſiue conſiliarij habeant iſtud priuilegium,vt torqueri non poſſint.Bar.in d.l.milites.dicit quod gaudent illo priuilegio , vt torqueri non poſſint. idem tenet Cyn.in l.diuo marco.eo.tit.& Iac.But.in d.l.milites Salic.in l. 1.in pen.col.C.de iur.& fac.igno.l.decuriones. in fi.quamuis dicat ibi quòd hoc male ſeruatur de conſuetudine in Lombardia.eandem conſuetudinem quod non ſeruantur iſta priuilegia, ego vidi Romæ ſępe ſæpius ſeruari cõtrarium.Barb. tamen in apoſt.ad Sali.in d.l.diuo marco.in fi. dicit amplian
3 do communem doct.opin.† ꝙ ſi conſuetudo eſſet in contrarium quod torqueantur, talis conſuetudo non valet, dicit ipſe caſus eſt ſingularis ſecundum Bart. & ipſum in l.omnes iudices.C.de decurio.lib.10.Idem tenet dom. Alexan.in l.cẽturio.in 9.colum.ff.de vulg.& pupil.& Roman. in ſingulari. 390.quod incipit,mulieres.ubi idem dicit de doctore. quod expreſſe firmat dom.Iaſ.in l.de quibus.colum.23.uerſic. non tamen.ff.de legib.& Matthæſil.ſingu. 59. quod incipit nota, quod legum doctores &c.Vide Bartol.in l.1.C. de aduocat. diuer.iudicum.vbi dicit,doctor,& aduocatus torqueri non poteſt ex quo eſt conſtitutus in dignitate, & non ſolum durante officio aduocationis,ſed etiam eo depoſito,& ideo dicit quoties per ipſum ſuſcipiendum eſſet iuramentum debet mitti notarius ad domum ſuã tanquam ad egregiã perſonã.

4 Tertiò † excipiuntur minores, ſcilicet impuberes qui propter defectum ætatis quæ adhuc tenera eſt torqueri non poſſunt,ſed illius loco ferula ceduntur.l.1.§.impubes.ff.ad ſilleia. & l.de minore.in prin.ff. de quæſt.

Quartò excipiuntur mulieres prægnantes,quæ propter accidens ſcilicet impedimentum prægnantiæ non torquentur ne ſubſequatur abortus etiam poſt partum per 40.dies , donec mulier fuerit priſtinæ ſanitati, & viribus reſtituta. l. prægnantis.ff.de pœnis.& l.imperator.& ibi Bal. ff. de ſtatu homi. Hyppol.de marſil.in l.1.in prin.in 5.colum.ff. de quæſt.& alij Moderni practici in ſæpæ dictis eorum tract.

Quintò excipiuntur ſerui, qui licet indiſtincte non prohibeantur torqueri,tamen contra certas perſonas non torquẽtur,niſi in quibuſdam caſibus,vt l.ſeruus. C. eo.tit.de quæſti. ſed iſta non eſt propria fallentia ad regulam, vt ſit generalis in omnibus, perſonis, ſed ſolum quo ad certas perſonas.

5 Excipitur ſexto ſenex ætate confectus qui propter lapſum ætatis torqueri non poteſt.l.3.§. ignoſcitur. ff. ad ſillei.quam opi.tenuit Gand.in d.ſuo tract.in tit. de quæſtio. & tormen. in prin.Bar.in d.l.3.§.ignoſcitur.& in d. l. de minore.in princ. Ange.de Are.in ſuo tract.malefi.in glo.fama pub. uer.quæro quæ perſonæ.Hippo.marſi.in l.ædictum.in 3.colum.ff.de quæſt. Alexan.in apoſt.ad Bart.in d.l.milites.in prin. & ita cõmuniter tranſeunt doct.cum iſta limitatione. Ego autem teneo contrarium,ſcilicet quòd iſta exceptio ſiue limitatio nõ ſit uera de iure,nec probatur per text. in d.§. ignoſcitur,quicquid dixerint docto.prædicti qui videntur in hoc caſu loqui
6 ſine lege.† & ratio tex.in d.§.ignoſcitur.non concludit generaliter quod ſenex non poſſit torqueri,& propterea dico, ꝙ ſenex ætate confectus remanet ſub regula affirmatiua tortu ræ.d.l.1.in princ.ff.de quæſtio.& l.milites.§.decuriones. C.eo. tit.ubi excipiuntur quędam perſonæ, quæ torqueri nõ poſſunt.ergo regula eſt in contrarium, quod regulariter omnes alij qui non ſunt in iure expreſſi torqueri poſſunt, ita concludunt Bald.& Sali.& alij.in d.l.milites.& l. decuriones. text.n. in dicto.§.ignoſcitur.non prohibet generaliter ſenem torqueri non poſſe.pro cuius declaratione ſciendum eſt , quod illa lex.3.ff.ad ſillei.fuit condita contra ſeruos ignauos qui neglexerunt afferre opem domino ſuo dum erat inſultatus antequam interficeretur.ex eo enim,ꝙ non attulerunt opem pręſumuntur eſſe in dolo,& conſcij criminis ſeu forſan participes,& propterea torquentur omnes,qui in dicta domo reperiebantur tempore quo dominus fuit occiſus , & non tulerunt opem domino ſaltem in clamando , & ſic illi qui in negligentia apprehenſi fuerunt torquentur ad eruendum veritatem,quare domino ſuo opem non præſtiterunt , vel illius necem non vindicarunt,vt tenebantur de iure , & ad videndum etiam nunquid illius fuerint fortaſſe participes , & ad purgandum quodammodo ſuſpitionem illam,quæ viget cõtra illos,omnes torquentur regulariter, qui præſentes in eadem domo eius reperiebantur.d.l.1.in prin.& §.ſi pater.& §. ſi uir aut uxor.ff.ad ſilleian. quorum aliqui excuſantur a tortura ex iuſta cauſa ſiue iuſto impedimento quo detenti fue-
7 runt.d.l.3.† quidam propter impedimentum naturæ , vt eſt mutus,ſurdus,cæcus furioſus, qui propter defectum ſenſus naturalis non poterunt adeſſe rumori vel afferre opem domino.dicta l.3.§.ſurdus.& §.cæcus.item etiam ignoſcitur his qui clauſis ianuis non potuerunt exire foris , & ſuccurrere domino,& eidem opem afferre.dicta. l. 3. §. ſubuenitur. poſtea immediate ſequitur.§.ignoſcitur.vbi dicitur quod ignoſcitur etiam his,qui ętate defecti ſunt, vt propter non præſtitam opem,& auxilium domino non reddantur negligentes, & culpabiles,ex quo propter corporis debilitatem,& membrorum languedinem non potuerunt currere, & adeſſe rumori,& necem domini vindicare ſicut iuuenes,& vt ipſi deſiderabant,& propterea ob hanc cãm iura non præſumunt ſenem illũ fuiſſe negligentem aut culpabilẽ, uel ſuſpectũ de crimine,quia iuſta de cã impeditus &c.ſtante igit impedimẽto prædicto ceſſat cã ſuſpitionis,& ceſſante cã ſuſpitionis, & culpæ,merito ẽt ceſſat tortura.Quæ pp negligentiam adhibi tam erga dominum infertur,vt d.l.1.in prin.& §.ſi pater.lo 2.
8 & § ſi vir aut vxor.eod.tit.† quia ceſſante cã ceſſat effectus.l. adigere.§.quamuis.ff.de iure patronatus.ibi enim ſenex non excuſatur a tortura pp ætatem ſenilem, ſed excuſatur a cauſa propter quam infertur tortura, conclude igitur quod ætas ibi non eſt cauſa principalis ad eximendum ſenem a tortura ita quòd ſenilis ętas ſemper ſit cã excluſionis torturæ, ſed excludit cauſam ſuſpitionis præſumptæ ſciẽtiæ,& participationis pp quam infertur tortura.d.l.1.in prin. & §. ſi pater.el 2. & §.ſi uir aut uxor.eo.tit.extra igitur illum caſum non video rationem in contrarium quare ſenex torqueri non poſſit in caſibus in quibus de iure deueniri poteſt ad torturam ſaltẽ leuiter,& temperate,mitius tñ quàm in alijs iunioribus.l.1.§. diuus.& l.de minore.§.tormenta. ff. de quæſt. non eſt igitur dicendum quod ex diſpoſitione.d.§.ignoſcitur.limitetur, & lædat regula iuris cõis de qua in d.l.1.in prin.ff.de quæſt.quæ loquit affirmatiue gñaliter , & indiſtincte vt latius. ſup.dictũ fuit.arg.l.ſancimus.C.de teſt.& l.præcipimus.C. de app.ſi.n. iura noluiſſent ſenẽ debere torqueri illud vtiq; expreſſiſſent, & excepiſſent a regula,ſicut expreſſe cauerunt, & exceperũt milites decuriones,& eorũ filios,itẽ, impuberem mulierem prægnantem, & alios, de quibus ſup.d.l.milites.l. diuo marco.l.decuriones.C.eo.tit.& l.de minore.in prin.§.eod.titu.l. prægnantem.§.de pæ.cum ſimilibus.cum itaque hoc non reperiatur expreſſum , nõ eſt dicendum quod regula iuris quę eſt affirmatiua debeat immutari vel corrigi,aut limitari. d.l.
9 ſancimus.& d.l. præcipimus.† Quidam alij exponunt illud uerbum ignoſcitur, non ꝙ ſenex prohibeatur torqueri , ſed quod rarius torquetur,& caſu quo debeat torqueri,tũc mi-

Digitized by Google

tius & leuius torquendus erit quàm iuuenis,hæc enim opinio licet videatur æqua & pia, præcedens tamen est de iure verior per ea quæ supra dicta sunt.ego tamen quando casus contingeret omnem diligentiam adhiberem ad eruendam veritatem aliter quàm per torturam ex persuasionibus aut comminationibus,quoties tamen esset necesse ad illam deue nire non excederem secundum aut tertium gradū,nisi essemus in atrocioribus & persona rei esset vilis & ualde suspecta. An autem reperiantur alij quàm supra nominati qui dicantur esse exempti a tortura,uide domi Hippo.de Marsil.in l.edictum.ff.de quęst.in 3.colum.ubi plures enumerat, inter quos dicit,quod ille qui est utilis reipublicæ torquæri non potest secundum domi.Pari.de put.quem ipse refert idem tene re in dicto suo trac.&c. & dicit esse bonum tex.ad hoc in l.
10 ad bestias. ff. de pęn.† vbi dicitur quod damnatus ad bestias eximitur ab illa pęna quando ille erat utilis populo, & ad pces populi debet liberari. nota quod ego intelligo illud dictum esse uerum per illum tex. quotiscunque per torturam adeo cruciaretur quod efficeretur inutilis,quia posset membro debilitari uel mori in turtura,quod quidem perraro contingit, aliàs autem non uidetur esse eadem ratio in tortura sicut in morte,quia illi qui sustinent torturam non moriuntur nec debilitantur regulariter,& sic per illam non cessat vtilitas reipub. quando ille seruatur in uita, & ideo dubito de isto dicto propter diuersitatem rationis super quo tamen cogita.Prædictas tamen limitationes omnes limita & declara non procedere nec habere locum in criminibus exceptis & atrocissimis sicut est crimen læsę maiestatis in quo nulla dignitas nullumque pœnitus priuilegium suffragatur reo ad effugiendum torturam.l.quisquis.C.ad leg.Iul.maiesta.& in crimine hæresis,vt dicunt doc.in d.l. quisquis, & canonistę in c.uergentis,de hæreti.in antiq & in c.cum secundum leges eodem titu.lib.6.Item in crimine maleficiorum & incantatorum,ut.l.& si excepta.C.de malefi.& mathe.in quibus crimi nibus omnes indistincte torquentur ut ibi dicitur,& notatur etiam per do.Hippo.in dicta. l. edictum.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an locum habere possit in pecuniarijs causis.*
2 *Liberi possunt torquæri in causa ciuili delictum annexum habenti.*
3 *Serui alieni in causa pecuniaria possunt torqueri.Homo liber in causa pecuniaria regulariter non torquetur,sed hoc fallit in teste uacillante.*
4 *Mercatores fallit cessantes & fugitiui quando possint torquæri.*
5 *Pœna corporalis quantumlibet leuis quacunque pecuniaria maior est.*
6 *Tortura non dicitur pœna quæ iuris habeat effectum.*
7 *Finis causæ non attenditur in materia torturæ.*
8 *Iuramentum quando deferatur in probationis supplementum.*
9 *Tortura quando ad pœnam dari dicatur. Fur quandoque ad pœnam torquetur pro leuibus furtis.*
10 *Confessio torti an sibi noceat si denegata fuerit indiciorum copia, remissiue,*
11 *Iudex quid faciet reo ad banchum iuris ducto confessionem suam quam in tormentis fecerat negante.*

SEptimo quęro an in cau-
1 sa † pecuniaria & ciuili deueneri possit ad torturam, dic quòd sic quandoque:non tamen omnes personæ nec in omni casu deueniendum erit, sed serui duntaxat alieni quotiescunque ueritas rei aliter haberi non potest torquentur. l.diuus.in princ.ff.de quęst.& ista est vna ex differentijs,quæ vertuntur inter causas ciuiles,& criminales secundum quod dicit Bar.in d.l.diuus.quia in causis ciuilibus non torquentur nisi serui alieni non autem liberi, neque statu liberi, & casu quo deueniendum sit non ita de falli deueniendum est, sed vbi ueritas aliunde haberi non potest quàm per tormenta seruorum:sed in causis criminalibus torquentur etiam libe-
2 ri pro eruenda ueritate,ita dicit Bartolus in l.diuus.† Quod tamen est uerum nisi causa ciuilis haberet in se annexum delictum,quia tunc etiam liberi torquentur,ut est tex.no.in c.r. de deposi.quem tex.omnes doc.allegant ab hoc, & notat etiam doc.in l.ex libero.ff.de quæstio. Vnde dico quòd in hac materia poni potest regula negatiua secundum quod in causa pecuniaria liber homo regulariter nō torquetur.d.l.diuus. fallit ista regula in aliquibus casibus,& primo in casu d.ca.r. de deposi.quando causa ciuilis habet annexum delictum. Item fallit quando ciuiliter ageretur de falso & ueritas aliter haberi non posset, quòd tūc deueniri possit ad torturam,ita dicit Bal.in l.sicut falsi.C.de falsis.Ex quo textu idem puto dicendum esse in furto ubi ageretur ad rem sibi furto subtractam,non per accusationem furti,sed priuato iudicio ciuili per actionem furti,ut in §.furti autem actio.insti.de obl.quæ ex deli.nas.uel condictione furtiua, ut in l.si pro fure.& in prin.& §.1.ff.de condi.furti.quod ubi plena probatio per testes aut sacramenta haberi non posset, quòd liceat deuenire ad torturam,quia ratio tex.in d.l.sicut falsi. ita militat in isto casu sicut illo.

3 † Et prædicta procedunt in libero: homine serui autem alieni bene poterunt torqueri in causa pecuniaria, & hoc fieri potest quotiescunque veritas aliter haberi non potest,vt d.l.diuus.ff.de quæst.

Prædicta etiam limita, & declara quòd liber homo non torquetur regulariter in causa pecuniaria, est verum quando loquimur de principali. Secus autem in teste vacillante, quia liber homo si adhibetur vt testis in causa pecuniaria, & vacillat,poterit torqueri,ita dicit tex.ubi Bart.& alij in l.ex libero.ff.de quæst.& hoc non prouenit ex natura causæ, sed propter accidens scilicet illam vacillationem.l.liber homo.in prin.& l.unius.§.testes.ff.eod.tit.vide Bar.in d. l.liber homo. & l.ex libero.& d.§.testes.& domin.Hippo.de Marsil.ibi, vbi copiose declarat hanc materiam.& Bald.& Salyce.in d.l.sicut falsi.C.de fal.Ioan.de Imol.& Panormit.& alij cano.in capit. grauis.de deposi. ubi in hac materia multa bona dixerunt, & Cyn.in l.final.C.de falsi. & est glo.not.15.quæst.4. cap.præsbyter.Et inquantum diximus supra quod quando causa pecuniaria habet annexum delictum deueniri poterit ad torturam per tex.in dicto capit.primo, de deposi.per quem tex. dixit dom.Paris de Put.in tract.sindi.in capit.an in causa pe-
4 cuniaria.in principio se decidisse aliàs quæstionem istam.† Ø isti mercatores falliti cessantes,& fugitiui poterunt torqueri vt indicent pecunias sibi datas in depositum vel in societate ad mercandum,quas nunc denegant habere,& perdidisse dicunt quem omnino vide quem etiam refert, & sequitur dom.Hippo.de Marsi.in d.l.diuus. in 2. colu. qui deinde opponit contra illud. capit.prim. extra de deposit.dicens quòd nimis durum,& iniquum esse videtur, quòd in causa ciuili, & pecuniaria deueniatur ad torturam, licet simus in terminis dicti capitu.primi,quia ex hoc magis cruciatur.& patitur reus siue debitor in Inquirendo veritatem rei quàm ipsa re comperta in satisfaciendo,puta nil aliud in condemnationē venit nisi pecunia in cuius solutione debitor nullum patitur dolorem in corpore,& minus nocet solutio, & sententia q̄
5 inquisitio,† quia quilibet corporis cruciatus siue corporalis pœna etiam minima est maior quacunque pœna pecuniaria, quantuncunque sit magna.l. in seruorum. ff. de pęn.ad istud contrarium dantur duę solutiones per doc. secundum ipsum,prima est quod tortura non datur ad pœnam,nec dicitur proprie pœna, sed est dolor corporis vel membri ad eruendam veritatem &c.d.l.item apud labeonem.§.quæstionem.ff.de iniurijs.& sup.dictum fuit in prima quæstio huius tituli:quia si tortura esset pœna vel daretur ad pœnam,profecto non essent duo tituli separati, titulus de quæstio. a titu. de penis, sed quia sunt materiæ diuersæ, & separatæ,scilicet materia inquisitionis,& materia pęnæ; propterea æditæ sunt sub diuersis titulis,& nominibus. quidam vero dicunt quòd licet tortura non sit pœna iuris de facto, tamen est pęna non leuis,quia cruciatus ille affert pœnam, & dolorem intole-
6 rabilem in corpore.sed non obstat † quia licet tortura afferat dolorem,& cruciatum in corpore, tamen non dicitur proprie pœna quæ habeat effectum iuris, sed posset forsan improprie dici pœna hoc est illa tolerantia doloris, & cruciatus quam qui torquetur sustinet in membris, & corpore, nec datur ad effectum pęnæ a lege statutæ,& propterea ex diuersis non fit bona illatio.l. naturaliter. l. nihil commune.ff. de acqui.poss.& l.Papinianus.ff.de minori.quidam vero dāt aliam solutionem limitando, videlicet.d.l.in seruorum.ff.de pęn.vt dispositio illa non habeat locum in plebeis, & vilibus personis,sed in nobilibus, & magnæ cōditionis hominibus, qui non debent torqueri nec cruciari in corpore pro re pecuniaria cuiuscunque sit ualoris. Ego autem consideraui quod licet solutiones istæ sint veræ in se, tamen ad solutionem istius oppo.non oportebat tantum laborare, quia solutio ipsius breuissima est.Nam est verum quòd in causis pecuniarijs regulariter non deuenitur ad torturam.dicta l.diuus.nisi in casibus, & personis exceptis, vt supra diximus in princ.quæst.& ad hoc facit regula illa de qua in dicta l. in seruorum.ff.de pęnis.sed in casu dicti capitul. primi, & l.sicut falsi. C. de falsis.ideo deuenitur ad torturam propter delictum furti vel falsitatis annexum, & isto respectu videtur potius deferri in causa criminali quàm ciuili, quia tunc illa non dicitur causa mere ciuilis, sed potius mixta cum criminali, uide Imo.& alios in dicto capitu.primo.& ratio illa de qua in d. l. in seruorum non videtur multum vrgere in pro
7 posito nostro,† quia in materia torturæ non debemus attendere ad finem causæ, ex qua venit soluendo pecunia, quia aliàs sequeretur quòd in multis causis criminalibus, in quibus de iure communi aut ex forma statutorum venit imponenda

Digitized by Google

nenda pœna pecuniaria, vel bonorum publicatio, vt in l. si quis aliquid. §. qui abortionis. ff. de pe. & insti. de publi. iud. §. item lex Iulia. si illa ratio procederet sequeretur quòd illis casibus non posset quis torquæri, quia esset maior pœna inquisitionis quàm condemnationis, quod est falsum. Dicas igitur quòd in omnibus causis in quibus infertur tortura, considerandum est principium causæ & illius natura an descendat siue oriatur ex cõtractu vel quasi, an uero ex delicto uel quasi delicto, ut insti. quib. mod. re contra. obli. & de uer. obl. cum simil. & de obli. quę ex delict. nas. per totum, vt primo casu non sit locus torturę: regulariter etiam quod ueritas aliter haberi non possit, quia in causis ciuilibus iura dederunt alia remedia, aut actor plenè probauit intentionem suam &
8 reus condemnatur. l. si debitori. ff. de iud. † aut semiplene probauit & defertur sibi iuramentum in supplementum probationis dummodo actor sit honesta persona & non agatur de maxima summa ut no. dicit Bar. in l. admonendi. & ibi p Moder. latissime. ff. de iureiur. & Bal. in l. 1. bonefidei. C. eo. ti. Io. de Imo. Panor. & alij Canon. in c. fi. eo. tit. aut actor nõ plene neque semiplene probauit, sed minus quàm semiplene, ut quia habuit testes qui nõ erant omni exceptione maiores, uel forte erant singulares, quo casu non deuenitur ad istud iuramentum, ut dicunt præfa. doc. in d. c. fina. sed isto casu defertur inrm reo quod dicitur iuramentum purgationis, & obtinet absolutionem ut not. in d. c. fi. aut actor proposuit libellum, sed nihil pęnitus probauit, & isto casu reus absoluitur etiam absque aliquo iuramento ut. l. actor. C. de proba. & l. qui accusare. C. de eden. & per ista media deciduntur causæ ciuiles, non autem per torturam, intelligendo de causis mere ciuilibus: illę uero quæ habent annexum delictum, dici non possunt mere ciuiles ut. d. c. 1. & l. sicut falsi: ideo nõ est mirandum si in illis potest inferri tortura, quia datur propter delictum non propter ciuilẽ causam, nec ex natura cause ciuilis, quia tortura fuit adinuenta pro causis criminalib. contra culpabiles & dolosos, quoties deficiunt plenæ probationes in crimine, & dicitur remedium extraordinarium, ut no. Bal. in l. 2. C. quor. ap. non recip. & per Azo. in sum. de q̃st. & Panor. in c. cum in contemplatione de reg. iur. in princ.
9 † Et licet tortura etiam in causis criminalibus non soleat dari ad pœnam, tamen datur quandoque ad pœnam quando ex crimine ueniret imponenda pœna pecuniaria & reus pp paupertatem illam soluere non posset luit in corpus, quæ luitio fit interdum per torturam maxime quando est uilis persona ut. ff. de pęn. l. 1. §. fin. & C. de seruis fugi. l. quicunque. §. quod si & l. si quis id quod. ff. de iurisdom. iu. dom. Parisi de Put. in d. tracta. in c. tortura. el. 1. vbi dicit quòd pro leuibus furtis fur quandoque torquetur ad pœnam maxime quando est uilis persona & pauper ut in auc. ut iud. sine quo. suffr. §. ex diuerso. Posset etiam hic inferi quæstio illa de qua in l. repe. ff. de quæst. an & quando semel tortus possit iterum repeti in tortura, & an & quando quis dicatur competẽter tortus, & quid si reus moritur in tortura, uel propter torturam mors fuerit subsequuta, an iudex tenetur, & ad quam pœnã & quid si reus fuit positus ad torturam nullis indicijs precedentibus, uel si aderant indicia non tamen erant in actis descripta, & quid si reus petijt copiam indiciorum, & fuit sibi denegata, & non obstante petitione prædicta fuit positus ad torturam, & quid si reus in tortura fuerit confessus aliud crimen quãdo nulla precedebant indicia uel si qua aderant erãt inualida, uel si legitima erant non erant scripta in actis, vel
10 † quando fuit sibi denegata indiciorum copia an confessio illa etiam ad banchum iuris ratificata noceat reo ad condẽnationem uel ad alium effectum & quem: & quid si reus pp priuilegium, ætatem, prægnantiam vel aliam similem legitimam causam torquæri non poterat si fuerit tortus & confessus, & ratificauerit confessionem suam, an poterit ex ea subsequi condemnatio. uelle omnia ista ad longum describere potius superfluum esset quam necessarium, quia omnes docto. & antiqui & moderni in theorica, & in practica in suis commentis, hæc plene descripserũt apud quos per te ipsum videre poteris. Bar. in l. 1. in princ & §. idem Cornelio. & l. fi. ff. de quæst. & in d. l. 1. & fi. & l. milites. §. oportet. C. eo. tit. & l. ea quidem. C. de accu. Bal. in l. 2. C. quo. appel. & c. idem Bal. in l. 1. C. de confes. & in l. 2. C. quod metus cau. Gand. in trac. mal. in tit. de quæst & tormen. Ang. Aret. in suo tract. malef. in gl. fama publica. uer. nunc videamus. vlq; in fi. Par. de put. in tract. sindi. in c. tortura. lo. 1. cum tribus seq. & c. uiso de indicijs. Hippo. mar. in l. 1. in princ. & §. fin. & §. ad quęstio. ff. de quæst. Fran. Bru. in tract. de indi. & tor. in 2. parte. canonistæ in c. qualiter & quando, & c. inquisitionis, de accusa. & in c. cum in contemplatione, & ibi Pauor. de regu. iur. in antiquis.

Nihilominus quo moderamine & qua leuitate, uel grauitate sit danda tortura, & quæ indicia ad illam inferendam idonea sint & quando quis dicatur competenter tortus uel non, similiter quando quis dicatur purgasse indicia, uel non, omnia ista demum relinquuntur arbitrio & discretioni honesti iudicis, quoniam in his certa regula tradi non potest sed alteratur ex qualitate facti, personarum conditione, loci consuetudine, & alijs circunstantijs & qualitatibus, ut dicit Bal. in d. l. 2. C. quor. appel. & c. & d. l. milites. §. oportet. Bart. in d. l. fin. ff. de quæst. & l. 1. in princip. eo. tit. & est tex. in l. 1. §. calumniatoribus. ff. ad turpil. & l. testium. §. tu magis. ff. de testib, Panormita. in d. c. cum in contemplatione, de reg. iur. &
11 Azo. in summa. eo. ritu. † Quid autem si reus semel aut pluries confessus fuerit in tormentis, deinde temporesuo adductus ad banchum iuris in loco ratificationis negauerit, & confessionem ipsam reuocauerit, quid tunc aget iudex, dic quod reponet illum iterum ad torturam, in qua tandiu morabitur suspensus quantum iudici uidebitur esse sufficiens, & si reuocationem ipsam reuocauerit reuertendo ad primã confessionem illi standum erit & iterum ratificanda, si uero passis tormentis semper in eadem reuocatione insteterit debebit absolui, vide Bar. in l. 1. §. si quis ultro. & in l. repeti. ff. de quæst. & do. & Hippo. de Marsil in d. l. repeti. in 4. colum. ubi dicit quòd dum ipse erat officialis illustrissi. Ducis Mediolani habuit prę manibus quendam insignem ribaldum qui similes actus sæpius fecit, & reperitis uicibus in tortura fatebatur, deinde ad banchum iuris adductus semper negauit & reuocauit præcedentem confessionem, adeo quòd fuit sibi necesse, ut ipse dicit illum absoluere & abolere processum cum inquisitione. Interrogatus postea quare sic fecerat respondit quod magis sibi expediebat torqueri pluries in brachijs cum corda quàm semel in gula, quoniam multi inueniuntur medici qui sciunt resarcire ossa brachiorum etiam si essent fracta, sed nemo reperitur qui sciat resarcire gulam laqueo occlusam.

FINIS.

DE PENIS OMNIFARIAM COITVS Illiciti, Tractatus Pauli Grillandi Castillionis Florentini Iurisconsul.

SVMMARIVM.

1 *Coitus carnalis crimen non minus frequens est quàm damnabile.*
2 *Coitus crimina iuxta diuersas personarum conditiones sunt diuersa.*
3 *Coitus sacrilegus grauior est cæteris carnis criminibus.*

1 QVia carnalis coitus † criminis non minus frequens quàm damnabilis vsus habetur, ob quem, iura criminum reos huiusmodi diuersis pęnis prosequuntur. l. si adulterium cum incestu, & ibi gloss. & Bar. in l. inter liberas. & l. stuprum. ff. ad legem Iul. de adulte. §. item lex Iulia. insti. de publi. iudi. 32. quæst. 2. adulterij malum, & eadem causa & quæst. c. flagitia. no. Cardi. in clem. 1. de pœn. Abb. Fely. & alij Cano. in c. 1. & 2. extra de adul. & stup. & in c. vt clericorum. de uita & hone. cle. ad quem coitum aliquãdo deuenitur mediante opera sortilogorum, & per maleficia de quibus supra diximus lib. præcedẽti, ideo placuit post dictum tractatum sortilegiorum hunc immediate subiungere.
2 † coitus enim crimina sunt diuersa secundum diuersas personarum conditiones & gradus, pro quibus diuersas iura statuere pœnas ut proxime diximus, ideo de his aliqua uideamus.
3 † Et primo de sacrilegio quod cæteris criminibus his maxime quæ secundum naturam perpetrantur grauius nuncupatur 32. qõ. 7. adulterij, & 27. q. 1. sciendum.

SVMMARIVM.

1 *Sacrilegium generaliter sumptum quid, & unde dicatur.*
2 *Sacrilegium an sit crimen ecclesiasticum, an seculare.*
3 *Sacrilegium an comprehendatur sub nomine furti. Statutum quod de furto loquitur in sacrilegio etiam locum habere censetur.*
4 *Sacrilegij diuersæ sunt species. Sacrilegij prima species in personam committitur, secunda per coitum cum moniali, tertia autem circa locum sacrum fit, & quarta in rem eam scilicet auferendo.*
5 *Locus sacer solus sacrilegium non facit.*
6 *Subtrahens rem ad usum ecclesiæ destinatam nondum ei traditam, an sit sacrilegus. Statutum de sacrilegio puniendo tractans, de quo intelligi debeat sacrilegio.*
7 *Sacrilegium uerum & proprium quod dicatur, & qualiter puniatur. Sacrilegium improprium quod sit.*

Digitized by Google

Paul. Gril. De pęnis omnifariam coitus.

8 *Sacriegium largo modo ſumptum quod ſit, & qua pęna reprimatur.*
Sacrilegium qualiter de iure canonico ſit puniendum.
9 *Sacrilegium grauius illud dicitur quod in perſonam clericorum per iniectionem uiolentæ manus committitur.*
Iudęus ſuper crucem immunditias proijciens an poſſit ut ſacrilegus puniri.
10 *Sacrilegium contra perſonam eccleſiaſticam commiſſum grauius eſt eo quod in loca ſacra committitur.*
Crimina quæ ex coitu cum moniali habito oriantur.
Sacrilegium committitur ſi cum moniali copula carnalis habeatur.
11 *Stuprum, & adulterium qualiter in eadem perſona ſimul cōcurrere poſſint.*
12 *Crimina diuerſa eodem actu committenti, an debeant pœnæ diuerſi imponi.*
13 *Reus ſeparatim, & de pluribus accuſari, & puniri poteſt, ſi eodem actu plura commiſerit crimina ſpecie diuerſa.*
14 *Reus ex eodem facto de pluribus criminibus ab uno, & eodem impeti, et uexari non poteſt.*
15 *Vtilitas quæ reſultare dicatur quòd quis de diuerſis criminibus ſpecie differentibus ex eodem facto deſcendentibus puniatur.*
16 *Furtum in loco priuato ſacro factum quaſi ſacrilegium cenſetur.*
17 *Coitus carnalis cum moniali habitus qualiter in foro conſcientiæ ſit puniendus.*
18 *Copula carnalis cum moniali qualiter puniri debeat in foro contentioſo de iure canonico.*
Monialem ſtuprans de iure ciuili debet capite plecti.
19 *Coiens cum moniali ſiue conſentienti ſiue renuenti capite debet minui, & eius bona publicari.*

Primo igitur quæro quid eſt

1 † ſacrilegium generaliter ſumpum. Reſpon. Sacrilegium eſt ſacræ rei uiolatio vel eiuſdem vſurpatio, vt dicit Bald. in l. 3. C. de furtis. in 1. colum. & Azo in ſumma eodem ti. in princ. & ſanctus Tho. in ſumma ſecunda ſecundæ queſt. 99. arti. 3. Io. Lec. in ſumma confeſ. eo. titu. q. 1.

Secundo uideamus quare dicitur ſacrilegium. Reſpon. quod ſacrilęſium dicit̄ quaſi ſacrilegium, quia per illud res aut perſona ſacra læditur, ita dicit Bal. in d. l. 3. & Azo in ſum. eo. titu. & alij prænominati in locis ſuis. glo. tñ in ca. ſacrilegium. 17. q. 4. alio modo deſcribit ſacrilegium, dicens, ꝙ ſacrilegium eſt ſacræ rei uiolatio, ſiue in ſe, ſiue in alio, ſiue ſit res ſacra ſiue perſona, deinde tranſit ad aliam deſcriptionē, & dicit quod ſacrilegium eſt publici iuris tranſgreſſio, ſed neutra iſtarum eſt bona. Prior. n. continet omnia membra diffinitiōis ſiue deſcriptionis ſpecie differentes prout requiritur, ſm quod diximus ſupra titu. j. in princi. ſecunda etiam non ualet, quia eſt nimis generalis ſecundum quam ſequeretur quod omne delictum per quod tranſgreditur publici iuris ordo eſſet ſacrilegium ex quo tranſgreditur publicū ius, & ideo teneas diffinitionem Bal. & aliorum quam ſupra dixi, quæ eſt melior.

Tertio quot requirūtur ad hoc ut ſit ſacrilegium, & puniatur pœna ſacrilegij vide Bal. & Salyc. in d. l. 3. C. de furtis. Azo. in ſumma. eo. ti. & Bar. in l. diuus. & l. ſacrilegi. in prin. ff. ad leg. Iu. pecula.

2 Quarto quęro an ſacrilegium ſit crimen eccleſiaſticum uel ſeculare, ita quòd illius cognitio, & pęnæ impoſitio ſpectet ad ſolum iudicem eccleſiaſticum uel ſæcularem, & dic breuiter quòd eſt crimen mixtum utriuſque fori. capitul. cum ſit generale. & ibi gloſſ. Abb. & alij de foro compet. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſc. & cle. & ff. ad leg. Iul. pecul. l. diuus. & l. ſacrilegi. & ff. de pœn. l. aut facta. §. locus. cap. quod propoſuiſti. de foro competen. 17. quęſt. 4. c. ſacrilegium. cap. ſi quis clericus, ſi quis contumax. §. 1. & c. ſi quis ſuadēte diabolo. & proterea dico quòd tā iudex eccleſiaſticus quàm ſecularis poterit procedere cōtra laicum pro iſto crimine, & habebit locum præuentio inter eos, & ut dicit Abb. in d. c. cum ſit generale & Archi. in c. fælicis. de pœni. li. 6. & Cardi. in cle. 1. eo. ti. & Azo in ſumma. eo. tit.

3 Quinto quæro an appellatione furti ueniat ſacrilegium, quando tractatur de ſubtractione ſacrarum rerum? dic qđ ſic. vt. l. ſacrileg. ff. ad leg. Iul. pecula. quia quo ad pœnam ſacrilegium eſt furtum, immo plus quàm furtum eſt punibile, licet aliquid nō ſit proprie ſacrilegium. d. l. ſacrilegi. in ſecūdo reſpon.

Et ideo dicit Bald. in d. l. 3. C. de furtis, quòd ſtatutum faciens mētionem de furto habet locum etiam in ſacrilegio, & ſic tenet quod ſubtractatio rei ſacræ continetur ſub propria uocabuli ſignificatione furti.

4 Sexto uidendum eſt quot ſunt ſpecies ſacrilegij. Reſpon. quod multæ ſunt ſecundum quod dicit Cardina. in d. clem. 1. de pœn. in ſecundo nota. Bald. tamen in d. l. 3. melius cæteris iudicio meo ponit quatuor ſpecies ſacrilegij, quamuis primo dicat quod tribus modis committitur ſacrilegium.

Prima enim ſpecies eſt quæ committitur in perſonam, uiolando ſcilicet percutiendo uulnerando uel occidendo clericum, uel monachum̄ ſeu alium religioſum, uel perſonam eccleſiaſticam. capit. ſi quis ſuadente diabolo. 17. quęſtione quarta.

Secundo fit ſacrilegium per coitum habitum moniali ſacrata. 27. q. 1. impudicas. & l. ſi. quis in hoc genus. C. de epiſco. & cleri.

Tertia ſpecies eſt quę fit circa locum ſacrum, ſcilicet qñ locus publicus ſacer ſicut eſt eccleſia uiolatur, uel illius cæmiterium in deſtruendo deuaſtando uel occupando aut eius immunitates infringendo.

Quarta ſpecies ſacrilegij eſt quæ committitur in rem, ſcilicet auferendo rem ſacram, & illam alibi aſportando, & cōtrectando rem ipſam, & iſtud tribus modis committitur ſecundum ius canonicum. Primo cum ſubtrahitur aliquid ſacrum de loco ſacro. & in hoc concordant ius ciuile, & ius canonicum. 17. q. 4. ſi quis contumax. §. ſacrilegium. & eſt gl. in cap. ſacrilegium. eadem cauſa. 10. q. & l. diuus. & ibi Bart. ff. ad legem Iu. pecu. Secūdo quando res ſacra auferitur de loco non ſacro. Tertio quando non ſacrum de ſacro. d. cap. ſi quis contumax. §. ſacrilegium. & per dictam glo. in ca. ſacrilegium. & no. in c. conquæſtus. & ca cum ſit generale. de foro compe. iſtæ duæ ultimæ ſpecies non dicuntur ſacrilegium de iure ciui, ſed ſola prima.

5 † Et ſic nota quòd de iure ciuili locus ſacer ſolus non facit ſacrilegium quando tractamus de ſacrilegio quod conſiſtit in ſubtractione rerum, etiam quòd res eſſent ſubtracte de loco ſacro publico ſicut eſt eccleſia, nō dicitur ſacrilegiū de iure ciuili quādo res non erat ſacra, ita dicit Azo in ſumma. eodem titu. & Bartol. in d. l. diuus. Bald. & Salycet. in d. l. diuus. Bald & Salycet in d. l. 3. ſi quis igitur quærit an ſit ſacrilegium de iure ciuili, & quòd pęna ſacrilegij puniatur, debēt iſta duo concurrere. primum eſt quòd res ſit ſacra, itē quòd ſublata ſit de loco ſacro: ita dicit text. & ibi Doct. & maxime Barto. in dicta. l. diuus. vbi dicit hanc eſſe communionē opinionem. Illud autem quod dicitur in d. capitu. ſacrilegium cum gloſſ. in capit. ſi quis contumax. §. ſacrilegium. 17. quæſtio. quarta, procedit, & habet locum de iure canonico in terris eccleſiæ uel inter eccleſiaſticas perſonas in foro eccleſiaſtico iuxta notata per Doc in cap. ſolitæ. de maior. & obedien. & in cap. per uenerabilem. qui fil. ſint legiti. & in c. nouit. de iudi.

Sed contra iſta oppo. de. l. aut facta §. locus. ff. de pęn. vbi dicitur, quòd locus facit ut idem factum ſit furtum uel ſacrilegium, & capite luendum uel minori ſupplicio ſit puniendum. glo. in l. diuus ſoluit hanc cōtrarietatem, & dicit quòd eſt uerum quod locus ſacer facit ſacrilegium ſit res ſacra inde auferatur, aliàs non, quia ſi diceretur eſſe ſacrilegium cū res non ſacra de loco ſacro ſubtraheretur, eſſet *contra textum* in dicta. l. diuus, ubi dicitur quòd ſi quis *rem prophanā* apud ædem ſacram depoſitam furto ſubtraxerit furti tenetur non ſacrilegij. Barto. uero in eadem. l. diuus. approbat eā dem ſolutionem quam dicit quod Docto. communiter tenent, eandem etiam tenēt Bal. & Saly. in d. l. 3. & Azo in ſumma. eo. tit. Arch. in dicto. c. fælicis. in prin.

6 † Vlterius quæro an ſubtrahēs rem quæ erat deſtinata ad vſum eccleſiæ nondum tamen erat tradita ipſi eccleſiæ, an committat ſacrilegium? dic ſecundum Bald. in d. l. 3. quòd non, quia res non dicitur ſacra niſi poſtquam, verè & effectualiter quo ad dominium, & poſſeſſionem deuenerit ad eccleſiam, maxime quando agitur de pęna ſacrilegij inferēda de iure ciuili per ea quæ ſupra diximus.

Vltra prædicta etiam quæro, quid ſi in ſtatuto ſit mentio de ſacrilegio puniendo, an debeat intelligi ſtricte ſacrilegiū ſecūdum quod intelligitur de iure ciuilli, ut ſupra diximus, uel large ſecundum ius canonicum? & dic quòd debet intelligi de ſacrilegio ſtricto ſecundum quod intelligitur de iure ciuili, ratio eſt, quia ſtatuta ſunt de iure ciuili, vt per Bartol. late in l. omnes populi. ff. de iuſtitia, & iure. ita dicit Bald. in dicta. l. tertia. in ſecunda columua in verſiculo ſed dubitatur.

Poſt hæc videndum eſt quæ ſit pęna ſacrilegij? & dic breuiter ſecundum Bartol. in d. l. ſacrilegi. quòd ad habendum plenam cognitionem pœnarum huiuſmodi criminis ſciendum
7 eſt quòd triplex eſt ſacrilegium. † quoddam enim eſt ſacrilegium quod dicitur verum, & proprium ſacrilegium quod eſt quando ſubtrahitur ſacrum de ſacro loco, hoc eſt publice, & ad publicum vſum conſecrato ſicut eſt eccleſia publica ordinaria. vt. l. ſi quis in hoc genus. C. de epiſ. & cler. & d. l. ſacrilegi. in princ. & iſto caſu capite puniunt̄ q in illud incidunt

Digitized by Google

incidunt,dicta.l.sacrilegi.in princip.'& d.l.si quis in hoc genus.& l.aut facta.§.locus.ff.de pęn.declarata, vt supra. Idem est si lęditur templum publicum sacratum, vt per Bart. in d. l.sacrilegi.eadem quoque pœna puniuntur qui uiolẽras manus in personas ecclesiasticas iniecerunt.d.l. si quis in hoc genus.& ibi Bald.C.de.episco.& cleri. Quoddam vero non est proprie sacrilegium,sed quasi sacrilegium,quod est quando quis subtrahit rẽ etiam sacram de loco sacro,non tamẽ publice sacro,sed priuato,prout est oratorium quod fit quandoque in domo istorum magnatum aut nobilium,& consecratur:idem de oratorio hospitalis priuati iuxta ea quæ habentur in c.ad hæc.de relig.domib. & in cle. quia contingit. eod.titu.& per Felyn.in c.de quarta.de præscrip. & ista dicũtur loca sacra priuata.idem est de ædicula præsbyteri posita iuxta ecclesiam vel canonica clericorum,ista non dicuntur esse loca publica sacra,sed priuata,& ideo qui subripuit rem de locis prædictis,non tenetur pœna sacrilegij de qua supra sed quasi sacrilegij,quæ erit minor sacrilegio, & maior furto,& iuxta qualitatem facti,& personarum conditionẽ quãdoque erit maior,quandoque minor. vt in d.l. sacrilegij. in 2.respon.& ibi Bar.qui hoc modo declarat. l.illam si recte ꝙsiderentur uerba sua,& hoc modo intelligitur tex.in l.sacri-
8 legi.in prin.& l.diuus.ff.eod.titul. † Tertium est sacrilegium quod large & improprie dicitur sacrilegium,de quo loquũtur iura in l.1.& 2.& 3.C.eo.titu.de cri.sacrile.quod est quãdo quis diuinam legem, & eius dispositionem offendit seu quouis modo eius intellectum etiam per negligentiam violat.Item disputare de auctoritate principis.s.imperatoris vel Papæ,& dubitare ne dignus sit quem Imperator ad aliquod officium deputauerit,uel quòd imperator illum eligere nõ potuerit hoc crimen dicitur habere instar sacrilegij,vt.d.l.2. C.eod.titu.& sic dr̃ improprie sacrilegium. & isto casu similiter erit pœna arbitraria.d.l.sacrilegij,uide Bar. in d.l.sacrilegij.in ver tertium genus sacrilegij,&c.& Bal.in d.l.3.& Azo in sum.eo titu.in princ.

De iure autem canonico distingue aut loquimur de illa prima specie sacrilegij quæ committitur per impositionem violentę manus in clericum seu aliam personam ecclesiasticam,& est pœna maioris excommunicationis. vt in cap. si quis suadente diabolo.17.q.4 a qua quis non potest nisi a sede Apostolica liberari:episcopus enim vel alius ordinarius non habet facultatem absoluendi ab ista excommunica. vt dicunt Doc.in d.c.si quis.& per Felyn.in d.c.cum sit generale.in 2.col.de foro competen.fallit tamen in casibus de quibus in c.2.de senten.excommuni. aut loquimur de alia specie sacrilegij quæ consistit in re sacra puta in corruptione uel demolitione ecclesiæ,aut in asportatione rerum sacrarum,& erit pœna excommunicationis minor uide tex.qui grauiorem imponit pœnitentiam pro isto crimine in ca. de viro.12.q.2.a qua per episcopum uel ordinarium loci absolui poterit.cap.quisquis.§.penultim.17.quæst.4. in alijs vero casibus minoribus erit pœna pęcuniaria.ut.d. cap. quisquis. in princip.

9 †Grauius enim sacrilegium quod committitur in personam est illud quod fit per impositionem uiolentæ manus. d.cap.si quis suadente.& l.si quis in hoc genus.C.de epis.& cleric.

Eorum verò quæ committuntur in locis sacris grauius est illud quod committitur contra ecclesiam publicam sacratam, quòd tanto grauius est crimen quanto dignior & excellentior erat persona uel locus utroque casu.l.sacrileg. in prin.ff.ad l.Iul.pecul.& ibi Bar.& d.ca. si quis suadente. & d.l.si quis in hoc genus.

Sacrilegium vero quod committitur in rem sacram, illud quidem grauius est,& magis horrẽdum quod committitur contra sacramentum eucharistię,quia dicitur committi contra Christum directè:cætera vero quę committuntur contra alia sacramenta non dicuntur adeo horrenda:ita dicit dom.Io.Lec.in sum.con.eodem titu.de sortile.quæstio. quarta.

Quæro hic quid de iudęo qui proiecit immunditias super crucem qñ publice deferebatur ad processionem, dum transirent ante domum hebræi dictę immunditiæ proiectæ fuerunt,an istud sit sacrilegium, & possit per utrunque iudicem procedi in hac causa cõtra hebræum,& puniri, & qua pœna?dicit Petr.de Anch.quem vide in cons.suo. 14. quod sic de quo diximus sup.titu proximo.q.10. vbi adest qõ specialis,de pęna vero violationis monialium quæ fit p coitum dicẽt inf. sed quia non intẽdo hic tractare totam materiam sacrilegiorum ne longius diuertar ab ordine primæ meæ intentionis,quæ fuit declarandi materiam coitus, & illius pœnas:ideo his præmissis pro aliqua intelligentia istius criminis deuenio nunc ad materiam nostram.

10 † Et dico qđ grauius est sacrilegiũ,& scelus qđ.cõmittit̃ contra pſonã sacrã siue ecclesiasticã,q̃ illud qđ committitur cõtra loca uel bona sacra, quia sanctitas loci ordinatur ad sanctitatem hominis,ut dicit.s.Thom.in sum. secunda secundæ.q.99.artic.3.ver.dicendum.& Ioan. Lec. in sum. confes. eod.titu.de sacrileg.q.3.per Archi.in d.c. felicis.de pęn. libr. 6.& Card.in cle.1.de pęn. Ideo uideamus nũc de sacrilegio illo quod perpetratur ex coitu habito cum moniali,& antequam ad ulteriora procedam.

Quæro quot crimina ex coitu huiusmodi cum monialı exoriuntur.Respon.quòd tria secundum glo.in c. virginibus.27.q.1.s.sacrilegium,incestus,& adulterium:tu vero dic quod immo quatuor oriuntur sacrilegium incestus adulterium,& stuprum.Sacrilegium dico committitur, quia persona sacra læsa reperitur per violationem siue defloratione, & optimũ quod prius habebat priuilegium virginitatis amisit.vt d.cap.virginibus. eadem cã & q.impudicas. Secũdum quod committitur crimen est incestus, quia spõsam dei violauit qui est pater nr̃,& illa est coniuncta nobis in Christo p affinitatem fm spiritum.12.q.2.qui abstulit.& in ca.1.& 2.de cog.spiritua.& est gl.in d.ca.uirginibus. Tertium est adulterium quia sponsam alterius uiolauit,qa monialis est sponsa Christi.d.c.virginibus.& ibi gl.Quartum erit stuprum, quia vere uirginem honestè uiuentem stupravit.l.inter liberas.& lege stuprum.ff.de adulte.vide egregium tex.in c.si qua monacharum.27.q.2.in quo fit mentio de utroq; dicitur enim quòd si qua monacharum in lapsum adulterij ceciderit,aut in stupri fuerit deducta uoraginem.

11 † Et licet impossibile esse uideatur quòd ista duo crimina stuprum,& adulterium,simul,& semel eodem tempore, & in eadem persona cõcurrere possint ex quo alterũ præsupponit illã esse solutam,alterã vero coniugatã.d.l.si adulteriũ cum incestu.& l.stuprum.ff.ad l.Iul.de adult.& §. item lex Iulia.insti.de publi.iudi.& l.1.C.eo.tit.Solu. uerũ est quòd ista duo crĩna sunt incompatibilia, & ideo utrunque in eadem persona eod.tpe cõcurrere non possunt,est verum uno respectu qñ tenderent ad eundẽ determinatum finem dicta.l. si adulteriũ.& l.stuprũ.sed diuersis respectib. bene concurrere possũt in eadẽ pſona vt est in casu nostro:monialis.n.quo ad carnẽ est uera uirgo intacta,quo ad spũm vero dicitur esse nupta coniugio spũali,& sponsa Christi per uotum professionis suæ,vnde non impeditur istorum duorum cõcursus, unũ in spũ,alterũ uero in corpore siue in carne, ut late diximus supra li.præcedenti.q.7.in princ.argumento textus in c.excommunicamus.el 1.& lo 2.in princ.de hæreti. in antiq.uide no.tex. qui loquitur de monialib. & expresse dicit quòd monialis per peccatum carnis committere potest stuprum & adulterium. 22.quæstione prima,si qua monacharum.

12 † Et ex præmissis etiam insurgit aliud dubium, nunquid ista quatuor crimina de quibus supra, quando ex unico cõcubitu orta fuerunt,sint quatuor crimina separata in forma & substantia,& ita qđ ipsorum reus possit de unoquoq; accusari pariterque puniri, & pęna ex uno secuta alterum nõ impediat ac si ex diuersis factis cum diuersis personis facta fuissent.Respond.articulus iste in ueritate est subtilis, & disputabilis,qñ ex eodem facto plura oriũtur crimina,an reus possit de pluribus accusari,& pluribus etiam pęnis puniri.gl. enim in dicto.c.uirginibus,dicit qđ ista dicũtur plura crĩna nomine tantum,non autem effectualiter in substantia, & sic respectu accusationis sunt diuersa,quia reus põt de quolibet ad libitum accusantis deferri,sed qno ad effectum respectu pœnæ omnia ista reputantur pro nno,& sic secuta pęna omnia ista reputãtur pro uno,& sic secuta pęna ex uno reus ipse a cæteris liberatur, ex quo in ueritate non fuit nisi unũ factum,ideo fiscus debet esse unica pæna contentus ad similitudinem duorum plurium ve reorum pro eadem summa insolidum obligatorum quorum si vnum totaliter creditor exegerit cæteri liberantur.l.2.& ibi Barto.ff.de duo.reis.fatetur tamen illa glo. quod vbicunque ex eodem facto plura oriuntur crimina,quòd pęna unius magis aggrauatur ratione adiuncti criminis,vt habetur in l.si adulterium cum incestu.& ibi Bartol.ff.de adulte.& 32.quæst.7. quemadmodum. §.sunt enim.sed Barto.in dicta. l.si adulterium cum incestu. in 2.colum.in versic.vlterius quæro.tenuit contrariũ quòd reus utique poterit de omnibus puniri,& sic pro uno facto pluribus,& diuersis pœnis puniri,idem etiam tenet glo. in dicta.l. si adulterium cum incestu.in versicu. occurrunt.quam sequitur ibi Bartol.& idem Bartol.in l.senatus. ff.de accu. &
13 clarius etiam Barto.in l.qui de crimine.C.de accusat.† Concludens in effectu quòd quotiescũque ex eodem facto plura oriuntur crimina specie diuersa, reus poterit de pluribus separatim accusari, & de pluribus quoque puniri, sed si super uno fuisset in causa conclusum,adeo qđ sola expecta reẽ pũitiatio debebit supersederi super ipso crĩne,& expe-

Digitized by Google

ctari donec causa super altero expediatur usque ad dictum terminum, adeo quòd quis unica sententia duplici crimine reus declaratur, & pluribus diuersis pęnis afficiẽ, & satisfacere tenetur, quod est uerum quando esset pœna pecuniaria bonorum uel alia huiusmodi, non autem quando esset pœna vltimi supplicij vel mutilationis membri, quia isto casu pœna semel commissa, & executa in corpore amplius reiterari non potest, quia mors vnica est quæ omnia soluit. §. deinceps. in auc. de nup. & l. vulgaris. & ibi Bar. ff. de fur. vide Bartol. in d. l. si adulterium cum incestu. in secunda colum. ver. sed quid releuat &c. quibus non obstat tex. in d. l. senatus. ff. de accusa. vbi de homicidio, & parricidio notatus unica dũ taxat pœna punitur, quia patet respõsio per supra proxime dicta, nam morte semel executa non põt amplius reiterari, & ideo unius pœna utrunque soluit, quia de vtroque est pœna mortis, vt. l. 1. ff. ad l. Pomp. de parrici. & l. 3. §. fi. ff. ad leg. Corne. de sica. Bar. autem in dicta. l. si adulterium cum incestu. aliter respõdet ad dictam. l. senatus, & dicit quod illa duo crimina de quibus ibi, non sunt æque principalia, vt principales species separatę, sed unum est tãquam genus quod est homicidium, alterum vt species sub suo genere comprehẽsa, nos autem loquimur quando sunt plures species criminum separatę, & ęque principales, licet ex eodem fonte siue ex eodem facto procedant, & hæc est uera cõclusio communiter approbata.

14 † Quæ limitanda est primo procedere quando esset vnus, & idem accusator, qui vellet eundem reum de pluribus criminibus impetere, quia ab uno tantum non posset diuersimode vexari ex eodem facto vt supra sed bene a plurib. ita dicit Barto. in dicta. l. qui de crimine, & ratio est illa, quia exceptio rei iudicatę super vno remoueret eundem accusatorem super alio prosequentem, & hoc maxime quando lata esset absolutoria super vno quæ parit exceptionem super alio contra eandem personam non autem contra diuersam, sed quæ est ratio quare potius ista exceptio remouet eundẽ accusatorem, & non diuersum, ratio potest esse ista quãnũc considerauí, quia quando reus fuit semel absolutus ab uno crimine si idem accusator uellet iterum agere super alio crimine ex eodem facto descendente, censetur calumniari uel le contra ipsum accusatum, ideo iura ipsum repellunt ab accusando, quia in eo facto in quo semel succubuit nõ debet iterum admitti: quæ ratio non militat contra tertium, uide Bart. in dicta. l. qui de crimine. & ibi Bald. & Abb. in ca. transmissę. de eo qui cog. con. vxo. suę. ubi secutus fuit dictũ Bar. in d. l. si adulterium, &c.

15 † Sed quæro quæ utilitas resultat ex hoc quòd quis possit de pluribus criminibus specie differentibus, quando ex eodem facto descendunt, accusari, & puniri, quando ex quolibet crimine imponitur pœna mortis vt est homicidium, & parricidium, de quibus diximus supra, item adulterium, & incestum vt dicta. l. si adulterium cum incestu. in princip. cum mors vnica sit quæ omnia soluit, & est actus qui non potest denouo reiterari. vt. l. vulgaris, & ibi Bar. ff. de fur. & diximus supra proxime respon. Barto. in dicta. l. si adulterium &c. in 2. colu. vers. quæro quid releuat, &c. ubi dicit quod hoc est vtile, & prodest in pluribus, & primo quia si sit lata sententia absolutoria super uno poterit ab alio dico non ab eodem accusatore acccusari super alio, vt dicta. l. qui de crimine, itẽ si sequatur condemnatoria prodest in hoc, quia sæpius per statuta pęna adulterij, uel alterius criminis, quæ de iure ciuili est vltimum supplicium alleuiatur, & fit pecuniaria: item prodest in hoc quia unius pęna augetur propter aliud vt grauius puniatur, ita tenet glo. in dicta. l. si adulterium cum incestũ. in princ. & Bart. in dicto uers. quæro quid releuat. in fi. pro quo facit in argu. tex. in l. sacrilegi. in 2. respõso. ff. ad l.

16 Iul. pecu. † ubi si furtum fiat in loco priuatim sacro dicitur quasi sacrilegium, & punitur plusquam furtum, & minus q̃ sacrilegium, de quo diximus supra in princ. istius quæst. Pro resolutione igitur supradictę quęstionis motę per glo. in dicto. c. uirginibus. dico quod gl. illam dum vult quod sint diuersa crimina respectu accusationis eo quod sit in electione accusatoris super quo ex dictis criminibus uelit instituere accusationem, quæ postquam semel instituta est, nõ licet postea super alijs criminibus alias diuersas accusationes proponere, sed in hoc male dicit, per ea quæ supra proxime diximus, quia si sunt plura crimina specie differentia, licet descẽdant ex eodem facto possunt institui plures accusationes, & imponi plures pœnæ, ut supra proxime dictum est, posset saluari dictum gl. in uno casu. scilicet quando lata esset sententia absolutoria super uno ex dictis criminibus, quod non liceret accusatori intentare iudicium super alio. d. l. qui de crimine, & ibi Bar. aliàs dictum glo. saluari non potest loquendo in foro iudiciali, quia etiam de iure canonico quoties ex eodem facto plura crimina oriuntur possunt plures accusationes institui, & plures pœnæ imponi, ita dicit expresse glo. relata ad text. in capit. relegantes. 23. quæst. 5. in uersi. si adulterium. idem tenet Arch. in dicto cap. uirginibus. per tex. in dicta. l. qui de crimine. quẽ ipse allegat ibi. si uero loquimur in foro conscientiæ prout ipsa glo. postea dicit, aliud esset dicendum scilicet quòd una pęna tantum puniretur, sed grauius propter alia crimina annexa, quia si una sola qualitas aggrauat delictum multomagis vnum delictum separatum aggrauat aliud delictum: hoc idem tenet Bar. post glo. in d. l. si adulterium cum incestu.

17 Quibus sic declaratis deuenio nunc ad expeditionem quæstionis nr̃æ, & q̃ro quib. pœnis punitur quis pro isto coitu habitu cũ moniali. Rñ. aut loquimur in foro conscĩæ, aut in foro ciuili. Primo casu qñ sumus in foro conscientiæ, est pœna excommunicationis, & exclusionis a consortio aliorum professorum siue monachorum, siue monialium, quia debent omnino ab aliorum monachorum siue monialiũ cõsortio expelli qui huiusmodi impudicitiæ se immiscuerint, & in aliquo loco arcto siue carcere ipsius monasterij intrudi ad agendum perpetuam pœnitentiam, ita quòd in solo mortis articulo si digne, & congrue penituerit, non negetur uiaticum eucharistię. ut in c. impudicas. & c. uirginibus. 27. quæst. prima, & nota quod non sunt abijciendæ extra monasterium, ita quod uagare possint, sed intrudendę, ut *supra*, ne cum alijs conuersentur tãquam omes morbosę, ne *alias* aut totum ouile inficiant. ita not. & expresse dicit Arch. in cap. peruenit. 27. quæstio 1. pro quo facit tex. in capitulo, in ecclesiasticis. §. final. de maior. & obedien. quem uide ibi. Ea enim quæ proxime dixtmus habent locum in clericis. Laici uero excommunicantur nec vnquam admittuntur ad communionem fidelium nisi publicam, & idoneam de scelere ipso egerint pœnitentiam. d. c. impudicas. & ca. virginibus, & ibi gl. & per Arch. in d. c. peruenit.

18 † Secundo vero casu quando sumus in foro contentioso coram iudice ecclesiastico, clericus cuiuscunq, sit gradus uel dignitatis deponitur ab omni ordine sacro, & officijs ac beneficijs omnib. priuatur, & intruditur in arctum monasterium ad agendum perpetuam pœnitentiam: laicus vero excommunicatur, vt dicũt hæc duo capitula. 27. q. 1. si quis episcopus, & c. si qua monacharum.

De iure autem ciuili pro isto crimine est pœna mortis. l. si quis in hoc genus. C. de episcopis & clc. qui tex. loquitur generaliter de quacũque iniuria illata ecclesiæ. monasterio vel personis ecclesiasticis, quod probatur etiam ratione, nã in quolibet sacrilegio istius coitus inest adulterium, & incestus, vt supra proxime concluſimus: pro quibus criminibus nulli dubium, est quòd est pœna capitis. d. l. si adulteriũ cum incestu. ff. de adulte. & l. quamuis. §. fina. C. eod. titu. vbi dicit text. sacrilegos alienarum nuptiarum gladio puniri oportet, multomagis gladio puniendus est qui est sacrilegius diuinarum nuptiarum dicto capitulo, si qua monacharum. argumen. capitu. solitę. de maior. & obedien. & vide do. Io. Lec. in sum. confes. eod. titul. quæstione tertia, pro quo facit etiam tex. in l. sacrilegi. in prin. ff. ad leg. Iul. pecul. quia hic uiolatur sacrum de sacro, &c. Sed *prædictis*

19 oppo. de l. raptores. in fin. C. de episc. & cleri. † *ubi dicitur* qđ siue uolentibus siue nolentibus mulieribus sacratissimis monialibus pati carnalem concubitum in omnem euentũ ille sacrilegus punitur pœna capitis, & omnia eius bona publicantur, quæ applicantur dicto monasterio, & supra in casu nostro nulla est facta mentio de bonorum publicatione. Solu. illa lex procedit quando ex parte uiri interuenit raptus, quia rapuit monialem de monasterio, & illam postea violauit, omnino punitur pœnis prædictis ipse raptor respectu illius violentię, & rapinę, ex qua fit iniuria publica toti monasterio, & monialibus quæ intus habentur. & ideo non attenditur nec consideratur uoluntas illius raptę, sed magis consideratur generalis iniuria monasterij, & ideo grauius punitur dictorum bonorum publicatione: nos autem loquimur quando nullus interuenit raptus, sed sola defloratio monialis occulta, de quo quidem crimine raptus, & eius pœnis dicetur infra eodem quæstione decima, ubi tractabitur de raptu monialis sacrę, item, & mulieris prophanę virginis viduæ uel nuptæ honestę uiuentium, & quid de raptu meretricis causa libidinis.

SVMMARIVM.

1 *Coitus nepharius seu incestuosus qua sit punitione coercendus. Peccatum contra naturam humanæ societatis quod sit, & quod contra naturam humani sexus.*
Peccatum contra naturam humani generis quod dicatur.

Clericã

Digitized by Google

Clerici pro omni fornicatione decennio debent penitere.
Clericus in foro iudiciali canonico deponi debet pro peccato contra naturam commisso.
Episcopus super adulterio, & minoribus criminibus dispensare potest ne deponatur clericus.
3 *Adulterium simplex in clerico an puniatur pœna depositionis, aut suspensionis tantum.*
4 *Episcopus in quibus casibus, & de quibus criminibus dispensare possit.*
5 *Copula carnalis nepharia in figura matrimonij habita, qualiter puniatur.*
6 *Ignorantia & minor etas excusant à nuptijs illicitis, & pœnis illicite eas contrahentibus infligis.*
7 *Contrahentes matrimonium in gradu prohibito qualiter iure antiquo Codicis, & qualiter iure nouo auctenticorum puniantur.*
8 *Filij ex nuptijs incestis nati an succedant in bonis parentum.*
Filij incestuosi, & ex coitu damnato nati, nedum successionis, sed & alimentorum sunt incapaces.
9 *Alimenta de iure canonico filijs ex quantumuis damnato coitu natis nõ sunt deneganda.*
Adulterium & incestus pari pœna puniuntur.
10 *Concubitus incestuosus ignoranter perpetratus qualiter puniatur.*
11 *Pœna quandoque infligitur pro crimine ignoranter perpetrato.*

SEcundo quæro quid de
1 nephario † coitu, cum quis tam audax, & proteruus reperitur, qui cum propria matre, auia, seu alijs ascendẽtibus linea directa, aut cum propria filia, nepte, cæterisque descendentibus eadem linea directa ausus fuerit se carnaliter commiscere, qua pœna puniendus sit. Respon. si loquimur in foro conscientiæ erit pro pœnitentia excommunicatio septem annorum, & vltra arbitrio iudicis spiritualis, vt tanto tempore extra gremium ecclesiæ, & communionem fidelium debeat commorari donec per cõgruã pœnitentiam Deo & ecclesiæ satisfecerit. 33. q. 2. hoc ipsum. §. 1. vbi est casus: & dicit ibi tex. quod istud dicitur crimen ꝯtra naturam humanæ societatis, aliud est quod fit contra naturam sexus humani, quod est quando quis cum masculo
2 se coniunxerit more sodomitico. † aliud est quod fit cõtra naturam humani generis, & illud est quod fit cum brutis ꝙ omnia puniuntur excommunicatione ultra septennium tãto tempore quanto iudex ipse arbitrabitur considerata qualitate facti, personarum conditione, & animo delinquentis, vt dicto capitulo hoc ipsum, sed ea quæ proxime diximus intelliguntur de laicis. Clerici vero decennio debent pœnitere non solum pro isto, sed pro omni fornicatione. 82 distin. præsbyter vbi dr quod olim præsbyter secundum canones Apostolorum pro fornicatione deponebatur: nodie uero iuxta auctoritatem beati Siluestri decem annorum indicit pœnitentia cum maximis ieiunijs, & abstinentia ut ibi dicitur, qua pœna tam mulier quæ peccauit quam vir plectitur. ad hoc facit. 27. q. 1. deuotam.

In foro aũt iudiciali coram iudice ecclesiastico, clericus pro isto crimine debet deponi secundum ea quæ habentur in c. at si clerici. §. de adulterijs. extra de iud. ubi dicitur quod
3 † Episcopus super adulterio, & alijs minoribus criminibus sicut est stuprum simplex fornicatio, & similia dispensare potest, quia pro criminibus huiusmodi non datur pœna depositionis, sed suspensionis uel alia minor pœna vt in capit. significasti. de adulte. & c. vt clericorum. §. 1. de vita & honest. cleri. in criminibus enim grauioribus adulterio in quib. grauiores inferuntur pœnæ. s. depositio, non licet episcopo dispẽsare. ita dicit tex. in d. cap. at si clerici. §. de adulterijs. in fin. in versicu. sed non debet. sed crimen incestus est grauius adulterio. 32. quæstio. 7. adulterij malum. ergo non debet suspensione sed depositione puniri propter criminis turpitudinem d. capitu. vt clericorum, & hoc tenet gl. in d. cap. at si clerici. §. de adulterijs. in versic. minora. in princip. & in fi. Quod uidetur satis rationabile cum per istum coitum de necessitate duo crimina perpetrãtur. aut adulterium, & incestum si mulier erat nupta aut stuprum, & incestum si erat soluta, merito debet grauiori pœna puniri quam si unum tantum commisisset crimen, ita tenet glo. & Bar. & Doct in l. si adulteriũ cum incestu. ff. de adulte. ubi dicitur de utroque. Etlicet ista opinio quod pro simpici adulterio sit pœna suspensionis, & non depositionis, sit forsan verior de iure, & magis æqua, & probabilis, ut latius infra dicam in sequen. quæstio. communis tamen opinio. canonistarum est in contrarium quòd p simplici adulterio in clerico sit pœna depositionis, a qua opinio. in iudicando non esset recedendum, uide quæ dixi infra. d quæstio. sequen. & in capitu. ut clericorum. §. primo, de uita & honesta. clerico. & ibi per Doct. & nihilominus, morabitur extra gremium ecclesiæ, & communionem fidelium eo tempore de quo in d. capitul. præsbyter. 82. distinctione & tamdiu stabit donec legitimè purgatus ad pristina reuertatur officia. d. capitu. præsbyter. & l. distinctio. ponderet pro quo facit bonus text. in capitul. secundo, de sortile. & quod ibi not. Abba. ubi depositus post peractam pœnitentiam, & legitimam purgationem ad pristina resti-
4 tuitur. † Et signa hoc notabile uerbum, quod episcopus super isto & alijs maioribus criminibus dispensare non potest de adulterio aũt & alijs minoribus. sicut est stuprũ & simplex fornicario dispensare põt. ut in d. c. at si clerici. §. de adult. & ibi gl. Abb. & alij scribentes. an autem eps possit generaliter dispensare in omnib. casib. exceptis illis in quib. reperitur prohibitus, vel dicaẽ esse gñaliter prohibitus, nec possit dispensare nisi in casibus à iure expressis uide glo. in d. c. at si clerici. in §. de adulteriis, & ibi Abb. & Doc. & l. dist. miror. 12. q. 2. de uiro. cum simi.

Laicus vero maiori anathemate excommunicatur. 33. q. 2. si quis cum matre. & in c. si quis cum duab. in fin. quæ iura loquuntur in laicis. & maior pœna quæ indici possit de iure canonico ꝙ laicos est excommunicatio, ut in c. si quis suadẽte diabolo. 17. q. 4. & c. sicut dignum. de homici. & in c. j. eo. tit. lib. 6. ꝙ clericos vero sunt plures aliæ pœnæ, suspensionis, priuationis, depositionis, & similes, ut in c. ut clericorũ. de uit. & hone. cle. l. di. presbyter. 28. quæstione 1. si quis episcopus.

De iure autem ciuili crimen istud appellatur nepharius coitus ut per gl. in rub. C. de incest. nup. & in auctẽ. ex complexu. eo. tit. & no. in § ergo non oẽs. inst. de nup. quasi quod
5 nephas sit de eo loqui. & isto casu distingue † aut hæc commixtio & carnalis copula interuenit in figura matrimonii, prout hr in d. §. ergo non oẽs. & nuptiæ ipsæ ut nepharię & incestæ omnino sunt tollendæ. d. §. ergo. uer. & si tales. & p gl. & Doc. in dicta rub. C. de incest. nup. Puniuntur etiã aliis pœnis, quia si scienter contraxerunt omnia lucra nuptialia, siue sit donatio ante nuptias, siue pp nuptias, & alia quæcũque sint, dote excepta, ab ipsis coniugib. s. ab utroq; tanquã indigno, qui ꝙ legum institutã nuptias prohibitas cõtrahit, auferuntur, & applicantur fisco. l. qui contra legum. C. de incest. nup. in princ. quæ tñ dispositio limitanda est, ut habeat locum quando coniuges ipsi erant ambo maiores & scienter contraxerunt contra legum decreta. Secus autẽ si erant minores uel ignorantes.

6 † Ex quibus collige duas limitationes. prima est quòd dispositio illius legis non habet locum in ignorantib. qui ignoranter contraxerunt, dummodo non sit ignorantia crassa & affectata, sed iusta & excusabilis. Secundo limita non hr eo cum in minoribus qui lapsu ætatis contraxerunt, quia præsumuntur ignari, & illis parcitur, ita dicit tex. in d. l. qui contra in fi. pro quo facit etiam. l. si adulterium cum incestu §. idem pollioni. ff. de adulte. Quæ quidem duæ limitationes iterum sunt collimitandæ, ut habeant locum, & excusent cõtrahentes a pœnis prædictis, si incontinenti postquam habuerunt notitiam de impedimento matrimonij uel minores postquam ad legitimam ætatem peruenerint incontinẽti se ad inuicem separauerint: aliàs si ulterius permanserint in coniunctione non excusantur a pœnis prædictis, quia præsumitur, & habetur ac si a principio scienter, & dolose contraxerint. uide tex. cum gloss. in dicta. l. qui contra legum. in fine.

Sed quæro quid si alter coniugum erat minor, uel ignorans, alter vero maior, & sciens, qui quidem maior minori uel ignoranti bona quædam donauerit, an ipse donatarius isto casu dissoluto matrimonio lucrabitur bona prædicta uel deuoluentur ad fiscum, dic quod lucrabitur sibi. ita dicit gloss. in d. l. qui contra. in verbo. fisco. in principio. per tex. in l. final. ff de lega. 1. & l. cum hic status. §. final. ff. de dona. inter virum & vxorem, quod tamen intelligo esse uerum si ipse donatarius incontinenti post quam sciuit peruenit ad legitimã ætatem ab huiusmodi coniugio se abstinuerit, & separauerit, ut dicit tex. in d. l. qui contra legum. in fi.

7 † Hæc tamen quæ dicta sunt de publicatione bonorum procedunt de iure antiquo, siue de iure codicis, hodie vero de iure nouissimo authenticorum grauioribus afficiuntur pœnis isti scienter contrahentes in gradu prohibito, quia nedum bonis donatis de quibus supra priuantur, verum etiam dote mulier, & omnibus, & quibuscunque alijs bonis undecumque quæsitis, & prouenientibus vterque priuatur, & insuper omni cingulo dignitatis exuti perpetua notantur infamia, & honestiores in insulam relegantur, uiliores uero publice fugistantur, & in exilium mittuntur. Bona autem ipsorum si qua legitima proles ex illis uel altero ipsorum extaret ex alio matrimonio non ex illo bona prædicta omnia deferuntur ad illos quos lex a patria potestate liberauit. ita quod teneant ex bo-

Digitized by Google

nis prædictæ alere parentes exules, filijs vero non extantibus ſuccedunt nepotes vel alij inferiores in gradu cum eodem onere, nullis autem filijs vel nepotibus aut alijs inferioribus exiſtentibus qui ſuccedant bona ipſa deferũtur fiſco, & iſta eſt lex noua, & famoſa in auc. de inceſt. nupt. in princ. tranſlata. C. eod. tit. in auc. inceſtas.

8 † Sed quæro quid ſi ex nuptijs huiuſmodi inceſtis aliqui ſuperſunt filij, nunquid ſuccedent in bonis prædictis paternis, aut maternis, maxime non extantibus legitimis filijs ex alio matrimonio? & vr̃ dicendum, ꝙ ſic, ꝙ illis deficientib. tanquam proximioribus, & magis legitimis admittãtur iſti ad inſtar fratrum vterinorum qui admittuntur ad ſucceſſionem fratris defuncti deficientibus fratribus utrinque cõiunctis. ut in auc. defuncto. C. ad Tertul. Iura tamen uolunt contrarium ꝙ iſti filij tãquam inceſtuoſi, & ex damnato coitu procreati, paternę vel maternæ ſucceſſionis ſint pœnitus incapaces. immo ſunt indigni, & incapaces alimentorum, ita quod a parentibus proprijs alendi non ſunt nec debent filij uocari, vt in auc. ex complexu. C. eod. ti. & in corpo. vnde ſumitur. in auct. quibus modis nat. effic. ſui. §. fi. cupiunt enim iura quod filij huiuſmodi ſint omnibus exoſi, nõ propter ſe, quia ipſi non peccarunt, ſed in odium ſceleris parentum in perpetua egeſtate ſordeſcant ad inſtar filiorum rei criminis læſæ maieſtatis. l. quiſquis. & l. fi. C. ad leg. Iul. maie. & ca. vergentis. de hæreti. & diximus ſupra titu. 6. quæſt. 4. Hæc amen procedunt de iure ciuili. quod eſt magis rigoro-
9 ſum. de iure vero canonico filijs natis ex huiuſmodi damnato coitu ſunt præſtanda alimenta ex miſericordia, & ſi ſunt filiæ fœminæ dotantur, maſculis uero aſſignatur certa portio bonorum pro alimentis. c. cum haberet, & ibi Abba. de eo qui dux. in mat. quam pol. per adult.

Secundo vero caſu quando per modum fornicationis grauius puniuntur. ſ. pœna mortis. vt eſt glo. no. in l. ſi adulterium cum inceſto. in 1. gl. ff. de adult. quæ dicit quod pœna inceſtus eſt eadem pœna quæ adulterii. ſed adulterii eſt pœna mortis. l. quamuis adulterii. C. eod. titul. in fin. ideo eadem eſt pœna inceſtus. quod tamen intellige quando ſcienter coitus interuenerat. qua pœna mulier punitur, ſicut vir. d. l. ſi adulterium cum inceſtu. in verſ. quare mulier, nec eſt hodie immutata hæc pœna, ſicut pœna adulterii in muliere per auct. ſed hodie. C. eod. tit. ita dicit glo. in d. l. quamuis. in fin. & d. auct. ſed hodie. & ibi Bar. & idem Bar. poſt gl. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. in princi. poteſt etiam adduci tex. in arg. in l. cum vir. C. eod. ti. de adulte. ubi pro crimine perpetrato contra uaturam cum maſculo more ſodomitico infertur pœna gladij cum infamia perpetua. hoc. n. eſt crimen cõtra naturam humanæ ſocietatis, & turpiſſimi
10 exempli. d. c. hoc ipſum. & ſupra dictum eſt, merito &c. † ſed quid ſi iſte concubitus fuerit ignoranter perpetratus, quia ignorabant ambo talem coniunctionem ſanguinis ineſſe. reſpondeo, ſi in figura matrimonij fuit facta commixtio nulla pœna puniuntur, ſi ſtatim habita ſcientia ſeparantur. d. l. qui contra legum. in fi. & l. ſi adulterium cum inceſtu. §. idẽ Imperatores, ſi autem per modum fornicationis commixtio interuenerit, aut vir ſciebat mulierem eſſe nuptam, & punitur de adulterio & inceſtu: aut ſolutam, & punitur de ſtupro, & inceſtu criminibus, ita uidetur ſentire glo. in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. & ibi Bar. in ver. & ideo pro declaranda. vbi dicit quod punitur illud quod eſt in veritate non illud quod erat in opinione. Et ſic nota alium caſum ſpecialem vltra illum de quo diximus. ſupra. libr. 2. q. 12. de poculo
11 amatorio. † Vbi quis punitur ex crimine ignoranter, & citra animum delinquendi commiſſo. rationem vero aſſignat Bar. in dicta l. ſi adulterium. ex quo a principio crimini incũbebat, & ſic rei illicitę, merito illius ignorantia non excuſatur. l. vulgaris. §. ſi quis ea. ff. de furt. & ff. de iniur. l. eum qui. §. ſi iniuria. Quòd tamen limitandum puto niſi mulier eſſet aperte impudica vel meretrix publica cuius concubitus eſt impunibilis per iura vulgaria. vide quæ dixi infra proxima. q. in fin.

SVMMARIVM.

1 *Inceſtus quid ſit, cum quibus committatur, et qualiter puniatur.*
2 *Inceſtus cum ſorore aut cognata commiſſus, qua ſit punitione reprimendus.*
3 *Clericus in foro contentioſo de iure canonico pro inceſtu ab ordinibus, & beneficijs deponitur.*
4 *Laicus qualiter pro inceſtu puniatur.*
5 *Crimen inceſtus in actu fornicationis commiſſus ultimo punitur ſupplicio.*
6 *Coitus inceſtuoſus in forma matrimonij habitus qualiter puniatur.*
7 *Conſanguineam meretricem ignorantur actu cognoſcens fornicario non punitur de inceſtu.*

TErtio videndum eſt de in-
1 ceſtu † proprie, & ſtricte loquendo, eo vq; quod perpetratur cum conſanguineis uel affinibus ttã ſuccſſalibus quocunque gradu vel ſexu coniunctis ex dicta linea tranſuerſalium, quibus non licet contrahere matrimonium: omnis coitus cum illis perſonis dicitur proprie inceſtus. v t dicit gl. in rub. C. de inceſt. nupt. & l. qui cõtra legum in auc. inceſtas & in auc. ex complexu. eod. titu. & in auc. de inceſt. nup. in princ. & §. ergo non omnes. inſt. de nup. c. virginibus. 27. q. 1. & c. 1. & 2. & per to. tit. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuę. & hæc non ſolum intelliguntur de his perſonis quæ ſunt cõiunctę cognatione legali, ſeu ſecundum carnem, verumetiam de his quæ coniunctę ſunt cognatione ſpirituali mediantibus baptiſmatis ſeu chriſmatis ſacramentis: cũ quibus etiam ſtante uinculo dictę cognationis non licet cõtrahere matrimonium. ca. 1. 2. & 3. & per totum titulum de cõgna ſpiritua. & 30. q. 3. c. 1. & c. pictatium. & c nõ oportet. cũ
2 cæteris ſequentibus. Quæro † nunc quid ſi Titius cum Iulia ſorore rem carnalem habuerit, qua pœna puniatur utroq; foro? Reſpon. de iure canonico in foro conſcientiæ ſecundũ ius antiquum clerico indicta erat pœnitentia decennalis, vt tanto tempore ab ingreſſu eccleſię communione fidelium & participatione ſacramentorum ſe abſtineret, poſt quæ demum purgatus ad priſtina reuerteretur. 82. di. præsbyter. & 27. q. 1. deuotam. Laicus uerò ſeptem annis duntaxat illa pœnitentia cruciabatur. 33. q. 2. hoc ipſum. ueruntamen hodie eidem ſeptennali pœnitentię tàm clerici quàm laici ſubijciũtur. d. c. hoc ipſum. niſi eſſemus in grauioribus & magis enormibus: vt quia cum matre filia maſculo uel brutis ſe turpiter commiſcerent, quia grauioribus pœnis iſtis caſibus cruciarentur. d. c. hoc ipſum. i'n fi.

3 In foro aũt cõtentioſo de iure canonico clericus pro criminibus prædictis deponitur ab omnibus ſacris ordinibus, & beneficijs ac officijs eccleſiaſticis priuatur, quia iſta eſt pœna inceſtus. ut not. c. at ſi clerici. §. de adulterijs. & ibi gl. Abba. & cæteri ſcribẽtes de iudi. ratio eſt quia iſtud eſt grauius crimẽ adulterio. 32. q. 7. adulterij malum, ſed pro adulterio imponitur ſuſpenſio. c. ſignificauit. de adul. ergo pro iſto qđ eſt maius ſit depoſitio, eo maxime quia crimen iſtud inceſtus nõ poteſt eſſe ſolum ſed neceſſe eſt qđ habeat aliud crimen annexum, ſtuprum uel adulterium ſecundũ quod mulier eſt nupta uel ſoluta. vt. d. l. ſi quis adulterium cum inceſtu. & ibi glo. & Bar. qui expreſſe uolunt quòd iſto caſu ratione adiuncti criminis inferatur grauior pœna quàm ſi eſſet unum ſimplex crimen.

4 † Laicus vero aut commiſit iſtud crimen in figura matrimonij nuptijs pręcedẽtibus, aut in actu fornicationis, & meri peccati. Primo caſu aut ſcienter contraxerunt ambo uel ipſorum alter, & ille qui ſcienter contraxit eſt excommunicatus, nihilominus conſtito de conſanguinitatis uinculo ſtatim ſit matrimoſiij ſeparatio. c. 1. & 2. & c. non debet. de cõſan. & affini. ſi uero ignoranter mitius puniuntur *arbitrio iudicis*, & nihilominus ſequitur matrimonij *ſeparatio, ut eſt* eſt tex. in c. 1. de conſan. & affini.

Secundo aũt caſu principali quãdo in actu fornicationis, ſi uir erat cõiugatus priuat perpetuo ne poſſit amplius petere debitũ ab uxore cuius conſanguineã uel affinẽ ipſe ſtuprauit: patitur etiam aliam pœnam, quia oĩ ſpe coniugij ꝑpetuo priuat, ita qđ ſi deceſſerit eius uxor non poterit amplius cum alia matrimonium cõtrahere vt habetur in ca. 1. & 2. & c. tranſmiſſę. de eo qui cog. conſan. vxo. ſuę. & 35. q. 2. ſi quis cum matre. & q. 3. ſi uero. & cap. de inceſtis. & hęc pœna potius adiecta in foro conſcientiæ quàm iudiciali in quo alia etiam pœna punitur quia erit excommunicatus, ut habetur in cap. clerici. de exceſſ. prælat. ubi Abb. facit magnum feſtum dicẽdo quòd ille tex. eſt valde not. ad hoc quod iudex eccleſiaſticus habet iuriſdictionem in laicum delinquentẽ peccato carnali. & iſta crimina ipſe appellat crimina mixta ex quo ſunt utriuſque fori; & utriuſque pœnis ſubiiciuntur.

5 † De iure autem ciuili pro iſto crimine inceſtus in actu fornicationis commiſſo eſt pœna mortis gloſſ. eſt not. communiter approbata. & ibi Bartol. in l. ſi adulteium cum inceſtu in uerſic. ſi adulterium. ff. de adulte. ad idem eſt gloſſ. in l. inter liberas. eod. titu. quæ dicit quòd inceſtus pœna eſt eadem quę adulterii, ſed adulterii pœna eſt pœna capitis. l. quamuis. in fin. C. eod. titu. ergo, & c. uide Bartol. in d. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. & ibi dicit quòd eadem pœna pro inceſtu tam maſculi quàm fęminæ puniuntur, ſed eſt hodie immutata in muliere ſicut pęua adulterii, per auc. ſed hodie. C. de adult. ut æquiparatorum idem ſit indicium, ut per Bartolum & Doctor. in l. prima, ff. de legatis primo. uide Bartolum in d. l. ſi adulterium cum inceſtu. in ſecunda columna, verſicu. quæro quid releuat &ç. Eadem quoque pœna puniuntur

Digitized by Google

niuntur qui cum nepte ex fratre, vel sorore coitum habuerit, vel cum amita matertera, nouerca, socru, nuru, commatre, priuigna cognata, & similibus mulieribus consanguinitate, vel affinitate tam naturali quàm spirituali coniunctis, cũ quibus omnibus incestus perpetratur: & eadem incestus pœna puniuntur & mares & fœminæ quamuis diuersimode, vt sup. proxime dictum est d. auc. sed hodie. & hæc procedunt quando talis copula interuenit in actu fornicationis nullo
6 præcedẽte matrimonio, uel nuptiarum colore. † Si uero nuptię præcefferum, & talis coitus fuit factus in forma matrimonij & scienter, primo & ante omnia constito de impedimento consanguinitatis, vel affinitatis sunt adinuicem separandi & alijs quoque pœnis puniuntur de quibus in l. qui cõtra legum. C. de incest. nup. & in auct. eod. tit. in prin. de quib. late diximus. sup. eod. q. 2. Si vero contraxerunt ignoranter parcitur illis, eodem modo si erant minores tempore contracti matrimonij quia parcitur ignorantię & lapsui ætatis. d. l. qui contra. prope finem. Sed nota quod ista duo prosunt ad euitandũ pœnas. d. l. qui contra quando incontinenti post quam deuenit ad illorum notitiam impedimentum prædictum, vel statim aduenientę pubertate & cognouerint prohibitionem se adinuicẽ separauerint, alias si adhuc steterint insimul non euitabunt pœnas. d. l. qui contra. uide tex. iuncta glo. in d. l. qui contra. in fi. ubi est casus in terminis.

Secundo vero casu scilicet quando in actu fornicationis punitur de vero incestu, nec attenditur error ille, sed factum quod est in ueritate: quod est uerum secundum Bar. in d. l. si adulterium cum incestu in 3. colu. quando mulier ipsa erat
7 honesta. † Si uero erat meretrix uel aliter impudica non putarem virum pœna incestus puniri si uere erat ignarus & ignorantia illa erat probabilis, & per consequens excusabilis, & hoc quia de iure ciuili accessus & illarum concubitus est impunibilis, vt. l. 1. C. de concubi. & l. quæ adulterium. & ibi Bal C. de adulte. & per Bar. in l. uerum in fi. ff. de fur. & isto casu cessat ratio de qua supra proximo membro, quia ibi dabatoperam rei illicitę a principio, hic non.

SVMMARIVM.

1 *Incestus cum consanguineis aut affinibus adinuicem coniunctis qualiter puniatur.*
2 *Sorores duas aut matrem, & filiam ignoranter cognoscenti quæ pœna imponatur.*
3 *Affinitas nedum ex matrimoniali coitu, sed & per fornicarium contrahitur concubitum.*
4 *Coitus incestuosus extra matrimonium habitus pœna capitis expiatur. Incestus commissus cum duabus sororibus meretricibus capitali pœna non punitur.*
5 *Pœnam non meretur qui lege permittente aliquid operatur. Fornicatus scienter mitius punitur iudicis arbitrio.*

QVarto quæro de eo qui,
1 † vnam mulierem eiusdemque mulieris filiã. vel duas mulieres sorores, germanas inter se nõ autem viri coeuntis, ita econuerso quando pater & filius aut duo fratres germani: idem si auus, & nepos aut patruus & nepos eadem muliere formicati fuerint qua pœna puniuntur dic quod de iure canoni. secundum antiqua iura, si talis coitus fuerit scienter habitus cum huiusmodi personis mulieribus ignorantibus vir nunquam poterit cuiquam mulieri matrimonio copulari & erit perpetuo legitimo coniugio priuatus, mulieres autem quę hoc ignorarunt nõ priuabuntur alterius coniugio copulari. si uero ecõtra mulieres consciæ sint vir autem ignarus erat absque maritis perpetuo maneant, viro nulla coniugij facultas adimit si vero utrinque omnes erant consçij omnes pariformiter priuantur coniugio. si vero omnes ignari nemo ptiuatur legitimis connubijs tex. reperitur qui loquit de ignaris utrinq; scientibus similiter utroque modo. 35. q 3. qui propinquam. de mulieribus autem ignaris, & utro sciente & econtra. c. si quis cum matre & filia. eadem causa & q. & c. si vero proxime seq. §. de his. habetur etiam. 34. q. 2. in lect.
2 Ignorantibus vero consanguinitatem siue affinitatem imponitur certa pœnitentia per sacerdotem illius arbitrio pro exoneratione cõscientię, qua peracta post annos septem volentibus matrimonialiter copulari coniugia legitima non negantur. d. c. inlectum. & ibi glo. in uersi. pœnitentiam. 23. q. 5. excommunicatorum. & d. c. si quis cum duabus. 24. q. 2.

Si quis autem fornicatus fuerit cum muliere quàm frater germanus ignorãs factum postea duxit in uxorem, eo quod frater qui fornicatus fuerat prius crimen illud fratri celauit septem annis penitebit absq; coniugio. 35. q. 3. si uero homo.
3 † Not. tamen hoc dictum perpetuo quod affinitas non solum contrahitur ex licito matrimoniali concubitu, uerum etiam per coitum fornicarium & illicitum: tex. est not. cum glo. in uer. concubitu. 35. q. 3. de incestis. & c. nec eam. unde sequitur quòd nulli ex consanguineis viri fornicantis licet contrahere matrimonium, uel aliter se carnaliter commiscere cum muliere illa cũ qua frater aut consanguineus eius prius fornicatus fuerat. econuerso etiam minime licet uiro fornicanti, cum matre filia sorore uel alia contanguinea dictæ mulieris contrahere matrimonium, uel aliàs se carnaliter immiscere, sed ab illarum concubitu omnino abstinere d. c. de incestis. Si quis autem hoc non obstante se immiscere ausus fuerit, committit incestum, & ille coitus dicitur proprie incestuosus & abominabilis deo & cunctis hominibus, ita dicit tex. 25. q. 3. nec eam quam est ac si cum vera & legitima consanguinea sine affine muliere fornicatus esset.

4 Vnde † sequitur quod pro huiusmodi incestuoso coitu habito non in figura matrimonij, sed actu fornicato est pœna capitis, sicut ex proprio incestu. d. l. si adulterium cum incestu, quod est uerum quando scienter habuit coitum secus si ignoranter. d. l. qui contra legum. & dixi sup. eo. tit. 2. & 3. c. si uero interuenit in figura matrimonij scienter, & tales coniuges subijciũtur pœnis de quibus in auc. incestas. C. de incest. nupt. & in corpore vnde sumitur. eo. tit. si autem ignoranter non excusantur si erat mulier bonæ siue honestę uitæ, ut ibi dicitur per Bar. latius in d. l. si adulterium cum incestu. Si uero coitus huiusmodi incestuosus, perficeretur cum duabus meretricibus aut alias impudicis mulieribus, non putarem illum pœna mortis puniendum esse qui hãc fornicationem fecerit sic incestuosam, sed illud procedere dumtaxat in mulieribus honestis & honeste uiuentibus tantum. l. inter liberas. & l. stuprum. ff. de adult. §. item lex iulia. insti. de public. iudi. uide quæ supra proxime diximus. in 2. q. in fin. uerbis. ad mulieres autem impudicas cum accessus & concubitus sit impunibilis de iure ciuili. l. 1. C. de concubi. & ibi Bal. & idem Bal. in l. quæ adulterium. ff de adult. & l. si uxor. & ibi gl. ff. eo. tit. de adulte. Bar. in l uerum. in fi. ff. de fur. propterea non puto ignorantes aliqua pœna saltem de iure ciuili puniendos
5 esse, † quia q facit lege permittente pœnnãõ meretur. l. gracchus. C. de adult. l. nec in ea. §. ius occidendi. ff. eo. ti. & l. raptores. in prin. C. de episc. & cler. Si uero scienter fornicatus fuerit, puniendus est, sed non tam graui pœna, sed alia mitiori iudicis arbitrio, aut illa de qua in d. auc. incestas. C. de incest. nup. & in corpore unde sumitur eo. tit. sicut enim ibi concubitus erat impunibilis uno respectu, scilicet matrimonij vinculo, sed erat alio respectu punibilis scilicet respectu consanguinitatis uel affinitatis, ita in casu nostro coitus iste est impunibilis respectu uitę impudicę ipsius mulieris p iura prędicta, punibilis autem erit respectu sanguinis siue affinitatis.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatus cum nouerca, nuru, socru, priuigna, aut simili persona qua sit afficiendus pœna.*
2 *Clericus cum nouerca aut cognata fornicatus deponitur.*
3 *Laicus cum nouerca, priuigna, nuru, aut socru fornicatus, de incestu punitur. Matrimonium scienter contrahentes in gradu prohibito, pœna incestus puniuntur.*

VInto quęro quid si aliquis fornicatus fuerit cum nouerca, socru, nuru, priuigna, cognata, scilicet fratris uxore, uel sorore uxoris aut cum commatre una seu duabus commatribus aut earum filiabus matre cæterisque personis huiusmodi affinitate coniunctis aut affinitate spirituali, ut habetur in c. 1. & c. super eodem. de cogna. spiritu. qua pœna sit puniendus? dic quòd de iure canonico secundum ius antiquum in foro conscientię octo annorum pœnitentia oneratur, ut tandiu extra gremium ecclesiæ & communionem fidelium commoretur, & a sacramentis ecclesiæ abstinẽdi habeat necessitatem. 32. q. 7. si quis cum nouerca. & 34. q. 2. si quis cum duabus. & 30. q. 4. si pater & filius. & ca. si quis. de cogna. spiritu. & de consangui. & affin. c. 1. §. inquisita. ubi dicitur quòd non minus debemus abstinere a coniugio seu fornicatione affinium q̃ sanguine nostro coniunctorum & ex propria consanguinitate. pro quo facit etiam. 35. qõ. 3. qualiter. & c. & hoc quoque. & cap. sane. cum tribus sequentibus. ubi dicitur quòd sicut uir iungitur consanguineis pro
2 prijs, ita etiam iungitur consanguineis vxoris suæ. † De iure vero canonico in foro contentioso, si clericus est qui in hoc crimine cadit deponitur, quia per istum coitum committit incestus. 35. q. qualiter. & d. c. & hoc quoque. & d. c. 1. §. inquisita. de consan. & affini. & alias supra diximus. in 2. & 3. q.

Si uero sit laicus aut coitum huiusmodi habuit in figura matrimonij, aut habuit in actu fornicationis, si in figura matrimonij: aut scienter contraxit cum ea sciens impedimentum

Digitized by Google

tum consanguinitatis, aut affinitatis, & matrimonium non valet ipso iure, sed debet omnino separari, & vir siue mulier qui hoc modo scienter contraxit perpetuo priuatur coniugio, si vero contraxerunt ignoranter ambo, vel alter tãtum ille qui ignoranter contraxit nullam patitur pœnam ordinariam, sed facta separatione ipsius matrimonij quæ omnino fienda est datur sibi certa pœnitentia iudicis arbitrio. 35.q.3. qui propinquam. & d.c. de propinquis. ille uero siue illa quæ scienter contraxit priuatur perpetua spe coniugij. d.c. si quis cum nouerca. & si quis cum duabus. 32.q.7. & 34.q.2.

3 Si vero coitus iste habitus fuit in actu fornicationis, & sine scienter siue ignoranter id fecerint, vtroque modo puniũ di sunt de incestu, & stupro si soluta erat, vel de incestu & adulterio si nupta erat per ea quæ not. dixit Bar. in d.l. si adulterium cum incestu. ff. de adulte. & diximus supra proxime præcedenti quæstione: & dicemus infra quæstio. seq. De iure autem ciuili pœna incestus ambo puniuntur quãdo scienter contraxerunt matrimonium, quæ est pœna mortis vt supra proxime diximus, & habetur in d.l. si adulterium cum incestu. & ibi glo. & Bar. ff. de adulte. Si vero ignoranter separant & pœnas euitant prædictas, dummodo cito & incontinenti se ab iniucem separant postquam habuerunt sciẽtiam, aliàs non euitarent pœnas. d.l. qui contra legum. in fi. C. de incest. nup. & in auc. de incest. nup. in princ. Aut se commiscuerunt in actu fornicationis: & isto casu nõ adhibetur aliqua distinctio an scienter vel ignoranter se ad inuicem cõmiscuerint, quia isto casu non prodest illis ignorantia ex quo dabãt operam a principio rei illicitę per ea quæ notanter dixit Bart. in d.l. si adulterium cum incestu. & diximus sup. proxima quæstion. non tamen puo quod eadem pœna sit puniendus iste sicut ille qui scienter, vt dicemus etiam inf. q. seq. & alia seq. & habetur in d.c. de propinquis. & c. de incestis. 35.q.3.

SVMMARIVM.

1 *Adulterium, hoc est, coitus cum muliere nupta habitus qualiter puniatur. Clericus pro adulterio deponitur in foro contentioso de iure canoni co, laicus vero excommunicatur.*
2 *Adulterium committentes sacrilegium perpetrare uidentur matrimoniũ violando.*
3 *Clericus pro adulterio simplici hodie non deponitur.*
4 *Deficiens in purgatione sibi iniuncta puniri debet ac si crimen contra eũ plene probatum esset.*
5 *Episcopus cum clerico dispensare potest in stupro. fornicatione simplici & alijs minoribus criminibus.*
6 *Adulterium inter minora crimina connumeratur. Clericus pro peccato sodomitico pœnam depositionis patitur.*
7 *Pœna delicto commensurari debet, ut pro modo delicti sit & plagarum modus.*
8 *Vindicta seu pœna ibi debet esse leuior ubi culpa præcessit minor.*
9 *Pœna minor clerico infligitur pro adulterio & alijs minoribus quàm pro incestu aut sodomia.*
10 *Clericus pro adulterio, & incestu simul commissis punitur pœna depositionis.*
11 *Sacrilegium largo modo & improprie committitur per adulterium.*
12 *Sacerdos ob simplex adulterium potest deponi perpetuo ab altaris ministerio.*
13 *Mulierem nuptam carnaliter cognoscens de adulterio punitur. Concubitus meretricius a iure ciuili permissus, a iure diuino damnatur.*
14 *Coniugatus concumbens cum muliere soluta de iure ciuili de stupro tenetur. Cognoscens carnaliter mulierem nuptam quæ antea fuerat meretrix, an teneatur de adulterio.*
15 *Laicus mulierem nuptam adulterans excommunicatur, etiam si ante nuptias fuerit meretrix.*
16 *Coitus mulieris meretricio more uiuentis iure ciuili est impunibilis.*
17 *Mulier quæ adulterium commisit cum aliquo, an mortuo marito possit matrimonium contrahere cum illo.*
18 *Mulier dicitur honeste viuere si unius tantum & non plurium recipit amplexus.*
19 *Maritus uxorem accusare non potest de adulterio ante tempus sui matrimonij commissi.*
20 *Maritus non potest aliquem iure mariti accusare de stupro cum uxore tempore quo eam concubinam teneret commisso.*

1 Exto declaranda succedit quæstio † adulterij, quando quis obtinuit coitum mulieris nuptæ, qua pœna puniatur. dic quod aut sumus in foro conscientiæ, & Laicus subijcitur pœnitentiæ septennali. Clericus vero decem annis penitebit. 83. dist. presbyter. 27. q.1. deuotam. & 33.q.2. hoc ipsum. ubi dicitur q clerici sicut laici hodie illi septennali pœnitentiæ subijciuntur.

De iure vero canonico in foro contentioso laicus pro isto crimine excommunicatur. Clericus vero deponitur. habetur in c. si quis episcopus. 27.q.1. idem tenet glo. in c. lator. 2.q.7. quam sequitur ibi Archidiacon. & refert idem tenere Goffre. in c. clericorum. de vita & honestate clericorum. & Bernar. & Lauren. ibi. & idem tenet glo. in c. si quis omnem. 1.q.7. quæ expresse dicit, q pro adulterio, vel incestu est pœna depositionis. idem etiam tenet Io. de Anan. in rubr. & in c. significauit. extra de adulte. Panorm. & cæteri Moderni in d. c. ut clericorum. & in c. peruenit. de adulte. & clarius & copiosius in c. at si clerici. de iudi. & hanc opinio. dicit Ioan. de Ana. in d.c. significauit. quod tenet Io. And. & Ioan. de Imo. præceptor suus in d.c. ut clericorum. ubi ipse dicit quòd ista est communis oppinio, pro qua facit gl. communiter approbata in c. Maximianus. 81. dist. in quibus iuribus in effectu cõcluditur quod pro simplici fornicatione hodie non est pœna depositionis in clerico, sed duntaxat suspensionis. pro adulterio vero aut incestu est pœna depositionis, quibus super addo textum in c. si quis sacerdos. 30.q.1. ubi dicitur quòd sacerdos pro graui adulterio deponitur: & ratio potest esse ista secundum quod dicit Salic. in l. quamuis. la. 2. C. de adult.

2 † quia per aduiterium quis videtur committere sacrilegium ex quo violat matrimonium quod est sacramentum ecclesiæ. c. debitum. de bigamis. per læsionem igitur istius sacramenti committitur sacrilegium vt late diximus. sup. *eod. titu.* q. 1. & ideo lex ciuilis appellat adulterium sacrilegium alienarum nuptiarum, merito mandat illum gladio puniri. d.l. quamuis. in fi. sed credo quòd dicatur improprie sacrilegiũ, maxime de iure ciuili, quia licet matrimonium sit sacramentum, tamen nulla res sacra corporaliter tangitur, deuastatur, corrumpitur, aut asportatur. vt dicit Bar. in d.l. diuus. ff. ad l. Iuliam pecu. & habetur in d.l. sacrilegi. in prin. eo. titu. & late diximus. sup. eo. d.q. principali.

3 Sed † aduerte quod ista opinio, quod clericus pro simplici adulterio debeat hodie deponi, non uidetur vera, neque iure probari. nullus enim textus allegatus pro ista opinione probat quod clericus pro simplici adulterio deponatur, cõtra quam arguo primo per textum in c. significauit. de adulterijs. ubi clericus qui imputabatur de adulterio contra quẽ mulier ipsa quæ passa fuerat adulterium deponebat, & erat iam orta infamia contra ipsum clericum. Pontifex ibi mandat iudici ecclesiastico quod dicto presbytero indicat purgationem, in qua si dictus presbyter defecerit, mãdat illum debere suspendi & non deponi.

4 Et † clarum est quod quotiescũque aliquis deficit in purgatione sibi iniuncta debet puniri eadem pœna qua puniri debeat crimine plene probato, vt in c. accedẽs. de accusatio. & per Host. in summa de adult. in prin. Ergo sequitur quod pro isto crimine plene probato non debet imponi maior pœna suspensionis. Pro qua opinionem adduco etiam tex. in cap. at si clerici. de iudi. in prin. & §. de adulterijs. ubi dicitur quod pro homicidio, furto, & alijs maioribus criminibus in quibus clericus uenit deponendus episcopus dispensare nõ potest.

5 De adulterio vero & alijs minoribus criminibus, sicut est stuprum, simplex fornicatio, & similia, episcopus ad *libitum* suum cum clerico pœnitente dispensare poterit, deinde ponitur ratio quare episcopus in maioribus criminibus in quib. fit depositio dispensare non potest, nec illos sic cõdemnatos ad libitum suum tradere curiæ seculari, quia semel per sentẽtiam illam depositionis, quæ est perpetua priuatio ab altaris ministerio, vt dicit Abba. in d.ca. vt clericorum. & in d.c. at si clerici. semel functus fuit officio suo neque potest amplius illam reuocare seu quouis modo moderari, vt in l. iudex postquam ff. de re iudicata. & d.c. at si clerici. §. de adulterijs. in fine. quod non est sic in pœna suspensionis quæ fit ad tẽpus arbitrio iudicis, vt dicam inf. eodem. q. 8.

6 Ex † quo textu manifeste probatur quòd adulterium cõnumeratur inter minora crimina, dum dicit ibi tex. de adulterio, & alijs minoribus criminibus &c. ex quibus verbis demonstratur æqualitas in ordine & qualitate secundum Bald. in l. ea quidem. C de accusa. & not. in l. nomen. in fi. ff. de leg. 3. & per Bar. in l. cum pater. §. dulcissimis. ff. de leg. 2. & est gl. not. in d.c. at si clerici. §. de adulterijs. in uer. minora. quæ hoc idem tenet.

Tertio hoc probo per textum in d.cap. ut clericorum. in prin. ubi clericus pro peccato commisso contra naturam. s. per sodomiam patitur pœnam depositionis, quod est maximum omnium criminum quæ carnaliter committũtur. 32. q.7. c. adulterij malũ. & c. flagitia. & 33.q.2. hoc ipsum, ergo in adulterio, & alijs minoribus criminibus minor pœna esset inferenda, iuxta enim qualitatem facti & personarum conditionem iudex debet augere, vel minuere pœnam, vt dicit tex. in d.c. ut clericorum. in 2. responso. & in c. sicut dignum de homicid.

7 Ratio est quia pœna debet commensurari delicto, vt pro paruis parua, pro maioribus uero grauior pœna inferatur quod manifeste demonstratur ex illis uerbis dum dicit tex.

quod

Digitized by Google

quod clerici qui deprehensi fuerint incontinentię vitio laborare, prout magis aut minus peccauerint puniantur. idem dicit Panor. in d.c. vt clericorum. in vlt. not.

Ergo pro adulterio quod est de minorib. criminibus, vt supra conclusum fuit debet imponi minor pœna, depositione puta suspensionis, argumento eorum quæ habentur in capitul. fraternitatis, trigesimaquarta distinct. pro qua opinione facit illa ratio de qua in capitu. urgentis de hæret. sumpto argumento a contrario sensu. ꝙ † vbi minor est culpa, ibi leuior debet esse uindicta, si enim pro sacrilegio incestu nefario coitu sodomia & similibus maioribus criminibus iura imponunt depositionem per iura superius adducta, quare non est dicendum, quod pro adulterio, & alijs minoribus sequacibus criminibus non sit imponenda minor pœna, ab ipsa depositione? certe nullam video rationem in cõtrariũ. Quæ quidem opinio, in veritate vr̃ esse probabilior de iure, & magis æqua, eo maxime, quia hodie rarissimi sunt clerici qui possint seruare regulam continentiæ, & castitatis: & ideo propter fragilitatem humani generis indictum est, vt clerici non deponantur pro quocunque crimine, sed pro minorib. suspendantur, quando sunt in sacris. d.c. fraternitatis. 34. dist. & tenendo istam opinionem, de facili responderi potest ad iura pro contraria opinione adducta. & primo non obstat tex. in d.c. lator. 1. q. 7. quia non dicit ibi tex. quòd clericus ꝙ adulterio deponatur, sed dicit quòd pro delicto corporali fit depositio, unde aut nos volumus intelligere illum tex. secundum ius antiquum, & potest esse verum quòd pro omni peccato carnali etiam pro simplici fornicatione, quæ minus est inferebatur depositio, vt d.c. fraternitatis. 34. dist. aut nos loquimur de iure nouo, & ille tex. non probat illud ad quod inducitur, quia debet intelligi de peccatis carnalibus maioribus. vt habetur in d.cap. ut clericorum. in prin. & 32. q. 7. adulterij malum. & c. flagitia. & 27. q. 1. si quis episcopus.

9 Pro adulterio vero, & alijs minoribus criminibus inferenda erit minor pœna, vt æqualitas seruetur in omnibus secũdum cuiusque proportionem. d.c. vt clericorum. in 2. respõs. vnde succedit regula illa, de qua in l. non hoc. C. vnde cogn. & in l. natales. & ibi Bal. C. de prob. Secundo non ob. tex. in d. c. si quis omnem. 1. q. 7. quia dupliciter potest ad illum tex. responderi. Primo, quia non loquitur de adulterio, sed de fornicatione. vnde si volumus illum intelligere de simplici fornicatione. prout est species coitus cum meretrice, vel concubina, aut alia muliere impudica, & isto casu loquendo secundum ius antiquum bene loquitur, quo iure fiebat depositio pro hac simplici fornicatione, vt d.ca. fraternitatis. 34. dist. & supra pluries dictum fuit. aut loquitur de fornicatione prout est genus comprehendens sub se omnes species coitus. & isto casu illa pœna verificari potest in maioribus criminibus non autem in minoribus. d.c. vt clericorum. & supra proxime diximus. & ideo dici non potest quod ille tex. concludat necessario de adulterio, & alijs minoribus criminibus. hinc est quod succedit regula prædicta de qua supra, & in d.l. nõ hoc. C unde cogna. Tertio non obstant ea, quæ dicunt̃ per Ioan. And. Imo. Abb. Io. de Ana. & alios doct. de quibus supra, quia illorum intentio in quæstionibus prædictis principaliter fuit velle demonstrare, ꝙ pro simplici fornicatione hodie infertur suspensio, non priuatio.

10 Vbi autem dicunt, ꝙ pro adulterio, & incestu infertur pœna depositionis, fateor, ꝙ bene dicunt, qñ illa duo sunt simul coniuncta, propter incestum, qđ est maius crimen, sed nõ dicunt expresse nec apparet, ꝙ voluerint clericum pro simplici adulterio deponendum esse, & quatenus hoc dixissent locuti fuissent sine lege contra l. illam. C. de colla. & §. consideremus. in auc. de trien. & semis. Quarto non obstant etiam glo. illę quæ allegantur pro alia opinione, ꝙ ita interpretant illa iura sic generaliter loquentia, quia non sunt legibus approbatę, merito non faciunt fidem, maxime in uia disputatiua. Quinto non obstat tex. in d.cap. ut clericorum. quia non exprimitur ibi in aliqua parte ipsius tex. quòd pro adulterio inferatur depositio, sed in principio tex. loquutus fuit specialiter de crimine contra naturam, quod fit per sodomiam, & dedit pœnam depositionis, deinde fecit generalem dispositionem tam respectu criminum, quàm pœnarum, quæ inferuntur pro criminibus carnalibus, & demum concludit, ꝙ pœnæ sunt commensurandæ delicto, secundum plus uel minus, quod apparet ibi dum dicitur, quòd clerici, qui incontinẽtiæ uitio reperti fuerint laborare prout magis, uel minus peccauerint puniantur, & isto modo declaratur ille text. qui potius facit pro ista opinione, quàm contraria. Non obstat etiam capitulum extens. c. si quis sacerdos. 30. q 1. quia ibi nõ loquitur tex. de simplici adulterio, sed de adulterio mixto cũ incestu. quod patet, quia ibi ille sacerdos coitum habuerat cum filia spirituali, quæ erat sibi agnatione spirituali coniuncta. ut in c. 1. & 2. de cogna. spiritu. ideo grauius punitur propter incestum secundum Bart. & Doct. in l. si adulterium cũ incestu. ff. de adulterijs. Non obstat etiam illud quod dixit Salic. in d.l. quamuis. la 2. C. de adult. dum vult.

11 Quòd per adulterium committatur sacrilegium, ex quo lædit̃ sacramentum matrimonij. d.c. debitum. de bigamis. quia licet dicatur sacrilegium, largo modo, & improprie dicitur sacrilegium, non autem proprie, & stricte. quia in ueritate nulla fit læsio rei corporali, vel personę sacrę prout requiritur de iure ciuili secundum, quod declarat Bar. in l. sacrileg. in prin. ff. ad legem Iuliam pecu. & Bal. in l. 3. C. de furt. & per Azo. in summa eod. tit. in princ. ideo non dicitur proprie sacrilegium, nec pœna sacrilegij ibi committitur. d.c. significauit. de adult. Et per ista remanet firma supradicta conclusio quod clericus pro simplici adulterio non deponitur, sed suspenditur, quæ de facili iudicio meo sustineri potest in puncto iuris, & est æquior, & probabilior præcedenti, ideo uideretur potius esse seruanda quàm præcedens, quæ uidetur esse nimis rigorosa. 83. dist. c. præsbyter. & 34. dist. c. fraternitatis. Nihilominus in consulendo, & iudicando tutius est tenere aliam opinio. quæ est communis, quia in decisiuis a communi opinione nullatenus est recedendum secundum Bal. in l. 1. C. de edi. diui adria. tollendo. & in l. 1. C. de pœna iudi. qui male iudi. Alex in l. qui Romæ. §. duo fratres. ff. de uerb. oblig. & in l. prolatam. C. de senten. & interlocu. omniũ iud. & per Abba. in c. canonum statuta. in fine. de constitutio. ubi ponit nonnullas exceptiones in quibus licet quandoque recedere a communi opinione. & hanc sequerer in iudicãdo.

12 Ex quo nota quòd sacerdos siue clericus in sacris ordinib. constitutus, per simplex adulterium quod commiserit depoui potest, & perpetuo ab altaris ministerio remoueri, secundum quod declarat Panormita. in d. ca. at si clerici. in principio in ult. nota. quod nota contra istos præsbyteros incontinentes qui alienas uxores sæpius solicitant, & ad illarum concubitum libenter accedunt. quod poterunt deponi, & secuta continuatione omnino priuari. d.c. ut clericorum. & cap. at si clerici.

De iure autem ciuili, aut iste cõcubitus fuit habitus in forma matrimonij, aut in actu fornicationis. Primo casu aut contraxerunt scienter aut ignorantia, si scienter utrinque de adulterio, uterque punitur, si vero alter tantum sciebat, ille, qui erat conscius punitur, alter non: & statim dissoluitur matrimonium, & omnia bona quæ sciens ignoranti don. uel in dotem dederat perdit. l. eum qui duas. C. de adulte. & l. qui cõtra legum, & ibi glo. & doct. C. de incest. nuptijs. fallit tamen quando ambo, uel alter erat minor. quia sibi parcitur ratione minoris ætatis dicta l. qui contra legum. in fin. & per Bart. in d.l. si adulterium cum incestu. si uero ignorabat mulierẽ, aut uirum esse cõiugatum excusatur etiam maior dummodo incontinenti habita notitia de impedimento se ab illa separauerit, aliàs si post cum eadem permanserit non excusat̃ a pœnis prædictis. d.l. qui contra legum. in fine.

13 Si vero illam cognouit in actu fornicationis, aut scienter, quia sciebat illam esse nuptam, & tenetur de adulterio, maxime si erat mulier honestæ uitæ. l. 1. & l. quãuis. la 2. C. de adul. si uero ignorabat, & similiter punitur de adulterio quando mulier erat honestæ uitæ, nec excusatur isto casu propter ignorãtiam facti quòd putabat illam esse solutam, quia quotiescunque quis dat operam rei illicitæ, a principio non attẽditur animus illius adulterantis, & quod erat in eius opinione, sed illud quod est in veritate, ita dicit Bar. in d.l. si adulterium cum incestu. & dixi sup. tit. proximo. q. 12.

Prædicta tamen limitanda sunt non procedere, quando mulier erat impudica, vel meretrix, quia talis cõcubitus est permissus a iure. l. uerum. in fi. & ibi Bartol. ff. de fur. l. 3. & ibi Bar. ff. de cond. ob turpem cau. & l. 2. C. de concubi.

De iure tamen canonico non euaderet impunis etiam ꝙ mulier esset impudica aut meretrix, quia de illo iure nullus coitus extra uxorium est permissus. 32. q. 4. meretrices.

14 Sed quæro nunc si uir coniugatus habuit coitum cũ muliere soluta, an ex isto coitu oriatur stuprum, vel adulteriũ. dic breuiter ꝙ de iure ciuili dicitur esse stuprum. vt l. 1. & qđ ibi not. C. de adult. quia ius ciuile considerauit læsionẽ thori coniugalis. & sanguinis per commixtionem vxoris dunta xat, non autem viri. d.l. 1. de iure tamen canonico secus, quia siue per uirum, siue per uxorem uioletur thorum coniugale per alienos amplexus dicitur fieri adulterium. 32. qõ. 4. nemo. & c. dicat. & per Abb. in c. transiuisse, de eo qui cogno. consang. uxo. suę. in ultimo not. & in c fin. de adulte. Iterum quæro, quid si aliquis coitum carnis huiusmodi habuerit cũ muliere, quæ olim fuerat meretrix. nunc autem est coniuncta, qua pœna puniatur, an de adulterio, vel de simplici fornicatione? aut loquimur de iure canonico in foro ecclesiastico, & mulier erat iam effecta honestæ uitæ, & conuersationis, omnesque turpes & inhonestas conuersationes euitauerat, & sic ceperat habere nomen honestæ matronæ siuè matrisfamilias, & coitus habitus cum illa erit punibilis de adul-

terio

terio ac si nunquam fuisset meretrix, vt l. quæ adulterium in principio,& quæ ibi no.Bald.& Salyc.C.de adulterijs.non replico amplius nomina pœnarum, quia satis plene dictum est supra.Aut iam ceperat iterum meretricari & reuerti ad veterem impudicam vitam,isto casu non punitur de adulterio,sed de simplici fornicatione, quæ similiter est punibilis de iure canonico 32.q.4.dicat aliquis.c.sequenti. & c.meretrices.& dicemus infra sequen.cuius pœna erit solum suspensio in clerico hodie.c. fraternitatis.24.dist. & late diximus supra eadem q.

15 †Laicus autem excommunicatur quocunque modo illam cognouerit aut in actu fornicationis,aut in forma adulterij,ut in c.2.de adulte.27.q.1.si quis episcopus, de quo etiam diximus supra.De iure autem ciuili si dicta mulier sit honesta & retinet nomen matrisfamilias erit pœna adulterij vt l.quæ adul.& Bal.Saly. hoc enim nomen matrisfamilias de iure habet tria significata secundum gloss.in d.l.quæ adulterium.primo enim significat & demonstrat mulierem quæ non viuit meretricio more sed honeste, & morigerate secundo pro ea quæ filios habet vt.ff. de lib.exhiben.l. deinde. Tertio pro ea quæ est sui iuris:sed Salyc.ibi dicit quòd etiam ea quæ est in potestate non amittit nomen prædictum, vide ipsum in d.l.quæ adulterium.

16 †Si vero inhoneste & meretricio more uiueret,illius coitus de iure ciuili erit impunibilis tanquam coitus concubinæ l.1.& 2.C.de concub.& per Bart.in l.verum, in fin.ff.de furtis.& l.3.ff.de conditio.ob turpem cau. & est text.nota.in l.si ea enim.C.de adulte.& d.l.quæ adulterium,in fin.vbi dicitur quòd coitus habitus cum famula & vili persona non meretur puniri propter vilitatem personæ siue potius vilitatem conditionis suę prout sæpius accidit in istis hospitijs vbi sunt famulę quædam ita vulgares quod habentur tanquam meretrices,& cum pluribus & diuersis personis solent habere commercium,uide textum ibi in fi.& Saly.& eundem Saly. magis clare & interminis in d.l.si ea per textum in l.si uxor. §.siue uersi.sed & in ea.ff.ad legem Iuliam de adulte.

17 †Sed quæro quid si aliqua mulier commisit adulterium cum aliquo uiro cum quo post mortem mariti sui matrimonium contraxit, an poterit accusari de adulterio huiusmodi post secundas nuptias cõtractas, & videretur dicẽdũ quod non, quia quemadmodum filij primo nati per subsequeus matrimonium legitimantur & restituuntur natalib. vt in c.1.de eo qui dux.in matri. quam pol.per adulterium, & c.per uenerabilem,& ibi docto.qui filij sint legi.lex tamẽ dicit contrarium quod ipsa mulier poterit accusari & puniri de adulterio quod ante coctum istud secundum matrimonium cum eodem viro commiserat, ita dicit tex.in l. commissum. C. de adult. Vlterius quæro si quis carnaliter cognouerit concubinam alterius quę indubitato affectu per vnum in domo sua duntaxat retinetur, an vir qui illam stuprauit debeat puniri & qua pœna, & videbatur dicendum quod non,ex quo honesta mulier dici non potest quæ non veri mariti patitur amplexus:tamen breuiter dicas contrarium esse verum, quia debet puniri de adulterio ex quo cũ illo viro honeste uiuat.

18 †Hoc est,quia non recipit plurium amplexus, dicitur honeste viuere,nec perdit nomen honestę matronę,vt dicit gl. in lege,si uxor.in prin.in uersiculo concubina.ff.de adulte. & l.stuprum.ff.de ritu nup.& iste est tex.in dicta.l.si vxor.in principio.ff.de adult.ubi dicitur quod uiro qui tenet dictam concubinam competit accusatio contra illum adulterum non iure mariti,sed iure extranei,ita dicit ibi tex.glo. tamen variauit in pœna,primo enim, dicit quòd tenetur de stupro deinde dicit quòd tenetur de adulterio.Bart.tamen tenet ibi opinio.illam quod de stupro puniatur & non de adulterio, quia adulterium proprie non committitur nisi cum muliere nupta,vide Bart.ibi,credo autem quod coitus iste impro prie & largo modo loquendo dicatur adulterium,sed in pœnis imponendis non debemus attendere impropriam & largam significationem,sed propriam & strictam, & maxime quando per illã impropriam significationem sit diminutio pœnę,quia in dubijs &c.l.de interpretatione.&. l.absentem ff.de pœnis.c.quod in dubijs.de regu. iur.lib.6.cum similib.

19 †Quæro nunc ponamus quod Pamphila sit nupta Sempronio, & tempore istius matrimonij commisit adulteriũ cum Gaio deinde mortuo Sempronio, ista Pamphila deuenit ad scdas nuptias,& nupsit Titio,quærit nũquid Titius poterit dictã vxorẽ accusare de adulterio illo quod cõmiserat tpe primi uiri, & vr dicendũ quod sic: maxime si nondum erat elapsum quinquennium.§.quinquennium.ff.de adulte. in contrariũ tamen est veritas, quòd illam accusare non potest de adulterio commisso ante tempus sui matrimonij.l.si vxor.§.si quis uxorem suam.ff. de adulte. & ratio potest esse ista, quia per illud adulterium aliàs commissum nulla fuit illata iniuria throno coniugali ipsius secundi mariti,nec per illud dicitur uiolatum dictum coniugale thorum. Idem dicendum est de stupro, si mulier dum esset uirgo aut uidua stuprata fuerit ab aliquo & postea nupserit,non potest maritus illam accusare de stupro nec etiam illum stuprãtem pro crimine commisso cum muliere antequam esset sua vxor, quia tunc nulla fuit sibi illata iniuria,quia nullum ius habebat in ea,ut dicta.l.si uxor.§.si quis plane. Secus autem si ea mulier erat sponsa,quia tunc poterit bene vir aut ꝙ sit sponsus ante consumationem matrimonij aut postquam consumauit matrimonium dictum stuprantem & mulierem quoque accusare de stupro & prosequi iniuriam suam,dicta l.si
20 †vir.§.si minor.in fi.eod.titu.† Idem etiam dicendum est de eo qui cõcubinam desponsauit & accepit in vxorem,quòd non poterit aliquem accusare iure mariti de stupro cum ea commisso tempore concubinatus sui,& iste est tex. in d.l.si vxor.§.si quis vxorem.uer.ꝙ etenim.ff.ad.l.Iul.de adul.quæ omnia bene no.quia sunt utilia & contingibilia sæpe.

SVMMARIVM.

1 *Stuprum quid sit,& qualiter puniatur qui stuprum perpetrat.*
2 *Clericus fornicationem simplicem committens qualiter puniatur.*
3 *Clericus pro stupro in virginem commisso pecuniariter punitur iudicis arbitrio. Laicus virginem deflorans, eam dotare, & uxorem ducere tenetur.*
4 *Suprum cum libera & conditionis honestæ commißum punitur confiscatione dimidiæ partis bonorum.*
5 *Copula carnalis habita cum concubina alicuius non punitur de iure ciuili.Stuprum cum mulieribus turpiter uiuentibus æque committitur,& non æque punitur.*
6 *Coitus omnis extra matrimonium est reprobatus & punibilis. Virginẽ deflorans impuberem, & uiri impotentem qualiter puniatur.*
7 *Tutor deportatur bonis publicatis qui eam cuius tutelam gessit stuprauit. Mulier nobilis familie seruo proprio se carnaliter commiscens, capite punitur,& seruus igne crematur.*

SEptimo videndum est de
1 †stupro quod est alia species fornicationis, quod committitur cum soluta muliere honestè viuente l.inter liberas.& l.stuprum.ff.de adult.& §.item lex iulia.insti.de pub. iudi. Quæro igitur nunc quæ est pœna istius criminis. dic ꝙ in foro conscientiæ clericus olim deponebatur de iure antiquo vt 83.dist.præsbyter, ꝙ erat secundum canones apostolorum.idem seruabatur in simplici fornicatione,vt latius infra dicetur. hodie vero imponitur sibi pœnitentia decem annorum,cum illis ieiunijs,disciplinis,& pœnitentijs, de quibus in d.c.præsbyter.†Laicus autem habet pœnitentiam septẽ annorum.27.q.1.deuotam.& 33.q.2.hoc ipsum.ubi dicitur, quòd clerici etiam hodie non excedunt metam septem annorum in pœnitentia prædicta. In foro autem cõtentioso de iure canonico,dic ꝙ clericus pro isto crimine deponitur,ita tenet Panor.in c.at si clerici.de iudi.& in d.cap.ut clericorũ. de vita,& honestate clericorũ.& in c.peruenit. *in fi.de adult.*
2 ubi in effectu concludit †quòd clericus in sacris *solum eum* dit pœnam depositionis quando commisit *simplicem* fornicationem cum muliere soluta, & impudica concubina seu meretrice,tunc non infertur illi alia pœna quàm suspensionis,vt ibi plenius per Abb.pro alijs vero criminibus carnalibus,excepta solum hac simplici fornicatione est pœna depositionis.vt habetur.84.dist.præsbyter.2.q. ululator.81. distin. Maximianus.quam uis etiam pro ista simplici fornicatione continuata a quæ clericus si post primam,vel secundam monitionem non diuertit poterit deponi atque priuari, vt in c. ex parte adæ.de testibus.& in capitu.cum super.de cohabita. clericorum & mulie. Si vero ista fornicatio non esset amplius simplex,sed haberet adiunctam aliquam qualitatem, seu accidens,puta adulterij,stupri, incestus & similium,tunc esset pœna de positionis:ita dicit Abba.in dicto cap. at si clerici.in 13.colum.& in dicto capitul. peruenit. idem etiam tenere videtur Ioan.de Imo.in d.capit.ut clericorum.ut refert Ioan.de Ana.in rubr.& in cap.significauit.de adulte.Cum tñ ista sit cõis opinio quòd pro stupro fiat depositio a qua in decisiuis non esset recedendum vt supra dixi, tamen si quis vellet tenere contrariam opinionẽ facile posset per ea quæ
3 supra proxime diximus in præcedenti quæstio. †Et dicit etiã Abb.in d.c.vt clericorum.quod pro stupro in virgine commisso iudex ecclesiasticus poterit imponere pœnam pecuniariam clerico arbitrio suo vltra alias pœnas spirituales,qñ illę non sufficerent,quia illas non timeret:quas pœnas si nõ soluerer luet in corpus arg.l.1.§.fin.ff. de pœn.& non sufficit solum dotare mulierem stupratam, quia vltra dotem tenetur etiam soluere pecuniariam aut corporalem pœnam, ita dicit Abb.in d.c.peruent.de adulte.Laicus autem de iure canonico si virginem deflorauit,tenetur illã dotare, & in uxorem

Digitized by Google

rem ducere si non erat uxoratus, & his duabus pœnis copulatiue punitur, si uero nollet aut nō posset propter aliquod impedimentum illam ducere in uxorem ultra pœnam dotis tenetur alia pœna pecuniaria siue extraordinaria arbitrio iudicis, vt dicitur in d.capitul. 1. & ca. peruenit. de adult. & ibi Abb. si uero cum uidua honeste uiuente stuprum cō miserit, punietur pœna pecuniaria arbitrio iudicis iuxta qualitatem facti, & personarum conditionem. d ca. 1. de adulte. vbi latius per domi. Abb. & idem Abb. in d.c. ut clericorum. in 12. col. & idem Abb. in c. licet. de pœn.

4 De iure autem ciuili pro stupro commisso cum muliere libera, & honestæ conditionis, & famæ, si vir sit honestæ cōditionis aut in dignitate constitutus, dimidiæ partis bonorū suorum confiscatione, & relegatione temporali arbitrio iudicis punitur, si vero sit vilis persona fustigatur, & nihilominus in exilium mittitur, vt sup. ita dicit tex. expresse in §. itē lex iulia. instit. de publ. iud. & ista est pœna regularis, quæ tamen fallit in pluribus casibus in quibus alia pœna imponitur. Et primo quando mulier non esset libera sed serua, qa tunc datur domino actio legis aquiliæ iniuriarum, aut de seruo corrupto. l inter liberas. & ibi Bart. ff. de adult. l. fi. ff. de offic. præsi. & l. penul. C. de ser. corrup.

Secundò fallit licet sit mulier libera, tamen si est famula aut aliàs vilis conditionis existens in capona hospitijs, aut alijs similibus abiectis locis, habenti rem carnalem cum mulieribus vilis conditionis non imponitur ista pœna, sed tenetur actione iniuriarum propter uilitatē personæ. l. quæ adulterium. & ibi glo. & Bar. C. de adul. & Bar. in d.l. inter liberas.

5 Tertiò fallit in concubina retenta in domo, & indubitato affectu, quia licet cum illa habere concubitum de iure ciuile absque aliqua pœna. l. 2. C. de concubi. & not. gloss. in l. stuprum. & in l. inter liberas. & ibi glo. & Bar. ff. de adulterijs.

Quarto etiam fallit in publica meretrice, vel in alia muliere impudica, quæ plures admittere solet ad eius amplexus, licet secrete agat, quia non dicitur honestè uiuere prout requirit illa lex Iulia de adulterijs. l. c. 5. d. §. item lex iulia. & ibi Io. Fabri. & per Bar. in l. 3. ff. de cond. ob turpem cau. ubi concludunt doct. prædicti, quod tunc mulier ipsa perdit nomen & famam honestæ matronæ.

Contra hæc oppo. de l. stuprum. ff. de ritu nuptia. ubi dicitur quod stuprum committitur etiam cum mulieribus quæ turpiter viuunt, & a pluribus quæstum accipiunt. dummodo id non palam faciant. Sol. non negatur quin cum mulieribus ipsis stuprum committatur, quia mulier soluta est, & libera persona, sed delictum non est punibile cum eis factum de iure ciuili propter inhonestam uitam, licet non sint publicę meretrices, tamen ex quo plures fornicantes admittunt, & personam suam pluribus exponunt, dico quod accessus ad illas est impunibilis, quia non dicuntur honestè viuere, vt requirunt iura. in d. l. inter liberas. & l. stuprum. ff. de adult. & d. §. item lex iulia.

6 De iure tamē canonico omnis coitus præter uxorium siue matrimonialē est reprobatus, & punibilis. 32. q. 2. nemo. & c. meretrices. Fallit etiam, & quinto regula prædicta quando quis haberet coitum cum virgine impubere minore. 12. annis, nōdum viri potente, quia humiliores in metallū damnantur, honestiores vero in insulam deportantur. l. si quis aliquid. §. nondum. ff. de pœnis. quod nota. quia hodie ista pœna non inuenitur correcta neque immutata, ita dicunt doc. in d. §. item lex iulia. ubi glo. tangit.

7 Sextò etiam fallit dicta regula in tutore, qui pupillam cuius tutelam gessit stuprauit, quia tutor deportatur, & omnia eius bona publicantur. l. 1. C. si quis eam cu. tut. gesse. stup. ratio est, quia tutor datur loco patris personæ principaliter ad illam nutriendum, & bonis ac honestis moribus instruēdum, non autem ad stuprandum l. secunda. ff. de admi. tut. & insti. eod tit. in prin. & de tutel. in prin.

Septimò, & ultimo fallit in muliere nobilis familiæ, quæ seruo proprio se carnaliter commiscuit, quia mulier punitur pœna capitis, seruus autem igne peribit. l. 1. C. de mulie. quæ seruis propri. se iunxe.

SVMMARIVM.

1 *Coitus contra naturam habitus triplex reperitur, & qualiter puniatur.*
2 *Coitus cum brutis habitus qualiter de iure canonico puniatur, & qualiter in foro contentioso. & in foro conscientiæ, & nu. 3.*
4 *Coitus cum brutis punitur pœna capitis.*

1 OCtauo quæro quid de coitu † habito contra naturam? dic quod istud est triplex. quoddam enim est quod fit contra naturam humanæ societatis, & illud est quod fit cum propria matre uel filia de quo dictum est supra cod. titul. q. 2. Aliud est quod fit contra naturam sexus humani, quod est quando fit cum masculo, ut. l. cum uir. C. de adult. Aliud est quod fit contra naturam generis humani, & illud est quod fit cū brutis. c. ut clericorum. de uita & honesta. clericorum. in principio. uide quæ diximus supra eodem tit. dicta q. 2. & habetur in c. ut clerici. de excess. præla. 32. q. 7. adulterij. & c. flagitia. & 33. q. 2. hoc ipsum. in fin. d. l. cum vir. & l. fœdissimam. C. de adulter.

2 † Pro isto enim crimine de iure canonico scilicet antiquo, & in foro conscientię, tam in clerico, quàm in laico pœna est parificata, iniungitur pœnitentia temporalis vltra septenniū arbitrio sacerdotis vt extra gremium ecclesię, & communionem fidelium ultra illud septennium tandiu commoretur donec de crimine ipso congruam egerit pœnitentiam arbitrio sacerdotis, nunquam se in diuinis commiscendo, vt
3 d. c. hoc ipsum. † Sed de iure canonico in foro contentioso in clerico erit perpetua depositio ab altaris ministerio, ab oī ordine sacro, ac oīum beneficiorū, & officiorū perpetua priuatio, & est casus in d. c. vt clericorū. in prin. de vit. & honest. clerico. & ibi Abb. & c. clerici. de excess. prælat. si vero sit laicus excommunicatur, & a cętu fidelium omnino expellitur. d. c. clerici. in fi.

4 † De iure aūt ciuili pro isto crimine est pœna capitis. l. cum vir. C. de adult. contra quod crimen, & eius reos, Imperator in d. l. cum vir. multum fortiter exclamat atque irascitur pp eius summam turpitudinē, dicens iubemus insurgere leges, armari iura gladio contra huiusmodi facinorosos homines, qui audent peruertere ordinem naturæ, & est adeo turpe scęlus quòd non proficit scire, & nephas sit quodāmodo loqui de ipso, propter, quod dicit Pōtifex cp uenit fames, terremotus, & pestilentiæ, & primum ira dei in filios diffidentię uide tex. in d. c. ut clericorum. de ui. & hon. cle. & 32. q. 7. adulterij malum. c. flagitia. & c. offerebat Loth. & capit. clerici. de excess. prælat.

SVMMARIVM.

1 *Fornicatio cōmissa cum muliere soluta et impudica qua puniatur pœna.*
2 *Fornicatio an sit genus quoddam, diuersas sub se continens species.*
3 *Presbyter seu clericus qualiter olim pro fornicatione puniebatur, & qualiter hodie. Coitus meretricius uel aliàs cum muliere impudica habitus, iure ciuili euadet impunitus.*
5 *Fornicans scienter cum meretrice sibi agnata, pœnā non euadit incestus.*
5 *Validum censetur id quod est in ueritate, potius quàm id quod est in opinione.*
6 *Concubina quæ dicatur legitima ut eius filij possint dici naturales.*

1 NOnò quæro quid de simplici † fornicatione habita cum muliere soluta, & impudica, aut cum publica meretrice, quæ publice exiat parata, qua pœna huiusmodi criminis reus punitur, dic quod de iure canonico, in foro conscientiæ propter vitium incontinentiæ illa septennali pœnitentia, vel forsan minori sacerdotis arbitrio subijcitur. 33. q. 2. hoc ipsum. 22. q. 1. prædicandum. & 30. q. 7. c. adulterij. 32. q. 4. cap. meretrices. 37. q. 1. c. lex illa. ubi tex. enumerat quinque species criminis carnalis coitus, quæ fiunt cum mulieribus naturaliter, vbi di
2 citur, cp licet secundum quorundam opinionem, † hoc nomen fornicatio, sit nomen generis comprehendens sub se omnes species illiciti coitus de quibus supra, & tunc dicitur poni vt genus comprehendens sub se omnes species prædictas. 22. q. 4. c. meretrices. & c. seq. & 30. q. 2. hoc ipsum. prope finem. Quandoque idem nomen fornicatio, ponitur vt species qua continetur coitus habitus per virum solutum cū muliere soluta, & impudica, aut cum publica meretrice, ita dicit tex. in d. c. meretrices. 32. q. 4.

3 De iure autem canonico in foro contentioso olim erat pœna depositionis, & priuationis in clerico. 82. dist. præsbyter, hodie tamen est minor scilicet suspensionis aut pecuniaria, vt hic arbitraria. & per Abb. in d. ca. ut clericorum, in 12. col. de ui. & hone. cle. Hæc enim, quæ diximus habent locū in clerico, laicus vero aliter punitur arbitrio iudicis, quandoque pœna pecuniaria, quandoque alia: uide dom. Abb. in d. l. ut clericorum.

De iure uero ciuili iste coitus meretricis, uel alterius mulieris impudicæ est permissus, & pœnitus impunibilis, vt l. 1. & C. de concubi. & per Bar. in l. uerum. ff. de fur. & idem Bar. in l. 3. in prin. ff. de cond. ob tur. cau. Sed antequam ad ulteriora procedam non omittam notabile uerbum quod dixit Saly.
4 in l. quæ adulterium. C. de adulter. quod si quis † fornicatus fuerit cum meretrice, quæ erat agnata ipsius uiri coeuntis incurrit pœnam incestus ipse vir si scienter commiscuit se cū illa. Secus autem si ignorabat illam esse eius consanguineā, quia isto casu non punitur etiam de incestu, ita tenet Salv. in

d. l. quæ

Digitized by Google

Paul. Gril. De pœnis omnifariam coitus.

d. l. quæ adulterium. & ratio eſt quia vir non dabat operam rei illicitę, ſed permiſſę. d. l. uerum. in fi. & ibi Bart. ff. de fur. & Bart. in d. l. 3. in prin. ff. de condi. ob turp. cau. & l. gracchus. C. de aduul. ideo iſto caſu attenditur potius illud quod erat in opinione quàm illud quod eſt in ueritate. l. 1. §. diuus. & l. in leg. Corn. ff. ad l. Corne. de ſica. quando vero a principio dabat operam rei illicitę, tunc ſuccedit & uiget alia regula cõtraria de qua per Bar. in l. ſi adulterium cum inceſtu. ff. de
5 adulte. † quod plus ualet illud quod eſt in veritate quàm illud quod erat in opinione de quo late diximus ſupra tit. proximo q. 11. in materia poculi abortionis & amatorij. hæc tamen procedunt de iure ciuili, quo meretricis & concubine coitus eſt impunibilis ut ſupra: ſed de iure canonico quo omnis concubitus præter uxorium dicitur eſſe damnatus. 32. q. 4. c. meretrices, putarem habere locum ſecundam regulam de qua ſupra, & quod ignorantia non deberet ipſum excuſare, attento quòd dabat operam rei illicitę & dãnabili. c. meretrices. pro quo facit doctrina Bart. in d. l. ſi adulteriũ cum inceſtu. & quod habetur in c. fi. de homi. lib. 6. nec excuſatur propter turpitudinem vitæ ipſius mulieris, quia turpitudo illa verũ eſt, quod excuſat virum a pœna adulterij, vel ſtupri, non autem a pœna inceſtus, quæ infertur ratione ſanguinis: quia per turpitudinem vitæ illius iura ſanguinis non tolluntur, ita dicit ipſe ibi quem vide & nota.

6 Et ad ea, quæ diximus ſuprà de concubina retenta in domo nota quod ad hoc vt aliqua dicatur legitima cõcubina, quæ retineri poſſit impune de iure ciuili, & cuius filij dicantur veri naturales, & ſuccedãt patri in illis duabus vncijs ab inteſtato, vt in auct. qui. mo. na. effi. ſui. in prin. & in fin. plura requiruntur de quibus per d. Ioan. de Anan. in rub. extra de adul. in 2. col.

SVMMARIVM.

1 *Raptus mulieris eſt crimen graue, & valde deteſtabile.*
2 *Raptores mulierum quibus ſunt pœnis afficiendi.*
3 *Socius quis ſit, & quis ſequax, & in quibus differant. aſſocians aliũ ad aliquem actum, cenſetur illi opem præſtare.*
4 *Receptator raptæ mulieris qua ſit afficiendus pœna.*
5 *Iniuria vni de domo facta, cenſetur toti familiæ irrogata. Rapiens maſculum cauſa libidinis qualiter puniri debeat.*
6 *Parentes inſultati cum conſanguineis poſſunt licite inſultantibus reſiſtere. Occidi non poteſt impune qui non reperitur in flagranti crimine.*
7 *Auxilium ſeu fauorem poſt factum præſtans mitius puniturr eo qui interfuit facto. Auxiliũ, & fauorem malefactori præſtantium plures ſunt ſpecies.*
8 *Conſulens ſeu perſuadens maleficium, an, & qua pœna puniatur maleficio ſequuto. Conſulens, & perſuadens an cenſeatur opem, & auxilium maleficio præſtare.*
9 *Quaſi, dictio, eſt improprietatis nota, ſicut & verbum, videtur. Statutum pœnam imponens auxilium ſeu opem præſtanti maleficio, non comprehendit perſuadentem ſeu conſulentem.*
10 *Conſulens aut perſuadens quas debeat dare pœnas, ſtatuto eas non exprimente. Conſulens maleficium punitur etiam ipſo non ſequuto.*
11 *Conſulens in minoribus criminibus, quas pœnas luat ſi ſtatutum non taxet eas.*
12 *Conſulens maleficium an puniri debeat, etiam ſi delinquens omnino facturus erat.*
13 *Argumentum a ſenſu contrario non valet ubi contra legem procederet.*
14 *Conſulens qui ante delictum commiſſum reuocauit conſilium, an teneatur facto ſequuto.*
15 *Opem miniſterij & adiutorij corporaliter præſtans malefactori quando, & qualiter puniatur.*
16 *Opem ſcienter præſtans malefactori ante factum tenetur*
17 *Opem præſtans poſt delictum commiſſum quãdo puniri debeat. Opem præſtans malefactori per uiam iuſtitiæ non punitur.*
18 *Aduocatus cum excommunicato participans pro, conſilio dando non incurrit excommunicationem. Supplicare non licet pro damnato de crimine læſæ maieſtatis. Aggeres nili rumpens & curſum aquarum deuiãs igni crematur.*
19 *Statutum dictans opem non præſtandam bannitis non includit eos qui ob iuſtitiam, gratiam, uel charitatem præſtant opem.*
20 *Pœna plurium eidem opem præſtantium an ſit uniformis.*
21 *Rapiens virginem aut uiduam ſeu nuptam qualiter puniatur. Ancillam aut libertinam alterius rapiens quas det pœnas.*
22 *Sponſus ſponſam propriam rapiens qua pœna plectatur.*
23 *Mulier uirum cauſa libidinis rapiens an puniatur, & quid ſi vir virum.*
24 *Nuptiæ de parentum conſenſu procedere debent. Puella raptori ſuo nubere non poteſt etiam de parentum aſſenſu.*
25 *Rapiens meretricem aut aliàs plurium concubinam an debeat puniri. Meretrices cauſa libinis incluſas detinentes actione iniuriarũ tenentur.*
26 *Raptor meretricis quæ meretricari deſierat, an puniatur ac ſi probam rapuiſſet mulierem.*
27 *Meretrix quæ non plene reſipuit ſed ſecrete plurium amplexus admittit tractari adhuc poteſt vt meretrix.*

DEcimo nunc eſt videndũ,
1 † de raptu mulieris, quod quidem eſt graue, & longe deteſtabile crimen, & iura maxime ciuilia ipſum vehementer abhorent, quod patet ex atrocioribus pœnis quæ cõtra raptores ipſos eorumque complices. & ſequaces iura ſtatuerũt vt l. unica. C. de raptu virg. ubi patet quod nedum puniuntur raptores monialium ſacratarum, verumetiam virginum laicarum nuptarum, & viduarum honeſte viuentium ac etiam ſponſarum mulierum, ità quod nõ liceat ipſi ſponſo propriã ſpõſam ex domo parentũ rapere ſeu uiolẽter abſtrahere, & ad eius domum adducere: & quid de viro rapiente vxorem propriam cum qua contraxerat, & conſumauerat matrimonium an puniatur pœnis de quibus in l. unica, & quid de eo qui rapuit meretricem cauſa libidinis aut concubinam ſeu aliam impudicam mulierem an comprehendatur in l. prædicta, ut illis pœnis ſubijciatur, vel alijs. & quib. Pono igitur primo caſum q̃ Titius armatus, & aſſociatus Meuio, Gaio, & Sempronio ingreſſus fuit in monaſterio ſanctæ Catharinæ, ex quo uiolenter unà cum ſocijs prædictis rapuit quandam venerabilem monialem profeſſam ſororẽ Luciam nũcupatam, quam ſic raptam ex dicto *monaſterio* extraxerunt illamque duxerunt ad domum Pamphili, & dũ ipſam monialem raptam adducerent in itinere, occurrerũt Tyberio, Fabio, & Pompeio, qui ſimiliter præſtiterũt opem, & auxilium præfato Titio, & illius ſocijs ad perducendum ipſam monialem ad domum ſupra dicti Pamphili.

2 Quæritur modo nunquid omnes iſti ſint pariter puniendi, & quibus pœnis. Reſpon. q̃ ipſe Titius vnà cum Meuio, Gaio, & Sempronio ſocijs in raptu pluribus pœnis ſubijciuntur, & primo q̃ ſi in flagranti crimine fuerint a parentibus, conſanguineis, tutoribus, curatoribus, dominis, uel patronis raptę mulieris deprehẽſi poſſunt impune interfici, & vltra hęc capite puniuntur, & omnia eorum bona publicantur, & applicantur dicto monaſterio ex quo monialis rapta reperitur vel in quo profeſſa erat l. unica. C. de rap. vir. quibus pœnis nedum ipſe, & eius principalis, uerum etiam Meuius, Gaius, & Sempronius eius ſocij, & adhęrentes qui in ipſo raptu interuenerunt. & dicto Titio opem, & auxilium præſtiterunt, puniuntur, & perpetua omnes notanter infamia. d. l. unica.
3 unde Bal. in d. l. unica. ſuper iſto uerbo dicit. † nota q̃ dñia eſt inter ſocium, & ſequacem, quia ſocius eſt ille qui principaliter vadit ad maleficium propter ſe, & ſic pro intereſſe ſuo: ſequax vero eſt ille qui uadit propter alium, & pro alterius intereſſe vt habetur in cle. c. 1. de pœ. ubi eſt gl. no. quæ declarat quis ſit ſocius, quis ſequax & quis ille qui dat conſilium, auxilium, uel fauorem, & quis illorum dicitur grauius delinquere, & maiori pœna dignus exiſtat.

Item nota ſecundum eundem Bal. ibi quòd eo ipſo quòd quis aſſociat aliquem ad actum aliquem, videtur ſibi dare auxilium abſque eo q̃ aliquid faciat in eius fauorem: quod eſt uerum dicit ipſe de auxilio fauoris non de auxilio *facti*, quãdo nihil fecit, nam per hoc ille qui aſſociatur propter aſſociantis præſentiam fit audacior, & eius aduerſarius efficitur timidior.

Ex quo infertur, q̃ ſi Gaius armatus aſſociauit Titium ad inſultandum, uel occidendum aliquem, licet ipſe Gaius nihil fecerit ſed ſolum inſtetit ibi præſens armatus dicitur dediſſe auxilium, & fauorem dicto Titio ratione prædicta, quia ex ipſius præſentia Titius inſultans fit audacior, inſultatus vero efficitur timidior, & hoc tenet Bald. in l. raptores. in 2. col. C. de epiſ. & cle. & Saly. in d. l. unica. C. de raptu uirgi. Adde Socyn. in conſi. 157. incipiente, conſultatio. uer. 3. oſtenditur. in 2. parte. fal. 1. qui hoc idem tenet.

4 Sequitur in themate quòd Titius cum ſocijs monialem raptam in domum Pamphili introduxerunt, & ibi illam tenuit: quæro qua pœna puniatur iſte Pamphilus, qui raptores ipſos cum moniali ſcienter receptauit? dic q̃ pœna capitis duntaxat punitur abſque bonorum publicatione, vt d. l. unica. §. pœnas autem. ubi dicitur quòd illi duntaxat qui raptui interfuerunt, & principali raptori aſſiſterũt illis tribus pœnis puniuntur, ſcilicet pœna capitis, perpetuę, infamiæ, & omnium bonorum confiſcationis ſiue publicationis, & iſti oẽs potuerũt a parentibus, conſanguineis, tutoribus, & curatoribus, & dominis, uel patronis mulieris raptæ impune occidi, ſi in illo flagranti fuerint deprehenſi: & dicunt Bal. & Sal. in d. l. unica. quòd hæc facultas ſiue licentia occidendi dicit̃ conceſſa etiam filijs, & nepotibus mulieris raptæ, licet tex. illos non exprimat, & hoc virtute eiuſdem uel maioris rationis, quæ viget in filijs, & nepotibus quàm in alijs conſanguineis, & agnatis.

5 Ex quo dicto notant ibi Bald. & Saly. q̃ iniuria facta uni de domo uel de familia cenſetur eſſe facta toti familiæ, & conſanguinitati, & unuſquiſque poterit iniuriam ſuam uindicare. & ideo iſto caſu nullus de conſanguinitate poterit eſſe teſtis

Digitized by Google

ſtis in huiuſmodi cauſis, hoc tamen intellige vbi eſſet cõſue tudo quòd omnes de familia ſiue de conſanguinitate reuo care ſoleant ad animum ſuum iniuriam factam conſanguineo vel alteri de familia, ſecundum Cy. in d.l.unica. pro quo facit.tex in l.1.C.ſi rector prouin. &c. & C. ſi quacun. prædi. poteſta.l.1.

Ex hoc etiam nota ſecundum Salyc ibi dum quærit an facultas illa occidendi præſtita cenſeatur illis perſonis de quibus ibi contra raptores maſculorum, quando rapiuntur maſculi cauſa libidinis? & concludit quod non, nec pœnæ illius legis inferuntur contra ipſos. Bal. tamen ibi tenet cõtrarium quod illa lex, & illius pœnæ habeant locum etiam contra rapiẽtes maſculum, & dicit eſſe caſum ibi in d.l.vnica. in fi. ſed tex. ille hoc non probat, dum enim loquitur de maſculis, & fœminis eiſdem pœnis puniendis, loquitur de his qui aſſocia runt ſiue dederunt auxilium raptori, & ſic de perſonis delin quentibus, ſiue dederunt auxilium raptori, & ſic de perſonis delinquentibus, non autem de illo qui paſſus fuit rapinam, & ideo puto opinionem Salyc. & ſequacium eſſe veriorem, maxime, quia lex illa eſt multum exorbitans & odioſa, vt dicit ibi Saly. bene verum eſt, ℘ non ſolum parentibus, & conſanguineis, verumetiam, & amicis licet huiuſmodi violẽtię, & rapine reſiſtere, & ipſos violentos raptores etiam armis, propulſare atque abijcere, cum moderamine tamen inculpa tæ tutelæ, vt dicit ibi glo. in d.l.unica.

6 Per cuius doctrinam decidittur alia quæſtio ualde notabi lis. Quod quotieſcunque aliquis eſſet inſultatus a pluribus, quòd parentes, & conſanguinei ipſius inſultati, & omnes, q̃ ſunt de illius familia poterunt licite, & impune inſultantibus ipſis reſiſtere, & illos propulſare etiam cum armis, & ſi quẽ offenderint vel occiderint in tali propulſatione, & reſiſtentia, non tenentur de homicidio nec alia pœna, dummodo id fecerint cũ moderamine inculpatæ tutelæ, quia iura permittunt conſanguineo conſanguineum ſuum defendere. ita dicit Saly. in d.l.unica. ubi dicit quod iſtud etiam tenet gl. ibi, & gl. in l.ut uim. ff. de iuſt. & iur. Sequitur nunc vidẽdum qui bus pœnis puniuntur Tyberius, Fabius, & Pompeius qui Titium raptorem, & ſocios poſt commiſſum facinus aſſociarunt ad domum ſupra dicti Pamphili. & breuiter dicas quòd iſti puniuntur pœna capitis duntaxat abſque bonorum publicatione vel infamia. dict.l.vnica §.pœnas. Et nota quòd iſti non poſſunt a parentibus, & conſanguineis mulieris, & alijs perſonis de quibus ibi impune interfici uel offendi ſicut alij ex quo non dicuntur comperti in flagrãti crimine, quia iſti poſt commiſſum crimen interuenerunt.

7 Ex quo dicto nota hoc verum, ℘ eſt ſumme notandum ℘ hi qui præſtiterunt auxilium, & fauorem malefactori poſt commiſſum crimen aſſociando illum, & illi fauendo eundẽque defendendo mitius puniuntur quàm illi qui delicto ſiue homicidio interfuerunt licet nihil fecerint: hoc probatur in d.l.unica. ſecundum quod illam declarat Bal. ibi. & Bald. in d. l.raptores. C.de epiſ. & cle. & Saly. in d.l.vnica, in uer. cęteros. *in 6.parte, ſui commenti.* in 4.col. in princ. hoc idem expreſſe *dicit. quibus* adde. d. Soci. in conſi. 157. incipiente conſultatio. *iſta. uerſic. 3.* oſtenditur, in 2.parte. fol. 11. ubi hoc idem tenet quod an ſit uerum ſimpliciter patebit ex infra dicendis. Iſtorum enim qui præſtant auxilium, & fauorem principali malefactori plures ſunt ſpecies, ſecundum ℘ notat gl. in cle. 1. de pœnis. & ſupra alias tetigi uerbum eadem. q. quorum quidã dicuntur ſocij ipſius principalis qui principaliter uadũt pp ſe, quidam alij dicuntur adhærentes, & ſequaces qui ueniũt, propter alium, & pro alterius intereſſe. quidam ſunt perſuaſores, & conſultores, qui perſuaſionibus, & conſilijs ſuis, animum & audaciam præſtant principali malefactori ad dictũ maleficium perpetrandum, quidam alij dicuntur mandatores, qui hoc mandant expreſſe vt fiat maleficium, & hi oẽs *ſunt* diuerſi, diuerſiſque pœnis puniuntur: videamus igitur de quolibet, & vt ſeruemus ordinem naturæ uidebimus primo de his quæ præcedunt factum, hoc eſt, quæ fiunt ante factum quod eſt conſilium, & perſuaſio ad maleficium perpe

8 trandum. † Et ideo primo quæro an perſuadens vel conſulens puniatur, & qua pœna facto ſequuto, & quid ſi factum non fuerit completum in totum, ſed pro parte, & quid ſi nihil actum ſit, an perſuaſor, & conſultor puniantur, & qua pœna: & antequàm ad vlteriora deueniam. Quæro an ille qui conſuluit & perſuadet dicatur præſtare opem & auxilium maleficio, ita quòd ſi ſtatutum imponit pœnam præſtãti opem & auxilium malefactori ſiue maleficio, compræhendat etiam illum qui perſuadet & conſuluit Saly. in d.l.unica. in 4.col. arguit ad partes. primo ℘ ſic, ſecundum auctoritatẽ Catholicon, & quorundam humanarum literarum poſſeſſorum: demum auctoritate iuris concludit ℘ nõ, quia largo ſumpto uocabulo, & improprie dicitur præſtare opem, & auxilium ille qui perſuadet, & conſuluit, & pro hoc adducit tex. in l.qui ſeruo. in 1. & 2. reſponſo. ff. de furtis. ubi dicitur, ℘ ille qui perſuaſit ſeruo alieno vt fugeret, & furtum faceret, ſecuta fuga, & facto furto, qui perſuaſerat tenetur domino actione furti, quaſi ope, & conſilio eius furtum factum fue-

9 rit, † dictio enim, quaſi, eſt nota in proprietatis, vt not. in l.2. ff. de uſufru. ea. re. quæ vſu conſu. & ſimiliter verbum. videt, de quo in d.l.qui ſeruo. denotat ſimilitudinem, & improprietatem, vt l.non uidetur. C. de in integ. reſti. titulo generali, & ſic conſuluit ipſe Saly. ℘ qui conſuluit, & perſuadet de ſtricta & propria ſignificatione vocabuli non dicitur præſtare opẽ & auxilium, & per conſequens dicas ℘ non comprehẽditur in ſtatuto imponente pœnam præſtantibus opem, & auxilium, quia ſtatuta ipſa ſunt exorbitantia, & vt plurimũ odioſa, & non debent extẽdi ad caſum improprium ſed proprie, & ſtricte intelliguntur. l.2. C. de noxa. l. quicquid adſtringendæ. ff. de verb. obl. c.ſi Papa. de priui. lib.6. per Bar. in l.omnes populi. in 6.q.princip. ff. de iuſti. & iu. cum multis ſimilibus. Reuertor nunc ad quæſtionem noſtram, an perſuaſor, & cõſultor puniatur, & qua pœna? & dic aut lex vel ſtatutum imponit certam pœnam perſuaſori, & conſultori facto ſecuto, & aliam vel nullam pœnam facto non ſecuto, & tunc ſeruãda erit lex, prout clare loquitur. † aut ſtatutum vult ℘ puniatur conſulens, & perſuadens, ſed nullam exprimit pœnam, & hic aduerte: aut ſumus in atrocioribus, ſiue minoribus criminibus, & ſi quærimus an facto demũ ſecuto puniatur vel facto etiam non ſecuto, dummodo tentando peruenerit ad actum proximum facto. Primo caſu dic ℘ regulariter punitur conſulens, & perſuadens eadem pœna qua principalis delinquens puniretur facto ſecuto, vt l.nihil. ff. ad leg. Cornel. de ſicar. l. vtrum. ff. ad leg. pompe. de pari. & ad turpil. l.1. §. incidit, & l.ſi quis non dicam rapere. C. de epiſ. & cle. hoc plus eſt atrocioribus, quia facto etiam non ſecuto infertur pœna conſulenti. d.l ſi quis non dicam rapere. ſed contra hoc eſt ℘ notatur in d.l.unica de rap. uirg. in §. pœnas verſi. cæteros. vbi dicitur, ℘ perſuadens, & conſulens non punitur eadem pœna ſicut principalis raptor, ſed minori ſcilicet pœna capitis duntaxat, vt ibi dicitur, ſed dic ℘ ideo ibi punitur minori pœna, quia lex ibi impoſuit pœnam certam a qua non recedendum vt ſup. diximus, alias ſi non fuiſſet declarata certa pœna eadem puniretur ſicut principalis, ita dicit Salyc. in d.l. vnica.

11 † Secundò uero caſu quando ſumus minoribus criminibus, vel in non atrocioribus, & tunc dic ſi ſtatutum non imponit certam pœnam, ſed mandat ipſum puniri punitur eadem pœna per ea quæ proxime dixi, fallit tamen hoc quando delictum propter aliquam qualitatem, vel accidens diceretur grauius in perſona delinquentis, prout eſt furtum manifeſtum, quando grauius punitur quàm non manifeſtum, item ſi ex forma ſtatuti delictum magis eſſet punibile factum in vno loco quàm in alio loco vel vno tempore magis quàm altero, vel ſi diceret ſtatutum, ℘ ſi reus inquiſitus negauerit contenta in inquiſitione puniatur in duplum, vt l. contra negantem. C. ad l. aquil. quia tunc conſultor non punitur ſicut delinquens, ſed pœna ſimplici, vt. ff. de furt. l. qui ſeruo. in prin. & l.is qui opem. eo. tit. & ibi Bar. Prædicta etiam limita eſſe vera quando principalis qui fecit delictum non fuiſſet aliàs facturus niſi præceſſiſſet conſilium, & perſuaſio illa, q̃ autem erat alias omnino facturus. dic vt infra dicam.

12 Quæro nũc quid ſi delinquens erat aliàs omnino facturus id, ℘ fecit, an iſto caſu perſuadens vel conſulens puniat? quidam dixerunt ℘ non, quia iſto caſu conſulens non fuit cauſa delicti, vt in l.non ſolum. §. ſi mandato. in verſi. attilicinus. ff. de iniurijs. ſumpto argumento a contrario ſenſu ibi enim dicitur ℘ perſuaſit alicui nolenti inferre iniuriam facere: dicitur ibi quòd tenetur perſuadens ac ſi ipſe feciſſet: ratio eſt, quia ille qui fecit iniuriam non erat alias facturus, ergo ſi facturus erat non tenetur, pro quo facit etiam text. in §. ope. inſti. de obli. quæ ex delic. naſ. & hanc opinionem videtur tenere glo. in d. verſi. attilicinus. Quidam alij tenuerunt contrarium, ℘ omnino conſultor vel perſuadens teneatur etiam ſi delinquens illud alias facturus erat, quia non debuit conſultor, & perſuaſor malo conſilio ſuo iniquo viro augere malitiam, & animum ad delinquendum, & iſte eſt tex. not. vbi eſt caſus in l.1. §. perſuadere in fi. ff. de ſer. corru. & ibi glo. & hoc etiam tenet Saly. in d.l.vnica. C. de ra. vir. cum hac tamen diſtinctione, quòd ubi delinquens non erat facturus perſuaſor tenetur eadem pœna ſicut principalis per ea quę ſup. proxime diximus ut d. §. perſuadere. niſi in lege vel ſtatuto reperiretur certa pœna expreſſa: quo caſu illi ſtandum erit per ea quæ ſup. diximus, & nota. in d.l. vnica. §. pœnas. uer. cæteros. ſi vero erat malus de per ſe, & illud delictum erat aliàs omnino facturus, & in iſto caſu ſimiliter tenetur perſuadens ſed minori pœna, quam iudex ſecundum qualitatem facti, & cõditionem perſonæ arbitrabitur maiorem aut minorem, & ſecundum etiam vehementiam, & magnitudinem perſuaſionis, & conſilij, aliàs enim ex leui verbo perſuaſiuo enuntiatiue aut iocoſe forſan prolato quis non tenetur nec diceret

pro-

Digitized by Google

propter hoc opem præstitisse.d.§.ope. insti. de oblig.quæ ex delic.nasc.& istius opinionis fuit etiam Dy.in cap. nullius ex consilio.de reg.iur.lib.6.hoc idem videtur sentire Bart.in l. 1.§.incidit. ff. ad turpil. qui tex.in instigante loquitur quòd idem est sicut in persuadente,& dicit Saly.in d.l.unica.& nō obstant ea quæ supra dicebantur in d.l.attilicinus.arguen-
13 do a contrario sensu, † quia illud argumentum nunquam procedit quando tenderet contra legem,uel esset alteri legi contrarius, ut. C.de condi.incer.l. si quis patrem, quod etiam tenet Salyc. ibi. Hæc tamen omnia quæ supra dixi de consulente & persuadente,intellige de illo qui malam persuasionem aut consilium dedit ad effectum ut maleficium fieret,non autem de eo qui dat bonum consilium uel bonam persuasionem,quia istud nomen consilium, & persuasio in dubio potest adaptari ad bonum sicut ad malum, & ideo non dicitur nec præsumitur malum nisi sit adiecta illa qualitas mali vt.l.1.§.persuadere,& aliàs diximus supra lib. 2.quæst.10 ubi dictum fuit de uenęno quod similiter potest compræhendere bonum & malum venenum,ut.l.3.in prin. & §.adiectio.ff.ad leg.Corne.de sica.& l.1.§.dolum.ff.de do-
14 lo. † Quæro nunquid si persuadens aut consulens reuocauit consilium suum,an delicto secuto teneatur? dic breuiter aut loquimur in mandante,aut in consulente,primo casu sufficit simplex reuocatio mandati ad euitandum pęnam, ita quòd perueniat ad notitiam mandatarij,vt l.si mandasset.ff. manda,& per Saly.plene in l.non ideo minus in 4. quæst.C. de accu Secundo uero casu non sufficit simplex reuocatio quinimmo necesse est quòd expresse fiat contraria persuasio,& sic expressa dissuasio & consilium dissuasiuum & negatiuum præbeatur illi qui facturus erat delictum, ita quòd verisimiliter& probabiliter credatur quod ille non sit amplius facturus nec adhuc sufficit,sed habet necesse si vult eui tare pœnas,denuntiare & notificare ista illi contra quem datum erat consilium ut caueat ab illo qui quærit ipsum offendere &c.ita not. dicit Inn.in c.ad audientiam.de homi. quod transumptiue posuit Bar.in l.non solum.§. si mandato.ff.de iniur.& idem tenet etiam Salyc. in d.l.vnica,in ver. quæro quarto.in 5.colum.diuersitatis enim ratio potest esse ista secundum eum,quia mandatum processit solum gratia mandantis tantum.d l.non solum §.si mandato, & uerisimile est quod mandatarius qui facit pro alio non pro se statim audita reuocatione cesset ab opere.Persuasus uero & consultus qui pro se agit non sic facile se abstinebit ab opere quod perficere intendit,arg.l.2.ff.mandati.& l.1.§.persuadere,in fi.ff.de ser.corru. Et quoniam diximus supra de his qui pręstant opem fauoris,cuius operis fauor de notatur,& intelligitur eoipso quod quis est præsens maleficio licet nihil aliud agat, quia per illius præsentiam insultans siue delinquens efficitur audacior,aduersarius uero efficitur timidi-
15 or,ut latius diximus supra. † Restat nunc uidere de his qui præstant opem ministerij, & adiutorij corporaliter. Circa quod distingue,aut quis præstitit opem scienter aut ignorāter,si ignoranter quia non putabat qui præstitit opem illum cui præstitit uelle male facere & non tenetur,quia ignorantia facti illum excusat,nam in delictis ignorantia facti admittitur regulariter, quando quis non habuit animum delinquendi.l.1.§.diuus.ff.ad lega.cor.de sicarijs.l.cum qui duas. C.de udul.l.qui contra legem.C.de incest.nup. l. item apud labeonem. §.si quis uirginem.ff.de iniu.& per Dyn.in c. nullus ex consilio,de te iud.Aut pręstans opem scienter præstitit opem maleficio irregulari fiendo & non tenetur,ut.l.qui seruo.in princ.ff.de fur.ita dicit Saly.in d.l.unica.in ver.nūc transeamus &c.sed aduerte,quia tex.ille in d.l.qui seruo. loquitur in persuadente,non in ope præstante de quo nos loquimur hic,& ideo dubito satis de ista decisione super qua poteris cogitare. aut maleficium erat regulare, & tunc distingue:aut nos loquimur de ope & auxilio præstito ante fa ctum aut de ea quæ præstatur in facto,aut de ea quæ præsta-
16 tur post factum. † Primo casu quando sumus ante factum & quis præstitit opem scienter tenetur,ut l.qui seruo 2.respō so.ff.de fur.& l.si pignore.§.qui ferramenta,eo.ti.& per Bar. in l.is qui opem.ff.de fur.& uide text.in l.fi.C.de discu. li.10. & ff.de adul.l qui domum,& l.utrum.ff.de parrici.& per Sal. in d l.vnica.in 6.colum. Secundo vero casu quando præstatio opis fit tempore maleficij, vt quia pręstans concomitanit delinquentem ad patrandum illicitum, & nulli dubiū est quod punitur,ut d.l.unica.C.de rapt.uirg. in uer. ne igitur,& uer.pœnas autem, & l.si quis non dicam rapere.C.de epil.& cle.& ibi Bal & Bal.etiam in d.l.unica,ubi etiam Saly.
17 idem tenet. † Tertio autem casu quando præstatio opis fit post commissum delictum,& hic aduerte, quia diuersimode fit pręstatio opis delinquentis post commissum crimen, quod fit quatuor modis. Et primo interdum quis præstat opem delinquenti ut euadat per uiam fugæ, tunc præstans opem punitur,ut d.l.unica.in uer.pœnas autem.de rap.& l.1. & 2.& per totum titulum.C.de his qui latro.occulta.& l.1.§. quod autem.ff.de ser.corrup.& l.is cuius ope.ff.de adul.uide Bar.in d.l.is qui opem.ff. de fur.Interdum autem quis præstat opem criminoso, ut euadat per uiam iustitiæ vt communiter faciunt aduocati, procuratores & similes, & tunc talis præstatio opis nō est punibilis,sed permissa a iure,quia vnicuique est permissum defendere incarceratum, ut l.& si nón defendatur.ff.de pœ.quia defensio est de iure naturæ.l. vt uim & ibi Bart.ff.de iusti.& iu. & facit quod no.Inno.de
18 sen.excom.c.solet.vbi dicit † q aduocatus non incidit in excommunicationem,qñ ab eo petit consilium in causa excommunicationis. Interdum uero quis præstet opem criminoso,ut euadat per viam gratię uel misericordiæ supplicando principi pro eo,& iste similiter nullam pęnam meretur,quia non incumbitę rei illicit qui petit gratiam a principe,vt.ff.de pę.l.relegati.§.fin.in fin. & l.diui fratres.in princ. ff.eo.titu.Fallit hoc in damnato pro crimine læsæ maiestatis ꝙ quo supplicare nō licet. l.quisquis.C.ad le. Iul.maie. Fallit etiam in casu.C.de nili aggeri.nō rump.l.unica,ubi ille qui rumpit aggeres nili,& deuiat cursus aquarum a loco, & alueo suo antiquo debet igne ibi concremari,conscij vero & auxilium illi præstantes confiscatis omnibus bonis *imperpetuum relegantur*,ita ꝙ nemini vnquam liceat *pro ipsis supplicare*,ita dicit ibi tex.& hoc ideo,quia in lege ita reperitur expressum,ubi autem non esset a lege prohibitum non impeditur quis,nec debet puniri,si exercet opera charitatis erga criminosum,unde dicunt docto. ꝙ nō meretur pœnam ille etiam qui præstat alimoniam delinquenti quādo est pauper quod est uerum,vt dixi nisi aliter fuerit lege cautum, vt
19 l.quisquis.C.ad leg.Iul.maie.& c.uergentis.de hære. † Et faciunt secundum Saly.in d.l.vnica.ad statutum quo cauetur quod nemo possit bānito præstare opem,vt non comprahē dantur isti,qui propter iustitiam gratiam vel charitatem p̄stant sibi opem,sed illi qui contra curiam, & iustitiam præstant sibi opem,vt supra diximus.Quæro nunc in casibus in quibus pręstatio opis est punibilis, qua pœna puniatur qui præstitit? & breuiter dic secundum quod diximus supra in persuasione & consilio,aut est certa pœna statuta a lege, & illa est seruanda.l. vnica. C.de rap.uirg. & l. vnica. C.de nili agge. aut nulla reperitur pœna expressa & determinata, & tunc aut nos loquimur de his qui pręstiterunt opem ante factum,& eodem modo puniuntur sicut consultores vt supra diximus,aut in ipso facto, & puniuntur eadem pœna, sicut principalis delinquens vt d.l.vnica. C. de raptu virg.in §.ne igitur,aut loquimur de his qui præstiterunt opem post factum,sicut est ad fugam, & tunc si talis præstatio opis cadit in aliquod certum delictum,aut pro illo facto sit *aliqua* pęna certa statuta a lege & illa sit seruanda,quando vero *nulla* pęna certa sit a lege statuta, & tunc puniatur minori pœna, quàm ille qui tulit opem in ipso facto, vt dict.l. vnica. C.de raptu virg. in § pœnas aūt.& hoc idē tenent ibi Bal.&
20 Sal.Iterū quęro quid si plures fuerunt qui p̄stiterūt opē an pœna omnium istorum sit vniformis, ut sic omnes *pariter* vnica pœna puniantur vel diuersis? & breuiter *dicas* ꝙ pęnę istę sunt diformes,secundū plus vel minus *in* eo quod quis deliquerit,ita tenet Inno.in c.sicut dignum, de homi. idem est iure ciuili sicut dixit Salyc.in d.l.vnica.C.de raptu virg.in 6.colum.vbi dicit ꝙ diuersæ sunt pęne de iure statutę secundum qualitatem auxilij pręstiti & prauam intentionē prę-stantis,vt d.c.sicut dignum.nam ille qui dedit opę sua tale auxilium delinquenti quod patrauit & perfecit homicidiū nulli dubium est ꝙ tenetur & ipse de homicidio si vero minus peccauerit, secūdum gradum culpę succedet pęna. d.c. sicut dignum,& vt c.clericorum,de vita & hone.cle. & hæc sufficiant quo ad materiam istius operis. reuertor nunc ad residuum d.l.vnicę.vt declaremus totam materiam ipsius ra-
21 ptus mulieris,& ideo † Quęro nunc quid si aliquis rapuit mulierem virginem vel viduam honeste viuentem aut mulierem nuptam ex domo patris uel mariti,qua pęna puniatur. Et breuiter dicas ꝙ tam ipse raptor quàm eius socij, fautores,defensores,adhęrentes,& sequaces,& receptatores eisdē pęnis puniuntur,quibus supra proxime diximus de rapientibus monialem,vt expresse cauetur in d.l.vnica in princ.C. de ra.virg.excepto ꝙ bona ipsorum in istis casibus applicantur ipsis mulieribus raptis pleno iure d.l.vnica.§. sin autem ingenuam. Item quęro,quid si aliquis rapuit seruam aut libertinam alterius? dic similiter ꝙ raptatores puniuntur pęna mortis,sed non patiuntur bonorum publicationem, vt d.l.vnica.in princip. & §.ne autem & §.seq. & eorum fautores etiam puniuntur,vt ibi:excepto quòd eorum bona non
22 publicantur. † Deinde quæro,quid si sponsus rapuit sponsam suam propriam an puniatur & qua pœna.Respon.ꝙ de iure ciuili punitur eisdem pœnis sicut ille qui rapuit mulierem honestam sibi nullo iure coniunctam d.l. vnica.§. quibus,& ibi vide.De iure autem canonico nulla pœna punitur

Digitized by Google

nitur ſponſus, qui ſponſam ſuam rapuit cum qua prius præceſſerat nuptiarum conſenſus. c. cum cã quæ, extra de rapto. & ibi glo. quæ melius hoc declarat. & no. 27. q. 2. raptus. & c. lex illa. ubi hoc expreſſe probatur. Succeſſiue quæro quid ſi maritus rapuerit uxorem an ſubijciatur pœnis de quib. in d. l. unica. dic ꝙ non utroq; iure, quia oẽs doc. cõcludunt ꝙ maritus habet plenum ius in perſonã vxoris ſuæ, intellige tñ cũ illa cum qua cõſummauit matrimoniũ, ut d. c. cum cã. extra de raptu. & l. fi. C. de libe. homi. exhib. & ita tenent Bal. & Sal. in d. l. unica. & canoniſtæ. d. c. cã quę. ſed quia dicta lex unica,
23 loquit̃ de uiro rapiente mulierem. † Quid econtra ſi mulier rapiat virũcã libidinis? uideret̃ eſſe idẽ dicendum, quia iſta ſunt ſinomia, tñ breuiter dicas contrarium, ꝙ diſpõ illius legis non habet locum in muliere rapiente virum ex quo non uiget eadem rõ iniuriarum in hoc caſu ſicut in alio, ita tenẽt Bal. & Sal. in d. l. unica. & eſt cõis opinio omnium doct. Idem ẽt dicendum eſt in uiro rapiente aliũ uirum cã libidinis, quia non comprehendit̃ ſub illa lege, ita tenet Sal. & Bal. ibi, & di-
24 ximus. ſup. ea. q. in prin. † Sequit̃ ibi in tex. ꝙ nuptiæ procedere debent de conſenſu parentum. ipſius puellæ, aliàs non valent: dic, ꝙ hoc eſt verum de iure ciuili, ut ibi dt̃. Secus de iure canonico, vt dicto capitulo cã quæ. & c. fin. de rapto. & 27. q. 2. raptus. & lex illa. Et iõ dt̃ ẽt ibi, ꝙ puella nubere non põt ipſi raptori ẽt ſi parentes conſentiant, qui ſi iniuriam ipſam remiſerint, & dictis nuptijs conſenſerint debent deportari, ita dicit expreſſe text. in d. l. unica. de rap. §. pen. in fin. cuius contrarium diſponit de iure canonico. d. c. cã quæ. & c. fin. ext. de rapto. ubi eſt caſus, ꝙ raptor rapuerit virginem cum qua nuptiarum conſenſus prius interuenerat, & dato ꝙ mulier rapta fuerit inuita, ſi tñ poſtea conſenſerit, & placuerit ſibi ſuo raptori nubere, nihil obſtat quominus poſſit illi impune nubere. d. c. fi. quod no. quia cum cã matrimonij, ſit ſpũalis, & reguletur a iure canonico ut in c. debet. de bigam. debemus in hoc ſtare diſpõni iuris canonici. c. per uenerabilẽ. qui fil. ſint legi. & c. ſi diligenti. de for. competen. & no. per Doc. in c. ſolitæ. de maio. & obe. & in c. nouit. de iudicijs.

25 Vltimo in hac decima quæſtione quid ſi rapta fuerit meretrix cauſa libidinis, concubina plurium, aut alia mulier impudica an raptores ſubijciantur pœnis. d. l. unicę. C. de raptu virg. Bart. in l. uerum. in fin. ff. de fur. & in l. 3. in fi. ff. de condi. ob. iur. cau. dicit ꝙ non, & ita ẽt uidetur ſentire Bal. in d. l. vnica. C. de raptu, & ideo dicunt doct. ꝙ qui rapit meretricem cã libidinis & eadẽ de cã tenet illã incluſam ī domo p plures horas & dies non tenet̃ de priuato carcere nec, tenet ẽt de ui priuata, d. l. uerũ, & ibi Bar. & hoc idẽ tenet Salyc. in 2. col. in uer. opp. 1. & c. & ita ẽt tenet gl. in d. l. unica. in uer. uiduarum.

Nota tñ unum ꝙ dicit. d. Marh. de mathe. in ſing. ſuo 104. quod incipit, nota unum quod ſolent uulgares & c. ubi dicit ꝙ licet iſti qui capiunt & detinent incluſas meretrices uiolẽter in domo priuata cã libidinis nõ teneãtur de priuato carcere nec de publica, ut per Bar. in d. l. uerũ. ſupra de fur. tamẽ tenentur actio. iniuriarum ipſi mulieri, quæ quidem iniurię poſſent eſſe adeo atroces attenta qualitate facti, & perſonarum conditione, quod iudex poſſet arbitrari pœnam mortis eſſe inferendam contra dictum raptorem, & detenrorem, & allegat doctrinam Bar. in l. fi. ff. de rer. diui. ſed parcat mihi excellentia ſua, quia dictum ſuum nõ puto eſſe verum, ex quo iura per eum allegata hoc non probant. & Bart. ẽt in d. l. fi. ff. de rer. diui. nullũ verbum facit de iſta materia in libro meo.

26 Sed quæro quid ſi meretrix illa deſierat iam meretricari, & ceperat honeſtè uiuere, prout probari poterat, quia iam pœnituerat ipſam præteritę uitæ, huiuſmodi mulier rapta fuerit an raptor puniatur ac ſi mulierem honeſtam rapuiſſet, vt habetur in d. l. unica. in prin. C de rap. vir. Salyc. ſequutus opi. Cyn. in d. l. unica. dicit ꝙ iſto caſu raptor ſubijcitur eiſdẽ pœnis de quibus in d. l. unica. quia ſufficit, ꝙ mulier illa honeſte viuat tpe raptus, lex. n. illa nõ requirit uitam præteritam, ſed præſentem duntaxat quæ eſt tpe raptus, unde ſi reperitur honeſta tpe raptus pœna committitur, alias non, ita tenet Saly. in d. l. unica. qui dicit hoc eſſe de mẽte Cyn. ibi. idem ẽt tenet Bal. expreſſe in d. l. unica. ubi dicit ꝙ aut in muliere illa apparebant ſigna pœnitentiæ, quia nolebat amplius meretricari, vt quia practicabat continue inter honeſtas mulieres, & eui tabat multum conſortia inhoneſta tam uirorum quàm mulierum, quæ aliquantulum ſibi ſuſpecta uidebantur, & alia cũ acta opera honeſta, & laudabilia faciebat quæ honeſtæ, & pudicę mulieres facere ſolent, & iſto caſu idem iudicãdum erit
27 de illa ſicut de alijs honeſtis, & pudicis mulieribus.

Aut præteritæ uitæ uiuebat nondum bene pœnituerat, quia adhuc impudice viuebat, & ſi non publice ſaltem ſecreto, & noctis tpe admittebat plures in domo, & pluriũ virorũ patiebatur amplexus. iſto caſu iudicandũ erit de illa ſicut de meretrice, vt. C. de nup. l. imperialis: & dicit ipſe Bal. ꝙ iſtud eſt ſatis tolerabile, ꝙ iſto caſu non habeat locum diſpoſitio. d. unicæ, & per hæc ſam expeditus de iſta pulcherrima quęſtione.

SVMMARIVM.

2 *Coitus cum nupta habitus quæ honeſta putatur, ſed in occulto plures admittit, an ſit punibilis.*
2 *Coitus omnis de iure canonico extra matrimonium eſt punibilis.*

Vndecimo quæro quid ſi † mulier nupta aut vidua quæ publice retinet nomen honeſtæ matronę, occultè tñ plurium virorũ admittere conſueuit amplexus, an coitus habitus cum mulieribus hmõi ſit punibilis, & qua pœna, & breuiter dicas ꝙ quàm primum mulier cępit meretricari, & inhoneſtè viuere ſiue ſecrete hoc faciat ſiue publicè, perdit florem pudoris, & nomen honeſtæ matronæ, vt l. inter liberas, & ibi Bar. ff. de adul. & inſti. de publi. iudi. §. item lex iulia. & ibi do. Io. fabr. qui igitur concubuit cum ipſis mulieribus iſtius cõditionis nullam pœnam meretur de iure ciuili, vt d. l. verum. & ibi Bar. ff. de fur. & eſt gloſſ. in d. l. unica. C. de rap. uirg. & Bar. in l. 3. ff. de cond. ob turpẽ cãm. uide tex. not. in l. quæ adulterium C. de dult. qui tex loquitur de nupta, &
2 vidua. † Fateor bene ꝙ de iure canonico iſte coitus non erit impunibilis, quia illo iure omnis coitus præter uxorium eſt impunibilis. 32. q. 5. c. meretrices.

SVMMARIVM.

1 *Iudæus cognoſcẽs carnaliter chriſtianam, aut chriſtianus hebræam quas debeat luere pœnas.*
2 *Chriſtianus ignoranter matrimonium cum hebræa contrahens non punitur, ſecus ſi ſcienter.*
3 *Pœna adulterij eſt capitalis, quæ infligitur etiam his qui mulieribus hebræis ſcienter ſe commiſcent, Liberi ex matrimonio inter Chriſtianum, & Hebræam ſunt illegitimi.*
4 *Papa diſpenſare non poteſt, quòd chriſtianus cum hebræa cõtrahat aut econtra, niſi præcedente baptiſmo.*
4 *Chriſtianus excõicatur qui cũ muliere hebræa matrimonium contrahit.*
6 *Iudæus Chriſtianæ mulieri ſe commiſcens condigna animaduerſione punitur. Animaduerſionis condignæ appellatione uenit etiam mors.*
7 *Iudæus copulam fornicariam habens cum chriſtiana uirilium amputatione punitur. & nu. 8.*
9 *Iudæus ignoranter concumbens cum muliere chriſtiana qualiter puniatur.*
10 *Præſumptio quædam fraudis eſt in iudęo cum chriſtiana concumbenti.*
11 *Hebræi non deferentes habitum diſtinctum ab habitibus chriſtianorum puniuntur.*

1 Duodecimo quæro quid ſi Iudęus carnaliter cognouerit mulierem chriſtianam uel ecõtra chriſtianus coitum carnis habuit cum muliere hebræa qua pœna puniatur. Reſpondetur, aut illam cognouit carnalitet in figura matrimonij, aut in actu fornicationis, ſi in
, figura matrimonij, aut loquimur de iure canonico & matrimonium eſt ipſo iure nullum, ideo fit ſeparatio incontinenti. 28. quæſtio. prima, caue. & cap. ſi quis, & cap. in nonnulis, de iude. in foro conſcientiæ puniuntur pœna ſeptem annorum, de qua in cap. hoc ipſum. 34. quæſt. ſecunda. & diximus ſupra eod. titu. quęſt. 2. & 3.

2 † In foro autem contentioſo coram iudice eccleſiaſtico dic, aut contraxit ignoranter in figura matrimonij, & non punitur aliqua pœna ſecundum quod tenet Panor. in d. capit. in nonnullis. ratio eſt quia dabat operam rei licitæ, ut aliàs late diximus ſupra eod. quæſt. prima. & 2. & 3. aut ſcienter, & punitur pœna excommunicationis: & nihilominus ſeparantur, ut ſupra dictum eſt per doctrinam Abb. in dict. c. in nonnullis, arg. tex. in cap. ſi quis epiſcopus. aut præsbyter. iuncta gloſſ. 27. quæſt. 1. & omnino adinuicem ſeparantur, vt ibi uide tex. nota. & cap. ſi quis. 28. quæſt. 1. qui vult quòd pœnitus a communione fidelium ſeparentur.

De iure autem ciuili aut illam cognouit in actu fornicationis, aut in figura matrimonij, ſi per matrimonium, aut ſcienter, aut ignoranter contraxit cum illa: ſi ſcienter, primo & principaliter matrimoniũ nullum eſt, quia verum & proprium matrimonium eſt communicatio diuini iuris. l. 1. ff. de ritu nup. & l. aduerſus ff. de crimi. expi. heredit. quæ quidem communicatio eſſe non poteſt inter iudæum & chriſtianam vel econtra inter chriſtianum & iudæam. 28. quæſt. 1. caue. c. ſequen. & cap. ſi quis. ubi eſt caſus, & † iſti de iure ciuili ſunt pœna adulterij puniendi, quæ eſt pœna mortis, ut late diximus ſupra eod. in quæſtio. adulterij. ſed aduerte quòd per illã commixtionem non committitur proprie adulterium, ſed crimen illud uicem adulterij obtinet, ut. C. de iude. l. ne quis chriſtianam, immo uidetur deterioris conditionis quàm adulterium, quia ſine tẽporis pręfinitione a quocunque poterit accuſari iſte coitus, quod non eſt ſic in adulterio

Digitized by Google

proprio.vt.l.miles.§.si pater.§.mulier.& §.sexaginta.ff.eo.tit. item poterit unusquisque illos accusare absque inscriptione talionis pœnæ, vt dicit gl.in d.l.ne quis. Si uero ex coitu huiusmodi liberos susceperint non sunt legitimi aliquo pacto ex quo nullum erat matrimonium inter parentes, illos tamen puto ut incestuosos filios appellari non posse, ita vt nec a patre alendi sint, argumento eorum quæ habentur in auct. de incest, nup. in prin. & in auc. ex complexu eo. C. eod tit. imò uidetur esse grauius istud quàm coire cum propria consanguinea. quia per coitum consanguineæ uiolantur iura consanguinitatis duntaxat, vt in c.1.& 2.de cõsan.affi. quia remoto uinculo cõsanguinitatis potest esse matrimonium inter eos cum sint ambo christiani, & hinc est q̃ sæpius dispensant a summo Pontifice, ut tota die uidemus, sed per istam aliam commixtionem fit iniuria duobus sacramentis: primo fit iniuria baptismo, & uniuersę Christianę religioni, vt 27.q.1. cauet.c, non oportet.& c.seq. fit etiam iniuria sacramento matrimonij, quod conatur contrahere contra legum institutio
4 nes.d.l.ne quis.C.de iude.& l.1.ff.de ritu nup.† nec unquam poterit tale matrimonium siue potius adulterina commixtio a sede apostolica dispensari, nisi præcedat baptismatis sacramentum.d.c.non oportet, & ibi glo. merito illorum proles tanquam incestuosa, & damnabilis debet cẽseri incapax omnis successionis generaliter.d.auc.complexu, & ex quo habetur in corpore, & istud etiam uidetur esse de mente Oldrad.in consi.334.quod incipit, qualiter punitur iudæus &c. Si uero ignoranter contraxerunt, & excusantur a pœna, secundum quod dicit gl.in c.in nonnullis.de iude. quam sequitur ibi Abb.& alij dicentes q̃ ista est ignorantia facti, merito indulget excusationem.ut l.1.& ibi Bar.ff.de iur.& fac. igno. & in c.ignorantia.de reg.iur.lib. 6.

Sed nota ista ignorantia poterit illis prodesse si incontinẽti absque mora postquam habuerint notitiam de tali impedimento se adinuicem separauerint, aliàs, non pœnas euitant prædictas, quia uidentur consentire in illo peccato. & uelle illum damnatum coitum continuare secundum ea, quę habentur in illo nota. textu in l.qui contra legum.C. de incest. nup & ibi Bal.& Saly.

5 De iure uero canonico pro huiusmodi matimonio sic cõtracto est pœna excommunicationis perpetuæ.38.q.1.cauc. cum duob.cap.seq.

Si uero illam cognouit in actu fornicationis, & eadem distinctio reperitur, aut scienter aut ignoranter, si scienter, aut loquimur de iure canonico secundum antiquam legẽ Moysis, & indistincte erat pœna mortis.2.q.7.nos si incompetenter.§.sed notandum.uer.natham.& §.his ita, uer.multa enim & 25.q.5.c.reos.§.natham & §.multa enim. ubi est idem casus, dicitur enim ibi q̃ iudex iudæum cum madianita coeũtem gladio transfixit, & fuit reputatum ad iustitiam.

6 De iure uero pontificio in foro contentioso quidam dixerunt idem esse, q̃ iudæus qui in huiusmodi crimine incidit tradendus sit curię seculari condigna animaduersione puniendus, quæ uerba denotant pœnam mortis, ut infra dicam, quãdo per iudicem ecclesiasticum cognoscitur de crimine ipso ita, q̃ puniatur ultimo supplicio tradi debet curię seculari ita tenet.d.Fel.in d.c. in nonnullis. quæ quidem uerba animaduersionis denotant, ut dixi maximum arbitrium continens etiam mortem, secundum D.Felyn.ibi qui allegat ad hoc bonũ tex.in c.vt inquisitionis.circa medium.de hæreti.lib.6 ubi tex.ille loquendo iudicibus, & dominis temporalibus per uerbum istud, animaduersionis, demonstratur pœna mortis Old tamen in consi.333.quod incipit qualiter puniatur &c. consuluit in fauorem cuiusdam Iudæi qui carnaliter cognouerat mulierem christianam, quæ erat mulier impudica, & meretrix, secũdum quod apparet ex uerbis suis ubi demum concludit quod non deberet puniri iste iudæus pœna mortis pro isto coitu, sed alia graui pœna citra mortem, tamen attestatur nidisse, in ciuitate Auenio.† amputari
7 virilia cuidam hebręo pro isto crimine, quod tamen dicit esse uerum quando est simplex fornicatio, quę non habet annexam aliquam qualitatem, quæ aggrauat delictum sicut est stuprum vel adulterium, quando mulier esset honesta, quia tunc non negat iudæum debere puniri maioribus pœnis sicut alias diximus supra in christianis, & vt clarius materia ista aperiatur, dic vt infra sequitur, maxime quo ad dictum verbum animaduersionis, q̃ ut dixi denotat, & comprehendit pœnam mortis, maxime quando refertur ad potestates, dominos temporales, & iudices &c. vt dicit tex. in d. c. ut inquisitionis.de hære.lib 6. ibi dum dicitur, potestates domini temporales rectoresque, & eorum officiales de prędictis animaduersionem assumãt &c. quæ quidem animaduersio denotat pœnam mortis ut diximus, idem tenent Io.An.& Do. de S Gemi.in c.vt inquisitionis.& Anto.de But. fm q̃ refert idem Fel.in d.c.in nonnulli. in fi. idẽ tenet in cõs.12.ubi dicit
8 q̃ istud uerbũ in terminis nr̃is denotat pœnã mortis. † Quidam tñ fuerunt in contraria opi. q̃ iudæus pp hoc delictum non sit puniendus pœna mortis sed alia minori pœna, puta de portationis pecuniaria uel alia hmõi arbitrio iudicis declaranda, & hãc opi. tenuit Pet.de Vbal.de Peru.in consil. 75. q̃ incipit, quidã dictus gaius, & Ro.in consi.155. quod incipit, an iudæus qui cognoscit Christianã. Io.Cal.in cõs.12.de for. compe. hanc ẽt opi. vr̃ tenere gl.in d.c.in nõnullis, super uer. animaduersionis. dicẽs, q̃ erit pœna pecuniaria uel alia tpalis arbitrio iudicis, & sic vr̃ excludere mortẽ. Old. ẽt in cons. 333. quod incipit qualiter puniat iudæus. ubi dicit q̃ dũ ipse esset in ciuitate Auenio uidit pro, isto crimine cuidã hebręo amputari testiculos. Ego.n.in istis terminis attenderẽ ad cõditionẽ personarũ, & maxime mulieris, an esset honesta matrona siue mulier nobilis aut illius cõdõnis, vel inhonestę vitæ ut sunt istæ metriculæ, & vulgares mulieres. itẽ an iudęus semel tm̃ nacta occasione in istud crimen inciderit, uel iuxta ætatẽ, an iunior sit minor.25.ann. uel maior ad quadragenariũ accedens uel circa, & an sit uxoratus uel solutus, uel talis sit qui aliàs erat honestæ cõdõnis aut potius pluries illud idẽ cõmiserit vel ad id perpetrandum longo tpe uacauerat, aut non unam tm̃ mulierem, sed plures, & plures sub eisdem amplexib. subiecerat. & similia, vt fm personarũ condõnem facti contingentiam, & criminis turpitudinem, siue delinquẽdi consuetudinem qñq; leuem qñq; grauen, quandoq; grauissimã mortis pœnã imponerẽ iuxta notata p Abba. in c.2. de sortile. & idẽ Abb.in d.c.in nonnullis.de iude. & p Math.
9 in sing.suo de quo sup.eo.in 10.q.in fi. † Si uero ignoranter hmõi fœlus patratum fuerit aut fuit cũ nupta, & erit pœna adulterij, aut cũ uirgine uel uidua honestæ uiuẽte, & erit pœna stupri ac si esset factum cum muliere christiana, de quib. latius dictum fuit sup.eo.ti.in 6.& 7.q. quamuis glo. in d.c.in nonnullis videat uelle, q̃ parcit hebræo uel hebręę qñ ignoranter fecerunt. ubi dr̃, q̃ qui errauerit excusat̃, sed illud debet intelligi, qñ errauit in facto & illã cognouit in figura matrimonij. nõ aũt in actu fornicationis, vt hic. aut erat mulier uilis condõnis, & inhonestæ uitæ. i. meretrix occulta uel publica, & erit pœna arbitraria citra mortem tñ, ita vr̃ sentire glo. in d.c.in nonnullis.in uer.p errorẽ. idẽ tenet Io.An.in d.c.cũ quis.de reg.iur.lib.6.in mercurialib.& Io.And.in d.c.cũ quis
10 Abb.& Fel.in d.c.in nonullis. † Sed aduerte q̃ contra istam ignorantiã facti in iudæo adest quędã pręsumptio fraudis, & doli, ex quo no vr̃ carere culpa, q̃ est qñ iudæus ambulat sine signo deferri solito ab hebræis, p q̃ separatim cognoscuntur a Christianis, prout deferre tenent̃, ut hr̃ in d.c.in nõnullis, & quoties non deferut illud uident̃ esse in dolo nec poterunt se excusare pp ignorantiã rõne p̃sumpti doli. d.c.in nõnullis. Mulieres uero hebreæ nullũ signũ deferre solẽt distinctum a christianis sicut masculi, maxime de cõsuetudine, vt diu uidi maximã copiã in urbe Romana, & alibi, & nullam unquã uidi deferre habitũ aut signũ aliquod per q̃ cognosceret a Christianis mulierib. & iõ putarẽ magis excusandũ esse christianũ, qui hr̃et coitũ cũ hebrea g̃ hebræũ, qui coitũ habuerit cũ christiana, qa primo casu põt esse excusabilis ignorantia facti, rõne indifferentis, & uniformis habitus, quod nõ est in secundo casu in quo non vr̃ posse adaptari excusatio
11 aliqua rõne ignorãtiæ saltẽ respectu mulieris christianæ.† & ppea dicit tex.in d.c.in nõnullis, q̃ grauiter puniendi sunt hebręi, qui nõ deferũt habitũ distinctũ a christianis vt cognoscant̃ ab oĩb. iuxta hæc q̃ro qd si Turcus, Morus, hæreticus, Saracenus, uel alius quicunq; extraneæ fidei possessor rẽ carnalẽ habuerit cũ muliere christiana, vel christianus uir cum eorũ mulierib. respectiue carualiter se cõmiscuerit, quib. pœnis subiacebũt. respond. q̃ in his adhibet̃ similis distinctio de qua sup. aut in figura mr̃imonij aut in actu fornicationis, & aut est sciẽter aut ignorãter, & tũc aut erat minor cũ fecit in forma mr̃imonij, aut erat maior iuxta distinctionẽ. sup. proxime factã, & eisdẽ pœnis puniunt̃ de quib. ibi per tex.in d.c.in nõnullis.in prin. ubi loquit̃ ẽt de saracenis, & rõ ibi apposita cõcludit ẽt in alijs p̃missis, ita ẽt vr̃ sentire gl.in d.c. in nõnullis. q̃ eadẽ sit rõ in alijs, quæ est in iudæis p iura p̃dicta, & idẽ ẽt vr̃ innuere tex.ibi dũ loquit̃ de saracenis, & notat̃ in rubr. & in c.1.eo.tit.

SVMMARIVM.

1 *Custos carcerũ rẽ explẽs carnalẽ cũ muliere incarcerata qualiter puniat̃*
2 *Custos carcerum mulierem incarceratam honeste custodire debet.*

Decimotertio videndũ esse pu-

1 tauit † quid si officialis uel custos carcerũ rẽ carnalẽ expleuerit cũ muliere incarcerata, qua pœna puniat̃. R.ñ. aut mulier illa erat honestæ vitæ, condõnis, & famæ, & isto casu officialis siue custos hmõi punitur eadem pœna qua punit̃ tutor q̃ pupillam cuius tutelã gesserat vel gereret, stuprauit, de qua dictũ fuit late sup.eo.ti.q.7.ubi diximus plene de stupro. in 6. fallẽ eadẽ.n.rõ militat in utroq;: quemadmodũ aũt tutor tenet̃ alere pupillã, & illã honestis morib. cõseruare. illius pœ-

nam

netur alere pupillã, & illã honestis morib. cõseruare.s.illius psonam,ex quo priucipaliter datur personæ,secundario aũt rebus.ff.de admi.tut.l.cum plures.§.in primis,& C.de alimẽ. pup præstan.l.fi.inst.qui tut.da pos.§.ad certum,ver.certe, &
2 ibi gl.† eodem modo custos carcerum tenetur diligenter & alere mulierem incarceratam & illã illæsam a supplicio vel innocentiæ conseruare vt l.1.& l.fin.C.de custo.reo.quia aliter faciendo esset vehemẽs suspitio immo præsumptio fraudis aut corruptionis contra ipsum officialem, & ista fuit doctrina illius antiqui & famosi doc.d. Io. Fab.insti.de public. iudi.§.item lex.Iul.quem refert, & sequitur generosus practicus,dom.Par.de Put.in suo tractat. de sindic.in cap. adulterium.§.siue.

SVMMARIVM.

1 *Vir siue maritus secundo nuptias contrahens prima uiuente uxore qua pœna multetur.*
2 *Rumpi non potest quod nullum est.*
3 *Errans in facto excusat nr,non autem in iure,si maior sit.*

DEcimoquarto quæro, Titius † habens vxorem adhuc viuentem contraxit matrimonium cum secunda,qua pœna puniatur,& ita ecõtra domina Cornelia existens coniugata contraxit matrimonium cum secundo vtroque casu carnali copula subsequuta,& quid agendum sit de secunda vxore vel secundo viro reuertente primo vel prima. Respondeo, dic quòd aut istud secundum matrimonium contractum fuit scienter aut ignoranter, siue ab vtroque vel ab altero tantum. Primo casu quo ad validitatem matrimonij secundi certum est ℣ nullum est, quia quàm primum constat de vita prioris coniugis,statim fit separatio secundi non quod rumpatur siue
2 diuidatur matrimonium, †quia quòd nullum est rumpi non potest.l.prima.ff.de iniusto rup.& irri.testamen.& l.post **mortem**.§ finali.ff.de bono.poss,contra tabu.sed fit separatio & declaratio nullitatis huius secundi matrimonij, & reuertitur ad primum vel primam coniugem.cap. nuper, de bigam cap accepisti,de sponsa,duorum,aget enim pœnitentiam de peccato.d.cap.accepisti.33.dist.cap.fraternitatis.82. dist.præsbyter.34.quæstione.2.hoc ipsum pœnas vero iuris ciuilis de quibus in d.l.eum qui duas.ff.de adul. & l.quamuis C.eodem titu.propter ignorãtiam euadet dummodo igno
3 rantia sit in facto probabilis †,si uero errassent in iure putantes posse contrahi cum duabus,secus esset nisi essent minores amba uel alter ipsorum de quibus late habetur in dicta l.ti adulterium cum incestu §.idem pollioni, & ibi Bartol.ff. de adulte.& l.qui contra legum.C.de incest nup.ubi est optimus tex.& gloss.ibi Bald.Salyc.& alij;& supra etiam diximus eodem titulo,in 7.& 12.quæstio.Secundo uero casu quando scienter,grauius puniuntur,quia de iure canonico est excõ*municatus*.d.cap. accepisti.& d. capitu.nuper. & nihilominus tenetur illam uel illum dimittere:de iure autem ciuili est infamis ipso iure.dicta.l.eum qui duas,& l.prima,in fine.ff.de his qui not.infam.& vir punitur de adulterio si secunda erat coniugata,& contra mulier si uir erat uxoratus dicta.l. quãuis. in fine, & auctẽ. sed hodie.C. de adulte. si uero mulier erat soluta de stupro eodem modo mulier si uir erat solutus dicta l.eum qui & l.inter liberas,& l.stuprum.ff.de adult. & institu.de publi.iudi.§.item lex Iulia.Puto etiam quòd patiuntur alias pœnas quando scienter contraxerunt,quia omnia eorum bona confiscantur quando sunt sine prole legitima & mittuntur in perpetuum exilium,vt in auctenti. de incest.in princ.& l.qui contra legum.C.eod.titu.& dixi late supra eodem,in secunda & tertia, qq. Sed quid si alter duntaxat scienter contraxit,alter vero ignorans erat,& ille qui scienter contraxit aliquid donauerit ignoranti. an soluto huiusmodi matrimonio competit repetitio bonorum donatorum ipsi donanti aduersus dictum donatarium? dic quod non,vide gloss.not.in l.eum qui duas, & in dicta. l.qui contra legum.& diximus supra eodem titulo quæstione tertia, 6.& 7.in fine.si vero vterque ignoranter & amba bona fide contraxerunt competit repetitio, vt ibi dicitur.

SVMMARIVM.

1 Sacerdos, & monachus eandem cognoscentes mulierem qua pœna plectantur.
2 Monachus fornicans sacrilegium committit,clericus uero stuprum.
3 Filij presbyterorum progeniti post susceptos ordines dicuntur incestuosi.
4 Clericus in sacris pro fornicatione simplici non debet deponi, sed tantũ suspendi.

Decimoquinto, & vltimo non

1 † omittam silentio hanc notabilem quæstionem quæ sæpius occurrit in facto, presbyter associatur cum monacho siue aliquo religioso cuiuscunque religionis professo,& ambo cum eadem muliere fornicantur. quæro qua pœna puniantur.Item quod crimen ex isto coitu oriatur. Respondeo aut mulier erat honestæ vitæ,& tunc si nupta erat adulterium, si uero soluta & laica stuprum,ut supra satius diximus, in 6. & 7.si autem erat impudica vel meretrix simplex fornicatio, vt supra dixi.d.q.6.& 7.Quidam vero dixerunt quod oritur sacrilegiũ tam respectu præsbyteri quàm monachi propter sacramentorum ecclesiasticorum læsionem.27.q.1. cap.virginibus.& cap.impudicas & cap.si qua monacharum.veri-
2 tas tamen est ista † ℣ monachus duntaxat vel alius regularis sacerdos committit sacrilegium, clericus vero stuprum duntaxat,aut adulterium si erat nupta,vel simplicem fornicationem si mulier impudica erat vel meretrix, & ratio est ista quia monachus per fornicationem non solum lædit sacramentum sacrorum ordinum, verum etiam frangit, & violat votum suę religionis in qua expresse vouit castitatem, clericus vero secularis tacite videtur vouisse castitatem in assumptione sacrorum ordinum, propterea non est adeo graue peccatum in eo qui dicitur clericus secularis sicut in monacho qui est regularis, vt dicit Io. de Imo in cle.ad nostram,de hæret.qui dixit quod monachus de sacrilegio clericus uero siue præsbyter de adulterio,stupro,aut simplici fornicatione punief.82.dist.pbyter 2.qõ.7.c.paulus, aliàs lator.

Sed contra prædicta est gloss.no in l.2.in fin.in ver. filij.C.
3 de epis.quæ vult † quod filij clericorum siue præsbyterorũ post susceptos sacros ordines progeniti dicuntur incestuosi ex quo sequitur quòd existens in sacris etiam per simplicem fornicationem habitam cum muliere soluta, & impudica dicitur committere incestum ratione læsionis sacrorum ordinum,& omnes filij inde suscepti dicuntur incestuosi, quã gl.tenet & sequitur ibi Bar. quam dicit esse notandam.Bald. similiter ibi illam approbat & alij docto, communiter, sed Pet.de Bellaperti,dicebat contra,quòd illi filij dicuntur spurij non autem incestuosi Deinde Bal.dicit quod ista.q.fuit in facto & reuocabatur in dubium vtrum, cũ clerico in sacris fieret incestus,& demum conclusum fuit ℣ sic per illam gl. & ℣ in isto crimine cessat abolitio sicut in coitu habito cũ moniali quòd sicut illa est, sponsa Christi,ita iste est sponsus
• ecclesiæ,& hæc sunt verba Bald.in d.l.2.de qua quæst.meminit etiam Bal.in l.si quis incest. C. de incest.nup. & cum illa gl.transire videntur doc.communiter de iure ciuili, sed ego reperio Ioan.de ana.in cap. significauit. de adul. qui dicit ℣ illa gl.est valde periculosa & reprobata de iure canonico, & ℣ sacerdotes deberent illam abradere de libro.C. quia ipse tenet ibi,& Pan.Io.de Imo.& alij canonistæ communiter in c.vt clericorum,de vita & hone.cle.& Abb. in c.at si clerici,
4 de iud.† ℣ clericus in sacris constitutus pro simplici fornicatione non qualificata,hodie non debet deponi sed suspendi 34.dist. fraternitatis, sed si ex illo coitu oriretur incestus fierit depositio,ut late diximus supra eodem titu. q.2 & 3.& per Abb.in d.c.at si clerici.Io de Imo.in d.c.ut clericorum. Host.in sum.in tit.de adul.in princ.& Io.de Ana.in d.c.significauit.quid dicendum.Ego enim in hac reputo saluo semper saniori iudicio,ita esse distinguendum,quòd aut nos sumus in terris imperij, & tractatur ae incessione bonorum quæ proprie pertinet ad ius ciuile,& isto casu tenerem gloss. prædictam,& opi.Bal.& aliorum,si uero sumus in terris ecclesiæ,& tenerem opinionem canonistarum,maxime quando agitur de rebus ecclesiasticis, uel de puniendo personam clerici,arg.eorum quæ habentur in c.per venerabilem, qui si.sint legi.c.solitę,de maio.& obed.& c.at si clerici,de iud.c. cum contingat,de foro compe.cum similibus.

TRACTATVS SVPER MATERIA quæstionum, seu torturæ, D. Amberti de Antramonia Bononiensis.

SVMMARIVM.

1 *Iudicibus torquere fontes uolentibus,quid considerandum,uide §.omnes, usque ad num.2.*
2 *Torqueri quæ personæ possint,usque ad num.3.*
3 *Quæstio qualiter fieri debeat, & quo temperamento quoquo ordine sint inferenda tormenta.*
4 *Quæstio ex quibus causis inferatur,quæ torturam præcedere debeãt,quibus indiciis,& qua forma in his procedi debeat.*
5 *Quæstionis effectus quid sit, & quod rei confessio præiudicat sibi. Et quid confessione facta in tormentis, faciendum, num. 6. Et quid si aliquis in tormentis confitetur contra alium,an suo dicto stabitur,nu.7.*
8 *Tortus sua cã,non est de aliis interrogandus.nisi in easib.sequentibus.*

Digitized by Google

9 *Torqueri an possint aly per tortum inculpati, licet sint malæ famæ, & nitys manifestis dediti.*
10 *Torquetur quis de furto accusatus indicijs præcedentib. si in tormentis cõfitetur, non absque alia repetitione in eum proceditur.*
11 *Tortus semel an possit sine nouis indicijs iterum torqueri.*
12 *Torquendo propter indicia præcedentia, an dari debeat dilatio, ut aduersus indicia dicat. Plus cui conceditur, non debet, quod minus est denegari, ibi in fi.*
13 *Torti confessio nullis præcedentibus indicijs nulla est, & confessio facta in ipsis tormentis æquipollet factæ in tormentorum formidine, ibid.*
14 *Tortum ut perseuerare in confessione faciat, Iudex quidnam agere debeat. Et quantum tempus erit inter diem confessionis torturæ, & diem perseuerantiæ. Et qui quæstioni interesse debeant, ibid.*
15 *Torqueri an possit liber homo, & nunquid principalis persona quæ accusatur subijci torturæ debeat, ibidem.*
16 *Torquendo si iudex modum excesserit, quid iuris.*
17 *Lata culpa in delictis non comparatur dolo.*
18 *Indicium ad torturam an faciat unus solus testis plene probant, & num. 19.*
20 *Fama iam probata, num possit procedi ad quæstionem.*
21 *Fuga accusat fugientem, & fama hominem malæ uitæ.*
22 *Indicia indubitata quæ sint, & quæ probationes.*
23 *Perfectum unum conficiunt duo, uel plura imperfecta.*
24 *Milites nostri temporis an torqueri possint etiam cælestes, & quid de iudicibus, & aduocatis? ibidem, num. 25.*
26 *Fama quid in maleficijs operetur.*
27 *Appellari an possit ab interlocutoria quæstionis absolutoria per omnes. §. usque ad finem tituli.*

Super materia quęstionum vi-

dendum est quid sit quæstio, & quæ personæ possunt torqueri, & quæ non. Et qualiter inquisitio, seu quæstio fieri debeat, siue quo moderamine sint homines torquendi, & ex quibus causis, & quæ oportet præcedere quæstionẽ, & quis sit effectus quęstionis. Verius tractando quasdam vtiles qõnes super dictis articulis iudices qui debẽt fieri subtiliter docebimus. Primo tractabo circa magistralia ad tractatũ istũ.

1 Et† primo nota, ꝙ iudices qui de aliquo qõnẽ intendunt, iuris & humanitatis considerationem habeant, & ne facile ad tormenta veniant, seu proficiscantur. Item nec repente, quomodocunque adsint indicia, aut argumenta verisimilia, dũ tamen aliqua leuior possit ueritas reperiri, arg. l. diuus. ff. eo. 1. & 2. respon. l. edictum, &. C. eod. tit. l. quæstiones. Secundo not. quod non ex quolibet causa, seu responsione, seu ex quolibet termino, nec etiam indifferenter de quibuslibet personis est habenda quæstio, vt d. l. edictum. Tertio not. ꝙ nõ quælibet indicia sunt efficacia ad habenda tormenta. Tũc enim torquendus est reus, cũ suspectus est, & verisimilia procedũt indicia, vt ff. eo l. 1. 1. & 2. respon. Quarto not. ꝙ tormenta nõ debent repeti, nisi duo præcedant, seu concurrant. s. ꝙ noua indicia superueniant, & ꝙ tortus fortitudine corporis durauerit. ff de qõ. l. unius. §. 1. Quinto not. ꝙ ad tormenta habenda iudices nostri temporis temperamentum habeant. s. ꝙ nõ habeant de aliquo tormenta quæ desiderabit accusator, sed prout moderamen rationis desiderat temperamẽtum, adeo vt is qui torquetur, saluus innocentiæ, uel supplicio reseruetur. ff. eo. l. de minore. §. tormẽta. & l. quæstionis modus, aliàs tenentur, vt ff. de iniur. l. apud Labeonem, §. quæstionis. Mo-

2 do uidendum est, † quæ personæ possint torqueri, & quæ nõ. Et certe torquendi sunt tam liberi, quàm serui, & liberti, & statuliberi, vt. ff. eod. l. ædictum. & l. ex libero. & l. diuus. Et tã masculi, quàm fœminæ nisi dum sint prægnantes. ff. de pœn. l. prægnantis. & l quanquam. licet quidam contradixerunt. Dic tamen indubitanter liberos homines tam in se principaliter quàm in alios, posse torqueri, vt. ff. eo. l. ex libero. & l. diuus. § testes, & C. de falsis. l. si rem, & l. si quis decurio. & de re mil. l proditores, in auth. ut iu. sine quo. suff. in fin. §. ope. C. eo. l. milites. Vbi indistincte loquitur de personis cuiuslibet conditionis, excepto in dignitate positis, quas torqueri non permittit lex. C. de infamibus. l. nullum, & de accus. l. nullũ, in fi. Omnia supradicta loquuntur de personis liberis, de quibus eximuntur quædam quas torqueri non sinit lex pp ætatem, vt minor 14. annis. ff eod. l. de minore. & l. ex libero. & quanquam torqueri non possint, tamen ferula, vel uirgis corrigi possunt leuiter ad eruendam veritatem, vt. ff. ad Sylla. l. 1. §. impuberes. Item illi qui sunt positi in dignitate non torquẽtur, vt. C. eo. l. milites, & l. diuo Marco, & l. decurionem, & ff. eo. l. fi. nec filij presbyterorum, vt in legib. præallega. In quibusdam tamen criminibus, nec ætas, nec dignitas excusat, vt est in crim. læsæ maiest. & in alijs, vt habetur. ff. eo. l. de minore. 1. respon. & l. libero. §. 1. de re mil. l. desertorem. §. is cui. & l. proditores. Item decuriones quandoque torquentur. vt C.

3 de fal. l. decurio. Item mulieres quæ sunt pręgnantes. † Nunc uidendum est qualiter quæstio debeat fieri, & ẽt quo moderamine sint habenda tormenta, sed de hoc non potest certa doctrina reddi, sed iudex consideret torquendum cuius fortitudinis, vel debilitatis sit, seu cuius ætatis, & secundum seueritatẽ personarum, & criminis, & cuiuslibet alterius negocij, quandoque minoribus, quandoque maioribus, tormentis vtatur. ff. de re mil. l. 3. §. fina. & ad Syll. l. si quis in graui. in prin. & §. subuenit. §. impuberes. sic ergo torqueatur accusatus, vt innocentiæ, uel supplicio seruetur incolumis, vt. ff. eo. l. quæstionis modum. Sed nunc quæro, quo ordine sint habenda tormenta, posito ꝙ de plurib. hominib. habenda sint? Respõdeo, sagax iudex considerabit a quo facilius ueritas oriri possit, & ab illo incipiat quæstionem, vel mediocri. uel magis suspecto, a debiliore, & non fortiori, vt. ff. eod. l. 1. §. 1. & l. diuus. §. 1. Item si torquendi sunt pater, & filius, a filio incipiat & in conspectu patris, ut per hoc pater citius dicat ueritatem, quia ipse magis uellet torqueri, quàm si filius torqueretur, arg. ff. quod met. caus. l. isti quidem. 1. ar. & inst. de noxa. §. sed ueteres. Item fœmina torqueatur prius, quàm masculus, quia vir tanquam maioris virtutis, seu constantiæ, nunquam vel tardius confiteretur, & mulier citius, quia membra carnea, & fragile corpus habet, vt. ff. de inoffic. testa. l. filium. ff. de iure

4 fis. l. deferente. in prin. Sed quæro ex quib. causis † torqueantur homines? Respon. ꝙ tam in causa ciuili, quàm criminali, cum ueritas causæ, seu facti reperiri non possit. ff. de quęstio. l. diuus. & l. ex libero. & C. eod. l. in summa. Non tamen ex oĩ cã torquendus est quis, nec quęlibet persona indifferenter, vt. ff. eo. l. edictum. Sed quæro, quæ præcedere debeant quæstionem. dic ꝙ indicia verisimilia, & sufficientia. Nam a tormentis non est incipiendum. ff. eo. l. 1. 1, respon. Nam sine indicijs, & suspicionibus quis torquẽdus non est. ff. eo. l. vnius. §. in ea. & l. maritus. & C. de falsis. l. sicut ad fratrem. Et recte ab indicijs est considerandum, & proponendum, aliàs præponderandum, an procedant indicia sufficientia, & verisimilia ad tormenta habenda. Nam plerique dum torquentur perire solent. ff. de pœn. l. aut damna. §. 2. & ff. eo. l. milites. & l. conditionali. & non potest dici, seu ostẽdi in eis certa forma, siue doctrina. sed hoc committitur arbitrio iudicis, ut. ff. eo. l. 3. in prin. ff. de pœ. l. licet, & l. sanctio. & de effracto. l. quib. nullam. & de iure. deliber. l. 1. §. 1. Possum enim in genere talem doctrinam dare, ꝙ sagax iudex debet solicite instare ad indagandum indicia contra delatum super aliquo crimine. Nam indicia quasi veritatis demonstrantia. & probationum admicula. C. de prob. l. instrumenta. & l. fina. sunt enim probaclaræ. C. qui test. fac. poss. l. hac consultissima. §. denique, ibi indicia, &c. Nam indicia ab indicando, vt ff. de præscr. verb. l. solent. Quærat autem iudex, & instanter indaget cum quib, & per quę loca versatur delatus quem torqueri vult. Nam mala conuersatio est mali operis indicium, vt ff. de admin. tutu. l. si pluries. § assidue. Nam ex mala conuersatione bonus efficitur malus, & vitiosus, vt ff. de ædil. edic. l. ædiles. §. hoc autem. & ad hoc facit, extra de sta. mo. cap. recolentes, quia secundum varietatem locorum variæ præsumuntur coniecturæ, vt. C. si man. ita fuer. alie. l. fin. ff. de pœn. l. aut facta. §. euenit. Item instet inquirere si erat inimicus offensi, aut si qua fuit inter eos quærela, qa tũc erit ꝓsumptio culpæ. argum. ff. de quæstio. l. prima. §. quæstionem. Item inquirat cuius æstimationis fuit, vel qualis famæ. Qualis enim fuit fama cuiusque in ciuitate, talem esse præsumimus. ff. de quęs. l. de minore. § tormenta. ff. de re milit. l. non omnes. §. a Barbaris, cum concor. in gloss. Item iudex poterit accipere indicia ex constantia vocis, vel trepidationis, vel membrorum pallore, vt dict. §. tormenta, vnde talia multum conferunt ad habendam veritatem vt videtur ibi. Item indaget cuius vitæ fuerit. Primo an talia de quibus inculpatur, fare consueuit. argum. l. desertorem. ff. de re milit. §. is qui. ibi inspecto vitę, & l. non omnes. §. a Barbaris, & ff. de suspect. titu l. quoque. §. quomodo. ex gestis enim præteritorum tractamus præsentia. C. de pri. agen. in re l. fina. lib. duodecimo. Item an fuit comminatus, tunc enim est præsumptio, quòd opus adimpleuerit, quia verbis vtendo prędit. Vnde ex dictis hominum facta pensamus. C. si quis Imp. maie. l. prima. ff. de suppell. l. fin. Item considerando an alia facere consueuerit, & posse habuit faciendi quod est not. dignum. ff. ad l. Iul. ma. l. famosi. Item an fugerit, aut se absconderit, vel absentauerit statim post perpetratum maleficium, vt in authen. de exhib. reis. § si vero. collat. quinta. C. de assess. l. consiliarios. Item testes recipiat super maleficio de voce, & fama publica, qua probata, erit indicium ad tormenta, ar. ff. de flumi. l. 1. §. ex flumine, & alijs multis poterit index sumere indicia ad informandam conscientiam super veritatem. Sed nunc restat videre quis sit † quæstionis effectus, &

5 si quidem absque formidine tormentorum vltro quis confiteatur crimen, dixerunt quidam antiqui & noui scriptores eum non esse sententia condemnandum, sed debet stare per diem vel aliquod temporis spacium, secundum quali-

Digitized by Google

qualitatem criminis, & conditionem perſonæ, & interdum eum coram eo repræſentare, & interrogare an velit in ſua confeſſione perſeuerare an contradicere uel reuocare uelit. Et hoc iõ dicunt, ꝙ confeſſio rei non præiudicat ipſi. C. de cuſt. reo. l. 2. ff. de qõ. l. 1. §. diuus. ibi ſtatim hĩi &c. & §. ſi quis. Vltimo dicebant, ꝙ inter confeſſionem factam in criminalibus, & in ciuilibus hoc intereſt, quòd in ciuilibus non eſt opus perſeuerantia, immo ſtatim tenet. In criminalibus ſiue ultro ſiue formidine tormentorum habita ſit cõfeſſio, ſemper opus eſt perſeuerantia, per iura ſuperius allegata. Nec mirum ſi magis ponderate, & ſolenniter in criminalib. quàm in ciuilibus procedatur, quia vĩ maius periculum &c. extra de elect. lib. 6. c. ubi periculum. C de fal. l. ubi. ff. de pœ. l.
6 qui ſnĩam. Tu dic contra, & hæc eſt cõis opinio. quia † ſi ipſe confiteretur ſponte crimen, ſtatim incarcerandus eſt, & illico abſque alia confeſſione damnandus. C. de cuſt. reo. l. fi. 1. reſpon. C. de pœn. l. cum reis, tit. de cuſt. reo. l. ſi cõfeſſus. Nec ob. §. diuus. nec §. ſi quis ultro, quia loquuntur in confeſſionibus habitis in tormentis, & ſic intelligetur. C. de exhib. re. l. 2. ſecundum ueriorem intellectum, ut patet in fi. ibi, & fit iudicibus. &c. Sinautem in tormentis uel formidine tormento
12 rum, tunc non ſtatur, nec debent haberi pro exploratis criminibus, vt d. §. diuus, & C. quo. appe. non reci. l. 2. & ff. eo. l. 1. §. qõnem, ſed iudex faciet coram ſe uenire criminoſum, & quæret an velit in ſua confeſſione ſtare an retractare uel cõtradicere. & ſi perſeuerauerit, tunc eſt confeſſus, alias non,
7 vt d. §. ſi quis ultro. Sed quid de qõ. quotidie emergenti. † Pone, aliquis ſubijcitur qõni, & confitetur contra alium, nunqd ſtabitur ſuo dicto? Diſtingue, aut torquetur ſimpliciter cõtra alios, & non contra ſe, & tunc ſtatur dicto ſuo cum alijs indicijs, & iudex ex dicto torti cum alijs indicijs ad condemnandum procedere poſſet. C. de aſſeſ. l. nullus. in fi. ff. de qõ. l. edictum §. qõnem. & l. 1. §. qõnem, ſaluo ꝙ in initio non eſt credendum, nec omnis fides irritanda ſed ad cognita erit fides adhibenda uel non. ff. eo. l. 1. §. præterea. ff. de teſti. l. 3. in prin. ſinautem torquetur in ſe, & in alio, nihil de ſe dicit, tunc hẽt locum quod ſupra dixi. Sinautem confiteatur de ſe. & alijs, tunc ſecundum opinionem d. Azo. cuius opinio prævalet eſt inuenire regulam, ꝙ regulariter confeſſus ſuper proprio crimine non confitetur ſuper conſcientia aliena. Et ſic eſt re-
8 gula † tortus per ſe non debet interrogari de alijs maxime de conſocijs. ff. eo. l. rep. & nide ibi ſecundum Bar. C. eo. l neque qui. in prin. & de acc. l. fi. Et ſi de facto dixerit, uel ſine interrogatione, non ſtatur dicto ſuo. Fallit in caſibus in quibus de ſe confeſſus, torquetur de alijs. ſi tamen contra illos præcedant indicia. Primus eſt. ff. de cuſ. reo. l. diuus. & l. fi. C. de pẽn. l. pe. Secundus eſt. C. de fal. mo. l. 1. Tertius eſt de exhib. reo. l fina. Quartus de malef. & math. l. fin. Quintus eſt. ff. ad ſyllaniah. l. prius. & l. ſi certus. & ff. de quæſt. l. 1. §. cum quis. Sextus ad l. A qui. l. inde Neratius. §. ſed. & ſi ſeruum. Et dixi præcedant indicia, unde quia alias nõ debet interrogari de alijs. C. de qõ. l. 1. Item talis reſponſio non erit plena probatio contra illos quos inculpauit, ſed aliqua præſumptio, & in iſtis dic ut not.
9 C. de acc. l. fi. † Sed nun quid propter talem præſumptionem poterunt inculpari, & torqueri? Reſpondeo ꝙ ſic in prædictis ſex caſib. exceptuatis, arg. prędictæ legis, diuus. & ff. eo. l. 1. §. cum quis. & §. diuus. in alijs autem dic vt not. in d l. fin. C. de acc. & d. l. rep. §. is qui. Sed quid ſi perſona inculpata a torto fit malæ famæ, & malæ opinionis, nunquid in caſibus exceptuatis, & alijs poterit ſubijci tormentis? dicas ꝙ de iure nõ, niſi p̃cedant indicia ſufficientia. nec ſufficit inculpatio de eo facta iudici. Indiciũ. n. interrogati non ſufficit, ut d. l. fina. de acc. & ff. eo. l repeti §. is qui. Concluſio ꝙ exinde ſequitur tãquam lex prohibens non ualet. C. de lega. l. non dubium. Sed de conſuetudine uidi torqueri, pro contra. facit. ff. eod. l. 1. §.
10 diuus Hadrianus Sed quid de q. quotidie emergenti † accuſatur quis de furto indicijs præcedẽtibus ad id furtum, torquetur, & confitetur, nunquid poteſt procedi in torto ſine repetitione, ut dicat, & confiteatur de furto a ſe commiſſo ad qđ nulla præcedunt indicia, dic ꝙ nõ, de iuris ſubtilitate, arg. illorum quæ in proxima q. pro 2. parte allegata ſunt. Et quia ad iſta furta de quibus in genere uel in ſpecie quæritur, nulla præcedunt indicia ſufficientia, nec inculpatio de eis facta a torto inducitur, arg. C. de falſis. l. ſi Caius. C. eod. l. 1. in prin. & l. maritus. Sed de generali conſuetudine Italiæ ſeruamus cotrarium, quotidie in maximis furtis, quæ magis per Lombardos frequentantur, quæ cõſuetudo poteſt iuuari primo arg. ff. de re mil. l. nõ omnes. §. a Barbaris. ff. de offi. præſ. l. cõgruit.
11 Sed quæro q. ſemel fuit habita de quodam Mediolanenſi: † iudex vult repetere quæſtionem ſine aliquo de nouo emergenti ſeu accidenti. Nunquid poteſt? vĩ ꝙ ſic, ut ff. eo d. l. repeti. & l. diuus. §. 1. ubi indiſtin. dicitur quod qõ põt repeti. & eſt. ff. đ publ. l. de precio. & de le. præſt. l. 1. §. aliter. Tu dic, quod non, ſine nouis indicijs vtputa, quia tortus dicit illa nocte nullum iaciſſe ibi, ubi fuit commiſſum maleficium, & poſtea inuẽ-
ſum fuit per teſtes ꝙ alius ibi iacuit. certe iſto caſu poteſt, re
p i qõ per dictum iudicium, vel ſimile. Et certe hæc eſt cõis opinio, non tñ allegatur aliqua lex, ſed tu allega. ff. de uerbo. ſig l. boues. §. hoc ſermones. ff. pro ſocio. l. ſocius pro filia. §. nunc ſi plus. & d. l. unius. §. reus. Iudices tñ hoc non ſeruant, immo qõnes quotidie repetũt abiq; nouis indicijs, quouſq; de obiectis criminibus habeant ueritatem, quorum opinio põt defenſari per auth. ut iud. ſin. quo. ſuf. §. oportet, ibi, iudices torquebant fures, &c. Conſideret bonus iudex in qõne repetenda, ꝙ tortus in fortitudine perſeuerauerit corporis, & animi. ff. eo. l. unius. §. reus. quod ſi dicit dum eſt in tormentis ad quid me tormẽtatis, quòd ſi ſtarem per annum nõ plus dicerem, nam non ſum pollutus de alijs criminibus, nec de iſto mihi impoſito, & ſi iſta oĩa deficiant nunquid a tormentis eſt relaxandus, & dimittendus ut uadat uias ſuas? Et certe non, ſed debet procedere in tortura cum tempore, & aſpere ſecundum conditionẽ criminoſi, & qualitatem. Si autem deficiat debet iudex eum in carceribus detinere. & ſi nõ adeſunt indicia tunc iudex ſtatuet accuſatori competentem dilationem ad probandum, & ſi non poterit probare condem
12 nabitur. ut ff. de q. l. 2. §. certa. l. unius. Sed quæro, quid ſi † in crimine indicia præceſſerunt per quæ iudex informatus eſt, & vult procedere ad tormenta, reus dicit domine iudex, detis mihi defenſionem antequam ponatis me ad torturam, quia paratus ſum arguere indicia contra me recepta, nunquid eſt audiendns reus, & ſibi ſit danda defenſio? vĩ ꝙ non. C. ubi ſenato. uel clari. l. 2. §. eo. ibi, inanes probationes, &c. cum in illis perſonis in dignitate poſitis. ibi uidetur ſpeciale, in cæteris ius commune debet eſſe. l. 1. ff. ad Maced. in fi. Nam actor primo probat, & poſt fundatam intentionem ſuam reus ponit exceptiones, & defenſiones ſuas. C. de exceptio. l. ſi quidem. Igitur totaliter debet primo fundari intentio accuſatoris. i. actoris per teſtes uel per rei cõfeſſionem, antequam reus in ſua exceptione ſiue confeſſione audiatur. Quid dicendum? Dico ꝙ ſic eſt danda defenſio antequam reus torqueat. maxime qñ quis tale allegat, quo probato, nõ debet procedi ad qõnes, & illa rõne. quia ẽt a cõi rõne uel interlocutione facta a iudice, ꝙ aliquis torqueatur, appellatur. ff. de appell. reci. l. 2. maxime, quia tale detrimentum reparari non põt, ut in allegatis legibus. pro hoc quia deficere ſolet in qõ. arg. ff. de pœ. l. aut damna. §. 1. pro hoc quia confeſſionis ſiue ignorantiæ defenſio defertur. C. de cuſt. reo. l. 1. multo magis hic non denegatur. Præterea nos uidemus ꝙ iam condemnato excõ feſſione facta in tormentis princeps ſubuenit poſt, ſuam defenſionem ſuæ innocentiæ concedendo. l. 1. §. ſi quis ultro. ff. de qõnibus, Si ergo confeſſo, & condemnato datur defenſionis facultas, multo magis ante torturam Nam cui plus cõceditur, non debet denegari quod eſt minus, vt dicit regula iuris l. cui plus. Quid plura? caius eſt. ff. eo. l. unius. §. cognituru. ibi, quandoque, &c. Sed pone, teſtis fuit tortus, & in tormentis fuit confeſſus, ante ſententiam dicit ſe erraſſe, nũquid poterit corrigere ante ſnĩam dictum ſuum quod fuit confeſſus in tormentis? Reſpondeo, aut eſt error facti, an iuris. Primo caſu ſic. arg. l. non fatetur. ff. de confeſ. Item talis non ſolet uſque ad ſnĩam obeſſe. C. de iuris & facti ignor. l. error. &
13 l. 2. quo. app. non reci. ff. de qõ. l. 1. §. ſi quis ultro. Secundo aũt caſu non. ut l. error. ſupra alle. Sed quid ſi aliquis † eſt tortus nullis indicijs præcedentibus, nunquid ualebit confeſſio? dic ꝙ non, quantumcunque perſeuerauit. ff. eo. l. diuus. §. ex quibus. & lege, maritus, & l. pluri, ſecundum unam lecturam. C. ſi ex fal. inſtrumento. l. 2. 3. & 4. Præterea hoc eſt de ſubſtantia ſolẽnitate quæſtionis habenda, quod indicia legitima præcedant, alias non debet quis torqueri. ff. eo. l. 1. & 2. & l. maritus. & C. eod. l cum cognitionaliter. & l. milites. quo deficiẽte quidquid fiat nihil ualet. C. de leg. l. non dubium. & de fide inſtru. & iure haſtæ fiſca. l. 1. lo 1. ff. de in integrũ reſtit. l. diuus. C. de appel. l. nominatas, Dictum eſt, ſupra quòd confeſſio facta in tormentis non ualet, niſi in ea fit perſeueratum. Sed quæ dicitur facta in tormentis? Reſpondeo, ſi ad pedem torturæ ducatur, & ligatis manibus tencatur, quòd ſi incontinẽti confiteatur cum ſubijcitur quæſtioni, certe non tenet eius confeſſio niſi in ea fuerit perſeueratum, quia lex æquiparat confeſſionem factam in ipſis tormentis, & factam in formidine tormentorum, ut expreſſum eſt. C. de appell. non recip. l. obſeruare, ibi cum dicit formidine tormentorum. & idem ſentit. gloſſ. ff. de iniur. l. Apud Labeonem. §. adijcitur cum eius &c. quia ſufficit terror armorum. ff. de ui, & ui arma. l. idem eſt. § ſi armati, & etiam quo ad legẽ Corne. de ſic. æqui pollentia ſunt hominem gladio percutere, uel occidere uel aſtringendo gladium in manu, minari. ff. ad lege Corn. de ſic. lege, prima. §. diuus. pro hoc. ff. ex quibus cauſ. l. tertia. & lege metum. ff quod. met. cauſa. Sed quid ſi ducitur ad tormenta, non tamen ligatur, ſed bene minatur de tormen. ſi confiteatur nunquid uideatur dicere confeſſus ex formidine torm. uidetur quòd ſic. ff. de incen. l. prima. §. incendia. l. pe-

Digitized by Google

dius,vel ſi confiteatur in præſentia tormentorum formidine tormentorum dixiſſe.Sed quid de quæſtione de facto occurrente.Continetur ſtatuto ciuitatis, ꝙ aliquis non poſſit torqueri niſi in certis caſibus,acceptans vltra illos non cõnat aliquem ne incidat in pœnam ſtatuti, ſed quid facit præcipit eũ teneri in curia, uel aliquo loco denegando ei alimenta quouſque confiteatur, vel in hyeme facit eum ſtare ſpoliatũ donec confiteat.nunquid videatur cõnatus?dico,ꝙ ſic. ff.de iniur.l.apud Labeonem.§.cõni.ibi cum dicit,malamente. &c. Sed quid ſi extra locũ torturæ.ſ.circa tribunal vbi iudex reddit ius,examinans delatum ſuper crimine dicit, aut confitebris aut ducam te ad torturam,& torquebo te,nunquid dicet talis confeſſio facta formidine tormentorum?dic ꝙ non,qa leuis terror eſt ut d.l.apud Labeonem.§.qui.& ff. quod met. cau.l.metum,&c.Tunc probabilem ueræ torturæ cãm accipere debemus præſentem,& iuſtam, ſicut metum præſentẽ. ff.quod met.cau.l.metum. 1.reſpõ.ad finem, leuis eſt terror, aliàs metus ultra locum torturæ eluſorius eſt. ff.ſi cui plus q̃ per leg.l.hæc actio. Dictum eſt, ꝙ confeſſio formidine tor-
14 mentorum facta non hr̃ pro explorato crimine.† Quæro ad faciendum eum perſeuerare qũo faciet iudex?dico ꝙ apud aream uel in aliquo loco publico extra locum torturæ faciet deſcribi eius perſeuerantiam, & hoc faciunt iudices experti.quia uocant teſtes,& in publico teſtimonio faciunt ſcribi in præſentia,talium teſtium,qualiter confirmauit,& perſeuerauit in ſua confeſſione,&c.arg.C.de cuſt.reo.l.2,ibi,ſub publico teſtimonio.Sed quæro,quãtum tp̃s erit in medio a die confeſſ.torturæ, vſq; diem adductionis ad perſeuerandum. Nam lex aliqua non determinat,vt l.2.C.de cuſt.reo. quia dicit poſt modicũ tp̃s „Põt tñ dici arbitrio iudicis conſiderata qualitate perſonarum,& enormitate uel leuitate criminis. ff. de iure delib.l.1.§.1.& de effrac.l.1.& de pœn.l.hodie.Sed qui debent qõni intereſſe?reſpondeo,ut ff.de adult.l. ſi poſtulauerit.§.qõnem.In ſecreto autem iudex recipiet dictum ſuum, tortus aũt ſimilitudinem habet teſtis,ut in ſumma Azo. hu-
15 ius tit.& ff.eo.l.1.§.Imperator.†Sed nunquid liber homo poſſit torqueri?vr̃ ꝙ non,quia, quaſi iſte tit. vr̃ loqui de tortura. Sed tu dic contra ut.ff.eod. l. ex libero. primo reſponſo.& l. Iulia.§ tunc,& C.de abolitio.l.fallaciter.ibi,ꝙ ſi ingenuorũ. &de officio aſſeſſor.l.nullus.in fi.de cuſt.reor.l.diuus.Sed tũc in ſeipſos qñ deferuntur ex aliquo crimine. C. eo.l.cum cognitionaliter,& ex quib.cau.inf. irrog.l.nullam, & dic,ut ibi C.de fal.l.ſicut.ff.de re mil.l.proditores, ꝙ autẽ liber homo poſſit torqueri arguitur inconuincibili arg.per l.ſi quis decurio.& l.ſeruus.& ita ſeruat gñalis conſuetudo. Sed nunquid principalis perſona quæ accuſat debet ſubijci torturæ ad ueritatem eruendam?vr̃ ꝙ non, quia totus tractatus de qõnib. uerſatur circa ſeruos,& circa teſtes uacillantes.Sed tu dic,ꝙ ipſæ perſonæ ſunt ſubijciendæ qõnibus.C.eo.l.3.§.diuus,& §. ſi quis ultro.de re mil.l.proditores,præcedere tũ debent indicia ueriſimilia,vt C.eo.l.cum cognitionaliter, & l.milites.§. oportet.C.de fal l.ſancimus.ſed vide quæ not. Cy. in l.Gracchus.C.de adul. † Quid ſi iudex in tormentis modũ exceſſit,
16 ita ꝙ tortus deficit,uel ꝙ mẽbrum eum debilitauerit, iudex tenetur actione iniuriarum,ut l.apud Labeonẽ.§ qõnis modum.& ff.eo.l.qõnis modum,& ff.ſolu.mat.l.ſi conſtante.§.ſi maritus,de ijs qui ſunt ſui uel alie.iur l,2.melius. ff. ad l.Aql.l. ſed,& ſi quemcunque.§.igitur.C.de uſuf.l.locus.§. fi.de pig. actio.l.eleganter.§.& ſi plures, Nec prodeſt ſibi hoc tanquã iudex fecerit,nam maleficium praue preſumitur actum.C.de iniur.l.ſi non conuicij,& ff.l.Corn.de ſic.l.1.Præterea ſi propinquus corrigendo propinquum modum excedat, & membrum debilitauerit,tenetur.C.de emend.propinquo.l.1.Nec iudex excedat modum,nam ſicut priuatis,ita magiſtratibus prohibitum eſt illicita facere.ff.de iniur.l.nec magiſtratibus. Et vr̃ econtra, ꝙ non teneatur,quia iudex facit cã habẽdi veritatem exercendo ſuum offiñ,non aĩo interficiendi, nec debilitandi,quare teneri non debet,arg.ff de uerb.ſig.l.ſemper. nam uoluntas,& propoſitum,&c. ff. de fur.l.quæ iniur.& p hoc de fur.l.de ſic.Præſumit.n.princeps bonum de officialibus ſuis,niſi contrarium probetur manifeſte.ff. de offi.præſ. l.1.in fi.Nam præſumitur iudex cã exerçendi ſuum offiñ feciſſe,non aĩo occidendi,uel nocendi.ff.de iniu.l.iniuriarum. §.1. Et ſi aliqua culpa committitur per iudicem in excedendo
17 modum,non tenetur.l.Cor.de ſica. Nam in dilectis lata † culpa non comparatur dolo.ff.de ſica.l.in lege. Item officij neceſſitas impunitum ſuadet remanere,quod alias coerceri debet.ff.de ijs quib.ut indig.l.poſt legatum,in §.aduocatum,& l.tut. Præterea non oportet in dubio eſſe quo aĩo fecerit, & idem præſumendum eſt,quia zelo iuſtitiæ potius,& officij uigore,quàm malitioſe, & malo conſilio id feciſſe.ff.ui bono. rapt.l.2.§.ſi publicanus,C.de acq.poſſ.l.ſi minus.ff.pro ſocio. l.merito.& pro hoc.C.qui accuſ.non poſſunt.l.2.in fi.ubi tutor ex officio de falſo accuſans producens inſtra,ſi non probat præſumit̃ non calumniandi aĩo feciſſe accuſationẽ, niſi euidenter hoc probet̃, ut eũ de alio p̃ſumit̃ eo ipſo ꝙ nõ probaret.C.de aduo.diuer.iud.l.2. Solutio, dicunt quidam ꝙ ſi apparet ꝙ fecerit ex dolo,& uoluntate tenet̃,alias aũt non,ſi tñ cum aliqua culpa excedendo modum tenet̃.C. de emẽda. propinquo.l.1. bona.n. eſt argumentatio de ptãte dñi ad rectorem arg.l.ptãtis.ff.de uer.ſig.Guid.de Suz.aliter ſentit, & dicit,ꝙ ſi iudex in qõne modum excedendo aliquem debili tauerit,quod tenetur,quia cum modum excedit fingere non vr̃,& punitur ut quilibet extraneus,ut ff.de furtis.l.tutor.& p empt.l.qui fundum.§ ſi tutor.& C.de epiſc. & cler.l.gñaliter. Quid plura põt dici?caſus.ff.de iniur.l item apud Labeonem.
18 Quid ſi probatum eſt † per unum teſtem de ueritate,nũquid erit ſufficiens indicium ad habendum torturam; vr̃ ꝙ non.l. maritus.ff.eod Præterea dictum unius non inducit indicium ſufficiens ſiue præſumptionem, ff.de dot.præleg.Theopõpus ff quemadmodum teſta aperi l.1.§ fi.Et iura quæ loquuntur de indicijs,quæ ad tormenta requiruntur,loquuntur in plurali.ſ.ſi indicia præcedant non aũt indicium ut ff. eo.l.1.2.rñ. & l.minus,§.ex çã,& l.fi.eo.l.cũ cognitionaliter, & l.milites, pluralis.n.locutio ſingulari nõ acquieſcit,ff.de manumiſ.teſt.
19 l.liberos,§.fi.Sed his non obſtant.† dico unum teſtem deponentem de ueritate ſufficere ad torturam habendam. ff.ad l. Iul.maieſt.ſi quis aliter. Nec ob.lex,maritus, quia *ibi iõ non* fuit tortus pp dictum unius teſtis, quia ille teſtis erat familiaris producentis,& iõ dictum ſuum non fuit tanti effectus, ꝙ faceret indiciũ. Nec obſtant alia iura in quib.de indicijs ſub plurali numero hr̃ mentio,quia illa pluralis locutio vſu loquẽdi in ſingularitatem conuertitur.ff.de uerb. ſig. l.non eſt ſine liberis,ff.de neg.geſt.l.ait prætor.§.1.de orig.iur.l. 2.§. operatio docendi.ff.de cond.& dem.l.falſa in fi.Sed quid ſi iam fuit
20 † probatum de fama,nunquid poterit procedi ad qõnem, vr̃ ꝙ ſic,quia probõ famæ æquiparatur probõni unius teſtis.ff.d̃ teſtib.l.ubi numerus.Tu dic,ꝙ non probat fama, ſed inducit aliquod indicium ad confirmandas probõnes.ff quemadmodum teſta.aperi.l.1.§.fi.ubi confirmat rem de qua agit̃,a ſimili hic confirmat,non tñ per ſe facit ualidum indiciũ,eſt tñ res fragilis,& periculoſa, & plurimum per aures malignantium artificioſe tranſmiſſa.ff.de hæred.inſt.l. fi. ff.de pœ.l.decurio. C.de offi.recto.prouinciæ.l.rectiſſimos. Non enim quælibet indicia ſunt ſufficiẽtia ad tormenta habenda vt ſup.dixi.Sed ſi per famam eſſet aliquod indicium cõtra accuſatum inimicum fuiſſe interfecti,uel aliàs eum offenderet, cum lex præſumat eum malum,ff eo.l.2.§.præterea,de teſti.l.3.in prin.Itẽ ſi ſe iactaſſet talis accuſatus de malo mittendo, arg.qđ met. cau.l.metum,ex quibus cauſis maio l. 3. in prin & melius ad l.Iul.maieſt.l.famoſi,ibi,aut aliquid fecit,&c.C. ſi quis Imperatori ma.dixe.l.1.Nam ex dictis mala penſamus, C.de officio ma.mili.l.paruum,& in auth.ff.de ſuppelle.le.l.Labeo.*ibi*, neminem puto,&c.Item ſi accuſatus,viſus fuiſſet fugere de-
21 lato maleficio,nam fuga † accuſat fugientem, ut in authẽ.de exhib.re.§.ſi uero ẽt quidam,coll.5,& de epiſ.§.ſi quis aũt.Itẽ ſi conſiliarius officio finito ſe abſentat, hr̃ pro confeſſo.C. de aſſeſ.l.conſiliarios,ff.de ſuſp.tut.l.pluribus, *in fin.Item* eſt indicium,ſi is contra quem fama laborat eſt prauæ *conditio*nis,& hõ qui talia facere conſueuit.ff. eo. l.de *mi*nore.§.tormenta.ff.de acc.l.ſicut.§.ijſdem crimini. Item ſi aliud fuerit indicium quod quilibet ſapiens poterit per ſe perpendere ſecundum uarietatem perſonæ,& qualitatem,tunc enim cum aliquid addendo prædictis indicijs uel alijs ſimilibus, & fama probetur,bene poterit ad tormenta procedere,quãuis fama per ſe non ſufficiat.Pone conceſſum eſſe iudicib.ꝙ ſecundũ eorum arbitrium poſſit torquere accuſatos, aliquis eſt accuſatus,& eſt fama ꝙ ipſe fecit id de quo accuſatur, & fama ita probatur, nunquid poterit iudex eum torquere cõfeſſionis ei factæ,uidetur ꝙ ſic: concedere enim arbitrium iudici nil aliud eſt dicere,quàm ꝙ procedat bona fide, & ſecundum quod melius conſcientia ei dictabit. dura tamẽ uidetur hæc ſententia,cum arbitrium de facto ſine probatione uideatur ſupplere non poſſe,cum de iuris auctoritate ſit, ꝙ legitima habeantur indicia.& hoc indiciũ arbitro non vr̃ conceſſum, ff.ad Maced.l.ordind.§.1.Sed quid ſi continetur in ſtatuto ꝙ non poſſit quis poni ad tortuam, niſi cõtra eum habitæ fuerint probationes,& magna indicia,ex quibus proceditur ad tormenta,ut dictum eſt;num illa dicuntur. Quid ſi continet̃ in ſtatuto, ꝙ nemo torqueatur,niſi indicia indubitata præce
22 dant,ubi erit exemplum de indicijs indubitatis; † certe ſi eſt camera habens unum aditum,& unum exitum, & pluries,& de camera exit aliquis pallidus, trepidans, & cum cultello ſanguinolento,& nudo in manu,& ſtatim poſt exitum inuenitur homo occiſus, certe iſta ſunt indicia ad probationem maleficij indubitata.ex quibus non ſolum ad tormenta, ſed etiam ad pœnæ impoſitionem poteſt procedi,& ita intelligatur lex,ſciant.C.de prob.ibi, uel indicijs, & probationibus indubitatis,& c.Et not.diſtinctionem, nam palliditas eſt uerum indiciũ contra eum,ff.eo.l.de minore.§.tormẽta. Dela-

tio

Digitized by Google

tio gladij nudi est aliud indicium, nam de portantibus arma lex malum præsumit. in auth. de mãd. prin. §. fin. & in auth. de armorum vsu. l. 1. li. 11. Et est aliud indicium de indubitatis, & istud semper accidit. Pone, quod Titius in aliqua vinea, vel fundo, accusat de hoc Seius, sed de visu nulli testes deponunt, q̃ viderint istud homicidium committere, sed probat contra Sæium, q̃ ipse erat inimicus Titij. Item probat per testes q̃ ipsi uiderunt Seium adnenantem gladium contra Titium. Item q̃ tunc Seius fugit tpe perpetrati maleficij. Item q̃ est uox, & fama, q̃ eum interfecit: certe ista quatuor simul coniuncta (quamuis per se non sufficiant) sunt sufficiẽtia, & indubitatæ probationes, non solum ad tormẽta, sed ẽt ad cõdemnationem, arg. l. sciant. C. de prob. Item est aliud exẽplũ de indicijs, & probationibus indubitatis, deferf Titius q̃ fecerit occidere Seium, non tñ sunt testes qui hoc viderint, sed per indicia probatur, q̃ Seius est inimicus Titij. Item, q̃ Titius receptauit homicidam. Item q̃ homicida erat domesticus, & familiaris istius Titij. Item, q̃ uox est, & fama q̃ Titius fecit occidi Seium. Item, q̃ se iactauit quod faceret ipsum Seium occidi, & est homo de quo ueri simile est quod talia faceret. Item q̃ olim aliæ offensæ inter ipsos interuenerunt, ista simul coniuncta satis sufficiunt ad condemnationẽ, non solum ad tormenta, ita põt intelligi d. l. sciant. Non mirum si plura simul coniuncta (quia quodlibet de per se nõ sufficit) faciunt plenam fidem, arg. in auth. de fide instr. §. sed, & si nul
23 lus, duo. n. † vel plura imperfecta conficiunt vnum perfectũ. C. de agric. & censi. l. cum scimus, in prin. nam si non singula iuuant, multa quoq; prosunt. l. sancimus in prin. C. de testib. & de excus. tut. l. 1. §. 1. Quid plura? de iure est q̃ ipsa principalis cã per argumenta, & præsumptiones cognoscitur, & terminatur. 2. quidem. ff. de re mil. l. nõ oẽs. § a Barbaris, ibi hoc liquide. & c. cum l. de capitali cã cognoscitur, pro hoc co. tit. l. desertorem, §. is qui. & in aut. ut liceat matri, & auiç. §. illud. Curiosus aũt iudex plura alia exempla poterit inuenire de indicijs indubitatis. Sed dixi q̃ milites, non debent torqueri.
24 † Quid de militibus nostri tpis? dic q̃ possunt torqueri, cum in assumptione militiæ, non interueniant in eis multa, quæ interueniebant antiquitus, & quæ veri milites obseruant, vel obseruare debent. quia priuilegio militari gaudere non debent. in aut. de mand. prin. in gl. quare cũ non obseruant solẽnitatem, non hñr pro militib. argu. in l. si quis consortium. C. de san. epis. & cle. l. qualiter. uersi. eos quidem & c. pro hoc facit. C. de appellat. l. comminationes. Nã & veri milites in quibusdam torquebantur. C. de re mil. l. proditores. Quid de cælestib. militib. ? dico q̃ præsbyteri non torquentur. clerici aũt sic de iure ciuili. C. de epis. & cle. l. præsbyteri. in gl. de abol. l. fallaciter Hodie aũt de iure nouissimo per auth. Friderici secus est, in feu. de stat. & consuet. §. statuimus. Præterea si mil. terrestrib. est concessum, multo fortius cle. C. de sacros. eccl.
25 l. sacrosan. † Quid de iudicibus & aduocatis, vñ, q̃ nõ possunt torqueri, sicut nec milit. ut C. de aduoca. diuer. iu. l. aduocati. Præterea sicut militibus est concessum, ne cõdemnati teneãtur, nisi in quantum facere possunt, ita aduocatis. ff. de re iud. l. milit. primo respon. in gl. Contrarium tñ obseruat. Sed quæro quid operetur fama in maleficijs, puta accusatur quis de homicidio uel alio crimine, accusator non probat nisi famã, & publicam uocem, vc3 q̃ accusatus illud maleficium commisit, nunquid ex tali probatione erit condemnandus? dico quod non, quia fama non sufficit, quare absoluet. C. de eden. l. qui accusare, nã in criminibus probationes debent esse clariores luce meridiana. l. sciant. C. de probat. l. qui snĩam. ff. de
26 pœnis. unde fama nihil aliud operatur, nisi quia confirma illas probationes illorum testium, qui nõ sunt exceptione maiores. Sed nunquid operabitur ut torqueri possit accusatus secundum iura communia? vñ q̃ sic, argum. C. eod. l. qui snĩam, & l. cum cognitionaliter, & l. milites, ibi inuestiganda. ff. eo. l. 1. in prin. §. diui. Sed hoc non credo uerum, quia fama probata posset quis torqueri, & in hac snĩa est dñs Lombardus Lupi, cum fama probata inducat indicium ad alia indu cia ut not. in q. quæ incipit, quid si non sit probatum, sup. eod.
27 † Quæro an ab interlocutoria qõnum absolutoria possit appellari, v. g. accusabam aliquem, petij ipsum torqueri, iudex interloquendo pronunciauit ipsum non forte torquendũ, ego uolo ab hac interlocutoria appellare. nunquid possum, vñ, q̃ sic. ff. de appel. l. 2. Imo iudex tenetur, l. præalle. si non recipiat appellationem, ff. de ui pub. l. lege iul. propter hoc ego peto æqualitatem, cum sibi permitteretur appellare si qõnaretur, ergo mihi permittitur appellare si pronunciaretur nõ quæstionandus. C. de fru. & lit. expen l. fin. Nam quantum ad indicia actor, & reus æquiparantur. ff. de re iud. l. 3. de off. pro consul. l. solutum. Item ab omni interlocutione per diffinitiuam snĩam nõ põt reparari, potest appellari. ff. qui satis. cog. l. ab arb. & de mino. l intra utile. sed hoc non posset reparari, ergo, & c. Item pro hoc quia captio permittit. non debet. l. metus, C. quod met. cau. ff. de auro, & arg. l. uxor. sed hic est captio mei, quia sic apparerer de calumnia mea, ergo appellatur, ut. ff. de ijs qui. not. infa. l. athletas. §. calumniatores. C. de aduocatis diuer. iud. l. 1. Item quia iste præuentus non poterit torqueri in causa appellationis, cum transiuerit in rẽ iudicatam. C. de postul. l. 1. Nam cum in prima non appellat, in secunda non est præiudicium. ff. quando appel. sit. l. fin. Pro hac parte non est quæstionandum, denegato mihi iure, ergo appellari põt, sicut supplicari. C. ne lit. pend. l. 2. & petitur restitutio ut. ff. ex quib. caus. maio. l. sed, & si per magistratum, de mino. l. ait prætor. §. 1. de appell. si quis prouocatus, & facit. ff. qui satis. cog. l. ab arb. in auth. de collat. §. finautem, aliquando pro hoc. ff. de appellatio. reci. l. 1. §. 1. quando appel. sit l. 1. in princ. Contra credo q̃ non possit appellari, quia a condẽnatoria tñ lex permittit appellationem, ergo non extendenda, arg. C. de procu. l. si maritus. ff. de appellat. l. cum in una. in prin. Item quia certi sunt casus a quibus ab interlocutoria põt appellari. Sed iste non est de illis, ergo, & c. arg. ff. de ijs. q̃ sunt sui uel alie. iur. l. patre furioso. C. de sent. l. final. quorum appel. non recip. l. ab executore. Nec est bona ratio si permittitur appellari a condemnatoria ergo ab absolutoria, quia fauorabilior est. ff. de regu. iur. l. fauorabiliores, & de adul. l. denunciasse l Adrianus. ff. de actio. & obl. §. fi. Item quia inconueniens sequeretur, si iudicium prolongaretur, quia aut dicitis q̃ a diffinitiua possit appellari, & tunc non põt reparari. C. de appel. l. si quis prouocatus, sed istud potest reparari in diffinitiua, ergo, &c. Nam põt esse, q̃ iudex pronunciauerit non quæstionandum, quia erat decurio, ut C. eod. l. decuriones. C. ad l. iul. maiest. l. null. Sed tu dicas, q̃ non erat decurio, & q̃ adhuc poterit appellari. ff. de interd. & releg. l. inter pœnas. Aut dicis, quòd non põt reparari, quia dicebat quæstionandum propter uiolentas præsumptiones, quia si dico q̃ absoluatur in causa principali poterit, & coram iudice appellationis quæstionari. Et q̃ non sit appellandum probo sic: sententia interlocutoria est præparatoria ad diffinitiuam, quia præsupponit diffinitiuam, & diffinitiua ad instar quasi videt se habere per ordinem ad principalem, & quia pronunciat super principali uidetur pronunciatum super ista. Sed absolutoria negocio principali, & quæstionibus sufficere, si uellet pronunciare super incidenti, idest super quęstionibus, C de ord. cog. l. 3. nam quasi omnes articuli processus trahunt ad diffinitiuam sententiam. ff. de mino. l. 3. §. 1. ergo non attendẽdum ad illam interlocutoriam sed ad illam principalem absolutionem: quia uidetur vt spectemus diffinitiuam sententiam super qua apellatur. ff. de noua. l. stipulatus, in fine. nam si appellatio admitteretur ut oĩum q̃ principalis remaneret in suspenso. ff. de mino. l. intra utile. C. quando prouo. nõ est necel. l. 1. ergo non faciam istam diuisionem, cum sine diuisione possit proced. argu. nulli. C. de iud. & quia ibi sunt duæ prouisiones, & una se habet ad aliam tanquam ad plenam spectatur illa. ff. quando appel. sit. l. 1. §. solum, & quia a quæstionibus non est incipiẽdum, ff. eo. l. 1. in prin. C. ubi senator uel clari. l. quoties, & ita procedatur ad iuramenti delationẽ, ff. de iureiur. l. iusiurandum. Sed pone iudex detulit iusiurandum, tu recusas, iuste potest procedi contra te, sed potest potestari quod possit appellare a diffinitiua: tunc ergo appellat. C. de leg. l. generaliter. §. sed autem, nam non debet suspendi talis causa. ff. de iud. l. per minorem. & de statu homi. l. pen. & h. d. lex. 1. §. fi. ff. nil. no. appel. pend. Nec obstat contrarium quando dicitur, q̃ generaliter actu, & c. concedo si potest reparari in diffinitiua, sed in eius appellatione non poterit, q̃ non quæstionetur, tamen non punitum puniam, non probatum probabo. C. de temp. appell. l. per hanc, & quòd aliud sit in absolutoria, quam in condemnatoria. ff. de re iud. l. inter pares. plures enim habemus quòd ubi est sententia non appellatur. C. de episc. aud. auct. si quis litigatorum, &c.

FINIS.

SOLEMNIS, VTILIS, ET QVOTIDIANUS Tractatus de Excusatore sine mandato, Excellentiss. V. I. interpretis, & magni practici domini Antonij de Canario.

SVMMARIVM.

1 *Excusator quis sit, & qualiter diffiniatur.*
2 *Excusatoris quale officium. Causæ quas excusator allegare habet quomodo intelligendæ.*
3 *Excusator sine mandato an possit esse minor etiam & mulier. Excusationum triplex differentia.*

Digitized by Google

D. Io. Ant. de Canario De excuſatore

4 *Excuſator ſine mandato ad quid admittitur, & quando contumacia abſentis Dei præſentia ſuppletur.*
5 *Iudex ex officio poteſt probationes inducere, & ſupplere.*
6 *Abſentiæ cauſæ cur in quacũque cauſa per excuſatorem poſſint allegari. Item & innocentia.*
7 *Excuſator quid differat a procuratore, defenſore, & nuncio. Nuncius eſt inſtrumentum quo uox unius uadit in alium.*
8 *Excuſator nomine cuius uerba concipere debeat.*
9 *Excuſator ſi non probat quod dicit, ad quid teneatur.*
10 *Exceptionem aduerſus excuſatorem quæ opponi poſſit.*
11 *Excuſator nunquid procuratorem poſſit conſtituere.*

EXcuſatoris materiam vtilẽ proſequor per duas particulas, quarum prima ponit quæſtiones concernentes excuſatorẽ ſine mandato ſimpliciter vſque ad q. 9. Secunda ponit quæſtiones concernen-
1 tes excuſatorem abſentiæ, vſque ad finem. Quæro igitur † primo quis ſit excuſator. Reſpondeo Spe. in tit. de his qui alie. not. in iud. inter. uer. excuſator. dicit, ꝙ excuſator eſt qui ſine mãdato ad cãm ad proponendas excuſationes, ſeu cãs abſentiæ non cauſas cauſæ admittitur, de elect. bonæ el 1. & Spec. in tit. de exc. dicit, ꝙ excuſator eſt is qui uenit ad proponendum cauſas abſentiæ alicuius, qui non poterat ratione ſui, vel cauſæ procuratorem conſtituere, uel qui uocatus erat, vt perſonaliter veniret, allegat prædictum uer. excuſ. de dolo, & cont. cum dilecti. Sed contra attende ꝙ in 1. diſt. dicit ſine mandato, non ideo dicitur, ꝙ cauſæ abſentiæ, per procuratorem allegari non poſſint, ſed quia ſi mandatum haberet ad proponendas cauſas abſentiæ foret procurator non excuſator. ff. de proc. abſens. & d. c. uenies. quod autem dicit ad cauſam, quia cauſa multis modis aſſumit, ut not. Io. And. in c. cũ dil. ſuper gl. cau. de acc. Et intellige pro iudiciali conflictu certarum perſonarum: quod dic. de uer. ſig. c. forus. in uerbo cauſa. Quod autem ſubdit. ad proponendas excuſationes, ſeu cauſas abſentiæ non cauſas cauſæ, minus reſtringit excuſatoris officium, quoniam non ſolum cauſas abſentiæ allegare poteſt, ſed etiam cauſas cauſæ patentes peracta. amplius & cauſas abſentiæ, vt dicam in ſequen. quæſt.

Quod autem vltimum dicitur, admittitur. intelligitur ſine mandato vt præmiſerat, & adde, ſeu venerit, vt in ſequen. deſcriptione, quia ſi non mittitur, uenire poteſt, ut in dicta ſeq. q. dicam. Quod autem in ſecunda deſcriptione dicitur, qui non poterat ratione ſui, uel cauſæ conſtituere procuratorem, vel qui uocatus erat, vt perſonaliter veniret, non eſt ſatis dictum, quia licet poſſit citatus conſtituere procuratorem ad cauſas cauſæ, uel ſit citatus ſimpliciter, ꝙ ueniat nõ perſonaliter, non ideo excluditur accuſator ad allegandum abſentiam, vel innocentiam, ut patebit in ſeq. q. Dic ergo vt prædicta effugias, ꝙ excuſator eſt ille, qui ſine mandato mittitur, ſeu uenit ad cauſam in iudicio ad allegandum cauſas abſentiæ, ſeu innocentiæ abſentis.

2 Secundò quæro, † quid ſit officium excuſatoris, ſeu quas excuſationes proponere poſſit excuſator ſine mandato, huiuſmodi. Reſpondit Spec. in tit. exc. in fi. remittens ſe ad Inn. in c. uenies. de acc. qui in prima glo. ut etiam ibi eum refert, & ſequitur Io. And. ſuper 2. glo. dicit quòd officium excuſatoris eſt allegare cauſas abſentiæ facti, de procu. quærelam. ff. de iud. l. ſi prætor. Ad cauſas cauſæ neceſſarius eſt procurator cum mandato, vel ſatiſdatione. Dicit tamen ꝙ poſt lit. cont. in ciuilib. uel criminalib. uel in alijs vbi proceditur, lite non conteſt. iudex antequam condemnet indefenſum contumacem admittet quemlibet allegantem iura cauſæ etiam minorem, & forte infamem. ff. de proc. l. ſeruum quoque. §. publ. C. de proc. l. exig. in fi. & in d. c. veniens. fuit admiſſus nõ habens mandatum, nec ſatiſdans, nec perſona coniuncta ad cauſas cauſæ. Cauſas vero intelligit, quæ colliguntur ex actis in eadem cauſa habitis. Non enim credit poſſe producere teſtes, uel inſtrumenta uel alias defenſiones cum procurator non ſit. Secus in cauſis abſentiæ quas probare poteſt, & admittitur etiam non ſatiſdans. Dicit etiam ꝙ excuſator non allegat cauſas abſentię de iure: puta, coram vobis non tenetur comparere, quia excommunicati eſtis, uel non valet, hoc. n. nõ per excuſatorem, ſed per ſeipſum, vel procuratorem proponere debet, de reſcr. ſuper literis. Io. Et ſecundum prædicta intelligitur dictum Guil. Anglici. quod idem Ioã. And. refert in tit. de defen. ſuper rub. dicens defenſorem ſine ſatisdatione admittendum ad allegandum cãs abſentiæ, vc3, intellige me-
3 ri facti, † quod dictum Inn. declarans Bar. in l. pen. §. ad crimẽ de publ. iud. in 2. par. illius. §. in materia excuſatoris permittit ꝙ talis excuſator qui non habet mandatum, non curat an ſit mulier, uel minor, vt not. in d. §. pub. Item non tenet ſatiſdare de rato. ita no. in l. in eo quod. §. 1. ff. de re. dub. & vult Inn. in d. c. uen. Et demum ſubdit, ꝙ quædã ſunt excuſationes neceſſarię, quæ impediunt reum venire, ut puta, eſt infirmatus, uel carceratus ab alio, uel non põt trãſire p iteritſtæ cãæ poſſunt allegari p quemlibet, nec requirit ꝙ caueat de rato, quia velit nolit. ꝑ ſic eſt. quędam ſunt excuſationes mãbiles, quæ eum excuſant a ueniendo probabiliter, põt tñ uenire ſi vult, vt puta, q̃ in loco habet inimicos, & ſic excuſatur a ueniendo, vt d. l. de ętate, ad Treb. de leg. 1. l. ſciendũ. §. 1. tñ ſi vult venire põt, tunc talis ſimplex excuſator non admittit ſine mãdato ad allegandum talẽ excuſationẽ, quia neſcit quid abſens ille uelit. Quædam excuſationes ſunt mere uoluntariæ, puta, quia tu non es merus iudex, hoc caſu ſi reus vult põt prorogare iuriſdõnem, iõ excuſator non põt proponere ſine mandato, cum hoc conſiſtat in uoluntate abſentis: ita intelligitur d. c. & dictum Inn. ſecundum Bar. Concluſio prædictorum eſt,
4 † ꝙ excuſator admittit ſine mandato ad allegandũ ꝙ abſens non põt comparere, ſed non ꝙ non tenetur. Amplius ex prædictis patet, ꝙ excuſator ſine mandato admittitur ad allegandum cãs cãæ, quæ colliguntur ex actis in eadem cã factis, eo caſu quo in abſentem põt diffinitiua ſnĩa promulgari, in qua cũque cã ciuili, uel criminali, ſiue excuſator hmõi, ſit maior, ſiue minor, maſculus, ſiue fœmina, & ẽt infamis, ſiue quis ſit abſens contumaciter, ſiue non contumaciter, & ſine *ſatiſdatione* per d. §. publ. & per d. l. exig. in fi. quia ſecundum *Inno.* quilibet admittitur ad allegandum, & docendum quid de iure partis, quia partis abſentis cõtumacia Dei præſentia ſuppletur. C. de iud. l properandum. §. cum aũt. Et iudex non ſolum pro ſe, ſed quemcunq; alium veritatem quærere debet. Sed Bar. in d. §. publ. dictum Inn. intelligit, ꝙ ubicunque põt ſnĩa diffinitiua ferri in abſentem, quantumcunq; ſit cã, ſiue ſit ciuilis, ſiue criminalis, pecuniaria, ſiue capitalis, quilibet admittitur ſine mandato ad oſtendendum de eius innocentia. Quod aũt d. §. loquat in eo qui uenit ſine mandato, uel cum mandato, maior ſit ſiue minor, maſculus, ſiue fęmina, ſeruus uel liber, cõiuncta perſona, uel non, patet in uerbo, a quibuſcunque defendi, & in uerbo, quemuis uerba facientem pro eo. Adde ꝙ loquatur in qualibet cã, patet ex principio d. §. qđ aũt loquatur contra allegantem innocentiam patet in uerbo: & innocentiam allegantem. hanc lecturam probat Bart. quia etiam nemine hoc petẽte iudex poteſt, & debet hoc ex ſuo officio facere, ut in auth. qui ſemel. C. qũo, & quãdo iud. ibi perquiſita ueritate. & in l. ampliorem. §. pen. C. de appe. licet gl. ibi dicat eſſe ſpãle in cã appel. Sed ſpãli eſt ꝙ in cã appellationis poſſit ferri ſnĩa in abſentem, & iõ iudex inquirit veritatem pro abſente, & ſi põt ſuo officio, multo magis quouis ueniente, & de innocentia docente. Et illud vĩ uelle Inno. in d. c. ueniens. Adde ut patet ex rõnib. allegatis per eum. in gb. Bar. fundat ſe in d. §. 6. Et ꝙ ex officio ſuo quando poteſt iudex ad diffinitiuam ſententiam deuenire, poſſit parte abſente probationes inducere, & ſupplere, tenuit Bar. in l. 1. C. ut quæ de. aduo. par. latius in l. 4. §. hæc autem. ff. de dam. infe. & in diſpura. ſua, quæ incipit, Iudex maleficiorum. & ff. de pœ. l. ſi nõ defendantur. & ff. de quæſt. l. 1. §. ſi quis ultro. Et ſi *dixerit, procurator* in cauſis a relegatione ſupra interuenire *nõ poteſt*, ut no. in d. §. publ. & d. §. ad crimen, & d. c. ueniens: *Reſpõdet* Bar. quemlibet admitti ad innocentiam, non ꝙ poſſit facere aliquid per quod abſenti præiudicetur: & ideo non admittit ut procurator qui nocet, & prodeſt domino, ut l. non ſolũ. ff. de proc. Sed tanquam quilibet ad informandum iudicem ſecundum cũm, in d. §. publ. & in d. §. ad crimen. & in extrauagan. ad reprimen. ſuper uerbo, legitime. Nam per excuſatorẽ huiuſmodi non deducitur aliquod ius abſentis, ſed ſolũ ius publicum dixit Bal. in reos. circa fi. C. de accuſa. quia pub. utilitatis eſt abſentes a quibuſcunque defendi, ut d. §. publ. Collige igitur quatuor caſus, ꝙ aut excuſator vult allegare cauſas cauſæ ſimpliciter. Aut cauſas cauſæ reſultãtes ex actis in eadem cauſa factis. Aut cauſas innocentię ex cã in qua ad diffinitiuam ſnĩam deueniri poteſt. Aut cauſas abſentiæ. Primo caſu non põt ſine mandato vel ſatiſdatione de rato, uel etiam cum mandato, & ſatiſdatione in cauſis a relegatione ſupra. Alijs tribus caſibus, poteſt, vt patet ex prædictis. Et attendendum ꝙ differt allegare cauſas cauſę reſultãtes ex actis, & allegare cauſas innocentiæ. Quia primo caſu admittitur excuſator in omni cã. Secundo demum in cã in qua poteſt ad diffinitiuam ſentẽtiam deueniri, quia vtrunque iudex nemine fauente, ſeu allegante ſimpliciter debet admittere; vt patet ex ſuperius alleg. omni enim caſu quo iudex tenetur ſeu poteſt, requirere ueritatem ex ſuo officio pro abſente, ẽt tenetur admittere quemlibet defenſorem, ut probant rationes Inn. & Bar. ſupradictæ.

6 Tertiò quæro iuxta ꝓxime dicta, † quare cã abſentiæ põt in quacunq; cã allegari, & innocentiæ demũ in cauſa in qua põt ad diffinitiuam ſnĩam deueniri. Reſpondeo, quia allegatio cauſæ abſentiæ excludit damnum contumaciæ abſentis, vt ea allegata, & probata cã differat, ut d. cã in q. 27. quę contumacia poteſt eſſe ẽt in cã in qua non poteſt ad diffinitiuam

ſententiam

Digitized by Google

sententiam contra absentem deueniri; & sic damnum contumaciæ quod multiplex esse potest. de dolo & cont. c. prout, & per totum, & in Spec. de contum. §. tunc dicimus. Allegatio autem innocentiæ excludit condemnationem rei vt dicam in quæst. 11. quę condemnatio locum habere nō potest nisi in casibus in quibus potest ad diffinitiuam sententiam deueniri, non autem excludit contumaciam, quia licet reus non teneatur, seu non deliquerit, nihilominus cōtumax esse potest, & damna contumaciæ pati.

7 Quarto quæro † pro nominis intelligentia, quo differat excusator a procuratore, defensore, & nuncio. Respondeo à procuratore differt, quia excusator sine mandato, ut dictum est in 1. qō. procurator cum mandato qui ad excusandum tantum constitui potest, ut ff. de proc. absens, & ad vnam rem ff. de proc. l. 1. §. 1. A defensore autē differt, quia excusator ad allegandum causas causæ resultantes ex actis in eadem causa factis, & innocentiam rei, & causas absentiæ vt dictum est in 2. q. Defensor autem ad totam causam, ut not. Spec. in tit. de his qui alie. not. in iud. inter §. 1. uer. defensor. De nuncio autem: quia excusator concipit uerba in psona sua, ut dicam in seq. q. Nuncius in persona domini. Nūcius est uelut pica, & organum quo mediante uadit uox vnius ad alium, & nihil per se agit, sed dominus per eum ue lut per epist. ff. de const. pec. l. qui autem §. fi. cum l. seq. ubi de hoc per gl. & Bart. & not. C. si quis alt. uel tibi. l. multum interest, in gl. in uer. potest & Spec. in tit. de proc. §. ut autē. uer. & not. q̄ large. Horum tamen nominum sæpe unum ponitur pro reliquo, & præsertim pro excusatore nam: sæpe excusator, idem procurator, ut d. c. ueniens, dicitur defensor, vt d. §. publ. in gl. magna, & in §. ad crimē, & in l. in eo. §. 1. ff. de reg. iur. Et dicitur nuncius, ut d. c. bon. de cl. & d. c. uen. de acc. Nam, & procurator dicitur nuncius, sed non econuerso, ut d, Spec. in uer. & not. Ponuntur proprie, & improprie secundum subiectā materiam, ut ex prædictis uerbis patet.

8 Quinto quæro, † qualiter excusator debet uerba concipere, an uidelicet in persona sui uel rei cuius absentiam vel innocentiam alleg. Respondeo, quòd debet concipere uerba nomine suo proprio. Cum ratione publicæ utilitatis non ratione utilitatis priuatę admittatur, ut d. §. publ. & humanitatis ratione, quia quilibet homo debet alij bene facere, ut ff. de fer. expor. l. seruus ea. Nam enim constituit cognitionē inter nos. ff. de iust. & in l. ut uim. & ff. de app. l. non tantum in uers. humanitatis ratione. & quod ibi no. in 1. gl. sicut dicemus in tutore. ff. de his quibus ut indig. l. tutorem, & C. eo. ti: l. polla. & qđ ibi not. in 1. gl. in uer. pupilli noīe, & in coniūcta psona. C. d̄ pc. l. exig. Dicēdo, ego dico Titū accusatū, seu in quisitū absentem ex tali causa iusta, & comparare nō posse, vel eum fore innocentē, & terminum ad probandum peto. Sanè, & si dicerem nomine, Titiū dico, &c. admitti deberem, vt d. l. non tantum, quia intelligeretur nomine Titiū id est, ad utilitatem Titij, ut not. in d. l. tutorem, & d. l. polla. si tamē simpliciter compararet, ut præmisi, malefaceret iudex cogere eum ad exprimendum quo nomine ageret, & comparere, ut dicit Inno. in simili. in ca. cum olim. de test. secundum Bart. in d. l. non tantum. Ego consueui dicere, comparat talis accusator, seu defensor sub proprio nomine, necnon excusatorio seu defensorio nomine Titij, & tanquam vnus de populo & pro interesse pub. & omni mel. modo nomine, & causa, & forma quibus magis, & melius possit, & debeat coniunctim uel diuisim, &c. uti si uno modo possit excludi alio non excludatur, & consuetudo in prædictis amittit defensorem, quocunque nomine compareat.

9 Sexto quæro † ad quid teneatur excusator, si non probat quod deducit? iudex super excusatione proposita potest procedere duobus modis. Vno modo super excusatione simpliciter procedendo ad instantiam excusatoris, & tunc excusator non probans, de calumnia venit condemnādus extra ordinem, sicut dicimus in denunciatore suam denunciam coram iudice prosequente. ff. ad Turp. l. ab accus. §. denunc. & ff. de cust. reo. l. diuus, vbi de hoc per Bart. & in c. fi. de cal. Ac etiam debet condemnari in expensis, sic condemnatur reus, ut no. C. qui accu. non possl. qui de crimine, cum suo nomine compareat, ut dictum est in prox. quæs. & sicut comparens in iudicio sine mandato. C. de procur. l. licet. & quod ibi not. per Doct. Alio modo potest procedere iudex ex suo offic. per inquisitionem propter illam excusationem quæ coram eo allegatur, & tunc perinde habetur ac si iudex ex officio suo mero, & simplici moueretur, & in nihilo excusator tenetur. Quinetiam non prohibetur eo casu excusator esse testis sicut dicimus in denunciatore, vt scripsit Bar. in d. l. diuus, quia dicto casu iudicium totum fundatur in inducе inquirente, qui tenetur, & potest perquirere veritatē, vt dictum est in præc. q.

10 Septimo quæro, † iuxta præmissa, quæ exceptiones opponi possunt contra excusatorem. Responsio patet ex dictis in præcedenti. q. quia si iudex procedit ad instantiam excusatoris opponi poterunt omnes exceptiones quæ opponi possunt contra personam accusatoris seu contra personam illius qui alieno nomine comparet, sicut dicimus in denunciatore, de accu. c. licet Hely. & tenet Bar. in d. l. diuus. & sic opponi poterit quòd est minore excommunicatus, & similis: ideo obstat. l. exig. in fi. C. de procu. quia est speciale ibi in filio secundum doct qui potest comparere sine mandato ad plenam responsionem in causa partis absentis, in quem poterat ad diffinitiuam procedi licet foret minor, ergo secus in alijs, & iudex ad instantiā accusatoris seu actoris, & ēt ex suo officio poterit talem excusatorem repellere, ex suo tamē officio poterit inquirere ueritatem, & sic ad sui informationem audire minorem fęminam, & quemcunque allegantem, & sic intellē lect. Bar. in d. §. pub. & quod dictum est in 2. quæst. Et ex his etiam, q̄ excusatorē primo modo sumptum iudex tenetur admittere. Secundo autem modo assumptum non, nisi ut informet, ut dictum est.

11 Octauo quæro † an excusator huiusmodi, possit constituere procuratorem ad excusationem propositam prosequendam. Respondeo q̄ sic, quando iudex procedit ad instantiam excusatoris cum ad eum causæ periculum spectet, licet aliud sit in procuratore, & tutore, qui ante lit. cont. pro curatorem non constituunt. C. de proc l. neque, vt concludit post multa argumenta, pro, & cōtra, Spec. in tit. de proc. §. 1. uer. sed nunquid defensor. qui licet loquatur in defensore qui satisdedit iudicatum solui idem in executore prędicto qui satisdare non tenet, ut dictum est in 2. quæst per rationes alle. per Spec. in d. ver. sed nunquid defensor. & in proxima quęst.

SVMMARIVM.

1 *Excusator sine mandato quomodo innocentiam proponere possit.*
2 *Absentis probata per excusatorem innocentia, quid habet facere iudex.*
3 *Innocentia per excusatorem in qua iudicij parte allegari possit.*
4 *Excusator nunquid possit à grauamine, seu sententia appellare. Excusator post latam sententiam comparens utrum possit à sententia appellare.*
5 *Excusator appellans pro eo qui ad supplicium ducitur, nunquid possit sine mandato prosequi appellationem.*
6 *Innocentia post sententiam in rem iudicatam transactam reo etiam inuito, an & quibus casibus allegari possit, & coram quo iudice.*
7 *Excusator absentis quæ excusationes meri facti possit allegare. 10.*
8 *Absentiæ causa iusta quæ dicenda.*
9 *Excusator absentis qui metu supplicij aufugit nunquid admittendus.*
11 *Abiens quis dicatur, & absentia quomodo probatur. 12.*
13 *Absentia sola nunquid probet impedimentum iustum.*
14 *Excusator absentis petens terminum citationis prorogari ut absentem inueniat quem nescit ubi sit, nunquid audiendus. Et quid si dicat se non inuenisse. 15.*
16 *Impedimentum puri, & meri facti absentis quomodo probetur. Et an sufficiat impedimenti semiplena probatio. 17.*
18 *Impeditus an teneatur excusatorem mittere, quid iuris si mittatur.*
19 *Item si non mittat.*
21 *Excusator allegans impedimentum facti præcisi nunquid audiendus.*
22 *Excusator in causa capitali, an satisdare debeat de præsentādo finita absentia causa.*
23 *Procurator cum mandato generali nunquid absentiæ causae proponere possit.*
24 *Absentiæ causa utrum possit inuito absente allegari & probari.*
25 *Excusator nunquid possit allegare eius absentiam contra quem petitur sententiæ executio.*

Secunda Tractatus particula.

NOna quęstio circa secun-

1 dam partem concernentem quæstiones allegantes causas innocentiæ † qualiter innocentiam poterit excusator iste proponere. Respondeo, illam per quam constet inquisitus de homicidio probare hominem qui dicitur occisus superuiuere, non autem posset proponere innocentiam per quam constaret delictum commissum quacunque ratione non punibilem, puta quia occisus potérat impune offendi, uel delictum erat præscriptum ex forma statuti, & similia, quoniam id non posset iudex ex suo officio reo non properante supplere, ut dixit Bart. ff. de pœ. l. absentem, in 4. q. in §. neque per excusatorem sine mandato id deduci, ut dictum est in q. 2.

2 Decimo quæro, † probata innocentia per excusatorē quid habet facere iudex? Respondeō q̄ habet reum absentē absoluere secundum Bar. in extrauag. ad reprim. super uerbo, ad receptionem, alleg. C. de iud. l. prop. §. inautem, & merito, quia constito de innocentia etiam nemine de innocentia proponente, debet iudex reum absoluere, ut ff. de pœ. l. si non

Digitized by Google

D. Io. Antonij de Canario De excuſatore

ſi non defendantur,& l.vnius. §. cogniturum.ff. de quæſtio. vt dictum eſt in 2. queſt,

3 Vndecimo quæro,† quando poſſit innocentia allegari. Reſpondeo in quacunque parte indicij etiam poſt publicationem proceſſus,& poſt concluſionem in cauſa,cum conſtita innocentia totum iudicium reſilit in iudice inquirente,ſeu in cauſa cognoſcente,ut tenet.Bar.ff.de q.l.1.§.ſi quis vltro,& l.4.§.hoc autem iud.ff.de damn. inf.& in d.l.ſi non defendantur.& in diſputatione ſua.Iudex maleficiorum,allegat.in 2.quæſt.

4 Duodecimo quæro,† an excuſator poſſita grauamine, ſeu a ſententia appellare.Reſpondeo à grauamine,ſeu à ſententia interlocutoria in cauſa excuſationis planum eſt poſſe appellare,quia ad eum cauſæ periculum ſpectat, ut dictum eſt in 6.q.Idem à diffinitiua ſi ſubſeri.excuſ.propoſito iudex ſententiam diffinitiuam promulgauerit eadem ratione, cū in ea appellationis cauſa poſſit grauamen ſuum releuare.ff. de appel.l.1.& grauato aliter appellatio ſit permiſſa C.ſi ut ſe ab hæreditate abſt.l.1.& de app.l & in maioribus.ff.de appel.a ſententia.Sed dubium eſt,an excuſator cōparens poſt latam ſententiam poſſit à ſententia appellare. Reſpondeo non niſi pro eo qui ducitur ad mortem, & intra tēpora quæ ad appellandum largiuntur,quo caſu etiam reo inuito quilibet humanitatis nomine appellare poteſt,ut l.uel non tantum.ff.de appel.ergo.C.de app.l.ad dictos,& C.de epi.aud.l. ad duos,qua humanitatis ratione expoſitata cōfertur dicto caſu beneficium in inuitum in d.l.non tantum,in glo.ult.& ff.de reg.iur.l.inuito,& co.tit.c.inuitum. lib.6.per Dyn. & ff. de neg geſt.l.ſoluendo.per Bar.quod intereſſe humanitatis non attenderetur in alio caſu,quo quis præiudicare poſſet, vt dictis iuribus no.

Decimotertio quæro,pro intelligentia præmiſſæ quæſtio
5 nis,& maiori declaratione noſtræ materiæ.† An excuſator appellans pro eo qui ducitur ad mortem poſſit appellationem proſequi ſine mandato? Reſpondeo pro cōcordia Bar. & Bal.qui uidentur in dicta quæſtione contrarij, dic quod ad plenam defenſionem non admittitur ne proceſſus excuſatoris præiudicet reo cui ius eſt acquiſitum per appellationem.ff.an per alium cauſa app.l.1.coniuncto d.§.ad crimen, ſicut in cauſa principali,& ſic loquitur Bal.in d l.addictos, in fin.C.de ep aud.ad allegandum autem,& probandum cauſas innocentiæ bene admittitur ſicut in cauſa principali. Et ſic loquitur Bal.in d.l.non tantū.dum ad prędicta alleg.Bart. in l.ſi non defendantur. ff.ad pœn.& l.1.§. pen. ff.de quæſt. Nam innocentia in cauſa capitalli etiam reo inuito allegari,& probari poteſt humanitatis ratione ut d.l.non tantum, & quod ibi not.in ult.gl.& dictum eſt ſupra.

Ex his patet quòd talis appellatio utilis eſt, quia deuoluit cauſam ad ſuperiorem coram quo innocentia allegari, & probari poterit, quòd non poſſet cauſa per appellationem non deuoluta,& quia cum mandato poterit proſequi cauſam ad plenam defenſionem ſicut in cauſa principali cum reus ſit in vinculis,ut dicit Bal.in d.l.addictos,& tenet latius Bart.in d.l.ad crimen,& quia ſi iudex a quo,vellet appellatio ne interpoſita ſententiam exequi, poſſet excuſator ei de facto reſiſtere, quia per appellationem ablata eſt iuriſdictio iudici à quo,ſecundum Inno.in ca. ſi quando.de offic deleg. quem allegat, & ſequitur Bald in d.l.addictos. de epiſcopali audien.ad hoc l. prohibitum. & quod ibi not. C.de iur.fiſc. lib.10.

6 Decimoquarto quæro,† An poſt ſententiam in rem iudicatam tranſactam,poſſet excuſator rei innocentiam allegare,& ſi poſſit coram quo iudice.Reſpondeo,quæſtio procedit in cauſis capitalibus in quibus poteſt innocentia, reo inuito,allegari,ut dictum eſt in duabus proximis poſitionib. quia in alijs facit ius.ff. de ſtatu homi.l.quantum. In quibus cauſis capitalibus poteſt allegari innocentia poſt rem iudicatam inuito condemnato per ipſum condemnatum.ff.de q.l.1.§.ſi quis ultro & in Spec.de accu.§ ſequitur,uer.ſed pone.licet hoc male Italici obſeruent.Dicit Io. And.ibi in additionibus ſic.Per quemlibet etiam poſſet illam ex ſuo officio iudex inquirere.Sed in innocentia probata non poſſet iudex abſoluere,quia non poteſt ſententiam corrigere.ff.de re iud.l.iudex poſtquam,ſed deberet principi reſcribere,uel petitionem dare in communi,quia cōmune non recognoſcit ſuperiorem,ut d.l. 1. §.ff.de quæſtioni. quod ibi not.per Bar.Coram autem iudice ad quem allegare innocentiam non poſſet.quia ad eum non eſt iuriſdictio deuoluta neque deuolui poteſt,cum ad appellandum tempora ſint diuerſa, vt dictum eſt in proxima quæſtione. Poſſet tamen excuſator per uiam ſupplicationis principem ſeu commune adire vt de iudice dictum eſt.

Decimoquinto.Circa tertiam partem quæſtionis excuſa
7 toris allegantis cāuſas abſentiæ puri, & præciſi facti† quas excuſationes meri, & prędiſi facti poſſit allegare. Reſpondeo illas quæ iuſtam habent rationem,ut d.l inter.& d.l.poe. §.ad crimen.ff.de publ.iud. Exempla patent in l.2. ff.ſi quis cautio.cum duabus legibus ſequentibus vſque ad §.quantū vt ſi ualitudine tempeſtatis maritimæ ſeu terreſtri,ut fluminis furore,detentione,carceratione,abſentia longinqua,puta vltra mare,& ſimilia,per quæ quis præciſe comparere nō poſſet uelit nolit,ut dictum eſt in 2.q. Omne enim impedimentum meri,& præciſi facti iuſtam abſentiæ rationem habet ut in d.2.q.dictum eſt: niſi cauſa impedimenti fuerit ut ſtatim dicam.

8 Decimoſexto quæro.† Quid ſi impedimentum meri, & præciſi facti contingit culpa abſentis,an cauſa abſentiæ dicatur iuſta. Reſpondeo, aut culpa eſt præordinata ad caſum contingentem, aut non:primo caſu cauſa abſentiæ non eſt iuſta. v.g.Si abſens facit ſe capi à magiſtratu uel detineri à priuato,ne poſſet comparere.uel ſuſpicione delicti ne citari poſſet fuit in partes longinquas, ut ſi.ſi quis cautio.l.2.§. ſi.ibi, nā ſi ipſe hoc affectauit uel cauſam præſtitit non proderit exceptio.Secundo caſu ſic,ubi abſens deliquit in loco in quo reſidebat,& propter delictum captus, & incarceratus eſt,à magiſtratu,uel tranſiuit per territoria hoſtium,& captus eſt,nam talis culpa non fuit prędordinata ad hūc *caſum* ſeu effectum, vt comparere non poſſet, vnde abſenti nō *eſt* imputanda, vt ff.ad l. Rhod. de iactu l.ſi vehenda.§.1.& ibi not.ff.de imp.in rebus dot.factis.Lan in totū,ſiue iuſte detineatur ſiue iniuſte,& ſiue per magiſtratum iuriſdictionem habentem,ſiue per priuatum,vt d §.ſi. in prin. per quem ibi hoc tenet Bar.& Spec.in tit.de acc.§.pen.verſ.item quæritur & melius.in uerſ.quod ſi quis.in additio.Io.And.ubi vult,q̄ defenſor poteſt allegare abſentiam bāniti dē alio maleficio, & propter ipſum maleficium abſentis.Sed ſi foret abſens ſuſpicione maleficij de quo inquiritur dicam ſtatim.

9 Decimoſeptimo q̄ro,† quid ſi de ſuſpicione delicti reus ſe abſentauit,& caſu contingente ſine ſui culpa comparere non poteſt:verbi gratia,delinquens timens propter delictum capitale de quo diffamabatur,ne caperetur, aufugit de ciuitate,& eius territorio,& fugit ad ciuitatem vicinam,ubi propter inimicitias poſt eius acceſſum ſurgentes inter ciuitatē originis in qua dicitur deliquiſſe,in illa ad quam ſe contulit captus eſt,& in carceribus poſitus.An allegans eius abſentiā per poteſtatem de maleficio inquirentem debeat admitti. Hic caſus, & ſequens in proxima quæſtione dederunt cauſam huic ſummulæ. uidebatur enim quòd ſic,quia culpa fugæ non tendebat ad inimicitiam, & capturam huiuſmodi, ut dictum eſt in præcedenti proxima q. Sed reſpondebatur quòd licet abſentia ſit excuſabilis propter culpam fugæ tendentem ad non comparendum,multa allegata fuerunt *pro* & contra. Finaliter puto quòd admitti debuit excuſator quoniam excuſatio puri,& præciſi facti admitti debet vt d. §.ad crimē,& dictum eſt in 2.q.& d.§ pub. non obſtante culpa fugæ,quia illa militaret ſi ſola adeſſet, ut dictum eſt in proxima q.Nam eo caſu ideo excuſator non admittitur, quia fugam affectauit,& cauſa fugæ fuit,ut d.§.ſi.Sed *caſus contingens* capturę eum excuſat quia illam non *affectauit neq;* cauſam præſtitit. Et ſi dicatur caſus contigit propter fugā, Reſpondetur quòd fuga non debet conſiderari,quia non tendebat ad dictum caſum,ut in proxima quæſt. dictum eſt, Rurſum fuga non reddit eum contumacem, confeſſum, vel conuictum,licet reddat eum de maleficio ſuſpectum, vt not.per Cyn.C.de rapt.uir.l.1.per Bar.in l.lex Corn.ff.ad ſyll. & per Io.And.in tit.de præſump.in §.ſpecies,uerſ. violenta in additio.Spec.& dixit plene in tract.de quęſtio.& torm.§. 2.q.7.& abſentia prædicta habet duplicem cauſam: abſentia videlicet fugæ, & capturæ prima iniuſta,ſecunda iuſta. Et ſufficit vna cauſa iuſta,ut d.l.inter.in verbo, iuſta rōne, quæ non tollitur per iniuſtā. Et quia ſi poſt primam citationem fugeret,oporteret eum iterum citari,nec illa fuga eum redderet contumacem pro alijs citationibus, vt not.de dolo, & cont.c.2.in gl.uidebitur,lib.6.C.quomodo,& quan. iud.l. ea quę.in fi.Oportet citari ergo,vt compareat, & comparere poſſit,& eius abſentiam allegari, nec fuga concludit neceſſario quòd citatus nolit comparere,& qui hodie fugiendo comparere nō vult,ſi erit citatus velle comparere poterit,quia voluntas eſt ambulatoria.ff.de adimen.leg.4. & ſufficit impedimentum facti abſque eo quod appareat, an velit comparere,ſi impedimentum ceſſaret,aliter non excuſaretur abſentia facti ſi voluntate, non quod iura non requirāt, vt d.l.inter.& d §.ad crimē.& d.§.publice,& d.c.ueniens, impedimentum igitur ſolius abſentię in caſu propoſito allegari non poteſt,ſed impedimentum captiuitatis ſubſecutæ pp inimicitiam inter dictas ciuitates exortum ſic.

10 Decimooctauo quæro, † retentis terminis qōnis proximę præcedentis,quòd ſi retentus,& captus non valens exire de carceribus alio modo promiſit ſub graui pœna non recedere de ciuitate, & fideiuſſores dedit,an excuſator allegās

deten-

Digitized by Google

detentionem,carcarationem,promissionem, fideiussionem huiusmodi sine mandato admittitur. Respondeo non, quia talia impedimenta non sunt meri facti,sed iuris, quæ allegari non possunt per defensorem sine mandato, vt dictum est in 2.q.Non enim dicto casu tenetur absens facto ꝓcise,sed obligatione de non recedendo, qua non obstante comparere potest si uelit,& forsan tenetur,cum propter delictum grauius,seu capitale citetur,de quo,de re iud.l.contumacia §.pœnes.& l.2.§.exhibendum. ff.de cust.reo. per Bart.in disputatione sua,statuto ciuitatis Lucanæ cauetur. Amplius idem foret dicendum si excusator allegeret regunamentũ guerræ inter dictas ciuitates exortæ,quoniam impedimentũ guerrę non est meri facti, sed iuris, dum non allegat, quòd non possit ꝓcise,sed quòd non tenetur propter guerram, vt dictum est. Quin etiam propter communes guerras patriæ non excusatur quis a comparẽdo,cum cõparere possit, maxime cum saluo conductu,tenent domini de Rota eorum concluſ.327.per d.c.delicti.in verbo,descrimina viarũ, de dolo,& cont.propter inimicitias autem personales, & capitales bene excusantur.ut lite non contest.c.accedens,de re iud.cle.pastor.illas tamen non posset excusator sine manda to proponere,quia non sunt meri facti,ut dictum est.

11 Decimonono quæro † quis dicatur absens. Respondeo absens dicit in proposito qui abest à ciuitate merum imperium habente,sicut olim à prouincia,de pœnis.l.absentem, in princ.C.de accus.l.absentem.C.de adul.si quondam.ff.eo. l.si maritus. §.l. Iul. & quod ibi not.Ad hoc vt quis dicetur absens facit quod scripsit Bart.ff.de damno inf.l.4.§. prætor ait,& l.quamuis.in 5.qõ. & de uer.obl.l.1.in prin.& d. §.lex Iul.& Bald.in l.fi.§.ubi autem,lo.1.C.de bo.quæ lib. ad hoc l.abesse ff.ex quibus cau.maio. & l.præses. cum seq. cum gl. fua.ff.de procur.

12 Vigesimo quęro,† qualiter probetur absentia huiusmodi.Respondeo,probatur per famam,vt no.Spec.tit.de accusatores.§.1.uer.sed quid si iste.Sola enim fama, & vulgi opinio sufficit in tali probatione dicit Bart. in extrauaganti ad reprimendum,in uerbo,per edictũ,per tex.in auth.de exhibendis,& introducendis reis.§.si vero,col.5.Item iudex potest,& debet de absentia se informare, & id examine,in quã terram abijsse dicitur per dictum tex.ex eo enim quòd dicit abijsse dicitur,apparet quod sufficiat sola fama,vel vulgi opinio,& potest se informare iudex etiam summatim,& parte non citata, secundum Bar.c.in dicto verbo,& per edictum. Rursum probari potest per discussionem fiendam per nuncium seu nuncios,nam sicut fit de bonis, ita de personis secundum Bar.in d.§.prætor & ff de lega.2.l.cum quidam. Ad hoc quòd dicitur in probatione negatiuæ in l.hoc iure.ff.de verb.oblig.per Bar.& de accu.c.super his,per Innoc.

13 Vigesimoprimo quæro, † an sola absentia probet iustũ impedimentum.Respondeo non nisi concludat iustam rationem,vt d.l.inter.§.ad crimẽ,& d.§ publice,& d.c.veniens. Iustam autem rationem concludit si ex illa insurgat impedimentum,vt comparere non posset,vt quia sit absens vltra mare,vel in loco ita remoto, quòd comparere non posset, ad se excusandum,vt dictum est in 2.q.& propterea oportet ꝙ probetur fama absentiæ in quam terram abijsse dicatur, vt dictum est in proxima quęstione,vt sic concludat necessario iustam absentiam,& absentiæ rationem, simplex enim probatio absentiæ nihil cõcluderet, velut incerta probatio de probatio.c.in præsentia. C.vnde liberi.l.non hoc, posset enim esse absens in loco vicino,& sic comparere posset; & processus notitiam habere, sicut dicimus de citato ad domum,vt subdam in quæstione 29.

14 Vigesimosecundo quæro, † iuxta præmissa. Excusator ignorans in quo loco citatus sit absens,comparet,& allegat absentiam,& petit terminũ citationis rei prorogari,ut possit inuenire absentem, quia ignorat vbi sit,an debeat audiri. Respondeo sic,faciendo primo fidem de citatione,secundũ ea quæ dixi in 20. quæstione, quo facto debet ei terminus assignari,vt eum inueniat,& ei denunciet,vt C.vbi de crimine agi oportet,auth.qua in prouincia,secundum Bart.in extrauaganti,ad reprimendum. in verbo,per edictum.

15 Vigesimotertio quæro,† quid si accusator dicit se diligenter inquisiuisse,& non potuisse inuenire ubi forẽt. Respondeo iudex procederet tanquã contra contumacem. Nã post illam dilationem,siue ueniat vel mittat legitime auditur, aliàs secus,vt d.auth.qua in prouincia. secundum Bar.d. verbo per edictum.

Vigesimoquarto quæro dictum est, qualiter probetur
16 impedimentum surgens ex absentia. † Qualiter probetur impedimentum meri facti absentis, pone carcerationis, & similium.Respondeo. Iac.de Aret. & quidam alij videntur voluisse ꝙ debeat probari plene per testes, vel instrumenta. ff.de re mil.l.3.§.qui,ad diem.& l.qui commeatum.6.quęs.1. præsentium.de res.in int.c.ex literis.Spec.in tit.de appellat.§. nunc breuiter. ver.quid ergo, videtur dicere ꝙ sufficiat iuramentum,quod tenuisse videtur Bart.ff.de excus.tut.l.scire oportet.§. sufficit,allegat de elec.quia propter.circa fi. ad qđ 22.q.1.c.1.& maxime cum vno teste.de proc. ex insinuatione,videtur enim ꝙ hoc casu sufficiat probatio semiplena,vt d.c.ex literis,& d.c.cum Berthol.lo. And.in d. ver. quid ergo,in addit.Spec. videtur velle ꝙ si probatio habet fieri de loco vicino requiritur plena probatio,aliàs sufficit iuramẽtum.Finaliter Gul.vt refert,& sequitur Bart.in l.2.§. quod diximus.ff.si quis cautio Host.Arch.& eo.And.in ca.1. de dolo,& cont.lib.6.tenet hoc relinquendum arbitrio iudicantis qui habet considerare qualitatem personæ, & impedimentum quod proponitur,& alia adminicula, & secundum qualitatem quandoque exiget plenam probationem, quandoq, exiget iuramentum.de iureiur.c.fi. & quod metus causa. ca. fin.& quod notatur.69.dist.tanta,in gl.ord.quod secundum præfatos Doct.quod etiam sanè intelligi voluerit. Iacob. de Aret.Spec.Io.And.& Bart.in præall.locis. Et prædicta procedunt,in prin.In excusatore autem si notitiam haberet absentiæ,& impedimenti per veritatem idem putarem, cum nomine suo compareat,vt dictum est in 5.quæstio. Si vero certam notitiam non haberet oportet eum probare per famam sicut de impedimento longinquo absentię dictum est in 20.q.uel ad alias coniecturas cum sufficiat probatio per coniecturas vt dictum est.

17 Vigesimoquinto quæro.† An sufficiat semiplena probatio impedimenti. Exemplum constat ꝙ per mare fuit tempestas,ita ꝙ non potuit tali tempore nauigari. Bart.in l.2.§. quod diximus.ff.si quis cautio dicit ꝙ nõ. Immo.debet probari quòd ipse de domo sua recessit, & tempore debito fuit ad mare,& eo tempore tempestas fuit in mari, propter quã fuit ita impeditus,quòd uenire non potuit. ff.de re mil.l qui commeatus.Vnde est consuetudo ꝙ in terris maritimis fiat protestatio, ꝙ propter impedimentum maris non possit trã sire,cum ipse sit ibi causa transeundi, secundum Bart.Quod dictum procedit quando ex alio facto uel non facto est præsumptio contra eum, quod si cessasset impedimentum non uenisset,ut in exemplo Bart.quo non accedens ad mare prę sumitur comparere noluisse, quia impedimentum compa rere uolentis absentem non excusat,sicut si alia præsumptio non resultat, ut quia sit in ciuitate iuxta mare posita, uel in carceribus,quia tunc sufficit probatio solius impedimenti, quia nemo prę sumitur defensionem omittere,ut dixi in 17. q.Tutum tamen foret quod protestaretur ut supra, ut dicimus in debitore ad certam diem, ut excusetur a mora per lapsum diei.ff.de consti.pec.l.item illa.per Bar.

18 Vigesimosexto quæro, † An impeditus huiusmodi tenea tur mittere excusatorem, attende ꝙ procedit quando non tenetur mittere excusatorem quod est regulare de quo per Doct.C.de rest.mil.l. 1. & 2.§.si quis in iud. ff. si quis cau.per Gul.& Bar.de proc.c.quær.& de dolo & cont. c. cum dil. & per Doct.& glo.Respondeo sic,ut notatur in c.quær. in glo. in uerbo,detentus,& in d.c.cum dilecti.in glo. magna super uerbo,Responsalem.

19 Vigesimoseptimo quæro.† Quid si excusator mittatur vel ueniat,& probet iustam rationem seu iustum impedimentũ absentis? Respondeo iudicium differtur.ff.de iud.l. si prætor. ff.si quis cautio.l.2.§.si quis in iudic.de elect. bonæ. de dolo & cont.c.cum dilecti.& d.c.ueniens.

20 Vigesimooctauo quæro † Quid si non mittit excusatorẽ uel non ueniat excusator pro absente. Respondeo siue non mittat,quia non possit,siue non mittat quia negligit, tenet processus contra absentem,sed rescinditur per restitutionẽ. Sed si compareret excusator, & de iupedimento doceret processus foret ipso iure nullus ut not. ff.de re iud.l.quæsitũ per gl.& Bar.in d.l.2.§.si quis in iud.& in d.c.quær. & in d.ca. cum dil.

21 Vigesimonono quæro, † Quid si excusator allegat quòd citatio non potest peruenire in notitiam absentis, uel aliud impedimentum præcisi facti,iudex ultra procedit. An ualeat processus. Respondeo sic,nisi excusator obtulerit se probaturum,& iudex contempserit.de appel.c.interposita. Saluum tamen est ius parti petendi restitutionem ex causa iustæ absentiæ,C.quomodo & quando iudex.l.ab eo. ff. de in integrum rest.l.fi.& ibi notatur.Non enim est necesse ad ualiditatem processus,quòd citatio perueniat in notitiam citati nisi iudici constet de impedimento, uel per eum steterit quo minus constaret secundum Bart.in extrauaganti,ad reprimendum.in uerbo,neglexerit.

22 Trigesimo quęro.† Excusator in causa capitali allegat cãs absentiæ,iudex vult ꝙ satisdet de illo præsentando tempore quo iusta causa absentiæ poterat esse finita. An ad id teneat. Respõdeo non, quia nulla lex hoc dicit Facit.ff.de coll.illic. l.3.in fi.de transc.2.de sent.ex communis qui.lib.6.secundũ Ioan.And.hanc quęstionem latius prosequentem. & ut præ

mittitur

Digitized by Google

mittitur concludentem in ti. de defenſore ſuper rubr. in additionibus Spec.

23 Trigeſimoprimo quæro.† Abſens impeditus impedimẽto puri facti conſtituit procuratorem ad agendum,& defendendum in cauſa capitali ſed non excuſandum ſeu allegandum cauſas abſentiæ. An poterit illas cauſas proponere. Reſpondeo ꝙ non habet dubium, quia ſi poteſt ſine mandato, multo fortius cum mandato generali. Sed dubium foret an poſſet cauſas abſentię iuris proponere cum ad eas proponendas non fuerit expreſſe,& ſpecialiter conſtitutus, quod non facit ad noſtrum opuſculum quo ſolum de excuſatore ſine mandato agimus. Domini tamen de Rota eorum cõcluſione 326. tenent quod ſic. Adde rationem, quia ſi habẽs certam formam mandati fecit aliquid quod valet, non eſt contra ſed iuxta mãdatum, vt ad propoſitum dicit Io. And. in tit. de excuſatore, ſuper rub. in Spec.

24 Trigeſimoſecundo quæro,† An cauſę poſſint contra voluntatem rei allegari, & probari. Reſpondeo non, cum per allegationem cautarum abſentiæ ſola contumacia excludatur vt dictum eſt in 26. q. quę contumacia volente reo excludi non poteſt. Sicut dicimus in coniuncta perſona quæ contra voluntatem domini non admittitur, vt notatur in Spec. de con. perſuerſ. licet autem, & verſ. item quod agit contra voluntatem, licet ad allegandum cauſam innocentiæ excuſator reo inuito admittatur. ff. de pœ l. ſi non def. ff. de q. l. 1. § ſi quis vlt. patet ex dictis in 12. q. cum duabus ſeq. Ratio diferentiæ eſt, quia pœna contumaciæ reſpicit annotationem bonorum ſeu damnum burſale, pœna innocentiæ reſpicit perſonam cuius correus dominus nõ eſt, ff. ad l. lib. homo. ff. de appell. non tantum. Si tamen pœna nocentis reſpiceret burſale damnum non poſſet abſentia innocentiæ allegari inuito abſente, quia poteſt pati ſe damnari. Rurſus ſi abſens poſſet damnari ad mortem ex forma ſtatuti, non poſſet proponi cauſa abſentię eo inuito; quia cauſa abſentiæ non excludit delictum, ſed innocentia ſic.

25 Trigeſimotertio. † An excuſator poſſit allegare abſentiã eius contra quem petitur executio ſententiæ. Aduerte pro deciſione huius quæſtionis Io. And. in tit. de exec. ſent. §. fi. ſuper uer. 12. in additionibus. Spec. quærit an petens executionem ſententiæ neceſſe habeat admittere defenſorem qui offert pro condemnato, & poſt argumenta pro, & contra, cõcludit per l. 1. ff. de fide inſt. l. fideiuſſ. pro uend. & l. an tamen, in prin. ff. de iud. ſolui. uer. condemnato fideiuſſore reus ad defenſionem non admittitur, quod admittitur ſi facere uelit, ꝙ facit dominus, & aliquantulum plus ſcilicet ſatisdare. Et ſi hoc faciet recte defendet. ff. de proc. l. ſed & hæc. §. def. & l. fi. de iud. l. recte def. Sed dominus aut ſolueret, aut annullaret ſententiam. Ad hoc ergo faciendum admittendus eſt defenſor. Audiet ergo dicens actorem habere rem petitam vt ſequitur uer. 17. uel ſi aliam exceptionem doli opponere ſit paratus, & probare. In his enim & ſimilibus hoc expreſſo a iudice in alijs non, ſed fiet executio. C. de app l. ſi contra maiorem. ſi enim uellet litem conteſtari ſuper actione iudicati, uel facere ꝙ dominus non poſſet, non admitteretur ſecundum Io. And. Ad propoſitam ergo quæſtionem ſi excuſator allegaret cauſas abſentiæ neceſſarias, quas allegare poteſt, vt dictum eſt in 2. q. ad finem, ꝙ condemnatus poſſet apponere, & probare exceptiones quæ ſententiam aunullarent, uel ad finem ut ſolueret audietur, aliter non. Opponere autem illas excuſator non poſſet ſine ſatisdatione de rato. Et merito, quia aliud eſt allegare abſentiam ad finem differẽdæ executionis quod licet. Aliud opponere exceptiones doli metus & ſimilia propter abſentiam, ad finem tollendæ executionis, quod non licet ſine mandato, uel ſatisdatione, quia neſcio an dominus uelit opponere, ut dictum eſt in 2. q. Poſſet tamen probare quòd ſententia fuerit ſatisfacta nobis fiat executio, ſicut in principali poteſt probari debitum quod petitur ſatisfactum in cauſa in qua ad diffinitiuam deueniri põt, per ea quę dicta ſunt in c. 2. q. & 3. Et ſi probaret pronunciaretur ſententiam non mereri executionem ſicut in principali abſolueretur reus, ut dictum eſt in 10. q. Et ſi non probaret puniretur, & condemnaretur in expenſis, ut in principali dictum eſt in 6. q. Conclude, ꝙ excuſator admittetur ad allegãdam abſentiam ut dominus poſſit opponere exceptiones ſibi de iure, uel ſecundum formam ſtatuti competentes contra ſententiæ executionem, non alias, ut dixi.

Explicit per prædicta tract. de Excuſ. ſine mandato. æditus per eximium, ac præclariſs. V. I. D. D. Antonium de Canario, cuius anima requieſcat in pace, quẽ edidit Anno Natiuitatis D. N. Ieſu Chriſti. 1446

Sequuntur duo conſilia in eadem materia, Excuſatoris, quæ cum reperirentur ſcripta in copia, in fine ſupraſcripti tractatus, Cum ſint excellentiſſ. Doct. conuenicns uiſum fuit imprimere.

Conſilium D. Mariani Socini Senen. ſuper Excuſatore abſentis recipiendo.

OMnipotens Deus adſit, Spiritus ſanctus illuminet intellectum. Prædictam dubitationẽ in huiuſmodi caſibus per Senenſes iudices ad punienda maleficia deputatos frequenter fieri intellexi. Apud quos ex duplici capite dubitatio oriebatur. Primo per ea quæ traduntur in l. penult. §. ad crimen. ff. de public. iud. & in l. ſeruum quoque. §. pub. ff. de proc. in c. uen. de acc. ubi hanc materiam latiſſime tractaui. & in l. reos. C. de accuſ. Secũdo oriebatur dubitatio uigore prædicti ſtatuti diſponentis qđ teſtes non poſſint produci niſi per principales, & in præſentiarum recordor, ꝙ in quatuor cauſis obtinui, ꝙ admitteretẽ quis ad probandum innocentiam abſentis ratione intereſſe reip. cuius intereſt potius nocentem abſoluere quàm innocentem condemnare. ut l abſ. ff. de pœ. & in d. l. reos cum ſimi lib. Prima fuit quędam cauſa Saluatoris de Petra Mala, qui ſuper platea interfecit Ludouicum de Forliuio conductorem gentium armorum, quem dominus Thomas Doccij. & ego defendimus faciendo comparere defenſorem pro ſuo principali intereſſe reip. ne innocens condemnaretur, & ſic fuit liberatus, & apparet liberatio, & abſolutio in archiuo publico. Secunda cauſa fuit cuiuſdam Nicolai Antonij mannumiſſi, qui adhuc uiuit, & mihi uicinus. Et ſi nunc eſſet in ciuitate ſcio ꝙ habet proceſſum, & conſilium meum pẽnes ſe, ꝙ ad uos tranſmitterem, & pro poſſe conabor cras habere. Tertia fuit cuiuſdam Antonij mediarij Gaſparis Petri de Verdellis. Quarta fuit duorum Mediariorum Benedicti Blaſij Roberti, qui interfecerunt quendam virum ſatis robuſtũ, & fortem, qui uocabatur Nanes de Surra. quorum omnes abſolutiones poſſumus uidere in archiuo publico Bicherne. Et ſi diceretur non eſſe iudicãdum exemplis, ego fateor, ſed tamen hoc dixi, ut cognoſcatur ſtilus, & practica. immo etiam conſuetudo quæ eſt optima legum interpres. ut l. minime, & l. inueterata. ff. de legat. in c. dil. de conceſſ. præbẽdæ cum alijs vulgarib. Sed omittẽdo exempla dico quòd iſtud eſt clariſſimum de iure quoniam, quotieſcunque contra abſentem poteſt procedi ad ſententiam diffinitiuam admittitur excuſator pro abſente, ne abſens indebite condemnetur. Hoc uoluit Do. Ant. de Butr. in d. c. ueniens. per c. ſuper his. de accuſ. Vnde licet non poſſit interuenire procurator, tamen poteſt interuenire excuſator. Admittitur enim defenſor abſentiæ inſtructor, ſeu informator iurium abſenti competentium. uoluit Rip. de Sal. in d. l. ſeruum quoque, in §. pu. & Bar. de Sal. in d. l. reos. C. de eccuſat. Quinimmo Dyn. in d. l. pen. §. ad crim. ff. de pub. iud. fortius uoluit quod in omnib. caſibus in quibus ex forma ſtatuti proceditur contra abſentem ad pœnam capitalem, poteſt non ſolum excuſator, ſeu defenſor interuenire, ſed etiam procurator, quam ſententiã etiam tenet Io. And. in add. Spec. in tit. de proc. §. 1. uer. item quod cauſa eſt criminalis, quaſi in fi. & ſic dicit tenuiſſe Iac. de Are & Dyn. conſuluiſſe. Et prædictam etiam opin. ſequitur nouiſsime Ioan. de Imol. in d. §. ad crimi. Sed quia conſtaret prædictum ſtatutum, quia procurator non poſſet producere teſtes. Ideo obſeruabimus quod cõpareat unus de populo pro ſuo reipub. intereſſe ne abſens indebite damnetur, qui non admittitur ad negandum, ſed ad confitendum factũ put geſtum eſt, vc3 homicidium, mutilationem, uel quid ſimile, uigore cuius confeſsionis res publica, & iudex inquirens habet fundatam intentionem ſuam. Et ſic ceſſat illud ꝙ pro abſente non debet admitti, quia non poteſt uideri qua trepidatione, quo colore, quo pallore, titubatione, ac uariatione reus loquatur: quia prædicta procedunt quando comparens negaret, ſecus ſi confiteretur, quia eo caſu ut dixi fundata eſt intentio curię. Et ideo debet talem excuſationem, & defenſionẽ pro intereſſe reip. admittere, & omnibus modis debet perquirere ueritatem per notata 30. q. 5. c. iudicantem. & in auth. qui ſemel. C. quomodo, & quando iudex. & in l. amp. C. de app. & licet gl. ibi dicat quòd ſit ſpeciale in cã appellationis, tamen Barto. ibi tenet contrarium: facit etiam quod notat Bur. in l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de dam. inf. & quod notatur in l. ſi non defend. ff. de pœ. & 33. q 8. c. occidit, & l. 1. §. fin. ff. de quæſtio. & in l. qui cum maior, §. lib. & §. ſeq. ff. de bon. lib. facit, l. pen. ff. de int. act. Dixi latiſsime in d. c. uen. Vnde concludo quo ad terminos noſtros ꝙ ſolitus ſum dare triplicem formam ad defendendum innocentem, & euadendo formam prohibitiuam dicti ſtatuti. Prima eſt quã ſtatim dixi, quia comparet unus pro ſuo reip. intereſſe, & cõfitetur talem inquiſitum commiſiſſe homicidium prædictũ, in inquiſitione contentum, ſed licuiſſe ſibi ratione defenſionis, uel quia bannitus &c. Nam hoc caſu clariſsimum eſt quod ipſe dicitur principalis, & ſuo nomine dicitur produ-

cere

Digitized by Google

cere testes. Secunda practica est, quod ipse excusator reddit iudicem inquirentem certiorem, & iudex ipse ex officio suo citet, & examinet testes, quia hoc facere debet per iura superius allegata. Et quia cum uertatur publicum interesse debet super hoc impartiri officium suum vt traditur in d. §. hoc autem iudicium, & in c. ad nostra. de iureiu. & notatur in l. proper. §. sinautem reus. C. de iud. Tertia practica est, vt ipse iudex instante excusatore, vel ex officio suo mittat ad locum in quo inquisitus degit, & scribat iudici illius loci, & recipiat testes quos inquisitus producere uoluerit, & sic cōsultus ex prædictis concludo, & de subscriptione requisitus.

TRACTATVS DE TORMENTIS, SECVNDVM Oratores, ius diuinum, & ciuile: Francisci Casoni Iuriconsulti Opitergini.

SVMMARIVM.

1 *Tormentis, humanitatis, religionis, & Iurisconsultorum argumenta repugnant.*
2 *Tormentis, & quæstionibus non semper fides est adhibenda.*
3 *Tormenta multi populi renuerunt, quia plus mali, quàm boni ciuitatibus attulerunt.*
4 *Tormenta, & quæstiones, nisi certis in rebus interponi antiqui noluerunt.*
5 *Iudices abhorrere debent tormenta, nec facile ad ea prosilire, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs.*
6 *Indicia sufficientia ad torturam cognosci possunt, licet de eis non possit tradi certa doctrina.*
7 *Indiciorum loci, & origo, rem ipsiue.*
8 *Indicia ad torturam debent esse talia, ut suspectus sit reus, & alia argumenta, ita probationi admoueantur, vt sola confessio deesse uideatur.*
9 *Confessioni rei ne credant iudices, licet sæpius ratificatę, nisi ipsa confessio fuerit per signa declarata.*
10 *Torquendi arbitrium iudices sibi arrogare non debent, quia nullum arbitrium habere possunt, nisi pro reo.*
11 *Intellectus l. quæstionis modum. ff. de quæstio.*

De periculo tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. I.

1 TOrmentis, & humanitatis, religionis, nec non I. C. argumenta repugnant. In primis exordiendo ab orbe condito exempla diuina non desunt. Etenim absque tortura reos, 2 aut condemnatos, aut liberatos fuisse constat. Deinde † secundum *l.* C. quæstionibus fidem non semper, non tamen nunquam habendam constitutionibus declaratur: etenim res fragilis est, atque periculosa, & quæ veritatem faliit. Nam plerique patientia, siue duritia tormentorum, ita tormenta contemnunt, vt veritas ab eis exprimi nullo modo possit. Alij tanta sunt impatientia, vt in quouis mentiri, quàm pati tormenta velint. Et ita fit, vt etiam vario modo fateantur, & non tantum se, uerùmetiam alios criminētur. l. 1. ff. eo. Quā- 3 obrem † multi populi tormenta renuerunt: quia plus mali, quàm boni ciuitatibus attulerint, & eorum pernicie plures innocentes, quàm nocētes damnauerint. Et hodie in regno. 4 Aragoniæ non torquentur rei. Præterea † legitur maiores voluisse nisi certis in rebus interponi quæstiones: cum, quæ vere dicerentur sciri, quæ falso in quæstione pronunciarentur, refelli possent hoc modo. Quo in loco quid positum sit: & si quid esset simile, quod videri, aut aliquo simili signo percipi possit, vide Auth. lib. 1. ad Heren. Quamuis supradictæ sententiæ verba vetustis in codicibus aliter, ac in nouis legā- 5 tur. Reliquum † est ergo, vt iudices, aut abhorreant tormenta, aut non facile ad ea prosiliant, nec in omni causa, nec in omni persona, nec quibuslibet indicijs. Et licet (vt dicūt om- 6 nes) non possit dari certa doctrina, potest tamē † dari aliqua via ad cognoscendum indicia sufficientia ad torturā. Bart. 7 in l. fi. ff. eo. De locis & origine indiciorum dictum est in opere de indicijs, per quos locos videre est quid in quacunque re verum sit, & quid verisimile, atque probabile: Et maiori ex parte unusquisque contector est ueri. Sed ultra prędicta indi- 8 cia † debent esse talia ad torturam, cum suspectus est reus, & alia argumenta, ita probationi admoueātur, vt sola confes- 9 sio deesse videatur Et confessioni † ne credant iudices, licet sępius ratificatæ, nisi dicta confessio fuerit per signa declarata. de quibus signis dicetur, in c. 20. quod est māxime notandum in hac materia. Est, & communis † error iudicum putārium torturam esse arbitralem, quasi natura corpora reorum arbitrio suo ad lacerandum crearit. Contra quos dico, 10 & quando esset simpliciter arbitrium (quod tamen non conceditur) tale arbitrium reduceretur ad ius commune, secundum Aug. in l. 1. ff. de testa. mili. Et omnes scribentes consentiunt. Vlterius dico, & iura loquentia de arbitrio intelliguntur contra accusatorem, non contra reum, videlicet, iudicē posse desistere, & supersedere a torturæ propter periculum, & fragilitatem torturæ, non autem excedere modū, de quo modo lex disposuit, vt in l. 1. ibi, quando, vel quatenus faciendum sit uideamus. ff. eod. Et ita † intelligitur lex, quęstionis 11 modum. eiusdem tit. dicente Iurisconsulto, ibi. Itaque quęstionem haberi oportet, vt seruus saluus sit innocentiæ, uel supplicio.

SVMMARIVM.

1 *Ad tormenta non est deueniendum, nisi constet de homine mortuo, & de cadauere, & de vulneribus.*
2 *Cadaueris, & eius vulnerum inspectio spectat ad peritos, & non ad iudices, propter periculum iudicandi.*
3 *De ictu, & vulnere standum est in arte peritis. Et ad hoc duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto unius.*
4 *Contra latrones proceditur ad torturam, licet de delicto non constet. Et quæ sit ratio?*
5 *Confitens occidisse aliquem, an sit damnandus, si non constet de corpore, uel id non sit verisimile?*
6 *Torquere aliquem si non constet delictum, exemplo pernitiosum est, quod etiam procedit in accusatis de furto, & ueneficio.*

De non torquendo reo, nisi constet de delicto. Cap. II.

Imprimis sciendum est non 1 † deueniri ad tormenta, nisi constet de homine mortuo, & cadauere, nec non de vulneribus, & quæ mortifera sint, & quæ non, & in qua parte corporis, & quo genere armorum. 2 Et talis † inspectio spectat ad peritos, licet a multis iudicib. fiat, quæ tamen fieri non debet propter periculum iudicandi, cum rei damnentur secundum dictum suum, in puris tamen rixis: & de ictu † stādum est in arte peritis. Hoc amplius 3 duo requiruntur medici, licet de consuetudine stetur dicto vnius, uide Bar. & Hipp. l. fi. ad l. Corn. de sic. Abstineāt igitur Iudices maleficiorum a tali prophana consuetudine, vt dictum est in opere, de indicijs. c. 2. In quibusdam † tamen ca- 4 sibus, licet regulariter torqueri, nec etiam inquiri possit, nisi constet de delicto, procedit ad torturam, vt puta in latrones, qui abscondunt cadauera eijciendo in flumina, aut mare. 5 Vnde si † reus confiteatur occidisse aliquos ignotos, damnabitur, licet non appareat corpora fuisse interempta, vide Brun. in gl. sexto principaliter, vbi dicit fuisse iudicatum in ciuitate Senensi. Limitat tamen hoc non obseruari, quādo nō esset uerisimile propter distantiam loci, vel bonam famam criminati. Sed ego in hoc casu dico, reum non damnari, nisi constet de certa persona, & indiuiduo, uel saltem constet de certis signis, quia delictum debet verificari, ut infra dicetur, de uerificanda confessione, vt puta de vestimentis, uel pecu- 6 nijs ademptis occiso. Exemplo † enim pernicioſum est torquere, nisi constet delictum. Legitur enim seruum. M. Agrij argentarij insimulatum occidisse Alexandrum Titi Fannij seruum, eoque nomine tortum confessum facinus, supplicio affectum, paruulo tamen tempore interiecto, ille, cuius de nece creditum erat, domum redijt, vide Val. Max. li. 8. de q. c 4. Et quod dictum est de homicidio, extende ad furta, licet hoc tempore iudices statim, & aliquis dicit, sibi aliquid furto subtractum, torqueant suspectos. De tali errore, vide Brun. in gl. circa quartam. Idem si quæstio erit veneficij, constare debet veneno necatum. De hoc dictum est in opere de indicijs, cap. 3.

SVMMARIVM.

1 *Processu non formato non deuenitur ad tormenta, & an id procedat in manifesto, & notorio criminoso, & in inuento in flagranti crimine?*
2 *Accusatus, uel inquisitus si recuset respondere accusationi, uel inquisitioni, potest torqueri etiam sine indicijs ad eruendam responsionem, ut possit procedi.*
3 *Reos ter interrogatos non respondentes accusationi, perinde ac confessos Brutus damnauit, cuius tamen opinio non est seruanda.*
4 *Rei ad torturam ducti, & interrogati quid sciant de tali re, si respondeāt dixisse. Et interrogati, quid dixerint, respodeant, esse scriptum, & aliud responsum dare nolint, an possint torqueri, dōnec iudici aliter respondeant.*

De

Digitized by Google

Fran. Casoni Opitergini, De tormentis

De non torquendo reo nisi formato processu, & de errore iudicum. Cap. III.

1 Non formato processu non deuenitur ad tormenta, nisi in manifesto, & notorio crimino so, & inuento in flagranti crimine, quo casu de facto procedituꝛ. Et secundum multos scribentes ex hoc solo dicuntur esse conuicti, & de facto possunt puniri. argu. l. unicę. §. 1. & quæ ibi not. C. de rapt. uirg. & gl. in l. ictus fustium. ff. de his q̃ not. inf. Sed hæc opinio non placet quia licet quis confiteatur crimen, debet tamen moneri suas facere defensiones, prout dicetur infra de confessione spontanea. Eo magis in supradicto casu, & in quocunque alio oportet formare pro-
2 cessum, antequam deueniatur ad torturam. Fallit † tamen quando reus inquisitus, siue accusatus recusat respondere accusationi, siue inquisitioni: tunc enim torquetur, etiam sine indicijs, non ad eliciendam confessionem, quia non formato processu nihil agi oportet, sed ad eruendam respõsionem, affirmatiuam, siue negatiuam, vt possit procedi, vide Bal. in l. si accusare. C. qui accusare non pos. Sed uoluntaliqui reos recusantes respondere, tanquam confessos damna-
3 ri. Legitur, Brutum † reos ter interrogatos non respondentes accusationi perinde ac confessos damnasse uide Plutarchum in uita Publ. in prin. Sed hæc Bruti opinio non est obseruanda, nisi forte in reo criminoso, vel in inuento in flagrãti crimine. Sed aliquando contingit ꝙ postquam acceptum
4 est constitutum † a reis de plano, si ducuntur ad torturam, & interrogantur, quid sciant de tali re, respondent, dixisse. Interrogati, quid dixerint, respondent, esse scriptum, & aliud responsum nolunt dare. Hoc casu quamuis indicia sint leuia, poterunt tamen torqueri, donec respondeant iudici, quia te nentur respondere, & replicare. Simile contingit hoc anno in quibusdam incendiarijs, ex quorum responsione, acce-dentibus quoque alijs non leuibus indicijs, extraordinaria pœna cõdemnati fuerunt, Prætore Marco Antonio Geno, Patritio Veneto, ac præclare indolis iuuene, vt de eo omne bonum sperari, ac expectari possit.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri non debet reus non publicato processu.*
2 *Testes non publicati non inducunt aliquam probationem concludentem, quia eorum dicta possunt per oppositiones minui, ac tolli per aliam probationem etiam contrariam.*
3 *Indiciorum copia debet dari a iudice ante torturam, licet iudices captos statim torqueri hodie iubeant, quorum obseruantia nulla lege nititur.*
4 *Reus ex eo, quia captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuincatur.*
5 *Reus ante torturam est audiendus, quia potest tale quid probare, quo probato non deueniretur ad torturam.*
6 *Cautius est agendum in causis criminalibus, quàm in ciuilibus, & in eis forma iudicij est fortius obseruanda.*
7 *Testium nomina dictaque, & depositiones sunt exponenda reo, ut cõtra dicta, & personam testis possit opponere, & excipere.*
8 *Iudex tenetur inquirere de conditione testis, licet pars non dicat.*
9 *Indiciorum exemplum dari debet reo opponere uolenti.*
10 *Papa, aut Imperator non potest facere aliquam legem, per quam tollantur defensiones reorum.*
11 *Iudex tenetur ex officio dare copiam indiciorum reo, licet ipse eam non petat.*
12 *Iudicis interest ratione humanitatis, & intuitu religionis, indefensum nõ occidere.*
13 *Iudex non admittet aliquod genus renunciæ defensioni factæ per reum, nisi uere iudex cognoscat reum nullas habere defensiones.*

De non torquendo, nisi publicato processu, & exhibita copia indiciorum, & de errore Iudicum. Cap. IIII.

1 Non publidato processu non torquetur reus, quia non dicitur quidquam probatum, nisi
2 publicato processu. l. solam. C. de testi. Nam testes † non publicati non inducunt aliquam probationem concludentẽ: quia dicta eorum possunt per oppositiones minui, aut tolli
3 per aliam probationem etiam contrariam. Quare † secundum omnes Iudex tenetur dare exemplum indiciorum ante torturam. Hodie vero ludices reis captis non exhibent indiciorum exemplum, & procedunt ad torturam. Sed hæc opinio in iure undique refellitur & ego sum senio cõfectus, & nunquam inueni aliquam legem, siue rationem pro tali obseruantia: nam non consequitur, captus est, ergo torque-
4 ri, siue damnari debet, immo ex eo † ꝙ quis sit captus, non debet de crimine damnari, nisi aliter de maleficio conuinca
5 tur. Quamobrem † reus audiri debet: quia potest quid tale probare, quo probato non deueniretur ad torturam: potest enim reus opponere, siue in contrarium probare: utique audiendus est: quia sequeretur absurdum ꝙ substantialis modus, & forma iudicij opponendi testibus non seruaretur in
6 causis criminalibus, in quibus tamen † cautius est agendum, quàm in ciuilibus, & secundum ipsos Iudices tolli debet de corpore iuris supradicta. l. solam. C. de testi. ubi est casus, ꝙ
7 ex dictis testium ante publicationem non fit probatio. † Et omnino nomina dictaque & depositiones testium sunt reo exponẽda ad hoc, ut possit opponere, & excipere in dicta, & personam testis, ita dicit tex. in c. qualiter. & quando, el 2. extra de accus. Præterea † Iudex teneturinquirere de cõditione
8 testis, licet pars non dicat, not. in ca. per tuas. extra de testi.
9 Eo magis † debet dari exemplum indiciorum reo opponere uolenti, quia tam testes, quàm dicta testium debent esse explorata reo, cum oppositiones sint de iure diuino, & audacter dixi nullam reperiri legem pro dictis iudicibus: quia
10 † nec Pontifex, nec Imperator potest aliquam legem condere, per quam tollantur defensiones reorum, cum defensiones sint de iure naturali, vide in opere de indicijs. in titul. ne
11 quis per aliqua indicia: vbi teneo, iudicem † teneri ex officio dare exemplum indiciorum, licet pars non petat, quia reus non potest renunciare proprię defensioni. uide glo. in l. pactum. ff. de pac. Ei interest † iudicis ratione humanitatis, & intuitu religionis indefensum non occidere. c. 22. Exo. Quare
13 iudex † non admittet aliquod genus renũcię, nisi reus dicat se alias non habere defensiones, & re uera Iudex cognoscat eum carere defensionibus Et hac obseruantia multum placet, vide Bal. in l. ueruum quoque. ff. de proc.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri non debet reus non præcedentibus iudicijs, aliàs iudex punitur, licet per talem torturam reus repertus fuerit commisisse crimen obiectum.*
2 *Illicitum si quis committat, ab illiciti pœna non excusatur, licet tale illicitum ad optimum finem peruenerit.*
3 *Indicijs non præcedentibus si inquisitio formetur, & reus confiteatur, & ratificetur, damnari tamen non poterit.*
4 *Confessio nulla non confirmatur per indicia superuenientia post quæstionem habitam, ieo si sponte confiteatur, nam tunc sine indicijs damnabitur.*
5 *Iudex debet esse promptior ad torturam in delictis, quæ occulte committuntur, præcedentibus tamen aliqualibus indicijs.*
6 *Casus, in quibus deuenire potest ad torturam sine plenis indiciis.*
7 *Reus ob contumaciam bannitus si postea capiatur, poterit sine aliis indiciis torqueri.*
8 *Torqueatur licet reus conscientia, iudex eum torquere non debet sine indicijs.*
9 *Rei terreri possunt in casibus, in quibus non possunt torqueri.*
10 *Indices an quando desint indicia contra aliquem, procedere possint per sortilegia.*

De non torquendo sine indicijs etiam in crimine læsæ maiestatis, & de errore Iudicum. Cap. V.

1 Sine indicijs nõ torquetur reus. Vide Iudex, qui nõ præcedetibus indicijs reum torquet, puniri debet, licet per talem torturam reus repertus sit commisisse crimẽ obiectum, & ratio est quia Iudex delinquit in
2 officium & contra naturam officij, & quando † aliquis cõmittit illicitum, ab illiciti pœna non excusat, quamuis talle illicitum peruenerit ad optimum finem, vide Bal. in l. obseruare. §. proficisci ff. de offic. præs. Et simile legitur exemplũ Torquati, quoniam bello aduersus Latinos cum esset Consul. filium suum securi percuti iussit, qui speculatum ab eo missus ne pugnaret interdictus, hostem à quo prouocatus fuerat, occidit, & ipsi naturæ pratulit ius interdicti Maiestatis, atq; Imperij: vide Ciceronem de finibus in uers. accurrate. Item
3 † quando indicia non præcedunt, & inquisitio formatur, licet reus confessus fuerit, & postea ratificauerit, non poterit
4 tamen damnari, quia ab initio fuit illicitum. † Et confessio non confirmatur per indicia superuenientia post quæstionem habitam, glo est in l. maritus ff. eod. de qua gaudet Bal. in l. fi. C. de acc. Secus autem si reus sponte, & sine tortura cõfessus fuerit, quia tunc sine indicijs damnabitur: dicetur infra de spontanea confessione. Sed secundum aliquos in prodimentis, & tractatibus qui fiunt secreto propter probationis difficultatem deuenitur ad torturam sine indicijs. vide
5 Bru. tract. , . Concluſiue dic, ꝙ in † supradictis casibus, & generaliter in delictis, quæ occulto committuntur, & de sui natura secreto perpetrantur, vt puta adulterium, simonia, sodomia, veneno aliquem necare, monetam falsificare, & maleficijs de nocte commissis, Iudex debet esse promptior ad torturam,

Digitized by Google

torturam præcedentibus tamen aliqualibus indicijs, sed sine indicijs nunquam: & rō est, quia in dictis casibus non inueniuntur testes. l. si cum exceptione. ff. ꝙ metus causa. Apud Plutarchum in uita Marcelli legitur Capitolinum condemnatum fuisse ob sodomiam, licet nullus testis adfuisset, sed solum animaduersione pudoris, lachrimarum iuuenis ad iu-
9 dices acciti. Sunt † & alij casus, in quibus torquetur sine indicijs, vt puta si de furto cōstat, possunt custodes torqueri. Itē si hospitanti in aliquo hospitio aliquid sublatum erit, ꝙ ignoratur a quo, familia hospitis poterit torqueri, nisi hospes fuerit bonę famæ, vide Bar. in l. 1. ff. de præfec. vig. Sed considerādo prædictos casus, omnino non carent indicijs, licet non sint plena. & talibus casibus proceditur, per qualia indicia, vt supra dictum est. Est, & alius casus secundū scriptores, in quo torquetur reus, etiam sine indicijs, quorum verba sunt uide-
7 licet, quando † accusatus, vel inquisitus, quia nō comparuit, fuit positus in banno propter contumaciam: nam si postea comparet, quando vult purgare contumaciam, & respōdere, ꝙ forte hoc ei a statuto permittitur, poterit tunc quæstio haberi sine alijs indicijs. vide Brun. in glos. 5. principaliter, & Gipp. in §. diligenter. num. 136. Sed animaduerte hanc opinionem esse falsam, & solum habere locum in reo capto, secus in se sponte præsentante, vide de Indicijs exul. ad inquir.
8 Vlterius licet † reus consentiat se torqueri, iudex tamen nō debet eum torquere sine indicijs. uide infra in c. quæ perso-
9 næ torqueri possunt, & quæ non. In casibus tamen † in quib. torqueri rei non possunt, terreri tamen possunt, uide Bal. in
10 l. 2. C. de custo. reo. Sed aliqui Iudices † quando desunt indicia, proceedunt per sortilegia, & similia, licet per hæc, nec etiā inquiri possit, uide in opere de indicijs in ti. de Sorti. Legitur tamen Claudium Cæsarem mori iussisse Appium, quia Messalina somniasset ei intulisse vim. vide Sueto. lib. 5. ca. de pœnis, per eum innocētibus ob leues suspiciones illatis, Quod indicium tanquam prophanum non est dignum foro principum.

SVMMARIVM.

1 *Indicia debent esse probata in genere suo aliter per ea non proceditur, ad torturam.*
2 *Indicia in genere suo debent esse clara, & perfecta, & plene probata.*
3 *Signa leuia in hæresi sufficiunt ad torturam, ea tamen debent plene probari.*
4 *Indicia debent esse plene probata per testes reddentes rationem dicti sui etiam non interrogatos, qui testes etiam de circunstantiis sunt percunctandi.*
5 *Interrogatoria in criminalibus sunt a Iudice ex se testibus deponentibus facienda, nec debent omitti, cum sint de iure Diuino.*
6 *Iudex examinans testes ad offensam, eos debet interrogare de toto negocio, unde possit explorare reorum innocentiam, nam testes debent deponere pro utraque parte.*
7 *Indicium remotum maleficio per duos testes probari debet, proximum uero, & immediatum per unum, quod si per duos probetur, non indiciū, sed plenam faceret probationem.*
8 *Indicium proprie non est, quod facit unus testis de uisu sed semiplena probatio.*
9 *Testes inducti ad probandum indicia an debeant esse omni exceptione maiores.*
10 *Indiciorum gradus ut cognoscantur, non est recedendum a locis Oratorum.*
11 *Testes plures singulares super diuersis indiciis deponentes an coniungantur ad faciendam probationem, ut oriatur indicium ad torturam.*
12 *Indicia imperfecta ubi tendunt ad diuersa tota, non coniunguntur ad probationem faciendam, secus si tendant ad unum totum.*
13 *Vnum capitulum, vel diuersa qualiter intelligatur, & qualiter capitula connexa, uel diuersa, uel non.*

De non torquendo per indicia, nisi plene probata, quando probentur, & de errore iudicum. Cap. VI.

1 Indicia debent esse probata in genere suo aliter per ea non proceditur ad torturam, nam sicuti in criminibus, probationes debent esse luce clariores
2 ad condemnandum, ita & indicia † in genere suo debent esse clara, & perfecta, & plene probata, per regulam, ꝙ eadem est ratio de toto quo ad totum, quæ est de parte quo ad par-
3 tem, & econtra. l. quæ de tota. ff. de rei uend. Quare † licet in aliquibus leuia signa sufficiant, ut hęresi, oportet tamen illa plenè probari. vide Innoc. in c. sicut, de simon. Item debent
4 † esse probata per testes reddentes rationem dicti sui, etiam non interrogatos, licet multi contradicant. Item per testes bene interrogatos a Iudice de circunstantijs, per quas ueritas haberi possit: quia Iudex debet formare interrogatoria ex seipso. vide Bald consil. 276. Et ego consueui dicere, interrogatoria esse de iure diuino, & non omittēda a Iudice, vt in exemplo Danielis in testibus contra Susannam. Occur
6 rit hic † maximum vitium Iudicum, qui in examinando ad offensam non interrogant testes totum negocium, vnde possent explorare innocentiam reorum, cum testes debeant interrogari, & deponere pro vtraque parte, ut supra
7 dictum est. Sciendum est etiam † quòd duo requiruntur testes pro quolibet indicio remoto a maleficio, siue mediato ipsi maleficio: secus in ijs, quæ ex maleficio oriūtur, in quibus sufficit vnus testis: quæ si probarentur per dūos, non
8 facerent indicium, sed plenam probationem, vnde † secundum aliquos, id, quod scribentes indicium appellant, vt puta vnus testis de visu non est proprie indicium. sed semiplena probatio: quia directe probat maleficium. Hæc opinio pla-
9 cet, licet quod I C. dixere, sit idem re ipsa. Sed difficultas † est an testes ad probandum supradicta debeant esse omni exceptione maiores? vide in opere de indicijs unius testis. Ad co-
10 gnoscendum † autem gradus indiciorum non est recedendum a locis Oratorum, videlicet, quæ sunt attributa negocio, partim sunt continentia cum ipso negocio, partim in gestione negocij considerātur, partim adiuncta negocio sunt partim gestum negocium consequuntur. Dictum est supra
11 indicia probari per duos testes. Sed sæpe quæritur † an testes plures singulares super diuersis indicijs deponentes coniungantur ad faciendam probationem, vt oriatur indicium ad torturam? Vnde primo considerandum est, si species probationum sunt in sua specie imperfectæ, ut puta vnus testis deponit de veritate, vnus de fama, vnus de indicio, hæc probatio non ualet, quia non est in sua specie perfecta. Secundo quoties fiat probatio indicij per vnum testem, si fiat probatio de alio indicio per vnum testem, ubi requiruntur duo, ex ijs, non oritur aliquod indicium perfectum, quia vnum quodque per se est imperfectum, & diuersę species imperfectæ non probant: quia ex pluribus non augetur effectus, cū non veniant ad integrationē unius speciei. Sed alij senserūt contra: uide Hipp. in §. diligenter, num. 149. Sed concluſiue
12 † quando indicia imperfecta tendunt ad diuersa tota, non coniunguntur, ut supra. Sed quoties tendunt ad vnum totum, tunc coniūguntur, ut puta unus testis deponit Titium percussisse Seium, hic est unus testis super indicio. Alius dicit uidisse eundem Titium sanguine aspersum, & euntem euaginato ense. Alius inquit uidisse exeuntem recto tramite, & gradientem nemora versus. Per hæc enim & similia oritur indicium sufficiēs ad torturam, uide Bru. gl. circa secundum. Sed secundum aliquos ex supradicto exemplo Bruni oritur plena probatio ad condemnandum, quia vnus testis de visu est semiplena probatio, & reliqua coniūcta faciunt aliam semiplenam. Quare exempla dari debent indiciorū per se imperfectorum, vt coniuncta faciant unum indiciū perfectum ad torturam. Idem secundum Oratores, tum ex singulis, tum ex coniunctis argumenta certa nascuntur, vide Cic. 2. de Inuen. tit. 2. de cau. coniec. in fi. Sed aliqui dixerunt tunc coniungi, quando testes singulares sunt personæ condignæ, & quoties dicta indicia si essent probata per duos testes, sufficerent ad torquendum, aliter non coniungi, licet dicta indicia tendant ad vnum totum, quia sunt imperfecta
13 numero, & qualitate testium. † Hic etiam quæri potest qualiter intelligatur unum capitulum, vel diuersa, & qualiter intelligantur capitula diuersa, connexa, uel non. Dico secundum Bar. in l. Aurelius. §. idem quæsiuit. ff. de lib. lega. quod vnum capitulum intelligitur unum factum, cum qualitatibus suis, seu plura connexa, ut puta promisit tibi cētum sub conditione, hoc est vnum capitulum, hic vna confessio sic qualificata. Item si promitto tibi 10. pacto statim apposito, ꝙ uadas pro me Romam, ista sunt plura capitula connexa, sed diuersa capitula sunt plura diuersis temporibus facta. Gl. est in l. quidem. C. de excep. Item si incontinenti sunt plura facta, quorum unum non uenit ad alterius determinationē sed quolibet est per se, tunc sunt diuersa capitula. l. etiam §. 1. ff. de minoribus. l. scire debemus. ff. de ver. oblig.

SVMMARIVM.

1 *Tormenta haberi non debent, si alia leuiori, uel uerior uia veritas haberi potest, licet indicia præcedant.*
2 *Tortura grauior est pœna, quàm utriusque manus abscissio.*
3 *Iudex antequam torqueat reum, tenetur declarare, ueritatem aliter haberi non posse.*
4 *Appellari non potest ab interlocutoria in criminalibus, nisi quoties ad torturam proceditur, nam ad eam stante appellatione non procedetur.*
5 *Indicia ad torturam ubi extant, contra aliquem pro delicto, debet etiam concurrere leuitas uitæ ad hoc ut torqueri possit.*

De

Fran. Casoni Opitergini, De tormentis

De non torquendo licet sint indicia probata, si aliter ueritas haberi potest, & de errore Iudicum. Cap. VII.

1 Non est deueniendū ad tormē ta, si alia leuiori, uel ueriori uia potest haberi ueritas, licet præcedant indicia: Iudicem enim omnia experiri oportet, 2 antequam ad tormenta ipse perueniat. namq; † tortura grauior est pena, quàm utriusque manus abscissio. Præterea se- 3 cundum † multos antequam Iudex torqueat reum, tenetur declarare, veritatem aliter haberi non posse, uide Gand. de 4 quæst. in prin. Et notandum † est in criminalibus ab interlocutoria appellari non posse, nisi quoties ad torturam proceditur; & stante appellatione non procedetur. l. ante sententiam. ff. de appel. recipi. Vnde ualde errant Iudices, qui nō seruata supradicta forma procedūt ad torturam. Et omnis cō- 5 fessio erit nulla. † Et licet indicia ad torturam contra aliquē pro delicto extent, debet etiam concurrere leuitas uitæ, & sic mala fama, ultra requisita, de quibus meminit Marsil. in l. 1. de q. Ita uoluit And. de Iser. in const. regni, si damna clandestina colum. 2. Tho. Gram. cons. 15.

SVMMARIVM.

1 *Tortura utrum in causis ciuilibus adhiberi possit?*
2 *Mercatores falliti possunt torqueri, ut indicent pecunias, scripta, & alia credita.*
3 *Tortura non adhibetur in causis criminalibus leuis præiudicij, licet legitima præcedant indicia, & an pro talibus uilis persona possit torqueri.*
4 *Viles personæ pro re parua torqueri non possunt.*
5 *Leuia delicta quę dicantur.*
6 *Fur an possit occidi pro parua re.*

De non torquendo in causis ciuilibus, nisi in casibus, neq; in criminalibus pro parua re, & de errore Iudicum. Cap. VIII.

1 In causis ciuilibus non torquetur, nisi qñ cā continet in se turpitudinem, & crimen annexum habet. Vel q̄ agatur ciuiliter ex aliquo delicto, & q̄ a- 2 liter ueritas haberi non possit. Quare mercatores † fugitiui, seu decoctores, & (ut ita dicam) falliti possunt torqueri, vt indicent pecunias, scripta, & alia credita. vide Bald. c. cum delictus, de appel. In causis † criminalibus leuis momenti non 3 torquetur, licet legitima præcedant indicia. Quæ autem leuia delicta dicantur quæ atrocia declarat Barto. in l leuia. ff. de accus. & Salv. in l. non ideo minus, col. 3. C. de accusation. Limitant tamen aliqui, vilem personam pro leui re posse torqueri text. §. oportet, in auct. ut Iudi. sine quoquo suffra. Sed hæc opinio non placet, cum pœna non debeat esse 4 maior delicto. & licet † ius præsumat contra uiles personas, non propterea sequitur pro re parua torqueri posse. Nec 5 doctrina, quam testantur, hoc dicit. Quæ autem † dicātur delicta læuia, notatur in l. læuia. ff. de accus. Conclusiuè delictum dicitur læue, quando de re parui momenti agitur, & iu- 6 ra † quæ dicunt furem posse occidi, non habent locum in parua re, l. si ex plagis. ff. ad l. Aqui.

SVMMARIVM.

1 *Iudex si habeat plenas probationes, uel manifesta indicia, reum damnat, & non torquet.*
2 *Iudex si torquerat reum testibus conuictum, & ille negando perseueret, postea propter aliquas probationes non poterit damnari, licet aliqui Veterum contrarium obseruauerint.*

De non torquendo reo quando sint plenæ probationes, & de errore Iudicum. Cap. IX.

Dictum est supra reum non tor

queri cā indiciorum non legitime constantium. Superest scire 1 † reum non torqueri, sed damnari, quando Iudex habet plenas probationes, vel manifesta indicia cōtra eum. Sed de iis indicijs dictū est in opere de indic. tit. ne reus per aliqua indicia conuincatur, vt pœna capitali damnetur. Et supradicta intelige, quando probationes sunt luce clariores, & nō 2 sunt sublatæ per defensiones rei. Sed si Iudex † torserit reum, qui perseueranerit negando non poterit eum postea condēnare pp aliquas probationes, quamuis luce clariores, & rō reddi pōt, quia rei constantia in tortura dictas probationes debilitauit, vide Alber. de Rosa. in l. edicto. ff. eo. At apud antiquos aliter obseruabatur, nam legitur Alexādrum Fannij seruum septies tortum pernegasse, sed perinde atque confessum a Iudicibus fuisse damnatum. Idem legitur de Philippo seruo Fulvij Flacci octies torto, quem nullum emisisse verbum constat. vide Valerium lib. 8. de quæst. c. 4. Sed antiquorum opinio non est obseruanda, & opinionem Alberici oēs obseruant in Italia. Quidam tamen Iudices extraordinarie punierunt.

SVMMARIVM.

1 *Torqueri possunt tam mares, quàm fœminæ, & omnes, qui non sint iure excepti.*
2 *Minor 25. annis non potest torqueri, nisi ei sit datus curator.*
3 *Contra minorem doli capacem, sine curatore de obseruantia communi proceditur.*
4 *Vtilis reip. non torquetur, nisi in criminibus atrocibus.*
5 *Surdus, & mutus, a natura non possunt torqueri, nec etiam damnari, nisi ex dictis testium.*
6 *Mulier prægnans non torqnetur, sed expectatur, ut pariat, & post partū superſedetur, per quadraginta dies, & si dubitetur, an sit prægnans, ob stetrices, & medici sunt consulendi, quos sufficit de credulitate deponere.*
7 *Medici quando in criminalibus examinari debeant deponere de veritate, & quando de credulitate.*
8 *Valetudinarij torqueri non possunt, si morbus talis sit, ut torturam pati nequeant sine periculo vitæ, uel corporis.*
9 *Minor 14. annis non torquetur, sed ferula cæditur, vt veritas sciatur, non ut damnetur.*
10 *Minor ætas in quibus casibus non excuset, quin reus torqueatur?*
11 *Senes, seu decrepiti non torquentur, nec aliàs corpore imbecilles, & num. 12.*
12 *Ætas senilis, & decrepita quæ dicatur?*
13 *Confessio senis torti, etiam solenniter ratificata nulla est, nec ei in aliquo præiudicat.*
14 *Decuriones, & eorum liberi, milites, doctores, & aduocati propter dignitatem torqueri non possunt: hodie tamen hoc non obseruatur.*
15 *Rei sponte se tormentis supponentes, sine indicys torqueri non debent. Idem si accusator, & reus petant se torturæ subijci.*
16 *Testis uacillans toquetur, aliàs secus. & quando dicatur uacillare?*
17 *Testis uacillans, seu aliter de falso conuictus in causa ciuili æque punitur, ac in causa crim.*
18 *Viles personæ, & exercentes viles artes an non admittantur in testes, nisi cum tortura?*
19 *Testes celeriter respondentes, antequam totus articulus eis legatur præsumuntur falsi. & an ex hoc possint torqueri?*
20 *Testis qui dicit unum in iudicio, & aliud extra iudicium, incidit in falsum, ut saltem torqueri possit.*
21 *Testis si unū dicat in iudicio, & aliud extra iudicium cui dicto stādum sit.*
22 *Mercatores fugitiui, & decoctores torquentur, vt indicent scripta, & pecunias sibi datas ad negociandum.*
23 *Accusator, & accusatus in crimine falsi possunt torqueri, modo sint indicia.*

Quæ personæ torqueri possint, & quæ non. Cap. X.

1 Torqueri possunt tam mares, quàm fœminæ, & demum oēs, nisi sint a iure exceptæ. l. edicto. ff. de quæst. Infrascriptas autem personas per leges exceptas accepi, & hoc ordine intelligemus, quæ personæ torqueri 2 possint. Minor † natu vigintiquinque annis, licet sint indicia legitima ad torturā q̄ eum, non poterit torqueri, nisi ei fuerit datus curator. Hoc amplius, non cogetur respondere inquisitioni sine curatore: & si responderit, processus erit nullus. Vlterius cōfessio facta per eum sine curatore erit nulla, vide Hip. §. nunc uidēdum nu. 31. Gand. sub rub. de aliis quæstionib. vari. & ita dicunt obseruari. Hodie uero per illustrissimos Venetos, multaq; Italiæ loca non obseruat. Et † qñ de 3 linquēs est doli capax, procedit contra eū sine curatore. Prædicta obseruantia defendit bonis iurib. uide Bald. c. 1. §. sacrā de pace iur. fir. Vtilis reip. † nō torquet, uide Hipp. l. edicto. ff. de qō. ubi multos ponit casus. Limita tñ, q̄ aliquod priuilegium non habet locū in criminib. atrocib. sicuti in cri. læsæ Maiest. siue ueneficij. Surdus, & mutus a natura, licet indicia sint contra eos, nō possunt torqueri, nec dānari, nisi ex dictis 6 testiū, uide Bru. in cl. Quarto principaliter, mulier † pgnās nō torquet, sed expectat vt pariat, & post parū non pōt torqueri inf. dies 40. Et si ante torquet, cōfessio nō valet, vide Hipp. §. nūc videndū nu. 48. Et Iudex quoties dubitat an sit pgnans, debet cōsulere obstetrices, & medicos, quos sufficiat deponere de crudelitate, licet fm aliquos debeāt deponere de ue- 7 ritate. Sed dic, † q̄ in morbis, q̄ uere cognosci possunt, ut puta in febre, q̄ ex pulsu, & urina cognosci pōt, tunc periti tenē tur deponere de ueritate, aliter de credulitate, vide Patil. de 8 Put. trac. de synd. c. offi. Valetudinarij, † siue q̄ morbo aliquo laborant,

Digitized by Google

laborant, torqueri non possunt si talis est moribus, vt tortu-
ram pati nequeat sine periculo uitæ seu corporis, uide Bald.
cons. 265. in quo consuluit per medicos videri torquẽdum,
cum iura exigant tale moderamẽ, vt tortus sanus, seu saluus
innocentiæ siue supplicio conseruetur. Minor natu. 14. an.
9 non torquetur, ferula aũt põt terreri vt ueritas sciatur, non
10 aũt vt damnetur. Sed in quibusdam casib. minor ætas nõ ex
cusat, quin torqueatur, vt in crim. læsæ Maiest. & in proditio
nibus & similib. l. fi. C. ad Sylla. & l. desertorem. ff. de re milit.
11 Senes, seu decrepiti nõ torquẽtur. l. 3. §. ignoscitur. ff. ad Syl.
12 Quæ autem dicatur senilis ætas, & decrepita scriptores se re
mittunt ad supradictam legem, ex qua tamen nihil elicitur
de põdicta ętate. Imò aliqui interpretando eam tenent cõtra
riũm. Sed dic, ꝙ sicut impuberes ꝓp minorem ætatem tor-
queri nõ possunt, æque, & senes ꝓp imbecillitatem torque-
ri non debent. Simile suptadictum est de muliere p̃gnãte, &
similib. Et hæc conclusio satis probatur in l. 1. C. qui ætate li-
berantur. lib. 10. Et concluſiue senes dĩr qui sunt annorum
70. q excusantur à tutela. l. C. de excus. tut. Spe. in ti. de test. §.
nunc tractandum. Sed iudicio meo in hac materia tormẽ-
torum spectanda est qualitas psonæ torquendæ, multi. n. ante
supradictum tps ꝓp corporis imbecillitatem, senescunt:
quare concurrente supradicta aũt simili cã ẽt infra dictũ tẽ
pus non torquebitur reus, nam multi ꝓp imbecillitatem, &
13 infirmitatem in tormentis perierunt. † Nota ꝙ confessio se-
nis torti, vt supra, ẽt solenniter ratificata est nulla, nec ei põt
dicat in aliquo. gl. Bart. & alij. in l. pe ff. de qõni. Decuriones,
14 † & eorum liberi, milites, Doctores, & aduocati ꝓp dignita-
tem torqueri non possunt, vide Hip. §. expedita. Hodie ve-
rò per Illustrissimos Venetos, & per totam Italiam prædi-
cta priuilegia non obseruantur, & consueuit aliter iudicari.
De tali consuetudine, uide Odofr. tract. de quæstio. Reilicet
15 † sponte se supponant tormẽtis, non debent tñ sine indicijs
torqueri. Et quia sæpe accusatores, quando nequeunt ꝓba-
re, instant, se, & accusatos torqueri, nõ debent tñ torqueri,
licet ambæ partes consentiant: & rõnes non desunt, primo
quia nemo est dñs mẽbrorum suorum, & per consequens
non potest quis committere se percutiendum, siue torquẽ-
dum. Secundo quia ea, quæ sunt meri imperij, nõ possunt fa
cto priuatorum dirimi, & concedi. l. priuatorum. C. de iuris-
16 dict. omn. iud. Testis † non torquetur, nisi vacillet, & dicitur
vacillare qñ modo ait, modo negat, seu qñ conuincitur per
alios testes contrarium deponentes. l. is cui. ff. de q. Nihilque
17 refert, an causa sit ciuilis, uel criminalis: quia testis vacil-
lans siue aliter de falso conuictus in cã ciuili æque punitur,
18 ac in cã criminali. Viles † personæ, & exercentes uiles artes
non admittũtur in testes, nisi cum tortura, vide Azo in auc.
de testi §. si vero ignoti. Sed hæc opinio nõ est vera. l. diuus.
ff. de q̃st. Possunt tñ torqueri, qñ uacillant, seu quando in mẽ
dacio cõuincuntur, seu qñ tentant corrumpere veritatem,
vel quando sponte eunt ad testandum. Sed hoc postremũ
obseruarem in qualibet persona per regulam diuinam, testis
spontaneus concinnat linguam suam mendacio. Præterea
19 testes † qui repentine, & celeriter rñdent antequam totus
articulus eis legatur præsumuntur falsi, & alij testes eis præ-
feruntur, casus est singularis. 2. q. 5. Sed an possint torqueri
ambigit̃; & sentio ꝙ ex hoc solo nõ possit torqueri. Et secũ-
dum sn̄iam diuinam q prius respondet, quam audiat, stultũ
se esse demonstrat, & confusione dignum. cap. 17. Prouerb.
20 Item testis qui dicit † vnum in iudicio, & aliud extra, incidit
in falsum & saltem potest torqueri per doctrinam Bart. in l.
21 eos. ff. de fal. Sed dic cõtra. nam standum est secũdo † dicto
in iudicio facto cum iuramento, non autem primo sine iura-
mento. Bald. in l. final. C. de testi. Secus quando cum pri-
mo concurrit aliqua præsumptio: quia tunc statur primo
dicto Roman. in consilio 405. Sed, & hæc opinio non pla-
cet, absurdum enim est primum dictum sine iuramento pr̃e
ualere secundo dicto cum iuramento. Et sentio hoc ca-
su neutrum dictum ualere, primum dictum non ualet quia
non iuratum. Secundum dictum non ualet propter præ-
sumptionem contrariam, & propter variationem testis.
22 Mercatores † fugitiui, & decoctores ideſt falliti torquen-
tur, ut indicent pecunias sibi datas ad negotiandum. Item
vt indicent scripta, & alia similia, uide Alexand. consilio
77. Paridem de Puteo. in uers. in causa. numero 2. fol. 293.
23 Accusator & accusatus in crimine falsi posũt torqueri mo
do sint indicia ad torquendum, vide Bal. l. pe. C. de falsis, vbi
dicit hoc esse notandum.

SVMMARIVM.

1 *Clerici multa habent priuilegia in materia torturæ.*
2 *Clerici infames, uel deprehensi in delicto torquentur, aliàs secus.*
3 *Mutilati membris, uel aliqua parte corporis uitiati, in criminali causa, an contra clericos admittantur.*
4 *Testis non idoneus dicitur, qui laborat morbo animi, non corporis.*
5 *Tortura in clericos, an non debeat esse ita seuera, sicut contra laicos?*
6 *Testis clericus uacillans non torquetur propter dignitatem.*
7 *Clerici in omni delicto sunt fauorabiliores laicis, & indicia, per quæ conuincuntur laici, contra clericos nihil operantur.*
8 *Per quæ male præsumitur de laicis, bene præsumitur de clericis,*
9 *Laicus deprehensus domi pulchræ mulieris, est manifestus adulter, maxime si probatur aliquod signum uenereum, secus in sacerdote.*
10 *Sacerdos amplexans mulierem, præsumitur facere causa benedicendi.*
11 *Religiosis magis creditur, quàm laicis in omni probatione facienda, & in quocunque alio negocio.*
11 *Testes inhabiles inhabilitate iuris positiui, vt periuri, & criminosi, possunt a Papa ad testificandum habilitari.*
13 *Papa, uel Imperator non potest concedere priuilegia, uel condere legem contra dispositionem iuris naturalis.*

De non torquendis clericis, & de priuilegijs coram. Cap. XI.

Clerici infinita habent pri-
1 uilegia in hac materia torturæ, & hæc pauca ex
2 pluribus collegi. Primo † non possunt torqueri
ẽt existentibus quibuscunque urgentibus indi-
cijs contra ipsos, nisi ipsi sint alias infames, secundum Alex.
l. fi. ff. de q. Sed deprehensi in delicto possunt torqueri. uide
Panormitan. capitu. cum non ab homine. de iud. Secundo
3 † in causis criminalibus mutilati membris, vel aliqua parte
corporis uitiati non sunt idonei testes, nec possunt testifica-
ri contra ipsos, uide Hip. §. nunc videndum. numero 52. Sed
aduertendum est hoc nullibi legi. Et quod lex non dicit,
4 nec nos dicere debemus. Et testis † non idoneus dicitur, qui
laborat morbo animi, non autem corporis. Tertio, clerici
5 non sunt torquendi, & si torquentur, tortura non debet es-
se ita seuera contra eos, sicut in laicos, ut per Alber. in ca. in
contemplatione. extra de regul. iuris. Sed supradicta opinio
nulla bona lege probatur, & non est auribus hominum di-
6 gn. Quarto † clericus testis inductus si vacillat in dicto suo
non torquebitur propter dignitatẽ, licet laicus torqueatur.
7 l. præsbyt. C. de episcop. & cleric. Quinto, † in omni delicto
clerici sunt fauorabiliores, quàm laici, & sæpe indicia per
quæ conuincuntur laici, nihil operantur contra clericos.
8 Hoc amplius, per quæ † male præsumitur de laicis, bene
præsumitur de clericis, & exempla non desunt: nam si
9 laicus † deprehenditur domi pulchræ mulieris, est ma-
nifestus adulter, licet secundum recentiores debeat
probari aliquod signum uenereum. Hoc tamen fallit
10 in † sacerdote, siue præsbytero, qui si amplexit mulierem
præsumitur facere causa benedicendi. Sed ab hac benedi-
ctione liberet nos Deus, uide gloss. circa quartam, apud
11 Brun. In omni † probatione facienda, & quocunque alio
negotio magis creditur religiosis, quàm laicis. text. est, &
ibi Abba. in capitu. nostra. de procu. Bald. in d. capitu. in fin
Et secundum communem opinionem doctorum Papa
non solum potest concedere supradicta priuilegia, sed etiã
12 post † habilitare inhabiles, ut puta periuros & criminosos
ad testificandum, ita per omnes not. in capitu. testi. de testa.
Qua de re præscripserunt sibi priuilegia ampliora quàm lai-
ci in cœlo, & in terra. Aduerte tamẽ, & sic limita supradi-
ctam cõclusionem non habere locum, quando inhabilitas
prouenit ex dispositione iuris naturalis: quoniam nec Pa-
13 pa, nec Imperator possunt concedere leges contra dispo-
sitionem iuris naturalis. capitu. per tuas. de simon. facit, &
singulare dictum Innocentij in capitu. sciscitatus, de rescri-
ptis, quod dictum refert Angelus in l. cum prætor. ff. de iudi.
dictum est in tracta. de ind. titu. ne reus per aliqua indicia
conuincatur, vt pœna capitali damnetur, ubi indistincte
tenui contrarium, uidelicet, quòd inhabiles non pos-
sint habilitari per Papam, siue Imperatorem ad testifi-
candum.

SVMMARIVM.

1 *Reus non debet à iudice torqueri, nisi ad instantiam accusatoris, sed de consuetudine contrarium obseruatur.*
2 *Iudex abstinere debet à nouis tormentis.*

Digitized by Google

Franc. Caſo. Opitergini. De tormentis.

3 *Iudex quando reum torquere vult, debet tria conſiderare qualitatem cri mini, tormentorum, & perſonæ rei.*
4 *Iudex debet oſtendere torquendum medicis, ut moderate eum torqueat.*
5 *Tormenta ſunt moderate adhibenda.*
6 *Iudex immoderate torquens, an excuſetur, ſi tortus ad inſtantiam ipſius iudicis confeſſus fuerit, ſe fuiſſe legitime tortum.*
7 *Tortura debet conſtare in proceſſu, aliter ex brachijs rei cognoſcetur.*
8 *Carcer eſt ſpecies torturæ.*

Quomodo, & quo moderamine procedatur ad tormenta, & de errore iudicum. Cap. XII.

Antequam reus torqueatur, de-
1 bet Iudex per accuſatorem requiri, ad cuius inſtantiam habenda eſt quæſtio, aliter nō poteſt reum torquere, vide Bal. c. 1. §. Iudices. de pace fir. Et omnes ſcribentes in hac materia conſentiunt. Attamen hoc tempore per totam Italiā Iudex non expectata requiſitione accuſatoris reum torquet, & ratio reddi poteſt, quia Iudex ex officio poteſt proſequi, & facere ea, quæ accuſator facere poſſet. Bart. l. 1. ff. de publ.
2 iudi. imprimis abſtineat † Iudex à nouis tormentis: nā pleriq; angunt reos ſiti, fame: quidam immittunt aquam p nares: quidam ponūt taxillum in pede. De ijs, & alijs, uide Bru.
3 de q. in principio. Item iudex † debet tria conſiderare, primo qualitatem cauſæ, ſeu criminis. ſecundo qualitatem tormentorum: nam ſi ſufficiunt tormenta leuia, non ſunt inferēda gratia. Tertio qualitatem perſonæ: aliter enim torquē
4 tur robuſti, aliter imbecilles. Et ſecundum † aliquos debet oſtendere torquendum medicis, quia debet uti tali moderamine, vt reus tortus, ſaluus, ſit innocentiæ, ſeu ſupplicio cōſeruetur, vide Bald. conſilio 271. Demum † conſideret
5 Iudex q̄ hominem torquet, p̄ quo (vt Apoſtolico utar verbo) non metuit mori Chriſtus. Et adhibeantur tormenta moderate, vt rationis temperamenta deſiderat, nam Iudex
6 immoderate torquens, grauiter punitur. Occurrit † hic cautela Bru. dicētis, ſi Iudex indebite torſerit aliquē, faciat reū confiteri, q̄ fuit legitime tortus, de qua cōfeſſione faciat notarium rogatum vide eam gl. in fin. Cōtra tamen teneo. Primo in † proceſſu conſtare debet de tortura, & ſi non cōſtabit, ex brachijs rei cognoſcetur. Deinde confeſſio rei in poteſtate Iudicis, vbi agitur de intereſſe eiuſdem, non præiudicat, quia carcere detenti, ut liberaretur locis atris, omnia bona verba faterentur, & confeſſio eiuſmodi æquipollet con-
8 feſſioni metu tormentorum, cum † carcer ſit ſpecies torturæ. Quare Iudex non excuſabitur cautela prædicta ſi immoderate torſerit reum. Quia ultra prædicta præſumptio eſt cōtra ipſum iudicem, q̄ ſicut reum illicite, & immoderate torſit, ita, & illicite fecerit eundem confiteri. tex. eſt bonus in l. pen. ff. de quæſt. ſecundum unam lecturam quam tenet Bartol. ibi.

SVMMARIVM.

1 *Tortura inferri poteſt omni tempore, dummodo delictum ſit atrox.*
2 *Tormentorum ordo quis ſit?*
3 *Tortura an ſit incipienda à debiliori, an uero ab eo qui ueriſimiliter ſcit veritatem?*
4 *Pater, & filius ſi ſint correi, à filio incipienda eſt quæſtio.*
5 *Nomen turpe habens primo eſt torquendus.*

Quo tempore, & à quibus incipiat tortura, & de errore Iudicum. Cap. XIII.

Omni tempore rei torqueri
1 poſſunt, † etiam diebus feriatis, & in honorē Dei, dummodo delictum ſit atrox, vide Bal. in l. 1. C.
2 de epiſcop. & clericis. Tormētorum autem † ordo eſt eiuſmodi ſecundum multos, videlicet, ſi plures ſunt rei incipiēdum † eſt à debiliori, uide Ang. de quæſtio. Sed contra inci-
3 piendum eſt ab eo, qui magis ſcit veritatem, & qui ueriſimiliter dicet eam, deuenitur enim ad torturam, pro habenda veritate, vtique qui magis ſcit, debet primo torqueri, licet Iudices conſueuerint incipere à debiliori, unde euenit qđ habetur confeſſio incerta, tum ob non plenam ſcientiā facti, tum ob debilitatem torti, uerum ſi rei pares erunt in delicto, tunc incipiendum eſt à debiliori. Et ita intelligunt iural oquentia, de hac materia. l. quoties. C. de naufr. libr. 10. l. 1. §. Idem diuus. ff. de quæſtio. & l. unius facinoris. ff. eodem.
4 † Item quoties pater, & filius ſunt cōrei à filio incipiendū eſt, & torqueatur in conſpectu patris. Liſti quidem. ff. quod metus cauſa. Vnde tranſijt in prouerbium apud Oratores,
5 torque filium, fatebitur pater. Et dicunt † aliqui, quòd quando ſunt plures torquēdi, & unus eorum habet turpe nomē, initium poteſt ab eo fieri, uide Hippol. in l. 1. ff. de q. Et licet varie loquantur ſcribentes in ſimilibus, dic eſſe incipiendū, vt ſupra concluſum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Tortura an & quando poſſit repeti?*
2 *Tormentorum modus erit iuxta qualitatem indiciorum.*
3 *Reus pro quolibet ſufficienti indicio, an poſſit ter quaſſari?*
4 *Torturæ repetitio non debet excedere tres uices, ne in infinitum proceda tur.*
5 *Tortura reduci debet ad tres dies ſeparatos, & pro qualibe uice reus debet habere tres eleuationes, & depoſitiones.*
6 *Tortus ultra tres uices, dicitur tortus immoderate, & uidebitur fateri ui, & cruciatu tormentorum.*
7 *Repetere reum in tortura ſi Iudex intēdat, debet in actis interloqui, quòd ſuperſedet à tortura incœpta, ſed non perfecte data.*
8 *Indicia noua quæ dicantur.*
9 *Tortus relaxatur, ſi accuſator, dato ſibi termino ad probandum, & deducendum quidquid intendit, nil probauerit,*
10 *Reus ter ſolum debet in tortura repeti, ſed antiquitus, ex cauſa octies repetatur.*
11 *Confeſſio facta in tormentis ſine legitimis indicijs, ſicut non ualet, ita cōfeſſio facta ab tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non valet.*

Per quot dies, & quanta tortura afficiatur reus, & de errore Iudicum. Cap. XIIII.

SI reus primo fuerit ſatis tor-
1 tus, nunquam poteſt repeti, niſi ſuperueniant indicia de nouo. vide Are. in uerbo fama publ. col. 12. Sed alij dicunt quæſtionem toties repeti, quoties iudici uidebitur, vi-
2 de Bart. l. unius. §. 1. ff. de quæſt. Sed dic † q̄ iuxta qualitatē indiciorum erit tormētorum modus, nā ſicut indicia ſuos gradus habent, prout in opere de indicijs dixi, ita & tortura
3 plures gradus habet, ut ſupradictum eſt. Vnde † dixerūt aliqui, pro quolibet ſufficienti indicio poſſe reum ter quaſſari, & ſic obſeruari per totam Italiam, uide Hippo. in pract. §. nunc uidendum. num. 52. Sed recentiores dūt, q̄ quando indicia ſunt vrgentia Iudex ſemel torquebit reum. Sed ſi eſſēt
4 multum urgentia, tunc fieret repetitio. Sed hæc † repetitio non debet excedere tres uices, ne in infinitum procedatur,
5 & ſic quæſtio † reducetur ad ternarium numerum, videlicet ad tres dies ſeparatos, & p̄ uice qualibet debet hīre reus tres (vt dicam) ſaccatas, ſeu eleuationes, & depoſitiones: Et
6 rei † torti ultra ternarium numerum dūr torti immoderate, & uidebuntur fateri vi, & cruciatu tormentorum, vt l. repetitio. ff. de q. Et quoties Iudex † intendit repetere reum in
7 tortura, dēt interloqui in actis, q̄ ſuperſedet à tortura incœpta, ſed non perfecte data, uide Bru. q. 5. in fin. ubi tractat qñ ſuperuenientibus nouis indiciis torqueatur reus. Indicia
8 † aūt noua differunt ſpecie, uel ſubſtātia, ſicuti dī in materia probationū, q̄ ſuper nouis licet probare, ēt poſt didicita teſtificata. Et noua indicia ſunt, ſiue proceda ex dicto torti, ſiue aliter, notat in l. per hanc. C. de tempora. appel. Itē quo-
9 ties † Iudex torſerit reum, ſi non ſuperuenerint indicia aliqua noua, dabit terminū accuſatori, in quo probare, & deducere debeat: aliter elapſo ipſo termino, & accuſatore aliud nō probāte, ipſum reū relaxabit. De hoc ſtylo, uide An-
10 gel. in ver. fama pub. col. vlt. Dictum † eſt reum ter ſolum in tortura repeti dīe. Antiqui vero octies torquebant. Legitur ſeruum Fannii ſepties, & Philippum Fuluii Flacci octies fuiſſe tortum, lege Valerium libro 8. de q. Sed dicunt ſupra. Et
11 hoc † amplius, ſicut confeſſio facta in tormentis ſine legitimis indicijs non ualet, ita confeſſio facta ob tormenta repetita, quæ repeti non debuerunt, non ualet, no. l. penultim. ff. de quæſt.

SVMMARIVM.

1 *Iudex quo pacto debeat interrogare reum in tormentis, ne uideatur ſuggere, ſiue procedatur ſuper inquiſitione, ſiue ſuper accuſatione?*
2 *Reus in tortura eſt de ſe interrogandus, non de alijs.*
3 *Reus in tortura ſi de facto proprio interrogetur, aliquæ circunſtantiæ, an ſint exprimendæ?*

De interrogationibus faciendis in tormentis, & de errore Iudicum. Cap. XV.

1 Conſiderare † debet Iudex, quo pacto interroget reum in tormentis, cum agā de uita hois, & ne uideā ſuggerere. Imprimis à reo peti dēt ſcđm multos, ḡs maleficiū fecerit, nō aūt, ſi maleficiū fece-
rit,

Digitized by Google

rit,vide Gand.de tormentis. Sed in hac materia variè ſcriptum eſt:Vnde diſtinguendum eſſe exiſtimo:Aut Iudex ꝓceſſit ad torturam,ſuper generali inquiſitione,videlicet,ſuper inquiſitione generali quo ad perſonam, quãdo proprie neſcitur delinquẽs,& tunc Iudex debet interrogare reum, quis maleficium fecit,nõ nominando aliquam perſonam, quia foret ſuggeſtio,& ita intelligitur lex prima.ff.de q.Aut Iudex procedit per ſpecialem inquiſitionem, uel accuſationem contra certam perſonam,& tunc ſi torquetur quis uti teſtis,interrogetur, ſi inquiſitus, aliud maleficium commiſerit,quomodo,& quãdo,& in qua parte corporis, quo loco,& quo die.Sed Iudex interrogando eum, non exprimat aliquam circunſtantiam,aut qualitatem, nec dicat qdquam de commiſſo maleficio, nec in qua parte corporis ꝓcuſſit,nec quicquam de facto,ſeu dicto,pro quo dicto, ſeu facto torquetur reus,alioquin non diceꝛur Iudex interro-
2 re,ſed ſuggereꝛe.Sin autem torquebitur,† vt principalis, debet interrogari de ſe, & nõ de aliis, & ſimiliter dẽt interrogari genere, poſtea ad ſpeciem deſcendendo,vcꝫ ad nomẽ tantum offenſi,non vlterius quidquam interrogando, nec ad alias facti circunſtantias procedendo, nam ſi Iudex interrogaret,ſi percuſſit talem in tali loco,& tali uia,& tali parte corporis,foret ſuggeſtio. Multi quoque dixerunt ꝓpter periculum ſuggerendi Iudices rectius procedere,ſi interrogabunt,ſi aliquod maleficium commiſit, non aliquem nominando,uel vlterius interrogãdo,vide Aret.in uerb. fama publ.Cyn.l.fi.C.de accuſ.Idem l.Moſis.cap.4.Geneſeos,ibi, ubi eſt Abel frater tuus?& cap.7.Ioſuę,ibi,atque indica qd
3 feceris.Sed de conſuetudine,quando rei † interrogantur de facto ſuo proprio,poſſunt interrogari de homine mortuo, dummodo non exprimantur aliquę circunſtantiæ, uidelicet,non exprimendo aliquod dictum,ſeu factum, pro quo dicto,ſeu facto torquetur reus,vt ſupra dictum eſt.

SVMMARIVM.

1 *Tortus,& confeßus de ſe,an,& in quibus caſibus poſſit interrogari de ſocijs ſine indicijs.*
2 *Latrones, falſatores monetæ,& mandatarij,poßunt in tortura interrogari de conſocijs,idque procedit etiam in ſex alijs caſibus.*
3 *Latrones de ſe confeßi interrogantur de ſocijs, mandatoribus,& receptatoribus.*
4 *Seruus torquetur,ut indicet conſocios,maxime quando ſumus in atrocioribus,uel in nece domini,nam interrogatur,quo mandante,id fecerit,et qui ſint participes.*
5 *Tortus confeßus de ſe poteſt interrogari de ſocijs in omnibus delictis,quæ ueriſimiliter non committuntur ſine ſocijs.*
6 *Torti,& confeßi de ſe de conſuetudine totius Italiæ in omni caſu de ſocijs interrogantur.*
7 *Index non expectata requiſitione accuſatoris hodie reum torquet.*
8 *Confeßus crimen,de quo erant indicia,an poſſit interrogari de delictis ẽt eiuſdem generis,de quibus non extant indicia contra eum?*
9 *Socius criminis regulariter non poteſt de ſocio criminis interrogari in delictis principaliter commiſſis in iniuriam,& odium alterius,non autem principaliter in commodum delinquentis.*
10 *Aſſertio ſocij criminis interrogati,qui interrogari non poterat,non facit indicium ad torturam.*

De interrogationibus faciendis in tormentis reo confeſſo, & de errore Iudicum. Cap. XVI.

1 QVæritur an tortus,& confeſſus de ſe poſſit interrogari de ſocijs ſine in-
2 dicijs? Dic non interrogari,niſi † latrones, monetæ falſatores,& mandatarij, qui etiam torquẽtur,ut manifeſtent ſocios,ſeu mandantes,& ſic in reliqs caſibus qui ſunt ſeu ſecundum Gand.in ti.de quæſtio. uide
3 licet, primo latrones † de ſe confeſſi interrogantur de ſocijs mandatorib.& receptatorib. Secũdo,falſatores monetæ. Tertio † ſeruus torquetur,ut indicet conſocios.Quarto ꝓpter atrocitatem maleficij interrogantur,vt ſupra. Quinto ſeruus de nece dñi de ſe confeſſus interrogatur quo mandãte.Sexto ſeruus q magnas fraudes commiſit in rõnibus dñi
5 põt interrogari,q̃ ſint participes. Sed † pdictis addo regulã gñalem,ꝙ tortus cõfeſſus de ſe põt interrogari de ſocijs in oĩbus delictis,q̃ veriſimiliter nõ cõmittunt̃ ſine ſocijs. Sed
6 de † cõſuetudine totius Italiæ rei interrogantur de ſocijs in oĩ caſu. uide Belui.in ti.de q̃ſt.col.2. Sed Neoterici limitant habere locum prædicta in inquiſitione, ſecus in accuſatione,quia Iudex non debet onerare accuſatorem, ad cuius
7 inſtantiam torquet accuſatum. Sed hæc † opinio non placet quia hodie Iudex non expectata requiſitione accuſatoris reum torquet.uide Barto.l.1.ff.de pub.Iud. Poſtremo † quæritur an confeſſus crimen, de quo erant indicia,poſſit interrogari de delictis etiam eiuſdem generis, de
8 quibus non extant indicia contra eum? Et ſecundum omnes interrogari nequit. At ijs temporibus per totam Italiã aliter obſeruatur,præſertim in furtis,uide Angel.in titul.de tortura.Prædictam tamen conſuetudinem multi limitant, videlicet,ſi non præceſſit infamia generalis,vtputa,quòd ſit magnus latro,tunc non poſſet interrogari,uide Brun.q.5.in
9 fin.Et hæc opinio eſt obſeruanda.Adde † generales regulas ꝙ in delictis quæ principaliter committũtur in iniuriam,& in odium alterius,ut eſt homicidium,non autem principaliter in commodum delinquentis,ut in furto,falſa moneta, & ſimilibus,ſocius criminis non poteſt de ſocio interroga
10 ri.ut voluit Bar.in l.repeti.& cæteri ff.de q.† & conſequenter aſſertio ſocij criminis interrogati. qui interrogari non poterat,non facit indicium ad torturam,vt ibidem.

SVMMARIVM.

1 *Nominatus per tortum ex hoc ſolo non torquebitur,ſed ſolum inquiretur,fallit in caſibus in quibus reus interrogari poteſt.*
2 *Indicium quando oriatur ex dicto torti ſine alijs indicijs.*
3 *Homo malæ famæ an alijs non concurrentibus poſſit torqueri, ex ſolo dicto torti?*
4 *Nominati,per tortum quando ſine alijs indicijs poſſint torqueri,et qnando non?*
5 *Tortus an iurare debeat facta nominatione in tortura?*
6 *Nominatio debet eſſe in tortura,aut ſtatim depoſito reo de tortura, aliter ea non valet.*
7 *Confeſſus de ſe,ſi ſua ſponte alium nominat non interrogatus,talis nominatio ſuſpecta habetur à lege.*
8 *Teſtis ſponte ſe offerens eſt ſuſpectus.*

De nominato per tortum torquendo uel non,& de errore iudicum. Cap. XVII.

1 Nominatus per tortum, ex hoc ſolo non torquebitur,ſed ſolum inquiretur, & ratio reddi põt,qa rei imputãdo cogitant hñe ſubſidiũ.Fallit tñ in caſib. in qb. põt reus interrogari:qa in dictis caſib. crimẽ obiectũ ſatis eſt ad torquendũ criminatũ vide Ang in verb.fama publi.Hipp.§.diligenter.nu.9.Sed nonnulli aſſerũt,ẽt in prædictis caſib. non ꝓcedi ad torturã,niſi ꝓcedant aliqua indicia, ſaltẽ ꝓſumptiua,q̃ criminatum.vt puta cõuerſatio cũ torto, & ſimiles qualitates.Itẽ ꝙ ex qualitate torti,ſiue ex perſona criminati ueriſimile ſit non mentiri,& ſimilia.In caſibus tñ
2 † in quibus verſatur probationis difficultas,oriť indiciũ ex dicto torti ſine alijs indicijs,dummõ is,cui crimẽ obijcit, ſit malæ uitæ,intelligendo ẽt ꝙ ex dicto torti oriť indiciũ contra criminatũ,qñ eſt malæ famæ ẽt ultra caſus exceptos.Sed
3 † de hoc dubitať.qa licet qs ſit malæ famæ, alijs tñ non concurrentib.non torqueť,& rõ eſt,criminis obiectionẽ per totum de eo factã indicium inducere nullũ, cũ interrogari non debuerit.Ergo ꝙ inde ſequitur,lege ꝓhibente non ualet.Sed de cõſuetudine aliter obſeruať.vide Gand.titu.de q. Ex ſupradictis aũt ſcribẽtes vñr potius cõfundere, q̃ cõcludere,qa non vñ dñia inter caſus exceptos, & non exceptos.
4 Quare dic † ꝙ in caſib.exceptis,in qb.interrogãtur rei de ſocijs ẽt ſine indicijs,& de quib.caſibus dictum eſt in antecedenti cap.In dictis caſib. nominati per tortum poſſunt torqueri ſecundum ſcribentes,ẽt ꝙ nulla extẽt indicia. Sed tu dic,ꝙ torquentur,dummodo ſint qualia qualia indicia. In alijs vero caſibus non torquentur noĩati,niſi fuerint indicia
5 idonea,& ſufficientia.Quæritur etiam † an reus debeat iurare facta nominatione in tortura?& multi conſentiunt. uide Hippo.§.diligenter,num.62.Sed hæc opinio non placet.ui-
6 de Blanc. numero 283.& nota † ꝙ nominatio debet eſſe in tortura,aut ſtatim depoſito reo de tortura, aliter non ua-
7 let.uide,ut ſupra. Addo † regulam generalem ꝙ inquiſitus de ſe confeſſus ſi ſua ſponte alium nominat,non interroga-
8 tus ſuper eo,notatio talis ſuſpecta habetur, † ſicuti dicitur de teſte ſponte ſe offerente,ita Modern.Sen. in tract.de ind. & tort.quos citat Grammat.in conſ.21.

SVMMARIVM.

1 *Confeſsiones reorum pro exploratis facinorib. haberi non oportet, ſi alia non concurrant.*

Digitized by Google

2 *Confeſsionum alia ſpontanea, alia metu tormentorum, alia in tormentis.*
3 *Confeſsio quando dicatur ſpontanea, & quomodo debeat ratificari?*
4 *Notarius non debet ſcribere reum ſponte fuiſſe confeſſum, quando adeſt aliquis terror.*
5 *Confeſſus ſponte an poſsit ſtatim ſine ulla defenſione damnari?*
6 *Confeſſus ſponte poteſt damnari ex quolibet etiam inordinato proceſſu, & ſine indicijs præcedentibus.*
7 *Confeſsus ſponte in aliquibus caſibus non damnatur.*
8 *Reus non torquetur ſi de corpore non conſtet, nec procedi poteſt per inquiſitionem, aut accuſationem, nec ſponte confeſsus hoc caſu damnatur.*
9 *Caſus, in quibus reus torquetur, licet de corpore non conſtet.*
10 *Confeſſio facta coram iudice incompetenti, licet non plene probet, facit tamen indicium ad torturam coram ſuo iudice.*
11 *Confesio extraiudicialis, licet non ſufficiat ad condemnandum, ſed ſolum ad torquendum, tamen confitens poteſt extraordinariè puniri, tanquam de delicto ſe glorians.*
12 *Confeſsus per ſtoliditatem non dicitur conuictus, niſi perſeuerauerit: idē in confeßione nuda, & ſine cauſa, uel ab irato facta.*
13 *Iracundia an, & quando non obliget.*
14 *Pœnam homicidij iuſtus dolor diminuit.*
15 *Confitens ſe occidiſſe ad ſui defenſionem, ſi id non probet, an ad mortem damnari poſsit.*
16 *Offendentis qualitas demonſtrat animum fuiſſe, uel non fuiſſe offendendi.*
17 *Mores boni faciunt præſumi pro reo, mali uero mores contra reum.*
18 *Confeſſo de ſe, & ſocijs nullo caſu eſt credendum, niſi euidentem rationē alleget, uel ueriſimilitudinem, quæ iudicem inſtruat.*
19 *Reſponſio rei dicentis, ſi feci, feci ad meam defenſionem, in criminalibus non eſt admittenda.*
20 *Reſponſio rei dubia parit indicia contra eum, quia uidetur uelle iudicem fallere, & num. 21.*
21 *Reſpondere non uidetur qui ad interrogata obſcure reſpondet.*
22 *Reus confeſſus ſe occidiſſe, ſed non animo occidendi, an de homicidio ceneatur.*
23 *Nemo uidetur ſine animo maligno delinquere.*
24 *Reus quòd non animo occidendi fecerit, quomodo probetur.*
25 *Accuſatus de homicidio negans ſe occidiſſe, cōuictus, an poſsit talia defenſione uti.*
26 *Confeſſio ſpontanea an ratificetur?*

De confeſſione ſpontanea, & de errore Iudicum. Cap. XVIII.

CONfeſsiones reorum pro
1 exploratis facinoribus haberi nō oportet, ſi alia Iudicis religionem probatio inſtruat nulla. l. 1. ff. de quæſtio. Sed ſciendum eſt confeſſionem varie concipi:
2 eſt † enim alia ſpontanea, alia metu tormentorum, alia in
3 tormentis, de quibus ſingulariter dicetur. Spontanea † confeſſio dicitur, quando reus ſine tormentis, & minis, alioque actu fateatur contenta in inquiſitione, & tunc notarius ſcribet eum ſponte confeſſum, & aliter non. Sed aduerte, tutius eſſe notarium nullo caſu ſcribere ſponte confeſſum, & ſufficit ſcribere quo loco, quo tempore, quo modo, & quali ter, & quibus uerbis fateatur reus, ea ratione, quia metus poteſt contingere ex diuerſis accidentibus ēt ignotis, ergo, &c. dictum eſt in c. de confeſſione metu tormentorum, ad
4 quem locum me remitto: † nam quādo † eſt aliquis terror, non debet ſctibere, reum fuiſſe ſponte confeſſum. Poſtea poſt triduum ducatur reus ad banchum iuris, ubi legetur cō feſsio rei, & interrogabitur, ſi dictam ſuam confeſsionem ratificare uelit, monendo eum de ſui uita agi. Contra tamē fere omnes ſentiunt confeſsionem eam non ratam haberi, imò reum ſine alia perſeuerantia damnari, ſecus in cōfeſsione facta in tormentis, ſiue metu tormentorum. vide in l.
5 dic. C. de cuſto. reo. Vlterius ſecundum † alios, ſponte confeſſus poteſt ſine ulla defenſione ſtatim damnari. Tamen tutius eſt reum monere, vt ſeipſum defendat, & ſic dari terminum. Et ratio eſt, quia reus poteſt reuocare confeſsionē, vel eam declarare. uide in cap. cum dilectus, de accuſat. Et
6 confeſsionis † ſpontaneæ uis erit eiuſmodi, vt reus poſsit dāmnari ex quolibet, quamuis inordinato proceſſu. Item licet nulla præcedant indicia, tamen ob ſponte confeſsionē factam poterit reus damnari: ſecus autem ſi per torturam, ſiue etiam aliquem torturæ metum reus confeſsus fuerit: tunc enim quādo deſunt indicia, nullo modo damnabitur
7 licet perſeuerauerit. In confeſsione † ſponte facta in aliquibus caſibus Iudex non damnat. Primo, quando non conſtat de corpore, de quo in primis conſtare debet Iudici, aliter
8 † reus non torquetur, immo non proceditur nec per inquiſitionem, nec per accuſationem: quia talis ſolennitas requiritur ab initio: qua omiſſa omnia, quæ ſequuntur ſunt ipſo iure nulla ob omiſsionem ſubſtantialis modi: nam quoties ſolēnitas datur pro forma, eius omiſsio etiam ſi eſſet leuis, tamen vitiat actum. vide in capitu. quoniam frequenter. ut
9 lite non conteſtata. Sunt † tamen caſus, in quibus torquetur, licet non conſtet de corpore. vide ſupra. cap. j. Secūdo, in confeſſione impoſſibili, ſiue non ueriſimili. Tertio, in cō feſsione incidenter, & non principaliter facta. Quarto, in cō feſsione tempore inhabili, uidelicet, quando lapſum eſt tēpus, poſt quod non inquiritur, ſiue accuſatur, quod eſt poſt annos. 20. niſi in partu ſuppoſito, uel quando falſis medicaminib. partum impediuit. vide Sing. 3. de accuſ. Quinto, qñ contra confeſsionem aliter iudicatum fuit. Sexto, in confeſsione facta coram Iudice carente iuriſdictione, & differt
10 à iudice incompetenti, namque † confeſsio coram eo iudice, licet non plene probet, facit tamen indicium ad torturā coram ſuo Iudice: vide Bald. magiſtratib. ff. de iuriſd. omn. iud. Et rō eſt, qa cōfeſsio extraiudicialis facit indicium ad torturam. ergo confeſsio coram Iudice incompetenti, tanquam confeſsio extraiudicialis debet facere indicium coram ſuo Iudice, licet Bar. tenuerit contrarium l. diuus. ff. de
11 cuſto. reo. Notandum eſt, † qꝫ licet confeſsio extraiudicialis non ſufficiat ad condemnandum, ſed ſolum ad torquendū. Attamen confitens poteſt puniri extraordinarie, tanquam de delicto ſe glorians. Hipp. in §. poſtquam. Septimo in cōfeſsione facta virtute gratiæ ſibi promiſſæ per Iudicem. De hac confeſsione vigore gratiæ ſibi promiſſæ per iudicem multa notantur per Decium, & alios Modernos. in l. ea eſt natura. ff. de reg. iur. Octauo, in confeſsione coram notario non habente commiſsionem à Iudice, vel coram Iudice ſolo non in figura iudicij, & hoc caſu non plene probat, facit tamen indicium ad torturam. vide Iaſ. in ſupradicta. l. magi-
12 ſtratibbus. Nono, ſiquis † vltro ſponteque confitetur p quādam ſtoliditatem, non conuincitur per talem confeſsionē, niſi perſeuerauerit: & ratio eſſe poteſt, confitentem non videri eſſe in plenitudine intellectus, cum ita ſponte, & ſine vllo metu ipſe confiteatur. Idem in confeſsione nuda, & ſine cauſa. Itidē in confeſsione facta ab irato, quæ calore iracundiæ non valet. Secundo, votum. Tertio, iuramentum præſtitum ab irato nō obligat, & ita intelligitur. l. quidquid calore. ff. de regul. iur. Hippo. in §. poſtquam, numero 6. Sed
13 diſtingue de iracundia ad hoc, ꝙ non obliget, debet eſſe talis, quæ mentis alienationem inducat, & diſtingue quędam eſſe quæ iuris ſortiuntur effectum, ut contractus, repudiatio, confeſſio, votum, & ſimilia. & iſta per iracundiam impediuntur, quia non procedunt ex animo, ſed ex animi altera tione. quædam iuris non ſortiuntur effectum, ut maleficia. & tunc non curatur de iracundia, ſi enim in delictis excularet iracundia, raro delicta punirentur. mitigatur tamen pœna, quando ex iuſto dolore prouenit. Hinc dicitur, ꝙ licet prohibitum ſit occidere fugientem qui te percuſſit, occi-
14 dendo tamen pœna ordinaria non punieris, † quia pœnam homicidij iuſtus dolor diminuit, no. in l. quidquid calore, ſupradicta. Occurrit hic quæſtio, quam ibi ponit Hip. videli-
15 cet: ſi quis confitetur occidiſſe, ſed ad ſui defenſionem, non ꝓbato eo, quod ad ſui defenſionem ſpectauerit, ſi nō erūt aliæ probationes contra eum, propter talem confeſſionem non damnabitur ad mortem. Contrarium tenuit Bartol. l. Aurelius. ff. de libe. leg. vide Iaſ. l. ut uim. ff. de iuſt. & iur. Sed ipſe in prædictis diſtingo, vꝫ, ſi talis confitens non conſueuerit delinquere, neque habuerit cauſam ſe vlciſcendi, tali caſu tenerem cum Hippo. quia ex prædictis lex bene præſumit pro reo, ſed prædictis non concurrentibus tenerem cū Bartol. Et præcipue conſiderandum eſt, ſi occiſus erat offenſus, nam eo caſu vr̄ cōtra eum præſumptio culpæ, & ſic exiſtimabitur uoluiſſe vlciſci ſe, licet fuerit occiſus, concurren
16 te maxime qualitate perſonæ. Nam qualitas † oſtendētis demonſtrat animum fuiſſe, aut non fuiſſe offendendi. l. ſi ma-
17 ter. C. ne de ſtat. def. Quare rei † curent probace de morib. nam ſicut malos mores oritur ſiniſtra ſuſpicio, ita ob bonos bene præſumitur. l. deſertorem. §. is, cui. ff. de rei mili. l. ſi
18 militari. ff. de ijs, quibus ut indi. dum eſt cōfeſſio de ſe, & ſocijs, niſi allegauerit euidentem rationem, uel ueriſimilitudinem, quæ inſtruat iudicem, quia tunc publicæ uindictæ non erit ſubtrahendus reus. l. ſicuti. C. de qō. Gl. ſing. in l. pa-
19 tre. ff. de quæſtio. Obuia † fit hic cautela Iaſon. in d. l. ut uim. uidelicet, ut reus reſpondeat, ſi feci, feci ad meam defenſionem. Sed ego teneo, quòd talis reſponſio non debeat admitti per Iudices, quia reus debet certe reſpondere negando, aut confitendo, cum etiam poſsit torqueri ad reſpondēdum, qñ rādere recuſat, vt dictū eſt ſupra. c. 2. Et cautela Iaſ.

locum

Digitized by Google

locum habet in causis ciuilibus, quando respondetur inter ipsas partes, secus in criminalibus vbi respondetur Iudici: tunc enim propter religionem iudicis reus debet certo respondere, cum interrogetur, quid fecerit, vide tex. cap. 7. Io fue, ibi, atque indica quod feceris. Adde, quod etiam in ciuilibus vt positionibus respondetur clare. nota. in l. 1. ff. de
20 vn g. & pup. Hoc amplius † teneo reum in dubio respondẽtem parare indicia contra se, quia videtur vere deliquisse, & velle iudicẽ fallere. Concluſiue tenetur reus non ſolum
21 ad respondendum, ſed certum respondendum, † quia non videtur respondere qui ad interrogata obſcure respondet,
22 Bar. in l. de ætate. §. qui tacuit. ff. de interro. actio. † Idem dic in reo confitente ſe occidiſſe, ſed non animo occidẽdi, quo caſu non tenetur de homicidio, nam crimen tunc contrahi tur ſi & uoluntas nocendi intercedat, quia quæ ex improui ſo caſu accidunt facta plerunque non noxæ imputantur. l.
23 1. C. ad l. Cor. de ſicar. † Nemo enim videtur delinquere, ni ſi animum malignum delinquendi habuerit. Nam uoluntas, & propoſitum diſtinguunt maleficia l. ſæpe. ff. de ver. ſigni. l. 1. ff. de fur. † Et notandum eſt, ꝙ illa negatiua, non animo occidendi probatur per præſumptiones probãdo amicitiam, & affinitatem, & qualitatem occidentis, & per iuramentum purgationis, prout no g oſſ. in ſupradicta. l. Idem
24 iu l. Moſai. qui percuſſerit proximum neſciens, & qui heri, & nudius tertius nullum contra eum odium habuiſſe cõprobatur, tali caſu remittenda eſt ei pœna homicidij, prout in cap. 19. Deute. Nota tamen, ꝙ lex Diuina in ſupradicto. c. vult reum exulare, nõ propter crimen quod non eſt per regulam ſupradictam, ꝙ tunc contrahitur crimen ſi, & uolũtas nocendi intercedat. Sed ne forſitã proximus eius cuius effuſus eſt ſanguis dolore ſtimulatus proſequatur, & percu-
25 tiat animum eius, qui non eſt reus mortis, vt ibi. † Quæritur etiam ſi accuſatus de homicidio negauerit ſe occidiſſe, & fuerit conuictus, nunquid alia poſſit defenſione vti? excipiẽdo ſe ad ſui defenſionem illud feciſſe, & respondetur quod poteſt ſecundum Bart. & alios ſcribentes in l. nemo. ff. de regul. iur. & iſta eſt communis opinio, iuxta nota. quia multi
26 tenuerunt contrarium. An confeſſio † ſpontanea ratificetur, uide in ſequenti titulo. in fi.

4 † dico conſiderandam eſſe perſonam torquendi, vt pura ſi eſt fœmina, quia naturaliter timida, siue etiam vir, dummodo ſit perſona timida, & tali caſu tenerem cum Guido. metus. n. tormentorum conſideratur reſpectu perſonarum, argumento auct. multo magis. C. de ſacroſanct. eccl. In hac ẽt
5 materia conſiderandum eſt, quod quando † reus aliquo terrore faretur, notarius non debet ſcribere eum ſponte confeſſum eſſe, & in hoc multi iudices errant. Ideo etiam ſi eſ-
6 ſet † in carcere, in quo fame, & frigore multum patiebatur reus, formidine tormentorum videtur facta confeſſio ſecũdum Bartol. in l. 1. §. diuus ff. eo. Ego extendo dictum Bart. ad confeſſionem factam, non ſolum metu tormentorũ, ſed ẽt aliqua alia de cã, ut in d. l. 1. §. ſi quis vltro Et dixerunt ali-
7 qui, ꝙ † ſi carceratus aliquid confiteatur, ẽt ſine alia tortura, talis confeſſio non dicitur ſpontanea, cum carcer ſit ſpecies tormẽti. Hoc amplius † dixerunt ſufficere probare quẽ
8 fuiſſe detentum, vt eius cõfeſſio dicatur facta metu tormẽtorum vide Hip. in §. expedita. num. 9. Sed hæc opinio non placet, quia metus tormentorum conſideratur, vt ſupra concluſum eſt. Sed quia metus torturæ poteſt contingere ex diuerſis accidentibus. Item quia conſiſtit in animo
9 delinquentis. Ideo iudicio meo † notarius propter periculum falſitatis non debet, aut poteſt ſcribere, ſponte confeſſus: & ſufficit ſcribere quo loco, quo tempore, quibus uerbis confiteatur reus, & an fuerit ſponte, uel metu cõfeſſus; ex circunſtantijs proceſſus Iudex cognoſcet, & eſſe debet potius ſpeculatio iudicis, quàm aſſertio notarij. Propterea
10 † confeſſio quamuis ſpontanea debet ratificari per ſupradictas rationes & alias, quas dicit Hip. in §. poſtquam. nume. 22. & talis opinio fuit antiquorum, quàm Gand. impugnat, dicens etiam, cũ quis confitetur crimen ſe commiſiſſe illico & abſque aliqua perſeueratione & confeſsione damnãdus eſt unde eum. de q. nume. 15. Sed aduerte ꝙ licet dubiũ ſit, nunquid confeſſio ſpontanea ratificari debeat, ſentiunt
11 tamen omnes, ꝙ ſpõte confeſſus † debet moneri ſuas facere defenſiones Primo, quia põt cognoſci de inualiditate confeſſionis, vt ſupra. Secundo, quia poteſt reuocare confeſſionem, uel eam declarare. Tertio, quia conceditur poſſe probari falſitas confeſſionis. vide Bald. in l. ſi quis. C. de epiſcop. & cleric.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio metu tormentorum diuerſis ſumitur modis.*
2 *Tortura metus æquipollet torturæ.*
3 *Terror leuis non indicat metum, niſi cadat in conſtantem uirum.*
4 *Torquendi qualitas, circa tormentorum metum eſt conſideranda.*
5 *Notarius non debet ſcribere reum ſponte confeſſum, ſi aliquot errore fateatur.*
6 *Confeſſio facta à carcerato fame, & frigore laborante, dicitur facta metu tormentorum.*
7 *Carceratus ſi aliquid confiteatur ſine alia tortura, confeſſio non dicitur ſpontanea, quia carcer eſt ſpecies tormenti.*
8 *Confeſſio ut dicatur facta metu tormentorum, an ſufficiat probare quem fuiſſe detentum?*
9 *Notarius non poteſt, nec debet ſcribere reum ſponte confeſſum, ſed ſufficit vt ſcribat, quo loco, quo tempore, quibus uerbis confiteatur.*
10 *Confeſsio etiam ſpontanea an debeat ratificari?*
11 *Confeſſus ſponte debet ſaltem moneri ad faciendum ſuas defenſiones, rationibus, de quib. hic.*

De confeſſione metu tormentorum, & de errore Iudicum. Cap. XIX.

COnfeſsio metu tormento-
1 rum diuerſis ſumitur modis. Primo quando fit in tormentis, ſeu prope tormenta reo ligato, minante Iudice torturam. vide Bartol. l. 1. §. diuus. ff. de quæſt. Sed alij dñt, ſi quis ducatur ad funem, licet non habeat manus ligatas retro, ſi confitetur dicetur confiteri metu tormentorum. Idem etiam ſi quis apud torturam fuerit tantũmodo ſpoliatus, & non ligatus, dicetur fateri metu tormentorum, quia licet Iudex non torqueat hoẽm, ſed eum ſpoliat, vt torqueat, inducit iuſtus metus, ac ſi fuiſſet tortus, &
2 ſecundum † aliquos ſuſpicio, ſeu metus torturæ æquipollet torturę Hoc amplius dixerunt aliqui confeſſionem factam propter uehementes minas Iudicis, licet extra tormenta intelligi tamen metu tormentorum, & poſſe reuocari perinde ac facta fuiſſet prope tormenta. De hoc, & ſupradictis, uide Bartol. l. nouiſſime. ff. quod fal. tut. Guid. de Suz. ſub rubr. de quæſtio Sed contrarium fere omnes tenent, quòd
3 ſola † ductio ad funem ſit leuis terror, ſed ductio, & ligatio indicant metum, quia debet eſſe terror cadens in conſtantem virum. l. interpoſita. C. de tranſact. Circa prædicta, ego

SVMMARIVM.

1 *Confeſsio in tormentis facta, tunc demum fidem faciet, quando per certa ſigna uerificabitur.*
2 *Confeſsionis in tormentis factæ uerificatio ex quibus haberi poſſit?*
3 *Innocentia rei quandoque per cauſas cognoſcitur.*
4 *Signa maleficij à reo ſunt per iudicem petenda ad confeſſionis uerificationem.*
5 *Confeſſione non uerificata reos damnare exemplo pernitioſum eſt.*

De confeſsione in tormentis verificanda. & de errore Iudicum. Cap. XX.

DIctum eſt ſupra, confeſsio-
1 nes reorum non haberi pro exploratis facinoribus, ſi nulla alia probatio Iudicis religionem inſtruat: Etenim res eſt fragilis, & periculoſa, & quæ ueritatẽ fallit: quia aliqui tanta ſunt impatientia, vt in quouis menti ri q̃ pati tormenta uelint. l. 1. ff. de quæſt Quare Rhetores diſputãt, & utrinq; argumenta no deſunt. Proinde altera pars tormenta teſtimoniorum loco habet. At altera pars dãnat cum tormẽtorum mẽtiri ſæpe faciat dolor. uide Ariſto. libro pr mo de arte rhet. Quint. libro quinto. Confeſsio itaq; in tormentis tunc demum fidem faciet quando per certa ſigna verificabitur, & hoc modo tolletur certamen, an reus ſit uere confeſſus, an mentitus cruciatu tormentorum. Et in dici intereſt quærere ratione humanitatis, ne innocentem occidat, ne quærendo homicidam homicida fiat. c. 21. Exo.
2 Verificatio † igitur dupliciter conſideratur. Primo quòd delictum ſit cõmiſſum, vnde conſtare debet de cadauere, aliter non procedtur ad torturam, dictũ eſt ſupra. capit. 1. Eſt autem alia uerificatio magis neceſſaria ad cognoſcendum uerum delinquẽtem, & quòd reus non ſit confeſſus cruciatu tormẽtorum. Quare licet confiteatur reus, Iudex tamen debet q̃rere, & uerificare infraſcripto modo. In primis petatur à reo cur fecerit, & cur occiderit, nã p † cãs qñ. p cogno
3 ſcitur innocẽtia rei, etenim ſi cauſæ nõ ſunt ueriſimiles, rei nõ damnañ. vide laſ. l. magiſtratib. ff. de iuriſd. om. iudi. l. j C.
4 ad l. Cor. de ſica. Scdo, Iudex petet † à reo aliqd certũ ſignũ, vel ſi agãt de homicidio, interrogabit qd factum ſit de armis,

Digitized by Google

mis,& de qualitate armorum:nam ex ijs, & ſimilibus ueritas elucelcit.Sinautem de furto agatur, interrogetur quib. vendiderit,& ſi reus aliquos nominauerit, nominati examinentur, & ab eis exploretur,an ſit uerum.uide Brun. tract 6. ibi principaliter quærirur.Si in cauſa beneficij quis torquebitur,interrogetur,venenum vbi emit?à quo?quando?quãti?per quem dedit?Supradicto igitur modo,& ſimili , & in ſupradictis, & ſimilibus delictis interrogando reum , delicta fient exp:orata Iudici certis ſignis, quæ ad veritatẽ adducunt,& non ſola confeſſione,vt dictum eſt ſupra. De ſupradictis ſignis,vide l.Moſis ca.7.Ioſ. in fin.apud Rhetores, auctore Cornificio legitur, maiores uoluiſſe certis in reb. interponi quæſtiones,cum quæ vere dicerentur ſciri, q̃ falſo in quæſtione,pronunciarentur,refelli poſſent, hoc modo.Quo in loco quid poſitum ſit, & ſiquid eſſet ſimile, qđ videri,aut aliquo ſimili ſigno percipi poſſet, vide eundem. 2.ad Herennium titul.in cauſa coniecturali.Exemplo pernitioſum † eſt non verificata confeſſione reos damnare , & exempla non deſunt.Vide Val.Max.libr. 8. de quæſtione.in princip.

SVMMARIVM.

1 *Perſeuerare in confeſſione quando, & quomodo reus dicatur?*
2 *Confeſſione facta, an ſtatim reus ducendus ſit ad eam ratificandam? uel quantum tempus ſit interponendum?*
3 *Confeßus debet per tres dies conquieſcere antequam ducatur ad ratificandum ipſam confeſſionem,aliter ſi fuerit ratificata paruo momento, dicetur ratificata metu tormentorum.*
4 *Confeſſio facta in tormentis,& legitime ratificata , non præcedentibus legitimis indicijs , an ualeat , & ex ea an iudex poſſit reum damnare?*
5 *Inquiſitio non precedentibus legitimis indicijs eſt ipſo iure nulla,& quæcunque ab ea ſequuntur , corruunt .*
6 *Confeſſio facta in tormentis, licet non ſatis ſit ad damnandum niſi ratificetur , an fallat quando præceſſit confeſsio extraiudicalis?*
7 *Confeſſus ſi non perſeueret , an repetatur in tormentis , vt perſeueret?*
8 *Confeßus ſæpius in tormentis , & ad perſeuerandum ductus ſemper negans , an & quot uicibus poſsit torqueri , ut perſeueret .*
9 *Confeßus aliquando poteſt damnari,abſque ratificatione,quando ſigna ſunt talia,ut non ſit probatio in contrarium.*
10 *Indicijs indubitatis non poteſt quis damnari,ſed tantum torqueri.*
11 *Confeſſus ſi in confeſsione perſeuerare nolit,ſed uelit probare contrariũ, an non ſit audiendus,ſed audiendus.*
12 *De innocentia rei omni tempore quæri poteſt.*
13 *Confeſsio in ciuili,an præiudicet in criminali,ſi per principalem facta fuerit.*
14 *Confeſsio facta in uno iudicio nocet inter eaſdem perſonas in alio , niſi contra confeſsionem in primo iudicio iudicatum fuerit.*
15 *Tortus Bononiæ pro delicto ibi commiſſo,ob quod non eſt corporaliter puniendus,ſi in tormentis confeßus fuerit ſe plura maleficia extra Bononienſe territorium perpetraſſe,an à poteſtate Bononiæ poſsit ultimo ſupplicio condemnari?*
16 *Confeſsio de pluribus delictis,licet ſæpe ratificata non nocet, niſi conſtet de illis.*
17 *Confeſsio licet legitime habita fuerit per tormenta, & fuerit ratificata , non erit tamen ſufficiens ad condemnandum,niſi fuerit declarata à reo per ſigna,per quæ uerificetur iudex reum uera eſſe confeſſum.*
18 *Confeſsio etiam ratificata non habet uim ueritatis ſine alijs ſignis.*
19 *Iudex maleficiorum temerè,& rei ueritate indiſcuſſa iudicare,aut reum condemnare,non debet.*
20 *Aduocati,& defenſores dandi ſunt reis carceratis,ſe defendere ob inopiam nequeuntibus.*
21 *Renunciare defenſioni ſuæ,an reus poſsit? & an iudex id admittere debeat?*
22 *Iudex quærere debet defenſiones rei,etiam poſt latam ſententiam,ſi ratio innocentiæ conſtiterit.*

De confeſſione ratificanda,& quando reus ratificare recuſat, & de errore Iudicum. Cap. XXI.

Confeſsiones reorum non habentur pro exploratis facinoribus,niſi rei perſeuerauerint.

1 Perſeuerare † autem dicitur, quando reus ducitur ad banchum Iuris,prout duci omnino debet, ubi palam moneatur de vita ſua agi,ideo bene conſideret, ſi vult perſeuerare in confeſſione ſua,& eam ratificari,legente ei notario vulgari ſermone dictam ſuam confeſſionem.Qui ſi reſponderit contenta uera eſſe,tali caſu dicetur perſeuerare.Et notã-
2 dum † eſt,reum non ſtatim habita confeſſione duci dẽe ad ratificandum eam,quia non dicitur perſeuerare, quãdo alt quo temporis ſpacio non quieuerit.Vnde iudex ſuperſedere debet per aliquod ſpacium , quod eſſe debet ſecũdum ali-
3 quos per diem,& noctẽ.Sed ſecundum † alios per dies tres, & ita obſeruãdum eſt,nam per ſolam diem,& noctem,reus animo confuſus,doloris impatiens facile non reſipiſcit , & adhuc dicitur eſſe in cruciatu,niſi aliquo bono ſpacio cõquieſcat,ſaltem per dies tres:aliter n. ſi fuerit ratificata paruo momento,dicetur ratificata metu tormentorum. Ani-
4 maduerteudum eſt Bal.tenuiſſe confeſſionem præcedentibus indicijs factam maxime valere,quando ea ratificatur.Si vero fuerit facta non præcedentibus indicijs legitimis, ſi fuerit ratificata,valebit,aliter non, vide eum.l 1.C. de confeſſ.Sed caue,& contrarium tene , q̃ per confeſſionem factam in tormentis licet legitime ratificatam non præcedentibus legitimis indicijs Iudex non poterit damnare, & ratio eſt,quia accuſatio,ſiue inquiſitio caruit ſuis præcedentibus ſubſtantialibus à iure requiſitis,videlicet , vt præcedant legitima indicia,antequam deueniatur ad tormenta,aliter in
5 quiſitio † non præcedentibus legitimis indicijs eſt *ipſo iure* nulla,& quæcunque ab ea ſequuntur,corruunt *propter* omiſsionem,& defectum modi,& formæ ſubſtantialis. No-
6 tandum eſt,† q̃ licet confeſsio facta in tormentis non ſatis ſit ad damnandum,niſi ratificetur ad banchum,vt ſupra,fallit tamen,quando præceſsit confeſsio extraiudicialis, uide Iaſ.inl.Magiſtratibus.ff.de iuriſdict, omnium iudicum. Sed hæc opinio non placet , nam ex confeſsione extraiudiciali oritur indicium ad torturam,ſicut ex alijs indicijs.l.iſtus.ff. de ijs,qui nota.infa. Attamen confeſsio facta in tormentis ex alijs indicijs ratificatur,cur diuerſum ĩ hac extraiudicia-
7 li confeſsione?Quid ſi reus † confeſſus non perſeuerauerit ? dic q̃ repetet in tormentis,mõ p̃cedant legitima indicia,& hoc caſu repetet nõ ad confitendũ,ſed ad pſeuerandũ.Quid
8 ſi ſæpenumero † in tormẽtis confeſſus eſt,& toties ad banchũ iuris negauit,an poſsit torqueri vt pſeueret?Dic torqueriter poſſe, ſecũdũ Hipp.l.repeti. ff. de quæſtio. Sed alij poſt eum dixerunt,ſi indicia ſint leuia,non poſſe,niſi ſemel torqueri.Sed ego ſentio,ſi confeſsio fuerit uerificata ſignis, vt ſupra de uerificanda confeſſ. poſſe torqueri arbitrio iudicis.Et ratio eſt, q̃ hoc caſu Iudex factus eſt certus. Et aliàs
9 † tenui reum poſſe damnari,abſque ratificatione , dummodo ſigna ſint talia,& non ſit probatio in contrarium. Et ratio reddi poteſt, q̃ Iudex certior factus non debet amplius certiorari.Deinde quia ubi ſunt probationes, & ſecundum aliquos indicia indubitata contra reum,proceditur ad condemnationem,abſque confeſsione,& ratificatione.Sed per
10 indicia,† licet indubitata ſentio non poſſe damnari,ſed torqueri.Non obſtat, q̃ dici poſſet, q̃ modus & forma torturæ exigunt, q̃ confeſsio in tortura , ſiue metu torturæ ratificetur.Reſpondetur, q̃ hoc caſu reus damnatur propter ſigna mediante confeſsione,non propter confeſsionem. Quid ſi
11 reus † non perſeuerauerit in confeſsione,& vult *probare in* contrarium? Dic quòd non torquebitur,ſed audietur,licet ſit confeſſus.Et non ſolum poſt cõfeſsionem,ſed etiam poſt
12 ratificationem,& ſententiam latam.Nam † omni tempore ratione humanitatis quæri oportet de innocentia rei. Non nunquam enim,aut metu,aut aliqua alia de cauſa in ſe cõfitetur,& ſæpe falſa demonſtratione damnatur. l. 1. §. final. ff.eo.Quamobrem Iudex bene aget,ſi in omni caſu cõfeſſionis dabit terminum reo ad ſe defendendum,& dabit aduocatos,& defenſores ne inocentem condemnet, vt ſæpe dictum eſt.Occurrunt hic aliquæ quæſtiones in materia con-
13 feſsionis.† Primo,confeſsio in ciuili præiudicat in criminali,ſi facta fuerit per principalem, ſecus ſi p procuratorem.vide Paul.de Le zar.in capitu.fina.de confeſsis.† Secundo;cõ-
14 feſsio † facta in uno iudicio nocet inter eaſdem perſonas in alio,niſi contra confeſsionem in primo iudicio iudicatum fuerit,no.in l.prima, C. quando ciui.actio.præiud.crim.Ter-
15 tio,ſi tortus † Bononiæ pro delicto ibi commiſſo , ob quod non debet pati corporaliter , in tormentis confeſſus eſt perpetraſſe furta &alia maleficia extra comitatum Bononiæ,q̃ritur nunquid poteſtas Bononiæ poſſit eum ultimo ſupplicio condemnare propter talia maleficia alibi commiſſa, & digna morte?Concluſiue dicitur non poſſe.uide Gandin.de q.num.22.
16 Quarto,confeſsio † de pluribus delictis licet ſæpe ratificata,non nocet,niſi conſtet de illis,dictum eſt ſupra in capitu.ſecundo.Hoc † amplius notandum eſt , quòd licet conſtet de delictis,& licet confeſsio ſit legitime habita per torturam , eſto etiam quòd ſit ratificata , non erit tamen ſufficiens ad condemnandum , niſi fuerit declarata à reo p̃ ſigna,per quæ certificetur Iudex reum uera eſſe cõfeſſum,

Digitized by Google

ſum,uide Brun.in gl.Sexto,principalis,num.3.uide ſupra in
18 cap.20.Et ratio reddi pōt, ꝙ confeſſio † quamuis ratificata non habet vim veritatis ſine ſignis dicente. I. C. Siquis vltro de maleficio fateatur non ſemper ei fides habenda eſt. Nonnunquam enim aut metu,aut aliqua alia de cauſa in ſe
19 confitetur.l.1.ff.eod.Itaque Iudices ne † præcipites, aut temere, indiligenterq; probata,aut quouis modo indiſcuſſa iudicent,dicente Veritatis voce,nolite iudicare,& non iudicabimi.i.quo etiam iudicio iudicaueritis,iudicabimini.
20 Maximum quidem † memorabile, mentique tenēdū haud prætermittendum eſſe duxi.Quoniam miſerabilib.maxime que circunuentis ſuccurrendum eſſe cenſeo.Quare Illuſtr. Iulius Gabriel Patritius Venetus,Comes S.Pauli,& Auiani cum quendam pro homicidio reum conuentum in carceribus detruſum teneret,qui maxima angebatur inopia, adeo vt ſe defendere non poſſet,Prædictus Illuſt. dñs Comes ſuis proprijs(quod eſt notandum)ſumptibus eximios V.I.D.dominum Alexandrum Feder.nobilem Taruiſinum,& Io. Baptiſtam Romam Serraualenſem,ab ipſo reo noīatos,in aduocatos,ac huiuſmodi cauſæ defenſores aſſumpſit. Iſtud q̄dem maximum miſericordiæ opus, & liberalitatis exemplū Illuſt.dās ipſe Comes ab Illuſtriſſimis, & piētiſſimis dominis Venetis,orbis terrarum virtutis ſpecimen habuit.Quorum iuſtitia plena eſt terra.Et qui una cum Dauide inceſſabili uoce miſericordias dñi in æternum cantare,ac eam miſerabilibus,& inopia ductis impertiri non deſinunt. Poſtre-
21 mo aliqui † utuntur hac cautela ſc3, ꝙ rei renuncient defenſionibus ſiue dicant ſe alias non habere defenſiones: & ſic ratificare faciunt confeſſionem,& non amplius audiunt reum.Sed dic,ꝙ rei non poſſunt renunciare,nec Iudex admittet aliquod genus renunciæ,niſi certo ſciat reum care-
22 re defenſionibus.& omni tempore audiat,† ipſe iudex quæret defenſiones.c.22.Exo.Bal.in l.ſer.quoque. ff. de procu. & l.1.in fi.ff.de q.ubi etiam poſt latam ſententiam quærit iudex ſi ratio innocentiæ conſtiterit.

TRACTATVS
DE AMORTIZATIONE BONORVM,
PETRI PECKII.
I.C. CLARISSIMI.

Amortizatio quid ſit. Cap. I.

SVMMARIVM.

1 *Amortizationem non rectè P. Iacobi adiuuationem uocat.*

PEtrus Belluga Hiſpanus in Speculo Principis,rub.14. amortizationem translationem appellat,iuſſu principis in manum mortuam factam. Benedictus Curtius in lib.de arreſtis armorum,in princ.lib.7. remiſſionē iuris. Mod.Pariſ.ad Conſuetu.Pari. par.1.§.41.num.67.& 68.eandē ſnīam ſequutus,amortizationem,licentiā bona immobilia per manum mortuam retinēdi,& in ꝑpetuum poſſidendi,ſiue renunciationem iuris cogendi eam,ad transferendū in idoneū manū,dici poſſe exiſtimat.neq; huic abſimile eſt,qđ ad Conſuet.Borbon.§.25.
1 & 479.ius morticinij eam uocat Papo. Et oēs q̄dē multo rectiùs quàm Petrus Iacobi,qui in ſua praxi.titu.de cauſſis exq̄b.vaſal.deb.amit.feud.c.de acquiſ.ab eccle.§. itē adquirit legitimè,hoc verbo amortizationis,ueluti turpi repudiato, adiuuationē potiùs nominandam eſſe arbitratur, quaſi ſc3 per eam eccleſia iuuet,id quod nimis vagum ac gñale eſt.

Quæ ſit manus mortua. Cap. II.

SVMMARIVM.

1 *Manus mortua variè dicitur.*

TametſI manus mortua varie dicatur, qđ ex Chaſſa
1 næ.ad tit.des mains mortes,ſatis liquet:in ꝓpoſita tñ materia,eccleſiā,ciuitatem,collegiū, ſiue aliud qđcunq; corpus, vel eccleſiaſticū,uel ſæculare,,qđ bonorū capax eſt, manū mortuā.vulgò appellamus.Nā ſicut ſemel mortuus,denuò non moriſ,ita quoque corpus eiuſmodi, ētſi oēs ꝓſonæ, exq̄b.cōſtat humanis eximant,& mutent,immutatū ꝑmanet. l.proponebat.ff.de iud.l.ſicut.§.in decurionib.ff.qđ cuiuſq; vniuerſ.noīe.c.q̄m. Abb.de off.dele.Mod. d.§.41. num.56. Mihi quidē ſanè viſum ſemper fuit,ideò manū mortuā dici,ꝙ quemadmodū moriētis hoīs manus, id qđ comprehēdit,firmiſſimè concluſum tenet,neque facile remittit:ſic ēt, quicquid eccleſia,ſeu corpus iſtiuſmodi ſemel adquirit, & in manum,hoc eſt,in ptātem ſuam accipit,ut ad ordina.regi.tom.1.ti.de lit.obliga.arti.5.gl.5.ait Rebuff. non niſi magna cum difficultate & ſolennitate,in cōe hominum commercium poſt deinde remittit,ſed accumulādo conſeruat. c.ſine exceptione.11.q.2.de toto.ti.de reb.eccl.non alie.

Amortizatio vnde dicatur. Cap. III.

SVMMARIVM.

1 *Mortua quæ dicantur.*

Quemadmodum lis mortua dī, q̄ in diſceptatione iudicia
li eſſe deſijt.l.cum lite.ff.iud.ſolu.monachus mortuus, q̄ cōi hoīum cōſuetudini exēptus eſt.l.fi.C de epiſc.& cler.§.lecū dū,in auth.de nup.excōicatus & deportatus mortuus, q̄a à cętu & frequētia hoīum excludī.c.plerunq;.12.q.3.§.adhortatio,in authrde nup.exhæredatus mortuus,q̄ inter hæredes ampliùs non eſt.Spec.in ti.de fer.§.1. ab hoſtibus captus q̄a inter ciues eſſe non pōt.l.cū ſtatus.§.ſi ambo. ff. de dona.cau.mor. Eodem quoq; mō eā rem mortuā nō abſurdè dici exiſtimo,q̄ ampliùs de vna manu in alterā manū uiuentiūnon tranſit,ſed cōi hoīum commercio eximit: cuiuſmodi ſunt hæc bona,q̄ dicimus, amortizata. Nā & in ſimil, Accurſ.ad l.qđ aūt.ad verb.mortua.ff.de dona.inter virū & vxo.id mortuū dici putat,ex quo nemo fit locupletior,& è q̄ in auth.de mandat.princip.uiuere dñr p̄dia, ex q̄b.homo viuit,hoc eſt,alimenta q̄cipit. Et quemadmodū(homilia 2. in 1.c.Matth.teſte Chyſoſtomo)is qui ad eum modū uitam ſuā inſtituit,vt non iā in carne,ſed ſpiritu eſſe uideat, mēbra ſua q̄ ex quatuor elementorū gñationib. concepit, mortificare dī:& ſicuti ea caro uita priuat, q̄ à corpore ægri chirurgus,vt noxiā,reſecat:ita quoq, ea bona immobilia,q̄ principis auctoritate in manū mortuā transferuntur, & per hoc hominum commercio,& alienationis conditione eximūtur,ducta à Gallis uoce amortizari vulgò dicimus.

Quæ ſit cauſa amortizationis,& ubi obſeruetur.

SVMMARIVM.

1 *Clauſula literis regijs inſeri ſolita.*

Eccleſijs,collegijs, cęterisq; corporib.quę manus mortuę appellā
tur,ꝑ amortizationē aduerſus leges principis, bonorū immobiliū adquiſitione illis interdicentib. ſuccurrit, earūque eſt ueluti ſolutio,& laxamentū.Eiuſmodi aūt leges iam inde à multis ſæculis in Italia,lociſque alijs Romano imperio ſubditis viguiſſe,cùm D.Hierony. in Epiſto. ad Nepotianū. tum D.Ambroſ.epi.31.li.5. epiſtolarū.euidenter oſtendunt. In Hiſpanijs quoque receptas eſſe Petrus Belluga.d.rub.14. teſtis eſt,& ſub Regib. Aragonīæ initiū ſumpſiſſe vñr. Per uniuerſam Gālliā nihil illis uſitatiùs eſſe,Faber ad l.quoties. C.de rei uendi.Papo.d.§.25.& 479.Maſuer.in tit.de locat.& cond. referunt. Idq; ab oī æuo(inquit Guilielmus Benedicti ad c.Raynu.ad verb.& vxorē,nu.3.& 4.de teſta.) adeò q̄dē,vt in lr̄is regijs,tā in poſſeſſorio, q̄ in petitorio iudicio,
11 ſuper rebus immobilib. acquiſitis eccleſiæ cōceſſis, ſemper pēnè hæc clauſula in calce ſubnectatur,prouiſo,quod habita poſſeſſione pacifica,teneatur eas infra annum, & diē extra manum ſuam ponere,& in perſonam capacē transferre, aut conſenſum Regis obtinere.In Belgio noſtro per Burgū dos Principes latę fuerunt,eaſque Carolus V.Impera.amplificauit,confirmauitque.

Amortizatio an iuri cōi ſit conſentanea. Cap. V.

SVMMARIVM.

1 *Intellectus.l.1. C.de ſacroſ.eccl.*
2 *Intellectus.l.ſacra loca.ff.de rer.diuiſ.*
3 *Eccleſia ſine conſenſu Principis,quibus caſibus iure communi non adquirat.*
4 *Franciſcani bonorum immobilium ne uolente quidem Principe, ſunt capaces.*

Poſtulandæ amortizationis neceſſitatē, lōgè largeq; à iure cōi diſſidere, prorſus nō
dubitō: ſicut de reb.ꝑ teſtm̄ eccleſiæ,collegio, Xenodochio, monaſterio,& ī uniuerſū,cuicūque manui mortuæ relictis ſiue de ijs,q̄ ſucceſſiōis,donōnis,vēditiōis,alio quocūq; titulo,in corpora hmōi transferuntur,agat.Magnus.n.ille Cō-

Digitized by Google

ſtantinus,qui tot opibus eccleſiam amplificauit, tot egregijs munerib. & trophæis auxit, tot honoribus & cæremonijs ornauit, vnicuique licentiam dedit,ſanctiſſimo,catholico,venerabiliq; Concilio,bonorum quod optaret,relinquere,neque caſſa iudicia eius eſſe.l.1.C.de ſacroſ.eccleſ. Et licet nonnulli per catholicum, venerabileq; Concilium, Synodum tantùm intelligi poſſe exiſtiment, inter quos etiam Alciatus eſt:crebriore tamen interpretatione, de quocunque eccleſiaſtico collegio acceptum eſt. Eaq; interpretatio Iuſtiniani Principis conſtitutioni conſentanea eſt, qui inquit:Si quis in nomine magni Dei, & Seruatoris noſtri Ieſu Chriſti,hæreditatem,aut legatum,eccleſiæ reliquerit,iubemus,vt eius loci eccleſia,in quo teſtator domicilium habuit,relictum capiat.§.ſi quis,in authen.de eccleſia.titu. Tũ vero,etſi monaſticam religionem profeſſi,à ſucceſſione parentum,hodiè vbique ferè,moribus populorum,excludantur,eaq; bona illis deferuntur,qui ab inteſtato illis alioquin eſſent ſucceſſuri.Maſuer.tit.de ſucceſſ. verſ. item per conſuet.Chaſſ.ad conſuetud.Burgund.tit.des ſucceſſions.§.14. Io.Imbertus in ſuo Enchiridio, ad verb.monachus. Leges tamen Romanæ,& monachos, & monaſteria admiſerunt. c.in præſentia,de prob.auth.ingreſſi.C.de ſacroſan.eccleſ.l. Deo nobis.C.de epiſ.& cler.eaque donationum rerum, tã mobilium,quàm immobilium capacia eſſe uoluerunt.cap. ſancimus.C.de dona.l.ſi quis ad declinandam. C.de epiſ. & cleri.c.1.de immun.eccle.lib.6.quin & domos,fundos,territoria,totaſque hæreticorum prouincias eccleſiæ adiunxerunt.l.Arriani.C.de hære.& Manich.d.auth.de eccleſ.ti. id quod eiuſdem Conſtantini donatio,à Ludouico, alijsque Romanis Principibus confirmata,manifeſtè demonſtrat.

2 Quæ cùm ita ſint,neſcio quid illis in mentem venerit,qui ideò amortizationem iuri communi conformem eſſe aſſeruerunt,quod Vlpianus,alijque veteres, locum publicũ, non aliter ſacrum fieri reſponderunt, quàm cùm Princeps eum dedicauit,vel dedicandi poteſtatem dedit.l ſacra loca. ff.de rer.diuiſ.l.vltima.ff.vt in poſſeſſ.legat.Nam cùm res ſacræ nec p quoslibet,nec quibuslibet, ſed ſelectis uerbis,autoritate publica,& ritu quodam ſingulari adhibito fiant: vt libro 2.de legib. ſcripſit Cicero,& in §.ſacræ res.Inſtitut.de rerum diuiſ oſtendit Iuſtinianus:& cùm loci publici mutatio ad ſtatum publicum pertineat, id quod ex ædilitijs edictis ſatis apparet,ac denique,cùm res ſemel DEO dicatæ, ad vſus humanos deinde transferri non poſſint,cap. ſemel. de regul.iuris.in 6.longè alia eſt ratio, ob quam lex ſcripta eo caſu conſenſum Principis requirit,quo locus publicus cõſecratur, eo vero caſu non requirit,quo bona immobilia, atque prophana,& temporaria,in Eccleſiam transferũtur: maximè cùm eorundem bonorum,neque tam difficilis,neque tam rara eſt alienatio, quàm ſacrorum, & cum onere ſuo,ad eccleſiam trãſeant.c.tributum.23.q.8.& indictiones, collectasque, ob neceſſitatem publicam iniunctas ſæpiſsimè ferunt.l.ad inſtructionem.& l.iubemus. C. de ſacroſan. eccleſ.

Sunt tamen nonnulli caſus in quibus abſque conſenſu Principis,etiam iure communi nihil adquirit eccleſiæ. Nã ſi quis rem emphyteuticam,à Principe acceptam,in eccleſiam transferri velit, ſine conſenſu eius non poteſt, Pan. in c.potuit.num.10.de loca.& conduc.&Vaſallus de feudo,neque ad utilitatem eccleſiæ neque ad commodum alterius inconſulto Principe teſtari poteſt.c.1.de prohibit.feu. alie. c.j.de aliena.feud.gl.in l.fi.C.de iur.emphyteu.

De ijs autem,qui beati Franciſci arctiorem religionem profeſsi ſunt,expeditum eſt,quod non uolenti quidẽ Principi immobilium bonorum capaces exiſtunt.Cle.cupiẽtes, de pœnis.Cle.exiuit,de verbo.ſignifi.

Neceſsitas poſtulandæ amortizàtionis, an libertati eccleſiæ aduerſetur. Cap. VI.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutio Caroli II. ſiculi & aliorum de amortizatione.*
2 *Bonifacij 8.conſtitutiones an recte in Gallia nonreceptæ.*
3 *Eccleſiaſticorum opera regiones cultæ.*
4 *Amortizationis ratio.*

Periculoſum ea de re iudicium eſt,quæ vel libertatem eccleſiæ (cui omnes bonos fauere æquum eſt) vel religionem, pietatem, poteſtatemq; Principis (cui omnes ſubditos reuerenter obedire,diuina lege mãdatum eſt) attingit,atque delibat.Ideoque tametſi ad modum confidenter Petrus Iacobi in ſua praxi,tit.ex quib. cap. vaſ.feud.amitt.eos qui iſtiuſmodi conſtitutiones edunt, q conſtituentibus conſilium dant,qui ad confeſsiones eorũ audiendas aſſumpti à talibus legibus non deterrent, excõmunicationis aliiſque pœnis,aduerſus uincatores eccleſiaſticæ liberratis editis ſubijci, & ad reparationem damni illati obligari,aſtruat,Auth.caſſa & irrita. C.de ſacroſ.eccl. c.nouerunt.de ſent.excom. Ioannes tamen Breſsianus ad conſuet.Auerniæ,cap.21.§.14. in prin.alijque nonnulli mitius,modeſtiuſque loquuti,non multum ſibi eas conſtitutiones placere tantummodò fatentur. Nam ſi liberratem eiuſmodi uiolãt,qui ea quæ uel iure communi,uel iure priuilegiario,& ſpeciali competunt,eccleſiæ eccleſiaſticisque hominibus detrahunt,quod ad l.1.C. de ſum. trinita.aſſerit Fulgoſ.& ſequitur Lapus alleg.92.ſi emptio, permutatio, donatio, aliaque rerum adquirendarum genera, omnibus omninò,quibus nominatim interdictum non eſt,iure communi permittatur: ſi in dubio ea interpretatio, opinioque ſequenda eſt,q̃ religioni fauet.l.ſunt perſonæ.ff.de religio.& fune.ſi denique libertas,eſt facultas faciendi, quod cuique placet,niſi lege prohibeatur,l.libertas.ff.de ſta. homin. certè conſtitutiones rerum immobilium adquiſitionem auertentes,defendi poſſe non videntur:id quod ad ea. perpendimus.de ſenten.excom.Cardin.& ad l.filiusfa.§.diui.ff.de legat.1.Bar.& Iaſ.ſenſiſſe comperio. forſitan hæc eſt cauſſa, quod(vt ad conſtitu.incipien. prædeceſſorum noſtrorum parte.3.colum.1.refert Mat. de Afflic.) Carolus II. Siciliæ Rex,ſimilem legem reuocauit,ſatiſque eſſe arbitratus eſt,ſi bona immobilia cum onere ſuo ad eccleſiam tranſirent. l. fin.C.de exact.tribut.quodque tam Bonifacius VIII. quã Fredericus II.& Carolus IV.omnem iſtiuſmodi altercationem abrumpere uolentes,eas conſtitutiones,ueluti cum libertate eccleſiæ pugnantes,reiecerunt,quibus eccleſia, uel ab emptione & adquiſitione bonorum abſtinere, uel ſemel iuſtè accepta, extra manum ſuam ponere iubetur. ad quod,tam ex c.1.& c.fi.de immunit.eccl.lib.6. quàm ex eorundem Imperatorum cõfirmatione, tomo 3.conſilio. ſub finem Conſtantien.concilij ſubiecta,liquidò apparet, & ꝙ lib.4.cap.6.Inſti.Forenſium refert Imbertus,eius Bonifacij conſtitutiones,in Gallijs receptas non eſſe, exigui momenti eſt,niſi uel omnem auctoritatem Pontificiam, uel tãdem quoque,Chriſtum ipſum à Gallia excludere uelimus. Nouiſsimè quoque Cõci.Trid. talium rerum poſſeſsiones ſeſſ. 25.ti.de reg.c.3.confirmatæ eſſe uidentur.

Audacter tamen,in contrariam opinionem ingens interpretum numerus conſpirat:alij, quia princeps(cuius imperio,& omnes & omnia à mundi vltima origine, ſubdita erant)legem,rebus ſuis,ſibi placentem imponere poteſt.l. in traditionis.ff.de pac.l.in re.C.mãdati.alij quia ſicut propriis agris ſitientibus alienos irrigare durum, & penè inhumanum eſt.l.præſes.C.de ſeruitu.ita laicos in rebus temporalibus clericis præferri æquum eſt. alij, qa non odio eccleſiæ inducta eſt eiuſmodi conſtitutio,ſed bono publico,ne maiori rerum immobilium parte ad eccleſiam translata,laici ſoli publicis oneribus ferendis ſatis nõ ſint.alii, qa & lex iſtam ſibi ſubiectam reſpicit,& perſonam ſubditi ſui, ad contrahendum obligandumque ſeſe eccleſiæ inhabilem efficit. alii.quia eccleſiæ nihil detrahitur,ſed ſolùm adquirere prohibetur,uel ut ad d.Auth. Caſſa.num. 4. ait Alciat.non hoc eſt,eccleſiæ iura diminuere,ſed nolle laicos ſua illi communicare.alii,quia eccleſia non læditur in quæſitis,ſed cerram formam accipit,in quærendis.alii, quia ſecularium Principum intereſt plurimum,ne translatis in eccleſiam bonis,& confiſcationum,& laudimiorum,& aliorum iurium dominicalium emolumenta amittant. alii denique, quia uoluntas teſtatoris paciſcentis,legem ferentis, & ſtatuentis adæquantur.l.final.C.de fideiuſſ. Igitur, ſicut in certum genus hominum prohibita alicuius rei alienatio,& translatio, vel à teſtatore uel ex pacto facta,iure defenditur.d.§. Diui. l.final.C.de rebus alien. non alien. l.ſi ita quis.ff.de uerborum obligatio.ita quoque & lege,& ſtatuto prohiberi poteſt. l. final.C.de fund.limitroph.l.final. C.de fundo rei patrimo. Et ita demum Barbat.conſil.30.libro quarto,Signorol.conſilio 21.Maſuer. tit. de locat.Faber ad d.l.quoties,Archidiac on.ad cap.Romana,de appell.in 6.Lucas de Penna,ad l.iubemus.C.de nauib.non excuſ.libro 11.Iaſon ad l.fina. C.de iure emphyteu.Bartol.ad l.final.C.de pact.& conſil.incipiẽ. qnidam Cola Pauli.Bald.ad c.quæ in eccleſiarum,& conſtitut.Franc. Mignon.ti.des ſengneuriez articul.37.nume.3.& 4.Alciat.ad d Auth.Caſſa.& Imbertus in enchridio ad uerbum monachus,omnes unanimiter ſtatuerunt.

Cæterùm,quemadmodum rationes iſtæ neque Panormitano conſil.26.62.& 63.& ad cap. relatum, de teſtamen. neque Felyno ad capitu.quæ in eccleſiarum, de conſtit. neque Angelo ad d.§.Diui.neque Ioan. Andreæ ad d.capitu. final. neque Chaſſanæo ad conſuetud. Burgund. titu. des mains mortes.§.10.numero 49. & 50. neque Nicolao Euerardi conſil.239.colum.vltim.imò ne Bartholo quidem ſibi contra-

Digitized by Google

contrario, ad l.fi.C.de sacrosecc.& ad l.fi.C.de exacto. pla cuisse video: ita apud me quoque, non multum ponderis ac momenti habent, qui sciam, sententiarum pondere, ac veritate, non opinantium numero, in rebus controuersis dijudicandis utendum esse. Quam enim legem mihi adferunt, qua omnium rerum dominia solius Principis, non etiã priuatorum hominum, ab ipsa origine fuisse ostendant, cum populo hebreo dictũ sit, quicquid calcauerit pes tuus tuũ erit? longeque eo dicto antiquior sit priuata cuiusque possessio? Quis ignorat, etiam sacerdotum bona à quo tempore illi esse cœperunt, & suis legibus steterisse, & sua libertate vsa esse? Cur ad originem tantoperè refugiunt, à qua toties vltrò posterioribus suis legibus recesserunt Principes? Cur potestatem eorum tam vehementer vrgent, qui summa veneratione, religioneque ducti, non tantùm ea vsi non sunt, sed etiam cuiuscunque generis, bonorum adquisitionem, ecclesiæ, & liberè permiserunt, & liberaliter adiecerunt? Cur bonum publicum adeò extoliunt, quasi non æquè, in multorum pauperum (quos magno numero alit ecclesia) sustentatione, quam in multorum secularium hominum tenaci sepè opulentia illud consistat? Ponam illis ob oculos exercitus mendicantium, ad fores monasteriorum singulis dieb. stipem accipientes, & magno gaudio refectos. Quam nulla verò uel exigua sit earum eleemosynarum comparatio cũ his, quas ab illis pauperes accipiunt, qui nunc (proh dolor) ecclesiæ bona pernicioso exemplo inuolarunt, sibique tanquam propria & auita adscripserunt, testis est Gallia, testis Anglia, tristior testis infœlix hoc nostrum Belgium, in quibus olim, maiores nostri, amplificandis ecclesijs, eorumque prouentibus, intenti, verè commune bonum, hoc est, pacẽ, & tranquillitatem publicam, fidei unitatem, & cõcordiam, fructuum upertatem, commerciorum abũdantiam, & omnium denique rerum prosperitatem Magni Dei beneficio obtinuerunt. Tum, cum Felyno ad d.ca ecclesia colum. 32. respondeo, frustrà de honestate, & utilitate legis disceptari, si potestas legis ferendæ non subest. Iam vero quis unquã, ante leges huiusmodi latas, ecclesiam, monasteria, & collegia, omnium rerum immobilium possessiones ad se traxisse vidit? Non me fugit, magnam partem agrorum illis accessisse, sed magis propria opera quàm aliorum dono. Nam in myricis Brabantiæ, absque locis vastis, atque desertis, res ipsa indicat, quantum agrorum, labore, sudoreque suo, primi coluerint, & quot terras quæ steriles semper ac incultæ iacuissent, ad frugem reduxerint: eaque in re non tantum nõ damno aliquo laicos homines affecerunt, sed & inertiã eorum supplentes hoc beneficij in eos posuerunt, ut eadem illas terras, successiuis temporibus, uel feudi, uel emphyteusis, uel locationis, & conductionis titulo ab ecclesia possidere potuerint. Sed quod feceris ingrato benè? Si tam ingens periculum est, ne sola ecclesia omnia bona sibi uni accumulet, cur non ab ijs quoque sibi metuunt, & non hos etiam à plurium bonorum coaceruatione reijciunt, quibus sacra illa auri fames, adeò altè præcordia insedit, ut præter vicinorum agrorum coemptionẽ, nihil cogitent diu, nihil noctu somnient, qui nihil quod vænum effertur, non illicò sibi comparant, & totos penè pagos possident? Agros alienos irrigant, qui id quod suum est, munificè alijs concedũt. d.l.præses. id quod eos facere nemo rectè dixerit, qui rerũ suarum æstimationem, prætiumque recipiunt. Et cùm in tãta rerum immobilium copia, & multitudine, nunquam & emptores, & uenditores desint, si etiam pecunia non deesset: iniuriam certè laici inde sentire dicuntur, qđ pars aliqua earum rerum ad ecclesiam perueniat. eò magis, qp agri magna etiam parte negligantur, & deserti sint, dũ eos colere, aut in emphyteusim accipere, laicos pertæsum est. Addo quod quò plures sunt emptores, eò facilius rerum pretium incalescit, & solent plerunque copiosa cœnobia actius pretium, quàm alij faciant, laicis venditoribus offerre. An hoc secularibus præiudicat? an potius exhaustos eorum sacculos irrigat, & refarcit? Omnino quoque concedendum puto, quod istiusmodi constitutio, odio ecclesiæ incepta non est, cùm hoc sit à Christianorum Principũ pietate nimis alienum. Sed, quoniam sola ecclesia per eam excluditur, & ea potissima eius caussa extitit, ut ecclesia nõ adquirat, ut ad d.§.479. ait Papo, certè, vnde ecclesia vulnus accipiat, non multum interest. Et cùm (vt dictum est sæpius) res immobiles, vnà cum suo onere ad ecclesiã transeant. d.l.final. multisque casibus parem cum laicis conditionem sustinent. d.l.ad instructionem, & l.iubemus, nec verum, nec uerisimile est, omnia Reipubl. grauamina, tuta ecclesia, in laicos reclinari. Nam & in eorum potestate situ est, omnibus rebus immobilibus necdum ad ecclesiam translatis onus aliquod generaliter imponere, eoque modo affecta, tam ad ecclesiam, quàm seculares quoscunque transmitterẽ, Bartol. ad l.rescripto. ff. de muner. & hono. Felyn. & Panormitan. in d.capitu. ecclesia. Sanè si tam auitæ pietatis, quàm auitæ gentilitatis, ac nobilitatis studiosi essemus, non dubium est, quin æquo hilarique animo ferremus, etiam cum aliquo nostro incommodo, ecclesiam augeri, maioreque immunitate gaudere & perfui. Præsertim, quod (vt Gene. 47. capitu. memoriæ proditum est) cùm Ioseph terram omnem Aegypti, & incolas Pharaoni procurasset esse tributarios: adeoque, ut quintam frugum suarum partem ei persoluerent, solos sacerdotes inde exemit, eorumque terram, & possessiones liberas, atque immunes esse constituit. Quo iure, ad hæc vsque tempora Aegyptij utuntur, vt gl. in c.quanquam in uerbo (diuino) de censib. in sexto. scitè ostendit.

Et quoniam ea lex, quæ laicos certam rem speciatim clericis uænundare uetat, cum libertate ecclesiastica pugnare dicitur. d.capitu. primo, & capitu. final. non tantùm cùm eã ad designata aliqua bona duntaxat, restringit. ut ad d. capit. ecclesia. columna 33. uersicu. incipien. limitatur tertio, ait Felynus, certè omnis illa contrahendi, obligandi, & trãsportandi inhabilitatio, cui opinionis istius tuitores insistũt, inanis & caduca est. Cumque eo iure gaudeat ecclesia, ut liberè bona immobilia accipere, possidere, & tenere possit, Quid tandem energiæ, aut momenti habeat, quod aiunt, nihil ecclesiæ detrahi, sed aliena tantùm illi non communicari? Quis ecclesiæ nihil detrahi arbitretur, cui potestas adquirendi, quæ iure communi ei concessa est, disertim adimitur? Quis æquus rerum æstimator, non in quæsitis illam offendi iudicabit, cui hoc ius commune tot legib. quæsitum eripitur?

Iura confiscationum, in his bonis, fisco Regio adimi, neque semper uerum est, ut d.l. iubemus: apparet, neque ipsi Regi aut Principi iniurioſum uideri debet, ut nec iura frequentia Laudimiorum, cæterorumque fructuum similium, quæ ad augendum illius ærarium pertinent. Non enim hoc olim Principes ueterum deterruit, quò minùs, illam quarumcunque rerum adquirendarum libertatem ecclesiæ concederent. Confiscationes ueluti tristes, & lucra dominicalia, tametsi dulcia & adblandientia contemnere, quam ea ratione, ordinem ecclesiasticum à commercio (ad quod uel infimus quisque laicus admittitur) arcere malue runt. Non enim erant nescij, opulenta illa monasteria in subitã egestate, & hostium insultibus, quanto essent subsidio, quamq; non inuitè thesauros suos sibi mutuatent, & absque usura concrederent.

A pacto, uoluntateque defuncti ad legem seu statutum, argumentum duci non ignoro, sed diuersitatem rationis, diuersitatem iuris inducere scio. l. adigere. ff. de iure patronat. Nam qui paciscitur & testatur, rebus suis legem, quam vult, absque legitimo alterius præiudicio, præscribit. d.l.in re. Atqui is Princeps, qui eiusmodi legem, aut statutum edit, sine graui offensione ecclesiæ id non facit. Ea autem fuit maiorum nostrorum sententia, ut neque directè, neque indirectè, neque quocunque alio quæsito colore, libertatem illam attentandam, aut imminuendam esse paterentur. Ideò quemadmodum ecclesiã grauari noluerunt: ita quoque, neque colonis eorum onus aliquod imponi permiserunt. Bar. ad l.primam, in fine. C. de his quæ pœn. Neque tanto præiudicio, ecclesiæ esse potuit, paucorum testatorum prohibitio, ut uniuersalis, & indistincta istà Principis interdictio, quæ non tantùm pauca quædam immobilia, quæ defuncti in eam transferri uetuerunt, illi non addit, sed omnium omninò immobiliũ bonorum, incapacem constituit. Denique quod existimant iniquum non esse, bona immobilia, quæ sine certis solennitatibus, manum ecclesiæ non exeunt, fine simili solennitate, quæ in eo consistit, ut requiratur Principis consensus ad manum illius non peruenire, ut quod quisque iuris in altero statuit, eodem quoque ipse utatur, l.prima, ff. quod quisque iur. vix eget responsione. Etenim regula illa perpetua non est. Nam pupillus ad adquirendum nõ indiget tutoris auctoritate, aut Prætoris decreto. l.pupillus. ff. de adquir. rerum domin. §. pupillus. Institut. de inutil. stipul. l. neque. C. de contrahend. stipula. At econtrariò, si cui quid pupillus, sine tutore, aut decreto promiserit, aut sese ulli verbo allegauerit obnoxium, nullo iure consistet obligatio. §. nunc uideamus. Idstitut. quibus alien. non licet. §. primo, Institu. de auct. tuto. Et multa ecclesijs, iure speciali concessa esse, quæ à communibus regulis exempta sint, luculenter in tractat. de pia caussa, ostendit Tiraquellus.

Nón dixi prædictam constitutionem ecclesiasticæ libertati derogare, sed dixi rationes superius pensitatas, mihi nõ satisfacere. Nam cùm catholicus Princeps semper præsumatur

Digitized by Google

matur iustè & piè moueri,glo.ad l.relegari.ff.de pœn.Curt. senior consil.49.Dd.ad l.fi.C.si contra ius,vel vtili.public.& qui a illius cõstitutio,subditis eius semper,in dubio, sancta, rectaque videri debet,Nicol.Euerar.cons.231.num.7.Existimo aliam rationem suffuisse;Qualem Hieronymus ad Nepotianum scribens,modestiæ causſa,olim suppressit, Ambrosius verò in epistola 31.ad Valentinianum Imperato.libro 5.satis expressit,uel qualem vsus rerum magister, ipsaq; experientia quotidie ostendit. verba Hieronymi sunt: Pudet dicere,sacerdotes idolorum,mimi,aurigæ,scorta,hereditates capiunt, solis clericis,& monachis hoc lege prohibetur,non à persequutoribus,sed à principibus Christianis. nec de lege conqueror,sed doleo cur meruerimus hanc legem. Ambrosius verò priuata successionis emolumenta, clericis denegari,non conqueritur.Non enim putamus(inquit)iniuriam,quoniam dispendium non dolemus. Scribũtur testamenta templorum ministris,nullus excipitur profanus,nullus vltimæ conditionis,nullus prodigus verecundiæ,soli ex omnibus clero,ius commune clauditur, à quo solo pro omnibus,uotum commune suscipitur, officium commune defertur. Postea verò subnectit hæc verba: sola sublata sunt prædia,quia non religiosè utebantur ijs, quæ religionis iure defenderent.hæc ille. Notum est enim ecclesiam,in hos vsus tãtùm,facultates suas olim habuisse,vt prima pars daretur episcopo, qui peregrinos inopes hospitio exciperet,secunda alendis clericis impenderetur,tertia pauperibus, quarta sartis tectis templorum. Quæ distribuendi ratio,si modestè,sancteque,seruata fuisset, si non plerique, in omne genus luxus,exclusis pauperibus,thesauros ecclesiæ profudissent,opibusque illius inutiliter essent abusi,fortè,neque tot hostes hodie pateretur ecclesia, neque huiusmodi legibus,diuitiæ, possessionesque illius essent circumscriptæ.Abusus enim clericorum,Principes seculi,corrigere posse,in principio enchiridij sui docet Imbertus, quos ego à summo Pontifice,cæterisque ecclesiæ Præsulibus reprimi malim.

Quoniam verò de istiusmodi abusu mihi non satis constare uideo,eam potius causſam esse dixerim,quod constitutio eiusmodi,ab ipsa ecclesia,& ecclesiasticis;proceribus probata,& admissa est,roganteque eam Principe, à tot annis,propalam & publicè in usum recepta.Non quod in aliq bus locis,ab initio contradictionem aliquam passa nõ sit; vt d.§.479.in initio respondit Papo,sed quod ab ea contradictione,totus clerus postea recessit,& tam lõga annorum serie,amortizationem bonorum adquisitorum petijt. Id qđ & Petrum Bellugam d.cap.primo,numero 37.dixisse comperio,& ad excusationem Principis multum confert, argumen.inter corporalia,de transla.episcop.glos.in ca.1.de postula.præla.in 6.& in cap.aqua,de celebrat.miss.& ad ꝓbandam eius consensus,perennitatem mirificè facit. Deinde cũ nemo suum iactare præsumatur,l.cùm de indebito.ff.de ꝓba.dubium non est,quin aliquid fuerit,tametsi nos lateat, ꝓ quod ad consentiendum clerus inductus sit.

Synodus autem Tridentina,d.sess.25.capitul. 3. cum his etiam non pugnat,neque legem amortizationis, seu prohibitionem adquirẽdarum rerum immobilium damnat, sed monasterijs,quæ ex iustituto ordinis, immobilia habere antea non potuerunt,ea quæ nũc habent,possidere permittit. Quod de ijs bonis immobilibus accipi potest, quæ vel rectè à Principe amortizata sunt,vel ante legem,à amortizatione latam,peruenerunt ad ecclesiam,vel sub dominio temporali ecclesiæ sita fuerunt. Alioqui enim si aduersus constitutionem eiusmodi,voluisset Synodus constituere, non monasteriorum tantùm,sed & ecclesiarum quarumcũque & collegiorum aliquam fecisset mentionem proculdubio. Nihilominus,quoniam in hac materia,absque periculo animæ vix asseri quidquam potest, Angel.consil.58.Fely.d.versic. limitatur tertiò,& quoniam Concil. Tridenti. summo Pontifici,reseruata est:tam in his,quàm in omnibus prædictis, sanctæ sedis Apostolicæ iudicio, reuertenter me subijcio. Vide tamen ea quæ inferius capitu. 10. sum dicturus.

An Clerus tuta conscientia legem amortizationis fraudare possit. Cap. VII.

SVMMARIVM.

1 *Natura qui obligantur.*
2 *Lex pœnalis an obstringat conscientiam.*

Propositæ quæstionis decisio,

ex iustitia vel iniustitia constitutionis,qua necessitas petendæ amortizationis indicitur,tota dependet. Nam si iniusta sit cõstitutio,conscientias humanas non obstringit, vt nec aliæ quæcunque leges,quæ vel pietatem lædunt, vel à nõ habente potestatem legis ferendæ,latæ sunt.c.licet.10.dist.l.fi. ff.de iurisdic.omn.iud.Panor.ad d.c.ueniens.2.de spõsa.Sin autem iusta sit,& legitima,nihil dubium,quin etiam cõscientias nostras alliget.c.qui resistit.11.q.3.gl.ad c.fin.de constit. lib.6.licèt in foro conscientiæ,summi ac rigidi iuris apices remitti solent.Bal.ad l.penult.§.illo.C.de neceesi.hæred.Iaſ. ad l.si post.num.7.C.de iur.& facti ignoran.Quia igitur, ex superiore capite,constitutionem illam, ex consensione ecclesiæ,alijsque causis,à me indidem relatis, iustificari posse satis liquet:nullo pacto in eorum sententiam deducor, qui fraudari eam posse arbitrantur. Et timeo,multi vt sint,q sub velamento,offensæ libertatis ecclesiasticæ, quàm altissimè animo suo inscripserunt,impunè sibi licere putent,tales leges circumuenire,& eò magis,ꝙ rem ex contractu qui ipso iure nullus sit,acceptam,tam diu in foro conscientiæ, tutò retineri posse existimant,donec ista nullitas, ipso iudice,pronunciante,declaretur.Panor.ad c.quia plerique, de immunit.eccle.Reb.ad ordinat.Regias tomo 1.in prooem.nu.44. versic.incipiẽ.ex quo infertur.quodque lex, seu *constitutio* pœnalis,ante sententiam,conscientias subditorum *non* afficit.gl.ad cap.fraternitas.11.quæst.secunda,Dominic.à Soto libro 1.de iust.& iur.quæstio. 6.artic.6. pœnalis autẽ est, quæcunque actum,in contrarium factum,annullat, Cattrẽ. & Bald.ad l.non dubium.C.de legib.Barto.ad l.turpia.ff.de legat.j.gl.& Doct.ad cap.cognoscentes,de constitu.Sed est error in vtroque. Nam quod ad declarationem nullitatis vsque tutò rem,aduersus legem acceptam,teneri posse asserunt:nõ aliter crediderim, quàm cum ex omissione formæ alicuius,à lege,non omnimodo tamen aliter istiusmodi actui resistente introductæ,ea nullitas emergit:is verò,qui ex tali contractu accepit,fraudandi animum non habet.Nàm & iniustus error,aliquando pro titulo est.l.Celsus. ff.de vsucap.id quod ad d.l.si post.num.12.& 13.non obscurè significet Iaſon,dum repetitis vicibus,fraudem excludit,& non, nisi ea exclusa,actum non seruata legis forma initum,in foro conscientiæ sustinet.Quæ enim societas fraudi,& purę conscientię? Quod commercium doli,& bonæ fidei? Quæ cõmunio,contemptui legis,& obedientiæ? Si conscientia ligat,quem natura ligat,vt ad l.secunda. C.de vectigal. & cõmiss.ait Bald.natura porrò eos ligat,quos proprius consensus ligat.l.prima.ff.de pact.temeritas est,libertatem fraudandæ legis,illis permittere,qui à tot annis in legem ante sentẽtiam latam,conscientias hominum primum obstringere, non ita accipio,quasi ante illam pronunciatam,res resistente lege occupatas,iustè detineant inuaforer,id quod in furibus,raptoribus,& prædonibus, insignitè, publicequè iniustis dicere,insipientis est,sed quod vltrò se offerre iudici, crimen prodere,semetipsos in supplicium rapere, in foro conscientiæ non tenentur. Nam & hoc a natura hominis: quæ vitam tueri,quoad potest,semper enititur, abhorret, & a nullo sacerdote,vlli hominum peccatori,in *foro pœnitentiæ*,vnquam impositum.Et hoc est,quod, contra quam Panormitanus,ad cap. canonum statuta,de const. multis argumentis dictus a Soto laborat ostendere.

1

Quemadmodum verò,maritus fraudem facere dicitur, qui cùm ipse rem aliquam,ab vxore,donationis titulo,habere non potest,filium suum,cui nouerca donet,subornat. l.vxor. l.si sponsus.ff. de donat.inter virum & vxor.Et Prælatus,qui, ne res ex fructibus ecclesiæ comparata,ecclesiæ adquiratur, nomen amici sui, cum quo colludit, instrumento emptionis inscribi procurat, Innocentius in capitu. cùm in officijs,de testam. Bald.ad l.mancipia. C.si quis alteri,vel sibi: ita quoque ecclesia, collegium, seu monasterium, constitutioni eiusmodi,fraudem plerunque facit, cùm laicum aliquem sibi notum & fidelem supponit, qui pecunia quidem,& vtilitate eius,sed suo nomine,fundos,agros,cæteraq; bona immobilia emit,empta verò, ex interuallo, postea quàm memoria eius emptionis iam diu est obliterata, & exstructa, prædictæ ecclesiæ, collegio, seu monasterio restituit. Quæ res manifestam, de persona,ad personam, fraudem continet,Bald. ad d.l.non dubium.glos.& Doctores ad l. fraus.ff. de legibus.& ad capit.final. de regul. iuris. in sexto.Et non obscurè consilio 290. incipien. hæ quæstiones,& consilio 66. incipien. scribitur præclarè, nume. octauo,libro secundo,a Barbatia reprobatur, qui& cum Baldo ad d.l. non dubium,& in tracta. de præstant. Cardinal. in tertia quæstione prima partis, & cum Anchorano ad d. capitu canonum & cum Catelliano Cotta in memorabilibus ad verb.qualiscunque secundo,in simili respõdet,quòd si cautũ fuerit, ne magnates, in certo territorio, vlla prędia sibi cõparent: curaret autẽ horum aliquis; surreptitium sui

famuli

Digitized by Google

famuli,aut amici nomen tabulis inscribi, qui rem sibi falso prætextu emerit,& sic nomen suum accommodauerit:tum fraus,de persona,ad personam intelligitur, atque illicita est quod & Petrus Rat.ad Consuet.Pictonum,titu.de distinct. iurisd.artic.16.ad uerb.ou qui le sonne,comprobat,& in pleriſque iuris locis uidemus,quòd,qui quidquam suo nomine adquirere non potest,nec liberorum quoq;nomine possit.l.qui in seruitutem.l.quæritur.ff.de bonis libert.

SVMMARIVM.

1 *Legata an ex minus solenni testamento debeantur.*
2 *Hæres fideicommisso grauatus ad restituendam hæreditatem spurio testatoris,an in foro animæ teneatur.*

Hæres an rem immobilem ecclesiæ legatam,tuta conscientia contra defuncti uoluntatem retinere possit. Cap. VIII.

VOniam hæres facto defuncti contraire, voluntatemque eius infringere non potest.l.cùm à matre.C. de rei vendi. l.si
1 ab eo.C.de neg.gest.sed quemadmodum ex illius persona, lucrum capit, ita quoq; arbitriũ eius sequi debet.l. ex qua persona.ff.de reg.iur.rectè inferri uidetur,quòd rem immobilem,à defuncto ecclesiæ legatam,absque ulla difficultate debeat præstare.Nam & in simili,respondit I.C.piè hæredẽ facere,si uolũtatem testatoris,tametsi non solennem,adimpleuerit.l.in testamento.ff.de fideicommiss.libertatis. eandẽque etiam ex testamento irrito seu nullo probari posse. l.final.ff.de rebus eorum.Et magna constantia respõdent,plerique,legata in minus solenni testamento relicta, in iudicio animæ,ab hærede soluenda esse. Panormitan. ad cap. quia plerique,de immunit.eccles. & in capitu.primo, de restitutio.in integr.Ripa & Alexand.ad l.nemo potest. ff. de legat. primo,Innocent.ad capitu. quod sicut, de electio. tum qđ uoluntatem defuncti exploratam habeat,tum etiam, quod ex tali testamẽto,naturalis obligatio nata est.l.vlt.& ibi Bal. C.ad legem Falci. Quæ ratio fuit,quod ad Ammianum scriberet Plinius,se defunctorum uoluntates,etiamsi iura deficerent,quasi perfectas defensurum. Quæ rationes mihi tamen non persuadent,ut assentiar. Nam & in non absimili specie respondit Didacus,in epit.4.decret. 2.parte,cap.octauo,numero nono, hæredem scriptum in foro animæ, ad re-
2 stituendam hæreditatem filio spurio testatoris non teneri, etiamsi tacitam fidem,de ea restituenda,illi præstiterit,quod & Fortunatum à Garcia,ad l.iurisgentium. §.prætor ait. ff. de pact.priùs uoluisse affirmat, & cum Bald. ad l. cum quis. C.de iur. & fact.ignoran.& ad authentic. ingressi. C. de sacrosan.eccles. existimat Iason, quòd hæreditas à defuncto, fratribus minoribus,quos incapaces esse clarum est, relicta, per hæredes ab intestato succedentes,in foro cõscientiæ tuto teneri potest.Nam cùm lege permittẽte retineat,iureque suo utatur,quomodo peccare dici poterit?capitu. qui peccat.23.quæstion. quarta. D. Anton. ad capitu. nouit, de iudicijs.

Regulariter quidem uerum est, quod hæres contra factum defuncti uenire non potest, sed hoc ita demùm, nisi lex eam improbet uoluntatem.l.turpia.ff.de leg. 1.Eatenus enim uoluntas testatoris, pro lege est, quatentus cum lege non pugnat.§.disponat,in Authent.de nupt.sed sicut pactis priuatorum ius publicum immutari non potest. l.ius publicum.ff.de pact.l.final.ff.de suis & legitim.ita quoque ne leges,in testamento suo locum habeant, nemo potest efficere.d.l.nemo.Ideoque & hæres,facto defuncti legitimè contradicit,quotiescunque beneficio legis,seu statuti fraudare ipsum uoluit.l.2.& ibi Doctor.C.si in fraud.patron. Tyraq. de retractu.§.primo,glosſ.nona numero 57.Et quamuis piè fecerit,si uoluntatem eius adimplet.d.l.in testamento.impiè tamen feciſſe dici non potest,si recuset,neque ex tali testamento probari illam satis est, nisi etiam lex ei suffragetur. Ludouicus Roman.ad l.primam,num. 17.ff.de condictio.indebit. Tum verò ad capitu.cùm esses, de testam.multis argumentis docet Didacus, reprobandam esse eorum opinionem, qui hæredem, in foro animæ, ad seruandam minùs solennem defuncti uolnntatem teneri arbitrantur, sed econuerso existimat,eum qui ex eiusmodi uoluntate, bona illius possidet,in iudicio animæ obligari,ut ab intestato uenientibus, illa restituat, nullaque retentionis excep-

ptione se defendat.Et quamuis ista Didaci, de minus solẽni uoluntate defuncti sententia, plurimos habeat contradictores,dubiaque sit,& anceps,in hoc tamen casu,vbi etiã solenni,& perfectæ voluntari testatoris lex resistit, illæsam hæredis conscientiam esse puto,quia legi,ex professo legatum impugnanti ac uetanti innititur. glosſ. in capitu.final. de præscript.adeoque ne naturalter. argument.d. §. prætor ait.nihil enim firmum & solidum subest, ex quo naturalis obligatio oriatur.Roman.ad d. l. primã, quandoquidem & quæ contra ius fiunt,pro infectis habentur.capitu.quę contra,de regulis iur. Et propterea non sine causſa interea, quæ in non solenni testamento incapaci relinquuntur, distinctionem ponit Bald. priore enim casu,ad l.primam, C. de testamen.legatarium, qui rem legatàm minus solenni testamento,consequi non potest,iniustè eum posse clam furtimque subtrahere ait: quod tamen Didacus quoque putat esse falsissimum. Posteriore verò,ad d.l. cùm quis, hæredem in conscientia ad præstandum legatum, non teneri, scripsit.

SVMMARIVM.

1 *Æstimatio rerum immobilium fratribus minoribus relictarum, an debeatur.*
2 *Clausulæ codicillaris,quæ uis.*
3 *Impossibilia videntur,quæ sine consensu Principis fieri non possunt.*
4 *Decretum irritans quam uim habet.*

An rei immobilis legatæ æstimationem hæres præstare debeat. Cap. IX.

VIlelemus Benedicti ad ca.Raynutius,in verb.& uxorem,num 2. de testam.rei immobilis,quæ ecclesiæ,monasterio, collegio,seu manui mortuæ legata est,æstimationem ab hærede præstandam esse,iudicat, eiusque sentẽtia,aperto Vlpiani responso,confirmari videtur,qui cum id quod per fideicommissum alicui relinquitur, præstari non potest, æstimationem eius esse dandam pronunciauit. l. fideicommissa.§. si seruo, uersicu. ex his apparet. ff. de legat.tertio.Et potissimum quidem,si testator eum,cui id legauit,habere non posse,sciuerit,ueluti si non ignorans,alieno seruo militiam reliquit,(inquit)quam seruum habere, neque moribus est receptum, neque legibus permissum. l. super seruis. C. qui mi ita.non possſ.glosſ.in d.§. si seruo, ad uerb.militia.Quæ sententia,& Martiani, & Africani decisionibus est consentanea.Ille enim,quotiescunque quis uel propter corporis sui uitium, uel propter qualitatem relicti, uel propter quamcunque aliam probabilem causam, id quod sibi legatum est,non potest habere,alius tamen habere posset,quanti solet comparari,tantam æstimationem ait recepturum.l filiusfamilias.§.si quid alicui.ff.de lega.primo.Iste verò, si res,cuius commercium legatarius non habet,ei cui ius possidendi non est,per fideicommissum relinquitur, põtium deberi putat.l.sed si res,eodem titul.Ad cuius responsi interpretationem,numero decimo Zasius, in forensi, siue extra limitando, hoc exemplo commonstrat.Qui quidem, etsi iuxta quædam Alemaniæ statuta, in quibusdam locis, immobilia bona possidere non possit,adeoque eorum cõmercio sit priuatus, eorum tamen æstimationem, si quæ eiusmodi sibi legata sint, habere debet. quomodo & Speculator in titu.de locato.§. nunc aliqua: & Faber ad §. non solùm,Institut.de legat.& Bald.in capitu.primo,de succeſſ. feud.rei feudalis, atque emphyteuticæ æstimationem concedunt,etiamsi res ipsa licitè translata non fuerit.

Longè autem propiùs accedens Bartolus, tam ad d.l. sed si.quàm in tractat.minorita.libro primo,ca. secundo,generaliter,ad præstandam æstimationem,hæredem compellit,quotiescunque legatarius rem sibi legatam, nõ propter suum delictum, sed propter qualitatem personæ suæ, habere nequit.l.apud Iulianum.§.constat.& l.sequenti.ff.delega. primo.Ioã.de Platea ad d.§.non solum.Ideoque rerum immobilium fratribus minoribus,manifestè eorum incapacibus,Clem.exiuit,de uerb.signifi. relictarum pretium uoluit persolui,quasi non adquisitionis,sed magis retentiouis eorum bonorum sint incapaces, neque ab eorum æstimatione arcentur aliter,quàm si iustam alimentorum rationẽ
1 excedat, & cum instituto eorum discrepet, eiusdemque suę opinionis, & D. Cardinal. consil.102.numero 2.& Baldus consilio 481.incipien. quidam in suo testamento,in fi.libro 5.sequaces,& assertores habet,eoq; magis, qđ, ut dicto loco,vers.ex quo patet,Bartolus existimat,cùm simpliciter,

quid

Digitized by Google

quid relinquitur, vtique in causam licitam, legatum esse præsumatur. d. Clemen. exiuit. §. ad hæc. ne quis alioquin eam viã ingressus esse videatur, per quam iudicia sua subuertere tur. l. si miles. ff. de milit. testamen. Et hoc est, quod dictus quoq; Martianus in l. si quis inquilinos. ff. de legat. primo., voluit, dum in constituenda, præstanda, aut neganda rei legatę æstimatione, verisimilem defuncti uoluntatem, respondit esse sequendam. Ea autem uerisimilis est illius cogitatio, ut legatum teneat. l. quoties. ff. de rebus dubijs. sinon de modo, quo relictum est, saltem eo modo, quo valere melius potest. l. Lucius. ff. depositi. l. hactenus. ff. de constitut. pecun. l. cum seruo. ff. de verborum obligat. Nam quamuis hi qui testantur, diserris verbis, eam clausulam tabulis suis subnectant, si non valet iure testamenti, ualeat iure codicilli, seu omni alio modo, quo melius valere potest: cuius clausulæ vim, dicto loco cap. 3. esse affirmat Bartolus, vt heredem, tam in foro exteriori, quàm in iudicio animę, ad soluendum pretium rei legatæ adigat: tamen si expressis verbis inserta non sit, ex coniectanda defuncti uoluntate, præsumi debet, qui si interrogatus fuisset, respondisset verisimiliter, quod vltimum suum elogium secundum meliorẽ formam iuris valere cupiebat, adeoque quòd si ipsa res legata, legatarij, heri non posset, æstimationem saltem illius consequeretur. Honorare enim eum voluit, & aliquo legati genere augere: Et, sicut legis dispositio, in omnes actiones humanas influit, easque regit & interpretatur. l. quæro. §. inter locatorem. ff. locati. l. quidam cùm filium. ff. de verbor. oblig. certè lex ipsa eam defuncti voluntatem ita docet esse intelligendam, vt, si vno modo ualere non possit, alio saltem. qui & voluntati defuncti non difformis sit, & quomodo legatario magis ex vsu est, explicetur. ff. de vsufru. leg. l. legatum. & ibi Bar. l. j. C. de expens. ludo. l. legatum. ff. de administrat. rerum ad ciuita. pertinent.

Negãtem tamen partem verba Africani probare videtur, qui eorum legatorum æstimationem legatario denegat, quorum commercium, sine iussu Principis, non est. Quæ. n. 3 ex eius arbitrio pendent, habentur quodammodo pro ijs, quæ fieri nequeant. d. §. constat. l. 2. §. tractari. ff. ad S. C. Tertull. l. 4. ff. de fideicommiss. libertat. eique contentiens Vlpianus, eius rei inutilem esse stipulationem respondit, cuius cõmercium penes eum, cui adquiri etur non est. l. multum interest. ff. de verbor. obligat. id quod etiam, ad eiusdem rei æstimationem, traducunt interpretes, nec certè iusta sine ratione, vt arbitror. Quotiescunque enim dispositio aliqua, lege prohibente, facta est, nihil ex ea sequitur. d. l. nõ dubiũ, & ne naturalis obligatio quidem. l. si non sortem, & ibi Doct. ff. de condict. indeb. l. cùm lex, & (vt consil. 74. nume. 17. libro 1 Marianus Socinus nepos asserit) si in æstimatione subsisteret, saltè quia aliquo modo, videlicet quoad æstimationem, valeret, nulla esse non posset. Quod naturæ, & conditioni rerum de iure impossibilium, inter quas, talis dispositio recensetur directo contrarium est. l. impossibilium. ff. de regul. iur. l. filius. ff. de cond. institutio. Et tantò quidẽ magis quod licèt in dubio ea interpretatio assumi debet, vt ꝙ tutissimo loco res sit, & uoluntas defuncti defendatur: excipitur tamen, si uetante lege scripta est, quia contra legatum, aduersus legem relictum in dubio pronunciari debet. l. ubi est verborum. ff. de reb. dub. M. Antonius Natta, consil. 402. num. 47. lib. 2. Et quotiescũque rei gestę lex restitit, si eo modo quo geritur, valere non potest, etiam alio modo non valet. Eiusmodi enim lex (inquit Zasius ad l. primã. §. si quis ita num. 30 ff. de uerbor. obliga.) inficit, enecat, interimit omnia. d. l. non dubium. Sed omnium exactissimè hoc perpendens Angel. consil. 224. incipien. an mendicantes, vbicunq; (inquit) relictum est nullum propter incapacitatem ipsius legatarij, causatam à prohibitione iuris resistentis potentiæ capiendi, ac relinquendi, illud relictum, nunquam in aliquẽ vtum, quantumcunque licitum, & approbatum debet conuerti: immo funditus omnibus viribus vacuatur, & pro nõ scripto est. l. prima, & l. si in metallum. ff. de his, quæ ꝓ non scrip. habentur. Et quamuis, cùm legatarius capax est, & legatum à iure prohibitum non sit, sed solus usus uetitus est, in quem legatur, benigna quadam interpretatione, in aliũ licitum vsum conuertitur. d. l. legatum. tamen cùm legatũ à iure reprobatur, alia conditione vtimur. Deinde verò mendicantes admonet, ne ad relicta bonorum immobiliũ nec aliarum rerum, quarum incapaces existunt, anhelẽt, eaque sub colore & prætextu eleemosynæ tandiu studeant retinere, quousque uendiderint, quoniam non ualet, ut dictũ est, nisi testator signanter bona immobilia reliquisset, ut vẽderentur, & pretium conuerteretur in uictum & alimenta eorum. Et quamuis deinde inferius eiusmodi legatum defendat: non tamen eo casu sustinet, quo mendicantibus incapacibus relictum est: sed tantum quando altari construẽdo, & ex more regionis, bonorum immobilium capaci legatum fuit. Accedit quoque ad hæc, quod in constitutione Caroli V. Imperatoris, de qua ante diximus, clausula decreti irritantis adiecta est, quam ad euertendam rei legatæ æstimationem, si quando incapaci relicta fuit, sufficere, consilio 20. versic. & ad prædicta. ti. de testam. admodum aptè decidit Calder.

In tanta opinionum contrarietate, quæ tam verisimiles utrinque probationes habet, ita constituendum esse arbitror, quòd si res immobilis, ecclesiæ, collegio, aut monasterio legetur, quæ vel humani iuris esse nequeat, ut sunt res sacræ, & religiosæ, uel quæ in hominum commercio nõ siut, vt est campus Martius, forum Romanum, uel cuius perdifficilis sit, & inusitata comparatio, ut sunt Salustiani horti, q sunt Augusti, prædiaque Cæsaris, quæ in formam patrimonij sunt redacta, cuiusmodi res, nisi iussu Principis distrahi non solent, sanè adeò inutile est legatum, vt nec res, nec æstimatio præstari debeat. d. §. constat, talia enim legata testamẽto inscribere furiosi hominis esse putat Vlpianus. l. cùm seruus. ff. de leg. primo. neque enim prudens aliquis, id facilè legauerit, quod neminem consequi posse, non ignoret, Paris. consilio 7. libro primo, nec æquitas suadet, eius rei prętiũ præstari, quæ nullo pretio in hominum solet esse commercio, id quod non obscurè uoluit Albericus ad d. § constat., & ad l. sed si res. eodem titu. dum ait: Quòd si res legata erat æstimabilis ualebit legatum, vt æstimatio debeatur. d. l. si quis inquilinos. si verò inæstimabilis erat, non debebitur, eaque ratione & Parisius & Marianus, locis citatis, Baldi, atque Speculatoris sententiam refellunt, falsumque esse asserunt, quod feudo sine consensu Principis legato, æstimatio debetur. Sin verò res immobilis legata, cuius usus, & commerciũ, alius quilibet habeat, ecclesia verò, seu manus mortua non habeat, idque nullo eius merito culpaque factum sit, sed tantùm ob rationes, superioribus sectionibus explicatas, distinguendum ceẽseo. Etenim si lex, aut communis, aut municipalis, ecclesiam, manumque mortuam, bona immobilia retinere uetet, & intra certum tempus ea uendere, vel in personam eorum capacem, iubeat trãsferri, nec amplius quidquam adijciat, certè manifestè uiam ei demonstrat videlicet re ipsa immobili legata, vt æstimationẽ eius adipiscatur, eoque argumento & Castrensis, & Ioan. de Imola ad d. §. constat, & Alberic. ad d. l. sed si res. numero 3 Bartoli sententiam, d. capitu. secunde, & 3. sequuti, rei immobilis fratribus Franciscanis eis incapacibus æstimationem, cuius vtique capaces sunt, ab hærede putant esse soluendam. Et ex Archidiacono quidam referunt Pontificem Max. ad utilitatem Dominicanorum hoc o im declarasse. Cæterùm, si vel statutum, uel Principis constitutio, qua is est Caroli V. in illis terminis, non consistat tantùm, sed vltetius progrediatur, & clausulas decreti irritantis adijciat, iterum probabiliter dici poterit, neque rem, neque æstimationem eius deberi, ideo quod testamentum, cui sic lex resistit, & contractus cui tam rigidè aduersatur, non extitisse finguntur, & ꝓ non scriptis, non factis, non initis habentur. l. secunda. ff. de his, quæ pro non scrip. hab. & ibi Bartol. Bal. ad d. l. non dubium, in secunda not. Immo enim, & rem ipsam, quæ loco materiæ est, adeò à testamento eximit, ut ei forma aliqua, per ipsum testamentum imprimi non possit. l. inter stipulantem. §. sacram. ff. de uerborum obligatio. Bald. d. loco 11. oppos. & si eiusmodi testamentum seu legatum peræquè habeatur, atq; si scriptum non esset. l. secunda. ff. de iniusto testamen. consequens esse uidetur, quod nec præstanda sit æstimatio, quam nullo scripto testamento præstari debere nemo sani capitis dixerit. ideoque in non dissimili specie consultus Romanus, consilio 509. incipien. circa propositum. columna quinta, versicul. his tamen, respondit, quod ubicunque ob publicam aliquam causam rei alicui in alienario prohibetur, neque res, neque æstimatio est præstanda. l. prima, versicu. & quacunque. C. de contract. iudi. glo. in d. l. multum, eò magis, quando clausula decreti irritantis adiecta est, quæ pro forma habetur, Iason ad l. omnium. C. de testamẽ. eoque defuncti uoluntatẽ reijcit, ut non extitisse uideatur, ne quoad æstimationem quidẽ, sicuti consilio 71. incip. casus mihi oblatus numero 11. sensisse uidetur D. Præses Euerardi: & quamuis in æstimatione ac pretio rei legatæ, rationes legis cessare uideantur, cùm tamen, de lucro quærẽdo agitur, ꝓ cessationem causæ seu rationis, à verbis legis ac statuti non receditur. Bartol. ad d. l. omnes populi, 2. quæstio. ff de iustit. & iur. Tiraquel. in libr. cessante causa. limita. quinta. Et quia ualidior est præsumptio, quæ sumitur ex qualitate dispositionis, quàm illa, qua quis præsumitur actum suum ualere uelle. l. non codicillum, & ibi Corneus iu tertio not. C. de testam. & quando contra legem factus est, potius ita interpretandus est, vt nihil operetur,

Digitized by Google

tur, Alcia. regul. 3. præsumpt. cap. 34. numero 11. & sequentibus. nulla eius habenda ratio, quod ante obiectum fuit, verisimilem fuisse defuncti cogitationem, vt si non res legata, saltem eius pretium præstaretur. Et cùm in testamento inter liberos condito iure speciali sit receptum, vt clausula codicillaris, seu melioris modi, illi semper tacitè opposita videatur. l. cohæredi. §. cum filiæ, & ibi glos. ff. de vulgar. & pupilla. subst. d. Præses consilio 234. incipien. condidit, numero septimo, verum non est, quod in omnibus alijs testamentis idem statuitur, quod d. cap. 3. numero octauo, versicul. incipien. tertio. Bartolus quoque uoluisse videtur. Et hæc quidem verisimiliter dici posse existimo, constanter tamen non affirmo, cum quia perplexitatem decisionis huiuscemodi supremorum iudicum sententias in multos annos diffidisse intelligo, tũ verò, quòd ego si hæres essem, & mens testantis quoquo modo mihi pateret, securiorem viã mallem eligere, & præstatione æstimationis, omnem ex animo scrupulum mihi eximere, iuxta. c. consuluit. de obseruat. ieiunio. etiam ipso Bartolo ex theologorum sententijs. d. loco hoc satis suggerente.

SVMMARIVM.

1 *Sententia nulla an possit confirmari.*
2 *Contractus testamento fieri an possit.*
3 *Testamentum nullum quomodo possit approbari.*

Hæres qui approbauit testamentum defuncti an rem immobilem legatam, eiusve æstimationem præstare debeat.
Cap. X.

HAeredem illius, qui rem aliquam immobilem legauit ecclesiæ, si eam rẽ non præstet, paulò suprà ostendimus tutum esse etiam in iudicio animæ: & si clausula decreti irritantis, qualem Cæsarea constitutio habet, legi siue statuto eius rei adquisitionem ecclesiæ prohibenti fuerit adiecta, ne ad pretium quidem illius præstandum, hæredẽ obligari. Quomodo, & olim cum diuersis alijs, excellẽtissimum nostri temporis Iurisprudentem D. Gabrielem Mudæum respondisse memini. At si testatori de fide illius addubitanti, & de præstatione legati ea propter stipulanti eam rem se soluturum promisit, & testamentum ab eo scriptum approbauit, id in disquisitionem uocandam uidetur.

Nam si hæreditas viuente testatore adiri non potest, quia eo tempore hæreditas non est. l. 1. ff. de hæred. uel act. uen. l. neminem. ff. de dquiren. hæredi. certè approbatio testamẽti viuo testatore facta, nihil ponderis habere videtur. l. si qñ. §. illud generaliter. C. de inoffi. testam. & sicut legato existente nullo, promissio illuc relata, etiam est nulla. l. cùm quis decedens. ff. de legat. 3. quia naturam legati sequitur. l. prima. §. sub conditione. ff. vt lega. no. cau. ita & approbatio & cõsensio qualiscunque, quæ non mutuit aliquid vtile & validum quod confirmet, in quo pedes suos figat, & vim suam exerceat, nihil agit. Bald. ad l. falsus. colum. 2. in princi. C. de furt. & in addi. ad Specul. titu. de instru. edi. in princip. col. 9. Bar. ad l. si tibi. §. si pactus, in 2. no. ff. de pact. Dynus ad capit. non firmatur, de reg. iuris in 6. Et hoc est quod ad l. 2. C. de liber. præter. Bald. ait, confirmationem sine confirmabili non valere, & cùm à contractibus ad testamenta iusta, & iuridica sit argumentatio. l. seruum filij. l. quæ de legato. ff. de leg. 1. l. 1. C. de instit. & substit. utique sicut contractus cui lex est contraria, consensu contrahentium valere non potest, Bar. ad l. si tutor. C. in quibus cau. in integrum restitu. simili modo, nec legatum quod iuri non sit consentaneum. Præterea quemadmodum testator efficere non potest, ne leges in testamento suo locum habeant. l. nemo potest. ff. de legat. primo, sic & hæres promittendo facere nequit, vt rem à lege ad ecclesiam transferri prohibitam ecclesia adquirat, ne qđ vna uia uetitum est, alia permittatur, eaque ratione legi latæ fraus fiat, & struatur insidiæ. l. fraus. ff. de legib. cùm quid. eo. ti. lib. 6.

1 † Sed sanè & exemplis illud probari potest, nam & sententia, quæ ex defectu iurisdictionis nulla est, consensione litigantium robur non accipit. cap. cùm dilecta, de confir. vtili, gl. ad cap. significasti. de foro compe. & delegatio incompetenti iudici facta, non confirmatur uoluntate partium. Bal. ad l. 1. C. de pedan. iudicib. & acta inualida per eam non validantur. Innocen. ad capitu. cùm causam, de testib. Quibus rationibus motus Guido consilio 28. incipien. consilium, num. 2. lib. 1. hæredem, testamentum ex defectu solennitatis nullum, approbare non posse respondit, ut ex ea approbatione illud confirmetur. l. testamenti, & ibi glo. ff. de testam. accedit etiam ad hæc, quod quum hæres cum ecclesia legataria nihil egerit, nihil stipulanti spoponderit, sed quidquid
2 cum testatore qui veluti homo aliquis priuatus alteri stipulari non potuit. l. stipulatio ista. §. alteri. ff. de uerborum obliga. actum est, id si eo absẽte gestũ fuit, nulla existit materia, ex qua actio & obligatio oriat. l. q̃cunq; ff. de act. & obli. Bar. ad d. l. cũ quis, nu. 4. nihil est, cui promissio innitatur. Aymo. consil. 200. libro 1. num 9. eoque magis, quod ut consil. 22. in fin. libr. 3. ait Iason, promissio eiusmodi metu quodammodo exsculpta est, uel ne hæres testatorem negando conturbet, uel ne ea negatione offenso testatore, hæreditate excidat.

Cæterùm contrariam opinionem adiuuat, quod sicut in testamento, aut potius post testamentum contractus fieri potest. l. assignare. ff. de assig. liber. l. filio præterito. ff. de iusto & irrit. Bal. & Imo. ad l. hæredes. ff. de testamen. ita etiã approbatio testamenti, seu legati, & proinde in suum præiudicium hæredi licet quamcunque inualidam testamẽti voluntatem probare. l. non dubium. C. de testamen. l. si ueritas. C. de fideicommiss etiam si impossibilis cõditio sit adiecta. l. si quis testamenti, & Bartol. in l. prima. ff. de condit. institu. aut si lex ipsa eiusmodi uoluntati aduersetur. d. l. cùm quis decedens, Romanus consilio 222. incipien. dubitatur, versicul. incipien. secundo principaliter, Guido Papæ consilio 55. incipien. omissa. numero. 5. libro primo, Rub. consilio 107. incip. decessit illustris Dominus: vt si non tanquam legatum, aut testamẽtum valeat, saltẽ ualeat ut pactum, sup uoluntate defuncti fundatum, glo. Salic. & Alex. ad l. primam, C. de fideicommiss. Nam & sententiæ ipso iure nullæ approbatio, tametsi eam ut sententiam ualere non faciat, facit tamen, ut valeat quasi pactum, Iason ad l. is qui putat. num. 5. ff. de aquiren. hæred. & de legato feudi inaniter, nulliterque relicto, consil. 237. incipien perlectis, nume. 5. respondit Oldradus, quod licèt legatũ, veluti rei minimè legabilis (vt ita dicam) non teneat, si tamen hæres sciens prudensque passus sit legatarium illud possidere, & sic tacitè uolnntatẽ defuncti approbauerit, consensu suo sibi præiudicat, si nõ ex causa in integrum restituatur. Licet enim domino feudi non præiudicet eius consensus, sibi tamen contraueniendi aditum claudit, argum. l. per fundum. ff. de seruitu. rustico. prædio. Et quamuis in alijs rebus ac personis legatarij præsentia, & stipulatio posset esse necessaria, ut cum Aymone. d. loco. d. consil. 82. tradidit Iason, in ijs tamen, quæ ad piã causam relicta, dispositaq; sunt, dubium non est, quin & testator ipse, & quilibet alius priuatus ad commodum & utilitatem eiusdem piæ causæ paciscì ac stipulari possit, Franc. Mar. q. 334. numero 7. per l. ad tempus. §. primo. ff. de usucap. Zasius & Iason ad d. §. alteri. Tiraquel. de pia causa priuileg. Eoque magis, quòd & consensus ille, hærẽdis mandatum inducere ac roborare uidetur, ex quo obligare eum ignoti iuris, non est, l. 1. §. l. 2. ff. & mand. Bar. ad d. l. cùm quis decedens, & quẽ præcedat testatoris uoluntas, causa super qua commisso fundetur, non deest, argum. l. in testamento. ff. de fideicommiss. liberta.

Ego quidem in priorem sententiam sum procliuior, si clausulæ decreti irritantis, constitutioni fuerint adiectæ. Nam cum quid prohibetur omnia censentur essẽ prohibita, quæ sequuntur ex eo, & per quæ peruenitur ad illud. l. ad rem immobilem. ff. de procura. l. oratio. ff. de sponsalib. cap. cùm quid, de regu. iur. libro 6. & ille qui meditatur principium, meditatur & finem. Bald. ad l. quamuis. C. de fideic. & ad l. non dubium. in decima oppos. C. de legib. Ideo lex seu constitutio eiusmodi quæ legatum rei immobilis, ad vtilitatem ecclesiæ, ueluti antecedens, in quo est principiũ, prohibet, censetur etiam omnem promissionem, per quam ad eius rei præstationem posset peruenìri, uetare. Etenim cùm propter finem, omnia prohibeantur, fruſtrà fieret prohibitio legati, si permitterentur ea, quæ ex legato posteà cõsequuntur, aut oriuntur: sed qui est exclusus à toto, debet esse & exclusus à qualibet eius parte. Ioã. Monachi, ad d. cap. cum quis, l. si quis cùm totum. ff. de excep. rei iudic. huic ad l. cætera. §. item quæri, num. 10. ff. de lega. 1. respondet Iason illud quod fieri non potest directè, per uiam legati fieri non posse per uiam reseruationis, de quo tanto minus hìc dubitandum est, quòd quæ ratio legatum impedit, eadem & promissionem infringit. Itaq; ubi eadem est ratio, eadem quoque debet esse iuris dispositio, l. adigere. ff. de iure patrona. Eoque respiciens Castrẽsis ad d. l. non dubium. C. de legib. in fin. quoties principalis contractus, propter legis prohibitionem fit nullus, toties stipulationem, pignoris dationem, fideicommissionem, iuramentum, cæteraque illius accessoria nulla fieri affirmat.
3

Quod autem testamentum nullum aut inualidum ab hęrede

Digitized by Google

hærede approbari, & approbatum præstari debeat, ita accipi, atque intelligi solet, si istiusmodi inualiditas in solius hæredis præiudicium uergit, quo casu tacita quædam donatio præsumitur, vt ad l. 2. ait Castrensis, non etiamsi boni publici causa sit inducta, aut si ex causa, qualicunque modo super ea fundata, originē trahat, Castr. vers. in glo. final. Angel. vers. item si esset nullum fauore approbantis, Fulgos. vers. & præterrationem, num. 3. in fin. Bart. versic. quandoque testamentum, in d. l. non dubium. C. de testa. Ideoque Gratianus & Valentinianus non de ea uoluntate defuncti, cui lex resistit, sed ea tantum, quæ legibus subnixa non est, loquuntur: inter quæ duo interesse plurimum. ad d. l. non dubium. C. de legib. obseruat Baldus.

Et rursum Diocletianus & Gratianus de eius testamenti approbatione agunt, cui aut ueritas deest, aut solennitas, ut quia vel scriptum non erat, uel solenniter scriptum non erat, gl. ibi, legatario autem, quò minus accipere posset, obstabat nihil. d. l. si ueritas. Deinde cùm, vt plerique sentiunt ex inutili testamento, uel legato, aliter non reprobato, coniuncta defuncti uoluntate, naturalis saltem obligatio oriat̄, hæres ex promissione sua facilius urgetur, glos. ad d. l. 2. C. de fideicom. At cùm lex & legatum damnat, & legari vetat, & legatarium illius non capacem reddit, nulla est ratio, quę hæredem, quantumuis testamentum seu legatum approbā tem, & illud soluere spondentem, suadeat compelli, nō magis quàm cùm contra legē, bonosque mores pacta fiunt. l. pacta quæ, C. de pact. Proinde ubi priuatorum consensio, actioque quid potest, ibi approbatio, si non in uim testamenti aut legati, quod nullum est, saltem, ueluti pactum, seu præsumpta aliqua donatio valet, ubi verò, id quod lex prohibet, neque pacto, neque conuentione, neque donatione fieri permittit, ibi approbatio nihil efficit, utpote quæ cum ad testamentum, uel legatum accessoriè ueniat, secundum illius naturam regulari debet, d. l. cum quis, §. qui testamentum, Fran. Mar. q. 334. num. 2.

Et sicut ad ipsius rei immobilis legatæ præstationem, etiam promissam, summo iure cogi non potest, qa lex resistit traditioni, ita quoque neque ad distinctionem illius stricto iure compellitur, qa eam neque ipse promisit, neque ecclesiæ defunctus ab eo stipulatus est, tametsi cessantib. clausulis decreti irritantis (vt proximè diximus) teneretur. Et quamuis & Didacus ad c. cùm esses. de testamen. & Domin. à Soto lib. 4. q. 5. art. 3. de iusti. & iur. pleraque suggerant, ex quibus non improbabiliter dici posse uidetur, quod etiam in iudicio animæ tutus sit, hoc tamen neque ipse sequi uelim, neque alijs consulere, vt sequantur, sed hoc potius suadeam, ne denegando æstimationem aduersus propriā conscientiam luctentur, defunctumque decipiant, qui legati præstationem ab eis stipulabatur, fidemque eorum sequutus est, & fortè pro exoneratione conscientiæ suæ duntaxat legauit. Nam & Angelus ad l. quidam. §. illò procul. C. de necessa. hæred. & Cornæus cons. 119. lib. 2. & Alciatus consilio 486. num. 9. & Panorm. ad d. cum esses, vno ore respōdēt, hęredem uoluntati defuncti minus solenni contraueniētem, quoad Deum, & in foro conscientiæ tutum non esse, non quod omnis uoluntas defuncti hæredem in conscientia liget, sed quod illi subseruire debet, quam lex non damnat nec reprobat, quæque nulli fraudem, nulli præiudicium facit, tametsi ob nō seruatas certas solennitates, formulasque iuridicas sit inutilis, quoad d. l. si ueritas, prudenter respexit Fulgosius, & ueterem illam quæstionem, de testamento filij nul o seu inutili, quo matrem à statuto excluſam, hæredem scripsit ad cap. Raynut. ad verb. & vxorem. nume. 72. pertractans Guliel. Benedicti, contrariaq; Romani cons. 199. & Angeli cons. 26. & d. Anto. cons. 20. responsa referens, hæc tandem verba ad finē subnectit: nisi cōscientia ab intestato succedentis, ei dictaret, uel scrupulosè persuaderet, quod malè faceret subtrahendo hæreditatem hæredi scripto in tali testamento aut nullo, aut irritando, quo casu deberet obedire conscientiæ suę. Quæ sn̄ia, me quidē iudice, tutior multò est atq; securior, qa piarum mentium est, ibi culpam timere, vbi culpa non est. c. ad dub. 5. dist. quodcunque demum in via dn̄i, metuere. Cle. exiui. §. 1. de uerb sign. & non omnem scrupulum leuem ducere, aut illicò reijcere. l. cùm ꝓponas, & ibi Cynus. C. de interdict. matrim. c. illud de cler. excommunicat. ministra.

Porro autem de illo hærede, qui uel sola aditione hæreditaris, uel aliorū legatorum, eodē testō comprehensorum solutionē in uoluntatem defuncti vr̄ conuenisse, eamq; approbasse, hic nō disputo, ea maximè de causa, quod bona pars interpretū in ea versetur opinione, qđ ex eo solo, ea lata, quę à iure ꝓbata sunt, prę̄stare minimè tenetur. l. Turpia. ff. de leg. 1. Ias. nu. 5. & Alex. ad d. l. non dubium, Aymo. cōs. 200. nu. 5. lib. 1.

SVMMARIVM.

1 *Conditio magis inficit quàm modus.*
2 *Fieri aliquid de facto quando sufficit.*
3 *Condutio impoßibilis quæ.*

Testator an hæredem sub ea conditione scribere possit, si rem immobilem ecclesiæ dederit. Cap. XI.

Si Mæuius (inquit Domit. Labeo. I.C.) cui fundus legatus est, Callimacho, cū quo testī factionē non habebat, ducenta dedisset, cōdōni parere d3, & ducenta dare, ut ad eum legatus fundus ꝑtineat, licet nūmos non faciat accipientis, l. Mæuius. ff. de condit. & demō stra. Quo Labeonis responso motus existimo, quòd si testator ea lege hæredem scripserit, si ecclesiæ quæ capax non ē, fundum seu aliam rem immobilem dederit, tametsi fundus seu res illa accipientis ecclesiæ non erit, hæreditatem tamē accipere non poterit, nisi ꝑ uoluntate testatoris rē seu fundū dederit. Nā qđ de Callimacho, cū quo non erat factio testī Labeo rn̄dit, hoc de fratrib. minorib. Fraciscanis, de spurijs, alijsq; incapacib. oībus Castrēsis, & alij in eū locū asseruerunt. Et cùm in vim condōnis, q̄ proculdubio magis inficit, q̄ modus, relinquit̄ q̄n̄s est, quod conditio dandi, ēt q̄ de iure impleta nullū effectū est habitura, & ex cuius impleмento nemo commodum aliquod consequi poterit saltē de facto ad impleri debet, ad actionem consequēdam, l. mulier. ff. de condit. insti. & ibi Castrē. & licet id qđ de iure fieri minimè sufficit. l. hæc conditio. ff. de condi. & demonstra. tamen vbi de iure fieri non potest de facto fieri satis est, Bald. ad d. l. mulier. Et tametsi regulariter ea quæ iuris sunt, potissimum considerari solent. l. Mutianæ. d. titu. excipitur tamē, quādo uerba testatorum ad factum referuntur. l. Lucius. §. tres hæredes. ff. ad S. C. Trebel. Tiraq. ad l. boues. §. hoc sermone, limita. 1. ff. de verb. sign. Alcia. ad l. ubi pactum. num. 32. C. de transact. Dd. ad l. 1. §. hæc autem uerba. ff. quod quisque iur. Roman. cons. 199.

1

Quod si dicas impossibilem conditionem à legatis, & ultimis uoluntatibus reijci, eademque pro non scriptis haberi, §. impossibilis, Inst. de hæred. institu. impossibilem autē esse, non eam tantū, quā natura existere impedit, uerum etiā illā cui lex resistit, aut quæ ex solius Principis consensu pendet, ut ad l. 1. q 6. C. de insti. & substi. ait Bal. tum verò conditionem cuius euentus nihil operatur, expectandam nō esse. l. si ita scripserit. ff. de hæred. insti. respondeo, cum Baldo ad d. rub. C. de insti. & substit. in fi. quod, cùm conditio, id qđ in se turpe est, continet, vtique omninò pro non scripta est, nec debet adimpleri, d. l. Hæc conditio, sin autem factum, sub qua scripta est, turpe in se nihil continet, tunc si de iure adimpleri non potest, de facto fieri satis est. l. quidam cùm filium. ff. de verbor. obligat. d. l. mulier. Quam quidem sententiam probans Guilielmus Benedicti, ad c. Raynutius. ad verb. reliquit, num. 16. vers. incip. tertiò fallit, de testam. communem illam tritamque regulam, quod conditio de iure impossibilis à testamēto reijcitur, ita restringit, nisi de facto adimpleri possit: & in eius facti implemento nulla turpitudo uersetur, d. l. Mæuius, & l. qui hæredem, in prin. ff. de condi. & demonstr.

SVMMARIVM.

1 *Possideri an possit quod teneri non potest.*
2 *Dominium ministeriale seu momentaneum quod sit.*
3 *Dominium quando ex inutili actu transferatur.*
4 *Possessionis duplex qualitas.*

Dominium seu possessio rei immobilis venditę seu legatæ an transeat in ecclesiam. Cap. XII.

Ro præsentis quæstionis decisione temperamento aliquo opus est. Etenim si nulla decreti irritātis clausula adiecta, lex aut statutum, bona immobilia ecclesiam retinere uetet, eaq; si in illam trāslata fuerint, infra certum aliquod tempus extrà manum suā ponere duntaxat præcipiat: vtique dominium eorum, quatenus tradita fuerint in ecclesiam transire existimo. Illius. n. rei, quam tenere non possumus, dominium habere possumus. capitu. recolentes, & ibi Panormitan. numero tertio, de statu monachor. Et quidem potissimùm, quotiescunque nullum delictum concurrit, ob quod nos illud habere nō licet. Doc. ad l. apud Iulianum. §. constat. ff. de leg. 1.

Quam

Digitized by Google

Quam sentẽtiam ad l.fin.num.161.probans Hyppolitus,dominium hoc, quod sic in ecclesiam transfertur momentaneum appellat,quia apud illam manere non potest: Zasius autem,num.10.& 11.ad d.§.constat.ministeriale vocat,quia ad ministerium pertinet,vt uendatur.

Sin autem clausula decreti ac annullatiua,constitutioni aut statuto apposita fuerit, omniaque cassset, & irritet, quemadmodum Caroli V. constitutio, omnem alienationem,donationem,testamenti liberalitatem, & transportũ, de his rebus immobilibus damnat,prohibet,& pro infecto ac nullo habet,non transire dominium verius est, l.vnica.& ibi Fulgos.num.2.C.de suffrag.l.iubemus.§.sanè.C.de sacro sanct.eccles.Nam licèt ex inutili actu subinde transeat dominiũ,si eo modò putatiua aliqua cã subsit,l.contractus.C.de fide instrum.l.multum.C.si quis alteri uel sibi.l.final. C.ad l. Iuliam maiesta.quando tamen omnino lex, aut statutum actui istiusmodi resistit: & aduersatur,aliud iuris est.l. non dubium.C.de legib.Alexander vers.incip.iuxta proximè dicta.Alcia.num.62.Iason ad finem.l.1.§.si uir. ff.de adquiren. possessio. Nam cùm actus propter aliquam caussam inutilis est,eaque inutilitas consensu partium modo aliquo sanari potest,neque lex aut statutũ directo illi repugnat, dominium propriè non ex illo, sed ex partium consensu propter illum transfertur,Angel.ad d.l.multum.num.4. ita vt licet caussa remota ipsius dominij, aut nulla sit aut inutilis, immediata tamen caussa, hoc est consentius ad translationẽ dominij sufficit,& quidem potissimum, quando caussa aliqua subest,tametsi putatiua & erronea, qua contrahens ad traditionem inducitur ac mouetur.l.eleganter. ff. de dolo. l.cùm nemo. C.eod.titul.l.1.C.de condict.ob caussam. Baldus & Castren. columna 2. versicul.nec obstat,ad d.l.multum.

At quando contrahens non potest contrahere,quando res non est in commercio,quando lex contractum & actũ prohibet,eundemque nullum facit & irritum, aut quando non est improbata sola illius qualitas,sed si substantia, obligatioque,dominium non transfertur. Bald.ad d.l.1. & ad l. non dubium,vers.vltimò nota.C.de lega. Alber.ad l.nõ dubium,colum.pen.vers.dic aut improbatur.C.de legib. Ioã. Fabri ad l.quoties.in fine.C.de rei vendica.& tunc verũ est, quod prohibito actu censetur annullata traditio.l.3.§.sciẽdũ.ff.de donat,inter virum & vxo.& per consequens dominij translatio,vt ad d.§.si vir,versi. incip. secundo nota. ait Socynus,quæ ex ea sequitur. l. traditionibus. C. de pact. & quod sine habili titulo ac caussa dominium non solet transferri.l.nunquam nuda,ff.de adquirend. rerum domi. Igitur quod ad d.l.1.in fine respondet Angelus non solùm ex contractu inutili cui lex non assistit, verùm etiam ex contractu reprobato,cui lex resistit,dominium transferri,si indistinctè & simpliciter accipiatur,verum non est,neque in dicta. l. 1. de iis loquitur Imperator,qui contractum à lege improbatum scienter ineunt, sed de his qui impedimentum, quod verè suberat,probabiliter ignorãt, & proinde rectè ad d. l. nõ dubium,num.14.in fin.versic.incip.mihi autem.C.de legib.dixisse uidetur Fulgos.reprehendendos esse eos,qui eãdem.l.clarè & dilucidè omnia istiusmodi in contrariam facta annullantem, nimium constringunt atque angustant. Qđ cũ dicto Fabro ad cõsuetudines Andegauenses,tit.des seigneurs temporels,artic.27.incip.si gens d'eglise, nume.1. vers.sed tamen, sentiens Franciscus Mignon in his nostris terminis dominium in ecclesiam,manumve mortuam non transire asseruit,& æquitatem habet.Nam cùm apud ecclesiam esse non possit,& in pendenti esse nequeat. l. si ego. ff. de nego.gest.l.nec utilem.ff.ex quib. cau. maio. mirum uideri non debet,si apud venditorem,donatorem, aut hæredem maneat,qua de re loco superiùs citato,num.88. nõnulla obseruat Riminaldus. Ad possessionem autem quod attinet,maior difficultas est,quia licèt actus ipso iure nullus sit, possessionis tamen traditio,quæ eam consequitur, vim suã habet.c.tua.12.quæst.5.Barto.nume.26.& Castrens.colum. penultim.ad d.l.non dubium.C.de legib.cuius rei exemplũ in viro,qui vxori donare non potest,donatum tamen tradidit,& in pupillo sine decreto alienare prohibito, rei tamen alienatæ possessionem transferente, clarum est & euidens. d.§.si vir.& l.possessionem à contrario sensu. ff. de acquirẽ. possess.Faciliùs enim lex dominij translationem,quod iuris est,quàm trãslationem possessionis,quod facti est, impedit. l.quod meo.§.si furioso,eod.tit.licèt difficilius à nobis auellatur dominium,quàm possessio,ut ibi.num.12.per l. si quis vi.§.differentia,eod.ti.docuit Zasius.Et ideò ad l.2.ff.de iurisdict.omn.iudic.respondet Bald.quòd cùm statutum vetat,ne in loco statuti extraneus aut forensis bona immobilia adquirat,dominium quidem contra formam statuti, in eum non transferetur, possessio tamen transferetur, cùm quia illa exigui præiudicij est,tum verò,quia contractus prohibitus non est caussa immediata (quæ sola spectanda est translationis possessionis,sed traditio ipsa, quæ cùm sine illo per se sola stare possit,ex illius nullitate & vitio non inficitur,& cùm possessio recedat,quam primum quis constituit se nolle possidere.d.§.differentia,certè protinus ubi uenditor,donator,aut hæres noluit possidere, ipsam amisit possessionem.d.§.si furioso.

Econtrario,quemadmodum ex destructione consequẽtis,recta sequitur destructio antecedẽtis.l.2.§.mutui datio. & ibi gloss.ff.si cert.peta.Lapud antiquos.C.de furt.& sicut cum quid prohibetur,uidentur omnia ea esse comprehensim prohibita,per quę ad illud peruenitur.l.oratio.ff.de spõsal.c.cùm quid,de reg.iur.ita quoque prohibita translatione,aut adquisitione dominij,possessio ipsa prohibita esse videtur.Nam cùm dominium cœperit à possessione, utique de his est possessio,quæ dominij adquisitionem antecedũt, & per quæ ad illud peruenitur.l.1.in princip.ff.de adquiren. possess.& ibi Dd.eaque ratiõe id quod de statuto rei immobilis adquisitionem forensi prohibente Bal. respondit ad d. §.si vir,Alex.& Zasius num.6.improbarunt.

4 Ego inter naturalem & ciuilem possessionem distinctionem hunc pono.Duplex est possessionis qualitas. Nã cũ qs corpore rẽ possidet eiq; eo aĩo insistit,ut vel suo,uel alieno nomine eam teneat,naturaliter possidere dicitur.l.naturaliter.ff.de adquir.poss.l.1.ff.de vi armata.Quidquid enim apprehendimus,cuius proprietas ad nos nõ pertinet, aut nec pertinere potest,(inquit Iabolenus) hoc possessionem appellamus.l.quæstio.ff.de uerb.signi. & pinde quoniam corpore tenetur,corporalis subinde appellatur.l.fin.C.de fund.patrimonia.libr.11.Altera qualitas est, cum quis bono titulo rem tenet,habetque ius insistẽdi rei ipsa lege possessionem eiusmodi ad probante,& quotiescunque possessionis apprehensio,ac detentio iusta est,atque à lege canonica uel ciuili probatur,& recipitur,ciuilis appellatur. Nihilenim quod iniustum sit appellatione ciuilis censeri potest.Quotiescunque verò lex illam non probat,sed intra cancellos iuris naturæ relinquit,naturalis dicitur,inspecto iure naturali, quò res pro derelicto habitæ cedunt occupanti,& sicut uaturaliter primò rerum dominia ex detentione fuerunt adquisita. d.l.1.ff de adq.poss.adeoq; ea possessio quæ plurimum iuris habet,quam lex recipit,probat,coadiuuat,suaque interpretatione fulcit,à iure denominatur, econtrà quæ plurimum facti habet,à facto nomen accipit,& facti esse dicitur.Rolã. à Va le cons.23.num.28.& hoc est quod tam,ad d.l.quęstio. quam ad d.l.1.& in tractatu de quinque pedum præscriptione,num.103.& multis sequentibus ait Alciatus, q hæc simplex,nuda,naturalis possessio est meri facti, & in his locũ habet, in quibus iure ciuili non consistit obligatio, quia intra nudi facti cancellos lex eam relinquit,ac proinde sine caussa à iure improbetur,siue res ipsa prohibita sit possideri,siue persona incapax sit,quę eam habet,ex iure ciuili pro nulla habetur,naturalis ista possessio non impeditur. l.quod seruus.l.cum hæredes.ff.de adqui.poss.& lex eam in suis finibus relinquit,Canciun.cons.1.num.135.Vnde quemadmodum in d.§.si vir,communiore calculo,repugnante Alexãdro asserunt interpretes naturalem tantum possessionem translatam esse,ita & hic quoque dicendum arbitror. Nam cùm Carolus V.omne transportum, ac traditionem omnẽ damnet,cassat,& annullet,ciuilis possessio translata dici nõ potest,eoque minùs,quod quæ ratio dominium hic impedit,eadem quoque impedit ciuilem possessionem, cuius magnos,& peculiares effectus,tam Alcia. ad d.l.1.num.27. quàm Guido Papæ,quæstio.356.ostendit. Porrò autem,qñ caussa translationis possessionis, coniuncta est contractui vel dominio,eo nõ firmato,translationi possessionis locus non est.l.si quis ante.in fine.ff.de acquir.possessio.Alcia.nu. 60.Socyn.num.10.ad d.§.si uir.Et destructo consequenti,in quo stat ratio antecedentis,destruitur antecedens.c.solitæ, de maior.& obedien.non quòd hodie possessio sit necessaria antecedens ad dominium,ut ad d.l.1.num.29.& 32.docet Ripa,sed quòd quo ad effectus ciuiles Carolinæ constitutionis ratio,ubique vna, eademque est. Et cùm solo animo ciuilis possessio amitti possit, etiam si nemini adquiratur.d.l.quod meo.§.j.certè mirum uideri non debet, si rei immobilis traditę ciuilem possessionem amittat,qui dedit, quantumuis ea ecclesiæ non adquiratur.

SVMMARIVM.

1 *Turbatus in possessione an sine libello possit officium iudicis implorare.*

2 *Exceptio notorij defectu iuris an obstet spoliato.*

An

Petri Peckij, De amortizat. bonorum.

An interdicta poſſeſſoria eccleſiæ, aut manus mortuæ competant, pro rebus non amortizatis. Cap. XIII.

QVoniam naturalem poſſeſſionem rerum in manum mortuam tranſferri diximus, ciuilem vero non item: conſequens eſt interdictum retinendæ poſſeſſionis ei denegari non poſſe, quod in omnibus poſſeſſionibus locum habet. l. 1. §. hoc interdictum. ff. vti poſſidet. & qualiſcũque ſit poſſeſſor, hoc ipſo qđ poſſeſſor eſt, eo reſpectu plus iuris habet, quàm qui non poſſidet. l. 2. eod. titu. Proinde ſicut cum naturaliter poſſidet, & alius eum turbat, poteſt officium iudicis implorare, ne ſibi amplius ille ſit moleſtus, ẽt nullo exhibito libello, & omni ordinaria cognitione omiſſa, vt conſil. 338. incip. præmittendum eſt, lib. 5. reſpondit Baldus: ita quoque directè, & per modum actionis, propter ſolam naturalem poſſeſſionem, in qua turbatur, interdictum Vti poſſid. habet. Bar. ad d. l. 1. in princ. num. 1. verſ. redeo. latè Menochius, de retin. poſſ. remed. vlt. num. 15. verſ. inci. ſecundo. Pract. Ferra. in forma libel. pro turbata poſſeſſ. ad verbum: hodie tenet. verſ. incip. nunquid ergo ſufficit.

Similiter inferri poteſt, ꝙ ſi eccleſia, aut manus mortua, hac ſua naturali poſſeſſione ſpoliata fuit, ꝓ recuperãda poſſeſſione interdictum. Vnde vi, proculdubio habet, quod naturaliter poſſidenti conceditur. l. 1. §. deijcitur. ff. de vi, & vi arma. id quod in uſufructuario clarè uidere licet. l. 3. eod. titulo. in d. l. 1. in §. interdictum autem. & ibi Bart. qui indubitanter naturaliter poſſidet. l. naturaliter, in princip. ff. de adquir. poſſeſſ. l. 1. & ibi Ripa num. 34. cod. titu. Menoch. de recup. poſſ. remed. 1. q. 5. num. 70. Imò quod ampliùs eſt, prædoni datur, ita vt ſi ſpoliatur, ante omnia reſtitui debeat. ca. in literis, de reſtit. ſpolia. l. ſi de vi. ff. de iudic. l. colonus. l. cũ fundum. ff. de vi & vi arma. Nam cùm lex ſine citatione, & actu iudiciali, à ſua poſſeſſione neminem amoueri velit. ca. licet epiſcopos, de præbend. libro 6. & ibi Philip. in 3. no. & cùm hoc interdictum odio illius, qui ſibi ius dicere, & publicam auctoritatem contemnere auſus fuit, ſit inductũ. l. ſi quis ad ſe. C. ad l. Iuliam, de vi. Menoch. d. loco, num 146. certè non poteſt uiolentus deiector, ſeu expulſor, defectũm iuris aut tituli, manui mortuæ referre. Et hæc quidẽ aduerſus tertium aliquem turbatorem, ſeu uiolentum extra controuerſiam indubitata ſunt. Sed an aduerſus ipſum uenditorem, donatorem, ſeu hæredem, à quo accepit poſſeſſionem, eodem iure vtatur, dubitari poteſt, ſi ab his turbata ſpoliatave fuit. Nam cùm exceptio notoria, proprietatis & deficientis iuris ſpoliato obſiſtat. ca. ad decimas, de reſtitu. ſpolia. lib. 6. & nulla lege, aut nullo ſtatuto excluſa uideatur. Bald. ad rubr. C. de probat. Caſtr conſ. 44. lib. 1. c. patet. 3. q. 1. nulla ratione aduerſus hos iuuari poſſe uidetur, quibus vulgata iuris regula ſuffragatur, dolo facit, qui petit, quod reſtituere eum oportet. c. dolo, de regul. iur. in 6. eoque magis, quod præſumptio iuris, manui mortuæ in poſſeſſione rerum immobilium aduerſatur, quæ etiam rerum ſpoliatarũ reſtitutionem impedire ſolet. d. c. ad decimas, ſicut & omnis alia incapacitas rerum poſſeſſarum. Inno. ad c. conſtitutis. de fil. præsbyter. Zaſius ad d. l. naturaliter. §. nihil. nume. 58. Sed hoc ita demùm verum eſſe crediderim, cùm illicò & incontinẽti, de dominio ſpoliatoris manifeſtè apparet, eo loco, quo per conſtitutionem principis, clauſulas decreti irritantis continentem venditio, donatio, legatum irritatur, & pro nullo habetur, neque eccleſia, ſeu manus mortua de impetrata amortizatione excipit. Tunc enim euidẽs iniquitas dici poſſit, ſi ei res reſtituatur, ad quã ſine dubio nullum ius habere poteſt. At ſi ſtatutum aut conſtitutio principis donationem, venditionem, traditionem, legatum non annullet, ſed eccleſiam, manumque mortuam, tãtum vt manum ſuam euacuet, vt rem immobilem adquiſitã alienet, compellit, certè quantumcunque oppoſita dominij, & incapacitatis exceptio, ſpoliatorem non adiuuat, vtpote qui dominus ampliùs non eſt, & cui eccleſia, manuſve mortua eã rem reddere non tenetur, ſed alteri etiam uẽdendo, legi, aut ſtatuto ſatisfacit. Nunquam enim exceptio deficientis iuris aut dominij prodeſt ſpoliatori (inquit Zaſius numero 52.) niſi fundet ius excipientis. & ſpoliantis: hoc eſt, niſi proſit excipienti pro iure ſuo confirmando. Ideoque reſtituetur aduerſus eum ſpoliata, ſed in ſententia reſtitutionis adijcietur clauſula, qua rem iſtiuſmodi immobilẽ extrà manum ſuam ponere iubeatur, quod ſuperiùs initio huius libri demonſtrauimus. De adipiſcenda poſſeſſione nihil dubium eſt, quia cùm lex eccleſiam, aut manũ mortuã, ad petendam rem immobilem non amortizatam non admittat, facilè intelligimus, ei nec interdictum quoque adipiſcendæ poſſeſſionis competere.

SVMMARIVM.

1 *Venire contra factum proprium quando licet.*
2 *Turpitudo propria quando allegari poſſit.*

Venditor, donator, ſeu hæres, rem immobilem ſponte eccleſiæ traditam, vendicare aut repetere an poſſit. Cap. XIIII.

Si conſtitutio Principis, vel ſtatum ciuitatis venditionem, donationem, legatum, ſeu traditionem rei immobilis in eccleſiam, manumque mortuã factam non annullet, neque inficiat, ſed tantùm apud eã manere vetet, non dubium eſt, quin eius rei dominium momẽtaneum ſaltem & miniſteriale, vt ante dictum eſt, ab ipſo vẽditore, donatore ac hærede, in eandem eccleſiam vel manũ mortuam ſit translatum, ac proinde vendicatio, quæ ex parte actoris dominium neceſſario requirit. l. qui petitorio. l. ſi in rem, & l. officium. ff. de rei vendi. ei competere nõ poteſt. Sin autem vẽditio, donatio, legatum, & traditio *penitùs irrita* fiat, atque nullius roboris eſſe declararetur, id quod per cõſtitutionem Caroli V. Imperatoris fieri certum eſt, maior equidem ſe exhibet dubitandi occaſio. Etenim cum ꝓprio ſuo facto nemo contrauenire poſſit. l. poſt mortem. ff. de adopt. cùm conſilium ſuum in alterius detrimentum mutari nemine ſit permiſſum. c. mutare, de regul. iur. in 6. & cùm ea, q̃ nulla, irritaque ſunt, damno eorum, à quibus fiunt, valeant, atque ſubſiſtant. l. per fundum. ff. de ſeruitu. ruſtic. pd. l. eleganter. & ibi Bartol. ff. de dolo. ca. accepimus, de ætate & qualita. nulla vẽditori, donatori, hæredi, ad rem vltrò ſemel traditam, uendicandam, repetendamque via patere vꝝ, eoque minùs, quod propriæ turpitudinis allegatio nemini indulgetur. l. cùm profitearis. C. de reuoca. donatio. cuiuſmodi eſt hæc, quam is proponit, qui aduerſus legem vendidit donauit, & tradidit.

Cæterùm his minimè obſtãtibus, in contrarium eſſe ve-
1 ritatem exiſtimo. Quotieſcunque enim factum proprium ob cauſſam aliquam publicam eſt à lege reprobatum, quotieſcunque totum illud quod agitur, proſternit, enecat, & euertit, utique auctoritate legis, iuris, ſen cõſtitutionis eiuſmodi, ei reſiſtentis, licitè illi contraueniri poteſt. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. l. 1. C. de latina libert. tolli. Alberic. colum. 2. Bal. colum. 1. verſ. incip. item nota, ad d. l. poſt mortem, etiam ſi iuramentũ acceſſerit. c. intellecto, de iureiur. l. pactum. C. de collat. præſertim quando factũ iſtiuſmodi fauore alterius eſt nullum & prohibitum, ut hic Bart. ad d. l. poſt mortem. Matth. de Afflict. deciſ. 335. num. 12. Fel. ad c. 2. de excep. num. 9. Alex. conſ. 123. lib. 1. & conſil. 109. libro 4. Dec. conſ. 185. nu. 6. Iaſ. ad l. ſi donatione, num. 7. C. de colla. & conſ. 87. lib. 1. aut qñ contractus ratione mutuæ culpæ, qualis hic eſt, tã in uendẽte, donante, legãte, tradente, q̃ in eccleſia, & manu mortua redditur nullus, Bald. ad l. accepram, col. pen. C. de vſur. & ad l. 2. in 3. no. C. ſi aduerſ. rem iudic. deciſ. Pedemon. 180. inci. ſolet poſtremo, nu. 2. & 3. Nã & ex vulgata iuris regula, non præſtat impedimentum id, quod de iure non ſortitur effectum. c. non præſtat, de regu. iur. in 6. & actus nullus, nullum operatur iuris poſitiui effectum. clem. fi. vt lite pend. Caſtren. ad l. 1 §. primo, ff. de ferijs, & inutiliter cedens actionem, eam non amittit, Bart. ad l. filiusfam. §. ſi quis. ff. de legat, præſt. & ad l. non putauit. §. non quæuis. ff. de bon. poſſeſ. contra tab. Iaſon ad l. 1. §. 1. in 5. nota. ff. quod quiſque iur. latè Tiraquell. de retract. §. res. glo. 2. num. 5. 6. 7. & quando uullum ius adquiritur ex contractu, poteſt quis venire contra contractum, (inquit Bald. ad l. iubemus. §. ſanè gl. 4. C. de ſacroſanct. eccleſ.) id quod in contractibus innominatis re integra expeditum eſt. l. ſi pecuniã. ff. de condic. ob cau. Adde quod in hac uenditione, donatione, translatione, non propriè turpitudo aliqua inſit, ut leges propriæ turpitudinis allegationem impendentes ad rem trahi poſſint, vtpote quæ ad ſcelera, & inſignia flagitia potius referantur, quàm ad alia à iure prohibita, & nihil eiuſmodi facinoroſum olentia, eoque ceſſante, cùm uenditor, donator, hæres uendicando non ſuper turpitudine aliqua, ſe ſuper rei ſuæ dominio ſe fundet, & in eo actionis ſuæ radicem figat, & ſic uniuerſum ius eccleſiæ elidit, repelli non debet, iuxta not. per Felynum ad capitu. tertio loco, numero octauo, & nono, de proba. Panormitan. & Ioannes Andr. ad capitu. inter dilectos. de donat. qui, ſi de ultronea
2 uenditione, donatione, traditione excipiat eccleſia, etiam propriam turpitudinem replicando allegare & prædictã nullitatem proponere poterit. Panormitan. ad capitu. cùm ſuper. de conceſſ. præbend. Alciat. ad capitu. cùm contingat.

num.

Digitized by Google

num.182.de iure iur. Nam & in simili ad d.c. si quis ad uerb. alienata, ad c. nosti. ad uerb. reuocare, in fi. de elect. obseruat gl. quod si aduersus reperentem, & uendicantem rem ecclesiæ malè alienatam, uel aduersus illegitimam administrationem, istiusmodi facti proprij, aut propriæ turpitudinis exceptio obijcitur, nullitatis replicatione retineri potest. In arbitrio quoque illius situm esse existimo, ut ab initio vendicatione prætermissa, venditionem, donationem, legatum, & traditionem nullam declarari petat, eaque facta rem repetat iuxta ea quæ not. Chassa. ad consuet. Burg. tit. des droicts appar. a gens marie. §. 1. ad uerb. ne penult faire, num. 3. & 4, & Panor. ad c. si quis, de reb. eccl. non ali.

Sin autem pœna a statuto uel constitutione eiusmodi venditioni, donationi, legato, traditioni adiecta fuerit, tunc certè non obstante vendicatione, eiusque admissione puniri posset qui contrauenit, eoque casu vera esset communis illa traditio, quod actus nullus non habetur pro nullo, & inutili, respectu pœnæ, quæ a iure illi infligitur, qui fecit contra legem, ne de improbitate sua gaudeat. c. quorundam, de solut. d. c. si quis. l. 2. C. de donat. l. Senatus. ff. de contrah. emp. l. fi. ff. de damno infect. glo. & Bald. ad l. martyres. C. de sacrosanct. eccl. & in l. transactione. C. de transact.

SVMMARIVM.

1 *In lucrandis fructibus an ualiditas tituli spectetur.*
2 *Decretum nulliter interpositum an ad fructus lucrandos sufficiat.*
3 *Res nulliter uendita an iusta conscientia retineri queat.*
4 *Possessor mala fidei quis.*
5 *Error iuris an sufficiat ad fructus lucrandos.*

Ecclesia seu manus mortua an fructus lucretur rei immobilis non amortizatæ. Cap. XV.

Multæ sunt causæ, ex quibus vi
deri potest, fructus rei immobilis non amortizatæ, ad eccle
siam, manumque mortuam, etiam in foro conscientiæ per-
1 tinere. Nam cum agitur de lucro, & adquisitione fructuum, nullitas seu inualiditas tituli non attenditur. l. sed & si lege. §. scire. ff. de pet. hæred. ideoque est, quod & decretum nulliter interpositum, lucrandorum fructuum occasionem præ-
2 bet. D. Ant. ad c. diuersis fallacijs. ext. de cler. coniug. & ecclesia ex mutuo accepto læsa, ad fructuum repetitionem non admittitur. c. ad nostram. de reb. eccl. non alien. & qui absque decreto rem minoris nulliter emit fructus perceptos non restituit. l. 2. C. si quis ignor. rem minor. emer. & licet donatio inter virum, & uxorem facta ipso iure nulla sit, fructus tamen percipiendo uxor uel uir suos facit. l. fructus. ff. de vsur. l. de fructibus. ff. de donat. inter virum & uxo. Id quod indubitanter sequēdum esse videtur, tamdiu præcipue, quàm res illa immobilis ab ecclesia auocata non est, & uenditio, donatio, legatum, traditio non declaratur esse nulla. Nam (vt tomo 1. ad ord. Reg. in prooe. gl. 1. num. 44. & tomo 2. tit. de rescis. contract. in præfatione, num. 59. ait P. Rebuffus) licet cō
tractus sit nullus, recte tamen, etiam salua conscientia res re-
3 tineri potest, donec declaretur nullus, teste Panor. ad. c. quia plerique, de immunit. eccle. & proinde is qui ex huiusmodi contractu rem possidet, lucratur fructus ante litem contesta tam. l. cum fundus. ff. si cert. peta. & iudices Regij in regno Galliæ (ut ipse ait) ad fructuum restitutionem super contractu nullo, neminem nisi a die litis contestatæ condemnare solent, quod & Inn. cum alijs ad c. in nostris, de cōcess. præb. & Felyn. ad c ap. de quarta, de præscrip. & C. Mod. ad primā, partem consuetudinum. Paris. §. 30. num. 31. de vasallo emphyteuta beneficiario delinquente, & tamen ad quoddam tempus a domino, & superiore tolerato, responsum dederunt, & in emptione, ac venditione tantò probabilius est, quod sicut ecclesia, manusve mortua fructus illius rei immobilis capit, ita quoque, & emptor pretio conuento vtitur.

In contrarium tamen adferri potest. Primò, q̄ sola naturalis possessio qualem apud ecclesiam manumve mortuam esse diximus, ad lucrandos fructus non sufficit. l. si fur, & ibi Bart. de usuf. & in l 3. §. ex contrario. ff. de ad qui. posi. Alex. consilio trigesimoquarto, libro quarto, Castren. ad l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. & possessio quæ circa solum merum factum versatur, lucrandorum fructuum effectum non parit. Roman. in d. §. si uir. l serui. ff. de peric. & commo. rei uend. & ibi Bartol. & glosi. Cynus ad l. certum. C. de rei vendicat,

Secundò quòd vulgata sit iuris regula, malę fidei possessō rem rem vnà cum fructibus restituere teneri, d. l. certum. l. fundum, eo. titu. & non restituendo furtum facere, l. sequi-
4 tur. §. fructus. ff. de vsucap. Malæfidei autem esse dicitur, qui contra iura mercatur. c. qui contra, de reg. iur. in 6. qui rem a lege accipi uetitam tenet. l. fi fructus. C. de donatio. inter uir. & uxo. qui iure resistente possidet, Bartol. ad l. quod Nerua. ff. depositi, Barbà. ad capit. consultationibus. de iure patron. Panorm. ad cap. si diligenti, de præscrip. qui debitas solennitates non adhibet. dicto capitul. si quis, dicta l. 1. C. de fide instrum. & in summa, qui contra legem facit, Corneus consil. 237. libro secundo Dynus ad capitul possessor, dicto titu. de regul. iur. siue iudicium seculare, siue conscientiam animæ consideres, Bald ad cap. in omni de testam.

Tertiò quod fructuus percepti ex fundo alieno, non sunt percipientis, neque in illius dominium tranſeunt, nisi ex iusta causa, Bald. ad l. ex nomine, C. de hæred. uel act. uend.

Quartò q̄ si titulus reuocabilis non inducit fructuum ad qui sitionem. l. si hæres, l. cum quis, & ibi Iason ff. de condict. ob cau. Alexand. & Angel. ad l. cum quis. ff. de mort. cau. donat. multò minus titulus de iure nullus, inualidus, & prohibitus. Et hoc est quod ad dict. l. primā, numero 6. C. de prædijs decur. respondit Bartol. quod quando titulus habetur pro non titulo, possidens ex contractu, & actu nullo, non lucratur fructus, sicut nec ex matrimonio nullo, aut inualido maritus. l. si ante nuptias. ff. solut. matrimon. l. dotis fructus. §. 1. ff. de iure dotium. & ad l. final. C. de usucapion. pro emptor. tradidit Bald. quod ex illicito contractu etiam ecclesia, quatenus locupletior facta fuit, ad restitutionem obligatur.

Verum verò, si clausula decreti irritantis, venditioni, donationi, legato, traditioni non obsistat, sed si ecclesia, manusve mortua, intra certum tempus duntaxat, rem immobilem non amortizatam extra manum suam ponere iubeatur, nihil dubito fructus interim ab illa perceptos eius esse, vtpote quod, (sicut diximus) eo casu, dominium uere in eam translatum fuit. At si eiusmodi clausula, & constitutio annullatiua ei resistat, qualis est constitutio Caroli V. posteriori sententiæ accedens, ita ad argumentum primo loco propositum respondeo, quod in dicta l. sed & si lege, non hoc in uniuersum propōnitur quod quo ad acquisitionem fructuum non curatur de titulo, sed quod is qui errat in iure, quò ad lucrum fructuum, non præsumitur esse in dolo, sed eos suos facit, quasi mediam quandam viam tenens inter bonam, & malam fidem, Bartol. ibi, numero quarto. Felyn. in d. cap. de quarta. num. 29. Franc. Balbus ad l. Celsus, num. 19. ff. de usucap. latè Curtius Senior consil. 71. Curtius iunior consi. 28. numero sesto. Tum verò ea traditio multis modis restrin-
5 gi solet. Errans enim in iure, neque fructus naturales lucratur, Felyn. d. l. loco, num. 30. neque industriales, ex quibus factus est locupletior, Menoch. de recuperan. possess. remed. 15. numero 633. & sequen. & post litem contestatam, ad omnium fructuum restitutionem potissimum tenetur, dicta lege, sed & si, §. etiam si ante, Plot. ad l. si quando, numero 514. C. unde ui. Alij uolunt errantem in iure non lucrari fructus, nisi sit in bona fide, veluti si is sit, quem iuris ignorantia excuset, Anto. Negu. de pign. & hypo. in quarto membro quintæ partis, num. 12. Innocen. ad dictū cap. ad nostram. Sed me non latet, iguorantiam iuris, quò ad lucrum faciēdum, nulli prodesse. leg. quamuis. C. de iur. & fact. ignorant. Quo respiciens Do. Anton. quando titulus habetur pro non titulo, & contractus est nullus, bonam fidem quò ad fructus nihil conferre ait. Rectius alij, quod quandocunque lex, constitutio, aut statutum non tantum non assistit actui aut contractui, sed directe ei opponitur, & aduersatur, aut quotiescunque ea lex uel generalis uel municipalis est notoria, & certa vt hìc, is qui in ea errat, fructus suos non facit. d. l. quemadmodum, & d. l. 1. Panorm. ad cap. dilecto. de præben. plenius ad d. cap. ad nostram sub finem, late Alciat. regul. tertia, præsumpt. capitul. 30. Felyn. & Menoch. d. loco. Romanus consilio 125. Angel. consi. 188. Gramat. decision. 79. Quod autem decretum nulliter interpositum sufficit, ad l. 2. C. de seruit. & aqua. ex Innocentio improbat Bald. eiusque sententiæ Alex. in addit. ad Bartol. in d. §. scire. & Curtium seniorem, consil. 71. & alios in capit. cum causa, de offic. deleg. subscriptores habet, neque hoc ita aperte respondit Do. Anton. ad dictū cap. diuersis, sed illud duntaxat colum. penul. uersic. sed si in uerisimile, quod licet decretum ex falsa causa interpositum sit nullum, dat tamen interim colorem tenendi, donec cassetur. Quæ sententia neutiquam sine distinctione vera est, ueluti si sine causæ cognitione latum sit. l. nec quicquam. §. ubi decretum. ff. de offic. proconsi. si contineat manifestum iuris errorem. l. 1. ff. quæ senten. sine appell. rescin. lator qui petitus, ff. de tuto. & curat. dat. si dolo datum sit. l. prima. C. de pœn. iud. qui malè iud. si ad turbandam alterius possessionem spectet. l. meminerint. C. und. ui, late Zasi. Iason & alij ad l. iuste ff. de acq. possess. Felyn. ad cap. ex tenore. de rescr. & ad c. illud de præscr. Nā qui ex inualido, & iniusto titulo uerū, & iustū

Digitized by Google

intereſſe prætendere non poteſt, Alex.ibi.col. ult.uerſi.inci. cogitabam, ita ſanè fructus ſuos non facit. Quinimò Menoch.de recup.poſſ.d.loco.num.581. varias doctorum ſententias concilians concludit etiam poſſeſſorem bonæfidei ſine titulo, vel cum titulo inualido, ſi ad rei reſtitutionem condemnatus fuerit, fructus quoque reddere deberet. Et ſanè ſi decretum propter auctoritatem iudicij colorem aliquem poſſidendi tribuere poſſet, huiuſmodi tamen venditio,donatio,legatum, traditio, cui iam a principio lex reſiſtit,nullum colorem tribuit, nullam poſſidēdi iuſtitiam, aut formam habet. Adde quod eccleſia ex mutuo læſa,non ſimpliciter fructus ex re perceptos amittit, ſed eos creditor in ſumptus,laboreſque factos imputare debet, dicto capitu.ad noſtram. Neque ſemper is qui rē minoris ſine decreto emit, fructus ſuos facit,ſed ita demum ſi bona fide emit, ſi ignorauit minoris eſſe:ſi ex probabilibus cauſis exiſtimauit,& credidit,illum qui vendidit,maiorem eſſe,dicta l.prima,& ſecūda,C.ſi quis igno.quod ad l.2.parte ſecunda,nume.44.& ſeq. C.de reſcin.uend. fuſe admodum diſcutit Arrius Pinellus. Tum verò ad donationem inter virum, & uxorem quod attinet,certum & expeditum eſt, quod donatarius fructus naturales non lucratur, d. l.fructus induſtriales verò ideo ſuos facit,quod donator pauperior fieri, aut per eos patrimoniū ſuum atterere non videtur,qui fructus quos diligenter colēdo rem ſuam percipere potuiſſet non adquirit,id quod lib.3. de fruct.titul.ſecundo,capitul.nono.Ioan.Copus, & d.loco Arrius Pinel.rectè expendit, adeoque ratio prohibitionis. ob quam donatio inter coniuges facta, ipſo iure non ualet, eo caſu ceſſat. Sic, & in reliquis donationibus qnotieſcunque retro annullantur, & ad non cauſam deducuntur fructus in uim illarum percepti,reſtitui debent, Mod.dict.loco num.32.Compari modo quod Rebuff. ante declarationem nullitatis,rem licite etiam in foro conſcientiæ retineri poſſe, & eum qui illam tenet,ac poſſidet,fructus ſuos facere,reſpōdit,non vſque adeò aduertendum eſt, ideò quod idem ille dicto tomo ſecundo,titul.de donatio.& adminiſtr.fac. glo.ſecunda.in fin.fructus quos tutor ſeu curator ex re pupilli, aut minoris ſibi donata, etiam ante illius donationis, annullationem percipit reſtituendos eſſe aſſerit, non alia ratione, quàm quod conſtitutio Principis eam nullam, & nullius effectus eſſe pronunciat, & quod ex nullo quis nihil conſequi poteſt. Et rurſum in dicto tract.de reſciſſ. cont. in præfa.numero quarto,& quinto,apertè decidit, quod licet ea ſit Galliæ praxis,vt uix ſoleant iudices condemnare quempiam ad reſtitutionem fructuum,niſi a die litis conteſtatæ, licet contractus ſit nullus, de iure tamen communi quando contractus eſt nullus emptor uel alius qui ex eo poſſidet,ad omniū fructuum reſtitutionem tenetur, quia ex contractu nullo nihil poteſt conſequi,& proinde(inquit in tit.de donat.inſinua. eod.tomo,art.1.gl.7.in prin.) donatarius ante inſinuationē, fructus ex re donata perceptos minime lucretur,cum donatio non habuerit effectum. Ex eo verò quod imperfectum aut nullum eſt,nullum commodum ſequi poteſt.c.ad diſſoluendum,ext.de deſp.imp. Nec in contrarium vrgent ea,quę ad dictū cap.quia plerique.notat Panorm. Nam qui ad illius dicta num.28.qō.9. diligenter attenderit non difficulter obſeruabit,non aliter ante reuocationem rei nulliter geſtæ,tutum eſſe eum qui geſſit, quam ſi contractus aut ipſo iure tenuit,licet reſtitutione,aut reſciſſione infringi poſſit,aut quādo dolus non ſubeſt, ſed in omiſſione ſolennitatis iuris poſitiui tantummodo peccatum fuit, id quod late ad l. nemo poteſt.ff.de legat.primo.confirmat Iaſon, & huc tamen non pertinet ubi uenditio,donatio,traditio,ipſo iure, nulla eſt,& manu mortua rem aduerſum leges accipiens excuſari non poteſt. Et quoniam cum de culpa uaſalli, aut emphyteutæ agitur,nulli,niſi ipſi domino fit præindicium,ſane ſi is taceat, & vaſallum ſeu emphyteutam in perceptione fructuum manere ſinat,nulla ei iniuria irrogatur,cum & ante illius uoluntatem,adhuc incognitum atque in dubio ſit, vtrum culpam illi remittere,an perſequi uelit,Bald.ad l.1.C.de reuoc.donat. qua de re & Tiraq.quoque ad.l.ſi unquam,limit.212.eod.tit. pleraque annotauit. Et quamuis uenditor pecunia eccleſiæ interea vſus ſit,quia tamen eccleſia in culpa eſt, certe reſpectu Principis,aut alterius,non ideo magis fructus lucrī facit, vt notant Salic.Caſtren.& alij in l.ſi ea lege & l.ſi pactione.C. de uſuris,d.c.ſi quis.Concludendo igitur cenſeo,quod eccleſia,manuſve mortua fructus huiuſmodi ſuos non facit, ſiue ante declaratam nullitatem tituli, ſiue etiam poſt illius declarationem fuerint percepti. Nam,vt iam ſatis dictum eſt, & aduerſus Dominicum a Soto, Tiraquellum, alioſque plures ad c.peccatum.de reg.iur.in 6.par.2.§.3.in fin.uerſi.incip.nono.& lib.3.cap.9.uar. reſol. oſtendit Did. id totum quod ex contractu de iure nullo adquiſitum eſt,etiam in foro animę reſtitui debet.

SVMMARIVM.

1 *Dominium rerum eccleſiæ penes quem ſit.*
2 *Decuriones cur res ſuas vendere prohibeantur.*
3 *Legatum incapaci relictum an fiſco cedat.*

Fructus rei immobilis non amortizatæ,ab eccleſia manuve mortua percepti cui cedant.
Cap. XV.

Eccleſiam manumve mortuā

fructus ex re immobili perceptos ſuos non facere, & eum qui ex contractu de iure nullo poſſidet commodum eorundem non habere,ſatis, ut opinor, demonſtrauimus. Nunc an unà cum re vendita,donata,legata, a uenditore, donatore,hærede repeti poſſint, an verò fiſco cedere potius debeāt, in diſquiſitionem venit. Nam licet illud conſtet,quòd cum res aduerſus leges, conſtitutioneſque Principum alienatæ, & traditę reuocantur,fructus etiam in reſtitutionem ueniūt, & unà cum re ipſa repeti poſſunt.ſi quis enim prælatus,presbyter, aut œconomus prætermiſſis ſolennitatibus, & non ſeruato iuris ordine prædia eccleſiæ, emptionis, *donationis*, commutationis, ſeu cuiuſcunque alterius contractus titulo in alium tranſtulit: ſi quis rem debitoris fiſci ſolennibus non obſeruatis comparauerit: ſi quis ab hærede defuncti ex illegitima cauſa rei legatæ poſſeſſionē acciperit: ſi quis agrū decurionis,aut minoris abſque decreto emerit, eccleſiæ,debitori fiſci,hęredi,decurioni, minori fructus perceptos reddere,& reſtituere debet.c.ſi quis presbyterorum, ext.de reb. eccle.non alie.l.iubemus.§.ſane.auth.qui res.C. de ſacroſan. eccleſ.l.1.C. de fide inſtru.& iure haſtæ fiſca.l.1.C. de prædijs decurio.libro decimo.l.quemadmodum.C. de agr. & cenſi. l.uxori maritus.ff.de uſufr.lega.l.quod ſi minor.l.ait Prætor. ff.de minor: non tamen vt credam, in propoſita quæſtione, fructus ab eo qui vltrò uolenſque rem tradidit, repeti poſſe. Nam cum eccleſia, manuſve mortua eorum fructuum qui a ſolo ſeparati inter res mobiles recenſentur.l.de functa.ff.de vſufr.capax ſit,ijque ſponte a venditore, donatore,hærede ſibi permiſſi ſint,exiſtimo vulgatam iuris regulam illi imprimis obſtare, quæ eſt (vt Papinianus ait) quod donari uidetur,quod nullo iure cogente conceditur, aut(vt Paulus reſpondit) cp cuius per errorem dati repetitio eſt, eius conſulto dati donatio eſt.l.prima ff. de condict. indeb. l.donari l.cuius per errorem ff. de regul. iur. & quod is qui ſemel extra cauſſam bonorum ſuorum aliquid conſtituit, illud ab ijſdem ſuis bonis perpetuo ſeparaſſe videtur.l.ſequens quæſtio. ff.de legat. 2. id quod in exemplis iam commemoratis æque dici non poteſt. Delictum enim prælati, presbyteri,aut œconomi,eccleſiæ nocere non debet.capit. delictum.de regu.iur.in ſexta. Et proinde fructus rei ab eis alienatæ,vnà cum re ipſa eccleſię reſtitui debent.dict. cap.ſi quis.Etiamſi capitulum totum, quod eccleſiam *repræſentat*,conſenſiſſet,quia cum uerum ac perfectum *dominium* rerum eccleſiæ ſit ipſius Dei,adminiſtratio *autem & gubernatio* ſola apud Prælatos & capitulum.cap.1.12 quæſt.2.cap. cum ſecundum de præb.c.cum ex eo,dc elect. in 6.late Nauarra de redit.eccl.qō.24. conſenſus eorum illegitimus nullum præiudicium eccleſiæ,& Deo parat. Ad fiſci quoque debitorem rei non rite diſtractæ, fructus redire mirum non eſt,cum eo reclamante ita diſtracta fuerit, dict.l.prima. Et quod hæres rem a marito vxori relictam tradens,etiam fructus recuperat,in iuſto errore fundatum eſt. Nam cum exiſtimarit uerum,& legitimum matrimonium inter eos inter ceſſiſſe,neque alio animo tradidit,ſanè detecto errore,& poſteaquam matrimonium iſtiuſmodi illicitum pronunciatū fuit,æquum bonum eſt,& rem,& fructus eidem præſtari.d.l. vxori.l.uideamus.§.item ſi indebitum.ff.de vſu.l. indebiti.ff. de condic.indeb. Et cum minor & pupillus,donandi alienādiq,liberum arbitrium non habeant.Inſtit. de authorit. tut. in princ.l.ſi curatorem.C.de in integrum reſt.nihil miramur ſi & fructus quoque perceptos,vna cum re ſua perperā alienata & tradita,recuperare poſſint. Et quamuis dict.l.1.C. de prædijs decur. magis in contrarium ire videatur, vtpote in qua Imperator ipſi decurioni rem ſuam illegitime alienanti fructus quos emptor percepit reſtituí mandet, ea tamen conſtitutio ſuam quoque rationem habet. Cum enim ideo decuriones res ſuas diſtrahere prohibeantur, quia Reipub. intereſt plurimum,vt a diuitibus & potentiorib.quorū ſplēdore & copijs iuuari poterit,potius q̄ a pauperibus, qui pleriq; aut q̄rēdis neceſſarijs nimiū intēti,aut munerib.accipiēdis & corruptioni magis obnoxij ſunt gubernet.Io.de Pl.& Iacobus Reb.ibi,facilius eos legislator, & rē & fructus è re ipſa

Digitized by Google

ipſa factos recipere permiſit, & maximè quidem ſi neceſſitate coacti vendiderint, id quod eadem illa conſtitutio in uerbis, quibus ſtrangulatur, non obſcurè oſtendit. Eoque caſu & culpa eorum tolerabilior eſt propter penuriam, & emptoris improbitas maior propter auaritiam, qui & contra legem, & ab eo quem ad diſtrahendum, durum telum vrget neceſſitas, rem iſtiuſmodi comparare auſus fuit. Neque ex aduerſo viget reſtitutionis verbo omnem vtilitatem contineri. l. reſtitutionis. ff. de uerbo. ſignific. l. quid ſi minor. §. reſtitutio. ff. de minor. ideoque ſententiam qua poſſeſſor rem quæ petita eſt, reſtituere damnatur, tacitam fructuum condemnationem, quantumuis in ea de his nihil expreſſum fuerit, ſubinde etiam contineri. l. uideamus. ff. de uſur. Iaſon. ad §. omnium. Inſt. de actio. Et proinde eos fructus una cum re ipſa venditori, uel hæredi reſtitui oportere. Illud enim tunc tantum verum eſt, quando eadem eſt, & rei & fructuum ratio, cuiuſmodi hic non eſſe oſtendimus, quando nulla cauſa occurrit, ob quam poſſeſſor fructus lucratur, uel propter bonam fidem quam habet. §. ſi uerò. Inſtit. de offic. iud. §. ſi quis a non domino, Inſtit. de rer. diuiſio. propter ſolennem titulum, quo coloratur eius poſſeſſio. l. ſi fundum. C. de rei uendica. uel quia ſibi ab actore tacite, uel expreſſe donati ſunt vt hic Fiſcum quoque tametſi plerique forte nimium illi addicti ad hos fructus inuitandum eſſe exiſtiment, quem etiam eo nomine cum eccleſia ſubinde tranſegiſſe memini, nihil tamen iuris hic ei eſſe arbitror, fiſco enim ſcelere adquiſita adplicari ſolent. l. Lucius. ff. de iure fiſci. Et fiſcus ab poſſeſſoribus quos delictum proprium indignos fecit bona auocat, ab incapacibus uero cuiuſmodi hic eſt eccleſia, & manus mortua non item. l. hæreditas, & ibi Iaſon. C. de his quibus, vt indign. & ad l. 1. C. de hæredib. inſtit. l. aufertur, & ibi Bald. l. non intelligitur. in princip ff. de iure fiſci. l. prima, C. de natur. lib. l. ſi in metallum, & ibi Bald. C. de his quæ pro non ſcrip. Coſtalius ad legē, cum hic ſtatus. ff. de donation. inter uirum, & uxor. Magis odioſa quippe eſt indigni, qui propria culpa laborat, quàm incapacis, qui externa cauſa impeditur, conditio Bartol. & alij ad l. ſi quis in metallum. ff. de his quæ pro non ſcrip. hab. Et ſicut ipſa res principalis immobilis non amortizata fiſco non cedit, ita quoque neque fructus ex ea percepti ueluti acceſſorij ad eū pertinent.

Porro autem, ſi quis obijciat, quòd ſi incapaci relictum, vt diximus, fiſco non cedit, ſaltem fructus ex eo percepti, ad
3 hæredem legantis redire debent, quia quæ non capacibus relinquuntur, veluti deportatis, ſpurijs, in metallum damnatis, aut coniunctis accreſcunt, aut hæredibus cedunt. d. l. prima, & l. ſi in metallum: reſpondeo, uerum quidem id eſſe, niſi hæres ultrò fructus iſtiuſmodi percipere paſſus eſt, adeoque tacite illos donaſſe videatur. Aliud enim eſt, penes hæredem manere, aliud ad hæredem redire, longeque facilius retentio, quàm repetitio conceditur. l. ſecunda, & tertia. ff. de compenſatio. l. qui in area. ff. de condictio. indeb. Et quamuis rem traditam repetere poſſit vtpote in qua ſtat ratio prohibitionis, fructus tamen, qui illi rationi ſubiecti non ſunt, ueluti ſponte abalienatos non recuperat. Et licet rei principalis relictę dominium in eccleſiam, manumve mortuam, ſeu perſonam incapacem non tranſierit, ut ſuperius oſtenſum eſt, fructuum tamen dominium, quorum capaces ſunt, ex conſenſu veri domini ſemel tranſiuit: & ſicut is, qui in iure errans ſoluit, uel tradit, non repetit aut condicit. l. fideiuſſor. §. fideiuſſor. ff. de fideiuſſor. ita qui eccleſiæ, manuive mortuæ uel expreſſe, uel tacite fructus dedit, eos repetere non poteſt, neque vulgatæ illi regulæ locus eſt, quod indebitum ſoluens, vna cum re ipſa fructus perceptos condicere poteſt. l. indebiti. ff. de cond. indeb.

Cenſeo itaque reſponderi poſſe, quòd ſi eccleſia, manuſue mortua velit, poſſe quidem illum eos fructus uenditori, donatori, hæredi, tam libere retrotradere, & donare, quàm libere ab eodem illos accepit. Nam quemadmodum ex illius conſenſu, qui uerus dominus erat, eos habuit, neque eorum adquiſitionem eiuſmodi lex improbauit, ita etiam econuerſo contraria uoluntate illi eos reddere poteſt, argumen. l. primæ, & ſecundæ. C. quando ab emption. receden. maxime cum & Domin. a Soto, de iuſt. & iur. libro nono, quæſtion. octaua articu. primo, & Didacus Couar. ad capit. peccatum, de regul. iur. in ſexta relect. 2. §. ſecundo, & Ioan. a Medina, de reſtit. quæſtion. quinta cau. 11. & alij plures reſpōdeant, etiam eum, qui ex illicita cauſa quid accepit, antequā fiſcus ei rei ſeſe immiſcuit, illi ipſi, a quo habuit, id quod accepit, reſtituere poſſe. At ſi nolit, quia ab eo cogi non poteſt, arbitrio Epiſcopi in uſum pauperum, aliamve cauſam piam, expendi debent, iuxta ea, quæ notant Docto. ad capit. cum ſit, de Iudæis, & ad capit. uero, & capitul. audiuimus, de ſimon. quia quando conuentiones, largitiones, aut legata eiuſmodi a iure reprobantur, ita vt nec actionem, nec retentionē pariant, & ideò ꝙ acceptio eſt illicita, nihil ex illis poſſideri poteſt. Didac. dicto § ſecundo. Nam licet eos fructus accepit a uero domino, non omne tamen, quod a uero domino accipitur, iuſte & legitime retineri poteſt, id quod in uſuarijs, ſimoniacis, alijſque id genus, plus quàm manifeſtū eſt, & quamuis reſpectu eiuſmodi domini eorum fructuum capax ſit neque lex, aut conſtitutio Principis fructuum donationem eccleſiæ fieri uetet, quia tamen illegitimo titulo, & mala fide accepti ſunt, licite eo modo, quo percepti, retineri nequeunt, qui alio modo, & titulo accepti illius eſſe poſſent. Ideoque idem Didacus ad cap. cum eſſes, uerſicul. incipien. ſextò non poſſum, in fine. ext. de teſtament. generaliter tradidit, ꝙ is, qui nullam cauſam dominij, aut iuris, ex iuſta legum ſanctione habet, omne id quod poſſidet, reſtituere tenetur. Sic enim aduerſus leges poſſidens, & fraudare legem cupiens, proculdubiò peccat. Neque hìc eccleſia, manuſve mortua, hos fructus, particulari aliquo donationis, ueluti a re principali immobili ſeparatæ titulo accepit, ſed in conſequentiam duntaxat ipſius rei venditæ, donatæ, ſeu legatæ occaſione, adeoque tametſi venditor, donator, & hæres, qui hos fructus ei permiſerunt, eorum uendicationem, uel repetitionem non habeant, fraudandi tamen intentio, eccleſiam ad reſtitutionem modo declaratam, faciendam cogere videtur, non obſtante ea allegatione, quod ueri domini conſenſu eos habeat. Nam & in ſimili uidemus, quod is, qui ab eccleſia ſine debitis ſolennitatibus emit, licet fructus uoluntate eccleſiæ percipiat, quæ eos fructus ſine eadem ſolennitate donare, & alienare poteſt, nihilominus tamen eoſdem unà cum re ipſa reſtituere cogitur. dicto cap. ſi quis, & capitul. ſine exceptione duodecima, quæſtion. 2. cum ſimilibus.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor bonæ, & malæ fidei, an unus idemque eſſe poſſit.*
2 *Impenſæ a quibus poſſeſſionibus repeti poſſint.*

Eccleſia ſeu manus mortua an impenſas in rem non amortizatas, factas recuperet. Cap. XVII.

1 In hac quæſtione imprimis conſiderandum eſt, diuerſo reſpectu unum eundemque hominem & bonæ, & malæ fidei poſſeſſorem dici poſſe. Nam qui a domino putatiuo fundum bona fide emit, cum ſciret eum alteri eſſe obligatum, & in eo tamen ſuo nomine ædificat, quantum ad areæ dominium, cenſetur eſſe bonæ fidei, ſed reſpectu creditoris magis eſt vt malæ fidei eſſe intelligatur. l. fundus ille. ff. de contrahend. emptio. l. ult. ff. quibus ad liber. prouoca. non licet. Ioan. Faber & Catiuncula ad §. certe illud. Inſtit. de rer. diuiſio. & commodatarius, emphyteuta, inquilinus, aut colonus, qui rem alienam ſcienter accipit, reſpectu ueri domini, malæfidei eſt, quo uerò ad eum, a quo accepit, in bona fide eſſe cenſetur, ſic ut is illi malam fidem obijcere nequeat, Angel. ad §. ex diuerſo, in fin. eod. titu. Sic quoque eſt in eccleſia, & in manu mortua, quamcunque rem immobilem non amortizatam accipiente. Nam ſi vendentem, donantem, hæredem, tradentem, reſpicias, bonæfidei eſt, ab eo enim eiuſque conſenſu, qui utique dominus eius rei erat, & a quo dominium translatum non fuerat, vt ſuperius oſtendi, fructus quaſi donatos habet, reſpectu uerò pauperum Reipub. aut ſimilium non item: quia ex titulo a lege ſeu conſtitutione Principis improbato, & nullo, illos adquiſiuit. Cum igitur quæritur, an impenſas, ſeu, vt dicuntur, meliorationes in eam rem factas repetere queat, reſpondendum puto, quod cùm nullos fructus illis reſtituere de iure teneatur, niſi velit, ut proxime ſuperiori capite diximus, benigne cum ijs agit, ſi & neceſſarijs, & utilibus, & uoluptuarijs ſumptibus deductis, reliquos fructus reſtituat. At ſi nullos fructus etiamnum perceperit, & nihilominus eiuſmodi ſumptus tulerit, in deductione, compenſatione, ac repetitione eorum, eandem eccleſiæ, manuſve mortuę, reſpectu illorum conditionem, eſſe cenſeo, quæ eſt aliorum
2 quorumcunque bonæ fidei poſſeſſorum, de qua in l. fundo, & in l. ſumptus. ff. de rei uendic. & in l. ſecunda. l. domum. C. eod. titul. in §. certe illud. Inſti. de rer. diuiſ. extant multorum commentationes, & in tract. de retrac. §. 15. gloſſ. prima. Tiraquellus. & in tracta. de recuperan. poſſ. remed. 15. Menochius, & in tract. de fruct. lib. ſecundo fuſe admodum & exacte diſſeruerūt. Nam cum ab illis cauſam habuerint, uitium illi obijcere non poſſunt. l. dominis. §. primo, de loca. & conduct. Bald. in ſecunda lect. & Coſtal. ad d. l. ſumptus.

Digitized by Google

Cæterùm, ſi pauperibus ad arbitrium epiſcopi fiat reſtitutio, uidendum eſt, an eadem per omnia ſit conditio ecclesiæ, manuſve mortuæ, & malæfidei poſſeſſoris: qui pro culdubio, ſi quid inſtaurat, fulcit, munit, reficit, aut quid aliud ſimile facit, nec res aut deterior fiat, aut omnino ad internecionem ueniat, quo caſu neceſſarias impenſas feciſſe uidetur, implorato iudicis officio, ac ueluti retentionis iure hic deducit. dicta lege, domum. C. de rei uendicat. aut certe cum fructibus perceptis compenſat. dicta l. ſumptus, & l. emptor. ff. eodem. Vtiles uerò impenſas, quoad ſine detrimento rei fiat, & ſine læſione prioris ſtatus (ut conſtituit Gordianus) fieri queat, tollere poteſt. dicta lege, domum: vt & uoluptuarias, ſi cum ipſius utilitate, & ſine ipſius intertrimento tolliqueant. l. utiles, in fine ff. de pet. hæred. Mod. ad conſuetudin. Pariſi. §. primo, gloſſ. quinta, numero octuageſimoſeptimo, & ſequen. Alciat. ad l. impenſa. ff. de uerbor. ſignificatio. Menoch. dicto loco, numero 545. Et ſane, quoad neceſſarios ſumptus non poteſt deterior eſſe eccleſiæ, aut manus mortuæ conditio. Nam & improbus fœnerator eos deducit, & per errorem ſolutos repetit. capitu. 1. & ibi gloſſ. & c. 2. ext. de uſur. Vtiles autem, & voluptuarios, ſi domino rei, nimirum venditori, donatori, hæredi, eam rem reſtituendo non imputauit, ſicuti eos illi uel cõputare, vel donare, vel imputare potuit, eodem loco eſſe exiſtimo, quod in alijs malæfidei poſſeſſoribus non eſt, qui fructus iſtiuſmodi veris dominis, & alijs præſtare coguntur. At ſuper excreſcentes fructus, qui deductis his impenſis aut ſuperſunt, aut conſumpti ſunt, eo caſu, quo malæfidei poſſeſſor reddere eos tenetur, eoſdem hic pauperibus attribuendos eſſe arbitror, ſi eccleſia manuſve mortua illos domino rei reddere nolit, aut ne reddat, res integra amplius non ſit, ſuperiore vices ſuas ad vſum pauperum iam ante diu interponente.

SVMMARIVM.

1 *Contrahens contra legem an pretium repetat.*
2 *Minor rem ſuam ſine decreto alienans, pretium cogitur reſtituere.*

Eccleſia vtrum pretium venditori ſolutum repetere poſſit. Cap. XVIII.

1 Multis argumentis euinci poſſe videtur, ꝙ eccleſia, ſicu manus mortua pretium, quod pro re immobili ſoluit, repetere nõ poſſit. Principio enim videmus in ſimili, ꝙ is, qui rem eccleſiæ omiſſis illis, quas ius requirit, ſolennitatibus, emit, pretium quod dedit, non recuperare. l. iubemus. §. ſane. C. de ſacroſ. eccle. ad quem locum in genere annotat Bald. illicitè contrahentes pretij ſoluti iactura puniri, quod & Panormit. quoque ad. c. ſi quis præsbyterorum, ſub fin. extrà, de rebus eccleſi. non alien. ſecutus eſt. Idemque eſt in eo, qui neglectis his, quæ a iure ea in re præſcripta ſunt, a decurione prędia, fundoſque aliquos comparauit. l. 1. C. de præd. decur. Ad quam legem, eodem modo indiſtinctè notat Ioan. de Plat. uerſic. incip. quartò not. ꝙ quando contractus eſt nullus, & a iure interdictus, emptor poſſidens non lucratur fructus, rem reſtituit, & pretium perdit. Quod eſt rurſum etiam in eo qui rem emphyteuticam Cæſaris, Reipublicæ, vel templorum, ſeruos, cẽſitoſque abſque terra emit. l. 1. C. ne rei dominicæ. l. quemadmodum. C. de agricol. & cenſit. Ex qua lege idem Ioan. de Platea in ult. notab. obſeruat, qđ omnis ille qui mercatur, contra legem, nec fructus ſuos facit, nec pretium recuperat, non multò aliter, quàm de rei feudalis emptore olim ſtatuit Frederic. vt ſi abſque conſenſu domini ſciens prudenſque eam rem emere auſus fuerit, pretium datum amittat. §. 1. de prohibit. feudi alien. per Frederic. & de eo qui dempto canone ad comparationem rei dominicæ accedit, Theodoſius, ac Valentinianus, nimirum, ꝙ ſi ad interdictum contractum acceſſerit, & pretia perdit perpetuò, & fructuum exactioni, expenſarum, uel melioratæ rei compenſationem obijcere non poteſt, l. nemo. C. de fund. rei priuat. & in his, qui ſcientes rem alienam emunt, quive non ignorantes vitiũ contractus ineunt, manifeſtum eſt, qđ reſtituta re agentes pretium non repetunt. l. ſi fundum ſciẽs. C. de euiction. l. 1. C. de præſcriptione triginta annorum. l. ſi ſcien. C. ad Senatuſconſ. Velleian. non magis quàm illi, qui in fraudem legis, ſimulatè contraxerunt. l. cùm ea quæ, & ibi doctor. C. de tranſact. aut in fraudem creditorum a debitore decoctore emerunt. l. ſi debitori. ff. quę in fraudem credit. aut filijſamil. contra S. C. Macedonianum mutuam pecuniam crediderunt, ut toto tit. ad S. C. Macedonianum, aut ſcienter rem litigioſam comparauerũt. l. ſi. §. iuſtum, C. de litigio. uel furtiuam. l. ſi mancipium. C. de rei uendicat.

2 Contrariam tamen opinionem adiuuat, ꝙ ſi res minoris 25. annis ſine decreto alienata fuerit, alienationem eiuſmodi ipſo iure nullam eſſe, certi iuris eſt, & tamen minor pretiũ, quod accepit, & in rem ſuam conuertit, reſtituere debet, & niſi id, quod eo nomine ſibi datum eſt, reddat, non prohibetur aduerſarius eam rem tantiſper retinere, l. non ſolum, l. prædiorum. l. utere. l. ſi prædium. C. de prædijs, & alijs rebus minor. Et rurſum is, qui rem fideicommiſſo, ſeu reſtitutioni obnoxiam ſcienter emit, ad reſtitutionem pretij, aduerſus uenditorem actionem habet. l. fi. §. emptor. C commun. de legat. & qui mala fide rem debitoris iniuſte a creditore diſtractam emit, pretium non amittit. l. 1. C. ſi vend. pign. agat. Et qui vi, metuve ad cõtrahendum inductus eſt, reſciſſorium quidem contractus petere poteſt, ſed prætium nihilominus refundere debet. l. 3. & 4. C. de his quæ vi, metuſ. cauſ. fiunt. neque alij caſus in iure deſunt, in quibus etiam malæfidei emptor aduerſus uenditorem, ad recipiendum pretium, actionem habet. capitu. ea enim. aliàs incipit. capitul. hoc ius, in fine. uerſicul. qui uerò, & ibi gloſſ. final. ad uerb. ſed melius. decima. quæſtion. ſecunda, quod & cap. Vulturanæ. duodecima, quæſtion. ſecunda, conuincit, in cuius explicatione gloſſ. ad uerb. emptoribus, regulam illam generalem, quod qui *contra iura* mercatur, bonam fidem habere non præſumitur, *reſpectu* uſucapionis, & præſcriptionis, non etiam reſpectu pretij ab eo dati, ut repetatur, intelligendum eſſe docet.

Mea eſt ſententia, venditorem niſi pretium eccleſiæ reddat, in repetitione rei uenditæ audiendum non eſſe, improbumque fore, ſi & rem, & pretium habere, & aduerſus iuris naturæ leges, cum aliena iactura locupletari velit, quod regulariter nulli permittitur. lege, bona fides. ff. de action. empt. Matth. de Afflict. ad capitul. ſi minores, de feudis datis minimis ualuaſoribus, numero tertio, l. iure naturæ. ff. de regul. iuris. Et cum reſpectu pretij nullus illi dolus factus ſit, quia uerè numeratum eſt, id quod ad l. poſt contractum, numero vigeſimotertio. ff. de donation. in ſimili diligenter ponderat Alciatus, & cum uenditor fraudulenti contractus uitium emptori obijcere non poſſit, cuius ipſe author exiſtit, Affli. in capitul. primo, numero decimo, de feudo dato in uicem leg. commiſſ. reprob. Et cum nulla occurrit ratio, ob quam eccleſia emptrix magis, quàm uenditor re ſua uendita, dato pretio priuetur, quia correlatiuorum eadem eſt natura, & ratio. l. final. ff. de acceptilatio. Et quod in emptore ſtatuitur, in uenditore quoque ſtatutum eſſe uidetur, Nicolaus Euerardus, in loco a correlatiu. non uideo, quo iure, quàve audacia uenditor pretium acceptum retinere poſſit, maxime cum eccleſia cauſam ab eo habeat, quod ad l. ſi vi, verſicul. quæro. C. de his, quæ ui met. cauſ. obſeruat Baldus. Fiſco autem nihil iuris competere, quia ſuperius ſatis oſtenſum eſt, omitto. Fruſtrà autem ſunt, & facilè dilui poſſunt omnia pro contrariæ ſententiæ aſſertione, quæ adduximus, argumenta.

Nam ut ad dict. l. final. §. emptor. C. communia, de legat. idem Bald. teſtatur, propter odium emptoris, aliaſve cauſas legislator in illis legibus, ulterius procedendo *pretium* aut uenditori reddi, aut fiſco addici iubet. *At quoniam* odia reſtringi, & fauores ampliari debent. capitul. odia, de regul. iuris. & lex pœnalis ad caſum, in ea non comprehenſum, extendi non ſolet. l. ſancimus. C. de pœn. lege prima. C. non licere habitat. metropol. libro undecimo. Decius conſilio nonageſimo. certè conſtitutionem iſtam Principis, quæ non niſi nullitatem contractus inducit, ad amiſſionem pretij trahi non conuenit. Ideoque eſt, ut idem Bald. adijcit, quòd ſtatutum uetet, ne ullus forenſis in territorio iſto agrum emat, quia hoc ſtatutum eſt contra ius omne, ſicuti etiam eſt prædicta conſtitutio ad amiſſionem pretij, de quo nihil decreuit, non pertinet, quod & Franciſcus Cremenſis ſing. nonogeſimoſexto, incip. ſtatuto, & Catellianus Cotta in ſuis memorabil. ad uerb. pœnam petens, approbarunt, & tantiſper, donec pretium ſoluatur uenditori retentionem rei contra ſtatutum uenditæ permittunt, argumen. l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condictio. indeb. ijſque conſonans Angelus ad dictam. l. primam, num. tertio. C. de præſcription. triginta annorum, tunc potiſſimum pretium emptorem perdere annotat, quando ab eo ueluti, contrà iura mercante, res per fiſcum aufertur, quæ & ad dictũ. §. emptor, Baldi ſententia fuit. quaſi dicat, quòd ſi ab eo res auocari non poſſit, & alioqui poteſtatem uendendi habuit, licèt non eo modo, conſideratione emptoris, ex eo contractu, in quo peccauit, lucrum capere non poteſt, eoque pertinent operoſæ illæ. l. ſecunda, & dicta l. prima. Bartol. & alior. & dicta lege, ſi debitor, diſtinctiones & gloſſemata, quando pretium apud uenditorem exſtat, quando cauſam lucratiuam prætendit, quando emptor cauſam ab eo habet, & ſi quæ alia his ſunt ſimilia. Et ſanè hac in re ad æquitatem maxime reſpiciendũ eſt, ut facile colligi poteſt, ex his, quæ ad cap. cum cauſa, de

ſent.

Digitized by Google

sent.& re iudic.Panorm.& Fely. obseruant. Multumque hic considerandum est,quod cum prædicta constitutio Principis ex cõsensu ecclesiasticorum ordinum, potissimum vires sumat,& sustineatur,vt & ante diximus ,& ad consuet.Burdegal.tit.de feud.§.1.notat Ferroncus, utique consensus ille contra eorum mentem, animique propositum, ad pœnam eiusmodi extendi non debet.l.non omnis.ff.si cert.pet.

SVMMARIVM.

1 *Hypothecaria agens, quid probare debeat.*
2 *Resoluto iure dantis resoluitur ius accipientis.*
3 *Donatario an utilis actio competat ex pacto donatoris.*

An hypotheca imposita rei immobili non amortizatæ, pro reditu vendito, ab ecclesia; valeat. Cap. XXIX.

Quoniã ante satis ostensum est, dominium rei immobilis non amortizatæ a venditore in ecclesiam,manumve mortuam,non transire, eandemq; ppea ab illo repeti,& vendicari posse: non difficulter intelligi põt, hypothecam eidem rei pro securitate, seu assecuratione reditu,§.uenditorum a manu mortua,ante vendicationem repetitionemq;,impositam venditori minimè nocere, nullamq; creditori,cui assignata est, aduersus eum actionem gignere.

1 Nam cum creditor pignoratitiam seu hypothecariam actionem instituens,probare debeat,eo tpe, quo res pignori data fuit,eam in bonis debitoris fuisse.l.& quæ nondum. §. quod dẽ.ff.de pign.rectè eis obijciet uenditor rem alienam pignori,seu hypothecæ supponi non potuisse.l.rem alienam. ff. de pign.act.& quod sicut resoluto iure authoris resoluitur ius acceptoris.l.3.ff.quib.mod.pign.uel hypo.solua.ita resolutio iure obligantis ex cã antecedenti necessaria , qualis est hic, quia manus mortua uelit nolit cogitur a contractu recedere,pignus & hypotheca quoq; resoluta esse censetur, Bar.& Ang.ibi. Quomodo in simili idem Bart.ad l.in diem.ff.de aq. plu.arc.& Tiraq.de retractu conuent.§.3.gl.1.nu.9. cum seq. re ex pacto de retrouendendo redempta, eam ab obligationibus emptoris ad vẽditorem liberã redire ostendit. Idemq; esse uidetur,si ecclesia,manusue mortua alteri creditori medio tpe rem istiusmodi pro reditu aliquo annuo hypothecæ fuppoſuit,eamq; deinde extra manum suam ponens, re coacta,in laicum aliquem transtulit.Nam si is laicus,qui eã emit, a creditore postea hypothecaria actione conuentus sit, allegare potest illam eo tpe , quo obligata fuit,ecclesiæ non fuisse,etiamsi ab ecclesia,manuve mortua ius suum habet.Quia cum ad hypothecariam actionem instituendam,probare necesse sit,quòd res obligata, tẽpore obligationis in dominio, uel quasi dominio debitoris,qui illam obligauit, fuit,ut diximus,tertius istiusmodi possessor,non obstante,quod de dominio autoris sui cõtrouersiam mouere videatur, exceptionem illam proponere põt,& non propterea,quod rem illam emit,confiteri videtur , vendentem dominum eius fuisse, id quod contra Salycetum in l.cum res.C.de dona. Alex.consi. 92.lib.1.consi.43.lib.4.melius consi.145.lib.6. Et hũc secutus Neguſantius de pig.par.2.in 3.membro, nu.64.in specie uerum esse asseruerunt.Quod & Bar. alijque ad l.rem alienam, ff.de pign.act.& latissimè ad tit de pignorib.c. quid in hypothecaria actione probandum sit,nu.12.& seq. Dominus Gabriel Mudęus,approbarunt.Hic enim creditor,inquit, si uolet uincere,in iure suo confirmando , non in possessoris iure infirmando , fiduciam oẽm habere debet.l.si superatus, de pign.neque nouum est,emptorem iure emisse ab eo, qui nõ iure obligauit,neque magis ei obesse debet,quod adeptus sit eam rem a debitore , quæ dicitur obligata, quàm si nullum omninò titulum suæ possessionis, aut auctorem dicere , imò fortè nec haberet,Bal.ad l.de rebus,in fi.C. de donat.propter nuptias.Quod amplius est etiamsi ecclesia,manusve mortua sub onere soluendi hunc reditum annuum expresse emptori rem istam distraxit,& tanto minoris illi vendidit, aut fortẽ siue quantitatem capitalem eiusdem ex pretio conuento sibi detrahi passa est, per hoc quidem adhuc nihilò magis hypotheca subsistere vr,neque ulla actio de pacto creditori aduersus emptorem nata est, sed contra ecclesiam manumve mortuam actionem suam habet, emptore fidem datam non seruante,quę econtrariò pactum hoc vrgere,atque fœdifragum emptorem,vt creditori soluat, compellere potest. d.l. cum res.l.2.C.de pact.inter empt.& vendit. Etenim in pacto istiusmodi a donatore in ipsa rei donaræ traditione apposito speciali ratione,& fauore liberalitatis receptum est, vt is, in
3 cuius fauorem adiectum est,vtilem actionem ex eo assequatur.l.quoties.C.de donat.quæ sub mõ,Faber & Alber. ad d.l. cum res.Is enim nullam actionem, qua ad id, quod sibi donator erat stipulatus,perueniat,habet,ideoque facilius ei succurritur.Hic verò creditor aduersus ecclesiam, seu manum mortuam non amisit,& maximè quidem hodie,ubi debitor reditum cognoscens,personalem obligationem, de soluendo reditum hypothecæ connectit,quod fieri potest:& sic verum est,quod ibi dixit Fulg.quòd vt quid detur tertio,nõ agit ipse tertius cui debeẽ,sed ipse qui pactus est,vt alteri deẽ,quia sua dari interest,& hoc pactum,ut idem ad d.l.quoties,ait,nõ tam commodo creditoris appositum est, quàm ad utilitatẽ stipulatoris. Potest etiam ecclesia, aut manus mortua, id qđ creditori soluit, ab emptore per actionem ex vendito recuperare.Cæterum si creditor emptorem conueniat,& is iudicium suscipiat, tacitum vr pactum fuisse ecclesiæ de non petendo,quod ẽt absenti prodest.d.l.2.& ibi Castr. in princ. l.2. C.de pact.sicut & si ecclesiæ, seu manus mortua soluẽdo nõ foret,ne emptor cum aliena iactura fieret locupletior qui eã rem tanto minoris emit,existimo qđ ex æquitate,& in subsidium emptor conciliari posset,iuxta ea quæ notat Bald.ad d. l.2.C.de hæred.uel act.uend.in 1.oppositione.Ethęc quidem obiter de retrac.§.1.glo.14.num.126.attingit Tiraq. plenius, & exactius ad l.hæreditatem.ff.de donat.& ad l. seruo legato. §.si testaror.ff.de leg.1.expendunt Imo Bar.& Castr.At si hypothecandi ptãtem habuisset ecclesia,seu manus mortua,nõ dubium est quin creditor aduersus emptorem actionem hypothecariam hãret,eamque utiliter intenderet,probando eo tempore quo hypotheca imposita fuit, rem in bonis ecclesię consensu Principis fuisse,& cum onere suo ad emptorem peruenisse.

SVMMARIVM.

3 *Emens sciens rem alienam non agit de euictione.*
2 *Pœna an ualeat iuncta contractui adiecta.*
3 *Maritus uendens rem dotalem an de euictione teneatur.*

Venditori rei immobilis rem suam ab ecclesia repetenti an non obstet promissio de euictione. Cap. XX.

Quemadmodum is qui sciens
1 rem alienam emit,de euictione agere non põt c.1. de inuest. de re alie.facta.l.si fundũ sciens.C.de euic.quia uolenti, & sciẽti aut consentienti non fit iniuria,neq; dolus.c.sciẽti, de reg. iur.in 6.l.cum donat.C.de transact.ita quoq; illegitimus, & illicitus emptor,qualis hic est ecclesia, aut manus mortua, q̃ consensum Principis non obtinuit, non agit de euictione ad id quod interest,etiamsi noĩatim id stipulatus fuerit,d.l si fundum,& ibi Cyn.ad l.cum uir prędium.ff.de usucap.Bal.ad c. 1.§.adhoc col.2.uersi.itẽ quia uẽditor.tit.de pace iura. fir.gl. in c.1.in prin.ad uerb.bonæfidei actione , & ibi quoq, idem Bal.& D.Card.Alex.de prohib.feud.alien.per Fred.& gl. ad l. 3.§.1.ad uerbum,Fauiana.ff.quæ in frau.patr.dum aiunt qđ euictio non debeẽ ex contractu uẽditionis a lege prohibito, & quod rescisso contractu principali donationis aut uenditionis rescindit pactũ euictionis,qđ est accessorium, argu.l.si pater.ff.de euict.& quod si principalis contractus non tenet, quia lex illi resistit, pmissio quoq; de euictione facta, nullius est roboris & momenti,per l.non dubium.C. de leg.& l.quẽadmodum.C.de agric.& censit.li.11.Stipulatio.n.hmõi est accessoria,vnde si principale est contra legem,stipulatio quoq; talis esse vr.Bal.d.loco.quod in promissione euictionis rei q̃ in commercio esse põt,sed tm̃ aliena est interposita, non idẽ est,d.l.si fundum,Bal.ad d.c.1.adeoq; si uenditorẽ de euictione non tenet actio,consequens esse vr, quod eundem agentem,& rem suam repetentem non repellit exceptio, argumẽto sumpto ex contrario sensu,l.uendicantem.ff.de euict.Eandem sniam sequutus est Curt.tract.de feud.par.4.tit. ex quib. cau.feud.amitt.q.28.dum ait, q̃ si emptor malęfidei qui sine consensu domini rẽ feudalem a uasallo comparauit, expresse stipulatus sit de euictione, eo noĩe actionẽ non habet,qđ & Zasio,de feud.tit.de feud.alien.uersic. cæterum si emptor probatur.Nam, & pœnam quam stipulatus esset non consequeretur,quia pœna in contractu promissa intelligitur si cõtractus ualet,gloss.ad c.significantibus,& ibi Dd. ext. de offi. deleg.Ias.ad d.l.non dubium,num.57.

Contrarium tamen tenuisse uidetur Guido Papæ, singul. 923.uersicul incipien.si ex contractu,& multò ante eum.Cynus.Angelus,Bald.& Salicetus ad legẽ, censemus, C. de litigiosis. Aiunt enim quòd ex contractu a iure reprobato uenditor si de euictione promisit, obligatur,& conueniri potest, & quod si emptor rei litigiosæ stipulatus est de euictione, potest ex ea stipulatione aduersus uenditorem postea experiri, tametsi eius rei litigiosæ alienatio a iure uetetur, quia vt idem Salicet. addit versic. incip. quæro emptor,

Digitized by Google

ptor,vbi alias ſine ſtipulatione agi non poteſt de euictione, ea ſtipulatione interpoſita agi poteſt.d.l.ſi fundum.l.fratres. C.communia vtriuſque iudicij.d.l.quemadmodum.

Nam,& maritus rem dotalem vxoris a iure alienari vetitum uendens, de euictione tenetur.Cyn.ad l.ſi is quem.C. de prædijs minor.glo. ad d.l.cùm lex, etiamſi emptor ſciebat dotalem eſſe,Ioã.Faber Inſtit.quib.alie non licet, in prin.per d.l.fundum ſciens.C. de euict. & ſi uenditor emptori ſcienti ſeruum cœcum eſſe, promittat eum videre,ex ſtipuiatu ab emptore conueniri poteſt,licet id quod impoſſibile eſt,promiſſum eſſe videri poſſit,l.apud Celſum. §.idem Labeo ſcribit.ff.de doli mali,& met.except. Et uenditor ſciens emptori etiam ſcienti rem cum effectu vendi non poſſe,eidem emptori ad id quod intereſt obligatur.Alexan.conſi.85.lib. 4.licet vitiato principali vitietur acceſſorium, d.l.non dubium,& c. acceſſorium de reg.iur.in 6. intelligitur hoc tamen quando eadem ratio ob quam vitiatur principale uiget etiam in acceſſorio.l.ſi tibi.§.de pignore. ff. de pac.l.1.§.1.ff.quib. mod. pig.uel hypothe.ſoluit.quod hic dici nequit,ideo quod ſtipulatio de euictione ad corroborandum cõtractum a lege aut conſtitutione Principis hic prohibitum non confirmat, neque propter eandem res immobilis non amorizata in eccleſiam uel manum mortuam magis transfertur,hoc eſt quod glo.ad d.l.quemadmodum,& Alexan.conſi.109.lib.4. dicere uoluerunt,quod uendens contra prohibitionem legis poteſt quidem rem venditam uendicare, ſed ſi de euictione, aut pœnam promiſit ad illam tenetur, iuxta.l.ſi controuerſia,& l.ſi tibi.C.de euict.Et ſi obijcias, inquit Alexã. num.4. quod ſi tenetur de euictione, ergo non poterit rem vẽditam uendicare,& reuocare, d.l.uendicantem reſpõdeo quod ea. l.uendicantem locum non habet, quando contractus alterius rei, quàm uendentis occaſione non ualuit, quia tunc quamuis uendens tenetur de euictione, poteſt tamen nihilo minus contrà contractum a ſe initum uenire, d.l.ſi tibi. Et quamuis contractus ſit nullus,quantum ad traditionem rei uenditæ, poteſt tamen eſſe aliquis in præiudicium uendentis,vt ex eo emptori,& ſtipulatori naſcatur actio perſonalis, arg.l.& liberi.ff.de contrahen.uendit.l.1.C. non licere habit. met.rep.lib.11.

SVMMARIVM.

1 *Laudimia quare debentur.*
2 *Laudimia an eccleſia ſoluat.*
3 *Sententia quæ nulla eſt,non dicitur ſententia.*
4 *Laudimia ex contracta nullo an debeantur.*

An ex rei immobilis non amortizatæ venditione laudimia domino debeantur. Cap. XXI.

1 Quoniam laudimium domino vt ab eo uenditio probetur, & laudetur,ſolui conſueuit,l.2. C.de iur.emph.Zaſius ad l.diuortio.§.ꝙ in annos.ff.ſolu.matrim.non abſurde dici poſſe videtur,etiam ſi uenditio rei immobilis non amortizatæ non ſubſiſtat, & dominium ex traditione, quæ eam ſequuta eſt,non tranſeat: nihilominus tamen laudimium domino loci,quia quantum in eo fuit, eam venditionem probauit,prẽſtandum eſſe. Contrahentes autẽ prævidere poterant ea quę uentura erant, ſibique cauere.l.ſi quis negotia aliena,in fine.ff.de negot.geſt.l.ſi fideiuſſor.ff.ſi qui ſatiſd.cog.nullamque aduerſus dominum excuſationem habent,arg.l.ſi quis demum.§.1.ibi, & ait non recepturum, hoc enim euenire poſſe proſpicere debuit,ff.locat.Item hic contractus nulli ſunt,id eſt,nullum ferunt commodum aut fauorem contrahentibus,& de reſpectu nulli ſunt:in eorum tamen odium, & damnum ualent, ſi ſcienter contraxerint, Bartol.ad l.non dubium.C.de legib. Quam rationem Ioan. Papo.ad conſuet.Borbon.tit.dez cenſiues.§.377.in hac laudiorum quæſtione mouiſſe comperio.

Cui tamen opinioni imprimis,ſe opponit,quòd ea quę ec-
2 cleſiæ adquiruntur,ſaltem reſpectu eccleſiæ,& fauore pietatis,cultuſque diuini,a laudimijs cæteriſque omnibus immunia liberaque eſſe conuenit:& licet id in uenditione nõ ęque ſeruetur(vt ad cõſuet.Andega.tit. dez ſeigneurs temporelz, art.38.nu.1.& 2.oſtendit Fran.Mignon.) illud ſaltem aduertẽ-
3 dum eſt,quod ſicut ſententia nulla,nomen ſententiæ nõ meretur.l.4.§.condemnatum.ff. de re iudic. ſicut nec inſtitutio a iure improbata nomen inſtitutionis, l.5.hi demum. ff. de bono.poſſ.ſecund.tab.aut iniuſta exhęredatio nomen exhæredationis.l.non putaui.§.non quæuis.ff.de bono.poſſ.contra tab.nec teſtamentum quod iure non ſubſiſtit,Inſt.de hæred.quæ ab inteſt.defer.nec alius quiuis contractus qui legibus non admittitur.l.certi condict.§.qm̃,uerſi. quaſi contraxiſſe videatur. ff. ſi cert. pet. ita quoque iſtiuſmodi venditio quam Principis conſtitutio manifeſte damnat, uenditionis nomen hr̃e non põt,quia nomen iuris eſt,ut ait Aretinus ad l.continuus.§.cum quis.ff.de uer. obl. & proinde ubicunque iuris ſuffragio deſtituitur non magis uenditio, quàm homo mortuus,homo appellatur. Quotieſcunque aũt contractus emptionis aut uenditionis,ipſo iure nullus eſt,ut hic,aut qñcunque retrò nullus fuiſſe fingitur, & declaratur.

4 Neque laudimia neque gabellæ ex illo ſoluuntur, Io.Faber ad l.1.C.qñ licet ab empt.diſce.& ad l.ult.col.2. Communia delegat. & ibi Alber.Cornæus,& Caſtren.Fab.de mõte, in tractat.de empt.& uend.8.q.in princ.Tiraq.de retract.§.1. gl.2.ad uerb.a uendu.nu.7.& de retract.conuentio.§.6.gl.11. num.5.Firmia.in tract.gabell.in 3.par.8.par.prin.q.15.Guido deciſ.109.Et hanc ſententiam ad d.l.non dubium, nu.9.poſt Bal.& Caſtren.ibi ſecutus eſt laſ. quia lex aut ſtatutum diſponens,quod de quocunque contractu ſoluatur gabella,intelligi debet de contractu ſortiente effectum,uerba enim legis & ſtatuti cum effectu accipi debent, l.1.§.hæc autem uerba. ff.quod quiſque iur.

Quòd aũt ex aduerſo proponitur,nihil imputandum eſſe domino,qui contractum venditionis,quãtum in ſe fuit laudauit,& poſtulatam inueſtituram, ac traditionem conceſſit, habemus quod,& huic argumento contrà comparare poſſumus.Nam cum;& ipſe quoque conſtitutionem Principis ignorare non potuerit,l.leges.C.de legib.& aduerſus cã turpis ſeu illiciti quæſtus gratia,venire non debuerit, utique ex improbitate ſua actionem non habet,l.itaque fullo.ff.de fur. & in pari cã potior erit conditio ementis,& uendentis, veluti reorum aut poſſidentium.c.in pari,de reg.iur. & quod traditum erat pro non tradito hr̃.l.ab emptione.ff. de pact.Ioã. Faber ad d.l.1.nulla habita rõne eius quod dictum eſt, odio contrahentium contractũ eiuſmodi pro nullo non eſſe,quia hoc is qui cũ illis colluſit,&doli cõſors fuit,allegare non dẽt.

Cenſet tñ Io.Papo.d.§ 397.quòd ſi contrahentes, ſcientes contractum eiuſmodi eſſe nullum(vt ſane ſcire debent,& ſcire præſumuntur,d.l.leges) laudimium ſoluerint, repetitionẽ ſeu condictionem eius non habent.arg.l.1.ff.de cond.indeb. & l.1.C.eo.& l.eum qui.§.1.ff.de inoff.teſt. Quod ſi uerũ eſt, conſulte ſane fecerit dominus, ſi in ipſo momento traditionis,inueſtituræ, ſeu approbationis, ſolutionem exegerit,ne aut uenditore,aut extraneo aliquo eam rem poſtea repetẽte,& fiſco nihil mouente,optato lucro excidat.

Quibus addendum,quòd ſi eccleſia non ipſa, ſed per interpoſitam perſonam laicã,rem iſtam immobilem emit,& hoc dominus ſciuit,nihilo magis laudimia poſtulare poterit, ſin ignorauit,exiſtimo eum qui ſe interpoſuit,& illicitam perſonam induit,ad ſoluendum ab eo compelli poſſe,& nomin-ãdo eccleſiam non excuſari vt mendacij ſui pœnam luat.qđ, & in eo qui cum ſe non eſſe tutorem ſciret, tñ ſe eſſe fingit, & in eo qui cum poſſeſſor non ſit, pro poſſeſſore tamen ſe gerit,& in eo qui cum maior 25.annis non eſt,talem nihilominus ſe eſſe aſſerit,certũ eſt. Hi enim, & ſi qui alij ſunt eius generis,in odium,& caſtigationem mendacij,*in tali qualitate,qualem ſibi falſo adſcripſerunt,conueniri poſſunt, & allegando mendacium*, veluti turpitudinem propriam non audiuntur, l.1.ff.de eo qui pro tuto.l.is qui ſe obtulit.ff. de rei vendic.l.3.ff.ad S.C.Macedonia.Bal. ad l.1.C.de furt.& in l.ſi. C.de fideicommiſſ.Dd.ad l.ſciuit.ff.de reiudic.

SVMMARIVM.

1 *Retractus an locum habeat venditione exiſtente nulla.*

Retractus an in uenditione rei immobilis aduerſus eccleſiam locum habeat. Cap. XXII.

Bartholomæus Chaſſanęus ad conſuet.Burg.ti.des retraictz.§.1.ad uerb.l. homme ou femme,nu.1.& 7.luculenter,ſatis oſtendit, ẽt eccleſiã quæ rẽ aliquã emit,iuri retractus,ſi ꝙ eõſanguineus uendentis hr̃e aſſerit,eſſe ſubiectã,idq; ante eũ veteres ad.c.conſtitutus.ext.de reſti.in integ.& ẽt Tiraq.poſt eũ,eo.tract.§.1.gl.13. nu.2.tradiderunt. Sed qm̃ venditio rei iſtius quæ eccleſiæ, manuſve mortuæ facta eſt,niſi Principis authoritate fulciat, ipſo iure nulla eſt,qđ ſuperius ſatis demõſtrauimus,non abſq; cã dubitari poſſet,an cõſanguineus aligs ad retractũ uenire cupiẽs, admitti debeat,necne. Non dico qñ cõſenſu Principis facta eſt,quo caſu admittendũ eſſe Chaſſanæus affirmat,ſed qñ uẽditorẽ vendidiſſe pœnitet, & qñ rẽ uẽditã vẽdicare inſtituit.

Sane ex his quæ proximo ſuperiore capite diximus, huius qõnis deciſio nullo negotio peti põt,& tã Caſtr.cõſ.74. inci. in cã mota,lib.2.quam cum multis alijs in tract. de retrac.§. §.ad uerb.a uẽdu gl.12.nu.5.& ſeq. Eũ ad teſtimoniũ uocãs Tiraq.reſoluit,in uẽditione q̃ nulla eſt,hoc eſt,quã lex im-p-bat,

Digitized by Google

bat,& cui reſiſtit,aut quæ cętero,qui ſm iuris diſpoſitionem inualida eſt,retractui locum non eſſe. Excipit tamen Tiraq. num.9.uerſi.ſed vt redeamus,niſi is qui uendidit contractui ſtare, & rem ſuam venditam ab emptore reuocare non velit,quod poteſt.l.cum inrerdictæ.& ibi Bal.C.arbitr. tut.l.Iulianus.§.ſi quis colludente,& §.ſeq.ff. de act. empt. Tunc.n. ne in extraneam familiam tranſeat illa nulla æquitas a retractu conſanguineum excludit. Et quoniam ratio in qua ſola ius retractus fundatum eſt,remanente,ſeu reuertente re vendita ad uenditorem ceſſat,quia eo caſu dici nō poteſt,quod familiam eius egreditur, exiſtimo conſanguineum reclamãte venditore,admittendum non eſſe.

SVMMARIVM.

1 *Prorex an amortizare poſſit.*
2 *Amortizare Princeps an poſſit ſine licentia domini inferioris.*
3 *Procurator ſpecialis an ad petendam amortizationem neceſſarius.*
4 *Tutor aut curator Principis an amortizare queat.*
5 *Quid de marito.*

Amortizatio à quo impetrari poſſit & debeat. Cap. XXIII.

Quotquot ſunt qui hanc amortizationis materiam attigerunt, ut quos citauimus Guliel. Benedicti, Maſuerius, Faber, Chaſſaneus, Papo, Mignon,& Belluga,regi ſupremove eius loci domino, in quo res immobilis ſita eſt, amortizandi arbitrium primo loco adſcripſerunt,ita vt ea de re operoſam aliquam tractationem ingredi,operæpretium non ſit.

1 Sed an abſente Principe,Proregi, Vicario, locumtenenti, & gubernatori eius id liceat,magis controuerſum eſt. Nam cum iſta amortizationis facultas Principi reſeruata ſit,in generale mandatum Proregi datum, ueniſſe non præſumitur. c.quod translationem,ext.de off.deleg. Arch.ad c.1. de offi. legat.lib.6. latè Rebuff.in praxi beneficia.titu.de uicar.& id quod per uerba ſpecialia concedi debet, ut & illud quoque proculdubio eſt,quod ad donationis ſpeciem referri poteſt, cuiuſmodi eſt hic conſenſus,quantumcunque generali,& lata verborum prolocutione minime continetur.l.quam Tuberonis.ff.de pecul.l.filius.ff. de donat.

In contrarium tamen urget quod commiſſio indefinitè Proregi data,æquipollet uniuerſali,quod in ſimili caſu,ad l. 1.§.in initio.per illum tex.ff.de off.præfecti urb.obſeruat Bal. quod tãtum operatur generalis poteſtas quo ad omnia,quãtum ſpecialis,quo ad ſpecies in ea expreſſas.c.in generali, ſi de feudo controuer.fuer.c.in Geneſi,de elect. quod qui cõmittit alicui vices ſuas,in totum eas commiſiſſe videtur. Innocent.ad c.uenerabilis,extr.de off.deleg.quod ea quæ Princeps conſueuit facere, videtur concedere vicario generali a ſe dato,& conſtituto, quia conſuetudo mandantis in negotijs eiuſmodi attendi ſolet.l.uel uniuerſorum.ff. de pig.act.l. idemque.ff.mandati.l.qui peculij.ff.de pecul. quòd ſi in Proregem merum imperium tranſit, quę res ſine dubio maior eſt,multo magis amortizationis authoritas, quæ minor eſt, conceſſa,& translata fuiſſe videtur.ca.cui licet, de regul.iur. in 6.quod denique veriſimile non eſt, eo onere,& ſumptu ſubditos ſuos Principem grauare velle, vt petendæ amortizationis gratia,longam,& difficilem profectionem ſuſcipere cogantur,arg.l.ſi ſeruus,§.1.ff de lega.1.l.ſed & hæc. §.1.ff. de procurat. Quibus rationibus, & Andreas de Iſernia, & Matth.de Afflic.ad c.imperialem.de prohib.feud.alienat. per Freder.& Capit.deciſ. Neapol. noua 156. alijque complures eos ſequuti reſponderunt,viceregem,aut gubernatorem patriæ,non aliter quàm Princeps ſolet,uaſallo uel per teſtamẽtum uel per contractum,de feudo diſponere volenti,cõſenſum præſtare poſſe,& conſi.86.num. 33. de vicario Imperatoris aſſerit Laurentius a Valle,eoque magis, quòd ſibi imputare debet Princeps non excipiendo hanc poteſtatem.& ex quo talem generalem uicãrium ſuo loco conſtituit, ſubditos ad eum recurrentes decipere non debet, & ad c.reatina 63.diſt.exiſtimat Archidiaconus, quod ſi requiritur conſenſus regis ad electionem,& is extra regnum profectus ſit, vicarium illius adeundum eſſe, de quo tamen in libro de elec.fol.75 uerſi.quæro 12.plurima differit Maleretus.

Cæterùm idem Matth.de Affl.d.loco 16.quæſt. nu.46.eleganter obſeruat difficilius a Principe conſenſum impetrari,vt uel feudum uel res alia quæcunque in eccleſiam tranſeat,quàm in laicum quemcunque, propter cauſas.3.& 4 c. ſuperius expreſſas,id quod ex diplomate ſuper eiuſmodi cõſenſu,de teſtando de re feudali confecto, euidenter ſemper apparet,vtpote in quo ita facultas conſtringi,& coarctari ſolet,ne ad utilitatem manus mortuæ vaſallus teſtetur. Ea aũt quæ rarò,& difficulter Princeps concedere ſolet, generali vicario,ſeu locumtenenti, demandata, & permiſſa non eſſe exiſtimat.

2 Itaque ad hanc rem quod attinet, conſuetudinẽ in regno aut prouincia obſeruatam, imprimis ſpectandam eſſe cenſeo c.inſpicimus,de reg.iur.in 6. Et hoc eſt,quod deciſio.32. in fi.Capyt.& ad c.ſuper literis,de reſcript. Fely. reſpondent, ꝙ ad cognoſcendum,an Princeps ueriſimiliter, difficulter, uel leuiter fuiſſet conceſſurus, communis ſtylus Cãcellariæ, aut Curiæ Principis conſiderari debet.Nam(ut in loco a ſolitis,col.fi.ait d. Præſes Euerardi) licèt ex ſola poteſtate Principis quid dependeat, tamen ſi illud concedere conſueuit, non reputabitur quaſi impoſſibile, & proinde communis illa deciſio in eo obtinet,ꝙ is,cui quid mãdatum eſt, ea quæ Dominus facere ſolitus eſt,facere,& expedire poteſt. d.l.uel uniuerſorum,& ibi Bar.& l.Dominus Sticho. §. teſtamẽto, & ibi glo.ff.de pecul.leg.

Deinde,ſolius Regis,Principis,aut Domini ſupremi, conſenſus non ſufficit,niſi & inferior quoque dominus, qui præiudicium aliquod ex ea re ſentire poſſit, conſentiat. Quia ſicut omnis conceſſio Principis, ſine præiudicio tertij facta eſſe intelligitur.l.2.§.ſi quis a principe. ff. ne quid in lo. pub ita quoque & amorizatio,& qui ad eam adhtbitus eſt, conſenſus, qui in dubio a Principe non niſi quatenus eius intereſt, videtur eſſe conceſſus, Papo ad conſue.Borbon.§.25.in fi.& §.379.tit.des retraictz,& in lib.de arreſt.lib.13.titu.de fieſs.§. ult.C.M.ad conſuet.Pariſ.§.4à.& §.58 Guilel.Benedicti ad c. Raynutius,ad verb.& uxorem, num.7.de teſt. Franciſc.Mignon ad conſuet.Andegau. tit.des ſeigneurs, artic.37. & 38. Chaſſan.ad conſuet.Burg.tit.des manuſmort, Rubr.l'homme de mauumorte.§.10.nu.54.uerſ.incip.fortius dico.Ideoque,& in cõſenſu, qui in alienatione rei feudalis requiritur, Matth.de Affiict.& And.de Iſer.tam ad c.imperialem,quàm ad conſtit.regni,quæ incipit,cõſtitutionem diuæ memoriæ, tum inferioris,quam ſuperioris domini conſenſum neceſſarium eſſe aſtruunt,& in uniuerſum longi temporis obſeruatione receptum eſſe videmus, earum ciuitatum magiſtratus conſenſum etiam neceſſariò poſtulari, in quibus ædificia, aut agri ad uſum eccleſiarum,cœnobiorum,ſeu collegiorũ a Principe amortizantur,& licet Princeps poſſit pręiudicare tertio in his, quæ ſolo iure ciuili ſibi ſunt quæſita, quod tamen in dubio facere non præſumitur, non tamen in his id æque poteſt quæ ex contractibus, & iure gentium illius eſſe cœperunt.Caſtren.conſi.107.incip.donatio prædicta. Debet ergo immediatus dominus inferior pari modo conſentire, ſed ſicut conſenſus domini ſibi præiudicium non facit, ita quoque neque ipſius cõſenſus domino.Sed an eo caſu, quo ſuperior Princeps conſentire nolit,inferior ille pecuniam data tam ab eccleſia,eidem eccleſiæ reſtituere debeat, in d.§.41. nu.48.latiùs explicat M. ad quem remitto.

Quid igitur,ſi abſens procuratorem, & adminiſtratorem rerum ſuarum reliquit? Sanè ex ijs, quæ d.§.41.nu.74.& ſeq. idem M.obſeruat,dici poſſe videtur,ꝙ non aliter amortizationis admittendæ licentiam accepiſſe dicetur, quàm ſi ad amortizandum,& inueſtiendum ſpeciale mãdatum habeat, non quidem in indiuiduo de tali,aut tali re,ſed in quo poteſtas amortizãdi exprimitur,ſiue formaliter,ſiue per effectũ, & neceſſariam conſequentiam. In amortizando enim de perpetuo,& irreparabili præiudicio agitur, videlicet de conſentiendo, ut res penes manum mortuam ſemper maneat, & de perpetua,& irreuocabili excluſione a iure, eãdem manum mortuam expellendi. Neque procuratori iſtiuſmodi tanta authoritas,& poteſtas regulariter a domino inferiore, quanta Proregi,& Gubernatori Regni, ſeu Prouinciæ concedi ſolet.id quod de conſenſu a Barone locumtenente Comitis abſentis in ſpecie ad d.ca.imperialem.quæſt. 74.in fine. decidit,& ita iudicatum fuiſſe aſſerit Matth.de Afflic.Si tamen dominus ſemper tali procuratori,& adminiſtratori generali a ſe conſtituto,eam poteſtatem præſtare ſolitus ſit,nõ abſurdè dici poſſet, & nunc quoque eam diminutam non fuiſſe,argum.d.l.vel vniuerſorum.

4 De tutore autem domini idem M. numero ſeptuageſimo octauo, & ſeptuageſimonono, confutatis rationibus contrarijs, aſſerit, quòd amortizare non poteſt, etiamſi plenam, & condignam remunerationem pecuniariam ab eccleſia ſeu uaſallo recipiat, quia licèt amortizatio non ſit alienatio uera, ipſius dominij rei, eſt tamen alienatio certi iuris perpetui, dudum adquiſiti, & competentis: & ſicut tutor non poteſt mutare conditionem rei in deterius, ita quoque neque rei immobilis, cuius amortizatio perſtur, maximè cùm amortizatio ſit actus mere uoluntarius,& ſaltem alienationem qualemqualem implicans. Quibus addendum, quòd pecunia, quæ in compenſationem dari poſſet,eſt res fragilis,quæ cito conſumitur, & dilabitur:ius vero dominicale,quod amortizatione amittitur, eſt perpetuum,

Digitized by Google

& durans. At si ratione istius amortizationis notabiliter patrimonium domini augeretur, & non pecunia tantùm, sed quid annuũ & duraturum eo nomine promitteretur, & constitueretur, existimo decreti interpositione, & causæ cognitione interueniente, quæ duo etiam alienationem rei pupillaris confirmãt, amortizationem eiusmodi admitti posse, iuxta ea, quę idem M.P. numer. 80. uersi. & eadem ratione, annotauit, ne quod fauore pupillaris ætatis statutum est, in illius odium detorqueatur. l. quod fauore. C. de lega. Cæterũ illud mirum videri potest, quod ad d.c. imperialem, q. 24. num. 72. ait idem Matth. de Afflictis, ꝙ si Rex aut Dominus feudi, directus est pupillus, aut minor, potest super alienationib. feudorum, consensum suum præstare, sicut potest uterem inuestituram confirmare, c. 1. per quos fiat inuestit. si modo in alijs iuribus nullum ex eo præiudicium sibi paretur, sed contractus venditionis solum per hoc validetur. Sed huic sententiæ, & nume. 80. in fi. refragari videtur Molin. & etiamsi vera atque legitima esset illa opinio, tamen ꝙ de consensu super alienatione rei feudalis dicit, multum profectò ab amortizatione distat. Alienatio enim, seu uenditio rei feudalis, eo casu in aliam personam laicam eiusdem sortis, & conditionis fit, adeoque nihil ex eo consensu, pupillo, minorìve, qui rem fieri solitam continuat, de nouo nihil concedit, detrahitur. In amortizatione autem status rei mutatur, & quod pleno iure domino subiectum erat, magna ex parte ab illius iurisdictione eximitur.

5 Maritum similiter, qui dominia huiusmodi dotalia possidet, absque consensu vxoris suæ, nisi pro tempore suo dunta xat, amortizare non posse, idem M eodem loco affirmat. & rectè quidem, cùm in leuioribus terminis respondeant veteres, ꝙ sicut fundus dotalis alienari a marito non potest, ita quòque nec in feudum ab eo solo dari potest. §. sed etiã res, tit per quos fiat inuestit. Francisc. Zonsbeck, de feud. par. 8. num. 12. ideoque qui a tali domino amortizationem tutò, & secure impetrare constituunt, & eius, & uxoris suæ licentiam obtinere, & vtriusque nomine literis, siue instrumento amortizationis inseri curare debent. Multò minùs (inquit M.) hoc fructuario permittitur, nisi quoad illud tẽpus, quo vsusfructus eius durabit, quia deteriorem proprietatis causam facere non potest. l. æquissimum. §. 1. ff. de usufruct.

Denique, quæ Archiepiscopis, & Episcopis, partibus Franciæ amortizationis sit authoritas, ex Io. Pap. lib. 1. tit. 14. qui est des amortissements, intelligi potest.

SVMMARIVM.

1 *Permissa sunt nonnulla iudici, ad quæ tamen facienda non cogitur.*
2 *Princeps iusta causa existente, dispensare an teneatur.*

Princeps vel dominus an teneatur consentire in amortizationem. Cap. XXIIII.

Non quicquid iudicis potesta-

1 ti permittitur, inquit Papinia. id subijcitur iuris necessitati. l. non quicquid. ff. de iudi. quasi dicat, multa esse, quę arbitrio iudicantis commissa sunt, quæ tamen, si non faciat, nullam reprehensionem incurrit vt est, in litem iuramentum deferre. l. uideamus. §. iurare, & §. item uidendum. l. in actionibus §. si iudex. ff. de in litem iura. reum obtorto collo ad respondendum cogere. l. consentaneum. C. quo. & quando iud. ex apparentibus indicijs captiuum torquere. in termino peremptorio sententiam dicere. l. & post edictum. d. titul. de iudic. partem litigantem etiam post conclusionem in causa interrogare. l. ubicunque. ff. de interrog. act. & si quæ alia sunt similia, de quibus ad d. l. non quicquid plurima obseruat Castrẽ. Idem de Principe multò magis dicendum est, qui cum legibus solutus sit. l. princeps. ff. de legib. id quod ex gratia uni cõcedit, ad alium per consequentiam trahi non potest. c. quod ob gratiam, de reg. iur. nullamque iniustitiam facit, si ea, quæ in ipsius solius potestate, atque arbitrio posita sunt, huic tribuit, huic negat, argu. Matth. 20. c. Exodi 33. c. ad Roman. 9. c. Consentire enim gratiæ est, ad quam faciendam nullus iure compellitur. Doct. ad c. gratiam, de rescrip. lib. 6. eaque est ratio, ꝙ cùm de alienatione rei feudalis agitur, quæ absque consensu Principis fieri non potest, tot. titul. de prohib. feud. aliena. a uasallo cogi non potest, nisi pro seruitio Principis, pro dotanda filia aut sorore, aliave eiusmodi graui, & prægnante causa debitum contraxit, Matth. de Afflict. & Andr. de Isernia ad const. quæ incip. si quis post litem, in constit. regni.

Et proinde quæstionem istam in speculo Principum, titu. de amortizat. §. restat, num. 3. tractans Belluga, Principem ad

2 amortizandum quidem cogi non posse respondit, si tamen pauperi ecclesiæ, & manui mortuæ illam neget, peccare asserit, ideo ꝙ dispensatio ueluti executio iustitiæ, quando iusta causa subest, uere debetur. l. 1. ff. de aqua quot. c. 1. in fi. de pœnit. dist. 6. c. bonæ, de postul. prælat. c. exigunt. 1. q. 7. quo loco ad uerb. causæ, gl. ait, quòd in dubio misericordiam potiùs. quàm rigorem sequi debet, ca. 2. de sortileg. Et ꝙ cùm æquitas pietasque requirit, si non dispensat, in foro quidem exteriori non compellitur, sed tamen Deum nihilominus offendit. Eoque respiciens, d. Præpositus ad cap. ut constitueretur, num. 4. & 5. 50. distin. dispensatio, inquit, subinde inhibetur, vt in enormibus, & manifestis criminibus, c. erga. 1. q. 1. quã doque permittitur, vt in mediocri delicto, & manifesto. & c. domino, ead. dist. quandoque præcipitur, & mandatur, d. ca. vt constitueretur, & c. si quis diaconus, ibid. & c. dispensatio nis. 1. q. 7. Et licet in hoc mundo nemo sit, qui supremo Principi dicat, cur ita facis, est tamen animal rationale, politicũ, & morale, minime absolutum à dictamine dominæ rectęq; rationis, & proinde debet esse ueluti fons iustitiæ, in omnes circunstantias oculos flectens, Bald. ad l. 2. C. de seruit. & aq. Curtius Minor, consi. 170. nu 22. & nu. 40.

Ad inferiorẽ dominum quod attinet, tametsi verum sit, quod regulariter sine illius consensu, res immobiles *in eius* territorio sitæ, amortizari non solent, neque debeant, ne in iure laudimiorum, releuiorum, reuersionis, seu confiscationis sibi quæsito præiudicium accipiat, contra l. id quod nostrum. ff. de reg. iur. Oldr. consi. 17. Guido Papæ, consil. 139. incip. literæ, etiamsi eas res ab ecclesia accepit, uel teneat, M. d. §. 41. uu. 58. & 59. tamen si iusta aliqua causa, regem, supremumve Principem loci moueat, reluctantem, & consentire nolentem, cogere potest, vt congrua, eius quod sua interest, compensatione accepta, contentus consentiat, argu. c. cùm olim, & quæ ibi not. de reiudic. & l. diui fratres. §. quod si ex seruitute. ff. de liber. cau. ut si pietas suadeat, paupertas ecclesiæ aut alterius manus mortuæ urgeat, fundatione ecclesiæ parochialis habitatioque pastoris requirat. Idem M. nu. 98. uersi. incip. non tamen nego. Nam si plenus, & directus dominus, ex iusta causa rem suam venundare cogitur. l. si quis sepulchrum. ff. de religios. & sumpt. fune. & si Princeps ex iusta causa potest rem alterius auferre. l. item si uerberatum. ff. de rei uendic. quantò magis uasallum utilem, & inferiorẽ dominum, simili de causa cogere poterit? id quod & glo. ad d. c. exigunt, de quocunque alio ad dispẽsandum requisito, & dispensare nolente, prouinciauit, & in patre, sine legitima causa, filio aut litigare aut nuptias contrahere uolenti, non assentiente, & in superiore religioso sibi subdito, inique contradicente, clarum, & expeditum est. Bar. ad l. si cùm dotem. §. eo autem tempore. ff de solu. matrimo. & ibi Alexã. & ad l. 1. §. permittitur. ff. de aqua quoti. & in l. cùm oportet. §. necessitatem. C. de bon. quæ liber. Clem. 1. & ibi glo. & Docto. de test. & in libro de testamentis coniugum, cùm de consensu mariti, uxori testanti denegato disputarem, latissimè explicaui, & in uniuersum, ad c. pastoralis. de iure patro. asserit Pan. ꝙ si ille, qui debet consentire, nõ uelit, nec habet *iustam* causam denegandi consensum, superior eius adiri, officiumque eius implorari potest. Et his consentiens Andr. & Matth. de Afflict. ad constit incip. constitutionem diuæ memoriæ, q. 1. & 12. inferiorem dominum a superiore, ex iusta causa, cogi posse existimant, ut uasallo alienare uolenti feudum, consentiat, quia gratia in multis iuris locis est debita, & si negetur, fit iniuria eam petenti. cap. bonæ, & c. pen. & ibi Panorm. de postul. prælat.

SVMMARIVM.

1 *Extra iurisdictionis locum quæ licita sint.*
2 *Vasallus an extra territorium inuestiri de feudo possit.*

An amortizatio à Principe extra territorium concedi possit. Cap. XXV.

Præsentis quæstio. magna adeo

1 non est difficultas. Nam quemadmodum omnia illa, quæ ad voluntariam iurisdictionem pertinent, & à contentiosa iurisdictione separata sunt, extra prouinciã expediri possunt, vt sunt adoptio, emancipatio, beneficiorum, officiorumque collatio, & si quæ alia his sunt similia. l. 2. ff. de offi. proconsul. l. 1. C. de emancipat. c. post electionem, de concessio, præbẽd. c. nouit, de offic. legat. ita quoque nihil dubito, quin amortizatio à Principe extra territorium concedi possit, cùm, & in simili ad c. imperialem, de prohib. feud. alient. per Frederic. & ad constit. diuæ memoriæ, & ad tit. quæ sunt regalia. §. po

2 testas, Andreas de Isernia, & Matth. de Afflict. † Principem, vasallum suum extra territorium, de feudo inuestire, aliaq; regalia

Digitized by Google

regalia exercere posse,respondent,quod & Chassanæus quoque ad consuet. Burg.rubr. de iustit.& iure, numer.74.cum sequent.observat.

SVMMARIVM.

1 *Principis gratia ante expeditionem literarum,est informis.*
2 *Possessio beneficij,bullis non expeditis,sub sola signatura accipi an possit.*
3 *Sigillum Principis substantiale est.*
4 *Clausulæ (fiat ut petitur) quæ uis.*
5 *Principis gratia an possit per testes probari.*

Amortizatio an solo verbo Principis expediatur, etiamsi literæ de ea registratæ,& sigillatæ non sint.
Cap. XXVI.

Si quis ecclesiæ, seu collegio, rem aliquam immobilem donauit, aut vendidit, atque si in eam donationem,seu uenditionem Princeps consentijt,cõsensumque suum uel solo uerbo,uel simplici signatura sua, sub clausula, fiat ut petitur,expressit, in dubium uocari potest,an ante expeditionem literarum de eo consensu confectarum,& sigillo Principis munitarum,donantem, uendentemque pœnitere,& a contractu resilire liceat, seu an illius conditio potior sit,cum quo postea contraxit. Et sanè in affirmatiuam partem facit,quod ante confectionem literarũ, & antequam gratia Principis in mundum redigitur, vt aiũt,
1 res est informis quædam, & imperfecta, quę per litetarum expeditionem formaliter potitur,& ad esse suum perfectum reducitur.Rota decis.sua 458.in nou.Oldrad.consi. 327.Bal. in c.1.per quos fiat inuestit.Staphyl.de liter.gratiæ,tit.de literis iustitiæ, cap. incip.his ita,num.33. Ideoque est, quod is,
2 qui non expeditis bullis,beneficij possessionem occupat, nõ obstante signatura,omne ius suum,quod in eo habet, amittit.Calder.consi,13.de uerb.signif. Felyn.in cap. veniens, de accus.& pro intruso habetur, idem Felyn. in c.in nostra, de rescrip.c.auaritię,de elect.in 6.& si Andr de Isernia ad cap.1.
3 de prohib.feudi alienat.per Lothar.credimus,sigillum Principis substantiale est,& proinde priuilegia ante appẽsionem illius executionem non habent, Bald. ad l.falsus. C.de fur. Card.in prooem.Clem.§.nec sanè,eaque est ratio, quamobrem tempus sigilli attenditur.l.tribunus §.fin.ff. de testamẽt. milit.quod & Matth.de Afflict.in consensu Regis super feudi alienatione præstito,ad c.imperialem,quæst.24.numr.86. voluisse videtur.

Pro contraria tamen parte,urget,quòd ad essentiam, effectumque gratiæ Principis, qualis est amorizatio, scriptura
4 nõ requiritur,sed solo illius uerbo perficitur:& si clausulam, fiat ut petitur,adijciat,omnibus modis stabilitur.cap. inquisitionis.25.quæst.2.Clem.dudum,de sepult.Iancimus.C.de donat.Felyn.ad cap.eam te, de rescrip. Bald.ad l. humanum. C.de legibus,& ad l.fin.C. de commun. seruo manumisso. Ripa lib.2.respon cap.11. Rebuff. in praxi benefic.in 2.part. signatu.num.14.& sequen.& sic uerbum,fiat vt petitur,[signi ficat,de præsenti,id est, dicere vt tunc fiat,ut tunc consensus perfectus sit,ut tunc cõsensu suo irreuocabili,vt ille ait,Princeps ligetur,non vt in futurum, seu in tempus expeditarum, sigillatarumque literarum uim illius distuliss videatur,Fely. ad c.1.de constit.Calde.ad c.quisquis. de electio. eaque in re Bal.ad c.1.qui feud.dare poss.lapsus uidetur. Expeditio enim literarum,solennitas quædam extrinseca est,quæ in consideratione,quo ad substantiam rei,non tanti momenti est, Gigas de pens.q.32.nu.7.& ideò per solam collationem,ad beneficia ius quæritur, & facultas permutationis permittitur, c.si tibi absenti,de præb.in 6.Imo.ad Clem.unic.nume.22.de rei permut,Iason.consi.146.& dispensatio ne dum expeditis literis ualida est.Rebuff.ad concor.tit. de manda. apostoli.§. 1.ad uerb.literas, & uis rescripti tempore signaturæ cẽsetur, ab eoque reputatur,Cast.ad l.1.C.lite pend. & hanc esse ueritatem ipsam non dubito. Nam (ut ad capitulum, de rescri. respondit Bald.)in lingua Principis stat gratia,in scriptura testimonium,in executione commoditas.

Quòd autem gratia ante expeditionem literarum,in formis imperfectaque esse dicitur,non in quauis gratia, sed in ea duntaxat,quæ formam mandati continet, aut iurisdictionem tribuit,& de qua Oldr.ac D.de Rota loquuti sunt,intelligi potest.l.1.C.de mand.princip. Alciat.& alij ad l. pactum quod bona fide. C. de pact. neque aliter uerum est, q̃ is,qui non expeditis literis beneficij possessionem ingreditur, pro intruso habetur,quàm si uel de beneficijs consistorialib. agitur,(ut in tract.de intruso,num.37.asserit idem Gigas) uel in causis spiritualibus, vel beneficijs, in quibus nimia auiditas damnabilior est, d.c.auaritiæ, per regulas Cancellarię aliter statutum sit,ut decisio.1112.docet Franc.Marcus, uel stylus curiæ Principis aliud recepit.D.Antonius,in d.c.in nostra,ad quem stylum in d.c.imperialem, Matth. de Afflic. respexit, qui apertè alioqui,decisi.235.in fi.pro hac nostra sententia, in Concilio Neapolitano,pronunciatum fuisse affirmat. Et quamuis subinde ad exercitium actionis, literarum expeditio sit necessaria,id tamen non tam ex iure communi,quàm ex ordinatione Cancellariæ Apostolicæ, venit. Gigas depẽs. q.34.nu.20.sicut & illud, vt consensus Principis registretur, Matth.de Afflict.decisi.335. Franc.Marc.d.loco.

5 Ex quibus omnibus,& hoc quoque conuincitur, quòd ẽt per solos testes consensus iste Principis probari potest. Qua de re,tametsi plerique magnæ authoritatis viri, multũ olim dubitauerint: ita tamen in dicto concilio iudicatum fuisse idem Matth.de Afflict.decisi.398.testatur,idque propter authoritatem Andr.de Isernia,in c.2.de prohib.feudi alien per Lotharium,& quia inter eos casus non est, qui scripturã requirunt. Tum verò,licet regulariter gratia per literas probari debeat,Card.in d.prooem.Clem.Panor.in c.nosti, de electio tamen quando,uel gratia perdita fuit, uel de tenore illius agitur,uel de probanda qualitate,& prioritate quæritur, uel de intentione Principis disputatur,etiam per testes probari potest,late Reb.ad d.uerb.literas. Proinde ad finem consuetudinum Burgundię,idest in earum conclusione in fine, num.8,uersi.licèt,rectè dixit Chassaneus, sigillum Principis necessarium penitus non esse, nisi consuetudo aliud introduxerit.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio sequens,& consensus præcedens an eiusdem sint effectus.*
2 *Confirmatio fieri solet sine præiudicio iuris alteri quæsiti.*
3 *Testamentum uasalli an ex sequenti consensu Prinicpis ualeat.*

An consensus Principis venditionem, donationem, seu legatum rei immobilis sequi possit.
Cap. XXVII.

Huius quęstionis resolutio temperamentum aliquod desiderat.Nam si alicuius legitimi cõtractus titulo in manum mortuam res immobilis translata fuerit,subsequentem Principis consensum facilius admitto. Sin autem ex titulo legati siue vltimæ uoluntatis eam petat, & quidem rebus humanis exempto testatore,alio iure vtẽdum esse censeo.Priore enim casu omnia sunt integra, omnia ex arbitrio contrahentium & Principis depẽdent,& præter hos nulli alteri ptæiudicium aliquod inde paratur, argu.l. iubemus.C.de emanc.libero. Neque quidquam hic occurrit, ob quod vulgata receptaque illa iuris axiomata locum
1 non habeant,quod ab initio consentire,& postea confirmare eodem loco habentur.l.Tribunus. ff. de testam. milit.l.in concedendo,in fine.ff.de aqua pluuia arcend. Et quod ubicunque alicuius personæ fauore actus ex defectu consensus illius nullus est,ex subsequenti ratificatione vires assumit.l. filio præterito.ff.de iniusto testam.Bart.ad l.1.§. si filius.ff.de leg.3.Bal.in l.si mater.§.hoc iure.ff.de except. rei iudica.Cur. consi.35.num.6.& consi.108.lib. 2. Posteriore verò casu q̃n res eiuscemodi immobilis in manum ac potestatem hęredis peruenit,legati titulo,ex constitutione Principis existẽte nullo & inualido,vtique non videtur Princeps siue iniuria hæredis consensum suum in eo rerum statu interponere,& noua amortizatione ius quod ei quæsitum fuit tollere posse.l. nec auus.C.de emancip.liber.l.2.§.si quis. ff. ne quid in loco publ.l.id quod nostrum.ff.de reg.iur.Quomodo & in simili, communi interpretum calculo comprobata est hæc sententia,quòd inuestitura inualida contractus alienationis ex defectu consensus Principis illegitimis, ita demum confirma-
2 tione eiusdem vires accipit si nulli alteri medio tempore ius quæsitum fuit,siue eis extraneus fuerit, siue etiam hæres defuncti,qui prius consensum Principis non requisiuit, quasi scilicet subsequens istiusmodi confirmatio nullam hoc casu materiam habeat, in qua pedes figere atque consistere possit,Soci.nepos consi.77.nu.15.lib.1.Andr.de Isernia,in princip.Aluarotus & Matth.de Afflict.ad cap.Imperialem, q.24. num.7.de prohibita feudi alienat.per Freder.Cur.de feud.tit. quibus modis feu.amitt.par.4.q.2.num.138.Rochus de Curte de iure patro.ad uerbum pro eo,q.4.decisi.Neapolit.286. num.5.& decisi.335.Rolandus a Valle consil.2.nu.146. & licet Baldus quoque eundem Matth.de Affl. d.loco nu.43.ad c.1.§.donare.col.1.tit.qualiter feud.olim alienari pot. sequutus,respondeat,cõsensum Principis sine quo uasallus de feudo testari non potest post conditum testamẽtum morte vasalli confirmatum,impetrari non posse, Capitius tamẽ deci. Neap.113.nu.3.hoc ita ex Curtio, & Marino restringit, nisi de solius Principis confirmantis, & ratificantis præiudicio agatur,

Digitized by Google

agatur,agnatis verò defuncti uasalli nihil detrahatur aut eri priatur,quod rationem habet.Nam sicut alienante, uendente,donante,transferente rem immobilem in manum mortuam ante sequutam amortizationem a priore uoluntate recedente,sequens consensus,& amortizatio Principis ei nō nocet,Capit.decisi.100.num.1.& 7.ita quoque si non recedat,& si viuus amortizationem non impetret, hæredi eius præiudicium non feret,eoque pertinent illa quæ lib.3.c.8.de testa.coniug.latius aliquando discerui.

SVMMARIVM.

1 *Præsentia consensum inducit.*
2 *Licentia Principis expressis uerbis fieri debet.*

Vtrum tacitus Principis consensus sufficiat, an uerò expressis uerbis amorizatio concedi debeat. Cap. XXVIII.

Si Princeps præsens sit, sciat aut

videat rem aliquam immobilem in manum mortuam transferri,an hoc cōcessæ amortizationis loco sit, quæri potest. Et quoniam præsentia,patientia,& taciturnitas, tacitum cōsensum execrantur.l.qui patitur ff.manda.l.2.C.de remiss. pignor.l.quidam.ff.de euictio,eaque propter agnati,atque domini tempore allenationis feudi præsentes,nec contradicentes,eam infringere & reuocare non possunt. cap.1.§.permissione,de prohib.feud.alien per Lothar.Iason ad l.quæ dotis. ff.solut.matrimo.Castren.ad l.1.ff. de tribu. act.Equidem & hac in re præter præsentiam silentiumque Principis nihil vltra desiderari posse uidetur, quia quotiescunque quis contradictione sua,actum de quo quæritur,impedire potest, & non impedit, eundem in dubio approbasse, & confirmasse creditur,Iason ad §.item Seruiana num.7.instit. de actio.& cum eadem sit uis taciti & expressi.l. cū quid.ff. si certū pet. præsentia,scientiaque sola accommodatæ voluntatis coniecturam parit.l.2.solut.matrimo.ca.1.§.si autem,tit.si de inuestit.inter do.& vasal.lis oriatur.

Contrariam tamen partem confirmat, quòd cū nemo suum iactare,& negligere velle præsumatur.l.cū de indebito ff.de proba.is qui præsens in actu multum sibi præiudiciabili tacet,potius dissentire quàm consentire & hoc solum cum animo suo reputare uidetur, quod ius suum durare intelligit.l.1.§ inuitum.ff.de procuratorib.l. qui uas.§. uetare.ff.de furt.l.sicut.ff.quibus mod.pig.uel hypot.soluitur,l.ad honorem.§.vlt.ff.de decurionib.Eaque est ratio quòd leges, constitutionesque Principum, de præsentia alicuius uerba facientes,etiam alia quædam adhibiti consensus argumenta requirunt,atque vltrà eiusmodi præsentiam, taciturnitatēq; alium aliquem actum huic consensui suffragantem desiderant.d l.sicut.§.venditionis.versi.legare permisit,id quod ex ijs quę §.1 glo.9.num.148.& 153.in lib.de retractu, latissimè suo more recensет Tiraquellus, plenius perfectiusque cognosci potest.

Et in hanc sententiam saltem in hac facti specie lubentius cōcedo,in qua non simplex nudusque consensus Principis sed permissio licentiaque eius necessariò requiritur. Vbicunq;
2 enim licentiam interuenire oportet,expressis uerbis concedi debet,nisi in ea cōditione Princeps fuerit, vt vitio linguæ impeditus solis signis & argumentis animi sui conceptum demonstrare possit.And de Iser. & Matth. de Afflict.in d.ca. Imperialem,num.46.de prohib.feud. alienat. Lapus allegat. 86.Bald.ad l.non solum.§.necessitatem.C.de bon.quæ liber. argument.§.1.in fine in authen.de defensoribus ciuit. Vnde & Capitius decisio.Neapolit.100.numer.6. & 7.licet,inquit, quando alienatio feudi in præsentia domini scientis, intelligentis, & tacentis facta est, alius consensus non requiritur, hodie tamen in Regno,præsentia, scientiaque Regis minimè sufficeret.Nam cū verba constitutionis licentiam requirant,ea expressa esse debet,& tacita non sufficit. Alexander ad d.l.2.§.voluntatem,Francis.Mignon ad consuet. Andegauen.par.13.tit.de præscrip.art.450.num.18.Et quamuis Curtius Iunior par.4.num.137.contrarium sentire videatur, eā tamen opinionem ad constitutionem incip. constitutionem diuæ memoriæ,in gloss.7.veluti veriorem & in vsum forensem receptam probat Afflict.

Illud dissentionis plus habet,an Princeps gabellas, laudimia,aliaque iura inhæredationis, translatæque possessionis ab ecclesia recipiens, eamque in bonis immobilibus inuestiens,amortizationem concedere,necessitatemque eadem extra manum ponendi hoc ipso facto laxasse videatur. At quoniam. M. §41.ad consuetud. Parisin illius difficultatis resolutione,multam bonamque operam posuit, ego illius verba transcribere non constitui.

SVMMARIVM.

1 *Antiquitas temporis facit præsumi omnia legitimè esse facta.*
2 *Antiquum tempus quod sit.*

Amortizatio an ex diuturnitate temporis interuenisse præsumatur. Cap. XXIX.

Quemadmodū hæreditate quā

filiusfamilias adit iussu patris, in re aliena mandatum, in testamento Cardinalis,exemptioneque Episcopi licentia Pontificis in alienatione rei ecclesiæ tractatus,consensusque capituli,in distractione rerum ad minores pertinentium decreti solennitas,& in possessionē feudi inuestitura domini ex antiquitate tēporis interuenisse præsumitur, c.ea.de his quę fiunt a Prælat.c.1.peruenit,de empt.& vend.Alex.consi.79. lib.1.consil.9.lib.3. Decius consil.152.& consil.328. Iason ad L.iciendum. ff.de verbo. oblig Gozadinus consil.4.11.& 41. Stephanus Bertran.consi.171.nume.6.lib.3.Boer.decis.281. Gieronymus Gratus consil.9.num.15.lib 2.glo.in c.1.§.præterea.de cap.Conra.Ripa lib.2.de rescrip.cap.7. Late Aymo de antiquitate temp.par.3.cap incip.uidimus in genere, *nu.* 25.cum sequent. ita quoque & amortizatio, consensusque Principis ex diuturnitate temporis interuenisse præsumi potest,nisi de contrario appareat,id quod in non absimili specie decis.107.num.5. respondit Afflictus. Euidentia enim rei omnem probationem superat, & præsumptio quæ ex cursu temporis oritur veritati cedit.l cum multæ.C.de donat.ante nup.Bal.ad l.1.C.de ędif.actio Innocent in ca. proposuisti, de probatio. ex quo fit quod per ipsum exemplum quod exhibetur, & ex quo eiusmodi solennitas non interuenisse conspicitur omnis illius vis & effectus consum. solet.Castr. consi.81.lib.2.Alex.consi.1.lib.4.decl. Neapolit. 109.

2 Illud verò magis controuersum est,quod hic tempus antiquum dici debeat.Quidam enim tempus viginti annorum sufficere putant,Boer.decisi.124.num. 18. quidam 30. annos desiderant.l.fina.C.de præscrip.30.uel 40.annorum, C.peruenit,de empt.& uend.alij 40.annos constituunt, Alexā.consi. 4.& consi.187.lib.2.Soc.consi.106.lib,3.alij tempus uiuorum memoriam superans necessarium esse putant,Cornæus cōs. 35.lib.1.Curt.Sen.consi.pen. nonnulli denique ad arbitrium iudicis hoc totum referunt.Atqui C.M.ad consuetud.Paris. §.5.num.63.cum seq. in his in quibus tempus immemoriale exigitur,100.annos constituendos esse existimat,in alijs verò 70.annos,uel etiam hoc tempus, quod est ultra 30.& 40.annos,prout secundum casus subiecti conditionem certæ probationes nō facilè reperiuntur,idque ex Iudicis arbitrio plurimum pendere tandem concluſit. Et quamuis eorum opinio ad præsentem causam magis pertinere uideatur, qui in ijs quæ Principi speciali iure non tamen in signum subiectionis reseruata sunt, immemoriale tempus existimant esse necessarium. Matth. de Afflic. d.q. 24 & ad consuet.*incip.* quadriennalem.Ego tamen,eius rei resolutionem *in illud caput* reijcio,quo inferius de his,in quibus amortizatio non requiritur,latius disseremus. Extra tempus enim præscriptionis præsumptionem amortizationis constituere inutile,& otiosum esset.

SVMMARIVM.

1 *Voluntas ultima fauorabilis & mutabilis.*
2 *Actus non egreditur intentionem agentium.*
3 *Stipulatio facta in contractu ante nuptiali ad utilitatem tertij potest per solos contrahentes reuocari.*

Amortizatio a Principe obtenta super bonis manui mortuæ testamento relictis an impediat reuocationem testamenti. Cap. XXX.

Omnia nostra facimus (inquit

Iustinianus) quibus a nobis authoritas impartitur,l.2.§.quæ omnia.C.de uet. iur.enucleà. Vnde est, quòd statuta, a sede Apostolica,seu Principe laico confirmata, per solos statuentes reuocari non possint,c.pro illorum, de præben.cap.2.de confirma.utili,& inutili,c.frater.17.q.4.& ibi gloss. ult. Vnde etiam est,quòd testamentum a uasallo de bonis feudalibus conditum atque a Rege confirmatum, sine eiusdem Regis consensu, in præiudicium eius cui feuda in eo relicta sunt, mutare,nec infringere liceat, Matth de Afflict. ad constitutio.incipient.constitutionem diuæ memoriæ, uersi.secūdò nota istam glo.Atque ex hoc similiter inferri posse uidetur, quòd testatori rem aliquam immobilem ecclesiæ seu collegio legati consentumque, & amortizationem Principis impetrandi

Digitized by Google

impetranti, reuocandæ liberalitatis licentia non sit permissa Attamen quoniam Hermogeniano teste, nemo eam sibi po test legem dicere, vt a priore ei recedere non liceat. l. si quis in princip. ff. de leg. 3. Nihil enim est quod meliori iure homi nibus debetur, quàm vt supremæ voluntatis, postquã aliud velle non habent, liber sit stylus, & liberum quod non redit arbitrium, l. 1. C. de sacrosanct. eccle. in contrariam opinionẽ magis inclino, si non & traditio, & possessionis siue dominij quoque translatio præterea accesserit. l. vbi ita donatur, & ibi Dd. ff. de mort. cau. donat. Si enim stipulatio naturam cõtractus cui subiecta est, sequitur, l. 1. §. sub conditione. ff. vt le gat. no. cau. Alciat. ad l. certi condictio. §. si nummos, numer. 23. ff. si cert. peta. cur non & consensus Principis? Si ad vnum finem inducta contrarium illius operari non debent, l. quod fauore. C. de legib. quid est, cur amortizatio ad conseruandã testatoris voluntatem concessa, in illius perniciem vel inuidiam trahatur? Rursus si actus, agentium intentionem egre di non debent, l. non omnis. ff. si cert. peta. quæ causa est, ob quam eum qui testando nullam sibi perseuerandi necessitatem imposuit, commentitia interpretatione circumueniamus? Denique si contractus testamento factus, etiam quo ad reuocationis facultatem vltimæ voluntatis conditionem habet, d. §. sub conditione. Castr. & addit. ad Bart. ad l. hæredes. §. fin. ff. de testam. cur maiorem huic consensui & amorti zationi vim & efficaciam tribuemus, in qua nulla conuentionis formula apparet? Et ne hisce rationibus diutius immoremur, aperta Hono. & Theod. constitutione in l. omniũ C. de testam. explosa Iasonis dubitatione & comprobata Baldi atque Castren. interpretatione, istam nostram opinionem stabiliri posse video. Siquidem constituunt illi testamẽta etiam Principis auctoritate atque præsentia confirmata reuocari posse.

Porrò autem confirmationem statutorum a confirmatione testamenti, & ibi ad fin. & ad c. constitutus, de rescript. & ad c. cum accessissent, num. 3. de constit. ante Decium sepa rat Bal. & huic quidem reuocationis arbitrium facit, illis verò saltem quo ad præiudicium aliorum denegandam esse existimat. Statutorum enim authoritas ad Principem potissimum refertur, testamenta verò veluti obuia atque fauorabilia, ad priuatas commoditates potius respicere censentur. Et hoc est quod subobscure loquutus Decius dicere voluisse uidetur, inquiens, priuatorum actus sicuti in priuato considerantur a Principe confirmari, publicos verò ad superiorem potissimum spectare, quæ sententia & Felyno quoque ad c. qualiter, de accus. & ad d. c. cum accessissent. probatur. Estque hoc casu dicendum, partim quod per hanc reuocationem, ad communem patrię legem reuertitur testator, quod Principi qui nihilò magis acceptam pecuniã restituet, gratum & acceptabile est, partim quod ius alteri non irreuocabiliter meo facto quæsitum, contraria voluntate tollere possim. Nã & in simili videmus, quod si eo pacto Titio fundum dem, vt post mortem ecclesię illum restituat, certe nõ obstante pacto in fauore n ecclesiæ apposito, & ego & Titius a conuentione illa resilere possumus, Bar. & alij ad l. qui Romæ. §. flauius. ff. de verb. oblig. Et si mulier dotem marito constituens animo donandi, tertium aliquem, ad hoc ut restitutionem illius soluto matrimonio sibi restituendam stipuletur, adhibeat, tametsi ex ea stipulatione ius aliquod ei quæsitum fuisse videatur, nihilominus tamen mulier de dote disponere, uoluntatemque suam mutare potest, l. Seia. ff. de dote præleg. Et rursum si duo coniuges in contractu antenuptiali ita caueant, vt bona alterius eorum superstitis absque liberis decedẽtis ad Titium nepotem, vel amicum eius perueniant, non dubium est quin ab hac uoluntate recedere, & in quemcunq; alium bona ista transferre possint, quippe hoc ius quod Titio ex hoc contractu quæsitum fuit, natura sua reuocabile, nullam ei actionem peperit. Nicol. Euerar. consi. 119. 136. & 192. Castren. consi. 351.

testium, in fin. C. de testib l. emancipatione. l. 1. l. cum instrumentis. C. de fide instrum. quos omnes etsi probare necesse est, d. l. publicati. l. sicut. l. si solemus. d. titu. de fide instru. non ideo tamen tenor eorum peræque semper probari potest, ita ut in tanta perplexitate ac difficultate non immeritò am bigas, an sola amortizationis scriptura, eandem venditionẽ, donationem, idemque legatum continens, & hoc ipsum testamentum enuncians, ad plenam illius probationem ac demonstrationem sufficere debeat. Quid enim si hæres cui legauit, uendidit, seu donauit, eò improbitatis dilapsus sit vt se ex casu tam inspectato lucrum aliquod facere postulet. Equidem si facto hæredis siue contradicentis ea perijsse probatum sit, putà si forte ea combussit lacerauit, surripuit, deleuit, aut dolo malo in alium transtulit, ecclesiæ, manusve mortuæ, prælati, aut præfecti, de quibus instrumẽtum amortizationis mentionem facit, de titulo legati, donationis, aut venditionis, iuramento standum esse existimo, argum. l. si de possessione. C. de probat glo. & Bar. ad l. 2. §. diuus. ff. de iure fisci, & ad l. quidam. ff. de fur. Io. Fab. ad l. si potestate. C. de tabul. exhiben. Dec. consi. 521. num. 18. Paris. consi. 134. num. 9. lib. 4. Aymo consi. 6. nu. 2. Bal. consi. 80. & 152. lib. 3. Panor. & Fely. ad. c. accepimus, de fide instrum. At si nulla illius culpa interuenit, antiquitate temporis non concurrente, nullã plenam ex hac instrumenti amortizantis enunciatione probationem factam esse duco, tum quòd nullus est confirmatio-
1 nis effectus, nisi de re principali confirmata appareat. ca. inter dilectos. sub fin. extr. de fide instrum. c. cum inter, de re iudic. c. cum dilecta. de confirmatio. tum quod Princeps, confirmando, consentiendo, & amortizando hos contractus, & hæc testamenta, ex sola supplicantis relatione nihil aliud de veritate comperti habens enunciat, in solennitates uerò, & qualitates illius, sine quibus (vt post Cornæum consi. 18. li. 2. & Affli. decisi. 25. in lib. de antiq. temp. par. 1. cap. incipien. uiso num. 40. ostendit Aymo) eadem ueritas subsistere non põt, non inquirit, nisi & pleniorem se illius cognitionem habuisse, & ueritatem ipsam se penitius perspexisse asserat, per not. in clemen. 1. de probat. Quod & Andræas de Isernia insignis Doctor, & Matth. de Affli. ad c. imperialem, quæst. 24. nu. 74. de consensu Principis super testamento uasalli impetrato, olim quoque responderunt: & cum de milite castrum aliquod ab ecclesia obtinente, diu aliquando disputatum foret, ad auth. si quis in aliquo. C. de eden censuit Albericus, ꝙ si ille instrumentum confirmatæa Põtifice, possessionis suæ producat, non aliter castri præcedentem concessionem eo probari, quàm si de ea aut aliter constituerit, aut tenorem illius Pontifex retulerit. Confirmatio enim huiusmodi noui iuris nihil tribuit, sed hoc tantum, quod ante fuit, corroborat. l. hęredes palam. §. 1. ff. de testam. eoque deficiente euanescit, argum. l. 1. §. pe. ff. de aqua plu. arcend. & l. asse toto. ff. de hæred. instit. eidem quoque sententiæ, & Vitalis, in tract. suo clausular. tit. de uerbo. enunciat. c. incip. si uerò, col. 8. subscribens addit, ꝙ si Pontifex aut Princeps, possessionem illam confirmans, hanc rationem inseret, quia prædecessores nostri hoc castrum, hocve priuilegium, de cuius confirmatione agitur, Titio concesserunt, non ideò magis certa illius probatio inde desumitur, si de originali concessione aut priuilegio aliter nõ appareat, aut illius tenor, qui fortè casu aliquo fortuito perierit per testes non probetur. c. si Papa, de priuil. in 6. Insuper & illud quoque adijcit, ne hoc quidem sufficere, quod totus tenor concessionis, & priuilegij instrumento confirmationis insertus sit, cum ex originalis concessionis exhibitione, productione, & inspectione vel in sigillo, uel in aliqua eius parte falsitas ulla deprehendi posset, de qua ex literis cdnfirmationis relatiuis nulla ratione constare poterit, Inn. ad c. Abbate sancti Syluani, de uerb. sign. si non etiam & istiusmodi quoque scrupulo, prouidentia Principis in his occursum fueriti Cæterum in tract. de antiq. tempo. par. 1. c. 1. copiosius de hac enunciatione agit Aymo.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio nihil est nisi de re confirmata appareat.*
2 *Confirmatio nihil noui tribuit.*

An ex solo amortizationis instrumento probetur legatum, venditio, donatio rei immobilis. Cap. XXXI.

Multis casibus testamenta, codicilli, instrumenta, donationes, venditiones, leges, legataq; rerũ immobilium, ecclesiæ, collegio, & manui mortuę collatarum intercidere atque interire possunt, ut sunt incẽdia, inundationes, pestilentia, naufragium, furta, rapinæ, bella denique siue ciuilia, siue externa. l. publicari. C. de testamẽt. l.

SVMMARIVM.

1 *Amortizationis quæ iura.*
2 *Indemnitas quid.*

Amortizatio ubi, & qua ratione impetrari soleat. Cap. XXXII.

Ioannes Papo ad consuetud. Burbonicas, tit. des retraicts, §. 479. col. 3. respondet, ꝙ in curia ratiociniorum, siue in camera thesauri Regij, cui talia ab initio regni demandata fuerunt, amortizationes expediri solent, eique Guilel. Benedict. ad c. Raynutius, ad uerb. & uxorem, decis. 5. num. 5. & 32. Stephan. Aufr. in stylo arrestorum curiæ, lib. ult, tit. de finantia acq. feu. §. ult. consentientes, diu quoque

Digitized by Google

quoque ante eum sunt testati, atque in hanc sententiam ad consuet. Paris. part. 1. §. 41. in fin. C. M. debet (inquit) omnis amortizatio Regia verificari & homologari a præfectis sacrorum Regis, quod sufficit quia non continet veram alienationem dominij: secus, si rex non amortizaret, quæ solũ a se dependent, sed amortizaret ea, quæ sunt de suo proprio dominio, quia tunc necesse esset, ea uerificari & homologari in supremo senatu. Ex ijs autem, quæ in præcedentibus articulis isthic tractauit, facilè apparet, eum, cum de præfectis Regis sacrorum loquitur, agere de consiliarijs finantiarum.

1 Porrò quid, quantumve eo nomine Regi aut Principi solui debeat, incertum est, neque vno eodemq; modo id semper præstatur. Aliquando enim fructus triennales penduntur, vt est in consuetud. Andegauen. tit. des seigneus temporelz, §. 37. aliquando plus uel minus, uel pro ratione & magnitudine rerum amortizatarum, vel pro voluntate, indulgentia, liberalitate, aut difficultate amortizãtis. Hac de causa Doctores præallegati in genere tantum de ea re loquuntur, dum aiunt, eo nomine aut taxam se, quæ præfinita est, soluendam, aut cum camera rationum esse componendum, Guilel. Benedict. d. num. 9. Mansuer. tit. de præb. §. item si ecclesia. Chas. ad consuet. Burgund. tit. des mainsmortes. §. 10. num. 54. Papo. d. loco, uersi. incipien. Imò pro horum, qui vna cum Aufrerio hoc, quod Regi aut Principi ideò numeratur, finantiã appellari asserit. M. verò num. 68. indemnitatẽ vocat, vt sicut
2 amortizatio est ipsa licentia & permissio retinendi immobilia per manum mortuam, siue renũciatio aut priuatio iuris cogendi eam ad transferendum in idoneum manum, ita indemniatas sit pensatio quædam, quę præstatur Regi, Principi, aut Domino, pro suo interesse, loco vtilitatum, quas verisimiliter percepturus erat ex priuatorum manu, quæ sæpè varijs mutatur modis. l. senatus. ff. de mor. cau. donat. & licet concedatur amortizatio, non tamen remissa censetur indemnitas, sed poterit nihilominus postea exigi, sed si reciatur, uel conueniatur, de certa indemnitate, præstatione, aut æstimatione (inquit) eo ipso, & ex antecedenti necessario censetur amortizatio concessa esse. Quibusdam verò locis tributum illud siue probas, indemnitas illa, sæpè contingit, vt repetatur, aut nouo Regis successu, aut singulis 40. annis, aut certe si clam Principe vel Rege manus mortua multis præteritis annis talia bona non amortizata possedit. Nã & eo nomine cum Rege seu Principe transigere debet, Guilel. Bened d. loco, num. 5. 9. & 32. si nõ debito modo præscripsit, Papo d. loco, uersic. incip. excipienda sunt. M. nume. 70. de quo alio loco plura, & in Speculo Principũ, ti. de amortizatione, cap. vlt. paulò latius tradit Pet. Beiluga. Verum verò, vt idem M. §. 58. num. 72. ostendit, hac in re causæ cognitio adhibenda est, ne piscationi lucri amortizationum nimium indulgeatur, sed vt pro commodo, & vtilitate publica aut concedantur, aut denegentur.

SVMMARIVM.

1 *Testator præsumitur hæredem grauare, quàm minimè fieri potest.*
2 *Hæres an soluat impensas in rem legatam factas. & num. 4.*
3 *Legata unde oriantur.*

Iura amortizationum an manus mortua soluat, an verò hęres testatoris, seu donatoris. Cap. XXXIII.

1 Multa occurunt, ex quibus apparet, hæredem testatoris, a quo res immobilis legata est, ad solutionem istiusmodi iurium cogi non posse. Testator enim hæredem suum quàm minime fieri potest grauare voluisse uidetur. l. vnum ex familia. ff. de lega. 2. l. idem Iulianus §. scio, l. legato generaliter, ff. de legat. 1. l. iniurius, ff. de legat. 3. & sicut nihil aliud ab eo lex requirit, quàm vt rem legatam eo loco, vbi est, præstet, l. quod legatur, ff. de iudic. l. si seruus legatus, l. cum res, §. 1. ff de legat. 1 ita quoque defunctus non aliud legatario ab eo præstari uelle præsumitur, quàm hoc ipsum ius, quod in re legata habet, l. serui electione, l quod in rerũ, eodem tit. a quo ius amortizationis procul dubio extrinsecum & separatum est Nam & in simili obtinet, vt si rem aliquam ex precedente aliquo contractu sibi
2 debitam leget testator, solius actionis cessione hæres liberetur, ad expensas vero litis non teneatur, l. seruo legato, §. si fundus, l. legatum, §. fin. l. si domus, §. fi. ff. eodem tit Iason ad d. l. apud Iulianum, §. si Titius, & si in eo statu rem legatam præstet, in quo est, nulla sua culpa deteriorem factã, amplius ab eo peti non potest, etiamsi nullam vtilitatem legatario ferat. d. l. quod in rerum, §. 1. l. vxor patrui, C. de legat. Accedit ad hæc quod cum manus mortua de lucro quærendo agat, hæres vero de damno, æquum iustum est, & naturale videtur, vt quæ emolumentum capit, eadem quoque onus sustineat, l. secundum naturam, ff. de regul. iur. & quod de serui legato, uiuo testatore fugiente, olim respondit Aphricanus, sumptibus & impensa legatarij eum reddi oportere, dict. l. si seruus.

3 Cæterum, quoniam legata ex fauore, pietate, & meritis originem ducunt, l. ex merito. ff. pro socio, pro contraria parte vrgere uidetur, uerisimile non esse, quòd istius solutionis onere testator legatariam grauauerit. Nam si hortos a se cõductos, pro vsufructu alicui legauit, necessitas soluendi mercedem hæredi incumbit, l. qui concubinam §. qui hortos, ff. de legat. 3. si expensas studij præstari voluit, hæres etiam ea per quæ ad studia peruenitur, cuiusmodi est illud, quod pro intitulatione, vt aiunt, hoc est in numerum vniuersitatis receptione soluitur, præstare debet, Barto. ad. prædia, §. de fideicommiss. ff de legat. si rem alienam alicui testamento reliquerit, hæres etiam luere cogitur, l. si res obligata, ff. de leg. 1. l. prædia, C. de fideicommiss. licet. ff. de dote præleg. si seruus legatus in fuga est, operam sumptumque præstare compellitur, vt eum requirat, d. l. si seruus, cum l. sequent. ff. de legat. 1. & si defunctus vsuras a se extortas restitui mandet, dubium non est, quin & hæredis quoque impensis restitutio fiat, Bald. ad l. 1. C. de sacrosanct eccles. Vsurarum autem restitutioni non absimile subinde est legatum pium, & plerunque accidit, vt rerum istiusmodi immobilium legata tacitã & secretam aliquam rei iniuste adquisitę restitutionem in se contineant. Addo, q̃ omnis difficultas debitoris incommodo esse solet. l. 2. § ex his. l. continuus §. illud. ff. de uerb. obli. Iason ad d. l. cum seruus, num. 5 quod vbicunque ea occasione sumptus requiritur, ut legatarius legatum consequatur,
3 is ab hærede præstandus est, l. 1. §. 1. ff. si usufruct. pet. l. si ita legatus, §. si dominus, ff. de vsu & habit. Roman. consil. 230. gl. ad l. his verbis, § idem testator, ff. de legat. 3 & q̃ sicut hæres debet legatario iura cedere cũ effectu, ut nulla ei exceptio obsistere possit, Bal ad l. cum alie. versic. incip. dubitabatur, colum. 1. C. de legat. ita quoque ad eius onus referri videtur vt manui mortuæ legatarię, rem legatam cum effectu præstet. & exhibeat, id quod absque sumptu consensione Principis fieri non potest, eaque in re sola executio adimpletioq; vltimæ voluntatis defuncti posita & collocata est, eoque d.
4 §. idem testator. respiciens Accursius, sumptum in eam rem collatum, vt legatarius rem legatam assequatur, ab hærede soluendum esse respondet, atque in hanc sententiam multa loco signis citato adfert Petr. Belluga, etiamsi eius argumẽtis non per omnia acquiescam:

Equidem huius quæstionis vsum video esse perrarum. Si enim testator ecclesiæ, collegio, seu manui mortuę rem aliquam immobilem simpliciter legauerit, legatum illud ex Principum nostrorum constitutionibus, collabi atque corruere paulò ante ostendimus, adeoque de sumptibus impetrandæ amortizationis frustra quærimus. Idque perinde dici potest, si rem immobilem legatam distrahi, & pretium ex illius venditione confectum, manui mortuę, quæ procul dubio illius capax est, numerari mandauerit. Nam cum ea res in manum mortuam non transeat, de impensis amortizationis nulla est dubitatio. Iterum, si viuus ipse amortizationem impetrauit, & iura illa Principi soluerit, certa res est, cum donari uideatur id, quod nullo iure cogente conceditur, l. donari, ff. de regul. iur. aliam coniecturam hic accipi non posse, quàm quod eius solutionis repetitione & exactione hæredem liberat, argum. l. si ex toto. ff. de legat. 1. Ecõtrario, si ipsa manus mortua in impetratione amortizationis, & solutione eorum, quæ debẽtur, aut testatorem ipsum, aut eius hęredem anteuertit, eadem exceptione rectè repellitur, l. cuius per errorem, ff. de reg. iur. Sed quando igitur vtilis erit isthæc disputatio? binis modis: aut cum manus mortua iura amortizationis veluti per errorem a se soluta condicit, aut testator, qui amortizationem ipse impetrauit, aut impetrari præcepit. ea non soluit. Verum priore casu, præterquàm q̃ id, quod per errorem iuris indebite solutum est repeti non potest. l. si fideiussor, §. fideiussor, ff. de fideiusso. ingrata admodum erit, si a pio hærede solutum repetat, qui nisi in legatum consentiat, ipsa defuncti voluntate in uniuersum frustrabitur, & si negotiorum gestorum actionem intendat, recte illi obijcíet hæres, q̃ in dubio, proprio potius quàm alieno nomine soluisse præsumitur. l. 3. ff. de solu. Posteriore vero casu, quoniam Princeps aut Dominus cum manumortua legataria, nihil ex quo aut obligatio, aut actio (sine qua nemo experitur, l. fin. C. de rei vendicat.) nata videri potest, egit aut contraxit, existimo eorum debitorum solutionem, quasi tacite a defuncto mandatam hæredi incũbere. Etenim mandato consequenti, videtur quoque & antecedens, sine quo id quod mandatur, explicari non potest mandatum esse, l. 3. ff. de pecul. leg. l. fin. ff de offic. eius cui mãda. est iurisdict. l. ad rem mobilem. ff. de procu. Præses in loco a concessio. consequentis. Ideoque non ineleganter ad d. l.

his

Digitized by Google

his uerbis,§. idem teſtator, ff. de legat. 3. in ſimili reſpondet Bart. q̃ ſi teſtator rem a ſe emptam, nec dum ſolutam, alicui legauerit, non legatarius, ſed hæres ad pretij illius ſolutionẽ compelli poſſit, d.l. apud Iulianum, §. ſi Titius. Bald. ad dict. l. prædia, col. 1. verſi. item ſi veniunt, in fine.

Verum enimuero, incidente aliquo caſu, in quo diſputatio hæc non inutilis foret, vtique in priorem ſententiam eſſem procliuior. Nam cum liberalitas teſtatoris effectũ ſuũ in ipſa re legata ſufficienter demonſtrat, etiamſi ad ſolutionem iurium, quæ Principi debentur, ſeſe vlterius non porrigat, ſane id nulla conſideratione dignum eſt, quod non niſi bene meritis, gratis, & charis legata relinqui ſolẽt. Alioquin nec is quidem teſtator liberalis dicendus eſt, qui pãnum ad veſtem conficiendam legauit, operæpretium vero ueſtiario exolui non mandauit. Ignoti iuris non eſt in teſtamentis, ſi hæredis inſtitutionem, aliaque ſimilia fauoris plena, & ad vtilitatem publicam pertinentia reſpicias, latiorem interpretationem conſtitui, l. in teſtamen. ff. de regul. iur. in legatis vero ſtrictam & coarctatam. Decius num. 4. ibi. d. l. nummis, & d. l. apud Iulianum, §. ſcio, niſi & conſuetudine quoque loci largior aliqua interpretatio admittatur. l. Titia, §. vltim. & ibi Bar. ff. de auro & argent. lega. Bal. ad l. ſi quis ad declinandã, colum. penult. C. de epiſco. & clc. Imol. & Iaſon ad l. ſi ita adſcriptum, ff. de legat. 1. Tiraquellus de pia cauſ. cap. 25. Et qđ in reb. dubijs ſumma eſt ratio, quæ pro religione facit, l. ſunt ff. de relig. & ſumpt. funer. Bald. conſil. 107. in fin. huc nõ pertinet, vbi clarę & apertæ iuris deciſioni in re clara & aperta inſiſtimus, quod a teſtatore in verborum enunciatione omiſſum, pro omiſſo haberi debeat, l. commodiſſime, ff. de liber. & poſthum. & quod non eſt præſumendum teſtatorẽ, aliud quidquam, quàm quod expreſſit, velle, l. 1. C. de caduc. tollẽ. Socyn. conſil. 4. lib. 4. Iaſon conſil. 143. lib. 2. Longe autem ab his alienum eſt, quod horti conducti legati hęres mercedẽ ſoluere teneatur, d. §. qui hortos. Nam cum merces locationis & conductionis fructibus horti & rerum quomodocunque locatarum adæquetur, & veluti cum ijs compenſetur, nullam penè legati vtilitatem ſentiret legatarius, ſi ipſe penſione annua conductionis grauaretur. Ludo. Roman. conſi. 230. incip. præſupponitur, id quod veriſimili teſtatoris voluntati non congruit, vt l. Titia cum teſtamento, §. 1. l. Mæuius, in princip. ff. de legat. 2. Iaſon ad d. l. cum ſeruus, num. 9. Caſt. ad l. prædia, d. §. qui hortos. Cuman. ad l. ſi tibi homo, ff. de legat. 1. non magis, quàm cum res aliena legata fuit, quam niſi hæres luere, eiusque æſtimationem præſtare cogatur, quæ obſecro erit utilitas legati? l. cum res, C. de legat. §. non ſolũ Inſtit. de legat. Et rurſum, cum in ſeruo fugitiuo reducẽdo magnis impenſis opus ſit, quæ ſubinde omnem illius vtilitatem abſumerent, quis exiſtimabit fuiſſe animo teſtatorem, vt legatarij ſumptibus reuocari eum voluerit? d. l. cum res, in princip. At ſi præter eas impenſas legatum inutile non ſit, & Zaſius, & alij plerique ad d. l. cũ ſeruus, in ea ſunt opinione, vt exiſtiment, alio iure vtendum eſſe, ſumptibuſq; illius, cui legatus fuit, fugitiuum retrahendum, qua de re ad c. indicante, de teſtamen. circa finem, pluribus verbis Didacus. Sic & illud, quod de his, quæ ad ſtudia neceſſaria legata ſunt, dictum fuit, ſingularem atque æquabilem rationẽ habet, quia cum conceſſio conſequentis etiam antecedentia neceſſaria trahat, & contra, l. ad rem mobilem, ff. de procurat. D. Præſes in loco a conceſſione conſequentis, nulli mirum videri debet, ſi & ea quoque, quæ pro intitulatione ſoluuntur, hæredi præſtanda cenſeantur. Et cum reſtitutionis verbum pleniſſimè accipiendum ſit, l. reſtitutionis, ff. de uerbor. ſignifica. & quidęm potiſſimum aduerſus eum, eiuſve bona & hæredẽ, qui dolo malo deliquit, improbumq; fœnus exercuit, quod indubiè animæ illius magis expedit, æquum bonum eſt uſuras iniuſte extortas, moroſi debitoris, eiuſve hæredis impenſa reſtitui, Bald. ad l. 1. C. de ſacroſanct. eccle. Zaſius d. loco, Iaſon ad d. l. cum res. Pia autem legata reſtitutionis cauſſam plerunque continere, varium & incertum eſt, ideoque cum non probet hoc adeſſe, quod ab hoc contingit abeſſe, in re dubia benigniorem iuterpretationem ſequimur, & ambiguis coniectionibus non utimur. l. non hoc, C. vnde cognati. Illud quoque huc trahendum non reor, q̃ incommoditas omnis debitoris periculo eſſe ſoleat, cum illius axiomatis veritas apud multos controuertitur, vt ex d. cap. 25. Tiraquelli ſatis apparet. Et quamuis per omnia indubitatum foret, huc non faeit, cum vel ad debitorem generis, quod perire non poteſt, referendum ſit, l. incendium, C. ſi cert. peta. vel ad inopiam eius & difficultatem, quæ cõtractę obligationis vinculum, in fraudem creditoris, nulla iuſta ratione diſſoluit ſed exactionem & ſolutionem ex æquitate differt, §. illud, d.
4 l. continuus. Quod autem proponitur tunc ab hærede ſumptum præſtandum eſſe, cum ſine eo legatarius rem legatam aſſequi non poteſt, non alio ſenſu accipiendum eſt, quàm cũ ex facto defuncti teſtatoris, illud impedimentum ſeu neceſſitas oriatur, l. ſi domus, §. de euictione, ff. de legat. 1. Bald. ad d. l. prædia, ueluti cum rem alteri pignori obligatam legat, quæ niſi ab hærede luatur, nullam legatario adfert utilitatẽ, d. l. ſi res, vel cum ſine facto & ſumptu hæredis omnir legatarij uſus tollitur & impeditur. l. 1. §. 5. ff. ſi uſufruct. petat.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſiaſtici catalogum omnium ſuorum bonorum quandoque Principi exhibent.*
2 *Eccleſiaſticis ad exhibendum bonorum catalogum dilatio an concedenda.*
3 *Amortizationis defectus a quocunque deferri poteſt.*

Qua ratione manus mortuus ad ab alienanda bona non amortizata cogi poſſit. Cap. XXXIII.

Franciſcus Mignon non obſcurus Galliæ pragmaticus, ad conſuet. Andegauen. tit. des ſeigneurs temporelz, articul. 37. eccleſiam, confraternitatem, aliamque manum mortuam, per Regem, Regiſque miniſtros, ac Præfectos, coram Senatu Regio, in ius uocari, cogique poſſe teſtatur, ut intra annum, aliave prędtituta tempora, pro cuiuſque regionis more ac lege, bona immobilia nõ amortizata abalienet, atque in manum laicam capacem trãſferat: alioqui niſi ad hoc condemnata, iuſſa faciat, ſolere Regem, uel tantiſper donec in ea contumacia perſiſtit, bona iſtiuſmodi adprehenſa ſuis commodis applicare, uel legitimis alijs, executionis modis iudicatum urgere. Idque & Io. Papo ad Burbon. conſuetud §. 25. & Guilel. Benedict. ad cap. Raynutius, ad uerb. & uxorem, deciſi. 5 nume. 5. & 6. & Pyrrhus ad conſuetud. Aurelia. titu. de laudim. §. 14. & Mod. ad conſuet. Pariſien. §. 41, num. 80. & 95. probant. Solet etiam, ſi conniuere Rex uelit, ad hoc eam compellere, vt pro re feudali, laicum aliquem, qui in manum, fidemque Regis conueniat, præſtandique ſeruitij capax ſit, ſubſtituat, atque exhibeat, Io. Faber ad l. quoties. C. de rei uendic. Pet. Rat. ad conſuet. Picto. tit. de diſtin. iuriſdict. art. 37. Pet. Iacobi in ſua praxi, tit. de cau. ex qui. vaſall. feu. amit. & in arbore ſucceſſ. feu.

Addit quoque in Speculo Princip. tit. des amortizat. c. ult. num. 16. Pet. Belluga, edicto publico Regem quandoque iubere, ut omnium bonorum ſuorum a multo tempore poſſeſſorum catalogum eccleſiaſtici omnes exhibeant, ut illius inſpectione, uel ea, quæ amortizata ſunt, agnoſcat, uel pro ijs, quæ amortizata non ſunt, ius ſuum exigat, quod ratione non caret. Nam cum facile alioqui lex fraudari poſſit: æquitas non patitur, ut vulgata iuris deciſio hic locum habeat, quæ generaliter conſtituit, neminem ad profeſſionem tituli ſui compelli poſſe, & nullam in ciuilibus cauſis inquiſitionẽ admitti, l. cogi. C. de petit. hæred. & ibi Caſtren. l. ult. C. de bõ. uacan. Ex quo dictus Mignon factum affirmat, ut Franciſcus Galliæ rex eius nominis primus, ingentem theſaurum ab eccleſijs in regno ſuo ſitis, anno 1522. congeſſerit atque collegerit.

Et quamuis Reb. ad ordin. Reg. tomo. 2. titu. de dilat. ann. art. 1. glo. 1. num. 39. & 40. referat ſe in libris cameræ rationũ Regiarum aliquando legiſſe, nullam ea in re procraſtinationem manui mortuæ eſſe concedendam: exiſtimo tamen ex varijs circunſtantijs quæ concurrere ſubinde poſſent, temperandum id moderandumque eſſe. Quid enim, ſi libri, rationes, ac regiſtra, ex quibus catalogus ille confici debet, metu hoſtium (ut nunc quotidie magis experimur, quã uelimus) alio translata fint? argu. cap. perſonas. de exceptio. quid ſi eccleſia manuſve mortua in perturbatione, & euerſione rei publicæ non niſi uiliſſimo pretio, magnoque ſuo malo, & incommodo diſtrahere cogeretur? argum. eorum quæ latè ad l. diffamari. C. de ingen. manumiſſ. obſeruat Blarerius. Neq; alio ſenſu accipiendum eſſe eenſeo, id quod ad. c. recolentes, in fi. extr. de ſtat. monacho. reſpondit Panor. fratres minores ſe rei immobilis ſibi legatæ emptorem non inueniant, eam retinere non poſſe, ſed eos aut cum alia eandem permutare, aut pauperibus largiri oportere. Ciuiliter enim uerba accipienda ſunt. l. ſi cui. ff. de ſeruitut. & nulla talis cõſtitutio tam præciſa eſt, quæ non honeſtam aliquam dilationem permittat. l. ſi debitori. ff. de iudic. l. continuus. ff. de uerbor. obl. eoque pertinet beati Theodoreti ſententia, ex fermone 2. cùm ait, legibus lege opus eſſe: quoniam & marini piſces qui in multa ſalſedine enutriti ſunt, ſale adhibito ad condiendum indigeant.

Ex ſimili æquitate, & Guliel. Bened. d. loco, & Papo. §. 479. obſeruatum aiunt, quòd cum res iſtiuſmodi immobiles per manuum mortuam diſtractæ ſunt, propinqui illius ex cuius manu, familiaque ueniunt, eius pretij quod ab alio acceptũ fotet, oblatione facta, extraneos emptores excludunt. Bald. ad l. 2. C. de cõ. rer. abal. Sed nos ea de re latius ante diximus.

Et

Digitized by Google

3 Et quoniam plerisque omnibus persuasum est, legē istam bono publico esse introductam, id quod etiam superioribus quæstionibus diffusius excussimus, consequens est quascunque personas ad omissę amortizationis delationem accusationemque admitti, l. 2. ff. ne quid in loco pub. Etenim in omnibus causis publico fauore existentibus, ueluti ad ius singulorum secundario quoque pertinentibus, receptum est, vt personæ alioquin inhabiles, minime repellantur. Rota decis. 159. glo. ad l. popularis, ad verb. non potest, ff. de popular. act. Aymo cons. 132. Hypolit. ad l. si quis. num. 131. ff. de quæst. Vant. de nullit. tiut. 14. Econtra vero si eo nomine manus mortua malo iure diffametur, vtique ex dispositione, d. l. diffamari, aduersus suos æmulos setueri potest, id quod eleganter de quocunque possessore, ad ca. si creditori, num. 17. extra, de vendit. & emptio. respondit Barbatius.

SVMMARIVM.

1 *Reditus an amortizari debeant.*
2 *Amortizatio an necessaria quando una ecclesia transfert in aliam.*
3 *Amortizationis ius an præscriptionem contra Principem admittat.*

In quibus rebus amortizatio necessaria non sit. Cap. XXXV.

Qui lege aut statuto prohibetur emere, obligatum habere non censetur per hoc prohibitus l. pater filium. §. fundum, & §. Iulianus. ff. de lega. 3. l. voluntas. C. de fideicomm. ideoque, ut ad titu. de pigno. cap. quæ res obligentur, nu. 5. leganter scribit Mudæus præceptor & collega meus multis nominibus mihi honorandus, noua Cęsaris constitutio, qua monasteria, & non interitura collegia, manusve mortuæ bona immobilia emere prohibentur: ad
1 reditus annuos, eorumque creationem, recognitionem, & super rebus immobilibus pignorantiam seu hypothecariā assignationem non extenditur, per quam neque dominium earum rerum quæ moram nectente debitore publica subhastatione auctioneque plus offerenti diuendi solent, in istiusmodi manus mortuas transit, Instit. quibus aliena, sic vel non, §. 1. neque causa quæ ei constitutioni originem dedit, aliqua ex parte offenditur. Quo modo & ij qui officij nomine in Prouincia degunt, cōparare quidē prædia non possunt l. qui officij. C. de contrah. emp. pignora tamen accipere vel hypothecas habere possunt. Nam si mutuare, quod palam est, possunt, quidni & securitatis causa de pignore aut hypotheca sibi prospicere? Et hoc quidem in reditibus redimibilibus indubitatum est, de quibus veluti non ad læsionem sed ad solatium ciuium pertinentibus, fiscus Regis excluditur, neque manum mortuam, ut eos extra potestatem suam ponat, adigere potest. M. §. 41. nu. 92. ad consuet. Parisien. par. 1. In ijs vero qui prorsus inredimibiles non sunt, & in quibus nulla spes fictuæ luitionis affulget contrario iure vtimur. Pet. Belluga. d. loco. §. nunc videamus, num. 11. & in his obseruari solet, quod non quidem dominus directus prædij feudalis, super quo assignati sunt, nisi tamen is fuerit Rex ipse, sed vasallus dominus vtilis cogit manum mortuā ad eorum reditium abalienationem, idem M. nume. 95. Idcoque nume. 96. de his censet M. qui tam graui pecunia comparati sunt, vt verisimile sit, vix vnquam eos redimi posse, eiusque sententiæ, § 27. tit. de citat. subseruiens huius oppidi consuetudo non alios manui mortuæ reditus permittit quàm qui nummo 18. aut leuiore comparantur, ne alioqui & fraus legi fiat. & in perpetuum illius patrimonium transire quodā modo videantur, arg l qui habebat, in princip. ff. d elegat. 3. Neque vero tamē omnino expedita hæc est sententia. Nam cum diutes debitores in eam luendi reditus difficultatem non incidant, pauperes ne leuiores quidem reditus facile redimant, utique si eam M. opinionem sequeris, uideretur ecclesiam manumque mortuam etiam redimibiles reditus Principe non consentiente, a tenuioris fortunę hominibus, a quibus luitionis spes fere est nulla, adquirere non posse, quæres ad eorum perniciem maxime spectat, & quidem potissimum eo tempore, quo, vt nunc fit, ij qui maxime laborant, subleuandæ indigentiæ suæ pecuniam aliquam sub reditu annuo inuenire neutiquam possunt, ita vt ad hunc articulum quod attinet noua aliqua constitutione Principis, nouoque temperamento qualitati temporis conueniente & idoneo opus esse existimem, cum satis sit sub reditu aliquo annuo redimibili, maiore aliqua pecuniæ quantitate accepta, res immobiles obligare, quàm leuissimo pretio, & ne cum dimidia quidem æstimatione contendendo prædia auita, florentesque possessiones uendere, & in perpetuum alienare.

His tamen idem M. tam §. 58. num. 71. par. 2. quàm de contra. usur. quæst. 41. numer. 313. addit, quod si ecclesia seu manus mortua, a Principe reditum istiusmodi redimibilem cō firmari, & amortizari petat, certe subquacunque uerborū forma id fiat, irredimibilem tamen non ideo facere, propterea q̄ ea Principis concessio, ad eius solius præiudicium pertinet, si forte in perpetuitatem irredimibilem debitor deinde consentiat, sed ad tollendum ius debitoris non citati, non auditi, non consentientis, nihil agit, etiam ex tacita & præsumpta Principis uoluntate, in dubio ius tertij tollere non præsumitur. l. 2. §. si quis a Principe. ff. ne quid in loco public. Econtra uero (inquit ille) si Princeps reditus irredimibiles redimi posse uelit, & hoc lege lata sancitat, ad reditus in pium usum relictos aut comparatos non extenditur, id quod uerum esse ex nostrorum Principum edictis perspici potest.

2 Secundo quoniam cessante causa legis & constitutionis, cessat lex & constitutio c. cum cessante, de appellatio. l. fi. C. de lon. temp. præscrip. quando una manus mortua rem aliquam immobilem alteri manui mortuæ uendit, tradit, aut donat, nulla amortizatione nullove Principis consensu est opus. M. d. loco, num. 96. in fin. & §. 13. glo. 13. nume. 4. Semel etenim præcessit amortizatio, & ex eiusmodi venditione, traditione, donatione, neque natura neque qualitas rei alienatæ aut personæ adquirentis demutatur: Reipublicæ autem & Principi præiudicium nullum fit, quantumque huic manui mortuæ accedit, tantundem & alteri decedit. Quod si tē amortizatam laico in feudum concedat vel in toto vel in parte, uel ad tempus, uel sub conditione; uel ut per confiscationem, alijsve modis reuersioni feudi de iure designatis ad eam redire possit, eodem iure utimur, scilicet ut nulla amortizatio desideretur, quando ea res neque priori amortizationis qualitatem amittit, neque veterem conditionem naturāve laicam proprie resumit, sed ab omni eiusmodi onere semel liberata, in eandem libertatis causam redire potest. Alio iure utimur si (vt idem ille ait) prælatus ecclesię ius cōfiscationis publicationisque habens, bona immobilia subditi sui delinquentis non in feudum prius ei concessa fisco suo addicat, aut solenni ritu res immobiles ecclesiæ in laicam aliquam personam legitime transtulerit. Vt enim priore casu absque Principis consensu ea retinere non potest, ne qua fraus nimirum legi fiat, sed distrahere compellitur, ita quoque posteriore casu, quia præcedens amortizatio illius voluntate semel extincta & resoluta fuit, absq; nouo consensu Principis coalescere atque reuiuiscere nequit, argu. l. propter, §. 1. ff. ad S. C. Syllian. & ibi Dd.

Tertio earum rerum immobilium, quæ ad dotandas, fundandas, reparandas, uel amplificandas ecclesias pertinent, amortizationem necessariam non esse, arg. l. placet, & ibi gl. ad verb. dedicata. C. de sacrosanct. eccle. & Guiliel. Benedic. d. loco nu. 33. & Io. Papo ad consuet. Bourbon. §. 479. traditerunt, eamque in rem varias Francorum Regum constitutiones extare asseruerunt. Sed in hoc nostro Belgio similes vidisse non memini, tametsi Principis nostri maiestas, cuius consensu ex constitutione Caroli V. Imperatoris postridie non. Nouemb. anni 1520. edita, neque monasteria, neque templa, neque sacella noua erigi possunt, in concedenda rerum huiusmodi piarum & ad diuinum cultum pertinentium amortizatione, pro sua clementia difficilem se præbere non solet. Tum uero quoniam ea cuiusque constitutionis conditio est & natura, ut futuris tantum det formam negotijs, ad præterita uero minime trahatur. l. leges. C. de legib. c. ut animarum, de constitut. lib. 6. recte quoque admonent illi leges amortizationis recenter latas ad turbandam præteriti temporis possessionem, nihil adferre.

3 Quarto pro varijs regionum moribus aut legibus res immobiles non amortizatæ uel longiore uel breuiore tempore aduersus Principem præscribi possunt. In plerisque locis 40. annis, ut Guiliel. Benedict. d. loco, num. 5. Franc. Mignon. d. loco art. 37. Ioa. Zanso. ad consuet. Turonen. de indemni. art. 1. Masuer. titu. de præscrip. §. item si ecclesia, & Papo d. §. 479. attestantur: In alijs 30. annis, Rebuff. d. tomo 2. tit. de lit. dilato. gl. 1. art. 1 num. 40. in alijs autem 60. annis. M. d. loco, num. 60. quibus si ecclesia seu manus mortua ea bona pacifice possedit, a fisco ad euacuandas manus compelli non potest, quanquam aut indemnitatem & iura soluere, aut eō nomine cum Principe componere teneatur. Porro ad ius commune quod attinet, erebriore sententia receptum est, quod licet ea quæ Principi in signum vniuersalis dominij, atque suprenæ potestatis, sunt reseruata, vllo tempore præscrib. nequeant, vt est prestatio census & tributi, l. comperit. C. de præscrip. 30. annor. Iason ad l. imperium. ff. de iurisdict. omn. iudic. tamen ea quæ ex speciali priuilegio & prerogatiua Principi ratione supremæ potestatis concedūtur, quod genus est amortizatio, immemoriali tempore præscribi possunt. c. super quibusdam. & ibi Dd. de verb. signifi. Franc. Balbus d. tit. de præscript. Franc. Mignon. cod. tit. art. 422. nu. 5.

tametsi

Digitized by Google

tametsi M.d. numer.60. & 61.etiam aduersus dispositionem istam iuris,præscriptionem istiusmodi ad ordinarias præscriptionis regulas moribus Gallicis renocatas esse asserat, nimirum respectu laicorum ad 30.annos,respectu uero ecclesiarum ad 40.& quidem potissimum non in detrimentũ supremi Principis,sed in præiudicium inferioris domini vasalli.

Quinto amortizatio,& licentia data ecclesiæ aut manui mortuæ,vt bona immobilia retinere possit,suis finibus cõstringi debet,non etiam eo extendi,ut in vim illius licentiæ & amortizationis alijs ab intestato succedere possit.Pet.Belluga.d.loco fol.82.nu.39.

Sextò in locatione temporis centum annorum,quæ ab aliquo ecclesiæ uel manui mortuæ sit, amortizatione consensuve Regis aut Principis opus non esse uideri posset, quia si quis rem aliquam alienare prohibitus fuerit,poterit eam ēt ad centum annos aut eo amplius elocare,gl.ad l.codicillis.§. instituto,ad verb.quam sequitur,Bald.nouell.in tract. de dote par.7.priuileg.1. quia finito tempore locationis omnino redit ad locatorem,& sic ad manum laicam & morientem, Imò uero non desinit res esse in manu laica & moriente, quandoquidem locator manet dominus directus.l.1.§.1.ff. si ager uectig.Sed in contrarium urget, quod locatio longi temporis,etiamsi expresse agatur quod nullum transferatur dominium uel ius in conducentem,suspecta est,& commoditas fructuum, quæ ad tale longum tempus in conducentem transit,pro uera habetur alienatione in materia prohibitiua ad euitandam fraudem.Bald.in authen.hoc ius, col.1.C.de sacrosan.eccle.Fabia.de mon.in rrac.de empt. quæst. princip.4.quæst.ult.M.d. §.41.quæst.8.nu.36.in fin. Didacus Couarruias pract.quæst.lib.2.cap.16.num.1. Tiraquel.de retract.§.1.gl.14.nu.84.cum sequen.soletque per Bart. & alios in d.§.instituto,sententia Accursij reprobari, maxime cum vtile dominium ex tali contractu transferri uideatur.l.1.ff. de superfic.Mihi quidem certe posterior sententia uidetur esse uerior,uidelicet,quod etsi amortizatio tali casu non sit necessaria,quia ecclesia seu manus mortua allegare non potest, se dominium illius rei locatę in perpetuum retinere velle,quandoquidem ipse tenor contractus resistit, quia tamen plenum est suspicionis huiusmodi contractus inire, & quia magna præsumptio hinc surgit, quod ad fraudandum Principem & constitutionem eius, talis locationis titulus quęritur & prætexitur, vt post centesimum annum, nulla amplius fiat eius rei inquisitio,omnino consensus Principis necessarius est,ne eam rem quam tali locationis titulo accepit,extra manum suam ponere cogatur.Mulitijs enim hominum obuiam eundum est.l.in fundo. ff.de rei uendic.ne quod vna via prohibitum est, nulla uia concessum esse uideatur.c.cum quid,de reg.iur.

SVMMARIVM.

1 *Principis constitutio an statutis locorum deroget.*
2 *Quid è conuerso.*

Constitutio Principis adquisitionem rerum immobilium non amortizatarum simpliciter prohibens, an statutis inferiorum aliter disponentibus deroget.
Cap. XXXVI.

Mod. loco proxime citato nu. 60.iuxta communem obseruationem totius regni Galliæ receptum esse ait,quòd tam feuda, quàm censualia prędia libere in ecclesiam vel simile corpus quoquo titulo transferri possunt,ab eoque adquiri & possideri,donec superior cõqueratur: quo casu non resoluitur aiienatio & adquisitio, sed duntaxat compellitur ecclesia extra manum suam ponere,nisi malit dominus iura sua siue æstimationem indemnitatis suę quam non cogitur inuitus recipere,habere. Atque hoc consuetudines huius oppidi Louanienses tit.de citat. §.27.sequutæ uidentur.Cum autem Caroli V. Imperatoris, Principis nostri constitutio,quæ posterior est,in uniuersum tales contractus,donationes,largitiones,legata, translationes: & transportus,declaret esse nullius, effectus, momenti & uigoris,quæstio oritur quid hic seruandum sit, Principis ne constitutio,an priuatæ cuiusque prouinciæ siue municipij statutum & consuetudo.

Ad quæstionem hoc modo responderi posset ꝙ licet constitutio aut lex noua priori contraria eam tollat, licet nulla
1 de priori mentio sit facta in eadem.§.sed naturalia.Instit. de iur.natu.gent.& ciuili.c.domino,& ibi glo.50.distin. tamen consuetudines & particularia locorum statuta præterius commune edita,per legem posteriorem nouam minime reuocata esse censentur, quia cum Princeps probabiliter ea ignoret,non præsumitur illis derogare voluisse, nisi quatenus hoc expresserit,ut est elegans text.in c.1.de constitut.in 6.quoniam quęlibet ciuitas potest ipsa sibi condere statuta & consuetudines,c.illa.12.distinct.c.certificari, extra de sepult.& dicuntur iura propria ciuitatis.§.quod vero. Institu. de iure nat.gent.& ciuili,quæ Princeps probabiliter ignorat nec tollere præsumitur id quod verisimiliter ignorat.l.mater.ff.de inoffic.testamen.qua de re ad d.c.1.latissime loquuti sumus. Et in simili uidemus quod si inferiores imponant
2 pœnam statuendo,quæ non fuit imposita in lege superioris, illa pœna ualet,glos.in Clemen.ne Romani.in uerbo, tollo de iureiur.quia per talem pœnam lex superioris non infringitur,sed magis præfulcitur & adiuuatur.l.cum in testamento.ff.de uerb.signifi.Cæterum quoniam constitutio Carolina omnibus Prefectis,moderatoribus,Scabinis & Magistratibus sub graui pœna præcipit,aliud ne faciant,siue fieri permittant,probabiliter dici posse censeam,quod tacite saltem omnibus istiusmodi statutis inferiorum derogauit,maxime propter adiectam clausulam certæ scientię,qua usus fuit in eadem sua constitutione: quam cum non ad priuatam cuiusque supplicantis utilitatem,sed ad commodum publicũ additur,uim derogationis habere annotat Ioan.Crotus. Et hęc de amortizatione sufficiant.Deo sit laus & gloria,cuius ope,huic Opusculo nostro, Anno 1581. mense Septembri supremam manum imposuimus.

CASVS IN QVIBVS POENA MORtis specifice a lege est imposita dom. Guilielmi Bont.

SVMMARIVM.

1 *Lapidans Christianum in Christi contemptum est morte puniendus.Virginem rapiens,idolis sacrificans, officia turbans diuina,contra naturam luxurians,scienter rebaptizans,& qui in lapide humi crucem sculpit, morti debent tradi.*
2 *Muricem emens,& purpuram tingens,muros uiolans ciuitatis, & proditor principis puniuntur pœna mortis.Parricida,homicida,pacis uiolator,seditiosus,domini proditor,dominam adulteraus, adulter, condemnandum emittens morte plectendi sunt.*
3 *Carcerem priuatum tenens, furcas erigens,commilitonem feriens in præpositum domini,uel capitanei manum inferens, iudex pecuniam publicam subtrahens, & in bello fugiens morti addicuntur. Sacrilegus, depredator,monetæ falsificator,bruto subiecta, & incendiarius est morte puniendus.*
4 *Hostes adieris seditioni fauens, patriam prodens, uiarum aggressor, fur famosus,& pupillæ corruptor morti traduntur.Manus inferens,turbator pacis,hostibus arma præbens,leno, homines castrans, carcerem frangens,& capitium dimittens plectuntur.*
5 *Prægnantem necans,cædis auctor,malandrinorum receptator.debilitatum fingens,iudex matremfamilias in publicum uocans, & ripas destruens,ac scribens falsum immunitatis instrumentum morti subduntur.*

1 LApidans Christianum odio nominis Christi.l.1.C.d Iudæis.† Qui virginem rapit. l.1. C.de raptu uirginum. Qui idolis sacrificat. C. de sarac.leg.1. Qui officia diuina turbat.l.si quis in hoc genus. C.de episc.& cler. Qui contra naturam luxuriatur.l.cum vir.C.ad l.Iul.de adulteris. Qui scienter se rebaptizauit.C.ne sanctum bapti.rei.l.2. Qui in filice signum
2 crucis humi sculpit.l.1.C.ne liceat signũ salua.&c.† Qui emit muricem,& tingit purpuram.C. quæ res vendi non possunt. l.1. Qui muros ciuitatis uiolat.l.fi.C.de rerum diui. Proditor principis l.quisque.C.ad l.Iul.de adult. Parricida.l.1. C. de his qui parentes occi.Homicida occidi debet. l.3.de episc.aud.& apocal.13.c. Frangens pacem iuramento firmatam. c.1.§.si quis de pace iur.firm.Concitantes populum dicendo uiuat, vel moriatur.l.1.C.de sedi.Si seruus dominum prodit.l.capitalium.§.igni. ff. de pœn. Seruus dominam vitians.l.1.C.de mulie.quæ se proprijs seruis suppo. Adulter.l.quamuis adul. C.ad l.Iul.de adult.Commentariensis qui reum mortis emi
3 sit.l.ad commentariensem.C.de cust.reo. † Faciens priuatũ carcerẽ.l.1.C.de priua.Erigens furcas propria auctoritate.l.3. §.fi.ff.ad l.Iul.maiest.Miles socium commilitonem feriens.l. omne delictum.§.si quis. ff.de re mil. Quia in præpositum domini,vel capitaneum manus intulit. d.l. omne.§.qui manus.Iudex qui pecuniam publicam subtraxit. inst. de publ. iud.§.si lex.Miles qui fugit in bello integra acie. d.l.omnes.§. qui in acie.Qui maius sacrilegium facit.l.sacril.ff.ad l.Iul.pec. Si actor,castaldio, vel procurator,subiectum depredauit.l.

vniuersi.

Digitized by Google

vniuerſi.C.ubi cauſæ fiſcales. Qui monetam falſificauit.l.fin. C.de falſa mon. Mulier quæ ſe ānimali bruto ſubiecit.l.mulier.15.quæſt.1.Qui incendium facit.l. qui ædes.ff. de incendio ruina,& naufr.† Confugiens ad hoſtes.l. ſi quis aliquid ff.de pœnis. Fautores ſeditionis l.fautores,eod.titu.Patriæ proditor.C.de abolit.l. fallaciter. Latro in itinere, uel nemore depredans.leg.capitalium. §. graſſatores.ff. de pœn. Fur famoſus ead.l.§.famoſos. Tutor corrumpens pupillam. l.1.C.ſi tutor eam,&c.Qui manus in ſe infert.l. ſi quis aliqd. ff. de pœnis.miles turbator pacis.l.fi.ff. de re mil. Qui fulſit adhoſtes,& eis uēdit arma.Tenēs puellam in lupanari in auct.en.de lenoni.coll.6.Homines caſtrans.l.j.C.de eunuch.Qui effracto carcere fugit.l.1.de effract. carcerum. ff. Miles cuſtos qui captiuum dimiſit.l.ſi quis aliquid.§.miles.ff.de pœn.
5 † Qui prægnantem necat.l.ſi quis aliquid.§.abortionis. ff.de pœn. Auctor aggreſſurę, & uiolentiæ ubi cedes facta eſt.l. quoniam.C.ad l.iul.de ui publ. Recipiens malandrinos, eo. tit.l.1.Miles qui ne pugnet debilem ſe fingit. d. l. omne delictum.§.continuum. Iudex matremfamilias in publicū vocans.C.de off.diuer.iud.l.1.Qui ripas deſtruit. C. de nili agg. non rumpen.l.1.Scribens falſum immunitatis inſtrumentū. l.1.C.de immun.ne.conce.lib.10.

TRACTATVS

CONTINENS CASVS IN QVIBVS

Iudex ſæcularis poteſt manus in perſonas clericorum, ſine metu excommunicationis imponere, excellentiſsimi doctoris D. Bernardi Laurentij primi præſidentis Tholoſæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictiones diſtincta debent eſſe. Iuriſdictio eccleſiaſtica temporali maior cenſetur.*
2 *Leges ſacros canones imitari non pudet. Iuriſdictio una aliis non debet eſſe impedimento.*
3 *Laici in clericos nullum iuriſdictionis actum exercere poſſunt.*
4 *Laicus in clericum iuriſdictionem habet in cauſa reconuentionis, & feudali.*
5 *Clerici a Laicorum poteſtate exempti ſunt ſummi dei autoritate.*
6 *Iudices ſeculares nullam in clericos iuriſdictionem exercere poſſunt.*
7 *Percutiens clericum in ſeptē caſibus excommunicationem non incurrit.*
8 *Iudex ſecularis ſex caſibus clericum coercere poteſt.*
9 *Clericus per iudicem ſecularem puniri poteſt ſi ſæuis, & enormibus ſe immiſcuerit.*
10 *Clericum militarem habitum gerentem percutiens non efficitur excommunicatus.*
11 *Clericus uitam turpem ducens trina per annum facta monitione omni priuilegio clericali ſpoliatur.*
12 *Cardinales ad celebrandam romani epiſcopi electionem poſſunt includi per dominos temporales.*
13 *Curialis effectus clericus per ſecularem iudicem ad curiam reuocari pōt.*
14 *Clericus attentans aliquid in iuriſdictionis temporalis præiudicium poteſt per iudicem ſecularem coerceri.*
15 *Iuriſdictio eccleſiaſtica iuſte defendi debet, non tamen iniuſte.*
16 *Executio mulctæ pecuniariæ non contra perſonam clerici aut in bonis eccleſiaſticis fieri debet ſed in bonis ſuis temporalibus.*
17 *Iudex ſecularis de poſſeſſorio cauſæ ſeu rei eccleſiaſticæ poteſt cognoſcere.*
18 *Epiſcopi olim territorio carentes ſuas non exequebantur ſententias.*
19 *Iudex ſecularis ſex caſibus clericum capere, & carceri mancipare poteſt.*
20 *Iudex ſecularis clericum in flagranti crimine comprehenſum per 20. horas detinere poteſt.*
21 *Creditor poteſt debitorem clericum de fuga ſuſpectum capere.*
22 *Verbum dei non debet adulterari nec de deo eſt aliquid falſi etiam in eius laudem aſtruendum, quod plerique faciunt, mandata ipſius negligentes, ut ſuas ſtabiliant adinuentiones.*

QVoniam frequenter intueor modernis temporibus clericos capi diſtringi, & plerunque iudicari a temporalibus iudicibus ſiue magiſtratibus, igitur uigilanti ſtudio inueſtigare curaui totis pro uiribus an, & quando hoc ſit eis licitum, ſcilicet laicis imponere manus in perſonas clericorum ſine metu excommunicationis atque offenſa diuini iudicij.

Primitus eſt præſupponendum ꝙ iuriſdictiones ſunt diſtincte, in aut.quo.opor.epi.& cle.colla.1. circa prin. iuncto. c.nouit.de iudi.extra cum concordan. Iuriſdictio tamen ee cleſiaſtica maior eſt,& excellentior temporali in cap. ſolite.
2 de maio.& obe.† Ideo dicit imperator, quod leges non dignantur ſacros canones imitari, in auth. ut cle. apud propri.epi §.pen.coll.6.iuncto.c.clerici.de iud & c. cum ſecūdū. de ſecund. nup. Qua de re una iuriſdictio non debet aliam impedire, ut d.c.nouit.de iudi.iuncta.l conſulta diualia.C de teſta. immo potius una aliam iuuare debet, ut 24.q.2.dominus iūcta l.fi.circa prin.de re.mili.lib.12.C. Et ibi de hoc per Lucam de Pen.de quo etiam egregie loquitur Guil de mōte Lauduno in c.1.circa fi.de foro compe. in cle. & eſt text.
3 in c.1.de offi.ordin.† Vnde hæc eſt regula ꝙ laici in clericos nullam habent iuriſdictionem, nec in criminalibus. ut in ca. at ſi clerici .& in c.cum non ab homine.extra de iudi.& in c. 1.& 2.11.q.1.cum concor. Nec etiam in cauſa pecuniaria ex criminali deſcendente, ut no. Io.32.diſt.c.ad hęc. & in capit. Adrianus 62.diſt. Item Bernard.& Hoſt.in c.decernimus.de iud.& in c.2.de foro compe.& ibidem hoc tenet Io. Andr. idem no.in c.1.de cler.coniu lib.6. Nec in cauſa mere ciuili in c.non liceat.3.q.6.& eſt hoc expeditum in c.1.& 2.11.q. 1.& in c.qualiter & quando,de iud.quod tenent Hoſt.& Io. And.in c.cle.de iudi.de quo etiam in c.quod clericis. *de for.* compe.& in c.verum,eo.tit.per Io.And.Ita etiam *no. Hug.* 11.q.1.c.clericum,& in c.allegatum unico,de cleri.coniuga *lib 6,* facit optime.c.ſeculares,de fo.compe lib.6.cum concor.ibi
4 ſignatis,vbi eſt hodie declaratum.† In hoc tamen vltimo membro dicunt noſtri maiores excipi duos caſus.

Primus caſus eſt in cauſa reconuentionis.

Secundus caſus eſt in cauſa feudali,licet de hoc ſint opiniones contrarię: tamen Inno hoc tenet in c.verum,de fo. cōp. dicens quòd ſi in cauſa feudali dominus clericum uaſallum diſtringat vel aliàs repellat non incidit in canonē &c.de quo pleneo diſputat Henric.bohic.in c.all.at ſi clerici,de iud.hæc tamen iura prædicta ſunt familiaria,vnde probatio eſt familiaris,vt dicit Io.in c.pater.11.q.3. quando unus papa alium papam inducit in teſtē,vt recitat Io.c. Romani principes.de iureiur.in cle.ſuper verbo Bonifacius,hoc tamen non obſtā te nullus fidelis abnegare debet iſtorum iurium, & ſimiliū autoritatem,abſit enim dicere vt ſcriptura mentiatur. 14.q. 5.quid ergo. Præterea prędicta approbantur non ſolum autoribus iuris canonici,imo & autoribus iuris diuini,& ēt
5 ciuilis,† quoniam clerici ſunt exempti a poteſtate laicorum autoritate ſummi dei omnium rerum conditoris,prout legitur in c.cum ad uerum & c.duo ſunt, & c.imperator 96. diſt.ſecundum Guil.de Monte Iau.in c.1.de offic.ord. in cle. de quo plene per Inn.in c.ſi quis,de maio.& obe. Et plenius per ipſum in c.licet,de foro comp.ubi plene ipſe Inno. diſſerit de iuriſdictione eccleſiaſtica, & de illius origine & progreſſu. De liberalibus vero & priuilegijs a deo & a principibus conceſſis ipſi eccleſiæ & perſonis & bonis clericorum eleganter ponit Inno.in c.nouerit,de ſenten.excommu. extra,ubi de hoc remitto cauſa breuitatis. Vnde veritas teſtatur ſacri eloquij dicens,Nolite tangere Chriſtos meos: & in prophetis meis nolite malignari. Vlterius prædicta compro bantur autoritate iuris ciuilis,in authen.ſtatuimus.C.de epi
6 ſc.& cleric.ubi ad literam patet † ꝙ iudices temporales nullam habent iuriſdictionem nec in criminalibus nec in ciuilibus in perſonis clericorum. Per quam autoritatem dicunt ibi doctores,& præcipue Bal. ꝙ omnia alia iura ciuilia quæ dicebant laicos habere aliquam iuriſdictionem in clericos ſunt correcta per illam auth.vtl.nullum. C.de teſt. & l.abditos.C.de epiſco.audi.cum ſimi.tractant Hoſtien.& Io.And. in c.verum,de fo.comp.Omnis tamen diffinitio in iure periculoſa eſt,parum eſt enim quin ſubuerti poſſit.l.omnis diffinitio.ff.de reg.iur. Ideo libet caſus ꝓ prędictos exceptos hic enumerare. Ea de re ſubijciam ſeptem caſus in quibus verberans clericum non incidit in ſententiam excommunicationis. Ex ſex in quibus clerici diſtinguntur per ſeculares iudices. Et alios ſex in quibus laici capiunt clericos abſque metu excommunicationis. Quos caſus recollegi ex uarijs paſſi
7 bus iuris & diuerſorum doctorum concluſionibus. † Sunt igitur ſeptem caſus in quibus percutiendo clericum non incidit in ſententiam excommunicationis quos enumerat. Inno.in c.non dubium,de ſent.excommu. Primus eſt cum bono zelo cauſa correctionis quis clericum verberat,ut pater,mater,magiſter: & prælatus,vt in c.1.de ſent. excommu. Et ibi de hoc per Henri.bohic. Secundus eſt ſi cum iocoſa leuitate,vt in c.1.ibi per Hen.in 2.di. Tertius cum quis inuenerit clericum turpiter agentem cum vxore, ſorore, & matre, de quo in c.ſi uero,de ſenten.excommu.in 2.di. Henr. Quartus ſi vim vi repellat,vt in d.c.ſi vero,& ibi de hoc per Hen. in 1.diſt. Quintus ſi ignorauit cum eſſe clericum in c.ſi vero 2 & ibi de hoc per Hen.in 1.diſt. Sextus ſi inuenerit clericū apaſtotam.ſnon deferendo habitum & tonſuram clericalē poſt trinam monitionem, vel ſi ſęuis & enormibus ſe immiſceat

Digitized by Google

sceat sine habitu,& tonsura clericalibus,sine monitione, de quo tamen latius inferius dicam.

Septimus,& ultimus cū clericus se prorsus trāsfert ad actus cōtrarios clericatui,vt qa efficit miles se immiscēdo sęuis & enormib.vt quia bigamus efficit. Et ēt de his dicam in seq.

8 Præterea,† & secundo reperio sex casus in quib. iudex tpalis coercere pōt clericum. Primus est qn̄ clericus incorrigibilis est, & est degradarus, & traditus brachio seculari in c. cum non ab hoīe.cū concor.suis.de iu.Et intelligo, ꝙ sit degradatus iuxta formam.c.degradato.de pęn.lib.6. Casus aūt in quib.clericus tradit brachio seculari enumerant̄ per gl. in c.ad abolendam.extra de hære. Secundus casus est ubicunq; ecclesiastica ptās deficit,iuxta ea, quæ notant̄ in c. princeps. 33.q. 5.in c.filijs.16.q. 7. ubi dicit tex. ꝙ metropolitano dissipante bona ecclesiæ adeat̄ regia dignitas. & ibidē p gl. vide ēt per Luc.de pēn. in l.si coloni.C.de agricul.& censi.lib.11. Tertius qn̄ per ecclesiam inuocatur brachiū seculare in c.1.

9 cum ibi no.de off.ord † Quartus ubicunq; clericus se immiscet sęuis,& enormib.in c.ex parte.3.de priuil. iuncto.c. perpēdimus.& c.cū non ab hoīe de sen.excō.ubi de hoc de quo latissime per Hen.in c.vt fame.de sen. excō. & in c. ex lr̄is.in 3.dist.extra de ui & hone.cler.ubi inter cetera legit̄, ꝙ si clericus facit contra statutum clericale assumendo militiā,immiscendo se senis,& turpib.vel apostatando ab ordine clericali,pariter enormia cōmittendo siue laicali monitione exuit̄ oī priuilegio clericali.hoc idem tenet Inn.in c. in audiētiā.de

10 sen.excō.qui tex. dicit † ꝙ clericus assumens habitū militarē si tertio monitus non desistat,si capit̄ seu percutrit̄,p tales laicos nō sunt tales laici excōicati.Inn. tn̄ supplet sūper uerbo, moniti,subaudi maxime. Et nota,ꝙ ille text.non dicit,ꝙ se sęuis,& enormib.immisceat,sed solū ꝙ habitum militare assumpserit.Sed in c.1.de apostata.Inn.dicit ꝙ ad hoc, ꝙ perdat priuilegiū clericale duo requirunt̄.s. ꝙ se trāsferat ad habitū

11 militarē,& ꝙ sęua,& enormia cōmittat. † Si aūt clericus vitā turpē ducat,vt quia est publicus ioculator, bufto seu goliardus:tunc siue sit in sacris,siue non, post annum ipso iure, vel ēt intra annum trina tn̄ monitione præcedēte, perpetuo exuitur oī priuilegio clericali.in c.unico.de ui.& hone.cle.li.6.

Si uero aliàs turpē clericus exerceat vitā, vt carnificum, macellariorū vel tabernariorum personaliter, tn̄ post trinā monitionē post terminū cōpetentem arbitrio monētis præfixum,si sit coniugatus oīno,si non sit coniugatus in reb. Et tunc si oīno incedat in habitu laicali ēt in persona priuilegiū clericale quādiu in præmissis insistit amittit, vt in clem. 1.de

12 ui.& hon.cler.in cle.† Quintus est casu.c.ubi maius periculū. de ele.lib.6.iuncto.c.ne Romani.eo.tit.in cle ubi dñi tpales possunt de facto includere dños cardinales ad celebrandam electionē summi Pontifi.Sed quia hoc faciunt dñi tpales ex commissione vel concessione summi Pont. a quo in hoc casu p̄dictis dñis tpalibus attribuitur talis ptās,dico ꝙ laicus ex cōmissione vel delegatione p̄p̄ pōt clericos nō solū ciuiliter quinimo criminaliter coercere fm Io.qui hoc notat. 32.dis. c.ad hæc.& in c.Adria.63. Idem tenet Hen.bohic.post Bern. Host.Inn.& Ioā.And c.alle.at si clerici.de iud. Et per hoc vt opinor excusant̄ officiarij nr̄i regis Francorū, qui rex in his multa habet priuilegia apostolica, & plures præeminentias adeo, ꝙ officiarij sui capiunt clericos, & detinent sine metu excōicationis,sed eos corporaliter non puniunt,sed bene pe

13 cunialiter in casib.priuilegiatis,vt inf. dicet. † Sextus,& vltimus casus est in l.si quis curialis.de epi & cle. C. ubi curialis, si clericetur pōt per tpalem iudicem ēt per manuū iniectionem,ad curiam reuocari.& uide ibi Bal. Et pōt huius esse rō: qa ubi aliqua sunt in cognitione,& iurisdōne, ex natura eāę iudicij tpalis,pōt cognitio seu iurisdictio, exerceri, per tpalem iudicem in clericum vt in c. uerum. de foro compe.& in c.ex transmissa.eo.ti.quæ loquunt̄ in feudo.& in c.cęterū, de iud. Vnde si clericus resistat:tunc a iudice seculari pōt de facto repelli, & eius p̄sona pōt de facto a feudo exui sine metu excōicationis secūdum Inn.in c.uerū.& ex hoc quotidie practicamus,ꝙ in causis, quæ pertinent tpalibus de iure vel ex priuilegio, vt in casib. quos dicimus priuilegiatos in hoc

14 regno † uel qn̄ clerici aliquid attentant in præiudicium tpalis iurisdictionis,profecto, tpales possunt coercere clericos resistentes,& merito: quia quilibet pōt tueri suam iurisdictionem ēt pęnali iudicio,ut in l.unica.in prin.ff.si quis ius di. nō obtemper.& no Inn.in c.1.de off.delega. quo casu iudex pōt ēt non subditos coercere,iuxta c.Romana.de pę.lib.6.& no. plene Inn.in d.c.1.de offi. dele. Et ob id iudices tpales in dictis casib.clericos mulctant,nec pp hoc puto eos incidere in sn̄iam excōicationis nec facere contra libertatem ecclesiasticam,quæ licet sit fouenda,& amplianda,non tn̄,ꝙ alijs ius suū auferat.ar.c.ex tenore.de fo.cōpe.non enim debet apponi laqueus fauore ecclesiarū, vt in c.mulieri.de iureiurā.&

15 ibi sunt concordan † iurisdictio.n.ecclesiæ semper tueri debet. ob dei reuerentiam,scilicet iuste ,sed nullatenus iniuste vt dī de cā pupillari.in l.quoties.§ nec utiq;.ff.de admi.tu.Et quibus opinor,ꝙ iudices seculares contra personas ecclesiasticas iurisdōnem exercentes debito mō utique non excedunt Et maxime,quia hoc faciunt ex priuilegio iuris vel p̄p̄ aut saltem ipso papa sciente, & tolerane, ad ꝙ bene faciunt no.in c.qm̄.de ui.& ho.cle.per Inn.in c.j.de treu.& pa.& uide

16 quæ posui ibidē satis larè post Inno.† Verum est tn̄ pro tunc executio hmōi mulctæ pecuniariæ non fiet contra personā clerici nec in bonis ecclesiasticis,quia non subijciuntur iudici tpali,sed benefiet executio in bonis eorum tpalib. immobilibus tn̄,cum mobilia sequantur personam iuxta.l.si captiuis.§.expulsus.ff.de capti.& postli.reuer.& no.Dyn.in l.ēt.§. patronus.ff.de bo.libe.& plene Old.de ponte de Laud. cons. 59.& consi.17.Fiet igit̄ executio in bonis immobilib. seu in rerum tpalitate si quā habeant,cum talia bona tpalia subijciuntur iurisdōni regum,& aliorū tpalium dn̄orum,ut in c.

17 quo iure.8.dist.& ita seruamus.† Præterea iudices tpales in regno Francię cognoscunt de possessorio cāæ seu rei ecclesiasticæ:quia possessoriū rei ecclesiasticæ seu beneficialis est qd tpale,& non spūale:sed Inn.fm in c.cū dilecti.de ele.licet quidam in hoc contra.Sed Bernar.vī hoc astruere,in c.lr̄as. de iura.calū.quia possessio habet plurimū facti. & p̄pea de ea pōt iudex tpalis cognoscere ēt in rebus spūalib.seu ecclesiasticis secundum Bar.in l.pōt pupillus.ff.de auto. tut. & in l. Titia.ff.so.matr.& melius in l.quoties.de iudi.C. & Io.An.in c.tuam.extra de ord.cogn.& Pan de Lea.in c.1.de usu.in cle. qui dicunt, ꝙ qn̄ agitur de qōne facti incidentis in materia

18 ecclesiastica iudex tpalis cognoscere pōt.† Vnde secundum iura antiqua ep̄i non habebant territorium. & ideo non exequebantur sn̄ias suas. Sed iudices tpales suas exequebantur secundum Cy.& Bal.in l.ep̄i.C.de epis.aud. Et p̄pea licet cognitio dotis pertineat ad ecclesiam ut in c.1. & 2.de don.inter uir.& uxo.tn̄ inquantum requiritur in ea executio facti illa fiet per iudicem secularem.& non per ecclesiasticum secundum Inn.in c.significasti.de off. dele.secundum unū intellectum, & ex hoc dicemus inuentaria honorum tpalium clericorum debere fieri p̄ iudices tpales, quia illa subijciunt̄ temporalibus,ut in c.quo iure.8.dist. superius alle.

19 Postremo reperio alios sex † casus in quibus iudex tpalis sine metu excōicationis pōt capere clericū, & incarcerare.

Primus est in casibus prædictis in quibus pōt fieri punitio seu coertio personæ:quia cui licet, quòd est maius &c.

Secundus de mandato iudicis ecclesiastici ipsorum male factorum ad fines remittendi,in c uniuersalitatis. & c. vt famæ.de sen.exc.& ita tenent Arch.& Io. And.in c. si clericos. eo.ti.lib.6.

Tertius qn̄ iudex laicus videt clericum ad alterius iniuriā præparatū,& non adest prelatus suus, si ipsum clericū aliàs compescere non pōt,nam tunc pōt eum sine metu excōicationis ligare,vel incarcerare secundum Inn.qui hoc no in c. si uero.de sen.excom.quem sequitur Lu.de Pęn. in l.generali.de decu.lib.10.C.

20 Quartus † qn̄ iudex secularis reperit clericū in crimine flagranti,quem pōt per.20.horas detinere fm Ber. & Ioā.And. Host.tn̄ contra in c.ut famæ.de sen.excō.& Gan. & Guil.de monte Laud.in c.1.de off.ord.in clem. Quos sequitur Hen. bohic in c.cum non ab homine,de iud.Archi.tamen in ca. presbyteri.81.dist.Luc.de Pēna,post eum in d.l.generali,sequitur opinionē primā quæ uidetur esse cōsuetudine approbata.Quintus casus est qn̄ maritus inuenit clericū adulterantem cum uxore sua secundū Host.& Pet. Bohic.in d.c. si vero,de sent.excō.Cui aūt pertinet vel incūbit probatio clericatus,& corā quo hodie declarat̄ in c.si iud.laicus.d̄ sen.exc.

21 li.6. Sextus,& vlt.casus est vbi timetur de fuga debitoris ēt clerici,qn̄ creditor pōt tunc talem debitorem capere iuxta terminos l.ait prætor.§.si debitorem.ff.quæ in frau.cre. aliē. sunt,ut rest.& hoc absq; metu excōm.ut singulariter ponit Io.An.ī nouella,& Inn.ī c.vt famæ.de sen.exc.Et ibi de hoc. Hæc uero citra præiud.potestatis,iurisdict.& libertatis eccl. perstrinxisse sufficiat,quib. nullatenus derogare intēdo,sed solū pro tuenda veritate iustitiæ p̄dicta gratificare p̄sumpsi.

22 Non.n.debemus esse adulterantes verbū dei vetāte Apost. 2.ad Corint.in c.2.Vnde non solum de ecclesia,sed etiam de deo ualde perhorrendum est aliquid falsi astruere etiam si ad eius laudem uideatur pertinere,vt scribit magister sentē. & ad Corin. cap. 15.subiungens quòd non minori, sed maiori fortassis scelere si in deo laudatur falsitas qua uitupe-ratur ueritas,quòd est tenaci animo commendandum, & perpetuo menti tenendum.Omnia tamen submittendo correctioni,& determinationi sanctæ matris ecclesiæ. Nam sicut errare uel minus sapere communis est infirmitas. Sic & in errore persistere præcipuum est horrendæ iniquitatis. Deo gratias.

Bernardus Laurenti utriusque iuris doctor.

Digitized by Google

Stephani Aufrerij, De poteſt. ſec. ſuper eccl.

TRACTATVS CELEBRIS DE POTESTATE

ſecularium ſuper eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis, excellentis doctoris dom. Stephani Aufrerij Tholoſani.

SVMMARIVM.

1 *Imperator non debet pontificatus iura arripere, nec econuerſo pontifex imperatoris nomen uſurpare.*
2 *Spiritualis actio carnalibus diſtare debet incurſibus, & deo militans non debet ſe negotijs ſecularibus implicare.*
3 *Laicis etiam religioſis nulla ſuper eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis dicitur attributa facultas.*
4 *Rex Franciæ iuriſdictionem eccleſiæ non debet impedire.*
5 *Superna poteſtas, quam habitu Papa cenſetur habere, ad quid ualeat.*
6 *Papa poteſt etiam, inter laicos intromittere ſe arduis negotijs maximiſque difficultatibus ſcandalum generantibus.*
7 *Priuilegium immunitatis perſonæ clericorum, quo iure cenſeatur.*

Introductio.

1 Ametſi pontificatus iura non deberet imperator arripere neque pontifex imperatoris nomen uſurpare beato Cypria. ſic dicente: Idem mediator Dei, & hominum Chriſtus Ieſus ſic actib. proprijs, & dignitatib diſtinctis: officia ptātis vtriuſque diſcreuit uolens medicinali humilitate hoīum corda ſurſum efferri, non humana ſuperbia rurſus in inferiora demergi.

2 Vt ēt imperatores Chriſtiani pro æterna vita pontificib. indigerent, & pontifices pro curſu temporalium tātummodo rerum imperialibus legibus vterentur, quatenus ſpiritualibus actio a carnalibus diſtaret incurſibus, & Deo militans minime ſe negotijs ſecularibus implicaret: ac viciſſim ne rebus ille diuinis preſidere videretur: qui ſecularibus negotijs eſſet implicatus.

3 Proinde laicis etiam religioſis ſuper eccleſijs, & perſonis eccleſiaſticis nulla ſit attributa facultas, quos obſequendi manet neceſſitas non autoritas imperandi.

4 Vnde Celeſtinus tertius eius in epiſtola decretali, nō abs re proteſtatur ſuæ intentionis non eſſe regis Francorum iuriſdictionem perturbare vel minuere, cū rex ipſe iuriſdictionem eccleſiæ nec vellet neque deberet impedire. Nam ſi regum ipſorum glorioſiſſima geſta mente reuoluamus, non modo uniuerſalis eccleſiæ iura uiolare, aut quoquomodo perturbare ſemper abſtinuerunt: Quinimmo aduerſus iuriū eorundem inuaſores innumeros duxerunt exercitus. Et ex præſenti Franciæ regno per regidas alpes magnis periculis, & laboribus tranſeuntes duriſſima longiſſimaque bella geſſerunt. Quod factum eſt vt Francorum domus pro ſingulari laude, inter oēs fideles Chriſtianiſſima nuncupetur.

Nihilominus a tpe quo munus officialis Tholoſani gerere cepi, ſpūales officiales atque tpales in pleriſque caſibus uidi frequenter vtrūque ſeſe moleſtare. Nobis dicentibus eccleſiaſticam iuriſdictionem immunitatem, & libertatem per ante dictos ſeculares indies opprimi, ledi, turbari, & multifariam vſuperari. illis aūt in grande temporalis regaliſque iuriſdictionis præiudicium grauamina nouitates & uſurpationes complures per nos fieri, & attentari quærentib. Hinc ipſe prouocatus Anno dom. 1486. Nouembr. pe. luce. cle. vt clericorum. de off. ord. in cle. publice reperendo. Caſus non nullos in quibus iudex ſecularis de clericis cæteriſque perſonis eccleſiaſticis, ac eorum cauſis, rebus, & negotijs cognoſcere nec non iudicare aut aliàs illis ſe immiſcere de iure poſſit ac a diuerſo iudex eccleſiaſticus, de laicorum perſonis eorumque cauſis, aut negotijs cognitionem, atq; diffinitionem ſibi poterat vendicare, aut pariter illis ſe immiſcere in medium tunc adductos, cum aliquibus cōcluſionibus ibidem publice diſputatis ſub hmōi breui compendio colligere decreui. Verum, quia nil tam perfectum in humanis adinuentionibus reperitur, ꝙ ex aliqua ſui parte defectum aliquem non patiatur. Si quid in eo minus bene poſitum ſuperfluūque uel diminutum inueniatur, id ſcientiæ defectui non erubeſcam imputare. hinc noſtrę lucubratiūculæ lectores poſtpoſita corrigere, & emendare non dedignentur, imperfectū quoq; ſcientiæ ſuppleat perfectio charitatis eorundem.

Præterea intentionis noſtræ nequaquam exiſtit iuriſdōni, conſuetudinibus, priuilegijs aut libertatibus ſanctæ matris eccleſiæ, uel regiæ maieſtatis, in aliquo detrahere uel derogare, determinationi ſedis Apoſtolicę me ſemp ſubmittēdo.

Prima concluſio, fuit talis, quamuis eccleſiaſticæ, & ſeculares iuriſdictiones, ſint diſtinctæ, ueruntamen Papæ iuriſdictio imperatoris cenſetur manere.

Secunda concluſio. Et ſi papa gladij temporalis exercitiū, non habeat apud eum: tamen ſuprema cēſetur poteſtas. Huiuſmodi concluſionum probationes, & improbationes ac improbationum ſaluationes, in præſentiarū breuitatis gratia prætermittere conſtitui, quandoquidem iſta latius deſcripſerim in alle. repeti. 1. & 2. q. princip. De quibus etiam plenius per Ant. floren. in 2. par. 3. part. tit. 23. Fran. Paui. in extra uag. unam ſanctam. Card. S. Sixti in tract. de papa. q. 64. Petr. de monte in ſua monarch. in 3. lib. incipiente, expeditis his. Ant. in repetitione. c. per uenerabilem. qui fi. ſint le. 10. colu. Oldr. conſi 84. Ang. in l. deprecatio. ff. ad. l. Rhodiam de iactu. Arch. in tract. de hæreſi. 15. char. in uer. & quia eſt tanta præeminentia. & Milis in repe. in uerſ. iuriſdictio. uer. iuriſdictionis prorogatio, vbi ait ꝙ in papa non cadit iuriſdictionis prorogatio, cum ſit iudex ordinarius cunctorum. Et ibi, & in uerbo, papa. uer. papa non ſolum. dicit, ꝙ laicus conuentus coram papa ſi dicat eum non eſſe iudicem ſuum, ineptè excipit: nam dicere debet papam non habere in eo iuriſdictionis exercitium. Et ita refert in Rota practicari.

5 Et ſi quis forſan diceret, Ad quid ualet ſuprema poteſtas quam habitu papa cenſetur habere, uide ubi ſupra circa finem ſecundæ quæſtionis, ubi tenui ualere ad multa. & primo vt ipſum imperatorem tanquam inferiorem deſtituat exigentibus cauſis.

6 Item in omnibus arduis negotijs, & maximis difficultatibus generantibus ſcandalum in Chriſtianitate. nam papa poteſt huiuſmodi maioritatis rōne ſe intromittere etiam inter laicos, & exercere huiuſmodi poteſtatem ſibi a Deo attributam, ibi uidere poteſ latius rationes; & iura hæc compro bantia: adde Sicu. in c. ſi duobus. de appe. ubi alle. Inno. idem tenere in ca. cum te. de re iudi. & in allega. capitul. per uenerabilem.

7 Tertia concluſio. Licet priuilegium immunitatis perſonæ clericorum ſit, de iure poſitiuo, fori tamen priuilegium eſt, de iure diuino. pro quo ultimo eſt bonus tex. in c. ſi imperator. 96. diſt. ubi glo. quam omnes extollunt. & ſequitur Zab. in repe. c perpendimus. de ſen. excom. idem tenent Tancre. Inn. Goff. Hoſt. Ioan. And. Sicu. in c. 2. de maio. & obe. Rota deci. 48. in antiquis. Gemin. in §. lege. 2. cap. uol. 4. diſt. Sicu in repetitione. c. eccleſia. de conſti. & in c. ſolitæ. 6. not. de ma. & obedi. & de foro compe. c. ſi diligenti. Old. conſi. 73. Lud in ſing. 424. inci. Sed arg. poſſet facere papa. Sicu. in c. at ſi clerici. de iudi. & in c. fi. de foro competen. c. propoſuiſti. de conceſ. præb. & c. literas. de reſti. ſpo.

Ex his ponitur regula talis.

SVMMARIVM.

1 *Papa poteſt dare principi licentiam, & autoritatem iudicandi de clericis certi loci.*
2 *Papa eadem ratione, qua poteſt unum clericū ſubijcere laico: eadem certos clericos principi.*
3 *Rex, & officiarij an, & quam, & ſuper quos clericos habeant iudicandi poteſtatem.*
4 *Argumentum, de toto ad partem, an in materia priuilegij ſit ualidum.*
5 *Papa, an poſſit ſtatuere, quòd clerici in ſacris non ſint obligati ad horas canonicas.*
6 *Clericus falſum deponens coram iudice ſeculari poteſt ciuiliter puniri.*
7 *Aduocatus: pars uel notarius clerici coram iudice delinquentes poſſunt ciuiliter puniri.*
8 *Clericus coram iudice ſeculari falſo utens inſtrumento ciuiliter, puniri poteſt.*
9 *Clericus coram iudice ſeculari teſtimonium perhibere prohibetur.*
10 *Religioſi, an poſſint compelli teſtimonium ferre in curia ciuili.*
11 *Iudex laicus poteſt corrigere clericos, deficiente eccleſiaſtica poteſtate.*
12 *Degradatus actualiter cenſetur de foro ſeculari.*
13 *Clericus anathematizatus, per ſecularem poteſtatem poteſt comprimi.*
14 *Clericus ioculator poſt trinam monitionem, non deſiſtens ipſo iure priuilegio clericali priuatur.*
15 *Clericus, ueſtem clericalem non deferens non debet priuilegio clericali gaudere.*
16 *Clericus in minoribus conſtitutus, & duas duxit uxores coertioni fori ſecularis ſubiacet.*
17 *Officia publica exercentes priuilegiis gaudere non debent clericalibus.*
18 *Iudex laicus poteſt ex Papæ delegatione, de cauſis ſpiritualibus cognoſcere.*
19 *Clericatum aſſumens poſtquam captus ſit a iudice laico an liberari debeat a manibus laici.*
20 *Iudices ſeculares poſſunt contra uiolatores ſalueguardiæ cuiuſcunque ſtatus ſint cognoſcere.*
21 *Clerici arma portantes ueniunt ciuiliter puniendi.*

Officiarii

Digitized by Google

22 *Officiarij regij possunt quoscunque sibi rebelles punire, & coercere.*
23 *Clerici iurisdictionem regiã vsurpare uolentes ipsius iurisdictioni debent subiacere.*
24 *Clericus artifex delinquens an gaudeat priuilegio clericali.*
25 *Clericus assumens officia laicorum si in eis delinquat venit laicaliter puniendus.*
26 *Clericus, assassinus potest criminaliter per iudicem secularem puniri.*
27 *Clericus, qui habitu, & tonsura dimissis diu se enormibus delictis immiscuit, non potest se pro clerico defendere. & nu. 28.*
26 *Clericus arma militaria deferens si monitus non deponat, omne priuilegiũ clericale perdere debet.*

Prima regula.

CLerici non possunt de crimine corã seculari iudice conueniri, nec valet cõsuetudo contraria. tex. est in c. 1. & 2. 11. q. 1. & in c. clerici. de iudi. Et hoc siue agatur criminaliter siue ciuiliter, vt c. 2. de fo re compe. ubi statuit, q nullus clericus distringi possit aut cõdẽnari a iudice seculari, ad q tex. in c. unico. de cler. coniug. lib. 6. ibi trahi nõ posset criminaliter aut ciuiliter ad iudiciũ seculare. Nec ab ipsis secularib. iudicib. debere personaliter vel ẽt pecuniariter condemnari. & q prædicta consuetudo in contrarium non valeat, uide latissime in deci. Ro. sup. alle. ubi, q ex nulla consuetudine quantumcunque vetustissima nõ potuit rex Angliæ acquirere iurisdõnem in clericos, maxime pp diuini iuris repugnantiam. & sequit Gemi. in alleg.
1 §. l. 4. dist. † Fallit primo regula præsens, ubi Papa ex cã daret vni principi ptãtem iudicandi de clericis certi loci uel territorij. ad q adduco Zab. in repe. d. c. perpendimus. ubi tenet, q Papa non posset tollere priuilegium clericorum quo ad forum: Quia illud est de iure diuino non cerimoniali, sed morali, contra q Papa non dispensat. 25. q. 1. c. sunt quidã. & sequit Sicu. in alleg. c. 2. de maio. & obe. Et hoc verum qñ id vellet facere ex toto, quoad unum aũt uel quo ad aliquos in particulari bene posset secundum Zab. alleg. c. lector. 34. dist. & q no. Arch. in alleg. c. sunt quidam. ad hoc. c. vnicũ. de cle. coniug. lib. 6. secundum eum. & bene facit. c. verũ. de fo. cõp. & c. Romana. §. debet. de appel. li. 6. Prohibitio. n. disponendi contra ius diuinum in Papa procedit in dispõne uniuersali,
2 quæ tollit ius diuinum nõ in particulari. † Et iõ qua rõne dicit Zab. q unum clericum subijcere põt laico vr eadem posse dici de aliquib. clericis in certis casib. respectu unius principis secularis sicut in §. uerum. 32. dis. Papa commisit duob. ducibus cãm clericorum simoniacorum. & in c. mennã. 2. q. 5. ubi Bruniehildę Francorum reginę cã spũalis committitur. & facit. c. nos, & si incompetenter 2. q. 7. ad idem tex. in c. illud. 10. q. 3. ubi committitur laico ne permittat aliquem eporum Sicilię de parochijs ad se pertinentib. noĩe cathedratici amplius quàm duos solid. accipere neq; compellere præsbyteros aut clerum parochiarum suarum supra vires suas ei conuiuia præparare. ad q glo. in c. clericus nullum. 11. q. 1. Et si illud facere possit per uiam delegationis, non minus vr
3 q id facere possit per uiam priuilegij. † Propter, q rex, & officiarij eius debent hr̃e facultatem iudicandi, & puniendi ciuiliter clericos in certis casibus, quos priuilegiatos appellant,
4 de quib. latius infra subdicẽ. † Nec vr̃, q hic locum habeat argm̃ de toto ad partem, dicendo Papa non põt hoc priuilegium fori tollere in toto, ergo nec in parte. dari quidem põt instantia multiplex. Non posset Papa uniuersaliter statuere super non solutione decimarum: & tñ particulariter id facere consueuit, & dispensat cum aliquibus, gl. 2. in c. a nobis. de
5 deci. & ibi doct. † Non posset statuere gñaliter, q clerici in sacris non essent obligati ad horas dicendas canonicas: quia hoc esset contra ius diuinum quo canit, septies in die &c. in c. 1. de celeb. missa. Et tñ papa dispensare põt cum vno si non super vno: saltem super tanto. Imol. & Zab. post Lau. in cle. 2. de cele. missa. pp quæ alia plura, quæ longum nimis esset recitare, vr̃ q papa possit ex cã certos clericos iudici subijcere seculari.
6 Secundò fallit in clerico falsum deponente coram seculari iudice, quia talem põt iudex secularis ciuiliter punire per tex. in l. nullũ. C. de testi. & ibi hoc tenet gl. Cy. & Bald. & Fed. de fenis cõsi. 87. q incipit, Factum q proponit: ubi sic inquit. Item ad hoc. q obijcitur. q iudex laicus non põt punire clericum de crimine, siue principaliter, siue incidenter. Respondeo, q coram eo non põt de crimine accusari. Sed dico, q iudex secularis clericum agẽtem, vel accusantem coram eo calumniose, vel falsa aut uaria testificantẽ põt ex officio extraordinarie punire, ita tñ q executio pęnæ, si facienda sit in persona, reseruetur epo. Si vero sit realis executio fienda in bonis illam poterit facere iudex secularis, vel distringendo eius fideiussores quos clericus ipse dederit. C. qui accusa. nõ pot. li. 3. Et eodem modo põt punire clericum, in ciuilibus de ficientem in expen. Et hoc sentit glo. 5. q. 6. c. præsbyteri. aliàs est. §. & ibi Arch. facit quod not. de iu. c. at si clerici. idem tenet Pet. de Anch. in repeti. c. ea quæ. de reg. iur. lib. 6 sub quæstione. 22 principali, dicẽs hmõi opi. Fede. fundatam in æqua consideratione. Et ista opi. de consuetudine seruatur in præsenti regno. Cum aũt una opinionum habet pro se consuetudinem illa est præferenda. nam consuetudo est optima legum interpres. c. cum dilectus. ubi hoc tenet Sic. de consuetudine. per. l. minime. & l. si de interpretatione. ff. de legi. & tenet idem Pet. de Anc. in repe. c. 1. de consti. in 4. oppo. Sic. in eo. cap. 1. & in alle. capit. at si clerici. de iud. & Clauas. in uersi. opinio.
7 Et idẽ vr̃ de aduocato parte uel notario clericis coram seculari iudice delinquentibus, quia tales poterit ex officio ciuiliter punire, pro quo facit not. per Bar. in l. si quis obrepserit. in fi. ff. de fal. per l. athletas. §. fi. ff. de his qui no. infa.
8 Et idem si clericus coram iudice seculari utatur falso instfo super quo uidi plura arresta: & inter alia, Anno domi. 1389. per curiam Parlamenti Parisijs fuit condemnatus Abbas Burdegalen. in 300. lib. turon. capiendis super eius tpali, & priuatus omnibus officijs regijs: quia commiserat falsitatem in quibusdam literis quittantiæ, quib. se iuuauerat in curia. Et de tpe meo quidam in eccleśia cathedrali quandam maiorem dignitatem habens post põtificalem fuit per curiam parlamenti Tholosæ in c. li. turon. condemnatus eo, q testes aliquos ad in eadem curia falsum deponendum dicebatur subornasse. Host. tñ, & alij multi in c. super eo. de fal. & Arch. in c. in memoriam. 19. dist. & Lucas de penna. in l. fi. C. de vetera. li. 12. tenent contrarium. & istorum sñia in mea repetitione tenui de iure veriorem existere per iura, & rationes
9 ibi deducta. † Sed quia prohibitum est clerico coram seculari iudice testimonium perhibere, vt in c. testimonium. 11. q. 1. & c. nullus. 22. q. 5. nisi cum licentia epi. & in c. super prudẽtia. in fi. & c. seq. 14. q. 2. Si epi testificentur sine licentia hmõi an ualeat depositio. Et concludit Sicu. in c. cum nuntius. de testi. q sic, cum non reperiatur expresse prohibitum quando sponte deponit. Et idem concludit de religiosis cum simpliciter permittantur testificari, vt Spe. tit. de teste. §. 1. uersi. item, q est monachus. & in c. & si Christus. in fi. de iureiur. & §. cogitandum. in auth. de monac. & ibi gl. & Bal. in auth. ingressi. 1. col. C. de sacrosan. eccl. Et ita seruatur de consuetudine, & tenet Guido pp. q. 65. licet aliqui præsertim quo ad reli-
10 giosos teneant contrarium. † Sed quid si nolint testificari dicit idem Guido ubi sup. q in criminali non consueuerunt compelli, per iudicem secularem sine licentia, videlicet Abbatis si fuerint religiosi: aut epi, si seculares. Sed in cã mere ciuili consueuerunt cogi per iudicem secularem aliqua leui coertione, puta per arrestationẽ equi, uel alterius leuis coertionis, dummodo in personam coertio grauis non interueniat propter. c. si quis suadente.
11 Tertiò fallit ubi eccleśiastica potestas deficit, quia iudex laicus clericos hoc casu poterit corrigere, ut in capit. principes seculi. 22. quæst. 5. & ibi bona glo. ut cum schisma faciunt, & non possunt ab eccleśia compesci, vt uoluit gl. in c. tua. 1. de deci. alleg. 17. dist. c. ne licuit. 23. q. 5. cap. de liguribus. & de sen. excom. ut fame.

Propter, quòd Sicu. in alleg. cap. tua. dicit sibi placere: q si hodie aliqui contenderent de papatu, & facerent schisma in eccleśia Dei, nec possent corrigi per eccleśiam, quia quilibet est potens, nec uellent congregare consilium, quòd eo casu domini temporales possent in eos manum mittere, & eis inuitis facere sopire, & determinari dubium per eccleśiã. Nam domini temporales ad hoc principaliter receperunt potestatem, vt eccleśiam dei iuuarent, ut in allegat. capitũl. principes.
12 Quartò fallit in degradato actualiter, quia talis est de foro seculari, in cap. nouimus. de uer. signifi. & in c. 2. de pæn. lib. 6. tenet Ioan. Andr. in cap. cum non ab homine. & de iudi. Sed quid si talis clericus dicit se contra iustitiam degradatum uel aliquid alleget per quod appareat eum iniuste degradatum, an sit de hoc per secularem iudicem cognoscendum. vide Lucam de penna in l. 2. C, de priuile. schola. lib. 12. Et ibi determinat an lata sententia perpetuæ depositionis in sacerdotem solenniśque degradatio celebrata, & traditus iudici seculari per eum pœna legitima puniendus, an secularis iudex debeat eum, & causam eius, & crimina iterum examinare.
13 Quinto quando clericus est depositus uerbaliter, & postmodum, quia incorrigibilis excommunicatus, & deinde crescente contumacia anathematizatus, talis enim comprimẽdus est per secularem potestatem, vt est tex. in allega. c. cum non ab homine. & isto casu secundum Io. And. & Sicu. non est opus degradatione actuali.
14 Sextò fallit ĩ clerico ioculatore, q iterũ uel tertio monitus nõ desistit, qa talis est ipso iure priuatus clericali priuile. tex.

Digitized by Google

est in c.unico,de vita & hone.cle.lib.6.q̃ procedit ẽt in cler. in sacris ordinibus constituto,secundũ Arch.& Do.de sanc. Ge.licet Io.Mona.cõtra,sed dicit Rota.deci.349.in antiquis q̃ inter opiniones diuersas super 6.præfertur opinio Arch.

15 † Septimo fallit in clerico coniugato non deferente uestes & tonsuram clericalẽ.vt in c.vnico,de cl.coniug.li.6. quia tales non gaudent priuilegio clericali, vt ibidem.

16 † Octauo fallit in clerico in minoribus constituto qui duas vxores habuit vel cum vidua aut corrupta contraxit: quia talis subditus est coercioni fori sæcularis, ut in c.vnico,de bi.li.6.Secus de monacho uel constituto in sacris, qui contraxit cũ uidua uel corrupta:quia licet iste sit bigamus, quo ad quid,s.executionẽ officij,non autem quo ad hoc, vt perdat priuilegium clericale,ita tenet gl.in ca.quisquis.84. dist. Io.Cal.Io.Mona.Arch.Io.And.& Domi.in alleg.ca.unico. Io.And.& Sicu.in c.Io.de cle.coniu.licet Bonagui.in ca. de bigamis,eo.ti.teneat q̃ sacerdos qui contraxit cum vidua vel duo matrimonia successiue,& postea commisit homicidium poterit puniri per iudicem sæcularẽ, per.d.c. unicum, sed præcedens opin. verior est secundum Claua.in ver.bigamia.§.10.Item de eo qui contraxit cum unica & uirgine, cuius uxor postmodum notorie fuit adulterata: quia licet sit bigamus,quo ad l.promotionis,non autem quo ad priuilegium cle.concessum cle.coniugatis, ita tenet deci.cappellæ Archi.64.& ibi uide per me in addi.Et idem de eo qui contraxit cum uirgine,quæ nondum cognita decessit, & postmodum cum alia contraxit:quia talis non est bigamus,ut tenet Capel.deci.254. Quid autem de illo, qui contraxit cum vnica,& virgine,qua cognita discessit a patria, unde mulier cum iudicio ecclesiæ cum alio contraxit, deinde primo viro reuerso cogitur ipse cũ eadem adhærere, an sit bigamus. Et quid de eo qui credebat uxorem esse uirginem tempore consummationis matrimonij & inuenit eam corruptam,ui de Capel.deci.256.& in addi.Et dic in summa, q̃ prę.le.ca. vnicum,intelligitur de bigamo uero qui habuit plures legitimas vxores.26.di.cap. acutius.& c.seq.si ambas cognouit, aliàs secus.ar.in c.debitum,de bigamis,intelligitur etiã præ dictum c.unicum,de bigamo interpretatiuo,quando sicut præfertur non est in sacris vel religiosus, vtputa: quia contraxit cum corrupta.33.di.c.a maritum,& c.a nobis.eod.tit. si illã cognouit,alias non.di.c.debitum,idem quando reddit debitum,vxori adulteræ.34.dist.c.si cuius,& ca.seq.etiam si ad præceptum ecclesiæ redderet secundũ communem opi. & etiam si ignorabat eam adulteram secundum Sicul.in c. si vir.de adul.alle.17.dist.e.sicut,& de biga.cap.2.Tales enim videntur nudati omni priuilegio clericali,& astricti foro sæculari, & eis sub excommunicationis pœna prohibetur ne deferant tonsuram ve habitum clericalem,di.c.vnico.& si portant peccant mortaliter secundũ Cla.ubi supra.§.12.

17 † Nono fallit in laicis carnificum seu macellariorum, aut tabernariorum officium publice & personaliter exercentibus qui si tertio nominatim moniti non destiterint:aut resumpserint quandocunque,si sunt coniugati perdũt omne priuilegium clericale.Non coniugati uero si omnino, ut laici incedant, quãdiu præmissis iustiterint,eoipso etiam perdũt priuilegium clericale,vt in clemen.1.de vita, & honest.cler. Quam Matth.& zenze. uoluerunt etiam intelligere in alijs vilibus officijs sicut in lenonibus, custodibus publicorum balneorum,& similibus.sed gl Imol.Zab. & Sicu.contra:ga solum habet locum in macellarijs,& tabernarijs. Et scias, q̃ anno domi.1453.per curiam parlamenti Tholosæ fuit iniunctum officiali Tholosano quatenus exequeretur prędictam cle.q̃ fecisse asseruit,& u'terius facturum obtulit.

18 Decimò fallit ubi iudex secularis non iure proprio,sed ex sedis apostolicæ delegatione cognoscit de causis criminalibus,& spiritualibus clericorum.ar.in §.ueram.32.distin.ubi Papa commisit cãm clericorum simoniacorum duob. ducibus dando ptãtem deponendi eos.bonus tex. in c.mennã. 2.q.5.ubi fortius patet,q̃ arbitrio Brunichildis reginæ Francorum cõmisit Papa purgationem infamiæ, quam de simonia patiebatur quidam ep̃s.ad idem glo.in c. decernimus.de iudi.in uer.præsumant.gl.in alle.§.verum.gl.in c.bene quidẽ 96.dist.de quo per gl.in c.peruenit.95. dist. bonus tex. in c.illud.10.q.3 iuncta gl.in c.clericus nullum.11.q.1.& dixi supra in fallen.prima.Idem tenuit Host.Io.An.Ant.& Sic.in alleg. c.decernimus.Bal.in l.rescripta.C.de præci.imp.offe.Io.Fab. in aut.statuimus.C.de epis.& cle.& per Io.An. in c. unico.de cler.coniug.lib.6.Idem Sicu.in c.ecclesia S. Mariæ. de cõsti. & in c.2.de fo.compe.Arch.in c.ab arbitris.de off.deleg.li.6. ad quæ facit,quæ posui sup.in prima fallen.

19 Vndecimò fallit ubi quis assumpsit clericatum postquam fuit captus a iudice seculari,puta, quia in carcere se fecit clericari uel fecit professionem: quia hoc sibi non prodest: est enim cã,& persona præuenta Et in dubio id vr̃ fecisse in fraudem,vt.ff.de his qui sibi mor.consci.l.fi.ita Io. An.in c. unic. de obli.ad rõ.& in c.Io.de cler.coniuga.& in c.ex parte.Io.3. de priuil.& istam partem sequunt cõiter oẽs legistę.maxime Guil.de Cug.in l. pe. ff.si ex noxa.cau.'agatur.Idẽ Bart.in l.1. ff.de pę.de quo plene in deci.c.q.144.& ibi per me in additione.Zab.in repe.c.perpendimus.de sen.excom.Secus aũt si ante iudicium inchoatum assumpsit clericatum: quia tũc sine dubio coram ecclesiastico iudice debet conueniri postquã iudex laicus non præuenit,vt in c. proposuisti. de foro cõpe. & l.si quis postea.de iud. Vbi uero post iudicium inchoatũ corã iudicio seculari efficitur clericus,sunt opiniones diuersę,de quibus per Io.And.& doct.in alleg.c. unico. Communiter tñ in hoc casu sequendo opi.Ioã.And.concludendo,q̃ in ciuili.& criminali nulla debet fieri districtio per iudicem secularem,ut ponere in carcerem,detinere, & similia. Nec ẽt aliqua executio in personam clerici, nã clericatus eximit personam quo ad omnem manus iniectionem, & districtionem.Sed non eximit cãm a iurisdictione præuenientis, quo ad ipsius processum & instantiam finiendam, & realiter quo ad bona exequenda,& sic erit iudex cãæ non personæ, vt in isto hr̃.in c.sane.de for.compe.Idem tenet Spec. in ti.de reo. uersi.sed quid si est criminalis & Arch.11.q.1.c.1.ubi satis de hac materia.& uide,q̃ legitur,& no.in l.hoc accusare.§.1.ff. de accus.& per Lucam de pęna.in l.fin.C.de uetera.lib.12.Et quæ dicta sunt in clerico,idem dicit in professo maxime ordinato:facit de pe.di.1.si his autoritatibus.& 32.q.2.admonere.& ita concludit Io.An.in alle.c.unico.Et si crimen exigat pœnã capitis aut furcarum,dicit Bart.in alle.l.1.ff.de pę. post Iac.But.Dy.& Guil.de Cug.q̃ ep̃s debebit eum degradare,& tradere iudici seculari.c.cum non ab hoĩe.de iud.& l.qui cũ uno,§.reus.ff.de re milit.& aut.clericus.C.de epis.& cler.idẽ tenet Bal.in l.officiales,co.tit Sed quia ep̃i se reddunt difficiles in hmõi degradationibus iudices seculares excedunt terminos suos,& de talib.sumunt supplicium,ut ait Bar. in alle. l.1.idem ut sup.dicit,& tenet Pet.de Anch.in repe. c.ea quæ. de reg.iur.lib.6.13.q.de quo vide per Old.consi.4.per Bart.in l.pe.ff.de iurisdom.iud.Bal.in aut.cã quæ fit.cum mon. & in l. placet.C.de sacrosanc.eccl. Ang.in alle.l.1.ff de pę. Io. de Anan. post Pet.de Anc.in c.ad falsariorum. de fal.in 13.col.Zab.in cle.ne in agro.§.quia uero.in 8.q.de statu mo. Bald.Ange.& Imo.in l.nemo põt.ff.de lega.1.Bald.in l.affinitatis.C.cõia de succes.& in l.2.C.ut in pos.leg.Ia.Bu.in l.pe.ff. si ex noxa.cau. aga.Bal.in c.cum nõ ab hoĩe.ult.col.de iud.Ia. But.in l.quisquis.la 2.C.de epi.& cle.Imo.in c.eam te. 2. col.de rescr.Sic in c.q̃ clericis.de sol.& in c.proposuisti.eod.ti & Sali.in aut. statuimus.C.de epis.& cle. Adde q̃ ep̃s uel iudex ecclesiasticus cogitur punire clericum de crimine cõdemnatum a iudice laico:antequam fuerit clericus.ita tenet Bart. in l.cum quædam puella.ff.de iurisd.om. iu. dicens isto casu iudicem secularem esse maiorem iudice ecclesiastico. alleg. Cy.idem tenere in l.properandum.§. sinautem.C.de iud.idem Inn.in c.1.de offic.ord.

20 Duodecimò fallit in casu uiolationis, seu infractionis salguardiæ, de quo contra clericos quoscunq; iudices regij in regno præsenti cognoscere cõsueuerunt,de hmõi rõne clericos pecuniariter punire,pro quo facit. l.2.ut nemo priuatus.tit.præ.C.ibi miles uel clericus.& ibi, executoresque huius legis oẽs iudices,&c.Et de hoc rex, & eius officiarij sunt in possessione,& saisina a tpe cuius initij memoria non existit,qđ tps immemoriale iuxta theoricam.Io.mon.in c.2.de præb.lib.6 operatur idem quod priuilegium.c.super quibusdam.§.præterea.de uerbo.sign.l.hoc iure.§.ductus aquæ. de aqua quo.& æsti.& c.1.de præscr.lib. 6. cum cõcor.Nec ob. si dicatur illud locum habere quando præscribens est capax possessionis,secus ubi esset incapax,ut uoluit Sicu.in c.cãm de præscrip.& in c.quanto.de cõsue.& in c.nouit. de iu.Ant. in c.peruenit.de censi.Bal.in l.omnes.in fin. C. de præscr.30. an.Domi.in c.catholica.11.dist.& in alle.c.2.de præben.Sicu. & Ana.in c.ad hoc.de simo.ad q̃ glo.in c. nobis. de iure pa. super uer.de iurisdictione.& c.q̃ sicut.de elec.in uer.impedire ibi Sicul unde Zaba cons.89.dicit,q̃ licet ecclesia præscribat alienas decimas cum titulo uel solo cursu temporis immemorialis,non tamen laicus: quia tempus cum capacem efficere non potest.Ad, q̃ respondetur verum esse regulariter,q̃ ex solo cursu temporis quis fieri non potest capax de incapaci,vt in iuribus & concor. allega. Fallit tamen si una cum tali possessione immemoriali concurrat fama priuilegij:quia ne propter difficultatem probandi rem tam antiquam pereat ius partis præsumitur pro priuilegio. Non ergo solum tempus hoc inducit, sed præsumptio priuilegij probata diuturnitate famæ:quod clare tenet Imol. post Zabar.in capitul.cum apostolica,nona colum.uersi.Nec obstat prædictis.de his quæ fiu.a præ.idem Zabar.in allega. capitul. causam.idem Domi.in cap.2.§.sane.de decim.lib.6. & idem Zabar.in quadam subscriptione ad consilium Zizoli,de cautelis, quod incipit, cum lis, & quæstio.& est in fine consiliorum

Digitized by Google

liorum Pet.de Anch.facit decisi.Io. And.in regula iuris, qui contra.in mercu.ubi concludit, ꝙ licet nullo tpis spacio ecclesiarum unio possit induci,ut tenet Host.in c. qm̃. de uita & ho.cle.& in summa,de sup.ne.præ.§. 1.Si tñ probetur ꝙ ecclesiæ tpe immemoriali tentæ fuerint ut unitę,probata censetur unio præsumptiue,& allegat, quæ dixi in alle.c.cũ apostolica.idem Old.consi.396.Zab.in cle. 1.in princ.in 20.q.de supp.negli.prel.Sicu.in c curæ de iure patro. gl. in clem.1.in uer.ad mensam.de excessi.præ.Pet.de Anch.cõsi. 157. ad idẽ in c.1.de præscri.li.6.Bal.in l.cum de in rem uerso.ff.de usur.

Quod aũt facultas cognoscendi ciuiliterq; puniendi de certis criminibus aliquorum clericorum per iudicem secularem sit quæsibilis priuilegio, iam satis tactum esse vī supra in prima fallẽtia:ultra quæ adde quod dicit Sic. in alle.c.cãm de præscrip.quod priuilegium p̃p̃ põt concedere laico capacitatem spũalem.gl.in c.imperium.10.dist.& 25. q.7.in summa,in fi.Io.And.in addi.Spec.titu.de leg.§. nunc tractemus. uersi.sed nunquid legatus.Inn.in c.quod sicut.in gl.eporum. de elect.Ant.post.Io.and.in c. nobis.de iure patro. ioã.and. Spec.de præb.§.pen.gl.in c.laicis.16.q.7.Bal. in l. rescrip.pen. col.C.de preci.impe.offe.Pet.de Ancha.in cle. per literas. de præb.Ant.in c.massana.de elect.c.in nostra.de præscr.c.quanto.de iud.& c.præterea.Io. 1.de iure patro.Sic.in c.dilectus. de off.le.Imol.in c.quod in dubijs.de renun.& in c.ad supplicationem.eo.tit.& Zab.consi.99.Sed sic est ꝙ in nostro casu una cum prædicta possessione immemorabili concurrit fama priuilegij.Nam sicut notoriũ est,officiarij regij, & alij regnicolæ prædictũ casum uiolationis salueguardię,& quos dam alios(de quib.domino concedente subdicetur) casus priuilegiatos appellant.Igitur prædictum priuilegium extanto tpis cursu cuius initij,&c.præsumptiue censetur esse sufficienter probatum per rõnes,& iura ac oppositiones doctorũ, & concordantias superius alleg. Et præsertim quia scientia principis cum tolerantia in materia quæsibili priuilegio, facit ualidam cõsuetudinem generalem præsentis regni,vt not Ant.& Sicul.in c.1.qnia circa.de consang.& affi. & idem Sic.in c.1.de treug.& pace.item Domi.in c.catholica. 11.dis. alleg.gl.pen.in c.pen de fil.præsby.Old.consi. 253.ubi dicit esse regulam generalem,quod consuetudo nota ei qui priuilegiare põt, æquipollet priuilegio. vī enim tolerando priuilegiare.alleg.Inno.in c.cum contingat.de foro compe.& in c. nouit.de iudi.& in c.si diligenti.de præscrip.vnde Arch.in c. obeuntibus.63.dist.dicit illi canoni esse derogatum per contrariam consuetudinem quam papa scit,& tolerat. De saluaguardia a quo, & per quem debeat impetrari,& concedi,& qualiter uiolatores,& a quibus sint puniendi, ego late posui in addi.ad.q.c.489.& uide concor.quas posui in stylo curiæ. tit.de assecura.§.fi.Sciendum est aũt, quia executio emende per clericum debite rõne violationis prædictæ fieri debet in bonis immobilibus tpalibus per not.Old.consi. 17.& ita fuit concluſum in concordatis factis inter officiarios spũales, & tpales præsentis ciuitatis Tholosæ.Anno domini.1386.& antiquitus dicebatur per curiam secularẽ, ꝙ tpale clerici in in hmõi,& similibus casibus detineretur ad manũ regis donec sibi soluta fuisset emenda.Hodie uero utuntur alijs uerbis,scilicet cõdemnationis.Vnde anno dñi 1399. die prima Martij,cum quidam clericus in simili casu condemnatus in emendam non haberet tpale,dictum fuit per curiam Parlamenti,quod idem clericus solutus teneret presionem in curia epi Parisijs: usque ad satisfactionem. Et hoc ne arrestum primum remaneret illusorium. Et quia dicta emenda descẽdebat ex delicto.ad ꝙ facit.c.grauis. de depo.

21 Decimotertiò fallit in portu armorum. Qm̃ clerici de huiusmodi delicto per iudicem secularem possunt ciuiliter puniri pro quo vī tex.secundum Io.Fab.in l.additos.C. de epis. audi.& ibi glo.super verbo,vindicetur. Nam armorum delatio clericis est interdicta.c.2.de uita,& honest. cleri. & laicis. C.ut armorum,usus inicio principe interdictus sit.lib.11. Et de hoc rex,& eius officiarij in præsenti regno sunt in possessione,& saisina a tpe cuius initij memoria hon existit cõcurrente fama priuilegij,& ppea dī iste unus ex casibus priuilegiatis,ad quod uide,quæ scripsi in præcedenti fallentia. Et intelligo prædicta in armis offendibilibus,secus aũt de armis defensibilib.Nam ista possunt assumere clerici ad sui defensionem,vt in c.dilecto.de sent excomm.lib.6.& c.olim.1.de rest.spol.& ibi Ba.Sicu.& doct. Et appellatione armorũ ueniunt arma facta principaliter ad nocendum.Ang.in l.arma tos.ff.ad legem Iul.de ui pub. Non tamen venit cultellus ad scindendum panem.pro qno gl.not.in auth.de armis. §.fin. col.6.& gl.super rubrica.de fabricen.lib.6. Si uis latius videre quid ueniat appellatione armorum in statutis vel iure cõi, vide Ang.Are.in uer.loco ferreo.in tract.de crimi.Aduerte ꝙ de consuetudine generali Frãciæ officiarij regij cognoscunt de portu armorum facto in terra comitum, & baronum. Quamuis de iure cõi omnes habentes merum imperium,de illo possint cognoscere,ut tenet Pet.Iacob.in tit.de condi.ex l.insti.de act.§.quadrupli. Sciendum est tamẽ quod in cõcordatis officiorum curialium spiritualí,& regiæ Tholosæ fuit inter alia concluſum, ꝙ gentes regiæ cõpositiones non reciperent a clericis nisi in casibus a iure permissis vel de generali cõsuetudine regni vt portationis armorum per medium turbę in numero decem, quod tamen in præsentia rum male seruatur quo ad ultimum.

22 Decimoquartò fallit cum per clericos fit offensa regijs officiarijs officiando,& ita fuit ẽt in præalleg. concordatis cõuentum per.l.unicam.ff.si quis ius dicen.non ob.ubi text.ꝙ oẽs judices,possunt inobedientes punire,& suam iurisdictionem pẽnali iudicio defendere, videlicet magnus iudex,in magnis causis,& magnis mulctis:paruus in paruis,& paruis mulctis, secundum Bar.& Bal.ibidem iuncta gl.Aliàs iurisdictio temporalis ludibrio posset esse,& illusoria. ad ꝙ tex.in c.1.& ibi Inn.Sicul.& doct.de offi.deleg ad quod bene facit. c.Romana.de pẽnis.lib.6.Spec.in tit.de iurisd.omn. iudic.in uer.fi.& ibi Io.An.propterea Inn.Host.& doct.in c.dilectus. 2.de rescrip.dicunt ꝙ iudicis interest suam tueri iurisdictionem.Ad quod facit not.per Bal.in l.si quis.ff.de iurisd.omn. iudi.ubi dicit, ꝙ ubicunque est offensa iurisdictio, uel fracti fines aut spretum pręceptum iudicis quilibet de populo admittitur ad accusandum.& refert Dyn.ita consuluisse per d. l.Dicitur autem offendi iurisdictio secũdum Bar.sed clarius per Bar.in præalleg.l.unica.

Primò per contumaciam, & hoc in quolibet genere contumacię,quæ habet impedire partes iudicis quo minus sortiantur effectum,ut in contumacia non uenien di.l. cõtumacia.ff.de re iudic.In contumacia non patiendi.ff.ne uis fiat ei l.si quis iussui.Et in contumacia non restituendi. l. qui restituere.ff de rei uen.de appel.l.creditor.§.iussus. Per contumaciam aũt non probandi non offenditur pretor, & iõ non punit nisi per exclusionem a iure probandi.l. non ex omnibus. ff.de arbi.c.coram.de in integ.restit. Neque per contumaciã non agendi uel accusandi ideo non mulctatur cõtumax, sed a iudicio excluditur. l. diffamari. C. de inge.& manu. & per Inn.& doct.in c.conquerente.de off.ordina. Neque per contumaciam non appellandi, sed bene per contumaciam non respondendi, quia iudex non põt impune contemni. vnde poterit mulctare.ut in §.fi.dictæ.l.unicæ.Offenditur ẽt per calumniam,ut no:insti.in proœ.in uersi. calumniantiũ iniquitates,iõ põt calumniantem necem excipientem repellere,vt l.qui cum maior.§.si patris.ff.de bo li. Etiam offenditur magistratus,& dignitas sua per uerum delictum in eum cõmissum.ut dicam in fallen. seq. sed non est omittendum ꝙ casu præsentis fallentiæ rex,& eius officiarij sunt in possessione, & saisina,sicut dictum est de casu fallentiæ præcedentis.

23 Decimoquintò fallit ubi clerici uolũt vsurpare iurisdictionem regiam.nam tunc possunt mulctari per iudicem secularem.Et ita cauetur in præallegatis concordantijs. & de hoc rex,& eius officium sunt in possessione,&c. sicut in præcedẽtibus fallentijs iam dictum est.Ad quod vī facere.c.ex parte. de uer.sign.ubi permittitur iudici defendere iurisdictionem, & territorium suum.ad idem tex.in alleg.c. dilecto.de sentẽ. excom.lib.6.iunctis not.per Inn.in c.olim.1.de restit.spol.& c.dilectus.de pe.ubi dicit ordinario competere iurisdictionem in extraneos impedientes eius iurisdictionem, per dictum.c.1.de offi.delega. Quia omnia sine quibus &c. ut in c. præterea.c.sane.& c.prudentia.de off.deleg.l ad legatum. & l.ad rem mobilem.ff.de procur.& l.2.ff.de iurisd.omn.iud.

Et similiter qñ aduocati deficerent in aduocatione coram eo, uel testes in testificando aut scripturis in actis alleg.l.moris.ff.de pæn.l.nullum.C.de test.& l.quæsitum.ff.eod.ti.ad qđ facit quæ dixi.sup.in 2.Fallen.& not.per Inn.in c. uenerab.de censi.Quinimmo dicit Bal.in marg.in uer.iudex.ꝙ iudex superior in aliquo territorio, potest suã iurisdictionem defendere etiam cum ense,& in bello, ꝙ dicit esse uerum si iurisdictio erat euidens,& notoria, sed subditus uel alter subtrahebat sibi exercitium iurisdictionis.

24 Decimosexto fallit in clerico artifice in artificio delinquẽte:quia secundum Bal.in addi.Spe.tit.de reo.uersi.sed quid si scholaris &c.potest conueniri sub rectore uel carmelingo occasione illius artis.l.fi.ff.de iurisd.omn.iud.nam clerici negotiatores quantum pertinet ad illam negotiationem secũdum Tancre.iure communi laicorum uti debent.C. de epis. & cleri.l.2 Isti enim,ut dicit,non sunt plures clerici, argu.C. de sacrosanct.eccles.l.sub prætextu. & de uita, & honestate cleric.cap.fina.& optime facit.prædictis.l.fina. ubi miles existens in collegio,non potest declinare iurisdictionem rectoris uel præpositi ipsius collegij prętextu cuiuslibet militię vel cinguli,aut dignitatis.fac. not. per Inn. & doct.in cap.cum ab ecclesiarum.de officio ordina.vnde Abb.Anton. in cap. fi.de uita,& hon.cler. tenet quòd clerici tenentur seruare statuta loci ubi negotiantur. & ita etiam dicit Bald. in marga.

Digitized by Google

uer. clericus. uersi. 19. quod similiter tenet Barto. in l. cunctos populos. C. de summa tri. sed illud intelligit qñ statuta non sunt contra priuilegia clericorum, quia talia non ligant clericos nisi post trinam monitionem, iuxta præalleg. c. fi. secundum Ant. & Sicu. ibidem. Vnde dicit ibidem Sic. in d. c. cum ab ecclesiarum. ꝙ de laicis certum est, ꝙ si exercent aliquã professionem licitam, puta quia sunt scholares, barbitonsores, sutores, & similes possunt isti cõgregari, & eligere rectorem, qui super eos habeat iurisdictionem ordinariam in ciuilibus, in his quæ sunt occasione societatis, & professionis, ut est casus not. in præalleg. l. fi. dicit tamen in clericis multũ dubitare propter. c. significasti. de fo. compe. & c. de persona. i 1. q. 1. unde non recederet, ut dicit a canonib. disponentibus super iurisdictione clericorum ꝓp illam. l. fi. Sed dic ꝙ d. l. fi. nedum habet locum in ciuilib. imò etiam in priuato delicto concernente professionem, vt quia venit contra statutũ uel negotiationem in aliqua sui specie; uel falsificauit secundũ Bar. Bal. & Sali. in alleg. l. fin. & Ang. consi. 5. Et quicquid sit a tpe cuius initij &c. clerici artifices qñ delinquunt in illa arte uel abutuntur iudicantur per baiulos illius artis, & per iudices seculares, hmõi in hoc ciuiliter puniuntur. Vnde anno dñi 1394. per arrestum curię parlamenti Paris. dictum fuit ꝙ clericus committens abusum in officio chyrurgiæ, uel politia super hoc tenetur coram seculari iudice respondere.

25 Decimoseptimò fallit in clerico assumente administrationem, & officia laicorum in quibus si delinquant curia secularis cõsueuit illos ciuiliter punire. pro quo fa. tex. in c. sacerdotibus. ne cle. uel mon. secundum opi. illorũ, qui sumũt arg. ex illo tex. ꝙ laicus iudex autoritate illius. c. possit clericum occasione administrationis capere priuilegio clericali cessante, quasi videantur dicto casu nudati priuilegio prædicto propter quod ab ecclesia non defenduntur, quia frustra legis auxilium &c. c. quia frustra. de usur. & indignum est eis ab ecclesia subueniri, per quos constat scãdalum in ecclesia generari, vt in d. c. sacerdotibus. Sed istorum opinio reputat falsa per gl. Goffr. Inn. Host. & Sic. ibidem, per Claua. in uer. clericus. 9. §. 3. qui dicunt hoc locum hre nisi præcedente trina monitione, per. d. c. fi. de ui. & ho. cle. uel secundum Host. in summa. in ti. ne cle. uel mon. facta synodali prohibitione, & monitione, vt desistant a talibus sub pœna perditionis priuilegij clericalis, quæ monitio synodalis secundum eum vr, æquipollere trinę monitioni, & istud ait Host. ubi prox. sup. §. 2. uer. Ego intelligo: ꝙ Sic. non placet, quia ubicunque agit ad pœnam incurrendam & ius exigendi trinam monitionẽ vel citationem, una ẽt peremptoria non sufficit, nec habet uim trinæ monitionis, aut citationis, & hoc uoluit gl. in cle. 1. de ui. & ho. cler. in uersi. 3. Io. And. in c. ex tuæ. de cle. nõ resid. idem Io. And. in addi. Spe. super eo. tit. idem dicit Sic. in alle. c. fi. Addens quod non sufficeret citatio gñalis, vt oẽs clerici desistãt a talibus, immo requiritur, ꝙ sit specifica, ita ꝙ appre hendat eos, ꝙ dicit esse contra quosdam prelatos qui faciũt hmõi monitiones in genere, verumtamẽ in casu nro ꝓp opi. Host. bene facit tex. d. c. sacerdotibus. in prin. Et non obstãte opi. cõi, de qua supra, tpe meo uidi, quod officiarij regij cum delinquunt in officio, licet sint clerici coniugati cum unica, & virgine incedentes in habitu, & tonsura clericalibus aut ẽt clerici soluti, uel ẽt præsbyteri puniuntur per iudices seculares, & inter alios vidi de quodam iudice in curia parlamẽti, qui ibidem licet esset clericus coniugatus cum vnica, & uirgine nihilominus coactus fuit respondere de abusu sibi impositio in decapitatione eiusdem nobilis in loco de Miramonte, & de pluribus alijs uide Pet. lac. in tit. de condi. ex. §. quadrupli. insti. de actio.

26 Decimóoctauo fallit in clerico assassino alias asciscino. Quia talis potest ẽt criminaliter puniri per iudicem tpalem absque alia degradatione, per. c. 1. de homic. lib. 6. ubi quicũque princeps, & quantuncunq; magnus prelatus seu quæuis alia persona ecclesiastica, uel secularis quempiam christianorum ꝓp ascisinos occidi fecerit uel mandauerit quamuis mors sequuta nõ sit aut eos receptauerit uel occultauerit, aut defensauerit excõicationis, & depositionis a dignitate, honore, ordine, officio, & beneficio incurrit sñias ipso facto. est ẽt cum oĩbus suis mundanis perpetuo diffidatus, & bannitus a toto populo Christiano, quæ verba important, ꝙ impune possit occidi, secundum Ang. Perusi. cons. 13. & sequit Gemi. in alleg. c. 1. quia idem est bannire, & diffidare qđ statuere, & præcipere, vt impune possit occidi, vt not. in l. reos. C. de accus. Quod ẽt in conscientia liceret qñ fieret zelo iustitiæ, aliàs non secundum Claua in uersi. ascisinus. uer. 2. diffidati. n. de iure canonico videntur ipso iure degradati, nam sunt hmõi personæ a iure expositę. & dat cuicunq; facultas capiendi personas, vt in c. vnico. de scismati. §. 1. sunt n. diffidati cũ personis, & rebus. & sic a iure videnr spoliari priuilegio clerici, & positi in ptate cuiuslibet christiani vt vult text. in alleg. c. 1. Nec requiritur alia sñia postquam probabilibus constiterit argumentis, istud scelus cõmisisse vt continetur ibidem, ꝙ intelligit Claua. vbi sup. uersi. 4. vt non requiratur alia sñia. s. quæ det licentiam occidendi, & hmõi, quia sufficit ꝙ sit declaratus ascisinus vel fautor. ad ꝙ bene fa. c. cum secũdum leges. de hære. li. 6. Degradatio aũt nihil aliud est quàm denudatio oĩm priuilegiorũ clericalium, vt in c. degradatio. de pę. eo. lib. facit, ꝙ no. Io. An. in c. cum nõ ab hoĩe. de iudi. ubi tenet, ꝙ clericus incorrigibilis põt per laicũ puniri abs aliqua degradatione. ita dicit, & tenet Do. in alle. c. 1. in fi. de quo ultimo dicto vide quæ supra scripsi in secunda fal.

27 Decimonono fallit in clerico qui post assumptum clericatum immiscuit se enormitatib. & sæuis, & diu in illis perseuerauit habitu, & tonsura dimissis, qui deprehẽditur in delicto, quia talis non põt se pro clerico defendere, quominus per iudicem secularem puniat, pro quo est tex. secundum unũ intellectum in c. ex parte. de priuile. ad hoc ẽt vr esse tex. in c. perpendimus. de sent. excom. secundum gl. Vincen. Tancre. Philip. Abb. Ant. & Host. ac Io. And qui ad hoc inducit tex. in c. unico. lib. 6. de vita, & honest. cler. ubi clerici goliardi, & bufones exercentes illam artem per annum, perdunt oẽ priuilegiũ clericale. vnde a fortiori debent illud perdere qñ diu se immiscent hmõi sæuis, & enormitatib. & idem *voluit* Ant. idem consequenter Pet. de Anch. in regula iuris, ea quæ. lib. 6. q. 12. circa finem qõnis. Licet Zab. in repeti. d. c. perpendimus. & Sic. ibidem & Claua. in uersi. clericus. 10. §. teneant contrarium dicentes, ꝙ tales bene perdunt priuilegium. c. si quis suadente. 17. q. 4. vt in palleg. c. perpendimus. & de apost. c. 1. in prin. priuilegium aũt fori non amittunt nisi post monitionem: facit. c. si iudex. de sent. excom. lib. 6. Attamen præcedens opi. tãquam magis cõis obtenuat, & de tpe meo fuit obseruata in personam filij domini de Lentario qui per insidias occiderat virũ cuius uxor erat eius adultera. Et similiter in personam cuiusdam principis regni præsentis accusati de crimine læsæ maiestatis. Et illis qui in sua cã tenuerãt opinionem Sic. & Zab. non bene succesit. Si aũt bene uel male, nouit ille qui non ignorat.

28 Vigesimò fallit in clerico qui relicto ordine clericali, & habitu suo, in apostasia tanquam laicus conuersatur, quia si in crimine deprehensus fuerit per ecclesiam non liberatur, ergo vr per iudicem secularem posse puniri per tex. secundum unum intellectum. in c. 1. de apost. Et idem in clerico in minoribus constituto, qui effectus miles exerceret arma, nam talis ipso facto perdit priuilegium clericale fm Inn. in alleg. c. 1. quem sequi vr Sicu. ibidem. nam hoc faciendo exercet actum oĩno contrarium clericatui. Sola uero militia secundum Sicul. non sufficeret nisi exerceat arma uel sæua. Et sic ista fal. vr in idem recidere quod prędcdẽs, saluo, ꝙ in fallentia præcedenti non loquitur de clerico milite, Exempla vero posita inibi melius seu saltẽ magis congruere videntur huic. 20. fallen. quàm præcedenti. idem ꝙ Inn. & Sic. tenet Milis in reperto. in §. clericus. uer. clericus eoipso. & idem Sic. in c. fi. de clericis coniugatis.

29 Vigesimoptimò fallit in clerico arma militaria deferente, qui si tertio monitus a suo prelato non destiterit, perdit omne priuilegium clericale: vt in cap. in audientis. de sentẽ. excomm. Adeo, ꝙ secundum Sicu. & doctor. modo non est opus alia degradatione, quia per dictam monitionem trinã si non deposuerit, est exutus omni priuilegio clericali, & relinquitur iudicio seculari. Et dicit ibi Sicu. idem in clerico aliàs inhoneste viuente, qui si tertio monitus non se correxerit perdit priuilegium clericale. ca. contingit. 2. de sentẽ. excommun. Et licet tex. in alleg. c. in audientia. dicat quod tales de priuilegio clericali non debent habere subsidium, tamen doct. illud intelligunt de omni priuilegio per glo. singularem in clemen. 1. de offic. ord. in uersi. quod priuilegij, quæ dicit appellatione priuilegijs clericalis intelligitur tam de priuilegio. c. si quis suadente, quàm de priuilegio fori, quam gl. ibidem sequitur Bonif. Io. de Imol. & Zab.

SVMMARIVM.

1 *Clerici an in causa ciuili possint coram seculari iudice conueniri contraria consuetudine non obstante.*
2 *Dominus feudi debet de causa feudali cognoscere etiam si clerici sint vasalli.*
3 *Episcopus vel clericus habens iurisdictionem temporalem iure feudi potest cognoscere de causa.*
4 *Clericus agens contra laicum coram iudice seculari an poterit coram eodem conueniri.*
5 *Clericus an super actione reali possit coram iudice laico conueniri.*
6 *Lite mota emptori laico coram iudice seculari si clericus uenditor uocetur ad eundem iudicem, pro euictione, debet ibidem defensionem suscipere.*
7 *Clericus effectus hæres laici iam conuenti coram iudice seculari suscipit in se talem instantiam.*

Pater

Digitized by Google

8 *Pater emancipare uolens filium clericum debet coram iudice seculari procedere.*
9 *Insinuatio donationis fiendæ per laicum clerico debet per iudicem laicũ fieri.*
10 *Clericus uolens contra executionem sententiæ per laicum latæ se opponere non debet iudicem mutare.*
11 *Laicus hæresi faciat publicationem testamenti in præiudicium clerici successuri coram quo iudice debeat clericus causam agitare.*
12 *Confectio inuentarij fieri debet per laicum hæredem.*
13 *Iudex secularis an possit cogere clericum ad restitutionem vbi succedit prædoni in fraudem iurisdictionis.*
14 *Clericus apud quem ex ordinatione iudicis secularis factum est depositũ potest per eundem cogi ad restitutionem.*
15 *In iudicijs duplicibus in quibus si sint plures contendentes inter quos sit unus clericus, debet ille cum cæteris conueniri.*
16 *Vniuersitas clericorum, & laicorum conuenienda, coram quo iudice conuenietur.*
17 *Vbi clericus, & laicus compromiserunt in laicum, a cuius laudo fuit appellatum coram quo erit hoc agendum.*
18 *Clericus alicui laico obligatus in aliqua pecuniæ summa cum schedula manu sua signata, an poterit coram laico conueniri.*
19 *Laicus obligatus clerico si prætẽdat obligationem factam sine causa &c. an poterit clericum ciuiliter conuenire.*
20 *Clericus an possit se obligare curiæ seculari ita quod velit illam compelli, & per illam agitari &c.*
21 *Papa an possit causas spirituales laico delegare, & hoc casu clerici teneãtur coram tali respondere.*
22 *Banno per iudicem secularem in bonis clerici apposito, si clericus ad iudicem secularem appellet, an valebit per talem appell. lata sententia, & an per laicum fiet executio talis sententiæ contra clericum.*
23 *Clericus communi opinione habitus pro laico debet curiæ seculari subiacere.*
24 *Clericus in possessione suæ ecclesiæ uel aliorum iurium ecclesiasticorum turbatus etiam per clericum an possit agere coram seculari.*
25 *Iudices regij seculares possunt cognoscere in causis proprietatis beneficiorum in regalia uacantium, aut illorum quorum collatio spectat ad regem.*
26 *Clerici etiam prælati coguntur in iudicio seculari respondere ubi agitur de ecclesiarum reparatione.*
27 *Pro censibus, & tributis clerici possunt ciuiliter conueniri.*
28 *Sacerdos an a iudice laico dari possit in tutorem.*
29 *Clericus minor litigans coram iudice seculari an illius prouisioni de curatore subiacebit.*
30 *In regno Franciæ communiter status ecclesiasticus secularj subest prouisioni.*
31 *Prælati clerici contra decreta Basil. concilij, & pragmaticam sanctionem intentantes, per secularem coercentur potestatem.*
32 *Clericus negotiator tenetur ad gabellas negotiationem concernentes.*
33 *Differens opponere exceptionem sibi competentem venit in expensis condemnandus.*
34 *Concubinæ clericorum an subiaceant foro clericali.*
35 *Vxores clericorum coniugatorum eundem cum illis clericis forum sortiuntur.*
36 *Familia clericorum an eodem priuilegio gaudeat cum ipsis clericis.*
37 *Hæremitæ an sint de foro ecclesiastico.*
38 *Rectores hospitalium an gaudeant priuilegijs clericorum.*
39 *Fratres tertij ordinis an sint de foro ecclesiæ seu clericali.*
40 *Casibus quibus clerici subiacent foro laicali an, ipsi clerici possint stylo cõsuetudine uel statutis fori secularis ligati.*

Regula secunda.

1 SEcunda regula. Priuilegium fori clericorum concernens censetur esse talis. Clerici in causa ciuili etiam uolentes de iure non possunt coram seculari iudice conueniri contraria consuetudine non obstante. pro qua tex. in c. inclyta. c. placuit. & c. nullus episcopus. 11. q. 1. c. si diligenti. c. 2. & c. significasti. de foro compe. c. clerici. & ea. qualiter, & quando. de iudi. & auth. statuimus. C. de episc. & cleri.

2 †Fallit primo in causa ciuili feudali vt quãdo inter duos vasallos tractatur quis illorum sit potior in feudo. Quia tũc dominus feudalis etiam laicus debet cognoscere etiam si vasalli sint clerici, pro quo. c. ex transmissa. & ibi gloss. in c. uerum. de foro compe. c. cæterum. de iudi. c. Romana. §. debet. de appel. lib. 6. glo. 11. q. 1. in summa. Inn. Ioan. And. Sicu. & Bal. in alleg. c. uerum. Host. in summa. eo. tit. §. quibus. 9. col. Zaba. in c. perpendimus. de senten. excommu. in repetitione. Pet. de Ancha. in repeti. c. ea quæ. sub. q. 22. de reg. iur. lib. 6. Oldrad. consi. 17. Laud. Paul. Zaba. Imo. Zenze. & Bonifac. in allega. clemen. 1. de offic. ordina. idem Laud. & Zaba. in clemen. pastoralis. de re iudic. in elem. Ioan And. & Domin. in c. vnico. de cleri. coniuga. lib. 6. ubi Archid. dicit istam opinionem de consuetudine seruari. ideo dicit Guido Papę quæst. 139. q ta lis consuetudo non est aliter probanda in iudicijs, sed quod pro probata debet haberi. Cum idem Arch. doc. famosus de prædicta consuetudine attestetur: ita dicit Bar. in l. de quibus ff. de legib. Præmissa tamen procedunt in causa feudali ciuili, quo casu dicit Innocen. in allegato. c. uerum. quòd dominus quantuncunque vilis etiam rusticus super rebus feudalibus iurisdictionem habet per l. imperialem. de prohibita feu. alien. & c. cæterum. allega. Secus si ageretur contra clericum vasallum ad amissionem feudi criminaliter aut ciuiliter propter crimen, quia tunc secundum eundem Innocẽ. & Sicul. & Ioan. And. remittenda est cognitio ad prælatum suum etiam si feudum sit paternum. Dicit tamen Inn. quod si per prælatum suum de proditione vel alio crimine pp qđ debeat feudum amittere fuerit condemnatus, tunc dominus auferet feudum pro uelle suo. Et si fuerit absolutus, tũc ulterius non poterit dominus ei propter crimẽ auferre. De crimine enim clericorum nec indirecte nec incidenter, potest laicus cognoscere secundum eum. alleg. c. at si clerici. de iudicijs. Adijciens cum quilibet dominus feudi sit iudex ordinarius, suas sententias exequetur, etiam laicus contra clericos uasallos. Nec incidit in excommunicationem, si eos resistentes compellat, argum. c. olim. de restit. spol.

Huiusmodi tamen ultimum dictum de oblatione, & exe cutione violenta, Doct. supradicti communiter dicunt non esse uerum, tenentes quòd dominus feudi prætextu huiusmodi in clericum vasallum non habet districtionem personalem. & expresse Ioannes And. & Sicu. in alleg. cap. uerum. idem Io. And. & Domi. in alleg. c. vnico. de cler. coniug. li. 6. & doct. in allegata clemen. 1. de officio ordinario. & clemẽ. pastoralis. de re iudic.

Sed non credo ꝙ officiarij regij admitterent istud, ubi clericus uasallus post sententiam latam per dominum de facto resisteret non permittendo executioni sententiam demandari per illud quod dixi sup. in 14. fallen. & seq.

Præterea ubi ageretur ad aperturã feudi ex alia cã quàm ex crimine, cum isto casu cognitio pertineat ad pares curiæ, vel ad ordinarium etiam si laici fuerint, potuerint cognoscere contra clericum vasallum per iura, ꝑ dicta doc. ubi sup. ẽt si agatur possesso. uide gloss. in alleg. c. cæterum. & doct ubi sup. ad quod facit quod dicam. inf. in proxi. seq. 4. Fallen. vide latius per me scripta in prædicta repetitione in qua conclusiue tenui, ꝙ laico domino clericum eius vasallum a feudo uiolenter de iure communi non licet expellere.

3 Secundò † fallit in cõpo uel clerico habẽte iurisdictionem temporalem iure feudi. Nam dato ꝙ vasalli sint clerici ad superiorem secularem appellabitur, pro quo vĩ tex. in gl. in c. Romana. §. debet. de sentẽ. excõ. lib. 6. glo. in c. 2. de deli. pue. Inn. & Sic. in c. solitę. de maio. & obe. Bart. in l. 1. §. si quis, de appel. ff. Sicu. & Ana. in alle. c. 2. de deli. pue. Sicu. in c. uerum. de fo. compe. Lud. Ro. in l. 2. in prin. 8. col. uersi. quid si in eadem. ff. de uer. obl. Arch. in §. is ita. in fi. 11. q. 1. ubi alleg. Spe. & Host. idem Sicu. in c. dilectus. 3. de præb. idem Bar. in l. si quãdo. C. de appella. Limita tamen istud ubi episcopus uel alius clericus recognoscit hmõi iurisdictionem tẽporalem a rege uel alio domino temporali, uel sibi collata nõ fuit pure, quia dñs retinuit sibi aliquod seruitium sicut uidemus respectu temporalitatis archiepiscopatus Tholosæ, in qua rex sibi retinuit unum militem armatum per totum comitatum Tholosanum. ad hoc facit not. per Sic. in c. licet ex suscepto. col. pen. in c. uerum. 8. col. uer. Quæro nunc de facultate appellandi. si aũt temporalitas sit in totum trãslata apud ecclesiam uel simpliciter concessa fuit, tunc erit appellandum ad superiorem ecclesiasticum secundum gl. in alleg. c. 2. & d. §. debet. & ibi Domin. Nisi consuetudo uel priuilegium aliud inducat. Ita Sicul. ubi. sup. idem Sicul. & Præposi. in rubr. de

4 appel. † Tertiò fallit in cã reconuentionis, nam clericus agẽs contra laicum coram iudice temporali, uel seculari poterit ibi reconueniri.. quæstio. 8. c. cuius in agendo. glo. in c. denique. 96. dist. glo. in c. multi. 2 q. 1. glo. 11. q. 1. in summa. quanquam gl. in c. clericum nullum. uidetur tenere contrarium, sed pro nostra fallentia facit etiam gl. in c. at si clerici. de iud. Inn. in c. 2. de foro compe. Host. in summa. eod. tit. §. quibus. uer. licet. 9. col. & de mu. pet. 1. §. 3. 2. col. uersi. restat. idem Io. And. in alleg. c. at si clerici. dicens ita de consuetudine seruari. & ideo minime mutanda sunt &c. l. minime. ff. de legi. & idem Sicu. data consuetudine. idem Imol. in alleg. c. at si clerici. & Bal. ibidem. idem Spec. tit. de reo. §. 1. uer. Itẽ clericus. Lud. Rom. in singularibus. in uersi. reconuentio. idem Ioan. Fa. Bar. Bal. & Salic. in auth. & consequenter. C. de senten. & interlo. omn. iudic. & de iure ciuili est tex. in auth. de sanctis. epis. §. reuerendissimi. & istam partem tanquam æquiorem sequit Pet. de Anch. in repeti. c. ea quę. q. 14. Et ista, est opinio magis cõis, & quæ de consuetudine seruatur. Limita tamen primo nisi clericus in fraudem conueniisset laicum coram seculari, vt ibidẽ reconueniretur, nã detecta tali fraude, non

Digitized by Google

reconuenietur,ẽr si clericus hoc petierit,tenet Ange. in l.2.§. sed si agat.ff.de iudic. Secundò limita nisi laicus procurasset in fraudem a clerico conueniri ad hoc vt ibidem ipsum posset reconuenire.pro quo videtur esse bonus tex. in c.relatũ. iuncta gl.in uersi.seculari.de iure patro.tenet Ant in c. eccle sanctæ mariæ.de constitu Spec.tit.de recon. §. 1. uersi.quid si laicus iniuriatur,& facit tex.in alleg.l. 2. sed si agat. Tertiò limita nisi clericus conueniret laicum super actione famosa,uel pro iniuria sibi facta,tenent Bal.& Sali.in auth. & consequenter.alle.& Ang.ubi sup. Quartò limita nisi reconuentio tangeret causam spiritualem uel illi annexam:tunc enim nullo modo fieri posset coram laico.Inno. & communiter doct.in c.1.de mutu.peti.doct.in alleg.c.at si clerici.& maxime Sicu.9.col.uer.aduerte.& ibi etiam Bal.idem Bal.& Sali. in allegat.auth. Quintò nisi reconueniretur de crimine. Nã ut ait Sicu.ubi sup.Io.Andr.ibidem.& in ca.1.de mutu.peti. & quasi communiter canonistæ concludentes faciunt regulam quòd super crimen clerici non habet locum reconuentio coram iudice seculari, siue ueniat imponenda pecuniaria pœna siue infamiæ, siue agatur de crimine criminaliter siue ciuiliter,idem tenet Bal.in cap.1. de contro. apud pares terminan.Idem Imo.in alleg.c.at si clerici. alleg. c.unicũ.de cle.coniug.lib. 6. Sextò nisi ageretur de distringendo personam clerici virtute reconuentionis, quia illa semper est interdicenda iudici seculari, licet ei permittatur cognitio cãæ reconuentionalis.ita dicit Archid.in alleg.c.unico. de cleri. coniuga.lib.6.ad quæ uide quæ dixi.sup.in 1.Fallentia.2.regu. Adde ꝙ clericus(sicut præmittitur)recõuentus appellabit si grauetur ad superiorem iudicis secularis.tenet Arch.in c.nõ
5 ita.2.q.5.Imo.in c.significantibus.de offi.dele. † Quartò fallit in actione reali super,qua clericus põt secundum aliquos coram seculari iudice conueniri,ad ꝙ facit dictum Inno. in c. non minus.de immu.eccle. ubi dicit,ꝙ res clericorum sunt de foro laici.& idem Inn.in c.nouerint. de sen. excom.dicit, ꝙ in temporalibus solus Imperator uniuersis clericis, & laicis præesse debet:& priuilegia concedere, sic in actione in rem,vr ꝙ clerici debeant in seculari iudicio respondere. Et ita seruatur de cõsuetudine in præsenti regno,vt testatur Io. Fab.insti.de satisf.§.fi.dicens quicquid sit de iure,scio ꝙ Cardinales,& Episcopi respondent in regno Franciæ in foro seculari in realibus,&cum sint de regno, leges regni non impugno.& ita refert tenere Guil.de Cun Bal.in auth. clericus.C. de epis.& cle.Dum ait uel potest exponi exemplũ, si clericus conueniatur reali iudicio, nam ratione possessionis est sub foro presidis secũdum Guil.& ita seruatur in Frãcia &c. pro quo uidetur casus in cap.cum ueniissent.de eo qui mit.in pos.cau.rei ser.ꝙ loquitur in actione reali, & tamen dicit esse seruandam consuetudinem populi si consuetudo sit laudabilis. Nam tunc res,& non personæ conueniuntur: vt.ff. de pub.uecti.& co. l. imperatores. Præterea in actione in rẽ, nulla est obligatio.insti.de act.§.1.fa.l.fi.C.ubi in rem act.vbi dr ꝙ in locis in quibus res constitutæ sunt potest actio in rẽ contra possidentes moueri. Sed res maxime prophanæ sunt in locis,& territorio iurisdictionis temporalis seu iudicis secularis,ergo,&c.facit.l.uiros. C. de pala.sacra.largi.lib.11.& l.de his.C.de epis.& cle.& l.1.§.si alter fundus.ff.finium regũ. ibi quoniam magis fundo quàm personis adiudicari partes intelliguntur.fa.l.quæ aliena.ff.de neg.gest.ibi, quæ sine prædio dantur.Et prædictã opi.Guil.refert idem Bal.in c.decernimus.in fi de iudi.& in alleg.cap.cum ueniissent.& allegatur per Barba.super rubrica,de rebus eccles.non alienan.in 2.q. principali,quam sequi uidetur Fride.de senis,consi.94.incip. factum quod proponitur. uersi. item ad id quod obijcitur. dum innuit,ꝙ executio pœnæ accusationis calumnioſæ, vel testimonij falsi commissi coram iudice seculari, si facienda sit in persona,reseruanda est epo, si autem realis executio facienda sit in bonis eam potest facere iudex secularis,uel distribuendo fideiussores quos clericus dederit.l.3.C. qui acc. non pos.Contrariam tamen opinio. ꝙ clericus etiam super realibus non possit coram seculari iudice conueniri per regulam iam suprapositam tenent Colle.in cap.at si clerici.de iud.& Bal.in præalle.aut.clericus.in præal.ca. decernimus.& c cum ueniissent.idem Rot.in antiquis.decisi.540.ubi multis rationibus improbat consuetudinem regni Angliæ, quæ est in contrarium.idem tenet Arch.in ca.unico. de cle.coniug. lib.6.idem Spe.tit.de reo.§.1.uersic item clericus.& de cõpe. iudi.adi.§.1.uer.in clericis.Idem Io.de pla in alleg.l.uiros.idẽ per Iac.tit.de duello.6.colu.uersi.quidam dixerunt. idem in arbo.succes.regni Fran.fo.c.idem Sicu. in c. ecclesia S.Mariæ.de consti.& melius in c.qualiter,& quando. de iud.idem Io.Fab.in auth.statuimus.C.de epis.& cle. Et in summa ista est communis opi.doct. Cui adhæret stylus curiæ Romanæ secundum quem si iudex secularis condemnaret clericum in causa reali darentur literæ per cancellarium, super nullitate sententiæ. Contrarium tñ notorie seruaretur in præsenti regno etiam in actione hypothecaria.vnde Ioã.fa.in §. item seruiana.insti.de actio.dicit, ꝙ actio hypothecaria est realis, & facit,ut ait, ꝙ prælati regni Franciæ quibus est interdictũ ne cognoscant de actione reali, vt non possit cognoscere, de hypothecaria.& de hoc sunt plura arresta.& inter alia Anno domini 1385.per do. Arnaldum de Corbie primum p̃sidentem in parlamento pronuntiatum fuit arrestum:quo dictum fuit epm Cardilonen.non esse recipiendum ad manutenẽdũ quod in eius curia spũali posset cognoscere de actione reali,& fuit condemnatus ad cessandum de cætero ab impedimentis.per eũ super hoc factis.& fuit releuatus ab emẽda,quam aduersus eum petebat procura.regius, & procur. ducis Burgundiæ.eo ꝙ de ipsis cognouisset, & ẽtrab expẽ.& ex cã.Et anno domini. 1464. capitulum sancti Maxentij fuit condemnatum in 200.lib. quia cognouerat de actione reali uirtute iurisdictionis spũalis. Quod autem hypothecaria sit realis,& in rem tex.est in l.pignoris.C.de pign. & ibi Cy.Bar. Bal.Io.Fab.glo.& Sali.tex.ẽt in l.pignoris.ff.eo.tit.& ibi Bar. Etiam uidemus quòd aduersus clericos curia secularis cognoscit de possessorio,quæritur licet interdictę sint actiones personales,& ut ait Bat.in l.1.ff.de interd.dantur contra eum qui est obligatus ex possessione, & iõ dicuntur in rem scriptæ,ut in allegata.l.1.in fi.& pro hoc facere vt.c.cãm. qui fi. sint legiti.ibi,Nos attendentes,ꝙ ad regem,& non ad ecclesiam pertinet de talibus possessionibus iudicare, &c.de hoc tamen inf.domino concedente latius deducetur.Et idem videmus in arreragijs census annui,quia pro illis quando medium concludendum est reale, ut quia petitur ratione prædiorum censualium conueniri possunt clerici coram iudice seculari, quia tunc magis videntur conueniri prædia quàm personæ,scilicet possessores prędiorum,vt in l.Imperatores. superius alleg.& C.sine censu uel reliqui.l.fin.cum similib.& ita cauetur in concordatis officiorum vtriusque prãtis superius allega. Si autem medium concludendi sit personale: vt quia prædicta arreragia petuntur ex stipulatione vel obligatione personali,tunc secus esset dicendum,nisi prædicta arreragia essent in stipulationem deducta ad fraudandum iurisdictionem regiam fori mutandi cã. nam tunc stipulatio nõ proficeret per legem secũdam.in §. sed si agant.ff. de iudicijs. & de hoc sunt etiam plura arresta Et inter alia in parlamento anni 1385.contra Abbatem S. Vincẽtij qui ob talem frau
6 dem fuit condemnatus in 60. libris parisien. † Quintò fallit ubi lite mota emptori laico coram iudice seculari clericus venditor vocatur ad eũdem iudicem secularem pro eui ctione,& guirentia.Nam ibidem defensionem suscipere debet,nec erit(etiam si id petierit)suo iudici remittendus.nam ex persona defensoris venientis ad cãm nõ debet mutari forus.vt l.1.C.ubi in rem actio:& vr esse casus in l. uenditor.ff. de iud.ita tenere videtur Bald.in alleg.l.1.idem Ang.in l.non solum.§.ꝙ vulgo.ff.de usuca. istud tenet formaliter Petr. de Anc.in regula iuris, ea quæ. 17.q.idem tenere vr Bal. in aut. clericus.C.de epis.& cle.Idem tenent Ant. & Sic. in c.quoniam frequenter.§.fi.ut lit.non contest.alleg.glo.11.q.1.hæc tenet Arch.in c.clericus nullum. idem Sic. in c.fi.de empt.& uendi.2.col.idem tenet Bald.in l emptori. C. de euict. idem Ang.Are §.actionum.7.char.insti.de actio.idem Bal.in allega.l.uenditor.Et ita de consuetudine seruatur in præsenti regno.licet gl.in c.clericus nullum.11.q.1.& Spe.in tit.de.1.& 2.decre.§.restat.uer.quid si dominus clericus. & Ioan. Fab. insti.de satisda.§.fi.& in allega. l. 1. uideantur tenere contrarium. Quorum rationes,& illarum solutiones vide per Anchar.ubi supra.† Sextò fallit ubi clericus efficitur hæres laici
7 iam conuenti coram iudice seculari,quia talis instantia sicut præmittitur cum laico inchoata transit in clericum secundum Imo.in l.si eum hoiem.ff.de fideiusso.Pau.de Cast.in l. hæres absens.ff.de iudi.idem Pau.& Lud.de Ponta.in l.si cõstante.§.fi.solu.matr.& Mod.in c.quia uero.de iud,Aliàs tertius lædereturs ine culpa, qui inchoauit litem cum defuncto si necessitaretur deferre prius iudicium inceptum coram seculari iudice,& incipere aliud coram ecclesiastico.Alicuius enim conditio ex persona successoris alicuius deterior fieri non debet.l.2.§.ex his.ff de uer.obl.erat autem obligatus defunctus subire iudicium coram iudice seculari per quasi cõtractum,cum in iudicijs quasi contrahatur.in l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.ubi ergo ceptum est iudicium ibi finem accipere debet.l.ubi ceptum.ff.de iudicijs.Et ista opinio maxima æquitate fulciri uidetur.Contrarium tamen tenent Bal.in l.j. ff. si penden.ap.mors inter.Ang.in l.tam ex contractibus.ff. de iudi & Bal.in c.in præsentia.de proba.ubi,& in alleg.l.1.dicit ꝙ instantia litis non transit in monasterium monacho profitente.idem Anto.& Sicu.in allega.cap.quia uero.& Io. And.in regula iuris,qui in ius &c.lib. 6.& dicunt aliqui istã partem esse ueriorem,& stetur regulæ supradictæ. Allj uero quibus assentio dicunt priorem æquitati magis esse consonam.

Septimò

Digitized by Google

8 Septimo † fallit vbi pater vult emancipare filium clericū quia tunc coram sæculari iudice fieri debet secundum Rotam decis.181..& Pet.de Ancha.in regula iuris,ea quæ,sæpius alleg.quæst.17.idem tenet Nico.mil.in versic.iudex sæcu-
9 laris.† Octauo fallit in insinuatione donationis excedentis summā 500.aureorum fienda per laicum clerico. Quia illa fieri debet coram iudice seculari secundum Rom.& Ancha. vbi supra. Nono fallit ubi statuto cauetur,quod non valeāt legata nisi insinuatione testamenti facta coram vicario capitanei populi alicuius ciuitatis, & occurrat clericum instituī in testamento in quo fiebant laicis legata,& ipsi petentes insinuationem testamenti fecerunt,clericum hæredem citari coram tali iudice sęculari ualebit citatio secundum Bald.in l.testamenta.C.de testa.& ibi Paul.de Ca.dicens ita consuluisse nondum viso Bald.idem tenet Saly.in l.consulta.C. eo.tit. & Pet.de Ancha.in regula iuris,ea quæ.lib.6.quæst.17. uersi. pro pleniori.Ang.in l.1.hæc stipulatio.ff.si cui plusquam p l.falcid.& ibi Imo.idem Bald.in authe.clericus.C. de episco. & clerici.Idem Anto.de Cana.in suo tracta.de insinuat. qō. 57.ad quod faciunt dicta Bar.in l.cunctos populos.6. quæst. C.de sum.trini.

10 † Decimo fallit vbi clericus tanquā tertius possessor rei su per qua lata est sententia vult contra executionem sententiæ super hoc latæ inter laicos per iudicem sæcularem se opponere ad impediendum,quia hoc fieri debebit coram eodem iudice secundum Bal.in alle.l.testamenta. & Saly.in d.l. consulta.& Ant.de Cana.ubi supra: qui alle.dictum Bald in l.fin.C.de edic.diui Adri.tol.in 12.col.ubi dicit quòd si hæres scriptus petat se mitti in possessionem hæreditatis ex beneficio dictæ l.coram iudice sæculari.Clericus qui uoluerit contradicere dictum iudicem sæcularem debet adire,ad qđ bene facit quod scriptum est in præcedentibus fallentijs.

11 † Vndecimo fallit vbi laicus hęres vult facere publicationē testamenti,iuxta l.publicati,& l.testamenta.& l. consulta. C.de testamentis. Nam si cessante testamento clericus esset successurus,aut aliàs haberet interesse pro dicta publicatione in urbe Ro.vocaretur coram magistro census,vt in alle. l.testamenta.& l.consulta. Alioquin publicatio non teneret secundum But.Bar.Bal.Saly.& Io.fa.in alle.l.testamenta,uel fieri debet apud præsidem prouincię in prouincijs,aut corā defensore ciuitatis,ut in auth.de defen.ciui. §.nulla. idem gl. & Odo.in al.l. testamenta.& de hoc in l. repetita.C. de episc. & cle.& si quis ex consensu.C.de epis.audi.ver.idem tenent Sicu.& Bal.in c.fin.de fide inst. Vnde Bar.in alle.l.consulta. dicit quòd huiusmodi insinuatio siue publicatio testamenti fieri non potest apud rectores ecclesiarum.Idem Salyc. ibidem. Certum est autem quòd in huiusmodi publicatione sunt vocandi quorum interest.tenet Inno.Hostien.Io.And. Bal.& Sicu.in c.Albericus.de testi.& in c.fi.alleg.Bar.Bald.& Saly.in alleg.l.publicati.& Io.Fa.in alleg.l.testamenta. & Specu.in tit.de instr.edi.§.osten. uer.qualiter.uersi.& ut plenius.

12 † Duodecimo fallit in confectione inuentarij fienda per laicum hæredem quod fieri non debet,nisi citatis creditoribus & legatarijs per l.fin.§.cum igitur.C. de iure deliberā.& ibi Bal.Salyc.& docto. & Bart.in auth.sed cum testator. C.ad l. Fal.Pau.de Cast.consi.201.& Bart.in l.2.§.prius. ff.de vulga. Bal.in auth.si omnes. C.si vt ab hære.se absti. Et hoc in præsentia iudicis,ita etiam tenet Spec.titu.de instr.edi.§.fi.uersi. quid si hæres fecit scribi &c.Nam si clericus sit unus ex creditoribus aut legatarijs uocandus erit coram iudice sæcular,si alij legatarij & creditores sint laici per rationes positas per Bal.in alleg.l.testamenta.cum concordan.alleg. in 9. fallen.huius secundæ regulæ. Et idem in inuentario tutorū aut curatorum quod per Spec.æquiparantur quo ad formā inuentario hæredis ubi supra uersi.huius autem inuentarij. Et idem uideretur generaliter ubicunque imminet aliquis actus fiendus coram iudice sæculari, vocatis quorum interest,quia si unus illorum interesse habētium reperiatur clericus ne continentia causæ diuidatur uocabitur coram iudice sæculari,ut in casu prædictæ auth.si omnes, & idem uideretur in similibus.Idem Ancha.vbi supra in uersic.occurrit. Adde quod episcopus executor testatoris tenetur conficere inuentarium etiam coram iudice laico secundum Ang. in l.1.§.hæc stipulatio.ff. si cui plusquam per l. Falcidiam.

13 † Decimotertio fallit in clerico qui successit prædoni in fraudem iurisdictionis,nam tunc secundum Bald.in allega. l.fin.C.de edict.diui Adria.tollend.13.col.non erit curandū vnum obolum de prædicto clericatu, quia ecclesia,quòd vult in se ut sua iurisdictio non fraudetur,ita velle debet in alijs.10.col.de alie.feu.uersi.ecclesia, quasi uelit innuere qđ iudex poterit cogere talem clericum hæredem ad restituendum furtum,ad quæ facit quæ scripsi in huius secundæ regu
14 lę tertia fallentia. † Decimoquarto fallit in clerico apud quem ex ordinatione iudicis sæcularis factū fuit depositū. Nam talis clericus depositarius poterit cogi ad restitutionem depositi officio dicti iudicis sæcularis, quasi non proceditur proprie contra eum per modum iudicij; sed executiue & ex consequentia officij suscepti. ita dicit Bald. & post cum Saly.in l.acceptam. C. de vsur.propter uerbum,uel saeratissimas ædes. Et istud posset adduci in sequestris qui quotidie per sæculares iudices deputantur, quorum aliqui sæpenumero sunt clerici,& consueuerunt compelli ad reddendum rationem & reliqua per eosdem sæculares iudices.

15 † Decimoquinto fallit in iudicijs duplicibus de quibus in c.ex literis,de probationibus,in quibus si sunt plures contēdentes quorum unus sit clericus conuenietur sicut alij corā iudice sæculari per l.1.ff.de quibus rebus apud eundem iudicē ea. Et hoc secundum glo.ibidem ratione cōnexitatis causæ,quia consortes & coniuncti sunt.l.nulli.C.de iud.& no.in c.cum martinus.de constitutioni. Secundo ratione reconuentionis,quia quilibet est actor,& reus,& quilibet agit; & conuenitur,ergo apud eundem iudicem.C.de senten.l.Papinianus,& in auth.& consequenter,& ff.de iudi.l.qui non cogitur,& 3.q.8.cuius in agendo. Tertio ratione absurditatis euitandæ: nam posset accidere quod unus aliter iudicaret quàm alius, ut d.l.1.Et hac ratione procedere crederem in præsenti regno in quo(sicut supra tactum est)in huius secūdæ regulæ fallentia quarta,prælati non cognoscunt de realibus.Et idem uideretur in pluribus tutoribus quorum unus esset clericus,quia pro redditione computorum & administrationis conueniri potest clericus cum alijs coram iudice sæculari per dictam.l.1. Eo præsertim,quia optima bona dictorum tutorum aut curatorum de iure sint hypothecata pro redditione administrationis vt in l.pro officio.C.de administratione tuto.cum concordan.De qua quidem actione hypothecaria(cum sit realis)ut dictum est in prælegata fallentia quarta,prælati Franciæ de consuetudine nō cognoscunt,quamquā contra prædicta multum facere uideatur dictum Bar.in l.solent,ultima colu.uersi. Sed ponamus.ff.de alimen.& ciba.legat.ubi sic.inquit.Si unus hæredum sit clericus & alius laicus,& ab eis petantur alimenta,iudex ecclesiasticus erit adeundus,& istud ibidem docto. communiter sequuntur,ad quod faciunt not.per eundem Bart.in l.præcipimus in fin.C.de appellatio.Bal.& Sal.& Ancha. in alleg.regula iuris,ea quæ.de regulis iuris lib.6.qō.1.Et dòmino concedente latius dicere decreui infra circa finem ultimæ partis.

16 † Decimosexto fallit ubi conuenienda esset uniuersitas clericorum & laicorum,cuius tamen pars maior esset laicorum,quia tunc tota esset sæcularis,& ideo conuenitur corā iudice sæculari:secundum Bar.in l.fi.ff.de colle.illici,uer.Sed coram quibus.idem tenet Sicu.in allegato.c.ex literis,de cōstitutio.& in c.si diligenti,de foro compet.idem Flori.in l.repetundarum.§.hermofroditus,in fine.ff.de testibus.Bald.in authen.habita.C.ne filius pro patre.15.colu.uersic. dicto de scholaribus,idem Salyc.ibidem in penultima col.uersi.quæro coram quo.Petrus de Ancha.ubi supra quæstio.16.Bart. in l.cum senatus,ad finem.ff.de rebus dubijs.Siculus in capi. cum ab ecclesiarum,de officio ordinarij,& Zabarel.in c.ac-
17 cepimus,de fide instrumen.† Decimoseptimo fallit vbi clericus & laicus non compromiserunt in laicum a cuius laudo fuit appellatum,uel laicus vult recurrere ad arbitrium boni viri,quia hoc erit fiendum coram iudice superiore ipsius secundum Ancha.qui ita tenet in eius disputatione quæ incipit c.clericus &c.Nisi compromissum fuisset super causa ecclesiastica per c.peruenit,de arbi.tenet idem Ancha.in alleg. regula,ea quæ.in qō.17.in uersi.& iuxta prędicta,idem tenet Lud.Ro.consi.265.& Sic.post Ant.in c.quintauallis.33.col. versic.sed dubitat.de iureiur.Idem Bart. in eius consi. incip. visis consilijs do.famosorum &c.Idem tenere uidetur Lan.
18 in tract.de arbi.quæst.19.† Decimooctauo fallit ubi prelatus vel clericus est obligatus alicui laico,uel etiam clerico in aliqua pecuniæ summa cum schedula manu sua signata, uel eius sigillo sigillata. Nam si adiornetur in curia parlamenti comparere tenebitur,ac in negotio procedere, cognitaque schedula cogetur curiæ manum garnire de summa in eadē contenta. Et in eius defectu condemnabitur, & fiet executio super eius temporalitate. Veruntamen nunquam mihi visum fuit istud de iure posse sustineri per c.2.de foro competente,lib.6.cum alijs iuribus alleg. in prælleg. regula.1.& 2.maxime cum ista sit actio mere personalis, nisi forte in eadem schedula vel obligatione sit hypotheca,de qua ex cō suetudine regni prælati non cognoscunt vt dixi supra in huius secundæ regulæ.4.fallen.Et propterea antiquitus cognita schedula uel obligatione ob defectum garnimenti dicebatur per curiam quod temporale prælati uel clerici ad manum regis detineretur donec fuisset debitori satisfactū,qđ videtur esse quasi finis hypothecariæ,vt l.si cum venditor,in princ.ff.de euictio.& l.fundus.§.creditor.ff.de pigno.& facit quod dicunt quidam clericos ratione temporalium dominis temporalibus esse subiectos 11. qō.1.cum ergo.§.hinc respondetur.& 33.qō.3.§.sed notandum.de maio.& obe.c.

solita,

Digitized by Google

ſolitę.l.de his.C.de epiſco.& cle.& c.quo iure 8.di.Oldr.cõſ. 17.& Per.de Ancha.in ſæpe dicta regula. iuris.ea quæ, lib.6. ſub quæſt.. a.uer.huiuſmodi gratia &c.& quod ſcripſi poſt Frideri.ſupra in 2.fallentia primæ regulæ. Et de p̃miſſis ſunt plura arreſta,& inter alia in curia parlamẽti Pariſijs Anno domini 1393.dictum fuit q̃ litera obligatoria prioris & cõuẽtus ſancti Martini de Campis eorum ſigillo ſigillata poſt obitum prioris recognita, pareret executionẽ ſuper bonis conuentus. Et anno domini 1444.18.Auguſti,in parlamento Tholoſæ dictum fuit quod dominus Philippus de Leuis Archiepiſcopus Auxitanus ad inſtantiam Ottonis Caſtellani ueniret in curia cogniturus uel negaturus ſuam ſchedulã intra finem eiuſdem menſis. Aliàs extunc ſchedula prædicti haberetur pro confeſſata. Deinde.7.Septembris dictum fuit quod curia tenebat prædictam ſchedulam pro confeſſata per quam ex cauſis in eadẽ contentis idem archiepiſcopus eidem caſtellano promiſerat ſoluere ſummam mille ſcutorum auri. Et curia condemnauit ipſum ad garniendum manum in eadem curia de prædicta ſumma intra feſtum omnium ſanctorum † Decimonono fallit cum laicus obligatus clerico prætendit obligationem factam ſine cauſa, vel debitum ſolutum ob quod ſuper ipſius obligationis inefficacia uel inſtrumenti cancellatione vult experiri, iuxta.l.diſ ſoluto.& l.fi.C.de condictio,ex l.nam in huiuſmodi cauſa poterit clericus corã iudice ſæculari conueniri,licet huiuſmodi conditio ſit actio p̃ſonalis, vt inſt. de actio.§. appellamus, ita nihilominus de facto ſeruatur in præſenti regno. Quod non videtur poſſe ſuſtineri de iure in huiuſmodi ſecunda regula alleg. Cogitauit id forte fieri eo quod communiter in huiuſmodi inſtrumentis & obligationibus apponitur hypotheca & obligatio ad vires & rigores ſigillorum regiorum, igitur pro declaratione inefficaciæ huius obligationis uel ipſius cancellatione curia ſæcularis præſertim iudices huiuſmodi ſigillorum adiri poſſunt contra quoſcunq; etiam clericos,quia ex quo ſunt iudices contractus, & etiam eſſe debent diſtractus. Nam diſtractus eſt eiuſdem naturæ cuius eſt contractus.l.de tutela.C.de in inte.reſti.mino.no.Bart. in l.Et ideo ff.de condictio.furti. Intereſt enim iudicis neprætextu talium obligationum ſub vmbra rigorum in eis appoſitorum fiant illicitę extorſiones,vt in l.illicitas,in princ.ff.de offic.præſi.vbi tex.quod præſes prouinciæ prouidere debet, vt inſtrumenta ſimulata vel venditionum ſine prætij numeratione deſtruantur ſecundum Bal.in ꝛ. præalleg. Et pariſijs in parlamento Anno domini 1336.dictum fuit quòd Guilielmus Quæpie, clericus ſolutus reſponderet,in parlamento ſuper quodam contractu per ipſum inito,qui dicebatur fraudulo ſus,videlicet tam parti ſuper executionis annullatione factę ad ſui requeſtam virtute literarum obligationũ ſub ſigillo Caſtelleti paſſatarum ſuper dicto cõtractu,quàm procur.regio qui emendam requirebat, quia fraus dicebatur eſſe cõmiſſa in contento in literis obligatorijs ſub dicto ſigillo.† Vigeſimo fallit vbi clericus obligat & vult compelli per curias temporales & rigores ſigillorum regionum cum hypothecatione bonorum:nam executio fieri poterit in bonis patrimonialibus ipſius clerici,& ita ſeruatur,quamuis de iure clericus taliter ſe non poſſit obligare nec in iudicem laicum,etiam de epiſcopi conſenſu conſentire. c. ſignificaſti & c.ſi diligẽti,de foro compe.& tenet Capella.q.126. Sed ſuſtinentes fallentiam predictam dicere poſſent quòd non valeat obligatio reſpectu perſonæ uel bonorum eccleſiæ,ſed bene reſpectu aliorum bonorum propriorum ipſius clerici,iuxta ea quæ dixi in proxi.18.fallen.etiam concor. ibi poſitis. Vnde in parlamento Tholoſe, Anno domini 1448. die 5.Aprilis dictum fuit quod executio ineepta ſuper bonis domini Gerardi epiſcopi ſancti Papuli uirtute obligationis paſſate ad rigores & rigores parui ſigilli montis Peſſulani ad inſtantiam hęredum epiſcopi Laudunen.continuaretur.

Occurrit etiam nunc mihi dictum doct.in c.vno.de cleric, coniuga.lib.6.uidelicet quia in eo quod ille tex. permittit in cæteris ſæculari iudici iuriſdictionem cõtra clericos coniugatos,intelligitur verum quando exercitium iuriſdictionis concernit diſtrictionem bonorum, ita quod ipſorum perſona non tangatur,nec in eorum perſona animaduertatur: quia ubi requiritur diſtrictio perſonarum, hoc non faceret iudex laicus.c.ex parte eo.tit.pro quo facit quæ ſcripſit Spe. tit.de compe iudi adi.§.1.uerſi.ſed nunquid præmiſſa,& Archi.in alleg.c.unico Etiam ſi clericus ſe obligaret ad carcerẽ tenendum,quia detinentes cum inuitum eſſent excommunicati.c.ſi quis ſuadente 17.q.4.etiam ſi detinerentur volentes per c.contingit,de ſenten.excom.ita tenent Inn. & Hoſt. in c.ex relcript.de iureiu. ubi Ioan.Andr. dicit quod ſi clericus promiſerit obſtagiũ in caſtro ,ne dicatur fractor fidei,ſi ibi ſponte manet pudori ſuo parcens ceſſat excommunicatio. Si vero teneretur in compedibus vel in carcere inuitus, vt fugere non poſſit,tunc erit locus pœnæ.idem Anto.& Si-

cu.in alleg.c.ex reſcripto,licet Ioan.Fab.inſti.de actio.§.fin. teneat quòd clericus ſe poſſit obligare ad tenendum arreſtũ pro debitore:ſed tenebit in curia eccleſiaſtica, nõ autem in temporali.Limita ſupra dictum Inn.& docto. niſi debitum ciuile deſcenderet a crimine,quia tunc clericus per ſuum iudicem poteſt impune detineri.c.dilectus,de ap.& in c.grauis de depo.idem Archi.Ioan. And.& Domi.in c.ſi clericos,de ſent.excom.Idem Domi.in alleg.c.unico,de cle.coniug. lib. 6.idem Nic.mil.in uer.clericus ſi pro debito ciuili &c.Item niſi dolus debitoris argueretur.ut no.in c.Odoardus,de ſol. & ibi Sicu.& doc.Alioquin pro debito clericus carcerari nõ debet, quia ſi habet bona illa debent accipi. non habẽs non tenetur vltra quàm facere poſſit deducto ne egeat,quia hoc eſt priuilegium clerici.vt no.per glo & Bart. in l.miles.ff.de re iudi. † Vigeſimoprimo fallit vbi laico fuerint per epiſcopum cauſæ pecuniariæ clericorum uel huiuſmodi mere ciuiles delegate,ut tenet glo.in uer.prętumant in ca.decernimus,de iudi.& ibi Io.And.de Lig.Anto.Bal.& Sicu.glo.in c. bene quidem.96.diſt.in uerbo,præter Romanum, & in cap. peruenit 95.diſt.Archi.in c.ſtatutum §.1.de reſcrip.lib.6.Cauſas autem criminales vel ſpirituales ſolus papa laico delegare poteſt,gl.32.diſt.in §.uerſi.& in locis præalleg,in *prima* regula,fallentia prima. Ab iſto uero delegato laico ad delegantem erit appellandum,ut tenent doct.in locis prælibatis.

Vigeſimoſecundo fallit,ubi bannum fuit appoſitũ in bonis clerici per iudicem ſæcularem a quo clericus appellauit iudicem laicum ſuperiorem dicti primi iudicis, & iudex appellationis condemnat clericum in expenſis, quia licet ſententia ſit nulla,fiet tamen executio contra ipſum per iudicẽ ſecularem,ut no.glo in c.ſi diligenti, de foro compet. ſuper verbo,pro eis.ita tenet Cap.quæſt.164.& Gaſpar.Cal.cõſ.12.

Vigeſimotertio fallit vbi clericus cõmuni ỏp.habetur pro laico,uel ubicunque dubium eſt quem eſſe clericum ſi citatus a iudice ſeculari non comparet,poteſt a iudice mulctari & in expenſis condemnari,tenet Hoſt.in ſum.de iud.§ 3.ſub §.illud autem,poſt princ.alleg.l. ex quacunque & l.ſi quis ex aliena.ff.de iudicijs,& de app.c.ſi duob.quæ omnia probãt (vt ipſe dicit) quod quomodocunque iudex errans in facto errore probabili,profert ſententiam in aliquem credens ſe iudicem ualet quod agit, ſicut in hoc caſu,& opinio in iudicijs præfertur ueritati 3.q.1.uerum.ff.de offic.prętoris.l.Barbarius.c.ad probandum,de re iudi.ad idem de ſenten. excõ. c. ſi iudex. §.non ſic.lib. 6.Ad idem quod no.Inno. & Hoſt. de uerb.ſigni.c.ex parte.Io.1.in fine magnæ gl.ubi dicit proceſſum epiſcopi tenere contra exemptum non comparentem,quando exemptio nõ eſt notoria, ſed eſt dubia,ſicut in caſu noſtro.Adpræmiſſa faciunt no.per gloſſ.in ca.ueniens, de accuſa.3.q.2.c.ſi epiſcopus 15.q.3.placita, in fine vltimę gl.ff ſi quis in ius vo.l.2.& dicit glo.expreſſe in c.conuenior. 23.q.8.quòd ſi iudex laicus citat clericum tenetur comparere,priuilegium allegare, ſi dubium ſit an ſit clericus,ita tenet Bar. in l.non videtur, la prima ff.de iud. Nili ſecundum eum ex forma citationis appareat priuilegium,ut quia *in ea* mandatur citari Titius clericus vel presbyter. *Sed ideo* ſeculares officiales quando procedunt contra *aliquem* clericũ, licet male faciant,omittunt ponere in citatione uel proceſſu aliquam demonſtrationem ex qua demõſtretur clericus, vt ſic propter dubium teneatur ire ad allegandum priuilegium,aliàs mulctari poſſit,ita dicit Bart.vbi ſupra, ad quod facit, quia quilibet naſcitur laicus, ergo talis debet cenſeri donec conſtet eſſe clericum. 2.qõ.1.c.legum,& iſtam partem tenet Gaſpar.Calderi.tit.de iudicijs.conſi.12. Vbi autem nõ eſſet dubium de clericatu,credo q̃ non teneretur comparere, nec proceſſus in principali ualeret, nec quo ad pœnam contumacię,& ita crederem opinionem Ioã.An.poſitam in regula iuris,ſcienti.in mercuri.quam tenet Spec.in tit.de cit. §.1.uer.ſed pone iudex.Arch.in alleg.c.placita.Sicu.in c.ſi diligenti.de fo.compe.Bal.in l.generaliter.la.2.C. de epiſcop.& cleri Bar.in præalleg.non uidetur.Idem tenet Cyn.in alleg. l.generaliter.Oldr.conſi.89 Bald.conſi.242.Pet.de Ancha. in alleg.regula iur.ea quæ.25.q.doct.in capit.ſi duobus. de app. Limita niſi in citatione exprimeretur talis cã ex qua concluderet laicum habere iuriſdictionem in clericum, vtputa ratione feudi,uel aliàs ſicut latius ſup. dictum eſt. Adde quòd ubi iudex eſt talis, q̃ citatus etiam uolens non poſſet facere eum iudicem non ualebit proceſſus, nec in principali, nec contumaciæ punitiuus.gl.in l.1.C.ubi de cri agi. & in c.clericum nullus.11.q.1.& in cap.ſignificaſti.de fo.compe. tenet Spe.ubi ſup.& in §.pen.de cita.ad fi.Propo.in alle.c.ſi duob. & ſuper hac fundatur opi.Io.An.& aliorum. de quibus ſup. Adde hic Pet.de Anch.in allegata regula iur.ea quæ.q.25.tenentem q̃ ſi clericus citatus per iudicem laicum non ſub nomine clerici ſuper delicto commiſſo non compareat *ita*, q̃ ponatur in banno,& habeatur pro confeſſo uigore ſtatuti,demum captus dicit bannum nullum, quia latum contra

clc-

Digitized by Google

clericum, licet non incedentem in habitu, & tonsura, certe sententia erit ipso iure nulla ex defectu iurisdictionis. c. nullus. de foro compet. &c. & auth. statuimus. C. de episc. & cl. tenet Cy. & Bal. in generaliter. C. de epi. & cle. & Sic. vbi sup.

24 Vigesimoquarto in possessorijs beneficiorum vel aliarum rerum aut iurium ecclesiasticorum etiam spiritualium præsertim cum agitur possessorio retinendæ cui æquiparatur casus nouitatis de quo late per Io. Fab. instit. de interdi. §. retinendæ: nam si clericus in possessione suę ecclesiæ vel aliorum iurium ecclesiasticorum ab alio etiam clerico dicat se turbatum, agere potest ac talem turbatorem & clericum coram sæculari iudice conuenire. Et ita seruari uidemus in presenti regno, pro quo facere uidetur tex. in c. causam, qui fi. sint legi. ubi papa fatetur quod ad regem non autem ad ecclesiam pertinet de possessionibus iudicare, propter qđ Ant. in c. cum dilectus, de ordi. cogni. dicit quod si agat super possessorio beneficij causa propriet. non dicitur esse spiritualis, idem tenet Nico. mil. in uerbo, beneficium; uer. beneficialis causa. Et expresse tenet Vincen. in c. fi. de iud. quod de iure spirituali petet agi possessorio coram iudice temporali: quod etiam videtur sentire gl. in c. cum dilectus, de elec. in uer. iuramento, dicens quod quando agitur possessorio de iure spirituali non agitur spiritualiter, & ideo non est tractanda tanquam spiritualis, idem uoluit gl. in c. literas, de iura. calum. hoc etiam sentit Inno. in alle. c. cum dilectus. Archi. & Ioan. And. in c. frequens, de resti. spo. lib. 6. dicentes q causa non est mere spiritualis cum agitur possessorio de re spirituali, tenet Sicu. in c. literas, de iura. calum. & Bal. ibidem dixit in addi. q. capc. 470.

Idem tenet papa. q. 1. & q. 85. q. 207. & q. 552. & in alleg. q. 1. recitat quod papa Martinus 5. qui statuerat quod quicunque ex clericis & personis ecclesiasticis in his quę de iure uel consuetudine ad forum ecclesiasticum pertinere noscuntur eo derelicto secularibus iudicibus se submittere seu partes sibi aduersas ad forum de iure vetitum conuenire vel trahere presumeret, nisi a premissis desisteret omni commodo gratiarum sibi a sede apostolica concessarum careret, ipseq; in graues, tunc expressas & alias iuris pœnas incideret, ad petionem bonæ memoriæ regis Caroli septimi declarauit eidem regi & eius regiæ iurisdictioni per quam vt asserebatur tam rex quam sui primogenitores super omni possessorio præsertim retinendę possessionis super beneficijs ecclesiasticis & suis ecclesiis suorum regni & delphinatus a tanto tempore citra quod de eius contrario hominum memoria non existebat, consueuerant cognoscere, derogare nolle, nec suę intentionis fuisse, nec esse per dictam, aut quamcunque aliā constitutionem ipsos regem & iudices partes molestatas super earum conseruatione ad suorum beneficiorum possessionem ipsius regis auxilium implorantes, dummodo in contemptum iurisdictionis & libertatis ecclesiasticę, vt partes sibi aduersas diutius perturbarent hoc non fecerunt, pœnas in dicta constitutione contentas nullatenus incurrisse, aut incurrere debere quoquomodo cōcessum fuit, hoc fuit Anno domini 1428. Kal. Maij.

Hinc rex Ludouicus 11. Anno domini 1464 per eius ordinationem declarauit. Causarum possessoriarum præsertim in materia nouitatis occasione beneficiorum, & materiarū ecclesiasticarum sibi ac iudicibus suis pertinere cognitionē, absq; eo quod alius de prædictis processibus in possessorio possit uel debeat intercipere cognitionem commissionesq; decernere, uel citationes aut processus facere.

Quod seruatur nedum in possessorio retinendæ, immo ēt in possessorio recuperandæ, ac etiā si agatur ex simplici saisina, de quo fuit latum arrestum Parisijs Anno domini. 395.

Et idem si agatur condictione ex c. reintegrāda. 3. qō. 1. uel ex c. sæpe, de resti. spo. uel generali iudicis officio, ut cap. 2. ut lit. non contesta. ubi And. sicu. & doct. nam sicut prædictum est, licet huiusmodi cōdictiones sint personales, quia tamen possessorium huiusmodi habet plurimum, facit secundum doc. in locis superius alleg. q cognoscere potest iudex temporalis.

Quamuis secundum communem doc. opin. quæ seruatur in practica in beneficialibus possessorium iustificādum sit ex titulo, ut not. in c. literis, de restitu. spolia. & in clem. 1. de causa poss. & proprie. Nisi cum quis petit se reintegrari per viam attentati, quia tunc sufficit probare se possedisse tempore litis, & illa pendente spoliatū fuisse absque alia tituli ipel. 15. vide quæ scripsi, in his secundę regulæ fallen. 4.

stificatione, vt tenet Ro. deci. 14. & dixi in addi. ad quæst. ca-

25 † Vigesimoquinto fallit in causis etiam proprietatis beneficiorum in regalia vacantium, aut aliorum quorum collatio pertinet ad regem. nam de talibus causis etiam cōtra clericos & inter eos in presenti regno cognoscunt iudices regij sæculares. Regalia vero est quoddam ius quod recipitur ecclesijs vacantibus. Quibus plenis prælati perciperent illa sicut rex Francie & Anglie vendicant quibusdam ecclesijs carhedralibus suorum regnorum collationem beneficiorum & præbendarum sede uacante, exceptis parochialibus quæ propter curam animarum non cadunt in regalia. Et illo etiam tempore dictarum ecclesiarum temporalia recipiunt, & sibi appropriant, iuxta moderationem de qua in c. generali, de elec. lib. 6. vbi Domi. Necnon bonæ memo. Philippi pulchri quondam Francorum regis quæ incipit, Item quantum ad regalia, editam per eum Parisijs die lunæ post mediam 11. Anno domini, 302. ex quo patet quod istud ius competit regi ab antiquo, & sic de iure satis uidetur posse sustineri.

Respectu uero collationis beneficiorum seu iuris conferendi magna fuit altercatio inter Bonifacium octauum, & memoratum Philippum. Sed istud ius potest ei competere ex priuilegio apostolico. 63. di. c. Adrianus. & c. in Synodo. 16. q. 1. hinc est Hen. Anto. & Sic. in ca. præterea is 1. de iure patro. Host. Ioan. And. & alij in cap. dilecto. de testi. & sic potest secundum eos intelligi prędictum c. Io. Andr. & Anto. in ca. nobis. de iure pat. glo. in c. laicis 16. quæst. 7. Archi. in ca. hortamur. 71. dist. And. Sicul. & Inno. in c. dilectus. Io. 3. de prēben. ubi patet quòd rex olim habebat collationem prēbendarum ecclesiæ Andegauen. c. cum inter, de consuet. ubi patet in decisa quod rex contulit decanatum. gl. & Archi. in c. imperium 10. dist. Spec. in fi. ne sede uacan. in fin. & in tit. de lega. §. nunc tractemus. uer. sed nunquid legatus, & ibi Ioā. And. & gl. 15. q. 7 in summa, dicit quod rex Apuliæ ex priuilegio papæ habet inuestituras beneficiorum. Idem Inno. in c. quod sicut, de elec. in glo. quæ incipit, episcoporū', & ibi Ioā. And. Anto. & Sicul. idem Io. And. Pe. de Anch. & Domi. in c. 2. de præben. lib. 6. Io. And. in addi. Spec. tit. de prēben. §. penul. Bal. loquens de rege Vngarię & Anglorum in l. rescripta penul. col. C. de præci. impe. offe. Pe. de Anch. in cle. per literas, de præben. Anto. in c. massana. de elec. & in c. in nostra, de rescri. Sicul. in c. dilectus, de offic. lega. Anto. in c. quanto de iudi. Inno. in c. quod indubijs. in primo no. de renun. & c. ad supplicationem, in 4. no. eo. titu.

Et dicit Panor. in c. extirpandæ. quod rex Franciæ est canonicus in pluribus ecclesijs sui regni, & istud est verum sicut sancti Martini Turonen. & sancti Hilarij Pictauiens.

Potuit etiam istud ius competere ex compositione facta in fundatione beneficiorum sicut videmus in præbendis ecclesiæ collegiatæ Villenouæ prope Auenionem quas rex confert, & eius curia parlamenti de ipsarum petitorio cognoscit, facit ca. eleutherius. 17. q. 2. & prælega. c. nobis, de iure patro. præsuppono tamen q talis compositio per Romanum pontificem semel fuerit approbata.

Aut potest competere ex præscriptione seu consuetudine cuius memoria non existit, quæ tantum operatur quantum priuilegiū. l. hoc iure. §. ductus aquæ. ff. de aqua quo. & æsti. c. super quibusdam, de uerb. signi. & quod no. in summa. 63. dist. & in c. reatina.

Sed ista æquiparatio non procedit ubi datur incapacitas in possidente, quia per aliquam consuetudinem etiam vetustissimam non potest consequi id quod ex priuilegio cōsequeretur, gloss. in c. illud. 93. distin. Io. mo. c. 2. de prēben. alleg. & ibi domi. Anto. in repeti. c. peruenit, de cēnsi. Sicul. in c. noui. de iudi. & in c. quanto, de consuet. & in ca. causam, de præsc. & in c. de hoc, & ibi Anto. de Simo. Sicu. in cap. ad aures, de prescri. Zaba. consi. 57.

Nisi cum consuetudine tanti temporis concurreret fama priuilegij, quia tunc presumeretur pro priuilegio & sufficeret, & ita tenet Ioan. And. in c. cum talis apostolica, de his quæ fi. a prælat. approbatur per omnes, per Io. And. Io. de fa. & domi. in c. 2. §. sane. de deci. lib. 6. & scripsi supra in 1. regula, fallen. 12.

Alioquin esset dicere quod sine possessione curreret præscriptio. Cum laicus non possit possidere spiritualia, alleg. ca. causam, de prescrip. Ioan. And. in alleg. addi. Spec. in titu. de præben. dicit ipsis regibus in tali antiquato iure deferēdum præsertim cum consuetudinem ipsius papa scit & tolerat. Et refert Spe. in tit. de præben. uer. Item no. quod imperator habet priuilegium quod se uidisse dicit plumbatum, q in qualibet ecclesia Flamaniæ possit unum facere recipi. Et uide ibi Ioan. Andr. in addit. qui loquitur de regalia: id quod supra tactum est.

Sciendum est autem quòd rex Ludouicus. 11. Anno domini 1464. declarauit cognitionem, decisionem, & determinationem collationum beneficiorum uacantium & uacaturum, & quæ eatenus uacauerant in regalia per eum, & suos prædecessores factarum sibi, & curiæ suæ parlamenti. & non alteri pertinere. Et etiam beneficiorum per eum aut eius prædecessores pleno iure conferri solitorum, & collatorum sibi & suis iudicibus, & non alteri, cognitionem, & decisionem pertinere absque eo quòd alius iudex ecclesiasticus uel

temporalis

Digitized by Google

temporalis se debeat de ipsis intromittere, nec in petitorio, vel possessorio cognoscere.

26 Vigesimo textu fallit cum agitur de reparatione ecclesiarum quo casu clerici & prælati coguntur in sæculari iudicio respondere, pro quo facere videtur quod habetur 4. regum. 12. c. & 11. Paralipomenon. 24. vbi Ioas rex Iudæ vocauit Ioiadem pontificem & sacerdotes, dicens eis quare sarta tecta templi non instauratis, & prohibuit sacerdotes ultra accipere pecuniam a populo, & instaurare sarta tecta præcepit: unde postmodum ad numerandum pecuniam quæ inueniebatur in domo domini fuerunt deputati scriba regis, & pontifex, & dabant eam in manibus eorum qui præerant cementarijs domus domini, qui eam impendebant in fabris lignorum & in cementarijs his qui operabantur in domo domini, & sarta tecta faciebant: facere etiam uidetur ex. in c. filijs uel nepotibus. 16. qõ. 7. vbi tex ꝙ filijs, uel nepotibus ac honestioribus propinquis eius qui construxit uel dicauit ecclesiam licitum est hanc habere solertiam, vt si sacerdotem aliquid ex collatis rebus defraudare præuiderint, aut honesta conuentione compescant, aut episcopo uel iudici corrigenda denuncient, ꝙ si talia episcopus agere tentet metropolitano eius insinuari procurent. Si autem metropolitanus talia gerat regis auribus hoc intimare non differant, ꝙ tamẽ Archidi. exponit non vt corrigat, sed ut superiori denuntiet: & Sicu. dicit hunc canonem esse correctum per cap. qualiter, de iudi. gl. in super d. uerbo, regis: exponit ut eã corrigat, cũ per ecclesiasticũ iudicẽ cogi nõ põt, ut. 11. q. 1. c. petimus, & 97. di. c. nec licuit, uel etiam cum iudex ecclesiasticus deses est vt c. ex transmissa, de foro compe.

Quicquid sit de iure uide plura arresta parisijs, & Tholosæ prolata & inter alia Anno domini 1391. pro Patriar. Alexãdrino administratore episcopus Carcassonen. cõtra archiepiscopum Tholosę quondam episcopum Carcassone. dictũ fuit ꝙ super reparationibus ecclesiæ suæ quondam Carcassonæ, responderet in Parlamento, licet curiæ iurisdictionẽ declinasset eo ꝙ esset personalitas. Et idem dictum fuit anno præcedenti contra episcopum Nouiomen super refectionibus, & reparationibus quondam episcopatus sui Ebroicẽ. Et in parlamento Tholosæ anni. 53. die. 21. ꝙ fructus qui leuati fuerant de ecclesia de Casses a tẽpore executionis querimoniæ, conuerterentur in utilitatem ecclesiæ per unum ad hoc per curiam deputandum. Et eodem anno. 39. Aprilis ꝙ medietas sequestri ecclesiæ de Fargis albię conuerteretur in reparationibus eiusdem beneficij. Et in parlamento anni. 455. die. 28. Ianuarij dictũ fuit ꝙ do. Leonardus de resergio archiepiscopus ille super reparationib. episcopatus sui quõdam Basaten & domus vtensilijs ad instãriam domini Raymundi du til. episcopi Bazaten. impetrantis & actoris respõderet, & in curia procederet. Et in parlamento anni. 57. die 8. Iulij dictum fuit ꝙ duæ partes fructuum ex Abbatia Delezato perceptorum sub manu regis in reparationem ecclesiæ conuerterentur &c.

Hinc fuit ꝙ anno domini. 1385. sedente apud Animonem Innocentio septimo, qui raram nisi ex Francię regno obedientiam erat consecutus, & cardinales. 38. ordinauerat: quibus grandis sumptus opus esset sancti Nichasij Remensis in Franciam legato misso: dimidiatam oĩum ecclesiarum partem exigere conabatur. Cui præcepto Scholastici uniuersitatis Parisien. restiterũt missis ad regem Carolum quintum oratoribus qui ædictum pontificis haud æquum esse persuaderẽt. Audita scholasticorum querela rex exportari regno pecuniam vetat, & ecclesiarum prouentus in tres partes distribui iubet: unam in ecclesiarum instaurationem: alteram dissoluendis earum obligationibus, & debitis. Tertiam quotidianis ministrorum usibus assignauit. Vnde ex post officiarij regij de prędictis reparationibus ac prouisione circa diuinum seruitium contra clericos, & prælatos ac huius prætextu de perpetuis vicarijs parochialium ecclesiarum augenda portione cognitionem receperunt.

Et quatenus tangit reparationes prædictas pro dicta ordinatione facere videtur. ca. decreuimus. 10. q. 1. ubi tex. quod episcopus assistando ecclesiam si inueniat eam destitutam sacerdotijs eius reparari præcipiet. & ca. unico. ea. cau. q. 3. ubi tex. ꝙ episcopus non debet percipere tertiam nisi diruptas ecclesias velit reparare. & l. ne splendidissime. C. de ope. pub. ubi tex. ꝙ si urbes vel oppida uetustate labãtur uel egeant reparatione, tertia pars reddituum pro muris, & thermis publicis conceditur. & l. fi. C. de uectigal. ubi duæ partes applicantur fisco, & tertia ciuitãti. & fac. ad idem l. ex præstatione. eo. tit. & in auth. de colla. §. iubemus. collat. 9. & C. de diuer. prædi. urb. & rustl. 3. in fi. lib. 11. ubi tex. sicut in alleg l. ne splendidissime. & l. si in aliquam. ff. de offi. proconsul. & leg. & 96. dist. c. boni principis. ubi tex. in hæc uerba, ędes sacras, & opera publica circuire inspiciendi gratia an sarta rectaque sint vel aliqua refectione indigeant: & si qua cepta sunt consummantur prout vires illius reipublicæ permittunt proconsul curare debet. Curatores quoque operum diligentes solemniter proponere: ministeria quoque militaria si opus fuerit ad curatores adiuuandos dare. Ex qua col. igitur, ꝙ etiam edificia noua debent continuari, de quo per Sicul. in c. 1. c. tua nos. & c. de his. de eccl. ędific. uide, quæ scripsi in addi. ad quæst 599.

27 Vigesimo septimò fallit in censibus, & tributis, pro quibus clerici possunt coram seculari iudice conueniri, quia uidentur potius conueniri res eorum tanquam affectæ quàm personæ. ita tenet Guil. de Cug. in l. de his. C. de epis. & cle. allega, l. uiros. de pala sacra. largi. lib. 11. idem Bal. dicens: ꝙ non poterit aliquid in personam clerici. Et ista opinio communiter approbatur ubi tales possessiones, & bona habent onus perpetuum annexum, & inuariabile: quia talia transeunt ad clericos cum oneribus suis: pro quo facit. cle. 1. de censi. Si autẽ onus sit uariabile, & possessiones essent prius ascriptę pro solido, & libra: sicut cõmuniter fit in lingua occitana, ubi æstimantur bona cuiusque, vt soluat plus uel minus secundum impositionem collectę, & ad ista onera non tenentur clerici, vel ecclesiæ secundum ueriorem opinionem. Et non potest hoc onus dici annexum possessionibus cum non sit perpetuum: sed uariabile: & quandoque imponitur personæ pro rebus: si ergo perueniant ad clericos debent censeri iure ecclesiastico, pro quo bo. tex. in c. 1. de iure patrona. lib. 6. & in l. fiscus. de iure fisci. Et hanc opinionem tenet Io. And. de lib. Matthe. & Ioan. de Imo. in clem. pręsenti. de censi. Ioan. And. Arch. Imo. & Domi in c. 1. de immu. eccle lib. 6. Sicul. in c. fi. de uita, & hone. cleri. & eius consi. 3. Ioan. Fab. & Barto. in l. placet. C. de sac. san. eccle Zaba. in repe. ca. perpendimus. de sententia excom. Host. in summa de immu. eccle. §. in quibus uer. ad extraordinaria. Laudu. in clem. diocesanis. de uita, & honesta cle. Papæ. q. 381.

Ad prædicta facit conclusio Sicul. quam ponit in alleg. c. non minus. ubi post longam disputationem tenet, ꝙ ecclesia uel clerici non tenentur ad collectam impositam, pro fortificatione ciuitatis seu munitione aduersus hostes: nisi ipsi de illam uelint subire approbante episcopo, & clero, consultoque Romano Pontifice. & ubi laicorum non suppeterent facultates per. c. aduersus. eo. tit. Nisi secundum eum tanta necessitas immineret, quod non posset sine aliorum scandalo, & periculo prius haberi recursus ad papam arg. opp. in l. tutor qui repertorium ff. de admi. tuto. uide per eum in d. c. non minus. ubi singulariter confirmat opinionem huiusmodi, & ad l. & contra. opi. clarissime respondet. Sed quo ad primum credo, ꝙ opin. Bar. de qua in l. rescripto. §. fi. ff. de mu. & hono. in facto seruaretur, videlicet, ꝙ ubi possessiones essent prius descriptæ in compendio pro solido, & libra: sicut communiter fit in partibus istis, ꝙ tunc transirent ad cleros cum oneribus suis: & hoc casu possent ibi conueniri coram iudice seculari. & ad hæc faciunt quæ scripsi supra in huius secundæ regulæ fallentia quarta.

28 Vigesimo octauo fallit in datione tutelæ. Nam a iudice laico dari potest sacerdos in tutorem secũdum Ang. Are. insti. de attili. tut. §. sed hoc iure. alleg. auth. præsbyteri. C. de epis. & cler. Nam ut ait iudex secularis est iudex competens cuiuscunque etiam clerici petentis tutelam uel aliquid, aliud coram eo, vt 11. q. 1. c. experientię. & c. si clericus. & ca. cum sit. de fo. compe. Adijciens etiam, ꝙ præses siue iudex secularis possit presbyterum tutorem dare, ꝙ uidetur probari in l. neque C. qui da. tut uel cu. pos. & glo. in auth. præsbyteros. C. de epis. & cle. Pet. de Anch. in regula iur. ea quæ de reg. iur. lib. 6. sub. q. 18. & Rota deci. 181. remittunt ad dicta Bal. in l. generaliter C. de epis. & cler. ubi Bal. refert Oldr. tenuisse, ꝙ exorcistæ, & alij clerici inferiores compelluntur per iudicem secularem suscipere tutelam legitimam. quia dati sunt a lege. Sed præsbyteri, & alij in sacris uolentes possunt esse tutores legitimi non autem testamentarij uel datiui pro quo tex. & glo. in c peruenit. 86. dist. & dist. seq. c. in religiosum. Non tamen coguntur, ut in alleg auth. præsbyteros. tenet Spec. tit. de tut. § generaliter uersi. Item opponitur contra tutorem. & idem Io. And. ibidem in addi. & Sicu. in c. ex parte. 2. de appel.

Et quamuis de iure ciuili episcopi, uel monachi, non possint etiam uolentes legitimam recipere; ut præallegat. auth. præsbyteros: dicit tamen glos. in alleg. c. peruenit. & Spe. ubi supra, illam auth. esse correctam per dictum canonem: ita ꝙ etiam episcopus, uel monachus possint si uelint recipere legitimam tutelam: sed non testamentariam vel datiuam. dicit tamen Bal. in add. Spe. ubi supra, ꝙ monachus non habet unde soluat: nec habet bona quæ possit hypothecare pro administratione, & mortuus est, ideo non possit esse tutor.

Sed ad tutelam miserabilium personarum omnes clerici siue monachi tenentur, vt ibidem: & 88. d. c. 1. & c. episcopus gubernationem. & Spe. ubi sup. in uer. illud autẽ dicit tamen ꝙ forte non cogentur. Bal. in alleg. l. generaliter. finaliter cõcludit;

Digitized by Google

cludit, ꝙ episcopus, & iudex secularis dabunt clericum tutorem, & compellent, ut ex coniunctis iurisdictionibus reintegretur unus effectus. ff. de excu. tuto. l. iurisperitos. §. cum oriundum. & l. de creationibus. C. de episc. audi. & institu. de atti. tu. §. nos autem.

29 Vigesimonono fallit in clerico minore litigante coram iudice seculari. Nam curator ad huiusmodi causam sibi dabitur per dictum iudicem secularem: ita tenet Old. consi. 9. & Pet. & Iac. ut ipse refert, & Rota. dec. 181. Pet. de Anch. in alleg. reg. iur. ea quæ. sub q. 18. Domi. in c. si annum. de iu. lib. 6. in compendio Rotæ. sub rub. de iudi. 15. Curator autem generalis ad lites eidem clerico per suum competentem iudicem dabitur secundum doct. præalleg.

30 Trigesimo fallit † in præsenti regno ubi secular. potestas abutitur notorie sua iurisdictione, vel potestate. Quo casu etiam contra clericos concedi solent per cancellariam literæ in casu appelli, ab abusu notorio vulgariter nuncupatæ: de quibus sępenumero dubitaui: ubi fundari poterant in iure. Audiui tamen frequenter officiarios pro hoc dicere esse bonum tex. in c. filijs uel nepotibus. 16. q. 7. Quibus ego respondi dictum canonem esse correctum: ut tenet Sicul. in c. qualiter. de iudi. sed ulterius mihi allegauerunt regiam maiestatem, ad hoc inter alia fuisse institutum vt ministros ecclesiæ id est uiros ecclesiasticos protegat. Cum boni regis sit tueri ecclesiam, & personas ecclesiasticas. unde dicit tex. 96. dist. boni principis est & religiosi ecclesias contritas atque concitas restaurare: nouasque ędificare: & dei sacerdotes honorare ac tueri. & 23. q. 8. cap. tributum. ibi: quia nos tueri, & defensare deberent. & c. principes. 23. q. 5. ubi cognoscant seculi principes se debere esse rationem reddituros propter ecclesiam quam tuendam suscipiunt. & 23. q. 3. c. maximianus. & 2. c. seq. & 11. q. 1. christianis. dum Gelasius Papa Zechie comiti ait. Clericos tibi commendo, tuæ sublimitatis tuitione vallentur ne quid illis aut surreptio aut inimica legibus uiolentia necessitatis imponat: dicit etiam tex. 23. q. 5. Administratores plane secularium dignitatum, qui ad ecclesiarum tuitionem pupillorum ac uiduarum protectionem rapaciumque refrenationem constituti proculdubio esse debēt quoties ab episcopis, & ecclesiasticis viris conuentę fuerūt eorum quærimonias attentius audient secundum, ꝙ necessitas expetierit: absque negligentia examinent, & studio diligenti corrigant, facit tex. in c. imperatoribus, ea. vbi dicit per imperatorem obuiandum peruersis, & pauperes defendi ad uersus potētias diuitum: alioquin qui potest perturbare peruersos, & eis obuiare, & non facit, nihil aliud est quàm fauere impietati eorum. c. qui potest. ea. cau. & q. Insuper regum est officium proprium facere iudicium atque iustitiam. & liberare de manu calumniantium vi oppressos vt in c. regum. 23. quæst. 5.

Præterea archiepiscopus notoria crimina subditorū suorum sui suffraganei visitando punire potest ratione huius notorietatis, ꝙ alias facere non posset: vt in c. Romana. §. fane. de censi. lib. 6. & fa. c. Romana. de pæ. eo. lib. Allegant insuper, ꝙ regia potestas ad id etiam nostra instituta: vt sanctorum antiquorumque patrum decreta saluberrima spiritu dei promulgata exequi faciat: & inuiolabiliter obseruari. in auth quo. oport. epis. in prin. coll. 1. & in l. fi. C. de sum. trin. & multas alias rationes pro se soliti sunt allegare. Nunquam tamen audiui neque vidi nisi semel, ꝙ super meritis huiusmodi causarum appellationem fuerit pronuntiatum sed duntaxat, uel appellationes annullari, aut, ꝙ appellantes non erant vt appellantes recipiendi: quia a iudice spirituali non est ad secularem iudicem appellandum.

31 Trigesimo primò fallit etiam in presenti regno ubicunque per prælaros clericos, uel alios quoscunque aliquid fit: vel attentatur contra decreta Basilienſis concilij, & pragmaticā sanctionem. Et fundant se iudices temporales dicentes huius habere cognitionem, eo, ꝙ dictum cōcilium seu per suos creatores exhortatum fuit regem Carolum huius nominis septimum: obsecrando vt decreta statutaque, & ordinationes ab ipsa sancta synodo facta, & condita recipere uellet, & acceptare: eaque quantum suæ regię dignitatis interesset per uniuersum regnum suum, & delphinatum inuiolabiliter perpetuoque obseruari facere dignaretur. Quæ decreta, & ordinationes ac statuta in eadem pragmatica sanctione contenta, Archiepiscopi: episcopi: capitula notabilia, decani, abbates cæterique prælati, & viri ecclesiastici, atque scientifici uniuersitatum studiorum generalium Bituris congregati, ecclesiā regni, & delphinatus repræsentantes, recipienda, consenserunt, & acceptanda deliberauerunt, & acceptauerūt. Et apud regem ipsum insteterunt: vt ipse extunc ipsa decreta acceptaret, & approbaret, mandando districtè extunc curiæ parlamenti, & alijs iustitiarijs regni, & Delphinatus: ac aliorū dominorum regni: quatenus de puncto in punctum præmissa inuiolabiliter, & imperpetuum obseruarent, & facerent ob seruari, transgressores, & contrafacientes taliter puniendo: ꝙ cæteris in posterum cederet in exemplum: vnde rex ipse die 7. Iulij. Anno domini. 1438 & regni sui. 16. habita deliberatione cum principibus suæ regalis prosapiæ: ac alijs magnatibus, & proceribus multisque alijs viris prudentibus, & scientificis ecclesiasticis, & sæcularibus regni, & delphinatus suorum eidem in eius magno concilio assistentibus ad quorum super requestam, & supplicationem decreuit omnia per eos in prædicta congregatione deliberata in eius regno, & delphinatu cæterisque dominijs suis perpetuo teneri ac inuiolabiliter obseruari, suumque plenum, & integrum absque alia publicatione a die prædicta sortiri effectum. Curiæ parlamenti omnibusque iustitiarijs regni, & delphinatus suorū cæterisque officiarijs, & subditis suis, & eorum cuilibet: prout ad eum pertineret mandauit districtius iniungendo: quatenus omnia prędemissa, & singula tenerent, custodirent, & cō seruarent in sua roboris firmitate. Et in causis quibuscunq; occasione prędemissorum de cæteto orituris, & emersuris secundum deliberationes, & conclusiones in eadem pragmatica sanctione contentas iudicarent, & pronunciarent, & sententiarent. Atque ab omnibus subditis, & incolis suorum regni, & delphinatus inuiolabiliter facerent in omnibus, & per omnia obseruari prædictas personas ecclesiasticas, & sæculares, ac earum quālibet in omnibus, & singulis superius expressatis ab omni turbatione, uiolentia, impressione, molestatione, uexatione, dāno, impedimento, & disturbio tuerentur, protegerent, & defenderent. Omnes, & quascunque personas cuiusuis conditionis aut status forent contra faciētes, aut uenientes: taliter puniendo ꝙ imposterum cæteris cederet in exēplum; ut hæc omnia patent tam in proemio quàm in fine pragmaticę sanctionis. Et ita de facto a tempore Caroli 8. seruari uidi. Vnde officiarij regij super his se fundant, sustinentes ꝙ curia parlamenti possit cogere archiepiscopos, & episcopos ad confirmandum, uel infirmandum electiones suorum subditorum, dicunt enim ualere etiam consuetudinem: ut casu quo episcopus nō potest esse iudex propter suspitionem det iudicem parti non suspectum corā quo procedetur: & si appelletur a tali appellabitur ad episcopum: tamen poterit iterum recurri, ita dicit Hostien. in tit. de senten. §. qualis 16. col. ver. sed nunquam episcopis, & ita dicit seruari per dominos temporales in Frācia de quo meminit Ludouicus in l. qui iurisdictioni. ff. de iurisdictio. omnium iudic.

32 † Tricesimo secundo fallit in clerico negotiatore quia tenetur ad gabellas in concernentibus negotiationem, tenet Federicus consi. 111. incipiente, quæstio talis est, vltima colū. per textum cum glo. in clem. præsenti, de censi. Et ideo casu prædicto poterunt huiusmodi ratione gabellarum coram ſęculari iudice conueniri, pro quo facit c. 2. ne cler. uel mo. idem quod Federi. tenent Matthe. Paulus, Stephanus, Zaba. & Imo. in d all. cle. præsenti. Et benefacit c. recolentes. de statu monachorum. dum ibi dicitur. Si enim relictis originalibus ordinis institutis ad communia volueritis aliorum monasterium iura diuertere, oportebit uos communi iure censeri. Quia dignum est ut qui similem cum alijs uitam suscipiunt, similem sentiant in legibus disciplinam, & facit ꝙ per huiusmodi text. principaliter consuluit Pet. de Ancha. consi. 104. incipiente, contra fratres &c.

33 Trigesimo tertio fallit in clerico permittente se a iudice sæculari condemnari, & executionem committi, postea suum priuilegium allegante, quia talis uenit condemnandus in expensis, tenet Egidius belle. decisio. 226. ad hoc allegat. ca. exceptionem, de except. vbi tex. ꝙ malitiose differens opponere exceptionem sibi competentem uenit condemnandus in expensis, limita tamen prout in casu dicti ca. limitatur hoc dictum per Sicul. post Innocen. Hostien. & doctores in alle. c. Et ibi vide per eum, de quibus expensis intelligatur. Sed si clericus non habeat unde, an patitur executionem in fructibus sui beneficij: dic ꝙ sic, ita tenēt Hostien. Ioan. And. Ant. Imo. Sicul. & Præpo. in repræhensibilis, de appell. deducto tamen ne clericus egeat: & ecclesia non patitur detrimentum in ministris eccleſiæ, uide ubi supra, & quę dicunt Ioan. And. Hosti. Anto. Zab. Sicul. & Imo. in c. 2. de fideiusso. uide etiam quæ scripsi in addi. ad q. capel. 314. Adde etiam quòd scripsi supra in huius secundę regulæ fallentia. 13. de clerico contumace an possit mulctari &c. Adde ꝙ clericus non declinans forum laici, uenit puniendus iuxta c. si diligenti, de foro compe. & ideo uenit puniendus arbitrio iudicis, tanquam transgressor canonis secundum Bald. in l. 1. C. de indi. vidui. col. ad fi. & Spec. tit. de compe. iudi. adi. §. 1. uer. sed nunquid requiritur consensus. Et ideo si trahatur inuitus ad iudicem secnlarem debet protestari se clericum, & quòd non debet coram illo respondere, & si iudex prę cipiat ut respondeat, protestetur se hoc facere uiribus præfecturæ, uel metu ipsius iudicis, tenet Sicul. in cap. si diligenti, 6. colum. de foro comp.

Digitized by Google

ro competen de hoc per Cæpol. consil. vndecimo.

34 † Extende huiusmodi primam, & secundam regulas etiam ad concubinas clericorum: quæ forum clerici sequuntur, glo. & tex. in cap. eos. 32. dist. ubi dicitur ꝙ concubina clerici debet puniri per episcopum, & si non potest eam punire indulget quòd puniri possit per principem, & ibidem sequitur Archi. & Domi. præsertim in clerico in sacris cõstituto, quia tunc committit adulterium, & sacrilegium. 27. quæst. 1. qui Christo, & c. virginibus no. Hosti. in summa. tit. de coha. clericorum, & mulierum. §. quam pœnam. Henricus, & Sic. in c. ut clericorum, de uita. & hone. cler. imo, clarum est quòd crimen sacrilegij punitur iudicio ecclesiastico c. quisquis. 17. q. 4. & c. cum sit generale. de foro compe. & canones disponunt de huiusmodi concubinis: ut patet in c. quidã. 81. dist. & gl. in c. fraternitatis. 34. dist. & in allega. c. 2. de coha. cleric. dicitur, fœmina uero canonice iudicetur, & ibi gloss. Iudex autem sæcularis. in alleg c. eos, additur in defectum, & non principaliter, quia talis non efficitur ancilla de iure ciuili, sed de iure canonico, vt in alleg. c. quidam, ideo propter hoc eximuntur a iurisdictione sæculari. Idem tenet Sicu. in ca. 2. de coha. cle. allega. uidelicet ꝙ concubina clerici præsertim in sacris constituti est de foro ecclesiæ, idem tenet Sicul. in cap cum sit genera'e, de foro competente. & ibi idem tenet Ant. idem tenet Ludoui. Romanus in singularibus in uerbo concubina. idem Ioan. de platea in l. 1. C. de mulie. & in quo loco, lib. 10. & pro hoc uidetur hodie bonus tex. in consil. Basilien. tit. de concubina; ibi prælati concubinas aut mulieres suspectas curẽt a suis subditis per inuocationem brachij sæcularis, si opus fuerit pœnitus arcere &c. Aduerte tamen quia Petrus de Anchara. in regula iuris, ea quæ. quæstio. 24. & in consilio suo. 197. uer. super secundo dubio, tenet quòd princeps sæcularis possit facere statuta pœnalia contra prędictas concubinas clericorum manifestas & notorias, nec tunc secundum eum honestas ecclesiæ maculatur, sed potius defensatur, & sacri canones melius custodiuntur. Contra occultas vero non uidetur quòd iudex laicus possit ex officio procedere, & sic deteget crimen clericorũ, pro hoc quòd ait Constantinus in c. in scripturis. 96. dist. Idem tenet Ioan. de Ana super rub. de adul. Adde Fely. in c. si concubinæ. de senten. excommunic.

Quicquid sit quia dictæ concubinæ sicut prędictur committunt crimẽ sacrilegij, quod est crimen commune, iudex sæcularis in præsenti regno illarum recipiet cognitionem, & puniet illas, licet etiam puniri possint per iudicem ecclesiasticum, opinio tamen Petri de Ancha. maximam æquitarẽ videtur continere.

35 Secundo extende ad uxores clericorum coniugatorũ incedentium in habitu, & tonsura clericalibus tenent Sicu. in c. 2. de foro competenti. per gloss. quæ hoc tenet in c. eos. 32. dist. & idem tenet Clauas. in uer. excommunicatio. 7. §. pro quo dicit esse textum in l. fi. C. de incolis, dũ ibi dicitur mulieres honore maritorum cingimus, & genere nobilitamus & foris ex eorum persona statuimus, hæc ibi, vt idem Imo. & Domi. in c. vnico, de cler. coniu. lib. 6. vxores uero clericorum in sacris constitutorum gaudent priuilegio fori ex persona clericorum per iura superius allegata, tenent doctores vbi supra, & istud uerificari potest in vxoribus græcorum, secundum Io. de Imo. in alleg. c. 11. dicentem ꝙ gaudent priuilegio fori in totum. Sed Io. And. in alleg. c. unico, respectu vxorum huiusmodi coniugatorum, dicit nunquam fuisse receptum: ꝙ in criminalibus iudicaretur ab ecclesia, & absurdum uideretur, ut in ciuilibus conueniretur coram iudice sæculari, in criminalibus vero coram iudice ecclesiastico & ista opinio de facto seruatur.

36 Tertio extende ad familiam clericorũ, quæ gaudet eodem priuilegio quo clerici. gl. in alleg. c. clericorum. 11. q. 1. & gl. in allegato. c. eos. 32. dist. & in §. nouarum, in vers. mancipia. 16. q. 1. tenet Domi. in alleg. ca. eos, & Maria in c. 1. de fo. cõp. Clauas. in uer. clericus. 14. §. 2. Sed Archidiaconus in allegato. c. clericũ. dicit ꝙ istud non habet locum in seruitoribus, qui seruiunt prætio, & idem tenet Sicu. alleg. in cap. 2. de foro competen. Nam speciale est in familia Christi, ut gaudeat priuilegio fori, vt in c. fi. de offic. archi. & in ista materia stricta, debet fieri extensio, quia multa episcopis conceduntur quæ non alijs. c. fi. de reiud. lib. 6. c. fi. de priuil. & c. quàm periculosum, de senten. excom. eo lib. & facit ca. pe. uer. non sic autem, de priui. eod. lib. ubi priuilegium datum conuentui non prodest familiaribus, & facit c. per exemptionem, eodẽ lib. & titu. ubi si in oblatis requiritur qualitas perpetuitatis, quanominus gaudebunt famuli temporales nihil habentes spiritualitatis. Et hæc pars videtur esse tutior. & de facto seruatur.

37 Quarto extende ad hæremitas, qui sunt de foro ecclesiæ per c. indennitatibus, ad finem, de elee. li. 6. idem tenet Imol. in clem. per literas, de præben. in cle. Idem Anto. consil. 19. inci. quia hic agitur, in penul. col. addens ꝙ caput eorum vitæ est Christus, & subsunt præsbytero in cuius parochia degunt. Idem tenet gl. in l. 2. ff. de in ius voc. & ibi Ang. & doct. ad idem gl. in c. nulla. 93. di. & in c. qui uere. 16. q. . in quibus dicitur, quòd hæremitę sunt sub episcopo in cuius territorio sunt: idem uidetur velle Inn. in c. cum ad monasteriũ, de statu mona. vbi dicit hæremitam esse personam ecclesiasticam & Arch. in c. unico. de excess. præla. lib. 6. dicit quòd hæremita est religiosa persona. Sed Laud. Io. de legn. & Zaba. in all. cle. per literas. & Sicu. in alleg. c. 2. de foro compet. quia tales ex utero matris, laici nati sunt, ita in eodem statu sunt censendi, ex quo non interuenit alius actus eos eximens a iurisdictione temporali, qui est duplex: uidelicet receptio ordinis, & conuersio ad aliquem de religionibus approbatis, vt in c. fi. de religio. do. & 17. q. 4. c. si quis suadente, de sent. excõ. c. non dubium, cum similibus, & istud uidetur de iure verius quia isti hæremitę non habent certam regulã, nec sunt obligati ad standum ibi, sed tenentur sola uoluntate, & sunt sicut locustæ quæ regem non habent, vt ait glo. in alleg. c. qui uere. Vnde absurdum uideretur ꝙ ex sola uoluntate se possint eximere a iurisdictione imperatoris, & redire quãdo volũt: pro quo optime facit. c. duo sunt genera. 12. q. 1. ista pars de iure uidetur verior, & credo ꝙ seruaretur in practica, & recordor ita iudicatum fuisse per curiam parlamenti de quodam hæremita qui propter egregia furta, & rapinas vltimo fuit effectus supplicio, sed opinio prima uidetur ęquior maxime fauore religionis, pro qua videtur in dubio iudicandũ l. sunt personæ. ff. de relig. & sump. fune.

38 Quinto extende ad rectores hospitaliũ autoritate episcopi ædificatorum, quando promiserunt in manibus episcopi caste uiuere. & uxore mortua aliam non ducere, quia tales videntur quasi conuersi, ita tenet Hosti. in summa de regula. §. 1. ver. quod rusticus. Si autem utuntur coniugio, & habent proprium, & sunt laici, non gaudent priuilegio clericali nec quo ad personas nec quo ad bona, rationibus tactis in proxi. extensione quia non sunt clerici neque conuersi, tenet Sicu. in alleg. c. 2. de foro compet. Io. de Lig. Et Zabar. in alleg. cle. per literas, de præben. idem Bart. & Ang. in l. ꝙ constitutum ff. de mili. testa. & allegatur per moder. Pet. de Anch. sub tit. de regula. Ego crederem standum esse consuetudini sicut tenet Host. vbi supra. & eum sequitur Laudu. & Imo. in pall. cle. quia consuetudo est optima legum interpres. l. si de interpretatione. ff. de leg. & c. cum dilectus, de consuetu. Consuetudo autem habet ꝙ tales non gaudent priuilegio clericali nec in personis nec in bonis proprijs quia secus de bonis collatis hospitali vt tenent Laud. & Imo. vbi supra.

Sexto extende ad fratres tertij ordinis quia sunt, de foro ec-
39 clesiæ, & subsunt episcopo, vt tenent zacha. & Lap. in clem. cum ex eo. de senten. excommu. in cle. Zaba. in eap. si diligẽti, de foro compe. dicens ita pronuntiasse propter gl. 3. in cle. cum ex eo allegat. idem tenet Anto. in c. 2. de foro compe. & in c. 1. de oblig. ad ratioci. idem Pau. in alleg. clem. dicens. Io. de Ligna. pro hac parte consuluisse, idem *Bar. in l. 1. ff. de* pœn. & melius in l semper. ff. de iure immu. *quem* sequitur Imo. in alleg. cle. idem Claua. in ver. excommunicatio. 7. Et hodie ita est decisum in extrauagan. Papę Sixti quarti, quæ incipit, sancta Romana, ubi recitatur ꝙ plures solennissimi doctores ita tenuerunt. Et ita seruatur de consuetudine in prędicta ciuitate. Quod ego intelligo in istis fratribus de tertia regula quando receperunt habitum autoritate superioris, vt sint perpetuo deo dicati, nisi habitum in fraudem assumpsissent, ut no. Bar. in alle. l. 1. Sed ꝙ non sint de foro ecclesiæ tenent Cal. tit. de foro compet. consi. 7. & Sicu. in alleg. ca. 2. referens ita consuluisse Fede. de se. consi. 165. Alb. in l. placet. C. de sacrosanct. eccl. Bal. in l. officiales. C. de episco. & cleric. Pet. de Anch. in allegata regula iuris, ea quę. qõ. 15. & Maria. in alleg. ca. 2. & licet istorum opi. uideatur de iure verior, prima tamen tutior, & ęquior.

Quia sicut visum est supra ꝙ clerici in plerisque casibus in sæculari iudicio litigare compelluntur, hic ad prædicta inseritur dubium vulgatum.

40 † Vtrum in dictis casibus clerici ligentur stylo consuetudine, & statutis fori sæcularis, in qua quęstione varię fuerũt hactenus doctorum sententiæ, ego tamen salua correctione communem opinionem insequendo, dico ꝙ in his quæ cõcernunt litis ordinationem, vt ꝙ instantia finiatur certo tempore, uel ꝙ actor teneatur dare fideiussorem, & idem de libelli oblatione, & similibus concernentibus ordinationem litis, seruandum erit, ius laicorum, quia lex canonica consentiens ꝙ ibi causa agitetur, censetur velle ꝙ agitetur secundum modum illius iudicij, ita glo. in c. ꝙ clericis, de for. cop. & ita eam allegat Anto. Imol. Sicul. & Domi. in c. eccl. sanct. Marię. de const. & Io. And. super rub. de const. Propterea dicit Archi. in ca. non ita 2. quæst. 6. ꝙ clericus litigans in foro sæculari non poterit appellare ante sententiam, nisi in casibus

Digitized by Google

bus a iure ciuili permissis, sed laicus litigans coram ecclesiastico bene appellaret per ca. super eo de appel. & hoc dictum sequuntur omnes prædicti,& Sicu. in alleg.ca. ℘ clericis,& in c.qualiter, de iudi. Pet. de Ancha. consi. 15. & in rep. ca. 1. de const.& in repe. c. ea quæ, de reg. iur. lib. 6. in vlti. qõ. Anto. in disputatione incipiente, stante statuto municipali. Lap. alleg. 81. Cal. disputatione incipiente, statuto ciuitatis. Cum autem agitur de lite decidenda, tunc aut agitur ratione contractus,& tunc consideratur ius loci contractus: vt l. si fundus. ff. de euic. & de vsuris. l. 1. & c. constitutus, de in integ. restit. & c. cum venisset, de eo qui mit. in poss. Si agitur ratione delicti consideratur ius loci ubi delictum est commissum. C. vbi de cri. ag. op. auth. qua in prouincia, de sent. excõ. c. a nobis. Si uero ius respicit rem de qua ligatur, tunc seruanda sunt loci iura ubi res sita est, de testa. c. Ray. C. de edi. priuil. an in rotum. ff. de tuto. & cur. da ab his. l. pupillo, & ideo si agatur de onere rei respiciendus est locus vbi res sita est. C. de prædi. nauicu. l. vlti. lib. 11. concordat Cy. C. de sum. trin. & ibi plene per Bal. in rep. l. 1. Si uero ius uel statutũ respicit pson am, tunc non seruabitur quo ad personam clerici. Sicut. n. consideratur ius loci contractus delicti vel rei super qua qõ sita est: ita & personę qualitatem inspici oportet, cum de iure principaliter personam tangente quæritur, & secundum illud ius iudicari oportet coram quocunque iudice agatur. fa. c. 1. de iure patro. lib. 6. de priuil. c. porro. secundum unam lecturam. Et ideo si statuto cauetur laicorum ℘ solutio debiti probari non possit per testes, clericus illo statuto non afficitur, licet litiget coram iudice sæculari, sed saluum sibi remanet ius probandi per testes, ita dicit Sicu. post Cal. in alle. c. ℘ clerici, & Ancha. in allega. quæst. finali.

SVMMARIVM.

1 *Manus uiolenta inyciens in clericum est ipso iure excommunicatus.*
2 *Percutiens conuersos sæcularium ecclesiarum an sit excommunicatus.*
3 *Mulieres quę canonicæ seculares dicuntur percutientes an sint excommunicati.*
4 *Beguinæ an gaudere debeant priuilegijs clericorum.*
5 *Detinens clericum in custodiam publicam an excommunicationis sententiam incurrat.*
6 *Mandans injici manus uiolentas in clericum an habendus sit pro excommunicato.*
7 *Dolo inducens alium ad percutiendum clericum an ueniat excommunicandus.*
8 *Prohibere ualens percussionem clerici nec cohibens habetur pro percussore, & est excommunicatus.*
9 *Manus uiolentas iniiciens in clericum qui uoluntarie se uerberibus subiicit an sit excommunicatus, an & ipse etiam clericus.*
10 *Clericus seipsum temerarie percutiens an sit excommunicatus.*
11 *Clericos de mandato prælatorum percutientes an sententiam excommunicationis incurrant.*
12 *Clericus non debet a laico torqueri.*
13 *Prælatus ex causa corrigens clericum licet iracundiæ an sit excommunicatus.*
14 *Laicus etiam priuatus an possit clericum in crimine flagranti repertum capere specialiter si de fuga sit suspectus.*
15 *Laicus potest clericum suum debitorem fugientem uel de fuga suspectum aut rem suam asportantem capere etiam sine metu excõmunicationis.*
16 *Confessio clerici facta coram iudice sæculari an sit sufficiens indicium ad torturam.*
17 *Clericus non potest torquari nisi sit infamatus de crimine.*
18 *Clericum alterum inuadentem licet impune percutere.*
19 *Clericum percutiens si modum excedat defensionis, non tamen ex proposito uenit excusandus.*
20 *Percutiens clericum turpiter inuentum cum sibi propinqua an excommunicationem incurrat.*
21 *Percutiens clericum si clericatum ignoret uenit excusandus.*
22 *Inuasor sedis apostolicæ potest a laicis impune repelli.*
23 *Doli incapax percutiens clericum non peccat mortaliter.*

Tertia regula.

TErtia regula concernens personale priuilegium clericorum, sumitur ex c.
1 si quis suadente. 17. qõ. 4. qua cauetur † ℘ manus violentas iniiciens in clericum, est ipso iure excommunicatus, idem de monachis aut monialibus canonicis aut cuiuslibet religionis conuerso uel conuersa, aut nouitio cuiuslibet religionis per dictum c. cunctis. c. non dubium c. ueniens. c. cum illorum c. de monialibus, de senten. excommun. & c. religioso. eo. tit. lib. 6.

2 Declara primo prædictam regulam etiam locum habere in conuersis sæcularium ecclesiarum, ita uidetur tenere glo. in alleg. c. non dubium, & idem tenet ibi Anto. idem Ioã. de Imol. in c. dilecta. de maio. & obe. idem Io. And. & Domi. in c. per emptionem, de priuile. lib 6. licet Sicu. in alleg. ca. dilecta, & in c. 1. de regula. uideatur tenere contrarium, prima tamen opinio uidetur tutior.

3 Secundò declara prædictam locum habere regulam in mulieribus, quę canonicę seculares dicuntur si uerberentur quando seruiunt in ecclesia, & habent habitum religiosorũ aliàs secus, & ita sequitur Rota decisi. 167. in antiquis, tamen Ioan. Andr. in alleg. capitu. dilecta, simpliciter tenet, ℘ non gaudent.

4 Tertiò declara prędictam regulam locum habere in beguinis, quæ sunt conueniendæ, coram iudice ecclesiastico tamquam personæ miserabiles, & non uidentur merę personę seculares. maxime cum portant habitum, & gaudent priuil. ita dicit Rota conclu. 232. in antiquis. & ad hoc alleg. Io. An. ita tenentem in alle. c. dilecta.

5 Quartò declara prædictam regulam, locum habere in detinente clericum in custodia publica sicut in carcere, uel priuato loco, ut in domo propria, quia licet manus uiolentas non inferat, nihilominus est excommunicatus ex quo libere non potest abire. c. nuper. de sent. excom.

Idem si quis teneat clericum per uestem, & non permittit ipsum abire uel capit frenum æqui in quo insidet clericus, tenet Innocen. in alleg. capit. nuper. quòd etiam sentire videtur Bar. in l. licitatio. §. ℘ illicite. ff. de publ. ℘ dictum Innoc. alleg. Bar. ibidem, & Bal. in l. si qua per calumniam. C. de epis. & cle. & in l. Gallus. §. ille casus. ff. de libe. & posth. & in cap. 1. qui. mo. feu. amitta. & Lap. alle. 198. & Bal. in l. 1. ff. de his, qui deie. uel effude.

Idem in eo, qui spuit uel aquam aut aliud effudit super eũ ꝓ quo sunt duæ gl. una in c. si quis pulsatus. uer. manus. de pę. dist. 1. Alia in præalle. c. si quis suadente. in uer. manus. ubi ẽt tenet, ℘ si quis spuat in clericum est excommunicatus. quã gl. sequitur ibidem Marti. & alle per Inn. in alle. c. nuper. tenet Zaba. in cle. 1. de pęn. idem est generaliter si fiat uis rebus clerico inhærentibus, uel si aliquid ℘ tenet uiolenter eripiatur aut scinditur siue fra igitur, ut tenet Zaba. ubi sup.

Quod tamen solet limitari primo nisi dormiat, uel nõ sentit sibi zonam uel bursam furari, uel quid simile sibi auferri. ita tenet Zab. in alle. cle. 1.

Secundò nisi clericus detineretur oppressus per uim ne sibi fieret iniuria. tenet Inn. in all. c. nuper. & Zab. in alle. cle. 1.

Tertiò, nisi cessante uiolentia clerico inferretur metus, ẽt armorum. Zab. ubi sup. Sicu. post Anto. in c. uerum. de foro compe. & directo. lib. 3. ti. 2.

Quartò, nisi fieret uiolentia clerico propter recuperationem rei ablatę. Inn. in alleg. c. nuper. per. c. olim. 1. de restitu. spol. idem Zab. in alle. cle. 1. Imo. Laudun. ibidem dicunt, ℘ si clericus emphyteuta non vult soluere canonẽ armata manus dominus poterit eum compellere.

Quintò nisi solum fieret iniuria uerbis.

Sextò, nisi clericus insultetur sine uiolẽtia licet habeat animum nocendi, non tamen tangit licet uibrauerit ensem super caput eius, uel si tangit uim non infert neque læsionem: quia uerba sunt intelligenda cum effectu. c. relatum. de cleri. non resi. tenet Arch. in §. si ergo. 17. q. 4.

Septimò. Nisi clericus insequatur, nulla alia uiolentia sibi illata. glo. est in c. felicis. de pæn. lib. 6. super uer. insecutione. & ibi uide Dom. qui alle. Arch. idem tenere in c. sicut qui. 17. q. 4. & idem tenet Io. And. in nouella supra alleg. glo. etiam si clericus insequutus cadat, & lædatur secundum aliquos, sed tutius crederem ipsum tunc esse excommunicatum. Adde Bar. in l. si gemma. ff. arbo. furtim cæsa. ubi dicit, ℘ talis insequens non tenetur quasi vulnerauit, sed quasi vulnerari fecerit, ut. l, qui actione. §. proinde. & l. si obstetrix. §. si seruum. l. si ex plagis. §. fi ff. ad l. aquil.

Octauò nisi clericus detineatur clausus in una camera, nõ ut inferatur sibi uis sed, vt detegatur eius verecundia. tenet Inn. alleg. in c. nuper. Ant. Io. de Lig. & Zaba. in alle. clem. 1. de pæn. uide Fely. in præalle. c. nuper. circa fi.

6 Quintò declara prælibatam regulam non solum in iniciẽte manus in clericum, sed etiam in mandante, ut in c. mulieres. in fi. de senten. excomm. quia is uere delictum committit cuius autoritate commissum esse probatur. Idem in eo qui percussionem in clericum sine mandato, tamen nomine suo factam actam habet, erit excommunicandus, secus si non esset facta nomine suo. capitul. cum quis. de sentent. excom. lib. 6.

Primum tamen dictum, limita nisi mandaror reuocauerit mandatum, & ad notitiam mandatarij deduxerit reuocationem, alioquin erit excommunicatus, si simpliciter reuocauerit mandatum, ex quo percussit antequam reuocatio peruenit ad sui notitiam secundum Inno. in alle. c. mulieres. idem Bar. & Host. in alleg. arg. l. si mandassem. ff. de procur. c.

ex

Digitized by Google

ex insinuatione.de reser.c.ex parte decani. & idem glo. in c. tibi domino.36.dist.gloss.& doct in præalle.c.cum quis. Secundo limita nisi post mandatum ante executionem mandator decesserit,& constet eum ante mortē penituisse: quia tunc non erit excommunicatus, quia in ueritate mandatū morte fuit reuocatum. Sicu.in alleg.c.mulieres. idem tenet directo.lib.3.tit.2.& communiter doct.in d.c.mulieres,uide Domi.in præalle.c.cum quis,ubi etiam tenet circa fi.quod si quis sine mandato, nomine tamen meo me contradicente percusserit clericum,& postea ratum habeam, non ero excommunicatus,alleg.Fride.de senis consi.231.

7 † Sexto declara quod non solum habet locum dicta regula in mandante,sed etiam in eo qui dolo induxit alium ad percutiendum,si talis sit dolus qui comparetur mandato vel consilio,puta quia dixit,facere mihi singularem gratiam,uel ei uellem semper bonum,qui percuteret,quoniam si ex hoc sequatur percussio erit excommunicatus,ut in præalle.cap. mulieres,unde refert Bart.in l.si quis mihi bona.§ iussum.ff. de acqui.hære.quod dominus uerberatus qui dixit coram famulis suis, nisi aliud de tali audiero. ero male contentus, propter quod famulus interfecit percussorem.fuit punitus ipse dominus de homicidio, unde Sicul.in c.ex literis, de excess.præla.dicit quod non refert an directe vel indirecte alj quid consulatur,ut in d.c.ex litteris,& facit.l.certū. ff.si cert. pet.& l.cum quid.eo.tit.Et ꝙ no.Bal.Ang. Raph. & Imo.in l.quid ergo.§.pen.ff.de leg.1.Qui volunt, quod instigans, & sollicitans aliquem ut percutiat, sit excommunicatus si sequatur percussio.

8 Septimo declara d.regulam non solum habere locum.in cooperante auxilio uel consilio,imo etiam in prohibere valente,& non obuiante ne verberetur clericus,vt in c.quanto desenten.excom.Quod locum habet secundum doct.in eo sub cuius potestate est uerberans.Sed etiam in alijs qui non habent ex officio si non prohibent dolose, similiter secundum doct.sunt excommunicati.Si uero hoc non facit dolo se,sed quia non vult se immiscere rumoribus uel ex timore vel ex negligentia non prohibet,tunc secundum doct.præsertim Ioan.An.non erit excommunicatus,quia in hūc vel alium canonem nullus incidit nisi sit in dolo. arg.ff.de adu. l.pe.ff de sica.l.1.& tenet Sicu.in alleg.c. quanto. Et ibi vide per eum an præsumatur dolus &c.

9 Octauo declara regulam sæpe dictam, etiam locum habere in clerico qui uoluntarie subijcit se uerberibus, nam manus iniiciens uiolentas in talem est excommunicatus,& clericus venit excommunicandus,vt in c.contingit. de senten. excommunic.

10 Et idem est in clerico seipsum percutiente temerarie.nam talis est excommunicatus. quia priuilegium est concessum fauore ordinis clericalis,ut ibidem,& quia nemo est dominus membrorum suorum.l.liber homo.ff.ad l.aquil.& cap. si non licet. 23.q.5.ita concludunt ibidem Archi.& Sicu & doct.in alleg.ca.contingit. Fallit autem supradicta regula si quis clericum percutiat leuitate iocosa non ex odio uel inimicitia,uel indignatione,ut in c.1.de senten. excommunic. Secundo fallit quando causa correctionis magister scholarem clericum uel intuitu disciplinæ percusserit,quia nō erit excommunicatus,ut alleg.c.1.& c.ex tenore, & c.cum voluntate.Quod intelligas dummodo correctio sit moderata, alias secus,ut in c.præsbyterum,de homici. Et idem intellige de prælatis qui per seipsos clericos uel religiosos uerbera re possunt,exceptis tamen episcopis quibus non licet aliquē percutere,ut in c.non liceat.86. dist. sed per alium facere.

11 Per laicum autem uerberantes de mandato prælati excusentur.Claua.in ver.excommunicatio.5.§.5.tenet ꝙ laici.i. sæculares non excusantur ab excommunicatione, & sic dicit consuetudinem interpretari.c.vniuersitatis, ut pro causa rationabili,& qui conuersos seu laicos religiosos possint de mandato prælatorum uerbari ut 5.quæst.5.illi quæ. Non tamen per laicum si clericus est uerberandus ut in c. vniuersitatis,de senten.excommu.sed per clericum aut conuersum, si necessitas vrgeat.

12 Et propterea dicit glo. in c.alias est.§.præsbyteri l.5.q.6.ꝙ clericus non debet a laico torqueri, quod doctores intelligunt etiam de mandato iudicis,dicit tamen Sicu.in alleg.c. vniuersitatis,ꝙ communiter obseruatur contrarium. Ideo quia hodie clerici torquentur ut laici, & tales modi torquendi non possunt fieri per clericos,quia fere nemo in huiusmodi obtemperaret,nec sunt edocti in hac arte torquendi sicut laici.Sed de iure id fieri non potest secundum Sicu. ibidem Imo.Archi.& de Fantu.in alleg c.præsbytero, tenēt ꝙ facientes clericos torqueri per laicos sunt excommunicati.Sicu.in c.ubi fame.de senten.excommu.refert ibi teneri idē per Ant.& Pet.de Ancha.licet.de consuetudine seruetur cōtrarium,& male ita seruaui, feciq; torquer atq; per aulā domus archiepiscopalis sæpenumero fustigari clericos & præsbyteros per seruientem curię archiepiscopalis qui erat laicus:quoniam ita semper audiueram atque uideram de consuetudine per meos prędecessores obseruari. Et licet posset dici: ꝙ consuetudo sit irrationabilis:ita ꝙ non excuset a culpa,excusat tamen a pœna,ita tenet glo.in simili.4 dist.c.denique,& in c.cum uenerabilis,de consuetudine. super uer. migrasse,quam multum commendat ibi Sicu.Adde ꝙ licet detinens clericum de mandato sui prælati vel capiens non sit excommunicatus.Si tamen in capiendo modum excedat, vtputa clericus se quiete capi permisit: sed capiens calce vel pugno impingit in eum erit excommunicatus,ut in alleg.c. vt famę.& glo.in c.si clericos,ubi etiam tex.eo.titu.lib. 6.Et idem si clericus cautionem fideiussoriam de parendo daret quia tunc non potest detineri, nisi excessus enormitas: uel alia rationabilis causa aliud suaderet,utputa,ſm glo fi.in all. c.si clericos, cum plures sunt malefactores vult unum detinere ut per eum ueritate manifestata alios capere possit, & ita sit quotidie.

13 Et dictum est supra de correctione magistri uel prælati intellige dummodo non fiat ex odio,uel inimicitia,arg.in c. cum voluntate,alle.Ex quo tamen habet autoritatem a iure verberandi,& causa subest:propter quam debeat puniri,qua si tunc licet moueatur ex ira non erit excommunicatus, lōge tamen melius est,ut differat donec ita pertranseat,ut in c. illa præpositorum, & c.ira, & c.cum apud.11.qō.3.Similiter dic huiusmodi secundam fallentiam locum habere nedum in clerico in minoribus sed etiam constituto in sacris cum tex.non distinguat vt in præall.c.1.ex tenore,& c. cū voluntate.Dic tamē,ꝙ pater vel dominus familiæ uel propinquus potest corrigere modo quo supra clericos in minoribus cōstitutos.d ca.cum uoluntate.l.si filius.C.de patria potestate, & l.unica.C.de emen. propin.45.dist.§.necesse, ad fi.Sed si clericus sit in sacris,tunc non est licitum patri clericum huiusmodi causa correctionis percutere,tenet glo.& post eam Sicu in alleg.c. cum uoluntate, secus autem si corrigatur prælato,uel magistro suo secundum doct.

Tertio fallit regula sæpe dicta.Quando præsbyter uel quilibet alius ratione officij,quando habet in ecclesia clericos in minoribus constitutos officium in ecclesia perturbantes, licet habens officium non habeat magisterium super eum si expellit aut uerberat,quia nō erit excommunicatus.Cum enim officium committitur,& omnia sine quibus *officium* cōmode expediri non pōt sicut iudex pōt, compescere oēs impedientes iurisdictionē suā,de offi.dele.c.1.c.præterea,& c.prudentiam,& c.suspitionis,de testibus,c.tam literis,idem tenet Inno.& Host.in c.uenientes, de sen.excommu. & ibi tenet Sicu.ꝙ etiam in turbante officium si percutiens vel expellens non habet prælationem uel officium excusatur. Similiter hoc possunt facere seniores clerici zelo deuotionis in pueros clericos uel adolescentes in minoribus constitutos,ut in alleg.c cum uoluntate.§.fin.Quod intellige de leui percussione,non autem de graui; & ꝙ non excedant *modū* ex proposito,aliter essent omnes supradicti excommunicati vt in alleg.c.fi.& ibi gloss.& Host.Aduerte etiam ꝙ *si officia* lis laicus aliter quàm arcendo turbam iniecit manum in clericum ꝙ non potest absolui nisi a papa qualitercunque leuiter percusserit: quia iniuria est grauis,usurpat enim iurisdictionem in clericum,ita not.Sicu.in c.si uero,& ibi tex.apertus de senten.excommu.ꝙ Clauas.in uer.excommunicatio. 5.§.6.in fin.limitat quando hoc facit tanquam officialis. Secus si percusserit tanquam priuata persona, quia nisi esset iniuria grauis non erit mittendus ad papam.

Quarto in clerico in crimine reperto qui potest secundū glo.in c.cum non ab homine,de iudi. per uiginti horas detineri ad conueniendum testes,ne sit locus infectionis, per l. capite quinto,ad l.Iuliam de adult.ff.a cuius gloss. sentent.in iudicando quis secure non recedit,ut testatur Angel. consi. 178.in fin.1.col.& in consi.297.in fi.& Hostiensis in summa. de sententia,& re iudica.§.quis deber, versi.fallit. dicit arg.l. ait prætor.§.si debitorem.ff. quæ in frau. credi. & l.generali. C.de decu.lib.10.ꝙ si clericus delinquat,& fugiat,possit sine metu canonis coram episcopo duci,& quousque sibi redditus fuerit detineri sicut utitur ecclesia Gallicana, dicit tamē se non ausum diffinire, utrum excommunicatio euitetur. Collec.etiam in alleg.c.cum non ab homine, & in ca.vt famæ, dicit tutius esse dicere quòd sint excommunicati nisi statuto uel consuetudine excusentur.Et in summa communis est opi.ꝙ in crimine flagranti capi possit,etiam pro utilitate priuata,tenet Inno.in alleg.c.ut famę.idem. Vincentius & Lau.ut refert Colle.in alleg c.cum non ab homine, idem tenent Abbas Ant.ibidem Galua.de bon.post Guliel.Nazo. idem Io.An.adijciens ꝙ curialius debet detineri quàm laicus.Zaba.in clem.1. de offic.ord. & Pet.de Ancha & Imol. Bal.in auth.statuimus.C.de epis.& cle.Bar.& Ang.in l. si quis in seruitute.ff.de fur.Domi.in c.si quis viduam.in vl.col.dist.

Bal.

Digitized by Google

Bal.in c.1.§.ſi vero.de pace iura.firmata.in vſi.feu. Bald.in l. ſi quis per calumniam.C.de epiſc.& cle.idem Lucas de Pen na.in alleg.l. generali. idem Petr. de Anchar.in regula iuris ea quæ.20.q.Bald.in §.finitur.inſtit.de ob.l.quæ ex quali de lic.idem Lapus alleg.126.quæ incipit,quidam in carceribus. vlt.colum.Petr.de Anch.in c.nullus.de foro compe. Archi. in c.abbates.18.q.2.Inn.in c.lato.2.colum.de pig. Sicu.in alleg. c. vt famæ.& in allegato. cap.cum non ab homine. vbi refert Collecta.ſe ſcire, ꝙ officiales prouincię ex conſuetu dine excuſantur.Idem Petrus de Ancha.in c.vnico. de cle coniug.lib.6.pro quo facit quod ipſe conſuluit conſ.188.in cip.in auxilium veritatis.idem Clauaſ.in ver. excommunicatio.5.ſ.12.& §.ſeq.

Et in ſumma iſta eſt communis opinio ex quorum dictis in repetitione mea prædictę clem.1.de offi.ordi.iunctus no.per Bar. in præall.§.ſi debitorem.& per glo.& Ang. Are. inſti.de actio.in prin.& in l.interdum.§.qui furem.ff.de furtis.& in auct.de man.principum.col.2.& in titu.de pace iura.fir.c.ſi vero.& ibi Bald.& Angel.in conſ. ſuo. 122.& Floren.in l.5.ff.ad l.Aquiliam.& per Domi.poſt Archid.in c.de his.2.l.diſt.Inno.in c.ſi vero.1. de ſententia excommunicat. per Sicu.in c.2.de pig. Collegi ac publicè tenui concluſiones ſequentes.

14 Prima quod licitum † eſt laico etiam priuato clericum in crimine flagranti repertum capere: ſi de fuga ſuſpectus ſit: vel aliter ab iniuria compeſci non poteſt:& hoc citra pœnã excommunicationis: vt quam citius ſuo iudici remittatur pro iuſtitia miniſtranda: vnde ſic captum non poterit quis retinere:niſi per viginti horas:vt uoluit glo. in præallegato. c.cum non ab homine.& idem tenet Barto.in alleg.l.capite quinto.Quo tempore durante non poterit torqueri:neque iuſtitiari per taliter capientes:tenet Bal.in l.1.C.de priua.car.

15 †Secunda concluſio.licitum eſt laico clericum debitorẽ ſuum fugientem:aut de fuga ſuſpectum uel rem ſuam aſportantem capere ſine metu excommunicationis.

Tertia concluſio. licitum videtur illis clericum capere quibus licitum eſt percutere.

Multi tamen Doc. tenuerunt contrarium vt late uideri poteſt in præalleg.mea repetitione, vbi finaliter dixi negari non poſſe quin iſti caſus reddantur ualde dubitabiles ex tantorum Doc.opinio.contrarijs arg.eorum quæ no.in c.1.de poſtula.præla.lib.6.& in l.regula.de iur.& fac.igno.ſic uidetur tenenda conſuetudo quæ eſt optima legum interpres: maxime cum ſit generalis in præſenti regno, & valde antiqua vt teſtatur Hoſt.vbi ſupra,& Papa ſciat illam, & tolleret iuxta no.per gl.& Doc.in c.1.de treu.& pac. & in c.cum venerabilis.de conſuetu.per glo.1.& Sicu.ibidem.& per glo. 1.& Sicu.ibidem & per gl.4.diſt.denique.

Et per hoc crederem officiarios ſeculares præſentis regni capientes clericos delinquentes de fuga ſuſpectos ad fines remittendi,a ſententia canonis excuſari præſertim in p̃ſenti archiepiſcopatu Tholoſæ, & alijs locis in quibus epiſcopi non habent captionem.

Debent tamen ijdem officiarij clericum ſicut præmitti tur captũ ſi petierit ad epiſcopũ remittere ſub fida cuſtodia vt tenet Bald.poſt Iaco.But.in l.eos.§.ſuper his. C.de appel.

Aduerte tñ ꝙ officiarij remittentes clericũ ignominioſe poſſunt p̃ep̃m puniri:qa illatio magni ruboris pœna eſt,capitul. quem pœnitet.de pœni.di.1.& ſic videtur, ꝙ tales officiarij ſint excommunicati per no.in c.nuper.de ſenten.excom.ita dicit Domi.in c.ſi iudex.eo.tit.lib.6.

Præterea debent dicti officiarij informationes, & acta remittere,tenet Bal.in præalle.§.ſuper his.& Ang.in auc.de ſanctiſ.epiſcopis.§.ſi vero examen.colla.9. quia proderunt ad aliqualem probationem,& informationem. ſecundum Iaco. Butr. intellige de actis factis antequam iudex ſecularis ſciret eum eſſe clericum. Nam acta poſtea eſſent illicita ex quibus iudex puniri deberet.

16 †Confeſſio vero clerici facta coram iudice ſeculari valet ad hoc vt operetur indicium ad torturam.Anton.& Imol. ita tenent in cap.at ſi clerici. de iudi.Bald.in alleg.l.eos.C.de de app.& in l.j.vlt.col.C.de confeſ.Angel.in l.magiſtratib. ff. de iuriſd.om.iudi.& ibi Pau.de Caſt.Ant.in c. per inquiſitionem de elec.in pen.col.Petr.de Ancha.in ſua diſputatione quæ incipit,aſtenſis miles.

Contrarium tenent vc3, ꝙ per iſtam confeſſionem non poſſit clericus torqueri.Bal.in c.cum ſuper.de confeſ.dicẽs, ꝙ confeſſio facta p̃ clericum coram laico non facit indiciũ ad torturam.Anto.in c.dilecto.de arbi.Ang.in l. unica. pen. col.C.de confeſ.& idem tenet in l.1.ff eo.tit.

Prima tũ opinio ſeruatur niſi clericus alleget, ꝙ ea fuerit extorta per metum.iuxta no.per Inno.Collect. & Sic. in alleg.c.at ſi clerici.ſecus ergo ſi ſpontanea fuerit.maxime ſi adſint alię coniecturæ,quia in ea cogetur coram iudice per ſeuerare,& faciet indicium iuxta not. per Baldum in l.c.arum.C. de anto. præſtandis.

Aduerte tñ ad vnum no.dictum Abbatis anti.recitatũ, & commendatum per Sicul.in ca. cum in contemplatione.
17 de regu.iur.† Quod clericus non põt torqueri niſi ſit de crimine infamatus:licet ꝙ eum ſint indicia aliàs ad torturã ſufficiẽtia.tenet ẽt Io.And.in p̃alle.c.cũ in cõtemplatione.Pau. de Lea.in c.j.de depo.Io.de Ana.in c.j. de clerico percuſſo.

Adde qđ huiuſmodi remiſſio fiet expẽſis ipſius clerici ſe remitti petentis ad iudicem eius,ad qđ tex.in l.qm̃ liberi. C. de teſtib.& l.cum ſępe.C.de erogat.mili.anno. lib.12. Vnde dicit Bal.in l.gñaliter.§ his de p̃ſentibus.C.de reb. cre. cum quidam ad regem appellaſſet: & peteret ſe remitti ad curiã regis:& oportebat, ꝙ remitteretur cũ cuſtodibus ꝙ ipſe facere dẽt expenſas cuſtodib. Ad qđ ẽt bene facit qđ ait idẽ Bal.in tit.de pace tenen.§.ſi iudex.in vſib. feudo.vc3, ꝙ ſi iudex petat remiſſionẽ ex officio fieri debet expenſis illius terræ ad quam fit remiſſio.arg.ff.de cap.in l.mulier in opus.

Sed qd ſi forſan clericus petens ſe remitti non habet unde:dic ꝙ ẽt hoc caſu fiet remiſſio expen.cp̃i cum ad iuriſdõnis emolumentũ p̃tineat.regula iuris,qui ſentit. maxime ſi ẽt epiſcopus remiſſionem fieri petierit.licet Ioã.Fab.uideat tenere contrarium in l.2.C.de off.proconſul.

Expẽſis vero victus factis in carcerib.iudicis ſecularis clericus ipſe ſoluere tenet vſque ad tp̃s requiſitionis:ſeu quo p̃ uenit ad iudicis cognitionẽ, ꝙ talis eſſet clericus. Bar.in l.ſãctũ ff.de re.diui. ꝙ carcerato miniſtrari dẽnt expẽſ.ait p̃ eũ q̃ procurauit captionẽ:nõ aũt p̃ iudicẽ.hinc dicit idẽ Bar.in tracta.de carce.in fi. ꝙ ſi aliquis debitor fuerit inſtãte creditore captus,& debitor nõ ſit ſoluendo, ita qđ nõ habeat vnde poſſit ſe ſuſtẽtare:creditor tenebitur ipſum alere in carceribus.& idẽ tenet Ang.Are.inſti.de act.§.fi.in fi.vnde dicit Io. Fab.inſti.de acti.§ ſed & ſi quis.qđ ſi ille q̃ fecit eũ capi nolit victum miniſtrare,ſi captus nõ habet unde ſe alat,bene facit iudex ſi eũ abire p̃mittat.& videtur no.in l.fi.C.de ero.mil. ann.lib.12 & facit.ff.ad exhi.l.ſed & ſi hæreditas. niſi poſſet ali de alimonijs.C.de epiſco.& cleri.l.iudices.

Credere tñ quod a tempore morę clericus non teneatur quicquam ſoluere,quia mora debet eſſe nociua detinenti.

Nec p̃ huiuſmodi expẽſas dẽt ipſe clericus detineri cum ſit debitũ ciuile ꝓquo clericus nõ eſt detinẽdus.Io.And.& Domi.in c.ſi clericos.de ſenten. excom.li.6. ẽt ſi ſit coniugatus. tenet Lap.de caſtel.alle.118.& Domi.in c.vnico.de cle. coniug.lib.6.Anto.& Sicu.in c.Odoardus.de ſolu.& in c.1.de depo.& ita ſeruatur,& tenui in præalleg.mea repeti.& in addi. ad q.Capel.c.& 274.

18 † Quinto fallit † rõne defenſionis tã ſui q̃ ſuorũ:ſeu ẽt aliorũ.Nã licitũ erit clericũ tunc p̃cutere,mutilare, uel ẽt occidere cũ moderamine tñ inculpatę tutelæ,& ẽt detinere, & ad iudicẽ propriũ ducere.tenet Sicu.in c.cũ ab hoĩe.de iudi. imò dicit gl.in §.1.23.q.7.qđ nec ẽt peccat.& ſequit̃ Sicul.in c.olim 1.de reſti.ſpol.& qđ dictũ eſt de p̃ximo ut licitum ſit p̃cutere clericũ inuadentẽ p̃ximũ tenet Inno.in c.ſi uero. j. de ſent.excõ.& tenẽt oẽs Doct.tex.eſt in c.dilecto.eo.ti.li.6. & in c.fortitudo.23.q.3.& fa.illud p̃ceptũ Domi.diliges proximũ tuũ ſicut teipſum.Et non ſolũ p̃ defenſione p̃ſonæ ſed ẽt rerũ licet percutere: vt in d.c.olim.& ca.dilecto.& in l.furẽ.ff.de ſica.tenet Inn.in alle.c.ſi uero.non tñ licet occidere uel mutilare qñ ablatũ eſt recuperabile p̃ iudicẽ ſm Bart.in alle.l.furẽ.qa ſic ĩcurreret excõicationẽ ſecus ſi eſſet irrecuperabile ut in alle.c.olim.& c.dilecto.& no.in d.l.furẽ.Et idẽ dicẽdũ de reb. p̃xi.ſcđm Inn.in alle.c.ſi vero. ¶ Aduerte qa ſm Inn.& Sicu.ſi interficio aggreſſorẽ p̃ximi mei dubitãs ne p̃ueniat,& interficiat ipſum proximũ, nõ ero excõicatus ſed bene irregularis:qđ nõ eſſet ſi pro mea defenſione feciſſem iuxta cle.ſi furioſus.de homi in cle.tenet Sicu.in ca.clerici.1. de ui.& hone.cleri. ¶ Attẽde ẽt qđ licet nõ ſim excõicatus faciẽs uiolẽtiã clerico pro recuperatioue rerũ ſibi ablatarũ, ſi tñ hoc faciã ex interuallo poſtq̃ clericus p̃uenit ad locũ deſtinatũ,& adeptus eſt poſſeſſionẽ p̃fectã rerũ ablatarũ,tũc incidẽ in excõicationẽ ſm Doc.in alle.c.olim.& in c.ſignificaſti.2.de homi.Et ibi uide qñ dicat̃ fieri ex interuallo.& l.1.C. unde ui.nbi cõiter dr, ꝙ dẽt fieri incõtinẽti,id eſt q̃ citius cõmode põt nunq̃ ſe aliud extraneũ exercẽs donec ſumpta occaſione aggreſſorẽ repellat: & iõ qualecunq; tp̃s durat durãte hoc p̃paramẽto dicẽt repulſio facta incõtinẽti, & iſta eſt cõis opi.ſecũdũ Doc.in alle.c.ſignificaſti.maxime Anto.Ana.Sicu.Bar.& Ang.in l.3.§.cũ agit.ff.de ui & ui arma. ¶ Ad de quod l3 percutiẽs clericũ excedat modũ defenſionis,dũ mõnõ faciat ex propoſito p̃p hoc nõ erit excõicatus: ita t3 Sicu.in alle.c.olim.qa ad hoc ut qs incurrat excõicationẽ requiritur dolus.fa.gl.in alle.c.ſignificaſti.2.de homic. & l.ſi ex plagis.§.Tabernarius.ff.ad l.Aqui.& gl.in c.cum uoluntate. de ſenten.excom.ſecus ſi ex propoſito.

Et iõ quãuis fugiẽdo poſſit quis euadere:ſi tñ nõ fugiat:ſed p̃cutiat inuaſorẽ hoc ſibi licet,quia ſecũdum Bart.in alle.l.i

Digitized by Google

C.vnde vi.& Sicu.in alle.ca.olim.& in alle.c.clerici. 1.de vi. & hone.cle.fuga eſt quædam iniuria.l.Item apud Labeonẽ. ff.de iniur.vnde Cy.in d.§.tabernarius.dicit quod fuga reddit quem viliorem.ꝙ tamen dic eſſe uerum quãdo eſſet talis ꝓſona qđ fuga eſſet ei confuſio. Cum aũt iniuria corporalis ſit maior quàm iactura rerũ.l.in ſeruorũ. ff. de pœ. pro qua iactura rerum licitum eſt percutere: ergo a fortiori ꝓ iniuria corporali. Non tamen euitaret irregularitatem ſi occideret ex quo fugiendo poteſt euadere.clem.ſi furioſus.alle.& tenet Sicu.ubi ſupra idem in verſ.excommunicatio.§. in verſ.11.& ſeq.

20 †Sexto fallit in percutiente clericum turpiter inuentum cum perſona ſibi propinqua.vt puta cum uxore, matre, ſorore,vel filia, quia talis non erit excommunicatus. Nec eſt fienda differentia inter leuem, vel atrocem percuſſionem cum ius non diſtinguat: vt in præalle.ca.ſi vero.1.de ſenten. excom.§.vlti.Nec etiam.l. hoc caſu permittit occidere. vt. ff.de adult.l.quod ait.Peccat tamen grauiter ſi mutilat, uel occidit,vt no.in alleg.c.ſi vero.excommunicatus vero non eſt,licet aliqui contra.Difficile autem eſt tam iuſtum temperare dolorem.vt in l.grachus.C.ad l.Iul.de adult.ideo non videtur quod eſſet excommunicatus qñ hoc facit calore iracundiæ,& ſubito:quia canon excuſat ab excommunicatione,& lex ab occiſione:ſecus autem quando mutilaret, uel occideret ex propoſito deliberato,& animo peaſato. arg.c. 1.de homic.

Si aũt non inuenit cũ aliqua ex dictis perſonis, ſed cum aliqua alia conſanguinea percutiens erit excommunicatus per d.c.ſi uero.quod non extenditur ad alias perſonas, idẽ tenet Claua.in uerſ.excommunicatio quinto.§.16.& §.17.licet Hoſt.& Inno.contra.

Adde quòd licet clericus non inueniatur in actu cum ꝑdictis perſonis ſed in oſculis, tactibus,amplexibus, & huiuſmodi in loco ſuſpecto non erit percutiens excõicatus: ſecus ſi in publico oſcularetur ſcđm cõſuetudinẽ patriæ arg. eorum quæ no.per glo.in c.conſuluit.de off.dele.tenet Claua.in uerſ.excommunicatio.5.§.18.

Si aũt ter monuerit eũ iuxta auc.vt liceat ma. & auiç. §. 16.quoque. & C.de adul.anc. ſi quis. vbi dicitur quod ſi ter coram teſtibus monuerit ſuſpectum, & poſtea inueniat eũ confabulantem cũ uxore,poteſt eũ occidere ſi ipſum inuenerit in actu,uel in propinquis ad actum, & non erit excommunicatus argum.c.ſi uero.Claua.tamen in alleg.ver.excõmunicatum,5.§.19.tenet quod nõ obſtante trina monitione erit excõicatus, dũmodo nõ inueniat eũ in actu,uel propinquitatib. arg.d.c.ſi uero. & poterit etiam eũ capere poſt huiuſmodi monitionem inuentum,colloquentem,& iudici præſentare per iura præalleg.& fa.l.capite.5.ff.ad l.Iul. de adulte.

Sed hodie de iure canonico correcta eſt omnis licentia interficiendi adulterã uel adulterũ ẽt in foro ſeculari,in terris eccleſiæ non excuſabitur interficiens.c.inter hæc.& c.admonere.33.q.2.ita tenet Archid.in d.c.inter hæc.& Ioan.de Ana.in c.interfeciſti.de homi.

Et idem videretur in terris imperij cum.l.ciuilis hoc caſu ſit nutritiua peccati:& ſic non obligat.4. diſtinct.erit autem lex.

Adde qđ ſi maritus ꝓcuraret ut clericus ab uxore vocaretur ad turpitudinẽ vt ſic eum poſſet uerberare,uterque tã vir quàm vxor erunt excommunicati:quia hic eſt perſuaſio doloſa quæ ſufficit vt in alle.c.ſi quis ſuadente.

Aduerte qa ſi mulier uerbis ꝓ clericũ ſollicitetur niſi tangatur ſibi non licet clericũ percutere ſi uerbis poſſit illũ repellere.Alioquin ſi percuſſerit zelo caſtitatis accenſa nõ ex propoſito ſed ſubito ſine deliberatione, & ex improuiſo nõ erit excommunicata.arg.eorum quæ no.per gl.23.q.1.& in alle.c.ſignificaſti.lo 2.de homi.idem Claua.ubi ſup.§.21.

Septimo fallit in omnibus illis caſibus in quibus clericus perdit priuilegium clericale de quibus ſatis dixi in fallentijs primæ regulæ,& ibi uide.

21 †Octauo fallit in ꝓcutiente clericũ, & probabiliter ignoratur de clericatu:qa talis excõicationẽ nõ incurrit.ca.ſi vero. 2.de ſen.excõ.vt cũ credebat eũ eſſe laicũ qa non deferebat habitum,uel ſi habebat nõ uidebat,quia erat de nocte.nã ſecundũ Inn.& Hoſt.in alle.c.ſi vero.& ca. cũ non ab hoĩe.de iudi.oportet ad hoc vt ſit excõicatus qđ intẽdat ꝓcutere clericũ.Si aũt non deferebat habitũ, & tonſurã clericalem ſed ſciebat eũ eſſe clericũ erit excõicatus. Et ſi credebat eũ eſſe clericum cum non eſſet,non erit excõicatus.gl.& Inno. & Doct.in alle. cap. ſi uero.idem Claua in verſic.excommu.5. §. 24.

22 †Nono fallit in inuaſore ſedis Apoſtolicæ qui pœcunia, vel gratia humana,uel populari ſeu militari tumultu ſine canonica,& concordi electione Cardinaliũ ſe fecerit in Apoſtolica ſede inthronizari:quia licitum eſt laicis talẽ inde pellere ut.c.ſi quis pœcunia.79.diſt.& gloſſ.in cap.principes ſeculi.23.q.5.ubi gl.dicit idem cum clerici uolunt fidem ſubuertere.8.diſt.c.quo iure.17.diſt.c.nec licuit.23.q.5.ca. 1. Et idem cum clerici ſchiſma faciunt,& dum contemnunt excommunicationem vt in c.de liguribus.ea.cau.& q.Et vbi cunque eccleſiaſtica poteſtas deficit in d.c.principes.Et in c. ut famæ.de ſenten.excom.

Decimo fallit in caſu.c.ubi maius periculum.de elec.li. 6.vbi officiales laici habent facultatem in clericos: uidelicet in Cardinales,& poſſunt autoritate illius.ca.ipſos includere iuxta formam ibidem poſitam pro electione futuri Rom.Pontificis.

23 †Vndecimo fallit ubicunque percutiendo clericũ quis non peccat mortaliter ſicut in puero, qui non eſt, doli capax qui percutiendo non incidit ut in c.1.de ſen.excom.

Et idem de fugiente inimicos ſi equum, uel enſem a clerico uiolenter eripiat ut ſe defendat,quia hic ceſſat dolus, per conſequens peccatum mortale,& excommunicatio nõ fertur niſi pro mortali.11.q.3.ca. nemo epiſcoporum. & ſic non erit excommunicatus.Claua.poſt Pet.de Peru. in ſumma in uerbo,excommunicatio.5.§.25.

Duodecimo fallit ubi laici capiunt clericum de licentia, uel mandato prælati ſui ad fines remittendi: quia tales non ſunt excommunicati,ut in ca. ut famæ.de ſenten.excom.& in c.clericos.eo.tit.lib.6.quod intelligitur tribus concurrentibus.primo quod clericus ſit ſubditus prælato mandati.ſecundo quod ad ipſum mandantem pertineat correctio clerici.tertio quod uiolentia nõ amplius ſe extendat quàm defenſio uel rebellio exigit clericorum, & ex propoſito non excedatur ut colligitur ex dictis.c.

Sed an epiſcopus uel alius prælatus mandans torqueri clericum per laicum ſit excommunicatus. Communiter tenetur quod ſic de iure,de quo uide quæ ſcripſi ſupra in huiuſmodi tertiæ regulæ ſecunda fallentia.

SVMMARIVM.

1 *Laici de negotijs eccleſiaſticis intromittere ſe non debent niſi de autoritate per eccleſiam delegata.*
2 *Rex Franciæ pot eſt clericis criminoſis gratias,& abſolutiones conferre.*
3 *Concilium prouinciale an poſſit epiſcopum condemnare aut abſoluere.*
4 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere ubi agitur actione perſonali pro uſu fructus inter laicos.*
5 *Materia iuramenti cuius fori dicatur.*
6 *Hæres defuncti an efficiatur de foro eccleſiæ occaſione iuramenti per defunctum præſtiti.*
7 *Princeps temporalis an poſſit ſuper iuramento diſpenſare.*
8 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento factæ per eccleſiam.*
9 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere ubicunque agitur contra laicum ſuper re eccleſiæ.*
10 *Sacrilegus poteſt per iudicem ſecularem puniri.*
11 *Materia uſurarum cuius fori dicatur.*
12 *Orta quæſtione facti eccleſiaſtica an iudex laicus poterit competenter cognoſcere.*
13 *Laicus arbitrator an poſſit de materia uſuraria cognoſcere.*
14 *In materia adulterij iudex ſecularis poteſt cognoſcere ſi agitur ad pœnam ſanguinis.*
15 *Iudex ſecularis an poterit cognoſcere de crimine falſi commiſſo in literis Apoſtolicis.*
16 *Iudex ſecularis poteſt punire ſortilegos,& diuinatores.*
17 *Crimen blaſphemiæ dicitur mixti fori.*
18 *Crimen ſodomiticum cuius fori dicatur.*
19 *Dominus feudi clericus an poſſit cognoſcere de cauſis uaſallorum ſpiritualibus.*
20 *Iudex ſecularis an poſſit punire ſimoniacum quem eccleſiaſticus condemnauit.*
21 *Delictũ commiſſũ in eccleſia laico an poſſit per iudicẽ ſecularem puniri.*
22 *Pro eodem delicto an quis poſſit diuerſis pœnis puniri.*
23 *Iudex ſecularis an poſſit habere cognitionem cauſæ decimalis inter duos laicos uel unius clerici contra laicum.*
24 *Iudex ſecularis an poſſit cognoſcere de habitu clericali an ſit clericalis uel non.*
25 *Iudex ſecularis poteſt cognoſcere de cauſa iuris patronatus quando eſt quæſtio facti & non iuris.*
26 *Fideiuſſor clerici an poſſit coram iudice ſeculari conueniri.*
27 *Iudex laicus an poſſit eſſe competens in cognoſcendo de fructibus temporalibus prouenientibus ex rebus ſpiritualibus*
28 *Iudex laicus an poſſit aliquid cognoſcere ſuper clerico pro debito regis capto & eccleſiæ remiſſo.*
29 *Iudex ſecularis an poſſit dare tutorem clerico pupillo.*
30 *Laicus iniuriam faciens clerico an poſſit per iudicem laicum puniri.*
31 *Clericus criminaliter accuſatus poteſt per iudicem laicum condemnari.*
32 *In criminalib. alijs ab hereſi iudex ſecularis non tenetur ſtare proceſſui iudicis eccleſiaſtici.*
33 *In articulo neceſſitatis laicus poteſt de ſpiritualibus cognoſcereet de illis diſponere.*

Cauſæ

Digitized by Google

34 *Causa ciuilis clerici an possit laico delegarii.*
35 *Laicus an possit esse procurator in spirituali.*
36 *Laicus an possit esse vicarius episcopi.*
37 *Laicus potest esse operarius in ecclesia.*
38 *Laicus an possit esse assessor iudicis ecclesiastici.*
39 *Laicus potest esse notorius in curia episcopali.*
40 *Laicus potest prædicare uerbum Dei de licentia episcopi.*
41 *Laicus & clericus possunt esse compromissarij in causa spirituali.*
42 *Laicus an de mandato prælati possit torquere clericum.*
43 *Laicus de mandato Abbatis potest aliquem recipere ad possessionem.*
44 *Laicus an possit clericum criminaliter accusare.*
45 *Laicus an & quo casu possit excipere contra pronunendum.*
46 *Laicus patronus potest denuntiare crimen clerici.*
47 *Laicus an possit testificari contra clericum in causa criminali.*
48 *Laicus potest supplere negligentiam iudicis ecclesiastici cognoscentis de uasallis ecclesiæ.*
49 *Concilium generale potest per quoscunqe indifferenter euocari.*
50 *Papa an possit se imperatori seu laico subijcere.*
51 *Laicus potest decimas cum titulo possidere, & esse rector uniuersitatis: & habere prabendam non canonicam.*
52 *Laicus an possit acceptare beneficium pro clerico absente.*

Quarta regula.

1 Varta regula quod laici de negotijs† ecclesiasticis intromittere se nō debent. c. bene quidem. 96. dist. 2. de iudi. c. contingit. de arbi. c. cum de laicis. de reb. eccl. non alie. & c. ecclesia S. Mariæ. de constit.

Fallit primo quando laici hoc faciunt autoritate delegata per ecclesiam ut dictum fuit supra in 21. fallentia primæ regulæ. Et etiam in alijs casibus exceptis a prima regula prædicta, & alijs regulis supradictis.

2 †Secundo fallit in rege nostro qui a tanto tempore qđ non est memoria de contrario cōcedit gratias, & absolutiones clericis criminosis. Ad quod, fac. tex. in l. fin. C. ubi sena. vel clari. ubi rectores prouinciarum possunt cognoscere de causis criminalibus illustrium. Cum hoc ut si videant tales absoluendos possint absoluere: sed si uiderint condemnandos non possint condemnare neque punire: sed debent causam referre principi. vnde gl. in auc. clericus. de epi. & cle. dicit quòd iudex secularis potest absoluere clericū, licet non possit eum condemnare. Quam glo. Bald. dicit esse correctā, & merito, quia regulariter illius est absoluere cu-
3 ius est condemnare. † vnde concilium prouinciale non potest episcopum condemnare, ita nec absoluere secundū Anto. in d. c. j. de iudi. & Sicu. in c. nō pōt de re iudi. Gemi. in c. accusatus. 3. q. 6. & 12. di. c. præceptis. Nisi alicui potestas absoluendi competeret ex priuilegio secundum Io. And. in c. canonica. de sen. excommunica. & Geminia. in ca. inferior. 21. distinct.

Quo vero ad regem non vr̄ dubium quin possit concedere gr̄am, & remissionem clericis in illis casibus in quibus iudex temporalis potest eos corrigere, & punire de quib. late supra dictum est. Adde hic quæ dixit Guido Papæ. q. 562. vers. circa hoc tamen.

Sed adhuc in alijs procederet huiusmodi remissio quæ ad ipsorum clericorum bona immobilia q̄ applicātur fisco principis ptinet. Clerici. n. rōne taliū bonorū sunt subiecti dominis temporalib. 11. q. cū ergo. ver. his ita respōdetur. nō mirum igitur si talia bona propter delictum applicentur domino temporali. C. de anno. & tri. l. indictiones. lib. 10. ar. di. 8. c. quo iure.

Sic ēt rōne feudi subsunt dño temporali. c. uerum. & ca. ex transmissa. de fo. compe. & c. Romana. s. debet. de appel. lib. 6. ad quod fa. C. de exac. tri. l. fi. lib. 10. quæ vr̄ hoc decide re: de feudalib. est expressum q̄ reuertuntur ad dñm. c. imperialem. §. illud. de prohi. feu. alien. & idem dicendum de emphyteusi. Nam & idem statuit Papa in casu conuersō quando laicus tenet rem in emphyteusim ab ecclesia, & condēnatur de crimine: quia talia bona reuertuntur ad ecclesiam. c. in quibusdam. de pœni. & c. fælicis. eo. tit. lib. 6.

Ita dicit Old. cons. 17 dicens esse communem obseruantiam curię Gallicanæ in toto regno qđ bona mobilia clericorum applicantur episcopis: immobilia vero dominis tēporalibus a quibus tenentur, habentibus tamen iurisdictionem omnimodam. Et idem tenet Io. And. in addi. Spec. tit. de feu. §. pe. ver. 41. & Petr. de Ancha. in regula iuris, ea quæ. q. 22.

Sed q̄ talis remissio prosit ipsi clerico ad hoc quod non puniat ab episcopo de crimine communiter non videtur. Alioquin pateret incentiuum delinquendi quod est præcauēdum. 23. q. 4. c. est iniusta. & c. vt clericorum mores. de vi. & hon. cleri. Adde hic quæ scripsi inf. tit. de pote. eccl. super laicis. §. 120.

Adde q̄ propter rationes supradictas inuentaria bonorum clericorum fieri solent respectu immobilium ratione quorum subsunt sicut præmittitur dñis temporalibus, p̄ officiarios, & iudices temporales. & ita cauetur in superius allegatis concordatis inter officiarios spirituales, & temporales Tholosæ factis. Sed capellano moriente relicto hærede laico inuentarium fiet p̄ iudicem sæcularem: qa mutatione personæ bona quæ erāt affecta priuilegio clericali desierunt esse ecclesiastica, & conditionem hæredum sequuntur. casus est singularis in l. paulus refert p̄ procuratorem. in §. 1. ff. de acq. hære. ita tenet Guid. Papæ. q. 261.

4 † Tertio fallit, cum agitur actione personali pro usu funeris inter laicos: qa iudex secularis poterit cognoscere puta quia dico ius funeris mihi fuisse promissum donari. ita Anto. licet Sicu. contra in c. quanto. de iudi. Et Nico. Milis in vers. & iudex secularis. Secus si ageretur actione reali pro ipso funeris usu, qm̄ talis qō erit terminanda coram ecclesiastico iudice secundū Anto. Sicu. & Doc. Qui etiam dicunt qđ de expensis funeris inter laicos possit iudex secularis cognoscere: secus aūt inter clericos. adde Fely. in c. quanto, vltim. col. de iudi. qui post Anto. tenet qđ de iure funerandi, qm̄ qō iuris funerandi consistit in facto per laicum cognosci pōt, allegat Bar. in l. Titia. ff. solu. matr. & in l. omni. C. de sacr. eccl. & in l. quoties. C. de iudi. ubi dicit quod de causa spirituali cognoscit laicus vbi quæstio non est iuris: sed facti.

5 † Quarto fallit in iuramento: qa licet materia iuramenti regulariter sit fori ecclesiastici, & non secularis secundū gl. in c. cum sit gn̄ale. de fo. compe. & in c. prædicandum. 22. q. 1. Host. in c. ruam. de ordi. cogni. Sic. in c. significāte. de pig. & Doc. in c. uenerabilē. de elec. veruntn̄ ubi agit̄ vel excipit̄ de iur̄o omissa dispuratiōe an valeat uel cōperat absolutio: sed solū vt obseruet̄ tunc est fori mixti. de seculari patet in c. licet mulieres. de iureiu. lib. 6. vnde Sicu. in c. ex literis. de sponsa. in quarto no. dicit qđ pro implemēto sponsaliorum iuratorum adiri pōt iudex secularis. de ecclesiastico est tex. in c. fi. de foro cōpe. lib. 6. unde Inno. in c. cum contingat. de iureiu. tenet dari optionē actori cnrā quo uelit iurantē̄ conuenire qđ reputat utile: ppea quia iuramentū sæpe interuenit in ꝙtractib. iō Sicu. in c. cum uenissent. de insti. commendat cautelam apponendi iuramentum ut duplicetur forus. idem Bal. in l. 1. C. de reb. credit. Et istud optime sciunt mercatores.

Et intellige etiam in casu quo de iure ciuili iuramētum est inefficax. nam etiam coram seculari agi poterit etiam si materia feudalis existat: quia ratione iuramenti potest vasallus trahi ad forum ecclesiæ: adeo quod cognoscendo de iuramento cognoscet ēt de proprietate feudi: tenet Calde. in tit. de iureiur. cons. 2. dicens esse casum in c. nouit. de iud. istud tamen facile non admitterent domini temporales. iu dices.

Item ubi ageret̄ ad pen̄ā piurij: qm̄ vterq; cōpetens est inter laicos. d. c. nouit. iuncto. cap. rex debet. 23. q. 5. no. Ludou. cons. 412.

Et idē vbi ageret̄ de cōpellendo recipientē turpe iurm̄ vt illud relaxet iuxta. c. j. de iureiu. qa hoc ēt facere poterit iudex secularis: sicut. n. cogere potest ut licitum seruetur, ita vt turpe relaxet̄ vt uoluit Lud. Ro. in sing. uer. iuramentum.

6 † Item hæres defuncti non efficitur de foro ecclesiæ occasione iuri p̄ defunctū p̄stiti, scd̄m Io. And. in c. fin. de sepul. quem sequuntur Anto. & Sicu. in alle. c. cū sit gn̄ale. de foro cōpe. lib. 6. p̄ tex. ibi in vers. & a se &c. licet ꝙtrariū seruet̄ in curia spūali Archiepiscopi Tholosæ. vbi sæpenumero uidi corā me tan̄ officiali cōueniri hæredes sup̄ obseruationē iuramētorū p̄stitorum p̄ defunctos: & ista fuit opinio Abbatis antiqui in c. veritatis. de dol. & ꝙtu. vide Sicu. in alle. c. fin. vbi dicit q̄ indirecte ꝙtra hr̄dē implorato officio iudicis ecclesiastici agi pōt vt hæres satisfaciat exonerādo aīam defuncti iurātis, & sic p̄cedere pōt opi. Abbatis antiqui. Si aūt vel let agere actione ex eo ꝙctu non pōt: & sic procedat opi. Io. And. & Doc. ad hoc vide q̄ scripsi in decisione capellæ. q. 415. in addi. Itē adde Bal. in l. 1. col. 2. C. de ope. libe. dicētē. Qđ de nuditate iuramēti qđ nō habet cōsensum, vt qñ est interpositū sup̄ ꝙctu simulato satis pōt cognitio spectare ad secularem: qa iuramentū carēs cōsensu non habet spiritum, & iudex secularis pōt cognoscere sup̄ consensu: ergo necessaria cōsequētia sup̄ iuramento: sed vt ait, dñi mei canonistę dicūt qđ super omnib. dubijs spūalib. ecclesia cognoscit: & qcqd est dubiū trahūt ad suū molendinū, & de facto cōiter ecclesię deferūt: & est pars tutior. dicit tn̄ idem Bald. in l. nec patronus. ad fi. C. eo. titu. Qđ silex præsumit simulationem in contractu, nec est necessaria probatio hominis nō oportet adire ep̄m: vt. ff. de prob. l. qui testm̄. & ff. de leg. 3. l. cum quis decedens.

Digitized by Google

dens.§.Titia.& §.codicillis.& fac.ff.de pac. l.iuriſgentium. §. & generaliter.in l.vlti.ff.ad municip.

7 † Adde quod princeps temporalis poteſt ſuper iuramento diſpenſare:pro quo videtur tex.in l.fi. ff.ad municipal. in prin.& in l.fi.ff.de re mili.& pro hoc glo.in l.adigere.§.fi.ſuper ver.l.Iulia.ff.de iurepatro. quæ no. quod lex habet uim Apoſtolici ut iuramentum remittat.ita Bal.in l. nec patronus.C.de ope.liber.vbi dicit quod lex ciuilis poteſt remittere iuramentum ex cauſa,ſicut poteſt remittere Papa,ita tenuit Guido Papæ.q.194.Sed videretur ſalua correctione qđ princeps ſecularis non poſſit diſpenſare ſuper iuramento ratione ſpiritualitatis quam in ſe habet iuramentum: vt patet ex no.in c.uenerabilem.de elect.& per glo.fi.in c.cum ſit generale.de for.compe.per Sicu.in ca.ſignificante in primo no.de pig.& Hoſt.in c.tuam.ſuper glo.de ordi.cogni.& per Doc.in c.fi.de foro compe.libr.6.nec obſt.leges & gloſſ. in contrarium alleg.tum primo,quia prædictę leges hoc non probant,& ideo dicunt Saly.& Bald.in alleg.l.nec patronus. quod iuramentum non remittitur a lege:ſed ſecundum legem ſuper contractu diſponentem interpretatur. nam ſecundum Bald.in alleg.l.nec patronus.in caſu illius.l. conditio liberorum videtur excepta:ideo iuramentum non relaxatur:ſed ad caſum liberorum non extẽditur. Et quia fauor tertij uidetur a iuramento excipi.arg.in c.uenientes.ce iure iur.lex enim ciuilis poteſt interpretari iuramentum, & ſtatuere quod ſe non extendat ad caſus illicitos. vt.l.de quibus. ff.de leg.1.l.ſi quis inquilinos.in fi.Adde Sicu.in c. quemadmodum.de iureiur.ubi dicit quod reſpectu iuramenti ſtandum non eſt legi ciuili, cum iuramentum non ſit de foro ſuo.c.nouit.de iudi.& præalle.c.uenerabilem.ad fi.in auc.vt cle.apud pro.epiſc.§.ſi uero eccleſiaſticum.colum. 6. Adde quod poſuit infra ſuper regu.4.uerſ.46.circa fin.uide latiſſime per Iaſonem in auct.ſacramenta puberum. colum. pen. & vltim.

8 † Item iudex ſecularis poteſt cognoſcere de nullitate abſolutionis a iuramento factæ per eccleſiam: nec tenetur eã ſequi iniuſtam:tenet Petr.de Ancha.conſ.382.per no.Ioan. Andr.in c.cum in iure.de offi.deleg.& cap.1.de offi.ordin. vbi dicit quòd iudex ſecularis non tenetur exequi præceptum iudicis eccleſiaſtici,de cuius iniuſtitia eſt certus uel ſuſpicatur:& facit dictum Bar.in l.diuus.ff.de cuſt.reo. quod ſecularis iudex poteſt reuidere proceſſum quãdo ab epiſcopo iubetur exequi.Nec obſt.c.fi.de except.lib.6.quia loquit vbi ſententia non eſt euidẽter nulla uel inualida. Nec etiam obſt.c.paſtoralis.§.quia uero.de off.deleg.quia ſecũdum Io. And.ubi ſupra,procedit in executione commiſſa inferiori:ſecus ubi par requirit parem: videlicet ordinarius ordinariũ. per c.1.de offi.ordi.

Item iudex ſecularis poteſt declarare quem incurriſſe periurium quando de hoc nõ eſſet dubium.vt tenet Ludouic.in ſingu.414.quia lex ſecularis punit periurum. l. ſi quis maior.C.de trãſact.ergo etiam declarare poteſt:quia declaratio eſt facti,ſecus ubi eſſet dubium.c.venerabilem.de ele. id eſt quæſtio iuris,ſecus ergo ubi eſſet quæſtio facti p̃ not. l.Titia.ff.ſolut.matr.per Bar.& alios.Anton.& Sicul.in cap. tuam.de ordi.cog.per Io.And.& Domi.in alleg. c.fi.de foro compe.lib.6.

9 **Quinto fallit** vbicunque rei † uendicatione per clericum agitur contra laicum ſuper re eccleſiæ uel clerici:quia tunc agendum erit coram iudice ſeculari.Inno.& Docto.in c.cum ſit generale. de foro compe.& ita ſeruatur in præſenti regno:licet de iure clerici malefactores ſuos,& raptores rerum eccleſiaſticarum,& in uaſores(qui ſacrilegi ſunt cenſendi)poſſint ſub quo maluerint iudice conuenire.vt.c.de viro.12.q.2.c.alleg.cum ſit generale.& c.conqueſtus.eo.tit.& in fallen.ſeq. Adde hic quæ ſcripſi infra titu.ſeq.§.4.

10 **Sexto fallit** † in ſacrilego qui puniri poteſt per iudicem ſecularem in l.ſi quis in hoc genus C.de epiſc.& cle.glo.in alle.c.cum ſit gñale:ubi Hoſt.vꝝ uel ſe ſecundũ Sicu.quod cũ agitur ad pœnam corporalẽ ſecularis eſt iudex.ſi uero ad ſpiritua'em ut excommunicationis tunc eccleſiaſticus:ſed dicit Sicu.ꝙ qñ agitur ciuiliter ad reſtitutionẽ rei ſubtractæ vel ad pœnam non corporalem:ſed pœcuniariam,iuxta.c.quiſquis.17.q.4.quilibet tam eccleſiaſticus quàm ſecu. poteſt eſſe iudex. Et ſic crimen ſacrilegij dicitur eſſe mixti fori.erit ergo locus præuentioni in c.propoſuiſti.de fo.compe.

11 **Septimo fallit** in crimine uſurarum quado nõ dubitat qđ ꝗtractus ſit uſurarius, ſed tm̃ imminet qõ facti: vt ꝙa repetunt uſurę ſolitę,& ſic ſolũ agitur de ſoluto uel nõ ſoluto,vel an interuenerit ꝗctus: vel ꝙa agit̃ de ſimulatione cõtractus:& allegatur qđ ſimulatefacta fuit uenditio cũ eſſet cõtractus pignoratitius:& clare vult hoc p̃bare p̃ teſtes:ita qđ nõ dubitatur de uſura:tũc enim eſt mixti fori: & hanc opi.tenent Pau.Imol.& Zab.in clem.j.de uſu.Domi.in c.j.eo.tit.lib.6.Bar. in l. Titia. ff.ſolu. matr.& in l.2.ff.de iuriſd.omn.iudi.But.in l.cum allegas.C. de vſu.Arch.in c.qui dicã.14.q.4.Anto.Imol.& Sicu.& Zaba.in alleg.c.cum ſit generale.Lud.in alle.l Titia. Nec obſt. c.poſt miſerabilem.de uſu.quia ibi aditur iudex ſecularis in ſubſidium,ſicut etiam in decimis quæ tãtum modo ſunt ſpirituales.c.poſtulaſti.de homic.Et hanc opininionem etiam tenent Bal.in c.1.§.ſimiliter.de controuer.inueſtit. & in d.l. eos.§.fi.& Fride.de Senis conſ.96.dicens fuiſſe hanc originalem doctrinam Io.And.in c.tuam.de ordi.cog.

12 **Octauo fallit** gñaliter ubi de qõne eccleſiaſtica verſatur ſola qõ facti.Nam tũc iudex ſecularis eſt competens per ea quæ leguntur, & no.per Bar.& alios in alle.l.Titia.ff.ſol.mat.Ant.& Sicu.in c. tuam. de ordi.cog.& melius in alle.ca.cum ſit generale.& Millis in uerſ.iudex ſecularis poteſt cognoſcere &c.& Sicul.in c.literas.de iura.calum. Et ideo ſi diſputetur utrum mulier fuerit deſponſata uel non:vel an habitus ſit clericalis aut non,põt iudex ſecularis cognoſcere.idem ſi ſit quæſtio, an quis ſit legitimus aut non,uel an ſit uſurarius uel non:quia non eſt q̃ſtio iuris:ſed facti.Et idem in ſimilibus.

Nono fallit etiam ubi materia non eſt pure eccleſiaſtica:dato quod eſſet dubiũ iuris.Nam iudex ſecularis per confeſſionem de plano poteſt informari:iſtud dicit Spe.in tit.de recouuen.§.2.verſ.ſed nũquid in primo.quem ſequitur Bal.in l.non ignorat.in fi.C.q accu.non poſ.& in l.filium.ff.de his qui ſunt ſui uel alien.iur. & in l.quoties.C.de iud.& in l.omni nouatione. C.de ſacroſanct.eccl.idem Archi.in c.frequens.54.diſt.& in c. ſi iudex. de ſenten.excom.lib.6.Et iõ ubi conſtat iudici ſeculari notorie de vſura, puta per confeſſionem partis poteſt ſuper ea pnuntiare:duntamen non principaliter:ſed p̃ modicũ cauſæ.ut no.Bal.in l.unica.§.ad hæc.C.de lati.liber.tol. puta cõdemno te ad decem indebitè exacta p̃ uſuris,ſecus vbi principalis qõ eſſet mere eccleſiaſtica: quia illius cognitio nullo mõ cadit in laicum in præalle.c.ſi iudex.& in c.ut inquiſitionis.§.,phibemus.de hære.lib.6.& Pet.de Anch.in regula iuris,ea quæ in 4.q.nec confeſſio tunc facit eum competentẽ. & ita declarat Anch.ub i ſupra.

Sed ſi eſſet quæſtio de iſtis in cauſis ſummarijs bene poſſet iudex ſecularis cognoſcere ſecundũ Bald.in l.3.C.de Carbo.edi.& in auct.ei qui.7.col.C.de bo.auto.iud.poſ.ibi, ꝗro qualiter.poſt Spec.tit.de 1.decre.§.reſtat.ver. quid ſi agatur. dum inquit,ꝙ ſi agatur de primo decreto, & filius negat ſe fore in prãte patris,põt iudex ſecularis cognoſcere de filiatione non obſtante p̃alle.c.tuam.de ordi.cog.quia iſte proceſſus non eſt ordinarius.vbi autem p̃cederet ordinarię,p̃cederet qđ dictũ eſt.nam attendi deberet tunc,an eſſet quæſtio iuris uel facti ſecũdum Bal.ubi ſupra,licet Anto.& Sicu. in alle.c.tuam.aliter ſentire uideantur.

Sed & ſuppoſito ꝙ eſſet qõ iuris ſi cõſtat iudici ſeculari talẽ exceptionẽ qõnis ſpũalis opponi calumnioſè,ut remittat̃ ad iudicẽ eccleſiaſticũ,non tenebit̃ caſu p̃miſſo remittere:nec p̃ceſſum ſuũ taliter impedire ſecundũ Bal. in l 1.in fi. C.de ſen.quę ſine cer.quãt. Et ſi fieret ibi remiſſio.dicit Bal. in l.de die.§.iubere.in lec.anti.quòd ſi remiſſus ad curiã ẽpalem ſuper talib. incidentib. ibi fuerit in mora,poterit iudex ſecularis p̃cedere ad vlteriora,ad qđ facit,ꝙa moroſus alle gãs litis pẽdẽtiã:nõ audit̃,ſcđm Bar.in l.ubi exceptũ.ff.de iudi.& in l.ſepulchri.ff.de ſepul.uiola.& in l.q̃uis.ff.de dã.infe.

Et iõ ad hmõi malitiæ obuiandũ poſſet iudex ſecularis in faciẽdo talẽ remiſſionẽ p̃figere remiſſo terminũ in quo ſe curiæ ẽpi repræſentet ſecũdũ Bar.in l.p̃ſes.C.de appel. p illũ tex.& in l.2.ff.de re iudi.& in alle.l.quoties.C.de iudi. Ange. in l.2.§.ſed ſi dubitet̃.ff.eo.tit.Et ſi ille fuerit in mora poterit ſecularis iudex,p̃cedere.arg.d.l.p̃ſes.& c.p̃ſonas.de appe.ſed nõ poſſet idẽ iudex p̃figere terminũ.inf. quẽ cã finiri dẽat vt per Bar.in alle.l.3.& in c.cum ſit Romana. de appel. iuncta gloſſ.

13 **Decimo fallit** † in laico arbitratore,ꝙa talis cognoſcere poterit de uſura,ẽt ſi ſit q̃ſtio iuris,ita uoluit Pet.de Anch.cũ.ſ.33.& cõſ.98. dicẽs. c, contingit.de arbit.non procedere in arbitratore.Sicu.conſ. 64.ver.item iſti fuerunt arbitratores.

14 **Vndecimo fallit** in crĩne adulterij,in quo ſi agat̃ ad pęnã ſanguinis,ſecularis tm̃ eſt iudex.arg.in c.ſnĩam.ne cler.uel mo. & l.quãuis. C.de adult.de procur.c.tuæ.& ſic intelligit̃.c.rex dẽt.23.q.5.

Si vero ageretur ad aliam pœnam, puta detruſionis in monaſterium:tunc etiam ſecularis eſt iudex,ut in auct.ſed hodie.C.de adult.Licet executio pertineat ad iudicem eccleſiaſticum: quia ſecularis non habet monaſterium. argu.in ſimili.2.q.6.biduum.verſ.ſi quidem.& ff.de interdi.& rele.l. inter pœnas.

De

Digitized by Google

De eccleſiaſtico eſt dubium & dependet a.c.gaudemus . de diuor.poſſet tamen dici quod quatenus agetur ad aliam pę nam citra ſanguinem etiam ipſe ſit competens contra laicū. ad hoc.c. 1.de off.ord.& 32.q.1.c.de benedicto,quia per adul terium peccatur in matrimonium,quod eſt vnum de ſeptē ſacramentis eccleſiæ,& poteſt eccleſia imponere pœnam ignominioſam,vt incidere capillos,& pannos ante & retro, ut moris eſt in quibuſdam locis. pro quo bona glo.in præalleg.c.de Benedicto,iuncto ibidem tex.& facit.26.q.5.ca epiſcopi.in prin.ita dicit Sicu.in alleg.c.cum ſit generale.quem ſequuntur Lud.in ſing.667.Sicu.in alleg.c. tuæ.c.1. de offi. ordi.Archi.in c.rex.alleg.& in ca.poſtulaſtis.3.q.7.Sicu.in c. gaudemus.de conuer.coniuga.vbi dicit eccleſiam poſſe huiuſmodi crimen puniri etiam vltra ſeparationem thori contra Ioan.And.in c.fi.de foro competen.lib.6.Angel.in auth. ſed hodie.allegat.& facit.c.conſuluit.1.de app.vbi epiſcopus procedit contra detinentem uxorem alterius.ad idem.c.ſeculares.33.q.2.Bal.in aut.clericus.C.de epi.& cle.Pet.de Ancha.in alleg.regula iuris,ea quæ.in 4.q.inter alia dicens quòd ſi confitens copulam,ſed eam negat eſſe adulterium negando matrimonium,de hoc iudex ſecularis cognoſcet. Et idē dic ſi laicus cognoſceret monialem: quia tanquam ſacrilegus poterit per vtrunque iudicem puniri, ſcilicet per eum q
15 præuenerit. † Duodecimo fallit in crimine falſi quod committitur in literis apoſtolicis.nam de talibus ſi laici fuerint poterit iudex ſecularis pœnam ciuilem imponere.argu.ff.& C.de fal.& quod not.19.di.c.in memoriam.ita tenet Sicu.in
16 alleg.c.cum ſit generale.† Decimotertio fallit in ſortilegis & diuinatoribus: quos etiam iudex ſecularis punire poteſt ſecundum Sicu.in præal.c.cum ſit generale.& in c.1.de ſortile. dicens quod licet ſit crimen eccleſiaſticum non tamen mere. & ideo eſt locus præuentioni inter eos.nam vtroque iure hoc crimen eſt damnatum & acerrime punitur per ius ciui
17 le,vt.C.de malefic.& mathe.per totum. † Decimoquarto fallit in blaſphemia,quia etiam eſt mixti fori, tenet Cal.titu. de iudæ.conſi.2.& Pet de Anch.conſi.197.& ita ſeruatur.di cit tamen Sicu.in ca.2.de male.quòd iudex eccleſiaſticus, & ſecularis concurrere poſſunt,nec pœna impoſita per vnum impedit pęnam imponendam per alium,& poſtea in vlt.col. ſubiungit ibidem eſſe tex.quod crimen blaſphemiæ in Deū & ſanctos ſit mixti fori , & quod iudex eccleſiaſticus de illo poteſt punire laicum,verum vbi Iudæi per blaſphemiam vel aliter æternalem offendunt maieſtatem ſecundum communem opi.doct.puniri poſſunt & debent per iudicem ſeculare̅ & ita conſuluit Pet.Ancha.vbi ſupra:quem refert & ſequitur Ioan.de Ana.in rub.de Iudæis. col.penult. in princip verſi.adde prædictis.idem ipſe tenet in c.fi.de maledi.col.18. uer.circa prædicta.& etiam in c.poſtulaſti. de iudæ. 6. colu. verſi.ulti.quæro.uſque ad fi.& in locis prædictis alleg.plures doct.hanc opi.ſequentes,quamuis Calde.in alleg.conſi.2.uiſus ſit tenere contrarium,videlicet quòd imo punitio crimi nis blaſphemiæ contra Iudæos pertineat ſoli iudici eccleſiaſtico non autem ſeculari iudici,niſi eatenus quo ipſe iudex
18 eccleſiaſticus imploraret auxiliū brachij ſecularis ī ſubſidiū. † Decimoquinto in crimine Sodomiæ. Nam & illud eſt mixti,ut tenet Sicu.& Ana.in ca.archiepiſcopatu . de rapt.& in c.clerici.de exceſ.prę̅la. Et ꝙ iudex ſecularis contra laicum cognoſcere poſſit vltra prædictos tenent Petr.de Anch.conſil.277.incip.iure diuino.& Cal.de foro.compe.conſ.3.& ſecundum leges eſt pœna capitalis,ut in auth.vt non luxu.ho. contra natu.colla.6.

19 † Decimoſexto fallit in iudice ſeculari clerico,ut puta ſi clericus habeat feudum a rege ſi cognoſcit de quæſtionibus vaſallorum feudalibus & incidat forte quæſtio iuramenti poterit cognoſcere , licet non poſſit cognoſcere principaliter de ſpirituali ſecundum Sicu.in eius diſputatione incipiente, pandulphus. 16.col.incidentia namque facit de incompetēti competentem , ſiue ſit ordinarius,ſiue delegatus, ſiue arbiter,vt per eum in c.cauſa.de in inte.reſti. Sed iſta opinio de mero iure non procederet:quia iuriſdictio quam habet clericus a ſeculari non eſt eccleſiaſtica , ſed ſecularis. pro quo ca. romana.in §.debet.de appella.lib.6.& Bald.in authen.ſi quis litigantium .

20 † Decimoſeptimo fallit in laico ſimoniaco . nam lata ſententia ab eccleſiaſtico poterit eum iudex ſecularis punire.ita tenet Imol.in alleg.c.cum ſit generale. & Ana.ſuper rubri.de ſimo.verumtamen Sicul.in alle.c.cum ſit. dicit iſtud crimen eſſe mere eccleſiaſticum,& ſic ſecularis non poſſit ſe intromittere: quia ſimonia dicitur eſſe hæreſis. 1.q.3.ca. altare. & de hære.c.quoties.Item & eius criminis originalis prohibitio proceſſit ab eccleſia:& ſecundum illius inſtitutiones regulatur, ad quod not.1.q.1.in ſumma.quod intelligo quo ad cognitionem ſed lata ſententia per eccleſiaſticum poterit augere pęnam laico, ſicut & dicit Anto.de crimine hæreſis facta per iudicem eccleſiaſticum declaratione , de quo tamen Sicu.in præalle.c.cum ſit. ait ſe dubitare.

21 † Decimoctauo fallit in delicto commiſſo in eccleſia per laicum. nam in hoc caſu iudex ſecularis habet cognitionē, etiam ſi eſſet commiſſum in clericum.l.ſi quis in hoc genus. C.de epiſc.& cle & ibi Bal.Imo.& Sicu. in c.inter alia. & c.fi. de immu.eccle.alleg.Bar. ita tenuiſſe in l. ſi cui.ff.de accuſat. idem Sicu in ca.cum ſit generale.de foro.compet. dicens ſe putare prædictam opin.Bart.eſſe veriorem contraria opinione Pet.& Cyn.in l.pręſenti.C.de his qui ad eccleſiam confu.Eccleſia namque ait ſicut territorium non habet, niſi reſpectu clericorum,& ideo ſe non impedit de delictis laicorū etiam in eccleſia commiſſorum. idem Saly.in aut. nulla cōmunitas.C.de epiſ.& cle. Dicit tamen Sicu.in præalle. c.fin. negari non poſſe quin commiſerit ſacrilegium delinquēdo in eccleſia cum per hoc violauerit immunitatem , maxime ſi eam ſanguinis effuſione polluerit,vt in c.cum pro cauſa.& quod ibi not.de ſenten.excommuni.& 17.q.4.ſi quis domū. facit.c.cum ſit generale.alle.& ideo puniri poſſit de hoc crimine per iudicem eccleſiaſticum.facit.ca.quæſtio. 17.q.4.& quod not.in pręalle.c.cum pro cauſa .

22 † Nam pro eodem delicto poteſt quis puniri varijs pœnis quando ex eo reſultat diuerſa ſpecies delicti,ut plene no.per Bar.in l.ſenatus.ff.de accuſa.& ſic poteſt intelligi gl.in c.uirginibus.27.q.1.dicit enim Bar.vbi ſupra,quòd etiamſi eſſet ta le delictum ex quo quis incurreret duplicem pœnam,quarū una eſſet ciuilis, alia eccleſiaſtica , vt excommunicationis quamuis a ſeculari iudice quis foret abſolutus vel condemnatus & pęnam ſoluiſſet nihilominus poterit condemnari a iudice eccleſiaſtico, ita dicit Iac.But.& Bal.in l.placet.penul. q.C.de ſacroſanc.eccle.Pet.de Anch. in regula iuris,ea quæ. 9.quæſt.lib.6.de quo etiam uide per Bald. in l.cunctos populos.6.col.C.de ſumm.trini.Ana.in c.poſtulaſti.ad fi.de Iudæ. Ang.in l.ſi vacantia.C.de bo uacan. lib.10.per Bald.in l.officiales.C.de epiſc.& cle.& in l.nullum.C.de teſti.& Sicul.in c. tuę. de procurat. Ex quorum dictis videtur poſſe concludi quod ubicunque crimen commiſſum eſt mixti fori,& per diuerſas leges diuerſe pęnę omnino ſeparatæ ſtatuūtur,quarum vna per aliam non tollitur,punitus in uno foro de crimine poterit de eodem alio foro puniri . pro quo. l. qui ſepulchra.C.de ſepul.uio.& l.3.ff.de lib.ho.exhi.& in l.quoties ff de actio.& oblig.& bonus tex.in c.fęlicis. de pœnis.lib.6.& ibi Ioan. And.in not.& iſtud tenere videtur Sicu. in præalle. c.tuæ.quod eſt notandum,& acc dit quotidie,& facit, ad ea quæ ſupra ſcripſi circa finem ſecundæ fallentię huius quartæ regulæ . Sed quis extrahet delinquentem in eccleſia vel alibi delinquentem & ad eam confugientem in caſibus in quib. immunitate gaudere non debet? breuiter dic quod laicus extrahetur per iudicem ſecularem. ita tenet Ioan. Fab.inſti.de his qui ſunt ſui vel alie.iuris.in §.ſed hoc tempore. & idem videtur uelle Sicu.in alleg.cap.inter alia penul.col.licet aliter ſentiant Pet.& Cyn.in alleg.l.præſenti.& Ange.in aut.ſi quis ei.C.de adul.Opinio Ioan.Fab.de facto ſeruatur.

23 † Decimonono fallit vbi ſimpliciter agitur de fructib.decimarum inter duos laicos uel per clericum contra laicū. Nam in huiuſmodi caſu iudex ſecularis poterit cognoſcere cum non ſit quæſtio ſpiritualis,quod patet:q̄ a laico cōcedi poſſunt titulo locationis.c.ueſtra.de loca.& uendi.ut ibi no.Ioan.Andr.& not.in c.quamuis.de deci.glo.in c.peruenit.1.q.3.Bald.& Imo.in l.uſufructu.not.in c.cauſam.de pſcript.& c.quamuis.& c.prohibemus.de deci. & hoc probatur optimè in c.poſtulaſti. de homic. Nec obſt.ſi dicatur qđ illud fit in ſuffragium per inuocationē brachij ſecularis : quia ibi Papa in reſponſione generaliter loquitur.Et ita dūmodo agatur ciuiliter contrā laicum ad reſtitutionem fructuum decimarum poterit agi coram iudice eccleſiaſtico. ita tenet Gaſp.Calde.titu.de foro competen. conſ.15. idem tenet;Anch.in regula iuris,ea quæ.quæſtio.5. idem Fride. de Sen.conſ.245. dicens ſecularem iudicem poſſe cognoſcere de cauſa decimarum ubi eſt quæſtio facti tantum, & non iuris,ita intelligens præalleg.c.poſtulaſti.de homicid. ſubdens non eſſe peccatum tenere quod fauore eccleſiarum habeat eccleſia duos iudices.argum.c.cum ſit.de for.compe. & ſequitur Lud.in l.Titia.2.col.ff.ſol.matr.opi.ſupradicti Cal.tenet Bal.conſ.242.

24 Vigeſimo fallit in habitu †clericali ā quo iudex ſecularis poteſt recipere cognitionem an ſit clericalis uel ne,ita tenet Guid.Papæ.q.138.& multas ad hoc adduxit rationes. veruntamen moderni tenent contrarium , maxime Geminia.in capitu.unico.de cler.coniuga.libro 6. & Zabar. in cle.2.de ui.& hone.cleri .& ipſorum opinio Tholoſæ ſeruatur:

Fatetur tamen Domi.ubi ſupra,quòd ſi laicus conueniat corā iudice ſeculari ſuper delicto ciuiliter, & ille dicit ſe clericū coniugatū unde nō poteſt ab illo iudicari. Actor uero

Digitized by Google

dicat quod non incedit in habitu, & tonſura, & reus petit huiuſmodi quæſtionem incedētem remitti iudici eccleſiaſtico, iudex poterit cognoſcere an debeat remittere: quia iſta notoriè conſtant an habitus ſit clericalis vel ne. ergo nō requiritur alia probatio. c. quoniam. de fil. præsby. per quod patet, quod licet opponatur exceptio coram iudice de qua cognoſcere non poteſt ſed debet remittere ſi tamen eſt notorie falſa illam repellet ſecundum eum.

Aduerte inſuper quod clericus coniugatus propter eius crimen captus non eſt remittendus ad forum eccleſiaſticū niſi doceat ſe contraxiſſe cum vnica, & virgine. ita tenet Rota deciſ. 250. Milis in verſ. clericus. §. clericus coniugatus. de quo per Gemi. in præallegato. c. vnico. pen. col. vide quæ poſui. ſup. in huius tertiæ regulæ fallentia. 7. & ſeq.

25 † Vigeſimoprimo fallit in cauſa iuriſpatronatus quando eſt quæſtio facti, & non iuris. Quo caſu iudex ſecularis poterit cognoſcere etiam ſi agatur actione perſonali: vt quia tu promiſiſti mihi donare tale ius. & tu negas. ita tenet Anton. in c. quanto. de iudi. pro quo ſolent adduci no. per Bart. in l. Titia. ff. ſolu. matr. & clarius in l. omui nouatione. C. de ſacr. ſan. eccl. & in l. quoties. C. de iudi. & in l. 2. ff. de iuriſdict. om. iudi. & Fede. de Senis conſ. 192. incip. facta eſt lex. & conſilio 367. incip. dño Andrea. Io. And. & Anton. in cap. tuam. de ordi. cog. & in cap. cum ſit generale. de foro compe. vbi dicunt quod de quæſtione ſpirituali cōſiſtente in iure: puta, an matrimonium fuerit legitimum uel ne iudex ſecularis cognoſcere non poteſt. Sed de ſpirituali cōſiſtente in facto poteſt, puta, an fuerit deſponſata vel non. An talis fuerit filius, uel non. pro quo facit. c. ſignificauit. de teſtib. Zabar. ex illo textu iuncta ſupraſcriptione notat quòd iudex laicus poteſt cognoſcere de cauſa quæ eſt inter beneficiatum, & fundatorē beneficij ſuper liberatione a iure patro. licet Rota uideatur aliter dicere deciſ. 223. in antiquis. vide quæ ſcripſi in huius regulæ. 3. fallen. 8. & 9. & fal. proxima præcedente. & in d. ca. ſignificauit.

Idem eſt quando eſt qō de iurepatronatus cum uniuerſitate. Nam iudex ſecularis cognoſcere poteſt de vniuerſitate ſeculari in qua eſt ius patronatus, & tunc ſuper uniuerſitate iudicando valebit iudicium ſuper iurepatronatus: tam quam ſuper acceſſorio: ita tenet Sicu. poſt Zaba. in alle. cap. quanto. per c. ex literis. de iurepatro. & ad hoc alleg. glo. ſingularem in c. filijs. 16. q. 7. quæ dicit iudicem ſecularem poſſe priuare laicum iurepatronatus cum uniuerſitate: ſed p ſe non poſſet arg. op. in præalle. ca. ex literis. dumtamen ſecundum eum in libello nec in ſententia non fiat mentio de iure patronatus. Quod intelligunt moderni quando fieret mentio copulatiue: vt dicendo, Peto hæreditatem talis, & ius patronatus: ſecus ſi diceret peto talem hæreditatem cum iure patronatus, & ita no. idem Sicu. in c. quęrelam. de ſimo. & ſequitur ibi Io. de Anan. pro quo fac. dictum Bart. in l. ſi cui. & in l. 4. ff. de fundo inſtru. vbi dicit quod dictio, &, coniungit ęque principaliter, ſed dictio, cum, acceſſorię. ſic igitur erit in caſu prædicto: quia vbi erit dictio, cum, iudicabit acceſſorie de iure patro.

Similiter non noceret ſecundum Doc. nominatio dicti iuris patronatus in libello uel ſententia vbi declaratoriè nominaretur: puta dicendo omnia bona videlicet, & talia, & ius patronatus. Nam & in hoc caſu ualeret uenditio: vt tenet Io. Cald. & Domi. in c. 1. de iurepatr. lib. 6. Et etiam ſecūdum aliquos non noceret nominatio quando diceretur cū pertinentijs, & iurepatronatus: quia ualeret uenditio, & petio quando ponitur in ablatiuo: de quo ſatis probabiliter videtur poſſe dubitari propter ratiōes quas in oppoſitum adducit Io. de Imo. in l. ſi inſulam. ff. ſol. matri. ubi firmat, quòd laicus iudicando de uniuerſitate non iudicat de iurepatr. per no. per eum in clem. paſtoralis. penul. colu. de re iudi. Sicul. tamen vbi ſupra tenet contrarium, cuius opinio de facto ſeruatur.

Ad id aūt quod dicit idem Sicu. quod confiſcatis bonis per ſnīam iudicis ſecularis trāſit ius patronatus in dictis bonis contentum vltra gl. hoc tenet Archi. in p̄alleg. c. filijs. & Zaba. in cle. 3. in 8. q. de iurepatro. dicens qđ eccleſia remanebit libera: quia iſtud ius patronatus non tranſibit in fiſcū. alleg. c. fęlicis. de pęnis. lib. 6. & c. in quibuſdā. eod. ti. nam & bonis confiſcatis feudū quod tenetur ad eccleſia reuertitur ad eccleſiā, ergo multo fortius ius patronatus quod eſt annexum ſpirituali. Aliud tñ videretur in feudo: qa uaſallus ſolum habet vtile dominium: ſecus in uniuerſitate bonorū in quibus eſt ius patronatus: ſi ergo per uenditionem cum uniuerſitate transferē: ergo & per ſentētiam p quam etiam transfertur dominium ſecundum gl. inſti. de off. iudi. §. pen. & per Bart & Doc. in l. Iuliano. ff. de condi. inde. & quamuis opi. Zab. uideatur ęquior: crederem tamen opinionem contriam potius obſeruari debere.

26 † Vigeſimoſecundo fallit in fideiuſſore clerici quādo clericus dedit laicum fideiuſſorem pro ſe in contractu mutui; nam talis fideiuſſor poterit conueniri coram iudice ſeculari. Ad hoc. n. dantur fideiuſſores: vt melius cautum ſit creditoribus. ff. qui ſatiſd. cog. l. 1. & 2. Reſpon. ita tenet Specul. tit. de competen. iudi. adi. §. 1. 16. colum. verſic. Sed pone clericus. & ibi Bald. ſubiungens, ꝙ fideiuſſor contractus, immo & iudicij ſuum meretur iudicem vt no. in l. j. ff. ſi quis in ius voc. non ierit. idem tenet Guid. Papæ. q. 562. in fi. & Bald. ubi ſupra, dicit ulterius non credere, ꝙ ſi clericus fideiubeat pro laico quod ſnīa iudicis ſecularis mittatur contra eum executioni. unde. l. fi. C. de vſu. rei iudi. intelligitur qñ reus, & fideiuſſor ſunt eiuſdem fori: vel qñ fideiuſſor poteſt prorogare iuriſdictionem. Sed hoc non pōt facere clericus, ut per Spec. vbi ſupra. verſ. in clericis. uel intelligitur quo ad modū ſummarię executionis. Quod ſicut prędictum eſt fideiuſſor clerici ſi laicus eſt poſſit conueniri coram iudice ſeculari, tenet ēt Sic. in c. ex reſcripto in ultimo. de iureiur. Pet. Iaco. in arboré ſucceſſionis regum Franciæ, & In quæſtione. An clerici in actione in rem poſſint coram ſeculari iudice conueniri. verſ. ſed quia idem Inno. Sed ſi clericus fideiubeat p laico coram iudice ſeculari non poſſit ibidem conueniri. vide Petr. de Anch. in regula iuris, ea quæ. q. 22. 5. col. verſ. Et pro confirmatione &c.

27 † Vigeſimotertio fallit generaliter in fructibus, & obuentionibus temporalibus quæ proueniunt ex rebus ſpiritualibus in quibus ēt iudex laicus eſt iudex competens, & maxime cum laicus qui detinet, arguitur de mala fide & detentione illicita, & iniuſta, tunc enim cum ſubtractio earū poſſit dici ſacrilegium. de pecu. cler. c. inquirendum. & 12. q. 2. c. 3. certum eſt iudicem laicum eſſe iudicem competētem. in c. cum ſit generale. de foro compe. ad quod facit qđ ſcripſi in huius regulæ fallentia. 19. & ita tenet Petr. de Ancha. in regula iuris, ea quæ. de reg. iur. lib. 6. q. 5. & dixit in huius tertiæ regulæ fal. 5.

28 † Vigeſimoquarto fallit in clerico pro debito regio capto, & eccleſiæ remiſſo: quo caſu iudex temporalis poteſt inhibere iudici eccleſiaſtico ne habeat ipſum relaxare niſi ſoluto debito. Alioquin habebitur recurſus contra iudicem, & ita cauetur in concordatis inter officiariarios utriuſque poteſtatis Tholoſæ factis, pro quo plura reperiuntur arreſta. Et quando clericus eſt debitor ex delicto uel quaſi vt qa fuit in emendam condemnatus pro crimine priuilegiato p quo. l. quicunque. C. de ſer. fugi. & l. fi. ff. de in ius vocā. Si. n. non habet vnde, luere debet in corpore.

Ad idem Bal. Ant. Sicu. & Præpo. in c. dilectis. de appel. q ibidem no. ex illo tex. clericum poſſe detineri in uinculis p ſuperiorem ſuum donec ſatisfaciat de delicto: licet actum ſit ciuiliter. & etiam ſi opus eſſet poſſet ob hanc cauſam torqueri: & vtrunque probatur in c. j. de depoſi. & facit. c. ſi clericos. de ſenten. excom. lib. 6. Et idem uideretur ſi eſſet debitor ratione talliarum vel collectarum; quia cū in hoc caſu non poſſit cedere bonis ſecundum Bald. in l. propter honorem. C. de his qui bo. ced. poſ. & idem Saly. ibidem, ſic uideretur ꝙ poſſit huiuſmodi occaſione clericus detineri. arg. no. in l. nemo. & l. quoties. C. de exac. tribu. libr. 10. & per Cy. & Saly. in l. j. C. de his qui bo. ced. poſ. & per Io. Fa. & Ange. inſti. de actio. in §. fi. & per Io. de Pla. in alleg. l. nemo. p Hoſt. in ſumma. de ſolu. & regula. de ceſſi. bo.

Sed maius vī eſſe dubiū in debitore tributario, qa talis carcerari nō debet. vt in alle. l. nemo. bene tñ pōt ſub fida cuſtodia detineri: q̄ oīa loquunt in laico, & nō in clerico: ſed qcquid ſit de iure ēt in clerico ſeruat in p̄ſenti ciuitate. ſup quo uide q̄ ſcripſi ſup. in ſecundæ regulæ. 27. fallentia. Quinimo fructus decimales, & alij qcunq; ex reb. ſpūalib. puenientes quotidie p debitis regis ac priuatorū capiunt, & exlectant: qa per illos q habent adminiſtrationē in titulū tales fructus poſſunt alienare, & obligare: vt tenet Ioā. Fab. in ſtit. de actio. in §. Item Seruiana. & Rota. deciſ. 331. in antiq. ubi uide. Et per Sicu. in c. puenit. de fideiuſſo. licet de rigore iuris iſtud nō procederet indiſtincte: vt plenus ſcripſi in addi. ad q. cappellæ. 313. Adde hic q̄ ſcripſi ſup. in primę regulæ fallen. 12. circa fi. & in ſcđæ regulæ fallen. 18. & fallent. 20. & 23. & huius quartæ regulæ fallen. 19. & Gui. Pap. q. 208.

29 Vigeſimoquinto fallit in datione † tutoris pupillo clerico: quia licet clericus nō ſit de iuriſdictiōe ſua, nihilominus dabit ei tutorē, & ita ſeruat: pro quo fa. l. conſulta. C. de teſta. & no. p Bal. in l. repetita. C. de epiſc. & cleri. Nam datio tutoris nedū perſonā reſpicit: ſed ēt patrimoniū de quo iudex tēporalis p̄ſertim de immobilibus ſe poteſt intromittere ut ſatis ſuperius deductū eſt: & per Oldr. conſ. 17. licet contrariū teneant Ioan. Fa. & Ang. Are. inſti. de attil. tu. & Bar. in l. 1. ff. de tuto. & cura. da. ab his. Et idem in curatore: eorum tamē opinio non ſeruatur de facto, uide quæ ſcripſi ſupra in ſecundę regulæ fallen. 28.

30 † Vigeſimoſexto fallit ī iniuria facta clerico p laicū: nā talis de

Digitized by Google

de huiusmodi iniuria puniri poterit p iudicem secularem. l.si quis in hoc genus.& ibi Bal.Bart.& Doct.C.de episco.& cle.tenet Guido Papæ.q.562.dicens ulterius,quod si casu p̃dicto clericus impetret gratiam siue remissionem a rege il la interinabitur coram iudice seculari.de quo scripsi supra in huius regulæ quarta fallen. 2. Et quod supradictum est intelligit quando iudex secularis præuenit iudicem ecclesiasticum in cognitione talis iniuriæ: licet iniuria clerici secũdum Innocen.& alios in ca.peruenit.in 2.de testi.cogen.dicatur res ecclesiastica.quia intelligitur facta ordini clericali.vt uoluit Bald.in alleg.ca. peruenit. & sequitur Zabar. & alle.Bartol.in l.prima,§.quæ onerandæ ff.quarum rerũ act. non datur.

31 † Vigesimoseptimo fallit qñ iudex secularis astringitur ad exequendum sentẽtiam iudicis ecclesiastici super causa criminali latam.Nam tunc iudex secularis potest cognoscere de iustitia processus:per.§.si vero crimen. in auc. de sancti.epi.in vers.prætor causa cognita.& loquitur de mandato facto per ecclesiam iudici seculari.ad idem glos.in vers. per ep̃m.in auc.clericus.C.de epi.& cler.& tenet Bartol. in l.diuus. 2.ff.de custo.reo.& idem Bar.Bal.& Pau.de Cast.in l.magistratibus.ff.de iurisdi.omn.iud.& Bart.in l. nõ dubiũ. ff.de custo.reo.& in l.fi.in fin.prin. ff.si quis ius dicenti non obtempera.& Anton.in c.1.de obl.ad ratio. & ista est communis opinio legistarum: quæ tamen procedit in crimnib. mixis puta sacrilegio,& similib.de quibus in c.cum sit generale:& dictum est supra.

Propterea dico:quia in crimine hæresis hoc non procederet.vt in ca.inquisitionis.s.prohibemus. de hære. ubi est casus in hæretico condemnato per iudicem ecclesiasticũ: quia secularis tenetur exequi simpliciter eius sententiam, & ideo opi.Bar.de qua supra qui in alleg. l.magistratib. posuit exemplum de hæretico est contra prædictum. §.prohibemus:& idem tenent Sicu.& Doct.in c.ad abolendam.de hæret.Bald.in alleg.auc.clericus.Ang.in dicta.l.magistratib. & in alle.l.diuus.& Sicu.in præalle.c.1.qui dicit se putare, q̃ dictus.§.prohibemus.procedat in alijs criminalib. mere ecclesiasticis:veruntamen aliàs ego uidi seruari cõtrarium in persona fratris Petrilo ordinis minorum qui postquam fuit actualiter degradatus fuit examinatus in curia parlamenti, & facta examinatione,uiso processu, & sñia iudicum delegatorum attentaque degradatione die p̃cedenti facta fuit condemnatus ultimo supplicio,& publice decapitatus tãquam laicus.Vnde Sicu.in alleg.c.at si clerici.& Ant.ubi supra tenet quod in alijs criminibus ab hæresi, & causis ciuilibus iudex secularis non tenetur stare processui iudicis ecclesiastici:nec econtra. Et acta facta coram uno fidem non faciunt coram alio.Quod in criminibus mixti fori procedit indubie sed non respectu causarum ciuilium, propter cap. fi.de excep.lib.6. Nisi sententia esset euidenter nulla tenet Petr.de Ancharan.consil.383.incipiente retento ordine dubiorum.

32 † Restat igitur conclusio quod in criminalibus alijs ab hæresi iudex secularis nõ tenetur stare processui iudicis ecclesiastici.

Adde quod si episcopus inuocat brachium seculare cõtra clericum suum: qui tñ ab eo ex probabilibus causis ad sedem Apostolicam appellauit,princeps uel iudex secularis non debet eum iuuare:ita tenet Oldra.consilio 89 & mouetur quòd eidem episcopo postquam est appellatum ab eo subditus potest ei resistere.C.de iure fisci. l.prohibitum.lib. 10.immo procedendo appellatione pendente uidetur superiori iniuriam facere.2.q.1.c.nomen.immo procedens peccat,& punitur.2.q.6.e.decreto.cum tribus cap.sequen. c. de priore.de appell.l.quoniam iudices.C.de appel.vbi dicitur, q̃ officialis non resistens pertinaciter iudici non recipienti appellationem punitur.30.pondo auri.& ibi secundum Oldra.est casus ad id quod sup.Ex qua lege forte sustineri possit:quod iudex temporalis possit impedire executionem sẽtentiæ præsertim irretractabilem:a qua fuisset ad sedẽ Apostolicam appellatum:donec releuandi tempus elapsum exteriterit:quod sæpenumero fieri vidi. Ad quod adduci possent quæ scripsi supr. in 30.fallen.secundæ regulæ.sed istud nollẽ pertinaciter sustinere metu uiolationis ecclesiasticæ libertatis,& perturbationis iurisdictionis ecclesiæ.

Vigesimooctauo fallit in appellatione interposita ab episcopo uel quouis alio prælato ecclesiastico qui cognouit vt delegatus principis uel alterius iudicis secularis. ut in auc si quis litigantium.& ibi Bal.C.de episc.audien.

33 † Vigesimonono fallit in articulo necessitatis in quo licitum est confiteri laico:vt voluit gl.quæ ad hoc solet allegari in c.pastoralis.§.præterea.de offi.ordin cui concor. glos. fi.in c.2.de pœni.& remis.lib. 6. & in cap.a nobis. in 1.de sententi.excommuni.& in cap.ueniens.de tranſact. & cap. inferior. 21.distinct.Sicu.in capit.quanto.de consue. Hostien.de pœni.& remis. cui confitendum.2.columna.

Sed secundum ueriorem opi.Scoti,Richar.& communiter theolog. quis non tenetur ad hoc de necessitate:bene tamen esset utile ex materia verecundiæ,quæ est una pœna debita pro peccato:& sic bonum esset consilium secũdum Augustin.in capitu.quem pœnitet.de pœnitentia distinctione prima.

Sic in necessitate laicus potest baptizare.de consecract. distin.4.cap.in necessitate.30.quæstio.3. super quibus aliter cessante necessitate peccaret mortaliter.argu.c.1,de cle. nõ ordi.ministran.Imo in casu necessitatis quilibet tenetur baptizare:aliàs peccat mortaliter secundum Doctor. de quo in cle.1.de bapti.& eius effectu.

34 Trigesimo fallit in laico quando † sibi delegatur causa ciuilis clerici quod iure fieri potest secundum glo.in cap.decernimus.de indi.Archid.in ca. clericum cuiuslibet.11.q.1. Specu.in ritu.de delega.§.nunc uidendum.vers.30.Domin. in §.uerum.32.distin.& ibi glos.in uerbo, ducibus. Et hoc intelligo fieri posse etiam per episcopum in vna causa tantũ nisi partes contradicerent,& offerrent clericum idoneum: vt per Archi.in cap.in noua.16.q.7.Secus autem si uellet laicum facere delegatum ad uniuersitatem causarum p̃tex.& ibi Bald.in l.parabolani. C.de episcopis & clericis. Causam autem criminalem clerici non posset episcopus laico committere:sed solus Papa:vt in alleg.§.uerum.glo.in alleg.§. uerum.glo.in alleg.c.decernimus.2.q.5.mennam.63.dist.in ca. in synodo.& c.Adrianus.& 10.q.c.illud.

Sed neque posset Papa omnes cãs clericorum vni laico committere:qa ut tenet gl.in c.imperator.96.di. clericus sit exemptus a laico de iure diuino:quod Papa tollere non potest.quod tenet Sicul.in cap.ecclesia sanctæ Mariæ.de constitut.Adde hic quæ posui supra in primæ regulæ fallentia prima.

35 † Trigesimoprimo.Laicus potest esse procurator in causa ciuili etiam spirituali clerici,nisi actus spiritualis depẽderet a iudicio suo ut uoluit Domi.in c.1.de procu.lib.6. Non tñ potest laicus esse Economus, & habere generalem administrationem temporalium ecclesiæ ut in ca.iudicatum.89. dist.nec potest episcopus super hoc dispensare.ut tenẽt Docto.in c.decernimus.de iudici.Nam & glos.9.q.3. c.cum simus.dicit,q̃ economus ecclesiæ debet esse clericus. & not. Spec.tit.de œconomo.§.uers.Item quod est laicus.Anto. in c.2.de æta.& quali.ueruntamen secundum Sicu,in alleg. ca. decernimus.sibi bene põt committi cura rusticorũ,& aliorum bonorum episcopatus,& sic cura omnium temporalium episcopatus bene potest demandari laicis:quia ex hoc non præsunt ecclesijs uel clericis nec impediunt se de spiritualib.ut ait Sicu.ubi supra.

36 † Trigesimosecundo laicus potest esse uicarius episcopi, vt tenet Sicu.in alle.c.decernimus.de iudi.per tex.in c.fi.ne cle.uel mo.quod intelligit uerum esse in temporalibus:nõ autem in spiritualibus:dicens ulterius quòd laicus coniugatus non potest esse vicarius.& ita tenet Io.And.in not.in ca. unico.de cle.coniuga.libr.6.& ibi Domi.post eum,& ita ẽt tenent Doct.in c.Ioannes.eo.tit.

37 † Trigesimotertio. Laicus potest esse operarius in ecclesia:vbi fabrica consistit pure,& simpliciter, in eo quod ptinet ad solam fabricam:aliàs secus secundum Sicu. & Bal. in alleg.c.decernimus. Idem Cal.titu.de consuet.consilio 1, & titu.de præben.consilio 19.Nam & laicus potest esse rector hospitalis:vt ait gl.in uerbo secularibus. in clemẽ.quia contingit.de relig. domi.& illam sequuntur Imo.Zaba. ibidem licet Stepha.contra.

Adde quod etiam laicus potest esse executor testamenti ad pias causas:secundum glos.in l.si quis a Tirio. ff.de lega. 2.unde Bal.ubi supra dicit quod laicus potest esse custos altaris. Et sic eodem modo recipere oblationes fiẽdas ecclesiæ: maxime ne clerici propterea distrahantur a diuinis. ut ait Sicu.vt sup.& ita uidemus obseruari.

38 † Trigesimoquarto. Laicus potest esse assessor iudicis ecclesiastici,ut uoluit Host.in ca.contingit.de arbi. Archidia. in c.plures.16.quæstione j.& Domi.in cap.statutum.§.assessorem.de rescrip.lib.6 Non tamen sibi committi potest facultas dictandi sententiam in spiritualibus secundum Sicu.in alleg.c.decernimus.de iudi.licet contrarium sæpenumero uidet obseruari. Minusque poterit sentẽtiam proferre in spiritualibus secundum no.per Io.And.in c.si pro debilitate.de offi. delega. Nam & etiam de iure illud non spectat ad officium assessoris.ut per glos.in l.1.ff.de offic.assess. & tenet Sicu.ubi supra.in assessoribus tamen iudicum secularium de consuetudine contrarium obseruatur. Nam assessores tales proferunt sententias,ut patet in domo communi Tholosæ,& in iudicibus maioribus præsertim senescali Tholosæ,ubi iudex maior secũdum Io. Fa.est assessor.ut no. in rubr.C.de off.assesso.

Digitized by Google

39 Trigeſimoquinto. Laicus, † poteſt eſſe notarius in curia epiſcopali. tenet Bald. in alle. c. decernimus. & in ca. meſſana. de elec. & in proemio decre. Etiam in cauſa ſpirituali tenet Innoc. in cap. contingit. de arbi. Et ꝙ laicus poſſit eſſe notarius in electione, facit. cap. 1. de procura. lib. 6. nam & tabellio dicitur eſſe teſtis. l. domicilius Labeo. ff. de teſta. ita etiam notat Ioan. Andr. Bal. & Anto. in alle. ca. meſſana. Idem Compoſtel. Ioan. Andr. & Sicu. in cap. quia propter, de elec. & ita dicunt obſeruari: & ſeruatur de conſuetudine. licet Petr. Abba. anti. Egid. & Hoſtien. teneant contrarium argumẽ. dicti. c. meſſana.

40 † Trigeſimoſexto. Laicus prædicare poteſt verbum Dei de licentia epiſcopi. pro quo gl. in cap. bene quidem. 96. di. Non autem autoritate propria. vt c. cum ex iniuncto. de hæreti. tenẽt Ficu. & Doc. in alle. c. decernimus. aliàs peccat mortaliter. & c. ſicut de hære.

41 † Trigeſimoſeptimo. Laicus & clericus poſſunt eſſe cõpromiſſarij in cauſa ſpirituali committi non poſſit ſecundum Anto. poſt Hoſt. in alle. c. decernimus. ad idem Domi. in c. 2. de hære. lib. 6. Archi. in c mẽnam. 2. q. 5. Sicu. in c. contingit. de arbi. in fi. Nam epiſcopus non poteſt laicum facere capacem actus ſpiritualis. per dictum. c. meſſana. de elec. bene tamen poteſt eſſe cum clerico compromiſſarius: ſicut dictum eſt per text. in capitul. per tuas. de arbi. ubi per Docto.

42 † Trigeſimooctauo. Laicus poteſt torquere clericum de mandato p̃lati. per c. vt famæ. de ſen. excom. & conſuetudo ipſos excuſat ſecundum Sicu. in c. uniuerſitatis. de ſen. excõmu. uide quæ ſcripſi ſupra in 2. fallen. 4. regulæ.

43 † Trigeſimonono. Laicus de mandato Abbatis põt aliquem recipere ad profeſſionem: tenet Io. de Lig. in cap. ad Apoſtolicam. de regula. & fa. c. fi. de off. ordi.

44 Quadrageſimo. Laicus poteſt clericum accuſare criminaliter ſi ſuam vel ſuorum iniuriam proſequatur. ut in cap. decætero. de teſti. Et idem in criminalibus exceptis, de quibus no. in c. cùm P. de accuſa. & 2. q. 7. in ſumma. tenent Anto. & Sicu. cap. ex parte A. de teſti.

45 † Quadrageſimoprimo. Laicus ſi eſt parrochianus vel patronus poteſt excipere contra promouendum, de quo bona gloſſ. in c. vt circa. de cle. lib. 6. in ver. aliqui. & ibi late Domi. per Inno. in c. ſuper his. de accuſa. ubi diſcutit, nunquid hoc caſu debeat admitti quilibet laicus. Et inter cætera ponit unum notabile dictum dicens ꝙ reges & principes admittuntur ad excipiendum contra promouendum, ſi nabe rent eum ueriſimiliter ſuſpectum de proditione terræ uel cõſiliorum ſuorum: quia intereſt eorum: vt idem uolùit Sicul. in alleg. c. ex parte A. de quolibet qui poſſet prætendere ſpeciale intereſſe. idem Sicu. in alleg. c. ſuper his. Domi. in c. quando epiſcopus. 24. diſt. poſt Arch. Anton. in c. cum Bertoldus. de reiudi. ad hoc. gl. in c. cupientes. §. ſi vero. in ver. vnicus. de ele. lib. 6. Io. de Ana. in c. illa. de accu. & ibi Franc. Are. in alle. c. ex parte A.

46 † Quadrageſimoſecundo. Laicus patronus, uel patronus, vel parochianus, poteſt ciuiliter denuntiare crimen clerici: quia ipſius intereſt habere bonum prælatum. argum. in cap. audacter. 8. q. 1. & 61. diſt. cap. nullus. pro quo bene facit text. cum glo. 62. diſt. c. 2. Si enim admittitur laicus proſequens ſuam uel ſuorum iniuriam: fortius debet admitti: quando inſtat ꝓ ſalute animæ ſuæ, ne eccleſia vergat in peiorem ſtatum: maxime cum parochiani teneantur alere rectorẽ in defectum redditnum, pro quo gl. in c. omuis chriſtianus. de conſecra. diſt. 1. & quod no. in c. de his. de eccle. edifican. Alij autem laici (quorum ſpecialiter non intereſſet) non admitterentur: quia cum agatur ciuiliter non ſunt admittẽdi: niſi quorum intereſt. 2. q. 6. c. nõ ſolent. tum quia præſumũtur non bono zelo procedere, cum laici clericis opido ſunt infeſti. 2. q. 7. c. laicos. & c. laici. Sed reſpectu criminis delationis: quilibet laicus uenit admittendus iuxta. c. ſi quis præsbyterorum. de reb. eccl. non alien. verſatur ẽt in hoc ius publicum. ita dicit Sicu. in alleg. c. ex parte A.

47 † Quadrageſimotertio. Laicus teſtificatur in cã crĩnali cõtra clericum quando crimen eſt notorium: tenẽt Sicu. in c. decętero. de teſti. & Anto. in c. ex parte A. eod. ti. Et idẽ ubi agitur ciuiliter de crimine. cap. tam literis. eo. ti. Sicu. & Anto. in alle. c. decętero. etiam ſi agatur vt remoueatur a beneficio: quia talis cauſa non eſt criminalis. cap. per tuas. de ſimon.

48 † Quadrageſimoquarto. Laicus ſupplet negligentiam iudicis eccleſiaſtici cognoſcentis de vaſallis eccleſiæ ſecundum Tanc. Vincen. Hoſt. & Sicu. in c. verum. de foro compet. qđ Sicu. dicit etiam procedere quando feudum proceſſit ab eccleſia. dummodo vaſalli ſint laici: quia iuriſdictio tributa cenſetur eccleſiæ uel cuicunque dño feudi: inquantum eſt vigil in adminiſtrando iuſtitiam, & non aliter. vt in ca. cæterum, de iudi. & non dicitur proprie ſupplere negligentiam: ſed uti iure ſuo inter laicos, ut ait Sicu. in allegat. capitu. verum.

Quadrageſimoquinto. Laicus iudex ſecularis in crimi nibus mixtis in quibus eſt locus præuentioni: de quibus in c. cum ſit generale. de foro compe. ſupplet negligentiã iudicis eccleſiaſtici: vt tenet Petr. de Anch. conſil. ſuo. 196. Nã iudex eccleſiaſticus cum dolo & negligentia prætermittit ꝓcedere non dicitur præueniſſe. vt in ca. cum plures. de offic. deleg. lib. 6. & c. fi. duo. de procur. eo. lib. & in c. ſignificauit. de offi. ord. ubi iudex inferior utitur ſua iuriſdictione quando ſuperior non procedit in cauſa: ad quod facit dictũ Bar. in l. 2. ff. de ſepulch. uiola. ubi præuentio nihil prodeſt quando criminis punitio protelatur contumacia partis, fortius ergo ubi negligentia iudicis ſecundum eum.

49 † Quadrageſimoſexto. Laicus imperator, reges & principes alij ad quos ptinet: data negligẽtia poſſunt cõgregare ꝯciliũ, & tũc nõ refert ꝓ qs cõcihũ reuocet: dummõ congreget: ad qđ bona gl. in c. tua de decimis q̃ vult ꝙ in caſu ſchiſmatis: vbi illi q̃ faciunt ſchiſma per eccleſiã corrigi nõ poſſunt. laici habẽt ptãtem in clericos. alleg. 23. q. 5. de ligurib. de ſenten. excom. c. ut famæ. & ſcripſi ſupra in tertia fallentia primæ regulæ. ad quod ultra ibi poſt Anton. & Sicu. allegata facit. c. ubi maius periculum. de elec. libr. 6. ubi in creatione ſummi Pontificis dñi temporales habent poteſtatẽ indebentes eligere, ut includantur in conclaui. fortius ergo habent poteſtatẽ ubi eccleſia ex cupiditate ꝓ plures laceraꝰ nec per eccleſiam poteſt remedium competens adhiberi. fa. no. per Io. And. in c. 1. de renun. lib. 6. in no.

Quadrageſimoſeptimo. Laicus princeps ſecularis per legem ſuam põt limitare ſeu interpretari ius diuinum: vnde licet lex diuina dicat. Non occides, lex tamen ciuilis in multis caſibus permittit fieri homicidium. vt. ff. & C. ad l. Corn. de ſica

Etiam in lege diuina ſufficiunt duo uel tres teſtes: ut in c. in omni. de teſti. Sunt tñ plures caſus in quibus lex ſtatuit plures haberi teſtes: vt in teſtamentis. l. hac conſultiſſima. C. de teſta. & in caſu 2. q. 4. c. præſul. cum ſimili. Iſtam concluſionem tenent Anto. Sicu. & Imol. in c. quæ in eccleſiarum. de conſt. & Bar. in 1. conſt. ff. 5. col. uerſ. Item quæro. & glo. ſi. in l. ſi. ff. de conſti. prin. Bal. in auct. ad hęc. C. de uſur. & in l. 2. ad ſi. C. de præci. imper. offe. Et ſecundũ eos tales leges ẽt valent in foro conſcientiæ. Et quod dictum eſt in principe: idem in populo habente iura imperij, ſicut quamplures ciuitates Italiæ, q̃ poſſunt in terris ſuis ea quæ princeps: vt not. Barto. in l. infamem. ff. de pu. iud. & in l. hoſtes. ff. de capt. per Doctor. in cap. per uenerabilem. qui fi. ſint leg.

Prædicta uero debent intelligi dummõ princeps ſtatuat in materia q̃ ꝓ ipſum ius diuinum reperitur aliqñ limitata: ſicut in ſupradicto præcepto. Non occides. Nam ex quo ſemel limitatũ fuit: ex cã fit limitabile, ſecus ſi non fuiſſet vnq̃ limitatum, ut ſi ſtatueret, ꝙ licite contraheretur matrimonium cũ matre: ꝓ quo Bal. in l. 2. C. ſi contra ius uel uti. publ. ubi ait ꝙ virtute ſtatuti permittentis occidere bannitum non eſt licitum adulterari cum muliere bannita: cum adulterium de iure diuino nunquam fuerit permiſſum.

Intelligi debet etiam prædicta cõcluſio: dummodo princeps interpreteturius diuinum in his in quibus habet iuriſdictionem, ſcz in rebus prophanis. Nã in ſpiritualib. interpretatio pertinet ad Papam: vt tenet Sicu. in alle. c. quæ in eccleſiarum. & c. per uenerabilem. ad quod facit no. per Fede. de ſen. conſ. ſuo. 96. Anto. & Sicu. in c. 1. de ſponſa. Bal. in l. ſi cõtra. ad fin C. de ſecun. nup. gl. in c. 1. 33. q. 3. per Arch. & Domi. in §. his colligitur. 2. q. 3. per Docto. in c. fi. de nuptijs. in quibus dicitur quòd imprerator non potuit diſponere ſuper matrimonio etiam ex cauſa rationabili: vt non ſit matrimonium vbi eſt de iure diuino. & propterea non procedit ti. C. de interdic. matr. inter pupil. & C. ſi rector prouinciæ. & C. de ſecun. nuptijs. cum ſimilib. quia non pertinet ad imperatorem de talib. diſponere.

Et idem dicendum de iuramento: de quo per Imol. in c. cum contingat. de iureiuran. propter defectum poteſtatis etiam ſi ſumma ratione iuſtificentur non ualent ordinationes ſecularis poteſtatis. ad quod no. per Ioan. Andr. in capitu. ſtatutum. de hære. libro 6. & per Docto. in alleg. cap. 1. de ſponſa.

Præterea in caſibus in quibus princeps poteſt ſtatuere cõtra ius diuinum, debet exprimi cauſa rationabilis, quamuis aliàs in principe cauſa præſumatur: quia non debet inferior uiolare legem ſuperioris ſine aperta cauſa, ſecundum Sicul. in alleg. c. quæ in eccleſiarum. no. per Inn. in c. quanto. de ꝯſue. Bal. in l. 2. C. de iur. annulo. aureo.

50 † Quadrageſimoſeptimo, Laico etiam imperatori ſubijcere

Digitized by Google

tere se potest Papa secundum glo.in c. synodo.63. distin.ad idem gl.in c.nemo.9.q.2.& Hug.Io. de san. & Gemi.in cap. nos & si incompetenter.2.q.7.idem gl.in vers. seruus.in pe. 6.& ibi Gemi.colligit q Papa possit iuste prorogare iurisdictionem iudicis secularis:quod dicit fieri potius ex humilitate quàm ex debito.& idem Archidia.in ca.si quis super his 7.q. 2. ubi dicit q Gregorius submittendo se iudicio alterius ex humilitate loquitur.Et istud quidam dicunt procedere de plenitudine potestatis Papæ. Sed quod de iure non possit se subijcere tenetur communiter ad octo præsertim per Ioan.Andr.Anton.Sicu.Imol.in cap.ecclesia sanctæ Ma ,iæ.de const.Ant.Sicul.& Imol.in capitu. significasti. de foro compe.

Quadragesimooctauo.Laici per præscriptionem 40.annorum cum titulo uel tanti temporis cuius initij memoria non existit possunt præscribere. Quod in festo purificationis habeant candelas de cera noua uel alba,tenet Zabar. in cap.causam quæ.de præscriptio. & talis erat consuetudo in ecclesia Tholosan.quæ tamen a paucis annis fuit, quo spiritu nescitur,abrogata.Et similiter in plerisque parochialib. ecclesijs diocesis Tholosæ quod in festo resurrectionis,aut pentecostes rector parochianus det collationem,hoc est vinum & caseum dictis vesperis.Et quia ista sunt parua modi cique præiudicij nec sint spiritualia proprie:talis consuetudo non dicitur onerosa ecclesiæ,imo per hoc allicitur ipsi parochiani ad ueniendum ad diuinum seruitium. ad quæ fac.dicta Fede.de Sen.consi.55.per Archi.super ver. consuetu.in c.generali.de elect.lib.6.

51 † Quadragesimonono.Laicus decimas cum titulo possidere potest:& inde si fuerit spoliatus possessionem petere potest ac debebit reintegrari. Et idem si sine titulo contra tertium de iure communi non fundatum.gl.& Io.Andr. & Doc.in c.2.de resti.spol.lib.6.Doct.in alleg.c.causam quę.& Guido Papæ. q.288.Secus si spolians fundatus esset de iure communi ut ibidem.

Quinquagesimo. Laicus si eligatur potest esse rector vniuersitatis vt uidi sępenumero Tholosę. Nullam tamen habebit iurisdictionē in clericos:vt tenet Bar. in l.fi.ff.de colle.illici.in vers.Sed circa hoc dubitatur.

Quinquagesimoprimo. Laicus in ecclesia potest habere præbendam sed non canonicam.gl.& Doc.in c. cum M. de consti.in ver.receperunt.

Quinquagesimosecundo. Laicus potest habere sedem & bancham in ecclesia,& ius funerandi quo ad usum secūdum Hostien.Ioan.Andr.& Sicul.in capit.abolendæ.de sepultu.

52 † Quinquagesimotertio. Laicus potest acceptare beneficium pro clerico absente, tenent Io.And.Sicu.& Innoc.in c.accedens.de præb.Pau.Zaba.& Imol.in clemēt. 1.de concessione præben.

Quinquagesimoquarto. Laicus potest esse consiliarius in electione,pro quo videtur bonus tex.iuncta gl. in c.indēnitatibus.§.postremo.de elect.lib.6.

Quinquagesimoquinto.Laicus iudex potest exequi legata pia secundum Bar.in l.solent. ver. quæro coram quibus. ff.de ali.& cibaria lega.

Quinquagesimosexto. Laicus potest esse delegatus Papæ in causa laicorum,secundum Anton.Sicul.& Præposi.in c.sua nobis.de appel.

Qoinquagesimoseptimo.Laici licet non debent stare in choro ecclesiæ inter clericos,tñ de consuetudine nō seruatur,ibi tamen solum stare debent clerici,vt in c.1.de uita & hone.cler.tenet Bal.in l.2.in ver.2. vult &c.,Contrarium tamen facientes non ex contemptu non peccant.tenet Sic. in præalleg.c.in ver.sed quæro an peccant &c.

Quinquagesimooctauo.Laicus iudex adiri potest & ipsius officium implorati super restitutione seu reintegratione possessionis matrimonij, dummodo non disputetur de titulo materiali seu de substantia uinculi quod est idē,tenet Sicul.in c.illud.de præsump.in vers.opponi.2.&c.

Quinquagesimonono. Laici possunt esse arbitri ad cognoscendum de causa suspitionis in causa uertente coram iudice ecclesiastico inter clericos secundum Domi. in c.legitima.de appella.lib.6..

Sexagesimo.Laicus quilibet potest agere pro ecclesia lę sa.gloss.iu verbo,in sacris.l.1.ff.de iusti.& iur. ita tenent ibi Doctor.

Sexagesimoprimo.Laici possunt intentare interdictū p ecclesia.l.1.§.2.& in 3.& l.interdictorum.ff.de interdi.& in d.gl.in dicto uerbo,in sacris.

Sexagesimosecundo. Quilibet laicus parochianus potest agere actione rei uend.pro rebus ecclesiæ deperditis.Bar.in d.l.prima,per gloss.in l.iubemus.2.§.æconomus. in uersicu. economis.C.de sacrosanct.eccles. canonistæ in capit. si quis præsbyterorum,de rebus eccle.non alie.

Sexagesimotertio. Quilibet laicus potest agere pro iniuria lata sacerdoti.tex.in l.si quis in hoc.C.de episc.& cleri.& gl.in dicto uerbo,in sacris.

COMPENDIARIA FORMA procedendi extraordinarie, in controuersijs criminalibus,per Anton. Columb. V. I. D. insignem edita.

SVMMARIVM.

1 *Extraordinarie procedere est,auferre iudicij substantialia,iure ciuili introducta.*
2 *Substantialia possunt contrario statuto tolli.*
Princeps habet arbitrium in sanguine mali hominis.
Curia Franciæ ex consuetudine,potestatem habet in sanguine hominis.
Delinquentium multitudo fuit causa ordiuationis condendæ.
3 *Naturalia iura seu gentium ,inducta naturali ratione à Principe non tolluntur.*
4 *Iudex secundum ius pronunciare debet.*
Extraordinarium non concurrit cum ordinario, quando extraordinarium est contra ius commune.
Causa principalis quando est summaria,omnes articuli in ea tractandi sunt summarie.
5 *Informationes semper præcedere debent in causis criminalibus exceptis quibusdam casibus.ut num.7.& 8.*
6 *Interpretatione adiuuandum est,quando publicam utilitatem continet.*
9 *Pars priuata accusare non potest in regno,nisi ciuiliter:fallit vt infra.nu. 11.12.13.*
10 *Procurator regius tenet locum accusatoris.*
14 *S.C.Turpillianum introductum contra accusatores ab accusatione desistentes cessat,cessat pariter titulus de abolitione generali.*
Impetrare nemo necesse habet,ut desistere possit ab accusatione.
15 *Iudex non potest procedere absque uocatione procuratoris regis.*
16 *Iudex in criminalibus non potest motu proprio procedere,sed solum inquirit ad fisci denunciationem, seu accusationem.*
Proceditur in regno sola uia inquisitionis,& extraordinaria.
17 *Relationes officiariorum melius audiuntur,quàm relationes priuati.*
18 *Indagatio acerrima requiritur,ubi crimen est atrox,& nu.19.*
19 *Offenso à principio magis est fauendum.*
20 *Læsus adeundus est.*
21 *Occisus vbi quis reperitur, ibi & non alibi occisus præsumitur. Idem est de furto.*
22 *Criminaliter an die feriato procedi possit.*
Feriarum solennitates in honorem Dei sunt inductæ de iure ciuili.
Curia Franciæ diebus etiam feriatis ius reddit:
Reus etiam diebus feriatis torqueri potest.
23 *Locus vulneris est scribendus.*
24 *Vulnera mortalia,& non mortalia notanda sunt.*
25 *Vulnerans de vulnerato tantum tenetur,cum negligentia vulnus mortale redditur.*
26 *Vulnerans hominem non sanum,an de morte teneatur.*
27 *Gratia,& indulgentia quando requirantur à vulnerante.*
28 *Medicorum iudicio remittendum est,quando de vulneribus agitur.*
29 *Medicus unus sufficit,cum alij non reperiuntur.*
30 *Relatio debet fieri postquam iudex commisit, & interrogauit chirurgos.*
31 *Inquisitio communis quomodo, & à quibus fieri debeat, & nume. 32. 33. 34.*
34 *Violentiæ probatio non requiritur tam stricta quando delictum factum est in rure.*
35 *Testes omnes,in informationibus debent recipi.*
36 *Testes non interrogantur an sint honesti.*
37 *Qui tute ire non potest,aduocet illos à quibus vult inquirere.*
38 *Informatio contra communitatem est facilis, secus contrà priuatos.*
39 *Informationis forma quomodo debeat fieri in delictis,& num.40.41.*
41 *Exhibitio in criminalibus locum habet ad recognoscendum,& nu.42.*
43 *Exhibitio fit in eo habitu in quo quis reperitur.*
44 *Delictum constare debet ante quam deueniatur ad torturam.*
Causa semper debet liquere,ut dicatur fundamentum iurisdictionis validum.
45 *Confessiones reorum pro exploratis factnoribus haberi non oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat.*
46 *Confiteri quem oportet de crimine,vel testibus conuinci.*
47 *Informationem fiunt parte non uocata.& sic non faciunt fidem.*
48 *Mors in maleficijs probatur etiam per visum.*
49 *Condemnari an quis possit medio eius confessionis concludentis quem occidisse, de cuius corpore non constant, & num. 50.51.52.53.54.55. 56.57.*
Exempla maiorum nobis præiudicant.
53 *Mulier insidiatur in uia quasi latro.*

Furtum

Digitized by Google

Ant. Columb. De pœnis omnifar. coitus.

54 *Furtum prius constare debet antequam iudex procedat, & nu.55.*
58 *Furtum sufficit, quòd constet, licet non appareat, cuius res furata sit.*
59 *Inquisitionis modus contra accusatum, qui aufugit, & cuius nomē ignoratur.*
Aetas per aspectum probatur.
60 *Iuramentum testium non est necessarium in informationibus.*
61 *Inquirendum est in delictis de qualitate, de die aut nocte delicti, & alijs num.62.63. cum seq.*
Qualitas delicti punit quem magis, uel minus.
62 *Vagari non licet cum discrimine alterius.*
Mortuus post triduum præsumitur mortuus ex vulnere.
Tempus plerunque est causa condemnationis ueri, uel falsi.
Testi interdum derogatur ex tempore.
63 *Parlamenti curia in regno Lilij, est mater oppressorum, consolatio desolatorum, via iudicum errantium, & salus omnis in ea recte sperantium.*
64 *Alibi probatio quomodo fiat, & num.65.66.67.*
65 *Testes deponentes de alibi, seu negatiua uisu affirmata, & corrobata, præferuntur alijs testibus affirmantibus etiam dignioribus.*
68 *Locus delicti est describendus, & locus loci.num.69.*
70 *Informatio secrete fieri debet propter timorem fugæ, vel subornationis.*
71 *Testis dictum suum reuelans, puniri debet.*
72 *Testes, pro utraque parte ueritatem dicere debent, aliter possunt compelli, num.73.*
74 *Accusatum sufficit nominare per eius nomen singulare.*
75 *Iudices omittere debent in processu apponere aliquam demonstrationē, ut teneatur reus, eius priuilegium allegari.*
76 *Reatus in Regno omnem honorem excludit.*
77 *Habens potestatem in præparato, habet etiam in connexo præparante.*
78 *Casus est declaratio, & fortunarum iudex.*
Accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendam ueritatem.
79 *Animus occidendi ex genere armorum cognoscitur.*
Occidere non est uerisimile quod is uoluerit, qui baculo, pugno, calce, gleba, uel lapide parnulo percussit.
80 *Reus inquiri debet, an ex interuallo, uel incontinenti percusserit.*
81 *Reiteratio ictuum inducit propositum, & deliberationem.*
82 *Auxilij forma in inquisitione scribenda est.*
Auxiliatur quis in crimine quatuor modis.
Processus in criminalibus non debet esse obscurus, nec incertus.
83 *Vxor tacens de morte uiri in domo interfecti præsumitur culpabilis.*
84 *Solicitans fiscum inquirere de morte alicuius, quando suspectus videatur.*
Verbositas persæpe iudicis stomachum mouet.
85 *Suspectus præsumitur de delicto, qui sæpe uisitat curiam, ut audiat quid de crimine dicatur.*
86 *Descriptio aut inuentarium bonorum accusati fit duabus rationibus, & de his fieri debet publicum instrumentum, num.87.*
88 *Accusatus non dicitur bonis suis priuatus ante sententiam, nisi in crimine læsæ maiestatis.*
89 *Accusati bona debent sub sigillo poni ne diminuantur.*
90 *Inuentarium bonorum accusati non potest fieri per officialem in iurisdictione domini temporalis.*
91 *Inquisitione generali formata qui sunt uocandi.*
Iudex ubicunque, inquirendo generaliter de malefactoribus, reperit aliquem deliquisse, potest ad specialem inquisitionem descendere.
92 *Inquisitio specialis quando dicatur incipere.*
93 *Probationum initium non debet actusator de domo rei sumere. Nisi sint actus iam recepti in iudicio, quos haberet apud se accusatus, numero 94.*
95 *Fiscus onerans accusatum acrius, quàm in informationibus caucatur, de euidenti calumnia tenetur.*
96 *Et ad expensas damna, & interesse.*
97 *Et potest capi in partem, ut priuatus.*
Transgressor canonum non potest à dolo accusari.
98 *Decretum iudicis appellatur sententia interlocutoria.*
99 *Iudici si nihil constat, nihil mandare potest.*
Neminem sine causa audit prætor.
100 *Iudex, ut possit accusari de negligentia quid requiratur.*
101 *Iudex an seruare possit informationes. num. 102.*
103 *Iudex quid facere habet informationibus uisis.*
104 *Iudex iubeat reum capere, ne verbali citatione præcedente aufugiat.*
105 *Reus capi potest, nisi compareat die assignata.*
106 *Iudex debet mittere ad capiendum reum, si crimen sit tale quod pœna sit corporis afflictiua.*
107 *Seruiens vulnerans fugientem punitur.*
108 *Delinquens prætextu mandati non excusatur in grauibus. mitius tamen punitur.*
109 *Spoliati, immunitati Ecclesiæ debent restitui.*
110 *Officiarij capiunt reos sine alia declaratione immunitatis, ubi ea non debent gaudere. & num.111.*
112 *Impedientes reos extrahi ab immunitate, eo casu quo ea non gaudent, quomodo puniantur, ad quidve teneantur, & num.113.*
114 *Reus vbi potest extrahi, uel debet custodiri, potest in Ecclesia compeditari.*
Ecclesia non habet territorium, nisi respectu clericorum.
115 *Reus non debet compeditari, quando immunitate gaudere debet.*
116 *Occidens præmeditato consilio non gaudet immunitate ecclesiæ.*
117 *Nec mandans, uel mandatarius occidens, uel uerberans.*
118 *Nec qui post delictum ad immunitatem cum armis accedit.*
119 *Nec occidens prope immunitatem, nisi nouis rixis habitis in eo loco secutum sit homicidium, num.120.*
121 *Immunitatem unam offendens cæteras offendisse dicitur.*
122 *Insidiatores itinerum immunitate Ecclesiæ non gaudent.*
123 *Delinquens longe ab Ecclesia, & dum sequitus, fugiens ad Ecclesiam, an gaudeat immunitate Ecclesiæ.*
124 *Bannitus diffinitiue Ecclesiæ immunitate non gaudet.*
125 *Bannitum per contumaciam iuuatur Ecclesia.*
126 *Immunitas non est in domo Episcopi.*
127 *Dinumeratio triginta pedum, circa capellas quæ sunt in castris, de consuetudine non habet locum pro immunitate.*
128 *Occidens transeuntem per uicum, absque aliqua rixa habita, non gaudet immunitate.*
129 *Absens an immunitate gaudeat.*
130 *Statuta quòd absens damnari possit valent.*
131 *Sententia in criminalibus sub conditione lata, an ualeat. & nume. 132. 133.*
134 *Absens condemnatus captus, iterum super crimine auditur.*
135 *Appellationi in criminalibus, in regno semper defertur.*
Executionem impedit nullitatis exceptio.
136 *Contumax condemnatus quomodo debeat audiri, & nu.137.*
138 *Fucus nullas dat, nec recipit expensas.*
139 *Expensæ contumaciales (bonam, uel malam foueat cōtumax causam) sem per debentur.*
140 *Iudex citationis tempus potest abbreuiare.*
141 *Peremptorium non est statim mittendum, nisi cogat necessitas.*
142 *Reus citandus est iuxta stylum curiæ, in qua eius causa est tractanda.*
143 *Citationes sunt fiendæ in locis publicis, & consuetis.*
144 *Citari qui potest personaliter, per edictum citari non debet, alias per iudicem appellationis potest infringi processus.*
145 *Iudex non debet nimis animose procedere.*
146 *Nocens primo, præsumitur nocere secundo.*
Remitti quis non debet coram iudice suspecto.
147 *Iudicis recusatio non tollitur in iudicio, extraordinario.*
148 *Sententia etiam Imperatoris, sine citatione legitimè lata, nulla est.*
Iudicium nullum redditur, etiam in extraordinarijs, omisso qualitatis ordine, & num.250.
149 *Sententia condemnatoria super inquisitione iuualida ferri non potest, sed debet inchoari nouus processus.*
Exceptio ineptitudinis reddit impossibilem pronunciationem.
151 *Citatio quando fieri possit per præconem.*
152 *Iudex ad quæ attendere debeat, antequam contumax condemnetur.*
Iudex tenetur de innocentia rei contumacis sollicite inquirere.
Coactus fugere minis inimicorum, non dicitur contumax, nec damnari potest.
Statutum fingens contumacem pro confesso, quo modo debet intelligi.
Crimen læsæ maiestatis non cadit in eo, qui non est de regno.
153 *Officialis proclamare non potest bona accusati, & num. 154.*
155 *Sententia contra absentem lata, et postea confirmata arresto, an suum sortiatur effectum.*
156 *Rei nomen quando dicatur, receptum inter reos.*
157 *Exceptio dilatoria dicitur, quæ est finis non recipiendi.*
158 *Exceptio peremptoria dicitur, quæ est finis non procedendi.*
159 *Iudex contestata lite super exceptione qnomodo pronunciare debeat, remissiue,*
160 *Aduocatus interuenire potest, ex eo quod delictum amplius est impunibile.*
161 *Procurator causas absentiæ allegare potest faciendo iuramentum quòd fuit missus ad hoc allegandum, & num.162.*
163 *Excusationibus neglectis à iudice processus est nullus.*
Iudex auferendo dilationes, aufert actori ius suum, & reo defensionē, ex aquitate naturali.
164 *Absens in criminalibus appellans, uel petens restitutionem aduersus sententiam, tenetur personaliter comparere, & si admittitur procurator, processus est nullus, num.165.*
166 *Accusatus absens ueniens ante sententiam, uel post deferendo indulgentiam aut gratiam eius bona recuperat.*
167 *Iudex putans se posse melius ueritatem criminis percipere ex præsentia rei, potest semper dicere procuratori, nolo te admittere, sed volo reum principalem, ut aspectu uideam, qua fronte, aut trepidatione loquatur.*
168 *Compositiones promotorum uetitæ sunt.*
169 *Iniuriatus contra iniuriantem, an possit in testem produci.*
170 *Rei quando magnum est crimen, in carcere segregati stare debent.*
171 *Auctoritas patris, curatoris, uel alia non attenditur in criminalibus, & num.174.*
Personæ solennitas non inspicitur, ubi ad solam inquisitionem ueritatis procedetur.

Confes-

Digitized by Google

172 Confessio minoris per tormenta, curatoris auctoritatem non requirit.
Minor in delictis censetur maior, nisi in attenuando panam, numero 174.
Confessio pupilli infantis non valet, etiam cum auctoritate tutoris.
173 Accusatus debet per os suum respondere sine ministerio aduocati, maxime in causis summarijs.
174 Præsentia iudicis supplet defectum curatoris.
Patris potestas non curatur in criminalibus.
Curator minoribus non datur de stylo parlamenti.
175 Rei accusati sunt segregatim interrogandi, & num. 176.
Nec eis ad respondendum est danda dilatio, & num. 177.
178 Iudex faciens criminosi processum ordinarium punitur, & contra eum præsumitur.
179 Iudex omittens formam ordinationis fatuus est.
180 Accusatus non est relaxandus ante sponsiones, recollamenta, & confrontationes, ac acharamenta. Nec ante tales sponsiones, & confrontationes procurator debet petere accusati relaxationem. numero 181. & 182.
181 Subornare dicitur, instruens testes quid dicant.
183 Fiscus nec pars priuata debet esse præsens in responsionibus, & confrontationibus accusati.
184 Accusatus contumax in respondendo, potest sine indicijs torqueri.
185 Deliberatoriæ non dantur in criminalibus.
186 Iudex responsionem rei in maleficijs non debet recipere, nisi primo ipse reus iuret dicere ueritatem.
187 Probatio seu confessio est fienda indici in iudicio, aliàs non sufficit condemnandum in criminalibus, licet sufficiat ad torturam, nec habet nim plenę probationis.
188 Iudex debet esse subtilis ad eliciendam ueritatem facti.
189 Iudex ex seipso debet interrogatoria formare.
190 Iudex a suspectissimo incipere debet interrogatoria, & à quo facillime potest ueritas sciri, & potius à filio quàm a patre, & potius ab uxore quã à uiro. num. 191.
191 Inquisitio de nomine accusati quare fiat.
192 Inquisitio fieri debet etiam de ætate rei.
Rigor quandoque ratione ætatis temperatur.
Index ex quibus moueri possit ad alleuiandum panam.
193 Interrogatoria debent esse incerta, tanta incertitudine quòd non auferant defensionem reo.
195 Iudex non debet se approximare reo.
196 Forma interrogandi eum qualis esse debeat.
197 Socius criminis an possit de socijs interrogari.
Crimina undecunque struerunt punienda sunt.
Exceptio tu es socius criminis est dilatoria.
199 Constantia, & uariatio rei in actis scribi debet.
200 Iudex suspectum interrogare debet de circunstantijs multis.
201 Reus ex integro audiendus est coram secundo iudice, & ad eundem mittendus, cum suis interrogationibus inclusis, & obsignatis ad cognitionem.
202 Litis contestatio dicitur facta in criminalibus, per interrogationem.
203 Vulnus quando est mortale: in accusando mors expectari non debet.
204 Iudex non potest quem de crimine condemnare, nisi sit sponte confessus, & de crimine constet.
Perire uolens non auditur.
Simulata confessio licet non uera, an præiudicet confitenti.
205 Confessio non uerificata nec probata per reum carceratum, non nocet, ubi iudex misit nuncium ad locum confessum.
206 Casus de massario qui fuit conductus ad locum ubi confitebatur interfecisse dominum, remissiue.
207 Delatus, ex consuetudine generali, & stylo regni, non sufficit quòd probatione testium sit superatus, nisi ore proprio sit crimen confessus, ubi agitur de ultimo supplicio, uel membri mutilatione, si factum aliter notorium non est, quod aliqua tergiuersatione celari non possit.
208 Reus, in causa capitali stante plena probatione quantumcunque clara, poni debet ad quæstionem, ut ab eius ore confessio eruatur.
Reus conuictus plenis probationibus, an si nihil confiteatur per torturam, possit ad mortem condemnari.
209 Confessionis perseuerantia in criminalibus requiritur, ad hoc, ut reus puniri possit, & num. 210.
210 Temporis interuallum esse debet, inter rei responsionem, & perseuerantiam.
Confessio geminata non dicitur, licet eodem instanti duæ fiant confessiones.
211 Confessio potest usque ad sententiam de errore impugnari, & super hoc audiendus est reus, aliàs oppressus diceretur, num. 211.
213 Rei defensio non acceptabilis, & frustratoria recipi non debet.
214 Accusator per confessionem, uel testes probare debet antequàm reus in sua defensione audiatur, et actoris fundata intentione, reus exceptiones suas & defensiones ponere debet.
215 Reus confessus fecisse delictum ad sui defensionem, & non probans ad sui defensionem, an condemnari debeat.
216 Reo negante delictum fecisse, quid iudex facere debeat.
217 Testes quomodo reo præsententur.
Iudex debet aduertere testes ante quàm accusato præsententur.
298 Papa non potest dispensare, quòd testis inferendo testimonium in iudicio, non debeat iurare.
219 Processus inordinatus ueram confessionem sponte, & expresse factã non vitiat, quin ex illa non possit reus condemnari.
220 Confrontatio ad cortinam factam an procedat in criminalibus, & numero 221.
221 Confrontatio testium fienda est in conspectu inquisiti.
Testium existentium extra prouinciam examinatio committi potest.
222 Testium dicitur fieri publicatio per confrontationem.
223 Iudex debet testes recipere, licet delinquens omnes testes accuset p quos eius crimen probari potest.
224 Confrontatio fit ut testes accusato conuincant.
Forma mutata substantia quasi mutata uidetur.
Confrontatio in qua forma fieri debeat.
Testes non permittentes se scrutari, capi possunt. & ex sola resistentia puniri debent.
225 Iudex interrogare debet testem de causa scientiæ, aliàs testis non probat. & num. 226.
227 Sententia ferri debet cum consilio assessorum. aliàs est ipso iure nulla.
128 Testes an produci possint post causa conclusionem, & numero 230.
229 Reus usque ad sententiam docere potest.
231 Suspicio subornationis testium quomodo tollenda ante conclusiones, & publicationes.
232 Noui articuli, seu noua indicia quæ dicantur, remissiue.
233 Iudex quas examinationes facere debeat, ut testes ore proprio conuincãtur, & in sermone capiantur, quando suspecti sunt.
234 Prouisio facienda est læso pro expensis factis in medicis, & medicinis, et pro operibus quibus caruit, & cariturus est.
235 Offensus, cui probatio deficit non debet de iure, nec de iudice conqueri.
236 Ordinaria uia intentata, an possit rediri ad extraordinariam. superuenientibus nouis indicijs.
237 Exceptio opponi potest contra testem in plenario iudicio contra quem nihil opposuit reus in iudicio summario.
238 Iudex relaxans aliquem ubi materia non est ad hoc disposita, tenetur, & potest syndicari.
239 Iuratoria cautio sola sufficit cum obligatione bonorum, si reus idoneus sit.
240 Actiones ex delicto descendentes, etiam lite non contestata, in bonis defuncti, transeunt ad hæredes.
241 Remissio ad locum delicti fit duabus de causis.
242 Remissio non fit, nisi uisis informationibus per iudicem requisitum.
243 Casus de illo qui non habuit remitti cum tubis resonantibus, & de quodam qui fuit priuatus officio, quia remiserat clericum cũ cathena in collo, remissiue.
244 Remissio non fit in delictis de maiori tribunali ad minus, ubi est præuentio.
245 Remissio de consuetudine semper fit inter subditos eidem Principi.
246 Iudex domicilij requisitus tenetur remittere.
247 Bannitus an ubique possit puniri.
248 Remissio ad locum delicti non fit in udgabundo.
249 Domini temporales an de propria iniuria cognoscant.
250 Huius tractatus finis.

Artic. 1.

1 PRocedere extraordinarie est auferre substantialia iudicij, iure ciuili introducta, ut annotauit Bartol. in extr. ad reprimendum verbo. figura col. vndecima.

Art. 2.

2 Quæ substantialia possunt contrario statuto tolli. l. omnes populi. ff. de iust. & iureiuran: not. Bal. in l. prima, C. quomodo, & quando iud. & in l. ne diu. C. de pęn. Vel dic quòd princeps habet arbitrium in sanguine mali hominis. ad Ro. 23. cap. l. prima, in fine. C. de summa Trinita. Vel dic quòd consuetudo curiæ Franciæ de qua meminit Specul. in titu. de appellatione. §. nunc breuiter habet potestatem in sanguine hominis. l. Saccularij. §. sunt quædam, ff. de extraor. cri. uel dic quòd multitudo delinquentium fuit causa ordinationis condendæ. Genesi capitul. sexto. Videns autem Deus quod multa malitia hominum esset in terra, &c.

Art. 3.

3 †Non tamen tolluntur ea quæ sunt naturalia, seu gẽtium inducta naturali ratione, exemplum habes de sententia imperatoris

[peratoris cassata, quia fecerat cõtra naturalem æquitatem, clem. pastor. de re iu. in §. Cæterum. ibi, quæ à iure prouenit naturali.

Art. 4.

4 † Tenet Ioan. Andr. in cle. Sæpe. in verbo. faciendum, de verbor. signific. secundum ius pronunciari dre. Forte facit contra l. Hodie. ff de pœn. Item facit, quia extraordinariũ non concurrit cum ordinario, maxime quando extraordinarium est contra ius commune, vt declarat Gand. in rubri. quæstione, de malef. cogn. per inqui. Item facit, quia quãdo principalis causa est summaria omnes articuli in ea tractandi etiam sunt summarij. Bart. ver. consilio 74. viso statuto. Sic videtur concludendum pœnas omnes in regno esse arbitrarias.

Art. 5.

5 † Per ordinationes regias semper requiritur, quòd præcedant informationes, do. gloss. consuet. Bur. fol. 58. l. fin. C. de exhi. re.

Art. 6.

6 † Interpretatione adiuuandum est, quando reip. utilitatẽ continet. l. ita vulneratus, ff. ad l. Aquil. c. ad hæc, extra de re script.

Art. 7.

7 † Nisi accusatus deprehenderetur in flagranti crimine. l. si quis, & l. interdum, §. 1. ff. de fur. Nisi metus esset, do. gl. cõ sue. Bitu. ti. de iurisd. omn. iud. in verbo formelle. c. si cler. de senten. excõ. lib. 6. Nisi accusatus habitaret in hospitio eiuscemodi enim homines alterũ pedem in staphio semper habent, Ias. in l. si fideiussor, §. final. ff. qui satisd. cogan. alios casus, uide per Guilielmum in Spec. ti. de accus. §. 2. pro redditis acceptis.

Art. 8.

8 † Hoc tamen erit periculo fisci. vel partis.
Ordinationes Ludouici regis.

Art. 9.

9 † Pars priuata non potest accusare in Regno nisi ciuiliter. Guil. Ben. in cap. Rainutius, verbo mortuo 1. nume. 200. de testa.

Art. 10.

10 † Per hoc cessat. §. 1. instit. de pub. iud. etiam cessat inscriptio ad pœnam talionis, sentit Bar. in l. 2. & 4. post Bartol. ff. adult. quum locum accusatoris habeat procurator regu.

Art. 11.

11 † Nisi in crimine falsi, in auct. de quæstore ver. super hoc, in §. fi. verbo, & qui colla. 6.

Art. 12.

12 † Nisi sit collegium vel communitas. Iac. de Beluis. in sua pract. titu. de informat.

Art. 13.

13 † Nisi ubi maritus accusaret ad perditionẽ dotis, c. tuę. de proc. glo. in l. quamuis, C. de adul. Guil. Ben. vbi supra verbo mortuo. num. 175.

Art. 14.

14 † Cessat sena. const. tũrp. introductum contra accusatores ab accusatione desistentes. cessat pariter titulus de abolitione generali, quia nemo necesse habet impetrare ut desistere possit ab accusat.

Art. 15.

15 † Non potest iudex procedere absque uocatione procuratoris regis. do. gl. consue. Bu. fol. 58. c. de manifesta. ibi, quia dum accusatoris persona cõstituitur, iudiciaria potest; amittitur, ff. 2. q. j.

Art. 16.

16 † Per hoc cessat. l. congruit. ff. de officio præs. & c. 1. de off. ord. quia iudex non potest procedere motu proprio, sed solum inquirit ad fisci denunciationem, seu accusationem. l. diuus. l. 2. ff. de cu. reo. In regno proceditur sola uia inquisitionis. Guilel. Ben. eo. verbo mortuo. num. 200. & sic extraordinariè. Bart. in extrana. ad reprimendum, verbo inquisitionem, in prin.

Art. 17.

17 † Ibi ponit Gui. rationes quare priuatus non potest accusare, adde quia officiariorum relationes melius audiuntur. d. l. diuus. & l. fi. C. de off. vic.

Art. 18.

18 † Vbi crimen est atrox requiritur acerrima indagatio. l. vbi. C. de fal. maxime si fuerit Clandestinum. Bal. cõs. 77. par. 3. Ad euidentiam præmitto.

Art. 19.

19 † Tunc vagari non oportet. l. Prętor. ff. de iniu. quia à principio magis fauendum est offenso.

Art. 20.

20 † Læsus adeunda est. capitu. tua nos, §. prima, de bo. & capitu. prælatis. eo. in sexto, effectum habes, in l. prima, in finc. & l. secunda, & 3. in §. primo, ad silleia.

Art. 21.

21 † Oportet se recipere ad locum homicidij, quia ubi quis reperitur occisus, & ibi præsumitur occisus, & non alibi. Bartol. in l. ædiles, ff. de via publ. idem dicit de furto Angel. in oper. malef. verbo famæ, & Bartolus in l. fina. ff. de quæst.

Art. 22.

22 † Etiam die feriato in honorem Dei, l. 2. ff. de fe. ibi. aut vt aspectu atrox iniuria eximetur. gloss. & Bar. in l. fi. C. eo. facit. l. prouinciarum. C. eo. etiam facit, quia hæ solennitates feriarum inductarum in honorem Dei, sunt inductæ iure ciuili, ut dicit Bar. in l. filius. ff. de dona. Et Spec. eo. ti. de fe. ibi valet consuetu. Fran. quæ omnib. diebus, etiam feriatis ius reddit. gl. & Bar. in l. 40. C. eo. in l. 3. C. de episc. aud. quod potest torqueri.

Art. 23.

23 † Oportet scribere locum vulneris. Bart. in l. damni. §. Sabini, ff. de dam. infect. effectum habes vt per Bal. ad Spec. in rub. de libel. concep in mag. addit. ibi vt si intentata qualitas quæ maiorem pœnam inducit.

Art. 24.

24 † Vulnera mortalia, & non mortalia notanda sunt. Bart. in d. l. fi. de q quod obseruat consuetudo totius mundi. Ang. in l. si in rixa. ff. de sica.

Art. 25.

25 † Nam si negligentia vulnus mortale reddatur, vulnerãs tenetur de vulnerato tantum. l. Qui occidit. §. fi. ff. ad l. Aquilia. c. significauit. de homi. Bar. in trac. de percussio. ver. Si ergo non mortifere vulneratus. Bald. consil. 136. Proponitur. 2. parte.

Art. 26.

26 † Nisi sit vulnus illatum in homine non sano bon. text. ni l. qua act. §. sed, & si qs seruum ægrotum, ff. ad l. Aqui. uel ni si coniunctio vulnerum non mortalium mortem induceret, Barto. in d. l. Si in rixa. ff. de sica. ideo caueat reus ne primum proponat.

Art. 27.

27 † Alius effectus notatus est in d. l. si in rixa. Nam primis q interfuerunt, & non mortaliter vulnerarunt nec ex proposito opus esset remissione, aliàs si ex proposito, tenentur de vulnerato, & de auxilio simul ut puniantur eadem pœna. Et alijsqui vulnerarunt mortifere opus esset gratia quę dicitur de delicto, quod requirebat punitionem ad mortem, remissionẽ uero quod non requirebat, do. gl. consue. Bor. fol. 50.

Art. 28.

28 † Præterea ait Bart. in d. tract. de percussio. accipe chirurgos, quia si dubitetur de vulnere an sit mortale, uel non, remittendum est iudicio medicorum. & eorum testimonio secundum Odof. quem citat Bar. in prohœ. ff.

Art. 29.

29 † Vbi plures non reperirentur, unus sufficeret, ut concludit Bar. in d. l. in rixa, ff. de sica.

Art. 30.

30 † Relatio debet fieri postquam iudex commisit, & interrogauit chirurgos. l. semel. C. de re mili. do. gl. consue. Bitur. tit. de iurisd. omn. iud. uers. aliter in additione.

Art. 31.

31 † Prius inquirendum, & generaliter quis patrauit malẽficium. Guil. Bene. in uerbo mortuo. 1. num. 202. in d. c. Rainutius, de testa.

Art. 32.

32 † Tunc adeundi sunt uicini ut consulit Bar. in l. fin. ff. de q. ibi iudex debet mittere uicinis, nam debent scire ueriſimiliter potius quàm alij. l. si uicinis. C. de nup.

Art. 33.

33 † Aut domestici. l. verba. C. de adul. l. dominus. ff. loca. l. cõsensus. §. super. C. de repu. Oldr. cons. 78. in crimen.

Art. 34.

34 † Vel socij ipsius qui læsus est. Bar. in l. si quando. in fin. C. unde ui. ibi per familiam, & socios, in rure facto delicto, nõ requiritur tam stricta probatio uiolentiæ. Deut. 22. ca. l. j. §. si quis in villa. ad Sylla. ff. Albe. in 2 par. sta. q. 64. Et nouissime bene practicatum fuit Tholozæ cõtra do. dech. proscriptũ propter homicidium in rure factum, tunc admittuntur testes inhabiles, ut docet Hypp. sing. 73. plures, quando ueritas aliter sciri non potest.

Art. 35.

35 † Recipe omnes testes in informationib. Bal. in l. 1. C. de sum. Trin. post Old. nam iudex (qui magis scire debet an fides adhibenda sit testib. l. 3. ff. de test.) postea habet inquirere an sit punibile. Bal. in l. data opera. C. qui accu. non poss.

Art. 36.

36 † Testes non interrogantur an sint honesti. gloss. in capitu. cum causam, de testi.

Art.

Digitized by Google

Art.37.

37 † Si tute ire non possis, aduoces illos à quibus vis inquire re. c apitu. ex parte, extra de appel. capit. accedens. ut lit. non constat.

Art.38.

38 † Informatio quæ fit contra communitatem est facilis, quia delictum est semper notorium. gl. in capitu. primo, de offic. ordina. secus contra priuatos. Baldus in titul. de pac. constan.

Art.39.

39 † Doces formam informationis per inquisitionem generalem. Bald. cons. 77. par. 3. ibi præmitto quod quædã sunt, q̃ non possunt contingere nisi vno modo, vt si quis reperiatur occisus gladio: quædam pluribus modis. Exempli gratia, q̃dam reperitur submersus in Sagona prope Athanacum, nã potest esse quod natando, uel naufragio, vel cadendo de equo perijt, vel potest esse quod ibi p̃ proiectus fuit ab inimicis, recurrendum est ad considerationes intellectus, & ire p̃ semitas, & circunstantias utrum erat consuetus se balneare necne, & utrum haberet ininimicos, & quales, necne, & vtrum ibi sunt latrones, nec non: talia. n. præsumuntur quales sunt homines. & plures alias considerationes desuper fiẽdę. Bartol. in l. final. ff. de quæstio. & in l. secunda, in princip. ff. de furt.

Art.40.

40 † Hæc forma inquirendi approbat consuetudinem Franciæ in titulo de pęnis. vbi mentionem faciens de eo qui suspensus reperitur, de igne loquitur qui trib. modis inferri solet. Bal. audit lieu, primo vi diuina, seu fulmine. & malitia humana. i. neglig. habitatoris. Et in hoc casu oportet cũcta rimari. l. iud. C. de iud.

Art.41.

41 † Exhibendum est corpus mortui testibus, sæpe. n. eius habitus cognoscetur. l. stigmati. de fab. Et ibi Ange. de Peru. de eo q̃ reperitur mortuus, cuius facies est deuatta. facit. ff ad exhi. l. 5. §. si quis noxali, Herus per asinum dignoscitur. l. si Pamphilo. ff. de optio. lega.

Art.42.

42 † Exhibitio in criminalibus habet locum ad recognoscẽdum. Bart. l. 2. ad exhi. C.

Art.43.

43 † Et in eodem habitu in quo reperitur. gloss. & Bal. in capitu. cum causam, de testibus. extra vbi dicit idem de re furata.

Art.44.

44 † Vt antequam ventum sit ad quęstionem, liquide constet de maleficio. l. 1. §. illud autem a. d Sylla. ff. & fructifere p̃ Bar. in tract. testiũ. ca. mortuum, ibi in maximis vero causis vbi hominis vita periclitatur, vt si de homicidio accusetur, uel de puniendis seruis, qui non iuuerunt dominum, vel de torquendis eis pro homicidio inueniendo lege cautum est, q̃ debet constare, & liquere hominem interemptum. i. liquido apparere, & dicit glo. in c. dilecti. ibi postquam constiterit de violentia, extra de foro comp. aliter cessaret maligna suspicio. l. si quis legatum, versic. cæterum. ff. de fal. l. 1. §. hæc verba. ff. ne vis. fi. ei. nam proprie delictum est præparatio pę næ. ff. de verb. signi. l. aliud est fraus, & habes in passione Ioã nis. Nullam inuenio in eo causam. Vnde dicebat Bald. in tit. de pace constan. post Innoc. quando causa, seu delictum est fundamentum iurisdictionis oportet causam esse veram, & discussam, aliàs iudicium est ipso iure nullum, & dicit glo. in c. discernimus. 3. q. 9. ibi quod semper liqueat de causa, ẽt facit, quia maleficio sunt extrema duo, s. percussus, & percutiens, vt not. Bald. in capitu. cum causam. de testibus. versicul. porrò.

Art.45.

45 † Vt etiam si accusatus confiteatur delictum puniatur: tñ cõfessiones reorum p̃ exploratis facinoribus habere nõ oportet, si nulla probatio religionem cognoscentis instruat. l. 1. §. diuus Seuerus. ff. de q. facit gloss. in c. 1. de confess. extra. & Bald. in rub. eo. ad Spec. ibi, & de facto liquet, & ibi si autem non constet. de corpore, secus gloss. in l. final. in fine. C. de quæstion. intelligit uerbum confessiones, scilicet de se factas.

Art.46.

46 Vt etiam testes postea coram iudice sustineant de commisso maleficio: quia oportet quem de crimine confiteri, vel testibus conuinci. l. si quis. C. de epis. ibi in conuictos, seu confessos, & exponit gl. i. comprobatos per testes, & l. lege Cor. ad Syl ff. l. qui sententiam. C. de pe. uel testibus, superari. l. 2. C. quorum appel. non recip.

Art.47.

47 † Nam etiam informationes fiunt parte non uocara, & sic non faciunt fidem. l. si quando. C. de testib. not. Angel. in opere malefi. in verbo fama. & Bar. in l. fi. ff. de q. & Saly. in l. fin. C. eo.

Art.48.

48 † Nam etiam mors in istis maleficijs, ubi agitur de uita hominis, probatur per uisum, ut declarat magister iuris Bar. in tract. testi. c. mortuum, ubi fortius dicit, sed, & si testis dixerit quod eum sepeliri uidit, hæc sufficere susceptum est. multo fortius si deponerent, quod uiderunt cadauer in feretro coopertum linteis, uel pannis inuolutum, vel à tergo se uidisse, ut dicit Bart c. seq. nam Paulus respondit q̃ per imaginem recognoscimur, tñ limita prædicta de uisu, ut per Bart. in d. c, mortuum. uers. sed si quis uiderit in mare, in Sagonã, vel Rodanum proijci corpus q̃ nunquam postea reuisum est, testis de illius morte recte testificatur licet non uiderit mortuum, & habetur eleganter Bal. in c. cum causa. colu. 5. in prin. de testi. Item si quis uiderit quem in carcere claudi, ubi nihil erat ad uictum, & carceris custos fuerit ita q̃ eidẽ carcerato aliquid q̃ ipse nõ uidisset inferri non potuit post aliquot dierum cursum, certum. n. est post illos actus quem modico tempore uicturum, & salutis nulla indicia superesse, coadiuua hanc doctrinam per aliam Bar. in l. 2. §. si dubitetur. ff. quemadmodum testa. ape. ibi quia uidit decapitari, ut contingit alteri apud Georgium prope crucem Sabieti, & similia quę de necessitate mortem concludunt.

Art.49.

49 † Præterea fuga: dictum Bald. in addi. ad Spec. rit. de snĩa. in fin. q̃ tractat de confessione Titij confiten. se occidisse quendam, cuius nomen ignorabatur, & ipsum proiecisse in mare, vnde corpus apparere non potest, q̃ potest condẽnari, si cum confessione concurrat fama. Car. ad famam Bald. resp. Bar. in d. c. mortuum. & in d. §. si dubitetur, q̃ fama procedit, vbi agitur de leui præiudicio, vt de hær. hic autem secus, uide Aug. Arim. ad Ang. in uerbo fama. ver. adde. q̃ Gandi. qui per alia iura recedit à Baldo, uel aliter resp. secundum Bar. in l. fi. 1. col. ff. de q. q̃ talis fama est tantum sufficiens ad inquisitionem, & hoc tenent practici, ut dicit do. Gandi. in rub. quæ ad famæ proba. ver. secundum opin. quorundam, &c. apud quos ratio exemplis comprobatur. l. 1. per tot. l. ff. de q. potissimũ in regno, ubi his scriptis, in causis sanguinolentis non utimur, ideo bene recurrimus ad maiorum exẽpla. l. de quib. in prin. ff. de leg. quæ exempla nobis præiudicant. Old. cons. 124. in fi. quod remissio.

Art.50

50 † Vt minus subintremus indirectam, si aliter iudex faceret esset abusus. do. Guil. Ben. in c. Rayn. uerbo mortuo. 1. num. 348. & num. 361. uers. 2. de test. & ita docte opinatus est do. Hugo de Podio locumtenens particularis in processu filij de la Guye, dicebat enim legimus aliquos cõfessos occidisse; qui postea uiui reperiebantur, & dabat exemplũ de quodam, & aliud in l. inde Neratius. §. fi. & l. seq. ad l. Aqui. Et aliter exemplum in l. 1. §. fi. ff. de q.

Art.51.

51 † Per præscripta forte tenerem contra Hippol. in l. de minore. §. plurimum. colu. 12. uers. & in istis criminibus teneas menti. ff. de q.

Art.52.

52 † Sed cogita dictum Pauli. Non ignoramus cogitationes Sathanæ qui quos nequit consentiendo decipere, facit nimis asperos. s. suadendo nimiam seueritatem. §. præcepta. 23. q. 4.

Art.53.

53 † Intellige Bald. nisi confitens esset homo malæ uitæ, & famæ, & habiliter potuerit proijcere illud corpus in flumen: quia stabat prope mare, uel istud flumẽ Sagonem, uel Rhodanũ in perpetrãdo delicta Et sic practicatum est Florẽtiæ contra quosdam grassatores qui prope queudam lacum habitant, & confessi multa latrocinia, & homicidia ad mortẽ condemnati sunt ut recitat August. Arim. post Ang. in uerbo, & uestem Cœlestem in tract. malef. Practicatum quoq; est Mediolani, ut alleg. d. gl. cõsue. Bur. fol. 58. ibi de illo massario, qui occidit dominum suum prope lacum, per arrestũ quoque practicatum est contra Clau. Robertum, & eius vxorem Telifices qui habitabant super Rhodanum in uico de Fagroslee, qui torturam receperunt, quia illa mulier per feneſtram inuitauerat quendam qui ex post uisus non fuit. Præterea caue à muliere quæ insidiatur in uia quasi latro, uel intellige Bald. in notorio, seu fama homicidij antiqui, ut fructifere per Ioan. And. in addi. ad Guilielm. in titul. de noto. crim. §. iam de noto. colum. 6. in fin. addi. quæ incip. ut nostrum, & eundem eo. titu. §. fama. uers. reprobatus. & uersic. exceptionem, tamen adhuc formidaret iudex timoratæ conscientiæ propter exemplum Dei, qui licet omnia apud eum essent notoria, tamen dicit Gene. 18. Descendam, & uidebo utrum clamorem qui uenit ad me opere compleuerint.

Digitized by Google

rint,& exponit concilium generale in c.qualiter, 2.de accu. clamorem,1.famam.

Art.54.

54 † Et quæ dicta sunt antea de homicidio extende in furto, quia tu iudex debes verificare prius furta, sicut fecit ille diligentiss.Iot.7.c.qui noluit Acham de furto cõdemnare, sed prius misit milites curiæ in domum illius, ubi cuncta repere runt abscondita simul argentum & aurum. Idem tenet Bar. in l.si quando.ibi certe oportet prius constare furtum factũ esse.C.unde vi.& Bal.in auct.sed nouo iure.C.de fer. fug. & dicit Bar.in l.si quis testib.in fi.C.de test.q̃ debet fieri exhumatio corporis occisi,vt inspiciantur vulnera.& in l.contra negantem.C.ad l.Aqui.& in rub.de prob.ad Spec.ver.cuilibet perito:Et dicit Ang. in opere malefi.verbo.& uestẽ cœlestem,q̃ debet esse iudex cautus ne dãnet animam, & corpus suum,sed debet destinare nuncium ad habendam informationem in loco pro ueritate, & in reperiendo furta, ita quod appareant quæ distraxit,quæ pignorauit,& quæ pẽnes eum habet.

Art.55.

55 † Vel debes inquirere de furto eo modo quo docet Bart. in l.si quando.in fin.C.unde vi.& in l.1. §.1.ff. de fur aduer. nau.caupo.& Spec.in tit.de furto.in fin.& in tit. de pig.§.j.& Bar.in l.si quis.§.an uero.ff.de eden.

Art.56.

56 † Sic remanet reprobata gloss.in l.inde Neratius. §.fina.ff. Aquilian. ibi alias satis erit si confiteretur occisum, & à se, &c.

Art.57.

57 † Sufficit q̃ corpore occiso constet.Bal.in l. quoties. §. si quis. ff.de hæred.institu. ubi refert exemplum de quodam qui occiderat quendam cuius nomen ignorabatur,qui postea fuit missus ad furcas.Habes gl.ordinariam.in §.Libellorum.2.q.8.quam commendat Bald.in c at si clerici.de iudi. extra,& ita se uidisse practicari attestatur.Ang.in l.1.§.interdum.ff.si pars hæred.peta.Et bene pondera tex.in l.1.§. illud autem ad Sylla.ff.

Art.58.

58 † Item de furto, quia sufficeret quod de ipso constaret,licet non appareat cuius res est decepta.Bald.in auct. sed nouo iure.C.de serui.fugit. Et Angel. in opere maleficiorum, verbo uestem cœleste & ita uidi practicari.Ange.in alleg.§. interdum.

Art.59.

59 † Vide Ang.Are.in §.Quadruplici.inst.de actionibus. Inquisitionis modum contra accusatum qui aufugit, & cuius nomen ignoratur,quia est inquirẽdum de signis, ut quia est claudus in tali gamba uel habet talem manum aridam, & est breuis statutæ,ruffus, uel habet tale signum in facie, uel aliud in persona,etiam est inquirendum si est iuuenis uel senex,quia per aspectum ætas probatur.Bart.in l.1. de mendiuali.l.12.C.

Art.60.

60 † Informationibus non est necessarium iuramentum testium per rationes.gl.in c.cum causam.de test.uide Specul. in tit.de test.§.j.uer.quid si idem,cum seq.Audiui super hoc arrestum.

Art.61.

61 † Inquirendum est de qualitate.l.omne.de re mili.ff.& est delictũ qualificatum, & sic magis execrabile.Saly.in l.pe. C. de sica.nam qualitas delicti punit quem magis uel minus, d.gl.in §.libel.ff.de pœ.l.aut facta.

Art.62.

62 † Inquirendum est ẽt de die,aut nocte delicti, quia non licet uagari cum discrimine alterius.d. gl. quod satis æquum est,Bart.in l.is qui.ff.de pub.iud.uarios effectus habes, quia mortuus post triduum præsumitur mortuus ex vulnere.no. C.de emend. seru. tempus plerunque est causa condemnationis ueri uel falsi.Nellus in tract.de testib.c.perfodi.de homi.Item facit quia testi interdum derogatur ex tempore, ut dicit Bartol.in tract.testi.c.Titium,& Bald.in l.Arethusa. ff. de stat.homi.

Art.63.

63 † Aliter esset tanta incertitudo quod auferretur copiam defensionis quæ ex æquitate naturali est clem.pasto.de re iudi.nam accusatus uix posset probare negatiuam suam, uel suum alibi,ad quod probandum admittitur per ordinationem Ludouici Regis.12.art.3.Adhibebitur omnis diligẽtia quæ ampliores informationes requirat, & c. aut per uerificationem de alibi,aut aliud factum si quod admittatur pro aut contra incarceratum, & per talem ordinationem dicebam quod deceret audire,& quod defensio pertinens,& admittenda esset, dicebam enim uerba formalia Ioan.Andr.in addi.ad Specul ti.de testi.§.sæpe,in 1.add. ibi per optime possum probare directe contrarium scilicet fuisse occisum a Titio absque eo q̃ illum occiderim, etiã dato quod fuerim præsens,& dicit Spec.in titu.de probat.§.2.in princi. possum enim probare quod alius eum interfecit, & est melior tex.in l.1.§.fi.ff.de quæstio.ubi præses ille Vocomius Saxa humanissimus inquirendo,bene cognouit de confessione primitiui,qui confitebatur occidisse illum quem alius occiderat,sed cognoscet curia parlamenti de æquitate, uel iniquitate,præsid.ut dicit Saly.in l.absentem, in prin. C.de acc. Curia enim parlamẽti proprie in regno lilij est mater oppressorum,consolatio desolatorum,uia iudicum errantium, & salus omnium in ipsa recte sperantium.

Art.64.

64 † Quod alibi probatur per absentiam in negatiua.scilicet per determinationem loci & diei. l. Optimam. in fin.C. de contrah.stip.Bal.cons.515.par.5.& cons.259.par.1.no. in l.pãto.§.rei.de acq hær.ff.

Art.65.

65 † Tunc testes sic deponentes de alibi,seu negatiua uisu affirmata,& coarctata pręferuntur alijs testibus affirmantib. etiam dignioribus,quia stant pro reo,ut decidit gl.in c.causam clerici.82.dist.maxime in causis sanguinolentis, ut declarat dom.Ias.in l.ut uim,in prin.ff.de iust.& iur.

Art.66.

66 † Et quod tale argumentum supra factum de ordinatiõe accommodum sit propositio.Nota quæ dicit Bar. suo cons. 106.exor.statuto castri plebei,ibi casus in quibus his scriptis non utimur,bene recurrimus ad simile statutum.

Art.67.

67 † Iam dicta de die forte procederent in crimine non reiterabili,ut homicidio secundum glo.in c.nihilominus.3.q.9. uel delicto recenti per doctrinam Cyn. in l.prædia. C. de fideicom.uel quando tractatur de uno delicto quod proponitur uno loco,& tempore factum esse,vt tradit Petr.de Anch.cons.278.exordiente,ex prædicta,& Bal.ad Spec.in rubr. de test.uers.testes uariantes,&c.quia tunc non possunt concordari, vt dicit Guil.in Spec.eo.titu.§.iam uers.quid si unus cum seq.

Art.68.

68 † Locus delicti est describendus.Bart.in l.non solum,§. si mandato.ff.de iniu.primo quo ad pœnam agendam,secundo ut puniatur ubi delictum est commissum.c.inter,de purcan.locus ad angulum non restringitur,ff.unde vi.l.1. uersi. ibi autem.

Art.69.

69 † Etiam locus loci,Exempli gratia delictum commissum est in cambijs ante ædes bestiarum.Spec.in titul.de acc.effectum habes,quia sex differentiæ faciunt testem singularem, primo locus,&c.Bald.ad Specu.in rub.de teste.& in l.testiũ C.eo,& gl.in c.nihilominus.3.q.9.ibi fuerũt illi testes de Susanna reprobati,quia dixerãt quod in eadẽ hora & diuersis locis commissum erat adulterium,sed uerisimiliter non poterat committi in pomerio sub pruno, & sub cyno eadem hora.

Art.70.

70 † Informatio debet fieri secrete.gl.in l.si quando. C. de testi.Ioan. Fab. in §.j.inst. de pub.iud. propter timorem fugæ uel subornationis, quæ subornatio tunc præsumeretur ut vult Io.And.ad Spec.ti.de teste.§.nunc.in fin.ibi propter publicationem examinationis.

Art.71.

71 † Punietur testis dictum suum reuelans.l. qui falso. ff. de pœn.Bald.in l.athletas.§.calumniator.ff.de infam.ibi. dicitur proditor, ne ex istius dicto alij testes subornentur vt dicit Specul.in titu.de teste.§. sequitur, ideo iuret quod non reu alebit.

Art.72.

72 † Testes debent dicere veritatem pro utraque parte. Bal. Saly.in l.nimis graue.C.de testi.gl.in §.in criminibus, in authen.eo.colla.7.

Art.73.

73 † Aliter possunt compelli.c.super,& c.peruenit.1.de testi. Roma.sing.393.Guil.in Spec.ti.de inqui.

Art.74.

74 † In dubio sufficeret nominare accusatum per eius nomẽ singulare ut ait Ame.iust.in trac.synd.in prin.& Bal. ad Spec. in rub.de libel.concep.in mag.addi.vers.11.sed pone ibi.dẽ mala casa,qui fuit insignis latro.

Art.75.

75 † Omittunt cauti iudices in processu apponere aliquam demonstrationem,ut teneatur reus allegare eius priuilegiũ, Auffre.q.capel.164.

Art.76.

76 † Sæpe non posset eum reuelare demonstratio Bald.consil.364.

Digitized by Google

sil.364.par.3.Loquens teste de Regina Aragoniæ quæ torsa fuit,& in regno reatus honorem excludit.Guil.Ben in c. Raynutius.in verbo mortuo 1.num.222.de testatione, imò qualitas accusati aliquando pœnam auget.l.aut facta. ff. de pœn.

Art.77.

77 † Inquirendum est de causa maleficij, nam qui habet potestatem in præparato,scilicet homicidio uel furto,habet ēt in connexo præparante.c.præterea.de off.dele.l.ad rem, & l. ad legatum.ff.de procura.

Art.78.

78 Et hoc fit ut sciatur an dolo, uel culpa factum sit.l.uerū. ff.de furto.Fel.in c.cum causam,extra de testi.& Bald.in l. & si seuerior.C.de infa.est enim casus declaratio, & iudex fortunarum.ff.de negoc.gest.l.sed.§.primo,l.secunda,initium, ff. de orig.iur.& Bald.in l.solam. C. de testi. accidentia magnam partem conferunt ad cognoscendam ueritatem.

Art.79.

79 † Debes inquirere cum quo instrumento percusserit.l eū qui ibi in calcis ictu.C.de sica.ca.significasti.l. 2. de homine extraneo effectum habes per Bart. in tractatu de percussio. ibi non autem est uerisimile quod occidere uoluerit q pugno calce,gleba,baculo,uel lapide paruulo percussit, & Bar to.in l.j.§.diuus.ff.de sica.

Art.80.

80 † Etiam debes inquirere si ex interuallo uel incontinenti percusserit.l.raptores.C.de episc.& cle.

Art.81.

81 † Et quot uicibus percussum est,reiteratio inducit propositum,& deliberationē.Bald.cons.312.uisis,4.no.gl. consue.Bur.fol.49.

Art.82.

82 † Scribenda est forma auxilij.Bar.in l.qui seruo. §.si duo. ff. de furtis.auxiliat quis quatuor modis. Primo ad ipsum crimen ordinandum. Secundo in ipso actu criminis ad ipsum perpetrādū. Tertio post crimen ad ipsum cōtinuandū. Quarto ad delinquentem euadendum:tamen punietur iste non de auxilio,sed pœna.l.1.C.de his qui latro. vt dicit Bart. in l.1.C.de fer.fug.quod quōdā in Gallia annullatus fuit q dā processus quo dicebatur filiū patri, & seruum hero præcepisse:allegat etiam in l.ancillæ.eo.tit.de altero processu criminali cōtra tres formato quo dicebatur quod alter, alteri opem tulisset.Item caueas ne processus sit obscurus, nam tunc accipiendum est quod est utilius.Bar.in tract. de ordi. iu.& in l.non solum,§.sed ut probari,ibi ut a delicto excusset.ff.de ope.no.nū.Item deueniat ne processus sit incertus, nec capiat duplicem intellectum uide Hipp.latissime in rubri.de prob.fol.42.uer.scias etiam,& facit.c.in præsentia.extra de testi.

Art.83.

83 † Magna suspicio est ad informandum contra uxorem quæ tacet de morte uiri in domo interfecti,ut præsumatur culpabilis,exemplum tradit Par.de Put.in tract.sind.fol.159. in c.tort.

Art.84.

84 † Est etiam suspicio ad informandum contra eum qui fiscū maxime solicitat ut inquirat de delicto quod ad se nullo modo spectat.Hipp.in l.unius §.seruo.per illum tex. ff.de quæst.Recitat duo exempla rei conuenientia.Paris. de Put. fol.168.in c.tort.facit gl.in l.fulcinius. ff.de ex quib. caus. in posse.ubi ex dictis suspicio probatur,& in l.1. in fin. C.si qs Imper.male.& Hiero.super Hieremiam,Verbositas persępe iudicis stomachum mouet.

Art.85.

85 † Alia est etiam suspicio contra eum qui sæpe uisitat curiam,vt audiat quid de crimine dicatur teste Cathone.Cōscius ipse sibi de se putat omnia dici.

Art.86.

86 † Descriptio aut inuentarium bonorum accusati,fit duabus rationib. de acc.§.sequitur.Primo,vt fisco adiudicētur. Secundo,uel vt absenti seu non cupabili tandem restituantur,uide Bar.in l.post cōtractum,circa finem.ff.de donationibus.& Saly.in lege.1.C.de req.re.quod potest fieri ante citationem.

Art.87.

87 † Tunc debes facere de his publicum instrumentum. Spec.d.loco.l.si quis intra.C.de bon.præscri. forma describendi est instituta ordinata alle.l.si qui intra.

Art.88.

88 † Accusatus non dicitur bonis suis priuatus ante sententiam uide Bartol.Spec.in d.locis. & Aegidium conclusione 725. Nisi in crimine læsæ maiestatis in l. final. C. eodem.

Art.89.

89 † Sæpe occultantur bona accusati l. si iniuriæ.ff.de iniu.& l.final.ff.de requi.re.in gl.ibi.idest, subsigillo poni ne diminuantur.

Art.90.

90 † Tale inuentariū non potest fieri nisi per officialem in iurisdictione domini temporalis, coustu, Franc.in.tit.du cas qui peut toucher,&c.Guil.Ben.in cap.Raynutius in verb.& uxorem.nu.424.de test.do gloss.consue.Bur.fol.70.

Art.91.

91 † Quia dictum est supra,quod a principio inquiritur in genere.qui faict le delict,& sic forte dormit.c.qualiter. 2.de accus.dicit Spec.in titu.de noto.cri.§.1.quod facta generali inquisitione uocandi sunt nominati in ea qui sunt culpabiles uel suspecti ut dicant ueritatem, & si possint se defendant, & Bar.in extrau.ad reprimendum.verbo,inquisitionem. in tertia regula,ꝙ vbicunque iudex inquirendo generaliter de malefactoribus, reperit aliquem deliquisse,potest ad specialem inquisitionem descendere.

Art.92.

92 † Eiusmodi specialis inquisitio incipit tunc quando cōmunicare oportet,ut dicit statutum.l. ne quisquam. ff. de eden.& dicit Henri.in c.1.de prob.quod ita seruatur in parlamento.

Art.93.

93 † Intelligi.in causis ciuilis, nam in criminalibus non debet initium probationum de domo rei accusator (qui est fiscus in regno) sumere. l. de minore. §. tormenta. ff. de quæstione.

Art.94.

94 Nisi essent actus iam recepti in iudicio quis haberet apud se accusatus,ut not.in l.is apud quem.C.de eden.

Art.95.

95 Si fiscus oneraret accusatum acrius quàm in informatione caueatur,tenetur de euidenti calumnia. Guil.Ben. in ca. Raynutius.in uerbo mortuo.1.num.204.de testa.do.gl.consue.Bor.fo.60.Auffre.d.cap.6.facit.l.diuus. la 2.in fin. ff.de cust.reo.& dicitur.Athletas.l.calūniator ver.quero,in prin. ff.de infam.

Art.96.

96 † Ad expensas,damna, & interesse ordinatio Ludouici Regis 12.art.62.

Art.97.

97 † Tunc pōt capi in partē vt priuatus.l.q fundū. §. si tutor. ubi gl.dicit,sic ēt in omnibus est dicēdū qui gerunt officiū. ff.pro empto.& Bal.cons.61.factū. 5.par. qđ tunc redigit ad instar priuati,& in alio cōs.329.quidā.4.par.quod licet officium uel maleficium,sed hoc non videtur verum,quia trāsgressor canonum non potest a dolo excusati.

Art.98.

98 † Per dictam ordinationem requiritur decretum iudicis, appellatum sententia interlocutoria.l.fi.C.de exhi.re.

Art.99.

99 † Si nihil iudici constaret nihil mandare posset.l.hoc aūt. ff.ex quib.cau.l.qui accusare volunt.C.de eden.neminem sine causa audit pōtor.ff.de transact.l.cū hi §.in causa,vel oportet uenire publicum illum denunciatorem,& quod scripserit exequi.i.ostendere.d.l.diuus.

Art.100.

100 † Prius quam iudex possit accusari negligentia, requirit quod cā sit instructa,secūdo qđ interpellatus fuerit no.Bart. in l.damni,§.Sabini.ff.de dam. infect.alias si māducaret excusat a pūmpta calumnia.Bar.in l.2.§.si publico.ff.de adul.

Art.101.

101 † Ecōuerso vide Bald.in l.mancipia.C.de ser.fugi.De vno iudice quē uidit cōdēnari qđ retinuisset informationes super quas nollet procedere,& dicit Bar.in tract.repre.cap.ad quintum.Tunc pete fieri tibi instrumentum denegatę iustitię coram testibus aut in scriptis.

Art.102.

102 † Iudex potest seruare informationes.do.gl.consue.Bur. fol.58.Io.Fab.in §.1.insti.de publ.iud.

Art.103.

103 † Visa informatione si uere vel ex coniecturis constet reū culpabilē iudex decernit eundē capiendū uel psonaliter ad ornandū secundū qualitatē delicti,& efficaciam iudiciorū Guil.Ben.in d.c.Ray.de testa.in verbo mortuo.1.num.202.

Art.104.

104 Dicit Angel. in opere malefic. in uerbo iudex,quòd iudex iubet reum capi,ne verbali citatione præcedente aufugiat.

Art.105.

105 Vel capi pōt nisi cōpareat die assignata.Aufr.q.capel.302. Item quid si aliquis citatus,& cum decreto vt dictum est.

Art.

Digitized by Google

Art.105.

105 † Et dicit Saly.in l.si absentem.C.de acc.iudices mittunt capiendum reum si crimen sit tale quòd pœna sit corporis aflictiua.

Art.107.

107 † Seruiens vulnerans fugientem, punietur.Bar.in auth. sed omnino.C.ne vxor pro mari.vide Ang.in trac.malefic. verbo fama.

Art.108.

108 † Delinquens prætextu mandati non excusatur in grauibus.Bar.in l.non solum.§.si mandato.ff.de iniu.gl.in l.2.C. de sepul.vio. tamen mitius posset puniri per l.seruos.C.de vi pri.gl.in l.ad ea.ff.de reg.iur.

Art.109.

109 † Spoliati, immunitati ecclesiæ debent restitui.Barto.in l.præsenti.C.de his qui ad eccl.confu.Sicu.in c.inter alia,extra de in munitate ecclesia.Sic dictum est per arrestum pro Ioanne Rogerio accusato de adulterina moneta qui captus fuerat in hospitali.

Art.110.

110 † Vbi non debent gaudere,officiarij eos capiunt sine alia declaratione per ecclesiam fienda.Auffr.in clemen.1.regu.4.fallen.18.de off.ordin.& uide practicam.Pap.in forma inqui.ver.ex his dicens ita seruari in Francia, Alemania, & Italia.

Art.111.

111 † Tunc sufficeret executio requisitionis,allegat arrestũ. Consuetudo Franciæ in 3.lib.& etiam expresse tenet Salyc. in auct.si quis ei.C.de adul.in fi.

Art.112.

112 † Si officiarij non sint fortiores oportet dimittere accusatum curæ clericorum qui eum custodire debent, & qui non tenentur,si aufugiat,uide Oldra.post Archi.cons.54.an fugiens.

Art.113.

113 † Intellige quando officiarij erant in casu in quo debebant attrahere,& non extraxerunt,quia isti impediẽtes fuerunt in culpa,hæc Old.ubi supra.

Art.114.

114 †Vbi posset extrahi,vel deberet custodiri,posset compeditari in ecclesia quia illa instrumẽta sunt inuenta ad custodiam.Bald.in l.2.C.de exhib.re.facit, quia ecclesia non habet territorium,nisi respectu clericorum.Auffr.d.loco uide licet clem. prima,de officio ordina.& in aucten. quomodo opor.epis.in prin.colla.j.

Art.115.

115 † Vbi deberet gaudere non debet compeditari.Guid. par.q.121.

Art.116.

116 † Qui occidit præmeditato consilio,non gaudet.c.j. de homi.extra.Guid.pa. d.q.do.glo.cons.Bur.fol.57.Guil.Ben. verbo,& vxorem,num.444.in d.c.Rayn.

Art.117.

117 † Nec gaudet mandans,uel mãdatarius qui occidit, vel verberat.c.1.ibi,uel defenderit,seu occultauerit. de homic. in sexto.

Art.118.

118 † Nec etiam gaudet qui post delictum ad immunitatem cum armis accedit.l.si ser.C.de his qui ad eccl.confu.

Art.119.

119 † Etiam qui occidit prope immunitatem,quia tunc semper præsumitur quod causa immunitatis cõsequendę hoc fecerit,uide Henr.Boh.in c.ecclesiæ.de imm.eccl.

Art.120.

120 † Nisi nouis rixis in hoc loco habitis secutum fuisset homicidiam,hæc Henr.ubi sup.

Art.121.

121 † Immunitatem unam offendens,cęteras offendisse dicitur.Henr.ubi supra.

Art.122.

122 † Insidiatores itinerum non gaudent.cap.inter.d.immu. eccle.

Art.123.

123 † Si quis deliquerit longe ab ecclesia,& dum sequeretur fugit ad ecclesiam,gaudebit,quia standum est regulæ.Henri.in d.c.inter.

Art.124.

124 † Non gaudebit bannitus diffinitiue,gl.in prag.tit.de in ter.ver.inde.col.2.

Art.25.

125 † Bannitus per contumaciam gaudebit.d.gl.inde, casus euenit in parlamento suo tempore.

Art.126.

126 † Immunitas non est in domo episcopi. Ro. in l. pleriq; de in ius voc.allegat arrestũ,consuetudo Frãciæ,in 4.fl

Art.127.

127 † De consuetudine non habet locum dinumeratio 30. pedum circa capellas quæ sunt in castris,gloss. in cap. sicut. 17.q.4.

Art.128.

128 † Ille qui occidit transeuntem per uicum, absque aliqua rixa fieri habita, non gaudebit immunitate. Guil. Ben.ubi supra allegat arrestum,in ver.& uxorem.num.444.uide Hẽricum d.loco.c.inter.

Art.129.

129 † L.absentem.ff.de pœn.Non habet locum in regno ubi proceditur extraordinarie.

Art.130.

130 † Statuta quæ uolunt quod absens potest damnari ualẽt quia d.l.absentem.est introducta iure ciuili.Bal.in l.j.C.quomodo,& quando iud.

Art.131.

131 † Vidi arrestum curiæ conditionaliter latum contra certos nobiles reos quando capientur,sic in clem.pastor. de re iud.ibi,& si quãdo ueniret in suam,& imperij fortiam mutilationis etiam capitis sententiam promulgauit.

Art.132.

132 † Dicit Guil.Beñ.in c.Ray.de test.verb.*mortuo in num.* 178.ut cesset omnis dubitatio, quod nunquam *uidit adijci* conditionem quando capietur,sed semper uidi pure condẽnari contumaciter.

Art.133.

133 † Si tamen sententia esset conditionalis qñ capietur & uenerit in fortiam,ut hic Lug.fit dicit Guil Ben.eo.verſ. nu. 149.ibi tamen dubito quod hoc non seruetur.s. quia non posset reus inter intestari in regno,& latius firmat ipse d.nu. 178.& sic cessat op.Bald.

Art.134.

134 † Si absens condemnatus forte capiatur, iterum sup crimine audietur per l.nihil tam naturale.ff.de reg.iu.sicut practicant Veneti,qui procedunt etiam extraordinarie, ut refert Petr.de Anch.suo cons.139.ex uerbis.

Art.135.

134 † Vel bene audietur appellando,quia in regno in crimi nalibus semper defertur appellationi.Auffr.q.cael. 173.gl.in pragma.sanctio.ti.de fri.appell.uerbo iniustæ.c.de priore.de appellatione vbi de pœna iudicis,& Petr. de Aurelio in forma de acc.furti.ver.hodie defertur tñ appellationi per ordinatiões regias in criminalibus in duobus casib. s.vbi agitur de tortura,uel uita,aut membri mutilatione,uel de incompetentia iudicis, quia nulla in mundo põt esse maior *nullitas*,quàm illa.cle.pastor.de re iud.l.proc.C.de pœn.& *tangitur* p Bar.in extr.qui sint rebel.in verbo repellando. & qđ vltra non sit deferendũ appellationi, stricte prohibet p uarias ordinationes,p quas põcipitur qđ pficiantur processus. s. ne det mã dilatandi,& subornãdi,& si iudex a quo in hoc peccaret,forte iudex ad quẽ posset retinere processum,& pfice re facit.l.si cui.§.2.ff.de accus.ibi non facile admittendũ eũ q semel calumniatus sit:vel bene audietur in casu *adducto* p Bar.in l.non vñ,in fi.ff.de iud.uel casu Io.And.ad Spec. tit. de hom.§.1.ibi subdit ẽt,uel in casu Bal. in *l.* si quis testibus in fi C.de testi.uel bene audietur cũ rescripto principis.l.diui fratres.ff.de pœ.l.1.§.fi.ff.de q.vel bene audietus petẽs restitui ex iusta cã absentiæ,qa tunc nõ reputaretur cõtumax imò sñia reuocabitur.l.si ptor.in fi.de iud.de re iud.ca. *cum* Bert.ff.de dam.inf.si finita.§.si forte.Bar.in d.extra ad repri. verbo neglexerit,uel bene audietur si sñia esset nulla,qa exceptio nullitatis impedit executionẽ.l.si cũ nulla.ff.de re iudi.cle.pasto.eo.facit.l.si accusatorib.C.de accu.l.non. C. de pla.ff.diuus,la.2.ff.de cust.re.uel bene audietur.l.4.§.condẽnatũ.ff.de re iudi.Spe.in tit.de accus.§.sequitur.verſ.sed pone.& ibi Io.Andr.& Alex.in addi.ad Bar.in d.l.diuus,de custo.re.

Art.136.

136 † Nã primo debet captus contumax,& condẽnatus audiri an sit illa psona condẽnata,& si confiteatur,proceditur ad executionem,alias secus,ut dicit Bart.in extrauag. ad repr. verbo,executionem,& in l.diuus.ff.de cust.reo.

Art.137.

137 † Si autem neget debent iterum examiaari testes in psentia rei qp hic est homo qui maleficium fecit, ita dicit Bartol. in l.inter.§.1.in fin.ff.de verbor.obliga.& bene facit text. in l.rap.ibi post legitimas probationes.C.de episco. & melior in auct.qua in prouincia,ibi si tamen appareat omnino obnoxius.C.ubi de crim.agi.op.item facit,quia nõlicet uagari in tanto crimine.l.prætor.ff.de iniur.licet Guilielm.in ca. Rayn.uerbo mortuo.1.num.170.de test.dicat quod post sẽtentiam si capiatur non sit opus nouo processu.

Art.

Digitized by Google

Art. 138.

138 Fiscus nullas dat nec recipit expensas.l.fina.C.de fruct.& lit.exp.

Art. 139.

139 Expensæ contumaciales(bonam,uel malam foueat contumax causam) semper debentur.l.properandum, & l. sane. C.de iud.sed curia parlamenti, reseruat hodie in criminalibus,omnes expensas incidentium diffinitiuè, igitur spectandum est, ℘ Romæ fit.l.de quibus.ff.de leg. Absens debet citari,clem.past.de re iud.trina citatione.l.tres. C. quomodo, & quando iu.uel citatur pro quarta de gratia.c.consuluit,de offic.deleg.

Art. 140.

140 Iudex tempus citationis potest abbreuiar. Guid. Papæ. q.429.Guil.Ben.ubi supra uerbo mortuo.1.nume.151.arguendo eorum quæ tradit Bart.in extrauaga. ad reprim. in uerb.per edictum.ibi.cum illa sit solennitas iuris ciuili.

Art. 141.

141 Peremptorium non est statim mittendum nisi cogat necessitas,gl.in c.de illic.24.q.3.

Art. 142.

142 Vel citandus est iuxta stilum curiæ in qua causa tractãda erit,Bart.in l.1.§.præsides.ff.de req.rer.

Art. 143.

143 Citationes sunt fiendæ in locis publicis, & cõsuetis. Bar. in extrauag.ad reprim.uerbo publice glo.in c.2.3.q.9.ibi. publice ad domum.

Art. 144.

144 Si personaliter per nũcium potest absens citari. quia forte erat in immunitate ecclesiæ, uel sciretur ubi esset non est æquum per dicta.& si faceret grauaret partem ideo per iudicem appellationis posset infringi processus, ista dicit Barto. in dict.extrauag.ad reprim.in uer.per edictum.& Guid.Pap. q.429.alleg.Saly.in l.1.C.de re. uide Ioan.And. ad Spec. tit. acc.§.sequitur,uer.quid si bannitus. ibi uidimus de facto seruari,& procedere posse quum nesciretur ubi esset,sed quum sciretur ita quod requiri potest,sonat hoc iniquum, quod ille qui non est contumax bannitur,& ita dictum fuit per arrestum,quia ille renouatus fuit ante alium iudicem.

Art. 145.

145 Quia nimis animosæ in infamiam ipsius procedebat iudex,uel quia gratiauerat eum in tali articulo. Auffre.in tract. de rec.artic. 28. Ira enim impedit animum ne possit cernere uerum.

Art. 146.

146 Qui nocuit primo præsumitur nocere secundo, glo.in l. Cassius.ff.de Sena. Coram iudice suspecto, quis non debet remitti.lac.de Bel.uisu in tit.de fuga reo.

Art. 147.

147 Sic nota quod in hoc iudicio extraordinario non tollitur iudicis recusatio,cum naturalia reseruantur.gloss. in cle. sæpe.in uer.litis contestationem.de uerb.sign. & per Bar. in l. 2.§.si pubt.uer.quæritur utrum cõtra.ff.de adult.& per Guil. in Spec.tit.de offi. deleg. in prin.

Art.148.

148 Ad propositum dixit Barto.in extraua.ad reprimendum in verbo,& figura,& in uerbo uidebitur,quod sententia Imperatoris,qui erat solutus legibus,& qui uigore suæ potestatis tulerat sententiam,cassata extitit,eo eo quod citatio legitime facta non fuit,& quia contra naturalem æquitatem fecerat,adde glosl.in l.si accusi.in glo.final.C.de acc. & Bald.in auct.si omnes. C. si minor se ab hære omissio talis qualitatis ordinis in istis extraordinarijs reddit iudicium nullum sicut ãn ordinarijs.Per.de Anch.consi.166. uisis.

Art. 149.

149 Et Ang.consi.178.uisis, super inquisitione in ualida non potest ferri sententia condemnatoria,sed debet inchoari nouus processus.l.diuus.la 2.ff.de cust. reo. & Bald. in rubr.de accusatore.ad Spec.ibi,exceptio ineptitudinis reddit impossibilem pronunciationem.

Art. 150.

150 Maxime,quando ille procedit contra absentem per contumaciam,alleg. Alexan.in l.absentem,ibi.idem si libellus esset ineptus.ff.de pœn.& Hipp.de M.in sua pract. §.post quã, num.46.

Art. 151.

151 Et quando tu iudex possis citare per præconem,uide fuit ifere per Bald.in extrauagan.ad reprim.in uerb. per edictũ in fi.coll.11.

Art. 152.

152 Antequam condemnetur absens contumax iudex debet attendere ad septem.Primo,aduertere debet iudex maleficiorum,quod recte fuerit ordo adiornamentorum obseruatus,& adiornamenta debite executa. Secundo, debet certus esse quod crimen pro quo reus uocatus est,fuerit uere commissum.Exemplo,ut quia uisus est occisus. N.sed nescitur per quem.Tertio,si liqueat iudici absentem esse de maleficio culpabilem;quia aliàs non posset eum condemnare. Exempli gratia.Vt quia forte constat occisum, uel vulneratum fuisse per alios qui communionem non habent cum isto contumace,immo forte ipsum exonerant,uel aliàs constat de eius innocentia, de qua iudex sollicite inquirere debet pro contumace, vt docet Bartol.in d.extr. ad reprim.in uerbo receptionem.& Bart.Vero.consi.40.incip. licet inuitus.col.pen.facit l.si non defend.ff.de pœ. nam contra absentem prius sunt examinandi testes. Spec. in titu. de inquisi.§. quando, uer sic.quid si is,& uer si.laudarem tamen.Quarto, aduertere debet,quod reus citatus non comparens sit uolũtarie absens timore pœnæ. Quia si aliàs coactus fuerit fugere minis inimicorum,tunc non diceretur contumax,& conseq.damnari non posset.clem.pasto.ubi nota.de re iud.uide glo.in capit.si episc.3.quæst.2. ibi citatur ad locum inhonestum,uel periculosum,nec referat a quo inferatur metus l. sicum except.§.Ped.& l.metum.§.fina.ff.quod met.cau.Quinto,aduertere debet iudex antequam pronunciet contra cõtumacem,℘ si in eo sit aliqua qualitas delictum aggrauans, ℘ de illa qualitate uere constet,quia licet statutum fingat cõmacem,pro cõfesso, quo ad actum principalis criminis,puta homicidij,uel fornicationis,non tamen fingit, qualitates principales delictum aggrauantes,immo est necesse eas probare, ideo si quis citatus debito modo fuerit super parricidio,uel adulterio,responsurus,& contumax fuerit, licet condemnari de homicidio, quod ficte per contumacia confessus est, possit tamen ut parricida, uel adulter non condemnabitur,nisi quod occisus fuerit eius pater probetur, uel mulier illa maritata. Sexto, aduertere debet si crimen de quo absens impeditur, seu accusatur cadere possit in eius personam. Exemplo,ut quia Hispano imponitur crimen læsæ maiest. qui titulus non cadit in eum in hoc regno secundum Ioannem Fab.in §.alia,instit.de pu.iur.& habetur in clemen. past.de senten.& re iud.de sententia Henrici Imperatoris cassata, quia Robertus Rex Siciliæ illud crimen committere non poterat cum Imperatori subditus non esset, quod tangit Bartol.alte more suo in titul.qui sint rebel.in gloss.rebellando,prætacta.latius inseruit Guil.Ben.in cap.Rayn.de testa. uerbo mortuo.1.num.160.cum sequen. quem uide. Septimo,debet aduertere iudex, quòd reus contumax sortiatur forum iurisdictionis suæ, quia alias extra territorium ius dicenti impune non paretur.l.extra. ff. de iurisd. omn. iud. & est bon.glo.in c.si epis.3.q.2.Austr.q.capel.164.Pet. de Anc. consi.259.de uerbis.clemẽ.pastor. ubi not.de re iud. Audiui super hoc arrestum.

Art. 153.

153 Officialis non potest proclamare,talis citatio de iur.can. non potest fieri do.gloss.consu.Bur.fol.70.

Art. 154.

154 Talem formam iuris communis,quæ habet quòd contumax recuperabit sua bona ut dicit Gandy. & uide pract. Pap.in forma inq.

Art. 155.

155 Sèntentia lata contra absentem, & postea confirmata arresto, sortietur effectum suum,not.quando est arrestum non alias.

Art. 156.

156 Quando nomen rei dicatur receptum inter reos, tunc adiornatur reus,ita quòd uirtute illius primi defectus illico, quòd iudex illud adiornamentum sequens vtilitatem illius primi defectus continens decernit contra absentem ut super illa petitione utilitatis primi defectus ueniat responsurus,& illam fisco, & parti adiudicari uisurus, & sic ordinat iudex super crimine procedendum,certe ex illo tempore dicitur nomen accusati sic deficiẽtis esse receptum inter reos, & conseq. uidetur reus cecidisse ab omnibus suis exceptionibus tam iudicij declinatorij, quàm dilatorij, a quibus per primum defectum fuit eo ipso exclusus,adeo,quòd etiam si virtute illius secundi adiornamenti utilitatem primi defectus continentis compareret, exceptionem aliquam fori declinatoriam, aut iudicij dilatoriam opponere non posset, sed tamen per emptorias,quia semel data petitione, & a iudice acceptata,quæ in secundo adiornamento est descripta nomen rei fuit inter reos receptum, & est lis contestata, vt declinare non possit iudiciũ nec differre. Et si uirtute huius secũdi adiornamẽti utilitatẽ defectus cõtinẽtis nõ cõpareat, decernit cõtra eũ tertiũ adiornamẽtũ,ut si illius virtute nõ comparear decernitur quartum,quo debite excusato, si in

Digitized by Google

contumacia perseuerat nec compareat habebitur crimen pro confessato, & probato de omnibus in petitione, & libello in dicto secundo adiornamento cõtentis, ita quod ab omnibus declinatorijs, & dilatorijs ex primo defectu, & etiam peremptorijs exceptionibus, ex sequentibus defectibus declarabitur ipse contumax excluſus, nec non de crimine tam capitaliter erga fiscum, quàm ciuiliter erga partem læsam, vt in petitione petitum reperietur, condemnabitur.

Art. 157.

157 De exceptione dilatoria, quæ est finis non recipiendo loquitur Bar. in extr. ad reprimendum in uerbo, & figura, ibi exceptiones uero, quæ magis differant, & fruſtrant causæ veritatem quam ipsam respiciant, potest iudex repellere, & gl. in cle. sæpe. uer. dilat. de uer. sign.

Art. 158.

158 De peremptoria, quæ est finis non procedendi loquitur Bar. ibidem, uer. an poterit opponi exceptio rei iudicatæ, uel finitæ ad impediendum processum, respondet sic. quia de iure naturali est ne bis iudicetur in id ipsum, & uide eundem uerbo, uidetur. in fi. facit l. præses. C. de pla. & in proposito dicit Bar. Ver. suo consi. 6. in fi. se aliàs ita uidisse determinari p omnes doctores Paduæ, uide l. senatus censuit. & ibi Bartol. quia est materna. ff. de accus. & capit. de his. eo. Ioan. And. in addit. ad Spec. titul. de accus. §. sequitur uidere, in addit. quæ exorditur, ut intra in membro.

Art. 159.

159 Et quomodo hoc casu tu iudex debes pronunciare, uide pract. per gl. in c. 1. uerbo finita. de litis contestat. lib. 6. & eo modo uidi pronunciare per quendam consiliarium regium pro quodam Florentino absente iam damnato.

Art. 160.

160 Et q̃ in ea causa tunc poterat interuenire aduocatus ex eo quod delictum amplius erat impunibile, uide Hippol. sua pract. §. sequitur. num. 28. uel ad exceptiones obijciendas, no. in c. ueniens, ext de accus.

Art. 161.

161 Procurator potest allegare causas absentiæ. l. absens. ff. de procur.

Art. 162.

162 Faciendo iuramentum, q̃ fuit missus ad hoc allegandũ. Masue. in tit. de contumacia, uersi. ibidem contra eum, uide Bartol. in dicto extrauagan. ad reprimendum. uerbo. per edictum.

Art. 163.

163 Si iudex contempsit excusationes processus est nullus, nam non uere, nec ficte negligit, quod requirit, & quasi per iudicem stat quominus fiat, ut dicit Barto. in d. extr. ad reprimendum. in uersi. neglexerit, & alibi dicit Barto. eod. loco in uerbo, & figura, q̃ auferendo dilationes aufertur actoris ius suum, reo uero aufertur defensio, quæ ex æquitate naturali est. Iudex debet habere rationem uiarum, temporis, & impedimentis, gl. in c. licet. de accus.

Art. 164.

164 In criminalibus, absens appellans, uel petens restitutionẽ aduersus sententiam tenetur personaliter comparere. l. 1. ibi se obtulerit. C. de sic. l. 1. §. Sin autem. ff. an per alium cau. appel. reddi possit, arg. l. 2. ff. de exhib. re. ibi ex uinculis causam dicat. uide Bal. in l. 1. §. eum qui, in fi. ff. de postu. nec posset cõtrarium impetrare. l. fi. in fin. C. de iniur. Facit ad propositum ordinarium Ludouici Regis. XII. art. 126.

Art. 165.

165 Si admitteretur procurator, processus esset nullus. late tractat Andræas Sicul. in 8. ueniẽs. de acc. ext. & dicit Bal. in l. data opera. C. qui accus. non poss. Quod iudex qui relinquit formam ordinationis habetur fatuus uide nu. 179.

Art. 166.

166 Accusatus absens ueniat ante sniam. deferendo indulgẽtiam aut gratiam recuperabit eius bona Sal. in l. eum qui. per illum rex. C. de sicar. forte pendente lite dando sufficientẽ cautionem. Spec. in tit. de acc. §. sequitur. uersi. fit autem annotatio. Bar. in l. post contractum, in fin. ff. de dona. & nota in l. 1. C. de req. re. Exemplum de cho. qui per arrestum recuperauit sua officia mediante cautione pendente lite.

Art. 167.

167 Dicit Barto. in l. seruum. §. publicè. ff. de procura. quod si iudex putauerit se posse melius ueritatem criminis percipere ex præsentia rei potest semper dicere, nolo te admittere, sed uolo reum principalem, vt uideam aspectu qua fronte aut trepidatione loquatur.

Art. 168.

168 Compositiones promotorum sunt ueritæ. Guil. Be. ubi supra. uerbo mortuo. 1. num. 116. Guy. Papæ quæstion. 327. ordinatio Caroli Regis, 5. articul. 2. do. gloss. consuetud. Bur. fol. 68.

Art. 169.

169 Aliàs recurre ad magnam curiam, Par. de Put. in tractat. synd. fo. 97. seu ad procuratorem generalem, qui nunquam se diuidit sed est ubique. Bal. consi. 39. super. 1. par. 4. uide M. in ti. de testi. uersi. item, procurator domini. de stylo parlamẽti potest in testem producere illum, qui fuit iniuriatus, sequitur Guil. Ben. in d. c Rayn. de test. in uerb. in extremis, nu. 21. præsertim, quando ille iniuriatus non prosequeretur damnũ & declaret se prosequi non intendere, sed solus procurator pro interesse publico. adde Dec. consi. 100. in causa inquis. coll. 6. uer. 6. & 7.

Art. 170.

170 Dicit Spec. in tit. de acc. §. 1. sint in carcere ubi magnum est crimen, & stent segregati.

Art. 171.

171 In criminalibus non attenditur patris, curatoris, uel alia auctoritas. Ang. in opere maleficiorum, uerbo comparuerunt. immo est quasi ridiculum dicere, cum eius auctoritas non possit adaptari. Item facit, quia ubi proceditur ad solam inquisitionem ueritatis (prout fit in regno) non sic personæ solennitatem inspicimus.

Art. 172.

172 Item facit: confessio minoris per tormenta, curatoris auctoritatem non requirit, cum fiat ad ueritatem habendam, cum in delictis minor censeatur maior. ff. de mino. auxiliũ. §. in delictis. C. si aduer. delict. l. 1. confessio autem pupilli infantis, non ualet, etiam cum auctoritate tutoris, cum nec debeat in ius uocari, ista consuluerunt Nicolaus de Maratellis, & Ioan. And. Pad. ut refert ipse Ioan. in titu. de conf. §. 1. ad Spec. item facit, quia ubi proceditur extraordinarie videtur quod cesset illa. l. ciuilis, clarum. C. de auctoritate præstan.

Art. 173.

173 Item facit, nam accusatus debet per os suum respondere sine ministerio aduocati. glo. in l. 2. C. de iura. cal. maxime in his causis summarijs. cle. sæpe. ibi aduocatorum, & procuratorum: aliàs de facili posset ueritas occultari, glo. in d. cle. in uer. excep. de uerb. sig. & tangit Bar. in extra. ad repr. in uerb. sine strepitu.

Art. 174.

174 Item facit, quia præsentia iudicis supplet defectum curatoris. ut dicit Bald. in tit. de pa. iura. fir. Item dicit Guil. Ben. in Repr. c. Raynucius de testa. in uerbo, si absque liberis. 2. de fide com. subst. nu. 50. nõ curatur patris potestas in criminalibus. Insti. de noxa. §. fi. nec minoritas, nisi in attenuando pœnam gl. in l. impunitatis. C. de pẽ. l. auxilium. ff. de min. de quo per Guy. Pap. q. 54 & q. 410. Et quod de stylo parlamẽti nunquam datur curator minoribus nec ex hoc annullari potest processus, iudex debet accusatos facere coram se uenire. ff. de exhi. re l. 3.

Art. 175.

175 Segregatim nec præternatim segregare eos ab *inuicem*. 13. dat rationem. Spe. titul. de teste §. nunc, *in prin. ibi si enim* simul examinaretur, unus alium instrueret, & *unus* sciret qd alter diceret, & eius dictum sequeretur, sicque nõ posset ueritas deprehendi.

Art. 176.

176 Et illico auditur. Guil. Ben. in c. Rayn. de testam. in uerbo mortuo. 1. & Spe. in tit. de acc. §. 1. ibi statim respondebit. l. 1. C. de cust. reo. ibi statim debet quæstio fieri. & exponit gl. qõ. id est examinatio.

Art. 177.

177 Nam quando interrogandi habent dilationem ad respõdendum sæpe fit ut sibi consulant at fabricent suas causas, & rationes, statutum Caroli Regis. VII. art. 34.

Art. 178.

178 Si iudex faceret criminosis processum ordinarium puniretur, & contra eum tunc præsumeretur quod differre, & differendo dissimulare uellet, & tegere delicta quæ abundãt in regno. Guid. Ben. uerbo mortuo. 1. num. 202. in d. c. Rayn. de test.

Art. 179.

179 Iudex omittẽs formam ordinatam fatuus est. fol. 1. Reg. c. 13. cum Samuel sic ait. Stulte egisti, nec custodisti mandata domini tui quæ præcepit.

Art. 180.

180 Ante sponsiones, recolamenta, confrõtationes, & acharamenta non est relaxandus accusatus. l. nullus. C. de custo. reor. ibid. donec repererit cognitio celebrata discrimen. Roman. singul. 490. accusatus, & Bald. in l. sed, & si is. ff. de in ius uoc. do. gloss. consue. Bur. fol. 61. & in consi. 17. Et sic dictum est per arrestum cõtra Gui. qui antequam confrontationes peracte essent relaxatus est.

Art. 181.

Digitized by Google

Art. 181.

181 Ratio est euidens,nam aliàs datur materia subornandi testes.Ordinatio Ludouici Regis. XII.art.110 subornare.n. dī qui instruit testes,quod dicāt gl.in d.c.de iudicijs.q. 3. uel forte datur materia inquirendi de nomine testium, & numero illorum, per quæ omnia inducitur subornatio, extra de testi.c.intimauit.& c.constitutus.ff.de arb.l.non ex omnibus.nomina enim,& numerus testium non sunt dicenda.

Art. 182.

182 Ante tales sponsiones, & confrontationes procurator non debet petere relaxationem accusati, ne de ipso dicatur sicut dicitur de impijs aduocatis, qui facultatem loquendi perdiderunt.in §.item surdus,instit.quib.non est permiss. fatesta. & de illo procuratore sycophanta in l.uerbum. C. de infam.

Art. 183.

183 Nec filius,nec etiam pars priuata debet esse præsens in responsionibus,& confrontationibus, per dictum gl. in c. primis.2.q.2.quæ dicit,sciant tamē partes quòd quæcunq; pars semel interfuit,amodo non pōt alios testes producere super illo artic.& quod ita seruatur de facto, Item dicit Barto.in extrauag.ad reprim.verbo, & figura.ibi.sed an post didicita testificata poterunt testes producere? respondenon, cum sit prohibitum propter timorem subornationis. Et sic ex quadam naturali æquitate,quæ est ne alter alteri insidietur, arg. l.alij.ff.de acc.Idem tenet Gand.in rub.quō de mal. cog. per in q.ibi.quia tunc timetur de subor.& uide do. Alexan.in l.is apud.C.de eodem. Item recurre ad ordinationē Ludouici Regis XII. art.108.ibi.luy.ſerala dicte confession communique, igitur si oportet illi talem confessionem cōicare,frustra demonstrata iterum demonstrarentur si iam fuerit præsens in responsionibus.ff.de act.empt.& uend.l.1.in fi. Er ain syle tient.Spec.in tit.de teste.§.nūc,in prin.ibi, & sic de facto seruatur ubique,& bene,ideoque sic est tenendum,tñ hic uidi seruare contrarium in processu de pau.credo, quod male.per præscripta forte remanet inutile dictum.Guil.Ben.ubi supra in uer.mortuo nu.205. dicentis quòd si quis timeat ne procurator regius colludat cum inquisito potest ei assistere.

Art. 184.

nuntiauit decurionem esse relegandum, quia iura id prohibent expresse, sed debet principem consulere, vt rescribat quid agendum sit in hac re, idem disponitur in l.1.§.fin.ff.de quæst.& l.1.§.sin autem.ff.ad Tur.Sol.ibi iudex iam pronun tiauerat, hic non,& uerum est ꝙ iudex postquam tulit sentẽ tiam non potest illam,& pœnas in illa expressas amplius permutare, ut ibi dicitur quia semel functus fuit officio suo.l. iudex postquam.ff.de re.iu.& ideo limitatur ista conclusio habere locum antequam feratur sententia seu in ipsa sententia, non autem post sententiam,& propterea Bar.in d.l. moris.§.iste fere, reprehendit quosdam iudices qui opponunt certas clausulas in fi.sententiarum suarum post uerbum cõdemnamus &c.ꝙ nihil ualet.

4 Item oppo.de.l.diuus.ff.de iniur. ubi non ualet sentẽtia lata contra iuris dispositionem quando non fuit seruata pœna iuris.Sol.ibi per errorem,& sine causa fuit alterata forma iuris, hic autem ex certa scientia, & ex causa & ratione, ut l. hodie.ff.de pœn.& ita soluit Saly.istud contrarium in d.l.& si seuerior, ideo secundo limita conclusionem prædictam quãdo iudex ex certa scientia facit, & ex iusta causa, aliàs non posset.Sed quæro an sit necesse ꝙ iudex exprimat istam causam in sententia, ꝙ ideo imponit istam pœnam propter talẽ causam specificatam? & breuiter dicas ꝙ non: sed an debeat in genere exprimere causam dicendo ex iustis causis animũ nostrum mouentibus &c.Bart.in d.l.quid ergo. §.pæn. grauior, dicit ꝙ si iudex exprimeret causam in genere non erratut dictum est, tamen si nullam exprimit in genere nec in specie per hoc non vitiatur sententia, dummodo ex actis appareat ꝙ fuit iusta causa quæ mouit iudicem ad ita pronuntiandum, aliàs si nulla esset causa nec appareret ex actis, sententia posset dici nulla tanquam lata contra ius constitutionis,& per expressum iuris errorem ut.l.1.ff.quæ sent. sine ap. rescin.& per Bar.in d.§.pœna grauior.

5 †Item opp.de l.fin.C.de fidei.lib.& l.vt fundus. ff. communi diui.& l.in seruos §.fi.C.ad leg.Iul.de vi pub.ubi dicit ꝙ quotiescunque sententia non est conformis libello, & ꝙ continet aliud quàm petitio.nulla est, sed hic aliud habetur in petitione,& libello accusationis ubi petita fuit certa pœna quã ius declarat in illo casu,& aliud in sententia continetur merito &c.So.dicit Sal.in d.l.& si seuerior, ꝙ illud habet locũ in causis ciuilibus non autem in criminalibus, in quibus nõ est nec esse apponere conclusionem certæ pœnę in libello accusationis, sed sufficit concludi ꝙ reus pœnis a iure statutis puniatur,& iudex excedendo pœnas certas ex causa dicitur legitime procedere ut supra dictum est. Iterum oppo.d.l.si operis.C.de pœ.& 2.q.3.c.si quem §.notandum, ubi dicitur ꝙ facti quidem quæstio in arbitrio est iudicantis, pœnæ aũt persecutio non eius uoluntati sed legis dispositioni mandatur.Sol.illud est uerum ꝙ iudex non potest pœnas iuris immutare sine causa, sed cum causa bene potest facere ut supra dictum est,& per hanc solutionem tolluntur omnia contraria quæ superius in princ.adducebantur.Postquam uidemus limitationes istius conclusionis per oppositiones prædictas videamus modo illius extensiones quæ erũt multum vtiles.

6 †Et prima extensio siue declaratio est, ꝙ ista conclusio non solum habet locum in iudicijs siue causis,& pœnis minoribus, & extraordinarijs, sed generaliter in omnibus ordinarijs, ita tenet glos. non communiter approbata in d.l. hodie ff.de pœ.quam sequitur ibi Bar.& idem Bart.in d.l.quid ergo.§.pœna.Bald.& Saly.in d.l.& si seuerior.in 1. not.ubi expresse dicit ꝙ iudex in sententia potest ex causa pœnam ordinariam permutare.

Secundo ampliatur ista, ut habeat locum etiam in accessorijs pœnis ad principalem, sicut est infamia quæ ex illo crimine oritur siue infertur ultra alias pœnas, nam sicut iudex immutat, & dispensat pœnas principales, ita etiam dispensare, & permutare potest pœnam infamiæ, ita tenet glo.in d.l.& si seuerior, quam sequũtur ibi Bal.Sal.& alij.

7 †Tertio ampliatur, vt non solum procedat istud de iure cõmuni, sed etiam de iure municipali, ita ꝙ si statutum imponit certam pœnam pro aliquo crimine, iudex potest illam ex causa permutare non obstante ꝙ a principio officij iudex iurauerit seruare statuta illius luci, ita dicit expresse Salyc.in d.l.& si seuerior, in 4.col.in uersi. quæro quarto. Vbi primo arguit ꝙ non possit, quia statuta sunt stricti iuris.l.constitutionibus.ff.ad municip.& propter iuramentum ꝙ debet ad vnguem seruari, ut in c.licet mulieres, de iureiur.li 6. cum ſ. deinde quatuor fundamentis comprobat dictum suum, ꝙ potest.

8 †Et primo quia statuta recipiunt interpretationem declaratiuam a iure communi.l.2.C.de noxa.& per Bart.in l.omnes populi, in 4 q.princ.ff.de iusti.& iur.

Secundo, quia illa lex quę dat potestatem populo condendi statuta, illa eadem dat potestatem iudici pœnas ex causa permutandi, aut minorandi, ut l.hodie.ff.de pę.& l.aut facta. §.eod.titul.iuncta.l.omnes populi.ff.de iust.& iur.

Tertio quia hoc permittitur iudici ex causa,& sic in supplementum legis quę culpas, casus, ac fauores reipublicæ sigillatim excogitare non potuit, sed hæc ratio habet locum etiam in statutis, quia statuentes ipsi non potuerunt omnes causas cum suis qualitatibus adhærentijs, & circunstantijs exprimere, aut cogitare, ideo uidentur iudicis arbitrio cõmisisse, vt pœnas ipsas iuxta facti contingentiam, & qualitates ex iusta causa permutare possit, d.l.hodie,& l.aut facta.§. fin.ff.de pæ.

9 †Quarto dicit ꝙ pro ista opi.facit singulare dictum Inno. in c.1.de consti.ubi dicit quod licitum est iudici ratione casuum emergentium leges transgredi. Et non obstat illud quod dicitur de iuramento, quia iudices sicut statuta, ita & leges iurant seruare, ut l.rem non nouam. C.de iudic.& in auct.ut iusiuran.quod præsta.ab his &c.tamen non obstante tali iuramento possunt cum causa minorare, uel augere pœnas, & sic faciẽdo non lędunt nec transgrediuntur leges, sed illas obseruant, quia sic fieri mandat,& per hoc etiam nõ dicitur iudex incurrere periurium.

10 †Quia in omni iuramento semper intelligitur excepta auctoritas legis, aut superioris, ut l.fi.ff.qui satisda.cogan. ita tenet do.Fran Aret.in d.l.& si seuerior.& Bal.etiam in eadem l.& si seuerior, ubi dicit quòd iudex non incurrit periurium alterando pœnam legis uel statuti, quando hoc facit ex causa uel cum causæ cognitione, quia alterãdo pœnam legis, uel statuti iusta causa præcedente illud facit lege permittente & ex potestate sibi a lege concessa, argu.d.l.hodie,& ideo dixit Archi.ibi ꝙ in omni iuramento intelligitur semper excepta legis,& principis auctoritas.d.l.fi.ff.qui satisda.cog.Demum quæri potest quid si Titius accusauit Sempronium ꝙ intulit sibi uiolentiam cum armis, & sic remedio legis Iuliæ de vi pub.a probauit uiolentiam sine armis sibi illatam fuisse ex quo uidetur probata intentio legis Iuliæ de vi priuata, nunquid Sempronius poterit condemnari de vi priua. prout, probatum fuit quidam dixerunt ꝙ sic, quia iudex potest pœnam minuere ea causa, quidã alij dixerunt, ꝙ non, quia hoc non fuit deductum in iudicio a principio, vide Sali.in d.l.& si seuerior.in fi.& in l.3. C. ad l.iul.de ui pub.

SVMMARIVM.

1 *Condemnatus pro hæresi, uel crim.læsæ maiestatis, si obtineat gratiã principis, an censeatur restitutus ad vitam, famam, dignitates, & ad bona pristina.*
2 *Principi congruit salutem populi tueri, & malis hominibus prouinciam purgare.*
3 *Indulgeo, uerbum, quid significet, & quid restituo. Restituere plus est quã indulgere,*
4 *Rescriptum in quo ponuntur uerba, indulgeo, & restituo, qualiter intelligatur.*

De beneficio, & indulgẽtia principis.

Succedit nunc uidendum de secunda specie relaxationis, quæ fit beneficio, & indulgentia principis, postquam reus largitate principis obtinuit veniam sui criminis,& culpæ, ex carceribus liberatur, ꝙ fit pluribus modis, quia gratia quandoque fit stricta, quando uero oritur pinguior.

1 Ponamus enim quem esse damnatum aliquo ex maioribus criminibus, vt est hæresis, læsæ maiestatis, raptus virginis falsæ monetæ, & similium, ex quibus de iure infertur pœna mortis, perpetua infamia, & omnium bonorum publicatio, vt in c.ad abolendam.& c.uergentis.de hær.& l.1. & 2.C.eo. tit.l.quisquis.C.ad.l.iul.maie.& l.1.C.de rap.uir.& C.de falsa moneta. si obtinuit mereri ueniam ex indulgentia principis an censeatur restitutus ad uitam, famam, dignitates, & bona, uel ad uitam duntaxat? & uidetur dicendum, ꝙ censeatur ad uitam duntaxat restitutus, ex quo restitutio siue indulgentia ipsa tendit cõtra publicã utilitatẽ, & ordinem rectæ iustitiæ.l. congruit.ff.de offi.præsi.& ff.de his qui not.infa.l.furti.§.mã
2 dati.& in auct.ut nulli iud.in prin.† nemini enim magis congruit salutem populi tueri,& purgare ciuitatem malis hominibus quàm ipsi principi.l.nam salutem.in princ. ff. de offic. præfe.uigil.Solu.tu dic attendenda fore diligenter uerba rescripti ipsius principis, quandoque enim princeps exprimit speciem gratiæ quam reo carcerato largiri intendit, vt quia dixit, facimus tibi gratiam vitæ duntaxat, uel indulgemus tibi uitam, aut restituimus te ad uitam tantum, ut tunc solius vitæ gratiam obtinuisse dicetur, si uero dixerit, facimus tibi gratiam omnium, uel restituimus te ad omnia ut in pristinũ eras,& dicitur restitutus quo ad omnia postquam uerba rescripti clare sonant,& constat expresse de principis uolũtate.

arg.

Digitized by Google

arg.l.non aliter.ff.de leg.3.& l.continuus.§.cum ita.ff.de uer. obli.si uero non constat in rescripto de prædictis & nullũ fit uerbum de fama,uel bonis.sed simpliciter reperitur principem fecisse gratiam illi,& tunc diligenter attendenda sunt
3 verba rescripti. aut enim princeps uius fuit † uerbo indulgeo,aut uerbo restituo.primo casu sola criminis pœna corporalis censetur esse remissa.l.2.& l.si ademptis.C,de senten. pas & rest.idem probatur in l.insulam.& l.generali. eo. titul. Secundò vero casu quo ad omnia censetur esse restitutus, scilicet ad uitam, & famam, & bona in pristinum statum in quem erat ante sententiam repositus ut l.1.& l.fi.C.eo. tit.qa tantundem restitutionis gratia tribuit quantum condemnationis sententia ademit.dicit tex.in d.l.fi.ex quibus habes notare,q̃ verbum restituo,habet ampliorem significatum quã uerbum indulgeo,quia per ũnum restituuntur omnia, per alterum vero uita duntaxat, & propterea sis cautus ut in rescripto gratiæ quam impetrare cupis pro amico incarcerato, utaris vt uerbo restituo.non aũt indulgeo, vel alio simili uerbo arido.Bar.& Bal.in l.1.in insulam.C.eo.tit.

4 Sed quæro si in rescripto utrunque verbum reperitur expressum scilicet uerbum indulgeo,& verbum restituo, vt qa princeps dixerit per indulgentiam nostram te restituimus, uel per nostram restitutionem tibi indulgemus,quidnam consequitur reus per ista uerba.dic secundum. Bar.in d.l.fin. q̃ ad omnia censetur esse restitutus.si enim alterum ex dictis uerbis per se omnia ista comprehendit, quando non reperitur limitatum,multomagis,quando habet aliud adiunctum per q̃ non debet eius ampla significatio restringi sed potius ampliari fauore liberationis ratione adiuncti,vide Bar. in d. l.fi.& uide quæ diximus sup.lib.1.q.4.& 5.

SVMMARIVM.

1 *Reus an censeatur ad omnia restitutus si princeps dicat,facimus tibi gratiam.*
2 *Verba dubia in materia gratiosa latissime interpretari debent.*

1 Secũdo quæro quid si papa, vel imperator in rescripto suo post narrationem criminis, & sententiæ dixerit, facimus tibi gratiam, an reus censeatur ad omnia restitutus scilicet ad uitam & bona.dic q̃ sic. text. est not.in l.n.§.fi.& ibi Bar.ff de q uæst.& Bar.in l.Gallus.§ & qd si tantum.ff.de libe.& posth.& d.l.fina.C.de sent. pas.ratio est
2 quia †verba dubia in materia gratiosa sunt latissime interpretanda in fauorem illius qui recipit gratiam.l. fi. ff. de consti. principum.c.si gratiosę.de rescrip. lib. 6.

SVMMARIVM.

1 *Banniti an recuperent bona sua publicata, statuto dicente omnes Bannitos rebanniendos.*
2 *Banniti qui dicantur secundum communem vsum loquendi.*

1 Tertiò quæro ciuitas fecit statutum, q̃ omnes banniti rebanniantur.an bãniti quorum bona fuerunt publicata post gratiam pęnæ recuperent etiam bona,& sic an illud uerbum rebannire habeat vim restitutionis,uel indulgentiæ.& uidetur dicendum q̃ habeat uim simplicis indulgentiæ attento maxime communi usu loquendi, quo isti condemnati pro crimine appellantur banniti.&ecõ uerso rebanniti dicuntur qui sunt a banno prædicto, & sic a pœna restituti.l.1.& l.relegatorum.ff.de interdi.& relega.cõtrarium dicendum est,q̃ immo istud uerbum habet uim plenę restitutionis,& tales rebanniti poterunt recuperare bona,& famam, & omnia quæ prius per sententiam perdiderant,& fuerant priuati per rebannitionem, igitur quis dicitur esse restitutus.ita dicit Bar.in d.l.fina.C.de sen.pass.immo communis vsus loquendi magis videtur approbare hãc sen-
2 tentiam quàm præcedentem contrariam,† quia communiter solent vocari banniti illi,qui sunt damnati etiã pęna mortis pro quocunque graui crimine. & rebanniti dicuntur illi qui sunt restituti aduersus dictam sentẽtiam siue bannimẽtũ per quam siue q̃ priuatus fuerat uita,bonis,& fama,nã proprie istud verbum bannum vulgares accipiunt pro sentẽtia, & propterea dicunt quem esse captum bannitum, uel habere bannum capitis,qui est condemnatus pœna capitis.& hãc q.disputauit la.de Are.vt refert Bar.in d.l.fin.& determinauit prout sup.conclusum est, aliis ẽt rõnibus de quibus ibi per eum,uide etiam.Bar.in l.Gallus,§.& quid si tãtum.ff de libe. & posth.& in l.1.§ fi.ff de quæsti.idem Bart.in l non solum.§. si.ff.de procu.Bal.in d.l.fi.C.de sen.pa.idem Bal.in l. si qua pęna.ff.de his qui sunt sui uel alie.iur.& per Mod.magis copiose in d.l.Gallus.§.& quid si tantum.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus an recuperet bona sua iam per fiscum alienata.*
2 *Princeps nemini gratiam concedere dicitur cum iniuria tertij.*

1 Quartò quęro quid si bona istiꝰ restituti fuerant per fiscum alienata,an ipse restitutus poterit bona ipsa recuperare,& a possessoribus uindicare,dic q̃ nõ, duplici ratione, prima, quia emptores dictorum bonorum sunt bonæfidei possessores, immo uero domini, quia emerunt a fisco,qui erat uerus dominus ipsorum bonorum, & sic non datur rei uendicatio contra dominum. l. 1. & l.rem. & l.offi.ff.de rei uendi.& ipsi possessores sunt veri domini dictorum bonorum.l bene a Zenone.C.de quadr præscr.Item
2 quia† princeps faciens gratiam alicui censetur illam impartiri sine iniuria, & præiudicio tertij. non enim vr̃ æquum q̃ faciendo gratiam uni uelit inferre præiudicium alteri, quia semper ista conditio subintelligitur,sine pręiudicio iuris alieni.l & si sine. §. sed quod Papinianus. ff. de minor.l.q̃ si minor.§.scæuola.eo.ti.& Bar.in d. l. fi.

SVMMARIVM.

1 *Restitutus an posit illico pretium suorum bonorum consequi a fisco.*
2 *Possessor bonæ fidei quatenus pretium rei alienatæ teneatur restituere.*

1 Quintò quęro nunquid iste restitutus,poterit saltem consequi pretium dictorum bonorũ a fisco.Bar.in d.l.fi.dicit q̃ sic,quatenus ex eo effectus fuerit fiscus locupletior,aliàs nõ l.sed & si lege.§.item si rem.ff. de peti.hære.quia fiscus succedit loco hæredis illius damnati. l. 2.C.de bon.proscrip.& l.1.C.de bon. eo. qui ante sent. mor. sib.cõ.qui cum sit legitimus,& bonæ fidei poss. prærium rei
2 alienatæ per ipsum † eatenus tenetur restituere quatenus ex eo ocupletior factus fuerit,&non aliter.l.tutor.ff.ad.l.Iul.de vi.& ideo si prætium prædictum fuisset a fisco furto subtractum,vel alio simili casu fortuito perijsset non teneretur ad illius restõnem cũ non sit effectus locupleti or.d.l & si rem, & prætium.vide Bar.in d.l.fi.C.de sen. pas.

SVMMARIVM.

1 *Rebannitus per statutum an censeatur ad famam restitutus.*
2 *Princeps,& senatus famam restituere possunt.*
3 *Tollere potest qui,& condere.*

Sextò quæro de vno dubio qđ ex præmissis insurgit,an rebannitus per dictum statutum dicatur restitutus ad famam. & sic an ciuitas per statutum possit aliquem restituere famæ?& vr̃ dicendum,q̃ non. quia restitutio famæ, & dignitatum dicitur spectare ad principem non autem ad ciues inferiores.l.1.§.pen.ff.de postula.ubi dr̃
2 q̃ solus † princeps, & senatus restituit famam. tu dic, quòd aut infamia orta fuit de iure communi,aut per statutum,qa statutũ ex aliquo delicto irrogat infamiam ex quo non oriebatur de iure communi,primo casu non potest nisi per Imperatorem, vel senatum fama restitui. d.l.1.§.pen. secundo uero casu potest ciuitas ipsa per suum decretum, vel statu-
3 tum restituere famam,† quia cuius est condere eiusdem est tollere,l.nam natura.ff de cond.inde.& l. nihil tam naturale. ff.de re.iu.& qui habet facultatem condemnandi habet etiã absoluendi potestatem.l.3.ff.de re iud.& Bar.in d.l.fina. C.de senten.passi.& uide quæ diximus supra in lib. 1. in tit. de hæred.in 6.quæst.

SVMMARIVM.

1 *Iudex cum primum innocentiam carcerati scit ipsum absoluere debet.*
2 *Sententia diebus feriatis ferri potest in fauorem innocentis. Examinatio,& tortura fieri potest diebus feriatis contra latrones famosos.*
3 *Sententia condemnationis ferri non debet diebus feriatis.*

De absolutione innocentis.

Expeditis duabus speciebus relaxationum,quando constat de crimine,& est lata sententia deueniendum est modo ad tertiam relaxationis speciem,
1 quæ fit propter innocentiam. † Dic igitur quòd quàmprimum iudex cognoscit innocẽtiam incarcerati, & de illa sibi constat.debet illum quamprimum absoluere,& carceribus liberare.vt l.1.in prin.& l.final. C. de custo. reo.ubi dr̃ quòd quam-

Digitized by Google

quamprimum reus est incarceratus statim debet quęstio fieri ut reus cõdemnetur, & innocens absoluatur, de his enim quos tenet carcer inclusos aut conuictos uelox pęna subducat, aut innocentes diutina carceris custodia non maceret vt l.2.& fi.C.de custo.reo.ibi aut liberandos diutina carceris cudodia non maceret &c.& l.custodias, & ibi Bart. ff de
2 pub.iud.† ubi dicit ꝙ etiam diebus feriatis potest ferri sententia in fauorem innocẽtis, dummodo nõ sint feriæ, in honorem dei secundum ꝙ tenet gl.ibi.& in l.dies festos.C.de feri. Examinatio tamen, & tortura fieri potest contra magnòs latrònes,& proditores patriæ conspirantes cõtra multorum salutem, & in similibus maioribus criminibus quocunque tempore quadragesimali, & feriato in honorẽ Dei, etiam si esset dies paschalis non fit aliqua differentia dierũ solennium quo ad indagandum ueritatem ipsorum maiorum criminum, ut l.prouinciarum. C.de feri. & ibi gloss.& Bar.dic ergo sic, aut quærimus de examinatione, & inquisitione ueritatis,& tunc aut sumus in maioribus, & atrocioribus criminibus,& ista fieri potest quocunque die etiam feriato in honorem Dei,& paschali,d.l.prouinciarum, aut de alijs minoribus,& illa fieri potest similiter quacunque die, etiam feriata,dummodo non fit de maioribus diebus solẽnibus,vt per glo.& Bal.in d.l prouinciarum,& d.l. custodias,
3 aut quærimus de causę decisione,† & tunc aut sumus in materia condemnationis,& ista sententia ferri non potest tempore feriarum etiam ꝙ sint ferię messium,uel uindemiarũ, sed constito de crimine sententię, & pœnę executio debet differri in tempus iuridicum Iste est proprie casus in d.l.custodias,de pub.iud.in fi.aut sumus in absolutione innocentis,& isto casu potest ferri sententia quacunque die feriata exceptis ferijs introductis in honorem Dei d.l.custodia, & ibi gloss.& Bart.

S V M M A R I V M.

1 *Inquisitus de crimine,& ob urgentia inditia tortus,& non confessus an debeat absolui.*
2 *Absolutionis forma qualis quando reus indicia purgauit.*
3 *Reus qui per torturam purgauit indicia,& absolutus, an possit repeti su peruenientibus nouis indicijs.*
4 *Iudex quo casu accusationis abolitionem facere possit, sed non diffinitiue absoluere.*
5 *Innocens,& non culpabilis in quo differant.*

Secundo quæro solutionem hu

1 ius memorabilis quæst.quæ sæpius in facto accidit.† Titius reperitur inquisitus de homicidio, ꝙ Sempronium de nocte occiderat, deinde examinatus negauit, sed quia indicia contra ipsum aderant urgẽter, iudex deuenit ad rigorosum examen,qui in tormentis similiter eadem negatiua perseueranter instetit:adeo, ꝙ iudex considerans illum fuisse satis, competenter tortum secundum qualitatem indiciorum ex tormentis illum deponi fecit,putans per illam torturã purgasse indicia quæ contra ipsum militabant, modo reus ipse instat pro absolutoria,& liberatione a carceribus: quæritur quid agendum sit? quidam dixerunt quod omnino ut innocens absoluendus erit a carceribus liberandus ex quo non fuit repertus culpabilis, quidam vero dixerunt nullatenus absoluendum fore nisi expresse constiterit ipsum esse uere innoxium,quia nemo dici potest innocens nisi quando expresse constat de innocentia sua,ꝙ est quando repertus est verus reus criminis, ideo dic aut plene constat de homicidio,& de uero homicida qui est alius quàm ipse Titius, & isto casu si constat iudici,ꝙ Titius non occidit ipse,nec fuit criminis particeps:tunc,vt verus innocens debuit diffinitiue absolui ex quo plene constat de eius innocentia,& ita intelligitur tex.in l.1.& in fi.C.de custo.reo & l.1. §.fi.ff. de qõ. & l.custodias,& ibi Bar.ff.de pub.iudi.aut constat de delicto non tamen de persona delinquentis ꝙ fuerit alius quàm Titius,& tunc non poterit dictus Titius ut innocens diffinitiue absolui ex quo nihil probauit de innocentia sua,sed propter torturam quam sustinuit in corpore dicitur purgasse indicia quæ contra ipsum erant,& ideo isto casu debebit absolui ab inquisitione,& processu,quia non fuit repertus cul
2 pabilis.† Et ista est vera forma absolutionis quando incarceratus purgauit indicia, & nondum repertus est verus reus quam ponit Bar.in l.fi.in princ.ff. de quæstio. & hæc dicitur quædam sententia absolutoria ab obseruatione iudicij, & habetur in l.properãdum.§. & si quidem. C.de iud. & ibi gl. & Bart.& Moder. Et per istam absolutoriam obtinebit liberationem a carceribus iuxta terminos.l.fi.ff.de requi.reis. & l.fi.C.de custo.reo. Et nota ꝙ inter istas duas absolutiones est maxima differentia,quia quando constat uere de innocentia ipsius Titij,quod est quando reperitur uerus homicida ut supra dixi, absoluitur diffinitiue ab ipso crimine, & a tota causa,ut verus innocens,& isto casu nullus poterit amplius de obiecto crimine inquirere seu alio quouis modo contra ipsum.d.l.fin.C. de cust.reo.quia obstat curiæ exceptio innocentiæ,& rei iudicatę,ut l.2.C.de except. rei iud.& l.1.C.quando prouo.non est necess.& l.si cui.§. ijsdem.ff.de accu.& quod ibi not.Bart.& l.si qui adulteri,super gloss.fin, C.de adulter.

3 Secundo uero casu quando purgauit indicia per torturam ista absolutoria non obstabit quominus possit cõtra ipsum absolutum de nouo procedi si noua indicia superuenerint, & sic ista absolutoria non parit exceptionem peremptoriã rei iudicatę,sicut precedens ad crimen, uel ad indicium secundũ doctrinam gl.ibi,& dat saluberrimum cõsilium iudici in istis casibus,dicens ꝙ utile est non absoluere reum diffinitiue,vt innocentem quãdo iudex est dubius, & hoc potest facere iudex ut ipse dicit ex iusta causa, puta si habet reum accusatum,vel inquisitum in manibus,& habet sufficientia indicia contrã eum qui pluries tortus non fuit confessus, iudex poterit si instaret pro absolutoria illum absoluere a pro
4 cessu,uel ab obseruatione iudicij,ut supra † & isto casu dicit ipse ꝙ iudex potest accusationis abolitionem facere non autem ipsum absoluere diffinitiue a crimine, uide ipsum ibi qui dicit etiam ꝙ ista faciunt ad q.quàm ipse disputauit, & declarauit in l.si quis.C.ad l.Iul.maie.& hanc opi.tenuit eriã Pet.de Bellape.ibi nemine contradicente, uide Bar.in l.1.in prin. ff.de quæst. & supra diximus, quod refert & sequitur Ang.de Aret.in tract.male.in glo. fama pub.in fin. & Pa.de Pu.in trac.syn.in c uiso de repetitione torturæ, in fi. fo.125. qui tamen moderni melius declarant verba Bart. in d.l.fin. dicentes ꝙ illa absolutoria non erat absolutoria diffinitiue a crimine secundum terminos.d.l.si cui.§.hisdem,& l.absentem.ff.de pœ.sed erit diffinitiua respectu abolitionis processus,& inquisitionis inde facte,unde non impedit ꝙ superuenientibus nouis indicijs noua possit formari accutatio, uel inquisitio contra eundem reum per doctrinam glo. Bald.& Saly.supra relatam,& propterea bene dixit Bart.in d.l.fin. ff.
5 de quæst.non repertum culpabilem absoluam, † & non dixit innocentem,quia hoc uerbũ (innocens) præsupponit & denotat omnimodam immunitatem, & carentiam criminis & doli.d.l.absentem,& Bal.in d.l.si qui adulteri. quamuis non desinit qui subtilizãdo in uia disputatiua tenere uelint idem denotari per uerbum innocens, ꝙ per uerbum nõ culpabilis, tamen in hoc ulterius non insisto postquàm habemus opinionem claram,quæ seruanda est in decisionibus causarum,& a qua nullatenus est recedendum,ut dicit Bar. in l.2.C. de pœn. iudi.qui male iudi. & Bald.etiam ibi dicit quòd iudicando nunquam recedendum est a corrocio prudentum,maxime gloss.

S V M M A R I V M.

1 *Testes de iure non admittendi an possint admitti in causa innocentiæ.*
2 *Testis qui ob reuerentiam non debet examinari, si examinetur ne iudicium quidem facit.Testes aliàs non admittendi in probanda innocentia admittuntur.*
3 *Reus quas habet excusationes proponere potest, & per domesticos innocentiam probare. Domestici testes admittuntur in probandis his quæ domi geruntur.*
4 *Inquisitus bonæ conditionis,& famæ,potest innocentiam suam per domesticos,& aliàs non admittendos probare.*

Tertio quęro an in causis crimi

nalibus quando agitur de probando innocentiam accusati
1 vel inquisiti † admittantur domestici, & familiares, & alij, qui aliàs de iure non solent admitti? pro cuius faciliori notia figurabo casum. Titius reperitur inquisitus de homicidio de nocte perpetrato,vult probare innocentiam per negatiuam ab impossibili coarctato loco, & tempore, dicẽdo quòd illa nocte eadem met hora,& momento quibus Sempronius fuit occisus ipse erat in domo sua una cum uxore filijs,& alijs familiaribus suis,adeo ꝙ erat impossibile ꝙ corpus naturale posset esse in duobus locis diuersis eodem temporis momento,uel si uellet probare quod illamet hora noctis ipse iacebat in lecto cum uxore sua nunquid hanc distantiam a crimine,& existentiam in domo sua poterit probare per cõsanguineos aut uxorem,& per testes familiares? & uidetur dicendum quod non,quia testes huiusmodi non dicũtur legitimi testes nec legitimam probationem faciunt,cõtra quos plures dantur exceptiones adeo ꝙ nedum in criminalibus ubi luce clariores requiruntur probationes.l. sciant cuncti.C.de probati.c.cum oporteat de accn.5.qõ.6.epiphanium,& est glos.in c.ueniens, de test uerumetiam in causis ciuilibus non admittuntur nec fidem faciunt,ut habetur in c.in lite

Digitized by Google

c.in literis,de teſti.& not.Spec.in tit de teſte.in prin.§. opponitur.uer.item q̃ eſt parens.& Barto.in l.1.§.diuus.el.1.& §.
2 Antoninus.ff.de quæſt.& l.maritus.in prin.co.ti.ubi dicit † q̃ teſtis,qui non debuit examinari pp̃ reuerentiam, ut ſunt filij, famuli, & illi in quibus habemus imperium non ſolum plene nõ probant, ſed nec ſemiplene, imò nec faciunt indicium,etiam cũ tortura,ut dicit.d.Hippo.de Marſi. in l.1.§. ad.q.in prin.ff.de quæſt.in contrarium tamen eſt veritas, qa quotieſcunque tractatur,de probando innocentam admittuntur teſtes,qui aliàs de iure non admitterentur, præſertim quando aliorum teſtium copia haberi non poteſt, vel quando veritas aliter probari non poteſt, ita ſingulariter uoluit Io.de Ana.in conſi.59.q̃ incipit,innocentibus.Spec.in tit.de inquiſitione.§.1.in 5.col.uer ſed nunquid.& uer. generaliter
3 ubi dicit,q̃ † reus põt ꝓponere eas excuſationes quas habet & probare innocentiam ſuam per domeſticos,& concubicularios ſuos ſecundum,q̃ tenuit Goffr.in ſum. uer.ſed qualiter.ar. tex. 12.q.1.ſint manifeſtę.& c.ſeq.2.q.7.cum paſtoris. & in c.ueniens.de teſt.& no.Barto.in l.quoties.C. de naufra. lib.11.ubi dicit quod de his,quæ domi geruntur non ſolum domeſtici admittuntur ad teſtimonium, verum etiam iſti tanquam melius informati cæteris præferuntur,maxime q̃ eſſent perſonæ honeſtæ, & fide dignæ ac probatæ opinionis, vt d.c.in literis.de teſti.& in l.conſenſu & ibi Bal.C. de repud. & uide latius.d.Hippo.de Mar.in d.l.1.§ ad quęſt ff.de quęſt. ubi latius tradit iſtam materiam,& dicit hanc eſſe puram veritatem ab omnibus doct.approbatam.
4 Hæc tamen limita,& declara procedere poſſe,quando inquiſitus eſſet bonæ conditionis, & famæ nec ſolitus in ſanguine immiſceri, vel ire de nocte, aliàs ſi eſſet uir factioſus, ſanguinolentus, vel quod præceſſerant graues inimicitiæ inter ipſum, & occiſum, & quod erat ſolitus ire de nocte ſæpius armatus,uel ſi fuiſſet viſus illa nocte exire de domo armatus,&ambulare per vrbem,uel ante domum illius occiſi, & ſimilia indicia.& qualitates quæ ſunt proxima facto & reddunt illum valde ſuſpectum de iſto crimine, uel ſi fuiſſet repertus eius gladius ſanguinolentus de recenti, uel ſi in hoc loco homicidij fuiſſet repertum de mane birretum, ſcuffia, calciamentum,chiroteca,uel quid ſimile ex bonis,uel arma quædã ſicut gladius,pugio pars clipei,ſiue rotellini,aut aliud ſimile quod redderet illum ualde ſuſpectum,non crederem iſto caſu quod teſtes prænominati facerent plenã fidem de illius innocentia,quia illorum depoſitiones eliduntur ſiue debilitantur per ſupraſcripta indicia, niſi forſam illa purgaſſet per torturam.ut ſup.diximus in præcedenti. q. & ita teneo q̃ doctrinam Bar.in l.fi.in 2.col.ff.de quæſtion.uide Angel. de Aret.in ſuo tract.male.in glo.fama publica.in 3.col.& Par.de Put.in tracta.ſyn.in c.aduertendum.l.non omnes.§.a Barbaris.ff.de re milita.& q̃ ibi not.Bart. cui concluſioni non obſtant ea quæ ſup.in contrarium adducta fuerunt.quia loquũtur in materia pęnali,& condemnationis, quando agitur de prõbando crimine ad effectum condemnationis, & pœnæ, quæ ſunt magis odioſæ.& ideo illis caſibus probationes requiruntur luce clariores.d l.fi.& c.Epiphanium.& cap. cum oporteat.nos autem loquimur in materia innocentię,& abſolutionis quæ eſt fauorabilis d.l.abſentem.ff.de pæn.& cap. qualiter,& quando.de accuſat & c.ueniens.de teſtib.

Quarto quęro quid ſi incarceratus criminis delati innocens demum repetus eſt de cuius innocentia plene conſtat iudici,nihilominus paſſus fuit maxima damna in corpore,& in bonis, quia habuit torturam, & carcerationem ſatis longam,adeo quod fecit magnas expenſas tam in captura,quàm in carceratione prædicta,an habebit aliquod remedium ad recuperandum damna, & expenſas huiuſmodi,& contra quem. de hoc dicetur infra eo. lib.in ti.de expen.dam. & intereſ.

SVMMARIVM.

1 *Pœnæ ſuos tantum tenent, & ſequuntur auctores. Homicida puniri debet,ſed qui gladio non feriere gladio non debent perire.*
2 *Homicidium an omnibus imputetur,ſi tres unum aggrediantur,ſed unus tantum feriat,& occidat.*
3 *Iura municipalia regulariter factum puniunt.*
4 *Ius municipale non punit eum,qui cum occidente eſt aggreſſus, ſed tantum occidit.*

Quintò quęro quid ſi Gaius, Sempronius, & Mevius enſibus armati agreſſi fuerunt Titium ſolum qui ab ipſo Gaio vnico vulnere interfectus eſt, an cæteri duo ab iſto homicidio, vt innocentes poterunt abſolui, ex quo conſtat per vnum tantum. ſcilicet Gaium homicidium ipſum fuiſſe commiſſum,& videtur dicendũ,
1 q̃ ſic † quia pœna ſuum tantum proſequitur auctorem, qui facinus patrauit.l.ſancimus.C. de pœ.nec ulterius progreditur metus,quàm reperiatur delictum. & l.fi. C.de epiſc.aud. ubi dicitur, homicida,q̃ fecit ſemper expectet.ſed illi qui gladio non feriere, gladio perire non debent. vt habetur Matt. 18.c.22.q.7.in prin.nec debent propterea amici, conſanguinei,affines,& ſocij,& qui fuere noxij alterius criminis luere pœnas.d.l.ſancimus. diſtingue aut loquimur de pęna corporali,quæ infertur in perſonam,aut de pœna relegationis uel pecuniaria,uel alia ſimili. primo caſu, aut homicidium fuit commiſſum in rixa vel quadam repentina,& inopiata uiolẽtia,& aggreſſu,aut ſcienter,& appenſate communicato conſilio,& deliberatione præhabita.
2 Primo caſu nidelicet qnando loquimur de pœna corporali,aut homicidium fuit commiſſum in rixa inopinato rumore, & tunc aut loquimur, de iure communi ſecundum terminos legis Corneliæ,de ſicarijs,& non tenetur de homicidio niſi ille qui percuſſit. cæteri uero vt innocentes ab homicidio,& a pœna corporali erunt abſoluẽdi. ut l.1.§.diuus & l.ſi in rixa.& ibi Bar.ff.ad leg.Corn.de ſica.& ratio eſt,quia iſto caſu iura non præſumunt alios habuiſſe animum occidendi.d.l.ſi in rixa.in prin.& uero probaretur quod omnes pariter habebant animum occidendi, & eo animo *inſultarunt* dictum Titium omnes pariter tenentur de homicidio. licet unus tantum percuſſerit quia in ea lege non factum ipſum conſummatum ſed animus principaliter conſideratur,ita dicit Bar.in d.l.1.§.diuus.& d.l. ſi in rixa.& l.in leg.Corne. ff.ad leg.Corne.de ſica.& l.is qui cum telo.C.eod.tit. ubi ſi aliquis cum telo armatus ambulauerit animo aliquem interficiendi, licet ipſum non occiderit neque tetigerit nihilominus pœna illius legis tenetur.
3 Aut loquimur ſecundum iura municipalia, quæ regulariter puniunt factum, quia regulariter imponunt pœnam illi, qui commiſerit homicidium,& tunc iſta pœna corporali nõ punitur niſi ille qui re ipſa homicidium perpetrauerit,ar.l.2. ff.ad leg.aquil.in qua lege aquilia principaliter conſideratur, & punitur factum.l.qui occiderit,&c.uide Bart. in d.§.diuus. & in d.l.ſi in rixa.in prin.

Secundo autem caſu principali, quando animo deliberato,& communicato conſilio, aut loquimur de iure communi,ſecundum terminos.d.l.Cornel.& omnes tenentur, quia omnes dicuntur habuiſſe animum occidendi.ut eſt gl.nor. & ibi Bar.& doct.in d.l.ſi in rixa.in prin.& Cy. & Bart.in d.l.is qui cum telo.

4 Aut loquimur de iure municipali, ſecundum ſtatuta locorum,& non tenetur niſi,qui occiderit, & realiter percuſſerit,ratio:quia ſtatuta ipſa puniunt factum, & non ſolum animum,& ſic potius attenditur factum quam animus, quamuis ex facto ſolo ſine dolo,& animo occidendi non infertur pœna corporalis:in tantum, q̃ lata culpa iſto caſu non æquiparatur dolo,vt eſt tex.in d.l.in l.Cor.& per conſequens cęteri qui non percuſſerunt a pœna corporali erunt abſoluendi, ſed tenentur de auxilio,& fauore minori pœna,vt ibi per eũdem etiam tenet Bald.in l.non ideo minus.in pen.col.in ver. iuxta hoc quæro.C.de accuſa.ubi dicit q̃ quãdo plures ſunt ſimul in eodem loco congregati, & contra vnum quem occiderunt aut vulnerauerunt, unuſquiſque tenetur de eo quod fecit,non autem de eo,quod alij fecerunt,licet niſi factũ magis diſtincte probaretur, quomodo, & qualiter *unus* impendiſſet auxilium alteri, & hoc quando facta *ſunt diſtincta* non cumulata, & clare probantur ut l. 2. §. ſiquis. ff. ui bon.rapto.

SVMMARIVM.

1 *Homicidium,ſi unico ictu factum ſit,& neſciatur a quo ex tribus,an omnes debeant condemnari.*
2 *Probatio in cauſis criminalibus luce clarior eſſe debet.*
3 *Percuſſus ſi quis ſit a pluribus, & moriens poſt aliquod tempus neſciatur,ex cuius ictu,an debeant omnes percuſſores puniri.*
4 *Occidens qui dicit ad ſui defenſionem occidiſſe, an ratione dubietatis debeat abſolui.*
5 *Clericus de iure canonico potius irregularis quàm innocens cenſetur in dubio.*

Sextò quæro proſequendo materiam,quid ſi non apparet,& iudici conſtare non poteſt cuius ictu,& vulnere Titius interemptus ſit † retẽtis eiſdem ter
1 minis.ſ.q̃ Titius unico tantum vulnere percuſſus, & interẽptus fuerit,an omnes ſint condemnandi, de homicidio:uel omnes propter hanc dubietatem abſoluendi.dic breuiter,q̃ ſi eſt tanta dubietas, q̃ nullo modo conſtare poteſt de uero percuſſore,potius omnes erunt abſoluẽdi, quàm omnes vel unus

Digitized by Google

unus eorum condemnandus.ita tenet eleganter. d.Spe.in ti. de hom.in 2.col.ver.Pone quod quatuor,ubi dicit ꝙ si quatuor erant in vna domo, & unus proiecit lapidem ex fenestra, & prætereuntem occidit,si constat ꝙ unus ex illis quatuor proiecit lapidem tamen nullo modo constare potest quis illorum proiecerit non erunt omnes condemnandi pęna capitis,quia certum est ꝙ unus tãtum proiecit, ergo tres sunt innocentes,nec debent unius delicto cæteri innocẽtes puniri per l.sancimus.C.de pę.& l.absentem.ff.eo.ti.quia tũc
2 nõ deficit ius sed probatio,vt l.sunt Titij.ff.de test.tute.† quæ quidem probatio debet esse luce clarior in causis criminalibus,& maxime in his in quibus tractatur de pœna corporali.l.sciant cuncti.C.de proba.2.q.8.sciant,hoc tamen limitandum est nisi omnes illi quatuor studiosè, & communicato consilio accessissent ad illam domum in eaque ingressi fuissent eo animo,& intentione, ut dictum Titium transeuntẽ lapide interficerent,quia isto casu omnes pariter condemnãdi erunt pœna capitis,ille qui proiecit ex facto proprio, cæteri vero de mandato tenentur,ita dicit Spec.in d.tit.de homi.uer.pone.

3 †Posset etiam hic inseri alia.q.quid si plures isti percusserum Titium & intulerũt sibi plura vulnerãt qui post aliud tempus reperitur mortuus,& nescitur ex quo vulnere, quia habebat plura vulnera lętalia in persona sua, & a pluribus aggressoribus illata,aut scitur ex quo vulnere perijt tamen nescitur a quo vulnus ipsum fuerit illatum, & quid si habebat vnicum vulnus lętale,cætera uero duo uel tria minora non lętalia,& a pluribus illata,& morruus fuerit,an omnes tenentur de homicidio quasi omnes occiderint uel nullus ratione dubietatis,de omnibus his uide Bar.in d.l. si in rixa. in 2.& 3.col.quæ hic non insero breuitatis causa quia sunt notissima.

4 †Et quid si duo adinuicem se insultarunt,& eodem tempore, & quasi momento admenantes adinuicem euaginatis ensibus vnus uenit occisus ab altero,superstes vero qui occidit dicit se defendendo illud fecisse ad sui defensionem, & probari non potest quis primo,& quis secundo insultauerit an ratione istius dubietatis ille occidens debeat absolui, vide Bar.in l.1.§.cum arietes.ff.si quadru.pau.fe. dica,& ibi late per d.Alex.in apostil.nunquid in dubio præsumẽdum sit illum fecisse ad sui defensionem uel ad offensam qui prius inceperit.Quæ autem diximus supra de eo qui pluribus vulneribus confossus mortuus est,& apparere non potest, cuius ictu perierit ratione dubietatis nemo punitur pœna homicidij,illud est uerum de iure ciuili quando agitur de pœna corporali,quia tunc necesse est quòd adsit dolus, & luce clarius probetur.l.in lege cor.ff.de sica.& l. fi.C.de prob.

5 †De iure autem canonico secus esset, quia in dubio clericus potius censetur irregularis quàm innocens, & propterea debebit se abstinere a diuinis licet clare perpendi nõ possit an ictu clerici vel alterius ille perierit,vt est tex.in c.significauit,de homi.& ibi Ab.Io.de Imo.& alij canonistę, ratio est quia illud fit fauore animę,& nullum corporis detrimentum infertur abstinendo,sed se immiscendo posset esse periculum,ut ibi dicitur,vide etiam Bar.in l.si ex plagijs.§.1.ff. ad leg.aquil.Bald.& Imol.in l.cum mulier.ff.solut.matr.in d. l.semel mora.co.ti.

S V M M A R I V M.

1 *Consanguinei homicidæ ipsum cum armis associantes ad locum tutum defendendo a manibus inimicorum, & curiæ,an censeantur participes & conscij criminis.*
2 *Associans malefactorem ad recessum,an censeatur associasse ad maleficium committendum.*

Septimo & vltimo silentio non

1 †prætermittam hanc vltimam q.in hac materia quæ sæpius contingit in facto,quòd si plures armati consanguinei, vel amici ipsius homicidæ statim completo homicidio in loco commissi criminis comparuerunt ipsumque homicidã associarunt,& reduxerunt ad locum tutum ipsum defendẽdo a manib. inimicorum, & curiæ,an ut participes & conscij criminis, & auxiliatores sint condemnandi, & similiter an præsumendum sit ꝙ fuerint conscij a principio de hòmicidio perpetrando,& quod communicato prius consilio illud fieri mandauerint uel studiosè procul steterint,& nolue runt se discooperire nisi post factuma,n teneantur de homicidio pœna capitis uel alia pœna & qua.respon.quòd aut isti associantes a principio communicato consilio cum ipso homicida uenerunt eo animo, & ad illum effectum, vt occultarent se prope locum criminis, & expectarent ibi donec perficeretur,& casu quo oporteret assisterent,& tunc tenerentur ut socij uel de auxilio.aut casualiter transeuntes per illum locum inuenerunt eorum consanguineum occidisse Titium:idem est si post factum audito rumore occurrerunt eorum agnato, quia non præsumitur a principio illos fuisse consçios, & non tenentur proutin simili decidit Spec.in tit.de homici.uer.pon. quod quatuor homines &c. ita dicit Saly.in l.unica in 4.col.ver.ex 6.parte,& 5.col. uersi. ex nunc transeamus.C. de raptu uirg. & Bald.in l.non ideo minus.C.de acc.in 8.col.uer.quæro an associans &c.ubi me
2 lius declarat istum articulum,† & quærit an ille qui associat ad recessum uideatur associasse ad maleficium committendum,ita quod puniri possit, ut auxiliator? & dicit quòd aut quis associauit ante factum,& nulli dubium est quod tenetur:aut post factum,& tunc aut immediate facto maleficio illi apparuerunt,& associarunt malefactorem siue homicidam,& tunc certum indicium est cõtra ipsos quod fuerint dicti maleficij consciij,& participes,& ut auxiliatores tenentur:ita dicit Bal.ibi qui alleg.tex.in l.si uentri.§.fi.ff. de priui. credi.& ita dicit ꝙ tenet Alb.ibi,& Cy.in l.1.C.de nili agge. non rump. Aut assoriarunt ex interuallo, & non potuerunt puniri ut socij de auxilio,ꝙ opem prçstiterint maleficio,sed poterunt puniri quemadmodum punitur rcceptator.ita dicit ipse qui dicit ꝙ Alb.& alij doc.hoc idem tenet, qua pœna teneantur receptatores uideri potest in toto tit.ff.& C.de receptato.

S V M M A R I V M.

1 *Compositio quid sit & quotuplex.*
2 *Qualitas essentialis triplex reperitur in qualibet anima rationali.*
3 *Compositio pœnarum quæ dicatur,& qualiter fiat.*
4 *Compositio pœnarum de concordia,& communi consensu fieri debet.*
5 *Ecclesia sanguinem abhorere dicitur.*
6 *Compositiones pœnarum absque causa rationabili non possunt fieri.*
7 *Mulieri facilius quàm uiro ignoscitur.Iudex ueniam indigno concedens prouocat uniuersos ad similia perpetranda.*
8 *Compositio lite pendente fieri potest,non autem post sententiam.*
9 *Pecunia quæ pro compositione soluatur,fisco solui debet.*
10 *Infamia ex crimine quibus uerbis aboleatur in compositione. Paciscens cum parte uel pecunia corrumpens,ne se accuset,infamiam non euadet.*
11 *Abolitio processus,& litis extinctio per quæ uerba fiat in compositione.*

De pœnarum compositionibus.

Sequitur nunc declaranda alia

species relaxationis quæ fit per compositionem pœnæ factã cum fisco aut cum curia.Et hæc est prima quæ fit lite pendẽte,ut supra diximus.

1 Primo enim quæro quid sit cõpositio, ut prçcedentium ordo seruetur. Respon.sumendo hoc uerbum compositio simpliciter, & generaliter. Compositio est plurium simplicium commixtio partis ad partes:quæ cadit tam in rebus sensatis,& intellectualibus quàm insensatis, & materialibus, vt est gloss.not.in c.1.de sum.trin.in uer.simplex,quæ dicit ꝙ in diuina essentia triplex figuratur persona sub eadem ta-
2 men substantia,& subiecto,eodem modo † in qualibet anima rationali,& in una essentia naturali siue substantia spirituali triplex reperitur qualitas essentialis, scilicet intellectus ratio,& memoria,intellectus enim est qui comparatur patri ratio id est sapiẽtia quæ comparatur filio, & memoria quæ comparatur spiritui sancto, de his tamen ulterius non me intromitto,quia non faciunt ad materiam nostram,hęc modica dixisse uolui pro aliquali notia istius uerbi, uide glo.ibi & latius d.Fely.in c.nouit.in 2.col.de iudi.

3 †Redeundo ad materiam nostram quæro quid est compositio in istis terminis.Respon.Compositio est cõuẽtio quædam per reum cum præside facta ex causa lite pendente de dubio criminis statu,de soluendo fisco certam pecuniarum summam ad effectum redimendi vexationes litis ut probatur in l.ab accusatione.l.destitit,& l.seq.ff. ad senatusconsul. turpil.& in auct.de defens.ciuit.§.quia uero,& c.fina. de tran sact.ubi est tex.no.Et antequam ad ulteriora procedã, not. ꝙ in hac materia duę sunt species compositionum, una est quæ fit cum fisco vel præside quæ concernit interesse reipu. Altera uero est quæ fit cum parte offensa quæ dicitur priuata ex quo concernit interesse priuatum.l. transigere. C.de transac.& d.c.fin.eo.tit. Examinemus modo singula uerba dictæ compositionis publicæ,quæ fit cum præside uel fisco. Dicitur enim primo ꝙ conuentio quędam &c.

4 Nam compositio ista fienda est de concordia & communi consensu,aliàs si uiolẽter fieret diceretur potius extorsio quædam illicita.l. 1. C. si per uim uel alio modo.l.extat.ff. ꝙ met.cau.& l.1.& 3.& l.lex iulia repetun.ff.ad leg.Iul.repetun. & ideo iudex vel alius magistratus teneretur in syndicatu ad restitutionem parti.d.l.1.& l.lex Iul.& l.extat. quamuis enim com-

Digitized by Google

compoſitiones iſtę ſæpius fieri conſueuerunt per iudices eccleſiaſticos etiam vbi de crimine plene conſtat, maxime in criminibus & in quibus veniret imponenda pęna ſanguis,& quæ commutatur in pecuniaria pęna. 17.q.4. ſi quis diaconus.& c ſeq.& hoc eſt quia † eccleſia abhorret ſanguinem.c. ſententiam ſanguinis.ne cler.vel m ona.& c.in Archiepiſcopatu.de rapto.li.diſtin.c.1.& de exceſ. præla.c.ex litteris.l.diſtin ſiquis viduam.vide Abb.& do.Ioan.de Imo.in d.c.ſiquis diaconus.17.q.4.& propterea iudices eccleſiaſtici ſunt faciliores in cōponendo & commutando pęnas q m in rigoroſa ſanguinis effuſione per iura prædicta:ſed iſta non dicitur proprie compoſitio diſpenſatio & commutatio pænę, vide Abb.in d.c.ſicut.& c.ſententiam. Item dicitur conuentio facta cum præſide ad differentiam illius quæ fit cum parte aduerſa,nam illa propriè appellatur tranſactio.l. tranſigere.C.de tranſact.l.fallaciter.& l.fi.C.de abolit.l.deſtitiſſe & l. ab accuſatio.ff.ad ſenatuſcont.turpil.

6 † Ex cauſa ideo dictum fuit,quia compoſitiones huiuſmodi abſq; cauſa rationabili fieri non poſſunt.l.aut facta.§ fi.& l.capitalium.§.ſolent.ff.de pæn.c.ſicut dignum.de homici.in his enim compoſitionibus plura ſunt conſideranda, & primo perſonę conditio, ut ſi aliàs ſit nobilis & honeſta perſona & in ſimilibus exceſſibus aliàs non incederit, vt cum eo admittatur compoſitio, aliàs ſi eſſet turpis perſona & criminoſus vel aſſuetus,non admittitur compoſitio ſicut non admitteretur diſpenſatio.vt.d.c.fi.de tranſ.& l.tranſigere.C.eo. tit.& l.fi.C.de abolit.& l.3. in fi.C.de epi. audi.Item qualitas facti,ne,ſit de atrocioribus vt eſt crimen hæreſis, læſæ maieſtatis,& ſimilium:item tempus, locus, intentio delinquentis,ętas, quia facilius cum minore quàm cum maiore componitur.

7 † Item ſexus, quia mulieri facilius ignoſcitur propter ſexus fragilitatem quàm viro,dummodo non ſit mulier maligna & rixoſa,& in ſimilibus aſſueta, quia non erit digna principis largitate & legis benignitate.d l.3.in fi.C.de epiſc.audi. cum enim iudex indigno veniam indulget ad prolationis contagium prouocat vniuerſos, quia facilitas venię incentiuum tribuit delinquendi.23.eſt iniuſta in fin. & in c.vt clericorum.de uit.& honeſt.cleri.l.1.C.de emenda.propin.Specu.in titu.de aduo.§. conſequenter. in fine.de qualitatibus enim prædictis conſiderandis habetur in ". reſpiciendum.§. delinqunt. & l.aut facta.§.1. & ſequenti.n..de pęn.& l.capitalium.§.ſolent.eo.tit.c.ſicut dignum.de homici.

8 † Lite pendēte,ideo dicuntur iſta uerba,quia poſt latam ſententiam ſero fieret compoſitio, quæ fieri non poſſet per judicem qui ſemel functus fuit officio ſuo.l.iudex poſtquam & ibi Bart.ff.de iudic.c.in literis.& ibi Abb. & Innoc.de offi. deleg.fieri tamen poſſet poſt latam ſententiam,principis auctoritate & decreto.l.prima.in fi.ff.de quæſtio.& ibi Bartol. & Moder. Antequam plene cōſtet de crimine,ideo dictum eſt quia liquidato crimine ferenda eſt ſententia,& iuxta determinationem iuris pæna erit certa ſtatuenda ſiue declaranda in ſententia.l.ſecunda.& l.fi.ff.de cuſto.reo.& l.capitalium. in principio.ff.de pæn.l.prima.§. primo.uerſic. nam ſi quidem.ff.ad turpillia.niſi euidēs ratio & vrgens cauſa aliud ſuaderet, quod pœna iuris permutari vel alterari deberet quod iudex facere poteſt, quia iſtud arbitrium habet a lege vt late ſupra diximus in titu. de legitim.ſenten.execut.queſtio. 6.ſiue vltima. & habetur per Bart.& docto. in dicta.l.aut facta.§.fina.& l.quid ergo.§. pœna grauior.ff. de his qui not. infamia. & alijs iuribus ibi not. ex quo ſequitur quòd poſtquam reus fuerit confeſſus crimen non poterit amplius fieri iſta compoſitio, ſed debebit ferri ſententia & certa pœna

9 declarari. Sequitur, in themate de ſoluendo fiſco &c. † pecunia enim quę ſoluitur pro compoſitione regulariter debet pſolui fiſco qa iſta cōpoſitio ſuccedit loco pęnę. l ſenatus.§.ſi qs delatorē & §. ſequen.ff.de iure fiſ.de iure tm canonico in foro eccleſiaſtico alio modo applicantur iſtæ pecuniæ compoſitionum, quia illarum medietas applicatur eccleſię,altera vero medietas diſtribuitur inter pauperes,niſi epiſcopus eſſet pauper. quia tunc poſſet illam medietatem pro ſuis indigentijs retinere.c.presbyteri.de pęn.17.q.3. qui ſubdia.conumalias enim ſi iudex pecunias ipſas pro ſe retineret vel imburſaret,teneretur crimine peculatus & de barrataria commiſſa,tenereturq; illas integraliter parti reſtituere cum maximo eius dedecore & ignominia.l.1.2. & 3.ff. ad leg.iuli.repetun.& not.in ca.ſciſcitatus. de reſcri.Dicitur etiam fiſco applicanda ad differentiam illius quæ applicatur parti quando fit priuata compoſitio quæ fit per tranſactionem.d.l.tranſigere.C.eod.titu.Supereſt vltima particula declaranda:ad effectum abolendi proceſſum & redimendi. &c † hæc uerba non abſq; miniſterio fuerunt apposita ſecundum Bart. in l.is qui reus.ff. de public. iudi. & in l.ſi reus paratus.ff.de procur.nam ex iſtis verbis euitatur infamia quę oritur ex illo crimine quando conſtaret de illo & ferretur ſententia,vt latius infra dicitur in ſequen. quæſt.præterea ſi diceretur:ad effectum euitandi pęnam,non ualeret compoſitio tanquam facta in fraudem fiſci.l.imperatores.ff.de pollicita.& reus per illa verba cenſeretur virtualiter fateri delictum, & non poſſet infamiam euitare.l. quoniam.ff.de his qui not.infamia.qui uero pacifcitur cum parte,vel illam pecunia corrumpit, nec accedat ad curiam ad illum accuſandum, non euadit infamiam,nec tollitur propterea effectus accuſationis vel inquiſitionis & nihil ſibi prodeſt compoſitio quo ad curiam ac ſi nihil feciſſet, & ita ſæpe faciunt Iudæi Romæ,quia pecunia corrumpunt aduerſarium ne accedat ad curiam & crimen iudici deferat.nihilominus poſtea per exploratores ſecretos quos ſpionos vulgariter vocant ſolent crimina poſtmodum deferri & comperta veritate acrius puniuntur, & ſic illarum pecuniarum expoſitio nihil ſibi prodeſt.l.fin.ff.ad turpi l.fallaciter.& l.fi.C. de abolit. vide Bart. in d.l.is qui reus.per illa enim verba,ad effectum redimendi vexationes litis &c. nota quòd per iſta verba fit

11 abolitio proceſſus & litis extinctio, † & perdendo uexationis iudicium redimit quietem. argu.l.fi.C.de feri.l.properādum.C.de iud.& c. finem litibus. de dolo & contu. & nota etiam quod per compoſitionem huiuſmodi fit abolitio proceſſus,non tamen reus abſoluitur vt innocens per diffinitiuam ſententiam.quia ad illam deueniri non poteſt *niſi plene conſtiterit de illius innocentia*. vt ſupra dictum fuit in titu. de abſolutio.Inno. in 2.q.& not. in l.1.§. fina.ff. de quæſtio. l. cuſtodias. & ibi Bart. ff. de publi. iudi. vide etiam dominum Pari. de Put. in d. ſuo tracta. ſyndica. in cap. compoſitio. fol. 40. vbi latius cæteris hanc compoſitionis materiam exponit.

S V M M A R I V M.

1 *Compoſitio cum quibus perſonis fieri poſſit.*
2 *Crimina veniæ remiſſionem ſemel tantum habere poſſunt.*
3 *Compoſitiones pœnarum quandam gratiæ ſpeciem continere videntur.*
4 *Veniæ facilitas incentiuum tribuit delinquendi.*

1 Secundo quæro cū quibus† perſonis fieri poſſit compoſitio.reſpon.q̄ non debet cum omnibus indifferenter fieri, ſed cum illis duntaxat de quibus ſperatur quod amplius in eiſdem criminibus non incident & qui erroris commiſſi facile ſe emandabunt, & cum illis quoq; qui ſemel tantum inciderunt in crimen, non autem cum illis qui delinquendi conſuetudinem contraxerunt.l.

2 3.in fi.C.de epiſ.audi.vbi ſingulariter dicit Imperator † remiſſionem venię crimina niſi ſemel commiſſa non habeant nec in eos liberalitatis Auguſtæ referatur humanitas,qui impunitatem ueteris admiſſi non emendationi potius, quàm conſuetudini deportauerint. & licet tex.ille loquatur in caſu quo delinquens ex mera principis liberalitate ueniam cōſequutus fuit,nihilominus doc.ad hanc *compoſitionis ſpe-*

3 *ciem* frequenter accommodant, & merito, † quia compoſitiones huiuſmodi ſpeciem quandam gratiæ in ſe continere dicuntur per quas primo conſeruatur fama illæſa,& proprij criminis pęna minuitur.in c. de traſ. 17.q.4.ſi diaconus. & in c.2.de pen.c.ſicut dignum.de homi. & ideo negari non poteſt q̄ quandam gratiæ ſpeciem in ſe non contineat, *uide* tex.not.l.1.C.de emenda propin.ibi quos ad uitæ decora domeſticæ laudis exempla non reuocant, correctionis ſaltem medicina compellat.ad idem eſt tex.iuncta gl.in cut clericorum de ui.& ho.cleri.& Spec.in titu.de aduo.§. & conſequēter.in fi.23.q.4.eſt iniuſta.in fine.dum dicitur cum uni iudex indigno ueniam indulget ad prolapſionis contagium

4 prouocat uniuerſos.† facilitas enim uenię incētiū tribuit delinquēdi.& propterea qui huiuſmodi moribus corrupti ſunt ab ipſius compoſitionis beneficio tanquam indigni merito repellendi ſunt per iura prædicta.

S V M M A R I V M.

1 *Compoſitio in quibus caſibus, ſuper quibus criminibus, & an in omnibus fieri poſſit.*
2 *Index in atrociſſimis delictis principe inconſulto componere non poteſt.*
3 *Iudex quibus caſibus ſeu cauſis moueri poſſit ad componendum, & ad pœnas mitigandos.*

Tertio quęro in quibus caſibus

1 †& ſuper quibus criminibus fieri poſſit hæc compoſitio, & an liceat in omnibus generaliter componere. Reſpon quidam dixerunt, quod in illis caſibus & criminibus in quibus reus

Digitized by Google

reus transigere potest, in eisdem quoq; ei componere licet, ita econtra vbi transactio denegatur ibi etiam compositio non permittitur, quia compositio & transactio idem sonāt vt est tex. in l. ab accusatione. in princ. ff. ad turpil. & in c. fi. in prin. de transact. tu autem dic, aut loquimur de compositione priuata illa. s. quæ fit cum parte offensa & quæ concernit interesse priuatum: & ista habet conformitatem & similitudinem transactionis & fatendum est quod fieri potest in casibus & criminibus illis in quibus transigere licet per d. l. ab accusatione, & per ea quæ notantur in d. c. fi.

Aut loquimur de compositione publica quæ fit cum fisco vel curia, & quæ concernit interesse publicum. Et ista indistincte in omnibus criminibus fieri potest ex quo succedit loco pœnæ, d. c. fina. de transact. & c. 2. de pœnis. 17. q. 4. si quis diaco. not. Bald. & doc. in l. venia super gl. fi. C. de in
2 ius voc. † tu autem clarius distingue quòd aut nos sumus in atrocissimis delictis vt est crimen læsæ maiestatis & hæresis, raptu virginum, & similium, & in istis iudex componere non potest nisi principe consulto & de eius expresso mandato. l. quisquis. in prin. & l. meminisse. C. ad leg. in l. maiest & l. 1. in prin. l. lege. 12. tabul. & l. fi. ff. eo. tit. ratio est quia per istud crimen in personam ipsius principis vel sui status tranquillitatem machinatur, vt in d. iuribus. & l. maiestatis. ff. eo. ti. & ideo in istis non licet cōponere absq; illius scientia & cōsēsu q principaliter lęsus reperitur, ut d. l. meminisse. & l. j. ff. eo. ti. & l. vnica. C. de raptu virg. §. pen. vbi est inhibita concordia patri puellæ raptæ cum ipso raptore. Aut sumus in alijs criminibus atrocioribus istis exceptis, vt est crimen assassinij, falsę monetæ, veneni propinationis, homicidij & similium, & tunc aut plene constat de crimine, aut non constat plene, sed adsunt pśumptiones vehemētes, & indicia vrgentia, primo casu non licet iudici ad compositionem ipsam deuenire, sed debet prosequi causam vsq; ad finem, & certam ferre sententiam penasq; a iure statutas imponere. l. cum reis. & l. sancimus. C. de pe. & l. fi. C. de cust. reo. quod uerum puto ni
3 si † iudex ex iustis & rationabilibus causis ad aliud declarandum moueretur, quia si aliqua iusta causa est, minoris ætas ignorantia, error, casus fortuitus, aut iustus dolor, vel alia similis cā quę animum iudicātis moueret ad mitigandum pę nas & iuris statuti rigorem, tunc ad compositionem istam deuenire posset, quippe cum pœnas certas a lege statutas ex qualitatibus & rationibus & causis supradictis minuere alleuiare uel in alteram speciem commutare potest etiam si ferratur sententia, & hoc arbitrium ipse iudex habet a lege, ut supra latius diximus in titu. de executio. sent. q. 6. l. respiciendum. §. delinquunt. & l. aut facta. §. fin. l. si quis aliquid. §. instrumenta. & l. absentem. §. fi. ff. de pœn. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infa. l. ab accusa. in princip. ff. ad senat. consul. turpil uide tex. ualde not. in c. fi. de transact. & Specu. in tit. de præparat. iudicio. §. primo. uersicu. circa iudicem. & uersicu cæterum. & habetur. 90. distincti. studendū. & 5. quæsti. secunda. si primates. & ibi Domi. Archiadiac. 17. quæstion. 4 qui subdiaconum. ubi de multiplici compositione pœnarum habetur mentio. & per canonistas in dicto ca. fina. de transactio. & in cap. 2. de pœn. & ibi Abb. Secundo uero casu quando non plene constat de culpa rei, & tunc nulli dubium est quod fieri potest compositio per iudicem, cōcordata tamen parte læsa, & ita intelligatur tex. in dicto ca. fina. de transac. & in dicto. c. secundo. de pœn. & 5. quæstio. secunda. si primates. & 90. distinct. studendum 23. quæstio.
4 5. circumcelliones. & 22. quæstio. 4. Innocens. † aliàs si fieret compositio parte non concordata posset reclamare in iudicio & prosequi iudicium contra ipsum reum pro suo interesse. ita not. c. tenuit Salicet. in l. si pro fure. ff. de condi. furt. & est gl. not. & ibi Bald. & in l. venia. in gloss. fina. C. de in ius uocand. duntamen compositio ipsa fiat aliqua rationabili causa & cum persona honesta quæ istud beneficium mereatur, consideratis etiam criminum qualitatibus, & facti circunstantijs, & his similibus, ut in dicto capitulo fina. in fin. de transactioni. & habetur in capitul. significasti. de homicid. & per Bar. in d. l. respiciendum. §. delinquunt. & l. aut facta. l. si quis aliquid. §. instrumenta. ff. de pœn. & Bart. in l. 3. §. diuus. & in l. si in rixa. ff. ad legē Corneliam de sicar. & l. quid
5 ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui notan. infamia. † Aut sumus in minoribus delictis, in quibus iudex habet maius arbitrium, & non est dubium quod iudex potest in illis quandocunq; deuenire ad compositionem parte maxime concordata, ut dicunt canoni. in dicto cap. fina. de transact. & in dicto cap. secundo de pęn. & Archidia. in dicto cano. studendum. 90. distinct. & 5. quæstio. 2. si primates. & per Specu. in titu. de offi. om. iudic. §. deseruit. uersi. & generaliter. & idē Specul. in titu. de prępar. iudi. §. 1. uersicu. circa iudicem, & idem etiam in titu. de treug & pac. per totum: ubi plenius uide. Quibus sic supra conclusis non ob. text. in c. 1. & 2. de collu. dereg. ubi not. quod licet partes ipsæ. s. reus & accusator inter se cōposuerint, & concordauerint, adeo quod crimen intentatū non prosequerentur ulterius, nihilominus iudex nō debebit desistere, quin ad vlteriora procedat usq; ad finem, quia ibi fuit facta collusio fraudulenta inter partes ipsas intercueniente pecunia, & ad effectum fraudandi iudiciū siue fiscum, & propterea non tolleratur quin ea non obstāte ad vlteriora in crimine procedatur. & hoc uidetur innuere tex. ibi in fi. in uers. nō ex charitate: & melius gl. in d. uers. hoc declarat, quod facta bono zelo tolerari potest, per tex. in d. c. fi. de transact. & 5 q. 2. si primatus & 90 distin. uidendū. uide Abb. & Io. de Imol. in d. c. 1. & 2. de collu. dereg. & in d. tit. ff. de transac. & Spec. in d. tit. de offic. omn. iud. d. §. de seruitu. §. generaliter. & & per d. Fel. in rubr. de treug. & pac. & per Io. And. in add. ad Spec. in tit. de præpara. iud. §. 1. uers. sed qd si est iam in causa concluſum &c. vbi allegat multas cōcordantias & doctrinas doct. adhoc vide Bart. in l. cōgruit. ff. de offic. præsid. in fi. & Bal in d. l. transigere. C. de transact. & idē Bal. in l. uenia. in fi. C. de ius uocand. & Ang. in auth. ut litig. iurent. §. fi. Bal. in l. qdā estimauerūt. ff. si cert pet. & in l. ex stipulatione. C. de sent. & interloc. omn. iud. & uideas etiā licet confuse loquatur in hac materia dominum Paris. de Put. in suo trac. synd. in c. cōpositio. fol. 40. & Bar. in d. l. is qui reus. ff. de pub. iud. & Panor. & canonistas in d. c. fi. de transact. & c. 2. de pœnis. cum similibus.

SVMMARIVM.

1 *Reus an dicatur delictum confiteri per compositionem factam cum fisco cum consensu partis læsæ.*
2 *Reus componens quando delictum fateri censeatur.*
3 *Aduocati & procuratores compositionem fieri procurantes, qua debeāt uti cautela, ut compositio fit tuta.*
4 *Compositio priuata de famoso crimine facta cum parte irrogat infamiam.*

Quarto quæro an per composi-
1 tionem † factam cum curia uel fisco intercueniente consensu partis læsæ, reus censeatur frateri delictum, ita quod incurrat infamiam saltem facti. Respons. aut compositio ipsa fit mere cum præside uel iudice pro publico interesse & secundum illam formam traditam supra. q. 1. scilicet ad effectum euitandi incommoda litis & redimendi vexationes iudicij, & nullam incurrit infamiam isto casu, nec iuris, nec facti, quia per illa uerba nunquam uidetur fateri delictum secundum q̄ dicit Bar. in l. infamem. ff. de pub. iud. & in l. iusiu. & ad pecunias. §. ait p̄tor. ff. de iur. iu. uide etiam Bart. in l. si reus paratus. ff. de procur. ubi tradit istam cautelam quādo fit ista oblatio per compositionem cum curijs, uide Bal. in d. l. si reus paratus. & in l. si seruum. §. nunc uideamus. ff. de uerbor. obligatio. & Bart. in l. quoniam intelligitur. ff. de his qui no. infamia.

† Aut compositio ista fit ad effectum euitandi pœnam cri-2 minis, & hoc exprimitur in compositione, & isto casu nullū dubium est quòd reus per ista uerba censetur fateri delictū quia uidetur timere pœnam sibi inferri, quam nemo timere debet nisi ille qui est peccator & in culpa ut no. in l. 1. in princip. ff. de iust. & iu. & per consequens isto casu euitare non poterit aliquam infamię notam saltem facti per quam grauatur eius opinio apud graues & honestos uiros, uide Bar. in d. l. infamem. & d. l. quoniam.

† Et ideo sit bene cautus aduocatus, uel procurator qui ha-3 bet cliētulum suum incarceratum uel sub fideiussore obnoxium, qui cupit per compositionem istā a curia & illius molestijs liberari ut bene forment dictam compositionem & aduertant diligenter ad rationem siue causam compositionis quæ exprimitur, ut nullam faciant mentionem de pœna neque de crimine saltem dispositiue, sed solum assertiue & sub generalibus uerbis dicēdo, quia Titius reperitur in carceratus siue inquisitus & sub fideiussore detentus pro tali asserto crimine scilicet furti, homicidij, vulneris, insultus, & similium, ut dicitur perpetrati in personā uel in bonis Sempronij, ut dicunt, quod tamen esse uerum per dictum Titiū expresse negatur, nihilominus quia dictus Titius est pro suis negotijs grauiter occupatus, uel est de proximo recessurus ad longinquas partes ibi diu moraturus. uel est debilis, infirmus, pauper, aut aliam similem iustā causam exprimere, id circo cupiens reb. suis quiete uacare, & ab huiusmodi molestijs criminalis curię & actis iudicialib. liberari, ad infrascriptā cōpositionē deuenit cū Magnifico & eccellētiss. uiro Do. N. Præside, prætore, uel iudice, ut solueret centum fisco, & liberetur ab omni inquisitione. & processu præsentis causæ, uide Bar. in d. l. si reus paratus, & d. l. infamem, & l. quoniam, & Spec. de offic. om. iudic. §. 6. uer. & generaliter, & in titu. de præparat. iudicio. uer. circa iudicem, & in titu. de teste. §. 11. uers.

Digitized by Google

versi. fi. ubi dicit quòd iudex si uiderit expedire concordiã poterit quandoque partes terrere ut deueniatur ad compositionem, uide tex. in c. fi. de transact. & in c. 2. de pœn. & 17. q. 4. qui subdiaconum.

4 Aut nos loquimur de compositione priuata quæ fit solum cum parte paciscendo cum illa, & si compositio ista fiat super crimine famoso, & reus incurrit infamiam, quia per hoc videtur fateri delictum, & iste est casus iu d.l. quoniam. ff. de his qui not. infa. & l. athletas. §. fi. eodem titu. & ibi Bart. hoc tamen limitandum puto quando ista concordia fieret priuatim, & extra iudicium ignorante iudice, & curia, sed si fieret in iudicio mediante iudice, postquam præcesserat prior compositio cum curia, & fieret ad effectum eximẽdi reum ab ipsis uexationibus, & molestijs iudicialibus, non crederẽ q̃ isto casu reus incideret in aliquam infamiam, per ea quæ supra diximus in præcedenti membro, uide Bar. in d.l. si reus paratus, in d.l. infamem.

SVMMARIVM.

1 *Compositio an sit ualida cum fisco absque partis assensu facta.*
2 *Compositio, & pecuniæ fisco solute succedunt loco pœnæ.*
3 *Compositio extraiudicialiter fieri potest iudice absente, cui non præiudicatur.*

1 Quinto quæro an ualeat compositio facta cum fisco uel curia sine consensu partis offensæ. Respon. aut nos loquimur de interesse fisci quo ad pœnã criminis, & isto respectu ualet compositio, quia semel cum fisco concordatum fuit, & satisfactum, ideo nõ poterit isto respectu amplius molestari, argu. l. transigere. C. de transac. & l. 4. §. ait prætor. ff. de re iud. ea maxime ratione, quia compositio ipsa, & pecuniæ quæ soluuntur fisco mediante compositione succedunt loco pœnę ut l. si donatæ. §. 1. ff. de donat. inter uir. & dicemus infra. q. seq. aut loquimur respectu partis, & sui interesse, & ex quo pars huic non consensit non præiudicatur sibi quo ad suum interesse, & poterit prosequi iu-
2 dicium contra ipsum, sicut contra, quando compositio fit cum parte extraiudicialiter absente iudice per quam non præiudicatur fisco. l. quoniam. ff. de his qui notan. infam. & no. in l. transigere. C. de transac. & ibi Bartol. eodem modo non debet præiudicare parti quando fuit facta cum sola curia ar. l. fallaciter. & l. seq. C. de abolitio. & ideo isto casu pars poterit prosequi iudicium ratione sui interesse: sed reus tutus erit quo ad pœnam, per ea quæ supra diximus, si uero facta fuerit cum utroque scilicet fisco, & parte, & tunc tutus erit in omnibus, ut l. 1. C. de abolit.

SVMMARIVM.

1 *Index superuenientibus nouis indicijs an possit inquirere de crimine super quo fuit facta compositio.*
2 *Absolutus ab inquisitione potest iterato repeti si superueniant contra eum noua indicia.*
3 *Procedi quando possit super eodem crimine iã composito, aut abolito.*

Sexto quæro postquam reus fe-
1 cit † compositionem cum curia, an iudex poterit postea si forsan superuenerint noua indicia super eodem crimine cõtra ipsum inquirere. Respon. in hoc casu repetenda est distinctio, quam supra proxima q. posui, q̃ aut pars, & fiscus si nul concordati fuerunt, & non poterit amplius nec curia nec priuatus super dicto crimine procedere d.l. 1. & l. fallaciter. C de aboli. & per Bald in d.l. transigere, quia compositio, & illius solutio facta fisco succedit loco pœnę. l. si donatæ. §. 1. ff. de dona. inter ui. & uxo. idem tenet do. Par. de put. in tract. syndi. in c. an facta compositione, fol. 41. in 2. colum. aut alteri istorum duntaxat fuit concordatus, & ille qui fuit extra concordiam non impeditur quo minus iudicium prosequatur saltem pro suo interesse, ut supra proxime dictum est, ar. d.l. fallaciter, in princ.

Sed contra prædicta oppono de l. si cui. §. hisdem. ff. de acc. & l. fallaciter. C. de aboliti. ubi semel abolita accusatione uel inquisitione, si postea noua superuenerint indicia non impeditur iudex quominus possit de nouo contra dictum reum compositum procedere, & est gl. no. in l. si quis adult.
3 in fi. C. de adul. ubi ille † qui semel absolutus fuit ab inquisitione, & processu, siue ab obseruatione indicij, non est tutus quo minus si postea superuenerint noua indicia curia non possit iterum contra ipsum procedere, de quo late diximus supra in titu. de abo. in q. 2. Solu. iura illa procedunt quando est facta abolitio criminis gratuita, uel quãdo reus purgauit indicia per torturam, & sic quando fisc[us] nihil cõsequutus fuit pro pœnę uel loco pœnæ, nos autem loquimur in casu in quo facta fuit compositio, & soluta pecunia fisco quę loco pœnę succedit, ut d.l. si donatæ. §. fin. ff. de don. inter uir. & uxo. & l. senatus. §. si quis delatorem. & §. se. ff. de iu. fis. & hoc quo ad interesse publicum, & fisci: quo autem ad interesse priuatum non putarem istum etiam esse tutum qui composuit nisi quatenus cum parte concordauerit eo q̃ sua interest, & quatenus concernit interesse priuatum, ut supra proxime diximus, uide Bar. in d.l. si cui. §. hisdem.

Iterum oppo. d.l. 1. & l. fallaciter. C. de abolitio. ubi distin-
3 guitur, † aut abolitio processus fuit impetrata a præside uel prætore, aut a principe, primo casu non tollitur quominus iterum possit ex principis rescripto super eodem crimine procedi, secundo autem casu quando a principe obtinuit abolitionem erit tutus perpetuo. Sol. ibi loquitur in simplici abolitione gratuita quæ gratis fuit obtenta, hic uero in compositione quæ fit ex causa onerosa, & ideo non est bona consequentia de uno ad alium ex quo sunt diuersa l. fin. C de codicil. & l. 1. C. de impu. lucrat. descrip. li. 12.

SVMMARIVM.

1 *Reus pro quibus criminibus relaxari possit sub fideiussoribus.*
2 *Iudex retinens paratum præstare fideiussorem idoneum, syndicatu conueniri potest actione iniuriarum.*
Mulier honesta in leuibus delictis non debet personaliter detineri.
3 *Mulieres impudice & inhoneste etiã pro leuibus detineri possunt criminibus.*
Reus non relaxatur fideiussoribus, si crimen atrox sit.
4 *Membrorum suorum nemo est dominus.*
5 *Reus an possit relaxari fideiussoribus si pœna sit arbitraria.*
6 *Reus an possit fideiussoribus relaxari si in defectum penæ pecuniariæ esset imponenda corporalis. & nu. 7.*
8 *Iudex an possit nobilem magnæ conditionis de aliquo crimine delatum sub cautione relaxare, donec processus fiat.*
9 *Iudex circa custodiam & modum detentionis reorum amplum habet arbitrium.*

De fideiussoribus reorum.

Supra proxime uidimus de cõ-
positionibus pœnarum, primam speciem relaxationis reorum quando de crimine nondum plene constat, uidendum est modo de alia specie relaxationis quæ fit dum crimen est dubium, & iudex est in actu inuestigandi ueritatem quę fieri solet mediante fideiussore præstito per reum de se representando toties quoties fuerit requisitus, uel de non recedẽdo ex certo loco sine iudicis licentia, sicut de non exeundo de ciuitate, oppido, castro, aut palatio prætoris, & de soluendo pœnam.

1 Videamus † nunc pro quibus delictis sit relaxandus reus sub cautione prædicta. & dic aut sumus in criminibus in quibus uenit imponenda duntaxat pœna pecuniaria, quo casu aut reus fuit confessus uel plene conuictus, & non debet relaxari, sed detineri donec soluat pœnam l. si confessus. ff. de custo. reo. aut non fuit confessus neque conuictus, & debet relaxari præstita idonea cautione de se repręsentãdo uel de non recedendo ex certo loco, ut dicit Bar. in d.l. 1. ff. de cust. reo, ubi post Iaco. de arena declarat istum attic. reducendo ad practicam, pro quo facit tex. in l. fi. C. eo. tit. & l. 1. & l. si quis ff. eo. titu. in quibus iuribus in effectu disponitur quod in criminibus illis in quibus uenit imponenda pœna pecuniaria reus debet præstito idoneo fideiussore relaxari, & ratio est, quia pœna ipsa pariformiter satisfieri potest fisco per fideiussorem sicut per ipsum, & principalem argu. l. denique & l. sequen. ff. de iur. fis.

2 † Quinimo si iudex uellet retinere eum qui est paratus præstare idoneum fideiussorem posset agi contra ipsum in syndicatu actione iniuriarum, ut not. Bar. in l. si uero pro condemnatione. §. 1. ff. qui satisda. cogan.

Fallit regula ista quando reus non haberet fideiussorem idoneum quia tunc detineri poterit secundum Bar. in d.l. 1. ff. de custo. reo. & in d.l. si uero. §. 1.

Mulier autem honesta in causis criminalibus si crimen sit leue uel de non atrociorib. non debet personaliter detineri neq; incarcerari, sed fideiussoribus relaxari si habeat facultatem fideiubendi, si uero non haberet fideiussorem similiter non detinetur sed statur sue iuratorię cautioni, & relaxatur si autem crimen esset de atrocioribus, tunc non incarceratur apud uiros, sed intruditur in monasterium uel assisterii custodienda, uel apud honestas matronas conseruatur, ita dicit tex. no. in auc. ut nulli iudi. §. necessarium. uersi. si uero crimen, translata in auct. uero crimen. translata in auc. nouo

iure.

Digitized by Google

iure.C.de custo.reo.hoc tamen intellige de mulieribus ho-
3 nestis,& quæ honestam vitam agunt. † mulieres vero impu dicę,& inhonestæ nō habent istud priuilegium.ita dicit Bar. in d.auct.ut nulli iudi.d.§.necessarium.uide Bal.& doct.in d. auc.nouo iure.

Quando vero crimen est atrox vel est tale de quo uenit imponenda pœna corporalis,siue corporis afflictiua,isto ca su non debet reus regulariter fideiussoribus re.axari,sed per sonaliter detineri.rō est ne cludatur iudicium si postquàm repertus fuisset culpabilis fugam arriperet iudicium eludere tur, qm̄ huic pęnæ corporali non pōt per alium quàm per ipsummet reum principalem satisfieri etiam si fideiussor expresse se obligasset ad pœnam corporalem , & diceret velle subire pœnam in corpore suo in euentum, in quem delatus
4 curiæ reperiretur culpabilis,nō pōt,† quia nemo est dñs mēbrorum suorum.l.liber homo.& ibi Bar.ff.ad l.Aquil. & uide Bar.in d.l.1.de custo.reo.& uide.23.q.5.de occidendis. & c.si non licet.& c.cum homo. in quibus quidem iuribus hr̄, quod quando sumus in hmōi criminibus in quib.uenit infe renda pœna corporalis fit distinctio personarum pro modo facultatum,dignitatis,honoris,criminis qualitate, innocen tia rei,& similibus,secundum quod dicit tex.in l.1. ff.de cust. reo.& secundum ista iudex arbitrabitur an reus sit detinendus in carceribus,vel in palatio militibus custodiendus, vel fideiussoribus committendus,qui erunt fideiussores non de representando, sed de sistendo in certo loco, & non recedendo ab illo,aut in uinculis conijciendus secundum quod declarat Bar.dictum illud la.de Are.in d.l.1.in 2.col.& sic iu dex secundum qualitates,& conditiones istas arbitrabitur modum detentionis ipsius rei secundum quod considerat iurisconsultus.in d.l.1.

5 Aut sumus in crimine,ex quo uenit imponenda pœna arbitraria,& isto casu an reus sit fideiussoribus relaxandus vel non.Bar.in d.l.1.ff.de custo reo.dicit, quod aut delictum est adeo turpe,quod uerisimile est,iudicem impositurum pœnam corporalem,& iudicatur sicut de pœna corporali sim pliciter.& ideo non erit fideiussoribus relaxandus. d.l.1.ff.de custo.reo.aut uerisimile est iudicē arbitrari debere pœnam esse pecuniariam,& poterit relaxari.d.l. si uero pro condem natione.§.1.ff.qui satisd. cog. quia isto casu iudicatur de eo sicut de crimine pro quo uenit imponenda pœna pecuniaria simpliciter.d.l.si uero.& vide Bar.in l.d.1 ff.de custo.reo. qui tamen non ita distinctè loquitur.

Sed quærit̄, quid si in defectum pœnæ pecuniariæ veniret imponenda corporalis an tunc poterit sub fideiussoribus relaxari.& concludit,quod non regulariter.deinde dat modū, & cautelam quomodo possit relaxari,uide ibi per eum.

Bal.autem in d.l.nullus.C.de exhi.reis.aliter distinguit, &
6 clarius ac copiosius dicens.† Quod aut sumus in crimine ex quo uenit imponenda pœna ordinaria aut extraordinaria,& arbitraria. Primo casu quando ordinaria, & determinata aut est pœna corporalis aut pecuniaria, si corporalis nō erit fideiussoribus relaxandus,immo detinendus, & custodiendus in carcere d. l.nullus.in fin.& l.si quis in ea. C. de custo. reo.& l.1.ff.eod.tit. quando autem esset confessus delictum aut legitime conuictus,non solum est detinēdus , sed etiam in uinculis conijciendus,& supponendus donec feratur sen tentia,& mandetur executioni.d.l.nullus.in princ. & l.si confessus.ff.eod.ti.ideo tunc non est fideiussoribus relaxandus, quia fugiendo posset illudere pœnam, & iudicem simul,qm̄ non est in ptāte fideiussoribus soluere iudicatū , ita dicit Bal. & in d.l. nullus. Si autem est imponenda pœna pecuniaria, aut reus est confessus delictum aut conuictus, & similiter non est relaxandus,sed detinendus,& confestim condemnā
7 dus.d.l.1.& fi.C.de cust.reo.& l.si confessus.ff.eod.tit. † Aut non confitetur sed negat,& debet fideiussoribus dimitti, qui debent promittere de præsentando illum, & de soluendo pę nam delicti pro quo detinetur.ut d.l.1 ff.de custo.reor.& ex hoc no.quod Bal.vult quòd ille tex.in d.l.1. ff. de custo.reor. intelligatur etiam de fideiussore præstito de se representan-do,& soluendo pœnam,licet Bar.ibi dicat,quod lex illa debet intelligi de fideiussore præstito de non separando se nec recedendo de certo loco.quæ intelligētia Bar.mihi uidetur, quod nimis restringat tex.Et ideo mihi magis placet intellectus Bal.uel dic,q̄ intellegitur de utroque,ex quo tex. simpli citer loquitur nec magis se restringit ad unam speciem fideiussoris,quàm ad alteram imò secundum declarationem gl. in uer.fideiussoribus uidetur intelligere potius de fideiusso re de repræsentando secundum,q̄ ipsa exemplificat s. quando crimen esset leue , sed pro leui crimine regulariter uenit imponenda pœna pecuniaria.ideo fit relaxatio sub fideiusso re de præsentando.ut d.l.fi.C.de exhib.reis. & l.1.ff. de custo. reo.nimis enim durum esse videtur,q̄ quis detineatur in pa latio uel in alio loco ex quo recedere non possit pro tam le ui crimine,quia videretur detineri in carceribus, ex quo lo-
eus ille pro carcere haberur,ut no. Angel.in l.secunda.C.de exhib.reis.& Paris de Put.in trac.syndica.in c. an ptās qui ali quem tenebat arrestatum.fo.29.in materia carcerationis.uide gl.in d.l.1.ff.de custo.reo.in uersi. uel sibi. quæ hoc idem tenet.Et clarius hoc sentire videtur,q̄ tex. loquatur de fideiussore de repræsentando dum allegat tex. in l.cum clericis. §.1.& §.ipse uero.C.de episc.& cler.qui tex.proprie loquitur de fideiussore de representando,& stando iuri,& iudicatum soluendo sub certa pœna si recte inspiciatur.

Tertio uero casu quādo sumus in pœna arbitraria. & isto casu dicit Bal.considerandum esse criminis qualitatem, loci consuetudinem,& conditionem personæ.l.quid ergo.§.pœna grauior.ff.de his qui not.infa.unde si uerisimile est, quod pœna sit corporalis idem iudicatur,quod de ordinaria corporali,si uero consideratur,q̄ sit pecuniaria, idem seruatur, quod in pecuniaria ordinaria .

8 Post prædicta,quæro,& not.bene hāc quæstio.quæ sæpius occurrit in facto,quidam nobilis vir,& magnæ conditionis aut diuitijs copiosissimus, imputatur de crimine aliquo ex quo de iure communi uel ex forma statutorum venit impo nenda pœna corporalis.citatus cōparet, examinatus negat, iudex vult ipsum detinere donec perficiat̄ processus, & pur gentur indicia,iste replicat dicēdo,quod est paratus seipsum obligare de se repræsentando toties quoties , &c. sub pœna mille duca.&c.& de stando iuri,& parendo iudicato,uel dicit q̄ vult præstare idoneam cautionem de se repręsentando vt sup.quæritur an iudex poterit illum relaxare sub tali fideiussione,uel propria obligatione. & uidetur dicēdum quod non,quia cum sit pœna corporalis posset illudi iudicium,vt suprà proxime diximus.& no.in d.l.2.C.de custo. reo.& l.fi. C.de requir.reis.

Contrarium tàmen est, & ista est veritas quod iudex pro criminis qualitate,& magna personæ conditione pro dignitate uel innocentia poterit arbitrio suo detentionem ipsam moderari,& dictum nobilem dimittere, aut sub propria iuratoria,aut sub fideiussoris obligatione de se repræsentādo uel de non discedendo ex certo loco secundum quod notat Bar.in d.l.1. ff.de custo.reo.

9 Cōcludendum est igitur,q̄ iudex circa custodiam,& modum detentionis ipsorum habet magnum arbitrium a lege ut dicit iurisconsultus.in d.l.1.ff.de custo. reo. dum dicit,qd̄ de custodia reorum proconsul existimare solet an in carce rem sit recipienda vel militibus tradenda aut fideiussoribus committenda vel sibi,q̄ est quando fidei proprię obligationis ipsius rei iudex stare intendit,quod facere potest , ut dixi propter arbitrium q̄ habet a lege,& hoc sit aut ex criminis leuitate aut personæ nobilitate,dignitate , uel grauitate, seu propter ampliſſimas facultates:quibus coniecturis verisimi le esse uidetur ipsum reum non fugiturum nec iudicium de lusurum.ut d.l.1.& l.non omnes. §. a barbaris. ff. de re milit. & l.cum clericis.§.1.& §.seq.C.de episc.& cler. & per Bald.& Ang.in d.l.2.C.de exhib.reis.

S V M M A R I V M.

1 *Iudicis arbitrio remittitur qualiter reus custodiatur.*
2 *Innocens præsumitur cuius nocentia non probatur.*
3 *Modus rei custodiendi secundum criminis qualitatem committitur iudici.*

1 Iuxta prædicta succesiue quæro,quid si iste nobilis,vel ditissimus , vt supra,fuerit delatus de crimine graui ex quo uenit imponenda pœna mortis, nō tamen est de atrocioribus,& dicat nolle incarcerari, sed habere palatium uel vnam cameram in ipso palatio loco carceris,& ibi per milites custodiri,uel præstare idoneas cautiones de non discedendo ex loco prædicto, donec fuerit completus processus, an iudex poterit sine scrupulo iustitiæ illi complacere? & breuiter dic, quòd istud remittitur arbitrio iudicis,qui bene considerare debet criminis qualitatem,per sonæ conditionem , & illius innocentiam uel culpam , quæ coniecturari possunt ex qualitate indiciorum. si enim uiderit indicia esse leuia , uel procedere a maleuolis, & suspectis personis poterit coniecturari potius pro innocentia, quàm pro crimine ipsius detenti, & propterea isto casu poterit retineri in palatio,uel in aliqua camera cum cautione vel custodia militum , & hoc est , quod dicit tex. in dicta lege pri-
2 ma,uel pro innocentia personæ,& ibi glo. † quia potius præ sumendum est pro eius innocentia,quàm pro culpa,quia de bono uiro bonum præsumendum est.l,non omnes. §.a barbaris.ff.de re mili.& per Bartol.in l.si cui. §. ijdem. ff. de accusatoribus. & per Abba. & canoni. in capitulo afferte.de præsumpt. si uero delatus sit magis suspectus de crimine vel,quia indicia grauius stringunt cōtra ipsum, vel quia aliàs

Digitized by Google

commiſerit ſimile delictum, & ſimilia, & tunc non debebit ipſum extra carceres detinere ſecundum, ꝙ concludit Bart. & doct. in l. 1.

3 Pro quo facit. l. diuus. la. 1. ff. eo. ti. & l. 1. §. ſi quis in ea. & l. fi. C. eod. tit. in quibus omnibus iuribus committitur iudici cuſtodiendi modus ſecundum criminis qualitatem cuius arbitrium in his plurimum verſatur quemadmodum in exiſtentia, & grauitate indiciorum ad torturam. vt. l. 1. in prin. ff. de quæſt. & per Bar. in l. fi. ff. eod. tit. & diximus ſup. lib. 4. in prin. & l. teſtium. §. tu magis. ff. de teſtib.

De fuga incarcerati.

Nunc vidēdum eſt de fuga reo

rum, & in iſto titulo nigrum erit generalius rubro iuxta notata per doc. in rubr. ff. ſolu. mat. nam in proceſſu tractabitur de fuga carceratorum, & illorum quoque qui nondum fuerunt incarcerati.

Et quamuis plures ſint fugarum ſpecies, de illa tamen reorum fuga qui criminis occaſione fugerunt hic tractandum erit. & iſta eſt duplex, quædam, quæ fit ante incarcerationē, quædā vero, quæ fit poſtquam quis eſt intruſus ex ipſis carceribus. Videamus primo de illa, quæ fit antequā quis ſit incluſus in carcerem. & pro faciliori doctrina figurabo caſum.

SVMARIVM.

1 *Fuga ante incarcerationem an faciat criminis probationem. Probatio plena an inducatur ex fuga.*
2 *Probatio ſemiplena tantum ex fuga inducitur.*
3 *Fuga quandoque in delictum imputatur.*
4 *Fuga quandoque ad probationem alterius criminis inducitur.*
5 *Fuga officialis publici quid operetur.*
6 *Fuga ſola nonunquam in criminalibus plenam facit probationem.*
7 *Fuga eius, qui carceribus fractis aufugit plenam probationem facit.*
8 *Fugitiuus non præſumitur, qui ſtatim ſponte ſua reuertitur. Latitans in domo an dicatur fugiſſe.*
9 *Reus iurans, ſe ueritatem dicturum, an poſsit de mendacio puniri ſi mendacium dixerit.*
10 *Fugiens præſentiam iudicis ſæui non punitur.*
11 *Malum ſemper præſumitur de malo iudice.*
12 *Appellare præſumitur, qui ad ſuperiorem iter aggreditur.*
13 *Fugiens ex camera uel palatio poteſtatis in quo detinebatur, pro confeſſo habetur. Fugitiui an ſint ad ſententiam audiendam citandi.*
14 *Reus carceratus oſtium apertum reperiens non habetur pro confeſſo ſi fugerit.*
15 *Fugiens de licentia cuſtodis non habetur pro confeſſo. Fugiens ex carcere priuato non habetur pro confeſſo.*
16 *Carceres publici, qui ſint, & qui priuati.*
17 *Latitans domi ne capiatur an fugiſſe dicatur.*
18 *Debitor, qui ob multa debita iam contracta fugit, ſi reuerſus cum eis trā ſigat, an poſsit per unum ex illis ob fugam præcedentem ut ſuſpectus capi.*

Quæro primo an fuga quæ fit

1 ante incarcerationem † faciat probationem criminis aduerſus fugientem. Titius reperiur occiſus de nocte, ignoranter quis illum occiderit, & qui fuerunt eius ſocij aut fautores. Meuius, & Sempronius poſtquam dictum homicidium factum eſſe dicitur a ciuitate fugam arripuerunt, & neſcitur ex qua cauſa, quæritur an ipſa fuga probet illos eſſe iſtius criminis reos, & ſi non probatur plene an ſaltem ex dicta fuga ſemiplena probatio oriatur.

Reſpond. dixerunt quidam, ꝙ ex fuga huiuſmodi inducitur plena probatio ex quo fuga ipſa eſt maleficium. l. deſertorem. §. deſertor. ff. de re milit. & l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonem. ff. de edil. edic. &. l. impuberibus. ff. de ſuſpe. tut. & ibi Bar. & idem Bar. in d. l. deſertorem. | §. 1.

2 Quidam alij dixerunt, ꝙ ex fuga non inducitur plena ſed tantum ſemiplena probatio, vt eſt glo. in l. admonendi. ff. de iu. iu. & gl. in l. in bonæfidei. C. eo. ti. c. fi. de ſucceſ. ab inteſta. & c. fi. de iur. iu. & ibi per cano.

Quidam alij dixerunt, ꝙ fuga de per ſe in cauſis criminalibus nullam facit probationem plenam neque ſemiplenam ſed ſolum quandam ſuſpitionem, ita ꝙ fuga ſola non facit indicium ad torturam. & adducunt tex. in l. unica. C. de rap. uirg. ubi dicitur, ꝙ contra raptores fugientes ſi poſtea capti fuerint poſt legitimas, & iuri cognitas probationes ſine fori præſcriptione duriſſimis pęnis afficiātur, cum tex. ibi poſt fugam requirat exactiſſimas ſiue clariſſimas probationes, ſequitur ergo, ꝙ fuga nullam facit probationem, ita tenet Saly. in d. l. unica. Circa quæ breuiter dicendum eſt, quia cupio me expedire ſecundum, ꝙ eleganter notat Bar. in d. l. ad

3 monendi. ff. de iur. iu. & in l. lege Cornelia. ff. ad ſillan. † ꝙ quandoque fuga imputatur alicui ad delictum, & ſic fuga eſt ipſum delictum, & tunc probata fuga probatum eſt delictum, & ita intelligitur tex. in d. l. 3. §. de ſertorem. & §. emanſor. ff. de re milita. & l. quis ſit fugitiuus. §. apud labeonē. ff. de edil. edic. Quandoque fuga non inducitur vt delictum principaliter, ſed ad probationem alterius delicti, tunc ſi quidem ad ꝓbationem alterius criminis probandi ſufficit ſola ſuſpitio ſicut eſt in ſuſpecto tutore, & iſto caſu ſimiliter probatum eſt delictum, ꝙ conſiſtit in ſola ſuſpitione, & ita intelligitur tex. in d. l. impuberibus. in fi. ff. de ſuſpec. tut. & l. locorū. C. de om

4 ni agr. deſer. lib. 12. † Quandoque fuga inducitur ad probationem alterius criminis in quo requiruntur plenę, & ordinarię probationes. vt. l. ſciant cuncti. C. de proba. c. in literis. de teſti. & c. licet clamor. eo. tit. & tunc per fugam nō fit plena ꝓbatio ſed nec ſemiplena, ſed qualis, qualis præſumptio ſiue ſuſpitio. vt. l. lege Cornelia. ff. ad ſilla. & l. 1. C. de rapt. uir. & ibi Cy. Bal. Sal. hoc idem tenent. & Bal. in l. 1. in 5. col. C. de ſer. fug.

Concluſio ergo regularis ſit iſta, ꝙ quotieſcunque fuga non inducitur, vt delictum principaliter, ſed ad probationē alterius criminis, ad quod probandum requiruntur ordinariæ probationes. ut. l. 1. C. de rap. uirg. & l. fi. C. de prob. c. *in literis.* de teſti. & tunc fuga non facit plenam neque ſemiplenam probationem, ſed facit quandam ſuſpitionem. d. l. 1. C. de rap. uirg. & l. in lege cornelia. ff. ad ſillan. & Bar. in l. fi. ff. de quæſti. & per ea quæ diximus ſup. & notant Moder. pract. in eorum tract mal. de quibus late memini ſup. in ti. de quæſt. & tortu. q. 3. in materia indiciorum.

5 Quæ quidem concluſio fallit primo in omnibus officialibus publicis ſiue ſint officiales, qui præſunt iuſtitię, ſiue præſunt adminiſtrationi, ut in auct. de colla. §. ſuper hoc. & l. 3. C. de exacto. tribu. li. 10. quia iſti ſi tempore ſyndicatus, uel quo reddere debent rationem adminiſtrationis ſuæ aufugerint de loco in quo officium geſſerunt, illorum fuga facit ſemiplenam probationem regulariter. ut. d. auc. de colla. §. ſuper hoc. & §. ſi quis autem. & in auc. ut iudi. ſine quo. ſuffra. §. neceſſitatem, & in auc. de exhib. reis. §. ſi uero. etiā quidam ita, ꝙ præcedente fuga huiuſmodi actor eius aduerſarius non cogitur facere alias probationes de his, quæ petit, ſed ſolo eius iuramento ſtatur, quo iuncto cum fuga officialis inducitur plena probatio, vt in d. iuribus.

6 Quandoque uero inducitur plena probatio criminis contra reum propter odium fugæ, vt eſt caſus in l. ſi apparitor. C. de coarta. lib. 12. ubi dicitur, ꝙ ſi apparitor pendente iudicio contra ipſum tempore ſyndicatus ſiue reddendæ adminiſtrationis aufugerit, iudex debet cōtra ipſum emittere edictum peremptorium, vt compareat ad ſe defendēdum: quo non comparente poterit ferre ſententiam contra ipſum ēt abſentem, & nota ꝙ ibi eſt caſus ſingularis, ꝙ in cauſa criminali fertur ſnīa contra abſentē, & contumacē & fuga habetur pro plena probatione: cuius contrarium *diſponitur* de iure communi. l. abſentem. ff. de pę. & l. 1. & fi. ff. de requi. reis. & l. in lege Cornelia. ff. ad ſille. & l. 1. C. de rap. *uir.* cum ſi.

Quandoque autem non contra ipſum fugientem, ſed cōtra alium ſcilicet receptante hunc fugitiuum ex fuga prędicta inducitur plena probatio. ut. l. conſiliarios. C. de aſſeſſo. & ibi Bar. & l. 3. C. de exacto tribu. lib. 10.

7 Secundo fallit in eo, qui fractis carceribus cum conſpiratione aufugit, cuius fuga plenam facit probationem contra ipſum, vt. l. in eos. ff. de cuſto. reo. & latius declarabitur infra eod. loco ſuo.

Hæc tamen exceptio ſiue fallentia prior limitatur pluribꝰ modis, vt nō ꝓcedat, & primo qñ quis aufugit animo reuertendi, & deinde reuerſus fuit ſponte, quia non ſubijcitur pœnis prædictis, nec fuga inducit probationem contra ipſum iſto caſu. vt. d. l. deſertorem. §. 1. & ibi glo. ff. de re mili. & d. l. quis ſit fugitiuus. in prin. & §. apud labeonem. & ibi Barto. ff. de edil. edic. Sed qualiter probabitur, ꝙ habebat animum reuertendi. dic ꝙ per teſtes, quia forſan antequam fugeret declarauit animum ſuum coram teſtibus, ꝙ diſcedebat animo reuertendi. iuxta not. per Barto. in l. 1. §. ſi quis ipſi prætori. ff. de oper. nou. nunt. ſi uero per teſtes id probari non poteſt conſideratur conditio perſonæ an ſit nobilis, honeſta, & legalis uel potius uilis, & ſuſpecta, & ſecundum illius conditionem iudicare fugam, ut l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re

8 milit. † item attenditur an ſit diuturna uel breuis abſentia, quia ſi cito reuerſus fuerit, præſumitur, ꝙ aufugerit animo reuertendi, prout reuerſus fuit, aut diutius ſtetit abſens, & præſumitur, ꝙ animo fugiendi, & non reuertendi receſſerit d. l. deſertorem. §. emanſor. & ibi gl. & Bar. qui hoc bene notant. & d. l. quis ſit fugitiuus. in prin. & idem tenet Bal. in l. 1. in quinta col. C. de ſer. fugi.

Secūdo limitat, vt nō ꝓcedat qñ quis aufugeret aut latitaret cautus in domo nō eūdo ꝑ urbē nec apparēdo in publicū

poſt

Digitized by Google

post formatam inquisitionem aut postquam curia cepit cõ tra ipsum procedere, quia iuste timet persecutionem curiæ. ita not. dicit Bar. argu. illius tex. in l. 1. in fin. ff. de bon. eor qui ante sent. &c. ubi dicit, ꝙ fuga aut latitatio isto casu, ꝙ non fieret si adhuc nulla esset formata inquisitio uel accusatio, uel antequam curia cepisset cõtra ipsum procedere, quia si tunc aufugeret fuga illa faceret indicium contra ipsum aut saltem induceretur suspitio, vt l. lege Cornelia. ff. ad silleia. rõ est quia isto casu non ex alia cã quàm propria criminis con scientia aufugisse præsumitur, ita dicit Bar. in d. l. 1. quam doctrinam diligenter not. quia non reperi alibi, & est magni ef-
9 fectus, cuius. l. arg. dixerunt quidam. † Quod reus, qui iurauit super inquisitione dicere veritatem, & postea dixit mẽdaciũ vt saluaret vitam, quia negauit oĩa contenta in ea vera esse, ꝙ licitè potuit hoc facere, vt mortem euitaret, quia inra permittunt unicuique vitam, & sanguinem proprium, quouis mõ redimere, & non tenebitur de periurio, vt not. in d. l. 1. ff. de bon. eor. &c. vide Alex. in apost. Bar. in d. l. 1. in fi. ubi dicit ita fuisse consultum per plures peritos doct. prædicta tñ intellige esse vera, qñ est crimen tale ex quo uenit imponenda pœna sanguinis, vt. l. transigere, & quod ibi no. glo. & Bal. C. de transact. & d. l. 1. ff. de bon. eor. &c.

Tertiò limitatur prędicta exceptio qñ cõstabat, ꝙ quis debebat capi de facto, quia tunc licet aufugere, & euitare violentiam facti, & tunc fuga prædicta nõ operatur aliquid cõ tra ipsum, ita dicit domi. And. de Iser. in constit. regu. in c. vt participatio, vt refert, & sequitur do. Par. de Put. in tract. syn. in c. an iudex. fol. 52. in 2. col. in uol. meo.

10 Quartò limitatur, vt non noceat fuga qñ quis aufugit prę sentiam sęuientis iudicis, qui cõsueuit esse multum crudelis cum subditis suis, & in quo plus sęuitiæ, quàm iustitiæ reperi tur inesse. iste enim dicitur iustus timor, & fuga. isto casu dr̃ esse facta ex iusta cã, ita dicit idem And. de Iser. in const. reg. in c. grandis. & c. pœnam eorum. & dom. Luc. de Pęna. in l. li coloni. C. de agri. & censi. lib. 12. ubi dicit, ꝙ si quis timet sęui tiam impij iudicis in quo nulla est iustitia, sed tota crudelitas, a ufugeret ex curia in qua tenebatur aut custodiebatur
11 detentus non debet haberi pro confesso, † quia de malo iudice malum præsumendũ est. l. si quis per impressionem. C. ꝙ me. causa. argumen. l. non omnes. §. a barbaris. ff. de re mili. pro quo facit etiam, ꝙ not. Bar. in d. l. 1. §. si quis ipsi prætori. ff. de oper. no. nunc. ubi dicit, ꝙ ille, qui omnino aut probabiliter timet plęuitiam iudicis dubitans ne contra ipsum inuitum insęuiat, actus ille, qui fiendus erat coram iudice sufficit si fiat coram vicinis, & amicis. idem tenet Paris de Put. in d. suo tracta. syn. in d. c. an iudex. qui demum affert bonam cautelam officiali, cuius fuga faceret probationem contra ipsum, vt quotiescunque videret officiales syndicatores sibi inimicos, & suspectos iter arripiat ad superiorem cum protestatione, ꝙ non intendit per illum recessum arripere fugam, vt fugiat iustitiam, sed accedere ad superiorem
12 ut audiatur in causa sua iustitia sine suspitione. † nam qui arripit iter ad superiorem videtur appellare, & accessus ille loco appellationis habetur secundum Host. in c. ut debitus. de appel. de quo Bal. dixit esse tex. in l. sed si per prætorem. §. fin. ff. ex quib. cau. maio. & aliquid per Bart. o. in d. l. 1. §. si quis ipsi prætori. de ope. no. nun.

Sequitur nunc secunda exceptio declaranda, quando fuga sit ex carceribus, quo casu fuga facit plenam probationẽ, ut supra diximus: immo facit fugientem haberi pro confesso quoad crimẽ illud, ꝓ quo detinebaĩ. l. in eo. ff. de cust. reo. adeo, ꝙ iudex poterit ferre sententiam contra fugientem ac si fuisset vere confessus in iudicio, etiam ꝙ sit absens: ita sentit glo. & Bar. in d. l. in eos, ut sequatur confessionis effectus & est text. in l. si apparitor. C. de coarta. lib. 12. ꝙ not. ut dixi, quia est casus exceptus contra regulam iuris communis vt absens pro crimine damnari possit. d. l. absentem. ff. de pæn. cum simi.

13 Quod dictum amplia, vt procedat etiam in fugiente ex aliqua camera, vel ex palatio ptãtis in quo detinebatur sub custodia. ita tenendum est argu. illius tex. d. l. in eos. quia loca ipsa siue palatium dicitur esse carcer, quando quis detineretur in eo de mandato iudicis. ut est tex. & ibi notãt doct. in l. 1. ff. de custo. reo. uide Io. An. in addi. ad Spec. in titul. de præsum. §. species. uer. uiolenta.

Vbi vult, ꝙ etiam arrestatus in ciuitate aut palatio, pro crimine, si fugit in arresto habeatur pro confesso, vide ipsum q copiose narrat istam materiam in d. addit.

Qui quæritur an sit necesse dictos fugitiuos citare ad sententiam, quando sunt absentes. & concludit demum, ꝙ non, contra quem videtur esse tex. in d. l. si apparitor. C. de coarta. lib. 12. ubi absens per fugam citandus est ad sententiam edicto peremptorio, ut infra certum terminum compareat, quo elapso, & non comparente iudex poterit ferre sententiam contra absentem, & hoc videtur esse magis tutum pro sententia, ut per edictum saltem citetur, ut. l. properandum. C. de iudi. ꝙ tenet ẽr glo. in d. l. si apparitor. ideo cogita.

Hæc ẽt exceptio recipit nonnullas limitationes, & primo vt non procedat, quando quis esset incarceratus, pro inquisitione generali, sed solum, qñ ex speciali inquisitione, & pro certo crimine. ita singulariter, limitat Bald. d. l. eos. in consi. 230. 1. li. ꝙ incipit primus qõnis articulus, ubi dicit. d. l. in eos, ita debere intelligi, secundum ꝙ refert Ioan. An. in d. addi. de qua sup.

Secundò limitatur, ut non procedat. d. l. in eos. nisi fuga ipsa facta fuerit cum conspiratione prius habita in carcerib. cum socijs hoc modo habetur pro confesso, aliàs non vt dicit Bal. in d. consi. 230.

14 Tertiò limitatur, vt non procedat illa dispositio, nisi quando interuenit fractura carcerum alias si sine fractura aufugissent, quia exiuerunt per fenestras aut per ostium, ut quia inuenerunt ostium apertum, ut latius infra dicetur, non haberentur pro confessis. ita limitat Bal. in d. l. pen. in d. consi. qui dicit ita tenere Guil. de Cugn. in l. succurritur. ff. ex qui. cau. maio. idem tenet Bal. in l. in bonæfidei. in 9. col. C. de iureiu. ubi dicit etiam, ꝙ fuga incarcerati non probat contra, potestatem vel iudicem seu officialem.

Quartò limitatur, ut non habeat locum in eo, qui aufugit animo reuertendi, & deinde sponte reuersus fuerit, quia ille non habẽ pro confesso nec incurrit pœnas de quibus in in d. l. in eos. quomodo autem, & qualiter cognoscatur, ꝙ fugiens habuerit animum reuertendi satis plene dictum fuit sup. eo. in præcedenti excep. in prima fallen.

42 audiri non debet ueniens contra factum suum, & si de iure non tenuerit,ut.l.post mortem de adoptio. & l.per fundum de seruitut.rustico.prædio.& l.si creditoribus.C.de seruo pigno.da.& l.filios.quæ in fraud.creditor. & l.cum confiteris.
43 de reuo.dona.† Nam semel a se approbatum,non debet imorobare,ut l.Pomponius.de nego.gest.& l.cum mulier.solu. matrimon.& l.si uxor.§.fina.de adult.octaua, quæstion prima dilectus. rectè ergo dicetur, quod cum non existat de legitimis contradictionibus honoribus fungi non est prohibendus.l.rescripto.§.si quis.de mune.& honori.& l. final.de edi.diui Adrian.tollen.quantum enim ad istum liberas ædes habeo argum.l.licet competit.ff.si serui. uendi. Quartò inutilis principij,&c.† Nam contractus,& dispositio optime cō
44 ualescit deducta ad casum a quo potuit incipere,vt.C. si mafac.& l 3.in princ.de contra. iudi.& etiam institutio.ut in §. generaliter in auct.ut cum de appella.cogn. item datio libertatis.ut l.1.C.de his qui ad liberta. peruenī. non possunt & l. fratres de pēnis.Item legatum.l.fina.de lega.tertio , & l.non intelligitur.§.quando autem,de iure fisc. & l. si cognatis.de reb.dub.Item datio tutoris.l.furiosus.de tut.& in st. qui tuto. da.post in fin.Item datio iudicis.l.cum furiosus.de iudi. Item electio ad honores.l.rescripto.§.debitores.de mune.& hon. & l.lege. de decur.& l.quod ita.de edil. edic. Quinto dico qđ
45 cum in quolibet officiali tria oporteat concurrere , & vt sit, & uires habeat,scilicet quod sumat ex ipsa electione uires, & quod habeat effectum ex ipsa cōfirmatione,& quod agat ex ingressu officij,vt l.prima, de offic. præliden.& l.obseruare.§.post & l publius.de condition.& demonstrat.sicut dicitur in hærede,ut in §.extraneis. insti. de hæredi. quæ ab intesta.defer.& l.alienam.§.in extraneis.de hæredi.institu. & l.casus.§.1.de lega.primo. Nam statutum dicit quod *non possit* esse consul,quod esset de electione ut probatur in *l.1.* & *2.de* offic.proconsu.ubi proconsul Romam egressus,& antequam aduenerit prouinciam, quam debet regere,potest exercere ea quæ sunt uoluntariæ iurisdictionis,ex quo sequitur,quod iurisdictionem habuit,per electionem , & sic consul factus est , & sic electio quasi inhibita per statutum ,fuit ipso iure nulla, nec ex postfacto confirmatur,licet postea, electus fiat habilis,& impedimentum cesset.l.final.C. qui mili. non pos. ut dictum est.& per hoc patet,quòd non obstant postea allegata pro electo,quia quo ad actum dicitur consul, qui ex officio debito consulit,uerum antequam hoc faciat licet non actu,tamen nomen habet consulis, ut dictum est. Non obstant secundo allegata,quia procedunt, quando is qui eligitur est habilis, in quo obseruatur illud,quod si vult, & potest se excusare debet illud facere ab initio,ita loquitur,tertia qō. 1. licet. Sed si est inhabilis, potest quandocunque obijci,& reclamare,vt l.1.C.si liber aut ser.ad decu. Non obstant tertio allega.quia illa obtinent quando illud quod fit tenet ipso iure saltem naturali,quod hic non est,quia fuit contra statutum ergo &c.l.non dubium.C.de legib.& l.cum lex.de fideiusso.Nec obstat quarta ratio,quia casus contractuum, legatorum,libertatum,& similes sunt speciales contra regulam illam,quod ab initio,&c.& ideo non sunt trahendi ad consequentiam.Item leges quæ loquuntur in datione tutorum,& iudicum loquuntur in oneribus, non autem in honoribus, quibus non debent perfrui indigni.l.eum qui.C. de decurionib.Item illę leges,quæ loquuntur de electione,locū habent in eo,qui erat habilis,quod non est in bannito , ut dictū est. Super secūda qōne faciunt ista,eligendi a lege data cōcessio. Secundo effectus cessantis inspectio. Tertiò eligentis cessans inculpatio.Quarto inutilis actus ulla ꝓpenditio.Quinto sine iniuria permissa uariatio.Primo eligendi data cōcessio , &c.
46 Nam statutū seu cōsuetudo quasi est lex,& concedit habē-

ti

Digitized by Google

ti breue eligendi facultatem,quod concedi potest per talem legem efficaciter,ut l.nulla.& l.item eorum.ff. ꝙ cuiusq; uni
47 uersita.nomi.& l.non tantum.de decurion. † Item quia lex dat ordinariam iurisd.l.1.C de emancip. libe. & l. & quia.& ibi not.de iurisd.omn.iud. & in ordinariam iurisdictionem habentibus hoc seruatur,ut deficiente prima electione, iterum possint eligere,ut l.si præses.C.quomodo.& quando iu dic.& l.1.de sent.& l.3.de sent.& l.3.de accus.& c.cum in cũ. ctis.de electio.Secundo effectus cessantis inspectio, quia cũ lege cautũ sit ut habens breue eligat,intelligitur cum effectu ut ita eligat,ꝙ electionis fructum consequatur,& sic expiret eius potestas si electio sua ualeat & non aliter,argum.l.beni gnius.ff.de legib.& l.fi.de constit.princ.& l.2.§. hæc verba. ff. ꝙ quisque iur.& l.4.§.condemnatum.de re.iud. & l.fin. §.fi. de usur.rei iudic. Tertio eligentis cessans inculpatio,quia in nulla fuit culpa,quum potuerit probabiliter ignorare damnum,arg.l.quia difficile.de contrahend.empt.& auct.qui se-
48 mel.C.quomodo & quand. iud.† & sine culpa non debet quis suo iure priuari,vt l.tutorem.§.fi.de his quib. ut indi.& l.si cum dotem.§.si maritus.solut.matrim.& l. Titia.§.qui in uita.ff.de leg.2.& c.2.de cõstitutioni. Quarto inutilis actus &c. argum.l.quid tamen.& l.labeo.de arbitr.& l.qui per salutem.de iureiur.& l.cum indebitum.de conditio.indeb. & l. dotis de iure dot.l.hoc conditio.de conditio.& demonstratio.& leg. sed si pupillus.§.si in storia.de instito.act. & l. 1. si mens.fal.mo.dix.& in l.2.de optio.lega. Quinto sine iniuria præmissa uariatio,arg.l.si conuenerit.de iurisdictio. omn.iudic.& l.2.§.fi.sol.matrim.& l si cum dotem.§.eo autem tempore.eo.tit.& l.diuus.§.licèt de iur.cau.& l.cum hic status.§. penitus,de donatio.inter uir & uxor.l.nemo de reg.iur.nam quod nulli nocet &c.l.in creditore,de euictio & l.2.§. apud, de aqua plu.arce.& C.de precib.Impera. offeren.l.rescripta. econtra quod non possit iterum eligere faciunt ista Primo alterius uice permissa electio.Secundo eligentis culpę commissio.Tertio semel habita functio.Quarto per electionem semel facta præclusa uariatio. Primò uice alterius &c. quid uidetur electus non ab eo sed ab ordine qui eligendi potestatem dedit arg.not.in l.item eorum.§. si decurionis.quod cuiusque uniuersit.nomi.& in l.unum ex familia.in princ.de leg.2.& l.apertissimi. C. de iudic.& l.ita autem. §.gessisse.de administ.tut.per quod patet quod operatur iudici delegato cuius actus attribuitur delegãti. d.l.apertissimi.& l.fin.C.qui
49 & apud quos.† Nam delegatus uice delegantis fungitur. & non sua.l.1.de off.eius.& l.soler de iurisd.omn.iud. Sed si est similis delegato,non potest iterum eligere sicut nec delegatus pronunciare,etiam ubi sententia prima fuit nulla. l.si ut proponis.& l.præses.C.quomod. & quand. iudi.& l 4.de accus.& c.uenerabilis.de elect.Secundò eligentis culpę commissio,nam in culpa fuit male eligendo.l.nam & seruus de neg.gest.§.fi.& l.si cum.§ si. cum seq. ff. commoda. & l.cum mandato.de minor.& l si pupillus §. parui.de exercit. cuius pœna est,ut propter culpam perdat potestatem eligendi,cũ in eo culpabilis fiat.l.cũ q.C.de procurat.& l.fi.de administ.
50 tut.& l.quod quis. de regul. iur.† nam quod quis sua culpa non habet,perinde est ac si haberet,ut auc. quod locum. C. C.de collatio.unde in casu nostro ex quo per culpã efficaciter non eligit,perinde est ac si bene elegisset,arg. l.iure ciuili.de cond.& demonstr. Quod autem fuerit in culpa,patet, quia de facili potuit scire illius conditionem.l.regula.C.de iuris & facti ignoran. Tertio post electionem præclusa uariatio,argume.l.si arbitro.qui satisd.cog.& auc. offeratur.de lit. contest.& l.procuratores. §.1. & l. ꝙ in hæredem.§. eligere. de tributo.actio.& in l.huiusmodi.§.stichum.de leg.1.& l.statuliber. & l. si hæres. de legib.ubi etiam propter errorem non uitiantur eligendi facultate.Solutio, dic,quòd cum in eligendo, iste alterius uice fungatur ut dictum est,præsens & momentaneum habuit officium,arg.l.pecunię.de alimen.& cib.leg.& ad eligendum ministrum uidetur deputatus argu. l.unum ex familia.in princ.de leg. tertio. Vnde si in personã electi non cadit electio,nec apud ministrum supereſt ius eligendi,sed apud ipsos decuriones.l.si quis Titio.de leg.2 maxime quia de prima tantum electione cogitatum uidetur, non de secunda.arg.l.dotis.de iure dotium.& l.cum pater.§. pater.de leg.2.& l.boue.§.hoc termone.de uerb.obl.cum in continenti debuit eligere.l.cum quidam.de leg.2. Ex his ergo dico, hunc eligentem in continenti potuisse eligere,l& post tempus non licere,arg.l.statuliberum.de leg.2.& l.obligati.§. fi.de auct.tuto.

TRACTATVS

INSIGNIS AC PRAECLARISSIMVS editus ab eccellentissimo Iurisculto Domino Nello de sancto Geminiano, ciue Florentino,ac aduocato summe practico,super vtili & necessaria,quotidiana, ac practicabili materia de Bannitis.

Præludium cum diuisione operis.

IN ciuitatibus Italię cõmuniter reperiuntur statuta ędita contra bannitos pro maleficio,crimine,vel delicto disponentia interdũ ꝙ nõ audiãtur interdũ exprimit ꝙ possint occidi.interdũ ꝙ possũt offendi.interdum ꝙ possint impune offendi certo omni offensionis genere,interdum etiam offendẽtibus siue capientibus eos prędia statuuntur, interdum solũ ab honoribus uel officijs repelluntur, interdum etiam contrahere prohibentur.Quandoq; etiam in ipsorum fauorem aliqua statuuntur,propter quę statuta & alia ordinamenta sępissime,ut notissimum est,orta fuerunt,& quotidie oriuntur uarię & diuersę subtilitates & ponderosę quæstiones, quarum multę sparsim in commentis & extra commẽta doctorum iuris canonici & ciuilis,interdum bene ordinatę,interdum corrupte,& aliquando non perfectę,quandoq; in argumentis adductę reperiuntur, aliquando etiam occurrunt. Occurruntq; a nemine aut tractæ aut examinaræ. Et quia ex sæpius agitatis frequentatisq, solet maior utilitas & publica & priuata resurgere,& tanto maior quãto facilius in occurrentibus necessaria nostris oculis apponuntur.

Ego Nellus de sancto Geminiano Florentinus ciuis,& solo nomine legum doctor. Ad propriam & aliorum qui nõ multa uiderint, utilitatem, decreui ea quæ sparsim noui in unum breue uolumen redigere,non per modum pleni tractatus,quia ab alijs plene recteq; digesta quàm breuius(vtilitate tamen non obiecta)fieri poterit, concludiue concipiam neque per modum simplicis repertorij, quia etiam aliqua addam,& in repertis ab alijsque tractatis,& in his quę occurrunt occurentque,dum hoc opusculum compilatione subjacebit.& aliqua inuestigando ueritatis causa conabor adiungere.Illasq;.decisiones q̃ mihi uere uidebuntur addendo non ut pertinaciter asseram ea sic esse quæ scripsero, sed ut facilius ego & alii agentes possimus in occurrentibus necessaria reperire, & ut rectius subtiliusq; intuentibus aperiatur materia emendandi,supplendi.interpretandi,& corrigendi.

Et ut huius materia opusculi clarius dignoscatur,pręmittendum putaui plures esse species bannitorum,hoc nomine generaliter assumpto, de quibus tangam quæ occurrunt non omnia iura & loca in quibus habentur inserẽdo, sed aliqua potiora.ex quibus alia inueniri poterunt applicabo.

Quidam enim non propter maleficium,crimen,uel delictum sed propter morbum ne cæteros contagione inficiant banniuntur.de his habetur.C.de mendican. uali.lib.10.

Quidam de iure communi pro maleficio aliquo diffinitiue condẽnantur &in banno ponuntur,siue in exilium mittuntur.quandoque perpetuum,quandoq; temporale,ut habetur.C.de his qui in exi.dam.l.1.& 2.lib.10.

Quidam etiam aliter banniuntur, ut in auct. item nulla communitas.in auc.item quęcunq;.C.de episc.& cler.& ff. de pęn.l.capitalium.§.in exulibus & l. Cicero.& de inter.& releg.l.relegati.de fica.l.1.§.transfugas.de c.dimi.l.amissione. & de capti.l.hostes.cũ si.& per Guil.& Spec. de accus. §.sequitur.per Bal.C.de hęred.instit.l.1.& per Bart. in disputatione sua quæ incipit,Lucanę ciuitatis &c.

Quidam etiam pro maleficio non diffinitiuè sed contumaces adnotatis eorum bonis ponuntur in banno, de quibus & ipsius banni uirtute habetur.ff. de accus. l. absentem. & l.1.de requir.reis.& ibi per Cyn.& alios in l.1.C.eod.ti. & per Guil.in prędalleg.§. sequitur.in princ.

Quandoq; propter inobedientiam siue moram in ciuilibus causis ponuntur.in banno, & interdum traditur forma a statutis, quandoque solum procedit de iure communi, ut habetur.ff.de uent. inspi.l.1. § ex hoc rescripto. de admin. tut. l.3.de usi.feu.cap. 1.hic finit lex Con. incipit consuetudo regni. col.10. C.qui bon. ces.post.l.1.ff.si quis ius di, non obtemp.l.1.in fi.ff.ad leg.iul.pec l.cum eo autem.C.quomodo & quand.iudex.l.consentaneum.per Bart.in l.1.§ & post operis.ff.de no. ope.nun.per Guil.in Spec.de primo decreto §.2. ad fi.p 10.And.in add. eiusdẽ operis sup rub.de cess.act.

Quan-

Digitized by Google

Nello de S. Geminiano. De bannitis.

Quandoque diffinitiue ponuntur in bãno ex forma ſtatutorum, quibus cauetur quòd in criminalibus cõtra abſentes contumaces poſſit ad diffinitiuam ſententiam peruenirí & quod citati certo modo non comparentes habeantur ꝑ confeſſis, & imponatur ea pœna ſiue in banno ponantur ꝑ illa pœna quæ deberet imponi contra præſentes, & quod talia banna contra illos qui poſtea capti fuerunt debeãt intra breue tempus executioni mandari.

De primis quidem quatuor ſpecibus in preſenti opuſculo non tractabitur, niſi quatenus opus fuerit ad deciſionem eorum de quibus agitur, & ad diſcernendam ſeparationis rationem Sed interpoſitis aliquibus de quinta ſpecie, licet paucis ut infra patebit de his vltimis bãnitis qui dicuntur bãniti noſtri temporis, erit huius tractatus materia principalis aſſumpta ex dictis Iac.de Aren.qui breuem tractatum cõpilauit, & plures quæſtiones diſputauit Cyn.qui ſuper eo fundatus aliqua tractauit in d.l.1.C.de hæred. inſti. Bar.in lectura, & in ſua diſputatione, de qua ſupra. de Gan. in opere ſuo de maleficijs Alb.de Ros.in ult.parte ſui operis ſuper materia ſtatutorũ, & etiam aliqualiter in alijs partibus, & Io An. in pluribus locis, & maxime in add. ſuper d.§ ſequitur. in tit. de accuſ.uerſ.quid ſi quis. & aliorum: de quibus omnibus inferius, ut occurrunt, mentio ſuis debitis locis non occultabitur, ut ſic quæ forte ratione ujua non placerent, ſaltem placeant auctoritate, & etiam quæ ſine auctoritate aliorum dicẽtur facilius audaciuſq; poſsint corrigi, & emẽdatione ſuppleri.

Ad hoc autem tractandum præmitto tale ſtatutũ de quo vltimo loco mẽtio facta eſt, ſcilicet ꝙ cõtumax habeatur ꝑ confeſſo & c.de iure ualere per l. omnes populi.de iuſt.& iu. cum ibi not.C.de aſſer.tol.l 3. & per infinita iura quæ alle.ꝑ Guil.in d.§.ſequitur.in prin.in quibus contumax de iure cõmuni habetur pro confeſſo ꝙ etiã tenet Io.And.in c.veritatis.de dolo & cont.& Bal.in uſi.feu.in tit.de pace iur.firm.§. iniuria.ad ꝙ in l.gallus. § & quid ſi tantum.de lib. & poſth.& alleg.glo.quam dicit non eſſe alibi.in l.locorum. C.de omni agro deſer.li.11.ubi gl. dicit ꝙ talis contumacia eſt ficta probatio. An aũt alia ſtatuta de quib. ſupra mẽtio facta eſt ualeãt.uel nõ, dicetur ſuis locis, dũ de illorũ effectu tractabitur.

Et ut ex diuiſione iuxta iuriſcõſulti doctrinã materia clarius dignoſcatur. Hic tractatus diuiditur in tres partes principales, quia.

Primo tractabitur de tempore uſq; quo dicatur quis bãnitus. Adeò ꝙ contra bannum nullum reſtet iuſtitiæ remedium, in quo tempore examinabuntur quæſtiones illi tempori congruentes.

In ſecunda parte tractatus cõtinebit tempus poſt perfectum bannum, & quouſq; durabit, cum quæſtionibus circa illud.

Tertia pars principalis erit de tempore poſt finem banni & quæſtionibus circa illud. Et unumquodque tempus diuidetur in plures partes. Quia primum in quatuor. Secundum in tres. Tertium in duas, ut in eis patebit.

A primo igitur tempore exordium ſumenti debet occurrere examen ſignificatus huius nominis bannum ſiue bannitus, ſiue huius uerbi bãnire uel nominis uerbalis bannitio, & unde dicatur, ſecundum doctrinam. l.1.ff.de iuſtit.& iur.& l.1.ſi cer.pet. Sed qa in eius examine ueniunt tangẽda plura ſecũdo tẽpori cõgruẽtia, & maxime dũ tractabitur de his quæ tales banniti perdant, illi parti talis examinatio reſeruatur.

Et primum tẽpus expediam hoc modo, qa poſtq̃ in tractatu & ſic domo bannitorum verſamur, in qua nemo eorum maior eſt. l. apud. ff. de manu. uin. ſumam principum ab eis.

Diuido ergo primum ut prædixi in quatuor partes & erit prima.

De his qui poſſunt banniri ſiue in banno poni.

Secunda de his qui bannire poſſunt.

Tertia de ſolennitatibus in banniendo requiſitis.

Quarto an tali banno liceat querelare.

Et circa dicta tempora examinabuntur ſtatuta ſupra in principio relata cum ſuis quæſtionib. quas ut facilius contingat reperiri, unicuiq; particulę præmittam diſtinctim titulos ſuarum quæſtionum. Sunt igitur ut ad rem ueniam, primę partis primi temporis, ſcilicet de his qui poſſunt banniri ſiue in banno poni, tituli quæſtionum ſiue rubricę infraſcripti.

S V M M A R I V M.

1 *Primo traditur regula generalis.*
2 *Quæritur an exceptio ex conditione perſonę inquiſiti uel accuſati reſultans poſſit ante litem conteſtatam opponi ad impediendum banni prolationem, & inferitur etiam de exceptiõ. propter defenſionem uel vindictam ex forma ſtatuti competenti.*
3 *An ſemel bannitus poſſit iterum banniri.*
4 *An bannitus delinquens in loco a quo eſt bannitus poſſit conueniri in loco quo moratur.*
5 *An uniuerſitas in banno ponitur.*
6 *An formato proceſſu contra filios Titij nõ expreſſis nominibus proprijs, poſsint ijſdem filij eodem modo in banno poni.*
7 *An una pars expulſa de ciuitate puta Gibellinorum, poſsit ex contumacia banniri ab ea quæ in ciuitate remanſit.*
8 *An ex banno dato contra aliquem, puta Titium, poſsint affici filij deſcendentes, & ſi poſsent, qui in tali banno comprehendantur.*
9 *Quid ſi banniatur ſtirps uel latus Titij.*
10 *Qui filij & alij comprehendantur, an nati tantum, an naſcituri tantum, an omnes.*

Prima pars primi temporis.

1 Primo igitur quęro † qui ſunt illi qui poſſunt uirtute dicti ſtatuti quod dixi ualere in banno poni. Et quidem hoc primum faciliter expeditur. omnes enim illi qui poſsunt ex delicto præſentes diffinitiua ſententia condemnari poterunt abſentes citati ſecundum formã ſtatuti non comparentes tanquam confeſsi banniri. Et ſic ſecundum regulam leg.1.ff.de prætor.ſtipulat. ſequitur, quod omnes illi qui præſentes non poſſent condemnari, non poterunt banniri. Et ideò qui ex delicto non tenentur ſiue q tenerentur, ſed de iuriſdictione inquirentis uel aliter procedentis non exiſtunt, ſiue exempti ſunt, non poterunt in banno poni, ut habetur.ff.de furt.l.infans.& fal.leg. impuberem ad l. aquil. l. ſi putator. C. de fal. mo. leg.2.& ſi aduer. delic. leg.1. & 2. cum ff. quod ſine dubio uerum eſt, ſi iudici conſtat illos eſſe tales, ſecundum Bor. ff. de re iudic. l.quæſitum. & l.furioſo.& quod habetur per Innocent.in c præterea.de dilat.& per doct. in l.ex quacunque. ff.ſi quis in ius uoc.non ie.per Cyn in l.generaliter.C.de epiſcop.& cleric.per Bartol. ff.de iudic.leg.non uidetur. & ff. de iuriſdict.omn. iudic.leg. cum quædam puella. Si autem non conſtaret illos eſſe tales, procederet quandoque iudicium ut dictis iuribus. & ff.fami.herciſ.l.cum putarem. unctis. ff. de pœn. l.abſentem & de iudic.l.omnem. in quo examinandum eſſet, an minor poſsit in banno poni: de quo Alberic. præallegatus poſuit ubi ſupra in 79.quæſt.referens opinio omnium quæ habentur in l.clarum.C.de auctor.præſtan & in leg cum & minores uos.C.ſi aduer.rem iudic.& in l.non eo minus. C.de procur.& in l.ſi tutor.C.in qui.ca.in integ.reſti.non eſt ne. Nam aut habet curatorem & interuenit, aut non, uel non habet, ut ibi plene per Doct.in quo non inſto, quia ut prædixi a docto.ibi plene traditur.

Vnum tamen nolo omittere quòd interlocutoriam quã facit ſtatutum, ut quod contumax habeatur pro confeſsio patiuntur minores, ut habetur in dict.l. cum & minores.& eſt nota. dictum Bartol.in l. fin. eod. titul. ſi aduer.rem iud. per quod iam obtinui ualere iudicium uſque ad fictam litis conteſtationem, quæ inducitur ex forma ſtatuti elapſis quinque diebus utilibus a die primæ citationis, licet pro pupillo non comparuerit tutor.cum illa iuris interlocutoriam patiãtur minores etiam indefenſi, ut dictis iuribus.

Et tamen cautius quod iudices ſcientes inquiſitum uel accuſatum eſſe minorem ei curatorem conſtituant.inſtitut. de cura.leg.inuiti. ut ſic eo comparente teneat iudicium ſecundum Alber.ubi ſupra. Sed tunc ceſſabit bannum, quia illud datur in contumacem. Et ideò cum ut dixi ualeat citatio & proceſſus iudice ignorante, & inducatur a ſtatuto interlocutoria per quam habetur pro confeſſo, forte uerior eſt ſententia, quæ habet tale bannum ualere, licet ſubiaceat beneficio reſtitutionis in integrum, ſecundum nota. tamen in l.ſi minor.25.annis. omiſſam.& l.auxilium. §.in delictis.ff. de mi.& per Bart.in l.1.§.nuntiatio.de nou. oper. nunc. Et ad ſuppletionem & declarationem huius primæ generalis quæſtionis, uide in addit.Specul.in titul. de primo decreto. § ſequitur.uerſ.ſed pone. & ſeq. & quæ dicam infra.in 1.q.2. partis huius primi temporis.

Secundo quæro † formata inquiſitione uel accuſatione de crimine contra aliquem taliter quòd ex ſui figura procedat inquiſitio uel accuſatio, an ille inquiſitus uel accuſatus poſsit defendi ante litem conteſtatam excipiendo quod etiam ſi uera eſſent contenta in proceſſu procedi non poſſet, quia ille contra quem proceditur erat infans uel furioſus, uel faciet ad ſui defenſionem, uel ad uindictam ex forma ſtatuti, uel qui aduerſarius potuit impune offendi uirtute ſtatuti, puta quia malpagus uel bannitus? Et videtur dicen. quod non, quia tales exceptiones tangunt merita cauſæ ergo non poſſunt ante litem conteſtatam examinari. C. de proba. l. exceptionem.

Sed

Digitized by Google

Sed non insistendo in uerbis, contrarium credo, & ita pluries seruari uidi. Vbicunque enim per exceptionem propositam in uim dilatoriæ ostenditur accusantem siue inquirentem non habere ius accusandi uel inquirēdi, uel illud quod est propositum non esse delictum, semper potest nō ad effectum absolutionis diffinitiue sed ad impediendum processum proponi, & probari. Talis enim exceptio contestationē impedit. C. de his qui ad eccl. confu. l. si seruus, & ne quis ve. re. l. 2. & l. item apud labeonem. §. quod ait. ff. de iniur. & de adul. l. si maritus. §. præscriptiones, secundum Iaco. de Aren. & ff. de nego. gest. l. si pupilli. §. uideamus secundum Bart. in l. eleganter. §. si quis post, de condi. indebi. & de iureiur. l. nam & postea, in princ. & in l. absentem, in fin. ff. de pę. quod etiā sequitur Bal. in d. l. exceptionem, & sic poterit per hanc bannum impediri, & etiam per procuratorem sine dubio in crimine bus in quibus potest interuenire. In alijs autem restat disputatio de qua per doc. in l. reos. C. de accusa. & in l. 1. ad leg. fal. de plag. & in l. seruum quoque. §. pub. de procu. & plene per Bar. alios referentem in l. pe. §. ad crimen. de publi. iu. quod tāquam extra propositum ad prę̄sens non prosequor sed dicam infra in 2. parte secundi temporis. q. 14. ubi melius cadit.

Si autem de themate quæstionis plenius uidere uelis, nide in 37. q. Alberici prædicti, ubi post relationes opin. concludit exceptionem prædictam posse ante litem contest. oppo.

Vnum tamen nota quod non semper annullatur processus licet tali exceptione repulsa iudex procedat ad bannidationem facta pronuntiatione quod talia debeant post litem contest. reseruari, & factis citationib is secundum formam statuti, vt habetur in d. l. exceptionem, & C. de dilatio. l. a procedente, cū similibus, De quo tamen in 2. q. 2. partis tēporis. aliqua utilia per huius. tangentur in 3. parte. Si autem inquisitus compareat, & confitetur se occidisse Titium bannitū. An dicatur excipere, & sic existente vero non debeat condemnari Vide Bal. qui tenet quod si per acta archiui publici constat de banno, talis sic confitens debeat absolui, ut in l. 1. C. de confessis, in 16. colum. uerlic. iuxta hoc pone dicit statutum quod bannitus &c.

3 Tertio quæro † An ille qui semel positus fuit in banno possit iterum banniri? Et uidetur quod non, quia semel infamatus iterum infamari non potest. l. aut damnum. §. seruos, & ibi not. ff. de pœ. & in l. 2. C. ut intra certe. cri. qō ter. & ff. de his qui no. infa. l. 4. § ait prætor. Item quia cum sit semel ciuitate priuatus, amplius priuari non potest. ff. de uerb. obli. l. decem. Item quia cum non sit in ciuitate citari non potest, & sic contumax effici non potest & ideo non succedit dispositio statuti. ff. si quis cautio. l. sed actio. & l. sequent. & extra de consti. cap. 2.

Sed doc. communiter determinant contrarium, quia excō municatus iterum excommunicari potest. 47. dist. ca. quantumlibet. in §. extra. de sen. excom. c. cum pro causa, & cap. officij, de quo in c. ita quorundam, de iudęis. Item quia non debet pro pœna præmium reportare. ff. de interdi. & relega. l. relegatorum. § fi. & de neg gest. l. siue hæreditaria. Et ita determinauit Guil. in præallega. § sequitur, de accu. ver. quid si quis, ita etiam uidetur tenuisse Dy. in d. l. 2. & ita Bar. in d. §. seruus. Ita etiam Alber. prædictus, in 26. q. dicens Dy. ita tenuisse nisi sit bannitus taliter qui domicilium perdiderit per l. eius § fi. ff. ad muni. Et ad argumenta contraria non respondet. Sed non obstat primo quia infamatus uno genere infamiæ, scilicet iuris non potest iterum infamari eodem genere infamiæ, ut dictis iuribus, sed bene potest infamari diuerso genere, puta infamatus infamia facti pòtest iterum infamari infamia iuris. ff. de ritu nup. l. palam quęstum. § quæ in adulterio & l. fi ff. de req. re. secundum Ray. in d. l. 2. quod etiam sequitur ibi Bal. Non obstat quod amplius priuari nō possit ciuitate &c. quia aliquando imponitur pœna priuatiua supra quam est reperire maiorem priuationem, vt in sententia excommunicationis quæ continet priuationem ad tempus, & potest alia priuatio adijci, ita in proposito, quia prima priuatio non extinxit habitum secundum Bal. in d. l. 2.

Sed in hoc clarius dicendum est quòd aut primum bannū fuit pecuniarium, uel ad aliquod membrum, & tunc nihil nocet quin possit iterum in pecunia uel alio membro, uel ad mortem banniri. Sed si fuit bannitus ad mortem etiam iterum banniri potest. Pluribus enim modis, & causis potest mors inferri. Est tamen verum q̄ in pœna non reiterabili, vt in morte, executio facta ex uno extinguit omnia alia banna, vt insti. qui. mo. tolli. oblig. in princ. & §. 1.

In pœna vero reiterabili non est ita, & ideo condemnatus in membri abscissione ex duabus causis, duabus uicibus passus est executionem unius membri ex vno banno poterit peti executionem alterius, ex alio, etiam si opus sit banni alterationem, vt d. l. 2. & q̄ ibi per docto. Facit. ff. de iniur. l. filius iniuriam.

Vltima vero ratio quæ est quòd non uidetur posse in contumaciā cōstitui, non obstat pro cuius determinatione clariori quam sit illa quæ ponitur per Io. An. in add. ad dictum versi. quid si quis. & tangit Alb. ubi supra.

Aduertendum, quod aut quæstio se habet, an possit iterū banniri in eodem loco in quo bannitus fuit, & dicendum est quod non. Licet. §. pe. ff. nau. cau. sta. nisi in casu quo non fuisset bannitus in pœna debita, quo casu an cōputetur prima pœna in secunda, uel si prima fuisset soluta repeti possit uide not. dictum Bal. qui dixit quod non, in l. fi. C. de fideicō. libe. per glo. ibi positam, & per aliam in l. si usufructus legatus. §. fi. ff. de usufruct. ad quod not. etiam per eum in l. 1. & 2. C. de spor. uel nisi secundum materiam. l. senatus. ff. de acc. & quod habetur in l. quid ergo. §. pę. grauior, de his qui not. infa. scilicet an possit iterum cognosci propter adiectionem nouę qualitatis. Quo casu etiam uide an primum bannum computetur secundo. Bal. in l. q̄ diximus. ff. quod met. causa.

Aut an possit in alio loco, puta quia fuit bannitus in loco maleficij puta Bononiæ, inquiritur nunc in loco originis, puta Florentiæ uel econtra, & iterum banniri potest. In primo enim loco non fuit punitus effectiue, & ideo nō obstat dicta regula quod semel fuerit cognitum per d. l. senatus. Faciunt no. per Bar. in l. non solum. § si mandato. ff. de iniur. & in l. sed si amici, de adul. Et de isto casu defectu citationis nō potest obstare. Potest enim ibi citari, & conueniri. l. 1. & 2. C. ubi de cri. agi opor. Et ita disputando terminauit Iac. de Bel. quam posuit super d. l. 1. proxime alleg. & eius effectum refert & sequitur Io. And. in addi. Spec. in ti. de compe. iudi. adi. § 1. uer. quid si uenit. Et de uerbo ad uerbum posuit, & sequitur Alb. ubi supra q. 76. quam hic causa breuitatis non infero, idem tenet Bar. in l. sepulchri ff. de sepul. vio. ubi dicit se ita pluries iudicasse, & consuluisse, & ibi vide.

Si uero quæritur an pro crimine possit iterum banniri. Dicendum puto quòd aut commiserat illud crimen de quo nunc proceditur antequam fuerit bannitus, & idem potest etiam citari, & ibi conueniri, ut in dictis iuribus, & l. 1. in fine, & ibi per Bar. ff. de requiren. re.

Si vero commisit postea, tunc aut illud commisit in loco a quo bannitus erat, & idem, quia siue sit locus originis, siue alius ratione delicti ibi sortitur forum & poterit conueniri, vt d. l. 1. Nec prædictis obstat quod cum inde sit bannitus non citetur ad locum sibi tutum, & per consequens non uideatur artari a citatione. vt no. ff. ad treb. l. de q̄state. Et est casus in l. 2. §. penul in fi. si quis cau. & quod nota. per Iacob. de Are. qui dicit exititios terræ non artari ad comparēdum ibi citatos. l. Fulcinius. §. quid sit latitare, & l. ad cognitionem, qui. ex cau. in pos. ea. & quod no. per gl. in c. statutū, de resc. lib. 6. & in l. 2. ff. si quis in ius uoc. non ie. & ne quis eum qui in ius vo. est vi eximat. l. sed eximendi in fi. sicque cum citatio sit nulla non possit parere effectus contumaciæ. C. ne de sta. defunc. l. si pater, & q̄ no. per Bal. in l. 1. C. ne ex deli. defunc. quia aut sibi imputare debet, quia se propter delictum suum in illa necessitate posuit, & sic ei nō est succurrendū. l. si fideiussor § si necessaria. ff. qui satisda. cog. & qui. ex cau. maio. l. qui data, cum si. Aut si hæc solutio non procedit quasi satis punitus videatur propter primum bannum, vt dixit Io. And. in d. uer. quid si bannitus, cum possit contra talem suspitionem prouideri, nō potest talis causa allegari. Aut enim causa ob quam citatur est talis in qua potest procurator interuenire, & potest illum mittere. ff. de mino. l. papi. exul. & sic non obstat. ueniens, de accus. per Io. And. vbi supra proxime allegatum. Aut est talis causa in qua non potest interuenire procurator, & potest securitatem, & saluum conductum petere qui sibi a iudice dari debet, ut plene per Bart. in l. is qui reus, de pub. iud. per illum tex. cum glo. & per Bald. in l. 1. C. de hære. & in. & dicam infra in 2. temp. parte. 2. q. 15. quæ fidātia, & securitas regulariter tollit suspitionem. Fateor tamen quòd si talis securitas esset fragilis, ut ibi dicam, uel propter conditionem iudicis qui solitus est tales fidantias non seruare. l. non omnis. § a barbaris. ff. de re mili. vel ex alia causa, ut tangit Ioan. And. in d. uer. quid si quis. Tunc posset habere locum dubitatio de qua ibi per c. accedens, uel lite non contest. & l. & qui ita. §. 1. ad treb. Securius tamen credo tenendum fore quod talis exceptio locum non habeat cum a sua culpa perfecte non punita procedat, quicquid dicat Io. And. Quousque enim pœna non sit perfectè imposita punitus nō dicitur. l. 1. & 2. C. de spor. & d. l. 1. senatus, & per Bar. in d. l. sepulchri. Communiter tamen huic dubio subuenitur per statuta quæ disponunt quid seruandum sit cum proceditur cōtra bannitos. Si autem fuit bannitus in loco domicilij ratione originis uel incolatus, & alibi nunc delinquit, & contra eum proceditur non in loco delicti, sed in loco originis uel incolatus maior est dubitatio, ut patet ex his quæ breuissimæ refert, & non decidit Io. And. ubi supra. Dicendum tamen est quod si ex primo banno non perdit domicilium il

lius

lius loci a quo bannitus est, ibi poterit conueniri ut supra dictum est. & habetur per Bar. in l. adult. in princ. ff. de adult. An autem perdat ex ipso banno domicilium vel non, dicef infra in 2. tempore. parte. 1. q. 5. dū tractabitur que perdant banniti, & in q. 45. per quę suppleas hæc vltimo dicta.

4 Quarto quæritur etiam circa prædicta. An bannitus delinquens in loco a quo est bannitus possit conueniri in loco in quo moratur, puta Florentinus bannitus de Luca offendit Lucanum in districtu Lucano, reperitur Senis. Queritur nunquid ibi possit accusari & conueniri & exinde bāniri? dixit Guil. quod sic, cum nō sit spes quòd Lucam reuertatur vt ipse ponit in Spec. de compe. iudi. adi. §. 1. ad finem ver. sed pone quidam. Vbi vide, ꝙ etiam tenuit Bar. in l. relegatorum. §. interdicere. ff. de inter. & rele. per illum tex.

5 Quintò quæro † an vniuersitas possit poni in banno siue collegium aliquod Hęc quęstio fuit antiquitus multū examinata. scilicet an possit delinquere, & puniri & qualiter. Et finaliter concluditur quod potest & delinquere. & condemnari, vt habetur in l. metum. §. animaduertendum. ff. ꝙ me. cau. & l. sed ex dolo. §. 1. ff. de dolo. pleniſſime per Bart. aliàs referētem in l. aut facta. §. fi. de pen. Quæ vitandæ superfluitatis cā hic non inferuntur.

Aduertendum tamen ꝙ vbi banniri potest secundū eū ibi non debet seruari forma in citationibus quæ traditur per eundem Bar. in extrauagan. ad reprimendam super verbo, citari. Quibus citationib. factis vt ipse dicit, vniuersitas cōtumax constituitur: ꝙ debet intelligi. s. postquam post citationem potuit congregari. Ante enim non potuit cōtumax reputari. arg. ff. de libe. vni. l. 1. in fi. Et ideo caueant iudices, vt congruū terminum in citatione assignent. Potest etiā iudex talem vniuersitatem contra quam procedit cogere ad creandum syndicum qui eam defendat, & ex cuius citatione facilius possit contumacia constitui secūdum Iac. de Are. in l. 3. ff. de fideicom. lib. & Inno. in c. romana. de senten. excō. ꝙ secundum Bal intelligitur quòd possit cogi ad creandum syndicum ad litem tantum, vt ipse no. in l. 1. in fi. ff. ꝙ cuiusq; vni. nomi.

Et aduerte an ex contumacia talis defensor possit in bāno poni ad ea quæ habent in auctē. itē nulla. & in auc. iubemus. de sac. san. eccl. & in l. 1. §. si procurator. ff. si quis ius di. non obtem. & ibi plene per doct.

6 Sextò quęro † an formato processu cōtra filios Titij nō expressis nominibus possint ijdem filij in banno poni. Et differentia huius quæstionis a præcedenti est manifesta, ꝙa ibi conueniuntur plures vt uniuersi, hic vt singuli Hæc quæstio ponitur per Albe. vbi supra. s. in opere statutorum parte vlti. quæstio. 48 & ibi primo allegat ad negatiuam, quia quis debet nominatim exhæredari. ff. de libe. & posthu. l. 2. & nominatim debet quis excōmunicari, extra de offi. ord. c. 2. & ibi in glo. & 11. q. 3. c excellentissimus. ergo & banniri, aliàs sententia banni videtur inualida tāquam incerta. C. de sen. quæ sine cer. quan. per totum.

In contrariū quod imo valeat. ff. de iniu. l. 4 §. nominatim. & de libe. & postu. l. titius. & l. nominatim. & ff. si cer. pet. l. certum. Concludit ꝙ aut aliqua parte actorum contingetur qui sint filij siue hęredes, & videlicet bannum, aliàs non. ff. de re iudi. l. in summa. & l. ait prætor. §. 1. & C. de sent. quæ sine cer. quan. l. 2 & l hac consultissima. C. qui te. fa. pos. & quod ibi no. Et subdit ꝙ si bannitur quis ut hæres quod ei agenti nomine proprio obstat banni exceptio, de quo dicam infra in 1. parte secundi temporis. q. 71. Ad propositum autem puto ꝙ si ex tenore accusationis vel inquisitionis apparet de quibus filijs, siue de quibus heredibus intelligitur, & sic etiā in citatione ne reddatur incerta. l. aut qui aliter. §. 1. ff. ꝙ vi aut clam. valeat processus & bannum per dicta iura. Faciūt not. in l. demonstratio. de condi. & demon. Et vide quæ dicam. infra in 3. parte huius primi temporis. q. vlti.

7 Septimò quæro † an una pars expulsa de ciuitate, puta pars Ghibellinorum possit banniri ab alia quæ in ciuitate remanserit? Hæc quæstio formato themate ꝙ pars intrinseca elegit potestatē post expulsionem alterius ponitur ꝑ Albe. vbi sup. q. 78. Et primo arguit ꝙ possit in bāno poni, quia omnis vocatus ad iudicem venire tenetur. l. 1. si quis ius di. non obtem. Item quia contumax est in dolo. l. non potest. de reg. iur. ergo puniri potest. ff de penis. l. absentem.

In contrarium arguit quia iusto metu absunt, & sic restituerentur. ff. quibus ex cau. ma. l. 1. 2. & 3. ergo fortius ei dat̄ exceptio. l. inuitus. §. cui damus. de regu. iur. Itē ꝙa ptās non ē ptās extrinsecorū, quia per eos non fuit electus, & C. de sū. trinit. & fid. cath. l. 1. & si a non compe. iudi. per totum. Item quia potestas non fuit legitime electus cū non consenserint extrinseci, in auct. de defen. ciu. §. sed interim Item quia saltem debuerant interesse electioni duę partes. l. nulli. & l. plane. quod cuiusq; vni. not. ergo. &c. Tenet hanc secūdam partem si pars extrinseca fuit expulsa dolo vel culpa intrinseco-

rum, alias tenet primam per iura & rationes. suprā allega. & adducit ꝙ not. in l. si quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff de capti. Sed hæc quæstio aliter est inuestiganda. Nā aut potestas qui contra expulsos procedit fuit electus ante expulsionem eorum, & tunc cum proponatur eum esse iudicē illosque tē pore delicti in inquisitione siue accusatione narrari fuisse sibi subditos, restat ꝙ cōtra eos potest procedere quemadmodum contra singulos delinquentes. Sed an constituantur in cō tumacia propter hoc, quia ad locum sibi non tutum citari dicantur. Recurre ad ea quę dixi sup. q. 3. & quæ dicā statim sequēti membro. Si autem fuit electus post expulsionem dictę partis, tūc aut fuit electus post electionarios antea factos vel virtute statuti antea facti & eius ordine seruato, & idē, quia eadem ratione eorum est potestas sicut extrinsecorū. Si vero fuit electus virtute noui ordinamēti facti a parte intrinseca, tunc recurrendum est ad quæstionem illam quæ habetur in l. omnes populi. de iust. & iure. videlicet an pars prędicta intrinseca possit condere statuta. In qua. q. Bart. in d. l. omnes populi in 2. q. 2. princip. ver. sed quæro dixi, distinxit hoc modo. Quòd si aliqui absunt de ciuitate voluntariè, & tunc remanet omnis potestas in prętentes. arg. ff. de tut. & cu. dat. ab his. l. vbi absunt. & C. de decur. l. nominationum. li. 10. Si vero sunt expulsi, aut ad eos expulsos competebat ius condendi statuta aut non. Si non cōpetebat. v. g. quia expulsi non erant de consilio. & tunc non ob. illorum expulsorum absentia, quia illi qui remanserunt in ciuitate potuerunt statuta facere. ff. de orig. iur. l. 2. §. deinde cum essent. vbi dicitur ꝙ ad remanentes in ciuitate remansit potestas condendi leges. Si vero competebant vt quia erant de consilio, & tunc aut sunt expulsi ex ista causa. & adhuc ad remanentes remanet potestas condendi statuta, quia cum illi non obedierint ciuitati suę per fiderunt omnia iura propria suæ ciuitatis, de capi. dimi. l. amissione. & sic perdiderunt ius condendi statuta. & sic potestas remansit apud præsentes Si vero fuerunt expulsi sine iusta causa forte per inuidiam, & tunc licet statuta facta per remanentes seruentur forte quātum ad eos per l. per fundum. ff. de ser. vrb. prę. tamen in præiudicium expulsorum non valent, ne ex sua negligentia beneficium consequantur. ff. de fur. l. itaq; fullo. Et hanc distinctionem sequī ibi Rai. in repe. quàm fecit post repetitionem Bar. inducens pro confirmatione eius qđ dicitur quando expulsi fuerūt eorum culpa perdere iura ciuitatis, ꝙ censentur rebelles suæ ciuitatis vt. C. de deserto. & occul. l. 2. li. 12. & sic perdūt ius cōdendi statuta l. fi. ff. de legatio. Dicit etiam vltimum dictum esse verum, quo dicitur nō valere in præiudicium expulsorū etiam si pars expulsa de ciuitate erat minor pars, cum maioris partis violentia ei nocere non debet, nisi quo ad possessionem perdendam. ff. de acqui. pos. l. clam possidere. § fi. cū. l seq. concludens quod illud statutum factum a parte intrinseca non tenere etiam quo ad præsentes in iure totius populi, sed in iure proprio eorum condentium sic vt d. l. per fundum. ar ff. de ma. conue. l. 1. §. j. & ad l. qui maior. ff. ad mu. cū si. Respondet ꝙ illa locum non habet quando minor pars impeditur facto maioris. arg. de reg. iur. l. non debet alteri. & de dolo l. 1. §. non fuit. & ꝙ vi aut clam. l. 1. §. sed aristo. Et ex his infertur quòd si fuerint iuste expulsi possunt in bāno poni, nec possunt allegari se citatos ad locum non tutum ꝑ ea quę dixi sup. in q. 3. Si autem iniuste fuerunt expulsi, non possunt de iure banniri. Sed dubitatur qualiter possunt obuiare banno, dic ꝙ hoc casu sine dùbio poterunt syndicum constituere ad eorum iustitiam consequendam. l. 1. §. 1. ꝙ cuiusq; vni. no. & l. si quis à filio. §. si patri. secundum Lau. de ramp. & Bart. ff. de leg. licet Dy. ibi aliter dixerit. Et ibi habes per Bar. ꝙ pars expulsa & pars intrinseca etiā separatim possunt submittere ciuitatem, ꝙ ibi Bal. intelligit verum. nisi quo ad superioris præiudicium per not. per Inn. in c. cum ex iniuncto. de no. oper. nun. Ad quòd adde quòd habetur per Host. in c. 2. de ma. & obe.

8 Octauò quæro † Formatus est processus per viam acquisitionis vel inquisitionis contra Titium & Sempronium ex eo ꝙ fecerunt seditionem in populo, & factis citationib. de Titio & Sempronio secūdum formam statutorum sup. relatā, iudex posuit in banno Titium & Sempronium & eorum filios & descendentes, eosque priuauit officijs & honoribus ciuitatis. Quæritur an valeat tale bannū. Hęc quæstio requireret examinationem an committens seditionem in populo &c. dicatur committere crimen læsæ maie. vt sic in eo & filijs locū habeat. l. quisquis. C. ad l. iul. maie. de qua qō ne dicam infra in suo loco. parte. 1. secūdi temporis. q. 15. Et præsuppositio ꝙ non, videndum restat an dictus iudex potuerit dictos filios sic condemnare, & quia vt dixi supra quæst. 6. ex defectu nominum propriorum sententia non potest dici nulla.

Restat uidendum an ex alijs capitibus. Et certe dicendum est primo ꝙ tale bannum est iniquum & contra diuinam legem.

Digitized by Google

gem,quę se habet,vt filius patris non portet iniquitatem.Itē contra humanam,quæ se habet quòd delicta suos auctores teneant nec vlterius progrediantur.C.de pen.l. sancimus.& ibi concord. in gloss. Ac etiam quia vbi aliquis ex alterius delicto punitur,non tenetur quando contra principalē ob contumaciam fertur sententia.ff.de euic.l.si ideo.cū cōcor.C.de pig.l.præses.& ibi gl.per Dy.in l.1.ff.quando ex fac. tut.& per Bar.in sua dispu.de qua in l.cum filius.in princ.de ver.obli.& quòd dicam infra in 1.parte secundi temporis. quæst.33. Secundo dicendum est ꝙ est nullum ipso iure pp plura.Primo quia nullus est formatus processus contra tales filios,& descendentes. Et sic restat ꝙ bannum & sentētia essent nulla si daretur.C.de sen.l.prolatam,& dę pe.l. qui sententiam.ff.de pub.iudic.l. inter accusatorem. & l.absentem de pæ.& de iud.l.omnem. Secūda ratione esset nullum,quia non fuerunt citati explicite nec implicite .l.nam ita diuus.de adop.ff.de re iud.l.de vnoquoq;.cum si. qui defectus est talis ꝙ etiam si ex forma statuti prohiberetur sententias latas pro maleficio dici nullas aliqua ratione vel causa,talis nullitas non diceretur excluſa: cū enim sit de iure naturali a defensione procedens non intelligitur a statuto excluſa quantuncumque generalibus verbis nullitatem excludat. habē in cle.pastoralis.de re iud.& per Bart.plene in extrauagan.ad reprimendum.& dicam infra in 2.tem.part.2.q.34. sicut nec intelligitur excluſa nullitas a carentia iurisdictionis procedens vt no.in cle.1.de sequest.pos.& fruct. & in l. non erit.§. dato.ff.de iureiur.Et hoc quantum ad 1.partem quæstionis ex qua patet ꝙ titulus.2.quæstionis est superfluus.Sed si forte diceretur ex aliquo statuto talem sententiam valere,vidē dum arbitror etiam super eo.Et primo videtur dicendum ꝙ tali sententia omnes filij.& descendentes afficiantur. Filij enim in legali dispositione etiam ad vlteriores extendūtur. ff.de verb.sign.l.filii.& plene.eod.tit.l.liberorum. Et fortius hoc verum est propter verbum delcēdentes in themate positum ꝙ vsque ad decimum gradum in lege videtur extendi.l.fi.C.de suis & legi.& ꝙ ibi no.& ꝙ habetur in auct. de test.fide.§.codicillum.& §.seq.col. 9. si in lege, ergo in sententia,quia potestas vnius ad aliam adæquatur,vt no. per gl.no. in l.cum quasi.§.si plures.ff.de fideicom. li.Sed quia sine dubio talis dispositio est odiosa,& contra naturalem,& ciuilem rationem vt est dictum,sine dubio restringenda est. Et ideo non puto vltra nepotes extendi secundum ea quæ habentur per Cyn.in l.voluntas.in vlt.q.C.de fideicom. Et quia in voluminibus habentur,vt præmisi,aliter non insisto.

9 Nono ego quæro † stante statuto ꝙ valeat tale bannū & prolatum sit contra latus & stirpem Titij qui comprehendantur in dicto banno? Ad cuius determinationem præmitto,ꝙ quandoque lex siue sentētia vel homo vtitur verbo,familie.Et tunc quos & quot comprehendat & vique ad quē gradum habetur in auctē. de test.§. codicilium. & §. seq.& C.de verbo. sign. l. fin.& ff.de verb.sign.l.pronunciatio.§ familiæ.Aliquando nomine filiorum.& de hoc habetur vbi proxima.q.dictum est, & per Cy.etiā in.l. libertinū.C.de interd. ma.per Bart.& alios in l.gallus.§.instituens.de li.& posth. Interdum nomine sobolis.de hoc habetur in l.fin.C.de bo.dā. & ff.sol.mat.l.1.Quandoque nominatur proles.de hoc C.de epis.& cleri.l.officiales.& l.ne diutius.C.de agri.& cēsi.li.11. Quandoque appellat progeniem.C.de eman.li.l.pe.interdū prosapiam.de hoc habef in l.si quis ex corporeo.C.de muril. li.11. Aliquando gentem. ff. de proba.l.2. Aliquando vtitur nomine liberorum.de quo in l.cognoscere.§. liberorum.& l.liberorum.ff.de verb. sig.interdum nomine posterorum. ff. de iure imu. l.1.& 4.& ff.de vac.mu.l. vacatio. Quandoque nomine descendentium,de hoc in l.fi.C.de suis & le. & d.auctē.de testi.fidei.Quandoque promiscue imiscentur nomina supra dicta simpliciter. de hoc habetur in l .quod his verbis.§.fi.de lega.3.

Si vero adijciatur perpetuo vel in perpetuum,tunc nullatenus fit restrictio vt habetur in c.fęlicis.de pe.& in c.j. de schisma.lib.6.& habef per Iac.de Bel.in præalle.auct.de rest fidei. Quandoque fit mentio stirpis,& tunc eodem modo videtur de descendentibus debere intelligi,arg.iurium prædictorū, quasi idem sit stirps,& proles,prosapia,soboles, siue progenies:ꝙ credo verum propter pronomen, suam vel meā vel tuam.Collaterales enim non sunt stirps eius, sed ascendentes,licet omnes sint de stirpe illius ascendentis. Et ꝙ tunc de descendentibus intelligatur est tex. & ibi per Bal. in l. si quis in suo.in princ.C. de inoffi.testa. De genere autem & generatione vide extra de hęre.c.statutum.& c.vt commissi.lib.6. & de pęn.cap.vbicunque.& Bal.in l.cum acutissimi. C. de fideicom.

Et nota ꝙ si banniuntur omnes homines de tali progenie, non comprehenduntur existentes in ventre, arg.l. cū inter & ibi Bal.C.de fideicomm.libe.cui etiam adde ꝙ ipse no.C. delibe.caul.l.vbi dicit quod bannita muliere pregnante natus postea non est bannitus:licet ille tex.facit in contrarium sed dic vt ibi.

Qui autem veniant in illis verbis.& totum latus Titij est dubitandum,quia fratres sunt de eodem latere,hinc est ꝙ dicuntur collaterales.ff.de gradi.l.iurisconsultus.§.sunt ex lateribus.Sed quia frater licet sit de latere patris, non tamen est de latere fratris,imo vnusquisque facit suum latus, sicut suam lineam vt patet ad oculum. Sic ergo sicut cōiuncti nobis ex latere nō sunt ex nostra linea.ff.de gradi.l.1. & inst.eo. in prin.licet sint ex linea aui,& proaui.vt C.de bon.mat.l.etiā secundum Bar.in consi. ꝙ incipit, quia factum &c. ita non sunt de nostro latere,licet sint de latere patris vel aui nostri, quia nulla est ratio diuersitatis.Et sic in dicta condemnatione non comprehendūtur collaterales aut ex eis nati.Quod etiam ostenditur ratione.Negari non potest si diceretur per aliquos ꝙ collaterales essent de latere Titij,ꝙ non possit intelligi duobus modis.Vno vt intelligantur condemnati omnes qui sint de eodem latere,de quo est ipse Titius.&sic omnes a patre,siue auo descendentes.Alio modo ut intelligantur solummodo condemnati illi qui sunt de suo latere possessiue,hoc est de eo ꝙ ipse facit,& sic solum de suo non aūt de latere ascendentis,sed in dubio semper debet intelligi cō demnatio in minori significatu.l. interpretatione.& l. præses. ff. de penis. saltem in odiosis in quibus etiam sententia non extenditur.l.si patronus.§.si quis cum esset.de bo. liber.

10 Decimò quæritur † an in tali condemnatione.s.filiorū lateris uel stirpis ueniant solummodo nati, an solummodo nascituri,an omnes tam nati quàm nascituri.In hac quęstione breuiter me expediam.Nam aut talis sententia fertur super crimine posito in l.quisquis.C.ad l.Iul. maiest. & dic ut ibi per docto.tenet enim Cy.post Pet.ꝙ cōprehenduntur solum nati postea & non ante. Aliqui tenēt ꝙ omnes propter specialitatem illius legis,ꝙ forte uerius.Sed prius dictum sapit æquitatem.si uero fertur propter aliud crimen. Tūc aut ex processu formato contra Titium & filios eo & habentes filios:de quo dixi.sup.6.q.& tūc sine dubio solum ad tunc natos:porrigitur.l.si quis in suo.§.legis.C.de inoffic.test.Processus enim non intelligitur formatus,nisi contra eos qui in rerum nam sunt,& intelliguntur citati & non alij.l.in summa. §.fi.ff.de re iud.& ff.quæ senten.sine ap.re.l.pe. Si uero fertur ex processu solummodo formaro cōtra Titium,aut nullos tunc habebat filios,& de necessitate debet intelligi de nascituris,ut sententia aliquid operetur in casu in quo ualeat talis sententia,de leg.1.l.si quando cum si.Si uero tunc filios habebat,dicendum est,& ita pluries unà cum recolendæ memoriæ iuris consului, ꝙ ad tunc natos tantum talis sententia porrigatur, quia verba sententiæ regulariter ad tempus præsens porriguntur,arg.l.si ita ff.de au.& arg.leg.& ibi not. per Bar.facit,l.si tibi man.§. is cuius bona.ff.man.pro quo ui de ꝙ dicam infra in 2.temp.parte 1.q.18. An publicatio bonorum banniti porrigatur ad postea quæsita. & ad hanc decisionem faciunt quæ dixi supra. q.8. Nec prædictæ conclusioni obstat quod not.in l.placet.ff.de li. & posth. quia ibi loquitur in his quæ fauorem continent.i. fauorem testamenti conseruandi,ut ibi no.Item non obstat.ff.de accu.l.2.§. in filijs.& de pe.l.moris.§.iste fere.quia loquuntur in his quæ a patribus in filios descendunt, quæ non possunt descendere in natos post illorum priuationem,pro quo facit quod habetur in l.diuo Marco.C.de quæstio.& de iure patr. ff.l.diui fratres.

Rubrica de his qui possunt banniri.

Expedita prima parte primi tē-

poris,uenio ad secundam,quę est,de his qui possunt banniri. In qua continentur quæstiones infrascriptæ.

SVMMARIVM.

1 *Primo ponitur doctrina generalis.*
2 *An iudex procedens possit factis citationibus bannire exemptum a sua iurisdictione,si nullus comparet exemptionem allegans.*
3 *An potestas vel alius officialis possit delinquentem ante tempus suæ cognitionis inquisitum vel accusatum bannire si maleficium fuit occultum.*
4 *Si cauetur statuto quòd de robaria commissa per annum ante non possit cognosci,an potestas possit bānire eum qui incepit derobare per annum ante,& postea continuauit robariam.*
5 *An potestas possit bannire forensem alibi furantem,sed portantem in locum iurisdictionis portantis.*
6 *An formato processu pro pluribus maleficijs quorum aliqua sunt punibilia,aliqua non,puta quia iurisdictionem non habet possit iudex aggrauare pœnam banni.*
7 *Capitaneus cognouit contra occisores,potestas vult procedere contra mādantem,*

Digitized by Google

stantem, quæritur an illum non comparentem possit bannire stante statuto quòd de eodem maleficio siue negotio de quo unus rector possit cognoscere, alius non possit se intromittere.

8 *Qui index possit bannire existentem in territorio Florentino, & balistantem in territorio Bononiensi & ibi hominem occidentem.*

9 *An officialis possit petere quem in banno pro iniuria facta sibi uel suæ familiæ.*

10 *An potestas possit bannire aliquem alium officialem in officio delinquentem officio durante.*

11 *Quæritur si sunt duo officiales quorum unus est generalis, alius specialis an generalis possit bannire illum qui fuit attributus speciali.*

Secunda pars primi temporis.

1 PRimo ergo † generaliter quæritur qui possunt aliquem bannire. Ad hoc respondetur quòd de iure communi essent omnes illi qui possunt deportare seu relegare. l. 1. §. deportatos. ff de leg. 3. & no. plene per gl. insti. qui. mo. ius pa. pote. sol. §. relegati. & §. cum autem. & plenius per Guil. in l. imperium. ff. de iurisdi. om. iudi. Sed quia rectores ciuitatum licet æquiparentur præsidibus prouinciarum in aliquibus, vt habetur in l. fi. C. de præsid. lon. temp. nullam aliam habent potestatem quàm illam quam tribuunt eis statuta locorum vel suæ elections secundum Iac. Bo. in l. assiduis. C. qui pō. in pig. ha. & in auc. statuimus. C. de epis. & cle. & Bal. in auc. cassa. C. de sac. san. ec. & Ioan. And. in addi. Specu. super rub. de syndico. Breuiter me expediens. Dico quòd omnes illi rectores quibus specifice per statutum cōcessum est vel ex eo ꝙ sit concessum merum & mixtum imperium, poterunt illi loco subditos ratione domicilij vbique delinquentes & quoscunque etiam non subditos aliàs infra suos limites delinquentes bannire seruata forma statuti. Et istud generale sufficiat pro hac prima.

2 Sed † quæro secundo statuto cauetur quòd potestas habeat arbitrium inquirendi &c. merum & mixtum imperium & omnem gladij potestatem, saluo ꝙ non possit se intromittere de maleficijs commissis contra aliquem qui sit de loco, vnde est ipse potestas: talis a sua iurisdictione exemptus inquiritur a potestate & citatur secundum formam statuti disponentis generaliter de modo procedendi: ipse citatur vel alius proclamatur secundum formam statuti, potestas vult cum bannire, quæritur si facit an potuerit, & sic an valeat bannum? An vero possit per viam officij iudicis nullum declarari & cancellari non obstante alio statuto quo cauetur ꝙ contra banna lata per potestatem non possit aliquid etiā de nullitate dici, obijci, vel opponi. Et sic non dicatur bannitus, & per consequens in eo statutum locum non habeat, iuxta. l. 4. §. condemnatum. ff. de re iud. Hæc quæstio subtilis est & habet plures articulos in quibus possent multa dici, sed ne prolixior sim quàm promiserim dico dictum de quo quæritur non potuisse de iure banniri ex defectu potestatis bannientis, ꝙ sic ostendo dictum statutum dicit ꝙ potestas non possit &c. sed dictio non iuncta cum verbo potest, denotat effectum suum importari ipso iure, non autem ope exceptionis. ff. de transl. de his. & ibi per Bar. ff. de iudi. l. solemus. §. latrunculator. per Ioan. And. in c. 1. de regu. iur. lib. 6. Ergo ipso iure in casu prædicto potestatem reddit iurisdictione carentem. Quod etiam alia ratione ostenditur. Statutum prædictum iurisdictionem modificans est illud idem ꝙ iurisdictionem tribuit. Ergo etiam sine decreto. i. sine eo ꝙ ipsum statutum annullet in contrarium gesta acta per eū contra modificationem nulla sunt ipso iure de elect. c. prouida. li. 6. Ita firmat in fi. glo. no. in c. 1. de iure patro. in cle. in glo. super verbo, inhibentes. erat ergo ille qui fuit bannitus ipso iure a sua potestate exemptus. Sed constat ꝙ vbi iudex citat ipso iure exemptum a sua iurisdictione generali exemptus non tenetur comparere etiam in casu in quo sit dubiū eum esse de iurisdictione, ita determinauit not. Bald. in d. l. generaliter. C. de epi. & cle. licet Cy. ibi aliter dixerit. Præterea quando quis est exemptus ope exceptionis non fit prorogatio, nec iudex competens efficitur nisi iudex pronunciet se iudicem competentem, secundum Bart. in l. 2. ff. si qs in ius uoc. non ie. immo plus dicit ibi Iac. But. ꝙ non sufficit pronuntiatio, nisi fiat post exceptionem propositam: iudex enim non potest auferre parti exceptionem non oppositā & in iudicium non deductam. l. duob ff. de exce. rei iud.

Hæc autem decisio in dubio vera est si in processu narrant talia ex quibus appareat potestatem iurisdictionem non habuisse, vt habetur in c. præterea. de dilatio. per Innoc. ꝙ doc. in d. l. 2. si quis in ius uoc. non ie. Si uero talia non narrantur, quæstio est magis dubitabilis tamen idem est rationibus suprascriptis. Ac etiam quia cum in ueritate iurisdictionē nō habuerit ex contumacia, etiam si fuisset prorogari non poterat. præsertim si per uiam inquisitionis processit, quibus casibus iurisdictio nunquam prorogatur, vt colligitur recte intuenti in l. 2. ff. de iudic. de quo secundo per Innoc. in ca. ad petitionem. de accu. Et de utroque per Bald. in l. 1. C. ubi de crimi. agi opor. Nec ob. l. 2. si quis in ius uoc. non ie. per quam Cyn. in d. l. generaliter. contrarium dicere vī, quia licet verū esset ꝙ teneatur comparere & suam exceptionem allegare. Non tamen potest in meritis causæ damnari, sed solummodo tanquam inobediens in non ueniendo mulctari. per l. 1. si quis ius di. non obtem. Et ita in terminis proprie respondet & determinat Bar. in l. non uidetur. quæ est. l. 3. ff. de iud. ubi not. loquitur. Poterit ergo dictum bannum nullum declarari non obstante statuto nullitatis propositionem excludente. tum quia non intelligitur tollere illam quæ venit ab alijs statutis. l. ita nobis pudor. & ibi per doc. C. de adul. l. 1. §. denique. & ibi plene per Bar. ff. ꝙ ui aut clam. tum etiā quia non tollit illam quæ procedit ex defectu iurisdictionis secūdum gl. quæ reputatur singularis. in cle. 1. de seq. pos. & fruc. sed habet concor. si recte intueatur tex. cum gl. in l. non erit. §. dato. ff. de iureiuran.

3 Tertio † quæro stantibus prædictis, viget etiam aliud statutum quo cauetur quòd potestas possit cognoscere de criminibus commissis per annum retro a die introitus sui officij tantum. Quidam commisit maleficium dudum ante, sed fuit occultum maleficium: contra ipsum procedit potestas. Quæritur nunquid cum non comparentem possit bannire, & si in banno potuit talem bannitum possit nullum declarari. Dicent multi hanc quæstionem pendere a decisione eorū quæ habentur. ff. si quis test. li. es. iuf. fu. l. pe & per ea quæ ibi dicuntur per doc. & in l. semper. §. hoc interdictum. ff. ꝙ ui aut clam. ubi dicere uidetur ꝙ in maleficijs occultis non habeat locum præscriptio. Sed id dicentes non recte sentiūt, quia ut dixi. supra & dicam statim, dictum statutum concedit iurisdictionem limitatam. Et sic clarum ē ꝙ de illo maleficio cognitionem non habet. ff mandati. l. diligenter. iuncta. l. & quia. ff. de iur. om. iud. Et quia necesse est in processu apponi tēpus maleficij. ut. l. libellorum. de accu & inqui. de publi. iudi. in prin. per Dy. & Iac. But. Clarum est quòd comparere non tenetur, ut in iuribus supra proxima. q alleg. qđ autem contineat iurisdictionem limitatam, patet, quia nullā habent tales rectores, nisi eis a statutis attributam, adeo ꝙ ius commune eis nihil opitulatur, ut dixi supra. in 1 q. Sed dictum statutum concedit iurisdictionem de commissis per annum retro tantum, ergo &c. quinimmo sine dictione, tantum, uidetur de alijs iurisdictionem excludere. ff. de iudi. l. cum prætor. de lega. 2. l. statuliberum. §. stichum. C. de p cu. l. maritus, etiam si aliàs de iure communi diceretur iurisdictionem habuisse. ut. d. l. maritus. secundum ueram lect. & in concor. ibi in gl. alleg. Non est ergo de præscriptione tractandum, & sic illa iura nihil faciunt. Si autem dicatur non concedi iurisdictionem limitatam, sed solummodo de præscriptione tractandum esse idem etiam est dicendum, nam statutum introduceret annalem præscriptionē: sed i la succederet in locum præscriptionis. 20. annor per l. quærela. C. de fal. ergo illius naturam assumit. l. si eum. §. qui iniuriarū. ff. si quis cau. illa autem currit etiam ignoranti. l. sicut. & l. omnes. C. de præscrip. 30. anno. & l. si quis emptionis. in fin. iuncta l. absentem. ff. de pœ. ergo & hæc annalis curret etiā ignoranti. Et pro ista parte uidetur casus in d. l. pe. ꝙ ibi tenuit Ang. quia ab ipso initio tempore commissi maleficij ortum fuit ius & actio licet propter ignorantiam in iudiciū non fuerit deductum, ꝙ non nocet in iuitio cursus ipsius p̄scriptionis. l. si fundum. §. si partem. ff. quemadmo. ser. amit. Et est ratio secundum eum, quia præscriptio currit absque aliquo facto ipsius præscribentis, & est præscriptio fauorabilis, sic etiam dicitur in l. sequitur. §. si uiam. ff. de usuc. hoc idem tenere uidetur Guil. in l. si cum exceptione. §. satis clementer. ff. ꝙ met. cau. ubi concludit, ꝙ ubicunque agitur de odio finiendo, omne tempus est continuum, unde omnis actio ad uindictam, & omnis accusatio habet tempus continuum si aliud non dicatur. Et sic currit ignoranti secundū Bald. qui tdem firmat in l. genero ff. de his qui no. infa. & idē tenet in l. fi. C. de dolo. per illam. l. & ad præal. §. hoc interdictum respondet, ꝙ loquitur in actione quę datur ad rem familiarem non ad uindictam, & sic tempus est utile non continuum. Et ita pluries obtinui & consului, & iudicari uidi, licet etiam quandoque contrarium uiderim obseruari ob immanitatem criminis & prætextu baliæ, siue auctoritatis largę ipsi officiali ita seruāti concesse, licet in veritatem ad id non extenderetur. Sed prædictis opponitur, quia licet ipso iure non possit cognoscere, tamen poterit uirtute restitutionis in integrum quæ conceditur ob iustam ignorantiam propter clausulam generalem. l. 1. in fin. ff. qui. ex cau. maio. ut habetur in l. cum filius. §. in hac. de uerbo. obli. per glo. & Bar. to. in l. 1. §. si quis propter. de itine. actuque priuat. & in l. ab hostibus. §. sed quòd simpliciter. qui. ex cau. maio.

&

Digitized by Google

& ꝙ cum fal.tu.auct.l.ſi falſo.de mino.l.æmilius. C.ſi adu.ven.pig.no.l.2.& per Dy.in regula,ſi quis in ius. li.6.Sed hoc non obſtat,quia illud in pœnarum executoribus locū non habet.ff.de mino.l.auxilium.§.in delictis. & ita reſpondet Ang.in d.l.pe.& ſic concluditur ꝙ dictus poteſtas prædictum etiam aliàs ſibi ſubditum bannire non poteſt. & ſi banniuerit per viam nullitatis exarentia iuriſdictionis poterit & debebit cancellari,quicquid dixerit Bar.in ſuo conſilio ꝙ incipit a domino Cy. contra quem etiam multi alij,tunc conſuluerunt. Fugimus autem has opin.ſi vt dictum eſt tenemus de præſcriptione non eſſe tractandum.

4 Quarto † retento eodem ſtatuto quidam dudum ante annum cœpit robariam exercere, & continuauit illam in tempus cognitionis, quæritur an poteſtas poſſit illum in banno ponere,ſtante etiam ſtatuto ꝙ de robaria commiſſa per annum ante non poſſit cognoſci.In hac.q. Albe. vbi ſupra. q. 96.expediuit ſe breuiter,dicens ꝙ poſſit talem in banno ponere, quia inſpicitur finis & non initium per gl. quam dicit ſingularem in l.mariti.§.ſex menſium.in fi.gl.ff.de adul.cui tamen glo.uidetur contradicere gl.in l. vulgariter.ff.de fur. quæ dicit pro continuato adulterio vnicam debere pœnam imponi.& ſic videtur concludere ꝙ vnicum ſit adulterium. & ſic videtur debere inſpici initium & non finis, vt ibi, & ꝙ habetur in l.ei qui.& l.inficiando.§.infans.eod.titu.dicendū tamen quantum ad propoſitum ꝙ dicta determinatio Alb. vera eſt & gl.d.§.ſex menſium nō enim eſt vnicum delictū continuatum, ſed tot delicta quot ſunt vices adulterij commiſſi vel quot ſunt robarię,maxime ſi ſint factæ contra diuerſas perſonas & ideo non dicitur cognoſci de eodem maleficio, ſed de alio: & hoc ſufficiat ad propoſitum. Vbi autē eſſet uuicum delictum continuatum,& non poſſet cognoſci inſpecto initio,an poſſit cognoſci inſpecto fine vt in eo qui tenet appenſum,qui tenet poſſeſſionem quam occupauit,& in ſimilibus exemplis,dic ut habetur per Bar.in l.eum qui.§.in popularibus.ff.de iureiu.& in l.inficiando. §.infans. ff.de fur.Et uide Iaco.But.in l.3.C.ſi reus uel ac. mor.tu.Nec prædictis obſtat gl.in l.vulg. quia uerum eſt ꝙ pro adulterio continuato pluribus temporibus imponitur vna pœna, non quia ſit unum delictum,ſed quia pœna non eſt reiterabilis cum ſit pœna mortis,ut ibi per Bar.& ideo ſi ex forma ſtatuti imponeretur pœna reiterabiiis,puta pecuniaria glo. illa non procederet,vt ibi per Bar.

5 Quinto † quæritur poteſtas Florentinus habet arbitrium cō tra fures. Quidam non ſibi ſubditus furatus eſt aliquid in ciuitate Bononiæ,& id portauit in territorium. Floren.Quę ritur an poteſtas poſſit illum inquirere,& non comparentē bannire. Hæc quæſtio reſidet in veritate uel falſitate opin. Bar.quam poſuit in l.ſi dominium.ff. de fur.ibi enim cōcludit ꝙ ſic,quia ſicut mutatione dñij noua naſcitur actio furti,vt ibi,ſic mutatione territorij,& iuriſdictionis nona naſcit actio ſiue accuſatio furti ad uindictam publicam, arg.ff. de ſtatu ho.l.qui furem.Hoc idem ſecutus fuit ibidem Fran.de Are.dicens eſſe caſum in l.inficiando.§.infans.eo.ti.ſumpto argumento de tempore ad locum ſecundum not.in l.uinū ff.ſi cer.pet.cum concor.ac etiam quia ex contractione nona in noua iuriſdictione facta reſpublica illius loci lęditur ei accuſatio naſcitur.l.licitatio.§.ꝙ illicite.ff.de publican.& iſtam partem ut plurimum ſequūtur aſſeſſores dicentes hāc opinionem ſanctam.Pro qua uidetur caſus in l.1.C.de noxa. hoc modo in loco in quo commiſit furtum.ſ.Bon.non poteſt puniri. Ergo debet poſſe puniri in loco mutate iuriſdictionis,ſicut ibi cum non poſſit puniri vna contractatio,punitur alia.ſed contra hanc opi.opponitur, quia ſi per mutationem territorij & contractationem continuatam cōmitteretur nouum furtumex mutatione locorum uariari poſſet etiam furti qualitas & ſic ratione unius loci ſi ibi eſſet deprehenſus eſſet fur manifeſtus contra.l.3.§.fi.cum ſeq.ff. de fu.ſecundum Ang.in d.l.ſi dominiū.ubi nititur ſaluare Bar. in certis caſibus in quibus nihil alleg. & ideo referre non curo. Secundo ꝙ opi.Bar.de iure non procedat,ſic uidetur ꝓbari:ad hoc ut ex cōtractatione naſcatur actio furti, neceſſe eſt ut contractē inuito dño.l.inter omnes.§.rectè.ff. de fur. ſed in nouo territorio non poteſt fieri contractatio, niſi in uito illo cui prius furtū fecit in alio territorio, ſed illi ex prima contractatione nata fuit actio, ergo non poteſt naſci ex ſecunda.ff.de fur.l.ei qui.Item diſpoſitio.l.ſi dñium.eſt facta contra regulam.d.l.ei qui.ergo ſolum in ſuo caſu ſeruanda eſt,nec ad conſequentias trahi debet,ut l. ꝙ uero.de legi. & l.in his.& l. ius ſingulare. Præterea ut dictum eſt ex noua cōtractatione non datur parti actio furti.ergo nec reip. officium aliquod per ea quæ habentur in l. non ſolum. §.quanquam.ff.de iniur.& in.l.cum lex.de fideiuſ.& in l.1.§.ꝙ autē de aleato.& ꝙ dicam.infra in 3.parte.2.temporis. q.1.Item ſecundum Bald.in l.ſi adducta.C.de fur.dictum Bar.non vī uerum aliquibus rōnibus. Primo quia ſi id eſſet uerum ꝙ Bar.dicit,remiſſio furti non deberet fieri ad locum criminis primo perpetrati,cum æque & pari ratione unus eſſet iudex,ſicut alius, ſed lex dicit delinquentē debere remitti ad primitiuum delicti locum,ut in auct.ut nulli iudic.§.ſi uero quis comprehenſorum,ergo &c. Secundo ſi licitum eſt argui de dñio ad iuriſdōnem,rō Bar.retorquetur contra eum quia ſicut ex nouo dominio non oritur condictio furtiua, ut l.ſed nec legatarius.ff.de condi.fur.& hī in d.l.ſi adducta. Ergo ex mutatione iuriſdictionis non datur noua accuſatio ſiue noua uia extra ordinem procedendi. Tertio maleficiū debet trahi ad ſuum principium. Et illud eſt inſpiciendum potiuſquam continuatio,ut not.in l.eum qui.§.in popularē. de iureiu.Præterea ex d.Bar.ſequeretur ꝙ quot fierent cōmutationes tot orirentur accuſationes,quia ex diuerſis cōmutationibus inſurgant diuerſa facta.c.abbate.de re iudi.li. 6.Et ſi per totum mūdum vagaret cum re furtiua,poſſet de toto mundo banniri.& tot locis haberet ſe repræſentare ſi uellet ſe defendere,ꝙ eſſet abſurdum.ar. ff.de iudi.l.hīs abſens. Rñdet tamen Bal.ibidem ꝙ p̄dictis non obſtantibus ſibi vī æquitati ſatis conſonum,ꝙ fur puniatur ubi deprehēditur cum furto uel ad principalem locū delicti remittatur, maxime quia ſic diſcurrens vī uagabundus,ut C.ubi de criagi opor.l.1.& 2. Item quia ſecum rem exportando prorogare videtur iuriſdōnem de loco ad locū,& eſt prorogatio iuris & de iure, unde non habet locum pęnitentia. Ad l.q furem.reſpondet ꝙ iuriſdictio æquiparatur dominio uniuerſali non ſingulari.C.ubi & apud quē.l.fi.Sed in ti.de pace iur.fir.§.iniuria dicit eum puniri per generalem diſpōnem l.congruit.de offi.præſi. Mihi aūt licet videantur æqua p̄dicta ſuadeo tamen contrariam ſnīam de iure procedere.ſ. ꝙ non poſſit uigore nouæ contractationis ibi conueniri, non ea rōne quæ de remiſſione tractat,quia illa locū habet ſi petatur,& qñ ex eodem delicto cognoſcitur,ut in §. ſi uero qs comprehenſorum,& in auc. qua in prouincia, & in l.ſi cui. de accu.In propoſito aūt non ex primo furto,ſed ex ſecūdo cognitio emanaret & ſic remiſſioni locus non foret, ſed ex alijs rationibus.ſupra relatis, & maxime quia dño non oriē actio ex noua contractatione,ſed nec reipublicę. Ad rōnes in contrarium factas rñdeo. Primo ad l.ſi dñium, quod aliud eſt dicere,ei ad quem tranſit dñium ex noua ꝯctatione naſci furti actionem.illā.n.ante non habebat, & ſic non obſtat lex,ei qui. Et aliud eſt dicere contra illum qui mutat iuriſdictionem dari furti actionem ei qui ante non habebat, vnde argm̄ eſt de acquirente ad patiētem,ſiue de actore ad reum & ſic a diſparibus.Lex,qui furem.non obſtat ēt alia rō ne,quia loquitur in iure retinēdo,& ſic in fauorabili diſpoſitione,ergo non eſt licita argumentatio ad ius de nouo quę rendum,& maxime pœnale ꝙ eſt odioſum. Lex etiam prima.C.de noxa.non aduerſatur,quia ibi ex prima ꝯtractatione non fuerat orta actio, hic ſecus.§.infans.nihil facit, quia licet teneatur ad ualorem hodiernum,non tamen tenet ex noua ꝯctatione, ſed ex antiqua, quia unū furtum eſt. & ſic potius facit in contrarium. Illud ꝙ oñditur per Bal.de vagabundo ēt non procedit per ea q̄ hñt in l. eius qui. ad muni. Fateor tñ quod ſi ille qui diceretur vagabundus ſecundum iura ſupra alleg.ſubtraheret rē Bononiæ, & accederet Florētiam,ſiue cū re,ſiue ſine re,poſſet Florentiæ puniri,nō ex noua ꝯctatione,ſed ex antiqua, vt vagabundus p̄ no. in dictis legib.1.& 2.ubi de cri.agi opor.de iud.l.hæres abſens.ad munici.l.eius qui.ff.de dam.infect.l.4.§.1.vbi optima gl Cum ergo ſint diſtinctę iuriſdōnes,concludo ibi banniri non poſſe, & ſi fuerit bannitus bannum non tenere ex carentia iuriſdictionis. Et ſic patet ꝙ aſſeſſores contrarium facientes de iure non recte ſe fundant,defenduntur aūt ex uarietate opin. per no.in l.cum prolatis.ff.de re iud. & forte ex conſuetudine.l.nemine.ff de leg.& l. ſi interpretatione.

6 Sed † quæritur ſexto. An ex maleficjs de quib obſtante curſu temporis vel diuerſitate loci cognoſci non pōt, poſſit iudex alia maleficia de quibus cognoſcere poteſt aggrauare & in maiori parte bannire? Cōiter dī ꝙ ſic,per Dyn.& alios in l.ſi cui.§. fin.ff.de acc..l.3. circa fi.C.de epi aud.& l.ſeruos C.ad l.iul.de ui.& l.1.de iure patro. Et ita cōiter ſeruatur p aſſeſſores quos Io.An.uocat iudices feroces in Specu.ſuper rub.de fur.vbi non firmat aliquam opi.ſed ſolum refert.Bal. tñ in auc.ſed nouo iure.C.de ſer.fug.firmat ꝙ dixi.Sed quicquid ſit de iure ſtatuto aliter non prouidente,ſi ſtaturum diceret, ut in hac ciuitate,quod de talibus maleficijs ante tempus uel in alio loco commiſſis non poſſit firmari proceſſus. Et quicquid in ꝯtrariū fiat ſit ipſo iure nullum,tunc talia maleficia ad aggrauandum non poſſent allegari, quia eorum narratio & pro illis proceſſus formatus nullum producunt effectum.l.ſi pater.ff.ne de ſta.defunct.& l.accuſaturus. de adul.cum ſi.Rectores tamen communiter ſeruant contrariū & in eorum animarum perniciem & contra ipſorū iuramentum de obſeruando ſtatuta.

Septimo

Digitized by Google

7. Septimò † quæro. Stantib. ſupraſcriptis ſtatutis, duo ſunt rectores in ciuitate habentes eandem auctoritatem vt potestas & capitaneus. Et eſt aliud ſtatutum quo cauetur de eodem maleficio ſiue negotio, de quo vnus rector cæpit cognoſcere mittendo copiam inquiſitionis ad cameram, alius non poſſit ſe intromittere ēt cum adiectione nouæ qualitatis, & qcquid in contrarium fiat ſit ipſo iure nullum. ſtantibus iſtis, Titius mandauit Scio, vt interficeret Gaiū, q̄ Seius eum interfecit, propter q̄ ptās inquiſiuit de homicidio, copiam miſit ad cameram ꝓtra Seium, & facto proceſſu eum in banno poſuit. Capitaneus deinde format inquiſitionem ꝑ Titium de mandato. Titius non comparet. quærit num q̄d poſſit eum bannire, & ſi banniat an valeat bannum, an vero ſit nullū? Hæc q̄ō fuit hic Florentiæ de facto. & poſt multa fuit determinatum q̄ non potuerit banniri, & quod ratio bannum eſſet nullū inter alias tribus. Prima quia quicquid dixerit Bal. in §. iniuria. de pace iur. fir. mandans tenet̄ ex homicidio pp̄ mandatum non ex mandato. ff. de iniur. l. q̄ ſeruo. § fin. de fur. vbi allegat iura, & per doct. in l. non iō. C. de accuſ. & ſic inquiſitio formata ꝑ Titium mandantem verſatur principaliter ſuper homicidio. l. eo tempore. in princ. ff. de peculi l. 1. C. ſi ſeruus ex. vbi patet q̄ dictio ex, denotat cauſam proximam, & dictio, pp̄, denotat cauſam remotam & ibi concor. ſicque de eodem maleficio incepit cognoſcere de quo iam cognoſcere cæpit ptās, ſicque obſtat ſtatutū.

Secunda quia delictum mandantis & mandatarij eſt vnū & idem ſpecie, & numero: ſufficit allegare. Cyn. & eius iura in l. 1. C. ſi reus vel accu. mor. fu. & ibi refert ita conſuluiſſe Dy. Idem ſequitur ibi Ray in addi. ſuper Cy. allegans. l. athletas. ff. de falſis. Idem tenet Bar. ff. de accu. l. hos accuſare. §. lege Iul. per iura alleg. per Cy. & clarius in ſuo conſi. q̄ incipit, Bernardus de ruderto. Item etiam tenuit Iaco. But. in l. obſeruare. §. 1. ff. de offi. procon. & le. & Bald. latius in d. l. non ideo.

Tertia ratio fuit ſine qua etiam prædicta locum haberent quia ſtatutum vtitur ēt nomine, negotij. Cōſtat aūt ſine dubio q̄ etiam non eſſet delictum, cuius contrarium dictū eſt. tamen idem eſſet negotium. probatur extra de ver. ſig. c. forus. C. de ſenten. l. cum Papinianus. de nego. geſt. l. Pomponius. in negotijs. cum ibi no. C. ad l. Iul. de vi. l. quoniam multa, & eſt bonus caſus. ff. de in rem ver. l. filius.

8 Octauò quæritur † Sempronius exiſtens in cōfinibus territorij Florentini baliſtauit contra Gaium qui erat in territorio Senen. & eum interfecit, quæritur quis poſſit eum bānire. Iſta quæſtio eſt antiqua. & quia in voluminibus habet̄ faciliter per tranſeam. Communiter enim arguitur q̄ vterq; iudex. i. Florentinus & Senenſis poſſunt Sempronium bannire. l. iurisperitos. §. cum oriundus. ff. de excu. tut. & quod ibi no. p̄ glo. & habetur in §. quia plautianum. ff. de lib. agno. in l. fui. Contra, pro iudice florentino facit, quia licitum eſt arguī de tempore ad locum. l. vinum. ſi cer. pe. ſed dies mortis refertur ad diem vulneris. ff. ad l. aquil. l. ait lex, & ff. de dam. infec. l. damni. §. ſabinus. ergo & locus mortis trahitur ad locum ex quo ſecuta fuit. Pro iudice Senenſi facit q̄ inſpiciat̄ locus in quo ſecutus fuit effectus. l. 1. §. item ſciendum, el 2. ff. de aqua plu. arcen. & ibi per Ray. Primam opi q̄ vnuſquiſque poſſit bannire, tenet Albe. vbi ſup. q. 78. & dicit q̄ eſt cōis opi. remittens ad no. per Cy in auct. qua in p̄uincia. & ibi nihil dixit. Et ad Io. an. in c. in obſcuris. li. 6 de reg. Sed ſecundā opi. videtur tenere Cy. poſt Pet. in l. 1. C. vbi de poſtulagi oport. per rationem prædictam. Sed Ray. ibi tenet vltimam per dictum. §. item ſciendum. cum ſi. Ad rationem Pet. reſpondet quod diuerſitas rationis inter locum & tēpus tollit argumēta, quia in præcedēti ante mortē verum fuit eum fuiſſe mortifere vulneratum, ſed in loco inchoati delicti nullū fuit vulnus illatum. Ex quo dicit q̄d ſi aliquod vulnus fuiſſet illatum in loco territorij Florētini. & finaliter fuiſſet mortuus ab eo in territorio ſenenſi. Poſſet dici veram eſſe opi. Pe. Pro ipſa tamen allegat l. prætor, §. pe. ff. de edend. opi. Ray. tenet Bald. in d. l. j. vbi de poſtulagi oport. dicens quod magis debet inſpici locus in quo eſt patrēs q̄ locus in quo eſt agens. l. palam quæſtum. de rit. nup. ad rationem Pet. effectiue reſpondet vt Ray. quicquid ſit in propoſita quæſtione quæ locū habet ſi ſagittans ratione originis domicilij, vel incolatus non eſt dictis locis ſubditus, ſed ſolum ratione delicti, de iure ſtricto attēdis opi. putarem ratione dubij a quocunq; banniretur bannum valere per ea quæ habentur in l. 2. ff. ſi quis in ius voc. nō ie. & in l. ſi putas. C. de peti. hēre. fm vnam lect. & ita videtur tenere de iure Io. An. in addi. Spe. in tit. de rap. ver. ſed pone. licet dicat de æquitate iudicis debere inter ſe conuenire, vel ſorti committere de quo ibi vide ſi libet. Si aūt loca ſunt in eadem iuriſdictione ſed magis punit̄ delinquens in vno quā in alio, tunc ad inquiſitionem penę, & ſic banni inſpiciuntur verba ſtatuti. Nam aut puniunt ſagittantem. & inſpicietur locus in quo ſtat vulneratus ſecundum Bar. in l. libellorum. ff. de accu. quod etiam ſentit Bal. in d. l. 1. Sed reſtat dubiū ſi ſunt ſtatuta quorum vnum punit ſagittantem cum baliſta verſus hominem. Aliud punit vulnerantem hominem generaliter cum quacunq; rc. An tunc poſſit pro vtroq; bannīri Et ſi ſunt iuriſdictiones diſtinctę ſatis dici poſſet quod vnuſquiſque iudex imponat pęnam pro actu facto in ſuo territorio. Si vero ſunt eiuſdem iuriſdictionis loca reſtat dubium an ſagittatio confundantur in vulnere ſicut dicimus in mutu, de quo in l. nunq̄ plura, ſed de his duobus ultimis dicam infra in 2. temp. par. 2. q. 54 & ad qōnem principalem pro formatione proceſſus recurre ad no. per Bar. in d. l. libellorū. & hēnt locum prædicta qñ vtrumq; eſt illicitum. i. initium, & finis. Si vero initiū eſſet licitum vide per Bar. in l. q̄ ait. §. j in fi. ff. de adul. Si aūt ſtatutum diceret q̄d iudex nō poſſet cognoſcere niſi de maleficijs ſuo tpe vel infra ſuam iuriſdiōnem perpetratis, & in vno loco eſt factū vulnus in alio eſt mortuus. & ſic de tpe dixit Bal. q̄ nullus poterit cognoſcere, per l. vrb. §. pnoctare. de ver. ſig. vt ipſe ſcripſit in l. ſed & milites. §. ſed ignominia. ff. de excu. tut. quod tamquā principalem materiam aliter non proſequor.

9 Nono quæro an † poteſtas poſſit bānire aliquem iniuriātem ſibi vel ſuæ familiæ. Iſtam quæſtionem diſputauit Ia. de Are & eam refert Cy. in l. vna. C. ne quis in ſua cau. & Bar. ſequitur. ff. de pe. l. ſi quis aliquid. §. ſi quos conitum. Et in effectu ita concludunt q̄ aut delictum eſt notorium, & pōt cognoſcere, quia non reſtat niſi pœnæ impoſitio. & propterea ceſſat ſuſpitio arg. l. ab executione. C. quorum app. nō reci. Si vero non eſt notorium, tunc aut offenditur principaliter dignitas ſiue officium. vt quia offenditur officium exercendo. Et tunc poteſt cognoſcere & punire. l. nullum. C. de teſti. cum ſimi. Si uero offenditur principaliter perſona, ut quia aliàs quàm in executione officij, & tunc poteſt cognoſcere. d. l. una. & l. ſenatus. ff de offi præſi. ubi etiam de materia. & cum hac diſtinctione pertranſit etiam Bal. in d. l. vna. Hæc eorum diſtinctio vera eſt in iudicibus recognoſcentib. ſuperiorem. In his aūt qui non recognoſcunt ſuperiorem in diſtinctè dicendum eſt poſſe eos cognoſcere & punire. l & hęc tiberius. ff de hære. inſti. & in c. 1. de ſciſma. li. 6. & eſt ratio ſecundum Old. in conſ. 269. quia ita diligunt ſingulos ſicut fiſcum. C. de ca. tol. l. vna. §. fi. & ſic ceſſat ſuſpicio. l. non ſolum. §. 1. ff. de ri. nu. Item in vniuerſitate habente cognitionē delictorum, quia in cā propria pōt iudicare p̄p ceſſantem ſuſpitionē, quia cōiter negliguntur q̄ a plurib. poſſidentur. C. qñ & quib. quar. pars de l. 2. li. 10. & extra de reſti. ſpo. c. cū veniſſet. ac ēt quia uniuerſitas non iudicat ut uniuerſitas, q̄a eſt quid incorporale. & ſic ei huius actus exercitiū non cōuenit arg extra de ſen. ex. c. ſi ciuitas, & q̄d no. p̄ Inn. de offi. ord. circa refragabili. fm Old. in cōſ. 184. Sed Bar. in d. l. una. & in l. ē receptū. ff. de iur. om. iud. intelligit illud in uniuerſitate nō recognoſcēte ſuperiorē. De quo p̄ Inn. c. ex parte. il decimo. d̄ ver. ſig Item illud q̄d dñt qū delictum eſt notoriū poſſe quēlibet officialem punire. Intelligo uerū ſi ex forma iuris cōis uel ſtatuti eſt īpoſita certa pœna, tūc. n. ceſſat omnis ſuſpitio. Si uero non eſt impoſita certa pœna, ſed reſtaret in eius arbitrio, non vī mihi quod ceſſet rō ſuſpitionis. & ideo tunc non poſſet cognoſcere, niſi tale arbitrium eſſet declaratum a conſuetudine, quam ſeruare tenetur, ut hī in l. athletas. §. calumniator. & l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui no. inf. & l. 3. ff. de præua. & de pœ. l. hodie. Generaliter aūt pro materia qñ quis poſſit in ſua cauſa cognoſcere, vide q̄ habet̄ in d. l. vna. in c. noſtri. de elect. & in c. cum veniſſet. de iudi. ſecundum Bar. Sed plenius in Spe. de acto. ver. item quod in re propria auctoratur, vbi enumerantur. 19. caſus in quibus q̄s in re propria cognoſcit.

10 Decimo quæritur: † Officialis commiſit exiſtens in officio aliquod maleficium poteſtas inquirit cōtra illum vel accuſatur coram eo dum eſt in officio. Quæritur an non comparens conſtituatur in contumacia, vt ſic poſſit banniri. De hac quæſtione habetur in multis iuribus, vt patebit ſtatim. Sed ex dictis omnium quos vidi ſic concludo, q̄d aut habet officium ſine adminiſtratione hoc eſt dignitatem, & conueniri & banniri poteſt de quibuſcunq; ſiue ante dignitatem ſi uel in dignitate cōmiſſis. C. vbi ſena. vel cla. l. 2. Si vero habet officium perpetuum. & idem argu. eorum quæ habentur in l. principalibus. & l. præſes. ff. ſi certum peta. & ita tenuit Azo in ſumma de actio. § regulariter. ver. quid ergo. Idē ſi habet officium ad beneplacitum concedentis, quia cenſetur perpetuus. l. iuriſperitos. ff. de excu. tut. & l. ſufficit. de cōd. inde. Si aūt habet officium tpale, aut cōuenitur ex delicto cōmiſſo in officio, & pōt quodcunq; habeat officium, dumtñ accuſetur corā eo q̄ ſit ſuperior. C. ad l. Iul. rep. l. iubemus. in auc. ut diffe. iud. §. ſi tñ. & vt iud. ſine quoquo ſuffr. §. illud, & ff. de arb. l. nā magiſtratus, cum ſimilib. Si uero conuenit̄ ex dicto cōmiſſo ante officiū, & tunc aut eſt de iudicib. maiorib. q̄ habet merū & mixtū imperiū, & non pōt regulariter conue-

niri.

Digitized by Google

niri.l.2.ff.de in ius voc.l.hos accusare.de accu.de iudi.l.pars literarum,& habetur etiam in l.senatus.ff.de offi.præt.Fallit in adulterio in quo potest citari, & tenetur cauere de iudicio fisti finito officio.l.si adulterium cum incesta.§.fi. ff.de adul.Si uero est de minoribus vt sunt regulariter potestates comitatus habentes solummodo iurisdictionem, & tunc possunt de quibuscunque conneniri. ff. de iniu.l.nec magistratus.ad l.Aquiliam l.quemadmodum.§. municipales. cũ si.& no.per glo.in l.si præsens.C.de epi.audi. & per Guili.in Spec.de accusa.vers.sed quid de minore.ubi allegat cõcor. & ibi uide de materia.& in ver.præcedenti.ubi etiam remittit,& per Iac.de Are.in d.l.si præseus.

Sed dubitari uidi ex eo ꝙ in ciuitate est ordinamẽtum, quòd non possint discedere de potestaria sub magna pœna. An tunc possit in contumacia constitui, & determinatum fuit ꝙ sic,quia aut conuenitur ex delicto commisso in officio,& illud allegare non potest.C.de iude.l.iudęi.& l.nullus. Aut ex commisso ante,& idem:quia intelligitur sine causa, & superioris præcepto.l.quid ergo.§.si hæres.de leg.1.l.qui seruum.de ver.obli.l qui fi.satisd.cop.cum si. Si autem est tale crimen in quo possit per procuratorem respondere,dicebat quidam non excusari a pœna. Sed forte id uerum nisi in actib.magni præiudicij,arg.eius quod habetur in c.quærelam.de proc.deminori. l. Papi.exuli.& quod habetur in §.ad crimen.

11 Vndecimo quæritur † potestas habet arbitrium generale contra omnes delinquentes propter aliquam causam. creatur Barigellus,& datur ei arbitrium,& ut quæstio redda tur utilior,dicitur ꝙ ipse solus vel duntaxat cognoscat.Quęritur an potestas uirtute generalis arbitrij possit procedere contra Titium, qui post officium barigelli deliquit contra statum,& si non comparet possit eum bannire. Hæc quæstio est multum utilis,quotidie occurrens in ciuilibus etiã, & tractatur in multis iuribus quorum vt in principio tractatus dixi omnium mentionem non faciam, sed ex illis quæ infra dicentur omnia poterunt reperiri.& primo videtur ꝙ potestas non possit cognoscere, quia iurisdictio concessa uni iudici alteri denegari videtur.Casus uidetur in l. dominicis colon.C.ubi de causa fis.Et uidetur tenuisse in proposito.Iac.de Are.in l.quod in rerum.§.si quid post. ff.de lega. 1.& ibi tangit Barto.In contrarium quod immo possit,quia per iurisdictionem concessam iudici speciali non intelligitur sublata in illo casu iurisdictio iudici generali. C.de offi. præfe.vrb.l.1.& ibi tangit Bar.& uidetur casus cum glo.etiã si est dictio,taxatiua in l.fin.iuncta.l.cum a iquis. C. ubi cau. fis.& ita no.gl.in d.l.fin.Super quo multi multa dixerunt.dixit enim Bar.inter alia quæ ommitto, quod ubi apponitur dictio taxatiua excluditur intrisdictio ordinaria quæ competit ex consuetudine,ut ipse no.in l.uiros.C.de diuer.offi.libro 12.ꝙ dictum esset multum no.si esset uerum.Sed mihi uidetur ꝙ sint cõtra dicta duo iura supra proxi.allega. Alij vero aliter dixerunt,ut patet ex no.per Gui.in l.fi.C.de iurisd. omn.iudi.per Io.And.in c.per hoc.de hære.li.6.per Bald. in l.pluribus.ff.de proc.& in l.præcedenti.& in auc. habita. C. ne fil.pro pa.ubi aliter loquitur.

Circa ꝙ ommissis superfluis sub correctione omnium mihi vr̃ sic dicẽdum. Quod aut iurisdictio sine imperium diuiditur, ut qa tpe creationis officii alicuius siue etiam tempore acquisitionis territorii in quo nouiter disponitur dicitur de talibus causis cognoscat potestas puta prati, & sic de aliis,& de talibus cognoscat Potestas Florẽtię,& isto casu siue sit dictio taxatiua siue non, nullus põt de iurisdõne alteri cõcessa se intromitere.l.cõsulta diualia.C.de test.l. ex facto.§.itẽ q̃ro. ff.de vul.& pup.& ibi ꝑ Bal.per Ang.in l. cum prętor.ff.de iudi.Si uero non diuiditur iurisdictio,sed creantur separatim vnus officialis vniuersalis,alius particularis,tunc aut particularis creatur,vt superior,ut puta iudex appellationum.Et tunc intelligitur derogatum iudici gñali in his quę illi maiori iudici conceduntur,ar.C.de acc.l.absentem.& ita no.per Bal.in l.si quis eum procuratorio. §.fi. ff.de proc.Si vero non creatur vt superior,tũc aut iudex speciales ordinatur principaliter fauore publicę vtilitatis.& tũc regularitet alius nõ cognoscit.C.vbi quis de curia.vel coar. L.2.ver.exceptis.de quo in l.magisterię.& l.fi.de iur.om.iud. & ex hoc vr̃ ꝙ si barigellus fuit creatus super eo tm̃ fauore reipublicæ,potestas de eo cognoscere non possit, quia si est fauor reipublicæ ꝙ ille solus cognoscat.sequitur ꝙ lex siue ordinatio illius officii sic debet intelligi.ff.de hære.insti.l.fi. de iudi l.cum prętor.ff.de legi.l.cũ lex. cum si.Pone em̃, ꝙ barigello est data potestas ẽt de facto, & sine aliqua solemnitate tales condemnandi & puniendi, vt acrius terreantur a deliquendo.Potestas habet seruare statuta & solemnitates,certe tunc vr̃ in casu illo iurisdõnẽ ademptã potestari. Si vero creatur nouus officialis priuilego personarũ ꝗtra quas attribuitur iurisdõ,tunc aut priuilegium non est clausum in corpore statutorum, & non tollitur iurisdõ gñalis, vt i auc.quæ in puincia.& ibi no.vbi ď cri.agi oportet.Aut clauditur in corpore statutorum id priuilegium, & tũc aut est facta cõcessio in causis publicis,aut priuatis. Primo casu nõ tollitur iurisdõ ordinaria potestati nisi illud exprimatur. C.in quib.c.mil.l.1.& vbi cau.sta.li.2.Secundo casu tale priuilegiũ gñale derogat iurisdõni,vt no.in d.auc.qua in puincia.Si aũt creatur particulariter officialis rõne causę vel loci vel collegii siue corporis, & tunc in dubio gñali iurisdõni non derogatur nisi aliud dicatur.C.vbi cau.fi.l.fi.l.cum alias & d.l.dñicus.& l.i. de of.præfe.vt.

Ad prædicta examinanda si hæc distinctio non placeret, vi dere potes.ff.de admi.tur.l.3.§.fi.& l.si duo.de auc.tut.l.pluribus.Guil.in l.nemo.C.de iur.omn.iud.Iac.de Bel.in d.l. fi. vbi cau.& Bal.in d.auc.habita.tex.in auc.de defen.ciui.§.nullam.C.de proxi.sacr. scri.l.in sacris.& ꝙ ibi per Bar. Bal. super rub.de vsi.feu.& C.de execu.& appari.l.2.lib.12.Io.Mona.& Arch.in c.cum episcopus.de off.or.Lapp.in c.quia cõtingit.de reli.do.Io.And in c.pasto.de off.ordi.& in Spe.eo. ti.§.1.ver.prætermisis.

Rub.quæ solennitates requirantur in banniendo.

Srquitur uidere de tertia parte primi tẽporis, quæ solennitates requirantur in banniendo.& in ea examinãtur infra scripti tituli quæstionum.

SVMMARIVM.

1 *Primo generalis quæstio quæ solennitates in genere requirantur.*
2 *An citatio inualida sufficiat ad dationem banni.*
3 *An sufficiat citatio ad domum.*
4 *An requirat citatio si ex forma statuti cauetur quòd notorie infamatus de crimine possit de facto puniri,condemnari,& banniri.*
5 *An debeat audiri allegans causas absentiæ,& si non audiatur an ualeat bannum.*
6 *An testis qui deposuit contra magnatem, & fuit accusatus de falso, de quo ex forma statuti non potest redargui,possit citatus non comparẽs in banno poni,an uero iudex a seipso nemine opponente debeat accusationem reijcere.*
7 *Ex forma statuti debet post certum proclama quod dicitur bannum in processu requisitum post quod inquisitus uel accusatus in contumacia, et pro confesso constituitur, solui per comparentem reum certa dirictura siue gabella,aliàs non debet audiri.comparuit reus post dictum bannum negauit,& gabellam non soluit,quæritur an debeat procedi contra eũ tanquam contra contumacem.*
8 *Quid si seruauit omnia requisita comparens post contumaciam,an ei incũbat onus probandi rem aliter se habere.*
9 *Si cauetur statuto,quòd nullus possit banniri nisi fiat proclama,si quis velit defendere uel adesse causæ &c.fuit factum proclama si quis uelit defendere, & non fuit dictum uel adesse causæ. An possit in banno poni.*
10 *An transacto termino citationis uel banni quod facit citatus haberi pro confesso,requiratur pronuntiatio.*
11 *Si iudici constat intra terminum in citatione appositum citatum absq; probabili causa non esse uenturum intra terminum,possit eum bannire tanquam habitum pro confesso.*
12 *Quid iuris si inquisitus,& bannitus fuit Petrus Ioannis de populo S.Laurentij,& in illo populo non erat Petrus Ioannis,sed Petrus Marti. vel erant duo Petri Ioannis.*

Tertia pars primi temporis.

1 Primo ergo quęro generaliter † quæ solennitates in talib.bãnis debeãt obseruari.Bar.in hac.q.mixtim tractauit quorumcunque bannitorum materiam in l.1.C.de hære.instit.Sed ad ꝓpositum nostrum dico quòd in talibus debent seruari solennitates si traditæ vel cõsuetæ sunt seruari.ff.de legi.l.de quib. & ff.de testi.l.3.in fi.Si vero non est data forma statuto aliquo,sed solũ viget statutum de quo dixi sup.ſ.ꝙ citatus certo modo habeatur pro confesso illa solennitate seruata, in cæteris seruari debet iuris cõmunis dispositio. l. sancimus. C.de testam. de ap. l. præcipimus.cum simil.& de iu. l.iudices.Nam ubi non sit quòd ex forma statuti generaliter per inquisitionem procedi possit, opus erit quòd procedatur vel per uiam accusationis in omnibus, & per omnia,secundum formam.l.in causis.C.de accu.& ff.eod.titu.l.libellorum.vel per viam inquisitionis in casibus in quibus permittitur secundum no.per Docto.in l.ea quidem. C.de accusatio.per Bartol.in l.secunda.§.si publico. ff.de adulter. nouissime per Angel.in l.si uacantia.C.de bon. uacan.lib.10. & seruentur solennitates in inquisitionibus requisitæ, de quibus per Iaco. Butr.insti.de publ.iud. in prin.excepto

Digitized by Google

eo quod contumacia facit citatum haberi pro confesso quod etiam est de iure communi in casibus in quib. contra absentem ad diffinitiuam sententiam peruenitur. Illa. n. cõtumacia litis contestationẽ inducit. l. 2. C. ubi in rem ac. & per Bar. in extraua. ad reprimendum. super uerbo, cõtest. & illis seruatis poterit diffinitiue banniri. In qua sententia debent seruari solennitates alias de iure requisitæ. C. de sen. ex peri. rec. l. 1. & 2. & quod no. per Bar. in d. extraua. super verbo, super dicto crimine.

Et circa hanc primam generalem. q. posset quæri. An qñ proceditur contra forensem delinquentem in territorio, vel contra subditum alibi delinquentem. debent, & in procedendo, & in condemnando seruari statuta iudicis procedentis an vero inquisiti uel accusati, & sic delinquentis uel loci delicti in quibus quia sunt notissime me aliter non impedio, remittens ad no. quasi per omnes in l. cunctos populos. de summ. Trini. & in l. fin. ff. de iu. omnium iudi. per Io. Andr. in addi. Spec. in titu. de compe. iudi. adi. §. 1. vers. quid si conuenitur super aliquo. & per Ange. in d. l. si uacantia. Communiter tamen obseruantur consuetudines locorum iudicum procedentium, & quia statuta etiam prouident regulariter huic art. finem facio.

2 Secundo ergo quæro an citatio inualida inducat contumaciam, & sic possit tanquã confessus banniri, & sic inualide citatus. Ad hoc respondeo quod non, immo inualiditas citationis reddit bannum nullum secundum Bald. in l. 1. in fi. ff. si quis ius di. non obtem. ubi allegat. l. uir bonus. ff. iu. sol. Facit ẽt. ff. de ad. l. accusaturus. & l. si pater. C. ne de sta. de funct. & quod per ipsum Bal. generaliter dicitur in l. 1. C. ne ex delic. defunct. ubi gñaliter declarat actus iudiciales q̃ nulli sunt nullum effectum producere. Et ideo, sine citatio non sit facta siue sit, & non legitime, uel etiam incerta nullũ erit bannum. l. aut qui aliter. §. 1. in prin. & l. pe. in fi. ff. q̃ui aut clam, & ibi per Bar. & erit adeo nullum q̃ non obstante statuto excludente nullitatem, nihilominus talis nullitas poterit allegari cum a iure descendat. & sic sublata non uidetur, vt in cle. pasto. de re iudi. cum ibi no. in clem. sæpe. de uerb. signifi. & per Bald. in l. j. ff. de mil. testa. in l. filius familias. in princip. de dona. & in extrauagan. ad reprimen. super uerbo, sine figura.

3 Tertio quæro. † An sufficiat citatio facta ad domum? Hęc quæstio fuit Ghan. & eam refert etiam Albe. ubi supra. 50. q. & primo arguit q̃ sufficiat. l. 1. ff. de liber. agno. & quod vi aut clam. l. aut qui aliter. §. 2.

In contrarium q̃ non, qa istud bannum est pœna contumaciæ, arg. de uen. insp. l. 1. §. quid ergo. & de adm. tut. l. 1. & l. 1. si quis ius di. non obtem. cum si. sed ignorans non põt dici contumax. loca. l. si ignorãs. de act. & obli. l. ex maleficijs. & vt expressum. ff. quæ sen. sine ap. re. l. 1. §. item cum ex edicto. Dicit de consuetudine obseruari qd̃ sufficiat citatio ad domum. intelligendo domum in qua habitat cum familia. l. 4. §. toties. ff. de dam. infec. & d. l. 1. de liber. agno. & de uerbo. signi. l. in censoria. dummodo ipsius personæ præcesserit diligens inquisitio, & reperta non fuerit, quia citatio ad domum est subsidiaria, ut dictis iuribus. & in capit. causam quæ, de dol. & contu. & de eo qui mit. in pos. rei seruan. causa. c. fi. & ibi per Inn. Ad q̃ alle. C. de anna. excep. l. vt perfectius. Dy. aũt tenebat indistincte sufficere citatione ad domum per tex. in l. scire oportet. ff. de excu. tut. q̃ non est uerum, qa ille tex. qui loquitur alternatiue debet intelligi secũdum iura p̃dicta. s. non inuento citato personaliter. & ita tenet Bar. in d. §. toties. Si uero fuerit in iudicio puta quia opposuit dilatorias indistincte sufficit citatio ad domum, ut in auc. q̃ semel. C. quomo. & qñ iudex. & dictum est supra domus intelligitur etiam conducta. l. lex Cornelia. §. domum. de iniurijs. & d. l. 1. & si habitat in diuersis locis uel in diuersis parochijs. Vide gl. in clem. causam. de elec. & Dy. & Bar. in l qd̃ si dubitet. ff. de acq. hære. & d. l. 4. §. prætor. Ad apothecam autem non potest fieri citatio ut dicatur ad domum facta, ut d. §. domum. & ibi plene per Bar. Nec dicat quis p̃dicta iure loquuntur in ciuilibus, quia regulariter pariter p̃ceditur in criminalibus. l. absentem. ff. de pæ. & l. inter accusatorem. ff. de pub. iud. Hæc disputatio est utilis ubi nõ sunt statuta quæ sic, uel aliter prouideat. & uide Bal. in l. 1. ff. de legi. ubi arguit qd̃ citatio ad domum non sufficiat nisi aliter disponatur a statuto. alle. C. de decu. l. decurionib. & quod no. l. 1. §. aduersus. de ope. no. nun. Et istud æquins licet primum de iure uerius secundum iuris regulam supradictam.

4 Sed quæro quarto † statuto cauetur, quòd notorie infamatus de falsitate possit de facto puniri condemnari, & bãniri nulla iuris solennitate seruata. An tunc in datione banniri requiratur citatio. Et uidetur quòd non, quia ut dixi supra proxima. quæstio. in fi. in criminalibus proceditur eo modo quo in ciuilibus, sed in ciuilib. uerbum de facto tollit citationem, ut habetur in l. uerum. §. ex facto. ff. de mi no. ergo idem in criminalib. & uidetur notari in l. ictus fustium. ff. de his qui no. infam. & hoc uidetur uoluisse Barto. in quodam suo consilio quod incipit, punctus quæstionis. In contrarium uidetur, quia per uerba quantumcunque lata non uidetur tolli defensio quæ est de iure naturali, immo regulariter tolli non potest. l. ut uim. ff. de iusti. & iur. C. de iur. fisc. l. defensionis facultas. libro decimo, q̃iinimmo in brutis conceditur. l. 1. §. cum arietes ff. si qua pau. fe. di. Sed p̃ citationem datur parti copia defensionis, ergo illa non tollitur. Citauit enim Deus Adam, & tamẽ potuisset eum de facto punire. Pro solutione huius qõnis aduertendum puto, quòd quandoque uerbum de facto regulat capturam tantum, & tunc fateor quod non requiritur citatio. Nõ enim tunc tollitur citatio, sed loco uerbalis, fit citatio personalis, quæ in multis casibus de iure permittitur. l. neque. ff. de in ius voc. Et l. ait prætor. §. si debitorẽ. de his quæ in frau. credi. per Bar. in l. consentaneum. C. quomodo & quando iudex. Non enim tunc tollitur defensio, sed peruertitur, quia ubi alias potuisset se defendere ante capturam, nunc cogetur captus se defendere, & sic non obstant in contrarium allega. Quandoque uerbum de facto regulat cognitionem, vt quia dicitur in statuto, q̃ possit de facto cognosci. & tũc puto quod requiratur citatio per iura, & rationes pro hac parte allegatas, ac etiam quia cognitio non potest fieri nisi partium assertione. l. fi. C. de fruct. & li. expen. Non obst. gl. §. ex facto, quia uerum est quod tolluntur iuris solennitates, nõ aũt tollitur defensio vt in alijs iuribus allega. quod etiam patet, quia ubicunque põt contra absentem procedi, iudex a seipso dẽt defensiones partis assumere. l. 1. in fi. ff. de q. l. si nõ defendantur. ff. de pæ. Quandoque dicta uerba regulant executionem, ut qa dicitur q̃ possit de facto puniri. Et tunc aut adijciuntur post omnino liquidatum crimen, & credo, q̃ tunc non requiratur citatio constat enim quod nullas defensiones habet, & ita potest uerificari glos. in d. l. ictus fustium. q̃ loquit contra captum in flagranti crimine. Et facit qd̃ no. per gl. in l. 2. de furt. Bal. Si uero non est omnino liquidũ, sed solũ iuris p̃sumptione, qa statutũ dicat quod bannitus p̃p contumaciam captus de facto debeat puniri, tũc puto qd̃ ẽt ei sit assignandus aliquis terminus licet possit esse breuis si aliquã defensionẽ haberet. l. 3. §. si ad diem. & quod ibi per Iac. de Are. ff. de re mili. & facit. d. l. 1. in fi. de quæst. & quod hr̃ in l. fi. C. de posti. Et ideo in proposito puto quod licet quis notorie diffametur de falsitate, nihilominus iudex debeat eum saltẽ semel citare antequam possit eum in banno ponere. Ad quod faciunt q̃ no. in l. illicitat. §. ueritas. ff. de off. præsi. Satis. n. de facto fit si illud q̃ alias fieret in 20. diebus fit in duob. uel trib. & sic sine solennitate, & temporis dilatione, ut no. in d. §. ex facto. & ita seruari feci de iure consultus dictante statuto, q̃ proconsul notariorũ statim quod sibi præsentetur condemnatio facta de falsitate alicuius notarij, debeat ipsum de facto abradere de matricula. debet enim citari antequam abradatur, ut in d. §. si ad diẽ. & per Iacob. de Are. In proposita uero. q. si iudex ad probationem notorij secundum ea quæ habentur in l. 1. C. qui & aduer. quos. & in l. ciues. C. de app. & de accu. euidentia. cũ concor. fecisset citari infamatum cum in terminatione deponendo in banno, & ille non comparuisset, forte tunc facta probatione alia citatio non requireretur per not. in l. de pupillo. §. nuntiatio. ff. de nou. oper. nuncia. & in l. 2. C. de epis. aud. quasi tunc omnino dicatur crimen liquidatum, ut dixi sup.

5 Quinto quæro. † Potestas inquirit contra Titium uel aliter procedit, facit eum citari debita format, Titius non cõparet, sed infra terminum citationis comparet eius amicus allegans causas absentiæ, puta legitimum impedimentum, morbum, uel quid simile, quem iudex debet audire secundum no. vt. l. seruum quoque. §. publicę. ff. de procur. etiam sine aliqua cautione de rato, vt sentit glos. in l. exigendi. C. de procur. & apertius in l. in eo. §. nemo. de regulis iuris quæritur an teneatur eum admittere, adeo quod si eum non admittit, sed ad ulteriora procedi ualeat, uel non ualeat bannum. In hac. quæstio. dixit Bartol. in extrauagã. ad reprim. super ucrbo neglexerit, quod si ille amicus obtulit se probaturum impedimentum, & iudex eum contempsit processus est nullus quasi per eum stet quo minus certus fiat, alias dicit tenere processum allegat. de appel. cap. interposita. Et idem sed non sic clare dicit. C. quomodo, & quando iudex. l. cum non eo. die. dicit tamen quod parti remanet saluum ius petendi restitutionem ex causa iustæ absentiæ. C. quomo. & quan. iud. l. ab eo. & ff. de ĩ integ. resti. l. fina. & quod ibi no. Et sic in quæstione sit conclusio, q̃ si talis comparens non offert se paratũ probare, tenet p̃

cessus

Digitized by Google

ceſſus & admitti non debeat. Si vero ſe offert probaturū, tunc nō poſſit ad vlteriora procedi,& ſi proceditur proceſſus eſt nullus. Et ſic bannum nullum quod eſt no. Quod eſt uerum duobus concurrentibus, vno ꝙ allegat cauſas abſentiæ cōſiſtentes in facto vt morbum, carcerem, vel aliam cauſam abſentiæ facti. Si vero allegat cauſas conſiſtentes in iure puta aliquod priuilegium, tunc non auditur ſine mandato ſufficienti, aut ſine cautione de rato. Ita tenuit Inn. in ca. ueniens. de accu. & ſequitur Bald. in d. l. exigendi. & in §. publicę. de ꝓc. Si autem iudex uellet quòd ſatiſdaret de repreſentando reum finita cauſa impedimēti non cogitur defensor talem ſatiſdationem præſtare ſecundū no. ꝑ Io. And. in addi. Spec. ſuper rubrica. de defenſore. & ideo ſi tunc ad ulteriora procederet bannum nullum eſſet. Sed tunc opponitur, & uidetur ꝙ non propterea bannum reddatur nullum, ſed poſſit reſcindi per beneficium reſtitutiōis, ut uidetur caſus in l. 2. C. quib. ex cau. ma. & ibi per Doct. Sed poteſt reſponderi ꝙ illa lex loquitur qñ iudici non conſtitit citatum eſſe carceratum, uel per eum non ſtetit quominus ſibi conſtaret, tunc enim proceſſus ualet, ut ibi. Si uero ſciuit uel ꝑ eum ſtetit quominus ſibi conſtaret, tunc enim proceſſus ualet, ut ibi. Si uero ſciuit uel per eum ſtetit quominus ſciret proceſſus nullus eſt, ut dictum eſt. Ad quod. ff. de re iudica. l. quæſitum. & l. furioſo. cū ibi no. Requiritur ſecūdò quod defenſor obtulerit ſe paratum probare per ueras probationes. l. 3. §. ſi ad diem. l. qui commeatus. ff. de re mili. ſecundū Iacob. de Are. Non autem ſtatuto aliter diſponente ſufficeret iuramentum niſi ſecundum conditio. & qualitatem cauſæ, & perſonæ cōparentis. & c. ita intelligo ꝙ no. per Guil. in Spe. de appel. §. breuiter. ver. quid ergo. ubi alleg. l. ſcire oportet. §. ſufficit. ff. de excu. tut. Et probatur per. l. quoties. C. de nau. libr. 11. C. de repu. auc. hodie. & l. non omnis. §. a Barbaris. de re milita & ita concordo Guil. & Bar. qui uarie loquuntur. in l. 2. §. ſi quis in udicio. ff. ſi quis cau. Vnum non omittens quod ibi ſcripſit Bal. quod qui ſemel admiſſus fuit ad probandum per iuramentum, iterum non admittitur ꝑ iuramentum, arg. in l. fi. C. de bo. aut. iud. poſ. ſecundum intellectum Iac. de Are. quem ibi ſequitur Bar.

6 †Sexto ſtatuto † cauetur ꝙ teſtis qui depoſuit contra magnatem non poteſt redargui de falſo. Titius qui depoſuit contra magnatem fuit de falſo accuſatus, & citatus nō comparuit, quæritᵒ utrum dicatur contumax, & ſic debeat banniri, an vero iudex habeat a ſeipſo exceptionem opponere, & eum non bannire. Hæc. q. formatur per Bart. in l. abſentem. ff. de pæ. & ſuper ipſo conſuluit, vt patet in conſil. ꝙ incipit, A dño Cy. in verſ. ſuper quarto. Et ꝙ communiter hᵗ ꝙ ſcripſit in l. abſentem, ac ēt quia aliqua eſt uariatio, quia in l. abſentem. ponit ſimpliciter contra teſtem fuiſſe proceſſum. In conſilio vero dicit ꝙ iudex formauit inquiſitionem, ut videamus an aliqua ſit diuerſitas, eius conſilium inſeram de verbo ad verbū. Formata itaq; inquiſitione oſtēditᵒ primo, ꝙ ualeat proceſſus, & ſic poſſit cōdēnari, licet. n. agens oī exceptionc carcat tñ ꝓceſſus ualet in ſe, ꝙ patet qa ex eo pōt ſeq condemnatio licet indebite. C. de condi. inde. l. 1. ff. man. l. ſi fideiuſſor. §. in omnibus, & tex. dicit expreſſe in c. abbate ſane. verſ. quoniam. de re iudi. lib. 6.

Præterea licet ſit ꝑſumptio iuris, & de iure ꝙ non dixerit falſum, tñ admittitᵒ probatio in ꝙrium ꝑ confeſſionem, in auc. de æquali. do. §. aliud. & ibi no. glo. ſuper ver. ſinautem. ſcribitᵒ ꝑ Azo. in ſum. de do. ante nup. & per Cy. C. de do. ante nup. in auc. ſed iam neceſſe. Teſtis aūt patiendo ſe poni in banno vᵗ cōfiteri, ergo &c. Præterea qñ primo tpe fuit actio licet aliquo caſu ſit extincta pōt pati quis conueniri, & condemnari de facto. ff. de exhib. l. hoc ſi quis. §. quantum. & de rei ven. l. ſi poſt acceptum. Sed ipſe teſtis non comparendo uidetur pati ſe conueniri, & condemnari &c. & per hoc tolluntur omnes rationes quæ dicunt quod lapſum eſt tempus inquirendi.

At contrarium vᵗ ꝙ non poſſit condemnari, quia iudex ēt parte non opponente, ſed expreſſe confitente maleficiū pōt, & debet defenſionem eius quærere. Caſus eſt no. ff. de q. l. 11. in fi. & ff. de pę. l. ſi uero defendant. in fi. ibi dum dicit, & ſi quis cognoſcit, debebit de eorum innocentia quęrere. Facit. ff. de appe. l. non tm̄. & de epiſ. aud. l. additos. ubi inuita parte quis alle. & eam defendit. Ad idem quandocunque ab ſente parte pōt ferri diffinitiua ſnīa iudex pro eo ex ſuo officio perquirit ueritatem. C. quo. & qñ iud. aucten. ſemel. ibi, ꝓquiſita veritate. & C. de appel. l. ampliorem. in princ. & ibi no. per gl. licet ibi dicat ꝙ ſit ſpeciale, tamen generale eſt, ēt in principali non poteſt ferri ſententia diffinitiua. l. properā dum. §. & ſi quidem, §. ſeq. C. de iud.

Quid ergo dicemus, dico ſic, qñque liquet iudici euidēter non eſſe culpabilem uel nullum delictum commiſiſſe, & tunc licet ſit contumax, & habeatur pro confeſſo, non tamen poteſt condemnari per iura ſupra allega. proxime.

Quid enim ſi elapſo termino banni iudex uiuum uidet quem contumax dicitur interfeciſſe. certe non poterit condemnari ne plus operetur ficta confeſſio q̃ uera l. inde neratius. in fin. cū. l. ſeq & ad l Aquil. Qñque non conſtat iudici eſſe reum culpabilem, tamen conſtat per hanc fictam confeſſionem de maleficio. Sed conſtat ꝙ reus de crimine non pōt redargui, qa habebat pro ſe ꝓſumptionem iuris, & de iure, tunc credo ꝙ poſſit, & debeat eum condemnare, qa per confeſſionem poterat probari contra eum. & tunc conſtat, & eſt probatum ꝑ illam fictā confeſſionem, ut ſup. probatū eſt. Et per hoc apparet ꝙ ipſe citatus debet comparere, quia iudici iū poterat hr̄e effectum. Non obſt. ꝙ dicatur ꝙ tempora ſunt elapſa, quia ēt tūc dico talis inquiſitus poterat de cōtumacia condēnari, quia ipſe accuſationem non tollit ipſo iure, ſed parat exceptionem. l. ſi maritus. §. præſcriptiones. ff. de adul. & C. eod. ti. l. adulter. quam exceptionem poteſt ſimpliciter ommittere, & non opponere, & ſequitur contumacia, vt in d. §. præſcriptiones. Præterea pōt pati ſe in bāno poni de facto, ut dictum eſt. Hæc in conſilio. In l. abſentem. in fi. concludit ſic. Concludo ergo ex omnibus prædictis, ꝙ circa abſentem qui hr̄ pro confeſſo non pōt procedi ad condemnationem quando iudici liquet aliquid propter ꝙ appareret illud non eſſe maleficium, ſecus ſi appareret aliquid propter ꝙ ille pōt ſe tueri, maleficium tñ eſt commiſſum. Videſ ergo oīb. ſuis coniunctis ꝙ ita ꝑmittat iudicē inquirere ſicut partē accuſare q̃ videntur in ſe hr̄e differentiam. Nā ſi iudex uidet antequā formauit inquiſitionem ꝙ teſtis non pōt redargui niſi præſumptione iuris, & de iure non eſſe maleficium illud de quo inquirit, & ſic uidet ſibi non competere ius inquirendi propter ꝙ difficile vr̄ ꝙ dicit, poſſit inquiſitionem tenere, licet forte ſecus ſit in accuſatione in qua iudex tantum non pōt, qa tñ eius auctoritas magna eſt, & qa a potentia accuſandi iudicatur ēt potentia inquirendi, ut. l. non ſolum. §. quamquam. ff. de iniur. Non audeo ab eius doctrina diſcedere p̄ſertim ſi ex tenore proceſſus non conſtat ꝙ ille popularis teſtificatus fuit contra magnatem licet in veritate ſic fuerit. Tunc. n tꝫ citatio, & per conſequens inducit confeſſio. l. ex quocunque. ff. ſi quis in ius uoc. non ierit. Quod credo uerum niſi ſtatutum talem teſtem a iuriſdōne iudicis eximeret pro teſtificatione p̄dicta. Tunc. n. nō teneretur cōparere, & ſic non induceretur ficta confeſſio. & idē ſi ſtatutū annullaret actum q fieret in contrarium per ea q̃ dixi. ſup. par. proxi. q. 2. & ad illud quod de præſcriptione. dixit Bar. vide quæ dicam in f. tempore. 2. parte ſecunda quæſtio. 5.

7 Septimo q̃rit̄ † ex forma ſtatuti, cauetur ꝙ in criminalibus quis debeat perſonaliter uel ad domum bis citari, deinde ſi non cōparuit debet citari per proclama ſiue bannū præconis cū termino trium dierū, quo termino elapſo habeatur ꝑ confeſſo. Si tñ vult comparere ante bannum ſiue ante ſentēti am diffini. poſſit duntamen antequam compareat ſoluat certā quantitatē pœcuniæ, puta ſolidos. 10. alias non audiat̄ dictante ſtatuto hoc modo, vc3, & ſi intra poſt terminū ſibi datū in tali banno comparuerit ante condemnationē factā. & ſoluerit, tunc qñ poſt terminum uenerit cōi gabellæ nomine ſolidos. 10. pro tali banno, eximat̄ de ipſo banno nihil vlterius ſoluendo. Et ſi dictos ſolidos. 10. non ſoluerit, non intelligatur eſſe exemptus, ſed contra eū tanquā contra cōtumacem procedi debeat &c. Eo uero comparente dat certum modum procedēdi. Titius accuſatus uel inquiſitus poſitus fuit in banno. & poſt terminum aſſignatum comparuit, negauit, & ſatisdedit, qa ſic patiebatur natura delicti, ſed gabellam non ſoluit. Quæritur an iudex poſſit eum tanquā contumacem condemnare ſiue bannire. Et quid ſi poſt aliquot dies ſoluit. & ſolutio in iudicio ꝓducta fuit. Cum hæc quæſtio eſſet de facto dicebam ſic.

Primo vr̄ ꝙ non poſſit banniri tanquam contumax, quia ſufficit ꝙ fiat ſolutio poſtea quandocunq; l. uniuerſa. C. de p̄e. impe. offe. Sed aduertdndū ꝙ aliquando aliquid debet fieri ante actum uel in ipſo actu. & tunc ſi non fit, actus eſt nullus. l. in uniuerſis. C. qui da. tut. poſ. l. ſi quis mihi bona. §. iuſſum. de acquirend. hæredi. l. obligari. §. tutor. de auct. tutor. Aliquando debet fieri poſt actum, & tunc loquitur lex uniuerſa. & ibi no. per Bar. & Bal. videndum eſt ergo in propoſito an requiratur ſolutiǫ gabellæ ante comparitionem an poſt. Et certe dicendum eſt quòd requiritur ante comparitionem: quod eſſe verum dicebam, oſtendi ex pluribus verbis ſtatuti. Primo ex natura uerbi, ſoluerit, ꝙ licet poſſet adaptari ad prętęritum, & furturū. l. ſi iam facta. & l. ſolemus. ff. de condi. & demō. Tamē quādo ex aliquo adiūcto declaratur, ītelligit̄ de p̄terito vel futuro ſcd̄m declarationē, vt no. per Bar. in l. oēs populi. & in l. 1. de his quæ pæ. no. & l. nō ali-

Digitized by Google

ter.de leg.3.Sed ex dictione,tunc, quæ denotat extremitatem,vt.l.4.de condi.& demon.& l.lecta. ff.si certum pet. ubi ad initium temporis refertur.Item ex dictione,uenerit,quæ intelligitur in futurum, patet ꝙ requiritur,ꝙ soluerit antequam venerit.dicit enim si quis uenerit post terminum banni,& tunc soluerit &c.& ita intelligi debent ipsa uerba, ex quibus liquet,ꝙ prædixi. Et probatur in simili. in auct.de nupt.§. si vero incertum.& ibi not. super verbo,quinquennium.

Secundo hoc esse uerum patet,quia acceptando eius cõparitionem eum de banno eximit, procedit enim tanquã contra præsentem,sed non debet eximi nisi soluerit,& non intelligitur exemptus ergo loquitur de ante facta solutione,quia aliàs illa verba non possent uerificari.Præterea vbi cunque verbum quod habet significatum temporis præsentis,& futuri,si intelligitur in futurum inducitur absurdum semper intelligitur in præteritum.d.l.i.de his quæ pœnæ no. sed si dicamus,ꝙ sufficiat postea soluendo poterit post negationem differre quousque uideat dicta testium.Et si viderit non probare,soluet, si uiderit probare,non soluet. & sic datio fideiussoris non valebit,eritque tũc iudicium elusorium,quod esse non debet.ff.de iudi.l.si prætor. Et quod habetur in §.publice. Vt igitur hoc absurdum nõ contingat, & sic detur potestas reo eludendi iudicem, intelligatur in significatu præterito non in futuro. Pro ista determinatione facit ꝙ no.per Bar.in l.1.§.fi.ff.ne quis eum qui in ius voc. est vi exi.& l.si tutor. C. in quibus cau.in integ. resti.non est necessa.ubi determinatur quod quãdo solutio decimæ, vel alia solennitas requiritur ante actum,quicquid fit illo ante nõ obseruato,nullum est ipso iure.Et ideo in proposito debet contra ipsum procedere,tanquam contumacem, quod est uerum eo bis citato.Si autem semel fuisset citatus,nõ tenere bannum cum fuerit peccatum in forma statuti secundum Iaco.de Are.per.l.non sunt liberi. in princi. ff.de statu homi.quod sequitur ibi Ray.& alleg.l.Iulia.§. sed & si quis. ff.ad exhi.& l.prolatam.& quod ibi bo.C.de senten.

8 Octauo quæro † dictus reus post cõtumaciam,& sic post quam fuerat habitus pro confesso gabellam soluit,comparuit,& negauit.Quæritur cui incumbit onus probandi. An sibi,an accusanti uel inquirenti? Dicendum arbitror in hac. q.quòd si processus fiat ex statuto relato supra proxi. q.transit res sine dubio,quia facta solutione exemptus intelligitur a banno,ergo & a contumacia, & confessione quæ ex illo resultat.l.fi.C.de senten.pas.cum ibi no.& l.1.in fi.ff.de quæstio.& ita semper hic practicatur. Si uero processus fiat ex vi alterius statuti ꝙ introducat ex contumacia confessionẽ, & de comparente post bannum ante senten. nihil dicat restat aliqualis dubitatio,si enim contumacia confessionem introducit,sequi uidetur illam reuocanti incumbere onus probandi illam erroneam fuisse secundum no.in l.error.C. de iur.& fac.igno.per glo.& Doct.in l.non fatetur.ff.de cõfes.& per Guil.in Spe.de confes.§.fi.ad fi.ver.cætera. & in ca. fi.de confes.Cum ficta confessio spontaneæ,& verę confessioni æquiparetur per statutum,& sic idem in una ꝙ in reliqua.l.1.de leg.1.ꝙ etiam uoluit Bar.in l.absentẽ.de pæ.& in in alio casu,vt dixi supr.q.6.hac eadem par. Sed prædictis nõ obstanti.veritas est in cõtrarium ꝙ ad præsens breuiter ostẽditur sic.cõtumacia,& mora iudicialis idem sunt.l.& si post tres.§.si quis cã.sed mora iudicialis põt purgari usque ad sententiam.l.si cum exceptione.§.hæc autem actio. ff.ꝙ metus cau.ergo & talis contumacia. Purgata aũt contumacia nõ põt obiici confessio quæ ex illa resultat,quia cessante substãtia cessat qualitas.ff.de usufr.lega.l.1. Secundo quia nedum effectus priuationis ipsius defensionis inductus a contumacia tollatur per comparitionem ante senten.quinimmo tollitur per comparitionem factam post senten. iudice tamen adhuc sedente pro tribunali.ff.de in integr.resti. l.diuus. Ibi enim qui aliàs non admitteretur ad appellandum obstante uera contumacia admittitur si comparet iudice adhuc pro tribunali sedente. Ita in proposito, qui non admitteret ad negandum post sentẽ.admitattur si ante illam comparet cõtumacia non obstan.& uide quæ dicam infra statim. q. 10. & infra hoc eo. temp.par.vlt.q.2.ex quibus roboratur decisio supradicta.

9 Nono statuto † aliquo cauetur,ꝙ antequam quis bannia tur debeat per loca publica ꝑ proclama assignari terminus trium dierum intra quem quilibet qui uelit defendere reũ, vel adesse causæ possit comparere aliàs nullus possit banniri.

Iudex procedens contra Titium fecit fieri proclama per loca publica quòd quicunque uellet defendere Titium cõpareret intra terminum trium dierum,& nihil dixit de eo q vellet adesse causæ.

Quæritur an Titius possit banniri,Hanc.q.posuit Iacob. Butr.in l.hi qui. ff. de postu. Concludens quod non potest banniri,& si detur bannum ꝙ non ualeat,qa non omnia solennia seruata sunt.nam aliud est defendere, & aliud adesse causæ,ut ibi.& sic cum utrumque debuit exprimere si unũ omisit solennia non seruauit.Idem tenuit Alberi. *vbi supra.* q.98.alleg.l.fi.de in integ resti.& de itine. actuque priua. l.1. §.hoc iuterdictum.Facit.ff.de transa l.cum hi.§.si prætor.& de procu.l.paulus.& quod dixerunt Host.Inno.& Ioã. And. in c.2.de consue.uide licet ꝙ solẽnitas siue forma data actui debet fieri,&dicẽdo exprimi,aliàs actus est nullus.& ad hoc Bal.in auc.qui semel.C.quomodo & qñ iud.alleg.gl. in c.1. de mili.vassa.qui contu.est.pro hoc quod dixi sup.in fi.7.q. & per hoc dixi in l.paulus.quod si cauetur statuto, ꝙ iudex non possit ꝑ inquisitionem procedere, nisi prius requisito iniuriam passo an uelit accusare,denuntiare,vel notificare, quodcunque.n.ommittat non tenet processus ꝑ iura prædicta. Aliud esset si diceretur qđ debeat citari ut compareat ipse uel alius pro eo, quia tũc licet ommittat illud,uel alius pro eo.nihilominus poterit in banno poni,quia illud a iure intelligitur,vt.l.fi.C.de proc.& no.in l.si minor.de bon.auc. iud.pos.& iõ illa expressio nihil operatur. l.3.de leg. secundum Iac.Bu.& Bal.in d.l.fi. de procu. Dic tñ qđ intelligitur vt legitimè compareat,ut.l.sed si unus.§. si procuratorem. ff.de iniur.Rõ diuersitatis ideo est,quia primo casu statutũ requirit quid diuersum,in secundo idem.aduerte quia quãdo aliquid exprimitur pro forma ẽt si sit tacitum, illud dẽt seruari,& dicendo exprimi secundũ Host.Inn.& Io. Andr. in c.2.de consue.& in c.1.de bap.& dixit Old consulendo,ꝙ licet in dño sufficiat tacita reuocatio procuratoris, ut in c. si quem.de procu.lib.6.Non tñ sufficit in procuratore constituto cum potentia substituendi, & reuocandi.& iõ est,quia dño a lege uel ab homine nulla forma tradita est,ipsi aũt procuratori forma tradita est,ergo illa & factis,& uerbis seruãda est,ut in c cum dilecta.de rescrip.ut ipse rescripsit in consil.133.

Aduerte ẽt ꝙ tacitũ expressum ab eo qui poterat aliter ordinare operatur,ut ammodo tacitũ locũ non habeat,vt.l. talis.de leg.1.Item & si non possit tacitum tollere,tñ illud expressum operatur in fauorem eius pro quo disponitur. l.Tria.ff.ad l.Falci.& l.4.§ si quis condẽnatus.ff.de re iudi. & sic concluditur quòd dictũ Iaco.& Bal.non procedit, & quòd nisi illud exprimatur in proclamatione non poterit *in banno* per no.per Bar.in d.l.3.de leg.1.

10 Decimo q̃ritur ꝑtan post lapsum termini qui facit reum cõtumacẽ hñi pro confesso, requiratur quod accusetur contumacia uel fiat pronunciatio eum haberi pro confesso antequam perueniat ad bannum diffinitiuũ. In primo dixit Bar. qđ non,quia licet in ciuilib. talis accusatio contumaciæ requiratur.l.properandũ.§.1.C.de iudi.Tñ in criminalibus nõ est ita,siue procedatur ꝑ inquisitionẽ siue per accusationẽ, quia accusatore defuncto uel desistẽte põt iudex ad ulteriora procedere.C.de aboli.l.2.ff.de pub.iudi.l.pen.in princ.ita dixit in extraua ad reprimẽ.super verbo,neglexerit.Cautius tñ est quod contumacia accusetur uel ꝙ per accusatorẽ ab initio detur iudici potẽtia procedendi usq; ad fin.&c.ubi ẽt sentit Bar.Super secundo vñ dicendũ, ꝙ requiratur pronũciatio quia ubicunq; contumacia inducit fictã confessionẽ, requiritur iudicis pronũciatio,vt habetur in l.2.§.ꝙ si actor. C.de iur.calum.in c.2.de confes.li.6.& in l. eius qui delatorẽ.ff.de iur.fisc.per Bal.in c uassallus.si de feu.contro. ubi tradit ad propositum notabilẽ doctrinã,vc3 ꝙ ubicunque aliquid pendet a motu iudicis semper requiritur pronunciatio. Facit ꝙ habetur in auct.hoc amplius.C.de fideiuss.Posset tñ dici,vt sup.quod illa iura loquãtur in ciuilib.non in crĩnalib. Tutius tñ est tenere quod requiratur pronunciatio per regulam.l.inter accusatorẽ.de public.iud.& de pę.l.absentẽ. Põt tñ hæc pronunciatio fieri unà cum diffinitiua. l.eius qui delatorem.& ꝑalle.& ꝙ ibi per Bar. Hinc est quòd cõiter in omnib.bannis dicitur habita dicti accusati uel inquisiti eius cõtumacia pro uera, & legitima confessione q̃ satis includũt dictam interlocutoriam.l.cum clericis,& quod ibi no. C.de epis.& cle.Crederem tamen etiam sine ulla expressione bannum ualere, quia tacite uideretur pronuntiare sicut dicimus in l.1.C.de ordi.iud.& l.penul. ff. de his qui sunt sui uel alie.iur.& in l.quod in diem.§. si rationem. de compen. cum si.

11 Vndecimo quæro. Stante statuto prædicto,iudici notũ est quod citatus est in loco ex quo non potest in termino in citatione apposito comparere. Et ut omnis cesset dubitatio est ibi ex causa uoluntaria.quæritur an iudex habeat necesse expectare lapsum termini, an uero possit statim eum bannire,& fiscus uirtute statuti bona occupare. Hanc qõnem mouit Bal.in l.2.C.si pen.ap.mors inter,& arguit primo qđ possit dari bannũ nõ expectato termino, quia de necessario

Digitized by Google

fatio contingentibus idem est quod de præsentibus. ff. de verb.oblig.l.cum stipularus sim mihi a proculo. de noua.l. si pupillus. §. 1. Determinauit tamen contrarium tribus rationibus.

Prima est quia verba legis requirunt tẽpus consummatum,vt no. in c.ubi periculum.de elect.lib.6.

Secundo quia haberi pro confessio est pœna a conditione incipiens,quia præcedens interlocutoria de citando nõ obligat vnde non incipit a præcedenti obligatione. Et ideo expectandum est ultimum momentum. l. in illa stipulatione.§.si calendæ.de verb.oblig. Tertia quia hæc pœna trahit secum executionem.& ideo requiritur factum consummatum, vt in capitu. perpetuę.de elect.libro sexto, in nouel. Ista determinatio placet. vbi enim de pœna legali tractatur, qualis est ficta confessio a statuto inducta propter contumaciam,ibi non sufficit esse certum,nisi vltimus terminus aduenerit, & sic ante agi non potest. Casus,est de uerbo.obli.l.insulam.

Præterea ubi notatur condemnatio non sufficit confessio etiam uera,& facta in iudicio,vt habetur. ff.de his q no. infa.l.ictus fustium.per gloss.Bald.& alios, licet secus sit ubi nota.factum vt not. eodem titul. l.quoniam.quæ ita saluatur.

Præterea loquitur in cuili ubi confessus habetur p condemnato quod non est in criminali, ut ibi per Bar.Non ergo potest iudex ante terminum bannire, ut in rationib. tactis ante versicu.præterea nec fiscus ante bannum bona incorporare,licet aliàs solennitas obseruetur in bãno dato de iure communi quando annotantur bona,ut in l.1.2.& 3.C. si pen.ap.& in concor.ibi alleg.

11 Duodecimo quæro.† Iudex furmauit inquisitionem vel ex accusatione processit contra Petrum Ioannis de populo sancti Laurentij, & in illo populo non erat Petrus Ioannis,sed Petrus Martini,vel erant duo Petri Ioannis,& sic fecit citationes,& bannum dedit.Quæritur an dare potuerit, & si dedit an valeat,Bar.in l.demonstratio.ff.de condi.& demonst.tenet q ualeat,& executio fieri possit,si constat q ille erat homo qui de maleficio fuerat inculpatus.& propterea dicit quod cauti rectores faciũt illum captum recognoscere se esse illum qui de maleficio fuit inculpatus. Et ita etiam dicit in l.inter stip.§.1.de verb.obli.& de custo.reo.l. diuus.

Credo Bar.intellexisse quando citatio fuit facta personaliter uel ad domum,& constat quod captus est ille q fuit citatus psonaliter,uel qui habitauit in domo citationis. Tunc enim citatio non fuit inualida.aut ratione erroris, aut incertitudinis per ibi notata,cum de corpore citati constaret,& per consequens requisiti,utin iuribus ibi alleg.& l. si quis in fundi uocabulo.de leg.1.Sed si citatio fuisset facta per loca publica,uel ad ecclesiam principalem,vel ianuam Palatij rectoris,vt interdum permittunt statuta tunc puto bannum non tenere uno casu propter errorem, quia citatur Petrus Ioan.qui non est,& de corpore non constat ex aliqua circũstantia. Alio casu qui non est ratione incertitudinis, vt in l. duo sunt Titij.de test.tut.& quod habetur in l.si quis seruũ. §.si inter duos.de leg.2.

Communiter tamen rectores obseruant contrarium. Facium enim captum confiteri se esse illum qui deliquit, ut in sententia continetur,& qui citatus fuit, & bannum exequuntur. Et ita dicit Bald. in d.§.si inter duos.fuisse seruatũ Florentiæ,quia ille qui deliquit debuit cogitasse se citari,& quia talis citatio declaratur ex adiuncto. Quod potest de iure esse uerum si in citatione exprimitur causa, scilicet delictum.Sed si simpliciter dicitur quod compareat ad defendendum se a quadam inquisitione &c. Tale bannimentum de iure non procederet.Vidi tamen secundum dictum Bal. practicari,& ita seruatur per assessores,qui si non detrahunt ueritati fauori publico deseruiunt ne in talibus fraudes cõmittantur,& maleficia remaneant impunita.Et adde quę dicam infra in secũdo tempore parte secunda.q.26.ubi tractabo an occidens illum quem putabat bannitum cum non esset excusetur a pœna.

Rub.an a tali banno possit appellari, & de concerdentibus hunc articulum, & quando quis dicatur bannitus.

Supereſt vt quarta particula huius primi temporis expediatur,quæ fuit an a tali banno possit appellari, ut in alijs particulis processum est sic procedam in ista.

Primus ergo quæstionum titulus est prædictus.

SVMMARIVM.

1 *An a tali banno appellari possit.*
2 *Quæritur ubi licet appellare,cui incumbat onus probandi. An ipse qui fuit habitus pro confesso.An inquirenti uel accusanti.*
3 *An pendente tempore ad appellandum intelligatur sic bannitus, taliter bannitus quod in eo locum habeant statuta de bannitis loquentia.*
4 *An possit dici bannitus appellatione interposita pendente.*
5 *An pendente causa nullitatis dicatur bannitus.*
6 *An pendente causa restitutionis in integr.per uiam iustitiæ.*
7 *An pendente causa supplicationis.*
8 *Quid iuris si nondum est bannitus,sed notorium est eum commisisse crimen.*
9 *Quid iuris si cauetur statuto quod certo modo delinquens ipso facto bannitus intelligatur.*

Quarta pars primi temporis.

PRimo ergo quæro an a tali
1 banno † liceat appellari.in hac.q.in locis in quibus est statutum quod in criminalibus non possit appellari, hęc quæstio est sopita, sed restat in locis in quibus statuta nihil disponunt aliud quam supra dictum est in qua. q. uidi quædam breuissime scripta in quibus sic dicitur.Primo uidetur quod non possit appellari,quia cõtumax non appellat.l.properandum.§.sinautem reus.C.de iudi.sed certe dicendum est quod appellari potest ut dicitur manifeste.C.si pen.appel.mors inter.l.3.& dic ut ibi not. & in l properandum.§ illo.& §.sinautem reus. Certe quisquis fuerit scribens nimis breuiter se expediuit. Dixi enim supra in proemio quod aliud erat bãnum de quo in d.l.3.dicitur, & aliud de quo agimus,& ideo quicquid sit in banno annotationis bonorum &c. ad propositum nostrum arguo primo quod non possit appellari, quia sententia banni cõtinet pœnam criminis.ergo non appellatur,quia nec a pœna.ff.de uerb.signi.ff.si qua pœna.

Secundo cũ ex forma statuti talis contumax habeatur p confesso,quod non est in eo cuius bona annotantur, vt. d.l. 3.& l.2.eo.tit.ergo non potest appellare,semper ei obstante sua confessione q̃ detegit appella.frustratoriam.C.quorum appe.non recip.l.2.& argu.de fal.l.satis aperte.& C.si ex fal. instru.l.fi.cum ibi no.

Tertio qa verus contumax nõ appelat,ut in d.tit.quorũ appel.l.1.& d.l.properandũ.& l.ad peremptoriũ.cum similib. Quarto secundũ Bal.in quodã suo cons.Lex statuit certũ terminũ ad purgandũ morã, sc3 usque ad sniam.l.si cum exceptione.§.hæc aũt actio.ff quod met.cã appellationis nõ vr̃ posse purgari.ff.de optio.lega.l.mancipiorũ.de accu. l.Titia.cum concor.In contrariũ quod possit appellari sic probatur.Bannũ est multa,ut no.gl.in l.j.§.ex hoc rescripto.ff. de ven. inspi.ergo põt appellari.l. & in multis.C.de appella. Præterea a snia diffinitiua lata in criminalib.põt appellari.l. additos.C.de episco. aud.& ff. eodem. titu. l. non tm̃.ergo & ab isto bãno quod ex forma statuti uim habet snię diffinitiuę.ff.de leg.1.l. cũ simi. Tertio regula gnalis est pmissiua, in maiore n.& in minore licitũ est appellari, nisi quis reperiatur prohibitus.l.& in maiori.C.de appel.& no.in l.qui restituere.ff.de rei uend.& in l.creditor.§.iussus.de appel.Sed statutũ hoc nõ prohibet,ergo per dictã regulã poterit appellari.Quarto pro hac parte uidetur casus in l. gnaliter. §. 1.C. de reb.credi.& facit.l.cũ apud. ff. iudi.sol. ubi stipulatio ob rẽnõ defensam,& sic ob cõtumaciã põt purgari in cã appellationis.Pro huius.q.solutione distinguendũ puto quod aut statutũ dicit cõtumacẽ hr̃i pro confesso,& conuicto. & tũc non puto posse appellari per dictã.l.2.C.quo.appel.nõ reci. Et nõ obstant in ꝓrtartũ allegata, qa est casus spãlis in quo appellatio est phibita.Si uero statutũ dictat tm̃ eũ hr̃i p cõfesso.Tũc aut est uerus cõtumax secundũ ea q̃ habentur, q̃ hic nõ repeto in iurib. superius allegatis,sc3 in l.properãdũ, & l.j.quo appe.in l.ad perẽptoriũ.ff.de iudi. & in l. ex cõsensu.in fi.de appe.in cle.si ante.de dol.& ꝓtu.& plene per Bar. in l.fi.ff.de in inte.resti.& nõ põt appellari nõ ex ui cõfessionis inductę,sed ex natura uerę cõtumaciæ. Fallit hoc in duobus casib. Primus est si uenerit adhuc iudice pro tribunali sedente.ff.de in integrum resti.l.diuus.Secundus si ex forma statuti reseruatur etiam post latam sententiam aliquod tempus ad purgandum moram siue contumaciam,ut d.l.2.C.si pen.appel.mors interue.fm unũ intellectũ,& ibi tãgit Bald.

Digitized by Google

quòd est no. pro limitatione iurium prædictorum. Si autē non est uerus contumax, vt regulariter est non citatus personaliter, & tūc aut iudex ēt ultra cōtumaciā examinauit testes & tanquam confessus, & conuictus non appellat, vt. d. l. 2. C. quo. ap. Aut ex sola contumacia condemnauit, & potest appellare non ea ratione quod sit mulcta, quia non est simpliciter verum, vt dicam infra in secundo tempore. q. Quæ perdant banniti, quę est. 5. vel in q. 3. sed alijs rationibus supra tactis, & argu. d. l. 3. si pen. ap. secundum aliam lect. Nō obst. ꝙ eius contumacia habeatur pro confessione, quia illam potest reuocare ratione erroris in causa appellationis, vt habetur in simili in l. creditor. §. iussus. de ap. & no. per gl. in l. 2. §. ꝙ si actor. de iur. cal. & p Bart. in l. obseruare. C. quo. appel. non reci. per Doc. in l. error. C. de iur. & fac. ign. & in l. 2. de erro. aduo. Dixit tamen Io. And. in c Romana. §. finautem. de appel. libr. 6. quod quando solum confessus appellat debet in appellatione exprimere causam, quia asserat se errasse, & confessionem reuocet, alias non auditur, ꝙ est not. In appellatione enim a diffinitiua regulariter causa non est inserenda de appel. l. 1. in fi. Non obst. l. si qua pœna, quia hic non appellatur a pœna, sed a iudicis iniquitate, quia non debeat appellantem condemnare. Aliquando enim pœna est certa, & in iure limitata, & ab illa non appellatur quādo cōstat aliquem illam incurrisse. Est enim tunc sententia legis, & ita loquitur. l. illa. & ꝙ no. per Guiliin Specu. de recusa. §. fi. in fi. ver. hic no. Qñque est pęna reposita in iudicis arbitrio, & tñ potest appellari. Ita no. in c. super his. de accu. in gl. super ver. arbitrium & in c. quia nos. de appel. in vlti. glo. & idē si a iure imponitur certa pęua. sed si certum est aliquem nō incurrisse vel dubitatur propter quod requiritur iudicis sēntia, & potest appellari, ut. l. & in maioribus. & ita not. Archi. & Io. And. in c. cupientes. de elect. lib. 6. & idem Arcih. in 5. q. quia suspecti, habet etiam. d. l. si qua pęna. alium intellectum vt ibi no. secundum quem nihil facit ad propositū. Non obst. vltima rō, quia non est uera, potest enim in causa appellationis mora purgari vt no. in l. 1. circa princi. de act. emp. An autem a dispositione statuti siue cōstitutionis possit appellari dic vt per Bar. in l. omnes populi. & in l. fi. de appel. reci. & uide Io. And. in c. cum omnes. de consti. qui dicit quod sufficit contradicere.

2 Secundo quæro † in casibus in quibus licet appellare cui incumbat onus probandi an ipsi iudici inquirēti uel parti accusanti, an ipsi bannito appellanti contra quem est ficta confessio inducta ex contumacia? Respon. consultum uidisse onus probandi incumbere iudici uel accusatori, prout ante incumbebat si comparuisset primo, quia extinguitur pronuntiatum. l. 1. in fi. ad turp. cum simi. Er si non stat præsumptio sententiæ, quæ onus probandi transferat. Secūdo quia contumacia est purgata quæ potest purgari etiam lata sentētia, vt dictum est supra. Item ex quo non denegatur appellatio ergo nec defensio denegata uidetur quæ succedit statim appellatione præmissa. Quarto per regulam generalem quæ habetur in l. hi qui ad ciuilia. C. de appel. & hī in §. illud. in auctē. de his qui ingre. ad app. dixit tñ Bald. post confirmationē prædictorum consiliorum, ꝙ si contra appellantem essent alia indicia facilius conuinceretur propter bannum, qa illud fecit eum suspectum. C. de assess. l. consiliarios. quod nō procederet si probaret se fuisse impeditum, siue habuisse iustam causam in principali cā non comparendi, argu. eo. quę habent maxime per Bar. in l. fi. ff. de in integ. restitu. Pro decisione prædicta uide quæ dixi supra parte proxi. q. 8. Est. n. necesse quod dicatur aliud in uera confessione per no. in iuribus ibi alle. & aliud in ea quæ ex contumacia introducitur, vt patet manifeste ex his q̄ ibi dixi. Licet enim in aliquibus æquiparentur non tñ in omnibus. Statutum enim solū dicit quod possit banniri in ea pęna qua posset condemnari si confessus fuisset, uel dicit quod habeatur pro confesso quod cum sit facti non habet eundem effectum quod esse confessum, dico quo ad omnia. ff. de verb. sign. l. mercis. & quod ibi no. quod est indubitāter uerum siante diffinitiuam non fuit pronuntiatum eum haberi pro confesso secūdum ea q̄ dixi supra parte proxi. quæst. 10. cum enim appellando a diffinitiua intelligatur etiam ab illa interlocutoria appellatum stat regula quod in eo statu est in quo erat illa interlocutoria non facta. Et si non dici fuisse confessus. l. 2. ff. de appel. recip. cum simili. si antem fuisset ante diffinitiuam interlocutorie pronuntiatum eum haberi pro confesso, maius esset dubium, sed putarem dicendum quod aut ex forma statuti non poterat ab interlocutoria appellari, quia reseruatur in appellatione a diffinitiua. & idem. Si vero poterat appellari, & ille non appellauit transacto tempore antequam daretur diffinitiua, vel antequam a diffinitiua appellaretur, putarem secus esse, quia illa pronunciatio non est reuocata per appellationem a diffinitiua. l. intra utile. ff. de mino. concord. Et sic remanet quod habet contra se virtutem confessionis. Et sic licet concedi possit quod illa possit ranquam erronea reuocari, tamen ei incumbit onus probandi errorem, & sic rem aliter se habere, vt in l. error. C. de iur. & fact. igno. & alijs iuribus allegatis in prælallegata quæstione octaua, nisi per iustam causam quam probaret, concederetur sibi restitutio in inte. aduersus illam pronunciationem pno. in l. diuus. & l. fi. ff. de in inte. resti.

3 Tertio quæritur † viso quod aliquando potest appellari, an tunc lata sententia antequam labantur decem dies intra quos potest appellari quis dicatur bannitus taliter, quod in eo locum habeant statuta de bannitis loquentia. Et primo videtur dicendū quod non, sicut enim nō potest innouari aliquid appellatione pendente ff. nil nouari appellatione pēdente. l. j. & C. de appella. l. 3. ita nec pendente tempore ad appellandum, vt no. in d. l. 1. Secūdo probatur, quia idem est effectus si moritur condemnatus pendente tempore dato ad appellandum, qui pendente tempore appellationis, vt no. p gloss. in l. ex iudiciorum. ff. de accusa. quæ reputatur singularis, sed habet concordan. in l. si quis post. ff. de testam. Sed pendente tempore appellationis quis non dicitur bannitus. l. furt. in princip. ff de his qui no. infam. & l. prima, in fine. ff. ad turp. Ergo nec pendente tempore ad appellandum. In hac quæstione est aduertendum quod omnis effectus iuris qui producuntur a sententia non requirentes facti executionem statim lata sententia sunt producti. l. furti. in principio. ff. de his qui no. infam. & l. si quis filio. §. qui autem omnes. ff. de iniusto. testam. & per Innocen. in cap. qualiter, & quando, de accusa. Illi autem effectus qui requirunt factum hominis non producuntur, nisi lapso tempore ad appellandum. & sic postquam sententia transiuit in rem iudicatam, vt. C. de exe. rei iudic. per totum quod in ciuilib. verum est sine dubio, ut in iuribus supra allegatis. & de appel. l. constitutiones. & de appel. capitu. non solum. libro sexto. Sed & in criminalibus per regulam. l. absentem. de pæni. & de iudi. ff. l. omnem. & propter maioritatem periculi, licet in contrarium faciant. l. non tantum. de appel. ead. l. additos. C. eodē titul. & de episc. aud. l. additos. Sed respondetur quòd ibi de facto fiebat executio, vt ibidem per Docto. Ex quo infertur quod ad effectus priuatiuos iurium ipsius banniti statim lato banno intelligitur bannitus. Et sic post decem dies esset infamis, esset intestabilis, esset inhabilis ad certos actus, de quibus dicetur infra in secundo tempore, statim erit affectus ipsius qualitatis, non autem poterit interim offendi, quia illud factum hominis requirit. Ex quo patet quod male dixit Ghan. qui indistincte dixit eum posse offendi in rubri. de bannitis. in secunda colum. quem secutus fuit Albe. ubi supra. q. 24. dicens ita tenuisse Petr. in d. l. prima, si pend. ap. per iura secundo loco allegata quæ ad alium effectum loquuntur vt prædixi. Nec prædictæ conclusioni obstat gloss. l. ex iudiciorum. & l. si quis post, quas sequitur Dy. quia nō procedunt quo ad priuationem bonorum. Illa enim statim ipso iure fit. ff. de iur. fisc. l. prima, §. an bona. Verum enim est quod est lis contesta. & condemnatus. Et sic sunt producti effectus ab illis actibus resultantes secundum Iaco. de Arc. qui alle. dictam. l. si quis filio. §. irritus. siue. §. quòd si quis. quem sequitur Cyn. in l. tertia. C. si pend. app. mors inter. & Bartol. in d. l. ex iudiciorum, licet Bald. aliter dixisse uideatur in d. l. 3. mortuo bānito intra dictos decem dies de quo banno dicetur infra in ultimo tempore parte secunda. quæstione 7.

4 Quarto quæritur † an postquam interposita est appellatio dicatur quis bannitus adeo quòd interim possit offendi, habeantque locum alia statuta de bannitis loquentia, an non. In præcedenti. quæstio. patet non esse insistēdum in hac ex ibi dictis. Constat enim quòd aut appellatio pronunciatum extinguit saltem ratione prælentis status, aut suspendit ratione fururi, ut habetur in l. furti. in principio. ff. de his qui notan. infam. & l. tale pactum. §. qui prouocauit. de pactis. & in d. l. in fine. ad Turpil. cum simili. & quicquid ex prædictis operetur appellatio sequitur quod interim non dicitur bannitus. si enim extinguit pronunciatum clarum est. si suspendit idem, quia ex conditionali dispositione interim pendente conditione ius non oritur. l. pecuniam. si certum petatur. de uerborum obligation. l. quoties cum simili. maxime in sententia quæ venit resoluēda, illa enim iudicatur potius conditionalis ab initio quā puta resoluenda, ut habetur per Bartolum in l. centesimis. §. final. de uerborum obligation. & quod habetur in l. secunda. ff. de in di. addiect. & in l. quibus diebus. §. quidam Titio. ff. de conditione & demonstratione. saltem in legalibus dispositionibus quæ potius æquiparantur ultimis uoluntatibus quàm contractibus, vt no. in l. prima. ff. de his quibus vt indi. & per Bartol. & in l. translatio. ff. de adimen.

Digitized by Google

adimen.lega.& ad ſilla l.in cognitione.& plenius in l. ita ſtipulatus.ff.de uerborum oblig.Et uide quæ dicam in ſecundo tempore parte vlim. quæſt 79. Interim ergo non cenſe tur bannitus,& propterea non habebunt in eo locum ordinamenta de bannitis loquentia.Et ita determinauit Dyn.& poſt eum Bar.in l.qui a latronibus.§.1. ff.de teſta. & probat tex.ſecundum Dyn.& Bar.in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acquir.poſ. & in d.l.1.ff nil noua.appel.pen.ibi.Neque vilam aliam iniuriam &c.licet tamen bannum ſit extinctum aut ſuſpenſum, & ſic ceſſent effectus banni,non tamen ceſſant effectus reſultantes ex pendentia proceſſus,de quibus habetur.ff.de ſolu.l.reo.& de muneri.& no.l.reus delatus,& in concor.

5 † Quinto quæro † an bannitus agens cauſam nullitatis bãni,& ſic petens ſe cancellari poſſit pendente dicta cauſa virtute ſtatuti tacti in principio proemij offendi.Dy.in hac qõne dixit quod ſic in l.3.§.ſi ſeruus.ff.de acquir. poſſeſſio.per illum tex.vbi dicitur,quod licet ſeruus ſit paratus ſubire iudicium libertatis, nihilominus interim ſeruus eſt pro quo facit.ff.de liber.cauſa.l.ſi cui.§.licet.& l. ordinata. & ita etiã tenuit Ghan.& Albe.ſequitur vbi ſupra.q.23.licet non bene ſe firmet.Bar.vero in d.§. ſi ſeruus.tenet contrarium.allega. l.eum vero.ff.de fideicom.libe.vbi ille cui debetur libertas ex fideicommiſſo propter ſpem dicitur eſſe in quaſi poſſeſſione libertatis,ita bãnitus litigans hoc modo. Item quia de hoc videtur caſus in l.ſi quis filio.§.quod ſi quis.ff.de iniuſt. teſta.vbi ſententia nulla non facit damnatum inteſtabilem. Tertio quia ſtatutum loquitur de bannito,ergo debet intelligi de rite bannito.l.4.§ condemnatum.ff.de re iud.quod intelige verum in eo q̃ ſcit cauſam nullitatis agitari.In ignorante vero remittit ad no.per ſe in l.vltim.ff.de adul.Sed certe lex,cum vero.non facit quia ibi loquitur quando certum erat deberi libertatem.in caſu autem noſtro dubitatur.l.qđ de pecu.& ideo potius debet præſumi pro ſententia,vt.l.Herennius.§.Gaia.ff.de eui.& voluit Bald.in l.fina. C.qui ad liber.procla.nõn licet,vbi reprobat dictum Iaco. de Are. qui dixit bãnitum admitti ad dicendum de iniuſtitia banni præſtita ſatisfactione in l.ſtatu liber rationem. ff. de ſtatu liber. §.autem quod ſi quis loquitur in effectu concernente ſolum perſonam ipſius banniti, & ſic non facit ad caſum in quo tractatur de iure concernente perſonam alterius. Et ad § condemnatum.reſpondetur quod loquitur quando de nullitate conſtat , propter quod Bald. in auctent. quæ ſupplicatio.C.de præci.impera.offeren. dixit conſiderari veritatem , ſcilicet an in ſe bannum ſit nullum,& tunc non poſſit offendi,alias ſic.

Ego vero aliter dicendum puto vt enim ſæpius dicetur infra in ſecundo tempore quilibet videtur conſtitutus publicus officialis,vt.l.2.C.quando lice.ſine iud.vindi. & ideo ſicut pendente cauſa nullitatis officialis non poſſit exequi, vt oſtendam,ergo nec alius eum repreſentans,quod autem pendente tali cauſa non poſſet fieri executio,probatur quia vbicunque executio eſt irretractabilis ibi ſiue cognitio nullitatis requirat altiorem indaginem ſiue non, ſemper retardatur executio.alias enim non poſſet dicenti nullum prouideri.ita nota.per Paul.de Leaza.& alios poſt eum in clemẽ. 1.de re iudi.& per Bald.in l.ſi feriatis. ff.de ferijs. Siue igitur ad mortem ſiue aliter in perſonam offenderetur locum haberet pœna.l.ſi quis prouocatione.C.de appel. & eſt verum in ſcienti causã agitari.quod intelige,niſi cauſa nullitatis habeat calumniam euidentem per nota.in l.ſatis aperte.C de fal.& per Bald.in l.ab executione.C.quo. appel.non reci. & in l.prima.C.ne in vna eademque cauſa lic.ter. prouo. Tũc enim excuſaretur occidens,& ita poteſt ſaluari dictum Dy. & quod notauit Bald in l. libertas. ff. de ſtat.homi. licet ibi aliter dixerit.Quod dictum examinabo infra tertio tempore parte prima quæſtione ſecunda,vbi tractabo omnes quæſtiones in quibus occiditur illc qui apparet bannitus licet effectiue non ſit,ut quia ſoluit,quia clericus,quia rebannitus, & non cancellatus,ut ibi patebit.

Sexto quæritur Titius fuit bannitus taliter quod de iu-
6 ris rigore bannitus dicitur, petijt ex iuſta cauſa reſtitutionem in integrum aduerſus dictum bannum per uiam iuſtitiæ quod ſibi ex multis cauſis beneficium dari poteſt l. 1. in fi.Ex quibus cau.maio.& l. ſecunda quaſi per totum. ſi quis cau.C.ex quibus cau.maio l.ſecunda. Et dictum fuit ſupra in pluribus quæſtionibus, & maxime ſupra hac parte quæſtio.ſecunda. An pendente dicta cauſa reſtitutionis interim poſſit offendi.Si uerum eſt quod dixit Guiliel.in Specul. de reſtitutio.in integrum.§.uidendum in principio.Clarum eſt quod interim a ſciente cauſam agitari offendi non poteſt , quia ſemper impeditur executio.Tamen quia illud non eſt sẽper verum,recurrendum eſt ad id quod ſupra proxima q̃ſtione eſt dictum,ſcilicet quod quia executio eſt irretractabilis eadem ratione impediatur,cum agitur per uiam reſtitutionis qua impeditur cum agitur per viam nullitatis. extra de reſtitutione in integrum.capitulo auditis & de auctoritate tutorum.l. defendente. & quod ibi per Bartol. & C. de reſtitutione in integrum. l. una , quod Bald. dixit eſſe verum etiam ſtante ſtatuto quo cauetur quod quærelæ bannitorum non audiantur.Non enim uidetur bannitus qui habet integram reſtitutionem. ff.de in integrum reſtitutio.l. non uidetur.Nec obſtat quod non debet audiri, quia non intelligitur excluſus quin poſſit petere ſe a banno eximi. l. prima.§.de qua.ff.de poſtulando.per Cyn. & dicit eſſe ſimile in excommunicato cuius quærela non auditur,niſi proponatur contra ipſam excommunicationem,ut in cap.1. de reſcrip.libro 6.ut ipſe notat in l.ſecunda,C. ſi reus uel accuſa.mor.fue. De quo etiam dicam infra ſecundo tempore parte ult.q.67.

7 Septimo quæritur an idem † ſit ſi pendeat cauſa per uiam ſupplicationis,uidelicet quod interim non poſſit offendi? Ad hoc dicendum eſt quod non idem, quia illa non retardat executionem,vt notatur in dicta l.1.ff.nil noua.appella. penden. Quod credo verum niſi ſupplicatio in locum appellationis ſuccederet,vt habetur in auctenti. quæ ſupplicatio.C.de præci.impera.offerend.Pro quo facit quod dixi in duabus præcedentibus quæſtionibus, ſcilicet de executione irretractabili.argum.ff.de arbi.l.non diſtinguemus.§. cum quidam.

8 Octauo quæro † quis puta Titius non eſt bãnitus,ſed notorium eſt eum commiſiſſe maleficium p̃ quo imponitur pœna,pro qua bannitus poteſt impune offendi. An habetur pro bannito,videtur quod ſic,quia notorium, & ſententia æquiparantur. l. emptorem. ff.de action. empti. Sed dic quod non,quia quo ad hoc extraordinarium effectum notorium, & ſententia non æquiparantur. l. quicunque. C. de malefic.& ita etiam videtur probari in l. ictus fuſtium.ff. de his qui notan.infa.& ita determinauit Bald. in l. libertas. ff. de ſta.ha.

9 † Nono ſtatuto cauetur † quod percutiens aliquem cum certo genere armorum puta falcione, vel quadralecto quæ arma ſolebant eſſe in vſu,& multum exoſa, ipſo facto bannitus ſit in banno.Quidam percuſſit cum falcione,& antequã banniretur per ſententiam fuit occiſus, quæritur an potuerit impuni occidi tanquam bannitus.Alberic.vbi ſupra quæſtione 94. dicit ſe obtinuiſſe quod ſic. per. l. cum quaſi.§. ſi plures.ff.de fideicom. liber. vbi tantum operatur ſententia facta a lege,quantum operatur lata ab homine.Item per decretales quæ loquuntur de canone latę ſententiæ.17. quæſt. 4 cap.ſi quis ſuadente.Quod tamen debeat expectari ſententia ſiue iudicis declaratio allegat.l.1.C.vbi cau. fiſc. & quod ibi dixit,& de hæreticis.cap.cum ſecundum.l.& plus non dicit.Pro hac ſecunda parte facit quod ſtatutum permittentes offendi bannitum non habeat locum in eo qui bannitus repreſentatur a lege.l.2.C. de his qui ve.ęta.impe. cũ ibi no.maxime cum tanquam odium,vt. l.qui exce. de condi. inde. debeat reſtringi non ampliari.

Pro prima parte facit quod illa verba,ipſo facto,important canonem latæ ſententiæ,quia ex his demonſtratur, q̃ non requiritur ſententia,quo caſu dicitur latæ ſententiæ canon,vt no. in cap. cum eſſes de ſta. & in capi. relatum.de iure patrona. per Ioan.Andr.in cap.1.de ſagitta.& in cap.1. de eo qui fur.or.ſuſcepit.per Archid.63.diſtinct.ſalonitanę.Putarem aduertẽdum ad ſtatutorum verba.l.ſemper. §.legem de iur.immuni.Nam ſi ſtatutum quod permittit occidi bannitum ſimpliciter ſic loquitur, tum debet habere locũ ẽt in eo qui a ſtatuto ſit bannitus propter verba generalia.l.1.§. & generaliter.de leg.præſtan.l.1.§. lex Falci.ff.ad legem Falci. cum ſimili. Et videtur caſus cum gloſſ. quæ ſecundum Bald. forte de iure ciuili non eſt alibi,in l.amiſſione.§.qui deficiũt. ff.de capi.dimi.Si vero ſtatutum diceret quod bannitus deſcriptus,& regiſtratus poſſet impune offendi. Tunc non verificaretur in eo qui ipſo facto intelligeretur, vel eſſet bannitus,quia licet efficiatur bannitus non tamen efficitur regiſtratus,& ſic non verificantur verba ſtatuti duo requirẽtia. l.hos accuſare.§.final.de accuſa.cum ſimili. Facit quod habetur in cap.final.de elect.libro ſexto,vbi licet præſentia ſupleat citationem, non tamen ſupplet aliam ſolennitatem quæ requiritur. & ideo actus non ualet. Si tamen tunc ſtatutum quod facit cum bannitum ipſo facto procederet vlterius , quia diceret eum etiam intelligi regiſtratum,maius eſſet dubium. Putarem tamen ſi ſtatutum diceret,ſit ipſo facto bannitus, & pro regiſtrato habeatur, ſecus eſſet per no. in l.mercis.de verborum ſignifica.& in l.ſi maritus.§.primo,de adul. per Barto.& latius.in l.ſi qui pro emp. Et ideo in iſta ciuitate additum fuit ſtatuto quod banniti, & regiſtrati poſſint impune offendi.

Digitized by Google

Nellus a S. Gemin. de Bannitis.

De occurrentibus post perfectum bannum ipsi bannito.

Sequitur videre de secũdo tem-

pore scilicet de occurrentibus post perfectum bannum ipso banno durante, quod tempus vt dixi in proemio diuiditur in tres partes.

Prima enim erit de his quæ banniti in seipsis patiantur, & agant cum eorum appenditijs.

Secundo erit de his quæ per alios fiunt in eorum præiudicium.

Tertia erit de his quæ fiunt in eorum fauorem, quæ ideo postponitur, quia multæ quæstiones erant præambulæ ad vltimum tempus. Et cuilibet particulæ præmittuntur, vt supra in primo tempore factum fuit, rubricæ suarum quæstionum. Sunt ergo rubricæ primæ partis infrascriptæ.

SVMMARIVM.

1 *An ualeat statutum quo cauetur bannitum posse impune occidi. Et in ea de statuto quod facit dominus.*
2 *An ualeat statutum aliud quo cauetur querelas bannitorum non debere audiri.*
3 *Quid sit bannum & unde dicatur.*
4 *Quibus æquiparentur banniti de quibus agimus.*
5 *Quæ perdant tales banniti.*
6 *An bannitus vulnerans aliquem animo occidendi debeat puniri pœna statuti, an vero pœna iuris communis.*
7 *Si aliquis fuit bannitus in quinquaginta pro vno crimine, in sexaginta pro alio, & ex alio processu, an dicatur bannitus a centum libris supra.*
8 *Quid iuris si ex eodem processu pœnis tamen distinctis fuit bannitus.*
9 *Quid ex eodem porcessu pro pluribus criminibus in una summa nulla facta summarum uerbali distributione bann.*
10 *An bannitus tantum intelligatur in statuto loquente de bannito, & condemnato.*
11 *An banniti prædicti perdant eorum bona virtute banni.*
12 *Si bannum fuit pœcuniarium, an fiscus possit accipere insolutum de bonis banniti.*
13 *Si cauetur statuto quòd bona delinquentis sint obligata pro pœna, an tũc bannum pœcuniarium possit mitti executioni contra fideiussorem datũ antequam esset contumax, & bannitus.*
14 *An bannum pecuniarium possit mitti executioni contra fideiußorem antequam eßet contumax, & bannitus.*
15 *An fideiussor sit liberatus si bannitus captus a iudice aufugit.*
16 *An bannitus ex eo quod fecit contra statum dicatur bannitus ob crimen læsæ maiestatis. & sic perdat bona.*
17 *An quando bannitus perdit bona perdat etiam ea quæ sunt sita in alterius territorio.*
18 *An perdat solum præsentia an etiam futura siue postea quæsita.*
19 *An in casibus in quibus non perdunt bona eis existentibus in banno curit præscriptio.*
20 *An banniti perdant potestatem quam habent in filios.*
21 *An perdant potentiam faciendi statuta unà cum alijs ciuilibus.*
22 *An bannito domino uaßallus liberetur a seruitio feudi.*
23 *An uassallo bannito feudum ueniat in confiscatione bonorum.*
24 *An emphyteosis banniti ueniat in confiscatione bonorum.*
25 *An bannito filiofamilias ueniat in confiscatione peculium.*
26 *An in confiscatione bonorum banniti ueniat ususfructus rei in qua bannitus erat usufructuarius.*
27 *An bannito patre familias ueniat in confiscatione bonorum peculium filij.*
28 *An mulier bannita perdat dotem in casibus in quibus bona confiscantur.*
29 *An mulier bannita ob adulterium possit vir ad dotem conueniri.*
30 *An in confiscatione bonorum banniti veniat hæreditas ei tempore banni delata, sed nondum adita.*
31 *An in confiscatione bonorum banniti ueniat conditionale debitum ipsi bannito.*
32 *An in tali confiscatione ueniant iura patronatus.*
33 *An bannito filio, & bonis publicatis pater teneatur assignare fisco legitimam.*
34 *An dictante statuto patrem teneri assignare legitimam filio delinquenti possit pater cogi assignare bannito filio per contumaciam.*
35 *Posito quod teneatur an in tali assignatione inspiciatur tempus delicti, an accusationis, an banni.*
36 *An pater banniti teneatur dare fisco alimenta filio debita.*
37 *An bannitus perdat iura succedendi ab intestato.*
38 *An bannitus perdat ius succedendi ex testamento.*
39 *An bannito possit fiscus auferre, ut ab indigno, illa quæ quærentur bannito, & in confiscatione non ueniunt.*
40 *An bannitus desinat esse tutor.*
41 *An desinat esse executor testamenti.*
42 *An desinat esse arbitrator.*
43 *An possit de nouo eligi arbiter.*
44 *An bannitus dicatur effectus non soluendo, uel in tali statu quod uxor possit ad dotem agere.*
45 *An bannitus desinat esse ciuis ciuitatis a qua bannitus est.*
46 *An bannito possit imponi collecta.*
47 *An bannitus possit capi pro repræsalijs.*
48 *An bannitus possit petere alimenta ab illis a quibus ante bannum potcrat impetere.*
49 *An bannitus per uiam accusationis efficiatur infamis.*
50 *An efficiatur infamis si bannitur per uiam inquisitionis.*
51 *An notarius bannitus pro crimine famoso possit instrumenta confi-cere.*
52 *An bannitus possit facere testamentum.*
53 *Dictante statuto quod sententia banni habeatur perinde, ac si lata esset cõtra præsentem, an tunc testari possit.*
54 *An ubi testari potest eius testamentum habeat effectum si capitur, & occiditur pro executione banni.*
55 *Stante statu. quod bannitus ex testamento capere non possit, an bannitus sub conditione si intra certum tempus non soluerit possit hæreditatem adire, & ualeat aditio eo postea non soluente intra terminum.*
56 *An bannitus de ciuitate, & comitatu intelligatur bannitus de comitatu postea acquisito.*
57 *An bannitus in una ex ciuitatibus regni siue comitatus intelligatur bãnitus a toto comitatu siue regno, & ibi datur remissio pro locis, ei confœderatis.*
58 *An bannitus qui non potest habitare uel stare in territorio possit per illud transire sine metu banni. Et est duplex, scilicet an locum habeat in futurum.*
59 *An exceptio banni superuenientis excludit bannitum a iudicio per eum antea inchoato.*
60 *Si bannitur filius, an talis exceptio excludat patrem qui accusauerat de iniuria facta filio.*
61 *An talis exceptio excludat tertium qui accusauerat de consensu eius qui postea est bannitus.*
62 *An stante statuto quod querelæ bannitorum non audiantur, bãnitus possit se defendere.*
63 *An bannitus conuentus a bannito possit excipere quod bannitus non debet audiri ex forma dicti statuti.*
64 *An stante dicto statuto bannitus possit petere reuocationem tenutæ.*
65 *An patiatur secundum decretum.*
66 *An possit compensationem opponere.*
67 *An in casu in quo ipse non possit, possit illam opponere eius fideiussor.*
68 *Stante dicto statuto quod querelæ bannitorum non audiantur, de quibus querelis intelligatur. Et an possit appellare a sententia lata contra eum.*
69 *An possit petere restitutionem in integrum.*
70 *An possit de falso accusare testes examinatos contra eum assecuraturum.*
71 *An possit agere contra iudicem in sindicatu qui contra talem bannitum securatum tulit iniquam sententiam.*
72 *An stante dicto statuto, bannitus sub nomine hæreditario possit agere nomine proprio.*
73 *An bannitus retinens bona vel postea acquirens possit agere per procuratorem stante statuto prædicto.*
74 *An bannitus possit cedere iura sua, ut sic cessionarius possit agere pro alio ut procurator.*
75 *Quid si ante bannum.*
76 *An bannitus possit agere pro alio vt procurator.*
77 *An bannitus non banniti hæres repellatur agens iure hæreditario.*
78 *Quid si cauetur statuto quod bannitus non possit sua bona in alium trãsferre, an possit facere instrumentum si ante bannum promisit illud facere.*
79 *Egit creditor banniti contra eum qui bannitus potest se defendere, & fecit citare bannitum qui comparuit, quo uiso creditor vult desistere, bannitus vero vult quod procedat. Quæritur an bannitus audiatur. Et est duplex.*
80 *An bannitus qui perdit iura sua ciuitatis, perdat etiam illa pro contractibus iam firmatis quando non perdit bona, ut beneficium guarentigiæ vel statuti dantis laudi executionem.*

Prima pars secundi temporis.

Primo ergo quæro, an valeat sta-

1 tutum † quo cauetur bannitum pro maleficio posse impune occidi. Hæc quæstio est multum nota, & trita, & propterea in ea non instabo. Concludens quod cum tale statutum fiat ad publicam utilitatem, tum vt homines a delinquendo terreãtur, scientes se postea posse impune occidi, tum vt maleficia nõ remaneant impunita. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquil. de senten. excommu. vt famę. dicendum est tale statutum valere. Ita disputando determinauit Iaco. de Are. & tenet Io. Andr. in addi. Specul. in titu. de constitu. iuxta fi. & ibi vide. Hoc autem indistincte tenuit Albe. ubi supra. q. 17. late referens ratione disputationis hincinde. Et Ghan. q. 1. in mate-

Digitized by Google

materia bannitorum,& alleg.l.unicã.§. finautem.C. de rapto.vir.Item Bar.in l.vtuim.ff.de iust.& iur.l.omnes populi. in 3.q.prin & alleg.pro casu.l.3.ff.ad legem Corne.de sicar. iuncta.l.amissione.de cadimi.Idem etiam dixit in l.2. C. qñ vni.lice.sine iu.vin. q̃ allegatur pro casu quod etiam ibi tenet Bald. Et licet alias dixerim istud intelligi verum quãdo bannitus fuerat ex causa ex qua ei capto debeat irrogari mors quod etiam tenuit Ray.in repetitione. l.omnes populi,& sic si ei mors irrogatur non sit contra ius vt in cap.2.de maior.& obe.cum si. Ad rationes in contrarium factas respondevbi supra,& adde quæ dicam infra in secunda parte huius temporis.q.49.in qua tractabitur an bannitus offensus possit se defendere,& eadem par.q.2. Dixit etiam Bald. quod valet statutum quo cauetur quod capiens bannitum efficiatur dominus banniti per text.in l. delationum.C.qui. ad .i. procla.nõ li.vt ibi per eum Ad quod facit.l.seruitutẽ. de iur.iu.iunctis quæ superius dicta sunt.

2 † Secundo quæro † an ualeat illud statutum quo cauetur quærelas bannitorum audiri non debere. Hæc quæstio statuto ita dictante facilis est. Expeditur enim in breuibus tale statutum valere.Concordat enim cum legum dispositione quę multoties contumaces taliter puniunt.l.sed & si per prętorem.§.ait prætor.ff.quib.cau.ma.& ibi Bar.& Bald hoc dicunt.facit.C.de remiss.pigno. l. si eo tempore.cum concor. & de re iud.l.contumatia,& idem firmat Bar. in l.cum mulier.solu.mat. per dicta iura facit.l.sancimus. C. de iudi.& si vis ad saturitatem uidere iura denegantia audientiam contumaci uide in Specul.de actore.ver.item quod fuit contumax & ibi in additio. & uide de hæreticis.capitu. super eo. lib.6.ff.si quid in frau.pa.l.1.2.§.& alias,& de his quæ in frau. cre.pupillus,& de iure deliberan.l.si extraneus. Si vero statutum diceret qđ non fiat ei iustitia, dixit Inn. tale statutum non valere,quia directo disponit contra ius diuinum.de cõsti.c.quæ in ecclesiarum.quod etiam sequitur Ang.in l. 4. C. pro emp.Sed si diceret quod ei ius non reddatur,puto valere statutum, qa siue iuste siue iniuste dr̃ ius reddi,& sic potius denegatur factum quàm iustitia.l.pe.ff.de iusti.& iur. & l.prima,de iurisd. omn. udi. Si autem diceret non audiatur etiam defendendo,dicam vbi supra remisi in fin. proximę. quæst.

3 Tertio uisa ualiditate † dictorum statutorum quæritur quid sit bannum, & vnde dicatur. Istam quæstion em ponit Albe.vbi supra.q.1.& multa dicit.

Ego autem breuiter me expediam: supra.n.in proemio dixi multiplices esse species bannitorum.& ideo non de omnibus est inculcandum vt fecerunt illi de quibus ibi dixi. Quantum ergo ad propositum attinet sto cum dicto Nicolai de Mata.de quo facit mentionem Alber.ubi proxime dixi.Quod bãnum de quo agimus est quædam iudicialis sententia pœnalis lata in absentem contumacem uirtute statuti.Quod ut supra dixi in proemio valet,& fieri potest Quantum autem ad alios effectus bannum quandoque aliter diffinitur.Dicitur.n.qñque mulcta ut dixi supr.in prima. q.vltimæ partis primi temporis.qñque dicitur bannitum,id est proclama siue cõminatio,vt qñ dicitur ꝙ certum quid fiat, vel non fiat,publicè bannitur sub certa pœna.C.cõ.vel epist.per totum.& habetur in l.4.ff.de custo.reo.Quandoque dicitur sententia annotationis bonorum,& banni.quod qualiter intelligatur hr̃ in l.absentem.de pœnis.& in l.1.de requi.reis.& in concordan.quæ non sequor ne extra propositum euagari contingat.Vnum tñ nolo omittere quod dixit Alberi.vbi sup. quod si proclamatur aliquid non debere fieri sub pœna banni.& a ia quantitas non exprimitur in banno, si per statutum,uel consuetudinem aliter non declaratur quod intelligetur pœna soldorum sexaginta per tex.cum glo.in Lõbar.in titu.de exercitalibus libro 1.l.quicunque. quod esset not.si esset verum.Sed non credo,nisi forte in casu quo banniretur unumquemque debere ire in exercitum, uel contra inimicos sub pœna banni ut ibi,& eodem volumine lib. 3. & in tit.de his qui ad patriam defendẽdam ire neglexerint. L.1.& 2.In alijs proclamationibus, comminationibus, siue bannis non exprimentibus certam quantitatem puto dicẽdum si aliter declarari non potest intelligi secundum arbitrium proclamari facientis.ff.si quis ius dicen.non obtem. l.1.& de pe.l.hodie.cum si.Et uide quæ dicam infra parte sequenti huius temporis.q.63.& hoc de prima parte quæstionis videlicet quid sit bannum.

Vnde aurem dicatur bãnum,bannire,siue bannitio multi multa dixere.Sciendum tamen qđ in autiquis legib. istud uocabulum non inuenitur.Sed glosa,& iura nouissima allegata in proemio de eo faciunt mentionem.& dicitur secundum Nico.de Matta.Bannum a banderia, id est paruo uexillo.quod est publicum militare signum. ex quo dicit quod bannum est publica dictio,id est interdictio ab honoribus, & officijs,& statutis ciuitatis. Vnde secundum eum dicitur bannio Titium,id est contra Titium publicè procedo. Sed istud potest verificari in bannimentis in quibus assignantur termini ad comparendum non autem in diffinitiuis,quia illa sine vexillo, & bannimento publice proferuntur. & ideo dicunt alij vt colligitur ex no.per Dy.in l.reos.C. de accusa. per Bal.in l.1.de hæredi.instituen.quod cum sit adinuentum ad similitudinem excommunicatiõis per quam in foro ecclesiastico quis ejicitur extra communionem ecclesiæ, & inde dicitur excommunicatus,& uocatur acrimonia,id est a gremio ecclesiæ separatio,vt.C.de sacrosanc.eccl.l.placet. in fine.ita per bannum in foro ciuili extra communionem secularium beneficiorum quis ponitur.Ad quam similitudinem allegauerunt in vsib.feud.hic finit lex corra.& incipiũt consuetu.re.§.1.ex quo secundum Cy. idem est bannire, id est extra beneficia bannientis ponere. Sed istud etiam generaliter non est verum,quia ex solo banuo non semper ponitur quis extra beneficia, vt patebit ex his quæ inferiũs dicentur,& maxime.q.sequen.& sequen.Et ideo,quia disputatio nominum est pertinacibus relinquenda vt.l.2. C.de constit. pecu.In hoc non amplius insisto, maxime quia talia ad beneplacitum fuerint adinuenta.Bannum.n. qñque significat proclamationem id est citationem cum assignatione termini ad comparendum in iudicio. Quandoque significat pœnam quæ apposita est in proclamate contra aliquid facientibus uel non facientibus,ut dicta.l.Lombardia. Quandoq; significat ipsam sentẽtiam diffinitiuam siue qñ fit ex forma iuris communis.Quandoque fit ex forma statutorum ut in iurib supra in proemio allegatis. Quandoq; non significat pœnam sed præmium,vt quia mittitur bannum quod quicunque inierit exercitum habeat.20.solidos pro die, uel qd aliud.& tunc nõ potest dici de bono itur ad malum, immo de bono ad bonum.In superfluis itaque, & paruę aut forte nullius utilitatis non insistens cum in talibus vulgi opinio. omni significatui præferatur.l.cum de lanionis §.asinam.ff. de fun.inst.l.librorum.§.quid ergo.uer.quod tñ cassius.de lega.3.de suppel.lega.l Labeo.cum si.Concludo quod nõ potest in genere recte dici unde dicatur,& quid sit bannum. Quantum autem ad propositum attinet,dico ut supra dixi. Et ita se habet communis usus loquendi.Quando.n.quis petit.uel habet tenentiam prædictam,dicit da mihi, uel ego habeo bannum. Titij Et sic stat uera diffinitio supradicta quod etiam confirmabitur ex his quæ statim dicam in seq. quæst.Si aliter uidere uelis recurre ad loca superius allegata.Et quòd dixit Ange.in sua disputatione, quæ incipit duo fecerunt &c.

4 Quarto quæro † quibus æquiparantur banniti de quibus agimus?Ista fuit quæstio gl.in §.relegati. iustitu. quibus modis ius pat.pot.solu.& demum per multos agitata,ut habetur per Cyn.in l.1.de hæredi.instituen.per Io.Andr.in addi. Spec.in ti.de cessio.actio.§.1. vers. illud etiam quæritur per Alber.ubi supra.q.13.per Bald in d.l.1.per Angel.in disputatione sua de qua dixi in fine proximę quæstionis,& ante eũ fuerat disputata per Bar.ut patet in vulgari eius disputatione quæ incipit,statuto Lucanæ ciuitatis &c. Quæ qa cõmuniter habent hic non repetam,sed succincte tãgam, quæ meo iudicio sunt ad nostrum propositum necessaria. Concludit.n. Bar.post multa quod non æquiparant deportatis, non relegatis,non excommunicatis in omnibus,licet in aliquibus cuilibet æquiparent:& sic de uno ad alium non est licita argumentatio.l.fi.ff.de calum.sed dicit eos esse hostes, & transfugas suæ ciuitatis,quod ostendit primo ab effectu. Illi.n.sunt transfugę qui ab his sub quorum imperio sunt desistunt,& in numero hostium se conferunt.l.amissione.§.qui deficiunt. ff.de capi. dimi. Sed exbannitus ideo ponitur in banno,qa inobediens est his sub quorum iurisdictione fuit siue est,& sic confert se in numero aliorum bannitorum,id est hostium ciuitatis suæ,ergo potest proprie dici trãsfuga. Sed ista prima ratio non est uera. Non.n.bannitur propter inobedientiam, sed propter confessionem resultantem ex contumacia,& sic propter delictum, ut ipse idem Bar. dicit in l.omne.ff.de re mili.Et dicam infra in secunda par. huius temporis.q.59.Item quia necesse esset quod conferret se ad alios bannitos,ut dr̃ in transfuga, quod non est uerum. Secundo probat ipse etiam ab effectu,licitum est impune occidi transfugam. ff.ad legem Cornel. de sica.l.3.§.fina.& sic bannitum,ergo &c.Ista etiam ratio non est uniformis. Ad substantiam.n.& esse banniti non requiritur, ꝙ possit impune occidi,quia non sequitur,quis est bannitus, ergo potest occidi,nisi alio statuto disponatur ut dicetur infra in pluribus quæstionibus,& maxime in fine huius,& infra in sequẽri part.q.55.& habetur per Doc. in locis supradictis.ubi ergo hæc non disponit statutum hæc ratio nihil ualet. Probat ipse tertio, quælibet ciuitas potest habere suos hostes si eis bellum indixit.l.si quis ingenuam.§.fi.de capt.& no.eo.ti.l. hostes.Sed talibus bannitis ciuitas bellum indixit permittẽdo

Digitized by Google

do eos occidi impune, ergo sunt hostes ciuitatis. Hæc etiã ratio non est vniformis vt prædixi.

Addit ipse aliam rationem, quia quando subditus repugnat domino potest dici hostis. l. si seruus. C. de his qui ad ecclesi. confu. sed bannitus rebellat se ergo potest dici hostis. Ista ratio etiam non procedit. Nam sequeretur quod omnis delinquens esset hostis. repugnat. n. legib. suæ ciuitatis, & tamen non iudicatur hostis, immo quandoque acriter, quandoque læuiter, quandoque mitissime punitur, & non ut hostis. l. aut facta. per totum. ff. de pœnis. l. absentem. in fin. ff. eo. ti. Sicque non concluditur quod banniti de quibus agitur possint uniuersaliter hostibus æquiparari. Possunt. n. quãdoque impune offendi, & quandoque non. Et tamen sunt banniti.

Præterea pone quod statuto caueatur offendentem bannitum puniri in medietate pœnæ, erit ne tunc hostis certe non: etiam secundum Bar. & tamen bannitus erit. Nulli ergo prædictorum æquiparantur. quod etiam tenuit Bal. in dicta. l. 1. de hæred. instit. ubi multos refert. ubi vide si amplius videre cupis. & ideo restat quod sit quoddam genus de per se sub nomine bannitorum, & ita vt dixi supra. q. proxima vulgariter appellantur. & est tale genus stricti iuris, adeo q̃ quicquid expresse in statutis quorum uirtute banniti sunt non dicitur, illud intelligatur omissum. l. quicquid astringẽdæ. de verbo. obliga. secundum Bald. de quo tamen infra in sequentibus quæstionibus aliqua tractabuntur. Vbi ergo sit solum statutum quòd contumax habeatur pro confesso, & possit in banno poni pro ea pœna quæ imponeretur præsenti. bannitus tunc nec exulibus siue bannitis de iure communi, nec deportatis, relegatis, excommunicatis, aut hostibus poterit comparari. Si vero sint alia statuta de quibus sup. maxime in proemio dictum est, satis tolerabiliter dici posset eos hostibus comparari, de quo dicam infra dum tractabo de recepatione bannitorum parte tertia huius temporis, & sic patet quod dicta gl. §. relegati non est vera. Dicit tamen Angel. vbi supra quædam verba quæ quia pulchra sunt hic placet inserere.

Quod quidam sunt banniti imperialis culminis, vel Apostolicæ sanctitatis, & quia perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis, & per consequens bona possunt æquiparari deportatis. Et de isto genere bannitorum loquitur tex. C. de episcop. & clet. auth. item nulla communitas. & auc. item quæcũque. & iura quæ ibi allegantur: quidam vero sunt banniti ab inferiore non habente potestatem deportandi, nec priuandi iuditos beneficio iuris ciuilis, quoniam talia non sunt imperij eorum & tunc si bona eorum publicantur, bellum tamẽ eis non indicitur, & æquiparãtur vere deportatis, quia sicut deportati perdunt ea quæ sunt iuris ciuilis, nec tamen eis bellum indicitur. ff. de re iudi. l. si victum, & de pro non script. l. si in metallum. & in C. de incest. nu. circa princ. Sed banniti tales perdunt bona, & beneficia ciuitatis suæ, & tamen non possunt offendi. Sed hoc non procedit quod æquiparentur deportatis, quia deportatis interdicitur omnis locus excepta insula in qua deportatus est: bannitus autem talis potest stare in omni loco excepta insula in qua deportatus est: bannitus aũt talis põt stare in oĩ loco excepto loco a quo est bãnitus. Si aũt haberent potestatem deportandi, dicit tunc bannitos tales vere æquiparari deportatis, & testari non posse, & patriã perdere, vt ibi p eum. Quod est multum periculosum in terris q̃ habent ex concessione iure Vicariatus, vel imperij, & habent insulas, ideo non credo verũ eẽ eos in banno ponit seruata forma statuti. Et sic virtute statutorum nõ virtute iuris cõmunis, quod etiam patebit ex his quæ inferius dicentur in particularibus quæstionibus. Ista tamen disputatio parui est effectus, ut infra patebit. Et ideo in ea amplius non insisto.

5 Quinto † quæro quæ generaliter perdant banniti nostri tpis. In hoc multi multa dixerunt incnlcando leges de alijs bannitis loquentes, vt refert Bal. in d. l. 1. de hære. instituen. Bar. autem in dicta disputatione referẽs Iaco. de Are. in l. ex facto. ff. ad Trebel. cõcludit eos perdere oĩa iura fuæ ciuitatis pro suo commodo facientia. Ea autem quæ suum incõmodũ concernũt, nullatenus ei relaxantur, pro quo facit, q̃a nõ debent de pœna præmium reportare. Iura aũt gentium, & iura cõia minime perdunt rationibus, & iur. ibi per eum allegatis. Bal. tamen in d. l. 1. dixit quod si est bannitus ex tali de icto ex quo de iure cõi deberet deportari, tunc perdit in territorio suæ ciuitatis non solũ illius ciuitatis iura, sed etiã iura ciuilia, & nihil allegat, nisi quod hoc ideo est, quia pœna adiecta in banno succedit loco deportationis.

Ego autem sto cum opi. Bar. quæ est communis quòd in territorio suæ ciuitatis non perdat iuris communis dispositionem ad qđ facit dictum Cyn. in l. reos. de accus. de quo dixi sup. in 3. quæst. huius partis, q̃a bannire nil aliud est nisi extra beneficia banniẽtis ponere. Ac etiam quia non secũdum ius cõe punitur, sed secũdum formam statuti. Item q̃a non est verum qđ illa pœna succedat loco deportationis, vt patet ex nota. in l. 1. §. deportatos. de leg. 3. & l. si quis filio exhæredato. §. hi autem. & §. irritum. de iniusto testamẽ. Ergo est per se alia pęna loco pœnæ extinctę. Et sic suum assumunt vigorem non autem antiquum. l. qui id quod. ff. de dona. cau. mor. & quod habetur in l. si eum. §. qui iniurarum. si quis cau. Dico etiam quod perdit dispositionem iuris cõmunis in sui fauorem, si illius loci statuta aduersarẽtur: sũt enim legibus p̃ualentia, vt. l. omnes populi, & sic in sui odiũ disponẽtia, ergo illa non perdit vt dictum est supra. Retinẽt ergo iura gentium. l. si tibi mandauero. §. is cuius bona. ff. man. Item iura ciuilia Romanorum siue in sui odium, & hoc indistincte siue in sui fauorem disponant, nisi hoc secũdo casu a statuto iura cõia sint correcta. Tunc enim in territorio suæ ciuitatis ius illud cõe in sui fauorem allegare non poterit. Item ligatur statutis suæ ciuitatis in sui odiũ disponentibus, sicut ligaretur non bannitus secundum ea quæ habentur in l. cũctos populos. de summa tri. & ideo omnia statuta priuatiua porrigentia effectum suum extra territoriũ secundum ibi no. per Doc. locum habebunt in talibus bannitis quocunque vadant, fauorabilia autem statuta, nec ibi, nec alibi poterunt allegare, quia illa omnino perdiderunt, vt in iuribus supra alle. & vide. l amissione §. qui deficiunt. & l. tutelas. ff. de ca. dimi. ex hoc fundan. multæ terminantur quæstiones, vt infra patebit.

6 Sexto quæro † de iure communi, pro vulnere est pœna mortis. C. ad leg. Corne. de sica. l. is qui cum telo. ff eo. l. 1. ex forma statuti pęna est pœcuniaria. Bannitus in ciuitate, uel territorio a quo est bannitus vulnerauit aliquem animo occidendi, & non occidit quæritur qua pęna debeat puniri. & vr̃ quod pęna corporali q̃a perdit iura statutorum vt supra: sic quantum ad eum remanet iuris communis dispositio. Contrarium determinat Bald. ff. solu. matr. l. cum mulier. q̃a statutum recessit a pęna iuris communis, & pęna statuti est loco illius. l qui cum vno. §. q̃ post. ff. de re milit. nec dicitur hoc statutũ esse beneficiũ siue statutum, qđ pœnę minorationem vel alterationem inducat arg. C. de his q not. infa. l. & seuer. or. cũ simi. In pęnis ergo maioribus includuntur bãniti secũdum eum sicut alij non eorũ fauore, sed natura legis quæ est generalis, & qualiter omnes ligat: hoc potest esse verum si processus est simpliciter formatus. Tunc enim secundum illius tenorem debet formari sententia. l. cum fundus. ff. communi diui. de accu. l. senatus. cum sua materia. Si vero est formatus tanquam contra bannitum, forte nõ procedit dictum Bal. quia in veritate statutum ei non opitulatur, sed fm ius cõe tractari debet vt supra. Ipse. n. ab ipso statuto exemptus est, vt. §. qui deficiunt. Sed pro Bald. facit quia & forensis secundum statutũ puniretˉ, & non secũdum ius cõe. Sed respondetur qđ ille forensis nũquam perdidit statutum, sed bannitus illud perdidit. Ideo forte verum est qđ dixi, quia tamen processus communiter formatur simpliciter omissa banni qualitate Bal. opi. est in vsu.

7 Septimo q̃ro † statuta prędicta dicunt quod bannitus a cẽtum libris supra possit offendi &c. Titius pro furto fuit bannitus in quinquaginta, deinde pro vulnere, vel alio maleficio ex alio processu fuit bannitus in octuaginta, quod fieri potest vt dixi supra in tempore. 1. par. q. 3. An in eo habebũt locũ statuta prædicta. Bart. dicit quod non, quia quinquaginta, & octuaginta non sunt centum triginta. l. vbi fideiussor. ff. de solu. & ibi per eum. & in l. 2. §. 1. de con. insti. & quod habetur in l. quoties in stipulationibus. ff. de verb. obli. & sic nõ est bannitus a centum libris supra. Ita etiam tennit Bald. & dicit ita fuisse consultum per Ioã. Pagla. in §. hæc autem tria in proemio fforum.

8 Octauo q̃ritur † Titius fuit in eodem processu inquisitus distincte pro pluribus percussionibus, & demum fuit bannitus hoc mõ in libris. 200. vc 3 in quinquaginta pro percussione in brachio. In vigintiquinque pro percussione in pectore. & in 60. pro percussione in facie. An dicetur comprehendi in statuto prædicto. Bar. in l. Lucius. §. q̃ habebat. ff. ad Treb. dixit quod non, q̃a perinde hr̃ ac si ab initio summas separatim excessisset per l. ædiles. §. fi. cum gl. sua. ff. de edi. edi. & d. §. q̃ habebat. Et idem dicit per dicta intra in d. d. l. vbi. & facit. ff. de iurisd. omn. iudic. l. si idem cum eodem. in principio.

In contrarium tamen facit. ff. de appella. l. si q̃ separatim. §. 1. & ibi tangit Bar. & non respondet. ubi dicitur qđ plures summæ diuersarum specierum eadem actione petitę cumulate considerantur. Dicunt q̃dam quod dictum Bar. procedit, qñ illæ summę imponuntur pro maleficijs quibus agitur diuersis actionibus numero, alias locum habet lex. si qui separatim. Et ideo secundum eos si dictæ pœnæ imponerentur ex eodem statuto locum nõ habet dictum Bar. quia fit cumulatio vt ibi secus si imponantur per diuersa statuta. Tunc. n.

de.

Digitized by Google

debentur diuersis actionibus numero, & ideo non fieret cumulatio.

Sed credo simpliciter dictum Bart. verius per iura p̄dicta siue imponantur ex eodem statuto siue ex diuersis. Ad inducendum.n.odium nunquam fit cumulatio,vt d.l.si idē. non obstat lex,si qui separatim:quia ibi inducitur cumulatio ad fauorem, vt ibi patet:intelligo aūt verum esse quod dixi qñ imponuntur pœnæ pro maleficijs separatis. Secus si imponantur pro vno maleficio habente plures qualitates.l. nunquam plura.ff.de priua.deli.l.qui de crimine. C. de accu.de quo dic vt ibi infra.q.proxima.

9 Circa idem q̄ro nono † formato processu de pluribus separatis maleficijs pro quorum quolibet est ex forma statuti pœna minor centum libris.Iudex in simul, & semel nulla facta distributione cōdemnat in tota summa,puta in ducētis, vel trecentis.Quæritur an intelligentur plura banna, an vnum tm̄.Hæc qō est subtilis, & pendet a notatis in l.scire debemus.ff.de verb.obli.& in l.cum eiusdem.& l.ediles aiunt. in fi.de edil.edic.& l.qđ si vno.de actio.emp.

Mihi tñ sic vr̄ dicendum qđ aut maleficia sunt separata. i.diuersis tēporibus facta.Et tunc cum cumulatio fiat respectu diuersorum,& ad diuersos fines, sc3 pro vnoquoq; fiat solutio,& dicentur tot condemnationes,& tot banna quot sunt percussiones.l.scire debemus.præalle.& l.falsa.in fin.& de condi.& demon.maxime qñ in inquisitione est apposita illa clausula,super quib. oībus singulis &c. Quia tñ possunt ēt ad voluntatem agentis vnite considerari,vt not.in l. & si vno.& in l.in commodato.§.duabus.ff.commo.poterit talē bannitum offendens adsui beneficium, & excusationē allegare,& vnicū dicet bannum vt ibi. Si vero sunt facta eodē tpe,tunc sine dubio vnica est condemnatio,vt.l.qm̄ multa.C.ad legem Iul.de vi.& ff.de adulte.l.denunciasse.§.quid tñ.cum ibi no.& per Bar.in l.hos accusare.§.lege Iulia.de accusatio. Cōiter tenet̄ qđ saltē ad excusationē offendentis q videt vnam summam excedentē centum dicat̄ vnum bannum.Quo aūt ad alios effectus,sc3 an debeat audiri in iudicio,vel non,& sic de similib. potest esse dubitatio supra dicta quæ nullo modo esse poterit si pro percussione pœna est arbitraria.l.1.C.si plures una sen.cum ibi no.

10 † Decimo q̄ro † statutō loquitur de bannito,& condemnato qđ possit impune offendi.Habebit ne locum in bannito tm̄,vel condemnato tm̄.Dicit Bal.qđ non, qa requiritur vtrunque copulatiue.ff.de cond.insti.l.si hæredi plures.cum simi.ita no. in l.q duos. ff.de in ius vo. Qđ credo verū, nisi ꝓbaretur qđ tpe statuti confecti cōis vsus loquendi fuerit qđ bannū vocaret̄ potius condēnatio,qa tunc illa dictio, & vr̄ potius adiecta ex plenitudine locutionis quā vt denotaret utriusq; concursum ſm no.in l.eas.de condi. & demon. & quod hr̄ in l.1.de iust.& iur.Facit quod habetur in l.1.de infam.& uide quod habetur in l.legatis.de leg.3.& per Dyn. in c.generi.de reg.iur.lib.6.

11 Vndecimo q̄ro † viso in quibus bannitis locū habeant statuta.An bannitus in personam perdat bona ut sic dicantur confiscata,& loquor de bonis quæ tunc habebat.In hac quæstio.Guil.in Spe.de instru.edi.§.compendiosæ.uersi.qđ de bannito.uidetur concludere quod non si est bannitus ex leui causa,secus si ex graui. Tunc enim æquiparatur deportato,& iō ꝑdit bona.Facit ſm eum. ff.de his q no. infa. l. quid ergo.§.fi.& alleg.no.in §.relegati.insti.quib.mod.ius pa. po. sol.Sed ibi glo.loquitur de eo cui expresse bona sunt adempta.Meo iudicio qō hæc requirit altiorē indaginem. Primo enim uidendum est an de iure cōi damnatiad mortem perdant corū bona. In quo non intēdo disputare, de hoc hr̄ in auctē.bona damnatorū.C.de bo.dam.& ibi glo.& Cyn.& ꝑ gl.& Bar.ff.eod.ti.l.1.Et concludit qđ in casibus in quibus de iure antiquo expresse disponebatur de adēptione bonorū,& p̄ se principaliter non in consequentiā alterius pœnæ, Iura antiqua non corrigantur, sed bona etiam tunc publicentur. Vbi uero tacite ueniebant in publicatione, & in consequentiam alterius pœnæ iura antiqua corrigantur, quia tunc bona non publicantur excepto crimine læsæ mniestatis,ut in d.auct.bona.& C.ad legē.l.Iul.maiesta.l. quisquis.& de crimine hæresis,ut in auct.Gazaros.C.de hæreticis.Nunc ad propositum,qñ quis bannitur ex forma statuti,non loquor de eo cuius bona fuerint adnotata de quo hr̄ in l.1.de requir.re.cum concordan. Aut per statutum disponitur aliquid circa bona,& illud seruandum est,aut nihil disponitur. Et tunc aut bannitur ex crīne ꝓp qđ de iure cōi bona non auferebātur,& illa non ꝑdit.Nec obstat qđ superuiuat, quia hoc est de facto non ex vi sniæ, damnatur.n. ad mortē,adeo qđ si caperetur nō superuiueret, & ꝓpea quantū ad bona idē est ac si morruus esset quia illa fiscus occupare non pōt.dicta auc.bona.Si uero bannitur ex cā ꝓp quam bona de iure auferebantur,& tunc illa ꝑdit per eandem rōnem & auct. Qđ est uerū si illud in snīa banni exprimitur, alias non,sunt.n.stricti iuris, & ideo non extenduntur banna.l.quicquid.de uerbo.oblig.& l.si patronus testa. §.si quis cum esset.de bo.lib.Ita firmat Bal.in l.Gallus.§.& quid si tm̄. ff.de libe.& posth.& in c.j.de pace tenen:colla.10. & ita etiā consultum fuit,& obseruatū in hac ciuitate in magnis causis,ꝓp quod ordinatū est qđ rectores bannientes,& cōdemnantes debeant sub pœna expresse confiscare bona.Perdunt ergo banniti bona si in eorū bannis fiat mentio alias non nisi in l.quisquis.& l.fin ad l.Iul.maie.& uide quæ dicam infra ultimo tempore par.2.q.9.

12 Duodecimo antequam † ueniam ad examinationem effectus talis bonorum adēptionis quæro aliqua. Titius ex maleficio fuit bannitus in mille de quo non debeat eximi, nisi condemnationem soluerit.Titius non soluit,sed exulat, sic capi non potest,an fiscus possit de suis bonis accipere in solutum usque ad concurrentem quantitatem. Et uidetur primo quod sic,quia cum sit lata snīa,& ualida, ergo meretur executionem,& poterit mandari executioni officio iudicis maleficiorum,quia idem iudex qui pronūtiauit debet exequi.C.de bon.dam.l.si quis intra.In contrarium uidetur quia hic uidetur esse debitor alternatiuus, uidelicet qđ aut stet in banno,aut condemnationem soluat. Et certum est quod in alternatiuis est electio debitoris.ff.de eo quod cer. loc.l.3.Præterea cum paret banno satisfacere uidetur,satisfactio.n.hic in non satisfaciendo contingit.ergo si satisfacere uidetur,non potest ad aliud compelli. ff. de conditio. ob cau.l.dedi.in princip. ex hoc sequitur quod si moreretur in banno,executio non posset fieri cōtra hæredes.Verba sunt Bal.in d.auc.bona damnatorum.

Sed meo iudicio non sic leuiter est agendū,quia hæc q̄stio pendet ab eo.An bona delinquentis sint tacite obligata pro delicto ipsi fisco,quod uidetur,licet pro illa obligatione creditoribus non præferatur.C.de pen.fisca.credi.prædi.l.1. & ibi no.& in l.rescriptum.in prin.ff.de pac.licet ut plurimū in contrarium allegetur & male.& istud tenuit Dy.in l.quod placuit.ff.de iure fis.Sed Bar. eo.tit. l.aufertur.§.fiscus tenet fiscum non hre tantam hypothecam alias.n.indistincte reuocarentur alienata post delictum,qđ est falsum.l.si quis post hac.C.de bon.dam.& l.post ꝓctum.de dona. pro hoc facit, quia ante snīam pœna non debetur iure obligationis ut ipse idē dixit in l.in fraudem,in prin. ff.de iure fisci. & in l.fi.de iniur.ergo bona non possunt esse obligata.& istud credo uerum qđ sic ostēdo. Obligatio realis p̄supponit p̄sonalem. l. fideiussor obliga.in prin.de fideiusso.Sed ꝓp delicto quis nō est p̄sonaliter obligatus ante snīam.de iniur.l.non solum.§. 1.& ꝓbatur insti.de pu.iudi.in princ.& §.pen.ergo &c.Non obstat.l.1.§.bestias.& qđ ibi no. ff.de postulan.& in l.rescriptum.ff.de pac.ubi gl.uidentur uelle, qđ delinquens se obliget ex consensu ad pœnam.Quia aduertendum est qđ quatenus delinquens potest ciuiliter conueniri dr̄ large obligatus,non tm̄ ciuiliter, sed naturaliter tm̄, & ideo non pōt agi cōtra eum ut hr̄ in d.l.non solum cum simi.Quatenus aūt criminaliter agitur id est ad pēnam applicandam fisco nullo modo est obligatus,& ita determinat Bar.in extra. ad repri mendum.super uerbo,meretur.Post snīam aūt condemnatoriam diffinitiuam,non dico banni, bene potest agi contra ipsum tanquam contra debitorem ꝓp quasi contractum factum in iudicio.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.secundū Bar. in cons.quod incipit,statuto communis Tuderti, de quo dicā hoc eodem tpe parte ultima. q. 17. licet tm̄ sit per snīam obligatus non tm̄ eius bona sunt obligata,quia iure cautum non reperitur.Sic itaq; concluditur qđ tale bannum nō potest in bonis executioni mandari. Sententia aūt condemnatoria secundum Bald. bene poterit executioni mandari,ut ipse no.in l.cunctos populos.ult.q.Cuius dicta sic debent intelligi alias sibi inuicem contraria uiderentur.

13 Sed q̄ro tertiodecimo † pone qđ statuto cauetur dđ bona sint obligata pro maleficio,& pro certis maleficijs imponatur pœna pecuniaria.An tunc bannum poterit mitti executioni in bonis. Dic qđ aut bona detinebant̄ ꝓ tertiū ante bannum,& non poterit mitti executioni in talibus bonis, quia snīa lata per contumaciam non præiudicat tertio, cui alias p̄iudicaret lata p̄ p̄sentem ut hr̄.ff.de euictio.l.si ideo. & C.de pigno.l.si p̄ses,& qđ ibi no.per Bar. in l.si superatus. ff.de pign. ubi omnino uide,facit quod hr̄ in l.j.& 2.C.qñ ex fac.tuto.& plene per Bar.in l.cum filius in prin.de uer.obli. Si aūt cēpit possidere post latum bannum, tunc poterit contra ipsum mitti bannum executioni,ut dictis iuribus.& l. p̄ses.& l.si superatus.& l.si mater.§.fi.de excep.rei iudi.cum simiibus.& in simili consuluit Dyn.in q.cons. quod refert & ampliat Io.And.in addi.Spec.ti.de teste.§.nnnc tractemus in addi.magna.ubi omnino uide quia no.loquitur.& intellige secundum nota.per Bar. in l.a diuo pio. §. si super rebus.de

re

Digitized by Google

re iudi. & in l.3.C.de pigno.vbi declaratur,quod tangit Cy. in l.una.C.de alie.iudi.mu.cau.fac.Si autem possidẽtur ab eo,tunc dic ut habetur in l.a diuo pio.§.1.de re iudi.cum ibi not.

14 Quartodecimo circa idem bannum † pecuniarium etiã q̃ro inquisitus de delicto exquo pena pecuniaria ueniebat imponenda,& sic in accusato,promisit ante litem contestatam se representare potestati ad omnem eis requisitionem, & dedit fideiussorem qui promisit eum representare,aut cõdemnationem soluere,deinde iudex principalem cõtumacem in banno posuit secundum formam statuti in pena pecuniaria a statuto disposita.Quæritur an tale bannum possit contra fideiussorem executioni mandari.Dices tu hæc quæstio formatur in multis locis.Sed quia diuersimode reperitur formata omissis superfluis per uiam distinctionum partim dicendo,partim remittendo,hunc articulum declarabo.Quandoque enim fideiussor promisit simpliciter de iudicio sisti.Et tunc qualiter teneatur habetur in l.grecè.§. & post litem.ff.de fideiusso.& in l.sancimus.C.eod.titul.& dic ut ibi & eod.ti.l.pe.Q̃nque promittit representare reum. & tunc aut sub certa pena ut habetur in l.2.in fine.ff.qui satisd. cogan.& si non representat potest ad illam penam extra ordinem conueniri, idest iudicis officio contra ipsum ꝓcedi ut no.in l.si quis reum.ff.de custo.reo.Si uero promittit soluere iudicatum,tunc põt executiue conueniri ut hr̃ p. Bar. in l.fi.C.de usu.rei iudi.& in l.1.ff.iudi.solu.per Iac.Buttrig.& Bal.in l.2.§.1.ff.qui satisd.cogan.& hr̃ in Spe.de executio.sententen.§.sequit̃ uers.quid si sn̄ia. Et iõ in proposita q̃one tenet̃ eum p̃sentare,& si non representat,cogit̃ soluere qđ in banno continet̃ per iura p̃dicta.Itẽ determinat Bar.in l.si qs reũ. p̃allegata.Et clarius in bannito determinat Guil.in Spec. de accu.§ sequit̃.vers.item quæritur eccle.ubi omnino uide.si aũt simpliciter promisit representare ad uoluntatem iudicis.Tunc tenet̃ ẽt post sn̄iam non ad condemnationem,qa illam non promisit, sed ad penam extraordinariã quã iudex ei imponere vellet ꝑp inobedientiã,vt dicta.l.si quis reum. & ita firmat Guil.in d.§.sequit̃. uers. porro. An aũt excusetur propter bannum uide in l.si decesserit.ff.qui satisd.cogan.Et plene in d.§.item quæritur.

Et unum no.quod quando post condemnationẽ quis simpliciter fideiubet,non videtur fideiubere de representãdo,sed soluendo.Et iõ sine dubio tunc ꝑ cãm superuenientem in persona condemnati ab obligatione non exoneratur,vt.l.si vero.in prin.ff.qui satisd.cogan.quod principium sic intelligo,vt ibi plene dixi.

15 Quintodecimo quæro † bannitus pro quo fideiussor erat obligatus peruenit in fortiam iudicis deinde aufugit. Quæritur an fideiussor amplius teneatur.Io.And.in vers.itẽ q̃ritur.allegato supra in fi.proximę q̃nis cõcludit qđ amplius non teneatur.Et ibi allegat plura iura.qđ in d.l.si quis reũ.ff. de custo.reo.intelligit amplius uerum esse, nisi promisisset representare eum toties quoties iudici placuerit.Tunc.n.dicit per primam præsentationem non liberari, sed per secundam.ff.de leg.3.l.fideicommissa.§.si quis decem. & ad l. veluti.§.hæc uox.ff. de eden. respondet qđ iõ intelligitur toties quoties opus est,quia ꝑ nouam æditionem non inducitur nouũ grauamen.At in proposito per reiteratam representationem semper inducitur grauamen nouum ideo liberatur per secundam ut in §.si quis decem.

Credo quod dictum Angel. possit procedere post sententiam interueniente fideiussore de representando. Sed si promisisset ante latam sententiam dicta verba importent toties quoties opus erit, quia sic est de natura iudicij.& sic debent intelligi.l.si uno.ff.loca.& l. si stipulatus.de usu.& l.damni infecti quidam.in prin.ff.de dam. infect. cum simili. & ideo usque ad sn̄iam semper tenetur vt d.l.ueluti. §.hæc uox.Sed post sn̄iam semper facta representatione,uel eo semel capto fideiussor amplius non tenetur per iura per Io.And.allegata. Nec obstant uerba toties quoties,quia intelliguntur ut dixi.& quia uerbum placuerit importat arbitrium boni uiri.l.thais.§.sorore. ff.de fidei com.lib.qui nunquam arbitratur ex culpa siue negligentia iudicis fideiussorem prægrauari.l.sancimus. C.de pecu.

An autem talis fideiussor mortuo bãnito liberetur inf. in vlt.tempore par.2.q.6.dicetur.

Visis p̃dictis cõferentib.ad casum in quo bãniti non ꝑdunt bona,rediens ad casum in quo perdũt de quo dictũ fuit supra.q.40.Quæro.16.† An tunc uerũ sit quod illa procedat si fuit bannitus ex eo quod tractauit ꝙtra partẽ Guelfam, uel ꝙtatum ciuitatis,siue qa patriã oppugnauit,ut dicatur cõmisisse crimẽ læsæ maiesta.& propterea perdat ipso iure, vt. l.quisquis.& l.fi.C.ad legem Iul.maiesta. & dixi ubi sup. proxime in fi.q̃nis.& primo videtur quod sic quia oppugnãs patriam,uel cõtra illã tractans committit crimen læsæ maiestatis,ut dicit tex.cum gl.in l.fallaciter.C.de abol.

Secũdo ẽt vr̃ probari per tex.in l.1.ff.ad leg Iul.maiesta.

Tertio conscius turbationis ciuitatis suæ,uel alterius delicti cõmissi in ciuitatẽ suã punitur vt particeps ex sola scientia.l.utrũ.ff.ad l.Pompo.de parrici.& quod ibi no.per Doc. sicut si contra principẽ sciret quid moliri.C ad leg.Iul.maie.d.l.quisquis. & sicut damnati illo crimine perdunt bona, ita & isto damnati.Pro hac parte faciunt.ff.de captiuis.l.nõ dubito.& C.de epis.audi.l.3.

35 Trigeſimoquinto quæritur † pone ꝙ ſtatutum taliter loquatur, ꝙ pater etiam pro filio bannito nedum aliter conuicto, & condemnato teneatur aſſignare fiſco legitimam, Cōtingit ꝙ filius deliquit in calen. Ianuar. Accuſatur in calen. Martij bannitur in calē. Auguſti, interim augetur, & minuitur legitima quæritur, quod tempus debeat inſpici. An delicti. An accuſationis. An ſententiæ, quæſtio eſt ſubtilis, & fuit ab olim diſputata per Ia. Vincentinum ut refert Albe. in quæſtionibus ſtatutorum. 259.q. & ibi arguit ad utranque partē multum diffuſe, ſed tangam aliqua, & breuiter.

Primo arguit, quod inſpiciatur tps delicti. l.1. in fi. ff. de pe.

Secundò, quia executio debetur iure obligationis, ergo inſpicitur tempus delicti quo inſurgit obligatio. l. fundum Cor. de noua. iuncta. l. omnem. de iudi.

Tertiò, quia patrimonium habebat certam formam a tpe delicti, ergo illud tempus inſpicitur. l.2. in fin. ad. l. aquil. C. de impo. lucr. deſcri. l.1. in ſi. cum ſimi. Ad idem adducit. l. iniuriarū æſtimatio. de iniur. de ſer. cor. l. doli. §. fi. de iud. l. ſi filius.

Secūdò arguit, ꝙ inſpiciatur tempus accuſationis. Primo ad obligandum patrem requiritur ſcriptura, quia ante nō tenetur quam ſit conuictus filius. l. libertus. §.1. ad munic. C. de decur. l.1. lib.10. ſed in ea requiritur ſcriptura. C. de accuſ. l. in cauſis. & ff. eod. tit. l. libellorum. ergo illud tps inſpicitur. C. de fi. inſtr. l. contractus. Secundo ad idem pater tenetur vt fideiuſſor filij. l. cum filius. in prin. de uerb. obli. cum concor. ſed mora principalis nocet fideiuſſori, & tempus moræ inſpicitur. l. mora. de uer. obl. ſi cer. pe. l. uinum. quæ mora contrahitur per interpellationem. ff. de uſu. mora. ergo &c.

Tertiò quia adminiſtrationem bonorum perdit ille qui propter delictum tenetur accuſatione porrecta non ante. l. aufertur. §. in reatu. ff. de iur. fiſ. & ff. de bon. dam. l. cum ratio. & ſic patet, quod ante accuſationem non debet inſpici eſtimatio ſed accuſationis tempore. & ita videtur tenuiſſe glo. ſecundum eum. in l. chyrographis. in fi. ff. de adm. tu. licet uideatur tenere contrarium in l. ex iudiciorum. de accu. Tertio principaliter arguit, ꝙ inſpiciatur tempus ſententiæ. Probat primo. ff. de rei uen. l. ſi hominem. §. iulianus. de edē. l. ubi de triti. l. pen. & l.3. §. in hac. ff. commo.

Secundò probat a natura contrariorum. l. fi. in fi. de leg.3. Sed ſi bona tempore ſententiæ reperiantur ſine culpa diminuta illorum non fiet eſtimatio, quia pater tenetur reſpectu certorum bonorum. l. ſi ex legati cauſa. de uer. obl. C. de iur. emphy. l.1. & de leg.1. l. titiæ textores. cum ſim.

Tertiò, quia obligatio alicuius ex mora alterius non creſcit de in lit. iur. l.1. cum concor. licet ergo eſtimatio fuerit maior ante ſententiam illud non attenditur in patris præiudicium, qui in nulla fuit mora ante ſententiam. l. lecta. ſi cer. pe. & pro hac parte allegat caſum in. l. poſt contractum. ff. de dona. & C. de bon. dam. l. ſi quis poſt hac. Finaliter ſoluendo determina, ꝙ aut bona patris tempore ſententiæ reperiunt aucta aut diminuta primo caſu ſententiæ tps eſt inſpiciendū quaſi illud augmentum non bonis patris ſed filij aduenerit. l. in ſuis. de lib. & poſth. & quaſi a filio in fiſcum deueniāt occultato uno actu. de dona. inter uir. & uxo. l.3. in fi. & quia tēpore ſententiæ cēſetur mortuus, quo caſu ſuccedit fiſcus in omne ius ſuum. C. ad. l. iul. de ui. l.3. pro ſo. l. uerum. §. fi. cum ſim. Proſita parte allegat caſum. ff. de teſta. l. eius qui. §.1. ad argumenta in contrarium facta reſpōdent. Primo ad primū quod inſpiciatur tempus delicti reſpondet illud uerum in re certa, & ſpeciali, non in patrimonio ꝙ eſt uniuerſitas. allegat de peti. hære. l.4. & l. ſi quo caſu. de pecu. l. quæſitum. & l. quoties. non ob. ſecundum, ꝙ a primordio &c. quia quędam eſt forma naturalis, & in illa loquuntur iura in contrarium allegata. Quædā eſt forma accidentalis, & in illa inſpicit tps ſnīę, vt. d. l. quęſitū. Non ob. tertiū argm̄, quia oīa illa iura loquunt qñ tractat de eſtimatione rei in qua delictū eſt cōmiſſum, & ſic nō facit ad propoſitū. Nō ob. quartū, quia nō ex ſcriptura pater obligat, imò ex delicto filij ꝙ declarat p ſnīam unde ſnīa nō d nouo obligat ſed obligationē declarat. l. adeo. §. cū quis. de acq. re. do. cū ſi. Præterea argm̄ nō concludit, qa ubi obligatio ex ſcriptura orit, non orit anteq̄ illa ſit pfecta, & conſummata, vt. d. l. cōtractus. ergo in ppoſito requirit ſnīa anteq̄ res nō dr̄ perfecta, ut. l.1. de re iud. Non ob. quintū, qa hic nullā eſt dare morā ante ſnīam quo ad bona, qa ante illā a nullo petunt. Nō ob. ultimū ꝙ ſit interdicta adminiſtratio, qa illud nō impedit augmētū. Scđo caſu qñ bona ſunt diminuta cōcludit, ꝙ aut pter factū patris, aut pp factū eius. Primo caſu puta qa caſu fortuito mortua ſunt aīalia, & tūc ſaltem ope exceptionis liberat, ar. d. l.1. C. de iu. emph. & in auc. de æqua do. §. quia uero. Scđo caſu cōcludit pfem nō teneri niſi ad bona q̄ erāt tpe ſnīæ, qa cū ſit dns rerū ſuarū, adminiſtrationē nō perdit, nec ab ea culpa eſt exigēda, licet pp delictū filius ad certā pœnā teneat. l. ēt. §.1. ſolu. ma. & qui & a q. l. quæſitū. Qđ dicit verū niſi fuerit in lata culpa, quia illa æquiparat dolo. ff. depoſi. l. qđ nerua. nō aūt fuit in lata culpa ſi ſciēter alienauit, & in cām neceſſariā puta in alimētis, &c. ff. fam. her. l. alienationes. de in rē uer. l.1. §. i. đ ſo. l. reo. In dubio aūt aut alienauit tpe quo potuit ſuſpicari de fiſco. Et tūc vī dolo facere aliàs nō. ff. de pec. l. ſumma cū rōne. q. & a qui. l. ſi maritus. in fi. cū ſi. ad. l. poſt contractū. rñdet ut ibi p Iac. de Are. & alios. Credo deciſionē uerā maxime qñ ſtatutū obligat patrē pro filio cōdēnato, qa expreſſe ad illud ſe refert. l. ſi ita. ff. de aur. & ar. le. Et ex p̄dictis patet, ꝙ ſi tpe delicti pater habebat quatuor filios, tpe ſnīæ hēt quinq; legitima erit ſemis. Et eō ſi habebat quq;, & tpe ſnīæ unus erat mortuus, legitima erit tertia ſm no l. cū q̄rit, & auc. nouiſſima. C. de inoff. teſt.

36 Vidi ſupra qōne. 33. qđ † pater nullo exiſtente ſtatuto non tenet dare fiſco legitimā filij banniti. Quæro. 36. An ſaltē teneatur ei dare illud, qđ tenet dare filio pro alimentis. Iſta qō vī magis dubitabilis, quia illud eſt filio debitū. l. ſi quis a libe ris. p totū. ff. de libe. agno. Sed dic qđ non, ſecun Guil. in Spe. de execu. ſen. §. ſequit. uerſi. quid ſi filius, ubi plene vide. Probatur etiam ex his, quæ dixi ſup. in q.18. ubi etiam uide.

Digitized by Google

37 Trigesimoseptimo, quæritur † an bannitus perdat ius succedendi ab intestato. In hoc communiter dicitur, quod aut vult succedere de iure communi, & potest, quia iura ciuilia non perdit ut dictum est. sup. in 5. q. Aut vult succedere de speciali iure statutorum ciuitatis a qua est bannitus, puta ga statutum dicit, ꝙ agnati præferantur cognatis, uel masculus fœminæ, & non potest, quia perdit iura suę ciuitatis, vt ibidem dictum est. Et in hoc concordant omnes vno excepto ex his quos uideram scilicet Bartho. de Saly. in sua disputatione, vbi non probat id, ꝙ dicit, & ideo sequor communẽ opi. Barto. in dicta disputatione Guil. Dyn. & Cy. & aliorum in l. si qua pœna. ff. de his qui sunt sui uel ali. iur. & Bald. in l. 1 C. de hære. insti.

Primum autem membrum verum est, quando ius commune secundum ꝙ uellet succedere non est correctum a statutis suæ ciuitatis a qua bannitus est, puta, quia est cognatus proximior vult excludere agnatum vlteriorem ex forma iuris communis, dico, ꝙ non potest, quia ut dictum est. in qõ. prælegata statuta in sui odium disponentia non tolluntur per bannum sed solum disponentia in sui fauorem, & ideo si ipse est agnatus, & ex forma statuti vult excludere proximiorem cognatum uel sororem a successione fratris vel patris non potest per prædicta. De quo etiam per Bart. in l. 3. §. filium. ff. de contratab. & in l. 1. §. si pater. ff. de coniun. cum eman. lib. eius. & in l. 2. in fi. ad tertul.

38 Trigesimooctauo quæro † an possit succedere, ex testamẽto omissis superfluis, hæc quæstio pendet a præmissis, & maxime in dicta. quæst. quinta, tractatur. per Cyn. in l. 1. de hære. instit. u. & habetur in l. 1. C. de requi. rer. Sed conclusio Bart. in dicta disputatione, quem sequuntur omnes, ꝙ aut testamẽtum est ualidum de iure ciuili nullo statutorum auxilio requisito, & potest hæres instituui, & hęreditatem adibit, & fisco non quæretur, quia non perdit ea quæ sunt de iure ciuili, ut dictum est. Si vero testamentum non tenet de iure ciuili sed solum ex forma statuti, vt puta, quia factum coram duobus testibus vt Venetijs, uel per filium fa. ex forma statuti, tunc ipso iure capere non poterit, sed remanebit uenientibus ab intestato coniunctis uel substitutis. C de cad. tollen. l. 1. §. 1. & 2. & habetur in d. l. 1. C. de hæredi. insti.

39 Postquam uidimus † ꝙ bannitus etiam cuius bona publicantur potest acquirere bona, & ꝙ in publicatione non ueniunt. 39. quæro. An saltem possit fiscus ei talia bona auferre vt ab indigno per regulam. l. Lucius. ff. de iur. fisc. Bart. sub dubio forte. in l. 1. de hære. insti dixit, ꝙ sic, sed ibi dicit Bald. quod non, quia nemo est indignus nisi in casibus expressis a iure. Et quod quis sit in tali casu debet probari per allegantẽ. ff. de proba. l. ab ea parte, ꝙ est uerum, nisi a statuto aliud disponatur. Potest enim aggrauare pęnas contumacium. l. sed si per prætorem. §. sed si dum. ff. qui. ex cau. ma. & ff. de pęn. l. relegati. cum simi.

40 Vlterius & sic. 40. quæritur † bannitus erat tutor cuiusdã pupilli, aut legitimus, aut datiuus, aut testamentarius, quæritur an perdat tutelam. Bar. in l. fine hærede. §. fina. ff. de admi. tut. videtur dicere. ꝙ aut perdit bona, & tunc perdat tutelã, alias non per no. in d. §. relegati. Albe. autem ubi tuprà scilicet in parte ult. quæst. 14. dixit, ꝙ aut perdit ciuitatem, & tũc desinat esse tutor. Aut non, & tunc tutor remaneat.

Ad primum allegat, insti. qui. me. tu. fin. §. sed, & capitis. C. qui pe. tut. l. in locum quando tu. ha. l. licet. & ꝙ ibi not. & qđ not. per Azo. in sum. eod. tit. §. quid si decesserit, & quia talis bannitus uidetur reputari pro mortuo. l si necem. §. si depor tata. ff. de bon. libe. & de tutel. & l. si quis autor. & ꝙ ibi not.

Ad secundum allegat de condic. & demon l. interdicit. & ꝙ ibi not.

Puto dicendum, ꝙ si ei non erat decreta administratio a modo ei decernenda non sit, etiam si esset testamentarius. ff. de confir. tut. l. in confirmando. cum ibi not. Si autem erat ei decreta cum ad sui odium remaneat tutor vt dicam inf. 44. q. non finitur tutela, quin teneatur actione tutelæ etiam pro contingentibus post bannum per ea quæ ibi dicam. Poterit tamen a tutela remoueri, arg. ff. de sol. l. si cum Corne. & l. cũ quis. ff. de tut. & ratio. distra. l. si tutor re pu. Quæ intelligo si est bannitus a loco in quo habet tutelam gerere. Si autem banniatur ab alio loco tunc putarem posse sustineri distinctiõnẽ Bar. an perdat bona, an non, & an habeat bona aliqua in loco in quo tutelam gerat, quæ in confiscatione non ueniant de quo dixi sup. q. 17. Vbi autem dixi tutelam non perdere. Nõ obstat, ꝙ efficiatur infamis interdum ex banno, ut dicam inf. in q. 48. quia propter infamiam non repellitur a tutela. l. 1. §. sed est æquissimum. & §. fi. ff. de postu. & per Azo. in summa de infa. ex prædictis patet, ꝙ ubi tutela finitur deuenitur ad legitimum ubi non finitur sed remouetur ut suspectus peruenitur ad datium. Et idem si esset bannitus ad tẽpus vt hæc probantur in d. l. licet. in l 1. & 2. ff. de legi. tut. & in l. si quis sub conditione. cum ibi not. ff. de testa. tut.

41 Quadragesimoprimo quæro † an desinat esse executor testamenti dixit Rayn. ꝙ non, quia illud est merum factum, vt ipse not. in l. ex facto. §. si quis rogatus. ff. ad Trebel. quòd intelligit Bal. uerum quãtum ad actus nudi ministerij, scilicet ad electionem uel declarationem aliquam faciendam, vt ipse not. in l. id ꝙ pauperibus. C. de episco. & cle. & idem quod Ray. dicit, Alber. ubi supra scilicet in parte bannitorum. q. 91. & allegat not. in l. si uictum. ff. de re iudi. Hoc etiam uidetur sentire Bartol. in l. cum pater. §. hæreditatem. de legat. 2. ubi dicitur ꝙ excommunicatus potest eligere. Aduertendum tamen puto, ꝙ si in executione deberent aliqui citari secundum ea, quæ habentur in l. si quis arbitratu. de uerb. oblig. & in l. theopompus. de do. prælega. & ille non moraretur in loco in quo debet fieri citatio, & executio, non posset executionem facere. l. si dies. §. si cum arbiter cum ibi no. ff. de arbit. & sic licet de iure executor esse non desinat, tamen si ad locum non accederet effectiue executione priuaretur. Si autem nulla citatio requiritur credo uera esse, quæ dicta sunt sup. per Ray. & Bal.

42 Quadragesimosecundo quæro † an, desinat esse arbitrator. Bartol. quòd non in dicto §. hæreditatem, & l. cum pater. de leg. 2. per eadem iura. Idem Albe. ubi supra remisi proxima. q allegat. l. iudæi. C. de iudæi. licet in contrarium allegat. l. uerba. & l. quod attinet de regul. iur. & non respondet, sed dic quod non obstat. ut patet ex his, quæ dicta sunt supra, quæst. 5.

43 Quadragesimotertio quæro, † an possit esse arbiter Guil. in Spec. de arbi. §. differt. uersi. quid de bannito dixit, ꝙ sic si bona eius publicata non sunt ar. ff. de testi. l. 1. aliàs secus per not. in §. relegati. & in l. fine hærede. §. final. ff. de admin. tuto. & idem Guid. de Suza. in l. pedius. ff. de arbi. Tu dic, quod, quia nunquam æquiparatur deportato siuę perdat bona siue non ut dixi. sup. quæst. 4. semper poterit eligi in arbitrum etiam si sit infamis, ut dicta. l. pedius. Quod Angel. in sua disputatione de qua ibi in quinta quæst. mentionem feci. dixit esse uerum nisi quando compromissum fieret in eum secundum formam statuti suæ ciuitatis per ea, quæ dixi, ubi plene uide in d. 5. q.

44 Quadragesimoquarto quæro, † Titius satis diues sumpsit vxorem, & ab ea recepit dotem cum promissionibus consuetis, deinde bannitus est. Quæritur an uxor possit petere sibi dotem consignari per. l. si constante uel per. l. ubi adhæc. ff. solut. matr. & C. de iur. dot. uel per. §. illud. in auc. de equa. dot. colum 7. in hac quæstione post aliquas alle. circa id cui æquiparetur bannitus. Bartol. in l. si constante in quinta. qõ. primæ quæstionis concludit, quod si omnia bona publicantur, nulla est dubitatio. Potest enim tunc petere per remedium. l. si constãte. Idem etiam dicit si pars bonorum est publicata. l. si marito. eod. titul. Si uero retinet omnia bona sed exulare cogitur, tunc quia cepit uti male substantia sua potest petere consignationem per. d. §. illud. quod etiam uidetur tenere Guil. in Spec. de dona. inter uir. & uxor. §. ult. uersi. quid si uir. & glo. & Bald. in l. 2. ff. solut. matrim. in princ. Sed hoc ultimum intelligo in bannito personaliter uel *in tanta* quantitate, ꝙ dici possit eum male cepisse. l. *propter litem*. de excu. tu. Si uero sit bannitus in parua quantitate puta in 200. libris, & habet magnam substantiam, tunc licet non soluat uel quia non vult, uel quia est absens ignorat, non puto tale quid considerandum, argumen. ff de in integ. rest. l. scio. cum ibi not. In his enim, quæ sunt contra regularem dispositionem de minimis non curamus ut ibi plene habetur. Dic tamen ꝙ ubi petat consignationem tenetur uirũ alere ex fructibus dotalibus ut habetur ubi sup.

Sed tunc dunitatur an ipsa uxor cogatur eũ sequi si vult quod ipsa uadat cum eo quo uadit. In quo Alber. cum Odofred. disputando tenuit ꝙ non, arg. ff. de annu. leg. l. mæuia. §. fi. & sequitur Bal. in l. si cum dotem. §. si maritus. sol. mat. Qđ intelligo uerum nisi possit ita honeste uiuere cum eo quo vult eam ducere sicut in priori loco per ea quæ habentur in §. transgrediamur. in l. si cum dotem. de oper. liber. l. sicut. & in l. 2. ff. de rit. nup.

45 Quadragesimoquinto quæritur, † an bannitus talis desinat esse ciuis suę ciuitatis a qua bannitus est. Bartol. in l. fina. ff. de leg. per illum tex. dicit quod sic, si est talis exbannitus, quod possit offendi impune, dicitur hostis suæ ciuitatis, vt l. amissione. §. qui deficiunt. ff. de cap. dimin. & idem dicit si est talis, qui sit prohibitus receptari ar. eius quod dicitur de eo cui est interdictum aquæ, & igni. Et ideo dixit Bald. in lege, sed, & milites. §. sed ignominia. ff. de excusat. tuto. quod si fit proclama, quòd quilibet teneatur ire ad exercitum sub certa pœna, non comprehenditur bannitus, quia non est ciuis, quæ non est bona ratio, ut infra dicetur. Dictum tamen in se uerum est, quia non intelligitur de hostibus.

Sed pro declaratione huius quæstionis est sciendum, quòd Vgolinus de fontana Parmensis disputauit quæstionem

Digitized by Google

quæstionem in his terminis. Quidam Mediolanensis fuit bānitus de Mediolano, iuit ad habitandum in ciuitate Vercellis, vbi erat statutum. ꝙ offendens Mediolanensem puniretur in centum. Quidam combussit domum huius bāniti de Mediolano quam habebat Vercellis: quæ fuit an talis offendens dicatur offendisse Mediolanensem, vt sic non pœna incendiarij de iure communi de qua in l. data opera. C. qui acc. non pos. sed centum librarum virtute dicti statuti tātum ueniat puniendus, & eam retulit Alb. ubi sup. q. 66. Et quia instat plurimū in eo cui æquiparet bannitus de quo fuit, dictū. sup. q. 4. Non instabo in tuis allegationibus, & concludit, ꝙ offendens non possit uti beneficio dicti statuti, quia ad hoc vt dicatur Mediolanensis non sufficit sola origo sed requiritur, ꝙ sibi non sit interdictum domicilium alleg. de uerbo. sign. l. prouinciales, & reprobat glo. ibi positam quæ incipit duntaxat. quia secundum eam nulla fuisset dubitatio illius. l. per. l. 2. & l. incola. ff. ad muni. quam dicit determinare quæstionem intelligendo ipsam prout iacet. Pro hoc allegat. eo. tit. l. municeps & l. munus. in fin. ff. de uerb. sign. de adop. l. in adoptionem & de inco. l. ciues. lib. 10. & sic in effectu concordat cum Bartol. in aliquo, in alio autem tenet contrarium. Sufficit enim ad effectum perdendi ciuilitatem, quod ibi stare non possit. Puto in hac. q. generali an perdat ciuilitatem dicendum ut dictum est, sup. in q. 5. maxime videlicet, ꝙ quantum pertinet ad sui fauorem perdat ciuilitatem, quātum vero ad sui odium illam non perdit maxime si est ciuis origine, sunt enim de iure gentium distinctæ gentes, & sic ciuilitates ordinate. ff. de iust. et iu. l ex hoc iure, ꝙ ius supra conclusum est, talis bannitos non perdere. Et ideo puto in proposita speciali quæstione tenendum, ꝙ si talis Mediolanēsis bannitus erat effectus incola Vercellis, uera sit decisio. supra dicta, quia statutum odiosum non habet locum in tali mixto. per not. in l. 2 de uerb. obl. Si autem non erat incola Vercellis, puto talem offendentem potuisse uti beneficio dicti statuti, quia ille sui odio remansit Mediolanensis, licet non sui fauore ut in iuribus in contrarium allegatis. Et uide, quæ dicam in duabus proximis quæstionibus.

Viso quod ad sui odium bannitus remanet ciuis. Quæro
46 quadragesimosexto. † An possit in loco a quo est bannitus collectari, ut sic ad munera teneatur. Videtur enim ꝙ sic, postquam subditus remanet l. rescripto. §. fina. ff. de mun. & ho. cum sim. Sed dic secundum Bar & alios. in l. inter quos. §. damni. ff. de dam. infec. ꝙ aut perdit bona, quia in fiscum transierunt, & tunc non potest collectari. Habet enim fiscus res pro quibus imponebatur collecta, ergo soluere non tenetur sicut nec emphyteuta cogitur soluere canonē si res emphyteutica ad dominum peruenit. l. 2. C. de iur emphy. Si uero in fiscum bona non peruenerūt cum sit capax obligationis passiue. l. tutelas. circa fin ff. de capi. dimi. potest collectari, licet fructus ex suis rebus sua culpa non percipiat, ar. eius, ꝙ habetur, in l. 1. C. de natu. lib. & l. damnum, ꝙ quis. de regul. iur. facit. ff. ad muni. l. incola. Iam primum membrum debet intelligi, & ita credendum est doctores intellexisse pro bonis quæ habebat tempore banni. Pro bonis autem quæ postea quæsisset sine dubio collectari posset, quia ut dictum est sup. proxi. q. ciuis siue incola remanet, ergo &c. ut. d. l. rescripto. in fi. Et hoc uerum si il a bona nouiter acquisita sunt in territorio suæ ciuitatis a qua bannitus est. Si autē alibi sita sunt dubium est, ꝙ generaliter in alijs non bannitis examinatur, videlicet an in loco domicilij possit, quis collectari pro bonis alibi sitis. de quo per Bart. in l. 1. C. de mulie. & in quo loco. & in d. l. rescripto. in fi. in quo communiter dicitur, ꝙ sic etiam si alibi domicilium acquisierit, vt habetur in add. Spe. in tit. de censi. §. nunc dicendum. uersi sed pone regimen. ubi Io. And refert decisionem quam habuit ab Oldr. licet eū nō nominet, ut patet in eius consilijs. consi. 171. licet autem teneatur ad onera patrimonialia, ad personalia non tenetur, ut in §. qui deficiunt. secundum Bald. in l. sed, & milites. §. sed ignominia. ff. de excu. tu. ꝙ etiam eadem ratione verum erit in muneribus mixtis, vt si dicatur, quod quilibet vadat cum equo. Vide sup. in prin. primæ quæstionis.

47 Quadragesimo septimo quæro † an talis Bannitus possit capi pro represaliis concessis contra ciuitatem suam, & eius ciues. Ista q. multa requireret, quæ huic tractatui non conueniunt. Et ideo ac etiam, quia habetur tractatus Bartol. qui communiter habetur, breuiter me expediens, & addens aliqua his, quæ in hac quæstione dixit Bart. in l. prouinciales. ff. de uerb. sign. ubi concluſit capi non posse rationibus, & iuribus allegatis. Concludo, ꝙ aut erat bannitus tempore quo iustitia fuit denegata. Et sic tempore quo fuit commissa causa concedendi represalias, & capi non potest, ut ibi per Bart. quod intelligo si bona perdidit, & munera non subeat. Si autem munera subibat, tunc puto idem, quod in sequenti membro per ea, quæ not. Bartol. in tractat. represaliarum. in 6 q. principali. quæst. secunda, Si autem tunc non erat bannitus contra ipsum poterunt exerceri, quia ciuis est ad sui odium, ut dictum fuit supra proximis quæstionibus, & quia non debet ex pœna præmium reportare l. siue hæreditaria. ff. de negot. gest. Cætera uide ubi sup. & per Ioan. And. in ca. 1. de iur. & dam. da. lib. 6. & in mercurialibus, in cap. non debet. de regu. iur. eo. lib.

48 Quadragesimooctauo quæro. † an bannitus possit petere alimenta ab illis a quibus ante bannum ali debebat, & an illi alere teneantur. tex. uideatur, ꝙ sic, in l. mutus. §. manente. ff. de iur. do. Et ita tenet Bartol in uxore, ꝙ debeat alere uirum bannitum. in l. si constante. in prin. ff. solut. matrimon. & in filio, ꝙ debeat alere patrem bannitum. in l. si quis a liberis. §. 1. ff. de lib. agno. alle. in auc. de incest. nup. §. si uero contigerit. & ibi not. in gloss. quæ dicit, quòd alet eum mittendo sibi necessaria, in auct. ut cum de appella. cog. §. si uero unum de prædictis. & idem tenet Ray. in patre, ꝙ teneatur alere filium bannitum per. dict. §. si uero. & ut ipse not. in l. si quis a liberis uersic. utrum. In contrarium facit, quia cū sit hostis ciuitatis licitum est, cuique etiam filio eum occidere. ff. de relig. l mi nime, ergo potest ei alimenta denegare. ff. de lib. agno. l. neca re. & ad. l. cor. de sica. l nihil.

Præterea contra prædicta, & pro hac parte, uidetur hodie casus in decima collatio. de pac. tenen. & eius uiola. capitul. primo, ubi Bald. dicit filium non debere alere patrem bannitum. & hoc ibi esse introductum de nouo. & idem dicit Angel. in bannito, qui sit effectus hostis ciuitatis suæ. aliàs dicit primam partem ueram in præalle §. si uero. de incest. nupt. unde sumitur auc. incestas. C. de ince. nup. Sed ego sto in prima opi. licet enim bannitus sit, nihilominus pater est, vt dicit text. in dicto §. si uero. pro hoc. ff. de c. dimin. l. eas obligationes. & l. legatum. & de his, quæ pro non scrip. ha. l. si in metallum. cum sim. Non obst. l. minime, quia lex illa loquitur in patre contra patriam ueniente. & sic in faciendo contra ipsam delinquentem, licet ergo aliàs deliquerit, & uenire neglexerit, propter ꝙ patria eum hostem iudicauerit, non tamen licet filio eum interficere si contra patriam non uenit de quo dicam infra parte proxi. huius temporis. q. 10. nō ob. c. 1. de pace tenen. quia ibi ponitur casus specialis, qui ad consequentias trahi non debet. l. ius singulare. & l. quod uero cō tra ff. de legi. Pro hoc, quia filius tenetur alere patrem excōmunicatum, ut habetur. in c sacris. de sent. excō. imò etiam hæreticum. ut no. 86. distin. non satis. & ibi firmat Archid. & Host. in sum. de temp. ord. & pro hoc facit, ꝙ habetur in l. qui cum uno. §. fi. ff. de re mili. & ibi Ray. dixit per illum text. ꝙ filio existente in religione licet illam exire pro alendo patrem. ad quod etiam allegat Thomam de aqui. ut ipse dicit in d. uer. utrum.

49 Quadragesimonono quæritur. † An tales banniti perdant famam, & sic an efficiantur infames. Et hæc quæstio in genere sic formata consistit in pluribus.

Primò in causa, scilicet ex qua causa sit dānatus. Si enim est damnatus extra causas famosas, de quibus habetur in l. 1. de infam. sine dubio non erit infamis, & ideo si damnatur propter delictum a statuto introductum qualitercunque sit processum siue per accusationem siue per inquisitionem non erit infamis. Et est ratio, quia condemnatus est per condictionem ex statuto, ut. l. 1. de cond. ex lege. ergo non est infamis. ff. de act. & obli. l. cessat. & ita refert Bartol. consuluisse Dyn. in consi. ꝙ incipit, Ser Ioannes de Castro de rute. Quod est uerum si delictum a statuto introductum non efficitur publicum. Si autem fieret publicum secundum no. per eum in l. 1. ff. de publi. iudi. cum tunc esset damnatus publico iudicio per uiam accusationis infamis erit, vt. dict. l. 1. ff. de his qui not. infam. secundum eundem Bartol. in l. infamen. de publi. iud.

Secundò si consistit in modo procedendi scilicet an processum fuerit contra eum pro crimine de iure communi in famiam irrogante per viam accusationis, an per uiam inquisitionis. & quia si uerum esset, ꝙ bannitus per viam accusationis non esset infamis non esset necesse an per uiam inquisitionis bannitus sit infamis examinari. & ideo incipiam ab hoc, an bannitus pro crimine de iure communi famoso ex processu facto per uiam accusationis sit infamis: & primo uidetur, ꝙ non, quia damnatus per contumaciam non est infamis, vt no. gl. in l. 1. C. de mo. mulctan. per quam quidem doctores antiqui sic dixerunt, vt refert Guil. in Spec. de sen. & his, quæ ipsam se. §. 1. uer. quid de istis. & Bar. in l. ictus fustiū. ff de his, qui not. infa. & adducit, ꝙ quia grauantur ultra legē, cum ex sola contumacia habeantur pro confessis, dicatur cum infamia dispensatum, vt in §. pœna grauior. Iac. aūt Butri. ut refert Bart. in d. l ictus. disputando tenuit contrarium, quia cum ex forma statuti habeatur pro confesso. Ergo oēs leges loquentes de confessione vera trahunt ad hanc fictam, arg. l. 1. C de rei uxo. ac & ff ad l. Falc. l. 1. §. lex Falcidia. sed ue re confessus esset infamis, vt no. glo. in d. l. ictus. Ergo, & ficte.

Digitized by Google

confeſſus. ſed Bartol. ibi tenet contrarium. Primo, quia ex ſola confeſſione, quis non infamatur, quia verba edicti nō loquuntur de confeſſione, ſed de condemnato, vt. l. 1. eo. tit. nō habent locum in confeſſo, in criminalibus, cōfeſſus non habeatur pro condemnato. ff. de cuſto. reo. l. ſi confeſſus. Secūdo quia ille, qui damnatur per mediam perſonam procuratoris non eſt infamis, vt. l. furti. §. qui alieno. cod. ti. & tamen confeſſio procuratoris fingitur confeſſio domini. Pro hoc quia grauatur vltra legem, vt ſup. dictum eſt, nec huic rationi obſtat, ſi dicatur, ipſe grauatur ſolum in proceſſu, ergo intelligitur cum infamia diſpenſatum. ut habetur in l. ictus fuſtium, quia immo ſecundum eum grauatur circa probationes. ergo in condemnatione. Quod intelligit eſſe uerum niſi ſit facta executio, & talis, quæ ex genere pœnæ irroget infamiam, vt in d. l. ictus fuſtium, & ita etiam conſuluit. Addens ꝙ talis bannitus dicatur potius damnatus ex contumacia, quàm ex eo, ꝙ deliquerit. l. qui repudiantis, in fi. & l. Papinianus. §. meminiſſe. ff. de inoffic. teſtam. & ſic non ſit infamis, vt patet in eius conſilio, ꝙ incipit. Quæritur, & in dubium reuocatur an franchinus, &c. Et hanc partem tenuit Bald. in l. 1. C. de hære. inſti. & aſſignat debilem rationem, de qua non curo, maxime cum aliquid in contrarium faciens non reſpōdeat, & quia alibi, vt dicam inf. tenet contrarium.

Aduertendum, quod ſuper eodem facto ſuper quo Bart. conſuluit, conſuluerunt contrarium magnæ ſcientię viri lo. Cald. de Bononia, & Nico. de Neapo. Primo præmittentes, quod vbi, quis condemnatus eſt, ex contumacia pro crimine famoſo ſine dubio infamis eſt, infamia facti, vt no. in l. fi. C. de requir. rer. & per Azo. in ſumma eod. titu. quæ infamia repellit a dignitatibus officijs, & honoribus. C. de digni. l. 2. lib. 12. ff. de ſena l. caſſius. 32. diſtin. laici. 81. diſtin. tantis Daniel. de accu. cap. omnipotens. de teſt. cap. præterea. cum ſim. quæ loquuntur de infamia facti, & quod not. Dyn. in regula pen. lib. 6. omiſerunt allegare gloſſ. ff. de infam. l. 1. & C. eod. titul. l. nulla. Quod autem etiam ſit infamis infamia iuris ſic oſtendunt. Statutum prædictum, ꝙ facit contumacem haberi pro confeſſo alterat formam procedendi contra contumacem, & nouam formam probationis contra delinquentem inducit, quia vult contumacem haberi pro confeſſo, nullo ergo alio ſtatuto cauetur, ꝙ condemnatus modo, & forma prædictis ſit infamis, ergo reſtat, ꝙ damnatus eſt de crimine famoſo, & ſic infamis, quia ſic verba prætoris loquuntur in dicta l. 1. nec obſt. quod contra contumacem noua forma inducatur cum de iure bona deberent annotari. l. prima. ff. de requi. rer. quia reſpondetur, ꝙ nouus modus procedendi effectum inſurgentem ex condemnatione non alterat ff. de publi. iudi. l. ordo, ꝙ eſſe verum probauerunt ēt per deductionem ad abſurdum. Cū enim quaſi omnes modi procedendi ſint alterati, vt patet per. l. 1. & 2. C. ut intra cer. temp. & per. l. final. C. de accu. & C. qui accu. non poſ. l. qui crimen. ſi diceretur propter alterationem proceſſus, & ordinis ceſſare infamiam, nunquam aliquo publico iudicio damnatus eſſet infamis, ꝙ eſſet abſurdum. Non obſt. ꝙ grauetur in probationibus, quia grauatur, in proceſſu non in ſentētia. Hanc etiam partem tenet Albe. Pap. ut refert Guil. in præalleuer. quid de iſtis. ubi allegat rationem abſurditatis prædictam. & ad l. 1. C. de mod. mulc. reſpondet, ꝙ loquitur in illis qui damnantur ex crimine non famoſo, & non ordinarie, ſed extra ordinem imponitur mulcta applicanda fiſco: hanc etiam partem tenet Bald. referens diſputationem Iacob. de But. in repe. l. cum mulier. ff. ſolut. matr. & ibi ultra prædicta alle. l. fina. ubi pu. edu. de. ubi ſecundum eum dicitur, ꝙ ſententia lata contra abſentem infamat. Et hanc partem ueram credo non ex ui confeſſionis, quia confeſſus non eſt infamis niſi confiteatur tranſigēdo, ut. l. quoniam. de infa. & niſi fuerit confeſſus in iudicio aliquid, ꝙ a ſeipſo ſine ſententia infamat, ut habetur in d. l. 1. de his qui no. infam. ꝙ non dixit Bar. in d. l. infamem. de publi. iudi. facit. l. furti. §. 1. ff. de his, q not. infa. quæ intelligo de infamia iuris. Infamiam enim facti incurrit, quis ex ſola confeſſione ſecundum Inn. in c. per inquiſitionem. de elect. ſed ex ui ſententiæ: eſt enim damnatus famoſo crimine ergo, &c. ut. d l. 1. & eſt caſus in d. l. ordo. Hoc eſſe uerum ſic oſtendo de iure communi etiam ubi pœna imponitur ultra relegationem, ſunt certi caſus in quibus damnantur abſentes, & in eos contumaces fertur ſententia. l. in lege Cornelia. uer. & quid de hoc. ad l. Corn. de ſica. C. de pœnis. l. ne diu. & in extraua. qui ſint rebelles. Dicemus ne illis in caſibus abſentes damnatos non eſſe infames. Certe non per generalem regulam, dictæ. l. 1. de his, qui no. infa. ad rationes Bar. ex prædictis patet reſponſum præterquam ad rationem factam per. §. qui alieno, quæ nihil facit, nam l. 1. eo. tit. in ſpeciebus, de quibus loquitur. §. qui alieno. loquitur in eo quod condemnatur ſuo nomine, ſed procurator eſt ille, qui condemnatur & non eſt dominus, ergo dominus nō eſt infamis. Procurator etiam non infamatur, quia non ſuo nomine damnatur. Ibi ergo licet confeſſio procuratoris dicatur confeſſio domini, non tamen damnatur dominus, ut. l. 1. de ſenten. In propoſita autem quæſtione damnatur ipſe accuſatus, ergo uerificatis in eo uerbis legis is eſt infamis eſt. ut d. l. 1. §. lex. falci. cum ſim. Bannitus ergo per uiam accuſationis infamis eſt etiam infamia iuris, ſi bannitus eſt ex cauſa de iure famoſa. Et ſi aliquis diceret facilior eſſet via fugiendi infamiam non comparendo, & poſtea condemnatus ſiue bannum ſoluendo, quàm illa uia, quæ datur in l. ſi reus. de procu. ad l. 1. C. de modo mulc. & ad ſuam gloſſ. reſpondetur vt ſupra. Vel reſponde quod ibi loquitur de bannitis ſecundum. l. 1. de requi. re. qui non habentur pro confeſſis, & non ſunt diffinitiue damnati, ſed interlocutorie, & ſic non infamantur. l. quid ergo. § quantum. ff. de infa. & ita intelligebat illam Oldra. ut refert Ray. C. de ſuſpe. tut. l. fina. in addi. ſuper Cyn. Ad rationem ultimam Barto. per. l. qui repudiantis. reſponde quòd illud eſt uerum quantum ad præiudicium tertij. Quantum vero ad ſuum idem operatur ficta confeſſio per contumaciam introducta, quod operetur vera. ſed Bar. met, qui in ſuo conſilio, quod incipit, a domino Cy. de Bononia, dixit quod talis ficta confeſſio ita ualidat inordinatū proceſſum ſicut vera per. l. ſi confeſſus. ff. de cuſto. reo. & adde quæ dicam inf. in q. 53.

50 Sed iuxta prædicta quinquageſimo quæritur. † An idem ſit ſi bannitur per uiam inquiſitionis. In hoc primo gloſſ. in l. 3. §. præterea. ff. de ſuſpe. tut. tenet quod damnatus ex inquiſitione non eſt infamis, quod etiam tenuit ibi Dyn. & ita etiā conſuluit per. l. 1. C. ſi tut. non geſ. Idem etiam no. per gloſſ. in l. fina. C. de ſuſpe. tut. & Cyn. ibi, idem tenet Guil. in prædicto uerſi. quid de iſtis. allega. ſup. proxi. q. refert opinio. & licet non uideatur eligere tamen ex ordine referendi uidetur tenere contrarium. Nam ſi diceremus non infamari, ſequeretur quod nullus hodie eſſet infamis. Cum ordo ſit mutatus, ut. ff. de pœn. l. hodie. & d. l. ordo. de publ. iud. quæ fuit opi. Alber. Papien. Idem etiam tenuerunt Oldrad. & And. de Piſis. Primo eadem ratione. Secundo, quia debet attendi cauſa propter quam fit remotio. & ideo ſequitur, quod aliquando infamatur. ff. de ſuſpe. tuto. l hæc enim. Item & tertio per. l. ictus. de his, qui notan. infa. ubi proceditur extra ordinem, & tamen infamatur. Quartò quia mitius agitur cum homine non miniſtro legis, quam cum miniſtro legis, *ut l. celſus.* ff. de arbi. ſed accuſator non eſt miniſter. Et tamen, *quis infamatur per accuſationem*, damnatus ergo *fortius* ſi damnatur per inquiſitionem, & ſic per cauſam agitatam cum legis miniſtro. & Et ſic tenebat glo. prædictam eſſe ueram quando remotio fit ex cauſa non infamatoria ad l. 1. C. ſi tutor non geſſ. Reſponde, ꝙ ibi non fuerat remotus, ſed alius adiunctus. Rayn. autem in d. §. præterea. in ſuis reportationibus, tenet glo. & idem l. fina. & in §. præterea. dicit ſe conſuluiſſe notarium damnatum de falſo ex inquiſitione non eſſe infamem, ſequendo Dy. in l. ceſſat. ff. de action. & obligatio. Sed ad contraria non reſpondet. In additionibus autem ſuper C yn. in d. l ult. primo refert rationem Oldr. & deinde reſpondet, ad. l. hoc enim reſpondet, quod ibi non *infamat ſententia, ſed genus pœnæ. Ad. l. ordo.* reſpondet, ꝙ *ibi non mutatur* ſubſtantia, quia remanet accuſatio, ſed mutantur certæ qualitates, quod ſecus eſt, quando per inquiſitionem procedit. Ad rationem reſpondet, quod utrobiq; inſpicitur ſententia ex quo debet infamia irrogari. l. athletas. §. fina. de his qui no. infa. Et concludit gl. prædictam ſaluari poſſe, dixit tamen ſe conſuluiſſe ſecundum opin. Oldr. cuius contrarium dixit in d. §. præterea. ubi in ultimis reportationibus dixit expreſſe non eſt infamem ex inquiſitione damnatum, fundamentum faciens, quia iudex, qui inquirit fundat ſe ex ſtatuto, & ſic condictione ex lege, ergo non eſt infamis, ut. d. l. ceſſat, quæ ratio etiam ſi uera eſſet, non eſt uniuerſalis per not. in l. 2. §. ſi publico. ff. de adulte. Bald. in d. l. fina. de ſuſpec. tuto. ſimpliciter refert glo. Bar. not. in l. infamem. concludit, ꝙ vbi iudex inquirit virtute arbitrij ſibi conceſſi aliter, quàm ex vi publici iudicij. Exemplum in l. nullum. C. de teſti. & tūc damnatus non ſit infamis. Damnauit enim, quia aures iudicis offendit non lege cornelia, de falſis. Non ergo damnatur publico iudicio nec aliquo crimine de contentis in l. 1. ergo non eſt infamis, ut dicta l. infamem. Si uero inquirit directo ſuper publico iudicio, & ſic inquiſitio ſuccedit in locum directę accuſationis, & tunc damnatus eſt infamis allega. l. athletas. §. calumniator. ubi eſt ſpeciale in parte, quod non infamatur, ergo in alijs inducitur infamia. Itē, quia ei conueniunt uerba dictæ legis.

Eſt enim damnatus famoſo iudicio, ergo &c. maxime, quia inquiſitio ſuccedit in locum accuſationis, lege ſecunda §. ſi publico. de adulter. & idem ſequitur, ibi Angel. hanc partem credo de iure ueriorem: tum, quia cum ſtatutum deferat potentiam inquirendi per uerba ad iudicem relata, non oritur condictio ex ſtatuto, ſed iudicis officium

nobile

Digitized by Google

nobile per not. in l. soror. C. de collatio. & per doctor. maxime Bar. in l. 1. de condi. ex lege. Ar etiam quia in omnibus præterquam inscriptione inquisitio succedit in locum accusationis, hinc est quod dicitur postquam inquisitio est effecta remedium ordinarium non tolli, per superuenientem accusatio. vt habetur per Bartol. in §. si publico. & in l. si maritus. §. primo, cod. tit. Sic ergo conclusio, quod damnatus ex crimine famoso siue per viam accusationis etiam ex contumacia, quæ habetur pro confessione, bannitus efficitur infamis infamia iuris, quod etiam tenuerunt Ioan. Calder. & Nico. de neap. de quibus dixi supra prima quæstione respondentes ad. l. 1. si tutor non ges. duobus modis. Vno, quod speciale est in patrono. Alio quod loquatur quando iudex inquirit ex eo, ꝙ tutor coram eo deliquit. Et sic aures suas offendit, argum. d. l. nullum. & sic effectiuè in hoc concordauerunt cum Bar.

51 Quinquagesimoprimo quæritur. † Titius notarius fuit bannitus pro famoso crimine an possit instrumenta conficere. Si teneretur opin. Bartol. quod bannitus non esset infamis hæc quæstio esset sopita. Nulla enim ratione uideretur dicendum, quod non posset, cum uiuens notarius ex officio non ex auctoritate remaneret. Sed quia supra dixi eum esse infamem restat quæstio quam in condemnato format Bart. in l. eadem. §. hac. l. ff. ad leg. iul. repetun. In quo etiam consuluit, vt patet in consilio, ꝙ incipit, Ser Ioannes de Castro, de Rute. Cuius verba, quia sunt latiora, quam ea, quæ posuit in. l. eadem. hic inserere curaui. Dicit enim, quod tali infami a iure officium notarij non est interdictum. immo potest instrumenta conficere.

Probatur primo per. l. si aliquid. C. de suscep. & Archidia. lib. 10. ubi expresse dicitur, quod non potest exercere officiū illud in quo deliquit. Aliud autem officium exercere nō potest prohibitum.

Secundo probatur per. l. si quis ex argen. §. 1. de eden. ubi ille, qui est aliàs humilis, & deploratus, edit rationes, & fidem faciunt. Et glo. quæ est ibi, quæ non dicit not. non credi &c. quando deliquit in officio quod fuit in proposito, ergo &c.

Tertiò probatur. Certum est, ꝙ hæretici sunt infames ipso iure vt. C. de hæreti. auc. gazaros, & no. C. de sum. trini. l. 1. in fin. Sed constat, quod officium tabellionatus inter dicitur hæretico demum si per annum steterit, in excommunicatione, vt. C. de hæreti. aucto. credentes. Ex quo colligitur, quod infamis potest conficere instrumenta, vt in hæretico ante annum. Item speciale est, in hæretico post annum, ergo &c. Et illud ideo, quia licet sit infamis non tamen deliquit in officio.

Quartò probatur per similitudinem iudicis ordinarij. Nā licet sit infamis, tamen gesta coram eo ualent, nec contra eum potest opponi talis exceptio, nisi forte in officio deliquerit, & propterea fuit eo priuatus. ff. de senato. l. 2. de iudi. l. cum prætor. ad legem Iul. repetun. l. eadem. §. hac lege. Et hoc not. expresse per Innocen. in capi. cum super abbatis. in gloss. magna. in uersicul. in ordinarijs uero. de offic. ordin. ita in proposito licet sit infamis non tamen est, ex delicto cōmisso in officio, & ab officio non est remotus. Et sic ualent gesta per eum. Plus etiam tenet Specu. quòd etiam si falsum instrumentum fecerit non vitiantur alia instrumenta per eum facta nisi per sententiam ab officio sit remotus, de instrum. edit. §. restat. uersi. quid si tabellio.

Quinto restat vt respondeatur quibusdam oppositionib. ex quibus ista decisio apparebit clarior. Primo infamis non potest esse testis, ergo nec instrumenta facere. l. domitius. de testamen. Respondeo, quod hoc argumentum non procedit. Nam quædam repellunt a testimonio, quæ non repellūt a confectione instrumenti, ut in patre, & filio emancipato, qui non possunt inuicem testificari. C. de testi. l. parentes. Tamen pater pro eo filio, & econuerso potest publicum instrumentum conficere. l. impuberem. ff. de fal. & not. per Dyn. in l. quod dicimus. de auto. tuto. Et est ratio, quia instrumentum non nititur sola auctoritate notarij, sed ibi sunt etiam testes. Testimonium autem nititur sola auctoritate testis. Facit, ꝙ not. in d. l. parentes. Præterea hic notarius iurauit primo officium, quam esset infamis, & postea fuit rogatus, sed si testis prius iurauit, & postea efficitur infamis, deinde deponit, forte ualet eius dictum, quia tempus iuramenti debet inspici vt. l. si quando. C. de testi. Facit, ꝙ no. in Spec. de teste. §. primo, uer. quid si testis. ergo in proposito debet ualere instrumentum. Item posset obijci, quod infamia repellit a dignitate. C. de digni. lib. 2. & l. quoties, & ibi no. quod ipso iure repellit, ergo hic ab officio notarię. Sed respondeo quod hoc officium notarię non est dignitas, sed munus quoddam ita not. C. qui milita. non pot. l. fina. in prima glo. lib. 10. Facit eodem lib. de decurio. l. uniuersis. & quòd ibi not. & eodem lib. si seruus aut liber ad decurio. offi. aspi. l. 2. fateor tamen, quod sunt quidam notarij, qui habent dignitatem, vt notarius sacri palatij. C. de manda. prin. l. 1. Si non est dignitas ergo infamia non repellit instit. de excep. §. fina. & sic partes sua sponte possunt eum assumere in notarium, sicut in arbitrium. ff. de arbi. l. pedius. præterea non est uerum, quod infamia repellat a dignitate ipso iure nisi in quibusdam grauibus delictis, ut no. per Innoc. de excess. prælat. c. inter dilectos. & de illis debet intelligi glo. in d. l. quoties.

Hæc in consilio. Sed in d. l. eadem. dicit hoc esse uerum, maxime quando officium notarię publice exercuit per tempora posito, quod esset infamis per. l. barbarius. & per id quod no. in Spe. de leg. §. excipitur. uersi. item, quod est periurus, & infamis, quod in dicto consilio dixit not. per gloss. in auc. de tabel. §. pen. in glo. quæ incipit, hic est, argu. in fin. gloss. & per Guil. in præallega. uer. quid si tabellio. in §. restat. de instru. edi. dicit etiam in d. l. eadem, idem esse siue deliquerit in officio tabellionatus siue extra per dictas rationes, licet Inno. dixerit contrarium. in c. fraternitatis de hære. secundum eum.

Est ergo conclusio sua, quod notarius infamis non perdat officium notarię nisi illud officium habeat dignitatem uel nisi sit publicum officium, puta notarij ad bācum iuris, ipse addidit in l. eadē. per no. in l. 3. §. miles. de his qui no. infa.

Hæc quæstio est mihi ualde dubia. paris enim potentiæ sunt instrumentum, & testes. l. in exercendis. de fide instrum. Sed testimonio testis infamis non creditur, ergo instrumento, quod est testimonium notarij infamis credi non debet. Nec ualet responsio, quod testis testificetur altera parte inuita. Notarius uero a partibus assumatur, quia illud uerum quando aliter constaret eum fuisse a partibus assumptum. Si autem non constat aliunde nisi ex ipsius instrumenti inspectione, vt quia dixit publicaui, vel rogatus fui secūdum Bar. in l. sciendum. de uerb. oblig. vbi allegat iura. non est alia ratio, quam sit in teste. Præterea negari non potest tabellionatum esse officium publicum, vt. l. generali. C. de tabel. ergo a tali officio debet remoueri, quia infamibus publica officia interdicuntur, vt. d. l. miles. Huic tamen rationi supra responsum est, licet tamen sit dubitabilis adeo, quod tutius sit aliū adhibere ad confectionem instrumentorum, tamen autoritatibus prædictorum, & aliorum de quibus infra dicetur inhærens. Concludo quod aut notarius est damnatus siue bānitus ex crimine extra officium notarie commisso, & ualēt ab eo instrumenta confecta tam vetera, quàm noua per rationes supra tactas. Officia autem notariæ extra publicationem instrumentorum pertinentia si sunt habentia dignitatem, vel sunt publica exercere non potest. Si uero est damnatus uel bannitus ex delicto commisso in officio notarie, puta, quia fecit instrumentum falsum. Tunc quicquid dixerit Bar. in d. l. si aliquid. & Bald. in l. si quis ex argentarijs. §. 1. aut est simpliciter damnatus, & valent instrumenta per eum postea confecta, arg. l. 3. §. quæsitum. ff de suspec. tuto. donec exauctoratus siue priuatus non fuerit, vt. d. l. si aliquis. Et ita loquitur dictum Innocen. in cap. fraternitatis. & tenet Odofred. in dicta. l. si quis ex argentarijs. §. primo, & ita reperitur alia uice Bartol. consuluisse. intelligitur autem exautorari si illud expresse dicitur in sententia. Si autem pronuntiatur, quod debeat abradi de matricula. tunc non dicitur exautoratus donec abradatur secundum Bartol. in dicto §. miles, quòd intelligo nisi in sententia dictum fuerit, quod ex tunc habeatur pro raso secundum no. per eundem in l. emptor. §. Lucius. ff. de pact. Duo tamen notanda sunt, quod etiam rasus de matricula, & priuatus pro instrumentis antea confectis subditus est ei cui ante rasuram subditus erat. ff. de edē. l. prætor. § is etiam, & ibi per Bald. qui allegat no. in l. hæ demum. ff. de ope. liber.

Secundum, quod si talis priuatio est incognita ualent eius instrumenta postea confecta per dictam glo. notabi. in auct. de tabel. §. penul. & ex prædictis patet quod ubicunque infamia eum repellit, ubicunque sit talis bannitus, talis infamia suum operatur effectum, licet quo ad alia non semper priuatus uirtute banni in omni loco priuatus intelligatur, de quo dic vt habetur in addi. Specu. in sæpius alleg. §. sequitur. uersic. quid si quis. de accusation. in suarum additio. præalleg. uer. felicis. & aliqua dicta fuerunt supra hac eadem parte. q. 17. & adde, ꝙ no. Bal. in l. 2. C. de manu. uin.

Viso an possit instrumenta conficere. Quæritur quinqua-
52 gesimosecundo, † an bannitus possit facere testamentum. & sic an ex banno perdat testamenti factionem quam ante habebat. In hac quæstione Albe gallioti, in tit. de testam. uersi. pone quod bannitus dixit quod aut erat bannitus ex causa ob quam debebat deportari, aut ob aliam.

Primò casu non possit testari.

Secundo sic arguo ff. de his, qui notan. infam. l. quid ergo. §. final iuncta gloss lege prima. C. de crimin. ff. l. Et idem tenet Guil. in Specu. de instrum. edi. §. compendiosæ. uer. quid

Digitized by Google

de bannito. Dyn. vero vt refert Bar. in l. eius qui. ff. de testa dixit, quod aut perdebat bona, aut non, vt primo casu non. posset testari, secundo sic per not. in sæpissimæ allegat. §. relegari. ipse autem Bartol. ibi, & in disputatione sua sæpius allegata, concluſit, quod aut vult testari, secundum statuta suæ ciuitatis a qua bannitus est, & non potest, quia illa iura perdidit, vt supra dictum est, aut secundum ius commune, & testari potest, quia ius illud non perdidit. Allegat etiam Iaco. de Are. in l. ex facto. §. ex facto ad Treb. & ita communiter tenetur, & uide etiam Bal. in l. 1. de hæredi. instit. & adde, quæ dicam in duabus seq. quæst.

53 Sed circa idem quæro. Quinquagesimotertio loco. † Statuto cauetur, quod contumax habeatur pro cõfesso, & possit condemnari ac si esset præsens, & confessus, & sententia in eo lata habeatur perinde ac si lata esset in præsentem. An tunc talis bannitus poterit testari, & videtur, quod non, quãdo bannitur ad mortem. Si enim esset lata in præsentem statim efficeretur seruus pœnæ. l. qui ultimo. ff. de pæ. & l. si quis filio exhæredato. §. irritum. & §. seq. ff. de iniust. test. Et sic nõ posse testari, vt ibi etiam si aufugeret, ut habetur per Bartol. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & per Bal. in l. 1. de hæredi. instituen. Ergo nec nunc tali æquiparatione facta a statuto. l. 1. de legat. 1. Sed Bald. in d. l. 1. de hæredi. instituen. iuxta finem. in uer. sed quid si statutum determinat contrarium, quia talis dispositio non operatur nisi respectu eorum, quæ continentur in condemnatione siue banno. Nam cum contumacia sit cauta confessionis, & sic ex uno supposito inferatur aliud ualde diuersum ab ipso. ergo hæc est fictio, quæ non operatur nisi effectus expressos a lege introducente fictionem, vt C. de fide instrum. l. 3. & l. final. & ff. de iur. fisc. l. 2. §. diuus. & l. eius, qui delatorem. restringitur ergo confessio ficta solum quo ad effectum contumaciæ de cuius natura, est non perimere nisi quatenus lex perimit uel iudex disponit, ut no. ff. si quis ius dicen. non obtempe. l. 1. §. final. sed eius salua pace dicta iura nihil faciunt. Loquuntur enim, quando lex specialiter disponit contumaciam puniendo, tũc enim ultra pœnam in l. expressam contumacia grauari nõ potest, at in proposito statutum prædictum disponit ulterius, scilicet generaliter statuendo, quod sententia habeatur perinde ac si lata esset contra præsentem. ergo perinde est ac si particulariter omnes effectus sententiæ latæ in præsentem exprimeret. l. omnes. C. de præscrip. triginta annor. l. si duo. de adm. inistr. tuto. cum similibus. & d. l. 1. de lega. 1. Erit ergo tunc bannitus seruus pœnæ, quia sic esset præsentialiter condemnatus. Regulariter enim dictio (perinde) ad omnes qualitates refertur. l. a filio. §. pater. de alimen. lega. nisi esset aliud statutum quod talem generalitatem restringeret, vt l. sacrilegij. §. is autem. & ibi concordat. ff. ad legem Iul. pecul. & ita in simili concludit Bartol. in l. 1. in princip. ff. de recep. quod maxime verum est, quia in his, quæ sunt iuris, ut quem esse ciuem. quem esse seruum, & similibus, verbum, habeatur, a statuto introductum inducit veritatem non fictionem secundum notat. in l. maritus §. legis. ff. de adulte. & latius. in l. si is qui pro emptore. Intelligitur ergo tunc seruus pœnæ, & sic testari non poterit. Aut ergo statutum simpliciter disponit, quod possit condemnari, & in banno poni ac si per confessionem de maleficio constaret. & non efficitur seruus pœnæ. Nec obstat si dicatur lex, qui vltimo. loquitur in damnato ad mortem. Ergo, & bannitus, qui ad mortem damnatus est erit seruus pœnæ, quia in eo verificantur verba legis sicut dixi supra in quæst. 48. circa uerificationem verborum. l. 1. de his, qui notan. infam. quia non est ita. Bannitus enim non est damnatus ad mortem nisi peruenerit in fortiam communis. & ideo ex solo bãno non uerificatur dispositio legis, qui ultimo.

Si uero statutum æquiparat sententiam banni sententiæ latæ in præsentem, dicendum est, ut supra, effici seruum pœnæ. Pro qua decisione facit, quod etiam secundum Bald. dicam statim in seq quæst.

54 Quinquagesimoquarto pur circa idem quæro. † An in casu, quod bannitus potest testari, quod si moritur antequam capiatur a iudice, & fiat executio habet effectum testamentum. Si capiatur, & bannum mittitur executioni, quia interficitur, an tunc testamentum irritetur. Si dicimus ex sententia non effici seruum, sine dubio ipsa executio seruum non faciat, cum enim ipsa executio nõ dicatur facta, nisi eo mortuo, ergo liber mortuus est, per no. in l. fi. C. de cond. insti. & de manumis. testa. l. qui duos. Non enim scio iure cautum, quod ipsa executio effectum seruitutis inducat, sed ipsa cõdemnatio, vt d. l. qui ultimo. cum concordantijs. & l. si quis filio exhæredato. §. pen. ibi non cum assumptus, est &c. ff. de iniust. tastamen. Contrarium tamen determinat Bald. in l. eius qui. ff. de testam. per not. in l. 1. §. exigit. ff. de bono poss. secundum tabu. & latius in l. 1. C. de hære. insti. in uersic. sed nunquid isti exbanniti, quia eo ipso quòd capiuntur serui efficiuntur, & efficientur serui pœnæ non capientium. ff. de cap. l. mulier inops. Quod credo verum. & est ratio, quia tũc uerificantur uerba conditionis appositæ in sententia, quia in fortiam peruenit, & sic tunc dicitur damnatus ad mortem. & per consequens uerificantur uerba. l. qui ultimo. præallegata. & facit clemen. pastoralis. de re iudic. ubi ponitur talis forma, & quod not. per Iac. de bel. in disputatione, quam posuit in l. 1. C. ubi de crimi. agi opor.

55 Quinquagesimoquinto quæro. † Statuto etiam ultra prædicta cauetur, quod bannitus in persona non possit capere hæreditatem ex testamento uel abintestato. Titius fuit bannitus in mille. Et si quo tempore in fortiam communis peruenerit, & dicta mille intra decem dies tunc proxime sequẽtes non soluerit, ex tunc debeat decaptari, fuit dictus Titius interim institutus, & hæreditatem adiuit Quæritur in genere an tenuerit dicta aditio an non, & sic deueniat ad coniunctos substitutos uel ab intestato venientes testatori. In hac quæstione Bald. in l. prima, de hæredi. instituen. sic dicit. & uidetur, quod non tenuerit aditio cum ei sic implicitus status condemnationis personalis. ff. si ex noxali cau. aga. l. fina. In contrarium uidetur, quia in his, quæ ex tempore initium sumunt secundum illud tempus iudicamus. ff. de testamen. mili. l. Titius. §. pen. l. prima, de noxa. l. in delictis. §. si extraneus. Solu. uidetur dicendum, quod ex euentu pendeat. Nam aut non uenit in fortiam communis, uel uenit, & soluit, & tunc cum effectu residebat hæres. Aut uenit, & non soluit, sic decapitatus est, & tunc retro fingatur non successisse, quia conditiones, quæ implentur per negationem esse finguntur retro, argumen. ff. de manumiss. testamen. l. neratius. ¶ sed verius videtur, quod ualeat medio tempore factum inspecta eius conditione tunc ueniente, argu. not. ff. de his qui notan. infam. l. furti. §. primo, & de statu. libe. l. statu liberi a cæteris. in princip. Hanc decisionem credo ueram, Non enim erat damnatus in persona ante capturam, ut dictum est, ergo non uendicauit sibi locum statutum tempore delatę hæreditatis, pro hoc, quia conditio conditionem non recipit. l. eum qui. §. final. ff. de acquir. hæred. Facit. ff. de stipul. seruo. l. usufruct. & l. si minor de ser. expor. & quod pro illarum solutione habetur. in l. si filius. in princ. ff. de uerborum obligat.

56 Quinquagesimosextò quæritur, † Sempronius *fuit bannitus* de ciuitate Florentiæ, & eius comitatu. Et eo tempore ciuitas Pisarum non erat florentinorum, & ideo ibi habitabat: ciuitas illa fuit effecta de comitatu Florentiæ. Quæritur an ibi possit habitare. An uero dicatur etiam ab illa ciuitate bannitus. Et quòd possit ibi habitare facit, quod dictum est supra. quæstione decimaoctaua, scilicet an in confiscatione bonorum ueniant futura, ubi dictum fuit, quod non. Item facit, quia sententia intelligitur lata de comitatu præsenti non de futuro. l. si ita. ff. de aur. & argen. lega. Verba enim sententiæ non extenduntur. l. si patronus testamento. §. si quis cum esset. ff. de bon. lib.

In contrarium facit, quia augmentum assumit naturam eius, quod adiungitur, & illius iuris fit. l. etiam. C. de iure dot. & ita referente Cyn. in dicta l. etiam determinauit Ricar. malumb. pro quo adducit. l. pupillus. §. territorium. de uerb. signification. & l. quoties. §. fina. de adminiſt. tuto. cum multis simil. Finaliter distinguit remittens ad Guil. in l. si conuenerit. § si nuda. ff. de pignor. acc. quod aut locus adiunctus est ita unitus, vt sub una consuetudine sit, & tunc non possit ibi stare. Aut non est ita adiunctus, ut una consuetudine uiuat. Et tunc possit ibi habitare. l. seio. §. tyrannæ. ff. de fundo instruc. Et quia res transit cum sua causa, ut dicto §. si nuda. Certè si recte intueatur. quæstio Cyn. sic habet, an statuto dictante, quod bannitus non possit stare postea in loco post bannum effecto de districtu. Quæ quæstio meo iudicio parum habet dubitationis, quia supponitur locum esse effectum de districtu, & ideo cum statutum semper loquatur *ibi* habitare non poterit. l. arriani. C. de hæreticis. Est enim bannitus, & ille locus est de districtu, & sic conueniunt verba ergo eius dispositio locum habet, cum mens in nullo discrepet. l. prima. §. si is qui nauem. ff. de exerci. cum simi. Sed difficultas est in dignoscendo, quando locus sit factus de districtu, ut sic sub statuto comprehendatur. In quo sciendum est quod territoria diuersimode iudicantur, & nominantur. Quandoque enim appellatur prouincia, vt Tuscia, Lombardia, & simil. C. de offic. rec. prouin. per totum. & ff. de offic. præsid. l. 3. & l. illicitas §. qui vniuersas. ff de offic. præsiden. Et ista possunt uniri, & diuidi. Quo casu videndum esset, an bannitus in vna facta vnione esset bannitus ex alia. Et tunc crederem inspicienda esse unionis verba. Et de his vnione & separatione habetur in lege, si ead. ff. de assessor. & extra in capitul. primo, ne sede uacan. & C. de metropo. beri. l. prima,

& ibi

Digitized by Google

& ibi per Bartol. Quandoque uero non dicitur prouincia, ſed territorium alicuius. Et iſtud nomen poteſt plures prouincias continere, ubicunque enim poteſt terrere, territorium eius dicitur, lege pupillus. §. territorium. ff. de uerborum ſignificatio. & tunc ſi ſtatutum loquitur quod non poſſit ſtare in territorio, licet non ſit locus eiuſdem prouinciæ, ſi tamen ibi dominus, vel ciuitas ſtatuens habet ius terrendi, ibi ſtare non poterit, ut ſupra. Quãdoque territorium vnius non diſtinguitur ſimpliciter per nomen territorij, ſed per alia nomina ſignificatur in ſtatuto. Interdum enim dr. ꝙ non poſſit ſtare intra terminos: de hoc dic, vt. l. curiales. C. de decu. lib. 10. Interdum, quod non poſſit ſtare intra pertinentias, & tunc contineantur, uide extra de reſti. ſpo. §. cum ad ſedem. & de fide inſtrum. §. inter dilectos. Quandoque appellatur curia, & tunc multis modis ſumitur. Aliquando enim ſumitur pro loco in quo ius redditur. l. pen. ff. de iuſt. & iur. Qñque pro parte ciuitatis, ut. l. 2. in prin. ff. de orig. iur. Quandoque ſumitur pro perſonis, vt in curia romana.

Eſt enim ſecundum Oldr. conſi. 212. corpus repræſentatũ & multorum maiorum congregatione collectum. ff. de fideiuſ. l. mortuo. ibi ſicut municipalis curia. qui. ex cau. maio. l. ergo. in fi. de quo corpore loquitur. l. rerũ mixtur. ff de uſucap. & de iud. l. proponebatur, ſecundum eum. Quandoque pro territorio ſiue comitatu alicuius ciuitatis, vel caſtri, vt in c. 1. de capi. qui cur. uend. colla. 10. & tunc ſimiliter inſpici debet diſpoſitio ſuper qua tale uerbum profertur. Bannitus. n. de curia iudicis non intelligeretẽ bannitus niſi de loco in quo ius redditur. & eodem modo ſi ciuitas eſſet diſtincta per curias, ut d l. 2. de origin. iur. bannitus ab unius curiæ iudice, ut non poſſet ſtare in curia ſua, non intelligeretur bannitus ab alijs curijs. Aliquando uero appellatur dioceſis, & de hoc in c. ſignificante. & c. roduiphus. de reſcrip. Quandoque nominatur comitatus. & hoc habetur. C. quãdo impera. inter pu. & ui. l. 1. in auct. qua in prouincia. C. ubi de crimi. agi opor. & 23. q. 8. c. ſi uobis. Interdum dicitur diſtrictus. 10. collat. quib. mo. feu. amit. c. 1. in cle. nec Romani. de elect. inſti. de actio §. rurſus. & not. per glo. 94. diſt. c. prouinciæ. & in c. vt animarũ. de conſtitut. lib. 6. & C. ubi de poſ. agi oportet. l. 1. & differunt hæc duo ultima nomina ſecundum Bal. quia comitatus dicitur quando non habet ſeparatum iudicatum, diſtrictus qñ habet ſeparatum iudicatum ſicut dicimus in colonijs, quæ non erant ſub præſide, licet eſſent de prouintia. ſed habebant diuerſum iudicem, ita dicit ipſe. in l. 1. §. cum vrbem. ff. de off. præfe. urb. Cuius contrarium videtur tenere glo. in l. 1. ff. de cenſib. ubi dicitur, coloniam, & comitatum idem eſſe & allegat. l. eius. §. ſi quis. ff. ad municipa. Sed male dicit illa glo. Nam ſecundum, quod ibi no. Iaco. de Are. & bene, colonia erat iudicata per ſe non ſubiacens præſidi vel proconſuli in cuius prouincia erat, ſed habebat proprium iudicem, vt correctorem, vel comitem de quibus fit mentio in l. ex omnib. ff de officio. præſid. & in auc. ut iudi. ſine quoquo ſuffrag. §. hęc autem. col. 2. eſt ergo diuerſi ſignificatus diſtrictus a comitatu. l ſi idem. C. de codicil. & magis ſubiacet comitatus quam diſtrictus ſecundum Bal. licet glo. aliter dixerit in d. c. prouincię. & ideo, qui ex forma ſtatuti ſiue banni non poterit ſtare in comitatu poterit ſtare in diſtrictu, ſed non ecõuerſo, arg. ff. de interdic & relega. l. relegatorum. § fin. cum ſim. Sed aduertendum ꝙ iſta nomina appoſita territorio ponuntur ad bene placitum. Interdum namque efficitur territorium certum de comitatu, & tamen regitur diuerſis legibus, & iudicibus: interdum regitur eiſdem legibus, ſed diuerſis iudicibus. Quandoque etiam eiſdem legibus, & iudicibus. & propterea in propoſita quæſtione debemus inſpicere cõmunem vſum loquendi in loco ſtatuentium l. labeo. de ſupellecti. lega. l. librorum. §. quid ergo. de lega. 3. l. tugurij. de uerbo. ſignifica. cum ſim. Si igitur ſtatutum loquitur, quod bannitus nõ poſſit ſtare in comitatu, & ciuitas Piſarum ſit effecta de comitatu ex forma ſtatutorum florentinorum, licet reſeruata ſint ſua ſtatuta, banniti de ciuitate Florentiæ, & eius comitatu ibi habitare, non poterunt per dictam. l. arriani. Ad quod faciunt not. per loã. And. in addit. Spec. de treug. & pace. ſuper rub. Non obſtant in contrarium allegata, quia illa iura loquuntur in verbis ſententiæ, quæ non trahuntur ad futura. Sed quæſtio noſtra loquitur in ſtatuto, quod ſemper loquit, vt ibi, & habetur in l. 1. ff. de cond. ex leg. per doct. Si uero ſtatum nihil diceret, ſed bannum tantum banniret eum a ciuitate, & comitatu, crederem non intelligi niſi de comitatu, qui tunc erat per prædicta iura. & l. 3. de offic. præſi. & l. fin. de iuriſdi. omnium iud. Et ꝙ notatur per Bar. in l. certa forma. C. de iure fiſ. lib. 10. & per id ꝙ dictum fuit ſupra hac eadem parte. 18. q. Et ex his patet, quod non expedit examinari articulum illum an locus acquiſitus in dubio regatur legibus loci acquirentis an ſuis propriis. Sed de eo uide in d §. ſi nuda. per Guil. & Bar & per Guil. & Cyn. in l. de quibus. ff. de legib. Quibus adde, quæ dixit Bar. in tractatu tiberiadis in 2. libro, dum exponit verbum nullius.

57 Quinquageſimoſeptimo quæritur. † An bannitus in vna ex ciuitatibus regni ſiuę ciuitatis intelligatur bannitus a toto comitatu ſiue regno. Iſtam quæſtionem mouet gloſſ. in 10. collatio. hic finit lex Cor. & incipit conſuetudo regni. in princ. in glo. 1. in fine. Et uidetur inclinare in opi. quod non, quia inferior non poteſt dicere legem ſuperiori. Sed Alberi. ubi. ſup. q. 85. allegat eam ad partem contrariam. & ibi dicit per illam glo. quod bannitus intelligitur a toto comitatu. ſed Bal. ibi illud intelligit ſi qualitas delicti illud patitur ſecundũ glo. in §. relegati. inſtit. qui. modis ius patrię poteſt. ſolui.

Sed tu dic, & melius ſecundum Andr. de Iſernia ibidem, quod aut ille, qui banniuit habebat imperium a ſuperiore, & tunc dicatur bannitus a ſuperiore. l. 1. §. omnia. C. de uete. iur. enuclean. & ff. de offi. præſid. l. 1. in fin. Aut habebat imperium aliunde, & tunc ſecus. l. nam magiſtratus. ff. de arbi. ad Trebellia. l. ille a quo §. tempeſtiuum. Exemplum pone: Si locus a quo eſt bannitus in ſubmiſſione reſeruauit ſibi ſua ſtatuta ſecundum nota in l. ſi conuenerit. §. ſi nuda. ff. de pignorati. actio. quod eſt uerum niſi uel ex forma ſubmiſſionis uel ex ordinatione ſuperioris aliud actum ſit, ut. l. omnes populi. Ad ꝙ facit, ꝙ dicam in ciuitatibus confœderatis infra parte proxima quæſt. 36.

58 Quinquageſimooctauo quæritur. † Pacto vel ſtatuto cauetur, ꝙ bannitus non poſſit habitare vel ſtare in certo loco, aliàs poſſet ibi capi, & decapitari, & ꝙ puniantur vicini, qui eum ibi ſtare vel habitare permiſerint. quidam poſtea bannitus tranſiens per prædictum locum uolens ad alium locum non prohibitum accedere, bibens, & comedens in quadam caupona captus fuit a familia. Quæritur an poſſit decaptari, & an uicini ueniant puniendi? Hæc. q. habet duas dubitationes. Vna eſt quantum ad id, ꝙ tangitur de pacto, an in eo cõprehendatur prędictus, qui fuit poſtea bannitus. Circa, ꝙ poſſent multa dici. maximè per not. per Bar. in l. ſi ita. ff. de auro. & argen. leg. per Cyn. in l. non modus. C. de ſerui. & aqua. & per no. in l. ſi ſeruitus. ff de ſerui. urban. prædio. Omiſſa tamẽ ſuperfluitate, attenta opinio. Pet. & Cyn. in d l. ſi ita. Concludo conuentionem prædictam ſi non eſt viciſſitudinaria non habere locum in poſtea bannitis. Non enim potuit ab inito cogitari numerus bannitorum in futurum, ergo de illis non intelligitur. vt. d. l. non modus. & l. damni. §. ſi is qui. ff. de dam. infec. & ſic non obſtat. d. l. ſi ſeruitus. quæ facit in contrarium, quia aut ibi poterat cogitari de quantitate futurarum feneſtrarum. aut poſtea factæ ſubrogantur loco priorũ ſecundum Iac. de Are. quorum nullum locum habet in propoſito. Nec obſtat, quod not. per Ioan. And. in additio. Spec. ſuper rubri. de treuga, & pace. Vbi dicit, quod facta pax pro ſe, & ſubditis intelligitur etiam pro poſtea effectis per dictam. l. ſi ſeruitus. & l. ſi quis filiabus. ff. de teſtamen. tuto. & de priuileg. capit. quia circa. & cap. cum capella. tum, quia loquitur in fauorabilibus, & ſic extendendis. quæſtio noſtra in odioſis, & munientibus libertatem loci conuentionati, & ſic reſtringendis, vt in regula, odia. de regul. iur. libro. 6. tum etiam, quia ibi conuentio erat uiciſſitudinaria, & reciproca. Hic autem vt prædixi erat ex vna parte tantum. Si autem talis conuentio erat reciproca, puto etiam ad futuros bannitos trahi. argum. not. in l. prima. C. de pact. & de tranſaction. l. fideicommiſſo. & quod habetur per Bartol. in procemio codicis. & in l. ambitioſa. ff. de decret. ab ordi. facien. in quæſtione illa de ſtatuto cogente partes ad compromiſſum. Sint ergo cauti talia paciſcentes, vt aut per nomina vniuerſalia contrahant, quo caſu etiam de futuris videtur intelligi. ff. de fun. inſtrumen. l. penult. & de lega. ſecundo. l. peculium. cum ſimil. Aut expreſſe de futuris diſponant ſi eorum intentionis eſt uelle, quod ad futuros conuentio extendatur.

Alia dubitatio eſt, an comprehenſus in conuentione dicatur ibi ſtare, uel habitare ad effectus, de quibus quæritur. In qua etiam poſſent multa dici vt patet in quæſtionibus Guid. de Suza quem etiam refert Ghan. in opere ſuo in parte, qua tractat de bannitis. Sed concludendum eſt, quod non, quia ſic tranſiens non dicitur habitare. l. hæres abſens. §. 1. cum ibi not. ff. de iudi. C. ubi de crimin. agi opor. l. 2. ff. ad municipa. l. eius qui. §. 1. cum ibi not. Item non dicitur ibi ſtare. C. de verbor. ſignificatio. l. 1. & 2. de lega. tertio, l. quæſitum. §. 1. de hæredi. inſtituen. l. ex facto. §. rerum. Faciunt not. per. Petr. & Bartol. C. ubi in rem action l. final. Facit etiam. ff. de re. milit. l. 3. §. emanſor. & l. final. & quod not. in capit. ſi poſtquam. de election. in glo. & ita punitur. Et vide caſum. in l. ſi quis poſt hac cum gloſſ. ſua. C. de edific. priua. & ita ſentit Odof. in l. penult. ff. de ſerui. exportan. & dictum Guil. ubi ſupra ſub litera. S. & allegat. l. Titius. de ſerui. exportan. Ita etiam tenuit Alberic. ubi ſupra de bannitis. quæſtio. octaua, ubi allegat iura. & ita iam de facto ſeruari uidi. Non ergo poterit de capitari, ſed debet relaxari. & ſic uicini puniri non poſſunt.

Digitized by Google

Nellus de S. Gemi. De Bannitis.

59 Quinquagesimonono sequens † materiam eorum, quæ banniti de quibus agimus perdant,& quæ non, stantibus statutis de quibus sup.& maxime statuto, quod bāniti non audiantur in ciuili uel criminali. Quæro Titius accusauit Sempronium, de quodam maleficio,& eum fecit citari, pendente hoc processu Titius fuit bannitus ob maleficium.& ideo Sempronius ab eo antea accusatus opponit exceptionem ꝙ obstante banno non debet audiri. quæritʒ an obstet exceptio vt sic perdat potentiam prosequendi iudiciū, ꝙ iam inchoauerat? Hæc quidem qō tangitur per Dy.& Bart qui eum nō bene refert. in l. vrannius. ff. de fideiuſ. sed melius eum refert Io. And. in addi. Spec. super rubr. de accusat. in ulti. q.& quia opi. sunt contrariæ,& antiquorum,& moderenorum. vt patet etiam ex no. per Bal. in l. 1.& l. neganda. C. qui accus. non pos.& in l. cum mulier. ff. solu. mat. ubi dicit Cyn. consuluisse non obstare exceptionem per. l. is qui reus. de publ. iud. sine repetitione omnium, quæ scripta sunt uidi, concludo, quod aliquando statutum dicit, quod bannitus non admittatur ad accusandum. Et tunc pōt prosequi accusationem datam ante bannum. Damnati enim non prohibentur inchoatas prosequi accusationes. ff. de pub. iudi. præalleg. l. is qui reus.& d. l. neganda,& ita tenuit Dyn. in d. l. vrannius.& Bar. ibidem latius, qui respondet ad contraria licet referat statutum in alia forma.& ibi uide.& Ioā. And. ubi supra. est enim certum, ꝙ hodie non accusat, sed prosequitur accusationem. & ideo in eo uerba dicti statuti non uerificantur. l. hos accusare. §. fi. ff. de accus.& ideo dicit Dyn. in d. l. urannius.& post eum Ioan. And. ubi supra, ꝙ debet sibi dari securitas vt possit accusationem prosequi.

Quandoque statutum dicat, quod querellæ bannitorum non recipiantur,& ideo meo iudicio, quia statutum no. receptionem querelæ. Querela autem recepta erat ante, ergo statutum sibi locum non uendicat. Prosequitur ergo iudex ad petitionem eius, ꝙ querimoniam iam receptam non aūt nouam recipit. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de nox. cum sim. & per iura superius allegata tenet Dy. in hoc contrarium dixerit,& non bene in l. post finitam. de suspe. tuto. per. l. illam, & per l. vrannius.& per. l. 3. §. quia plautianum. de liber. agno. quibus respōde. ut per Bar. in d. l. urannius. Loquuntur enim qñ superuenit defectus in cā fi. quo casu locum habet regula. l. quia in eum. ff. ad l. aquil. non autem qñ superuenit in persona defectus de nouo faciendi,& his duobus casibus loquitur Dy. qui ut dixi contrarius reperitur. Quandoque dictat statutum quòd querelæ bannitorum non audiantur. Et idē secundum Bar. in d. l. urannius per dicta iura, quod credo verum, quia querela siue querimonia sumitur pro accusatione l. querela. C. de fal. Et ideo si postea a iudice petat, pcedi contra accusatum non tñ de eo conqueritur cum iam conquestus sit. Et sic nouam querimoniam siue querelam non facit.& ideo uerba statuti non conueniunt.

Aliquando aūt dictat statutum quod bannitus non audiatur, uel quod non fiat ei ius.& hoc casu decisiones prædictę non procedunt. Certum est enim, quod in quacunque parte iudicij dī accusator audiri,& ei ius fieri. ff. si quis ius dic. non obtem. l. 1. §. 1. cum si.& ideo cum reperiatur bannitus qñ petit citari reum, vel qñ vult inducere testes, uel alios actus facere, debet ei audientia denegari,& ius non fieri, quia qualitas impeditiua, tunc adest. ff. de sta. homi. l. & seruorum. §. 1. de pecul. l. quoties. §. pen. quod iussu. l. 2. in fi. de mi. li. testam. l. Titius.& d. §. si extraneus. Hæc enim exceptio, tu non debes audiri, tibi non debet ius fieri, potest etiam post litem contestatam opponi secundum Iac. But. in l. adulteram. C. de adul. & dicam inf. parte tertia huius temporis. q. 4. non obstat. l. is qui reus.& l. neganda, quia ibi uerba non sunt concepta ad impediendum audientiam aut iuris redditionem, sed ipsam accusationem, vt patet. in d. l. is qui reus.& quia hoc est, satis clarum,& commune aliter non insisto. Concludens, ꝙ hoc casu ēt iudex ex officio procedere non poterit. l. si seruus. C. de his qui ad eccl. confu. l. 1. §. quod aūt. ff. de alea. per Iac. de Are. in l. 1 ad Trebel.& alijs iuribus, de quo dicam. inf. in tertia parte huius temporis. qō. 1.& ibi etiam vide aliqua circa quæstionem præmissam: & ex his habes an & qñ obstet exceptio banni superuenientis,& quando non, & adde quæ dicam statim. q 61.

60 Sexagesimo quæro si prædicta locum habent † quando superuenit bannum in persona accusatoris. Sed pone, pater accusabat de iniuria facta filio pendente processu filius fuit ex aliquo maleficio bannitus. An in his casibus in quibus exceptio banni obstaret filio accusanti secundum dicta sup. obstet etiam patri. Albe. ubi sup. q. 42. refert Iac. But. tenuisse filio ante accusationem bannito patrem non excludi per. l. 3. §. si filius. ff. quod quisque iur. sed ipse Albe. tenet cōtrarium eo casu per. l. lex Cornelia. de iniu. de quo dicetur inf. hoc eo. tempore. parte. 2. q. 47.& tangam statim: in proposita. q. fuit determinatum, ꝙ patri obstet exceptio banni superuenientis in persona filij plurib. rationibus. Prima quia quod filius, per se non potest, non potest etiam per alium. l. si deportati seruo. de leg. 3.& quod not. in l. antistius. ff. de acquir. hæred. Secunda, quia pater prosequitur principaliter iniuriam filij secundario suam. Sicut ergo repelleretur filius, & sic debet repelli pater. l. labeo. de usu. l. si is qui duos. de lib. lega. Tertia, quia inspicitur, quod principaliter agitur, non quod per cōsequentiam. ff. de auto. tuto. l. 1. de dona. inter uir.& uxor. l. 3. Facit. ff. de his qui. ut indi. l. post legatum. §. filius. cum sua gl. ad idem per rationem econuerso l. diui fratres. cum ibi no. ff de iure patr. Quinto inducebatur lex procu. ad exhib. §. 1. ff. rem rat. ha. iuncto. ff. de iniu. l. sed si unius. §. prętor ait, quia pœnæ impositio est iniuriæ satisfactio. ergo pater agens pro satisfactione iniuriæ filij repellitur ne filio satisfaciat.

Allegabatur sexto filium esse hostem ciuitatis, vt in. C. ꝙ deficiunt.& quod supra dictum, est hac parte. q. 4. & ideo sicut christianus non potest interuenire in iudicio pro hæretico uel iudæo contra Christianum, ut in auc. credentes. C. de hæreti. Ita nec ciuis pro hoste contra ciuem. Ad ꝙ allegabatur pro singulari tex. l. postliminium. § filius. ff. de cap. Vbi dicitur, ꝙ sicut hostis perdit patriam, ita perdit patrem, de hoc tamen dicetur infra parte secūda huius temporis. q. 10. Pro hac parte facit, quia illi dicitur ius reddi ad cuius commodum redditur. l. 1. §. in propria. ff. quando appe. Sed pater agit ad commodum filij, ergo,&c. Hanc decisionem credo ueram si pater accusauit de iniuria facta filio. Si autem ex forma accusationis appareret eum accusasse de iniuria facta sibi patri per personam filij. per. l. 1. §. usque adeo. ff. de iniur. & per not. per Bar. in l. ambitiosa. ff de decre. ab ordi. fa. tunc non procederet decisio prædicta: ex libello enim qui attenditur, ut. l. cum quidam puella. de iurisd. omn. iudic. apparet, ꝙ de sua non de filij iniuria satisfactionem quærit, cuius iniurię actio fuit orta tali tempore, quod agere poterat, quia filius bannitus non erat.& sic ei postea filius auferre non potuit. ff. de iniur. l. si quis seruum. l. contrarium. §. si filius ff. de pac.& d. §. si filius, ꝙ quisque iur. Quod declara per ea, quæ dicam inf. tertia parte huius temp. q. 47. dum tractabo an bānito ob iniuriam facta filio sufficiat pax habita a parte, ubi declarabuntur hic dicta. uide etiam, quod dicam in seq. particula, ubi supra remissi.

61 Sexagesimoprimo circa idem quæro † Statuto *cauetur*, ꝙ etiam de publico crimine nullus possit accusare *sine consensu* eius contra, quem delictum commissum est, uel eius proximioris consanguinei. Contingit, ꝙ Titius vulnerauit Seium, Sempronius de consensu Seij accusauit Titium, deinde ante litem contestatam, Seius fuit ob maleficium bannitus. Quæritur an Sempronio obstet exceptio banni? Hæc quæstio fuit olim disputata per Lamber. de ramp. cuius uerba omnia refert Alber. ubi supra quæstion. 82. & eius effectum ponit Ioan. Andr. in addit. Spec. super rub. de accus.& omnes concludunt, ꝙ non obstet exceptio rationibus ibi per eos allegatis præsertim per. l. is, qui reus. de publi. iud.& quia de iure communi cum maleficium esset publicum, & sic quilibet suo iure remansit legitimus accusator, & ideo postea per factum Seij tale ius sibi tolli non potuit, ut in regula, quod nostrum,& in l. sed,& si in conditione. §. solemus. ff. de hære. instit. Ad. l. si cum dotem. §. eo autem tempore. ff. solut. matrimon. quæ ibi in contrarium fortiter allegabatur, respondet quod, nō iō ibi excluditur pater, quia filia patiatur capitis diminutionem, sed ideo, quia in eam ius consolidatur,& a parte remouetur, quod non est in proposito. Considera quod illud ius accusandi non diceretur auferri per factum Seij banniti, sed propter dispositionem statuti, ꝙ potest generaliter statuendo sine dubio auferre alteri ius quæsitum, ut habetur in l. Antiochensium. ff. de prtui. cred.& plene in l. toties. ff. de polli. & sic cessat potissima ratio decisionis prædictæ. quæst. Lex is, qui reus, non aliter facit quam, supra dictum fuerit in 59. quæstion. & ideo forte dicendum est, ut ibi dixi. Licet enim de iure communi tale maleficium sit publicum, tamen a statuto est qualificatum. & ideo puto in terminis Lamber. qui proposuit statuto cauēri, quod querimoniæ bannitorum non audiantur,& damna eis illata nō emendentur, ueram esse decisionem prædictam. Tempore enim quo fuit illata iniuria non erat bannitus. Et sic non uerificantur uerba statuti, ut. l. in delictis. §. si extraneus. ff. de noxa. cum simi. ubi sup. alle. Præterea tempore, quo fuit audita querimonia similiter bannitus non erat. Sed si statutum diceret simpliciter, ꝙ bannitus non audiatur. forte secus esset per ea, quæ dixi supra, maxime si statutum illud, diceret. nullus accusans audiatur sine consensu offensi.

Tunc enim cum offensus per se non posset, ergo non posset alteri consentire. vt dixi supra q. prox. saltem quia nō repellitur offensus ex eo quod de iure non habeat perfectū ius, sed sui odio, quia bannitus ab illius iuris exercitio excluditur.& sic stat regula. l. si fundus. ff. de pign.& quod not. per

Bar.

Digitized by Google

Bar.ibi & in l.fi.C.de pac.Finaliter licet passus sit dubius, cũ lex excludens bannitum sit facta in fauorem reipublicæ. vt l.2.C.quando lice.sine iu.vin. & sic sit extendenda, vt l. hoc modo.ff.de condi.& demon. puto sub correctione cuiusq; dicendum, ꝙ ubi ipse bannitus admitteretur non obstante exceptione banni superuenientis, admittitur eius consensu accusans, aliàs non. Pro quo uide quod dixi in dicta.lib. q. Vnum subdo quod in dicta.q.non tangitur, quòd si accusasset cum consensu proximioris consanguinei superueniente banno in persona vulnerati non obstaret.l.exceptio.l.si pater in fi.de manu.vin.

62 Sexagesimosecundo quęritur. † An stante statuto prędicto quo cauetur querelas bannitorum audiri non debere, bannitus in iudicio vocatus ut reus, possit se defendere? quidam cuius nomen ignoratur, arguit primo quod non possit se defendere, quia in exceptionibus & defensionibus quis ẽ actor.ff.de excep.l. 1.C.eo.tit.l.siquidẽ.ff.de proba.l. quoties. §.qui dolum. Sed certum est ex bannitum non posse agere, ergo nec excipere & se tueri. Ad idem Albe.vbi supra q li.allegat quod statutũ indistinctè loquitur, ergo indistincte seruandum etiam quamuis durum sit.ff.de publi.l. de pretio.ff. qui & a qui.l. ꝓspexit.de testa.mili.l.quod cõstitutus, & quia iudex non debet esse maior lege, in auc.de iud.l.oportet.C. ne sanc.bap.rei.l.fi.ad l.Iul.de ui.l.seruus. vterque tamen prędictorum determinat contrarium. Primus ꝙa qui non põt agere ergo nec excipere. quia multa consequuntur aliqui excipiendo quæ agendo consequi non possunt. C. etiam ob chyro. pe. l. 1.ff.de pig.l.1.in princi.ad l.falci.l. 1. §. id quod Adducit etiam simile in minore qui non potest agere cõi diui tamen si conueniatur potest se defendere, & prædiorũ. fit diuisio. C. de prædi. min. l.inter omnes. Et hoc ideo, quia indicium redditur in initium.ff. de verbo.obli.l.inter.§.1.

Et adducit pro hac opi.casum in auct.credentes.C.de hæreti. Secundus alle etiam l.si non defendãtur.ff.de pe. & ff.de noxa.l.quotiens ff.de in ius voc.l.libertus. & extra de iud. ca. intelleximus.& de excep.c.cum inter. vbi excommunicato non denegatur defensio. Hinc est secundum eum quod dicitur diabolo non denegari defensionem. & sic concludit potius inspici mentem statuti quam uerba.ff.de iure patr. l.adigere.§.quamuis. Dixit tamen primus quod licet possit se defendere, non tamen poterit suum auctorem reconuenire ꝓ nor.in d.c.cum inter. Prædicta quæstio procedit statuto simpliciter dicente, vt sup.& est uera decisio prædicta, excipiens enim non proprie, sed improprie actor est, vt nota in. l. in exceptionibus.ff.de proba. Licet igitur tali statuto intelligatur prohibitus ab agendo.de quo dictũ fuit sup.in 2.q.huius partis.non tamen intelliget prohibitus ab excipiendo & se defendendo, & ita refert Bal.in l.1.C.de hæred.inst.tenuis se Iac de Are.in l.ex facto.ad trebel.& allegat Bal.vltra prædicta.ff quibus ex cau.ma.l.si cum militi. & clem pastoralis.de re iud.vbi videtur casus. Primus tamen de quo supra dicebat tutius esse quod per procuratorem se defenderet per d c. intelleximus. Sed Bal.in d.l.1. dicit id verum & necessarium si est causa in qua procurator admittitur, aliàs sibi dabitur securitas, vt.l.Papinianus exuli.ff.de mino.& ff.de iudi.l. is qui reus.

Et aduertendum ꝙ prędicta procedunt quando fundat suam defensionem a iure communi. Si autem fundat ipsam a statuto, dicunt quidam eum non admitti, quia illius statuti perdidit beneficium, vt refert Bal.in l. si libertus a patrono. ff.de in ius voc. Quod puto verum si conuenitur pro gestis post bannum per ea quæ dicta sunt supra hac eadem parte qõne.5. Si autem conueniatur pro antea gestis, dic ut dicam in ulti.tempore parte vlt.q.15.& plenius infra hac parte.q.pc. Quando autem statutum vlterius procederet etiam tollendo defensionem quid iuris sit, dicam in sequẽti parte huius tempor. q. 2.

63 Sexagesimotertiò. † Stante dicto statuto simpliciter loquente, ut supra, bannitus agit contra bannitum, bannitus cõuentus excipit ꝙ non debet audiri. Quæstio hæc nõ est multum dubia. bannitus enim excipiens se defendit. Igitur cum non comprehendit statutum, vt dictum est supra proxi.q. Nec obst.si dicatur nil potest obijcere iudęus iudæo &c. vt l.in arena.C.de inoffi. testam. & quod not.in l.3.§. item diuus.ff.de testi. ergo nec bannitus bannito, quia illud procedere posset quando ex solo bannó qualitas allegata induceretur. Nullus enim tunc posset alteri impingere, puta infamiam, sed hæc qualitas quod bannitus non audiatur non ex vi banni, sed ex ui statuti quod comprehendit agentem tãtum non excipientem ut dictum est supra & hæc tenuit per alias rationes Iac.de Are.ut refert Bart.in l. cũ mulier. ff.sol. mat.& Albe.ubi supra.q.5. dixi enim quod bannito datur defensio non aũt alterius impugnatio.ff. de accu.l. seruos. pro quo Bar.dicit uideri casum in c.dilecti.de excep. & licet excipiens certet de lucro, quo casu exceptio doli tolli solet replicatione doli l.apud celsum §.marcellus.ff. de do. excep. & l. viro.sol mat.& d.l.cum mulier. Tñ id non procedit quando exceptio non opponitur ad merita causæ, sed ad personam ea ratione saltem, quia eo ipso ꝙ bannitus citat bannitũ ad iudicium facit eum habilem, sed ipse citatus nõ habiliat actorem ſm Innoc.in c.cum inter.de excep. & uide plenius per Bar.in d.cum mulier. dixerunt tñ quidam vt refert Bal.in l.libertus a patrono.de in ius.voc. prædicta procedere vbi bannitus excipiens fundat exceptionem de iure cõmuni, secus si de iure municipali, quia illam perdidit. Ipse tamẽ ibi tenet not.per Iac.de Are.in d.l.cum mulier, & l.seruos, & in l.qm̃ Alexandrum.C.de adul.& sic tenẽt quod possit excipere: qđ̃ est verum, vt dictum est. Quia statutum intelligitur reseruare defensionem quocumque iure procedat, dum tamen ante non sit sublatum beneficium, vt sic non obstet quod dixi supra prox.q. Pro hoc etiã facit, quia in pari causa potior est conditio excipientis.ff.de condi.ob tur.cau l.1. & de reg. iur.l.fauorabiliores. Id autem quod dictum est sup.ex citatione ab actore facta legitimari personã rei, procedit qñ citatur nominatim & simpliciter. Si aũt citaretur limitate vt ueniret ad contradicendum quicquid de iure posset non intelligeretur in omnibus legitimata persona, vt dicam vbi statim remittam. Item si citaretur vt veniret ad contradicendũ si sua putauerit interesse, vel fuerit facta citatio generalis de omnibus qui sua putauerint interesse, non vr̃ tunc legitimata persona. argu.c.veniens.de testi. secundum Balb.vbi supra qui pro his citandi formis remittit ad not.ꝑ Inn.in d.c.dilecti. Hoc ultimum de citatione generali puto uerissimum, sed aliud dictum, si sua putauerit &c. est mihi dubitabile. Et potius inclino in partem Inn. quia illa conditio, si sua putauerit interesse: non ad qualitatem personæ refertur, sed ad causæ qualitatem secundum not.in c.super his.de accu. & in l.nisi.ff.de pac.& ideo personæ legitimitatem nõ qualificat. l.in delictis.§.si extraneus.ff.de noxa.cum si. Redditur autẽ quæstio magis dubia quando statutum tolleret defensionẽ de qua dicam in seq.parte huius temporis.q.6.

64 Sexagesimoquarto quæritur † an data tenuta alicui in bonis banniti, stante dico statuto quod ut dictum est sup.proximis quæstionibus defensionem non tollit, dictus bannitus possit petere dictæ tenutę reuocationem. Pro huius quæstionis expeditione præmittendum est ꝙ quandoque conceditur tenuta de iure cõi parte citata secundum not.in l.properandum.§.sinaũt reus.C.de iud.in l.si quis emp.§.2. C.de præscrip.30.anno.l.consentaneum.C.quomo.& quando iudi.& plene in l.si finita §.Iulianus.ff. de dam.infe. & isto casu sine dubio intra tempora sibi data ad reuocationẽ possessionis dicitur reus sicut primo, ut dictis iuribus. & propterea dicitur se defendere, sicque sibi non ob. statutum prædictum, sed ad reuocationem admittitur. quandoq; conceditur tenuta ex forma statuti parte non citata, ut quia ipsi instrumento aut sententiæ traditur virtus executionis de facto sine citatione, de cuius statuti uirtute generaliter dictum fuit supra primo tempore parte.3.q.4.& isto casu remanet dubitatio an talem tenutam petens reuocari dicatur actor uel reus, ꝙ examinatur in excommunicato in ca. cum inter.de excep.& etiam in eo & bannito per doct.in l. de pupillo §.qui remissionem.& §.si procur.ff.de noui oper. nun. In quo multi plura dixerunt quæ in voluminibus reperiunt̃, sed omissis superfluis sciendum ꝙ quãdoq, etiam ex forma statuti proceditur vlterius virtute dictæ tenutę, quia sit præceptum tenentibus quod euacuent & disgomberent bona iuxta tenorem statuti Florentini, vel etiam si de iure cõi siue statuto peteretur secundum decretum siue insolutum datio de quo dicam in seq. q. Quandoque vlterius nõ proceditur, sed immissus in tenutam illa vtitur. & quandoque lucratur fructus & habet alia beneficia quæ habentur vel in statutis vel simpliciter de iure cõi per no.in l.2.§. verba. & §. si quis omissum. ne uis fiat ei.& in l.prætor.§.quod de fructibus. de bo.auto.iud. pos. & ideo ad propositum dicẽdum est quod aut comparet ad reuocationem tenutæ postquam nihil factum est, & maxime quando incipit ab eius nullitate, & dicitur actor non reus. l.de pupillo.§.qui opus.ff.de nou.ope.nũ. per Bar.in §.si procurator. per Inno.licet confuse loquatur in c. sanc.de offi.deleg. & firmat Bal.in c.1.de rescrip.lib. 6.si alias bene percepi illum transcurrens. Non obstat huic.l. nõ cogendum.§.fi.ff.de proc. quia ibi solummodo quo ad vnũ effectum dicitur reus, quo ad omnia alia dicitur actor, & ibi no.in glo.& ideo hoc casu cum veniat non prouocatus, & sic actor non audietur statuto ei obstante. Si vero post tenutam aliud actum est. Puta præceptum de euacuando, & tũc cum veniat prouocatus, & principaliter occasione præcepti dicitur reus.& sic se defendere & audiri debet, non obstante statuto, vt quod habetur in d. §. qui pro remis. & §.si procurator. ex notabili doctrina Barto.& quod not.per Bal. in l.diffamari.C. de inge. & ma. Debent ergo illi qui ex aliqua

Digitized by Google

qua causa non admittuntur agentes, caute comparere vt nō principaliter compareant occasione rerūtæ, aut principaliter illam nullam dicant uel reuocari petant, sed principaliter compareant occasione citationis vel præcepti, & sic cō prehendantur esse rei non actores. Sunt tñ quædam iudicia in quibus quilibet est actor & reus, vt l. in his tribus. ff. de iudi & in illis inspicietur etiam qui fuerit ꝓuocator, vt ibi, & l. inter omnes. C. de prædi. mino. Prouocator enim principaliter actor est, & ideo non admittetur, licet secundario sit reus, & econuerso prouocatus est reus, principaliter, licet secundario sit actor, & sic inspecto ꝙ principaliter agitur nō repellitur.

65 Sexagesimoquinto quæritur † an ꝙ bannitum possit peruenire ad fm decretum? Ista qō tangitur per gl. quæ videtur velle quod non, in l. ad cognitionem. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & ibi idem concludit Bar. s. quod non possit, nisi finito banno. Nec obst. quod pœna non solet tribuere immunitatem. ff. de neg. gest. l. sine hæreditaria. quia illud verū directo, sed per quandam consequentiam sic. ff. de supe. tut. l. decreto. Sed Iac. de Are. dixit imo ꝙ possit peruenire ad fm decretū quia cum possit se defendere per procuratorem, si non facit dicitur esse in contumacia, vt l. Papinianus exuli. de mino. Aduerte quod de iure cōi, fm veram opi. vt possit ad secundum decretum peruenire requiritur latitatio. l. fulcinius. §. 2. ff. qui. ex cau. in pos. ea. & quod hī per ipsum Iac. de Are. in l. ignorare. C. de resti. mi. & ideo vī verior opi. Bar. quia licet possit procuratorem mittere, non tñ dī latitare si non facit nisi dicas quod quia non speratur rebanniri sit cā iusta propter quam ex sola contumacia detur secundum decretum, vt l. si minor. de bo. auto. iudi. pos. secundum Fran. de Are.

Sed dic quod aut iam ante bannum latitauerat, & sic fundatum erat iudicium, licet postea banniatur, nihilominus poterit contra eum dari secundum decretū per ea quæ not. in l. pluribus. §. & si placeat. de verbo. obli. & l. parte furioso. de his qui sunt sui vel alie. iur. Si vero fuit ante bannitus, tūc aut statutum est in loco quod secundum decretum dari possit ex sola contumacia, & clarum est ꝙ tunc poterit ad illud peruenirī ꝙ bannitū p prædicta, & istud est quod sensit Bart. in d. l. ad cognitionem. vbi dicit quod in talibus hodie prouisum est per statuta. Si vero statutum nihil disponit, tunc satis dici potest verum esse dictum Fran. de Are. per d. l. si minor. si ex qualitate banni & conditione personæ, aliud præsumeretur, puta si quantitas esset parua & bannitus absens eēt diues. arg. ff. de iudi. l. si longius. Tutius tñ est eo casu quo nō speratur exire de banno quod detur curator bonis per l. ab hostibus. & quod ibi not. qui. ex cau. ma. Et perueniatur ad diffinitiuam & ad eius executionem secundum doctrinam. l. a diuo pio. ff. de re iudi. quasi per totum.

66 Sexagesimosexto quæritur † Titius bannitus conuenitur a suo creditore, opponit ei exceptionem compensationis, an possit? hanc qōnem disputauit Iac. de Are. s. stante dicto statuto de quo proximis qōnibus dictum est, & eam de verbo ad verbum refert Albe. vbi supra q. 102. & primo arguit ad negatiuam, compensatio est eius, quod inuicem debetur contributio. l. 1. de compe. sed si bannito aliquid deberetur si ageret obstaret exceptio. extra de iudi. c. intelleximus. & in vsi. feu. hic finit lex cor. & incipit consue. re. c. 1. & arg. ff. qui, ex cau. ma. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dū. ergo & nūc cum vult sibi debitum allegare & per consequens cōtribuere repelli debet exceptione, q̄ cū possit esse tpalis & perpetua censenda est perpetua ff. de condi. inde. l. sufficit. Secūdo ille qui pōt exceptione submoueri non dī creditor. ff. de verbo. sign. l. creditores. & de reg. iur. l. nihil interest. Cum igitur possit banni exceptione repelli, ergo creditor dici non dēt. ff. de compen. l. quicūque. sol. ma. l. insulam. §. pe. Tertio licet bannitus rñdere teneatur, tñ eius petitioni nullus tenetur respondere. C. de hære. aut. credentes. de iud. c. intelleximus. de exce. c. cum inter. sed in cōpensatione versatur petitio. ff. rē ra. ham. ergo &c. Quarto quia illud q̄d directo prohibet per obliquum concedi non debet. ff. de transac. l. cum hi. §. si cum his. & de tut. & cura. da. ab his. l. scire oportet. In cōtrarium arguit quod possit compensare. Primo quia sibi cōceditur esse in iudicio per modum rei, vt in iuribus supra alleg. ergo omnia quæ reis permissa sunt sibi concessa vñr. de iurisdi. om. iud. l. 2. & sic defendendo pōt compensare, q̄d facere pōt quicunque reus. de compen. per totum. Princeps enim ei concedendo quod tanq̄ reus possit esse in iudicio omnia quæ reo competunt ꝑmisisse videtur. l. quidam consuleb̄at. de re iud. iūcta. l. defensionis facultas. C. de iur. fis. lib. 10. Secundo quia compensatio ab homine opposita ipso iure fit per legem. C. de compensa. l. fi. & l. si constat. & instit. de act. §. in bonæ fidei. ergo compensando non petit, seu per legem facta compensatione parata vtitur defensione. argu. ff. acq. re. do. l. adeo. §. cum quis. Tertio licet bannitus petere nō possit; tamen naturaliter saltem sibi debetur. ff. de cond. inde. l. si pœnæ causa. licet ergo debitum non naturale peti nō possit. ff. de pac. l. 1. & l. iurisgentium. §. sed cum nulla. tamen pōt compensari. ff. de compen. l. etiam. & de don. l. hoc iure. §. pe. cum si. Sæpe enim quis consequitur compensando quod nō consequeretur agendo. ff. sol. mat. l. si filio. & de compen. l. si cum filio. Quarto ille qui compensat soluit. ff. qui pot. in pig. hab. l. si debitor. & ff. de statu lib. l. si peculium. §. de illo. Si ergo vult soluere compensando audiri debet. Quinto prouocato permittitur id quod aliàs non permitteretur. ff. de bo. lib. l. qui cum maior. §. si libertus. de in ius vocā. l. libertus. de iudi. l. qui non coguntur. & l. 2. §. sed si agatur. & C. de senten. l. cum Papinianus. Finaliter soluendo tenuit primam partē. s. bannitū compensare non posse per supra allegata. & p no. in c. cum inter. Subdens duplicem esse defensionem. Vnam quæ habet metam solius defensionis siue exclusionis. Et hæc conceditur bannito, vt l. seruos. ff. de accu. cū simili. alia quæ habet naturam actionis, & impugnationis, vt compensatio, & hęc ei denegatur, vt in d. c. cum inter. Et idem effectiue in excōicato concludit Bar. in d. l. amplius. Credo hanc decisionem veram nisi bannitus probaret se ante bannum etiam extra iudicium compensāsse, tunc. n. cum ipso iure debitum fuerit sublatum secundum no. in d. l. si constat. & ff. e. tit. l. si quid a fideiussore. per Bar. & gl. non dicitur impugnare, sed ostendere agenti ius non competere quod ei non est interdictum, vt sup. & dicam infra parte 1eq. q 2. Aut ergo de nouo compensationem opponit. Et non admittitur, quia dī petere vel agere. Aut alias oppositam allegat, & tunc admittitur, quia dī excludiuè. Aduerte tamē quia si aliàs opposuisset in iudicio haberet necesse probare, quod iudex illam approbauerit. l. quod in diem. §. si rōnem. ff. eo. tit secundum Iaco. de But. in d. l. si quid. quod non habet necesse docere si allegabat oppositum extra iudicium secundum Bar. eo. tit. super rub. & probatur eo tit l. verum. & ibi dixi.

67 Iuxta prædicta quæritur sexagesimoseptimo † si conueniatur fideiussor banniti an possit opponere exceptionem cōpensationis eius quod agens debet ipsi bannito, sicut aliàs posset si non esset bannitus, vt d. l. si quid a fideiussore de cōpen. Iac. de Are. disputauit & eius verba refert Albe. vbi sup. proxi. q. dictum est. s. in q. 92. 2. par. Et primo arguit quod nō possit pluribus rationibus.

Primo ꝙ repræsentat personam principalis. insti. de *publi.* §. fin ergo iisdem rationibus repellitur quibus *principalis*, vt in regula, si quis in ius. ib. 6. & l. nemo plus iuris.

Secundo q̄a fideiussor dī rei defensor. de pac. l. hæredi. §. nos autem. & l. cum filius. de uerbo. oblig. ergo vicem eius subire dicitur. & sic ꝙ obstat reo obstabit sibi. de procu. l. sed hæ. §. defendere.

Tertio quia id ꝙ noceret reo nocet fideiuss. vt est in patre & filio qui sunt reus & fideiuss. vt l. 1. de decu & l. cum fil. us. de verbo. oblig.

Quarto quia rō quare fideiussor opponit compensationē est persona rei est, quia quod a fideiussore petitur a reo petit. & ideo sicut male petitur a reo, ergo & male petit a fideiuss. l. verum. ff. de compē. Sed ista ratio cessat in proposito, quia reus non opponeret, & sic bene peteretur, ergo &c. l. quod dictum. ff. de pac.

Quinto quia iā reus consequeretur per fideiu. ꝙ per se nō potest quod lex non vult. ff. de contrah. emp. l. non licet. & C. de hære. insti. l. neque per se.

Sexto quia non potest prouideri per compensationem fideiussori quin prouideatur reo. & ideo rōne medietatis prohibetur. ff. si quis cau. l. si duo. de dam. infec. l. si finita. § ex hoc edicto. cum si.

Septimo quia pars vitiosa trahit ad se non uitiosam. l. pedius. ff. de arbi. de aqua quoti. & æsti. l. 1. §. item quæritur.

Octauo quia vbi est quod prodest, & quod nocet inspicit, quod nocet ff. ad silla l. 3. § fi.

Nono quia mora rei nocet fideiuss. ff. de ver. obli. l. mora. In contrarium quod imo compensare possit, arguit primo per iura inducta pro parte principalis. supra proxi. q.

Secundo per regulam. l. eius. C. de compen. & ff. eo. tit. l. si quid a fideiuss.

Tertio quia illud quod fideiussor habet apud se de bonis debitoris, id soluere potest & liberatur. de peti. hære. l. si quid sponsor. §. 1. de pecu. hinc quæritur §. fi. & l. quoties. § vlti.

Quarto quia quæcunq; defensio competit fideiussori ex quocunque facto rei etiam ex quo reo non competit. ff. de pac. l. si quis cau. l. sed & si quis. vbi licet reus remiserit exceptionem pacti, & sic ipse opponere non possit, tñ poterit opponere fideiuss. de edil. edic. l. quæritur. §. si venditor. & de pac. l. cum in eo.

Quinto quia quod vni est inutile alteri prodest. de fideiu. l. cum is. cum si.

Sexto quia ratio quare fideiussoria durat principali non existente, vt l. 2. de lui. pigno. est quia principalis ipso iure nō

est

Digitized by Google

est extincta, sed rō quare bannitus compensationem nō opponit, non perimit ipso iure debitum, sed quia ei banni replicatio opponitur. & ideo cum facultas opponendi compensationem non sit extincta durabit in persona fideiussoris sibi personali principalis exceptionem non obstante.

Septimo quia quandoque quis per alium consequitur ꝙ per se non potest. l. & per iusiur. §. si fideiussori. ff. de accep. & C. de tempo. in integ. restit. l. petendę.

Octauo quia ratione connexitatis vtile trahit ad se inutile. ff. de sta. hom. l. imperator. ff. de pe l. pręgnantis. & de libe. leg. l. quis duos. cum si.

Nono quia pœna rei non debet ad fideiussorem transire. C. de pœnis. l. sancimus. & sol. mat. l. si maritus nec obst. ff. qđ quisque iur. l. 3. §. si is. vt ibi not. Vel quia ibi est spāle, vt fideiussori adimatur facultas excipiendi in pœnam illius edicti quod alias non posset effectum sortiri. Cum reus in sua persona non posset de facili conueniri. Et ideo saltem per medium fideiussorem conuenitur, sed in casu nr̄o pœnis aliis subiacent banniti quæ possent eis irrogari, vel quia illud edictum afficit ius agendi & excipiendi, ideo omnibus nocet. l. ea lege. §. hoc autem. sed bannum afficit solam banniti personam.

Vltimo quia fideiussor certat de damno vitādo, ideo ei faciendum est. C. de codicil. l. fi. cum si.

Soluit primo dici posse quod aut principalis est soluendo & non possit opponere compensationē aliàs sic. ar. si mens. fal. mo. dixe. l. 3. §. 1. de admin. tut. l. fi C. ad Velleian. auct. siue tunc. & de leg. 1. l. si cui. in fi. Finaliter concludit indistincte dictum fideiussorem posse opponere exceptionem compensationis debiti compensabilis non obstante bānno ipsius principalis, quia sibi fideiussori est permissum a iure quod possit soluere de bonis principalis. ff. manda. l. si procurator. §. si ignorantes. sed qui compensat soluit, vt dictum est sup. ergo. &c. Exceptio aūt banni non obstat fideiussori oneroſam causā habenti. de do. excep. l. apud celsum. § si cum legitima. Nec obstat quod videatur ad principalem reuerti, ea. l. §. apud iul. quia vt dictum est supra magis fideiussori quam reo succurritur, & apud eum remanere intelligitur. Pro qua materia finaliter Albeti. remittit ad no. per Dy. in regula, si quis in ius. lib. 6. Hæc decisio vera est. Cui adde quæ dixi supra proxi. q. in fin.

68 Sexagesimooctauo † stante dicto statuto, quod querele bannitorum non audiātur, quæritur de quibus querelis intelligatur. & si est lata sententia ꝙ bannitum, an audiatur appellās. Albe. vbi supra q. 21. & q. 193. refert quosdam tenuisse quod intelligatur de querelis extraordinariis, & quæ per iudicis officium explicantur. de iure patro. l. 1. & ibi sic uidetur tenere Ray. & l. diui. §. mandatis. & de his qui sunt sui vel alie. iur. l. 2. & de offi. prefec. vrb. l. 1. §. cum patronus. & ibi etiā tāgit Ray Sed ipse Albe. determinat quod imo intelligitur de omnibus etiam si expediantur per libellum. C. vt omnes tā ciui. quàm crimi. accu. l. 1. circa prin. de anna. excep. l. ut perfectius. C. de fal. l. querela. extra de elect. c. quorundam. & de insti. cap. ex frequentibus. & verum dicit. Libellus enim appellatur ēt querela, vt colligitur ex gl. c. quia præsulatus. 1. q. 3.

Ad secundam partem quæstionis, an possit appellare, arguit primo quod non, quia appellatio est querela, ergo non debet audiri. quod sit querela, querela probatur ex tex. cum glo. in l. si ab arbitro. ff. qui satisda. cog. determinat contrariū quia appellatio est species defensionis. & defensio non denegatur bannito, vt in c. cum inter. de excep. & dicit esse expressum in c. 1. de rescrip. lib. 6. Fateor hanc decisionem veram si in cā in qua fuit contra eum lata sn̄a erat reus se defendens. Tunc enim cum sit reus in causa appellationis sicut in cā principali secundum veram opi. de qua in l. hi qui ad ciuilia. C. de appella. Iisdem rationibus auditur in causa appellationis quibus in prima, de quibus dixi sup. 62. quæstio. Si autem erat actor in prima cum nunc sit actor sicut prius resident quæstio in hoc, an possit talis exceptio ex banno resultans opponi in causa appellationis. De qua quæstione vide quæ dicam j. parte tertia huius temporis. q. 3. & q. 4. vbi concludam quod possit opponi, & sic tunc appellans non deberet audiri. Si tamen interim eximetur a banno audiri debet secundum Bald. in l. per hanc. C. de temp. appell. in 8. col. & pro primo membro huius solutionis vide quæ dicā in seq. & seq. quæstionibus.

69 Nono & sexagesimo quæro † stante dicto statuto an bānitus petens restitutionem in integrum audiatur. Albe. vbi supra q. 41. se in breuibus expedit dicens videri primo quod audiatur, quasi restitutio sit species defensionis. & quasi remissionem petere uideatur, & sic dicatur fungi partibus defensoris & non actoris ff. de no. oper. nun. l. de pupillo. §. qui remissionem. Sed dicit tenendum contrarium, quia petens restitutionem sequitur forum aduersarij. C. vbi & apud quē. l. 2. & remittit ad ibi no. per se.

Aduertendum puto quod aliqñ restitutio petitur aduersus bannum. & de hac vt dixi sup. tempore primo parte vlti. q. 6. Aliqñ petitur principaliter per viam officij iudicis, & qa agere dr̄ puto veram esse decisionem prædict. im. l. 1. in prin. ff. de eden. cum ibi not. Si vero petitur incidenter per viam exceptionis, tunc cum reus sit audiri debet sicut in suis aliis defensionibus audiretur, quod examina vt habetur in l. nam & postea. §. si minor ff. de iureiur. Aliqñ vero petitur restitutio aduersus sn̄iam, & tunc aut erat actor, & habuit sn̄iam ꝙ se & non debet audiri. Aut erat reus & tunc aut petit se restituti ad appellandum ꝑm quod hr̄ in l diuus. & l. fi. ff. de in integ. restitu. & puto eum debere audiri l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de proc. iunctis quæ dixi supra proxi. q. si vero petit restitutionem aduersus totam causam non puto audiri debere, quia in veritate actor est non reus. Nec mihi placet ratio Albe. quia etiam petens restitutionem potest illam petere coram suo iudice, puta si esset ille qui sn̄iam quæ petitur rescindi executioni demandaret. & probatur in d. l. 2. ꝙ quam iudicari vidi, ꝙ si laudum fuit latum inter clericum & laicum & contra laicum laicus volens dicere laudum nullū, debet adire iudicem secularem, tum quia est superior eius qui tulit, tum quia esset iudex executionis. C. de arbit. l. cum antea. Ad quod faciunt not. per Guil. in l. cum hi. §. vult igit omnino de tranlact. & per Bar. ea. l. §. eam transactionem. & in §. arbitrorum.

70 Sæptuagesimo † viso quod non obstante dicto statuto potest se defendere, vt maxime dictum fuit sup. q. 62.

Quæro bannitus fuit accusatus, fuit a iudice securatus, ꝙ paruit & negauit maleficium, testes fuerunt examinati contra eum & probauerunt, accusat testes de falso, an ei obstet bāni exceptio. Hanc qönē refert Io. an. in additio. Specu. in tit. de accu. §. sequit. in sua additione magna, iuxta fi. in versic. gradum septimū. dicens fuisse disputatū per Franc. de mata. & ibi post allegat ad vtranque partem, concludit soluendo, qđ aut accusat aduersariū quod corrupit & produxit testes falsos, & admittetur ad talē accusationē, quia hoc ē proprie defendere. ff. de excep. rei iud. l. diuus C. si ex fal. instrum. per totum. & C. qui accusa. non pos. l. 1. Si aūt accusat testes uel alios testium corruptores dicit non admitti, quia iste nō defendit, sed accusat. Ergo stant uerba statuti prohibentis. l. quicquid astringendæ. de uerb. obli. Item quia accusatus pē dente lua accusatione non accusat. l. neganda C. qui accusa: non pos. & l. is qui reus de publi. iudi. Subdit tamen ipse Io. Andr. quod prædictæ. ll. secundum eum non probant id ad ꝙ allegantur. non. n loquūtur de illo qui impune pōt offendi, & cuius querelę non audiuntur, dicens quod canon se expediret per decre. cum inter. de excep vc; quod excipiens de falso audiretur & hoc est ꝓprie defendere, accusans non, quia illud est querelari uel agere, nec perit iustitia, quia intentum suum consequitur per exceptionem & sine onere. de proba. licet. de excep. c. cum venerabilis. Et remittit ad no. per se eodem opere in titu. de iudi delega. §. restat. uersi. quid si in statuto. & ibi tractat, an accusatio falsorum testiū tm̄ prosit sibi in causa suæ accusationis, quasi dicere uellit, si prodesset accusatio diceretur defensio, aliàs non, de quo articulo ibi uide. & in l. 1. qui accu. non pos. Alber. autem ubi supra. qō. 88. refert qōnem prædictam fuisse disputatam per quendam doct. de Mezabaribus, quem dicit concluisse talem bannitum admitti siue per viam exceptionis opponat de falso, siue per uiam accusationis, dicens statutū prædictū permittens offendi nō intelligi in tali offensione quę fiat in forma iudicij, argu. ff. de transac. l. qui cum tutore. & etiam tanquam odiosum debere restringi, & quod non debet excludere viam accusandi falsarios contra quos omnia iura clamant. de appel. c. cordi. in fin. libro 6. subdit quod origo causæ inspici deberet. ff. de don. l. qui id quod. & quod cum eo. l. si filius. Origo autem in proposito est, quod bānitus est reus ergo &c. vt in l. de pupillo. §. qui remissionem. de oper. no. nuntia. & sic concludit etiam ipse Alberi. quod etiā per uiam accusationis contra testes audiatur. Credo quod vbi possit sibi prouidere alias, quàm per accusationem testium vera sit prima opi. dicitur. n. tunc potius impugnator. facit ff. de probat. l. circa. & quod ibi no. Si autem sibi alias prouidere non posset, quia ex forma statuti non posset de falso cognosci, nisi per viam accusationis, puto cum admitti etiā ad accusandum ipsos testes. Videtur enim sibi permissum esse illud sine quo ad sui defensionem peruenire nō posset. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum de procur. & hoc puto verum si non potest accusare inductorem, vt quia est talis qui accusari non potest, vel quia est iudex qui inquirit. Satis enim aperte patet ꝙ suam defensionem prosequitur, non autem principaliter alterius offensionem. Ad quod bene facit ꝙ habetur per Bal. in l. diffamari. C de inge. manu. vbi concludit quod ille diffamatus dicitur reus, licet prius ueniat ad iudicium. Si autem statutum diceret quod non audiatur

Digitized by Google

diatur etiam defendendo dicam vbi remisi sup. 62.q. in fin.

Retento themate in proxima.q.formato iudex contra ta lem bannitum tulit iniquam sententiam. Quæritur. Septua-
71 gesimoprimo, † an durante banno bannitus possit contra di ctum iudicem agere in syndicatu. Quæstio hæc etiam tracta tur in.d.ver.gradum septimum.allegato.sup.prox.q.in prin. & ibi pro parte negatiua allegatur, vt snïa conueniat verbis statuti.de flumi l.1.§.non autem.in princ.ff.de admini. tut. cum enim talis offendi potuerit, & ei ius siue ratio reddi nõ debuerit, legis auctoritate factum damnum sine iniuria dici non potest.C.qñ lic.sine iud.vindi.l.1.& 2.& de adul.l. grac cus.& fortius q̃ licebat in personam, licet in rem, cum quelibet minima pœna personalis sit maior quacunque reali.l.in seruorum.ff.de pœnis. Nec data securitas respicit hunc casũ sed illum solum pp quem erat bannitus. Et id tantum hĩ p̃ expresso.ff.si cer.pet.l.cum quid.& l.seruitutes. de serui.& ge neralitas securitatis restringitur ad cogitata. ff. de transact.l. cum aquil.& l.qui cum tutoribus. facit.l. nõ est verisimile.ff. quod met.cau.& de præscrip.c.quia verisimile.& imputet si bi qui non appellauit quia sententiæ consensisse videtur. de re iud.c.quod ad cõsultationem.& C.de app.l.hi qui ad ciui. His non obstantibus soluit contrariũ, securitas enim.suspen dit effectum banni, & sic hoc est quod ad snïam datam fortius ad dandam sed non bannitus iustæ securatus, vt sic fauo rabile securitatis, verbum non restringatur.& quod sit fauo rabile.facit.ff.de statu.hom.l.2.§.1.& insti.eod §.fin. & quod sit extendendum patet.ff.de consti princi.l.2.& C. de bo.va can.l.2. & generalis securitas generaliter intelligenda. ff. de publ.l.de pretio.& extra de priuil.c.quia circa. Item si ꝯ eum posset ferri iniqua snïa ad quid citaretur vel securaretur, cer tè superuacue còntra. l.si prętor.ff.de iudi.contra.l.1.ad mu nici,& l.1.C.de thesau.& ad quid grauaretur in expensis ve niendi,& litis, & aduocatorum,& in alijs contingentibus p̃p ter quæ expediebat potius non securari.ff de lega.2. & l.qui solidum.§.etiam iudi.sol.l.iam tamen.§. in hac & quia bene ficio iuuari debuit non decipi.eꝛ de commo.c.1.ff. eod.l.in commodato.§.sicut in fina. Nec obstabit tempus securitatis esse perpetuum & nulli diminutioni subiectum. in auct.cõ stitu.quæ de dig.§.illud.ad quod facit lex, necessarios.§. 2.ad sillania.C. de his qui.vt indig.l.minoribus. Finaliter pro alijs rõnibus & pro responsionibus ad contraria remittit ad au ctorem qui fuit dominus Nicolaus Capocij.de vrbe, qui sic solueba t contraria. Primo quod verba statuti locum habẽt securitate non data, alias non, vt patet in l. cõuentionem.ff. de pact.de lega.l.fi.ff.de dolo.l.1.§.non fuit.quæ leges volunt hosti securitatem dari & datam seruari, & non seruantẽ puni i.& per hoc rñdet alijs rõnibus ad rõnem quod uideatur con tensisse non appellando: rñdet, quod ibi non est verus ꝯ sensus, sed fictus arg. de verbo.oblig.inter stipulantem.§.1. Præterea etiam dato quod esset verus, esset cum parte, ergo sibi non præiudicat cum iudice.l.si vnus.§.ante omnia.ff.de pactis. Nec obstet quod negligentia in vno pręiudicat sibi in alio quando agitur de eo.C.de his qui a non domi. ma.l.fin. ff.de pec.l quæsitum §.si anna.& de solu.l.stichum.& sic pro pter negligentiam commissam contra partem repelletetur, ab agendo contra partem, vt C.de appel.auct.hodie. ergo & contra iudicem agendo repellatur, quia illa regula secundũ eum vera est, cum sunt duo remedia, quorum vnũ est prin cipale aliud accessorium. Tunc enim negligentia circa prin cipale extenditur ad accessorium, sed in proposito erãt duo remedia principaliter competentia, quo casu negligentia in vno præiudicat in alio.l.idem si res.ff.de alie. iudi.mutan. cã fact.& l.si emancipata.C.qui admitt.ad bono.possel po.iun cta præcedenti rõne, facit optime.d.§.si annua. vult enim qđ exceptio competens contra vnum non obstet contra a ium si exceptionis ratio ad alium non extenditur. Hæc decisio sa pit æquitatem & habet iuris rõnem, quia cum iudex teneatur eum conseruare indemnem, vt dicam infra, patet quod non dicitur effectiuè agere, sed se defendere, & sic nõ debet 74 repelli, vt supra proxi.q.dictum est. & est eriam not.maxime propter tria. Primo propter id quod dicit securitatem datã durare etiam tempore syndicatus.

In hoc tamen aduertendum quod potest esse verum si fue rit data pro eo tempore quo durabit qõ siue causa. Tunc.n. non intelligetur finita donec syndicatus duraret, tenetur eñ iudex ad omne interesse, &c.l.si iudex.de var.& extraor.cog. & sic ad soluendum condemnationem pro eo,& ppea quo usque hoc sit expeditum causa durare dicitur. Si autem con cessio fuisset temporalis nõ haberet locum quod dictum ẽ. Posset tamen tunc procurator mittere si causa pateret, aliàs nouam securitatem petere, vt dictum fuit in primo tempo re parte.1.q.3. Secundo notandũ est pp id quod dixit Hostiẽ. esse securitatem dandam,& datam seruari debere. De hoc di cam in seq.parte huius temporis.q.15. Tertio propter id qđ voluit exclusum ab appellando excludi a potentia agendi ꝯ iudicem in syndicatu: facit quod habetur in l.1.§.1.ff.quod quisque iur.de quo aliquid ibi per Bar. & in d.l. item si reus. plenius in disputatione sua quæ incipit, iudex propter im prudentiam. vbi etiam tractat, an iudex possit conueniri ap pellatione pendente,& ibi determinat q̃ nõ cum ceteris limi tationibus ibi positis per eum. Bald. tamen in l.si filius.ff. de iudi.eo. casu dixit quod licet non possit agi ad totale interes se, tamen potest agi, vt condemnetur ad conseruationem in demnitatis arg.ff.de stat.liber.l.statu libero ra tionẽ.& l.athe nis.§.1.de aqua pluuarcen. Pro quo etiam vide quod ipse no. in l.nouissime.ff.quod fal.tut.auto.est etiam no.pro so.dicta rum.ll.C.de his qui a non do.ma.l.fin.& l.item si res.vbi tra ctatur an negligẽtia in vno pręiudicet in alio, de quo dic vt ibi.& in l.3.ff.vi bo.rap.per Bar. & vide.C. quod met.cau.l.3.

72 Septuagesimosecundo quęritur † dictum fuit sup.part.1. 1.tẽporis. quæstio. 6. quod quis potest banniri sub nomine hæreditario, an tunc stante dicto statuto quod querellæ ban nitorum non audiantur.si bannitus sub nomine proprio re pellatur ab agendo dicti statuti virtute.

In hac q.Albe.vbi supra q.33. primo arguit quod nõ.ff.de adop.l.si pater §.qui duos.& C.de dol.l.1. In contrarium di xit esse casum in c.aduersus.§.fi.de immu.eccl.sed certe c. il lud nõ multum facit. dicit enim, sententia excõicationis lata contra iudicem ligat etiam in officio successorem. At in p̃ posito agens nomine proprio censetur alius ab hærede. igit non videtur q̃ sibi præiudicet. arg.ff.de his quib. vt indi.l.tu torem. ibi discreta enim sunt iura quamuis plura in eandem personam deuenerint. Puto tamen decisionẽ veram per no. in l.fi.C.de euict. licet enim quis teneatur de euictione vt hę res principalis venditoris, tamen agens nomine proprio re pellitur, licet secus si quando teneretur vt hæres fideiussoris, vt ibi, quæ lex non est alibi.

Et ideo ad propositum subtilius considerando. Aut quis est bannitus subnomine hæreditario ex delicto tñ vel cã p̃ eũ commisso, vel commissa, sed forte ex ignorantia proprij no minis, ita latum est bannum, & tunc sine dubio agens no mine proprio repellitur, arg.l.si quis in fundi vocabulo.de le ga 1.cum alijs alleg.vbi supra. Aut forte ex forma statuti fuit bannitus ob causam defuncti, puta ob debitum non solutũ, & taliter quod in statuto prædicto comprehendatur, & tũc potest habere locum distinctio.d.l.fi. quia aut erat hæres fi deiussoris, aut principalis vt ibi. Quid autem e conuerso, vi- de quæ dicam infra q.528. in hac eadem parte, Ad l.tutorem paret responsio. quia loquitur quãdo nulla re præsentatio ca dit in seipsum, vt ibi.& l.polla.C.de his quibus ut indig.

73 Septuagesimotertio quæritur, † an bannitus qui vigore dicti statuti repellitur ab agendo, possit saltem per procura torem agere? & videtur quod sic, quia quod per me non pos sum per aliũ possum, arg ff. de in ius voc.l. quæsitũ de priui. cre.l.1.§.si quis.de transact.l.& post rem.§.fi.& melius in l.an tistius.in fi.ff.de acqui.hære. contrarium vidi determinatum quia licet possit procuratorem relinquere.l. Papinianus. de mino. non tamen poterit per illum agere, quia ipse idem ban nitus agere videtur.l ita autem. §.gessisse.ff.de admini.tu. Itẽ quia fraus fieret legi de persona ad personam.ff.de leg.l.con tra legem.& ad mace.l.sed lul.& ita etiam refert Alber. vbi supra q.62. tenuisse Iac de Are. ad quod alleg. etiam de admi. re.ad ci.perti.l.1.§.2.de spon.l oratio.& de tut. & cur. da. ab his.l.scire oportet.cum si. Et hoc est clarum alias, frustratoria esset denegato iuris vel audientiæ.l.1.§.vsus de proc non er go potest per se vel alium agere stante statuto prædicto, & ita verificatur q̃ dixit Guil.in Spec.de procu.§.ratione quo que constituentis.ver.1.vbi autem esset solummodo banni tus bonis non confiscatis & dictis statutis non vrgentib. non prohiberetur procurator constituere, vt in iure supra in cõ trarium alleg. secundum Io. An in addi. Spe.in tit. de cessio. actio.§.1.ver.illud etiam.

Viso quod bannitus non potest agere per procuratorem quæro septuagesimoquarto, † an possit iura sua alteri cede re,& sic cessionarius non repellatur. Hæc quæstio a multis tractata reperitur.& quia quotidiana est libet aliquantulum insistere. Primo enim Iac. de Are.ff. de noua.l. doli mali. te nuit indistincte quod non.& sic exceptio banni cessionario obstare.l.in his.§.non debeo.& l.quod ipsis.de reg. iuris. Ad dictam.l.doli respondet quod loquitur in delegatione. Ad contrarium allegabat Dyn.l.si cum dotem.§. si patri ff.solu. mat.vbi pro patre deportato agit filia, sed ille tex nihil facit, quia ibi agit filia iure suo & nomine suo, non iure vel nomi ne patris, vt eod.tit.l.2.§.1.& l.voluntate. Ipse tamen Dyn.in d.l.doli.& in regula, si quis in ius.distinxit. An fiat cessio ex cã lucratiua & obstet exceptio, an ex cã onerosa & non obstet. l.apud celsum.§.de auctoris.& §.si quis autem. & §. si cum legitima.ff.de doli excep. Alb. de ghan. dicebat q̃ aut retinet bona & valet cessio. Aut publicant & non valet cessio.ff.de c. dict.l.2.& l.actione.§.publicatione.§. pro soc. cum si. Aliqui

vt

Digitized by Google

vt refert Guil.in Spec.de ceſſ.actio. §.1.ver.illud etiã quæriť. dicebant indiſtincte obſtare excep.ff.ad Velleian. l.fi. Alij vt ibidem refert,dicebant quod aut ſit ceſſio ex cã neceſſaria,& non obſtet exceptio aut ex cauſa voluntaria & obſtat. Hæc enim non ambulant paribus.paſſibus.ff.de dam.infec.l.cum poſtulaſſem.de re.eorum qui ſub tut.vel cu.l.3.§.1. & de re iudic.l.fi.& refert Ioan.And.ibi,in addi.magna. Frid. de ſcal. diſputando tenuiſſe ceſſionem indiſtincte valere & ceſſionarium etiam ex cau.a voluntaria & lucratiua agere poſſe.Ipſe autem Ioan.And.ibi remittit ad notata per ſe in c.1.de iure patro.li.6.& ſuper gl.penul.& relatis opi.tactis in Spe. ubi ſupra tenet indiſtincte agenti non obſtare exceptionem ſi ceſſionarius banniti cum bona publicata nõ erant agit ſuo nomine per iura ibi alleg.in glo.quæ probant quod vitium perſonale ad ſucceſſorem non tranſit.ff.de diuer. & temp. præſcrip.l.an vitium.& C.de acq poſſeſ.l. vitia. & extra qui mat. accuſ.poſſ.c.cum in tua.dicens conſiderandum eſſe,an vitiũ inſit perſonæ & rei,& in re furtiua quando poſſideretur a fure.An rei tantum vt quando poſſideretur a bonæ fidei poſſeſſore.& tunc tranſit vitium in ſingularem ſucceſſorem.Inſtit.de vſuc.§.furtiue. An tangit actionem & perſonam, vt quando dolus interuenit in contractu.& tunc dicit procedere diſtinctionem cauſæ lucratinę,& non lucratiuæ,vt in §.de auct.& §.ſi cum legitima.Vbi autem tangit perſonam tantũ vt in caſu noſtro,tunc ad ſucceſſorem non tranſit, vt ſupra ad l.3.§.quod autem.ff.quod quiſque iur.& de colla. bo.l.cũ emancipati.Reſpondet ℣ ibi eliſio erat inflicta actioni, non autem perſonæ tantum,vt in caſu noſtro ,ſubdens etiam de ſucceſſore vniuerſali,vt dicam infra in vlti.temp.Bar. autem in d.§.ſi cum legitima.tenet opi.Dy. per illa iura. & idem videtur dicere in d.l.doli.tangens aliqua de narratis ſup.in diſ. Ioan.And.Sed Bald.in l.3.§.ſi filius.ff.℣ quiſque iur. dicit qđ aut bannum ſequitur ceſſionem.& nõ obſt.exceptio de quo dicam ſtatim in q.ſeq.aut præcedit ceſſionem,& tunc aut ex perſona ſtatuti poteſt opponi exceptio actioni,aut perſonæ. Primo caſu excludit ceſſionarius. Secũdo caſu diſtinguit an habeant cauſam lucratiuam , & repellitur , an onerosam & non repellitur.Et ſic ibi effectiue loquitur opi.Dy.Sed in l.℣ diuerſas.C. man. dicit ℣ aut eſt bãnito interdictus ipſe actus agendi & tunc aut cedit' ex cauſa lucratiua,& non valet: aut ex oneroſa,& valet ceſſio, dum tamen ceſſionarius agat vtili.Si vero bona eſſent confiſcata, ideo non valeret ceſſio, quia cederet iura fiſci non ſua.ff.de cap.diminu.l.tutelas. Itẽ ſi poneres quod eſſet ei ſola manſio interdicta , tunc non eſt dubium quod poteſt cedere,vt l.Papinianus exuli.&ideo ibi dicit quod exititij de terris ſuis pñt iura cedere & alienare, quia eſt eis interdicta manſio , ſed ſecus eſſet ſi expreſſe eius interdicta alienatio.allegat pro ſingulari text.in l.de pollicitationibus.ff.de polli. Idem tamen Bal. alibi hanc materiã tractans in quadam ſua diſputatione quæ incipit.Statuto cauetur quod fenerator dicit quòd aliquando iniquitas ineſt actioni & agenti.aliquando agenti & non actioni,aliquãdo neutri De primo ponit exemplum in eo qui inducit aliquẽ per dolum,vt ſibi promitteret,& deinde actionem ceſſit.

Et iſto caſu dicit repelli ceſſionariũ nulla facta diſtinctione, quia actio eliſa ceſſa eſt. Nec poteſt tunc dici ℣ vitium purgetur per ceſſionem. Exceptio enim reo competens ſibi inuito auferri non poteſt,vt not.in d.c.ſi cum legitima. & arg. ff.de pact.l.fi.mand.l.ſi mandauero tibi.in princ. Exceptio ergo doli commiſſi circa actionem ceſſam obſt ceſſionario ex quacunque cauſa.d.l.in his.§.non debeo.& l.quòd ipſis.℣ intelligit verum quando actio eſt infecto propter dolum proximum,& immediatum,ſecus ſi eſſet vitium in quodam pãmbulo,exemplum:dolo induxi ſcriptum hæredem ad reciendum hæreditatem quam ego ab inteſtato adiui,& ceſſi actionem hæreditariam in qua nullum erat.Et ideo non ob. ceſſionario exceptio vt d.§.ſed cum legitima.& §.ſeq.Secũdo caſu quando ineſt vitium agenti & nõ actioni, vt in excõicato & bannito.Primo videtur tenere opi.Io. prædictam ℣ vbi ceſſio non ſit ſimulata indiſtincte non ob. exceptio ceſſionario non ſequens diſtinctionem Dy.& Bar. quin ſtatutũ videtur ſuſpendere actionem ad tempus, id eſt donec duret bannũ vel excõicatio.& idem debet operari temporalis ſuſpenſio pendẽte tempore quod operatur excluſio perpetua. de condi.inde.l.ſufficit.& d.l.ſi tibi manda.in princ.& hęc ratio ita concluderet contra agentem ex cauſa oneroſa ſicut contra agentem ex cauſa lucratiua. Finaliter tamen videtur tenere opi.Dy.& Bar.quia cauſa oneroſa eſt fauorabilior lucratiua.ff.de his quæ in frau.cre.l.fi.§.2.& no.inſtit. de act.§.ſi quis in fraudem. ℣ dicit eſſe verum , niſi illa ceſſio ex cauſa lucratiua fiat ex neceſſitate,vt quia hæres excõicatus vel bãnitus ceſſit legatario actionem legati nominis. Sed iſto caſu non eſt dubium,quia legatarius etiam ſine ceſſione, ageret. l.ex legato nominis.C.de leg.Sit ergo in hac materia concluſio ℣ aut bona ſunt publicata, & non valet ceſſio iurũ antiquorum. Aut non ſunt publicata,vel ſunt, ſed ceduntur iura poſtea quæſita,& tunc aut bannitus ceſſerat ante bannũ & dicam in ſeq.q. Aut cedit poſt bannum. Tunc aut cedit ex neceſſitate , vt quia cedit fideiuſſori,quia ei ſoluit vel ex alia cauſa neceſſaria ,& tunc ſimiliter nõ obſtat exceptio per ea quæ allegata ſunt ſupra in prin.q.ſi autem fit ceſſio voluntaria aut fit ex cauſa lucratiua,& ob.exceptio aut ex cauſa onerosa,& non ob.agendo vtili actione nomine ſuo, niſi probẽ in fraudem factam.C.man.l.pe.cum ſi.Si autem ageret directa nomine cedentis obſtaret exceptio per ea quæ hic dicta ſunt,& ſup.proxi.q.

Prædicta autem locum habent in ceſſione iurium.In ceſſione vero ſiue in translatione dominij dicit Bal.d.l.ſi cũ dotem.§.ſi præter.quod non repellit,quia imediata cauſa agendi.ſ.dominum eſt ſine vitio.gl. eſt ordinaria ſecundum eum in d.l.ſi cum legitima, non intelligas quando ſimpliciter ceditur rei vendicatio,quia tunc erit idem ℣ ſupra ſecundum no.in tit.de ceſſio.ac.§.ex præmiſſis.ver.Item quod ſi mihi. vbi videtur maxime in addi.Io. And. quid operetur ceſſio rei venditę,quibus adde.l.ſi eius.& quod ibi not.ff ad trebel.

75 Succeſſiue ſeptuageſimoquinto q̃ro † quid iuris quando ceſſio præceſſit bannum,an tunc ceſſionario agenti poſt bãnum obſtet exceptio.Bal in l.4.§.ſi filius.ff. ℣ quiſque iur. dicit quod non obſt. exceptio , ℣ quidam dicunt procedere ſecundum diſt quæ habetur in l.poſt contractum.ff.de don. quod eſſet verum in caſu in quo ex forma ſtatuti alienatio & ceſſio redderetur nulla ipſo iure, quia tunc ceſſionarius repelleretur quaſi agens ſine actione.l.ſi pupilli.§.videamus. de neg.geſt.& l.non putauit.§.non quęuis.ff.de contratab. & idem ſi ex alia cauſa eſſet ceſſio nulla ſecundum not.in l.ab Anaſtaſio.& l.per diuerſas.C.manda.& l.fina. C.ne li. po. Si autem ceſſio habet ſua ſubſtantialia ,& ſtatutum non annullat eam cum neceſſaria ſit reuocatoria quando facta eſſet in fraudem,ceſſionarius non poſſet repelli a debitore opponẽte ex iure fiſci.l.his conſequẽter §.1.famil.hercif.& l.2.ſi aget vectig & quod ibi nota.& l.ſi eum ſeruũ.per Cyn. C. de ſer. fugi.per Bar.in l.1.ff.de excep.rei iud.non ergo obſtat exceptio banni ſuperuenientis quod eſt certum ſi agat vtili. Sed dubium eſſet an ſibi obſtaret agenti directa,rõne cedentis p. l.qui ſtipendia.cum ibi no.de procu. & per ea quæ dicta ſunt ſup.73.q.Puto tamen quod etiam tunc non ob. exceptio,qa talis directæ exercitium tranſit ſine aliquo vitio,arg.ff.de ſer. expor.l.ſi minor,& ℣ not in l.plurib.§.& ſi placeat.per Dyn. & Bar.de verb.obli.& hoc ideo quia agit in rem ſuam ceſſionarius. Facit C.de dona.l.illam.& quod habetur in l.ſi quidẽ per doct C.de act.& oblig.

76 Septuageſimoſexto quæritur, † viſo quod ꝑ alium aliqñ agere poteſt & aliquando non,an poſſit pro alio ꝑ curatorio nomine agere,Puta Titius fuit factus procurator a Sempronio non bannito,an repellatur uirtute dicti ſtatuti quod banniti non audiantur.hæc quæſtio examinatur per Alberi.ubi ſup.q.62.Cuius verba libet hinc inſerere propter quæſtionis utilitatem & aliqua pulchra dicta Dicit enim primo uidetur ℣ audiatur & non obſtet exceptio arg.inſti.de except. §.fin. Item quia non dicitur hic audiẽtia dari uel ius fieri, ſed ei cuius eſt procurator,quia dicitur dominus agere per procuratorem ff.quod ui aut ui clam.l.denique.§.fi.& l.ſeq. & ff.de ꝑcur.l.à.& ſecundum hanc determinationem intelligitur.l.nõ ſolum.§.pe.ff.de iniur.& ad hoc.arg.ff. de do. excep.l.ſi procurator.in princ. niſi occaſione ipſius litis datum foret ſibi bãnum quod fieri põt de iure, ut ff.ſi quis ius di. non ob.l.3. §.2.tunc enim non audiretur niſi primo exiret de banno,ut. ff.de dol.excep.l.apud celſum.§.quęſitum.& l.ſi procurator 2.rñ.& quod alias admitti debeat. & ſtatutum eſt odioſum, & ideo reſtringendum,ut ff.de libe.& poſth.l. cum quidam. & ita in hac q.quidam ſentiunt.& pro hoc. ff. de in ius voc.l. quæſitum. Alij dicunt bannitum etiam pro alio non admitti ad inſtar excõicati. ut extra de prob.c.poſt ceſſionem.Itẽ quia ſtatutum indiſtincte dicit non dari audientiam bannito nec diſtinguitur an agat proptio nomine uel alieno,ergo indiſtincte intelligi debet.ff.de ſeru.urb.l.ſi ſeruitus. cum concor.Item quia quod ei non detur audiẽtiã inductum eſt in honorem prætoris ſicut & edictum.de poſtulando quod ꝑ hibet certas perſonas poſtulare. ff. de poſtu. l.1. qui. ex cauma.l.ſed & ſi prætorem.§.ſed & ſi dum.ideo ſicut nullo modo conceditur poſtulare ei cui ab edicto denegat̃, ita & hic. Item bannitus qui pro ſe non admittitur multominus admittitur pro alio.nec ob.ſimilitudo.ff.de poſtu.l.1.§.j.& 2.& C.eod.tit l.nemo.nec ob. ℣ arguit̃ de patrono ad bannitum quia ℣ bannitus non audiatur eſt de iure municipali,℣ ẽ cõmune ius ipſius ciuitatis,℣ aũt libertus non uocet in ius patronum ſine venia eſt priuilegium ipſius patroni.in auct. de non alie.§.ſi vero.de teſta.mili.l.cius.& pro iſta parte benefacit.ff.de pe.l.mors.circa princi.De facto obtinuit ℣ pro alio audiatur,maxime per l.quæſitum. de in ius uoc. & quia

alte-

Digitized by Google

alterius odio alius grauari nõ debet C. de inoffi.test.l.si quis in tuo,& quia bannitus non videtur agere vel audiri, sed dominus qui per alium agere videtur.vt in d.l.mors no.lac. de Arre.& istam partem puto veram.Ad q facit vltra prædicta, quia filiusfamil.in iudicio esse non potest & intelligitur suo nomine,vt l.fi.§.necessitate.ff.de bo.quę lib.põt enim esse p curator.de procu.c.qui generaliter lib.6. licet glo. aliter dixerit in d.§ necessitate.non obst.c.post cessionem.de prob. quia loquitur in excommunicato qui perdit perceptionem sacramentorum,& cõmunionem fidelium.de except.c.2.de sent.excom.pe.quæ bannitus non perdit,ut certum est.& sic de vno ad alium non arguit secundum Bar.in sua disputatione,in ver. ,.est uidendum,& dictum fuit supra hac eadẽ parte.q.4. Aduertendum tamen quod hoc est verum quando agit nomine alieno,& ad alterius utilitatẽ. Si autem ageret nomine alieno,& ad sui vtilitatem, secus esset, ut puta.quia esset procurator in rem suam.l.1.§.in propria.ff.quando appel.non sit.& C.de procu.l qui stipendia.Si autem statutum diceret q non audiatur,in aliquo suo iure non haberet qõ dubitationem.l.1.§.visus.C de procu.l.nihil.& l.neque.& l.q quis.Prædicta vera si fuit factus procurator post bannum. si autem fuisset antea constitutus repelleretur non virtute statuti, sed quia præsumeretur reuocatus propter mutationẽ status,vt l.si cum cornelius,& l.cũ quis ff.de sol.cum ibi not. & per Bar.in l.post litem.ff.de procu.

Dictum fuit.supra hac eadem parte.q.37. q bannitus põt ab intestato succedere de iure communi. Modo Septuagesi
77 moseptimo quæritur † bannitus succedit Titio non bannito stante dicto statuto q banniti non audiantur,dictus bannitus adit hæreditatem, & vt hęres Titij agit contra Sempronium an ei obstet exceptio banni? Alb.vbi supra q.49. arguit primo q non ob.exceptio, vt consequatur ex persona alterius q per se habere non posset.ff.quæ res pig.ob.l.aristo. & de fal.1.§.1.determinat contrarium,& ita dicit fuisse obtẽtum,vt sic sibi obstet exceptio in iure postea quæsito.ff.de q di.inde.l.si non sortem.§ si filius.ad maced.l. sed Iulia.§.1.re. amo.l.& ideo.& C.de bo.mat.l.1.In contratium facit. ff. de excep.l.modestinus.vbi habetur q agenti iure hæreditario non opponitur exceptio ex persona propria.& idem probatur in l.quidam cum filium.versi.quare.ff.de verb. oblig.Puto tamen dictum Albe.verum quia exceptio banni est exceptio,quæ respicit personam & in illa tantum verificatur si p suo iure agit,vt supra.q.proxi. qualitercunque ergo ius suũ sit,& ex quacunque causa verificantur verba statuti.Et ideo etiam ex iure hæreditario agens repellitur cum vnicum sit effectum patrimonium.ff.de priuil.cre.l.pater,& de vulg.& pupil.l.sed & plures.§ si filio.l.modestinus. & l.quidam cum filium.loquuntur in exceptione reali.(rei iudicatæ in qua inspicitur non solum persona,sed causa.l.cum quęritur. & l. si mauer.§. eandem & l.& an eandem. ff. de excep. rei iudi Et ideo licet ille q nomine proprio succubuit , postea vt hæres alterius agat,& sic est diuersa causa cessat regula illius excep. quia licet dici possit eadem persona,in auct.de iur.iur.a mo. præsti.§.1.non tamen concurrit identitas causæ.Et sic sibi nõ obst.exceptio. Quod est verum nisi veniendo iure hæreditario veniret ad impugnationem sui facti proprij, & alterius facti. Tunc enim si agat iure hæreditario obstat sibi exceptio ex persona propria,vt d.§.si filius.& d.l. sed iul.§.1. de quo tamen articulo scilicet in genere an agenti iure hæreditario obst. exceptio ex persona propria,vide in d.l.modestinus. per Bar. & quod ibi not.in l.post legatum.§.si his.de his quibus ut indig.& vide quod not. in Specu. de sen. & his quæ ipsum se.§. fi.ver.quid si procurator.vide etiam quod habẽt in l.fi. C.de eun.Ecõuerso vero agẽti iure proprio an ob.exceptio ex p sona eius cuius est hæres etiam banni,examinabitur. infr.in vltimo tempore part.2 q.4.

78 Septuagesimooctauo quæritur † bannitus ex forma statũtorum non potest sua bona in alium transferre. Quidam vẽdidit vel aliter alienauit quædam sua bona & promisit,exinde ad voluntatem emptoris facere instrumentum cum clausulis consuetus,deinde antequam faceret instrm bannitus fuit & taliter quod in statuto continetur.Quæritur an possit facere instrm prædictum;& valeat non obstantibus banno & statuto? pro huius quæstionis decisione sciendũ est quod Richar. de sal. disputauit quæstionem in terminis infrascriptis,Lege prohibetur partialitatis causa relegatum aliquid transferre vel alienare de suo , Relegatus dicta causa ante relegationẽ dederat & locauerat pro decem annos rem ad francandum in quinquennio pro quingentis, hoc acto quod sub pęna teneatur locator & dator in termino prædicto francare.facere instrm venditionis. Quæritur quid iuris de perfectione cõtractus & pœna, & post multas prolixas rõnes primo ad affirmatiuam,secundo ad negatiuam, soluit hoc modo . Pro parte affirmatiua quod possit facere instrm,& si non facit pęna committatur.Primo propter uerbũ dederat, de cuius natura,& significatione est dominium transferre. ff. de condi. obst.cau.l.fi.de verb.obli.l.ubi autem.§.fi.insti. de actio.§.sic itaque.Secundo pp copulam,&,dum subijcit thema & locauerat,de cuius copulæ natura & significatu est ponere diuersa & augere præcedentia. ff. de leg. 3.l. ea tamen adiectio, & no.super rub.ff.de iur.& fac.igno.Tertio per l.sub conditione.ff.de sol.vbi rei uel pecuniæ date transit dominium immediate.Quarto per propriam significationẽ huius dictionis, ad,quæ est vt inducat modum,sed rei data sub modo ab initio transit dñium.l.necessario,§.si pendente. de pericu.& cõmo. rei uendi.& no.C.eod.titu.l.1.Quinto per l.sicut.§ interdum.& l.cum venderem.ff.loca.Sexto quia res fuit ęstimata, ergo videtur tunc transisse dominiũ. ff.loca.l.in naue. & locatio suos notissimos terminos excedere.argu.ff.depositi.l. lucius.Nec obstat quod rei suæ non teneat conductio.ff. locati.l.qui rem.& l.ad probationem.& ff.depos.l.qui rem.& de regu.iur.l. neque pignus in fi. cum simi. quia illud uerum est ab ignorante vel etiam sciente respectu domini. Seda sciente respectu positionis quæ nõ est sua sic, ut patet expresse,ff.de acq.pos.l. si rem aliquam,sed possessio rei sic locatæ non transierat.C.de præsc.30.anno.l.male agitur.ergo a sciẽte eius respectu conductio tenebat,dominium autem sine positione bene potuit transire per l.si fundum.de fund. vel põt dici quod conductio rei pleno iure propriè non tenet , sed hic non est pleno iure propria conducentis,arg a si ff.quod metus causa.l.metum.§.uolenti.C. de donatio quæ sub mõ. l.1.C.quod metus cau.l.3.cum si.Septimo per uerbum ad frãcandum de cuius significatione op3 scire esse francare,id est liberare.quasi dicat quod transtulit dominium,sed non francum.Pro parte autem negatiua etiam pro solutione adducitur ne uidear laicis quædam iniquitas, ut in fin.not.glo. C. de transactio.l.si maior.Secundo quia hoc esset duplex improprietas.secundum quod rei locatæ transierit dominium ꝙra naturam locationis.ff.loca.l.non solet.& quod eodem momento rei propriæ teneret locatio contra l. neque pignus. cum similibus supra allegatis.sed duplex improprietas in eo admitti non debet.C. de dotis promiss.l. 1. cum similibus.ff. manda.l.si uero non re. secundo uel tertio respon. ff.de cõdi.& demonstratio.l. si mulieri & Titio . Tertio quia unum de copulatis transit ad naturam alterius ff. de fund. instruct. l.scię.§.gaio.Sed hæc copula,dederat & locauerat, ergo *da*-tio trahitur ad naturam locationis,ut sic dominium *non trã*sĕat,ut est clarum.ff.locati.l. 4.ubi uidẽ casus ibi *dedisset* ue, & arg.co.tit.l.si uno.in prin. Quarto quia si aliud sumeretur esset contrarietas & incompassibilitas cõtra l.Titij.ff.de cõdi.insti. Quinto quia quod duplici iure potest summi in dubio dẽt intelligi,prout caret uitio.ff.de legibus.l.in ambiguo & pro socio.l.merito.ubi præsumitur quis facere iure licito & non illicito , sed ubi a tempore locationis transisset dominium non posset dari pensio propriè a modo ni si de pretio quod ad terminum est soluendum,& sic induceretur in cõtractum usurarum illicitum,& reprobatum,ut habetur.C.de usur.auct.ad hoc.& in auct.de eccle.titu. §. 1. & solet not.C. de summa trinita.l.1.nisi diceres quod uenirent ratione fructuum & interesse,sed certè hoc non posset , cum ille sit in mora ratione dilationis sibi datæ,ut l.lecta. si certum pet. & fructus inde percipiat quia dominium transierit.Sexto per l. quæro.§.fi.ff.loca.ubi rei æstimatæ locatæ non transit dominium si est species,sed periculum transit,& non est emptio, sed quasi emptio.Nec obst.l.in naue.quia ibi loquitur de cõductore operarum qui põtest transferre dominiũ rei in qua opera debet præstari, si detur ad pondus vel numerum ut reddatur non idem in specie, sed in genere, quod cum dato recipiat functionem uel aliter, ut ibi not. quod non est in proposito,& uidetur ęquior & uerior per d.§.fi.Finaliter soluendo derisiue dicit,ego utor tali distinct.quod aut cõstat quod ab initio transferre uoluit,aut quod noluit,quia in cõtractibus inspicitur magis uoluntas quàm uerba.l. etiam. C. de iur.do.cum si.Aut est dubium, & tunc aut uendebat, sed pactũ apponitur,ut donec pretium soluat certa mercede cõductum habeat, & obtineat prima pars.f. affirmatiua per d.l. sicut.& l.cum uenderem.Aut ab initio locabat,sed cum pacto quod francari deberet,ut in casu nostro,& tunc obtinet alia pars.f.negatiua quasi translatio uel alienatio facta non fuerit ab initio, sed debeat fieri demum cum erit facta francatio.sed tunc uenit ad inhabilitatem, ergo si recte uidetur fuisse in casu nostro non ob. l. sub conditione, quia ibi solutio fiebat pure,sed effectui & cessioni in solutum adijciebatur cõditio.hic autem locatio fuit pura , & eius natura nõ erat translatabilis dominij,ut sup.ibi ergo transit dominium hic non,sed ius locationis,ut ibi.

Vides ergo quod ubi ab initio ex ui contractus transijt dominium non obstante statuto poterit instrm facere,& si nõ facit in pœnam incidit. Vbi autem non transit dominium, secus est,obstante statuto.nec ob.q illa uideatur alienatio ne-

cessaria

Digitized by Google

cessaria & sic statuto non comprehendatur. de contrahen. emp.l.filiusfas.§ i.de re eo. l. magis puto.§.sed si tempore.& C. quando decre. op. non est l.i.quia hæc res ex forma statuti est reducta ad impossibilitatem. ff. ad le. rho. de fact.l.si vehenda.§.idem iur.& loca.l.insulam. Secundum ergo dict. prędictam in terminis in princi.q.propositis. Aut fuerat trāslatum dominium, vt quia uendens receperat pretium uel fidem de eo. ff. de contrahen.emp.l.ꝙ uendidi. C. de re. uen. l.inciuile. & ꝙ utrobique habetur, & in l.procurator.§. sed si mercem. ff.de tribut,& l.quidam fundum.ff.de in rem ver. & sine dubio non obstante statuto poterit instrumentum facere, quia tunc non alienat,& sic non habent locum verba statuti.si uero dominium non fuit translatū, secus esset. Sed hæc pars secunda est mihi dubia cum sit alienatio necessaria per dicta iura,& l.alienationis.ff.fa.her.nisi dicas quod illa promissio præsumatur in fraudem statuti facta ꝙ est verū concurrentibus his quę habentur in l.post contractum.ff.de do.in l.si ventri.§.fi.de pri. cre.& C. de bo. dam.l.siquis post hac. Licet autem hæc decisio conferat ad materiam, tamen magis placet per ea quæ dicta sunt supra circa cognitionē contractus.an sit uenditio an locatio, & quid importent illa verba ad francandum. Pro qua tamen materia recurrendū est ad latius & clarius no.per Bar.in dispu.sua quæ incipit,publicanus. quæ saltem in effectu habetur in l. cotem. §. qui maximos.ff.de publ. Sunt & not. supra dicta pro materia.l. qui rem.C.loca.& si rem aliquam. ff.de acquir. poss. de quo ibi per Bart.

79 Septuagesimonono. † Stante dicto statuto ꝙ bannitus non audiat in aliquo suo iure quod ostensum est non tollere defensionem vt hac ea parte.q.62. Quæritur Titius agit cū Sempronium bannitum,dat libellum, & facit eum citari. Sempronius bannitus comparuit,& suas exceptiones oppo suit,quibus visis Titius agens vult a lite tantum desistere.sed Sempronius vult quod procedat per auc.qui semel.C.quo. & quan iu.& per not. in l. edita.C de eden.An audiat bānitus quasi uideat impugnare & agere.Dicit Iac.de ra. in l.si libertus.ff. de in ius. voc. quod bannitus auditur quia dicitur se defendere.Albe.vbi supra q.60. idem sequitur dicens melius probari eo.ti.de in ius voc.l.libertus a patrono. & extra de rescrip.c.1.lib.6.

Certe meo iudicio hæc q. paruam habet dubitationem. fm enim. not. ex dict.l. edita.& auct.qui semel. semper conuentus actore negligente reus est.& iō siue differat aduersarius ut l.properandum.§.& si quidem.de iudi.siue renuntiet taliter ꝙ sibi non liceat fm no.in dictis iuribus,& in l. postq̄ liti.C.de pact.semper bannitus ut reus audiendus est. Faciūt ea quæ dicta sunt supra hac parte.q.68.69.& 70.Si autem bānitus illo non agente vellet quod iudex pronuntiaret exceptionem sibi competere per not.in l.si finita.§. eleganter. ff. de dam.infec.ff.de fideiu.l.si contendat.de lib.leg.l.aurelius. §.centum.& C.qui bo.ce.pos.l. 3. forte non audiretur, tum quia prouocans est non prouocatus,ut dictum fuit supra q. 64.tamen quia implorando officium iudicis interuenit in iudicio,ut dictis iuribus,non autem excipiendo,& sic tenetur libellum offerre,& per consequens actor est ut habetur in l. 1.ff.de eden.& per Bar.ff.de iurisdi.om.iud.l.1.

80 Circa eandem materiam. 80. quæritur † stante statuto ꝙ laudum habeat executionem paratam,& similiter instrumētum guarentigiæ habens certum terminum. Titius habens instrm guarentigię vel laudum contra Sempronium habētis executionem,ante illam factam bannitus est, bonis eius non publicatis.dictum fuit.q.5.ꝙ perdit beneficia statutorū suæ ciuitatis. An nullo modo disponente bannitum audiri non debere,poterit pone per procuratorem virtute dictorū iurium incipere ab executione secundum formam dictorū statutorum.Hæc quæstio est disputabilis,sed omissa disputatione ne prolixior sim quàm promiserim succincte me expediam. Præmittens primo ꝙ de iure cōi talia non habent paratam executionem.C.de execu.rei iur.l.1.ff. de suspect.tu.l. 3.§.tutores.sed a iure statutorum tale traditur beneficium vt habetur in laudo.in l.1.C.de arbit. & quod ibi per doct in guarentigia habetur per Iac.de Are.in l.cum quasi.§. si plures.ff.de fidei.lib.ubi gl.fin.secundum eum dicit ꝙ illud ꝙ facit sīa facit legis potestas, ex quo ipse ibi dicit ꝙ sicut sīa habet executionem,ita instrumentum guarentigiæ:hoc etiā sequitur Cv.in l.una.de confes.Bar.tangit.in l. proinde. in fi. ad l.aquil.in l.1.de eden. in l.1.iu.fol.& in l.2.C.de sen.quæ sine cer.quant. beneficium ergo executionis traditum guarētigiæ nō est de iure cōi, sed de iure statutario. Item præmittę ꝙ non est beneficium quod de necessitate tradatur illi instrumento ex quo natum est,sed potest etiam sine illo beneficio in exercitium alias iudicium deduci.l.intra dies.cum ibi no. ff.de iudi.& in c.fi.de iudi.Res enim iudicata habens executionem a iure communi per no.in l.a diuo pio.per totū, & C.de execu.rei iudi.potest per uiam actionis etiam in iudicium deduci, licet possit per officium iudicis etiam intentari. C.de arbi.l.cum antea.C.de reb.credi.l.actori.l.miles.§.iudicati,ff.de re iudi.cum not.per Bar.in d.l.intra dies.Sic ergo est in instrumento guarentigiæ & laudo,vt etiā patet ex not. in l.plane per Bar.ff.quod cum fal.tu.auto. vbi patet per prescriptionem remanere ipsum ius ordinarie agēndi. Præmitto etiam quod donec illud instrm fuerit executioni mandatum non dicitur facta executio ut habetur plene & not.per Bar.in l.is qui.ff.quib.ex cau. ma. Ex hjs infertur quod cū res reducta sit ad casum a quo non pōt incipere & simus in re non perfecta vitiatur ipse contractus, ut l.quia in eum. ff. ad leg.aquil.& de fideiuss.l.uranius.& per Dy.& Bar.in l. plurib. §.si placeat.de verb. oblig. Pro qua decisione facit quod in his quæ respiciunt ordinem iudicij inspicitur iudicij locus,vt habetur in l.1.C.quem.te.ap.& plene per doc.in l.cūctos populos.de sum.trin.ergo,& tempus iudicij.arg.l.vinum.si certo pet.& ff.de trit.l.in hac.Ex hoc satis colligitur ex no.per Bar. in extrauag.qui sint ribelles.super verbo,rebellando. Si autē executio fuisset ante bannum facta etiam secundum quod Bar.intelligit factam esse in d.l.is qui. nullatenus propter bānum uitiaretur, vt d.§.& si placeat. Item si instrumentum esset factum taliter quod valeret de iure statutario,& non de iure communi non uitiaretur ex banno superuenienti,quia iam perfectum erat,& quia quo ad solennitatem actus inspicitur tempus ipsius actus confecti sicut locus,vt in iurib.prædictis,sicut ēt in fi.no.per Bal.in d.l.cunctos populos.iuxta fi. dum tractat de solennitate probatoria ipsius actus.licet autē in prædictis ipse bannitus perdat beneficium statutorum,nō tamen idem debet esse in hęrede.de quo dicam in ult.temp. parte.2.q.15.

Rubrica de his quæ per alios fiunt in præiudicium bannitorum.

Supereſt expedita prima parte huius ſecundi temporis,vt ad ſecundam perueniatur,quæ vt ex diuiſione in prin.huius temporis poſita patet,tractare debet de his quę per alios fiunt in præiudicium bannitorum:& vt ordine præmiſſo procedatur.Præmitto primo rubricas ſiue titulos qōnum quæ in hac parte examinare continget.

SVMMARIVM.

1 *An ſubripiens rē bannito poſſit ab eo ad reſtitutionem rei conueniri.*
2 *An ualeat ſtatutum quod excludit bannitum etiam a defenſione.*
3 *Si bannitus non poteſt opponere exceptionem præſcriptionis, an illam poſſit eius fideiuſſor opponere.*
4 *An conreus debendi conuentus a creditore poſt terminum præſcript. repellatur ab excipiendo de præſcriptione ex eo quod intra terminum præſcriptionis bannitus fuit eius conreus. Et ſic ſit interrupta præſcriptio etiam contra non bannitum. Et ſic in hac examinatur an ualeat ſtatutum minuens tempus præſcriptionis & materia l.ſi.C.de duo.reis.*
5 *An ſi agatur contra bannitum qui non poteſt ſe defendere & taliter quòd ex narratis apparet præſcriptionem eſſe decurſam iudex aſeipſo poſſit de præſcriptione obijcere & agentem repellere,& in hac latiſſime examinatur uirtus præſcriptionis.*
6 *An ſtante dicto ſtatuto bannitus agens contra bannitum poſſit contra exceptionem quod non debeat audi,rireplicare quod ille non poteſt excipere.*
7 *An ſtante ſtatuto quod bannitus poßit impune offendi, poſſit impune occidi.*
8 *An bannitus nondum regiſtratus dum regiſtrabatur potuerit offendi diſtante ſtatuto bannitum & regiſtratum poſſe impune offendi.*
9 *Si fuit regiſtratus & fuit ſumptum bannum legitime, deinde cauſaliter regiſtrum fuit combuſtum,an poſſit impune offendi oſtenſo ſumpto.*
10 *An bannitus qui poteſt impune occidi poſſit occidi impune a filio, vaſallo, ſeruo, uel liberto.*
11 *An occidens bannitum auctoritate ſtatuti peccet in foro conſcientiæ.*
12 *An excuſetur occidens bannitum ad inſtantiam inimicorum eius & pro pecunia.*
13 *Quid iuris ſi uolens occidere bannitum intrauit per muros ciuitatis & eum occidit.*
14 *Si accuſatur occidens bannitum an poſſit per procuratorem opponere quod occidens erat bannitus.*
15 *An bannitus poſſit impune occidi pendente ſecuritate ſibi data libere veniendi &c. Et in ea plene tractatur de materia ſecuritatis.*
16 *An bannitus qui pendente ſecuritate non poteſt offendi perdat illud beneficium ſi committit graue maleficium,& ſic poßit impune occidi.*
17 *Si cauetur ſtatuto quòd capiens bannitum habeat centum a communi, an debeat habere ſi ille captus habeat ſecuritatem.*
18 *An premium quod datur capienti bannitum debeat diuidi inter eum & fiſcum.*
19 *An capiens bannitum debeat habere expenſas quas fecit in capiendo.*
20 *Si ſunt plures capientes bannitum an debeatur unicum premium inter omnes an plura.*

21 *Stante*

Digitized by Google

Nellus de S.Gemin. De Bannitis.

21 *Stante statuto quod dat quinquaginta capienti bannitum in pecunia,& centum capienti bannitum in persona, bannitus in mille, quasi non soluerit intra mensem intelligebatur bannitus in persona, fuit intra mensem captus & præsentatus, deinde elapsus est mensis & nõ soluit. Quæritur quod premium debeatur capienti.*

22 *An potestas qui ignoranter capit exbannitum debeat habere præmiũ quod datur bannitum capienti.*

23 *Vno statuto cauetur quòd capiens exbannitum habeat centum, alio statuto cauetur quòd homines de villa teneantur trahere ad rumorem, & capere malefactores & exbannites. Quidam iuit ad capiendum Titium sciens eum bannitum, & cum Titius fugeret eleuauit rumorem propter quòd homines de villa insecuti sunt eum, & illum ceperunt quæritur an alicui præmium debeatur.*

24 *Stante eodem statuto Titius sciens Gaium bannitum ignorans tamen statutum capit Gaium & potestati præsentauit, quæritur an debeas habere premium.*

25 *An sit necesse probare quod occidens bannitum sciebat illum esse bannitum.*

26 *An occidens vnum quem credebat esse Titium Ioannis bannitum, & erat alius homo excusetur propter statutum, vel non, & qualiter puniatur.*

27 *An vniuersitate bannita quilibet de uniuersitate offendi possit.*

28 *An liceat occidere bannitum captum a familia potestatis.*

29 *An priuatus accipiens bannitum in alterius territorio præmietur virtute unius statuti, an uero puniatur uirtute alterius statuti.*

30 *Quid in officiali capiente bannitum extra territorium, an possit executionem facere, an uero teneatur eum relaxare.*

31 *Quid si talis bannitus indebite captus a priuato uel a familia in manibus capientis occidatur.*

32 *An quis possit occidere bannitum in manibus priuati qui eum licite ceperat uirtute statuti eum premiantis.*

33 *An captus in confinio territorij duarum ciuitatum, ita quòd dubium sit in quo territorio captus sit, poterit iuste capi uel non, siue a priuato siue ab officiali.*

34 *An contra bannitum licite captum possit fieri executio sine nouo processu.*

35 *Quid si uno statuto cauetur quòd antequam bannum detur debeat quis citari certo modo. alio statuto uel eodem in fi. cauetur quòd banniti pro homicidio capti, statim fiat executio, etiam si solennitas statuti non sit seruata, an non facta citatione dicto modo debeat bannum executioni mãdari.*

36 *An bannitus ex una ciuitate captus in alia illa confederata possit sibi iustificari secundum tenorem banni.*

37 *An iudex laicus debeat tractare tanquàm bannitum laicum bannitum ab episcopo.*

38 *An retinens bannitum in priuato cartere excusetur a pœna uirtute statuti permittentis offendi bannitum.*

39 *An statutum prædictum quod permittit occidi bannitum habeat locum in fœmina bannita.*

40 *Si cauetur statuto quòd uiri bannitarum debeant expelli de ciuitate, an econtrario uxor banniti sit expellenda.*

41 *Cauetur statuto quod familia banniti expellatur de ciuitate an sit expellenda uxor.*

42 *An statutum disponens quod filij bannitorum expellantur de ciuitate cõprehendat filias.*

43 *An stante tali statuto comprehendantur non legitimi.*

44 *An tale statutum locum habeat in filijs matris bannitæ.*

45 *An interficiens bannitam prægnantem sit excusatus uirtute statuti permittentis occidi bannitum.*

46 *An committens adulterium uel stuprum cum bannita per uim ueniat puniendus, & quid si uoluntarie.*

47 *An in uxorẽ banniti non bannitam possit uirtute dicti statuti licite committi adulterium, & sic non possit accusari uel inquiri.*

48 *An repertus cum armis prohibitis reddiens ab occidendo bannitum punitur uirtute statuti prohibentis talia arma portari.*

49 *An volens occidere bannitum possit bannito aliter euadere non ualente impune occidi.*

50 *An bannitus pro homicidio propter quod insurrexit rumor in ciuitate cõtra honorem & statum ciuitatis possit offendi virtute statuti acrius permittentis offendi bannitum, qui facit contra honorem & statum ciuitatis quàm alios bannitos.*

51 *Dicãte statuto quod bannitus pro amputatione membri possit occidi. An bannitus pro amputatione digiti comprehendatur in dicto statuto, & ibi de alijs membris. & de membro arido.*

52 *Quando quis dicatur bannitus pro cicatrice vt sic statutum de eo loquẽs uerificetur.*

53 *Quando quis dicatur bannitus pro percussione sanguinolenta.*

54 *An bannitus pro eo quod insultauit & percussit possit offendi tanquam bannitus pro insultu & etiam pro percussione. Et examinatur an insultus confundatur in percussione.*

55 *An bannitus prædictus possit impune in rebus offendi puta si comburitẽ eius domus.*

56 *An Bononiensis occidens Florentiæ bannitum de Florentia, possit pro tali occisione Bononiæ conueniri, & in ea etiam examinari.*

57 *Quod ubicunque offenditur bannitus de Florentia offendens non potest Florentiæ conueniri.*

58 *An Bononiensis occidens in ecclesia commitatus Florentiæ florentinum bannitum de Florentia possit puniri Bononiæ, acsi illum occidisset extra territorium Florentinum.*

59 *An citatus in causa ciuili non comparens, & propter inobedientiam condemnatur & bannitus fisco, dicitur bannitus pro maleficio ut sic in eo loco cum habeant statuta prædicta & possit offendi, & ibi inferitur quid ius si iudex in tali banno adiecit quod possit impune offendi.*

60 *An condemnatus in contumaciam pro crimine dicatur pro maleficio bãnitus.*

61 *An bannitus in ere & persona captus a iudice possit decapitari.*

62 *Si quis fuit simpliciter bannitus in amputatione membri, de quo membro intelligatur.*

63 *Quid iuris si fuit simpliciter positus in banno.*

64 *An bannitus captus post 30. annos a die lati banni possit tradi executioni.*

65 *Stante statuto quod damna data a bannitis debeant emendari per uicinos uel proximiorem communitatem, uel uillam, cuius dicatur uicinus, & quæ uilla dicatur proximior.*

66 *Bannitus fuit quis in mille quasi soluere non poterit intelligatur bannitus in personam. Quæritur, quando dicatur non posse soluere. & in ea de significatu uerbi, potest, & de natura termini, cuiusque, multum plene tractabitur.*

Secunda pars secundi temporis.

1 PRimo igitur quæro † Titius abstulit rem aliquam bannito, stante statuto ꝙ bannitus non audiatur, an possit a bannito ad restitutionem illius rei conueniri, & uidetur ꝙ sic, nam & relegatus bona sua retinet. ff. de interdic. & rele. l. 1. de bo. eo. qui mor. sibi consci. l. 2. in fi. sic & bannitus quando non publicantur, ergo uidetur ꝙ agere possit. Facit ad hoc. ff. de bo. pos. l. edicto. §. rei capitalis. C. si pen. ap. mors inter. l. 2. pro hoc quia appellatione bonorum continentur iura. l. bonorum. & l. sub signatum. § bona. de verbo. sig. Si ergo retinet bona, ergo & iura. & sic actiones, & per consequens earum exercitium, alias frustratoria esse iuris illius reseruatio siue retentio. Sed contrarium est uerũ ad instar excommunicati qui agere non potest. de offic. ordi. c. 2. de iudi. c. intelleximus. Quod quidam dixerunt esse verum etiam de iure cõi circunscripto statuto prędicto de quo tangam infra hac eadem parte. q. 65. quod ego non credo per rationes prædictas. & per tex. in l. si tibi. §. is cuius. ff. man. Statutum ergo est illud quod licet non tollat actionẽ tamen tollit illius exercitium, & si dicit quod non audiatur quousque fuerit in banno clarum est quid iuris. Si uero dicit indistincte dicam infra in 3. temp. par. 2. q. 8. Sed & si sit aliud statutum quod dicet bannitum prædictum posse a quocunq; offendi impune, res clara est quo casu quid iuris sit dicam infra in 2. parte huius tẽporis, dum tractabo an de tali subtractatione iudex possit inquirere. q. 1.

2 Secundo quia dictum † est supra parte proxi. q. 62. ꝙ statutum simpliciter denegans audientiam non excludit defensionem. Quæro si in statuto dicatur ꝙ non audiatur in aliquo suo iure etiam defendendo, an valeat tale statutum, & videtur ꝙ non, quia leges debẽt esse iustę. l. 3. ff. de leg. sed iniustũ est ꝙ quis non possit se defendere. l. vt uim. de iusti. & iu. Praterea defensio est de iure naturali. l. 1. §. cum arietes. ff. si qua. pau. fe. di. quod ius tolli non potest. d. l. ut uim. & not. in l. pactum ff. de pact. in gl ma. & est tex. in cle. pastoralis. de re iud. In contrarium ꝙ imo valeat & tolli possit vt ꝓbari, primo quia contumaci põt audientia denegari. l. sed & si per prætorem. §. sed & si dum. ff qui. ex cau. ma. & ratione contumaciæ clauditur reo iudicij aditus. C. de iudi. l. sanci. C. de iure fisci. l. defensionis facultas. li. 10. hinc est ꝙ ille qui fuit contumax in se defendendo non auditur post terminum. in l. vlt. ff. de fer. & ita tenet Dy. in Pfi. ff de custo. reo. & ideo cum bannum detur propter contumaciam uidetur valere statutum. & sic aliud est in banno quàm in excõicato. Nec mirũ quia deteriori loco sunt bãniti qui possunt impune offendi. Bar. in hoc artic. in l. cum mulier. sol. mat. tenuit primam partem distinguendo ꝙ quædam est defensio uoluntaria, vt quando quis vult comparere ad defendendũ aliquem, & illa põt tolli per statutum. Quædam est defensio necessaria, vt qñ quis ad iudicium citatur, ista non potest tolli: allegat no. per Inn. in c. cum inter. de excep. & idẽ dicit in d. l. defensionis facultas. ibi tamen limitat prædicta vera in defensione iuris. In defensione vero facti dicit valere statutum, de qua facti defensione dicam infra hac eadem parte. q. 49. dũ tractabo an bannitus offensus possit se defendere. Sed Bal. in d. l. cum mulier. concludit ꝙ quædam est defensio in qua bannitus nihil ponit sed simpliciter negat, & ista non potest auferri. C. de edẽ. l. qui accusare. Quinimo nec de iure intelligitur, quia nõ est

pro-

Digitized by Google

prie defenſio.l.ſi quidem.C.de excep.& ibi per eum, quædã eſt in qua aliquid ponit ad meram defenſionem, & tunc aut talis exceptio eſt de iure gentium,vt ſi excipiat ſe feciſſe ad ſuam defenſionem, & talis exceptio non poteſt reſpui. l. ut vim.de iuſt.& iu.Si vero exceptio oritur de iure ciuili, vt exceptio præſcrip.rei iu.& ſi. Et tunc ſtante tali ſtatuto bannitus non debet audiri.quia ciuilis ratio ciuilia iura tollere poteſt,naturalia non.vt in §.ſed naturalia iura.inſti.de iu.na.gẽ. & ciui.& in §.eas.ff.de capi.dimi. Quandoque id ꝙ ponit nõ tẽdit ad meram defenſionem,ſed ad impugnationem. & iſta poteſt tolli per ſtatutum.l.quoniam Alexãdrum. C. de adul. & l.ſeruos.C.de accu.Simile in doloſo cui non datur beneficium ceſſionis,ſed bene datur beneficiũ diuiſionis,quia tendit mere ad defenſionem.l.1.§.nunc tractemus. ff. de tute.& ratio.diſtrahen. equidem hæc verba pulchra ſunt,ſed credo indiſtincte ualere tale ſtatutum per.l.omnes populi.nõ obſt. ꝙ defenſio ſit de iure naturali,quia verum eſt, & licet ſine iuſta cauſa tolli non poſſit,vt in iuribus ſup. allega. tamen ex cã tolli põt. C.de bo.dam.per totũ,& ita firmat Inn.in c.quæ in eccl.de conſt.& ſentit gl.in l.1.ff.de conſti. prin.nec uideo rõnẽ diuerſitatis inter defenſionẽ facti,& iuris, cũ defenſio iuris ſit minoris præiudicij quàm facti, vt.l.in ſeruorum.de pẽn. & tamen defenſio facti,tolli poteſt ex catu ſecundum Bar.in l.facultas.per.l.1.& 2.C.quando li ſine iudi. vin. ex quo ſequitur, ꝙ non procedat illud quod Bald.dicit per.l.ut uim. dicam tamen ubi ſup.remiſi.Siue ergo ſit defenſio iuris,ſiue facti,quæ tollitur per ſtatutum,cum ex cauſa iuſta fiat.l.in pẽnam mulieri, & inobedientiæ per tale ſtatutum ſublata eſt ipſi bannito.Illud autem, ꝙ dixit Bal.defenſionem conſiſtentem in mera negatione non tolli,verum puto, quia cum proceditur contra eum,& citatur ut litem conteſtetur, illa autẽ fit negando aut confitendo.vt.l.2.C.de iur.calum.immo regulariter negando,& ſic cum habilis fiat ex tenore ipſius citationis,quæ eſt vt veniat ad ſe excuſandum prẽſertim in criminalibus,a dictę citationis auctoritate decipi non debet.l. ſecunda.C.de his qui ve.æta & idem quod Bal.tenuerat Iac. But.in l.ubi pactum.C.de tranſact.& Alber.i.ubi ſup. q.40.repetam aliqua circa hoc inf.in q. 5.

3 Tertiò quæro bannitus † erat debitor Titij, & fideiuſſorẽ dederat,creditor differt petere tanto tempore, quod lapſa eſt præſcriptio,ſi agit contra bannitum ſtante ſupradicto ſtatuto bannitus non poterit excipere per not.ſup.proxi q.& in d.l.ubi pactum,agit contra fideiuſſorem.poterit ne fideiuſſor de præſcriptione opponere?hanc quæſtio. diſputauit Iac. de Are.ut refert Bald.in l.cum mulier.ſol.mat.& ibi ſic loquit. Primo videtur, ꝙ fideiuſſor non poſſit opponere.l. 3.§.ſi is pro quo.ff.quod quiſque iu.ubi principali excluſo a potentia excipiendi propter impetra.iniqui iuris a ſe factam,excluditur etiam fideiuſſor, dicit cõtrarium fuiſſe determinatum per Iac.de Are.prædictum.In hac enim exceptione,& omni alia quam non poteſt opponere reus opponit fideiuſſor etiã naſcentem ex perſona rei,quia fideiuſſor non habet cauſam detractiuam.& ideo dolus principalis ei non ob.l. apud celſum.§.de auctoris.de do.except. Item ſicut exceptio perſonalis quæ iuuat non tranſit ad fideiuſſorem. vt.l.niſi.de pact. ita contra odium perſonale tranſire non debet. l. 1.de cõſti. prin.& ſic non capit per capacem l.ſi is qui duos.de libe.leg. Ad.§.ſi is pro quo.reſpondet ꝙ ibi dolus naſcentẽ exceptionem reddebat inualidam, hic vero reddebat inhabilem perſonam excipientis, & ſic concludebat ꝙ interdum eſt vitiũ in materia propter perſonam:primo caſu vitium eſt reale, ſecundo perſonale. Interdum eſt vitium perſonale propter perſonam,& locum,quod dictum eſt. ſup.

In hac quæſtione conſiderandum arbitor quod ſi ante bãnum decurſa erat præſcriptio,deciſio prædicta uera ſit.Non enim potuit principalis ex facto ſuo auferre fideiuſſori exceptionem iam quæſitam.l.fi.ff.de pac.quod forte verum eſt niſi probaretur fideiuſſorem delicto cõſenſiſſe vel fuiſſe participem ibi.& in d.§ ſi is pro quo. ꝙ intelligo ſi fundaret ſuã exceptionem ex perſona rei ut ibi,alias non vt ſtatim dicã. Si uero præſcriptio eſt decurſa poſt bannum conſideranda ſunt plura.Primum an præſcriptio dicatur decurſa ex forma ſtatuti, ꝙ abbreuiet iuris communis præſcriptionem, puto quia reducit trigennalem ad decennalem vel quinquennalem.de quo dicam ſtatim in ſeq.q.Et hoc caſu,quia vt dictum eſt ſup.parte proxima.q. 5. banniti perdunt beneficia ſtatuti tum ſuæ ciuitatis,conſiderari oportet, ꝙ contra eum eſt interrupta ſicut contra fideiuſſorẽ.Quam.q.formauit Io. An. in addi.Spec.ſuper rubrica de fideiuſſ.in fi.& ibi uidetur concludere ꝙ ſic,dum dicit tenendum ꝙ habetur in l.fina. C.de du.re.quæ vult, ꝙ interruptio facta contra vnum ex duobus reis proſit contra alium. Sed id non eſt verum,quia præſcriptio interrupta contra principalem non interrumpitur contra fideiuſſorem.Tex.eſt ſecundum unam lec.in l.cum quis. §.ſi quis pro reo.ff.de ſolu.& ibi per Bar.& per Cyu. in d.l.ſi, licet glo.contrarium dixerit,& non bene in.l.1.§ fi.ff. de eo per quem fa.erit.& in.l.fideiuſſor.§.fina.ff.man.Iſto ergo caſu licet principalis ſit bãnitus, & per eum non ſit actioni præſcriptum, tamen erit præſcriptum per fideiuſſorem. In eo enim remanet illęſa diſpoſitio ſtatuti loquentis de debitore, quia eius appellatione continentur ſecundum not.per Bart. in l.1.ſi cer.per.Nec prodeſſe poteſt hic curſus præſcriptionis ipſi principali etiam ſi ei audientia de defenſione reſtitueretur, pura quia ſolueret,ſi dicimus, ut ſupra,quo ad eum fuiſſe interruptam præſcriptionem. de quo dicetur in ſeq.q. uel ẽt ſi rebanniretẽ.ff.de pact.l.fideiuſſores.& d.§.ſi quis pro reo.Si vero præſcriptio eſt decurſa poſt bannum de iure cõmuni,tunc poteſt habere locum opi. Iac. de qua dictum eſt. Cum enim ille bannitus notorie ſit abſens, exceptio ordinis a fideiuſſore non poteſt opponi.l.fina.ſi cer.peta.& in l.decẽ. de uerb.obl.& C.de fideiuſſo.auct.præſente.& ſic neceſſe eſt deuenire ad exceptionem præſcriptionis.& ſic uera eſt deciſio prædicta. Opponit enim fideiuſſor exceptionem præſcriptionis ex perſona ſua non ex perſona principalis banniti. & ideo non poteſt contra ipſum ex illius perſona aliquid replicari, ꝙ ſecus eſt in.d.§.ſi is pro quo. Ibi enim opponebat fideiuſſor exceptionem ex perſona ipſius principalis.Et ideo ſi poſt bannum fuiſſet quæſita exceptio ipſi bannito,puta pacti de non petendo, & ex eius perſona tranſiſſet in fideiuſſorem ſecundum ea quæ habentur in l. 2. de excep. forte non poſſet illam opponere fideiuſſor,quia nata fuit cum illo obſtaculo replicationis audiendę denegatę,etiam in defendendo.& ſic cum illa qualitate tranſiuit in fideiuſſorem, vt.d.§.ſi is pro quo.ſicut dicimus in exceptione compenſationis quę opponitur contra procuratorem in rem ſuam,ſecundum veram deciſionem doct.in l.eius.C.de compen.& in l.ſi quis in rem.ff.de procur.& Dyn.in regula,ſi quis in ius. lib. 6.

4 Sed iuxta prædicta,quarto quæritur † quid in correo banniti. Statuto pone cauetur, ꝙ cuilibet debito præſcribatur ſpatio quinque annorum, pendente quinquennio unus ex correis debendi propter ſuum delictum eſt bannitus. lapſo quinquennio agit creditor contra alium non bannitum,opponit reus conuentionem de præſcriptione ſtatutaria, replicat creditor,quod propter bãnum illa fuit interrupta in correo.quia perdidit beneficium ſtatuti,ergo intelligitur interrupta contra alium correum per.l.fi.C.de duo. reis.Hæc quę ſtio habet duos articulos. Vnus eſt an ualeat tale ſtatutum. Alius eſt poſito quòd ualeat,de qua interruptione loquatur l.fina.præalleg. Circa primum, quia parum habetur in uoluminibus,libet ſub breuitate referre ſententiam Bal.qui hũc articulum diſputauit,& incipit quæſtio.Statuto cauetur quã fenerator &c.& ibi primo arguit quòd non ualeat ſtatutum, dicitur quædam ſententia ſiue decretum. C. de legi. l.fina.ff. quod cuiuſque uni.no.l.item eorum. §. ſi decuriones. & de decre.ab or.fa.l.ambitioſa. Sed ſententa continens, ne quis ſoluat quod debet non ualet,quia in ſe habet uitium intolerabile.ff.de excu.tut.l. qui teſtamento, ergo idem in ſtatuto. Secundo ſtatutum non poteſt facere, ꝙ malęfidei poſſeſſor præſcribat:in malęfidei poſſeſſore.de regu.iur.lib. 6. Sed qui recipit mutuum vel aliter ſe fecit debitorem ſcit ſe debere, ergo eſt malæfidei ſicut ille, qui tenet reliqua ex adminiſtratione.ff.de nego.geſt.l.Pomponius.la.2.antep.reſponſo.& ff. man.l.dolus.ergo non præſcribit. Tertio probatur,ex mutuo naturali,naturalis oritur obligatio,ſed naturalis obligatio non poteſt tolli per ſtatutum cum ſit de iure ciu.& illa de iure naturali.inſti.de iur.natur.gen.& ciui.§.ſed naturalia.ff. quod quiſque iur.l.3.§.penul.de neg.geſto.l. at qui natura.in prin.& idẽ in omni contractu qui fit ex conſenſu.l.1.de pac. & de reg.iur.l.cum amplius.§.is natura debet.Si ergo eſt naturalis obligatio, ergo non ſoluens peccat, ergo non debet valere ſtatutum cum inducat peccatum, perfidiam, & malam fidem, ꝙ patet per ſuum contrarium.ff. man.l. ſi fideiuſſor.§.fin.& depo.l.bonafides. Quarto diſpoſitio præſcriptionis ideo ualet,quia continet iuſtitiam poſitiuam ut no.ff.de poſtulan.l.1.§.pueritiam. Sed iſtud ſtatutum uidetur continere apertam iniquitatem, & nullam habet cauſam. ergo non ualet.de conſtitu.c.quę in eccleſiarum.l.fina.C.ſi contra ius uel uti.pub.& ibi per Cyn.per Hoſtien.& Ioã. And.in c.cum P. tabellio. de fide inſtru. & ideo contra excipientem ex tali ſtatuto debet obſtare replicatio doli. ff. de doli except.l.1.in fine.Quinto ſtatuta auferentia ius,& actionem alteri.ex nulla iuxta cauſa non ualent,quia ſunt contra iuſtitiam naturalem.Certum enim eſt illam iuſtitiam naturalem debere ſeruari.ff.de exc.tuto.l.ſcire oportet.§. ſufficit. & ad eam tanq̃ ad legem naturę recurri debet ut ibi patet & confirmat,quia non tenet ſcriptum principalis. C. de præ.impe. offe.l. quoties.ergo nec ſtatutum inferioris, & ita uidetur tenere Bart. in l.oẽs populi.in 3.quæſt.prin.circa prin.Ad partem uero cõtrariam arguit,lex ratione morę poteſt moroſo audientiam denegare. C. de iudic. l. ſancimus. Item poteſt confinge.

Digitized by Google

re tempus ad agendum.& ſine dubio valet, quia ſi id põt iudex.C.qui accu.nõ poſ.l.ſi ea.ff.de acc.l.cum in tua.ff. qui ſa. co.l.de die.ſecũdum lac.But.ibi,ergo multofortius ipſa lex. nam aſſignatio termini ad agendum monet creditorem vt agat intra terminum ſicut terminus aſſignatus ad ſoluendum monet debitorem,vt ſoluat intra terminum.C. de contra.& com.ſtip.l.magnam.Per lapſum ergo termini perẽpto rij,quia oẽ terminus a lege prẽfixus eſt peremptorius preclu ſa eſt agendi copia.ff.de excu.tu.l.ſcire oportet.§.conſequẽs. Vnde ſi ſtatutum diceret,monemus oẽs creditores, ꝙ agant intra quinquennium ſcientes, ꝙ decetero non audirẽtur,valeret ſtatutũ.Ita ergo valeat ſi ſimpliciter dicit, ꝙ poſt quinquennium non audiantur,quia terminus includit monitionẽ. Facit quod no.Inn.extra de præbẽ.c.extirpandæ. Nec põt ob hoc eccleſia audiri, cum debeat ſeruare inter laicos eorum ſtatuta no.ff.de poſt.l.ex ea.Præterea qui contra ſe præſcribi patitur renuntiare vr̃.ff.de neg.geſt.l.ſi ego.de dã. infec.l.prætor.in prin.C.de præſcr.long.temp.auct. malęfidei. Secundo idẽ ſic probatur.Sicut ius cõe ſe habet generaliter, ita ſe habet ius municipale localiter.vt.l.oẽs populi.& l.de quib.Sed ius cõe inuenit præſcrip. & valet ẽt ſi rõ reddi non poſſit. vt in l.non omnium.ff.de legi. Immo adeo ualet vt ſecundum quoſdam actionem tollit ipſo iure, uel ſaltem tollere poſſit ſi velit.C.de præſcrip.30.ann.l.omnes.& l.ſicut.& ẽt poſſit tollere naturalem obligationem ſi velit,ſicut, & dominium.ff. rem rat.habe.l.ſi.Tertio ſtatutum habet uim pacti. ut no. ff. de legi.l.ſed in ea & C.de decre.decur. ſuper rub. ff. de pac.l. nõ impoſſibile.& de reg.iur.l.nec ex prætorio. ſed per pactũ põt præfigi meta agendi,ergo &c.Accedit.ff. de uerbo.obl.l. obligationum fere.§.placet.de ſolu.l.cum mihi decem.& qđ no.de leg.1.l.nemo põt. Quarto ſtatutum diſponit reſpectu iudicij,quod patet dũ dicit,non audiatur.ff.de procur. l.mutus.§.pœna. Omnia autem iudicia ſunt de iure ciui. vt not. inſti.de obli.in prin.ergo.&c.Ex prædictis tenet hãc partem, quod valet ſtatutum, & ibi tractat multa notabilia in materia.c.nouit.de iud.circa debitum præſcriptum,quæ ſi libet ibi uide,hic vero non infero,quia non faciunt ad materiam noſtram.In fine autem reſpondet ad argumẽta facta in contrarium hoc modo,quia primo nõ obſt.prima ratio, quia plus poteſt ſtatutum quàm ſententia ſimplex,vt no.in l.1.§.pen.ff. de fer.Non obſt.ſecundum argumentum, quia debitor non dr̃ in dolo cum poſſideat quod ſuũ eſt.l.2.§.appellata. ſi certa.& no.de immu.eccl.c.quia plerique.Item,quia præſcriptio fingit retro,& omnia purgat.C.de uſu.l.eos.in prin.& dicit Bar.dixiſſe, ꝙ non requiritur bona fides, niſi ubi requirit poſſeſſio præſcribentis de uſuca. l.ſequitur.§. ſi uiam. ꝙ ſibi dicit non placere,in quo non inſiſto,quia extra propoſitum, & quia etiam ipſe Bal.ſibi ipſi contradicit.Non obſt.tertium quia fatendum,quod non tollitur naturalis, ſed effectus eius elidit̃ur.ff.de compenſa.l.quæcunqne. Non obſt.quartum, quia ſtatutum hoc non debet dici iniquum cum in ſe habeat cauſam motiuam,quæ ſolet probari ex proemio.ff.ad maced.l.1.§.fi.de hæredi.inſti.per Bart.in l.ambitioſa. non obſt. quintum arg.quia non eſt contra iuſtitiam naturalem. Et iõ certum eſt quod ſtatutum in ſuis beneficijs, quæ adinuenit poſt præſcriptionem præfingere etiam pupillis, & eccleſijs, extra de teſtib.c.conſtitutus. Valet ergo ſtatutum prædictũ, quod etiam tenuit idem Bald.in d.§ pueritiam.& in d.cap.ſi quis per triginta.ſi de feu.fue.controuer. & præſcriptionem inducit etiam ſi per alia verba loqueretur, puta quia diceret,lapſo quinquennio creditor non auditur,vt ibidem, ſcilicet in prædicta quæſtione concludit. allegat. l.properandũ. C.de indic.iuncta.l.mariti lenocinium.§. quinquennium.& l.miles.§.60.& l.ſi maritus.§.præſcript.ff.de adult.C.de inof fic.teſta.l.ſi quis filium.§.fi.cum ſi.& iſtud eſt verius quàm id ꝙ dixit Bar.in l.omnes populi.ut patet ex prædictis.

Et ideo reſtat ſecundum dubium in quo videtur dicendũ, ꝙ coreus illam exceptionem non poſſit opponere.Interruptio enim facta eſt in perſona conrei banniti,ergo iuuat creditorem contra alium conreũ.ut.l.ſi.C.de duo.reis. quæ generaliter loquitur in omni mõ interruptionis.Mihi tamẽ videtur durum, ꝙ lex illa locum habeat hoc caſu. nam loquit̃ de interruptione per.l.illam, cogatis.ut patet in fi.illius.l.ergo ad iſtum non extenditur.ut.l.iubemus,in fi.ad Trebe.Intelligo igitur.l.illam interruptione præſcriptionis præcedente per modos inductos a iure ciui. & in qua factum creditoris uel debitoris ad id principaliter ordinatum interuenerit ſuper ipſo credito,uel debito.nõ autem intelligam illam habere locum in interruptione a ſtatuto introducta ſimpliciter aliquo prædictorum non interueniente, ne in exorbitantibus a iure cõi fiat extenſio.ff.de legi.l.quod non cõtra.Poſſum etiam dicere ꝙ hoc caſu non ſit præſcriptio interrupta, licet decurſa ſit, quia in debitore,qui non eſt bãnitus locum habet ſtatutum.l.1.§ ſi is qui nauem.ff.de exceptio.ac etiam virtute alterius con rei,qui non eſt bannitus in totum decurſa dicatur,vt ſic incapax capiat per capacem.l. ſi is qui duos. ff.de lib.leg.facit.l qui communem.ff.quemadmodum ſerui. amit. Licet autem ſit decurſa præſcriptio, & poſſit per conreum non bannitum opponi,non tamen opponi per bannitum non ex defectu præſcriptionis curtius, ſed ex uitio ſuæ perſonæ,quæ ad eam proponendam audiri nõ debet ex forma ſtatuti.l.qui ex libe.§.teſtamento.ff.de ſecun. tab.

5 Quinto circa idem ſtatutum quæro. † Agit creditor contra bannitum,& proponit in libello tempus contracti debiti,& taliter, ꝙ iudex uidet præſcriptionẽ eſſe decurſam. An poſſit a ſeipſo agentem repellere. Dicet quis,hæc quæſtio eſt ſopita per Iaco.de But.& Bar. qui tenuerunt quod ubi parti non competit ius agendi,iudex ex officio non poſſit cognoſcere.l.non ſolum. §. quamquam.ff.de iniur. & in alijs iuribus de quibus infra parte 3. huius temporis.q.1. ergo econuerſo ubi pars non poteſt excipere,non poſſit iudex ex officio repellere.ff.de excep. l. 1. ſed certe illa deciſio de qua dicam ſupra non adaptatur ad propoſitum, loquitur enim in criminali,ac etiam quando iudex vult aſſumere locum actoris,& ſic impugnatoris:hic autem vult aſſumere locum rei, & defenſoris,cui magis fauetur.l.arrianus.de actio. & oblig. & ideo pro huius articuli deciſione. Primo uidendum eſt an præſcriptio tollat ipſo iure actionem,& ex eo peruenitur ad propoſitam quęſtionem.Circa quod ſciendum eſt, ꝙ gl. in l.ſi eum.ff.qui iniuriarum.§.ſi quis cau.dicit, ꝙ pręſcrtptio inducit liberationem ope exceptionis ut ea.l. ſi eum.in prin. non autem ipſo iure.ex qua uidetur, ꝙ nõ tollatur actio ſed paretur exceptio.

Item glo.ubique dicit ꝙ præſcriptio non tollit naturalem obligationem,vt.l.at qui natura.in prin. de neg. geſt.l.ſi quis pro eo.C.de præſcriptio.30.anno.l.cum notiſſimi,in prin.& ff rem ra.habe.l.fina.Dyn.uero. in d. l. final.dixit ꝙ licet non tollatur naturalis,tamen tollitur omnis effectus, quod ſequitur Cyn.in l.cum quis.de iur.& fac.igno.in 7.q. ſed Guil. de Cun.in.l.3.§.fina.ff ꝙ quiſque iur. dicit ꝙ immo remanet naturalis cum ſuis effectibus, & ſic ſolutum repeti non poſſit ubi per illum tex.principaliter mouetur. Guil. autem in Spe.de præſcrip §.1.uerſ.1.refert opiniones, & nihil firmat. At Bartol.in d.l.fina.rem ra.hab.concludit, ꝙ quando quis liberatur tempore ex conuentione, vt quia voluit eſſe obligatus uſque ad certum tempus, & non ultra, & tunc tollitur naturalis ex ui pacti. l. eum qui ita. §. qui ita.de uerbor. obiiga.ſed remanet ciuilis,ſicut remanet quando per pactũ expreſſum tollitur naturalis.l.ſi unus.§.pactus.ff.de pac. Quãdoque quis liberatur tempore, quia tenetur actione temporali,& tollitur tunc ciuilis tantum, & remanet naturalis.d.l. at qui natura.in princ. & quòd ibi not. Quandoque vero quis tenetur actione perſonali perpetua licet liberatur præſcriptione.30.uel 40.anno.tunc dicit liberari a ciuili, & remanere naturalem quam ius ciuile tollere non poteſt, ut in §.ſed naturalia.tollitur tamen omnis effectus ipſius obligationis.l.ſicut l.omnes.& l.cum notiſſimi. de præſcrip. 30.anno. Ad.l.ſi quis poſtquam.reſpondet vt ibi per eum, quod ẽt tenuerunt ultramont.ut refert Cyn.in l.fina.C. quib. ex cau. maio. Cuius membra per ordinem videamus. & primum eius dictum communiter tenent omnes, ſcilicet ꝙ ex conuentione obligatus ad tempus poſt tempus liberatur a naturali non ciuili,quod eſt verum niſi mora præceſſerit, vt per Ba d.in d.l.at qui natura,nullo enim modo liberatur ille,ergo qui non eſt in mora poſt tempus in conuentione apoſitum tenetur ciuiliter tantum nõ naturaliter,quòd Ang. in d. l. fina. ſub dubio forte limitabat dicens non habere locum in ſtipulationibus prætorijs per. l. fideiuſſor.C. de fideiuſſumpto arg.a tex.ibi qui dicit, liberari, quod non habet rationem.Non ob.ille tex.quia intelligitur ſecundum. l.obligationum fere.§. placet.de ac. & ob.ſ.ut liberetur ope exceptionis,& probari videtur tex.in d.l.ſi eum.in prin. & per gl. in §.qui iniuriarum. Puto tamen hoc primum membrũ nõ habere locum in obligato per ſententiam, puta quia iudex condemnauit Titium ad ſoluendum certum quid uſque ad certum tempus, hoc enim caſu poſt illud tempus ex ſententia nulla remanet obligatio.Cum enim ſententia fit actus ciuilis.tacite concludens poſt tempus non teneri. ff. de poſtulan.l.imperator tolli debet omnis obligatio, quia per illum actum fuerat introducta.ut in §. pactus ne peteret. & ꝙ habetur in.l.iulianum verum debitorem.ff.de condi.indebi.& ſi dicatur hoc nihil releuat, quia remanet obligatio primitiua.l.nepoti.ff.de fun.inſtr.l.1.C.de iudi.& ibi no. Reſpondetur ꝙ immo utile eſſe poteſt quando primitiua obligatio, aut non probatur,aut nõ probari poteſt,vt quia teſtes mortui ſunt,& perditæſunt depoſitiones antiquę. Concluditur ergo circa hoc ꝙ præſcriptio conuentionalis non præcedẽte mora tollat naturalem obligationem remanente ciuili, ſecus ſi præcedat mora, puta quia promiſi tibi dare ſtichum uolens teneri uſque ad paſcha. ſi enim ante paſcha

fui in

Digitized by Google

fui in mora ſine dubio aduenientе paſcha non liberor iure aliquo ſicut nec liberor morte. l. ſi ex legati cã. & l. quod ſi certum pet. obligatus autem ex ſnia vſque ad tempus finito tpe penitus liberatur, & ideo in primo caſu non tollitur actio ipſo iure, quia poteſt cum ciuili remanere, vt habetur in d. §. pactus ne peteret in ſecũdo ſic vt habetur in d. l. Iulianus. Circa ſecundum quando quis tenetur actione de ſui natura temporali, ꝙ eſt ubicunque lex adinueniens actionem illi actioni tempus donit communiter tenetur, ꝙ dixit Bar. ſcilicet ꝙ remaneat naturalis, & tollatur ciuilis, vt. d. l. at qui natura. licet Bal. in l. omnes. de præſcri. 30. ann. tenuerit idem ꝙ in ſeq. membro, ꝙ lege non probat. & reſponſio quam ibi facit ad. l. at qui natura. nihil valet ut ibi patet, & ideo referre non curo. Credo tñ in hoc ſecundo dicendũ, ꝙ aut illa actio inuenitur a lege propter contractum vt redhibitoria & quã to minoris, & vera ſit deciſio prædicta, ꝙ remaneat naturalis, ineſt enim tunc ipſa naturalis procedens a conſentu partium, quia contrahendo partes videntur velle ſe ſubijcere illius contractus diſpoſitioni etiam extra id, ꝙ expreſſe agũt. l. ſi is qui. ff. commo. & de eo, ꝙ cer. lo. l. in bonæfidei. & inſti. de obli. quæ ex con. §. 1. quam naturalem ius ciuile non tollit. & iſto caſu verum ſit remanere actionem ſed obſtare exceptionem per. d. l. ſi eum. in prin. & ꝙ no. gl. in d. §. qui iniuriarum. Aut datur a lege propter delictum, & tũc finito tpe quo illa actio durat ipſo iure liberatur, & actio tollitur, probatur in actione injuriarum in. l. ſi non conuitij, in fin. de injur. ubi tex. dicit finito anno conueniri non potes, quæ verba ſecundum omnes important effectum ſuum ipſo iure. l. de his. & ibi per Bar. ff. de tranſact. per Io. An. in reg. 1. lib. 6. & ita intelligo quod dixit Bal. in d. l. at qui natura. ſcilicet odioſam actionem temporalem tolli ipſo iure & allegat tex. in l. vnus. §. ſed ſi ante. ff. de iniur. licet ibi Angel. dicat, ꝙ tollatur ope exceptionis per. §. placet. quod debet intelligi ut dixi. ſupra. & adde quę dixi ſup. parte. 1. huius temporis. q. 11. & hoc de ſecundo. Quo autem ad tertium, ſcilicet quando actio eſt ſui natura perpetua. vt. l. 2. de conſti. pecu. & præſcribitur ei per ſpatium 30. uel 40. anno. per. ll. ſicut cum notiſſimi. & oẽs. Credo verum eſſe, ꝙ dixit Bart. ſ. ꝙ tollatur omnis effectus illius naturalis quæ remanet, licet Ang. in d. l. ſi. tenuerit opi. Guil. improprians tex. in dictis iuribus. ſ. ut dum dicunt ſit pleniſſima munitione ſecurus, intelligatur ſcilicet ope exceptionis ꝙ nõ eſt bene dictum, illa enim eſt plena ſecuritas non pleniſſima ſicut in ſimili dicimus in. l. ait pretor. § permittitur. ff. de mino. & C. ſi aduer. ſolu. l. 1. ſicut ergo ſolutione cui ſimilis eſt præſcriptio tollitur actio, vt inſti. qui. mod. tol. oblig. §. 1. ita & hac præſcriptione tollatur. Nec obſt. d. l. ſi eum. in prin. & alia iura digeſtorum, quæ videntur velle ꝙ nũquam tpe tollatur actio ipſo iure, quia in hac præſcriptione non loquuntur. Talis enim præſcriptio illis temporibus fuit incognita ut. ff. quib ex cau. maio. l. iul. ad leg. aquil. l. ita vulneratus. Et in cor. auc. vt eccleſia Roma. in princ. & licet hoc ſit verum in prẽſcriptione legali. 30. uel 40. ann. ꝙ etiam tenuit Bald. in l. omnes, tamen in præſcriptione ſtatutaria illam abbreuiante aduertendum eſt ad verba ſtatuti qualiter ſint concepta. Nam ſi ſunt concepta, ꝙ actioni præſcribatur certo tẽpore, vel ꝙ lapſo tpe creditor ſit priuatus iure ſuo. & tunc locum habet quod ſup. dictum eſt. Si autem ſtatutũ diceret elapſo decennio vel alio tempore creditor non audiatur, tũc nulla tolleretur obligatio, ſed præcluderetur via agendi. & hoc caſu licet non audiretur in foro ciuili, tamen audiretur in foro eccleſiaſtico per uiam denuntiationis eccleſiaſticæ ſecundum Inn. in c. nouit. de iudi. & Bart. in l. ſequitur. §. ſi uiam. de uſu. & Bald. in c. ſi quis per triginta. ſi de feu. fue. contro. ubi dicit, ꝙ illud verum niſi in ſtatuto allegaretur aliqua cauſa propter quàm audientiam denegaret, per. c. ꝙ clericis. de fo. compe. dicit etiam ibi, ꝙ ſi ſtatutum diceret, ꝙ elapſo certo tempore creditor intelligatur feciſſe pactum de non petendo vel per acceptilationem liberaſſe, tũc tolletur naturalis ſaltem in effectu. Si vero ſtatutum diceret, ꝙ elapſo certo tempore omnis obligatio, & actio ſit extincta, dixit idem Bal. tolli actionem ipſo iure per. l. bene a zenone C. de præſcrip. & ibi vide, ꝙ an ſit verum examino, niſi a reo petatur declaratio tpis, & procedit libellus, & iudicium adeo, ꝙ etiam ſi non probetur de tempore debiti, ſi tamen probatur debitum actor obtinere de ſecundum nota. in l. ſi ex multis. C. de anna. excep. l. ob carmẽ. in fi. de teſti. extra de fi. inſtr. c. cum Ioannes. de pig. l. cum tabernam dum tamen probetur ante litem conteſt. debitum ſub fuiſſe quod debet intelligi ſecundum no. in l non poteſt. ff. de iudi & ff. de pig. actio l. ſi rem. §. fin. Si autem reus petet declarationẽ ut ſciat an vellit cedere vel contendere, tunc erit neceſſe exprimere argumen. eius ꝙ no. in l. ſi in rem. in fi. ff. de rei uen. & d. l. fin. de anna. excep. Vbi igitur non eſt expreſſum tps obligationis in libello, vera eſt opin. Bar. ſine dubio ſtatur enim libellanti quo ad iudicij proceſſum. l. cũ quędam puella. ff. de iur. om. iud. Sed ſi eſt expreſſum tempus. aut actor eſt in caſu in quo præſcriptio tollit ei ipſo iure actionem, & tunc iudex nedum poſſit immo debet ipſum a iure repellere ſicut in fi. dicitur per gl. in § pactus ne peteret. & in l. ubi pactum. C. de tranſact. & utrobique per Bar. & alios, & per ipſum in. l. eum qui ita. §. qui ita. de uerbo. oblig. Facit ꝙ no. in l. 1. de aſſeſ. Et iſto caſu ſit uera opinio Bald. Si uero tollit ipſo iure actionẽ ſed parat exceptionem, quod quando ſit dictum eſt ſupra, & tunc non poſſit iudex a ſeipſo illam oponere. Non enim poteſt regulariter de facto ſupplere. ff. de damn. infec. l. 4. §. hoc autem. & de offi. præſid. l. illicitas. §. ueritas. cum ſim. ex prædictis igitur liquido ad expeditionem in principio propoſite quæſtionis infertur, quod aut in libello agentis contra bannitum non narratur eum eſſe bannitũ: & locum habeat ſine dubio diſtinctio ſupradicta. Si vero narratur illum eſſe bannitum, tunc eſt magis dubium per ea, quæ dicta ſunt ſupra, in principio quæſtionis. Vbi enim parti ius non competit, iudex a ſeipſo non impartitur officium etiam in excipiendo. l. pomponius. §. rati. & l. ita demum. C. de procur. Puta tamen iudicem poſſe talem libellũ reijcere, & lacerare ſiue ipſum non admittere periura ſup. allegat. & ff. de bon. liber. l. qui cum maior. §. ſi patris. & ꝙ ſcripſit Rayn. proprie in bannito in l. ſi extraneus. ff. de iur. do. & in d. l. ſi ſeruus. C. de his, qui ad eccl. confug. per illum tex. Nec tunc dicitur partes rei aſſumere, ſed ſuum officium facere. Tunc enim dicitur aſſumere partem rei, quando ius actoris eſt fundatum ſed elidi poteſt ab exceptione fundata in perſona rei. l. militis codicillis. §. 1. de mi. te. l. qui ex liberis. § teſtamento. de ſecundum tabulis. Quando autem ius actoris non eſt fundatum vt, quia apparet illi ipſo iure actionem non competere, non dicitur partes rei aſſumere illum a iudicij limine repellendo. l. 1. §. 1. ff. ſi pars hæredita peta. & l. ſi pupilli. §. uideamus. de neg. geſt. Nec prædictis obſt. quod dicitur etiam in præſcriptione triginta annorũ, obſtare exceptionem præſcriptionis, quia non eſt proprie exceptio, imo dicitur facti uel intentionis ſicut alibi dicitur in. l. ſi unus. §. & generaliter. ff. de pac. & ita dixit Bal. in l omnes. Puto autem prędictam deciſionem procedere quando ex libello apparet ex præſcriptione iuris communis actionem non competere. Si autem illud apparet ex præſcriptione ſtatutaria, tunc aut apparet illam fuiſſe decurſam ante bannũ, & idem, quia iam ius fuerat fundatum, & actio fuerat extincta. & ſic præſcriptio ſuum operata fuerat effectum, ſicque non reuiuiſcit ex banno. l. qui res. §. aream. ff de ſol. & l. inter ſtipulantem. §. ſacram. de uerb. obli. & quod habetur eod. ti. l. pluribus §. & ſi placeat. & quod dixi ſup. parte proxi. q. ult. Sed ſi apparet decurſam eſſe poſt bannum tunc non poſſit illam opponere, quia aut ex bãno fuit interrupta præſcriptio vt in quæſtionibus præcedẽtibus tactum eſt, & clarum, aut non fuit interrupta, & illud beneficiũ bannitus non habet vt ſuperius dictum eſt, & maxime parte proxima. quæſtion. 5. Et ſic non conſtat iudici agentem non habere actionem.

Tertio etiam circa idem ſtatutũ

6 † quod bannitus non audiatur agendo vel defendendo, bannitus agit contra bannitum. Excipit reus bannitus quod actor eſt bannitus, & agere non poteſt, replicat actor, ꝙ ille non poteſt excipere, quia bannitus. Quæritur quid iuris &c. hanc quæſtionem diſputauit Iaco. But. & finaliter determinauit, ꝙ reus bannitus non poteſt excipere, & iudex de facto non poteſt ſuppellere, & ſic procedat iudicium, & ita refert Bar. in l. cum mulier. ff. ſol. mat. & etiam Alber. ubi ſupra q. 5. inſtat tamen Bar. in l. cum mulier. contra deciſionem prædictam hoc modo, quia ſicut denegatum eſt reo excipere, ita denegatum eſt actori replicare. unde ſicut uidetur denegatũ reo ne excludat actionem, ergo ea ratione qua dicis, ꝙ procedit actio, quia denegatur exceptio, dicidebet quod procedat exceptio, quia denegatur replicatio.

Sed reſpondet quod non valet replicatio, quia non venit ad excludendum ſed ad detegẽdum, ꝙ exceptio ſit nulla vel perſona inhabilis, ſed certe idem dicit reus. Nam exceptio uenit ad declarandum inhabilitatem actoris, vnde uidetur, quod iudex ſemel reperiat, ꝙ nec reus poſſit excipere nec actor agere, cum non debeat concedere plus actori quàm reo, ut in regula, non debet. & ſic nõ procedit iudicium. hæc Bar. qui vt uides leuiter pertranſit. Qua propter Bal. ibidem latius examinauit, & finaliter tenuit opin. Iaco. de But. ideſt, quia actio eſt ius. inſtitu. de action. in princi. & iſtud ius non eſt ſublatum agenti. licet ergo ex forma ſtatuti impediatur iuris exercitium, non tamen impeditur ipſa actionis exiſtentia. Habet ergo ſuum ius fundatum quod non eſt in excipiente. facit de excu. tuto. l. cum oſtẽdimus. ſecundum eum. & ſic concludit quod ſicut interdum uincit actor ſolũ, quia non habet aptum legitimum contradictorem. de manu. te. l. qui habebat. §. fina. & extra de except. c. cum eccleſiæ. ita

Digitized by Google

hic bannitus actor vincat, quia excipiens non est legitimus excipiens.

Pro ista opinione facit, ꝙ actor erat de dãno, reus de lucro & sic potius fauetur actori quàm reo. l. apud celsum. §. marcellus. de doli exceptio. & ꝙ habetur in d. l. cum mulier. & in l. uiro. co. ti. hoc esse uerum sic subtiliter ostenditur, dictum statutum, ꝙ dicat bannitum non debere audiri, nullam tollit obligationẽ, vt dictum est supra proxima. q. sed exceptionem parat aduersario, vnde quousque illa non opponitur procedit iudicium de quo dicam inf. in 3. parte huius temporis. qõ. 3. dum tractabo an ualeat sententia lata pro bannito. Bannitus ergo postea veniens reperit ius actoris fundatum, & sic reperit se inhabilem ad excipiendum ex forma statuti, ergo repellitur. Nec obstat, ꝙ eius citatione dicatur eius persona legitimata, vt dixi supra parte proxima. q. 63. per no. per Iac. de Are. in d. l. cum mulier. & per Inno. in c. cum inter. de excep. quia forte id verum esset quo ad alias exceptiones si simpliciter ad opponendum citaretur, nõ autem quo ad exceptionem banni, quia legitimatio rei non debet intelligi facta excitatione actoris ut eius personam legitimet. facit. C. de sol. l. inquisitio. cum sim. Stemus ergo, & si multum sit indubitabilis hæc decisio cum determinatione Iac. But. quod procedit iudicium. Pro quo, facit. ff. de uerb. obligat. l. si titius in ratione sui. Clarius autem procederet decisio si citaretur ad contradicẽdum quicquid posset, vt dixi in quæstione prædicta. Intelligit tamen Bald. decisionem prædictam in d. l. cũ mulier. fore veram nisi statutum ulterius procederet, puta, quia denegaret iudici iurisdictionem in causis bannitorum. Tunc enim ex defectu iurisdictionis iudicis non posset iudicium subiri. l. filius. §. si quis ex his. ff. de inoffi. test. cum sim. secundum eum ibi. sed in l. si creditoribus. C. de seruo pign. da. ma. tenet partem rei. Sed tene, quòd dictum est supra licet sine dubio nõ pertranseat. Pro qua decisione facit quod in principio fauetur actori. ut not. in cap. cum ad sedem. de testi. spo.

7 Examinatis quæstionibus † concernentibus statutum, ꝙ bannitus non audiatur, & c. descendo ad examen quæstionũ concernentium hanc secũdam partem huius temporis quo ad aliud statutum, ꝙ permittit bannitos offendi.

Et quæro ex ordine statuto. Stante statuto, quod bannitus pro maleficio a centum libris supra possit impune offendi. Titius. B. taliter bannitum interficit. quæritur an excusetur, an vero veniat puniendus. Egid. de foscara. antiquitus disputando tenuit, ꝙ ueniat puniendus, quia illa verba, ꝙ possit offendi ad modicam offensam referuntur. arg. ff. de seruit. rust. prædio. l. duas. & C. de inoffi. testam. l. cum te ex filia in orbitate. Sed Ioan. And. in addi. Spec. in tit. de constitu. ad finem. dicit Mar. de fran. disputasse hanc. q. soluisse quod de æquitate bannitum ex delicto ex quo veniebat imponenda minor pœna quàm mortis, non posset impune occidi, alias sic. ff. de bon. dam. l. 1. & 2. & 55. dist. c. 1. & 2.

De rigore autem, quia cõis interpretatio a qua discedere non debemus, vt. l. si de interpretatione. est in contrariũ. Dicit indistincte tenendum. B. impune occidi potuisse. verbum enim offendit: etiã occisionem includi, & sic propter contumaciam non capitale fit capitale, & venit plus in executionem, quàm in sententia principali. l. capitaliũ. §. in exulibus. ff. de capt. & facit secundum eum extra, de excess. prælat. c. ex literis. in fi. & idem tenet Gã. in fi. sui operis. Sed Ray. in l. 3. §. fina. de ali. lega. tenet, ꝙ si erat bannitus ad mortem potuerit impune offendi. l. fina. de bon. eorum qui mor. Alberi. ubi supra refert Odo. indistincte tenuisse impune occidi potuisse, & ita fuisse seruatum Bononiæ, & Brixiæ in curia domini Fride. de scal. & in 18. q. refert opinionem, & fundatur super iuribus prædictis, & quia auctoritate publica fit id, ꝙ publice creditur posse fieri, ergo excusat. l. 2. C. de his qui ueni. æta. impe. Bar. in d. §. fi. dicit indistincte. B. occidi potuisse per illum tex. & per. c. fi. de homi. lib. 6. & per. l. testamento centurio. ff. de manu. testa. Et idem tenet consulendo vt patet in eius cõsilio. ꝙ incipit. Statuto Castriplebis cauetur &c. & addit. l filia in orbitate. quæ fuerat vt sup. in contrarium allegata. C. de inoffi. testa. & eo. ti. l. si maritus hæc quæstio est ponderosa, & ideo aliqualiter instabo, & arguo primo, ꝙ nõ potuerit impune occidi. patiẽs offendi, ita se habet ad offendere uolentem sicut creditor generis ad creditorem, sed tũc non durissimum sed leuissimum est in obligatione de pig. l. obligatione generali. & man. l. fideiussorem, & sic non ad mortem, sed leuiter offendi potetit.

Secundo potestas gladij ademptiua vitæ non uenit in gerali concessione. l. fin. C. de male. & mat. & ff. de offic. eius cui mand. est iurisd. l. 1. Tertiò, quia non debet esse maior pœna quàm culpa. inst de iniur. §. pœna. & notatur in §. pœna grauior. Quarto, quia qui occiditur non dicitur offendi, sed extingui. Aliud enim est luminibus nocere, aliud totum obscurare siue excęcare. ff. de seruitu. urban. præd. l. binas. Quinto posse offendi est pœna sine dubio. Sed cum ista pœna sit generalis, & indeterminata relinquitur arbitrio boni viri. l. 1. §. effractores. ff. de effracto. & ibi habetur, quod non debet arbitrari ad mortem. In contrarium, statutum permittit offensionem cum vulnere, & hoc non debet negari, sed vulnus non potest sic temperari ut mortem non inferat. cap. ultimo de homi. lib. 6. ergo &c.

Secundò permisso antecedenti permittitur consequens. l. 2. de iurisd. omnium iudic. Hinc est, quod patri cui permittebatur filium vulnerare permittebatur occidere. l. in suis. de lib. & posthumis.

Tertiò impetitus ad mortem potest alium morti tradere lege permittente. l. 1. §. si appetitus. ff. ad silla. & ad legẽ aquil. l. sed si quemcunque. de verborum obligatio. l. qui seruum. l. quid ergo. §. hæres de leg. primo. Et hoc ideo est, quia offenso licitum est offendere. l. ut uim. de iustitia, & iur. & sic talis regula trahitur etiam ad mortem.

Quarto tale statutum est factum ob pnblicam vtilitatem. C. quando licet sine iudi. uendi. ergo large interpretandum. de conditio. & demonstratio. l. hoc modo. facit. C. ad leg. iul. repetun. l. 1. & de alea. l. 1. §. quod autem. Et ista pars communiter tenetur, & ita seruatur. Contraria autem loquuntur in his in quibus proceditur ordine iuris non autem in his, quæ extra ordinem fiunt in quibus licet augere pœnam. l. decurionum. C. de pœnis. Nec est uerum quòd mortuus non dicatur offensus, immo dicitur grauissima iniuria affectus. l. 1. C. de eunuch. & ibi no. & in. l. 1. C. de seditiosis. & ita consuluit Bald. & ita seruatur.

8 Octauo quæritur, dicat statutum † quod bannitus, & registratus in certo libro possit impune offendi Titius fuit bannitus dum registrabatur in dicto libro fuit ab aliquo interfectus an interficiens ueniat puniendus. Alb. ubi sup. q 10. dicit sic, & uidetur, ꝙ dictus bannitus patiatur pœnas bannitorum per legem. ff. de iurisd. om. iud. l. si quis id quod. §. quod si dum præponitur. Sed recte intuenti potest adduci in contrarium. Ibi enim dicitur hoc non esse ex uerbis edicti sed ex mente. In statuis autem non est recedendum a uerbis, ergo, &c. Dicit pendere a quæstione illa, an in statutis habeat locum interpretatio, quæstio est notissima, & tractata in l. omnes populi.

Mihi autem vĩ, ꝙ dictus occidens veniat puniendus. *Illud* enim uerbum (registratus) denotat rem perfectam. *Quousq;* ergo non fuerit perfectè registratus habet locum statutum per illum tex. & per. l. 1. in fi. ff. ꝙ quisque iuris. & quod habetur in l. uerbum erit. ff. de uerbo. signifi. facit. C. ad silla. l. cum Sillanus. ubi dicitur, ꝙ nihil uidetur actum donec aliquid restat agendum. Et hanc partem tenuit Iac. But. in d. l. si quis id quod. Pro hoc etiam, quia de contractibus ad delicta licita est argumentatio. l. omnem. de iudicijs, sed qui contrahit cum alio debet se de conditionibus illius informare. l. qui cũ alio de reg. iuris. ergo, & qui in alium delinquit. nec. d. l. si id quod facit in contrarium, quia paria sunt tollere factum, & impedire, quod id non fiat. l. in iure ciuili. de reg *ul. iuris. Est ergo* verum quod cum non esset registratus non *habet locum* statutum.

Nono pone, quòd fuit registra-

9 tus † in dicto libro, ex eodem libro fuit extractum exemplũ sumptum bannum, deinde ex casu registrum fuit consumptum, puta quia archiuus est combustus. Titius habens sumptum interfecit talem bannitum. Quæritur an ueniat puniẽdus. In hac quæstione quæ meo tempore de facto occurrit ex eo, quia combusta fuit camera actorum ciuitatis Pisarũ tempore expulsionis Gabrielismariæ, multa allegata fuerunt maxime circa materiam auct. si quis in aliquo *documento.* C. de eden si quis vellet posset totam sumpti tractare materiam.

Sed concluſiue procedam dicens ꝙ aut sumptum fuit factum cum solennitatibus requisitis, & taliter quod probet in ea contenta secundum not. in dicta auct. si quis in aliquo & in l. sicut. & l. emancipatione. C. de fid. instrumen. & tunc potuerit impune offendi. Habetur enim tunc plena fides, ꝙ ille fuerit registratus, & sic quod in eo uerificabantur uerba statuti. Item dictum sumptum habetur loco ipsius primi registri, vt in dictis iuribus. & l. si donatæ. §. 1. ff. de donat. inter uirum, & uxorem. cum concor. facit. ff. de lega secundo l. cum filius. §. hæres. & C. quando, & qui. quar. pars deb. l. 2. Si uero sumptum non habebat solennitates tales ex quibus ei daretur fides in iudicio. Tunc aut ille, qui offendit sciebat archiuum, & registrum esse combustum, & tunc non excusatur nisi aliter probet ueritatem secundum not. in dictis. ll. sicut. & l. emancipatione. Si uero ignorabat *excusatur.* vt dicetur infra in ultimo tempore, parte. 1. quæstion. 2. ubi tractabitur, an occidens bannitum rebannitum, & non cancellatum excusetur.

Decimo

Digitized by Google

10 Decimò viso quod bannitus † vt supra potest impune occidi. Quæritur an pater bannitus possit occidi a filio, dominus a seruo, vasallo vel liberto. Dy. in filio dicebat ꝙ non in l. si adulterium cum incestu §. liberto. ff. de adul. & ad idem al legat in auc. de incestis nupt §. 1. de obsequis. l. pen. ad quam partem etiam allegabat Bar. ff. de iur. do. l. mutus §. manente. Et hanc partem tenuit Albe. in 6. q. ubi sup. ēt in liberto & seruo. dicit Bar. ind. §. liberto. fuisse determinatum contrarium. & dicit esse verum, quia pater taliter bānitus efficitur hostis, & sic etiam perdit filiationem. l. postliminium. § filius. ff. de capti. & dicit esse casum in l. minime. ff. de religio. sed Albe. ad illum respondet quod est speciale in patre veniente contra patriam. Fran. autem de are. in d. §. liberto. dixit, quod decisio Bartoli fuit potius hnmana quam iuridica, ex eo ga filius captus erat. Non enim perdit pater ea, quæ sunt de iure communi: dictum fuit sup. parte præcedenti. q. 5. & ideo non perdit filiationem.

Pro hac parte facit ꝙ dicam infra parte sequenti q. 53. ubi dicitur quod hæc indefinita, ꝙ possit offendi nō comprehendit fratrem. Faciunt ēt ea, quæ dixi sup. parte proxima. q. 47. An filius cogatur alere patrem bannitum. Puto tamē in parte dicendum, ꝙ aut ueniebat contra bannum in territorio, & sic contra patriam, & tunc possit occidi per. d. l. minime, aut non, & tunc non potuerit occidi per alia iura. In seruo, & liberto forte alia decisio vera est, quia non habēt locum rationes de quibus in alijs quæstionibus allegatis continetur, quæ quæstio locum habet in seruo quādo non fuerit publicatus. In vasallo autem uide, quæ dixi supra parte proxima. q. 22.

11 Vndecimo quæro. An occidens † bannitum impune ex forma statuti peccet in foro conscientiæ. Albe. ubi sup. q. 19. dicit sic. Io. tenet ꝙ nō. 32. q. 5. inter hæc. Dicit tamen se audiuisse dici a religiosis, communiter teneri contrarium, quia talis occidens facit auctoritate legis, & sicut legis minister, & executor. vnde sicut iudex puniendo, & occidendo male factorem secundum formam legis non peccat, imò mereť. vt. 23. q. 5. quasi per totam. & maxime capi. reos. ita, & iste qui facit auctoritate legis, & ob vindictam, & vtilitatem publicam. & subdit, quod credit hanc opi. ueriorem si solus zelus uindictæ, & publicæ utilitatis eum mouisset. Secus si id faceret liuore, & delectatione effundendi sanguinem humanū, tunc enim peccaret mortaliter. Pro quo remittit ad summam Ray. dist. ultra princip. & uer. sequē. & dicit ꝙ quatuor modis potest intelligi dicta causa. 23. q. 4 c. ulti. facit. ꝙ dicetur infra hoc eodem tempore, & hac parte. q. 48. Hoc tamen relinquo dominis theologis.

12 Duodecimo quæritur † aliqui occiderunt B. bannitum: fuerunt capti, & contra eos probatum fuit, quod occiderūt eum ad instantiam inimicorum ipsius volentium facere priuatam vindictam, & ꝙ ex hoc ab ipsis inimicis banniti habuerunt florenos centum vt eum occiderent nunquid erūt impuniti. & videtur quod non: nam sicut legis minister occiderent, nunquid erunt impuniti. & videtur, quod non nam sicut legis minister occidendo malefactorem licite facit si facit non odiose nec malo zelo, sed cum compassione. 23. quæst 4. c. vindictam, & per totam ipsam quæstionem. Cum ergo isti non fecerint zelo iustitiæ sed priuatę vindictæ, non possunt dici legis ministri, sed ultores alienę uindictæ. & per consequens non sunt excusati per statutum. Item per leges, quæ delicta puniunt non debet delictis uia aperiri. C. de indi. vid. l. 2. ne vnde iura nascuntur. inde nascantur iniurię. C. vnde vi. l. meminerint. Sed si intelligeremus statutū in casu proposito nonne ex statuto aperietur via ꝙ est contra iura. C. de iude. l. nullus. & 23. q. 4. per totam. Item aperiretur via ad trucidandum homines per pecuniam, quod est detestabile crimen, vt extra de homi. c. 1. lib. 6. ergo tales non excusantur per statutum, nec est verisimile statutarios sic intellexisse. Item videtur probari tali ratione, illud quod fit licite si fit gratis efficitur illicitum & videtur esse delictum si fiat recepta pecunia. ff. de recepta l. 1. in fin. & ad leg. Iul. repetun. per totum, & maxime in l. fi. §. fina. ibi. Qui enim ab homine &c. Sic erit in proposito. & pro hoc facit illud generale, qđ multa gratis licent, quæ non licent pecunia accepta. l. 1. cum sim. pro hoc. ff. de bon. libe. si necem. §. si quis, & ꝙ no de negot. gest. l. si pupilli. §. si Titij. & de condi. ob tur. cautam l. 4 §. si tibi iudicium, licet forte ista opin. non sit mala de stricto iure, tamen, quia verba statuti sunt indistincta, & generalia, & generaliter concedentia bannitum quomodocunque interfici. Vidi seruari, & statutum intelligi, & interpretari, ꝙ qualitercunque sit interfectus bannitus etiam per pecuniam excusentur occisores virtute statuti, licet non excusentur a peccato, ut dixi sup. proxima. q. verba sunt Albe. ubi supra. q. 20. Credo decisionem veram, licet enim ille qui tenetur facere gratis accipiendo pecuniam pro illo turpiter faciat vt in iuribus prædictis, non tamen punitur pro eo, ꝙ facit illud, ꝙ facere tenebatur, sed solum ex eo, ꝙ pecuniam recipit vt patet in iudice, non enim punitur ex eo, ꝙ iuste iudicauit, sed quia pecuniam accepit, vt habetur. C. de pęna iu. qui ma. iu. per totum. Item aliud est, ꝙ quis teneatur aliquid facere gratis, & tunc accipiendo pecuniam turpiter facit ut dictis iuribus. Et aliud quod quis possit facere si vult non tamen tenea tur vt in proposito, tunc enim non turpiter accipit pro faciendo illud quod gratis facere poterat, ut patet in dicto §. si tibi iudicium. Et ideo credo etiam de stricto iure decisionem prædictam veram esse. ff. qui, & a qui. ma. lib. non fi. l. prospexit. cum simi. Puto tamen hoc verum si illi, qui mandauerint, poterant illud per seipsos licite facere. Si autem ipsi non potuissent, tunc puto illos non excusari cum non iure suo, sed mandato aliorum fecerint. l. multum. cum ibi no. C. si quis alt. uel sibi. & in materiam l. non ideo. C. de accu. Exē plum quidam erat bannitus de Florentia, Florentinus vbicunque eum occidat Florentiæ excusatur a statuto, de mandato Bononiensis interficit Florentinum illum bannitum Bononiæ. Dico quod forte poterit Florentiæ conueniri per ea, quæ dicta sunt, quia non fecit iure licito sed illicito, facit. ff de furt. l. si quis in seruitute. ad quod possent multa iura allegari. Pro quo ultimo dicto uide quod dicā. inf. hac eadem parte q. 55. & 56.

13 Sed circa idem decimotertio † quæro quidam uolens interficere bannitum existentem in castro non intrauit per portam sed per muros, & illum occidit. An veniat puniendus. Et si venit puniendus de quo puniatur. Et primo uidet, ꝙ puniatur ex eo, quòd per muros intrauit ppter præcisam dispositionem. l. ult. ff. de rer. diui. & maxime, quia licet ei liceret interficere bannitum, non tamen illud erat necessariū præambulum, propter quod id videatur fuisse permissum. l. ad rem mobilem. & l. ad legatum. ff. de procura. cum si. Poterat enim per portas ingredi, & sic licito modo eum offendere. & sic non uidetur facere ad propositum decisio domini Tho. de Azo. de qua dicam. inf. hac eadem parte. q. 47.

In contrarium tamen facere videtur, quia fortasse portas ingrediendo id facere non potuisset, vt quia ille præsensisset, & sibi cauisset. Item quia interest reipub. vt malefici vulnerentur. l. ita vulneratus. ad. l. aquil. Et sic per omnem modum videtur fuisse permissum. Facit ff. de aur. & argen. lega. l. & si non sic. §. perueniamus. cum simi. facit etiam, quia consideratur illud propter quod aliquid fit non illud quod fit. ff. ad. l. aquil. l. illud. ff. de fur. l. uerum cum sim. & ad. l. ult. de rerum diui. respondeatur eam loqui nisi ex aliqua alia licita causa id permissum esse uideatur, quasi omnis lex quanquam præcisa sit ab alia distinguatur. l. vtrum ff. de peti. hære. & l. non est nouum. de legi. cum ibi nota. & quod haberur. ff. de in ius uoc. l. quamuis. maxime quando illius occisio intrando per portas fieri non potuisset. l. 1. C. de ope. liber. ff. de offic. consu. l. 1. facit. C. de pec. l. decurionum, & quando ibi not. Hæc quæstio est mihi dubitabilis multū, quia introitus per muros non est necessarium argumentum ad inferendū mortem bannito. Et ideo puto dicendum, quòd non de occisione banniti sed de ascensione per muros ueniat puniendus, non tamen de maleficio doloso. Cum enim daret operam rei licitę, non debet de dolo sed de culpa puniri, sicut dicimus in l. si adulterium cum incestu. §. 1. de adulte. de iniur. l. item apud Labeonem. §. si quis uirgines, & eod. tit. l. si cum seruo. faciunt no. per Cyn. in l. 1. ff. quod quisque iu. per Bald. & alios in l. diuus. ff. de sica. & quæ dicam inf. hac eadem parte. quæst. 48 & sic remaneat in arbitrio iudicis, sicut etiam aliàs dicit Cyn. in d. l. fi de re. diui. pœnam illius. l. esse arbitrariam, quæ ad mortem non debeb. t arbitrari vt habetur. in l. 1. §. effractores. ff. de effracto.

Decimoquarto viso, quòd bannitus virtute dicti † statuti potest impune occidi.

14 Accusatur occidens. Quæro an exceptio, quòd interfectus erat bannitus possit per procuratorem allegari. Quæstio hæc habetur in uoluminibus. in cap. ueniens. de accu. eod. titu. l. reos. ff. de pup. in l. pen. §. ad crimen. Et ideo in ea parum instabo. Sciendum tamen, quòd hæc But. disputando tenuit, quòd ubicunque exceptio venit examinanda seorsum a crimine semper admittitur procurator ad illius propositionem. l. 1. & l. præses. C. ad leg. Falc de plagia. & per multa alia iura. Sed Iacob. de Bel. disputando determinat contrarium ratione præiudicij, quod fieret ipsi causæ criminali in qua procurator non interuenit, vt in §. ad crimen. Ad iura Iaco. de Butr. respondit, quòd ibi vnum iudicium non parabat alteri præiudicium. Cyn. autem in dicta l. res. sequens Iaco de Are. concludit, quòd aut bannum est notorium, adeo, quod non requirit extrinsecas probationes sed solum producto banno apparet talem exceptionem obstare, & tunc admittit procurator, arg. l. 1. C. qui, & aduer. quos. Si autem non est notorium obstare exceptionem prædictam sed est dubium, tunc non

Digitized by Google

admittur procurator. & hanc conclusionem per diuersa verba sequitur Bar. in d. §. ad crimen. Bald. in l. reos. post longam examinationem, & relationem oium opi. cõcludit ꝙ aurelia tutum loquitur taliter, ꝙ exceptio potest opponi iurisdictioni, & tunc admittitur procurator, aliàs non per. d. §. ad crimen. & per. l. 1. an per alium cau. ap. Communiter tenemus, ꝙ talis exceptio notoria possit opponi per procuratorem, p iura sup. allegata, & quod opposita litis contestationem impediat de quo per Io. in addi. Spec. in tit. de accu. §. sequitur. uersi. quid si bannitus. ubi refert disputationem Iac. de Are. de qua per Cy. & Bal. in d. l. reos. Immo plus dicimus, ꝙ sine aliquo mandato tertius admittitur ad producendum bannum. Quo producto iudex vlterius non potest procedere. est enim hoc fauor publicus contra bannitos. & iudici constat illud de quo procedebat non esse delictum. Ita firmant Bar. in l. ubi pactum. C. de transl. & Bal. ibi, & allegat. l. 1. §. 1. ne quis eum qui in ius uoc. & c. ubi ẽt tangit. Si uero bannum non sit notorium, puta quia non concordãt qualitates siue demonstrationes mortui in processu nominati cum demõstrationibus banni, & sic est necesse fieri probationes de idõtitate, tunc procurator non admittitur secundum Iacobum de bel. sæpissime seruari viderim contrarium per rationes Iaco. de butrio, quod puto uerius producto enim banno habente aliquam concordantiam cum demonstrationib. mortui non disputatur de delicto, sed de liquidatione notorij. & ideo admitti debet, argumento. C. qui, & aduer. quos. l. 1. & l. ad rem mobilem & l. ad leg. ff. de procurato. pro hoc facit, quia iudex, qui ex inspectione banni iam producti in suspitione innocentiæ adducitur, debet a seipso ipsam innocentiã liquidare. l. si non defendantur ff. de pe. cum concor. Fateor tamen, quod si demonstrationes essent multum uarię, ꝙ tũc non adductus in dubitationẽ, sed potius in oppositum procuratorem posset repellere, & quemcunque comparentem excepto ipso occisore, arg. l. scias aperte. C. de fal. cum si. Et hæc puto veriora quàm ea, q̃ dixit Bal. in l. 1. C. quo. & quan. iud. ubi uide si libet.

15 Decimoquinto quæritur an † bannitus cui erat concessa licentia libere ueniendi, & c. Quæ vulgariter appellatur bulletinus siue saluus conductus, possit durante tali securitate interim occidi impune. In hac q. primo videndum est in genere de huius securitatis materia, & primo an dari possit. Secũdo a quo. Tertiò an data sit seruanda. & in his, quia non est huius tractatus materia principalis, breuiter, & conclusiue procedam. & circa primum dico, ꝙ dari potest vt patet in omnibus iurib. in quibus de tali securitate tractatur, in auc. de man. prin. §. sed neque homi. ubi glo. aliter dixit. sed infra, respondebo. l. in conuentionum. ff. de pact. in l. Papinianus exuli. de mino. in l. is qui reus. de publi. iud. ad. l. Iul. ma. l. 1. de sepu. ui. l. utimur. cum aliis iuribus, quæ infra allegabunt. Ad secundum respondeo, ꝙ aut loquimur de securitate perpetua, & illa non potest dari nisi a principe, uel habente in loco ius principis. l. relegati. ff. de pę. Si uero loquimur de temporali, & illa dari potest non solum a principe uel lege, vt l. fi. ff. de leg. sed etiam a duce belli, vt. d. l. cõuentionum de pact. & ibi no. Item potest dari a iudice sed causa cognita aliàs non vt dictis iuribus habetur. Item ab alijs quibus ex forma statuti tacite, uel expresse conceditur per Bar. ff. de decr. ab. or. fac. l. fi.

Quo ad tertium est aduertendum, ꝙ aut securitas fuit data hosti priuato, & illam seruare non cogitur. l. 1. §. non fuit. ff. de dolo. aut fuit data a persona publica. & tunc secundum Guil. in d. §. nõ fuit, debet seruari fides, & securitas, nisi sit data homicidis, & alijs, qui de ecclesia, & loco exempto retrahi possunt ut. d. §. sed neque, & ꝙ ibi no. Cyn. uero post Per. in l. præsenti. C. de his, qui ad eccl. confu. tenet indistincte tales securitates seruari debere. sed Bal. in d. §. non fuit. concludit securitatem datam a superiore seruandam esse indistincte. Si uero est data a iudice, aut causa cognita, & idem per no. in l. is qui reus. de publi. iudi. Si vero sine causæ cognitione tunc dicit etiam non ualere per. l. relegati. & sic seruari non debere. & ita apparet debere intelligi, ꝙ dicitur per Ioã. And. in ti. de accu. §. sequitur, in sępissime allegato uer. quid si quis bannitos. in suarum addi. 2. q. nec prædictis ob. §. sed neque, quia non loquitur de securitate differente, sed de securitate immunitatem præstante, ut ibi patet. Si quis autem plenius de hac securitate uidere velit, recurrat ad not. per scribentes in d. §. sed neque. & per Barto. in l. 1. ad l. Iul. ma. & latissime per Alb. ubi sup. q. 48. ubi refert ad literam uerba Old. in disputatione quæ incipit, Potestas Paduæ. Secundo principaliter ad propositam quæst. uidendum est, quid talis securitas contineat. Aut enim continet, ꝙ libere, & secure omni, & quocunque impedimento cessante possit uenire, & c. Aut simpliciter, ꝙ possit uenire, & stare omni officialium publicorum impedimento cessante. Primo enim modo non potest concedi nisi a principe, vel eum repræsentante. Secundo mõ potest concedi etiam ab inferioribus vt patet ex prædictis. Nũc ad propositam. q. Aut securitas fuit concessa secundo modo, & sine dubio occidens bannitum taliter securatum non tenetur. securatio. n. non comprehendi talẽ, licet publica auctoritate faciat, vt dicetur infra quęstionibus. 45. & 48. Non enim facit vt persona publica licet securatus auctoritate sed vt priuatus, & sic in securitate non comprehenditur. Item quia talis publica intelligitur secundum communem vsum loquendi. l. cum de lanionis. §. a sinam. ff. de fun. instru. l. librorum. §. ꝙ tamen, de leg. 3. cum sim. Constat autem secundum communem opi. ꝙ etiam si faceret, vt publica persona, non tamen officialis publicus appellatur, non ergo pro eo intelligitur concessa securitas. l. si unus. §. ante omnia. ff. de pac. & de uer. obl. l stipulatio ista in prin. & l. quicquid astringendæ. cum si. Si uero fuit concessa primo modo, & sic a principe uel eum representante. Et tunc aut interficiens ignorabat securitatem prædictam. Et dic ut dicam in tertio tpe parte. 1. q. 2. ubi tractabitur de occidente rebannito non cancellato. Si uero sciebat securitatem prædictam, tunc puto eum puniri posse. Talis enim suspensio ad tempus idem debet operari, ꝙ liberatio in perpetuum. Dico quo ad illud tempus. l. sufficit de cond. inde. & l. si tibi mandauero. in prin. ff. mand. Item idem debet operari, ꝙ appellatio. arg. l nõ possunt. ff. de legi. & ꝙ no. Inn. in c. ad hoc. de app. Non ob. l. 1. §. merito. & §. si quis a principe. ff. ne quid in loc. pub. ubi concessio facta a principe non tollit ius priuato quæsitum, quia illud uerum in dubio vbi verba ad illud se expresse non extendunt, vbi autem verba sunt ita prægnantia, ꝙ ad illud ius extendantur, illud etiam tollunt saltem quando non est ex facto illius priuati quæsitum, ut habetur in c. in nostra. de iniu. & damn. da. Pro quo uide, quæ dicam in 3. parte huius temporis. qõ. 76. Communiter tamen cum, quia tales securitates non dantur a principe sed ab inferioribus. Item quia sunt limitatę, & referuntur ad personas officialium, dicimus, ꝙ talis securatus etiam a sciẽte securitatem possit impune occidi. & ita pluries seruari uidi.

16 Decimosexto quæro † ꝙ talis bannitus taliter securatus, ꝙ impune occidi nõ põt, & cum capiens præmium aliquod non consequitur, vt dicam in seq. q. commisit pendente securitate aliquod graue maleficium, puta aliquẽ uulnerauit uel interfecit, an perdat beneficium securitatis. Ista. q. est disputabilis, tamen in breuibus me expediam, & vr̃ ꝙ non, quia delinquens punitur in eo in quo deliquit, & non ultra. ff. ad l. Fal. l. paulus. & l. beneficio. & ff. de his qui. ut in l. rescriptum. ubi circa rem subtractam tantum perditur falcidia nõ quo ad alia.

Præterea securitas nullam habet conditionem sed est temporalis, & pura. ergo nullo casu põt effici cõditionalis. l. quicquid astringendæ. de uerb. obl. Pro hoc. ff. com. l. in commodato. §. sicut.

Sed puto de iure contrarium uerum esse. Certum est ꝙ sine securitate in loco in quo deliquit licite esse non potuisset. Ergo ibidem delinquendo suo abutitur priuilegio, ergo illo priuatus est. C. de iude. l. iudæos. & l. nullus. & 64. dist. ubi. cum concord. Nec verum est, ꝙ saluus conductus siue securitas sit pura, imò habet tacitam conditionẽ. f. si concedenti illã non inferat offensio. l. qui seruũ. de ver. obl. l. quid ergo. §. si hæres. de leg. 1. Et est casus in. l. quæro. §. inter locatorẽ. ff. de loc. Intelligitur ergo, ꝙ non possit offendi nisi ipse offensionis cãm præbeat. facit. ff. de ver. obl. l. quidã cũ filiũ. & q̃ ibi per doc. Constat aũt rempublicam, & ipsum concedentẽ lędi offendiq; si aliquis offendit. l. si quis in genuam. §. in ciuilibus. ff. de captiuis. & l. ita vulneratus. ad leg. aquil. Et sic intelligitur reuocata securitas. facit. ff. de solu. l. si cũ cornelius. & l. cum quis. cũ si. Nec obstat prædictis. l. paulus. l. beneficio & l. rescriptũ. quia hic qui deliquit non solũ deliquit in illum quem offendit sed ẽt in ipsum concedentem securitatẽ, & sic non punit vltra q̃ deliquerit. Præterea hodie illa iura sunt correcta vt in auc. de hæredi. & fal. §. sancimus. fm Ray. & Bar. in d. l. rescriptum. Concludendo ergo quod poterit impune offendi, & illum capiens habebit præmiũ a statuto ordinatum, ꝙ maxime verum est si nulla cã interueniente de nouo tale maleficium parum post securitatem concessam cõmisit, præsumitur. n. dolose illam securitatem impetrasse. l. si ventri. § fi. ff. de priuil. credi. & sic ei iuuare non debet. ff. ad maced. l. sed iul. § proinde. cum si. Prædicta uera nisi ad sui defensionem fecerit tunc enim siue facere potuerit siue non, de quo dicam infra. q. 48. non intelligitur saluum conductũ rupisse ff. de fur. l. verum. Et licet tunc non excusetur quin puniatur pœna ordinata ex delicto per eum commisso non tñ poterit ex primo banno detineri quia contra securitatem cũ fuerit prouocatus fecisse non intelligitur. Facit quod habetur. C. de calumniato. l. 2. cum concor.

17 Decimoseptimo ẽt circa bannitũ securatũ statuto cauet; qđ capiẽs bannitum

Digitized by Google

nitum debeat habere centum a communi. Quidam cæpit bānitum habentem ſecuritatem tpalem,quæritur an debeat habere centum.Hanc.q.diſputauit antiquitus do. Thom. de Azogni.& incipit. q. præſuppoſito ꝙ banniti. & ut quæſtio ſubtilior redderetur addidit themati, alio ſtatuto caueri, ꝙ verba ſtatuti debeant intelligi ſecundum propriam ſignificationem abſque aliquo extrinſeco intellectu. Ad affirmatiuā arguit ꝙ bannum non tollitur per affidationem per regulā. l.prout quiſque.de ſolut. Secundo a iuſto errore capientis.l. fi.ff.pro ſuo.cum ſi.Tertio quia temporalis mutatio rei naturam non alterat.l.ex facto.§.rerum.ff.de hære inſt.cū cōcor. Quarto,a certitudine temporalis in ſecuratione adiecti.Tale enim obligationem non ſuſpendit vt.l.cedere diē.de verb. ſig.cum ſi.ergo nec bannum.& ſic nec extinctio nec ſuſpēſio præmium denegant. Quinto arguit a fidantia non effectiua uel plena,ſed temporali. & ſic non perfecta ſecuratione. & propterea nullum debet effectum parere. l. 5.§.fi.de uerb obl.cum ſi. Soluit pro parte negatiua primo æquiparando fidantiam appellationi per.l.non poſſunt.ff.de leg. Secundo quia non eſt bannitus cum effectu ſecundum ꝙ debent verba intelligi.l. 1.in fi.ff.quod quiſque iur.cum concor. Tertio per regulam,cum principalis,& regulam,acceſſorium.Securitas enim operatur circa perſonam affidati. ergo intelligit operari circa prȩmium capientis,ꝙ eſt acceſſorium. Quarto ratione ceſſante,quæ fuit ut malefactores puniātur.l.ita vulneratus.ff.ad.l.aquil.ſed iſte captus propter fidantiam puniri non poterit. igitur ceſſat præmium.l.adigere.§. quamuis. de iute pat.C.de epiſ.& cle.l.generaliter. Quinto ab incompaſſibili,quia non poteſt eodem tempore,& loco dici bannitus, & non bannitus. C. de fur. l. 1.cum ſimil. Sed ſi darenturcentum huic capienti indicaretur, vt de bannito, quòd non eſt uerum, quia affidatus igitur, &cæt. ſed iſta ratio non concludit, quia pur bannitus eſt licet bannitus affidatus.

Non enim ex hoc intelligitur ad tēpus rebannitus per no. in l.fi.C.de ſenten.paſ.Subdit,ꝙ quia debitor eſt ille a quo inuito poteſt extorqueri.de uerb.ſigni l.debitor.& ille proprie dicitur debitor.& ideo bannitus ſecuratus, quia interim inuitus non poteſt exigi non proprie dicitur bānitus, ergo ſtatutum ſibi non locum uendicat, quia verba debent proprie intelligi,licet autem prædictæ rationes ſint perſuaſiue, illi tñ quæ facta eſt a ratione ceſſante inhęret.Et ad cōtraria reſpōdet,ꝙ uerum eſt eum interim eſſe bannitum ſed non cum effectu. Ac etiam propter ceſſantem rationem dicit non eſſe illum de quo loquitur ſtatutum, & uerum dicit etiam ignorante ut dicam infra hoc eodem tempore, & parte.q.23.& duabus ſequētibus.& in tertio tempore parte prima. q.3.poterit tamen tunc repetere expenſas quas feciſſet in capiēdo. l.mulier inops.de cap.& quod dicam infra hac eadem parte. quæſt.19.

18 Decimooctauo quæritur † utrum præmium, ꝙ datur capienti bannitum debeat diuidi inter eum,& fiſcum, & videtur quod ſic vt uidetur probari.ff.ad ſille. l. Cornelia.in fi.ibi tangit Rav.poſt Dyn.In contrarium eſt ueritas vt not. in l. ſi quis id quod.in prin.ff.de iuriſ.om.iud.& ad. d.l.Corn.in fin. reſpondet.ꝙ ibi ſpeciale,ꝙ etiam tenuit Iaco.de Are.inſti.de ac.§.pęnales.& idem breuiſſime referendo tantūmodo Dy. dixit Alb.ubi ſupra.q.47.Hæc deciſio debet intelligi quando ſtatuto cauetur ꝙ præmium detur capienti de bonis banniti.Si enim diceret ſtatutum ꝙ detur de bonis communis fruſtratoria eſſet quæſtio,an fiſco debeatur dimidia. ff.de ſol.l. l.qui ſic.eſſet enim potius nugatio quædā ut.l. ſi quis a filio. & ꝙ ibi not de leg. 1.Si ergo ſtatutum dicat ꝙ capiens bannitum debet habere centum de bonis banniti.nihil debebit dare fiſco,quia intelligitur,ꝙ totū applicetur. Ita enim dictat ſtatutum a quo decipi nō debet.l.2.C.de his qui uet.æta.imp. Nec illa iura aliquid faciunt.Loquuntur enim de pœna quę debetur a contrafaciente,& dubitatur an debeatur agēti,an fiſco,de quo dic ut dictis iur.& plenius in.l.agraria.ff. de termin.mo.quæ limita niſi pœna imponatur pro intereſſe lęſi. Tunc enim ei in totum applicatur quocunque iure agatur. l.in eum.iuncta.l.quique.ff.de in ius uoc Facit.C.de leg.l.pen. Quęſtio autem prædicta loquitur de premio, ꝙ datur facienti id,ꝙ a ſtatuto permittitur,& ideo tanquam a ſeparatis nō eſt licita argumentatio.l.fi.de calum.cum ſim.

19 Decimonono quæritur. † Titius in capiendo Gaium bannitum fecit expenſas, An debet illas repetere a communi.Dixit Bal.ꝙ ſic per.l.mulier inops.ff.de captiuis. ut ipſe no. in c. 1.in princip.hic finit lex Cor. & incipit conſue.re.ꝙ ſiue dubio uerum eſt quando ex forma ſtatuti nihil datur capienti. Si autem aliquid datur,tunc dubium eſt, an illud in expenſis imputetur.In quo puto dicendum, quod aut datur pro premio aut ſimpliciter. Si pro præmio poteſt etiam petere expenſas ar.ff.de cond.& demon.l.quibus diebus.§. dominus. Si ſimpliciter tunc non poſſit expenſas petere niſi excederēt quantitatem datam a ſtatuto. Tunc enim poſſet id reſiduū petere.facit ꝙ habetur.ff.ui bon.rap.l.1. cum ibi notatis. de condi.inde.l.eleganter.§.ſi quis poſt.de tranſact.l.& poſt rem cum ſimi.

20 Vigeſimo † pone ſtatuto cauetur,ꝙ qui ceperit, & præſentauerit bannitum poteſtati debeat habere centum a cōi, plures receperunt bannitum, & illum captum cōmuni præſentauerunt,quæritur an debeat habere quilibet cētum, an oēs unica centum,& videtur,ꝙ quilibet debeat habere centum per.l.qui filiabus.§.ſi quis ita.de le,1.& inſti.de lib.agno.ſucc. §.ſi plures.Dicit Alb.ubi ſup.q.104.ꝙ hæc quæſt.poteſt deci di ſicut decidit quæſtio de pluribus intrantibus ſimul caſtrū, & remittit ad no ad.§. diſcipulii.n proœmio. ff. Illa quæſtio ponitur per Bar.in l.hoc articulo.ff.de hære.inſti. Et determinat ꝙ inſpiciēda ſunt uerba ſtatuti an loquatur per uerbum uniuerſale ſiue collectiuum,an per diſtributiuum. Primo caſu omnes habeant una centum. Secundo quilibet habeat cētum per.d.l qui filiabus.in fi.Credo ꝙ hoc ſit verum, ſi tamē appareret factam fuiſſe fraudē,vt, quia multi ceperunt unū ad quem capiendum ſufficiebant pauci, non puto omnibus deberi,ſed ſolum illis principalibus in capiendo. Nec enim ueriſimile eſt,ꝙ fiſcus uoluerit iactare pecunias.l.cum de indebito.§.1.de prob.& ſe in infinitum obligaſſe.l.qui bona.§. ult.de dam.infe.Et ita in pluribus ponentibus uexillum &c. terminauit Pet.& poſt eum Ray.in d.§.diſcipuli.Pro qua determinatione facit tex.in d.l.qui filiabus.§.1.in fi.Quę autem ſint dictiones collectiuę,& quæ diſtributiuę uide in d.l.hoc articulo.

21 Vigeſimoprimo quæritur † ſtatuto cauetur quod qui ceperit bānitum,in pecunia debeat habere quinquaginta. Qui autem ceperit bannitum in perſona debeat habere centum. Titius bannitur in mille,& ſi non ſoluerit intra menſem, intelligeretur bannitus in perſona,fuit intra menſem captus,& præſentatus,& deinde elapſus eſt menſis,& non ſoluit.Quæritur,ꝙ præmium debeatur capienti. Quæſtionem iſtam ſub terminis quod bannitus erat in centum,& ſi caperetur,& intra menſem a die quo in fortiam communis venerit nō ſoluerit deberet decapitari,diſputauit Odof.ut refert Alber. ut ſupra q.76.& multum copioſe allegat.Primo ꝙ debeat habere centum a communi publica utilitate ad.l.aquil.l.ita vulneratus.de male.& ma.l. fi. quæ fortius inſurgit quanto ad maius pretium inuitabuntur homines ad capiendum de leg. 2. l.cum pater.§.1.ad fi.de annu.leg.l.ſeio.in fi.1.reſponſo.Secūdo a conſideratione effectus conſecuti,qui in iure attendit.l. 1.in fin.quod quiſque iuris.ſed effectus eſt ſecutus,quia condemnatio pecuniaria conuerſa eſt in perſonalem. ff. ꝙ met. cau.l.ſi cum exceptione §.hæc autē actio. Ergo iſte effectus debet conſiderari.ff.de act.emp.l 1.& C.eo.l.ſi traditio. Tertio a duplicitate rationum.duę enim rationes ſcilicet tranſfuſio ſententiæ pecuniariæ in corporalem, & ipſa executio nincunt unam ſcilicet uerbalem conditionalem in pecunia. C.de edi.diui adri.tol.l.fi.& extra de treu.& pac.c.licet. Quarto a purificatione conditionis quę retro rrahitur.l.potior,in prin.qui pot.in pig.hab.Et ſic purificata cōdemnatione perſonali retro dicetur captus bannitus in perſona.ff.de uſufr.l. ſed,& ſi aliquid.§.interdum.de ſolu.l.1.cum ſimil. Quinto a parificatione præſentationis capti ad iudicem.de fur.l.interdum.§.qui fin.de cond ob eau.l.pen.ſed ipſi indici ſufficeret in quacunque parte iudicij ius ſuperueniret.l. non poteſt.de iud.& l.ſi rem.§.ſi.de pig.actio.de pecu.l.quęſitum.cum ſim. ergo,& ipſi præſentatori ſufficere debet. Sexto a natura tranſfuſionis,quæ eſt ab initio facta,poſtea transfuſione unicus actus cenſeatur,ff.quando dies leg.ce.l.ſi cum præfinitione. l.ſi pœnam & l.1.ff.quando di.le.ce.l.1.§.item ſi ita.ad.l. Falc. ad.l.aquil.l.ſi vulnerato ſeruo.cū ſi.Arguit ſecundo ꝙ utrunque præmium conſequi debeat. Primo quia tale præmium cum ſit beneficium debet latiſſime interpretari, de cōſt.prin. l.fi.Secundo a ſimilitudine periculorum, quæ verſantur in capiendo.l.ſi ſeruus.de his qui ad eccl.confu.C.ad.l.iul.de uil.qm̃.ad legem acqui.l.quemadmodum.in fi.Et ſic debet eſſe multitudo præmiorum.de iure im.l.ſemper.§.negotiatores. Tertio quia cum ſit dubiū quod præmium debeatur, debet fieri interpretatio contra fiſcū.ff.de iur.fiſ.l. non puto. Quarto a pluralitate condemnationum. pendente.n.conditione utroque mō condemnatus erat.l.1.§.biduum.ff.qñ ap.ſit.ergo ēt debet eſſe pluralitas præmiorum.de ap.cum in una. ad turpil.l.1.§.ſi plura.de ope.no.nun l de pupillo.§. ſi pluribus. Tertio principaliter arguit quod debeat habere ſolummodo quinquaginta. Prima quia ubi obligatio pendet ex pluribus conditionib.a prima purificatur,& amplius non cōmittitur.iud.ſol.l.cū quærebat.de uer.obl. l. ſi ita quis ſtipulatus. Sed obligatio ad primum pendet a præſentatione bāniti pecuniariter uel perſonaliter,ergo purificat a prima pſentatione q̄ erat pecuniaria.Scđo quia prȩmiū debet ipſi actui pſentationis,ergo illud tps attenditur non inſpecto ꝙ poſtea aliū

Digitized by Google

de deueniat.vt.d.l.ſi pœnum.de rei ven.l.non ideo.& l.ſi quis hac lege.ad ſil.l.1.§.1.cum multis ſi.Tertio quando facto ali cuius aliquid conſequendum eſt nõ ſufficit id fieri facto ſtul titia vel negligentia.l.2.ff.de cond.& demon.de bon.poſſ.l.1. §.ſemel.cum multis concord. Quod autem præſentatus puniatur perſonaliter,contingit ſua culpa,& negligentia, quia non ſoluit.ff.de fideicom.lib.l.ſi quis in ſua.ad ſi.de rei uẽdi. l.ex diuerſo.§.petitor.cum ſimi. Et ſic fiſci obligationem nõ auget de fideicom.l.fi.cum ſimi. Quartò quia ſicut, ꝙ ſemel meum eſt amplius meum fieri non poteſt l.3.§.ex plurimis. de acqui.poſſ.inſt de le.§.ſi cui.cum ſimi. Ita ſemel præſentatus amplius præſentari non intelligitur,ſicut nec ex aſſidua contractatione non naſcitur nouum furtum.de fur.l. ei qui. Et ſic attenta præſentatione prima qua fuit condemnatus pecuniariter non attenditur alia,nec id quod poſtea occaſionaliter venit.de pecu.l.eo tpe.Quinto commune cui fit præſentatio unicum bannum recipit de pac.l.reſcriptum.§.ſi pacto,cum ſim.Ergo unicum præmium debet.de condi.& demon.l.plautius.& in dubijs debetur minimum de reg. iur. ſemper in obſcuris,& l.ſemper.ff.de uer.obl.ergo &c. Sextò quia ab initio pecuniaria obligatio ex quaſi contractu orta eſt.l.3.idem ſcripſit ff.de pecu.& de tute.& ra.diſt.l. defenſor. Item deinde non ſoluta pecunia etiam ex quaſi contractu orta eſt obligatio ad perſonam,ijſdem iur. ergo prima non eſt nouata.l.fi.C.de noua.ſecundum veram opi. Et ſic eſt in electione fiſci pro qua obligatione ſoluere velit.l. ſi quis a ſocio.pro ſocio. cum ſim.Vltimo,quia a primordio tituli fit denõminatio.C.de teſt.manu.l.fi.Et ideo a prima cõdemnatione debet ipſa præſentatio conſiderari.Et ſic debet habere pro præmio quinquaginta tantum. Finaliter dixit ſoluendo quoſdam tenuiſſe.& ita fuiſſe quandoque iudicatum,ꝙ præſentans debeat conſequi maius præmium per allegata ſupra pro illa parte. Dixit tamen uerius eſſe quinquaginta tantum deberi per iura pro iſta parte aliegata, pro qua deciſione adducit de leg.2.l.Sempronius proculo de lega.1.plane.§. ſed ſi nõ corpus.de probatio.l.quinquaginta. Vbi in dubio debet vnum,& minus.Ad contraria reſpõdet, ad primum quod ẽt aliàs quàm præmijs, quis debet inuitari ad fauorem patriæ. de uentre in poſſeſſ.mitten.l.1.§.ſi ea.cum ſimilibus. Ad ſecundum, ꝙ in ipſa præſentatione dicitur factum conſummatum.Ad tertium quòd duæ rationes hic non currunt circa idem,vt in ſecunda ratione pro hac parte facta. Ad quartum reſpondet, ꝙ quia ſoluere, & non ſoluere eſt conditio poteſtatiua retro non trahitur vt.l.1.qui potio.in pigno. habean.licet ſecus ſit in caſualibus ut.l.potior. eodem titul. Ad quintum reſpondet, ꝙ præſentatio debet unico iure cenſeri.l.eum qui ædes.de uſucapio.Ad ſextum reſpondet quod illa iura loquuntur in legato quod pendet a mera uoluntate teſtatoris.Et ideo quomodocunque appareat deberi ſecundum.habetur perinde ac ſi illud tãtum fuiſſet legatum, quia ſic de eius uoluntate apparet. Sed in caſu noſtro iudex poſt ſententiam habet poteſtatem.ff.de regul. iur.l. iudex. & ſic una transfunditur in aliam. ſed in utraque perſeuerat licet utriuſque commodum conſequi non poſſit. Si hæc videre extenſe uelis, uide ibi ſupra ubi ſcribit hoc per ſex columnas.Pro iſta parte faciunt duo.Primum ꝙ condemnatio pecuniaria non transfunditur in perſonalem, nec illius fit nouatio ſecundum notata per Bartol.in l.2.ff de publ. iudi.per Baldum in.l.magnam in fin.C.de contrahenda, & commit. ſtipulatio.licet ipſe Bar.aliter retigerit arguendo in.l.cũ duobus.§.idem reſpondet.ff. pro ſocio. Secundo quia qualitas adiecta uerbo,ſemper intelligitur ſecundum tempus uerbi. l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.de noxa.Et ſicum tempore præſentationis in utroque themate reperitur bannitus in pecunia non in perſona,verbum bannitum intelligitur ſecundũ tempus uerbi,ceperit,ſiue præſentauerit.Et ſic debentur ſolummodo quinquaginta Faciunt not. per Bar. in l. ex facto in prin.de vulg.& pupil. Et ideo vt ſubditur ubi ſup.in fin.ſi bannum conuerteretur, quia bannitus eſſet in perſona ſalnę,ꝙ ſi intra menſem a die capturæ ſolueret mille illum capiens deberet habere centum,quia tempore præſentationis bannitus erat in perſonam. Ad quod alle.idem Odofred. de uerb.obliga.l.ita ſtipulatus.de re.iud.l.miles.§.decem. & d.l. ſi pec.2.reſpõ.& l.1.§.item ſi ita is.ad.l.fal.Et iſta deciſio videt facilior prima.quia cum ſolutio pecuniæ ſit in hoc caſu in conditione non eſt in obligatione.ut l. ſi quis ſub conditione.ff.ſi quis omiſ.cau.teſt.Et ideo tanquam conditio poteſtatiue uoluntaria retro non trahitur. Sed in præcedenti uidebatur neceſſaria,quia erat in conditione, & ideo retro trahi uidebatur cõditio licet eſſet poteſtatiua ut l.1.qui pot.in pig. hab.& l.titius,quæ res pig.ob.poſ. ſed reſponde quod ſolum modo ſolutio eſſet illa,quæ retrotrahitur,quæ in obligatione non erat.& ſic non obſtat deciſioni ſupraſcriptæ. Et nota bene titulũ quæſtionis, quia hic terminus non currebat a lata ſnĩa ſed captura. Et ſic patet quod iudex uolebat intelligi interim bannitum.& ſic non ſunt hæc contraria his, quæ dicam hoc eodem tempore parte ult.q.79. ubi uide.

22 Vigeſimoſecundo † ſtante ſtatuto quod, qui ceperit bãnitum debeat habere certum premiũ,ptãs illius loci cepit quẽdam ut malefactorem, quem ignorabat eſſe bãnitum, cum poſt capturam reperiat eum eſſe bannitum. vult præmium a cõi,quęritan debeat illud hre.Hanc qõnem formauit Bar. in l.3.§.utrum.ff.ad ſil.& determinauit, ꝙ non debeat habere.& idem Bal.tenuit ibi.& in l.genero.ff.de his qui not.infa. Et mouentur pluribus rationibus. Prima quia ptãs ſuo ſalario debet eſſe contentus, quia illud habet pro exercitio ſui officij.in auct.iuſiu.ꝙ præ.ab his.& in auct. ſcriptum exemplar.§.ſicut. Secundo quia ipſe ptãs non cepit ſponte ſed ex neceſſitate ſui officij,ꝙ eſt purgare prouinciã malis hominibus.l.congruit.ff.de off.præſi.ergo præmium conſequi non debet ut.d.§.utrum.& de acq.re.do.l.3.§.ſi ſeruus.Tertio, qa illud gratis facere tenetur,ergo præmium capiendo turpiter faceret.l.1 de cond.ob tur.cau.bene facit tex.in l.qui ſine.ff.d neg.geſt.Quartò quia cepit eum non vt exbannitum, & ſic ſtatuti conditionem non adimpleuit, ignorabat enim eum bannitum,ergo,&c.l.2.de cond.& demon.& d.§. utrum.Ad de,quæ dicam in duabus.q.poſt ſequentem.

23 Vigeſimotertio † ſtante dicto ſtatuto uiget illud ſtatutũ, quo cauetur,ꝙ homines de uilla teneãtur trahere ad rumorem,& capere malefactores,& exbannitos. Quidam iuit ad capiendum ex bannitum,& cum exbannitus fugeret, eleuauit rumorem propter quod homines de uilla inſecuti ſunt eum,& illum ceperunt. Quæritur an alicui præmium debeatur.Bar.in l.3.§.utrum.ad ſil dicit quod non. Primo non homines de villa,quia incitati non ſponte ſed coacti illum ceperunt vt ibi.Ille etiam, qui inſecutus fuit habere non debet, quia ipſum non cepit.facit quod habetur.in l.ſi barſatorem. C.de fideiu.cum concor.facit.ff.de acquirend.rer.domin.l. in laqueum.

24 Vigeſimoquarto † ſtante eodem ſtatuto, Seius ſciens Titium bannitum,ignorans autem ſtatutum prædictum præmians capientem,cepit Titium,& poteſtati eum preſentauit quæritur an poſſit petere præmium.Dices tu ex dictis ſupra proximis.q.hæc.q.eſt deciſa quod non, quia ad impediendũ lucrum ſua ignorantia poteſt contra eum allegari, vt.d.l.ſi is.§.ſi ſeruus.de acqui.rer.dom.ſed non eſt ſic. *aliud enim eſt,* ignorare illum eſſe bannitum, & aliud eſt ignorare ſtatutũ præmians capientem.Primo caſu locum habent, quæ dicta ſunt ſupra,ſecundo caſu talis ignorantia nõ nocet. Commodum enim a ſtatuto datum quæritur etiam ignoranti ſtatutum,argum.C.de decu.l.penul.libro. 10. & ita determinauit Bartol.in l.omnes populi.de iuſti.& iur.in quæſtion. 5. principali in pr n.

25 Vigeſimoquinto † dictum eſt ſupra, quod occidens bannitum qui poteſt impune offendi pœnam nõ meretur.Quæritur an ſit neceſſe,quod probetur occidentem ſciui ſſe illum fuiſſe bannitum.Bar.in l.genero.ff.de his qui no.infam.& in l.inter omnes.§. recte.de fur.dicit, ꝙ non quia quantum ad incommodum ignorantis talis ignorantia alteri non prodeſt, ſed ſtare debeat ueritati ut. d.l. genero.& d.§.recte.de cri.expil.hæredi.l.fi inſti.de oblig.quæ ex delic.na. §. placuit. & ita communiter tenetur.

26 Vigeſimoſexto † Gaius ſciebat Titium Ioannis eſſe bannitum,uidens alium quem putabat eſſe Titium Ioannis, & in ueritate non erat occidit illum.

Quæritur an ſtatuto permittente occidi bannitum excuſatur. Iſtam quæſtionem formauit Fran.de Are.in l.cum ſeruo ff.de iniur.& arguit quod excuſetur, & in nullo puniatur argum.d l.cum ſeruo.& eod.ti.l.illud.§. fina. Non enim cogitauit delinquere. ſed putauit ſe licite agere. dicit enim non teneri de dolo, ſed puniri poteſt ſecundum modum culpę. argum.l.ſcientiam.§.qui cum aliter.ad.l.aquil. Aduertendũ ꝙ aut habuit iuſtam cauſam ſic credendi,puta quia ſic publice tenebatur,ꝙ ille eſſet Titius Ioan. & tunc in nullo punitur argum.ff.ad maced.l.3.& C.eod. l. Zenodorus.cum ſim. ſi autem non tenebatur publice, ſed ex aliqua cauſa motus fuit ad ſic credendum,& tunc non ſit in dolo nõ poteſt cornelia de ſicarijs conueniri.l.in lege.ff.ad l.Corn. de ſicar.Sed vt dictũ eſt pro modo culpæ aut latæ aut leuioris poterit puniri ut ſupra Quæ autem ſint tales culpæ habetur in l. quod nerua. ff. depoſi. An autem hoc caſu leuiſſima culpa puniri poſſit cum dabat operam ex aſpectu rei licitæ recurre ad not.ad.l.aut facta.§.delinquunt.ff.de pæn. & in l.1.ff. de legi. per docto.

27 Vigeſimoſeptimo quæro ſuper dicto ſtatuto quod bannitus poſſit impune offendi. Quædam uniuerſitas fuit bannita de quo dixi ſupra in primo tẽpore parte.1.quæſt.5.An quiliber de illa uniuerſitate poterit impune offendi. non inſiſtendo in verbis dicendum eſt qđ non,

Digitized by Google

non,quia nullus ſingulariter vt ipſe eſt bannitus vt habetur in l.in tantū.§.qui in vniuerſitatis.ff. de re.di. & de in ius voc. l.ſed ſi hac.§.qui manumiititur.& quod habetur per Bar.in l. 3.ff.de re iud.

28 Vigeſimooctauo † bannitus captus erat a familia poteſtatis. Titius illum videns in manibus familiæ interfecit. Quæritur an potuerit impune facere.Iſtā.q. formauit Dy.in l.in laqueum.ff.de acq.re.do.& ibi etiam ponit Bar. ſed latius ponit in l.3.§.transfugas. ff. ad l.cor. de ſicar. & refert Iaco.de Are.etiam diſputaſſe quod etiam dicit Ioan. And.eius determinationem effectiue referens in addi.Spe.in tit.de accu. §.ſequitur ver.quid ſi quis bannitus circa prin. magnæ addi.Et ideo poſſet cū ea ſola deciſione tranſire remittēdo ēt ad not.per Alb.ubi ſup.q.65.quia tamen aliqua pulchra dicuntur per Iac.de Are.& alias eius diſputatione latius quam referat Io.An. tamen quam breuius potero his ſubijciam ēt cum aliorum dictis.Arguit enim primo ad affirmatiuam ꝙ poterit impune occidere.Primo a verbis legis,quæ & ſi dura ſint ſeruanda ſunt.l.proſpexit.ff.qui & a qui.& l.quod conſtitutum.de mili.teſta.Secundo quia lex non diſtinguit bannitum captum a non capto,ergo &c.ff.de publ.l.de pretio.Tertio quia cum adhuc duret bannum debet durare effectus. C.de infec.pe.celi.l.1.de feri.l.a nullo.addebat Dyn. quia captio non facit deſinere eum eſſe bannitum.arg. ad hoc.C.de decu.l.2.Quarto propter incertitudinem,quia licet captus eſſet non tamen certum erat quòd pœnam pateretur,poterat enim fugere l.ſi apparitor.C.de appa.li.12.& de ac.re.do.l.3. §.illud.& de incen.rui.nau.l.pedius.Quinto deprehenſum in facinore licet occidere ei,cui ſi aliàs non liceret.C.de ſica.l.is qui.ff de verb.oblig.l.qui ſeruum.de lega.1.quid ergo.§.ſi hęres.ergo fortius iſtum deprehenſum quem ante licebat occidere,ſic ꝙcum ſit factum lege permittente pœnam non meretur.l.grachus.C.de adul. Adduxi etiam Dyn.ad hāc partem.l.in laqueum de acqui.re.do. vbi dī ꝙ feram illaqueatā poſſum apprehendere,quia multa poſſunt accidere propter quæ a laqueo euadat.Ad hanc partem etiam adducit Bald.in l.libertas.ff.de ſtat.hom. ꝙ non intereſt reipublice a quo occidatur duntamen occidatur.l.cum ſeruus.ff.de ver. obl.Itē quia cum quilibet a ſtatuto habeat poteſtatē occidendi, nō habet neceſſe a iudice impetrare.l.quæ ſub conditione.§.fin. de condi.inſti.

In contrarium alleg.Dy.l.carceri.& l. fin. in §.fi.de cuſto. reo. vbi dicitur capite quòd punitur qui carceratum interficit,captus autem dicitur carceratus ut l.qui neque.ff. de verb. ſig. Dicebat tamen illis ll.reſpōderi poſſe quia hic erat certum bannitum illum debere mori,ibi non. ſed ſubdebat ꝙ alia ratione dici pōt talem interficientem puniri,quia nō licet alicui prouincialium aliquem e manibus officialium eripere.in auct.vt omnes obe.in prouin.§.eripiant.Iac. vero ad hanc partem adducebat ſtatutum intelligi debere in eo cui per iudicem pœna imponi non pōt arg.C. de iudi.l. nullus.ſed hic captus erat in poteſtate iudicis arg.ff. de do.l. qui ſaxum.& ſic puniri poterat.Item quia alias licet autoritate legis occidere reſiſtentem,cui non reſiſtentem a cōtrario nō licet occidere.C.de his qui ad ec.confu.l. ſi ſeruus. ita & hic non licet bannitum non reſiſtentem, immo iudici obedientem interficere.Præterea hic erat in cuſtodia reipub.ergo debet reſeruari ut torqueatur.C.de epiſ. audi.l. raptores. & vt ſaluus ſit debito ſupplicio.ff.de qō.l.quęſtionis.& de cu.reo. l.1.de male & ma.l.fi.alleg.Bal.pro hac parte.l. additos. C.de epiſ.audien.ubi dicitur ꝙ priuatus non poteſt impedire iudicis executionem.Item addebat rationē,iudex eſt executor ordinarius,iſte priuatus extraordinarius executor.Sed ubi locum habet remedium ordinarium ceſſat extraordinarium. ff. de mino.l.in cauſæ. Soluit Iac. quæſtionem pro hac parte per iura prædicta,ac etiam quia lex permittit hoſtem occidi l.3.§.fi.de ſica.Et tamen poſtquam captus eſt occidi non pōt ut inſti.de iure perſo.§.1.de ſtatu homi.l.3.§.ſerui. Et facit.ff. ad l.aquil.l.ſed & ſi quęcunque.Item quia cauſa propter quā poterat a quolibet occidi,ſ.defectus publicę uindicte ceſſat in propoſito ergo.&c.l.quod dictum.de pact. Ad contraria reſpondet.Primo ad uerba ſtatuti,quia intelligitur alio non interueniente quod impediat. Similiter tutor, & legatarius poſſunt eſſe teſtes, hoc intelligitur niſi aliud impediat. ff. de teſta.l.qui teſtamento.in princ.& de obſequijs.l.Titius. ſic & alias in l.non erit.§.dato.de iureiur.& l.tutor. Item,quia ubi ubi lex non diſtinguit.l.vna.C.de inof.dona. Facit lex ut gratim.§.ſed & ſi lege.de mune.& hono. Non ergo factū eſt lege permittente,immo vetante. & ſic quaſi omnia argumēta tolluntur.Addit etiam ſi quis dixerit hoc ius occidendi cōpetere reipubl.& cuilibet alij inſolidum,ſicut alias dicitur in l.ſi cui.§.ijſdem.de accu.locum habuit præoccupatio. ff. de procu.l.pluribus.Plus dicit & notabiliter.quod ſi eodem tpe concurreret reſpublica & priuatus deberet reſpublica præferri.aut tanquam ille cuius directo competit.C. de nouati. 3.Aut quia eius voluntas ęquior eſt,quia cōtinet viā iuris & iuſtitiæ ordinariam argu.ff.de re iudi.l. inter pares. & C. qui bo.ce.poſſ.l.fi.Addit rationem quod potentia offenſionis ꝓcedit propter contumaciam quæ eius pœnam aggrauat vt.l. relegati.§. de pœnis. Illa autem contumacia eſt finita poſtq̄ eſt in manibus familiæ.ſ. quo ad hunc effectum vt a quocunque poſſit occidi.Remanet ergo ſolum pęna primi delicti ob quod bannitus eſt.Adducit ſimile de feris beſtijs, quæ licet a quocunque capi poſſint,non tamen poſſunt capi cum ſunt in manibus alicuius.ff.de acq.re do.l.3.in fin.Et hanc partem tenet Cy.in d.l.libertas.& Bar.in d.§.transfugas.addens ꝙ illi qui veniunt de neceſſitate ad ciuitatem dicuntur habere ſecuritatem a lege.l.2.§.legatis.ff.de iudi.& ff. de leg.l. fi. Sic ēt dicimus in teſtibus vt ea.l.2.§.ſi quis. & ſic concludit ꝙ ille q̄ ducitur a familia de neceſſitate venit.& ſic dī habere ſecuritatem a lege.Ideo illum occideus incidit in l.iuliā maie. arg. ff.ad iul.maie.l. 1. & ibi eriā hoc ſequitur Ang. Credo quod verum eſt eum non potuiſſe occidi in manibus familiæ. & quod illum occidens teneatur pœna legis corneliæ de ſica.ꝓ d.§.transfugas.Sed non puto quod teneatur pœna legis iul. maie.tum quia iurenō cauetur de ſecuritate legis niſi in certis caſibus inter quos iſte non reperitur. Tum ēt quia pœnæ non debent extendi.ff.de pe.l.interpręt̄atione.& l.ſi prę̄ſes.ac etiam quia in ciuitatibus alijs ab urbe tali pœnæ locus non ē vt dictum fuit ſupra parte prima huius temporis.q.15.& hoc locum habent quando iuſte captus erat.ſi vero iniuſte, vide infra quæſtione.31.

29 Vigeſimonono † Statuto cauetur ꝙ capiens bannitum debeat habere centū a cōi,alteroſꝙ punitur vadēs in alterius territorium ad aliquem capiendum.Titius bannitus de Florentia vbi eſt ſtatutum erat in territorio Florentino.Sempronius voluit eum ibi capere.ille vero aufugit in territorium bononienſe & ibi a dicto Sempronio eum inſequente captus fuit.Quæritur an potuerit capi?& ſic Sēpronius debeat puniri virtute alterius ſtatuti Ioan.And.in.d.tit.de accu.§.ſequitur.ver.quid ſi quis,in ſuarum additi.ver.elegans Old.qō. refert Ol.diſputando terminaſſe Titium capi non potuiſſe, & ſic Sempronium puniendum. Allegat primo pro caſu l. quis fit fugitiuus.§.idem Cecilius.ff.de edil.ed.Et ibi declarat qualiter inducatur ponendo ibi caſum ſed nimis prolixe ꝙa in glo.ſatis apparet,& confirmat hoc dictum quod ex iure loci non debebat alium locum ingredi.Allegat.ff. ad mace. l.ſi filius.§.fi.Adducit etiam.l.qui cum maior.primo reſponſo.de bonis lib.Item quia conditio exiſtentis in fuga poteſt ad eius commodum variari.l.ſi quis in ſeruitute. de fur. Sic ergo cum intrauit territorium bon.factus eſt liber. deducit etiam no in l.talis ſcriptura de leg.1.in vlt.gl. & ꝙ verba ſecū di ſtatuti ſunt clara,ergo ſeruanda.l.non aliter.de leg.3.& ꝙa limitatio locorum eſt certa & ſic nulla reſtat iuris q.l.ancillę. C.de fur.Et dicit non prodeſſe licitum principium,quia propter mixturam inſpicitur id quod nocet vt no.de reg. cató. l.1.& ibi concor.Ac etiā quia effectus ſecutus eſt in loco ꝓhibitio.Et ideo a princ.licito legem non aſſumit. Allegat.ff. ſi ſerui.vend.l.ſicuti.§.ariſto.& ad l.aquil.l.quemadmodum. in princ.Et ſic ceſſat perceptio rei altero prius illam apprehēdente.ff.de acqui.re.do.l.in laqueum,& l.naturalem.§. illud. Item,quia pacificantur exceſſus in loco & exceſſus in modo. inſt.de acq.§.huic autem.ſed exceſſus in modo punitur vt.l. 1.C.vnde vi,ergo & exceſſus in loco.facit.ff.de adul.l.ſi adulterium cum inceſtu.§.imperatore,vbi punitur qui plus fecit quam debuerit.Et ſic concludit talem capientem puniri.Qđ etiam ſentit Bar.in d.§.idem cecilius.Hanc diſputationem ſi integram videre velis recurre ad Alb.vbi ſupra.q.77.Vnum nolo omittere quod ipſe Old. dixit quod cum alicui conceditur facultas limitata,ille qui excedit limites, non facit ſibi conceſſum,ſed aliud.ff.ad Trebel.l. ſed ſi ante. quemadmodum ſerui.amit,ſi communem.§.1.manda.l.diligenter.de re eorum qui ſub tut.vel cur.l.ſi pupillorum.§.ſi prætor.Sed ad capiendum bannitum ſunt limites limitati per ſtatutum. ſci licet intra territorium. Qui ergo excedit,aliud facit,& ſic ꝓhibitum.& ideo quantuncunque bonus effectus ſecutus ſit nihilominus puniī.C.de neg.geſt.l.fi.Et ideo venit a premio repellendus quia eadem non poteſt eſſe cauſa pœnæ & premij de neg.geſt.l.ſi ue hæreditaria. ex hoc vltimo colligo qđ quo ad præmium aſſignatum capienti bannitum generale ſtatutum reſtringiī ad hūc locum ſtatuentis,licet quo ad eui tationem pœnæ talis reſtrictio non fiat vt dicam infra. q.46. & ratio poteſt eſſe diuerſitas lucri & damni argum.l.fi.C. de codicil.

30 Trigeſimo † Pone ſupra proxime dictum eſt de priuato capiente extra territorium.Officialis Florētinus puta uicarius alpium cœpit bannitum de Florentia in territorio bononiē-ſi.Quæro an poſſit contra illum executionem facere,an vero teneaī eum relaxare & priſtinę libertati reſtituere .Hæc qō videī fortior prędcedenti,quia nullum præſupponiī ſtatu

tum

tum diſponens contrarium, ſed eadem nihilominus debet eſſe deciſio. Et ſi ponis quod bannitus a principio non eſſet in territorio Florẽtino ſed in bononiẽſi. & inde extractus fuerit, res eſt clarior, nõ enim fregit fines banni, & per conſequẽs capi non potuit ita dicit Iac. But. in auct. iudex. C. de epiſ. audi. Ber ita etiam determinauit Fran. de Are. in l. quis ſit fugitiuus §. idem cecilius. per illum tex. & per no. in l. a diuo pio. §. 1. de re iud. & in l. addilos. C. de epiſ. audi. per l. extra territorium. de iur. om. iud. Eſt enim tunc officialis exiſtens in alterius territorio ad inſtar priuati. l. 2. ff. de offi. procu. & le. ſecundum Bald. in d. l. additos. & ex his patet ꝙ tanquam ſpoliatus ſua libertate ante omnia reſtituẽdus eſt. l. ſi quis ad ſe fundum. C. ad l. iul. de ui. ſi per vim vel alio modo. l. 2. Et videtur expreſſe caſus in l. ſi quis liberum ff. de proba. & facit de liber. cau. liberis §. fi. & de acq. re. do. l. nemo. probatur etiam per l. plerique. ff. de in ius vocan. probatur etiam ex ui uerborum ſententiæ banni quæ regulariter ſe habent, ſi venerit in fortiã &c Ille autem qui in fortiam hoc eſt in locum ſubditũ violenter ducitur non dicitur venire vt l. qui neque. ff. de ver. ſigni. ſecundum 3. lect. debet igitur relaxari & priſtinæ libertati reſtitui, etiam ſi fuerit ab initio in loco Florentinorum, & deinde fugiens captus fuerit in territorio Bononienſi vt in themate dictum eſt per iura & rationes ſup. proxi. q. factę.

31 Trigeſimoprimo† quæritur, viſum eſt ſup. proximis qõ. ꝙ nec a priuato nec ab officiali publico bãnitus poteſt capi extra territorium. An talis ſic indebite captus in manibus detinentis poſſit impune occidi. Dices tu ꝙ hæc quæſtio eſt ſuperflua quia ſupra 38. q. determinatum eſt captum non poſſe occidi, & inter alias rationes fuit allegata ratio præuentionis per l. pluribus. de procu. quæ videtur habere locũ in omni caſu. Item cum ſit in manibus familiæ, ſiue iuſtæ, ſiue, iniuſtę, eripi non debet in auct. vt omnes obed. iu. prouin. §. eripiant. Qui tex. generaliter loquitur.

Sed pro clariori deciſione ſeparandi ſunt termini quæſtionis, & ideo primo quæro an captus indebite a familia poſſit impune eripi de manibus eius. Bar. in l. eximendi. §. 1. ne quis eum qui in ius voc. eſt vi exi. non determinat ſed arguit quod ſemper eximens puniatur. C. de male. l. fi. de his qui latro. l. 1. & d. §. eripiant. Angel. vero eo. tit. l. 1 no. dicit quod aut captura non tenet ex defectu iuriſdõnis, vel quia nullam habet iuriſdõnem, vel quia ſuæ iuriſdõnis terminos exceſſit. & tũc licite eximitur de manibus familiæ. Alle. l. prohibitum. C. de iur. fiſ. li. 10. Si autem iuriſdictionem habebat licet iniuſte eũ cæperit quia tunc reſtitutio non eſt fienda de facto ſed iuris ordine per remedium appellationis ſecundum Inn. de offi. dele. c. ſi quando. Ad quod etiam allegat. d. l. fi. de male. & l. quotiens. de exacto. tribu. lib. 10. Item ubi captura eſſet iniuſta reſpectu ritus & ordinis eximens etiam debet puniri vt d l. ſed eximendi. §. 1. & l. ſi per alium. § 1. eod. tit. Ex hac deciſione infertur ꝙ in caſu propoſito tolluntur omnes rationes factæ in dicta. 28 q. pro ea parte quæ occidi non potuerit. Et reſtent factæ in contrarium ꝙ occidi potuerit. non. n. habet locum ꝙ ſit in carcere, vel ꝙ ſit facta præuentio, vel ꝙ debeat res publica pferri, quia omnia iura ibi allegata intelliguntur in actu qui de iure valeat. Alij enim actus. ſ. de iure nulli quantum ad effectus prædictos nullum poſſunt effectum inducere. l. ſi pater. C. ne de ſta. defun. l. accuſaturus. ff. de adul. de re iud. l. 3. §. condemnatum. Facit quod habetur in l. ſi pecuniam. §. pe. ff. de condi. ob cauſam. vbi ille qui eſt in actu relaxationis non reputatur carceratus. Ex his patet ꝙ minus deberet puniri qui interfecit bannitum in manib. eius qui cepit eum extra territorium contra formam, & tenorẽ ſtatuti. Fortior enim eſt nullus actus factus contra legẽ quã ille qui eſt factus præter legem l. ſi non ſortem. in princ. ff. de condi. inde. & l. cum lex. de fideiuſ. & ibi per Bar. & per doct. in l. non dubium. C. de legi. Intelligo autem deciſionem prędictam fore veram, ſi ille qui interfecit occidiſſet eum impune etiam in loco a quo extractus eſt. Si autem ibi non occidiſſet impune ſecundum ea quæ dicam. infra. 5,. & 56. q. non dicetur eum licitum licite occidiſſe, quia præſumitur mortuus in loco a quo inuitus iniuſte extractus eſt vt l. qui neque. de verb. ſig. ſup. q. proxi. alleg. Et ideo licet tunc non puniatur in loco in quo occidit, tamen puniretẽ in loco a quo extractus fuit ſi ibi ratione domicilij cõueniri poſſet vt l. 1. & 2. C. de cri. agi. opor.

32 Trigeſimoſecundo† quæro. quidam in loco licito virtute ſtatuti præmiantis capientem bannitum, cæperat Titium bannitum, & ad poteſtatem ducebat. Sempronius eũ in ſuis manibus interemit, quæritur an impune facere potuerit. Dicet quis hæc quæſtio eſt terminata per no. ſupra quæſtio. 28. ſ ꝙ non: eſt enim miniſter legis vt l. 2. C. quando lic. ſiue iud. uin. & ſic locum habet præuentio licet aliquæ rationes ibi factę non adaptentur. Sed in contrarium arguitur & uidetur quod immo potuerit occidi per iura & rationes ibi pro hac parte allegata, ac etiam quia vnumquodque remedium eſt extraordinarium, ſcilicet captura & occiſio de facto facta, nullus enim iure ordinarię iuriſdictionis facit ſed extra ordinem, ergo vnum non excludit alium. l. ſi cum exceptione. §. eum q. ff. ꝙ metus cauſa. not. l. fi. C. ſi mi ſe maiorem dixerit & in l. 1. C. de alie. iudi. quinimo cum remedium occiſionis plenius ſubueniet reipublicæ quàm captura illud pręferri debet vt habetur in l. fi. C. ſi aduer. rem iud. & in l. in cauæ. ff. de mino. & plene in l. in prouinciali. ff. de no. oper. nun. Nec obſtat præuentionis ratio per l. pluribus. de proc. cum ſimi. qa illud verum quando circa idem fit præuentio. Operatur. n. circa idem non diuerſa vt l. ſi pluribus. de leg. 1. capiens enim præiudicauit ius capiendi, & ducendi, & ſic premium conſequendi. Ergo non intelligitur abſtuliſſe viam alteri illũ occidendi ſine premio, quia ſunt diuerſa. Et ſic de uno ad aliud non infertur. ff. de calum. l. fi. Si quis teneret iſtam partem ꝙ l. naturalem. §. illud. & l. in laqueum. ff. de acq. re. do. Reſponderet ad id ꝙ diceretur eum non potuiſſe auferre ius quæſitum, vel quærendum illi capienti in caſu quo repræſentaſſet per l. ſtichum. §. ſi de noua. cum ſi ꝙ licet teneretẽ ei cui exemit ad ſuum intereſſe ſciiicet ad quantitatem quam conſeq debebat per l. ſed eximendi. §. 1. ne quis eum qui in ius voc. per l. 3. C. de exac. trib. & quod dixit Bal. in al. abditos. C. de epiſ. audi. Non tamen lege cornelia teneretur. Et iſta pars eſt ęquior. Certum enim eſt eum occidiſſe bannitum qui non erat captus a familia, vel in publico carcere. Nec certum erat de manibus eius qui cæperat non euaſurum. Et ſic fauorabilius ſit reipu. eſſe in caſu certi quàm in dubij. Sufficit enim reipu. ꝙ ille moriatur. l. gallus. §. ſi eius de liber. & poſthu. Si autem non erat bannitus ad mortem, vel ad membrum ſed in pecunia, non ſolum teneretur capienti, ſed etiam reipub. vt d. l. 3. de exac. trib. & alijs iur. ſuperius alle. prædicta quidẽ non procederent quo ad obligationem occidentis, ſi ille bãnitus erat in manibus eius qui cæperat, euaſurus ſi ille nõ occidiſſet. Tunc enim in nullo tenetur quia captus dici nõ põt. ff. de integ. reſti. l. non videtur. cum ſi.

33 Trigeſimotertio† Circa prædicta inſtans quęro. Quidam cæpit bannitum in confinibus duarum ciuitatum, adeo ꝙ eſt dubium an cæperit in confinio ciuitatis a qua bannitus erat, quod multis modis põt contingere, quæritur an fuerit iuſte captus ſiue a priuato ſiue a familia. Credo ꝙ hæc qõ debeat terminari ſicut terminatur quoad cognitionem. Dicit enim quod ſi in tali loco committitur maleficium vtraq; ciuitas habet cognitionem ergo executionem. l. a diuo pio. cũ ibi notatis. ff. de re iud. Quod autem vtraque ciuitas habeat cognitionem probatur per tex. in l. iuris peritos. §. cum oriũdus. ff. de excu. tut. & l. ſiue contra. §. quia plauianum. de lib. agno. & quod dictum fuit ſupra. parte. 2. primi tem. q. 8 Pro hoc quia cum ſint duo quorum vnum prodeſt & aliud nocet, nec apparet quod id ꝙ prodeſt ſit potentius altero. inſpicitur id quod nocet ff. ad ſil. l. ſi quis in graui. §. fi. cum cõcor. Et idem puto ſi certum eſſet in quo loco captus fuiſſet. puta quia vnum pedem tenebat in vno territorio, aliũ in alio, vel ſedebat ſuper lapide poſito pro confinio. Eſt enim locus cõmunis. Et ſic intelligitur captus in proprio territorio ad ſil. l. 1. §. domini. cum ſimili. quod maxime verũ eſt quando pars capitis. i. ipſum caput exiſteret in parte capientis l. cum in diuerſis. ff. de reli. & de fur. l. vulgare. cum ſimil. Si aũt dormiẽdo caderet vel peruenire in territorium a quo bannitus eſt, non vr quod capi potuerit. niſi experrectus ibi permanſerit argu. ff. ad l. aquil. ſi ſeruus ſeruum. §. ſi fornicarius, ꝙ intelligę vt ibi niſi potuerit veriſimiliter caſum illum cogitare. Facit. ff. locati. l. ſi quis domum. §. 1. & ad l. aquili. l. item mela. in princ.

34 Trigeſimoquarto† officialis licite quocunque reſpectu cæpit bannitum de quo agimus. Vult facere executionem ſine nouo proceſſu, quæritur an poſſit. Iſtam. q. ponit Guil. in Spec. in ſæpiſſime alle. §. ſequitur. ver. ſed pone. in tit. de accu. Et ibi dicit quod non poteſt de iure communi. Et idem ibi ſequitur Ioan. And. referrens diſputationem Guido. de ſuza. qui idem de iure tenuit licet conſuetudine dixerit ſeruari contrarium. Idem dixit Dyn. de iure, & dixit eſſe caſum qui alibi non reperitur in l. diuus. ff. de cuſto. reo. Idem dicit Cv. in l. impuberibus. §. item ſi quis ff. de ſuſpe. tut. per eandem l. diuus. vbi Bar. idem dicit in bannitis ſecundum formam. l. 1. de requi. re. Sed in bannitis de quibus agimus qui cõdemnãtur ex quo habentur pro confeſſis, dicit ſtatim quod capiũtur ſine nouo proceſſu poſſe fieri executionem ſecundum formam bãni. pro quo eſt glo. in l. pe. eo. tit. quæ vult, quod ficta confeſſio ęquiparetẽ verę. Hoc idem tenuit Odof. ſecundum Albe. vbi ſup. qõ. 53. vbi refert alios opiniones. Et quia loquunt in bannitis alijs quàm de quibus agimus non refero, ſi libet ibi vide quia plene refert. Eſt ergo verum ꝙ bãnũ prædictum poteſt ſine nouo proceſſu executioni mandari, ꝙ eſt verum ſiue capiat ab illo officiali qui tulit inĩam vel eius ſucceſſore qui idem cenſet. ſiue ab alio ęqualem iuriſdi

ctionem

Digitized by Google

ctionem habente, puta quia capitaneus capit bannitū a potestate, vel econuerso secundum Bar. in l. a diuo pio. §. 1. ff de re iud. vbi vide. Et vide quæ dicam statim in 36. q. Dicit tamē idem Bar. ꝙ iudices antequam exequantur, faciunt ꝙ talis bannitus recognoscit se esse illum, qui fuit bannitus, de quo sup. in primo tempore parte. 3. q. vlti. Prouidetur tamen cōiter per statuta circa talem executionem. Et ideo id seruandum vt l. omnes populi. Vbi vero non essent statuta permittentia eum condemnari vt confessum & bannitus fuisset tā quam habitus a iudice propter eius fugam, & contumaciā pro confesso posset captus suam innocentiam probare. Et ēt aduersarius suus crimen. per l. petendę. C. si temp. in integrū resti. Etiam si tempus cognitionis esset elapsum vt no. dicit Ioan. And. in præalle. ver. Sed pone ꝙ ex causa prędicta: non prosequor. Intelligo tamen id verum ꝙ possit probare innocentiam in omni casu in quo fuga non haberetur ꝓ plena probatione. Tunc autem quando haberetur pro plena probatione secus esset. Et ita intelligo quod nota. per Ray. in dicta. l. diuus. de quo etiam dixit Odof. secundum Albe. vbi supra. Quādo aūt fuga faciat probationem vide per doct. in l. impuberibus. ff. de suspec tut. per Bar. in l. lege cornelia. ff. ad sillan. & in l. admonendi. de iureiur.

35 Trigesimoquinto † pone statuto cauetur quod licet habeatur pro confesso, tamen antequam bannū detur debeat accusatus, vel inquisitus certo modo citari. Alio statuto, vel eodem simili cauetur quod bāniti pro homicidio capti statim fiat executio etiam si solennitas non sit seruata, quærit non facta citatione dicto mō an debeat bannum executioni mandari. Ista quæstio fuit antiquitus disputata vt refert Albe. ubi supra q. 71. vbi latissime arguit sed succincte referam. Et primo quod debeat fieri executio. Statutū quod de executione dicit allegat cām vt maleficia nō remaneant impunita, ergo videtur derogari principio statuti, ff. de test. tut. l. si hæreditas. §. r. & l. testamento. & quia ultima derogant prioribus in ultimis voluntatibus. de leg. 1. l. si mihi & tibi. § in lega. cum si. Et in pactis ut l. pacta nouissima. C. de pact. ergo idem in statutis. Item quia pro solennitate banni præsumitur de uerb. oblig. l. sciendum. de probat. c. in præsentia. & ideo sententia non est ventilanda, sed exequenda. C. de execu. rei iudi. per totum. Item quia si tollitur a statuto solennitas ipsius banni quod est maius, ergo tollitur solēnitas citationis quæ est minus arg. ff. de publi. l. si, ergo. §. idem agit. In contraria allegat quia finis statuti directo videtur contradicere, vnde ergo neutrum seruandum de reg. iur. l. vbi repugnantia. & C. de fide. instru. l. scripturæ. Et sic debet stari iuri communi secundum quod bannum est nullum. C. & ff. de requi. re. quo. & quando iu. l. 2. & l. tres denunciationes. de senten. l. prolatam. Item quia prima pars statuti continet iustitiam, & concordat cum iure communi. ff. de in ius vocan. per totum. C. de anna. excep. l. vt perfectius. & de dam. infec. ff. l. 3. §. toties Vltima vero pars quæ loquitur de executione est ius, & ideo principium debet seruari, & non finis; argum. ff. de liber. & posthu. l. cum quidam. nec potest dici quod finis corrigat principium, quia hoc non est in statutis, cum eodem tempore vires sumant secundum opi. multorum. C. de testa. tute. l. 2. magis ergo finis iniquus restringitur ab æquo principio. Item recte intellecto statuto finis non contradicit principio, quia principium loquitur de solennitate seruāda in modo citandi bannum & sententiam. & sic principium statuti seruandum. Et ita determinat bannum non tenuisse & executioni mandari non debere obstante nullitate, maxime per vltimam rationem supra factam, & per fauorem qui in dubio debetur reo vt in regula, fauorabiliores. Vt vides disputator locutus est in casu quo idem sit statutum, qui est minus dubitabilis non enim est verisimile quod statuētes voluerint statim se corrigere. l. non ad ea. ff. de condi. & demon. Item cum possit ad diuersam solennitatem referti finis ut supr. nō debet intelligi referri finis ad supra dictam solennitatem illā corrigendo. l. talis scriptura. in fi. ff. de leg. 1. & quod ibi not. Item quia clausula præcędens est fortioris naturæ ad determinationem sequentium quàm sit sequens ad determinationem præcedentium. l. filium. ff. quando d. le. ce. Et not. in l. quisquis. de lega. 3. sic itaque licet in probatione banni non fuerit seruata solennitas, puta quia non fuit lectum, vel quia non sedendo fuit prolatum vt l. 2. C. de sen. experi. reci. Si tamen citatio de qua sup. fuerit secundum modum a statuto traditum facta tale bannum executioni mittetur secundum finem statuti. Si autem omnia solennia fuerint obseruata in probatione banni, sed non fuit facta illa citatio secundū modum statuti, minime mittetur executioni secundum ipsius statuti principium. Si autem tempora cognitionum largiantur poterit de nouo cognosci. l. si vt proponis. C. quomodo & quando iud. ff. de accu. l. libellorum. §. sed si aliud. Si tempora non largiantur debebit libere relaxari. l. accusaturus. ff. de adul. Si autem diuersis statutis talia disponantur res uidetur habere maiorem dubitationem. Si tamen sunt diuersa statuta in eodem volumine & eodem tēpore approbata quasi omnia prælegata locum habent. Et idem est ꝙ supra dictū est per not. in d. l. 2. de testi. tut. per Cyn. & plene per Bar. in l. omnes populi. dum tractat de statutis contrarijs. Sed & si post primum statutum fit noua reformatio idem erit, tum quia legum correctio est uitanda, sine correctione lex noua potest aliquid operari. l. si quando. C. de inof. test. & de appel. l. præcipimus. cum simi. & vnius cum alia concordatio facta. C. de inof. do. l. vna. de petitio. hære. l. vtrum. cum similibus, tum quia noua generalia & trunca restringitur & declaratur ab antiqua lege l. non est nouum. & l. nā & posteriores. ff. de legi. & quod habetur in l. sciendum. ff. qui satis. cogen. & in auct. offeratur. C. de litis contesta. & vtrobique per gl. & docto. tum etiam quia solennitas illius citationis intelligitur in l. repetita. ff. de coniun cum emanc. liber. eius l. nihil & plene per Roffre. in 45. q. per Bar in l. prætor. §. eritque differentia. ff. vi bo. rap. Et per Ioan. And. antiquam prædictam disputationem referentem in addi. Spec. in tit. de ſn. execu. §. posttemo. versi. 16. Quæ quia in voluminibus habentur, hic non infero.

36 Sexto & trigesimo. † Duę ciuitates erant confederatę, puta Florentina ciuitas cum ciuitate Senarum, Titius fuit bannitus de Florentia. dum habitaret Senis, fuit ibi captus per potestatem qui volebat eum decapitare secundum Banni tenorem. Quæritur an posset. Dicebant quidam quod sic, per tex. l. non dubito. ff. de cap. Bar. autem ibi determinat legēm illam hoc non dicere. Sed quod potest ita statutum fieri in vna ciuiate ex confederatis, quod delinquens in alia posset ibi puniri, scilicet in altera quæ statuit. Et ideo in proposito si ex forma confederationis quæ potest fieri cum pactis parib. & maioribus, & minoribus cum libertate tamen populorū vt in d. l non dubito. quod quando sit habetur per Bar. in l. fi. ff. de colle. illicitis. illud diceretur, vel in ciuitate Senarum esset statutum, vel etiam in ciuitate Florentię, forte eadem rōne per generalitatem illius legis posset ibi talis capti fieri executio. de quo etiā per eum & Bal. in l. cunctos populos. C. de sum. trini. & ita debet intelligi quod sensit in l. a diuo. §. 1. de re iudi. alleg. l. non dubito. Pro quo etiam vide dictū Bar. in extrauag. qui sint trebel vsque ad ver. de pœna autem. Vbi dicit ꝙ in dubio talis confederatio videtur fieri ęquali fedęre per d. l. non dubito. Et ideo si actum est ꝙ inuicem se tractent vt ciues in ciuilibus & criminalibus, intelligitur vt vna contra aliam leges grauiores non imponat quam tunc essent quia in societate inspicitur tempus sociorum tempore initæ societatis. ff. pro socio. l. socius socio. & fa. hercis. l. hæredes §. non tantum.

37 Trigesimoseptimo † pone ꝙ episcopus secundum formā suæ constitutionis pro crimine spirituali in quo habet iurisdictionem inter alia contra laicum vt in c. fi. de foro compę. lib. 6. & de iudi. c. decerminus. posuit Titium in banno. Quæritur an iudex secularis debeat illum tanquam bannitum tractare, & eius sententiam executioni mandare. Bart. in l. diuus. ff. de custo. reo. in condemnato ab inquisitore tenet quod non, sed quod potest de nouo processum facere & de delicto cognoscere. Alle. in auct. de san. epi. §. si vero crimen. colū. 9. & Guil. in l. magistratibus. ff. de iur. om. iud. Quia ista q. est de materia canonica, eis est relinquenda. l. consulta diualia. C. d̄ test. Quantum tamen attinet ad q. propositam de bānito ab episcopo, videtur casus in contrarium in cap. 1. de offi. ordi. de quo dic vt ibi maxime per Inno. Quantū vero ad sententiam latam ab inquisitore vī etiam esse contrarium eius qđ ipse Bar. dicit ut habetur in c. inquisitionis officium. de hæretic. lib. 6. Lexuero, diuus. non facit, quia loquitur in damnatis ab illis qui iurisdictionem non habebant. Si autem habuissent iurisdictionem aliud esset vt l. non dubium. eo. tit. Secundum ergo prædicta apparet regulariter tenēdum quod bannitus ab ecclesia debeat tractari vt bannitus etiam a priuatis siue laicis de quo in. d. c. j. Et ideo forte verū est ꝙ stante simpliciter statuto in vtilitatem interficientis, bannitus occidens talem bannitum non debet puniri. Consideranda tamen essent & constitutio episcopi, verba banni, & etiam ipsius statuti. ff. de iur. immu. l. semper.

38 Iuxta prædicta trigesimooctauo † quærit. Quidam cæpit bannitum, eum ad iudicem non duxit sed in priuato carcere tenuit, quia in suą domo recluſit, an veniat puniendus. de premio non est dubium, quia illud non consequantur nisi iudici repræsentet etiam si statutum simpliciter præmiat capiētem. l. 3. 4. & l. interdum. §. qui furem. ff. de fur. & C. de rap. vir. l. vna. sed dubium est, an incidat in pœnam priuati carceris? ad cuius q. determinationem aduertendum puto ꝙ secūdum Bar. in l. capite quinto. ff. de adul. quidam priuati sunt qui habent ius capiendi & detinendi, ut dominus seruū & pater filium. l. 1. & 2. de pat. pote. ff. liber. hom. ex hi. l. 3. §. 1. & 2. Et istæ sine dubio pœnam priuati carceris carcerando filios

Digitized by Google

filios,vel ſeruos,non incurrunt,tangitur in d.l.1. de priuat. car. Quidam ſunt qui nullum habent ius capiendi neque detinendi. Et in iſtis eſt aduertendum ob quam cauſam aliquē capiunt. Si enim capiunt,vulnerant,& occidunt in continēti inſpici debet ſolum illud delictum propter q̄ capiebant. ff. ad l.aquil. l illud. Sed ſi ex interuallo occiderent.tunc teneren tur de vtroque& de priuato carcere & occiſo. l. nunquam plura.ff.de priua.delic. Et iſte non eſt caſus noſter. Quidam ſunt qui habent ius capiendi. Et iſti ita demum videntur cō mittere in pœnam priuati carceris ſi vltra.20. horas captum detineant vt d.l.c.5. Et ideo dixit ibi Bar. q̄ ſi quis capit falſatorem monetę per l.1.C.de fal.mo.vel furem ſecundum formam.l.itaque.ff ad l.aquil.& l.ſi quis in ſeruitute.circa finē. ff.de fur.vel debitorem ſuum fugientem per l. ait prætor. §. ſi debitorem.ff.de his quæ in frau.credi. Et idem in quolibet qui poteſt capi propria auctoritate de quibus vide Specu.de accuſatore §.1.circa princ.& detinerent vltra.20. horas inci deret in pœnam priuati carceris. Ex quibus videretur cōcludi quod poſtquam eſt data licentia capiendi bannitum,ſi eū captum detinuerit vltra.20. horas incidat in pœnam priuati carceris per d.l.capite quinto. Pater enim poteſt adulterum occidere ſicut quilibet bannitum.l.patri.eod.tit. Et tamen ſi eum detinet per 20.horas punitur. Ergo & capiēs bannitum ſic detinens. Sed aduertendum q̄ marito, vel patri non licet indiſtincte occidere adulterum ſed cum diſtinctione & incō tinenti vt eod.tit.l.q̄ ait.& l.marito. Et ideo ſuccedit diſpoſitio.l.capite quinto. Bannitum autem quis poteſt indiſtincte offendere,& occidere. Ergo lex illa nihil facit. Et ſic in nullā pœnam videtur incidere is de quo quæritur. maxime quia quem poteſt occidere fortius poteſt contumelijs afficere. l. nec in eam.eo tit.quod etiam oſtendi videtur quia talis detentio eſt offenſio etiam in perſonam ſecundum Inno. in c. nuper de ſenten.excom. Ergo eſt licita ex forma ſtatuti permittentis eum impune offendi. Et ita tenuit Albe. vbi ſupra q.95. Id autem q̄ dicitur in d.l.c.5.de 20 horis debet intelligi ibi & vbicunque illa diſpoſitio locum haberet,niſi ex aliqua cauſa iudici aliter videatur arg.ff.ſi quis cau.l 2. quaſi p totū. Si aūt eum poſtea dimittit vide quæ dicam infra par.proxi.q. vigeſimaoctaua in fin.

39 Trigeſimonono † ſtante ſtatuto prædicto q̄ bannitus poſſit impune offendi. Titius occidit Bertam bannitam. quærit an excuſetur a pœna uirtute ſtatuti. Guid.de Su.in quæſtionibus ſtatutorum ſub litera P. format quæſtionem. Et arguit pró & contra: finaliter determinat q̄ ſic, quia in diſpoſitionibus legalibus ſiue odioſis ſiue fauorabilibus platio maſculini, comprehendit fœmininum.ff.de verbo.ſig.l.1.& concor. ibi poſitis,& adiura in contrarium facientia reſpondet q̄ loquuntur in diſpoſitione hominis ſiue teſtatoris. Et ſatis bene loquitur in materia. Hæc deciſio vera eſt per notata per Cy. in l.quicunque.C.de ſer fu.& l.ſi quis in tantam C.vnde vi. Illi enim nomini bannitus, conuenit terminus, communis mari & fœminæ, ſcilicet homo. Et ita ſi in plurali loquitur ſtatutum,& ideo locum habet etiam in fœmina maxime exiſtente eadem ratione ſed ibi not. Et per Dy. in l.1.ff.de ver. ſig.& ibi etiam per Bar. ſed latius in l.1.§.verba.ff.de pecu.

40 Quadrageſimo quæritur † Alio ſtatuto cauetur q̄ viri bānitarum debent expelli de ciuitate. An econuerſo vxor bāniti erit expellenda Hanc.q.formauit Bal. in l.quicunque.C.de ſer.fug.& determinauit, q̄ non, quia odium irrationabile nō debet extendi. C.de ſecun.nup.l.fi.ff. de contratabu l. 3.§. ſi emancipatus.

Aduerte quia deciſio præſentis qōnis non habet cum iſta communicationem: hic enim non aptatur terminus communis, ſ. homo. Item fœmininum non dominatur ab eodem nomine, ſed diuerſo, quia maſculinum dicitur vir, fœmininum dicitur vxor.

Sed contra prædictam deciſionem videtur, quia diſpoſitio in vno ex correlatiuis ſicut ſunt vir & vxor trahitur ad alium vt l.fi.ff.de acceptilla.cum concord.& C. de cupreſ. ex lu.damaſcē.l.1.li.10.& C.de indi.vidui.l.1.& ibi per Bar. Sed reſpondeo quod illud verum ex eodem actu non ex diuerſo.& ideo licet ex banno vxoris expellatur vir, non tamen ex banno viri debet expelli vxor ſaltem quia diuerſa ratio eſt. Non enim poteſt vxor detinere virum a delinquendo ſicut vir vxorem l.1.§.quæ onerandę. ff. qua. rerum actio non da. & quod not. in l.ſi vxorem.de condi.inſer. cum ſimi.

41 Circa idem cauetur ſtatuto latius † quod familia banniti debeat expelli de ciuitate. Quæritur c.41. An per hoc erit expellenda vxor. Alber. vbi ſupra.1 10.q.dicit Oldr. tenuiſſe qđ non, quia nulla lege cauetur q̄ vxor ſit de familia viri, & remittit ad no.per ſe in l.pronuntio.§.familiæ.de verb.ſig. Sed eſt in hac q.aliter conſiderandum. Dictum enim ſtatutū poſſet duobus modis intelligi. Vno modo q̄ familia viri ſumma tur pro tota eius agnatione ſicut dicimus in l.1.ad filla. & d. l.pronunciatio. Alio modo vt intelligāt pro ſimplici familia ipſius uiri, cuius ipſe eſt caput, vt eadem l.& in l.fi. C. de vet. ſig. Et quia ſtatutum eſt odioſum & contra naturalem rationem quod vnus prematur delictis alterius, debet ſine dubio intelligi in mitiorem & ſic in ſecundam partem.ff. de pœnis l.ſi præſes. Et quod dictum fuit ſupra in primo tempore.parte.1.8.& 9.q. Et ideo videndum eſt an dicatur de talis viri familia.& videtur quod ſic per tex.in d.l pronuntiatio.§. familiæ.vbi Dy.dixit ad literam contrarium eius quod dicit Alb. dixit enim quod ſi banniatur vir, & familia ſua, intelligatur bannita vxor. Pro hoc quia qualitatem cōditionis viri vxor trahit ab eo.ff.de ſenato. l. fœminæ. hic eſt quod dicitur popularis nupta magnati efficitur magnas. & econuerſo magnas nupta populari, dicitur popularis ſecundum Bald.in d. l.fœminæ.& Fran.de Aret.in d.l.ſi C.de verb.ſig. Pro hoc vī tex.in d.l.1.ad fi.iuncto.§. ſi vir qualitercunque.in princ. exponitur nomen domus. ibi enim dicitur quod uiri & vxoris vna eſt domus. Pro hoc l.fi.C.de incolis.& l. mulieres. C. de dig.& quod vir & vxor dicuntur vna caro, & ſi inter eos communicatio diuini,& humani.iuris ff.de ritu.nup.l. 2. Et videtur velle Bal.in d.l. fœminæ.vbi concludit q̄ vxor dicit proprie de familia uiri.

In contrarium facit q̄ ſcripſit Bar.in d.l.ſi C. de uer.ſigni. ubi dixit q̄ uxor non dicitur proprie de familia uiri ſed improprie & largo modo.& ideo non continetur in ſtatuto. licet prima pars pro qua allegaui de iure ſit uerior, quia nō ſolum uxor quæ aſtringitur tot uinculis ipſi uiro, quinimo & ſerui de eius familia ſunt. Tamen ex benigna interpretatione debet intelligi quod uxor non intelligitur quantum ad hoc de eius familia. In pœnis enim ſemper fit benigna interpretatio.ut l.interpretatione.& d.l.ſi præſes de pœnis. Quod intelligo uerum, niſi ex cōi uulgi opinione uigenti ſtatuti confecti tempore uel ex interpretatione poſtea debite facta a iud probaretur l.labeo.ff de ſuppel.& l. cum dellanionis.§.aſinā. de fund.inſtru.cumſi.& ff.de legi.l.de quibus. & l.ſi de interpretatione. Et ita in ſimili determinauit Cy. in l. qui in adoptionem.ff.de adop.

41 Quadrageſimoſecundo quæritur. † An ſtatuto dictante quod filij bannitorum expellantur de ciuitate comprehēdātur filiæ. Alber.ubi ſupra.q.65.refert Iaco.de Are.tenuiſſe q̄ non in l.1.§.1.ff de uent. in poſ.mitten. uoluit allegare.§. toties.ubi paret quod exhæredato filio qui naſcetur, *quia pōt* naſci filia mittitur uenter in poſſeſſionem. *Exquo infertur* quod filia non inteiligitur exhæredata. *aliàs* enim uenter in poſſeſſione non mitteretur per illum titulum ut ibi.& ibi p prie la. induxit ad propoſitum:& hoc ideo quia ſicut ibi odiū eſt irrationabile.ut l.ſi quis in ſuo.§. legis. C. de inof. teſt. iō non comprehenditur filia. Ita & in filijs bannitorum, quia irrationabile ē quod ex delicto patris premantur filij, ut l.ſancimus C.de pœnis.cum concor.& ita ſequitur ipſe Alb ſed p alia uerba. Bar. ibi aliter uī dicere per no. in l. ſi quis in tantā. C.unde ui.ſed ibi poſt nomen (ſi quis) cadit terminus cōmunis ut dixi ſupra 39.& 40.

Notandum ergo eſt quod ubi de odio irrationabili tractatur diſpoſitio facta de filijs non comprehēdit filias, in quo non iuſto, quia eſt fauorabilis deciſio. Pro quo *uide in remiſſionibus* quas dedi, ubi ſupra. Subdit etiam ibi Alb. quod ſi tempore ſtatuti pater bannitus erat mortuus, quod etiam maſculi eius filij non expellātur, quia non ſunt filij banniti, allegat.ff de ſenato.l.emancipatum.§.item labeo.qui tex.facit in contrarium. uide quæ dicam infra in ultimo tempore, parte 2.q.13.& 14.

42 Quadrageſimotertio quæritur. † Stante dicto *ſtatuto de* expellendis filijs bannitorum, an comprehendantur filij nō legitimi. Hæc quæſtio poteſt in ſe habere duo capita. Primū an contineantur filij naturales qui nati ſunt ex concubina legitima, quibus proprie conuenit nuncupatio baſtardorum vt not.ff.de concubi.ſuper rub. de reg.iur.l. quoties idem ſermo.& in l.fi.C.de natu.li.in auct.inceſtas.C.de ince.nup. Secundum an contineantur alij illegitimi nati qui diuerſis nominibus nuncupantur, vt habet in c.niſi cum pridem.de renun. ſed communiter dīr ſpurij .ſ. ex quocunque damnato coitu nati, in auct.qui.mo.na. effi. ſui.§. fi. Quo ad primum uī primo dicendum quod ſic.ff.de in ius uoc. l. parentes. & quod no.cle.1.de baptiſ. In contrarium.C.de adul.l. 3.& l.filium.ff.de his qui ſunt ſui uel alie.iuris. Dixit Guī. quod aut ſtatutum fūdat ſuper ratione naturali, & continent naturales, ut in primis iuribus, aut ſuper ciuili & non continent ita ſoluit contrarium in d.l.parentes. Sed Bar. ibi ſoluit aliter Quod aut tractat de fauore & habet locum lex, parentes, aut de odio, & habet locum contrarium. Cy. uero ſoluit ſecundum Guil. ſed addit in ſecundo membro quod aut ſtatutū continet odium,& uerum dicit Guil. aut fauorem,& continet in ſtatuto quantuncunque fundet ſuper ciuili rōne, ut ipſe not.in l.quiſquis.C.ad l.Iul.maie. & in l. libertinum. C. de inter.ma. Secundum hæc uideretur dicendum quod naturales

Digitized by Google

les filij tali ſtatuto non comprehendantur, tum propter ſo. Bar. tum propter dictum. Cy. Sed conſidera quod diſpoſitio legis, parentes. videtur odioſa ſaltem quo ad filios. ff. de in ius voc. l. quinque. §. prætor ait. Ergo uidetur quod ſaltem pro illa parte deberet reſtringi, vt no. in l. 2. C. de in ius vocã. & ibi per Bal. etiam in ſtatutis. Sed reſponde quod cum ſit in materia correlatiuorum non poſſet reſtringi ex parte filiorum quin reſtringeretur ex parte parentum. Et ideo fauor eorum pro quo illa diſpoſitio fuit facta prævalet vt extenda tur. l. qui exceptionum. ff. de condi. inde. Remaneat ergo concluſio, quod vbi lex mouetur naturali ratione, contineantur naturales. Vbi ciuili aut tractatur de odio, & non comprehendantur; aut de fauore & non comprehendantur. Et ideo in propoſito cum contra rationem naturalem, imo & diuinam ſit quod filius propter patris iniquitatem prematur, non poteſt dici ſtatutum naturali ratione confectum. Et ideo reſtat ꝙ tanquam odioſum naturales nõ contineat, quod etiam poſt diſputationem tenuit Bald. in d. l. quiſquis. vbi vide. Et ex iſta deciſione patet quod examinatio ſecundi eſt ſuperflua. ſ. an veniant ſpurij qui filiorum appellatione non continentur. iñ auct. qui. mo. na. effi. ſui. §. fin. Et eſt ext. expreſſus. ff. de ritu nup. l. leg. iul. §. nec diſtinguitur. & ibi etiam per Cy. in fi. in addi. Et ideo non inſiſto. licet gl. quæ inquantum hoc dicat non tenetur, videatur dixiſſe, qđ licet non contineantur appellatione filiorum in ſui fauorẽ, tamen continentur in ſui odium. in cle. 1. de baptiſ. Non ergo in tali ſtatuto comprehenduntur niſi legitimi filij & naturales. Niſi ex communi vſu loquendi aliud diceretur, vt in l. labeo. de ſuppel. le. cum concor. Et proptrea communiter prouident ſtatuta quod etiam tales interdum comprehendantur. An autem comprehendantur legitimi tantum non examino, maxime quia illi non ſunt in vſu. vide ad materiã quod habetur per Bar. in l. ſi ita quis. §. 1. de leg. 1. & per doc. in l. generaliter. §. cum autem. de inſti. & ſubſti. & in d. l. filiũ. de his qui ſunt ſui vel alie. iur.

44 Quadrageſimoquarto † quæritur, dictum fuit ſup. q. 39. qđ in tali ſtatuto premente bannitos continetur etiam bannita. Sed quæritur an ſtante dicto ſtatuto quod filij bannitorũ expellantur debeant expelli filij mulieris bannite, dicitur qđ gl. in l. quiſquis. ad l. iul. maie. determinat quod ſic. Et ita poſt reprobationem eorum qui reprehendunt gl. tenet ibi Pe. & ſequitur Bald. licet dicat quòd in ſtatutis odioſis appellatione patris comprehendat mater. Ibi enim dr quiſquis. &c. Et ſic ponitur terminus cõis Et ideo in propoſitõ cum dictũ ſit in d. q. 39. quod iſtud nomen bannitorum adiungitur cũ termino communi, & ſic comprehendit fœminam. Sequit conſequutiue quod in tali ſtatuto contineantur etiam earũ filij. Et iſtud apud me ſuppoſito prius eſt ſatis clarum. Si aliter videre cupis ibi vide.

Viſo quod in ſtatutis editis contra bannitos continentur
45 fœminæ quæritur quadrageſimo, † an bannita prægnãs poſſit virtute ſtatuti impune occidi. Iſta quæſtio eſt ſubtilis. & ideo arguo. Et primo ad negatiuam. Et ſic quod occidẽs debeat puniri. Statuta patiuntur interpretationem paſſiue reſtrictiuam a iure communi. l. ſi ſerui veſtri. C. de noxa. l. fin. §. in computatione. de iure deli. in gl. Modo ſic ex forma ſtatuti permittentis bannitum poſſe impune occidi, quilibet videtur quodam modo eõſtitutus officialis publicus. l. 1. & 2. C. quando. li. ſine iudi. vin. Bart. in l. a diuo pio. §. 1. de re iud. Bal. in l. amiſſione. §. qui deficiunt. ff. de capi. dimi. Fran. de Are. in l. quis ſit fugitiuus. §. idem cecilius. de edil. edict. Colligitur etiam ex no. per glo. & Bal. in l. accuſationis. C. quod me. ca. ſed publicus officialis in mulierem pregnantem non poteſt facere executionem. ff. de pœnis l. prẽgnantis. & in l. imperator Adrianus. ff. de ſtatu. hom. Ergo nec priuatus qui auctoritate publica facit. Secundo hoc probatur licet mulier ſit bannita, tamen partus qui eſt in vtero non eſt bannitus. l. ſeruorum. §. 1. de ſta. ho. & ibi per Bal. Sed occidendo matrem occiditur etiam partus, vt plurimum & regulariter. Ergo occidens non deber eſſe immunis a pœna, quia quando de permiſſo neceſſario peruenitur ad prohibitum, non poteſt fieri id quod aliàs permiſſum erat. ne per vnam viam concedat quod per aliam prohibẽ l. ſcire oportet. §. oportet. de legi. tuto. l. 1. in fi. de aucto. tuto. Tertio ſiquis occidit duos, quorum vnus erat bannitus alter non, licet pro morte bãniti nõ puniatur, tamen debet puniri pro morte nõ banniti. Et iſtud eſt clarum per l. 1. ad l. corne. de ſica. Sed quantum ad fauorem ſui partus habetur pro nato, vt l. qui in vtero. ff. de ſtatu. hom. Suus autem fauor eſt vt mater viuat, vt ſic educari poſſit ergo cenſebitur occidiſſe natum & ſic non bãnitum. Ergo punitur. Quarto quando duo ſunt quorũ vnus eſt capax alius incapax. Incapax capit propter capacem. l. ſi is qui duos. ff. de libe. le. Ergo hic mater incapax ſæcuritatis eſt capax propter partum capacem. facit. ff. quemad. ſeruit. ami. l. ſi communem. In contrarium quod imo occidens puniri non debeat probatur primo ſic. Quando permiſſum & prohibitum non poſſunt ſæparari permiſſum trahit ad ſe prohibitum, vt d. l. ſi is qui duos. Ergo & hic hoc permiſſum, ſci licet occiſio matris tanquam potentius trahere debet ad ſe prohibitum. Secundo pater poteſt occidere filiam in adultẽrio deprehenſam. ff. de adul. l. ꝙ ait. & ſi facit nõ punitur, nec diſtinguitur an ſit prẽgnans vel non. Ergo ita in propoſito. Sicut enim ibi pater facit de facto iuris auctoritate, ita & hic priuatus. Statutum enim non diſtinguit ſicut lex, ergo nec nos diſtinguimus. de pub. l. de pretio. Nec ob. l. ſi ſerui noſtri: iuncta. l. prẽgnantis, quia illa loquitur in iudice qui cum deliberare debet iudicare, & iuris ordine ſeruato ad differẽtiam aſtringitur, hic autem de facto facere poteſt, ergo iuris ordo non attenditur. ff. de condi. & demon. l. mẽquius. & de his qui no. infa. l. quod ergo. §. ſicut autem. & ita in parte determinauerunt Guil. & Cy. poſt eum in d. l. imperator. ergo eodem modo idem dicimus in eo cui licet bannitum occidere. Hãc etiam partem tenuit ibi Bald. ſed dixit ibi cogita, an ſit verũ. Si conſideramus vnam rationem Guil. quod ideo pater poſſit, quia irrato animo parci debet, ut in l. quod ait. hoc ceſſaret in propoſito, niſi diceres occidentem fuiſſe primo offenſum vel eius patrem vel filium & quòd dictæ mulieri obuiaſſet, & ſic ex propoſito non feciſſet, ſed dolore, & ita motus ad talem actum deueniſſet. Hæc deciſio Bal. non eſt mihi tuta, licet pro eo faciat ꝙ prẽgnans capta ſeruatur in carcerib. & ſic eſt veriſimile quod pœnam debito tempore luet. In caſu autem noſtro non eſt ſic cum vagari poſſit. Puto tamẽ in hac. q. ſic poſſe diſtingui quod aut dicta mulier erat manifeſtè prægnans, & tunc aut occiſor qui occidit eam erit talis ad quem ſecundum mundum ſpectabat vindicta offenſionis propter quam bannita fuerat, licet aliàs ſibi a ſtatuto permiſſa non eſſet. aut non erit talis. Primo caſu aut occidit eam, non ex propoſito, ſed quia ei fortuito obuiauit, & locũ habeat deciſio prædicta per iura & rationes Guil. non enim potuit iuſtum temperare dolorem, & ſic virtute banni & ſtatuti veniat excuſandus. Secundo caſu non poſſit ipſam occidere per rationes ſupra factas. Non ob. quod de facto fiat non iuris ordine, quia etiam in his in quibus extraordinariꝫ proceditur aliqua iuris ordinis diſpoſitio ſeruanda eſt, vt habetur in cle. ſæpæ. de verb. ſigni. & per Bar. in extraua. ad reprimendam. Scit enim ſcire debet quod non ſolum bannitam, ſed etiam non bannitam creaturam interficit, & ſic puniri debet per iura prædicta. Si vero manifeſte prægnans nõ apparebat, tunc aut probatur occidentem ſciuiſſe prẽgnantem & punitur aliàs non. l. pe. ff. de adul. & quod nor. plene p Ioan And. in regula quod quiſque li. 6. & dicam infra in vlti. tempore par. 1. q. 2. Quæ autem dicta ſunt in fauorẽ prẽgnantis, intellige locum habere ſiue ſit nupta vel prẽgnans ex viro, vt habetur in l. miles. §. quapropter. ff. de adul. ſiue ſit prẽgnans ex adulterio vel alio illicito coitu, vt habetur in ſi. per Gui. Iac. de Bel. Cy. Bar. & Bal. in l. 2. §. ſi non ꝓp. ff. ſi quis cau.

Poſtquam de muliere bannita aliqua diximus proſequen-
46 do materiam eandem. Quadrageſimoſexto quæro. Titius Bertam bannitam non prẽgnantem non occidit, ſed cum ea adulterium vel ſtuprum inuita vel volẽte commiſit, an veniat puniendus. Si dicimus eam fuiſſe libere volentem, nulla ei violentia ſiue offenſio facta eſt, vt C. de tranſac. l. cũ donationis. ff. de iniur. l. 3. & l. 1. §. vſque adeo. quod qualiter intelligatur examinant ibi Dy. & Bar. & Dy. in regula ſcienti. lib. 6. Si uiolenter ei iniuria & offenſio facta eſt. & ſic in primo caſu debet poſſe puniri de adulterio, quia in bannitam licita eſt offenſio. Alia autem quæ in offenſione non cadunt ſuæ determinationi relinquuntur. l. ſi cum dotem. ff. ſol. ma. cum ſi. Iuris autem determinatio eſt quod adulterium etiam cõſentiente marito commiſſum punitur. l. 2. §. j. & ſi publico. ff. de adul. Secundo caſu non uidetur poſſe puniri, quia quem licet occidere, licet cõtumelijs afficere. l. nec in ea. ff. de adul. Et ideo ſi ipſa accuſaret non audiretur uirtute dicti ſtatuti. Nec mirum quod magis puniatur qui minus delinquit, contra. l. quod ſeruus. ff. quod ui aut clam. quia uno caſu offẽdit bannitum & ſic habet beneficium ſtatuti, alio non, & ſic uerba ſtatuti non uerificantur. l. ſi quis in ſeruitute. ff. de fur. & de leg. 3. l. non aliter. cum ſi. Prædicta quidem uera, ſi habeatur conſideratio ſolummodo ad iniuriam ſiue ad offenſam factam marito uel patri propter quam cuilibet iure ſuo licitũ eſt accuſare. ff. de iniur. l. 1. §. uſque adeo. de adul l. 2. §. marito. & §. ſi ſimul. cum ſe. & C. de adul. l. iure mariti. maius eſſet dubium. Puto tamen quod poſtquam in eo qui principaliter offenditur ipſum ſtatutum non reputat offenſam, qui animo nec delictum ut dicam infra proxima parte q. 1. & ſic nõ reperitur principalis offenſio, non reperiatur etiam ſecundaria. Requiritur enim ſubiectum. ſi ipſa iniuria quæ hic uirtute ſtatuti eſſe non dicitur, ergo agi non poteſt, aut per patrem, aut per maritum. Nec obſt. dictus §. uſque adeo. & §. fi. ubi dicitur, quod licet filia agere non poſſit tamen agit pater

uel

Digitized by Google

vel maritus, quia ibi loquitur quando filia vel vxor voluntate sua exclusit se a suo iure quæ non potest patri vel marito præiudicare, nec vlterius extenditur exclusio. l. si vnus. §. ante omnia. ff. de pact. & l. si quis seruum. de iureiuran. & ibi concor. hic autem non ipsa filia vel vxor a tali iure se exclusit, sed ipsum statutum quod fortius operatur. Multa enim per legem fieri possunt quæ non possunt fieri per pactum siue per partes. vt habetur in l. ius publicum. ff. de pactis. Nec obstat, quod dicitur quod potest per legem fieri potest etiã per pactum, vt no. in rub. C. de decre. dec. lib. 10. quia illud verum quando pactum fit ab illis qui poterant legem facere, 48
tunc enim talia conuertuntur, vt ibi, & hĩ in l. ciuitas. ff. si cer. pe. Non autem habet locum in illis qui non possunt legem facere, vt d. l. ius publicum. & no. in l. non impossibile. co. tit. per doct. Et quod hęc decisio procedat, probatur: ex quocũque maleficio facto cõtra vnum lęditur tota cognatio. l. lex cornelia. ff. de iniur. Et tamen pro morte banniti vel alia offensione facta sibi qui iura cognationis non perdidit, vt l. iura sanguinis. de reg. iur. Et dictum fuit supra in parte præcedenti. q. 4. nullus agit vt dicam vbi supra ergo nec nunc. Cõcludatur itaque quod si bannita voluntariç carnali cognitioni consensit, poterit pater & maritus de adulterio vel stupro accusare. Statutum enim hoc casu sibi locum non vẽdicat. Si autem per vim cognita est, nullus agere potest, quia sibi locum vendicat statutum quod permittit impune offendi post se, nec obst. ꝙ dixi supra in parte præcedenti huius temporis q. co. quia ibi loquitur quando ab initio tẽpore offensionis filius non erat bannitus, & ibi tetigi. nec obst. l. 3. §. si filius. ff. quod quisque iuris. quia loquitur quando oritur ius, sed ob. excep. vt ea. l. fi. hic autem nullum oritur ius, vt dicam in d. q. 1. Et sic non est vera decisio Iaco. But. de qua refert Alber. vbi supra, q. 42. Et ista decisio de stricto iure verior est meo visu quàm decisio Bal. qui in l. fi. C. si contra ius vel vtili. putenuit contrarium per c. & si Christus. de iureiuran. quia illud. c. potius facit contra eum, cum pariter disponat de homicidio furto & adulterio. Duo autem propria secundum ipsum ibidem permittuntur contra bannitum talem, ergo & tertium, quia si permittitur homicidiũ quod est maius delictum adulterio. 33. q. 2. si quod verius. ergo & ipsum adulterium quod est minus. C. de sa. san ecc. auct. multo magis. cũ si. Non obstat ratio sua videlicet quod homicidium & furtũ quandoq; permittuntur in cle. 1 de homi. & de fur. c. 3. Adulterium vero nunquam quia aliud est a statuto fieri actum licitum, quo casu militaret dictum suum. & aliud est pœnam remittere actu remanente illicito vt patet ex no. in hac eadem parte. q. 49. secundum Ioan. de ligna. quo casu locum habet quod dixi. Statutum enim pœnam remittit & agit & agere intelligitur quantum potest & vt potest etiam diuersimode, vt no. in l. si quis maior. C. de transact. Pœna autem adulterij quo ad huius fori legibus subdita est. l. si adulterium cum in cestu. §. 1. ff. ad l. iul. de adul. facit quod habetur in l. 1. ff. de iusti. & iur. ergo & statutis, vt l. omnes populi. Nec mirũ, quia etiam aliquando iure canonum adulterium non punitur licet remaneat illicitum iure poli, vt d. c. si quod verius. & ibi not. Facit 23. q. 2. c. tolerandi. Et hoc casu non habet locum. q. 11. hac eadem parte quia sopita est in d. canone, ꝙ peccat iure poli: facit lex, si quis in seruitute. de fur. Tu tamen lector tene ꝙ placet. An autem ex tali violenta cognitione resultet regulariter accusatio adulterij non examino, quia non conuenit ad propositum, remittens ad l. si vxor. §. si quis plane. & l. uim passam. in princ. ff. de adul. & l. 1. §. remanet. ff. de postula.

47 Quadragesimoseptimo. † pone e conuerso vir erat bannitus vxor non bannita, ipsa commisit adulterium. Quæritur an de tali adulterio possit fieri accusatio vel inquisitio, quia vbi supra proxima. q remissi ad primam. q partis sequẽtis, tractabitur plene quando iudex possit vel non possit inquirere, vbi pars non potest accusare. hic breuiter de hac. q. me expediam. Et dico aduertendum ꝙ aut maritus accusat iure mariti vel iudex respectu illius iuris inquirit. Puta eo tempore quo nullus accusare potest præter maritum, vt. l. iure mariti, C. de adul. cum concor. Et tunc non possit per ea quæ dicam vbi supra. Si autem accusat alius puta pater vel extraneus iure communi. Et tũc possit cognosci. Adulterium enim lege humana est prohibitum. ff. de adulte. l. 1. imo & diuina iuxta illud Leuitici. c. 18. Non mechaberis &c. Adeo quod licet maritus consentiat, & sibi nulla fiat iniuria, tamen cognitio adulterij competit. l. 2. §. lenocinij. & §. si publico. ff. de adulterijs. Licet igitur maritus repellatur, non tamen repellũtur alij vt ibi, ergo nec iudex qui iure aliorum inquirit. De separatis enim habentibus diuersam rationem non fit illatio. l. finali. ff. de calumniã. & l. si maritus. §. si negauerit. ff. de adul. cũ si. Et ideo in hac ciuitate in qua est statutum ꝙ iudex nõ possit inquirere, nisi inquisito prius iniuriam passo an velit accusare vel notificare. Et si requisitus dixerit quod non, tunc possit inquirere, debet iudex bene aduertere. Si enim inquirit bannitum maritum. Et eo respondente quod non vult accusare, & iudex inquirit, non procedit inquisitio. iure enim mariti cognoscit quod non potest. facit regula, si quis in ius lib. 6. cum no. insti. de pub. iun. in princ. Requirat ergo patrẽ vel alios sibi proximos, & tunc poterit inquirere. Exclusus enim iure vno non intelligitur exclusus ab alio. l. filius. de inoffi. testa. l. si filius. de ope. li. l. 1 §. nunc videdum. de succes. edic. cum similibus, quæ decisio vtilis est ad multa. Ad quam vide in mercur. super regula frustra. in 3. q.

Quadragesimooctauo. † pone stante statuto ꝙ bannitus possit impune offendi. extat aliud statutum quo cauetur ꝙ nul us possit portare arma offendibilia. Et repertus cum illis puniatur certa pœna. Quidam cum armis portari prohibitis interfecit bannitum, & rediens domum fuit inuentus cũ armis prædictis. Quæritur de duobus, primo an puniatur pœna homicidij, secundo an saltem incidat in pœnam portanis arma prohibita. Sed quia ex decisione secũdi clare infertur ad decisionem primi, circa illud primum non insto. Et est sciendum ꝙ dominus Thomas de azoguidis de bonon. disputauit hanc q. multum prolixe. Sed quam breuius potero decurtabo suã referens intentionem. Et primo ad affirmatiuam quod puniatur arguit multis modis. Primo a ratione separatorum, quia de vno ad reliquum non arguit. l. Papinianus. ff. de minor. delatio autem armorum est separata ab homicid. Ergo licet homicidium sit licitum, non est licita armorum delatio. Secundo in his quę facti sunt vno posito nõ sequitur aliud. l. non hoc. C. vnde cogna. Sed occidere & arma deferre sunt diuersa & facti, ergo licet permittatur occisio, non infertur ad permissionem alterius. Tertio quia facile fuisset concedenti vtrunque statutum illud exprimere in statuto de inuento cum armis. Ergo si non expressit intelligitur vt iacet, vt in §. ne autem. C. de cadu. tollen. Quarto vbi eadem ratio idem ius. l. a titio. de uerb. oblig. sed causa & ratio statuti prohibentis arma portari est ne cõmittantur maleficia. Ergo locum habet in proposito, quia cum ipsis poterat maleficia committere. Quinto a uerbis & mente statuti quibus stari conuenit. l. non aliter. de lega. 3. & l. 1. §. si is qui nauem de exerci. Sed uerba & mens statuti sunt vt occidens bannitum excuseretur, portare arma prohibita inuentus condemnetur, ergo &c. Sexto quia in generali concessione nõ veniunt ea, quæ quis non esset specialiter concessurus. l. generali. ff. de pig. Sed quia ex delatione armorum oriuntur lites. C. vt usus armorum inscio &c. non est verisimile quod princeps vel statuẽs in specie concessisset portationem armorum. l. æquissimum. de usufru. Ergo non venit in generali permissione bannitum offendi posse. Septimo contrariorum eadẽ est disciplina. l. & si contra. de vul. & pupil. l. 1. de his qui sunt sui vel alie. iur. sed si prædictus fuisset inuentus ante occisionem banniti cum armis prohibitis veniret puniẽdus, ut patet ex statuto, ergo & in eius contrario casu cum redit ab occidendo. Octauo concessio larga intelligitur, dum tamen aljjs statutis quã minus potest offendatur. C. de inof. testa. l. si quando. ergo concessio offensionis siue occisionis banniti, debet intelligi saluo alio statuto de inuẽto prohibita arma portare. Nono in his quæ sunt de genere permissorum ut in matrimonijs habet locum limitatio, dum tamen fiat secundum ordinem aliorum iuriũ, ut patet in matrimonio quod generaliter est permissum. l. 1. de iusti. & iur. & tamen intelligitur modo aliàs non prohibito. C. de inter. maper totum. permissio ergo huius homicidij debet *intelligi* aliàs quàm cum armis portari prohibitis. Decimo *arguit a* defectu seruatæ formę. & alle. multa iura & inter *alia* Quod ait. de adulte. ad l. aquil. l. itaque ad l. corne. de sica. l. furẽ. Vndecimo probat, quia statutum non punit portantem arma, sed inuentum cum illis. Sed iste est inuentus cum armis, ergo licet esset permissum illa portare ut bannitum occideret, non tamen eximeret se a pœna inuentionis, quæ omnino sũt diuersa. Arguit etiam aliter a generalibus, sed non curo, determinat contrarium. l. qđ nõ veniat puniendus pro delatione armorum. Ex quo etiam determinat quod nec pp occisionem, & allegat multas rõnes. Ego autem assumam illas quæ mihi uidentur ad causam facere & alias omittam & succincte concludam. Primo ergo probat tuam decisionem uno permisso omnia uidentur permissa ex quibus facilius peueniatur ad permissum argum. de acq. hære. ff. l. nec his. & l. illud. sed cum armis potest occidi bannitus facilius, quod est permissum, ergo uidetur permissum illa ob id posse portari. Secundo ad remotionem generis remouetur quælibet eius species. de fun. instru. l. fundi. & C. ne fi. rem quam uen. l. 1. & 2. Sed occidens bannitum remouetur generaliter a pœna ergo & a quocunque speciali. Si ergo puniretur pœna delationis armorum non esset a pœna remotus. Tertio propter naturam contrariorum, uno prohibito prohibetur omne illud quod uenit ex eo uel ob id. l. non dubium. C. de legi. ergo eõ

uerso

uerſo,uno permiſſo permittitur omne illud quod uenit ex eo vel ob id,ſed occiſo bannito ſequitur reportatio armorũ ergo id videtur eſſe permiſſum. Quarto a maiori, quia permittitur occiſio quod eſt maius, ergo delatio armorum ob illam cauſam quod eſt minus,lege.nec in ea ff.de adulterijs Quinta quia beneficium principis debet late interpretari. l. finali.de conſti.princip. Et ſic cum reddatur immunis ab homicidio.ergo & a qualibet eius parte, & ſic a delatione armorum.Sexto quia ſicut vna lex declarat aliam. l. nõ eſt nouum.& l.nam & poſteriores.ff.de leg.& quod not.in l.ſciendum.ff.qui ſatiſda.cogan.ita vnum ſtatutum debet aliud declarare.l.omnes populi. & l.ius ciuile. ff. de iuſti.& iur.& iõ ſtatutum ꝙ nõ permittit arma portari determinatur p aliud ꝙ permittit bannitum occidi.ſ. vt intelligatur niſi portarentꝫ cauſa occidendi bannitum. Septimo a natura acceſſorij ad principale,quia permiſſa eſt occiſio ꝙ eſt principale, ergo & delatio armorum,maxime quia intereſt reipublicæ vt male factores puniantur,& ſic per omnem modum.l. ita vulneratus.ff.ad l.aquil.inducit.l.& ſi non ſint. §. perueniamus.ff. de auro & argen.lega.cum ſi. Vltimo inducit.l.illud.§.fi.cum ſi. ff.ad l.aquil.ſ.vt conſideretur ipſum propter ꝙ fit aliquid nõ ipſum ꝙ fit. Et iſta eſt melior ratio quam fecerit vna cũ illa ꝙ vnum ſtatutum declaratur ab alio.Si enim quis caperet arma,& occideret hominem & caperetur,non puniretur niſi de occiſo,quia in illo confunditur omne præambulum,vt l. nunquam plura.ita & in propoſito, quia homicidium ꝙ eſt permiſſum trahit ad ſe delationem armorum. Sit ergo concluſio ꝙ quia ſtatutum de inuento cum armis generale reſtringitur & declaratur ab alio,vt dictis iuribus.& auct.offeratur.C.de litis conteſt.vnum confunditur in alio, vt dictus inuentus cum armis puniri non debeat.faciunt pro hoc no. per Bar.in l.quæſitum.§.penul.ff.de fund. inſtruct. Et hanc deciſionem intelligo veram ſi non eſt magnum interuallum inter occiſiouem banniti & inuentionem cum armis,argu. l.contractus.C.de fide inſtru.cum ſi.Hoc autem an ſit longũ interuallum vel non ſecundum locorum diſtantiam & facti qualitatem iudicis arbitrio relinquatur,argu.l.1.in fin.de iure deli.cum ſi. Ex quibus etiam paret qđ id qđ dr̃ deinuento in reditu, haberet locum etiã in eo qui repertus eſſet in eundo ad illum occidendum ſi iudici de eo conſtaret per eaſdem rationes.

Vnum tamen nota quod dictante ſtatuto vt ſupra nõ ſufficeret ad pœnam exigendam ſola inuentio niſi fuiſſet etiam apprehenſus.vt l.ſi Barſatorem.C.de fideiuſ. & ibi per Bar.& in l.1.ff.de acq poſ.per Cy.C.eo.tit.licet.

49 Nono & quadrageſimo. †Sempronius volens interficere Titium bannitum eum fuit inſultatus,Titius aliter mortem vitare non valens occidit Sempronium.Quæritur an illud licite facere potuerit cum fecerit ſe defendendo per l.vt vim. ff.de iuſti.& iur.& ad l.aquil.l.ſcientiam.§. qui cum aliter. & C.vnde vi.l.1.Quia hæc quæſt.tangitur per doc.in d.l.vt vim poſſem cum eorum determinatione ſentire.Sed vt determinatio reddatur vtilior,arguam breuibus rationibus ad partes,deinde decidam.Primo ergo ad affirmatiuam arguo.bãniti,de quibus agimus non perdunt naturalia ſiue gentium iura,vt dictum fuit ſupra parte proxima q.5.Sed de iure naturali eſt talis defenſio permiſſa vt dictis iuribus. & l. 1.§.cũ arietes.ff.ſi qua.pau fe.dica.ergo id facere licuit. Secundo licet ſtatuto dicatur ꝙ non audiatur agendo vel defendendo illud intelligitur in iudicio,ꝙ aũt de facto nõ poſſit ſe defendere,illud ſtatutũ non dicit,nec ẽt aliuddictãs ꝙpoſſit impune offendi.ergo vltra id qđ in eis cõtineatur non deberet extendi.ff.ad muniei.l.conſtitutionibus.& l.quicquid aſtringendæ.de ver.obli.Tertio dicta defenſio eſt naturalis, & cũ præſupponatur eum aliter mortem vitare non potuiſſe eſt neceſſaria,ergo tolli non potuit,imo non intelligitur tolli p ſtatutum,vt in cle.paſtoralis.de re iu.& quod no.Inn.in c.cũ inter.de exc.Quarto pater & maritus poſſunt occidere adulterum.vt l.patri.& l.ꝙ ait.ff.de adul.& l. nec timorem. quod me.cauſa.tamen adulter propter metũ talis mortis aliquid promittendo poteſt agere actione,quod me. cau. vt d. l. nec timorem.ergo patet quod poterat ſe defendere, ſi enim nõ potuiſſet ſe defendere omnis promiſſio deberet eſſe licita, quia non poſſet dici iniuſtus metus illatus.eo.titu.l ſimiliter in princi.iuncta.l.qui in carcerem.Quinto lex generaliter dicit,quod cuicunque licitum eſt redimere ſanguinem ſuum. l.1.ff.de bo.eo.qui mor.& no.in l.tranſigere. de tranſact.C.& qualitercũq;. & ſic generaliter loquitur in perſonis & in modo ergo etiam iſtum comprehendit.l.1.§.generaliter.ff de lega.præſtan. Pro hac parte poſſent multa dici,ſed pro nunc hæc ſufficiant.

In contrarium quod immo veniat puniendus& ſic ad negatiuam arguitur.Primo quãdo alicui infertur iuſta iniuria, tunc non licet illam propulſare,vt no. in l. vt vim. præalleg. tunc enim non dicitur iniuria.inſtitu.de iniurijs.in princ.Sed volens occidere bannitum licite faciebat virtute ſtatuti,ergo non fuit licita offenſio contra eum. Et pro iſta rõne alle. Bar.ff.ad l.aquil.l.4. Secundo videtur caſus in l.2.C. quando lic.ſine iu.vin.& ibi ſentit gloſſ.ſecundũ Bart. q determinat in d.l.vt vim.Tertio allegatur etiam pro caſu.l.ſi ſeruus.C.de his qui ad eccle. confu. Quarto probatur ratione ſic,virtute dicti ſtatuti priuatus agit auctoritate publica, & videtur conſtitutus publicus officialis,vt dixi ſupra in hac parte. q.45.ergo ei non poteſt fieri reſiſtentia.C.de iur.fiſci.l.prohibitum li.10.& l.deuotum.de metha.e.lib.& ff.de rei vend.l.qui reſtituere.cum enim ſuccedat loco iudicis, ſequitur ꝙ talis reſiſtentia non eſt iuſta. 24.q.5.c.non eſt noſtrum. Pro hac parte facit deciſio domini Thomæ de azogui. in publica diſputatione in qua per multas rationes,& maxime ne offendens vel volens offendere,ſiue occidere legis auctoritate decipiatur.l.2.C.de his qui ve.ęta.impe.& per iura prædicta determinauit patrem volentem occidere adulterum inuẽtum cum filia non potuiſſe impune occidi ab adultero aliter mortẽ vitare non valente.ad quod vltra prædicta all.l.1.C.de exac. trib.&.C.de deſer.l.2.li.12.& l.quoniam.C.ad.l.iu.de ui.& incipit eius diſputatio. Pater adulterum inuentum cum filia. ut tamen ipſe ibi dicit, ille caſus eſt magis dubitabilis, quia non permittitur indiſtincte occidere adulterum, ſed tunc demum ſi etiam filiam occidit.l quod ait &l.patri. & ideo cũ non cõſt.an iure licito faciat magis eſt dubitandum,ad qđ facit.d.l.nec timorem, licet tamẽ ipſe non dicat ſi iam pater filiam occidiſſet minus eſſet quæſtio dubitabilis, quia amplius de licito iure dubitari non poſſet. Sit ergo concluſio ꝙ talis bannitus nõ potuit impune facere,& ſic debeat puniri. Qualiter autem puniri debeat dicam inf: a poſtquam reſpõſum fuerit rationibus ſupraſcriptis in contrariũ factis. Quibus ſic reſpondetur. non obſt. prima ratio, quia illud quod dicitur bannitum non perdere iura gẽtium vel naturalia,eſt verum niſi a ſtatuto aliud expreſſe vel tacite diſponatur, vt d.l.2.quando lic.ſine iu.vin.iuncta.l.omnes populi & dixi ſupra hac eadem parte q.2 vbi dixi defenſionem facti tolli poſſe.ex iuris cauſa ſubſiſtente.Non ob.ꝙ ſtatutum non extendatur,quia ipſum extendit lex virtute neceſſariæ conſequẽtiæ.l.ſi ita ſtipulatus fuero per te.de uer.obl.l.lex iul. de fun. doct.& plene per doc.in l.omnes populi.Si enim offenſio fit per ſtatuta licita,ergo ſequitur neceſſario ꝙ defenſio eſt illicita,& ſic illud ſtatutum diſponere intelligitur. Et ſic reſpõſum eſt ad tria priora. Ad quartum argumentum reſpondeẽ tribus modis.Primo quod intelligat̃ illa quãdo illicite poterat occidi,vt quia non incontinenti vel ſine filia, aliàs ſecus, vt.l.accuſationis.C.quod met.cau.Secũdo ꝙ licet poſſet occidere non tamen potuit propter id aliquid recipere.de condi.obtur.cau.l.2.Tertio quia ibi loquit̃ in eo qui non ſit effectus hoſtis reipublicę,& ideo non vt miniſtro legis erat permiſſum,ſed ut priuato ubi nota. Priores tamen ſunt generaliores,& melius faciunt ad propoſitum propter determinationem domini Thomæ præfati. Sed illa iura non multum faciunt ad noſtrum propoſitum,quia hic indiſtincte permittitur occidi,& ſic ſemper conſtat quod eſt iuſta offenſio,ibi non ſic,& ſic non proceditur a pari. Vltimum arg. non obſt. quia licitum eſt redimere ſanguinem, non tamen alium offendẽdo,aut enim eius ſanguinẽ iniuſte effundi uolebat, & tunc omnimodo licet redimere,ut in l.ut vim. Aut iuſtę & tunc aut ſine alterius ſanguinis effuſione redimere volebat & idem ut in iuribus in contrarium alleg. aut cum alterius effuſione,& dicendum eſt quod non, ut.d.c.nõ eſt noſtrum. facit tex.in ratione ſui in l.aſſiduis.C.qui po. in pign.ha.cum enim in hoc conflictu conſeruatione ſanguinũ agatur, magis fauetur ſanguini iuſte agentis quàm eius qui iniuſte egit. Io autem de lig. in tract.de bello in.4. art. verſi. 8. concludit quod aliquando lex permittit aliquid, quia nullo iure prohibetur.31.q.1.hac ratione aliquando permittit aliquid cõtra conſtitutiones humanas ut contrahere olim in quinto gradu.35.q.3.c.quodam.Aliquando & ſic tertio modo permittit actum tolerando,non quia alias illicitum,ſed actum non punit, vt dicit tex.4.di.c.denique.& 33.q.1. ſi quid verius. Ex quibus infert quod ſi ſtatutum permitteret tolerando & pęnam remittendo actu remanente illicito,tunc liceat bannito ſe defendere. Si uero permittit poſitiue faciendo de actu illicito licitum,tunc non poſſit ſe defendere,quia legis miniſterio offenditur quæ iuriſdictionem tribuit l.& quia.de iuriſd.omn.iud. & ſic effectu concludit eum in propoſito puniendum.Licet autem dictus bannitus aggreſſorem occidẽs veniat puniendus ex tali homicidio propter quod poſſet iterum banniri ut dixi in primo tempore parte.1. q.3. Non tamen etiam ſecũdum prædictum do. Tho debebit puniri de homicidio doloſo,ſed culpoſo tãtum,ar.C.ad.l.cor.de ſica. l.1.cum ibi no.ff.ad l.aquil.l.ſi putator.& inſti. eod.tit.§. ſi itẽ putator.& ita etiam in eo qui exceſſit modum defenſionis tenuit Io.An.in addi.Spe.in rub.de homi.per legem.l. corn.

de

de ſicar. & d.l.1. alle etiam c. olim. de reſti. ſpo. & ita dicit fuiſſe ſeruatum, ita etiam dicit Bal. in c. ſi quis ſua. to. colum. de pa. iur. fir. & alle. Io. An. in c. ſignificauit de pe. & remiſ. & ita in hac ciuitate iudicatū fuit in eo qui vt defenderet ſiue vindicaret fratrē ſecūdū formam ſtatuti iam percuſſum cum lapi de illum qui percuſſit interfecit. Fuit enim punitus de exceſſu non de homicidio non enim incontinenti expirauit, ſed ex poſt facto. & ſic non contradicit ei quod dicam in fine proxima, q.

Sed aduertendum quia illo caſu & in caſu Ioan. And. illicita erat defenſio vel offenſio ad vindictam, vt dixi, ſed cum moderamine, & ſic dabat operam rei licitę. In caſu autem noſtro dabat operam rei licitę, quia verberatio aliqua cauſa defenſionis, non erat licita. & ſic videtur fuiſſe in dolo per no. per Cyn. in l. 1. ff. quod quiſque iur. & per Bar. & alios in l. diuus. ff. ad l. corne. de ſica. Et ideo forte hoc caſu non habebit locum deciſio vltimo dicta, ſed puniri debebit lege Cornelia cum ſciret ſe impune offendi poſſe Pro quo videtur caſus in d.l.2.C. quando lic. ſine iud. vind. Pro quo vide quod habetur in c. ſicut dignum. de homic.

50 Quinquageſimo loco† quia vt ſupra dictum fuit in proemio in hac materia ſtatuta diuerſimode loquuntur mutatis in aliquibus terminis ſtatutorum. Ponitur ſtatuto caueri ꝙ bannitus pro eo quod fecit contra ſtatutum ciuitatis poſſit impune occidi; bannitus vero pro membri abſciſſione vel pro cicatrice vel pro percuſſione ſanguinolenta poſſit excepta morte qualitercunque offendi in duplum. Bannitus autem pro inſultu non poſſit, niſi manibus vacuis offendi. Ex hoc ſtatuto oriuntur varij & diuerſi tituli quęſtionum & ideo incipiendo a prima parte. Quæro Titius fuit bānitus ad mortem ex eo, & pro eo quod ſuper platea communis interfecit hominem propter quod inſurrexerit rumor, quæ omnia fuerunt contra honorem & ſtatum communis Florentiæ, vt in banno dicebatur, demum fuit a Sempronio interfectus, an impune occidi potuerit. Hæc quæſtio ſubtilis ē & habet duos paſſus. Primus an dicatur bannitus ex eo ꝙ fecerat contra ſtatum. Et videtur ꝙ ſic, quia verba inquiſitionis ſiue proceſſus ita ſe habent, & illud continent, ergo eis ſtari oportet. l. cum quædam puella. de iuriſd. omn. iud. præſertim omnia in inquiſitione contenta intelligitur fuiſſe cōfeſſus, & ſic confeſſioni ſtādum. l. in eos. & l. fi. ff. de cuſt. reo. Sed non inſiſtendo in ſuperfluitate verborum veritas eſt in contrarium. debent enim verba dicti ſtatuti intelligi de eo q principaliter fecerit contra ſtatum uon aūt de eo qui ſecundario. proprius enim ſignificatus eſt in his quę per prius ſignificantur nō in his quæ per poſterius. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de uulga. & pupill. ſubſtitu. Et ſic debent intelligi in ſtatutis: hoc eſſe verum, patet ex regula generali quę eſt, vt ſtatuta recipiant paſſiuam interpretationem iuris communis lege ſecunda. C. de noxa. & nota in l. iuſiurandum, & ad pecunias. §. fina. ff. de iureiuran. & C. de iur. deli. l. fi §. in cōputatione. Sed diſpoſitio iuris communis ſuper aliquo ſimpliciter facta intelligitur quando illud principaliter fit, nō quā do ſecundario vt oſtendam, ergo & ita in ſtatutis: quod debeat intelligi principaliter probatur in multis iuribus, in lege prima. § huius ſtudij. ff. de iuſt. & iu. & ibi tāgit Iac. But. ff. de in integ. reſtitu. l. non ſolum in fin. & quod ibi nota. per glo. & Guiliel. ſi cer. pe. l. ſi quis nec cauſam. & quod ibi per Iaco. But. De quo dicam infra parte proxi. q. ſexta. Et pro hac deciſione eſt tex. optimus in l. prima. §. merito. ff. depo. & ibi per Bal. deciditur hæc quæſtio per illum tex. probatur ēt in l. ſi quis ingenuam. §. in ciuilibus. ff. de capti. & optime facit tex. in l. famoſi. ff. ad l. iul. ma. in. §. hoc tamen crimen. Ex quibus ita ſæpiſſime extitit iudicatum. Non ob. narratio facta in accuſatione ſiue inquiſitione, quia aut intelligitur nō principaliter, ſed ſecundario, vt ſic in cōformet ſe cum iuris communis diſpoſitione. l. lucius. §. pe. ff. ad municip. cum ſi. & non habet obſtare. Aut aliter intelligitur, & illud uihil releuat, aut accuſatorem, aut iudicem. l. 1. §. accuſationem. ff. ad tur. & C. de ſenten. l. ſi ex ſtipulatione, quinimo nec confeſſio. l. confeſſionibus. ff. de inter. act. & l. ornamentorū. ff. de au. & ar. leg.

Sed contra prędicta videntur facere no. per Bar. in l. ambitioſa. ff. de decre. ab ord. fa. vbi dicit quod ſecundum ordinē intellectus vterque lędit principaliter. ſ. priuatus & reſpublica. Sed non obſt. quia aut illud loquitur in fauorabilibus diſpoſitionibus, & non in odioſis, & in regula odie. li. 6. Aut ſi verum eſt ꝙ lędatur, vt dicit, non tamen læditur circa ſtatū aliàs diceremus eſſe omne maleficium circa ſtatum reipublicæ. Offenditur enim illa, & ideo eius intereſt, vt maleficia puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad l. aquil. & tamen certiſſimum eſt quod regulariter nòn dicuntur committere contra ſtatum ciuitatis regularia maleficia committentes, vt furta, homicidia, & ſimilia. & eſt tex. in d. §. hoc tamen crimen. Non ergo defenditur Sempronius a prima parte ſtatuti. Et ideo reſtat ſecūdus paſſus ſiue articulus. ſ. an defendat ex interpretatione, ſiue extenſione. Et primo videtur dicendū quod ſic quia tale ſtatutum quod banniti poſſint impune offendi eſt factum fauore reipublicę. ergo debet extendi. l. 2. §. exercitū. & ibi gl. ff. de his qui no. ĩ. Idem ſi nō ſit mere fauorabile reipublicę, ſed partim odioſum ipſi bannito, iuxta no. in l. 2. C. de in ius vocan. Idē ſi ſit penitus odioſum, quia ēt in pęnalib. proceditur de ſimilibus ad ſimilia vt no. in l. ſi pignore. §. ſi poſt diſtractam. ff. de pig. ac. & in l. athletas §. calumniator. ff. de infa. & eo. tit. l. quid ergo. §. pœna grauior.

In contrarium ꝙ imo non eximantur a pœna homicidij per dictum ſtatutum. Nam aut ipſum ſtatutum dī in totum odioſum & pœnale. & non debet extendi, vt no. glo. in l. pen. ff. de in ius voc. & l. furti. §. fi. de his qui no. infa. & in regula odia. Aut dicetur partim fauorabile & partim odioſum, & quatenus continet odium. ſ. reſpectu bannitorum non extēdit, ſed reſtringet, vt hī in d.l.2.C. de in ius voc. & ff. eod. tit. l. ſed ſi hac. §. patronum & quod hī in l. cum hi. §. qui tranſigit. de tranſact. & in l. 3. C. quòd me. cau.

Circa hunc articulum multa dici poſſent. Sed quia eſſent extra propoſitum me in breuibus expediam. Concludens dictum ſtatutum exorbitans a iure communi non extendi, niſi quatenus abſurditatem contineret ſi non extenderetur. ff. de pe. hær. l. ſi a domino. §. ſi prædo. de excu. tu. l. ſcire oportet. cū ſi. & hoc per regulā generalē, quæ hī in auct. quas act. C. de ſac. ſan. ecc. & plene in l. omnes populi. Statutū ergo p̄miſſum eximit a pœna offendentem etiam ad mortem bannitum, pro eo quod fecerit contra ſtatum. Iſte non erat de illis, ergo non continetur in ſtatuto. Et enim non conueniunt verba ergo nec diſpoſitio legis l. hos accuſare. §. fi. ff. de accu. cum ſi. Item eximit offendentem bannitos pro cicatrice &c. & certo modo. De bannitis autem pro homicidio nihil dicit ergo remanent in iuris communis diſpoſitione. l. commodiſſime. ff. de lib. & poſt. l. ſi cū dotem. ff. ſol. ma. Sicque impune occidi non poſſunt. Quia tamen abſurdum eſſet quod bāniti pro minori delicto poſſent offendi, & banniti pro maiori non, contra. l. non ſolum. ff. de noxa. Puto dicendum ꝙ tales banniti poſſent offendi, prout poſſunt banniti pro cicatrice & delibitatione &c. Arg. eorum quæ nota. in l. tale pactū. §. ff. de pact. & quod no. in auct. de coll. §. vt prohibemus. vbi perditio membri ęquiparatur perditioni vitę: hī ēt in Limpęrium. de iuriſd. omn. iud. per Bar. in l. 2. de pub. iu. per *Bald. in l.* C. de accu. Et erit vtile in propoſito, quia cum ipſum poſſet excepta morte qualitercunque offendere non punietur de homicidio ſimpliciter ſed de exceſſū, vt dictum fuit ſup. proxi. q. quod intelligo verum ſi ex verberationibus vel vulneribus non ſtatim expiraſſet. Tunc enim non præſmitur illum voluiſſe occidere, ſed quatenus ſibi permittebatur offendere. Si autem animosè ei tot vulnera intuliſſet quod eum ſtatim fecerat expirari, volens de eius morte certificari, tunc non puto eum modo aliquo defendi ab homicidij pœna. apparet enim quòd aliud quàm quod ſibi permittebatur facere voluit, extra de homi. c. ſignificaſti. ad l. cor. de ſica. l. j. & ideo non tanquam modum excedens, ſed tāquam omnino aliud perniſſum faciens punietur. l. diligenter. ff. mand. *In incertis* non certis locus eſt coniecturis. l. continuus. §. cum ita. de verb. obli.

Circa idem ſtatutum alia inſurgit quæſtio. Et ideo quin-
51 quageſimoprimo quęro. † An bannitus pro amputatione membri, ut ſicut ille poſſit offendi, ita bannitus pro amputatione digiti. Hæc q eſt vulgaris, & in mnltis iurib. tractat. Primo. n. tex. cum glo. & ibi doc. cōiter in l. non ſunt liberi. ff. de ſta. ho. tenet quod digitus non ſit membrum, ſed officiū mēbri, & ita dicit ibi Bar. ſe conſuluiſſe. all. l. idem offilius. ff. de edi. edic. ad idem alle. Rich. de ſali. eo. tit. l. quæritur. §. ſi quis igitur. ad l aquil. l. inde neratius. §. idem iul. & de le. 2. l. peculiū. §. quadrigæ. & C. de ſer. fug. auct. ſed nouo iure. Nec ob. ꝙ videat abſcindere partē mēbri, & ſic ſit idē ius qđ in toto mēbro, vt l. quæ de tora. ff. de rei vend. quia illud verū vbi eſt eadē ratio. ar. d.l. imperium. & quod ibi hī, ſed hic non eſt eadē rō, quia ſtatutū ponderat facti atrocitatem, vt ex ſe patet, ita dicit Bal. in d.l nòn ſunt liberi. Bar. uero in l. 2. ff. de pub. iu. multū no. dicit quod propriè loquēdo digitus non eſt membrū, proprie. n. eſt corporis pars. Mēbrū. n. dī a metior metiris, largo aūt modo dī membrū quęlibet particula corporis, ſicut in domo quilibet lapis dī pars domus, vt no. in l. cū qui ædes. ff. de uſuc. licet habeat proprie ſuas partes per diſtinctionē officiorū ſeu miniſteriorū, vt ſalam, cameram, coquinā &c. l. ſi finita. §. ex hoc edicto. ff de dam. infec. & iō cū ſtatutū debeat proprie intelligi, talis non dī bannitus p̄ mēbri abſciſſione ſiue amputatione, & ſic nō continet in ſtatuto. quod dicit eſſe uerum, niſi ex uerbis ſtatuti aliud colligat. Puta ſi dicit, ſi quis abſciderit alicui membrū ei ſimile membrū abſcindat. Si. n. abſciderit alicui digitum ſimilis digitus ei abſcindet per relationem qualitatis arg. l. nonunquā. ff. ad tre.

& idem

Digitized by Google

& idem refert & sequitur Bal. in d. auc. sed nouo iure. Et addit ꝙ si extraheret dentem, dabit aliũ dentem sicut diximus in pœna talionis. & alleg. quod no. insti. de iniur. §. pœna. Subdens quod ea quæ non proprie dicuntur membra possunt diminuto vocabulo appellari membrula, quia non est aliquis digitus in manu qui officium proprium non habeat, ut docet experientia. Ipse tamen Bald. in l. reos. C. de accu. in 2. colum. dicit quod omne id quod habet in corpore nostro propriam, & distinctam operationẽ est membrũ, vnde oculus cuius proprium est uidere, auris cuius ꝓpriũ est audire, nasus cuius proprium est odorare, lingua cuius ꝓpria est operatio gustare, manus cuius propria operatio est tãgere, pes cuius propria operatio est ambulare sine dubio membra sunt per se potentia in proprias, & distinctas operationes. & alle. partem iurium superius alleg. extra de corpo. viti. per totum. & ex prædictis patere dicit ꝙ membra generationis sunt membra quæ habent proprias, & distinctas operationes, immo secundum eum dicuntur esse mẽbra ualde nobilia, & per quę saluatur species humana dicens, ꝙ mutilans illa punitur tanquam immunis naturę eo modo quo puniretur si occiderit. l. 3. ff. ad l. Corne. de sica. & subdit ibi quod quia barba est pars formalis corporis amputans barbam dicitur amputare membrum. argum. l. in rem. §. 1. ff. de rei vend. quod nota. & adde quæ ipse no. in l. data opera. C. qui accus. non pos. vbi dicit quod mamillæ mulierum sunt membra, sed non mammilię hominis, & nihil allega. Prædicta quidem intelligenda sunt in membro habente suam virtutem siue operationem, si autẽ esset aridum dubitatur an veniat appellatione membri. Guil. & Ray. in l. sed & si pupillus. §. proscribere. ff. de instito. tenent per illum tex. quod sic, & alle. l. 3. §. 2. ff. ar. fur. cæ. Bald. in d. l. non sunt liberi. dicit cõtrarium, alle. no. in l. vitem. ff. arbo. fur. ce. ubi tangit Laco de Aret. & hoc verius puto, statutum dicit, si quis debilitauerit membrum siue manum &c. Ea enim quæ non habent sensum siue vigorem debilitari non possunt. l. decem. de verbo. obli. cum si. Si autem statutum non referret se ad sensum aut officium ipsius membri, & tunc credo ueram decisionem Gui. & Ray. ut puta quia statutum dicit, si quis offenderit alicui oculum, licet enim obscuratus sit siue obcæcatus, sit tamen ita cęcatus cum corpore est unitus, & ideo patitur effoditionem & idem si statutum diceret si quis amputauerit alicui manum, & ita uidetur tex. in d. l. uitem, quæ est lex. 2. §. 1. ver. ideo facit. l. amissæ nauis. cum ibi no. ff ad l. rho. de ia. Quod forte potest dici esse uerum si manus uel oculus a casu aridi facti sunt. Si autem a natura sic producti fuissent tũc secus esse videtur. Cum non habuerint primordium ueritatis, vt. d. l. uitem. §. si quis ex seminario facit. l. cum filius. §. hæres. de leg. 2. & fateor prædicta procedere in statutis quæ intelliguntur, ut iacent, si autem in sententia contineretur qđ alicui deberet amputari manus, tunc non uidetur satisfieri sententiæ, nisi amputetur virens, & non arida. Illa enim intelligitur ut pœnam afferat. ff. de pœn. & C. per totum, quæ nõ esset si uerificaretur in manu arida, & ita intelligatur ꝙ dici solet in d. auct. sed nouo iure. C. de fer. tug. Contrarium tamen fuisse determinatum refert, & sequitur Ioan. Andre. in regula in pœnis. lib. 6. in mercu. dicit enim illud esse uerum membrum, & ualere ad decorem. 1. q. 1. c. sicut urgeri. & sic pœnam continet; pro quo facit. l. si de interpretatione. & l. præses. ff. de pœn. Quæ decisio potius fundatur ęquitate quã iuris rigore, ut ibi patet. Quæ æquitas cessaret si propter delictum cum manu ualida commissum sic damnatus existeret. tunc enim ex collatione processus declaretur sentẽtiam debere intelligi de manu quæ delinquit, & sic ualida, argum. ff. sd Treb. l. nonnunquam. & quod dictum fuit supra circa princip. q. Bald. vero in l. 1. C. qui accu. non pos. in fi. tenet simpliciter quod manus non habens aliquod officium non dicatur membrum. alle. Aristotelem in 1. de anima. & in 4. Metha. ad fi. Ex his colligitur ad propositam. q. An bannitus pro amputatione digiti dicatur bannitus pro amputatione mẽbri. & dicitur quod non. quod intellige nisi ex vulgi opinione aliud diceretur. l. labeo. de suppel. le. de uerbo. significat. l. alfenus. cum si. Item colligitur quando quis dicatur bannitus pro amputatione membri.

Sed incidenter quæritur an saltem dicatur membrum debilitare ille qui amputat digitum. Bald. in d. l. non sunt liberi. dixit quòd sic, & patere dixit in effectu, læsa enim est membri operatio. Et idem videtur uelle Bartol. in d. l. secunda, de publ. iud. dicens quòd tunc uidetur debilitatum membrum quando eius officium aliqualiter impeditur, alleg. d. l. idem offilius. & idem Iacob. Butri. dicens considerandum esse qs digitus sit amputatus, ut ipse scripsit in d. l. non sunt liberi. quod Franc. de Are. in l. & quantum. de edil. edic. intelligit verum, duntamen ad minima officia non trahatur per. l. 1. §. sed iciendum. eod. tit. Probatur decisio prædicta, quia illud quod est debilitatum non est sanum, vt ibi, & eodem titul. l. offilius. & ideo ubicunque dicitur quod propter id quo qs caret non est infirmus, & sic remanet sanus, sequitur quod non est debilitatus per locum a consequenti destructo. Et ideo dicitur quod qui caret dente uel testiculo non dicitur debilitatus nec membro mutilatus. l. Pomponius. & l. cui dens. eodem titul. debet etiam intelligi hoc in debilitatiõe perpetuo remansura, vt dicam infra proxim. quæstion. Et ex his prædictis puto quod hoc an sit debilitatum membrum vel non remaneat in arbitrio iudicantis qui debet committere iudicio peritorum, ut in iuribus infra proxim. quæstio. alle. nisi ex facti euidentia appareat notoria debilitatio. l. si quis irruptione. fini. regu. Quid enim si uni scriptori, uni pictori, vni præsbytero, uidelicet in totum amputaui policem qui reponi non potest. certe. uidẽ illius manus officiũ fere priuatum nedum debilitatum. Et ideo tunc re existente clara medicis commissionem nõ faciet. Facit de cle. egro. capitu. præsbyterum. & de cor. viti. capitu. primo, secundo & terrio, & d. l. quantum. & quod no. in l. inde Neratius. § idẽ Iul. ff. ad l. Aquil. si autem digitus non est pœnitus remotus, sed os est fractum uel inclusum, sed non taliter quod secundum peritiam medicorum curari non possit, recurrendum erit tunc ad commissionem secundum ꝙ dicam inf. proxi. q. Sed si uidet modicam scissuram factam esse, tunc a seipso iudicabit imponendam esse pœnam simplicis vulneris, vt. d. § sed sciendum, et. l. vulneris. ff. de iniu.

Stante eodem statuto supra quinquagesima. quæstio. descripto. Sequitur quinquagesimo secundo † uidere quando quis dicatur bannitus pro cicatrice, ut sic excepta morte qualitercunque offendi possit. Iste articulus est subtilis, & pulcher, & quotidie uersatur in practica, & proterea deberet late examinari, vt tamen non aliter quàm promiserim euagari contingat, quam breuius potero quæ per alios, & per me inuestigari uidi, his subijciam, ut habeatur notitia ueritatis. Aut saltem ad illa inuestiganda detur materia iuxta posse. 52

Ad cuius articuli doctrinam sciendum est, quod quibuscunque statutis exaggerantibus siue aggrauantibus pœnas, ut in proposito punientibus acrius facientes vulnera ꝙcum cicatricibus quàm sine, non intelligitur hoc nomen, ita rudiciter ut iacere videtur. Cicatrix enim ẽ corporis deformatio, ita dicit tex in l. locum. §. primo. ff. de usufruct. ibi. Nec corpus cicatricibus deformetur. Sed intelligitur de tali deformatione quæ sit in apparenti parte corporis, sitque ibi ꝑpetuo remansura: sic enim in exaggeratiuis talia considerãtur, ut probatur. ff. de iniu. l. prætor. §. atrox. & l. vulneris magnitudo. ff. de pœn. l. aut facta ꝓ totam. probatur apertius in l. fi. §. quoties. ff. de ed. l. edic. & extra de cor. uiti. cap. 2. ubi in his quæ non sunt, leuis effectus perpetuitas morbi consideratur. eius enim morbi quod est in uia salutis non habetur cõsideratio. l. quæritur. §. idem ait. eodem titu. & dicitur esse in via salutis quando propter diligentem curam; Casus. n. eueniens ex defectu curationis morbi malitię nõ ascribitur, sed ægri culpæ uel ignauiæ. l. qui occidit. §. fina. ff. ad l. Aquilia. & quod habetur. C de emen. propin. l. 1. & per Barto. in l. fin. ff. de sica. Et ad sic intelligendum statutum astringit nos uiua ratio. Antenamque perfectam curam ex quolibet vulnere in facie illato uituperatur facies, & deformatur. Item in cõsolidato vulnere semper certo tempore remanet quoddam vestigium siue quædam effigies quæ demonstrat fuisse vulnus, de illa enim non intelligitur statutum aliàs superfluum foret, cum ut dixi ex quolibet vulnere id sequatur. Intelligitur ergo statutum de cicatrice perpetuo remansura. Pro qua determinatione facit quod verba legis sine temporis determinatione prolata ad tempus perpetuum intelliguntur. ff. de excusa. tutorum. C. de pœn. l. seruus. ff. de bon. auto. iud. possi. l. in uenditione. §. primo. Item de ea deformatione intelligitur per quam corpus deformatur in apparenti loco corporis; quod etiam probatur, quia potest esse effigies deformans corpus, & tamen non diceretur cicatrix probatur in d. l. quæritur. §. final. de edi. edict. & in l. final. ff. de his qui deie. uel eff. ubi ponitur disiunctiua inter cicatricem, & deformationem. & sic patet quod non omnis deformitas dicitur cicatrix. per illas enim interdum dignoscitur homo. l. stigmata. C. de fabri. libro vndecimo, ubi uide not. dictum. Bartolus l. prima, in fine. ff. de seruis. fugiti. ubi text. not. facit differentiam inter notam, & cicatricem. Licet enim appellatione notæ contineatur cicatrix. non tamen econuerso appellatione cicatricis continetur nota, ut ibi patet. intelligi etiam debet statutum de ea cicatrice, quæ ex vulnere perpetuo remensura sit habita diligenti cura, quia semper verba maxime statuti debẽt intelligi ut inspiciat causa ꝓxima, & nõ remota. ff. qđ me. cau. l. me

Digitized by Google

tum.§. sed licet uerum.quia talis cognitio non pertinet ad iudicem iuristarum quando casus occurrit,debet fieri commissio medicis qui iurati referãt an ex vulnere sit perpetuo remansura cicatrix.l.semel.C.de re mi.lib.12.l.1.§.1.ff.de vẽ.inspi.& in proemio.ffforum.§.prim.de sta.ho.l.septimo mense.extra de homi.c.significasti.cum si.Si ergo facta commissione seruata forma medici iurati referunt ex vulnere remãsuram perpetuo cicatricem,& sequitur conndemnatio,tũc dicetur quis pro cicatrice damnatus. Si autem inquisitus uel accusatus non comparuit, & propterea seruata forma statutum nulla facta commissione contumax fuit habitus pro confesso, & deinde damnatus siue in banno positus est aduertendum. Nam aut accusatio siue inquisitio simpliciter dixit vulnus fuisse factum cum cicatrice.Aut adiecit uerba perpetuo remansura.Primo casu non dicetur bannitus pro cicatrice,prout requirit statutum, quia cum possit intelligi de temporali,& perpetua,in dubio intelligitur de tẽporali.ff.de pę.l.ti præses.Vide tamen quod dicam infra ad fin. q.ubi declarabitur hoc dictum.Secundo casu aut narratur vulnus fuisse in apparenti parte cprporis, & intelligetur condemnatus siue bannitus pro cicatrice.nullus enim apparet error,& ideo confessioni statur.l.in eos.& l.fin.de custo.reo. Aut in parte occulta,& non habebit locum statutum, vt patet expræmissis.Puto tamen quod cum hæc subtilis inuestigatio non cadat in mente siue discretione idiotarum, sicut dicitur in simili in l.quid si nepotes.ff.de testa. tut.quod offendens bãnitum pro vulnere cum cicatrice, aut est immunis,ut sup.aut mitius propter talem errorem puniri debet. l.si adulterium cum incestu.§.1.ff.de adul.

Vnum etiam circa prædicta notandum est quod nõ semper statur relationi medicorum,sed potest per facti euidentiam probari contrarium secundum quod dixit Gui.de Suza in d.proemio.ffforum & refert & sequitur Ioan. Andr. in addi.Spec.in tit de homi.ver.1.ubi de tali commissione aliqua dicuntur.

Et quia hæc materia ut dixi supra pertinet magis ad iudicium medicorum quàm legistarum.Hic inseram Tractatellum quendam quem super materia occurrente composuit eximius artium,& medicinę doctor magister Christofor Georgij de Florentia mihi pater reuerendus cuius tenor hic sequitur.

Quia iudicium de cicatricibus, & uestigijs pœnes inexpertos in scientia medicinæ a recto tramite ueritatis multum est dissonans.Idcirco me ipsum cupiens ac etiam eos aliqualiter declarare,hanc breuẽ summulam connotaram ex auctoritatibus Hypocratis, Galeni,& Auicennæ,sic superficiẽtenus compilaui.Resecans igitur uerba superflua. sciendum est quòd præfati auctores per cicatricem intelligunt concauam superficiem, & callosam ex consolidatis ulceribus uel vulneribus derelictam,a quibus alicuius sensibilis partis spermatici membri deperditio facta fuit.cuius concauitatis causa est depditio sola maxime autem cutis grossæ uel ossis.Sunt autem spermatica membra,quibus in principio generationis pro materia semen subijcitur, & sibi in colore simulantur,sicut sunt ossa,nerui,venę,pãniculi, chartilagines,& cutis grossa. Hæc autem membra si ab eis aliqd sensibile deperdatur per uiam primæ intentionis consolidari non possunt sicut carniformia mẽbra,q̃ vera unione possunt absque vlla concauitate coniugi. Supradictorum uerborum ſnĩa maxime contrahitur ex dictis Hypocratis ac commentatoris eiusdem sexta particula amphorismorum dicit.Vulnera quæcunque annua fiunt aut longum tempus habent,est necesse os emitti,& cicatricem concauam remanere.Idem expresse ponunt eadem particula illo amphorismo.Quãdo incisum fuerit os,aut cartilago,aut neruus nec crescit nec conglutinatur subaudi sicut primo erat.Enucleatur etiam similis intellectus pluribus auctoritatibus Galleni in tertio de ingenio sanitatis.2.c.sic dicentis. Vnde quædã aliquando harum intentionum monstrat aliquid incurabile fore sicut concauum vulnus quod non solum carnem amisit sed etiam ossa.Impossibile enim est hanc concauitatem oportune repleri,vulnus tamen poterit consolidari &c.& in eo.lib.c.4.sic dicit.Cõcaua enim carne uice eius quod amiserunt replenda sunt,Carnis autem materia sanguis est. Ea vero quibus nihil carnis deest, necesse est consolidari, & sanari,cutis tamen eius causa extitit.Carne quidem,& pingue dine amissa,possumus ea restaurare sicut ea quæ amputata fuerant,cutim autem reddere non possumus,unde ingeniãdum est,q̃ uice cutis faciendum sit q̃ carnis tegimẽ existat. cutim enim restaurare impossibile est. Supple & similiter alia spermatica membra restaurari est impossibile cum aliquid sensibile deperditur,maxime in ætate perfecta, sed loco.partis deperditę aliquid reapponitur incomplete quod à præexistentibus diuersificatur in genere. Non autem sic euenit carniformibus membris.Supradicte igitur impossibilitatis restaurationis in spermaticis membris triplex est causa.Prima ipsorum durities,unde extendi non possunt.Secũda humiditatis,& roris paucitas quæ loco partis deperditę debet subito reapponi seu partes disiunctiuas coniungere. Tertia virtutis generatiuę sed assimulatiue debilitas q̃ multum in eis deficit per respectum ad carniformia membra; ossa difficilius solidantur cum inter ea sint duriora debiliora ac etiam minus de humiditate participent. Supradictis sententijs etiam est conforme quod ponitur ab Auicenna lib.1.sen.4.c.de medicationibus solutionis cõtinuatis cum dicit.Impossibile enim est vt restauretur os & proprie ĩcorporibus consistentium nisi secundũ hunc modum, quoniã nullo modo redibit ad continuitatem &c.& statim in eod. c.subdit.Si uero illud quod perditum est tantum fuerit cutis necesse erit ut cicatricem inducat &c.Consonat etiã qd' ipsemet Auicenna ponit lib.4.sen.10.tracta. 1.& ca.1. cum dicit. Dico ergo quod nos conamur in quibusdam membris quorum cõtinuitas est soluta,vt redeat eorum continuitas sicut fuit,& illud sicut in carne, & conamur in quibusdã eorum,ut remanet contractus eorum cum conseruatione, licet non redeat ipsorum continuitas, & illud in osibus &c. supple & in alijs membris spermaticis.Ex quibus clare patet quod tunc remanet vera cicatrix cum aliqua pars sensibilis spermatici membri deperditur,maxime cutis uel ossis. Potest autem tam parua quantitas ipsorum deperdi quod non sequetur exinde cicatrix.

Nunc autem de uestigio aduertendum,quòd nihil aliud est uestigium,nisi signum ex carniformibus cõsolidatis vulneribus derelictum,a quibus nihil sensibile spermatici membri fuit amissum. dicuntur autem talia vulnera per uiã primę intentionis uniri etiam si sint magna sicuti clare ponit Auicenna.libro 4.sen.4.tracta.1.ca.de cura uniuersali carniformium vulnerum,cum dicit.& si fuerit scilicet solutio q̃tinuitatis, ita ut ne concurrant extremitates eius.quoniam sunt rotũdæ elogatę,aut diuersę figurę,aut iam destructa est ex eo caro pauca non plurima,tunc eius cura est futura, & prohibitio aggregationis humiditatis in ead. & statim post subdit.Et si fuerit profunda,scilicet solutio contiguitatis, & magna,tunc strictura etiam facit eam adhærere multoties post quam adhærentiam siue consolidationem completam non remanet cicatrix,sed supradictum uestigium de quo vestigio maxime mentionem facit Auicen.libro 4.sen.4.trac. j.cap.de medicinis consolidantium & sigillatiuis,dum dicit. Quod si non auferatur illud.s. quod carne superfluit procul dubio sit uestigium vlceris superius cute.Potest autem esse vestigium si in apparenti membro fuerit ipsum manifeste vituperans sicut quamplurimum euenit post consolidata vulnera quæ solum in carne fuerunt,quibus vt coniungerentur necessaria fuit futura,ac etiam ligatura. De istis autem uestigijs facit Auicen.capitulum.libro 4.sen.4. vltim. tracta. & c. & sic dicit rubric.capituli.Eradicatio.i. modus curationis, vestigium vulcerum,& vulnerum.Simili modo etiam ipse met Auicen.sen.7.quarti.Cum de decoratione loquitur seu vituperatarũ partium correptione facit appropriatum capitulum uestigijs vlcerum,& variolarum.& dicit eius capituli rub.de vesti.vlce.& vario.Ex quibus satis patet quod vestigium potest esse vituperãs,ac etiam quomodo aliquod magnum vestigium existens in membro patenti plus ipsum vituperabit quàm aliqua parua cicatrix in eodem existens, sicut de facto euenit in vulnere magno in facie facto a quo nulla fit deperditio spermatici membri,tamen propter eius magnitudinem,& labiorum distantiam indiguit futura,& ligatura,vt labia coniungerentur,vnde remanet apparens vestigium ipsam faciem manifeste uituperãs,quæ vituperatio non sequetur in aliquo paruo vulnere etiam in facie facto a quo facta erit abscisio cutis, uel alterius partis spermatici membri. Ex quibus concludendo colligitur quod quandoque uerum est dicere,facies est uituperata per apparens uestigium,& tamen uituperate non est per cicatricem, & quã plurimum etiam euenit econuerso.Simili modo etiam esse potest quod nec erit uituperata ex vno paruo uestigio nec etiam ex vna parua cicatrice,vnde ad hoc vt facies, seu aliqd membrum apparens uituperatum existat requiritur, ut tanta sit facta lęsio in superficie dictorum membrorum seu diminutio in ipsorum quãtitate quod oculo, corporali videatur a longo talis concauitas seu uestigium derelictum. Ac etiam est necesse q̃ in illismęt partibus sit uera egritudo difformans faciem in superficie seu in quantitate uel ẽt in figura ſm iudiciũ peritorũ in scientia medicinæ.Qñ aũt vituperatio sit ex uestigio aut cicatrice nõ bene põt a lõge discerni,sed ex ꝓpinque ꝓpito medico ꝺrelinquo. Vnũ est vltimo

vlte-

Digitized by Google

vlterius aduertendum quod quanto vera vestigia plus elongantur iu tempore, & veteraſcunt tanto plus corriguntur ſolum ex operatiõe naturæ,nec ita poſſunt diſcerni ſicut in eorum principio. Oppoſitum autem euenit in cicatricibus veris cuius cauſam ſpeculare uolẽtibus pro nunc dimitto, licet ex ſupradictis ſatis leuiter poſſint haberi. Sic igitur hic finem dictis impono ſubijciens me correctioni,&c.Chriſtoforus.Ex his itaque colligitur,ꝙ cicatrix uera non poteſt eſſe quin ſit perpetuo remanſura,& quia vt ex iuribus ſupr.alle. apparet quod etiam interdum intelligitur cicatrix aliter quàm intelliguunt medici plurimum in ſtatutis adijcitur ꝑpetuo remanſura,& ideo id quod ſupra dixi ꝓceſſu formato ſimpliciter cicatrice non intelligi bannitum pro ea quæ ſit perpetuo remanſura.debet intelligi uerum ſi in ſtatuto illa verba perpetuo remanſura perſiſtunt per not.in l.tertia, §.docere.ff.vi bo.rap.& in ca.pro humani.de ho.libro ſexto. Et idem ſi ſtatutum diceret per apparentem cicatricẽ, quia tunc intelligetur bannitus pro non apparenti,quòd eſſe poteſt,vt ſupra,& ideo verba ſtatuti ſunt ponderanda.In hac.n. ciuitate ſtatutum diſponit de vulnerante cum vituperatione in facie per apparẽtem cicatricem vel per ueſtigium vel alio vocabulo medicinę,quod tamen ut patet ex prædictis intelligitur de uituperatione perpetuo remanſura. & ideo multoties ignorantes admirantur de relationibus medicorum referentium non eſſe cicatricem aut non eſſe ueſtigiũ ſeu notam cum uituperatione faciei perpetuo remãſura vt ſepius in magnis iuxta vulgarem ſermonem marginib. iudicatum uidi, quia ſic præceſſit relatio medicorum. Sed vt ex prædictis liquet nulla eſt admiratio facienda.

Ex eodẽ conſtituto infertur ſe.Quĩ quage
53 ſimatertia † quæſtio formanda ad percuſſionem ſanguinolente percuſſionis,vt ſic comprehendatur quãdo pro illa qs bannitus intelligatur.& ideo pro ipſius declaratione quæro. Quidam fuit inquiſitus ex eo quòd cũ cultello acuto apto ad frangendum panem percuſſit Gaium in perſonam una ꝑcuſſione ex qua ſanguis exiuit,an ex forma dicti ſtatuti ſupra quinquageſima.q.relati poſſit impune offendi.In quęſtione iſta conſuluit Bart. Sed in ſtatuto ſuper quo conſuluit erant etiam alia verba,videlicet quod percuſſor vulnus fecerit.& in eo conſilio ſic dixit. Et videtur quod non potuerit offendi,quia ſtatutum requirit, ꝙ fuerit bannitus pro percuſſione ſanguinolẽta,& quòd percuſſor vulnus fecerit, ergo &c. Econuerſo dicitur quod poſſit impune offendi,quia ad poſitionem percuſſionis ſanguinolentę cum cultello,neceſſario ſequitur vulnus,cum vulnus ſit ſciſſio continuitatis. In q.præmiſſa facit dubium,quia vulnus dicitur ſicutis ſcindatur.l.ſi ſeruus ſeruum.§.rupiſſe.ff.ad l.Aquil.ſed ſanguis poteſt exire de corpore abſque eo ꝙ cutis ſcindatur. ſ. per poros,maxime ubi cutis eſt tenuis,vt de naſo, & parte interiori vel gingiuis.Item dicitur qđ Chriſtus ſudauit ſudore ſanguinco,Luc.22.Credo tñ qđ in propoſita.q.ex uerbis cõdẽnationis ſatis colligat, ꝙ vulnus fuerit factum. Qđ apparet ex tribus.Primo quia cum cultello acuto. Secundo qa ex ꝑcuſſione ſanguis exiuit.Tertio quia in perſonam. Primum eſt clarum quia ſi percuſſio fit cum cultello acuto intelligit factum vulnus. Cultellus enim eſt res apta ad ſcindendum. ff.de fur.Ipiguore.§.2.ad l.Iul.de vi pu.l.pe.§.telorum. & de verb.ſigl.l.armorum,& apparet expreſſe de cultello ſeu gladio,cum quo Petrus abſcidit auriculam ſeruo principis ſacerdotum.Matt.26.ca.& Mar.14.& tex.in l.ant damnum.in princ.de pę.dicit gladium eſſe aptum ad ſcindendum.Aliud qa dr̃ in perſonã ẽt probatur, qa non ſignificat in ſuperficie vel in pannis,ſed inter perſonã ſm ſignificatum huius dictionis in l.1.§.in corpus.ff.de his qui deie.vel eff.& de flu.l.1.§. in flumine.Sed ſi cultellus in perſonam mittatur neceſſario ſequit̃ ſciſſio cutis,vt probat̃ in l.fi.ff.de his qui deie.uel eff.ſi bene inſpiciatur.hoc ẽt probatur rõne. ſicut. n.ignis appoſitus ſtipulę de neceſſitate comburit.ff.ad l.Aquili.l. ſi ſeruus ſeruũ §.hæc aũt actio.& §.ſeq.ita gladius percuſſus in perſonam de neceſſitate ſcindit, qa utrunque eſt inſtrumentũ agens ſi appropinquet materiæ. Ex alio ꝙ fuit ſecundum dũ dicitur qđ ex percuſſione ſanguis exiuit,etiam colligit̃. No. ẽt ꝙ dixit ex percuſſione, & ſic ſignificat locum ex quo. l. non dubiũ.C.de legi.l.eodem tempore.ff.de pecu.l.prima,§. ex incendio.ff.de incen.rui.nauf.ſed ſi qs dixerit ſanguinem exiſſe per poros abſque cutis ſciſſione, tunc non exiuiſſet ex percuſſione,ſed ex alio loco propter percuſſionem. Et ſic uerba ſententiæ non verificarent̃.hoc vr̃ expreſſe probari extra de ſen.excom.c.cum illorum.ver.Nos autem.vbi ꝑcuſſio cũ ſanguinis effuſione dicitur difficilis,& enormis, ꝙ non eſſet,niſi eſſet ex vulnere.ff.de iniur.l. vulneris magnitudo.Et ſic concludit ꝙ p̃dictus bannitus fuit, quia percuſſit, & vulnus fecit, & ſanguis exiuit.& ſic potuit impune offendi.hæc Bar.Ex quib.uerbis patet quòd in propoſita quæſtione quando ſtatutum non exprimit de vulnere, reſtat minor dubitatio.Proponitur enim ex tali percuſſione ſanguinem exiuiſſe.& licet poſſit exiſſe ita paruus ſanguis,ꝙ a iure non eſtimaret̃.l.1.§.deinde.ff.de edi.edi. Tamen qa in inquiſitione dicitur cõtra formam iuris,non intelligit̃ de parua effuſione ſed de magna iuxta no.ꝑ Cyn in l.ſi non conuitij.C.de iniur.& l.nec exemplum.C.de Falc.Nec obſt.l.ſi prætes.ff.de pœ.qa ibi vtraque vis erat punibilis,ſed una plus altera.hic aũt vno modo eſſet punibilis alio non,& ideo intelligitur ſecundum modum punibilem,ut procedat libellus, & ꝓceſſus.Nec obſt.no.in l.non ſolum.§.ſed vt probari. ff. de noui ope.nunc.quia aut procedente libello,& proceſſu, qa ꝓcedit,vt ibi ẽt no.& colligit̃ in l.eum actum.ff.de nego.geſt. & in l.matrem.C.de prob.per l.ſi qs intentione ambigua. de iudi.ſequit̃ probatio per teſtes,& locum habet abſolutio, niſi probatio clare concludat,vt in c.in preſentia.de prob.& ita intelligit̃ qđ nota.in §.ſed vt probari.Aut ſequitur per cõfeſſionem ueram uel fictam.& tunc ſequi debet condemnatio,qa illa intelligit̃ ſecundum libellata,ut.l.ſi confeſſus.ff.de cuſt.reo.& l.2.§.ꝙ ſi actor.C.de iur.cal.cum ſi. Item patet ex p̃dictis qđ ſi fuiſſet condemnatus ex eo ꝙ manu vacua percuſſerit Titium in facie, & ꝙ ſanguis exiuit de naſo vel de gingiuis non diceretur condemnatus ex percuſſione ſanguinolenta ſecundum Bar.Sed in hoc non ſto cum eo. Verba enim denotant cauſam proximam uel non ſm naturam rei cui adiunguntur,vt in iuribus ſup.alle.adeo ꝙ interdum una dictio ponitur pro alia,ut.l.eas cauſas.de condi.& demonſt. quinimmo,& dictio,ex,ponit̃ pro,propter,l.prætor. §. quod de fructib.ff.de bo.aut.iud.poſ.Impoſſibile autem eſt niſi qs haberet ſanguinem in manu ꝙ ex ipſa percuſſione ſanguis exeat.Intelligit̃ ergo dictum ſtatutum ſimpliciter loquẽs de condemnato,ex,uel pro percuſſione ſanguinolenta,quãdo propter percuſſionem ſanguis exijt ex perſona,intelligo autem quod incontinenti ſanguis exinit. tunc enim intelligit̃ ex percuſſione.Si autem ipſa percuſſio fecerit tumorem ꝑꝑ quod poſtea fuerit neceſſe ad illius curam ꝙ medicus pũgeret uel incideret, & tunc ſanguis exiuerit non dicetur tunc condemnatus ex vel pro percuſſione ſanguinolenta. Exiuit enim proprie,& improprie ſanguis propter percuſionem, & ſic non habet locũ ſtatutum,ut in iuribus ſupr.alle.Et idẽ erit in ſpintura ꝑꝑ quam ſpintus cecidit,& percuſſit,& ſanguis exiuit ſecundum Bal.in l.de pecorib.C.ad l.Aqui.& in l. ſi familia.ff.de iur.omn.iudi.Vbi ergo tales dictiones poſſũt proprie intelligi proprie intelliguntur aliàs improprie etiã in ſtatutis,ut habetur in l.Labeo.de ſuppel.leg.& in l.omnes populi.de iuſt.& iur.per Doc.vt tũ tollantur tales dubitationes,communiter in accuſationibus, & inquiſitionibus ponuntur illa verba,cum maxima ſanguinis effuſione,per ea q̃ habentur in d.cap.cum illorum.& in d. l.vulneris magnitudo.& in d. §. deinde. ubi gloſſ. facit mentionem de vulnuſculo.

54 Quinquageſimoquarto. Titius fuit bannitus ꝑ eo quod iuſultauit, & percuſſit Gaium cum vno baſtone ligni quo erat armatus,duabus percuſſionibus in renibus ſine ſanguinis effuſione.& demum cum lignum fractum fuerit vel ceciderit in terram percuſit ipſum pluribus percuſionibus vacuis. Quæritur an viſo dicto ſtatuto de quo dictum eſt ſupra.quæſtione 50.veniat in aliquo puniendus. Et primo uidetur quod non. nam prædictum ſtatutum dictat qđ bannitus pro percuſione ſine ſanguine poſſit offendi in duplum.Conſtat autem quòd dictum ſtatutum licet loquatur in ſingulari verificatur etiam in plurali,vt ſic. Bannitus pro vna percuſione poteſt offendi cum quatuor, & ſic de ſingulis.ff.de liber.ho.exhi.l.3.& ff.quòd falſ. tut. aut.l.prima,§.itẽ hoc edictum.& quod habetur in l.agraria.ff.de termi.mon. Sed Titius fuit bannitus pro duabus percuſionibus, ergo poteſt offendi cum quatuor.Item vt patet ex themate inquiſitionis fuit bannitus pro inſultu,& ſic potuit offendi manibus vacuis& quia ſic dictat ſtatutum quod cum inquiſitione, & banno, concordat.l.non aliter.ff.de leg. tertio, cum ſimilib.

Pro huius autem quęſtionis deciſione aduertendum eſt ad plura.Primo enim videri oporter quid ſit inſultus.Secundo an confundat̃ in alijs delictis illum ſecutis.Tertio vbi cõfundatur an valeat ſententia quæ pœnam inſultus cum pœna alterius delicti non confundit,vt quando ex forma ſtatuti pro inſultu imponitur certa pœna, puta librarum quinquaginta, & pro percuſione imponitur pæna centum vel maior ſecundum qualitatem ipſius percuſionis. Et his viſis patebit quęſtionis præmiſſę deciſio. Quo ad primum ſciẽdum quod circa materiam iſtam iura varie loquuntur, & etiam gl.Interdum enim quem contra alium irruentẽ ius

Digitized by Google

uocat insultantem. C. de iude. l. fin. quandoque aggressorē. l. is qui aggressorem. C. ad l. Cornel de sica. & sic dicitur in l. qui de crimine. C. de accu. Quandoque uocat appetentem, & sic patientem uocat appetitum. l. & si percussor. §. si appetitus. ff. ad sille. quod ibi gloss. exponit id est inuasus, & sic qñ que dicitur inuasor. C. vnde vi. l. inuasor. Quandoque etiam pātiens dicitur insultatus. l. item apud Labeonem. §. penulti. ff. de iniur. Et hinc descendit nomen verbale quod uocatur insultus. & in hoc dixit Bart. in l. respiciendum §. de inquūt. ff. de pœn. quod insultus est in alium saltus allega. d. l. is q aggressorem. & l. prima, §. cum arietes. ff. si quadru. pau. fe. dica. sed in §. cū arietes. dicit quod insultus est motio de loco ad locum, & in §. delinquunt. concludit quod si existens tecū in itinere uel mensa aut in alio loco deuenī tecum ad rixā, non dicitur insultum facere, sed potius proditorię fecisse, ar. C. de dilat. l. prima. libro 11. Ex prædictis uidetur aliqualis contrarietas insurgere. Si enim insultus est in alium saltus non uerificatur in eo qui sine saltu in alium siue contra aliū se mouet de loco ad locum, cuius contrarium dixit Barto. in d. §. cum arietes. Sed aduertendum quia primo modo dicitur secundum allusionem uocabuli. Secundo modo secū dum diffinitionem. & ideo si quis insultando aliquem facit in eum saltum, facit insultum secundum allusionem, & ēt secundum diffinitionem, quia mouet se de loco ad locum, & facit in alium saltum facit. ff. ad l. Aquilia. §. quemadmodum. §. si nauis. Si vero sine saltu mouendo se de loco ad locum uadit uersus alium tunc dicitur insultum facere secun dum diffinitionem tantum, & tamen puniri potest de insultu, quia diffinitio prævalet allusioni quando sunt cōtrariæ aliàs ab utraque argui licet, ut habetur. ff. si certum peta l. secunda, §. appellata. de tut. l. prima, de testa. l. prima, & in l prima, de acqui. pos. per Doc. maxime per Bart. dicitur etiam interdum facere impetum, vt d. §. delinquunt. sed tunc aliter punitur, ut ibi habetur. & hoc de insultu contra personam.

Quandoque etiam dicitur fieri insultus siue assaltus ad domum siue ad castrum, vt 10. colla. quibus mod. feu. ami. §. similiter. & ibi dicit Bal. quod tunc dicitur factus assaltus quā do appropinquat se tanrum domui uel castro, quod potest proijcere iaculum, & expugnare. Vt tamen omnis cesset dubietas consueuerunt communiter accusantes, & inquirentes ponere in accusatione, & inquisitione omnia dicta uerba, quia dicunt B. deliberate, & appensate mouendo se de loco ad locum fecit insultum impetum, & aggressuram cōtra. C. & c. quæ ex abundanti ponuotur, ut patet ex p̄dictis, ex quibus expeditum est primum quando quis dicatur insultum facere. & tunc sine dubio si aliud non sequitur ultra insultum, pęna insultus imponi potest. Si vero sequitur aliud, vt quia percutit, vulnerat, uel occidit. dicit glo. quod de insultu non fit punitio, sed cum delicto confunditur secuto, ut no. in l. qui de crimine. C. de accu. per. l. illud. ff. ad l. Aquilia. & idem ibi Barto. Et ita determinarunt primo Dy. sic consulendo, secundo Franc. acc. disputando. & Gui. etiam de su. vt patet in suis quæstio. uersi. sed pone de facto. q. statutum est quod si quis pugno, & se. & idem tenuit Albe. Gan. in Margarita. in ver. Sed pone statutum est Mutinæ. in ti. de acc. & idem Guil. in Specu. de sen. §. secundo, versicu. sed pone licet enim sint, cum sunt separata diuersa delicta. ff. ad l. Aquiliā. l. secunda, & l. si seruus seruum. §. tertio capitæ. tamen si coniugantur dicuntur unum esse delictum. s. vulneris uel mortis l. illud præal. §. fi. alleg. etiam de act. & obli. l. qui seruum. in prin. & C. ad l. Iul. de vi. l. quoniam. multa Bar. autem in l. nūquam plura, ff. de priua. delic. limitat hoc dictum nisi ex insultu imponeretur maior pœna quàm ex percussione. Tūc enim quatenus excedit non confunditur. argum. l. generaliter. & l. hæres a debitore. §. quod si hic seruus. ff. de fideiu. q̄ ibi reprehendit Angel. tenens indistincte gloss. sed non bene reprehendit, quia siue unum sit principale, & alterum accessorium, siue utrunque principale, siue unum, præparatoriū ad aliud quod est uerius non potest dici quod pęna unius tollatur a pœna alterius, nisi ex ui confusionis: natura autē confusionis est ut eatenus confundatur, & compēsetur quatenus concurrunt, & non vltra. l. prima, C. si cer. peta. ad l. Fal. l. licet. cum simi. Et ideo si ex insultu cum armis quis veniret puniendus in centum, ex percussione manu uacua in quinquaginta. Insultans cum armis, & percutiens manu uacua punitur in centum facta confusione soluni de quinquaginta in percussione, alias sequeretur quod in tantum puniretē insultans cum armis, & percutiens q̄ esset absurdum. l. non solum. ff. de nox. Dico ergo quod insultus ad castrū siue ad domum punitur vt supr. Insultus in personā aut est solus, & solus punitur. Aut secutum fuit aliud. Et tunc aut est maior pœna insultus quàm delicti secuti, & non confunditur in totum sed quatenus concurrunt. Aut est eadem pœna delicti cum pœna insultus uel maior, & pęna insultus cōfunditur, & de delicto damnatur. non de insultu. Fallit in uassallo insulante dominum, vt d. §. similiter. & ibi per Bal. Prædicta intellige si inter insultum, & percussionem non fuit medius actus extraneus. si autem fuisset actus extraneus, puta quia insultasset. Et cum ille retro cessisset uel arma extraxisset insultās redit domum, & arma sumpsit, deinde reuersus est & vulnerauit. Tunc enim de primo insultu, & de vulnere punitur secundum Ioan. And. in addi. Spec. super rub. de homic. ubi vide. Et hæc de secundo. Ad tertium breuiter dicendū est, quod cum sententia tunc sit contra ius partis ualere debet. l. 2. §. 1. ff. quæ sen. sine ap. rescin. si ex tenore sententiæ non apparet quid pro insultu, & quid pro vulnere siue percussione imposuerit. si autem condemnauit distinctim in tantum p insultu, & in tantum pro percussione dici potest sententiam non tenere, quia non intelligitur cognouisse de insultu p dicta iura. Et sic non valet sententia. l. de qua re. ff. de iudi. & C. de sen. l. prolatam, nisi in processu siue inquisitione vel accusatione essent illa verba, super quibus omnib. & singulis &c. de quibus per Bald. in l. 1. C. de proba. Tunc enim valeret licet esset iniqua. & ex prædictis infertur ad decisionem supra formatæ quæstionis quod ubi bannito non fuit imposita pœna insultus sed percussionum, offendens eum modo prædicto punietur de offensionib. factis manibus uacuis, quia in illis excessit modum, & sic puniri debet de excessu. ut dictū fuit. supra. q. 49. & etiam. l. Si uero fuit et imposita pęna etiā pro insultu, & taliter quod ualeat condemnatio. & in nullo puniri debet, quia potuit utroque modo offendere. Si autē bannum fuisset nullum, dixi supra in primo tempore parte. 3. q. 9.

55 Quinquagesimoquinto stante statuto † generali q̄ a centum libris supra possint impune offendi. Titius immisit ignem in domum Sempronij banniti, & eam combussit, uel in rebus suis aliter damnum dedit uel ei abstulit. Quæritur an veniat puniendus. in hac quæstione me breuiter expediam. Nam licet gl. dixerit quod bona bannitorum sint extra custodiam, & a quocunque possint destrui, & deuastari in titu. hic finit lex Cor. & incipit consuetudo regni. in prin. & tangitur in c. 1. §. si quis alium, de pace tenen. & de milit. vasal. c. 1. Tamen illud est uerum de iure communi, nec cautum reperitur. Est ergo potentia offendendi bānitum a statuto proueniens. Dominia enim rerum & eorum tuitio, & defensio de iuregentium est, vt. l. ex hoc iure. ff. de iust. & iu. ergo illam banniti de quibus agimus non perdunt, ut dictū fuit supra in hoc secundo tempore part. 1. q. 4. Et ideo inspicienda sunt verba statuti. l. semper. §. legem. ff. de iur. immun. quæ cum stricti iuris sint. l. constitutionibus. ff. ad munic. extendi non debent, vt in auct. quas actio. in l. quicquid astringendæ. Aut ergo statutum dicit, quòd possint offendi qualitercunque vel simpliciter, quod idem est, quia indefinita æquipollet vniuersali. l. si seruitus. ff. de serui. vrb. & poterūt offendi in persona & rebus. l. 1. §. & generaliter. ff. de lega. præstan. cum simi. Aut dicit quod possint in personam offendi. Et tunc non poterit offendi in rebus a persona separatis. Et idem si statutum respectiuaret offensionem ad offensam factam per bannitum, tunc enim talis p̄mitteretur qualis fuit illa ob quam bannitus est. l. nonnunquam. ff. ad Treb. & qđ dictum fuit supra hac eadem parte. q. 51. & hæc satis sunt de mente Bartol. in l. licitatio. §. quod illicite. ff. de publi. Et ibi uide quando dicatur fieri offensio in personam. Sed dicet quis tu dixisti quòd si quis potest offendi ex forma statuti in personam, non potest offendi in rebus a persona separatis. Istud videtur falsum, quia cui permittitur quod est maius videtur permitti quod est minus, ut patet in argum. a maiori. C. de sacrosanct. eccle. auct. multomagis. & extra de electio. capitu. cum in cunctis. Quælibet autem minima pęna corporalis est maior quacunque magna pœcuniaria vt. l. in seruorum. ff. de pęn. Ergo tuum dictum non procedit. Sed resp. quòd hoc procedit vi verborum statuti quæ aliquid debent operari. si enim simpliciter dicerent posse offendi, comprehenderent offensionem in personis, & rebus. Si ergo dicunt in personam operantur restrictionem, quia aliud operari non possunt. l. si quando. C. de inoffic. testamē. cum simi. Præterea statutum odiosum non extenditur etiam per maioritatem rationis, vt habetur in auctē. quas actiones. de sacrosan. eccle. Et uide quæ dicam infra in vlt. tempo. parte prima. q. 12. vide etiam quæ dicam infra parte proxima. quæst. 60.

56 Nunc ex prædictis † statutis particularibus queram de aliquibus pur circa hanc partem generaliter ad materiam faciēti bus. Et ideo quinquagesimosexto dictum est sæpissime q̄ bānitus de una ciuitate, puta in Florētia, non p̄dit ea q̄ sunt iuris ciuilis. Item nec ea q̄ sunt iurisgentium, nisi aliud dicat. Et

etiam

etiam si diceretur illud nō intelligitur extra territoriū.l.fi.ff. de iur.omn.iud.quo ad personas non subditas. pone ꝙ Bononien.in ciuitate vel comitatu Florentino occidit bannitum de Florentia. Quem si Bononiæ occideret puniretur, quia illuc statutum se non extendit. Quæritur an possit Bononiæ,& sic in loco suę originis conueniri per l.1.& 2.C.vbi de cri.agi opor.aut Romæ per l.Roma.ad munic. Hæc quæstio residet in hoc an occidens bannitum qui potest impune offendi dicat delinquere. nam si ibi delinquere dī,l3 aliqua dilatoria exceptiōe de tali delicto cognosci nō posset-tñ tolleret qn alibi cognosci possit..l.decurionū.& ibi no. C.de his q no.infa. Sed uritas est qđ nō dī delinquere, facit et lege ꝓmittēte,ergo &c.l.Gracchus.C.de adul.,facit.C.de his q ad ec.confu.l.siseruus.& l.2.ne qs vela.re. & qđ non sit delictum firmat Bal.post glo.in l.1.§.1.ff.ne quis eum qui in ius voc.est vi exi.Et idem in simili tenent in l. cunctos populos.prope fi.in vers.viso & Bartol.in l.ubi pactum.Et dixi supra hac eadem parte.q.14.& dicam latius infra in seq. parte huius temporis.q.1.Cum ergo in loco actus facti ex eo actu non tenetur,ergo nec in loco originis. inspicitur enim in cō tractibus quantum ad ipsius actus solennia, & validitatem, & obligationem inde insurgentem locus in quo fit.l.si fundus.§.1.ff.de euictio.ergo idem in delictis.l.omnem.ff.de iudic.Faciunt no.per Bart.in l.2.ff.de eo quod cert.loc.dū reprobat illam gloss.& quod no. per eum & alios in l.cunctos populos.& in d.l.final.de iurisdict. omnium iudic. Si autem aut Bono.aut alibi extra territorium florētinorū occideret vbi occideret, & et Bono. posset cōueniri p iura prædicta.

57 **Sed tunc econuerso.** † Quinquagesimoseptimo qritur an florentinus occidens bannitum de Florentia Bononiæ vel alibi extra territorum florentinum possit virtute dictarum. ll.1.& 2.ubi decri.agi opor.conueniri Florentiæ. Et uidetur quòd sic,quia in loco in quo occidit posset tanquam delinquens conueniri,& sic ibi delictum commisit, vt supra proxim.q.dictum est.ergo succedit regula dictorum iurium. Sed dic contrarium,quia quantum ad municipium florentinum illa pœna personalis comitatur eum quocunque vadat secundum Doct.in d.l.cunctos populos.& ibi in specie. ita determinauit Bald.in Aretino occidente Aretinum bannitum in territorio florentino, non enim attenditur secundum eum territorium,sed solum an secundum locum conuentionis sit licitum uel permissum.l.non solum.§.& qui.& l.propter litem.ff.de excu. tutor.Et dicit esse casum in l.3.§. transfugas.ff.de fica.& ita seruatur.

58 **Quinquagesimooctauo** circa idem qro. † Bonon. occidit florentinum bannitum de Florentia in quadam ecclesia posita in comitatu florentino,an poterit Bononiæ cō ueniri ac si eum in territorio florentino occidisset. Et videtur quod sic,quia ecclesiæ non subiacent seculari potestati,ergo &c.in auct.quo.opor.epis.in prin.& insti.de re.di. §. nullius.& ff.ne in lo.sacr.l.secunda. Sed cōtrarium est verū, est enim ecclesia in territorio florentino.in aucten. de man. princ.§.sed neque.in fi.§. Non obst.quod non sit sub protectione iudicis secularis,quia uerum est specialiter, sed bene est sub quadam generalitate propter hoc, quia adhęret territorio iudicis secularis.argum.ff.de contrahē.emp.l.in modicis.& l.si id quod.in fi.de peri.& com.rei uen. & C.de episco,& cler.in l. si quis in hoc genus. & sic non dicitur extra territorium fieri secundum Guil.in l.plerique.de in ius voc. & sequitur Bal.& tenet Bar.in l.cunctos populos.alle.eo.tit. l.2.& C.de adul.auct.si quis.Si non fit extra territoriū ergo locum habet quòd dixi sup.proxi.q. Et istud uerius quam id quod ipse Bal.dixisse uidetur in d.l.cūctos popu.in ver.viso. alle. sup.proxi.q.

59 **Quinquagesimonono** quæritur. An citatus in causa ciuili non comparens,& propter inobedientiam condemnatus,& bannitus fisco dicatur bānitus pro maleficio, vt sic in eum locum habeant statuta prædicta,& possit offendi. Et videtur quod sic.quia contumacia est delictum. l.omne delictum.ff.de re mili.Item quia vbicunque negligentia ordinatur ad contemptum illa facta dicitur qñ ad contemptum partis,p3 in l.sed & si alia.& ibi no.ff.de cōst.pecu.qñ ad cōtemptū iudicis probatur in l.de ętate.§.q tacuit.cum gl.sua. ff.de interro.act.Facit ꝙ habetur in c.quanto.de sentē. excō. & in c.dilecto.& ꝙ no.per Guil.in l.metum.§. sed licet. ff. ꝙ met.cau.in q.illa.An puniat tanquam occidēs si potuit iuuare hominem,q ab alio necabatur & non feci.quando enim dicitur eum teneri non dicitur teneri ex neeligentia, sed ex facto.ut ibi pater,& in l.necare.ff.de lib.agno.de quo etiam in l.culpa caret.ff.de reg.iur.per Guil.in Spec.de leg.§.iuxta. ver.quid si potui.& per Doct.in l.vtuim.ff.de iust.& iur. Si ergo talis negligentia reputatur factum ergo pro maleficio damnatus est, quia pro malefacto.

In hac materia aduertendum est ꝙ Bar.in l.aut facta.in prin.ff.de pœn.distinguit malefactum a maledicto secūdum propriam significationem.Et ideo dicit ibi quòd damnatus pro verbis iniuriosis non dicitur damnatus pro maleficio cum uerba debeant proprie intelligi maxime in istis odiosis.l.interpretatione.ff de pœn.& in d.l.omne.dicit quod talis non est damnatus pro maleficio sic diceus.Omnis ex bānitus exbannitur propter contumaciam.l.1.ff.de requi. re. Statuta ergo quæ dicunt ꝙ bānitus pro maleficio possit impune offendi,volunt requirere ꝙ causa illa propter quam citabatur sit maleficium. Et ideo si quis fuit citatus in causa pæcuniaria uel pro testimonio ferēdo, & fuit contumax, & bannitus,non dicetur bannitus pro maleficio. Sed si quis fuerit citatus pro aliquo maleficio,& fuerit ob contumaciā bannitus dicetur bannitus pro maleficio,licet fuerit contumax. Ex cnius dictis ibi. & in l.aut facta.concluditur,ꝙ aut statutum loquitur per nomen criminis siue delicti, & habet locum in quocunque siue sit crimen in faciendo, siue in negligendo,sine in dicendo per no.in l.1.& 2.C.si aduer.delic. & d.l.omne.Si uero loquatur per nomen maleficij, vt quia dicit de bannito pro maleficio,vt in themate quæstionis dictum est,tunc non uerihcentur in bannito pro negligentia, aliàs pro uerbis iniuriosis uel pro malo consilio.

Sed aduertendum quod vt sæpius dictum est statuta intelliguntur secundum cōem vsum loquendi. Sed communis usus loquendi est ut condemnatus pro uerbis iniuriosis sit condemnatus pro maleficio. & hoc puto uerius ubi de communi usu appareret,aliàs uerum puto ꝙ dixit Bar.Nec prędictæ conclusioni obstant iura supra in contrarium alleq. quia verum est quod ibi dicitur secundum largam, & propriam significationem, quæ non uerificatur in statutis nisi usus communis loquēdi aliud inducat,vt.l.Labeo. de supp. leg.cum concord.& si plene hanc quæstionem cum iuribus ad eam allegatis videre uelis, scias ꝙ ipsam disputauit Mar. de fano.de qua habetur per Cy.super rub.C.de cri.stel. & in Alb.de Ghan.in 4.& 5.col.& in Alb.22.q. in materia bannitorum vbi concluditur pro maleficio,non intelligi bannitū. & ibi ēt ponunt quid iuris si in sententia banni iudex apposuit ꝙ possit impune offendi. & dicunt ꝙ tunc quasi iudex declarauerit illum esse bannitum pro maleficio.& iusserit offendi,offendens excusatur per l.furti.§.qui iussu.ff.de his qui no.infa.& l.non uidetur.§.qui iussu.de regu.iur. Sed hæc decisio non est uera quia ad iudicem non pertinet, & quia de hoc nulla facta fuit cognitio.ff.de iudi.l.de qua re.& l.prolatam.C.de sent.De hoc habetur ff.de cust.reo.l.si quis reum. nec excusatur offendens quasi iussu iudicis fecerit,quia uerbum,pōt,iussum non importat.l.sæpe.ff.de offic.præsi.& l.j. C.quomo.& quan.iu.nisi forte fuisset descriptus in libro bānitorū pro maleficio in quo seruata solennitate tradita a statuto describitur solum nomen banniti cum eius pœna. De quo dic ut dicam infr.in vltimo tempore parte prima quæstio.2.

60 **Sexagesimo** quæritur † sup.in rub.qritur. An bannitus pro crimine.i. contumaciam dicatur bannitus pro maleficio.& quia decisa est,sup proxi. q.per no.per Bart. in l.omne delictum. de re mili.aliter non prosequor,sed dic ut sup.

61 **Sexagesimoprimo** quæritur. † Titius ꝓ maleficio fuit bannitus in ęre & persona, deinde fuit captus a iudice qui vult eum decapitare,quæritur an possit? dicit Bald.in l.data opera.C. qui accu.nō pos.sic uidetur ꝙ pęna personæ intelligatur in suo potiori significatu i.de pœna mortis,vt no in auc.de armis. §.oportet.& hoc si causa meretur tantam pęnam.nam ex genere causæ metiendum est genus pęnæ argum.ff. ad Turpil. l.prima. §. primo. Vel dic quod iudex qui profert uerba illa poterit interpretari, & declarare cum illa uerba sint generalia.argum.ff.de ap.l.ab executore.Et ideo iudices qui dant bannum in hauere, & persona. Item qui recommendant pro hauere,& persona,possunt postea declarare antequam sint functi officio,argum.ff.de excu.tuto. l.si duas. Diffinitiua uero sententia debet intelligi in mitiorem partem. ff. de pœn.l.si præses.& no.in l.secunda.C. quæ res uend. non pos. Credo uerum quod dicit de recommendatione. Quod autem dicit de sententia, puto esse uerum si ex forma statuti appareat quæ pæna personæ imponi debeat pro maleficio pro quo fuit talis captus baunitus,tunc enim illa intelligitur imposita per nota.in §.pęna grauior. Si uero poterat imponi maior, & minor, intelligitur tunc imposita minot pęna per dictam.l.si præses.Si uero erat in eius arbitrio, puto inhærendum uerbis,quæ sic de consuetudine interpretātur,vt importent mortem per not.in d.§. pæna grauior. & l.

Digitized by Google

athletas. §. calumniator. eodem titulo. & in l. hodie. ff. de pœn.

62 Sexageſimo ſecundo † Titius fuit bannitus in amputatione membri ano non expreſſo, fuit deinde ad tempus captus a iudice qui vult cõtra eum facere executionem. quæritur in quo membro poſſit executiõem facere. & præſuppoſita declaratione quæ dicantur membra, vt dictum fuit ſupra hac eadem parte. quæſtio. 51. videretur primo dicendum, q̃ intelligatur de eo q̃ minus diminuit, quia ſemper defertur ad minus, vt in l. ſi præſes. de pe. Sed Bal. d. in l. data opera. C. qui accuſ. non poſſ. dixit q̃ intelligitur bannitus in amputatione manus. alle. auc. vt nul. iud. §. penul. cum gloſſ. ſua. quod indubio credo verum niſi ex relatione delicti commiſſi, & alicuius ſtatuti, aliud colligatur, puta quia amputauit alicui pedem vel auriculam. & cauetur ſtatuto quod amputanti mẽbrum ſimile membrum amputetur. Tunc enim ſecundum naturam inquiſitionis, uel accuſationis regulabitur ipſa ſententia banni, ad l. nonnunquam. ff. ad Trebellia. & quod no. per Bartol. in l. ſecunda, de publ. iud. & quod dixi ſupra in d. 51. quæſt.

63 Sed pone ſexageſimotertio † quod in ſententia banni nihil fuit expreſſum, ſed ſimpliciter fuit in banno poſitus, in quo intelligetur bannitus. an in perſona, an in membro, an in pecunia. Iſtam quæſtio. tetigi ſupra in prima parte huius temporis. quæſt. 3. in ver. vnum tamen. & ideo hic nõ multũ inſtabo concludens quod aut loquimur in banno. i. comminatione aliqua quæ fit puta per præconem aliquod facientibus, vel non facientibus. & dic vt ibi dixi. Aut in bãno lato contra contumacem ex forma ſtatuti. Et tũc in hac ciuitate in qua antequam feratur ſententia banni diffinitiui per præconem fit bannum comminatorium in quo exprimitur pœna quæ ei imponetur ſi non venerit, parua eſt dubitatio, quia ex tali comminatione declaratur poſtea ipſa ſimplex ſententia banni. l. Titia. §. idem reſpondit. de verbo. obli. l. pacta nouiſſima. C. de pac. proprie in l. ait prætor. §. 1. de re iud. & habetur in l. hæc ſententia. C. de ſenten. quæ ſine cert. quan. cum concord. Ex actis enim incertitudo ſentẽtiæ declaratur. Nec illa verba nec plus, & minus arbitrio rectoris quę in banni proclamatè ponnntur aliquid operãtur. l. pe. C. de con. inſti. & in l. 1. §. 1. ff. de hære. inſti. & quod habetur in l. admonendi. ff. de iureiuran. Si vero talis ſolennitas ſiue expreſſio non præcedit, ſed ſimpliciter formato proceſſu fiunt citationes poſt quas citatus habetur pro confeſſo. Aut ex delicto eſt ex forma ſtatuti impoſita certa pœna, & tunc illa in banno videtur expreſſa. l. 4. §. ſi ex cõuentione cũ ibi no. ff. de re iudic. & quod habetur in iuribus ſupradictis. Et idem ſi eſt arbitraria pœna, & ex conſuetudine eſt declaratum arbitrium ſecundum quod habetur in l. quid ergo. §. pœna grauior. & in l. athletas. §. calũniator. de his qui no. infam. Sicut enim lex tale bannum declarat, vt dixi ſupra & ẽt in d. q. 3. vbi allegaui iura, ita & conſuetudo. l. de quibus. ff. de legi. & quod habetur in l. ſi finita. in princip. ff. de dam. infec. & in l. dedit. qui ſatiſd. cogan. & in l. ita ſtipulatus. de uerborum obliga. Si vero nulla eſſet ex conſuetudine facta declaratio, putarem tale bannum non valere tanquam incertum, & q̃ nulla ratione certificari poſſet, vt in § curare. inſtitu. de act. iuncta. l. omnem. ff. de iud. quod forte non procederet ſi inquiſitio eſſet formata ſuper crimine. Ex quo ſecundũ formam iuris. communis deberet in exilium poni. Tũc enim ita importaret ipſa ſententia, q̃ exul eſſet effectus. & ita intelligo quod habetur per gloſſ. & Bal. in cap. 1. hic finit lex Conrad. & incipiunt conſue. regni. Et quid importet talis pena habetur. iu iurib. allega. ſup. in proemio circa ipſam diuiſionem bannitorum.

64 Sexageſimoquarto quæritur. † Titius fuit bannitus ſecũdum q̃d communiter fertur bannum in perſona vel membro, ſtetit a die lati banni vel annos 30. quib. ad locum ex quo erat bannitus non acceſſit. & elapſis annis 30. illuc accedens captus eſt. An iudex poteſt facere executionem. Videtur enim q̃d non, quia ſicut cuicunque actioni etiam ex ſententia præſcribitur ſpacio. 30. anno. vt. l. omnes. & l. ſicut. C. de præſcri. 30. an. ita & in propoſito etiam ſi dicatur ſolum iudicis officiũ ortum fuiſſe, vt dicta. l. ſicut. iuncta. l. omnem. de iud. quinimmo, & minori tempore præſcribi videtur, vt. l. quærela. C. de Fal. Dic contrarium ſecundum Bal. in l. data opera. C. qui accu non poſſ. quia cum eſſet bannitus ſi quo tempore peruenerit in fortiam, &c. non cucurrit præſcriptio antequam in fortiam venerit. l. 1. in fin. C. de an. excep. & in l. cum notiſſimi. §. in his. C. de præſcrip. 30. ann. quod etiam dicit eſſe uerũ ſi pure, & ſimpliciter bannitus eſſet in pecunia, quia cum ſit malefidei non præſcribit, vt no. 16. q. 3. cap. per ſingulas. Vide ibi eum in repeti. ſua, vbi etiam dicit, quod ſicut poſt 30. annos bannum habet effectum, ita ſi eſt ab initio nullum etiã poſt 30. anno. poteſt nullum dici. de quibus omnibus ibi vide.

65 Sexageſimoquinto † pone ſtatuto cauetur q̃d ſi bãnitus dãnum dederit debeat capi per vicinos. & ſi non fuerit captus damnum datum emendetur per communitatem ſiue villã propinquiorem. Ex hoc ſtatuto inſurgit triplex dubitatio. Prima q̃ dicanẽ vicini. Secunda quæ communitas ſiue villa dicat̃ propinquior, ſiue qualiter debeat menſurari, an a territorio an ab ędificijs. Tertia q̃d iuris ſit q̃n ambę communitates ſiue villæ pariter ſunt propinquę. Quo ad primũ q̃a in voluminib. habetur, parum inſtabo. Ille. n. quantum ad propoſitum dicit̃ vicinus q̃ exaudire vocẽ clamantis põt. l. 1. §. eodem aũt tecto. ff. ad ſille. niſi ex communi vſu loquendi aliud appareret. ff. de verb, ſign. l. vt alphenus. intelligendo de voce communi non altiore vel depreſſiore. ff. de hære. inſti. l. ſuus quoque. §. puto. & l. continuus. §. cum ita. de verborum obligatio. Et ſecundum communem naturalem curſum temporum. l. prima, §. ripa. ff de flumi. ſecundum Bar. in l. ſi tertius. ff. de aqua plu. arcen. Vbi vide de vicinitate p̃ſonarum. & ẽt Bal. in l. ſi vicinis. C. de nu. de vicinitate autem caſtrorũ, & ciuitatum dicitur etiam per eundem Bar. in l. 4. §. ſi tam vicinum. ff. de dam. infe. qualiter autem intelligatur, q̃ bannitus delinquens capi debeat per vicinos. Vide in cõſ. Bar. q̃ incipit, Chariſſime iſti noſtri Nucerini. q̃ effectiue poſuit in l. 1. §. occiſorũ. ff. ad ſill. debet enim intelligi ſi poſſunt. Quid enim ſi aliquis bannitus venit in villam cum tanta gẽte cui villa non potuiſſet reſiſtere, certe non tenent̃. Facit. C. de epiſc. au. l. abditos. Item quid ſi deliquit clam, certe tenent̃ vicini. ad ſill. l. §. ſi maritus. Itẽ quid ſi fuit factum maleficiũ in loco ex quo ſtatim trãſijt in locum ad quem accedere nõ poterant, certe non tenent̃, vt in §. occiſorum & de acq. rer. do. l. naturalem cum alijs iurib. vbi ſupra per eum alle. Vnũ circa hoc no. q̃ ſi ſtatuto cauet̃ q̃ bannum debeat notificari corã duob. vicinis banniti, intelligi debet de vicinis prædio vrbano non ruſtico, ar. ff. fin. reg. l. ſed ſi riuus. & ibi p̃ Rayn. Ad ſecũdum aduertendũ q̃d vera rõ ſtatuti inducentis emẽdã fieri a communitate ſiue villa propinquiore, ſumit̃ anegligentia hominum non curãtium ne damna fiant, & ſi fiant non capientiũ. Ex hoc ſequit̃ q̃ non territrio *ſed hominib.* talis culpa impingi põt, & ſic illa cõitas ſiue villa cuius domus ſunt magis propinquę loco commiſſi delicti dicetur p̃pinquior. l. adigere. §. quamuis. de iurepa. cum ſi. Quod etiã probatur, quia ſtatutum aſtringit communitatem magis p̃pinquam, ergo intelligitur de hominibus qui cõitatem repreſentant. de colleg. illi. l. ſodales. & l. 1. & ff. quod cuiuſque vni no. Tertio ſm no. in §. ſi tam vicinum. Ciuitas caſtrum vel villa dicitur magis propinqua vel magis uicina ſm arbitrium iudicis, niſi in caſibus a iure expreſſis. Certum autẽ eſt quod iudex non arbitrabitur uicinitatem niſi a potentia ſuccurrendi vel aliter prouidendi. vt in §. occiſorum. & eod. ti. l. 3. §. ignoſcitur. & C. eo. l. fina. Et q̃ ita ſit colligitur ex no. per Bar. in d. l. ſi tertius. Sed uiſo q̃ conſideratur propinquitas ab ędificijs non a territorio dubitatur qualiter fieri debeat mẽſuratio. & in hoc Bart. in tract. de inſula. figura decima, q̃ incipit, his quo ad finem &c. ſic loquitur q̃ mẽſurator debet incipere ab illa parte loci quæ propinquior eſt loco menſurando. unde in caſtro erit clarum, in uilla poteſt dubitari, qa domus ſunt ſparſę, ſecundum quod ſi eſſet aliqua domus q̃ diſtaret multum ab alijs, illa nõ dicetur de uicinia maxime ſi inde uox exaudiri non poteſt ut in §. eodem autem tecto. & dixi in l. ſi tertius. de aqua plu. arcen. Et ſubdit ibi aduertẽdum eſſe quod lex dicat mille paſſus debere menſurari a continentibus ædificijs, ut. l. mille paſſus. de uerborum ſignificatio. Hoc tamen caſu debeat inchoari ab ipſo muro ciuitatis, uel caſtri, uel ab ipſo loco ubi terminatur uilla.

Tu aduerte q̃ ibi loquitur in alio ſtatuto non faciẽte ad propoſitum. & etiam puto quod debeat fieri menſuratio ab ipſis ędificijs in quib. homines habitant non autem a muro. Quid enim ſi unum caſtrum ex una parte totum eſt inhabitatum, ex alia habet ędificia, certe ab illis ratione prædicta fieri debet menſuratio. Puto etiam eadem ratione quod licet ubi aliàs ad alios effectus debeat fieri menſuratio per uiam rectam, & non per tortuoſam. l. eos. in fine. ff. de Falcidia. & non per aera, quandoque ſecundum tecta per Bartolum in l. prima, ff. ſi quis cau. Tamen hoc caſu fiet menſuratio potius per aera quàm per uiam cum exauditio uocis ſit illa quæ inducit hoc, uel per uiam tortam, ſi eſt proximior per illam loco commiſſi maleficij. Vndecunque enim ſuccurri poteſt menſuratio fieri debet. Sic enim dictat ratio coniecturata ipſius ſtatuti quæ regu-

lat

Digitized by Google

tat diſpoſitionem, vt in d.l.qđ dictum.cũ ſi.Et hoc de ſecundo. Quo aũt ad tertium recurrendũ eſt ad ea q̃ tanguotur in Spe.de rapto.ver ſed pone.Vbi ſinaliter in ſimili concluditur quod pro quantitate patrimonij locorum fiet diuiſio. ff.de cenſi.l.cum poſſeſſor.C.de naufr.lib.11 l.fi.ff.de incen. rui.& nau.l.pedius.Et dicit ibi Ioan.And.q̃ idem tenet Dy. in l.ne quid.de incen.rui.& nau.&ita etiam ibi refert Barto. & non decidit remittens ad no.per ſe in l.4.ſ.actor.de re iudi. Vbi quærit q̃d in delictis uniuerſitatis.& remittit ad no. per ſe in l.ne quid.& ſic ut uides non uidetur decidere hunc articulum.ſed puto q̃ cum inſpiciatur cauſa propter quam imponitur collecta,vt ipſe idem dicit. Et cauſa ſit propter perſonarum negligentiam,debeat imponi per capita ſicut quando ponitur vt mittantur homines in exercitum per eadem iura.Et uidetur caſus in l.2.& l.nauis.§.cum autem. ff. ad l.Rhod.de iac.

Sexageſimo ſexto quæro ſtatuto caue tur quod officialis communis Florẽtiæ qui cæperit bannitum, in perſona vel membro debeat incontinenti lapſis tribus dieb.poſt capturam facere executionem ſecundum tenorem bauni ſub certa pœna puta librarum mille. Poteſtas ciuitatis Piſtorij quæ eſt de comitatu Florentiæ,& recepit poteſtatem a ciuitate Florentię cepit Titium bannitum ab officiali cõis Florẽtiæ,in hac forma,vc3 in mille florenis, quos ſi ſoluere nõ poterit amputẽ ſibi caput,quærit an debeat incõtinenti lapſis tribus diebus nulla facta ſolutione facere ipſum decapitari,& ſi non facit incidat in pœnam.Hęc quæſtio ſubtilis eſt & habet plura dubia.Primum an poteſtas ciuitatis Piſtorij comprehendatur in d.ſtatuto. Secũdo poſito quod cõprehendatur quando dicatur Titium ſoluere non poſſe, & ſic poſſit fieri executio in perſonam. Tertium quando incipiant currere tres dies,an ab ipſa captura, & ſic de momento ad momentum,an vero poſt diem ipſius capturæ. Quartum an poſito quod non faciat executionem,niſi poſt menſem incidit in pœnam ſtatuti,etiam ſi ex qualitate officij a dicto ſtatuto intelligatur aſtrictus.

At ad primum rediens reſpondeo quòd ſi in ciuitate Piſtorij eſſet ſtatutum quod traderet formam executioni fiendę de banniris,& eſſet conditum uel approbatum auctoritate ſuperioris ſecundum ea quæ habentur in l. omnes populi ſtatutum de quo agitur eum nõ comprehẽdit. Non enim poteſtas ciuitatis Piſtorij a populo florentino tranſmiſſus eſt officialis communis Florẽtiæ,ſed ibi pro communi Florentiæ conſtitutus,vt probat tex.ff.de interro.act.l.uoluit.§. 1.ubi præſides prouinciarum non uocantur magiſtratus populi Romani, licet ab eo eſſent conſtituti, ſed ponuntur ut ſpecies differentes Pro quo etiam facit quod habetur in l.1. §.quibus.ff.quod cuiuſque uni.no.& q̃ no.per Cyn.poſt Iacob.de Are.C.etiam per procu.l.1.& ita in hac ciuitate extit in ſimilibus iudicatum. Ex quo patet quod dictum ſtatutum quod loquitur de officiali communis non uerificatur ex vi uerborum vel ſententiæ in officiali prædicto qui eſt officialis pro communi.ff.ſolu.matr.l.ſi vero.§ de viro.cum ſi. Si uero nullum ſtatutum haberetur Piſtorij aliter diſponẽs, tunc licet non comprehenderetur ex vi interpretationis,& diſpoſitionis quæ eſt vt loca ſubdita regantur legibus ſuperioris,vt habetur in l.omnes populi.per Barto.& ſic tunc teneret illud ſtatutum obſeruare.& uide quæ dixi ſupra eo.tẽpore par. 1.q. 16.Poſito ergo q̃d ſimus in caſu in quo teneatur obſeruare ſtatutum,uidendum eſt ſecundum.ſ.quãdo dicatur uerificata conditio banni. ſ. quod Titius ſoluere non poſſit.Et in hoc uideri oportet ſignificatum, & importantia uerbi,poteſt.Pro quo ſciendum quod dictum uerbum quãdoque ponitur in oratione principaliter,& per ſe.Quandoque ponitur incidenter, & conditionaliter,ut in propoſito themate.Primo caſu aut ponitur negatiuè, & tunc importat neceſſitatem præciſam,& ipſo iure eradicat potentiam. ff.de leg.1.l.nemo poteſt.ff.de fur.l.non poteſt.& in ca.1.de re.iu.lib.6.ibi per Io.And.probatur etiam in l.ſolemus.§.La trunculator.ff.de iudi.& in l.de his.& ibi etiam per Bar.ff.de tranſa.Per quod multę quęſtiones quotidie terminantur,& in hoc tractatu, pluries mentio facta erit. Si autem ponitur affirmatiue,tunc aut in ultima uoluntate.Et quandoque inducit neceſſitatem. & quandoque non habita diſtinctione an referatur ad grauatum an ad honoratum. ut habetur in l.peto.in prin.ff.de leg.2.& no.ff.de offic.præſi.l.ſæpe.Aut in contractibus legibus uel reſcriptis.& tunc non importat neceſſitatem præciſam ſed cauſatiuam, ut habeẽ de primo in l.ſi tibi mandauero.§.fina.ff.man.De ſecundo in l.Gallus. in prin.ff.de lib.& poſthu.& ibi per Bar.Et de eiſdem,& de tertio in d.l.ſæpe. Quæ oĩa intelligit Bal. eſſe uera niſi uerbum põt aut poſſit,ponat̃ pro forma.Dat exemplum,ut ſi ſtatutũ dicit quod poteſtas poſſit inquirere de certis maleficijs.Tũc enim dicit importare neceſſitatem ut ſic teneat̃ inquirere, quod ſi non facit de negligentia puniat̃,vt ipſe no.in d.l. Gallus.in prin.alle.in ar.ca quæ no. in l.1.C.de deſer.lib.12. Sed videtur etiam quod tunc ſit neceſsitas cauſatiua ſi non vult in pœnam incurrere.

Secundo caſu principali,quando uerbum poteſt ponit̃ incidenter,& conditionaliter.Aduertendum eſt primo qđ triplex eſt potentia hominis,ut habeẽ in l.1.ff.de iniuſt.teſta. & de uerb.ſigni.l.nepos proculo.Pro quo uide Inno.in cap. ſciſcitatus,extra de reſcri.Item quod aliud eſt potẽtia. aliud eſt deductio potentię in actum.l inter illam.de uerb.ſigni.& infra patebit.

Quibus præmiſſis ſciendum eſt quòd Bar. & poſt eũ Bal. in d.l.1.ſic diſtinguunt.q̃ aut uerbum poteſt imponitur abſolute in orõne,ut quia non referẽ ad actum certæ p̃ſonę,& tunc intelligit̃,vt denotet potentiam naturæ,ut d.l prima,& & l,cum in ſecundo,eo.ti.& quod habeẽ in l,continuus.§.illud.de verb.obli.cnm ibi no.Aut poſitum in oratione referẽ ad actum certæ perſonæ aut non. Primo caſu aut ille ad quẽ referẽ ex hac potentia vult agere , & requirit̃ potentia cum actu.l.3 §.ſi quis ſic acceperit ff de ſtat libe.ubi eſt notabilis caſus. Aut vult ab alio conueniri,& ſufficit quod habeat potentiam deducendi in actum vt l.nepos proculo.de uerbor. ſigni.Secundo caſu.ſ.quando actus explicandus non continet commodum certæ perſonæ.Et tunc ſufficit potentia deducendi in actum illius ſpecialis perſonæ ad quam refert, adeo quod non ſufficeret poſsibilitas naturæ, ut. l.inter illã de verb.ſigni.Quod eſt uerum niſi addat̃ dictio poſtquam , q̃a tunc requirit̃ potentia cum actu,ut.d.l.inter illam.ſecundum aliam lect.Et ex prædictis videretur dicendum ad propoſitum cum potentia ſolutionis referatur ad actum certæ perſonæ.ſ.fiſci cui ſolui debet,& nolit agere,ſed uelit ab alio conueniri,ſufficiat quod ſoluere poſſit.i.habeat potentiam ſoluendi,licet ad actum non deducat,vt.d.l.nepos. Sed non ſic eſt,nam ſi recte cconſideras.prædicta loquuntur quando uerbum poteſt ponitur in oratione incidenter affirmatiue. Sed in themate quæſtionis noſtræ ponitur negatiuè, ergo non eſt eadem diſpoſitio,ut habetur in l.quod Seruius.ff.de condi.ob eau.Sed tunc recurrendum eſt an doctrinam Bar. no.quam ponit in l.ſuus quoque.ff.de hære.inſti. in §. ſed & ſi filio.dicitur enim quis deſinere poſſe,& ſic non poſſe multis modis.Quandoque ex perſona eius qui debet aliquid facere.quandoque ex tempore ex quo fieri debet. Quandoque ex p̃ſona eius in quem fieri debet. Primo caſu habet locum diſtinctio.l.ſuus quoque.Aut eſt conditio poteſtatiua q̃ põt impleri ultimo uitæ ſpiritu, & nõ deſinit poſſe,niſi cũ eſt in articulo mortis,ut ibi,& quod habetur in l.fi.ff.de cõdi.inſti.Secundo caſu quando ex tpe dicit quod deſinit poſſe fieri q̃n lapſum eſt tempus illi actui limitatum ſiue ab homine ſiue a lege.ff.de hære.inſti. l. ſed ſi in condõne , & de verb.obl.l.in illa.cum ſimi.Sed an tps intelligatur adiectum ſaltẽ a lege.Dicit ibi Bar.quod quandoque adijcitur talis diſpoſitio in ultima uolunta.Et tunc aut adijcitur inſtitutioni hæredis, & nullum tempus intelligitur limitatum. & ideo expectatur tempus mortis, niſi per iudicem aliud inſtituatur,vt ibi,& l.ſi quis inſtituatur.eo.ti.Aut adijcitur legato,& tunc habet tempus limitatum ſcilicet quod impleatur cum primum poteſt.l.hæc conditio.ff.de conditio.& demonſtr, & no.in d.l.ſi quis inſtituatur.Quãdoque adijcitur in diſpoſitione inter uiuos.& tunc aut incipit a præcedenti diſpoſitione,& tunc intelligit̃ tempus limitatum,ſcilicet quo ad qs fuerit conſtitutus in mora.Si uero incipit a præcedenti conditione,& tunc requiritur quod deſinat poſſe fieri , & hæc probantur in l.ita ſtipulatus.de uerborum obliga.Ex quibus Bar.infert ad propoſitam quæſtionem dicens cogitandum an ſententia æquiparetur vlt.volun. an contractib. & ſic inſolutum dimiſit.

Ex prædictis tamen colligitur quòd ſi ſententiam æquiparas vlt.volun.cum non ſit uniuerſalis diſpoſitio,ſed particularis,& ſic æquipareẽ legato,dicatur non potuiſſe ſoluere ſi cum ſciuit ſe ſic bannitum ualens ſoluere non ſoluit, ut. d.l.hæc conditio.Si æquiparas contractui cum cęperit a prę cedenti diſpoſitione non intelligit̃ ſoluere non poſſe,niſi cũ fuerit de ſoluendo requiſitus , & ſic neceſſe ſit ſibi terminũ aliquem aſsignari, argumen. ff de ſolu.l.tantum. & l. quod dicimus. Quid ergo dicendum.Baldus in d.l. ſuus quoque. dicit quod iudex poterit aſsignare terminum ſuo arbitrio, argumen. ff.de iure deliberan. in l.prima, in fine. Et ſic ſecundum hãc determinationem non haberet ſeruare dictum ſtatutum officialis, de quo ſupra. Sed deberet aſsignare dicto bannito terminum ad ſoluendum. Cæterum hoc non videtur expeditum, cuia in caſu thematis propoſiti nullus terminus fuit appoſitus in banno.& ſic potius videtur cadere in tertio caſu, quando ex ma-

Digitized by Google

teria ex qua fieri debet. In quo mẽbro Bar. vbi ſup. ſic dixit, quod aliquãdo materia ex qua ſumitur ſtricte. Exemplum in l. quod ſeruius. de condi. ob cau. & tunc illa materia diſſoluta deſinit poſſe fieri, vt ibi, & in auc. cui relictum. C. de indi. vidui. Si uero materia ex qua eſt generaliſſima, vt ſi dicatur. Si decem dederit in genere &c. Tunc ex parte materiæ non dicitur deſinere poſſe, quia genus perire non poteſt, vt. l. incendium. ſi cer. pet. & l. in ratione. §. incertę. ad leg. Falc. Ex quibus videtur dicendum in propoſito quod cõdemnatio capitis nũquam ante mortis articulum poſſet habere locum, quia reſpectu pœcuniæ nunquam deſineret poſſe ſoluere. Quartum vero membrum ſcilicet quando pendet potentia a perſona eius in qua debet impleri non facit ad propoſitum, ſed dic vt per Bartol. in d. l. ſuus quoque. Per hoc igitur nondum expeditus eſt caſus noſter, tum quia omnia debent redigi ad ſuum intellectum, vt ſic res potius ſortiat effectum quam nõ. l. 1. in fi. ff. quod quiſque iuris, & quia ſententia æquiparetur aut contractui, aut vltimæ uoluntati ſecundum benigniorem intellectum ſecundum Bartol. in l. centeſimis. in fin. de uerbo. obli. & dicam infra parte proxima hoc eo. tempore quæſt. 79. Dico qđ ꝙ aut in ſententia banni fuit adiectum tempus, & tunc lapſo tempore intelligi tur ſoluere non potuiſſe, & ex tunc purificata fuit condemnatio perſonalis. Si autem nullum fuit adiectum tempus, tunc non habet locum dictum ſtatutum, ſed debebit officialis ei aſſignare terminum ad ſoluendum ad ſimilitudinem contractuum vt ſic conſtituatur in mora, qui non debet eſſe minor dierum. 10. arg. eorum quæ habentur in l. ſi debitori. ff. de iud. iunctis. quæ habentur in l. prima, in fin. ff. de iur. delib. & per hoc ſit expeditum ſecundum. Intelligitur ergo ſtatutum prædictum in eo qui tempore capturæ erat bannitus in perſona uel membro. l. in delictis. §. ſi extraneus. ff. de noxali. Si tamen aliud ſtatutum non eſt lapſo tempore ſibi aſſignato ad ſoluendum. & nulla facta ſolutione ſuccedet diſpoſitio ſtatuti, vt incontinenti poſt tres dies debeat facere executionem. l. nõn poſſunt. ff. de legi. cum ſimili. Sed reſtat tertia dubitatio quando currat dictus terminus, & in hoc examinari oportet. An in dubio terminus currat de momẽto ad momentum, an vero a die actus, vt ſic dies termini nõ computetur in termino. Circa quod Doct. varie loquuntur in iuribus quæ infra allegantur. Sed aduertẽdum puto quod quandoque terminus aſſignatur ſine aliqua præpoſitione, puta quia dicitur habeat pro termino ad executionem ſententiæ ſiue banni tres dies. Quandoque aſſignatur cũ aliqua præpoſitione, a, vel, ex, vt quia dicitur a tali uel ex tali actu, vel a tali ſiue ex tali die habeat terminum trium dierum. Aliquando cum præpoſitione. infra, vel intra, vel ante tres dies. Aliquando aſſignatur cum dictione, poſt vt in themate noſtro dictum eſt. Primo caſu quando ſimpliciter aſſignantur certi dies pro termino. Sciendum eſt triplicem eſſe diem. qdam enim dicitur dies naturalis. ſ. 24. horarum, & iſte incipit qñq; ab ortu ſolis, qñque ab occaſu, qñque a meridie, ſm diuerſitatem gentium, more autem Romano incipit a media nocte, & media nocte finit, vt hæc habentur in l. more. ff. de fer. Quidam eſt dies artificialis, & iſte incipit in mane, ut ibi no. ꝙ intelligitur. i. ab ortu ſolis, & durat uſque ad occaſum, vt habetur in l. 1. C. de cuſto. reo. per Bart. in l. aut facta. §. tempus. ff. de pœnis. per Ioan. Andr. in c. 1. de homic. Eſt & alius dies qui uocatur dies emergens qui eſt quando computatur de momento ad momentum ut habetur in d. l. more. & ibi per Iacob. Butr. & alios. Et cum hæc ultima appellatio non ſit communis, vt de ſe patet, intelligam ſtatutũ prædictum intelligi de tribus diebus, aut naturalibus, aut artificialibus, quod effectiue in idem recidit. & ſic nõ computabitur de momento ad momentum. & ſic dies capturæ nõ cõputabitur in termino, vt ſic tunc nullo uerbo ad alium ſignificatum inducente intelligatur ſecundum communẽ uſum loquendi. l. annículus. de uerborum ſignific. cum ſimili. & habetur per Iacob. Butri. & Bartol. in l. prima, ff. ſi quis cau. qui allegant. l. eum qui cal. in princip. de uerborum obligatio. per Iacob. de Are. in l. prima, §. dies. ff. de libe. agnoſcẽ. & etiam alibi habetur, ut infra patebit. & hoc credo uerius ratione prædicta quàm id quod dixit Ioan. Andr. in capitu. ſuper eo. ſecundo, de appella. ubi dixit in dubio tempus cõputandum de momento ad momentum, qnòd etiam uoluerunt alij, ut infra dicam, ſed debet intelligi, ut infra dicetur.

Sed tunc dubitatur an dicti dies ſint utiles, an continui. Et tex. in d. §. dies. facit quod ſint continui. In contrarium facit tex. in l. ſecunda. §. dies. ff. quis ord. in bonorum poſſeſſio. ſer. & in l. prima, §. dies. ff. quando app. ſit. per quæ iura credo quod intelligatur de utilibus ſaltem quo ad actum de quo agitur. Cum enim debeat expediri in forma, iudici ſaltem quo ad initium debent eſſe utiles, ut in iuribus ſecundo loco allegatis. Vtiles intelligo ſecundum naturam criminalium, & actus executionis. l. ſi uno. ff. loca. cum ſimilibus, & ideo ſi quis eſſet bannitus ex tali cauſa ex qua etiam quacũque die fieri poſſet executio ſecundum quod habetur in l. præſides. C. de fer. nulla eſſet ratio quare differri poſſet.

Et pro materia temporis utilis continui, & partim contínui. uide quod habetur in l. 1. ff. de diuer. & tempo. præſcr. & extra de conceſ. præb. c. 2. & c. quia diuerſitatem, & de reſti. in inte. c. 1. in clem.

Secundo caſu quando aſſignatur tempus cum propoſitione, a, uel, ex, uel, ab. Et iſto caſu dicunt communiter Docto. quod dies termini non computatur in termino. Et ſic ẽt hoc caſu dies capturæ non computabitur in termino triũ dierum. l. ratio. §. fin. ff. de actio. emp. & ita no. in Specul. de dila. §. 1. verſicu. ſed pone. & per Ioan. Andr. in ca. ſtatutum. de præben. lib. 6. per Iaco. & Bar. in d. l. prima, ſi quis cau. Nec obſt. l. prima. §. dies. de lib. agnoſcen. & de adul. l. pater. §. fin. ubi text. dicunt quod dies computantur ex die diuortij: quia ibi contingit, ex eo, quia in alia parte dictum fuerat tẽpus currere poſt diuortium, & ſic una particula reſtringit, & declaratur ab alia. l. ſi ſeruus plurium. §. fin. de lega. j. & C. fami. herciſc. l. quoties. cum ſimili.

Prædicta quidem uera ſi tales dictiones apponuntur tẽpori. Si uero apponuntur actui, ut quia dicatur a captura uel ex captura, & ſic de ſimilibus, tunc computabitur in termino dies capturæ, & procedet de momento ad momentum. l. 1. §. biduum. & §. dies, quando appel. ſit. & C. de tempo. appe. aucten. hodie. & idem ſi apponitur dictio demõſtratiua extremitatis temporis vel initij, vt ſi dicatur habeas terminum inde uel hinc ad ſex dies. Tunc enim ſimiliter computantur de momento ad momentum. l. 3. §. minorem. ff. de minuo. & per Docto. in d. l. 1. ſi quis cau. & iſtud puto uerius quam id quod dixit Iacob. Butr. ibidem qui generaliter dixit computari tempus de momento ad momentum ſiue dilatio ſtatuatur ab homine ſiue a lege ſiue detur dilatio dierũ ſiue in dies ſiue ad dies, ſiue intra dies.

Ex prædictis enim & ex his quæ inferius dicentẽ patet qđ illud non eſt ſimpliciter uerum, nec. ll. per eum allegatæ de quibus ſupra mentio facta fuit aliter probant quàm ſup. dictum ſit. & ut dixi ſupra ſic debet intelligi. & *ſaluari dictum* Io. Andr. in d. c. ſuper eo. 2. de appella. licet *Bald. aliter dixerit* in aliquibus in l. eos. §. ſinautem. C. de appe. ubi alle. prędicta, & alia iura, ubi uide ſi libet.

Et quia natura dictarum dictionum ſeparatiuarum quandoque eſt diuerſa, & pro prædictorum declaratione neceſſarium eſt id ſciri, pro dictione, a, recurre ad no. in l. a caligato. C. de nup. & in d. l. ratio. §. fin. de act. emp. ff. de flumi. l. pe. 31. diſt. ante triennium. 16. q. 3. placuit. ff. de excu. tuto. l. 1. §. qui autem. de reſcrip. c. dilectus. l. 1. & 2. ff. de ſena. l. ſi. §. fina. C. de aduo. diuer. iudi. l. poſt duos. & C. de ero. mil. an l. iubemus. Ex quib. patet qđ quandoque ponitur excluſiue, quandoque que incluſiue, ut ẽt habetur in multis alijs iuribus. Ponitur etiam aliquando cauſatiuæ. 23. q. 8. coniuges. Interdum aſſumit naturam aliarum dictonum, quandoque enim ponitur pro, ex. 15. q. 3. inter cætera. & ca. item ſi de rebus. Quandoq; pro, per. ff. de leg. 1. l. ſeruo legato. §. 1. & ſol. matr. l. ſi ſocer. §. 1. & uide ẽt quod habetur in c. abbate. de re iudi. lib. 6. De dictione, ab, ſimpliciter poſita quæ ſeparationem denotat, habes. ff. de duo. reb. l. ſi ex duob. in prin. ff. de euic. l. ſi rem. §. ſi. de hære. inſti. l. ſeruum. §. hæreditas. ff. ad l. Falc. l. hæreditatẽ. & no. extra de app. c. ſuper eo. 4. q. 6, c. quiſquis. 35. di. ab iſto. ff. de mino. l. emilius. C. de ſepul. vio. aucten. ſed nec. ubi ponitur excluſiue. Quandoque etiam ponitur incluſiue in auc. ut ab illu. & qui ſuper eos ſunt, in rubro, & nigro. Si uero iũgitur cum alijs dictionibus, ut quia dicatur abhinc qualiter intelligatur vt. C. de ſac. ſan. eccl. placet. Intelligitur. n. ab hoc tempore in antea. Si autem adijcitur ante intelligitur. i. ab hinc retro. ff. de iudic. l. proponebatur. Si autem dicitur ab hoc uide de origi. in l. 2. §. poſt hunc.

Tertio principali caſu quando dicitur infra vel intra tres dies dixit Iac. de bel. in d. l. 1. quod terminus computatur de momento ad momentum, & ſic dies prima. ſ. termini & ultima cõputantẽ in termino ut d. l. 2. §. quod in ſententijs. ff. qñ appel. ſit. Sed hoc nõ vr̃ verum per ea quæ dixi ſup. in primo caſu. Non obſt. §. qđ in ſnĩjs. ff. qñ appell. ſit quia ibi ideo eſt, quia dr̃ a ſnĩę recitatione intra. 10. dies de quo ibi. & de re iudi. c. quo ad conſulta. Dies tñ tertius uel decimus qualitercũque fiat cõputatio erit in termino, & illa die actus fieri poterit, vt no. in c. frequens. de reſti. ſpo. li. 6. in gl. quia dies. quę allegat iura, vbi tamen computatur de momento ad momẽtũ neceſſe eſt cõſtare de hora, qñ ſit in vltima die, vt ſic appareat factũ eſſe intra tps ſm Io. An. no. id differẽtẽ in addi. ſpe. in tit. de inſtr. edi. §. 2. ver. poſt indictionẽ. De natura autem

harum

Digitized by Google

harum dictionum. ſ. intra & infra. vide de infra in l. Pomponius in neg. de nego. geſt. ubi ponitur pro, interdum uel interim, quia dicitur intra moras. Item denotat extremitatẽ. ff. ſi cer. peta. l. non omnis. & non dicitur quis eſſe in mora, niſi lapſo illo die, vt cum dicitur intra decem dies dabo. ff. de verb. obli. l. quicquid aſtringendæ. §. ſi ita ſtipulatus. Quando que tamen ponitur pro circa. ff. de iur. fi. c. l. vltima, & ad ꝓpoſitum noſtrum dictio, intra ponitur incluſiue. ff. de verb. ſignifi. l. ſi quis ſic dixerit. de conttahen. emp. l. ẹde ſacra. §. ſi quis intra. de offi. præf. vrba l. 1. in initio. & de act. emp. l. fundus. & l. quæro. Dictio uero infra eodem modo denotat extremitatem, vt. d. l. non omnis. licet quandoque id nõ faciat. ff. de ſucceſ. edic. l. 1. Item ponitur incluſiue inſti. de gradi. in princ. & ff. de act. emp. l. in uenditione. & uide extra de auctori. & vſupal. c. 1. & c. ex tuarum. & idem in dictione, ante, de quo. ff. de verbo. obli. l. qui ita. & l, ſi ſtipulatus fuero. & l. qui ante. licet aliter uideatur poni in l. anniculus. de uerbo. ſign. Sed reſponde per no. per Barto. in l. 2. ſi cer. peta. & alijs pluribus locis.

Quarto autem principali caſu qñ aſſignatur terminus cũ dictione, poſt: Dixit Guil. in Spe. de citatio. §. vlto. verſicu. pe. quod dies dati termini non computatur in termino etiam ſi dicatur poſt citationem, & ſimilia. Sed verius dicendũ eſt quod aut dictio, poſt, adijcitur diei uel tempori. Et tunc nõ computatur de momento ad momẽtum, licet dies dati termini non computetur in termino. ponitur enim excluſiue. ff. de minori. l. emilius. & de uerborum ſigni. l. anniculus. & l. ſi quis ſic. facit. ff. de legi. 3. l. poſt diem. ponitur tamen cauſa neceſſitatis incluſiue, ut quia alias non eſſent decem dies, niſi ille dies computaretur, ut dicit gloſſ. 23. q. 4. c. uindicta, & allegat. 76. diſtinct. ſcire. ſed c. ea uindicta. illud non probat, vt ſtatim dicam. Si vero adijcitur actui, vt quia dicat poſt citationem uel poſt publicationem teſtium. & ſimi. tunc cõputatur de momento ad momentum. l. 1. §. dies. ff. de liber. agnoſ. & dicta. l. pater. §. final. de adulte. cum ſimi. & ideo ad propoſitum dum dicitur poſt capturam, intelliguntur tres dies de momento ad momentum, dum tamen intelligatur poſt capturam perfectam. id eſt poſtquam ad ipſum oſficialem ductus fuerit, & ſciuerit ductum eſſe. l. laqueum. ff. de acquiren. rerum domi. l. ſi barſatorem. C. de fideiuſſoribus per Cy. in l. licet. C. de acqui poſſeſſio. & per Bart. in l. 1. ff. eo. tit. Non enim currit terminus ei antequam ſciuerit. l. genere de his qui notan. infa. cum ſimilibus. quinimmo nec antequam executionem facere poſſit, argumen. ff. de ſtatu libe. l. 3. §. ſi quis hæredi. & l. ſi in diem. de conditio. & demonſtra. cum ſim. Vltima dubitatio fuit, an elapſis tribus diebus ſi non facit executionem incidat in pœnam ſtatuti, & dicendum eſt quod non, quia licet teneatur illum terminum ſeruare ad ſimilitudinem eius qui capit ſimpliciter bannitum ad mortem. l. in teſtamento. ff. de condit. & demonſtra non tamen incidit in pœnam ſtatuti, vt ibi & l. multa. in eodem titul. Sed ſi differt vltra debitum teneatur per titu. ut diff. iud.

Not. tamen quod licet non faciat ſic repente lapſo triduo non ppea punitur, ex cauſa enim dictio, incontinenti, & ſic ſimiles recipiunt temporis interualla, ut probatur in iuribus infraſcriptis. primo in uerbo, confeſtim. in l. ita ſtipulatus de uerb. obli. l. 1. C. de compen. depo. l. pen. C. vnde ui. l. momentaneę. iuncta. l. 1. ff. de pœnu leg. l. qui procuratorem dat. ff. de procu. in uerbo, continuo. de uerborum obli. l. ſi ſtipulatus ſum dam. cum gloſſ. ſua. de arbi. l. licet. & l. 3. §. in admittenda. ubi glo. ff. de acqui. poſſeſ. In dictione, ſtatim. ſolu. matr. l. diuortio. §. ex contrario. In dictione, incontinenti, & mixtim in prædictis. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad leg. Falcid. in cap. quia propter. de elect. de non nu. pecu. cap. 1. gloſſ. in clem. 1. de offi. delega. Inno. in cap. fi. de præſump. Bartol. in l. cum pecuniam. ff. de noua. C. quo. bo. poſ. l. fin. & ff. ſi cer. peta. l. 1. Et uide in Spec. de diſpu. aduo. §. poſt hæc. verſi. item clauſula.

Rubricæ quæſtionum tertiæ partis ſecundi temporis, uidelicet de his quæ fiunt in fauorem bannitorum.

Poſt expeditionem ſecundæ partis ſecundi temporis, reſtat, ut ad tertiam eiuſdem temporis particulam ueniamus, & ideo aliarum partium ordinem ſequens præmittam rubricas ſiue titulos quæſtionum quæ in ea uerſabuntur. Deinde ad illarum examinationem particulariter deſcendetur. Sunt ergo huius partis, rubric. quæ ſequuntur.

SVMMARIVM.

1 *An iudex poſſit inquirere de offenſione facta bannito de qua ipſe accuſare non poteſt.*
2 *An formato proceſſu de offenſa facta bannito proſit ad utilitatem proceſſus, ſi poſtea bannitus ſoluit uel a banno eximitur.*
3 *An ualeat ſententia lata pro banno contra debitorem qui banni exceptionem non oppoſuit.*
4 *Incidenter quando talis banni exceptio poſſit opponi.*
5 *Si cauetur ſtatuto quòd bannitus non poſſit ad ſui utilitatem contrahere, an ualeat pactum de inquilino non expellendo.*
6 *An ualeat ordinamentum factum in fauorem banniti, ſtãte ſtatuto quod nihil poſſit proponi in conſilio in fauorem bannitorum.*
7 *An bannitus pluribus bannis præſentans bannitum nirtute ſtatuti diſponentis eum ex banniri debere, debeat ab omnibus bannis rebanniri.*
8 *An ſtante ſtatuto quod bannitus præſentans bannitum rebanniatur ſi eſt bannitus de pari uel minori crimine. An præſentans bannitum pro homicidio facto cum armis debeat rebanniri a banno ſibi dato pro homicidio facto cum ueneno.*
9 *An ſtatutum factum in fauorem bannitorum certum quid ſoluentium porrigatur ad bannitos carceratos.*
10 *An tale ſtatutum trahatur ad poſtea bannitos.*
11 *Stante ſtatuto quòd banniti rebanniantur ſoluendo. 5. ſolidos pro libra, ſit aliud quo cauetur quòd banniti rebanniantur ſoluendo medietatẽ banni, an bannitus ante confectionem ſecundi ſtatuti habeat beneficiũ primi ſtatuti an non,*
12 *An generale ſtatutum in fauorem bannitorum comprehendat bannitos pro falſitate.*
13 *An petens ſe rebanniri uirtute ſtatuti ſoluendo certum quid habeat beneficium ſecundi ſtatuti facti poſt uenditionem talis introitus, et eſt pro lixus titulus quæſtionis.*
14 *Si ſtatuto cauetur quòd falſatores monetæ, & robatores ſtratarum non poſſint rebanniri etiam habita pace. Et fit aliud generale ſtatutũ quod omnes banniti habita pace debeant rebanniri, an comprehendat falſarios, & robatores.*
15 *An in ſecuritate data uenientibus ad nundinas comprehendantur banniti.*
16 *An data generali ſecuritate, quòd nullus poſſit capi pro debito bannitus pro maleficio poſſit uti dicta ſecuritate.*
17 *An ſecuritas ualida conceſſa bannito intelligatur conceſſa etiam pro re deundo.*
18 *An intelligatur pro una uice tantum.*
19 *An illi qui non poteſt rebanniri, poſſit dari ſecuritas ad annos centum.*
20 *An receptans bannitum ignorans eum bannitum puniatur pena receptantis.*
21 *An conſanguineus receptans bannitum ſcienter puniatur pœna ſtatuti.*
22 *An uxor receptans uirum bannitum incidat in pœnam receptantium bannitos.*
23 *An receptans in domo extra uillam poſita incidat in pœnam ſtatuti punientis receptantem in caſtris uel uillis.*
24 *An ille qui ſcienter pluribus diebus receptauit bannitum, poſtea eũ prodidit, & curiæ præſentauit debeat puniri uel præmiari.*
25 *Si uicinia eſt condemnata ex eo quòd in illa unus recuperauit bannitũ. an poſſit agere contra rectptantem.*
26 *Stante ſtatuto quod nullus poſsit dare bannito auxilium, conſilium, uel fauorem. An aduocans pro eo incidat in pœnam ſtatuti.*
27 *An incidat in pœnam allegans pro eo cauſas abſentiæ.*
28 *An incidat in pœnam ſi pro eo teſtimonium dicit. & quid ſi eum capit deinde relaxat.*
29 *Aliquis eximit captum de manibus familiæ. An teneatur ut eximens, et an etiam vt præſtans auxilium uel fauorem.*
30 *Poſito ſtatuto quòd pacis beneficium aperiat bannito uiam ad eum rebanniendum. An bannitus pro crimine adulterij poſsit habere tale beneficium.*
31 *A quo debeat haberi pax de adulterio ut ei proſit ſtatutum.*
32 *An minor poſsit facere pacem de morte patris, ut ex ea bannitus talis ſtatuti beneficium conſequatur. & in hac inferuntur duæ ſequentes.*
33 *Si non poteſt. An posit tutor uel curator. & an poſsit peti reſtitutio.*
34 *An talis pax requirat iudicis decretum, ut bannito proſit.*
35 *An ſi requiritur pacem fieri ab hærede occiſi ſufficiat bannito quod illã habeat a filio non expreſſo nomine hæreditario: & in hac ſubditur.*
36 *An ex tali pace uideatur adire etiam ſi aliquid recipiat*
37 *An bannitus debeat cancellari habita pace pro generali procuratore cum libera.*
38 *An ſufficiat bannito ſi habeat pacem ſine ſcriptura.*
39 *An ſufficiat ſi bannitus habet pacem ab vno ex pluribus hæredibus.*
40 *An ſufficiat pax habita ab occiſo dictante ſtatuto ſimpliciter bannitum debere rebanniri ſi pacem habuerit.*

Quid

Digitized by Google

Nellia S. Gemin. de Bannitis.

41 *Quid ſi ſtatutum dicit quòd rebanniatur ſi habuerit pacem ab hærede occiſi. An ſufficiat habita ab ipſo vulnerato.*

42 *Ex forma ſtatuti requiritur, quòd de pace conſtet per publicum inſtrumentum, & de pace conſtat per inſtrumentum, ſed de aditione hæreditatis conſtat per teſtes. An ſufficiat.*

43 *An ſufficiat pacem fuiſſe factam abſente bannito intra terminum ſtatuti.*

44 *An ſufficiat quòd bannitus ratificet poſt pacem receptam intra tempus ſuo nomine, & ineſt.*

45 *An ſufficiat quòd nomine offenſi uel hæredis alius fecerit bannito pacem intra tempus.*

46 *An ſtante dicto ſtatuto bannitus ex eo quòd blaſphemauit Deum poſſit habere beneficium pacis.*

47 *An ſtante eodem ſtatuto ſufficiat bannito ſi habeat pacem a patre offenſi.*

48 *An ſtante dicto ſtatuto ſuccedens hæredi offenſi poſſit ſibiipſi pacem reddere, ut habeat beneficium ſtatuti.*

49 *Quid iuris ſi ſtatutum ſimpliciter dicit de offenſo, & nil dicit de hærede. & quid ſi moritur ſine hærede.*

50 *Si uniuerſitas eſt bannita, an requiratur, quòd fiat pax ſingulis de uniuerſitate, & quòd ſinguli ſoluant.*

51 *An offendens illum cum quo pacem fecit tempore quo erat bannitus incidat in penam pacis ipſi bannito offenſo.*

52 *Quid iuris ſi poſt pacem bannitus fuit.*

53 *Quid iuris in caſibus prædictis ſi facientes pacem erant fratres.*

54 *A quo tempore computetur decennium cuius curſus requiritur antequam bannitus poſſit rebanniri, an a tempore dati banni an a fine primi.*

55 *An ſindicus teneatur denuntiare offendentem bannitum.*

56 *An uniuerſitas talem offendentem non capiens incidat in penam non capientis malefactorem.*

57 *An bannito poſſit ſolui durante banno.*

58 *Stante certo ſtatuto quot pœnis puniri debeat aſſo ciãs bannitum cum eo contrahens, & in domo retinens.*

59 *An attentans rebellare caſtrum ad actum proximum peruenieus, inde bãnitus comprehendatur in ſtatuto prædicto loquente de bannito ob rebellionem caſtri.*

60 *Si uno ſtatuto cauetur, quòd banniti poſſint impune offendi: altero cauetur, quòd non poſſint offendi infeſto S. Ioannis Bapti. & per octo dies poſt, an offendens bannitum in bonis incidat in pœnam ſecundi ſtatuti.*

61 *Bannitus de Florentia fuit aſſumptus Bono. ad honores. Quæritur an poſſit illud officium exercere.*

62 *An valeant geſta per bannitum electum ad officium uetante ſtatuto.*

63 *An dicente ſtatuto quòd banniti non poſſint eligi ad officia, bannitus poſſit eſſe ambaſſiator orator ſiue legatus.*

64 *Qui ſunt illi qui poſſint bannitum rebannire.*

65 *An poteſtas ciuitatis poſſit rebannire.*

66 *An quis poſſit coram poteſtate petere quòd pronuntietur ſe non eſſe illum de quo dicitur bannum. & an ſufficiat ſi poteſtas declarat, & qui in tali cauſa ſint citandi.*

67 *Qui poſſint petere quòd bannitus rebanniatur.*

68 *An cancellatio banni per uiam iuſtitiæ poſſit peti per procuratorem.*

69 *Quis poſſit petere, quòd ſibi detur ſcriptura banni.*

70 *Qui dat curatorem minori bannito.*

71 *Qui det tutorem, uel curatorem filio banniti in alio loco exiſtenti.*

72 *Si quis eſt bannitus pluribus bannis, an ſufficiat una abſolutio.*

73 *An poſſit abſolui ab uno banno tantum.*

74 *Statutum factum eſt quòd certi banniti rebanniantur, & habeantur pro cancellatis. quæritur an requiratur cancellatio de facto.*

75 *An cancellatio totius condemnationis ſiue banni uirtute unius reformationis reſtringatur ad illos de quibus loquitur reformatio.*

76 *An ex forma ſtatuti bannitus pro debito poſſit de banno eximi ad uoluntatem creditoris.*

77 *An talis bannitus pro debito offerens ſtare iuri debeat cancellari dicente ſtatuto quod eximatur de banno ſi fuerit in concordia cum creditore.*

78 *An ſtante ſtatuto quod nullus bannitus rebanniatur niſi ſoluerit certam quantitatem camera Apoſt. Facto poſtea contrario ſtatuto, bãnitus qui vult rebanniri teneatur illam quantitatem ſoluere.*

79 *An bannitus ſit liberatus a banno eo ipſo quòd fecit illud propter quod ex forma ſtatuti intelligitur rebãnitus, an vero requiratur declaratio, & eſt bimembris, quia primo tractatur quando in banno dicitur, ſaluo quòd ſi ſic fecerit &c.*

80 *An debeat cancellari a banno de mille integris, ſi ſoluit intra decem dies cum beneficio quarti ex forma ſtatuti.*

81 *An poteſtas qui ultimis. 15. diebus non poteſt quem eximere de bãno poſſit pronuntiare eum eximendum eſſe. & quid de officialibus qui prohibentur rebannire exbannitos, an ſaltem poſſint ordinare qualiter debeant rebanniri etiam aliquid detrahendo ſolennitatibus in rebannendo antea requiſitis.*

82 *An ſtantibus certis ſtatutis capitaneus qui propoſuit aliquem rebannidum, & fuit ordinatum ut propoſuit, intelligatur priuatus officio capita. Et ſic non ualeat ordinamentum, an uero ualeat.*

83 *Si cauetur ſtatuto quòd bannitus in certa quantitate incidat in pœnam capitis ſi petierit ſe ab aliquo in officium admitti, an ignorans ſe eſſe bannitum excuſetur, uel an perdat in eius rebannitione generaliter ordinatum.*

84 *An bannitus receptus in ciuitate, et tractatus longo tempore ut ciuis etiã in officijs intelligatur rebannitus. & an ſententia lata contra offendentem illum poſſit retractari.*

85 *An bannitus Vicẽtiæ, & regiſtratus Paduæ uirtute unius ſtatuti Paduani, præſentans bannitum Paduæ, debuerit rebanniri uirtute alterius ſtatuti Paduani, de præſentante bannitum loquentis. Et in ea tractatur plene de virtute ſucceſſionis, & acceſſionis vnius rei ad aliam.*

Tertia pars ſecundi temporis.

POſitis ergo tertiæ partis quæſtionum titulis. Capio primam q̃ fuit talis. † bannitus qui ex forma ſtatuti non debet audiri ĩ ciuili, vel criminali, fuit offenſus a Titio. Iudex non ad alicuius inſtãtiam ſed ex ſuo officio inquirit contra Titium, quæritur an poſſit. Hæc queſtio eſt antiqua, & in multis locis tractatur. Fuitque per Iacob. de Are. & Iacob. Butriga. diſputata, quod effectiue refert Bartol. in l. cum lex. ff. de fideiuſ. & in l. non ſolum. §. quamquam. ff. de iniur. & l. prima. ff. ad Trebel. & nouiſſime poſuit Angel. in l. ſi vacantia. C. de bo. vac. libr. decimo. Ad finem eius quod ibi ſcripſit faciens mentionem de opi. aliorum & ſuam ponit notabilem cõcluſionem, quam ego hic inſeram, additis, & mutatis aliquibus in mutiloquio nõ inſtando. Sciendum ergo eſt ut patet ex multis quæſtionib. ſupra formatis quod circa hunc effectum ſtatuta varie loquuntur. Aliquando enim dicunt quod bannitus poſſit impune offendi. Quandoque quod bannitorum querelæ nõ audiantur. Interdum quod audiantur agendo, vel defendendo. & quandoque quod non fiat eis ius vel non reddatur. Aliquando non ſimpliciter excluduntur, ſed ad tempus denegatur audientia, puta quouſque in banno fuerint, vel ſoluere diſtulerint, de quorum virtute verborum, ſcilicet an ipſo iure actionem tollant, an non, tangetur inferius. & ideo vt hæc quæſtio omnia complectatur, dicendum puto quòd aut ſtatutum ſimpliciter dicit quod poſſit impune offendi. & tunc iudex minime poſſit inquirere, quia id non eſt maleficium vt dixi ſupra parte proxim. quæſtione 61. & ſic vnicuique præcluditur via. l. ſi ſeruus. C. de his qui ad ec. confu. & l. ſecunda, ne quis vela. oc. & iſta pars eſt ſatis clara. Excluditur enim tũc iudex ex eo, quia id de quo agitur nõ eſt delictum. Si tamen in inquiſitione non narratur offenſum fuiſſe bannitum, tenet inquiſitio, & proceſſus. l. cũ putarem. ff. famil. herciſcun. & l. cum quædam de iuriſdi. omn. iudic. & neceſſe eſt quòd opponatur, & iudici probetur exceptio banni quæ eſt litis finitæ. & ad proceſſum poteſt opponi etiam per alium quam inquiſitum vt dixi ſupra parte proxim. quæſt. 14. Omnis enim exceptio per quam oſtẽditur accuſantem non habere ius accuſandi. uel inquirentem non haberet ius inquirendi ante litẽ conteſta. opponi poteſt ſecundum no. doctrinam Bartol. in l. nam & poſtea. ff de iureiuran & in l. eleganter. §. ſi quis poſt. ff. de condi. indebi. & dixi ſupra in proximo tempore parte prima, quæſt. ſecunda. Si vero ſtatutum dicit aliter vt quòd non audiatur, vel non fiat eis ius. & ſimiliter quæſtio eſt magis dubitabilis quia licet pars non poſſit accuſare tamen iudex ex officio poteſt inquirere. ff. ſi tu. non geſ. l. prima. C. de cal. l. prima, & ibi no. & in l. querela. C. de fal. & ita tenuit Iac. de Aretin. & ſecutus fuit Ray. ſcilicet quod poſſit cognoſcere ad vtilitatem fiſci non banniti, argumen. l. licitatio. §. non illicite. ff. de public vt ipſe ſcribit in l. prima, §. quod autem. de alea, & in l. falſi. C. de fal. vbi etiam Cy. tangit.

In contrarium tamen eſt veritas, quia vbi præcluſa eſt via parti ſibi eſt iudici l. non ſolum. §. quanquam. ff. de iniur. & ibi bonus tex. in l. prima, §. quod autem. ff. de alea. ubi melior. l. prætor. §. præterea. ff. de iniur. & ibi per, Iacob. de Are. & per Bartol. in iuribus ſupra dictis, & Iacob. & Bal. in l. prima, ff. de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Nec huic & præcedenti membro ob. l. decuriones. C. de infam. vbi Iacob. Butriga. & Bald. aliter videntur velle, quia ibi a lege nõ fuerat offenſio reddita impunita, vel ſimpliciter audientia denegata, ſed fuit excluſum certum genus pœnæ, & ideo alia potuit imponi, & maleficium factum pronuntiari fuiſſe, &

pro-

Digitized by Google

propterea si statutum diceret quod offendens bannitū non posset personaliter puniri, vel nō posset puniri maiori pœna librarum mille, non excluderetur cognitio pro minori pœna. Casus est ibi. & de se patet. l. cum prætor. ff. de iudic. & de legi. l. cum lex. cum simi. Diuersa. n. sunt tollere delictum, & tollere certam pœnam, ꝙ latius prosequitur Bald. in l. cum mulier, in fin. repetitionis. ff. sol. matrimo. Nec prædictis ob. l. quærela, quia illa gl. non est uera per. l. Pomponius. ſ. tali. ff. de procur. & l, ita demum. C. eod. & ita dicit Ange. quod eo audiente reprobabat Barto. illam gloss. Bald. etiam in d. l. prima, de his qui sunt sui vel ali. iur. Respondet quod illud procederet quando ex post facto non ab initio tollitur ius accusandi vt per præscriptionem, secus si ab initio. Sed prima responsio est communior. Si vero statutum dicit quod non audiatur donec fuerit in banno, vel quòd qui non soluerit collectas non audiatur in ciuili, uel criminali donec distulerit soluere. Dicit idem Angel. ubi supra quod tunc iudex a seipso poterit inquirere per. d. l, 1. C. de cal. & l. 1. ff. si tut. non ges.

Hic tamen aduertendum puto quòd si iudici ex forma statuti datur potentia inquirendi, requisito tamē prius iniuriam passo an uelit accusare. Quo respondente quod non, iudex possit inquirere, & aliter uon. Tunc decisio prædicta non procedit. Cum enim succedat in locum partis, eo iure quòd pars habet vti potest, & non alio, vt in regula, si qs in ius. lib. 6. præsertim quia lex siue statutum uolens requiri iniuriam passum debet intelligi de habili ad accusandum. l. 1. C. de sacrosanct. eccle. & l. vt gradatim. ſ. sed si lege. de mu. & hono. cum simi. aliter enim termini statutī verificari non possunt, & sic non potest succedere inquirendi potentia. l. ita autem. in princip. ff. de administra. tuto. cum simi. disputando tenuit Raynu. quando statutum dat potentiam iudici inquirendi prius tamen accusatione recepta. & ibi allegat multa iura. & inter alia quòd no. in l. plane. ff. quòd cum fal. tuto. & ff. de acquirend. possession. l. Pomponius. §. cum quis. & incipit eius disputatio. Lege municipali cauetur. Accedant quæ dixi supra parte prima, huius temporis. 59. & 60. quæstion. Si autem simpliciter datur potentia inquirendi, forte eius dictum verum est. Non enim redditur quod fit in eum impunitum. Nec in totum denegatur audientia propter quod iuris natiuitas sit impedita, sed qualificate denegatur ad tempus Cum ergo illud fit maleficium ex eo oritur ab initio duplex ius. Vnum parti ad accusandum, & ab isto pars ipsa excluditur donec distulerit soluere, vel donec fuerit in banno. Aliud iudici ad inquirendum. & ab isto non reperitur index excusus, ergo remanet sibi saluū ius suum. l si unus. §. ante omnia. ff. de pac. & satis ostendunt. d. l. prima, de calum. & l. prima, si cu. non ges. & facit quod no. in l. prima. C. qui accu. non pos. & d. l. decuriones. in ratione sui.

Prædicta quidem intelligo in offensa facta tempore quo quis erit malpagus. Si autem ei fiat offensio ante cessationem solutionis, sed antequam iudex inquirat labitur tempus, & efficitur malpagus. Dixit tunc Bal. in d. l. cum mulier. quod tunc iudex potest inquirere, quia tam erat fisco ius q̄situm quod negligentia illius tollere non potest, allega. not. in l. quærela. C. de Fal. & l. final. ff. de pact. quod habetur. l. 2. §. ꝙ si in patris. ff. solu. matri. & licet tunc ipse excludat exceptione personali, vt. l. penultim. C. q accu. non pos. tamen nō excluditur iudex secundum eum, quod intelligo nisi ad potentiam inquirendi requiratur requisitio iniuriam passi secundum ea quæ supra dixi. Quo casu etiam sufficiet si requisitio esset facta ante cessationem solutionis, & sic eo tpe quo non erat malpagus, vt in iurib. per Bal. allegat.

2 Sed tunc secundo circa idem quæro † stante statuto quod bannitus non audiatur etiam in criminali quousque distulerit soluere condemnationem, vel quousque steterit in banno, & idē disponente in non soluente collectas, bannitus, vel malpagus fuit offensus accusauit de offensione sibi facta, vel iudex eo requisito an vellet accusare, respondente quod non, formauit inquisitionem, fuit opposita exceptio, & probata secundum no. in l. hoc iure. ff. de uerborum obligatio. per Bartol. post quod bannitus fuit rebannitus, uel ipse aut malpagus soluit, & iudici productio facta fuit. Quæritur an ex eodem processu possit ad vlteriora procedi. An uero requiratur nouus processus. Hæc quæstio est magni effectus. Pone enim quòd tempore solutionis, uel exemptionis a banno, tempora cognitionis sunt decursa, quæ non erant tempore accusationis, uel inquisitionis, & sic dicatur locum esse. l. accusaturus. ff. de adulter. & in ea varie consuli, & iudicari uidi.

Meo tamen paruo iudicio huius quæstionis virtus stat in eo an acta facta cum bannito in eius fauorem valeāt, vel non. De quo dicam statim in seqnen. quæstio. Si enim non valerent per solutionem, uel exemptionem, a banno superuenientem non validarentur vt in regula, quòd ab initio. de regul. iur. & C. qui da. tu. pos. l. in vniuersis. & ff. de ser. expor. l. si minor. cum simi. præsertim quando lapsum esset tempus cognitionis, quia tunc fictio attractiua operari non posset. l. bonorum. ff. rem ra. habe. Si vero acta ualent videtur cōtrarium verum esse. Quando enim tenet iudicium licet agēs ius non habeat agendi. l. cum putarem. ff. fam. herciscun. Si postea superuenit ius sequi debet condemnatoria. l. si rem. §. fi. ff. de pigno. act. & secundum hāc secundam partem plures iudicari uidi per ibi no. & l. si mandauero tibi. ff. manda. Illa tamen iura prima facie non videntur adaptari ad ꝓpositum, quia loquuntur quando ius superuenit ex causa de p̄terito, & sic retro trahitur, quod hic non videtur esse, ergo &c. l. non potest. ff. de iudi.

Aduertendum tamen puto, quod etiam si acta teneant debeat considerari qualiter a banno eximatur. Nam aut eximitur quòd soluit, & puto ueram esse conclusionem prædictam. superuenit enim pēdente iudicio replicatio contra exceptionem exceptio excluditur. l. his oneribus. §. auctis. ff. de vaca. mu. & quod ple. no. per Bartol. in l. prima, ff. de excep. facit. ff. de pecul. l. quæsitum. in princip. vbi bonus tex. ad ꝓpositum. Si vero fuit exemptus a banno per uiam gratiæ ut quia fuit rebannitus, non puto procedere conclusionem. prædictam. Cum enim opposita exceptione esset opponenti ius quæsitum ut pronuntiaretur procedēdum non esse, vel absolueretur ab obseruatione iudicij quod regulariter idē est in effectu, per not. in §. final. insti. de diuer. & tempo. præscrip. per illam rebannitionem tolli non intelligitur ut in capitu. quamuis. de rescrip. libro sexto, & quod no. in l. Gallus. §. & quid si tantum. de liber. & posthum. & in l. final. C. de sen. pas. Nec habet locum hæc ratio in casu quo eximitur qa soluit, tum quia illa exceptio cum hac qualitate opponebatur, & sic per illam non poterat tolli soluendi facultas q̄ considerari debebat, vt. l. si quis domum. §. primo, ff. loc. num si quod non erat in absolutione per uiam gratiæ l. apud Iul. in fin. de leg. 1. tum quia vna exemptio sit per uiam iustitiæ, alia per viam gratiæ, & sic prima pinguius succurrit quàm secunda ut no. in l. anti. C. ad uelle. cum si. Facit quod no. per Inn. in c. ueniens. de fil. præsby. cum simi. & unde quæ dicam inf. in ult. tempō. par. 1. q. 4. & 5.

3 Pro declaratione præcedentis quæst. Tertio quæro † bannitus non debet audiri ex forma statuti, egit in iudicio contra suum debitorem, non fuit sibi opposita exceptio banni. & ideo pro bannito fuit lata sententia. Quæritur an ualeat. In hoc articulo Iacob. de Are. dixit primo uideri quod acta ualeant, & sic sententia argum. l. extat. ff. quòd metus cau. & quod ibi no. & C. de iurisd. omnium iudic. l. in criminali. debet enim intelligi tale statutum quo cauetur ius non reddi, uel non debere audiri, exceptione, scilicet opposita, allega. ff. ad Trebellia. l. prima, §. sublata. Ipse terminauit contrarium, scilicet ꝙ ipso iure non ualeant acta pro bannito, quia in suis fauoribus habetur tanquam mortuus. Item quia omnis iurisdictio, & omnia iudicia sunt de iure ciuili ut no. instit. de obliga. in princip. Constat autem tale ius non competere deportato ergo nec bannito, quod Bald. in l. scire oportet. §. consequens, de excusa. tutorum. dixit eundem tenuisse argumen. illius. §. & in l. prima, C. de hæredi. institu. dixit esse uerum, quia a quo remouetur genus remouetur quælibet eius species. l. si causa cognita. C. de transac. sed ei non debet reddi ius in genere, ergo nec sententia quæ est in specie. Io. autem Andr. in addi. Specul. in titul. de senten. & ex his quæ ipsam se. §. iuxta. uersic. Item est nulla ratiane litigatorum refert laco. āliter tenuisse, uidelicet ꝙ aut fuit expressus error ut si dixerit condemno. Titium Gaio bannito aut non. Primo casu dixit sententiam nullam. l. prima, §. item cū contra sacras. ff. quæ sen. sine appel. re. C. quando prouo. non est ne. l. secunda, & secunda, quæstione 6. §. diffinitiua. Secūdo dixit quòd aut fuit opposita exceptio aut non. si fuit opposita aut iudex iudicauit ex cōtemptu iuris quasi illa exceptio nulla esset, & tunc idem argumen. ff. de fer. l. prima, & secunda. Aut quia exceptionem non habuit pro probata, uel bannum existimauit non rite datum. ff. de re iudic. l. quarta, §. condemnatum, uel illum reputauit de damno exemptū, & dixit ualere sententiam ff. de re iudica. l. cum prolatis. C. de fide instrumento. l. final. ff. de compend. l. quod in diem. §. si ratione. dixitque hoc sciri posse ex qualitate disceptationis factæ super exceptione. ff. de iureiuran. l. final. Secundo casu quando exceptio non fuit opposita, dixit sententiam nullam, quia contra formam statuti, & sic cōtra legem. ff. de lega. l. contra legem. & l. non dubium. C. eodem. Item quia in casu isto defecit persona actoris, ergo iudicium nullum. de uerborum significa. cap. forum. §. in omni. Paria enim sunt

non

Digitized by Google

non esse vel esse sed inhabilem ff. ꝙ cuiusvni. no. l. 1. §. final. ff. ad Velle. l. quamuis. §. si cum esset. Allegat etiam quia paria sunt denegari alicui potentiam agendi fauore suæ personæ ut in minore sine tutore &c. & denegari odio suæ personæ ut in bannito, vt contrariorum eadem sit disciplina. ff. de leg. tertia. l. final. sed in primo casu iudicium est nullum. C. qui le. per. l. prima, & secunda, & si aduer. rem iudi. l. cum & minores vos. Ergo, & isto casu, & fortius vt ī regula odia. libro sexto, & in hoc residet ibi Ioan. Andr. Iacob. autem Buri. in l. adulteram. C. de adulte. uidetur uelle quod quousq; non opponatur exceptio, ualeant acta, & abinde in antea nō & idem sentit Barto. in l. eleganter. §. si quis post. de condi. inde. per. c. pia. de excep. lib. 6. Idem etiam Ioan. Andr. in c. statutum. de rescri. lib. 6. in gl. super uersi nec audiantur simpliciter, dixit quando alicui denegatur audientia ualere iudicium si non opponatur exceptio. Et idem dixit Ang. eum allegans in l. 4. C. pro emptore.

Mihi ex prædictis non uidetur quod hæc quæstio sit bene sopita. Aliud enim est habere legitimam personam standi in iudicio, sed non habere ius agendi. quo casu tenet iudicium, vt ff. famil. herciscund. l. cum putarem. iuncta. l. si pupilli. §. videamus. ff. de nego. gest. Et aliud est habere ius agendi sed non habere legitimam personam standi in iudicio. de hoc. C. qui le. pers. per no. Aliud etiam similiter esse debet qñ utrunque concurrit. s. quod quis non habeat legitimam personam nec ius agendi sumpto argumento a coniunctione quæ fortius operatur quam in separatis. l. qui fundum. §. si tu ex parte ff. ad legem Falc. l. qui patri. ff. de acqui. hæredi. cum simi. & etiam a maiori. de elect. c. cum in cunctis. cum simil. Ad propositum itaque rediens dico quòd banniti de iure communi de quibus non agimus sunt illi qui quandoque perdunt iura ciuilia ut patet ex his quæ tacta fuerunt in premio. Banniti vero nostri temporis de quibus est quæstio illi non perdunt ut dictum fuit supra parte prima huius temporis. q. 5. sed perdunt iura statutorum suæ ciuitatis a qua banniti sunt. Aut igitur ualerent acta solummodo de iure statutario, vt puta quia ex forma statuti citatus contumax habetur elapso tempore pro contestante litem. & quod propterea potest actor suam intentionem probare, & peruenire ad diffinitiuam, quòd de iure ciuili non est permissum. l. perandum. C. de iudic. & isto casu indistincte puto non tenere sententiam. Cum enim perdiderit talis bannitus ius suorum statutorum, non dicitur habuisse ius agendi eo modo quo egit. Item nec legitimam personam standi in iudicio propter statutum, quia audiri non debet, & sic omnino iudicium nullum vt in iur. ante dictis, Facit. ff. qui satisd. cogan. l. secunda, §. primo, & l. quoties. cum simi. Facit etiam ratio Iacob. de Aren. facta per argumen. a contrarijs hoc modo, quia sicut in eo qui fauore sui remouetur a iudicio tenet sententia lata contra eum, & non pro eo. & potest adduci argumentum similitudinis per contrarium vt not. glos. C. de pigno. l. sicut. & ff. quibus mod. vsufr. amit. l. sicut. Si vero sententia potest sustentari de iure communi, ut qa reus comparuit, & fuit litem contestatus, & seruata fuerunt talia quæ facerent ualere sententiam in quocunque vt. l. prolatam. C. de sent. & l. secunda, de sen. ex peric. reci.

Aduertendum puto ad distinctionem Iacob. de qua supra. Ad cuius primum membrum faciunt no. per Innocen. in capitu. præterea. de dilat. & per Bartol. in l. secunda, ff. si quis in ius vocat. non ie. Addens quod idem esse t si per relationem ad acta expressus error diceretur in sententia contineri secundum distinctionem quæ habetur in l. prima. C. de erro. cal. per Doctores, & maxime per Bartol. & quod tāgit Bald. in l. libertorum. C. de testi. Ad aliud membrum quando iudex contempsit exceptionem, adde no. per Bal. in d. l. secunda, ff. si quis in ius uocat. non ie. ubi dicit quod quando iudex opposita exceptione ad processum ex abrupto ad ulteriora procedit non tenet iudicium, Allega. de iudi. capitu. exhibita. Tertium membrum quando exceptionem non habuit pro probata, verum puto, nisi pars obtulisset se paratam probare, & iudex non admisisset per ea quæ habentur extra de appel. capitu. interposita. & capitu. ex parte. Vltimum vero membrum quo dixit sententiam nullam quando exceptio non fuit opposita est mihi valde dubium quando scilicet potest de iure communi ualere pro non bānito, videtur enim potius lata contra ius litigatoris quam legis ut d. l. secunda, §. primo, quæ sen. sine ap. re. Si enim intelligamus quod requiratur oppositio exceptionis ut satis colligitur ex no. in iuribus supra allega. illa non opposita deberet tenere iudicium. l. si accusatoribus. C. qui accus. non pos. cum ibi not. & per Bartol. in l. hos accusare. §. leg. Iulia. de accu. Ad hoc quod not. Innocen. in capitu. post cessionē. de proba. & habetur in capitu. pia. de excep. libro sexto. Dicam ergo sententiam quæ de iure communi ualere potest hoc casu ualidam esse etiam in sui fauorem latam. Nec uerum puto quod illa uerba (non audiantur) reddant extra ius statutorum eius personam inhabilem penitus ad iudicium. Potest enim etiam ubi prohibeatur defensio in iudicio interesse, negando, ut dictum est supra in parte præcedētis huius temporis. quæstione secunda, quod non potest facere minor sine curatore vt in iuribus supra dictis. Non ergo est bona comparatio eius cuius persona est inhabilitata ad iudicium, & eius cui ex forma statuti audientia denegatur, & hanc partem tenuit Abba. ubi supra quæstione 56. post multarum opin. relationes concludit tenere sententiam, ubi vide si libet. Hoc etiam sentit Bal. in l. per hanc. C. de temp. ap. in sexta colum. versic. Item pone exemplum. vbi dixit quod talis exceptio banni non potest opponi in causa appellationis, quod est mirandum.

Sed aduerte quia illud uerum quando statutum speciali ter loquitur in potestate. Si autem simpliciter dicit ꝙ bannitus non audiatur. Credo illud dictum non procedere per ea quæ dicam in sequen. quæstio. Facit tamen etiam contra dictum Bald. quòd no. per Bartol. in l. secunda, ff. ad Tert. Sed respondet quòd ibi loquitur quando iudices sunt pares. Dictum Bald. quando unus est superior, scilicet iudex appellationis, quo casu dictum in minore non extenditur ad superiorem: sed non transit sine dubio. Posset tamen, & forte nō male dici sententiam talem esse nullam eo casu quo iudex sciret illum esse bannitum. & sic scienter faceret contra statutum argumen. eorum quæ habentur in l. quæsitum. & l. furioso. ff. de re iudica. per locum a contrarijs. De quo dictum est supra.

Quia in casibus in quibus teneret sententia posset dispu
4 tari an in illius executione posset ante non oppositā bāni exceptio. Tu non debes audiri: debeat opponi. In quo aduertē dum quòd ubi talis exceptio redderet iudicium retro nullum, sine dubio potest opponi quandocunque. C. de iudi. l. licet. Semper enim dicitur opponi in initio cum acta non teneant, per Innocen. in fin. extra de rescrip. capitul. super literis. Si uero non redderet iudicium retro nullum. Dicēdum etiame ſt quod semper potest opponi. idest in quacūque parte iudicij. Semper enim infertur nouum grauamen si ille auditur, ergo licet non tollat acta præterita tollit tamen ea futura ut in capitu pia. de excep. libro sexto, ita tenet *Bartol. in l.* eleganter. §. si quis post. ff. de condi. indebi. *Idem Iaco. Burr.* in l. adulteram. C. de adul. proprie in bannito. Sic etiam dicimus in exceptione citationis ad locum non tutum vt not. Archidia. tertia quæstione nona, hortamur. & Vinc. extra de rescri. cap. dilectus. el secundo. & Compostel. eodem titu. capitu. nonnulli. Pro quo uide quòd habetur in Specul. de cita. §. primo, versic quid si reus. & est adeo hoc verum quòd etiam post conclusionem in causa opponi potest, dū enim actor petit sententiam, petit sibi ius reddi, & sic audiri. l. 4. §. hoc autem iudicium. ff. de damno infec. & quod not. in l. ad peremptorum. ff. de iudic. & in l. properandum. §. sinautem reus. C. de iudic. & sic ad illum actum opponi potest. Nec obstat si dicatur iudex etiam nemine petente tempore ferendæ sententiæ potest a seipso sententiam ferre ut habetur in l. properandum, qui a quando pars non potest petere, ipse ferre non potest, vt dictum fuit in hac parte. quæstione prima. Nec obstat prædictis quod no. per Cyn. in l. alia. C. de his qui. ut indi. ubi dixit post conclusionem non posse fieri illud, quod posset fieri post sententiam, quia illud uerum nisi iuris siue statuti uerba contrarium patiantur. l. non aliter. de legatis tertio, cum simili. Poterit etiam opponi dicta exceptio post sententiam, non ut sententiam quæ aliàs ualeret reddat nullam, sed ut executionem impediat, ut habetur in simili post Docto. in l. prima. C. de iur. & fact. ignoran. & ita determinauit Gui. de Suza. in suis quæstionibus statutorum sub litera S. Cum talis exceptio sit anomala. allega. l. ordo. & l. si ut proponis. C. de exce. rei iudica. in quibus probatur quod in executione sententiæ ius redditur, quod a statuto denegatur, & ita refert & sequitur Ioan. Andr. in addit. Specul. in titul. de sen. excommunicatio. §. final. versic. 14. & etiam ita tenuisse uidetur Alberic. ubi supra. quæstione 56. ubi multa alia dicit ut dixi supra proxim. Nec prædictis opponi potest qꝙ patiendo litem contestari uideatur renuntiasse, ut in l. ita demum. C. de procurat. & l. Pomponius. §. rati. ff. eod. quia dato quod uerum esse uideretur renuntiasse illi exceptioni q̄ tunc sibi ad illum actum competebat, & ideo postea cum alius actus fieri petitur potest tunc opponi, quasi sit alia exceptio tunc orta. non autem quasi sit illa cui renuntiasse dicitur secundum no. per Iaco. But. in d. l. adulteram. Ad quod facit. l. 2. C. de consor. eiusdem lit. cum ibi no. & uide quę dixi sup. proxim. q.

5 Quinto quæritur † uiso an ualeat sententia pro bannito, an ualeat pactum. Pone enim qꝙ statuto cauetur, quòd bannitus

nitus non possit ad utilitatem contrahere, Titius locauit Seio domum ad certum tempus, deinde fuit bannitus, & demum uendidit illam domum Gaio eo pacto quod emptor patereturSeium habitare domum vsque ad finem termini. Quæritur an istud pactum valeat. Hanc.q. format Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de sen. & his quæ ipsam sequuntur. §. iusta. ver. Item est nulla ratione litigatorum. suarum additionum, ver. viso. & quod ualeat arguit a differẽtia nominis, & pacti. de pac. l. conuentione a dispositione statutorum, stricti iuris. l. quicquid astringendæ. de verborum obli. ab absurdo quod esset si puniretur inquilinus qui non deliquit. C. de pe. l. sancimus. & quod statutum ponderat utilitatem banniti de qua hic non agitur, sed de damno uitando. l. fina. C. de co di. determinat contrarium distinguendo quod si bona sunt confiscata pactum nõ tenet vt superfluum siue superuacuũ. l. fi. ff. de iur. fi. Si nil fuit confiscatum dixit non tenere pactũ quia bannito proueniret utilitas si non posset inquilinus expelli, qui expulsus haberet regressum contra ipsum cui bona remanserunt. l. si merces. §. 1. ff. loc. Si vero certa quota bonorum fuit publicata, & certa non. C. ad l. Iul. de vi. l. secunda, tunc idem iuris in parte quo ad partem, ℘ in toto quo ad totum. de re. uen. l. quæ de tota. & ibi uide & si plenius uidere cupis, uide in Albe. ubi supra. quæstione 44. Secundũ mẽbrum est mihi dubium quando ex illo pacto quæreretur actio inquilino puta ex forma statuti, uel per. l. pen. C. ad exhi. tunc. n. esset principaliter factum in utilitatem inquilini. & sic non haberet locum statutum vt dicam in quæstione sequen.

Ex quo de statutis impedientibus fauorem bannitorum
6 mentio facta est. Quæro sexto † statuto cauetur quod nihil possit proponi in consilio in fauorem bannitorum, & si proponatur, & fiat, non valeat. factum est statutum quod bãnitus capiens alium bannitum rebanniatur, quæritur an valeat dictum statutum. Quæstio hæc habet duo puncta. Vnum an tale statutum dicatur continere fauorem bãnitorum, & hoc dixit Iacob. Butriga. quod non, quia tale statutũ est factum in fauorem reipublicæ vt malefactores puniantur. l. ita vulneratus. ff. ad legem Aquilia. & l. secunda. C. quãdo lic. sine iudi. vin. Nec obst. quod redundet etiam in fauorem banniti capientis, quia illud non attenditur. l. qui exceptionem. de condi. indebi. & quod no. in l. rogasti. ff. si cer pe ta. & l. si quis nec causam. eodem titul. & ita ibi terminatur per Iacob. & Bartol. quod etiam sequitur Bald. Faciunt omnia iura quæ allega. supra parte proxima. l. quæstio. Secundus articulus est an regimina habentia arbitrium in negotijs ciuitatis potuerint illud statutum facere. & dixit Bartol. quod sic. l. non omnes. §. final. ff. de re mili. per illum tex. & ibi dixit quod tale statutum fieri non potest per potestatem, & capitaneum ad quos non spectat parcere condemnatis. l. prima, in fin. ff. de quæstio. & vide quod dicam inf. hac eadem parte. 64. & seq.

7 Septimo quæro † circa dictum statutum Titius bannitus pluribus bannis, quòd fieri potest, vt dixi supra in primo tempore parte prima, quæstione tertia, cepit alium bannitum, & curiæ præsentauit, quæritur an rebanniri debeat ab omnibus, aut ex diuersis factis, & tunc ab uno tantum argum. ff. ad Tur. l. prima, §. si plura. & l. de pupillo. §. si pluribus. ff. de no ui. oper. nuncia. Et idem sequitur ibi Bal. & subdit quòd electio a quo velit cancellari erit fisci, quia debitor est. l. plerunque. in fine. ff. de iure dom. remittens circa id ultimum. de electio. ad no. per se in l. quicunque. C. de seru. fugi. Alberic. autem ubi supra quæstione 98. refert simpliciter dictum Iacob. de Aren. quod etiam dicit tenuisse Oldrad. & allega. ultra prædicta. ff. ad Turpil. l. in senatus. & de adul. l. uim passã. §. qui duos. Puto quod aliter sit considerandum, uidelicet quia dictum statutum fit ob fauorem publicum, & ideo ab illo debet regulari tanquam a sua causa. l. quòd dictum. ff. de pac. & ideo puto si bannitus captus, & præsentatus erat bannitus pluribus bannis ex diuersis factis, quod tunc bannitus cum capiens debeat rebanniri ex pluribus bannis ex diuersis factis impositis ut supra. Si uero captus erat bannitus ex uno tunc ex qualitate illius cognoscetur a quo capiens eum debeat rebanniri argumento. ff. de compens. l. si ambo. cum similibus.

8 Octauo quæro † stante statuto prædicto quòd præsentans bannitum rebanniatur si est bannitus de pari, uel minori crimine. Titius bannitus pro homicidio facto cum ueneno, & sic pro ueneficio præsentauit captum Gaium bannitum pro simplici homicidio cum armis facto, quæritur an debeat rebanniri? Alberic. supra quæstione 99. in terminis dicit quòd nõ, quia plus est hominem ueneno extinguere quam occidere gladio. C. de malefi. & ma. l. prima. Ad quod etiam allega. in Lombar. de homicidijs. l. fina. vult allegare de hoc liberorum homi. libr. sexto. Sicque cum sit bannitus de maiori crimine rebanniri non debet. Idem dixit in alijs terminis Iacob. Butriga. in d. l. prima, videlicet si statuto cauetur, quòd de homicidio possit cognosci intra tres menses quod post intra annos 20 poterit cognosci de ueneficio, ut ibi per eum. Fateor quod est diuersum crimen ut dicit Iac. sed hoc nostro casu non nocet, quia sufficit quòd sit par, uel minus licet diuersum. Item fateor quod regulariter maius est delictum ueneficiũ quàm simplex homicidium, sed casualiter potest esse contrarium. & ideo puto dicendum quod secundum qualitates talibus criminibus inhærentes iudicabitur unũ aut minus, aut par, aut maius altero. ff. de pœ. l. aut facta per totam legem.

9 Nono pone quòd factum est † statutum validum, quod omnes banniti debeant cancellari de banno soluendo certã quantita. taxatam a statuto secundum banni quantitatẽ. Quidam erant banniti, & carcerati, quæritur an tale statutũ porrigatur ad eos. Hanc quæstio. format Barto. in l. domitianus. ff. ad Turp. per quam. l. Dyn. dixit ℘ non, quod etiam tetigit Bartol. arguendo. l. secunda, de custd. reo. per illum text. sed in d. l. domitianus. concludit ℘ aut dispositio est taliter facta quod in totum eximat bannum a banno ut in prædicto statuto, & tunc comprehendit etiam carceratos propter eius generalitatem, & quia sic est in speciali abolitione quæ delictum extinguit ut l. mulier. ad Tur. & C. de abo l. prima, & ℘ batur eod. titu. l. fi. circa princ. Si uero non eximit totaliter a banno, sed illud differt, ut si est facta reformatio, ℘ banniti habeant securitatem durante guerra, & tunc porrigitur ad carceratos sicut dicitur in generali abolitione, quæ in totũ non tollit crimen cum ab eodem iutra certum tempus repeti possit vt. l. si quis repetere, & l. ant priuatim. §. final. ff. ad Tur. & ideo carceratus nõ relaxatur, ut d. l. domitianus. Fortius thema disputauit Franc. acc. Videlicet statuto cauetur quod omnes condemnari pro maleficio possint redire soluendo certam quantita. & concluſit illud ad tunc carceratos extendi, alle. ff. de lib. legã. l. non solum. §. liberatio ubi libe ratio debitori legata valet antequam debitum sit exactum. ℘ ℘ patet quod captio, uel detentio personæ non impedit legatum liberationis durante debito, id est solutione non facta. Adduxit etiam ℘ liberatio est fauorabilis, & sic amplianda. l. Arrianus. de act. & obl. Item quia est beneficium, & sic large sumendum. de consti. princip. l. beneficium. Item quia carcer non est ad pœnam. de pœnis. cap. quamus. libro sexto. Ita refert Ioan. Andr. in addi. Spec. in titu. de ob. & sol. super rub. in pe. quæst. suarum addi. versic. disputanit. & ibi cõtra decisionem Franc. acc. inducit detenti præsumuntur soluere, ℘ non sic, de non detentis speratur, & ideo ab illis recipitur totum, a non detentis modicum. Item quia illud uerbum redire positũ in themate uidetur notare bannitos non detentos. In illis enim non speratur reditus. Item quia de cõdemnationibus maleficiorum loquitur quæ puniri publice interest ut in c. famæ. de sent. excom. & ibi concor. Et subdit ℘ pia est solutio sup. dicta tenenda sit. & dicit ad contraria responderi posse, ℘ illa ultima ratio est communis omnib. condemnatis. & sic non restringit generalitatem.

Ad 2. rationem de verbo redire dicit dare reditum ad libertatem eundi cum familijs suis &c. ad libertatem mansionis. Nam etiam in non carceratis se occultantibus in certis locis ciuitatis talis est reddirus. Ad primã dicit ex multis apparere posse longe minus posse contribure carceratos quã fugitiuos. Ex his patet ℘ illa decisio non fuit sibi uisa multũ tuta. Credo tamen illam ueram per ea quæ dicta sunt supra maxime per Bart. & quia æqua est, & fauorabilis. Illud enim uerbum, redire, sic absolute positum nihil obuiat, quia potest intelligi ad pristinam conditionem, & libertatem. Dubium autem faceret si diceret statutum possint redire ad ciuitatem. Videtur enim tunc ad carceratos non extendi, ga uidetur loqui de his quibus talis qualitas potest inhærere. l. fina. §. cui dulcia. de uino lega. & l. hos accusare. §. omnibus. de accu. & l. nam ℘ liquidæ. §. fin. de pen. leg. cum si. Ad iura & rationes in contrarium facientes responderetur tunc ℘ uerba statuti illam dispositionem restringunt. l. 1. §. si is qui nauem. ff. de exerc. cum si.

10 Circa idem statutum decimo † quæritur an locum habeat in bãnitis post statutum, an uerificetur tantum in illis ℘ tẽpore statuti banniti erant. Formatur quæstio in hac materia diuersimode in l. cum lex. ff. de legib. & dixit ibi Bartol. ℘ si statuto cauetur ℘ quilibet bannitus in pœcunia, soluendo quinque pro centenario debeat rebanniri. Et arguit ℘ postea delinquens, & bãnitus habeat illud beneficium, quia de natura legis est dare formam futuris. C. de legi. l. leges. determinat contrarium per d. l. cum lex. & l. secundã, C. de abol. gene. Et est ratio, ne detur materia delinquendi. & sic nõ obstat d. l. leges. Odo. uero ibidem format. q. statuto cauetur, ℘ si quis

Digitized by Google

si quis commiserit homicidium, si pacem habuerit cum hæ rede occisi possit exire de banno. Prima die Ianuarij potestas iurat seruare statuta intra quæ est dictum statutum. Intra octo dies aliquis commisit homicidium, & tempore dicti potestatis habet pacē cum hæredibus occisi, & dicit qđ non potest extrahi de bāno, quia potestas iurauit prima die Ianuarij, sic, quicunque commisit maleficium. & ideo cum concedit de præteritis in futurum negat, ut d.l.cum lex.& d. l.secunda, de gene.abo.declarat hoc Cyn.ꝙ Odof. dixit, ꝙ si sequens potestas illud statutum iuret poterit tūc extrahi de banno, quia verificantur uerba statuti ꝙ Odof.non dixit ibi nec in l.2.de gen.abo.Sed puto Cyn. ex eo tacite collegisse. Dicit tamen idem Cyn.ꝙ hoc vltimum non est expeditum, quia statutum nouas uires nō reassumit per nouum iuramētum per no.per Dy.in l.neque.C.de testa.tut.Sed debet attēdi quibus verbis statutum loquatur. An sint uerba de futuro.An implicita, quibus casibus statutū trahitur ad futura.l. cum tale.§.pen.cum sua gl.de condi.& demonst Si de præterito dicit etiam uideri dicendum, ꝙ futura delicta contineantur, quia uerba legis siue statuti præterita respiciunt, & futura.l.prim. de cond.ex le. & ibi not.Bald.in d.l.cum lex. dicit quòd aut statutum est prolatum cum determinatione certi temporis, vel certi casus, & ad illud non extenditur. Si vero est omnino indefinitum trahitur etiam ad futura. Sed in l.leges.ubi male refert Cyn.dicit ꝙ opin.Cyn.haberet locum in dispositione indifferenti.l.illicitas.in princ. de offic. præsid.Secus quando ratio præteriti, & futuri discrepant qa tunc interpretamur legem intensu æquo, & benigno, nō vt det causam delinquendi.

Iudicio autem meo ipsi non declarant hunc articulum qui non est paruę importantiæ, & ideo aliter dico quia quandoque ratione vel causa aliqua fit una reformatio in statutorum corpore non clausa.& ista secundum causam, uel rationem declaratur ut contineat, vel non contineat bannitos in futurum.Ab illa enim dispositio restringitur ampliatur, & declaratur.l.fi.de hæred.insti.l.hæc actio.de cal. per Bart. plene in l.ambitiosa. de decret.ab or.fa. Si vero nulla est causa ex qua colligi possit intentio statuentium, tunc idem quòd in simplici statuto in quo sic dicendum quod aut statutum loquitur expresse in futurum, ut quia dicit quicunque bānietur, & tunc non est dubium, quia ad futuros tantum, etiam si esset lex dura.l.prospexit.ff.qui & a quib. Aut in præteritis vt quia dicit statutum, quicunque bannitus fuit, & tunc solum de præteritis intelligitur, vt.d.l.cum lex.aut statutum loquitur dubie, ut quia dicit quicunque bannitus fuerit ꝙ pōt intelligi in præteritis & futuris vt.l.si iam facta. & l. solemus. de condi.& demonstr.& in l.1.de his quæ pro nō scrip. hab. & tunc puto dicendum, ꝙ aut statutum est talis naturæ, ꝙ maleficium reddat pœnitus impunitum, vt in exemplo Odofredum dixit de statuto disponente quòd bannitus habita pace cancelletur.& tunc non trahatur ad futuros bānitos. §.ex maleficio commisso post statutum, quia talia uerba q̄ possunt habere utrūque significatum restringuntur a ratione prædicta vt habetur in d.l.1.& per Bar.in l.omnes populi.Bannitos autem postea ex maleficio iam commisso bene comprehenderet, quia in illis nō est aliqua ratio quæ restringere debeat regularē significatum verborum statuti. & eadem ratione comprehendit etiam eos ante bannitos q tamen tempore statuti pacem non habuerunt sed habuerunt postea secundum Bald.in l.cum in secundo, de iniu. test. argum gl.ibi positę.Si vero statutum non reddit maleficium pœnitus impunitum, sed condemnationem mitigat, tūc cessante illa ratione locum habebit etiam in futurum vt d. l. prima, de condi.ex leg.& l.Arriani. C.de hæred. & ideo in exemplo Bartol.eius decisio non procedit ut patet ex prædictis.

11 Vndecimo † stante statuto quòd banniti rebanniantur soluendo.5. solidos pro libra fit aliud statutum quo cauetur quod banniti rebanniantur soluendo medietatem banni quæritur quid soluere debeat ille qui tempore confectionis secundi statuti erat bannitus in mille.An secundum primum solidos quinque pro libra. An vero quingentos libras secnndum tenorem secundi statuti.Cum hæc quæstio esset Paduæ determinatū fuit quòd solu ere debeat medietatem secundum tenorem vltimi statuti, quia illud non dat formam futuris bannitis, sed futuris exemptionibus bannitorum, & sic futuris liberationib. ubi debet seruari lex noua.C,de vsur.l.eos.& l.sequen. ut refert Cyn.in l.leges.C.de leg.Sed Alb.ubi sup.q.54. addit idem referendo latius quàm Cyn.rationem, quia sicut lex noua loquens siue dans formam probationib. locum habet etiam in præteritis obligationib.C.de testi.l.testium.ita & hoc statutum locum habeat cum loquitur de dissolutione præteritæ obligationis siue præteriti banni.Nec obst.in auc.hæc cō stitutio interpretatur &c.ubi dicitur quòd non habet locū nisi in futuris ingredientibus monasterium per quem text. dicit quosdam contrarium tenuisse, quia ibi expresse dicit ꝙ habeat tantum in futuris.& ita dicit intelligi per Azo. in sum.illius ti.hæc constitutio &c.Idem etiam tenet Bal. in d. l.leges.Nec obst. ꝙ ex primo statuto esset ius quæsitum illi bannito tempore secundi, & sic non uideatur ei auferre debere.l.2.§.merito, & §.si quis a prin.ne quid in loc.publ.propter quod quidam contrarium dicebant, quia illud ius erat quæsitum ex mero beneficio statuti. & ideo potuit reuocari.l.ꝙ semel.de decre.ab or.fa. Ista ratio Bal.non multum vrget quia aliud est dicere, an potuerit tolli tale ius.& certum est quòd sic, nisi transisset in contractum vt habetur in d.l.ꝙ semel.& in c.in nostra.de iniu.& dam.da.& aliud est dicere an tollere voluerit, quo casu succedat. q. supradicta. Dico igitur quod aut ante confectiouem statuti secundi quis bannitus uenerat ad soluendum, & aliquid fecit propter ꝙ dici posset statutum transisse secum in contractum secundū no. ibi & in l.tertia, §.emancipatus.ff.de col.bo.& tunc a secundo statuto non comprehendatur, sed posset soluere secundum tenorem primi: si uero nihil fecerat uera sit decisio ante dicta. In qua aduerte quia quæstio formatur in bannitis de præterito, & sic in nullo est superflua. Aut cōtradicit his quæ supra proxi.q.dicta sunt.

12 Duodecimo † circa idem statutum quo cauetur bannitos debere eximi de bāno certam quantitatem soluendo.Quæritur an bannitus pro falsitate habeat beneficium dicti statuti. Vel pone ꝙ statutum dicebat ꝙ banniti carcerati deberent relaxari certa quantitate soluta.Communiter dicitur ꝙ non per l.fallaciter.§.primo, C.de abo.& l.Lucius.ff.ad Tur.& ibi Bart. nisi appareat statuentes aliud sensisse.l.si docueris.C.de fal.Decisio prædicta vera est, potest autem ex pluribus de uoluntate statuentium apparere, puta si alij non erant carcerati uel erant tres, quorum duo erant banniti pro falsitate.tunc enim cum aliter rectus sermo pluralis numeri uerificari non possit ad illos porrigitur argum.ff.ad Treb.l.fi.Guil.tamen in Spec. de abo.& purg.§.primo, in ver.item no.Intelligit illam.l.Luc. quòd ibi non erat nomen accusati receptum inter reos. & ideo cum accusatori non esset necessaria abolitio ad illum non refert subdens quòd etiam ad crimen falsi aliàs extenditur per d.l.si docueris. Sed primum dictum est cōmunius, & ita tenetur.

Sed pro hoc sciendum est, quod non intelligetur bannitus pro falsitate niti qui bannitus fuerit pro falso punito aliquo ex capitibus legis Corneliæ de fal.ut habetur per Bar.in l.quid sit falsum.ff.de fal.& C.eod.ti.l.nec exemplum.Adeo quòd etiam bannitus per constitutiones principum tātum positas in titu.de fal.non intelliget bannitus de falso.& ideo vt illos comprehenderet, statutum Florentinum disposuit excipiendo a beneficijs non solum condemnatos pro falsitate sed etiam pro falsamento, quod est interpretatum in punitis per principum constitutiones.& ita potest etiam respōderi ad d.l.si docueris.

13 Decimotertio † sciendum est ꝙ Iac.Butr. disputauit talem.q.statuto cauebatur qui intelligeretur bannitus pro graui crimine, & qui pro leui.& inter bannitos pro graui maleficio ponebat bannitos pro insultu cum armis animo occidendi.Huius statuti tempore commune uendit Titio ius percipiendi a quolibet bānito vel banniendo pro graui maleficio qui uoluerit cancellari solidos.20.& solidos 10.a bannito pro leui maleficio.Facta tali uenditione factum est nouum statutum declarans ꝙ dicantur banniti pro graui maleficio, & qui pro leui, & inter bannitos pro leui crimine siue maleficio ponit bānitos pro insultu cum armis animo occidendi.cuius statuti tēpore uenditione durante quidam fuit bannitus pro insultu cū armis animo occidendi, & petit se cancellari de banno soluendo condemnationem.Quæritur quid soluere debeat dicto emptori. An secundum tempus secundi statuti.& sic anno.20.an vero.10.& in d.dispu.effusiue allegauit pro vtraque parte, quas allegationes hic non inferam, sed ponam substantiam decisionis quæ fuit quod soluere teneretur secundum primum statutum.

Et antequam ueniam ad rationes suas aduertendum est ꝙ q.11.non habet communionem cum ista, quia in illa nullus ꝟctus factus fuit cum aliquo.Item hìc fuit facta mentio de futuris bānitis non ad impunitatem maleficij, sed potius ad grauamen.Probauit suam decisionem inter alias his rōnibus.Prima, quia attento tempore contractus, dictum maleficium ex forma statuti erat inter grauia numeratum pp ꝙ in d.ꝟctu facta relatione ad statutum intelligit nominatū. Vbicunque enim in una scriptura sub indeterminatum aliquid prolatum refert ad aliam, quæ continet determinatum,

Digitized by Google

tum,& certum intelligitur expresse, & omni certitudine po
situm in scriptura quæ se ad illam refert.ff.de re iudica.l.ait
prætor.de verbor.oblig.l.vbi autem. §. quod vere.C.de sen.
quæ sine cer.quan.l.2.ff.ad Trebel.l.si quis priore. insti.quib.
mod.test.infir.§.sed & si quis.Sed cum scriptura statuti vete
ris contineret,& numeraret grauia crimina ad ipsum statu-
tum uenditionis scriptura se referat, habetur perinde ac si
omnia grauia crimina in ipso contractu uenditionis nomi-
natim numerata fuissent, vt dictis iuribus.Secundo ex eo ꝙ
non obstante secundo statuto crimen de quo tractatum est
manet sicut erat graue vere simpliciter,& naturaliter. Cum
hæc.s.esse graue procedat a causa immutabili. Cum iure di-
uino,& humano delicta distinguũtur ex animo delinquentis,
& secundum illum aggrauãtur.Vnde dicitur in iure diuino,
quod qui venerit ad concupiscentiam iam mœchatus est in
corde suo.Item & ius humanum insultum cum armis ani-
mo occidendi punit vt homicidium consummatum.C.ad
l.Corne.de sica.l.1.Cum ergo ex iure diuino,& humano ta
le delictum est graue,non potuit a l.municipali superueniẽ-
te in sui ueritate mutari vt in §.sed naturalia.insti.de iu.natu.
& ciui.licet ex statuto potuerit pœnæ impositio alterari.
Hinc est quod dicitur pro leui crimine magna pœna,& pro
graui parua,quasi mutatio pœnæ non faciat crimen esse le-
ue,uel graue.C.de lib.& eo.l.l.si manumissus. & de hære.l.
omnes.Licet ergo statutum respectiue ad ius municipale
sit immutatum. Tamen in ueritate illud maleficium rema-
ner graue.& sic in ipso uenditionis contractu continetur,
quia emens,& uendens intelliguntur se retulisse ad ueram,
& naturalem grauitatem non ad fictam,& ciuilem.l.pen.C.
de his qui ve.eta.impe.& l.si ita quis.§.is cui. & l. cum pater.
§.hæreditatem.de lega.2.Tertio quia factum non potest a l.
tolli.sed ipsa uenditio facta fuit,& ius quæsitum emptori se-
cundum primum statutum,ergo non potuit illud ius a sta-
tuto lædi.de contrahen.emp.l.sæpe.§.fi.de condi.ob cau.l.3.
§.fin.& qui.mo.vsufr.ami.l.sicut.§.fin.& de aqua plu.arc.l.in
concedendo.cum si.

Addunt vltimo ꝙ regulariter leges nouę ad preterita nõ
trahuntur.s.ad regulandum contractum præteritum, & ius
quod ultimum in aliquo aduersatur.11.decisio. Sed respon-
sio patet,quia hoc erat ius quæsitum ex contractu maxime
oneroso:ibi ex simplici dispositione statuti. præterea statutũ
nouum hic nihil dicit de cancellatione,ibi secus,& ideo ue-
ra est decisio supra dicta, quasi statutum secundum factum
uideatur sine diminutione iuris tertij,id est ipsius emptoris.
ff.de priui.cre.l.anthiocensium.& l.2.§.merito.& §.si quis. a
principe.ne quid in loco pub.& ista est melior ratio quã se-
cunda,quam tamen no.& uide pro ipsius declaratione,quę
habentur in l.leuia. ff. de accu.

14 Decimoquarto quæro † statuto cauetur ꝙ falsarij,& robatores stratarum bannitinon possint cancellari de ban-
no posito etiam quòd habeant pacem ab offensis.Postea fa-
ctum est aliud statutum quo cauetur,ꝙ omnes banniti pos-
sint cancellari de banno habita pace ab offensis soluendo
vnum solidum pro libra condemnationis.Quæritur nũquid
falsarij,& robatores possint cancellari uirtute secundi statu-
ti,& uidetur quod sic,quia primum statutum tollitur per se-
cundum.insti.qui.mo.tes.infir.§ posteriore.Dyn.determina
uit contrarium,quia etiam noua statuta distinguuntur, & li
mitantur.per priora argumen de leg.1.l talis scriptura. Itẽ
quia statutum specialiter præcedens derogat generi de ali.
& ci.leg.l.libertis.de verb.obli.l.doli clausula. de pœn.l. san-
ctio legum.& de leg.3.l.uxorem.§. fæliciſſimo. & ita scribit
in d.l.talis scriptura.& eum ibi sequitur Ray. Pro qua deci-
sione facit.l.non est nouum.& l.sed & posteriores. ff.de leg.
& ꝙ ibi per Guil.& alios;& in l.sciẽdum.ff.qui satisd. cogan.
& de lit.contesta.auct.offeratur.Ad ꝙ facit quod not.p glo.
super uerbo,quinquennium.in auc.de nup. §. si uero incer-
tum.& ita etiam tenet solummodo referens Dy. Albe.ubi su
pra.q.57.Hanc decisio.tenet Bald.quando in secundo statu-
to nihil esset additum de solutione unius solidi pro libra.
Sed propter illam additionem dicit se dubitare,quia primũ
statutum disponit solummodo respectu pacis habitæ.sed se-
cundum disponit mixtim respectu pacis,& solutionis. Vn-
de non est ista cancellario gratuita sicut erat prima.Statutũ
ergo secũdum loquitur generaliter in uno casu, & antiquũ
specialiter in alio,ergo speciale non derogat generali argu.
ad fil.l.si quis in graui.§.hi quoque.de annu.leg.l.Titia. §. qui
marco.

Quantum ad falsarios retena determinatione præceden
tis.12.q.non est dubium secundum statutum non extẽdi per
d.l.Lucius.nisi aliud appareat.

Quantum ad robatores stratarum uerum credo opin.
Bald.& propterea dicam non obstante primo statuto dictũ
bannitum pro robaria habita pace ab offenso soluendo soli
dum unum pro libra posse cancellari uirtute secundi statu-
ti.Non.n.semper speciale derogat generali uel qualificat,si-
ue restringit ut habetur plene per Bar.in l.quæsitum. §. pen.
ff.de fund.instru.Additio enim,uel detractio inducit rei di-
uersitatẽ, & cessat regu.d.l.doli.cum si.Facit etiã ꝙ prima di
spositio simplex est odiosa,ergo de simplici loquens non ue
rificatur in mixto.l.mariti Lenocinium. §. hocquinquẽniũ.
& l.uim passam.§.præscriptione.de adulte.& quod not. per
Bar.in l.2.in prin.ff.de uerb.obli.

15 Decimoquinto quæritur. † data est securitas omnibus uenientibus ad nundinas siue ad festum sancti Ioã
nis Baptistæ duratura per octo dies. Quæritur an banniti li-
bere,& secure venire possint.Dixit Bar.to.quod non in l.1.ff.
ad l.Iul.ma.per.l.1.C.de nun. quæ dicit ꝙ quicunque uadit
ad nundinas non debet inquietari. & tamen non habet lo-
cum in hostib.ciuitatis.l.mercatores.C.de commer. & mer
ca.Banniti autem qui possunt impune offendi sunt hostes,
vt.l.amissione.§.qui deficiunt.ff.de capi.dimi.& dictum fuit
sup.in 2.parte huius temporis.q.15.& ex hac decisione Bar.
patet quod banniti qui non possent de dicta securitate gene
raliter data uenire,quia illi non essent hostes,& sic cessare.q.
l.1.C.de nundi.cum d.l.mercatores.

Ex dictis supra proxima quæstione in surgit. Deci-
16 masexta quæstio.† In qua consuluit Bar.Statuto cauetur,ꝙ
si quis fuerit citatus ad se excusandum ab accusatione, uel
inquisitione,& comparuerit illa die,uel sequenti,non possit
capi pro aliquo debito.& si captus fuerit debeat relaxari.Cõ
tingit quod Petrus qui in certa quantitate erat pro malefi-
cio bannitus fuit citatus ad se excusandum a noua accusa-
tione,uel inquisitione,qui comparuit,& post excusationem
eadem die fuit captus pro banno, fuit q.an de iure capit po
tuerit?& in d.cons.arguit primo quod sic, quia illa securitas
debet intelligi præterquam pro maleficio.C.de his qui ad ec
cle.confu.l.2.cum glo.sua in auc.de pa.in prin. §. neque autẽ.
Secundo securitas data a lege in domo sua,ut.l.plerique. ff.
de in ius uocan.& de reg.iur.l.nemo.de domo, non intelli-
gitur pro maleficio ut ibi.Tertio quia talis securitas non ex
tenditur ad debita publica in auct.de man.prin.§.publicorũ.
& sic dictum statutum debeat limitari. l.ut gradatim. §. sed
si lege de mune.& ho.Quarto quia statutum debet intelligi
secundum propriam significationem.l.non aliter.de le. 3.l.
1.§.si is qui nauem.ff.de exerc.sed debitor,& creditor pro-
prie est quando quis alienam fidem sequitur.ff.si cer.peta.l.j.
sed in maleficio ex eo nullum est debitum quod quis sit alte
rius fidem secutus,ergo &c.Determinauit cõtrarium, quia
post sententiam non dicitur quis conueniri ex maleficio sed
ex quasi contractu.l.3.§.idem scribit.ff.de pecu.hinc est ꝙ di
cit lex quando agitur de crimine ad aliquem condemnan-
dum debet agi coram præsi.quia dicitur causa criminalis
sed facta condemnatione tunc ageretur coram procurato-
re Cæsaris,qui est iudex inter fiscum,& priuatum,& sic est
causa ciuilis non criminalis.C.ubi cau.fis.l.j.& 2.& per hoc
patet responsum ad primam,& secundam rationes,quia lo-
quuntur,quando quis capitur pro maleficio inuestigando,
& puniendo,& sic quãdo maleficium est proxima causa ca
pturę est ipse priuatus contractus, qui sententia celebratur.
Vnde sicut sententia lata per iudicem pro priuato nõ potest
exequi capiendo, ita nec lata pro fisco.Præterea ciuitas uti
tur iure priuati.l.simile.ff.ad muni.C.de iu.rei publ.l.2. libr.
12.sed ad petitionem priuati capi non posset pro sibi debi-
to.ergo nec ad petitionem communis.Tertio appellatio de
biti refertur ad omne debitum siue sit ex contractu, siue ex
delicto.l.Græce.§.sed si ex delicto.ff.de fideius.de uerb. signi.
l.si cui.sed statutum dicit simpliciter, ꝙ non possit capi pro
debito ergo &c. Et per hoc patet responsum ad rationem
quartam quia ibi loquitur secundum allusionem uocabuli,
argum not.in l.1.ff.de tu.Adduxit vlt.l.2.§.legatis.ff.de iu.&
de accus.l.hos accusare.circa prin.Non obst.alia in cõtrariũ
alle.quia illa erat securitas uoluntaria hæc vero necessaria.
Credo Bar.consuluisse,in casu in quo non habeatur statutũ,
ꝙ bãniti possint impune offendi,uel si est statutum in illo nõ
comprehendatur talis bannitus, alias cum tunc esset hostis
rei public.talis securitas eum nõ comprehenderet, vt dictũ
dictum est supra proxrm.q.Nec potest fieti differentia inter
voluntariam,& necessariam,tum quia itio ad nundinas etiã
quandoque potest esse necessaria ut patet ex sequen. &, ta-
men generaliter dixit bannitum non contineri.item quia p
expressam concessionem securitatis poterat,& debebat sibi
prouideri vt pluries dictum est per no.plene per Bartol. in l.
is qui reus.de pub.iudi. & per id ꝙ dixi supra in parte secun-
da huius temporis.q.15.Vbi ergo talis bannitus non reputa-

tatur

Digitized by Google

tatus hostis potest procedere dictum Barto. pro quo allego casum in l. prima C. ad l. Iul. ambi. ex prædictis etiam patet quod vbi aliquo casu de maleficio possit iterum cognosci per not. in l. senatus. C. de accu. & in l. secunda, C. de tpor. & in simi. nō haberet locum prædicta decisio. Tunc enim posset detineri pro maleficio puniendo non pro quantitate bānī. & cessarent rationes Bar. de quib. sup. & propterea tales bānīti debent esse multum cauti.

18 Quæritur 17. & 18. † in casu in quo securitas † videlicet, & securatum defendet, an concessa pro ueniendo intelliganter concessa pro redeundo gloss. facit quod sic in l. vltim. ff. de sepultur. vio. & ibi Bartol. idem dicit. Non enim intelligitur secure uenire, qui secure discedere non posset. l. sciendum, §. primo, ff. de legi. ad Trebel. l. de ætate. Et idem tenet in l. quarta, ff. de pæn. Communiter tamen causa tollēdi dubitationem apponitur etiam standi, & recedendi, immo etiā apponitur tempus. Sed circa hoc quæritur an talis securitas intelligitur pro una vice tantum. De hoc dic vt per Bartol. in l. prima, ff. ad l. Iulia. ma. & ibi scripta intelligo quando securitas non habet tempus, tunc enim illud verum quod intelligitur pro vna uice tantum. si uero habet tempus, quo cō cedens durare uoluit illam non finitur, licet bannitus reuertatur ad locum extra dominium concedentis, quia ex temporis appositione colligitur contraria uoluntas concedētis. s. non aliter. de leg. 3. cnm si.

Factum est statutum quòd banniti p uitio sodomitico, p robaria, & homicidio in perpetuum non possint rebanniri, & quòd non possint receptari sub graui pœna. Nullusque eis dare possit auxilium, uel fauorem. Banniti uero pro alijs maleficijs possint rebanniri elaptis duobus annis a die lati banni si habuerint pacem ab offenso, uel eius hærede, quo casu soluendo certam quantitatem eximantur de banno. Ex hoc statuto varie oriuntur quæstiones. Primo ergo, & sic
19 ex ordine. 19. quæritur. † An bannito pro vitio sodomitico, pro robaria uel homicidio qui non potest in perpetuum rebanniri, possit dari securitas pro annis centum, dicto statuto non obstante. Facit ad hanc quæstionem quod sic. gloss. in l. codicillis. §. instituta. ff. de legat. secunda, sed illa glo. non est uera. Et ideo dicitur, quod talis securitas non potest concedi ne dum ad annos centum per. l. final. C. de sacrosanct. eccle. sed nec longeuo tempore. l. cum hæres. in princi. ff. de statu liber. ibi habetur in quibusdam lect. per Bartol. & est uerisimile quia per indirectum esset bannum iuribus euacuare. l. 1. §. quæ onerandæ. ff. qua. re. act. non da. faciunt no. per Bar. in l. ambitiosa circa regulā negatiuā de decre. ab ordi. facie.

20 Vigesimo † loco circa idem statutum ad partē p hibite receptationis Quæritur Titius receptauit Gaium bannitum pro homicidio ignorans eū esse bannitum, an incidat in pœnam receptantis? Dic breuiter, quòd dictum statutum sic generaliter loquens intelligitur secundum ius commune. l. 2. C. de noxa. & not. in l. final. §. in computatione. C. de iure delib. Ius autem commune non punit ignorantem sed solummodo scientem, uel scire debētem, ut habetur in l. 2. §. non enim. ff. de incen. rui. & nau. in l. metrodorum. ff. de pæn. & not. per gloss. & Bartol. in l. 1. ff. de recep. ubi gloss. dicit q̄ sciens præsumitur si in conuicinia notorium erat illum esse bannitum. q̄ est not. & idem not. in simili in l. si tutor. C. de peri. tut. & idem si eius bannum publice proscriptum erat ut no. in l. final. ff. de decre. ab ordi. fac. & si latius uidere uelis uide Albe. de Ghan. in parte bannitorum quæstione quæ incipit, Alia est quæstion. Dixerunt tamen quidam prædicta vera si bannitus erat persona nota licet bannum ignoraretur. Si autem erat persona incognita receptanti, dicebant, q̄ tenebatur cum debuerit explorare suam conditionem ut. l. seruos. C. de agri. & cen. nisi esset hospitator qui explorare non tenetur conditionem hospitum. l. prima, in fi. ff. fur. aduer. nau. quòd non tenuit Barto. sed dicit indistincte non teneri receptantem ignoranter, adeo q̄d nisi scientia in accusatione apponatur semper ueniat absoluendus. de quo per eum in l. 2. C. in quib. cau. coloni do. &c. libro 11. scientes ergo, uel scire debentes illum bannitum si receptant puniuntur, nec est necesse, q̄ sciant causam banni, uel eius qualitatem. Postquam. n. sciunt bannitum inuestigare debent an sit de prohibitis receptari. & ita intelligit quod no. per Bar. in l. 1. C. de colo. illi. eo. lib.

21 Vigesimoprimo queritur. † An consanguineus bannīri scienter cum receptans incidat in pœnam statuti. Barto. in l. 2. de recep. quæ uidetur dicere quod non, dicit, q̄ aut est talis bannitus qui pōt occidi ex forma statuti. Et tūc q̄a dī hostis ciuitatis, sicut eum perdit ciuitas ita eum p̄dūt agnati, & cognati. l. postliminium. §. filius. ff. de capt. Et quod ipse dixit in l. si adulterium cum incestu. §. liberto. ff. de adul. Si vero non pōt impune occidi, & sic non est hostis tūc aut statutum imponit certam, & determinatam pœnam, & illa pœna esset imponenda propter generalitatem statuti. Non obst. d. l. 2. q̄a loquitur de iure communi f̄m q̄ est limitata certa pœna. posset tñ index si uellet uti arbitrio per legem sibi concesso. l. quid ergo. §. pœna grauior. ff. de his qui not. infam. & sic causa cognita posset minuere pœnam. & sic secundum Bar. impositio pœnæ limitare facit ut dictum statutum a iure communi non restringatur, q̄ est mirandum, maxime quando sunt tales coniuncti quibus non solum ciuilia nōia sed naturalia conueniunt ut in patre matre, & econuerso, q̄ nomina propter bannum non perduntur. Et uide q̄ dixi supra in prima par. huius temporis. q. 20. & ideo credo potius iudicis arbitrio relinquendum ut citam cum sit certa pœna locum habeat ex causa. d. l. 2. per no. in l. hodie. de pœ. & in §. pœna grauior. & in l. athletas. §. calumniator. eod. tit. licet. n. de iure non esset pœna determinata ut. l. hodie. tamen a consuetudine determinata dicitur ut ibi not. & sic utroque casu statutum determinetur a d. l. 2. Dixit ex causa quia si sine aliqua iusta causa receptaret locum haberet opinio Bart. l. aut facta p̄ totā. ff. de pœn. & l. respiciendum. §. delinquūt eod. tit.

22 Vigesimosecundo † quæritur quid in uxore. an incidat in pœnam statuti si receptat virum bannitum. Guil. in Spec. de donat. inter virum & uxorum. §. fi. vers. quid si vir est in banno. dicit q̄ uxor banniti, & etiam excommunicati contrahit cum eo non obstāte banno, uel excommunicatione alle. 11. quæstio. 3. c. quoniam. de senten. excom. c. inter alia. & sic uidetur concludere, q̄ sine pœna possit eum receptare. facit. ff. de adul. l. uim passam, §. muliere. Nec obst. quòd vir sit hostis ciuitatis, quia statutum vires matrimonij soluere non potest cum sit de iure diuino secundum Frā. de Are. in d. l. 2. & idē ēt tenuit. Albe. ubi sup. q. 7. al. l. j. C. de repu. & q̄a uxor debet sequi infortuniū uiri. l. si cum dotem. §. sinautem. solu. mat.

23 Vigesimotertio † pone q̄ statuto cauetur, q̄ banniti non possint receptari in castris, vel uillis sub certa pœna. Titius de uilla sancti Martini quæ habet domos contiguas excepta una domo quæ distat per miliare a Burgo uillę est tamen in agris siue in confinibus uillæ prædictæ receptauit quēdam bannitum scienter in dicta domo. Quæritur an incidat in pœnam statuti. Dicit enim Titius se non teneri, quia non receptauit in castro, vel uilla, sed in agro inter quæ est differentia, ut. l. 1. ff. ad l. Iulia. de vi publi. & cum statutum sit stricti iuris, & pœnale debet restringi. ff. de pœnis. l. interpretatione. Contrariū tenuit Albe. ubi sup. q. 102. per identitatem rationis, & rei publicæ fauorem. Ad quod allego. l. 1. §. 1, C. de fal. mo. & de hære. l. q̄cunque. §. quod si fecerit. quod est uerum, quia villa secundum nostrum usum non constituitur ex uallo uel fossa, sed ex ipsis domibus, & agris. Et ideo licet nō fint domus coniunctæ nihilominus uillam constituunt. Pro quo uide plene per Bar. in cons. quod incipit. Quæritur utrum iurisdictio. & in l. 1. ff. de dam. infe. & plenius in extrauagan. qui sint rebelles. super uerbo Lombardiæ. In quibus declarat quid sit villa, castrum, ciuitas, prouincia &c. Et ad propositum melius in tracta. de insula. 15. figura quæ incipit. His quo ad finē &c. ubi sic loquitur. Villa dicitur f̄m propriam significationem a uallo. hoc est ciuitas quæ non cingitur muro, sed vallo f̄m Hugutionem. Sed in usu nostro uilla appellatur q̄dam uicinia plurium habitantium siue aliquod municipiū siue aliqua municeps q̄ proprie loquēdo appellatur uicinia. & ita accipit gl. in l. ex hoc iure. ff. de iusti. & iur. Et sic q̄a f̄m cōem usum dz intelligi statutū de qub dixi pz, q̄ receptator tenet. An aūt p̄ eo teneret uicinia recurrēdū est ad no. p̄ Barto. in l. 1. §. eo. aūt tecto ad fil. & in l. si tertius. de aqua plu. ar. & in d. l. fi. ubi ponit qualiter uilla debeat mensurari. de quo dixi sup. eod. temp. par. 2. q. pe.

24 Vigesimoquarto † Titius receptauit in loco p̄hibito Gaiū bānitū pluribus dico. Deinde eū p̄dijt. cepit. n. eū, & ptāti siue eius curie p̄sentauit. q̄rit an debeat puniri ut receptator. An p̄miari ut capiēs, & p̄sentās. Hæc qō fuit Alb. ubi sup. q. 58. & q̄d p uniat arguit, q̄a semel delinquit q̄d sufficit ad leg. Iul. maie. l. fin. de arbi. l. si duo. §. fi. qb. ex cau. in pos. eat. l. hæc aūt. 1. rñ. & q̄a inspiciit tps quo eū recepit uariatiōe nō admissa. l. dispēsatorē. ī fi. ff. de solu. Et q̄a in delictis ñ est locus pœnitētiæ de fur. l. q̄ ea mēte. & de edili. edi. q̄d sit fugiuus. § j. & q̄a incōstātia reprobat de p̄curator. l. in cāa. Et q̄a maleficiū nō dz remanere impunitū ad l. Aquil. ita vulneratus. In q̄rium arguit, q̄ excusari dz ex quo pœnituit obediēs fuit, & p̄dijt arg. de in integ. resti. l. pe. q̄a satisfactione se liberauit a delicto. C. ne tur. uel cu. l. j. & de cri. stel. l. 1. & q̄a rāriter pœnitētia p̄dest in criminib. C. d̄ apost. l. hi q. d̄ hære. l. manicheis. dixit finaliter, q̄ ut audiuit Bono. fuit determinatū eū puniri dēre pœna statu

ti

Digitized by Google

tì contra ꝙ fecit receptando per iura ſupra inducta, ipſe tamen dixit pęnā mittigari debere, arg. de man. prin. §. ſed quia delinquentes, & plu. §. illius tit. pro quo. C. de his qui ſe defe. lib. 10. & ff. de iure fiſ. l. deferre. Nec prædictis ob. ꝙ per pœnitentiam tollatur delictum, vt extra de teſt. c. teſtimonium, & de pęni. & re. in decre. per totum. quia illud verum iure poli, non iure fori, & in hoc reſidet. Sed tu dic ꝙ aut conſtat, ꝙ ab initio retinuit eum aīo receptandi, & poſtea mutato propoſito deliberauit eum iudici præſentare. Et veram credo deciſionem prædictam. ſ. ꝙ puniatur ex receptione. in delictis. n. conſummatis non habet locum pœnitentia, vt in iuri ſup. allegatis. Licet aūt puniatur ex receptatione nihilominus præmiari debebit ex p̄ſentatione, ſunt enim actus diuerſi. Vnus enim eſt receptatio de qua punitur, & alius præſentatio de qua præmiatur. Et ſic non ob. ꝙ ex eodem actu conſequaī pęnam, & præmium. vt. l. ſiue hæreditaria. ff. de neg. geſt. quia imò ex diuerſis ſicut dicimus in l. 1. ff. de his qui. vt indi. & per Dy. in regula, ꝙ ob gratiam. li. 6. & ꝙ no. per eum, & Ray. in l. decreto. ff. de ſuſpe. tu. Si uero hoc non conſtat tunc non puto eum puniri, ſed ſolum mō præmiari, præſumiī eū receptaſſe, & tenuiſſe vt eum curiæ præſentaret, ar. ff. ad maced. l. ſed iul. §. proinde, & ꝙ ibi per doc. & in l. maced. C. eo. niſi probetur aliquid pp ꝙ talis præſumptio excludatur, quia vna præſumptio tollit aliam. l. diuus ff. de in integ. reſti. Puta ꝙ tunc præſentauit eum curiæ, ꝙ ei aliquis minatus fuerat, ꝙ eū accuſaret vel aliquid ſimile. ar. no. in l. fulcinius. §. quid ſit latitare. ff. quib. ex cau. in poſ. ea. & quod habetur plene per Dy. & Bar. in l. poſt contractum. ff. de donat.

25 Vigeſimoquinto quæritur † quidam in villa receptauit bē nitum pp ꝙ ex forma ſtatuti tota vniuerſitas villæ fuit condemnata. An agere poſſit contra illum receptantem. Alber. ubi. ſup. q. 69. dicit, ꝙ ſic, & allegat quod non reperitur. Tu aūt dic ꝙ aut villa fuit condemnata ex eo, ꝙ non cepit illū bannitum, & tunc contra illum receptantem agere nō poſſit. Condemnatur. n. ex ſuo facto. i. non facto. ſ. vniuerſitatis, quo caſu contra alium non agiī. l. ēt. §. pen. ff de peti. hære. & ꝙ no. in. l. ſi quis dolo. §. 1. in ult. gl. in fi. ff. de re iu. & ar. ff mā. l. ſi procuratorem. §. ſi ignorantes. ver. ſi hi qui. aget tñ ad ratā condemnationis ſecundum no. in l. 4 §. actor. ff. eo. ti. ubi per Bar. Si vero fuit condemnata ex eo, ꝙ ille receptauit, & ſic ex facto receptantis. Et tūc pōt agere contra illum. ar. ff. de ver. ob. l. 2. §. fi. & ꝙ ibi per Iac. de Are. l. nam, & ſeruus. in prin. ff. de neg. geſt. nau. cau. ſta. l. licet. §. fi. de his qui deie. uel effu. l. ſi vero. §. cum autem, & de euic. l. ſi plus. §. 1. & C. de exact. trib. l. miſſi opinatores. lib. 10.

26 Vigeſimoſexto. † Stante ſtatuto prædicto, ꝙ nullus poſſit dare bannitis auxilium, vel fauorem ſub certa pœna. Quæro an in cā ciuili vel criminali talis banniti, quis poſſit aduocare pro bannito, an non, quaſi dicatur ei dare auxilium vel fauorem. Antiqua qō eſt, vt patet in Albe. ubi. ſup. q. 33. Bar. in l. quiſquis. C. ad l. iul. maie. videtur velle ꝙ talis aduocatio vel etiam procuratio facit eum incidere in pęnam per illum tex. & ad participationem, quę fit cum excommunicato. Reſpondet, quod illa eſt medicinalis. Iſtud bānum eſt mortale. Sed in. l. in fur. § ope. ff. de fur notabilius loquitur præmittens ꝙ quando prohibetur auxilium ſimpliciter nón habito reſpectu ad actum intelligitur multum late, pro quo ibet adiutorio ſiue mutuetur pecunia, ſiue per iter aſſocietur. l. 1. C. de his qui latro. quod ēt tenuit Albe. q. 35. ſiue quid aliud fiat ꝙ ad eius vtilitatem pertineat allegat. ff. ad l. iul. maieſt. l. 4. poſt prin. hoc præmiſſo ad propoſitum concludit, ꝙ q̄nque auxilium prębetur ſciente ſuperiore per viam iuſtitiæ, vt quia petitur pronunciari bannum nullum, vel petitur caſſari allegādo aliquam iuſtitiæ cām, puta per. l. 1. in fi. ff. de qō. & pone ꝙ ſuccumbit. Et non vī aduocatus præſtare auxilium vel fauorem ſecundum Inn. in c. ſolet. de ſenten. excōi. in gl. mag. Qñ que per uiam gratiæ vt implorando ſimplicem miſericordiā, vt ſi procuro ꝙ aliquis rebanniantur. Et hoc eſt licitum regulariter, & non fit contra ſtatutum. l. ſi fuerit. ff. de re. dub. l. in metallum. ff. de pæn. Fallit in eo qui eſſet damnatus ſiue bānitus pro crimine læſæ maieſtatis, pro quo nō licet ſupplicare, vt d l. quiſquis. Quandoque præſtatur auxilium in iudicio ſuperiore ignorante, vt mutuando pecuniam vel quid aliud vt ſupra. & tunc punit aduocans vel procurans, vt. d. l. 4. Sed ex his uerbis Bar. non deciditur qō ſupra poſita, qñ in alia cā fuit aduocatus uel procurator banniti in aliqua cā ſeparata a banno, & tunc aut illam cām pōt agere, vt quia ſe defendit non excluſa defenſione a ſtatuto, vel quis agit bonis non publicatis non prohibita audientia a ſtatuto. l. ſi tibi mādauero. §. is cuius bona. ff. man. & tunc non habet locum ſtatutū, qa dat ei auxilium, & fauorem in re licita ar. ff. de iuriſd. om. iud. l. 2. & de procu. l. 1. §. uſus. & l. ad rem mobilem. & l. ad legatū. eo ti. Si enim permittitur ei iudicium ergo cum ſuis qualitatibus, vt. d. §. uſus in procuratore, & in aduocato in. l. 1. §. ait prætor. de poſtu. Et ꝙ dicam ſtatim q. 28. Si vero non permittitur ei agitatio talis cāæ, puto talem procuratorem vel aduocatum ſi ſciunt eum bannitum teneri de auxilio per. d. l. q̄ſquis. Si vero agit cām banni aut obtinuit. & clarum eſt, ꝙ nō debet puniri ut ſup. Aut ſuccubuit. & tunc aut cā erat dubitabilis, & non punitur. Aut erat manifeſte friuola ſiue iniuſta, & debet puniri. ar. eius, ꝙ dicimus de eo, qui recurrit aduerſus laudum, & ſuccumbit, quia ſi habebat iuſtam cām credē di ſe iuſte petere, & excuſatur a pœna, alias non vt hæc habētur in l. tres fratres. ff. de pactis. & per Io. An. in addi. Spe. in ti. de arbi. §. ſequitur. uerſi. quid ſi compromiſſum.

27 Vigeſimoſeptimo † pone. Inquiritur vel ex accuſatione ꝓceditur contra Titium bannitum cui non pōt ex forma præmiſſi ſtatuti præſtari auxilium vel fauor. quidam cōparet coram iudice, & allegat illum eſſe abſentem ex aliqua cā. Quæritur an incidat in pœnam ſtatuti? Guido de Suz. in qōnibus ſtatutorum ſub litera. S. in ſtatuto dicēte quod nullus poſſit bannitum defendere, tenet quod in pœnam incidat, quia talis allegatio eſt defenſio, vt in omnibus legib. dicentib. abſentē defendi. In contrarium allegat Albe. vbi ſup. q. 33. ꝙ dictum ſtatutum videatur loqui de auxilio extraiudiciali. C. de his q latro. l. 2. extra de homi. c. ſicut dignum. §. fi. & ibi per Inn. de ſchiſm. c. 1. li. 6. item quia ſpeciale vī in. l. quiſquis. ergo in alijs contrarium debet ſeruari. ff. ad mun. l. 1. Sed pro deciſione Guil. allegat, quia ita occidit quis lingua ſicut facto. quinquageſima diſt. ſi quis uiduam. Et quia, clamore, & ploratu dicit quis auxilium præſtare. ff. ad ſil. l. 2. § potuiſſe. & §. ſeq. finaliter concludit, ꝙ in pœnam non incidat. Sed ſi recte aduertatur loquitur in aduocato allegante cās cāæ. de quo dixi ſup. proxima. q. Puto tamen ꝙ dictum eius uerum ſit per. l. ſeruū quoque. §. publice. de procu. vbi patet ꝙ talis allegans non dī agere cām propriam ſiue abſentis ſed pub icam. Præterea facit in iudicio ſciente iudice. ergo &c. vt dictū eſt ſupra proxima. q. & facit quod no. in l. in eo. §. nemo. de reg. iur. Et intelligo hoc verum in themate quod propoſui. in caſu aūt Guil. de Suz. forte procedit dictum ſuum, quia ſtatutum prohibet defenſionē iudicialem, ꝙ patet, quia eius thema dicit ꝙ bannito non fiat ius, ꝙ nulli permittatur, & ꝙ poſſit ipſum defendere. l. fi. ff. de iuſt. & iur. & intellige de allegante cauſas abſentiæ in facto conſiſtentes. Pro quo vide quę dixi in primo tempore. 3. q. 5.

28 Vigeſimooctauo † circa idem ſtatutum quæro, an ille, qui tulit teſtimonium pro tali bannito, dicatur ei contra ſtatutum præſtaſſe auxilium, & fauorem? Bart. in l. poſt legatum. §. his vero. ff. de his qui. vt indig. dicit quod ſic ſi præſtitit teſtimonium ſponte, ſecus ſi coactus per illum tex. cum gl. Hoc intelligo, vt dixi ſup. proxime, ſcilicet in. q. 26. quando cā per bannitum agitata nō erat ei permiſſa, ſed forte admiſſus fuerat non oppoſita exceptione: vel, quia nō comparuit aduerſarius. Si aūt ei fuiſſet permiſſa locum habet ꝙ ibi dixi. prohibitio enim generaliter auxilij intelligit, niſi in caſu licito arg. l. 1. §. denique. ff. quod ui aut clam. & C. de adul. l. ita pudor.

Si autem quis cepit bannitum uolens ducere ad curiam, & deinde cum relaxauit. Dicit Ray. in. l. 1. §. unuſquiſque. de ſer. fugi. quòd aut relaxauit eum gratis, & nō punitur ut opē præſtans vt ibi. Aut per pecuniam, & tunc punitur, arg. l. 2. de receptato. quod forte verū eſt non exiſtente ſtatuto, ꝙ poſſit impune offendi, alias forte non procedit per ea, quæ dixi ſupta parte proxima. q. 1. & q. 38.

29 Vigeſimonono quæritur, † an ille qui exemit bannitum captum de manibus familiæ, qui vt dictum fuit ſupra parte proxima huius tpis. q. 32. tenetur fiſco ad ſoluendum condemnationem per. l. ad commentarienſem. & per. l. quiſquis. ibi allega. tenetur etiam vt præſtans auxilium vel fauorem. In hac qōne poſſent multa dici. concluſiue tamen tenendum quod vtraque pœna teneatur cum ex diuerſis factis oriantur, vna quia eximit, alia quia auxilium dedit. itē quia una ciuilis, vt. ff. ſi quis eum qui in ius vo. eſt ui exi. per totum. alia criminalis. l fi. de fur. Pro quo vide. ff. de fur. l. nunquam plura. & in l. qm̄. C. ad l. iul. de ui. ff. de pęnis, l. ſanctio legum. & ꝙ hī in. l. 2. §. qui aduerſus. ff. de poſtu. & C. quando ciui. ac. præiud. crimin. l. 1.

Ex prædicto ſtatuto de quo dictum eſt in q. 19. vbi de pacis beneficio ponitur, inſurgunt multæ quæſtiones. Et ideo.

30 30. quæro. † An tale beneficium cōpetat bannito pro adulterio. Et dubium facit, quia ſuper crimine adulterij non licet tranſigi nec paciſci. C. de tranſac. l. tranſigere, immo regulariter non licet tranſigi a contumace ſecundum Bart. in diſputatione ſua quæ incipit Lucanæ ciuitatis in fin. ſed hic fuit contumax, ergo &c. Sed in ſimili articnlo Barto. conſuluit contrarium dicens. ꝙ quædam eſt tranſactio, quæ fit de re dubia, & lite incerta. & illa fit ad impediēdum proceſſum ne amplius ſuper tali crimine procedatur. Et iſtud non poteſt fieri ſuper crimine adulterij, nec ēt pacto. Quædam eſt pax, & concordia per quam rancor, qui eſt, in aīo iniuriati reijcitur. nec p hoc proceſſus impeditur, licet pęna minuaī ex for

Digitized by Google

mi ſtatuti. Et iſta pax eſt permiſſa in omni maleficio vt inſt. de iniur. §. ſi. & de pact. l. 1. & l. ſi tibi. §. quædam. Et ꝙ de adulterio poſſit fieri pax eſt tex. expreſſus. C. de adult. auc. ſed hodie, & in corpore vnde ſumitur, vbi dr̃ maritum per adulterium uxoris poſſe recõciliare eam ſibi, quod nil eſt aliud, niſi pacem facere. Aduertendum eſt quod ille tex. loquitur de remiſſione, quæ fit uxori, non de illa, quæ fit adultero, quæ vr̃ prohibita. l. 2. §. lenocinij. ff. de adu. paria enim videntur ab initio conſentire, & poſtea adulterium admittere. Pariter enim punitur retinens uxorem in adulterio deprehẽſam, & ipſam alij adulteran. vt ibi. & l. mariti lenocinium. in prin. Retinendo tñ opi. Bar. dic ꝙ lex, tranſigere, & iura ſup. allegata loquuntur ante ſnĩam latam cõtra adulterum, poſt aũt ſententiam latam in cã adulterij licitum eſt tranſigi ſuper pœna. ff. de pac. l. iure gentium. §. ſi paciſcar. & §. itẽ ſi experiar. ſm Bar. in d. l. tranſigere. & in l. quid ergo. §. pœna grauior. de his qui no. infa. Et ſic non ob. contraria. Et ſic cõcluditur qđ ſtatutum prædictum locum habet ẽt in bannito pro adulterio.

31 Sed circa idem. 31. dubitatur † a quo pax de adulterio haberi debeat vt locum habeat beneficium ſtatuti. Dicit Bar. in præallega. conſi. quod incipit, Poteſtati terræ rochæ. quod ſufficit hr̃e pacem a marito. ipſe. n eſt ille cui principaliter infertur iniuria vindicanda. ff. de adul. l. 2. §. fin. & C. de adulte. l. quamuis adulterij. cum muliere aũt non cadit pax cum non poſſit dici ei illatam iniuriam, quia in uolentem factum eſt. Præterea ipſa non põt conqueri accuſando, quia ſocia criminis. C. de lib. cau. l. ſi filium. 14. q. 3. Nemini. ergo ab ea non requiritur remiſſio, quia nõ eſt iniuriæ perſecutio. de iure del. l. ait prætor. Præterea prohibitiones factæ contra adulterum non præiudicant mulieri. l. denunciaſſe. ff. de adulte. Et ſic cũ mulier non confitetur ſe adulteram vel non dicit ſe iniuriã paſſam, non eſt ab ea requirenda pax, quia videretur confiteri ſe adulteram. l. qm̃. ff. de his qui no. infa. Sed in contra. facit. C. de rap. vir. l. 1. & in auct. de rap. mul. & quod no. Dy. in regula ſcienti, in primo contrario. li. 6. ſed illud verum in muliere rapta, ſecus in ſimplici adulterio. hæc Bar. Non intelligas per hoc ultimum ꝙ ſtatutum nõ habeat locum in raptore, ſed intellige, ꝙ tunc requireretur pax ẽt a rapta, quia ei principaliter iniuria facta eſt.

32 Trigeſimo ſecundo † in quo examinabo. 33. & † 34 qõnes.

33 † Quæro bannitus in ſtatuto prædicto comprehẽſus habuit pacem a filio eius, quem offendit, poſtea mortui, minore tñ, & ſine iudicis decreto. Quæritur an habeat beneficium ſtatuti. Hæc qõ multas habet partes. Prima eſt, an ipſe minor ẽt pupillus poſſit de morte patris pacem facere. Secunda ſi põt an requiratur auctoritas tutoris. Tertia ſi non requiritur, an poſſit petere reſtõnem in integrum. Et erit alia qõ circa, quæ dicit Bal. in l. 1. C. de in inte. reſti. mi. quod ſic. Et ſi habet tutorem pupillus cum eius auct. ſi non habet cum auctoritate iudicis ſupplentis tutoris defectum. Et ſi adulter habet curatorem cum eius auctoritate. & idem dicit in prodigo ſubdẽs quod non põt petere reſtitutionem in integrum, quia nõ intelligitur lædi, qui pacem facit. Ad primum, & ſecundum allegat no. l. creditor. §. 1. ff. man. Sed aduerte, quia prædicta latius examinantur in Spec. & ſuis additionib. in tit. de homi. uer. illud aũt. & ibi refert prius opi. Albe. galeoti in ti. de acc. §. pen. qui poſt allegationes hincinde concludit, ꝙ aut pupillo aliquid datum fuit, & tunc ualet. l. præſes. C. de tranſ. Si nõ eſt datum, idem, quia intereſt minoris ſumptibus, & litib. nõ vexari. ff. de mino. l. minoribus. & de iniur. l. ſed ſi vnius. §. ſi filio. nam, & ciuitas pacem ſeruans commendatur. ff. de cenſ. l. 1. Deinde ſubdit opi. Vbert. đ bobio, quæ fuit, vt infans nullo modo poſſit ff. de pact. l. 1. ſi autem exceſſit infantiam. dicit requiri tutoris auctoritatem, & iudicis decretum.

Videamus ergo per ordinem articulos ſupra tactos, Primus articulus ſit de infante. & in hoc oẽs concordant, ꝙ nõ, nec ſolus, nec cum tutore. l. 1. ff. de pact. & de noua. l. 1. cum ſi. Secundus articulus eſt an tunc ſolus tutor poſſit pacem facere vt ſic ſufficiat bannito. In hoc fuerunt opiniones. Sed cõis opi ſe habet quod aut homicida eſt incognitus, vt quia dubitatur, an ille cui pacem reddit commiſerit homicidium patris uel non, & tunc põt, ut. l. præſes. C. de tranſ. & iõ dixit Io. And. ubi ſupra referens dictum Guid. quod cautela eſt facere pacem, uel recipere, tanquam illi tiel ille qui dr̃ inculpatus. Si vero eſt certum. & tũc, aut intereſt pupilli, puta ꝓp periculum ſuæ perſonæ. & tunc põt tutor facere, vt. l. 1. §. ſed nõ nullos. de tute. & rõ diſtra. aliàs non, quia talis remiſſio. &c. l. interdũ. §. qui tutelam. ff. de fur. & iſta fuit opi. Iac. de Bu. quã ibi ſequitur Bal. Sed aduertendum puto, quia hęc qõ alio nõ dato ita debet eſſe ſopita. de iure. n. cõi nulla põt fieri vindicta. l. 4. §. eum qui. ff. de vi, & ui arma & l. vt vim. Sententia de homicidio lata eſt, ergo amplius non poteſt accuſari. l. licet. §. pen. nau. cau. ſta. & ideo nihil vr̃ remittere, ſed potius iure reipub. uti. & ideo faciliter defendi põt talem pacem ualere. Sed dubium facit qñ ex forma ſtatuti eſt permiſſa uindicta. Tunc enim vr̃ illud ius donari. & ideo tunc tenenda eſt opi. Iac. de But. ꝙ poſſit ſi eſt ei periculoſa inimicitia aliàs non. Sed conſidera quod tutor ẽt euidentem damnoſam hæreditatem infanti delatam ſolus repudiare non põt ſine conſanguineorum infantis conſilio, vt no. ff. de auc. tut. l. ſi ad pupillum. & l. is põt. ff. de acqui. hære. & in l. tutor. de bo. poſ. & in l. 1. §. ſi tutor. ff. de ſucceſ. edic. & in l. eius eſt nolle. ff. de re. iur. ubi glo. no. loquitur. quinimmo ſecũdum Azo. in d. l. tutor requiritur ẽt iudicis auctoritas, quod ibi ſequitur Bar. & Bal. in l. bonorum. C. qui admit. ad bon. poſ. Cum ergo hoc caſu ſit expreſſe alienare, & illud facere quod quantum ad mundanam uitam verecundum eſt, puto ſolius tutoris non ſufficere pacem, ſed requiri conſilium coniunctorum ſecundũ. l. magis puto. §. ne paſſim. de rebus eorum, & iudicis decretũ per ſup. dicta. ld aũt ꝙ dr̃ cautelam eſſe fieri, ut ei qui dr̃ inculpatus non prodeſſet ab beneficium ſtatuti, quia requirit pacem fieri de contentis in banno in quo continetur, ꝙ fecit. & ſic confeſſus intelligitur. & ſi tunc non eſſet ſatisfactũ ſtatuto per no. & maxime per Bar. in l. 1. §. 1. ff. de dolo. & l. 1. ff. ſi qua. pau. fe. di. & quod ſcripſit in conſilio, quod incipit quidam Matthæus ſuper verbis illis enuntiatiuis, vt dr̃, &c. quæ dicit tanquam dubitatiua ſumi non tanquam affirmatiua. Pro quo uidetur tex. in l. ſi in uenditione. in fi. ff. commu. præd. Tertius articulus ſit de pupillo cum tutore, & adulto cum curatore. & in hoc concordãt omnes, ꝙ ſic, ut ſupra dictum eſt. Sed an tunc requiratur iudicis decretum. quidam, quod ſic, vt in prædicto uerſi. illud aũt. Bald. aũt contra quod non requiratur iudicis decretum, quia nihil alienat. & quia in executionibus penarum non ſubuenitur minori. ff. de minor. auxilium. & quia non dr̃ damnum pati. de ſepul. uio l. ſepulchri. vt ipſe ſcribit in l. 1. ff. de pac. Sed vt dixi ſup. id poteſt eſſe verum ſuſpecto iure cõmuni tñ, ſecundum quod actio iniuriarum remitteretur. non enim dr̃ eſſe in bonis. & propterea dici ſolet, quod dicitur hæreditas adiri, vt dicam. inf. in q. 36 inſpectis vero ſtatutis vindictam permittentibus maior eſt dubitatio, licet enim tale ius non dicatur in bonis, vt l. cum emancipatus. ff. de col. bon. & in l. ſed ſi vnius. §. ſi ante. de iniur. tamen alienatio dicitur ſicut in repudiatione hæreditatis in qua ante additionem nullum ius dicitur in nobis eſſe, vt. l. prætia rerum. ff. ad. l. fal. Qui tamen in caſu noſtro loquimur de effectu pacis ad cancellationem fiendam non gratuito, ſed aliquo ſoluto, & ſic pur in aliquo punitur, ſatis putarem verum eſſe iudicis decretum non requiri, vt. d. l. præſes. Cautela tamen eſt vt eius auctoritate fiat, vt omne dubium remoueatur, vt in d. ver. illue autem.

Vltimus articulus ſit, an poſſit peti reſtõ in integrum vt ſic interim pax non dicatur firmiter facta. In hoc dicit Iaco. de Are. in d. l. 1. C. de in integ. reſti. mi. ꝙ non, quia in executionibus pœnarum, &c. vt. l. auxilium, & quia non eſt læſus, qui voluit fugere inimicitias. de vſufr. l. generali. §. 1. in prin. & idem vt dixi ſup. tenet ibi Bal. & in d. l. 1. de pac. & ſic propter hoc non retardabitur cancellatus maxime cum in talibus non inſpiciatur quod euenire põt de iure ſpeciali. l. 4. circa princ. ff. de fideico m. liber. & per Bar. plene in l inter ſtipulantem. §. ſacram. de verb. obl. ex prædictis itaque pater qualiter requiratur pax quando filius mortui paſſi iniuriam eſt minor. & patent expedite. 31, 33. & 34. q.

35 Quæro ergo trigeſimo quinto † circa idẽ Filius occiſi maior vt ſic ceſſent aliæ dubitationes fecit ſimpliciter pacẽ de iniuria facta patri cum remanſiſſet patri. An hoc ſufficit ad cancellationem banni, poſito, ꝙ pax ſit ſpecialis de contentis in ſententia banni. In cuius deciſione primo videndum eſt an ſtatutum prædictum, ꝙ loquit̃ de hærede, intelligatur de filio, & deſcendente. An vero etiam de extraneo. Si enim primo mõ intelligitur nõ vr̃, ꝙ ſit neceſſaria hæreditatis aditio. ff. de oper. liber. l. vt iureiur. §. ſi liberi. cum ibi notatis. & ita voluit Bar. in l. damni. §. ſabini. ff. de damn. infec. vbi dixit tale ius non competere iure hæreditario. ꝙ ſecus eſt ſi intelligitur generãliter quocunque. l. 3. §. ſi quis hæredi. ff. de ſta. libe. & l. qui hæredi. ſt. de cond. & demon. Et quod debeat intelligi de filijs uidetur probari, quia idem iudicatur de remiſſione iuris, ꝙ de ipſo iure. l. manumiſſiones. ff. de iuſt. & iur. & quod no. in l. de tutela. C. de in integr. reſt. mi. ſed ipſum ius vindicandi non tranſit in hæredem. l. iniuriarum actio. §. 1. de iniur. ergo debet intelligi. ideſt de filio. l. lex facto. §. fina. ff. ad treb. & ꝙ habetur per Bar. in l. gallus. §. etiam ſi parẽte. de lib. & poſth. & ita dixit Bar. in l. ſi filius qui patri. de vulg. & pup. vbi dixit, quod ſufficiebat pax habita a filio etiam, qui abſtinuerit, propter beneficium ſuitatis, quæ operatur ad commodum filij. Et idem tenet ibi Bal. quia nomen hæredis præfertur ratione naturali. Ex quo ſi uerum eſſet ſequeretur, ꝙ non ſufficeret pax habita ab eo, qui adiuiſſet filio abſtinente puta, qui non eſſet de deſcendentibus.

Quantũ ad me paſſus eſt dubitabilis ꝓp naturam materiæ ſuper qua profertur tale nomen, ſed ꝓp materiam fauorabi-

lem

Digitized by Google

lem cõmunis interpretatio se habet quod intelligatur de quocunque vniuersali successore.l. sciendum. de uerb.sign. & ita tenet Bal. contra Bar.in l.2.C.de libe.& eo.li.& ẽt Bar. in l.eadem.§.cato.de uerb.obl.ut dicam.inf.q.39. Non ob.q̃ ius vindicandi non sit transitorium, quia immo transitoriũ est de sui natura lite contest.vt ibi cuni concor.de quo ar.vide in.§.etiam.per Bar.& Bald.& per doc.in l. antiquas. C.de usufru.& in l.In annalib. C.de lega.requiritur ergo quod ad verificationem statuti quod sit hẽres ideo &c.

36 Trigesimosexto vidẽdum † est an ex tali pace dicatur adire hẽreditatem.Albe.ubi. sup. q. 9. tenuit q̃ sic,si aliquid recipit,quia illud datur contemplatione mortis ar. ff. ad tre. l.1. de li.& posth.l.in suis.Communis vero opi. se habet in contrarium.l.pro hærede.§.fi.& ibi per Bar. ff. de acq. hære.& ẽt per alios.& in l. quæsitum.ff.de sc. uio. facit. l. eum qui.C.ar. tute.de his qui et.uel deie.l.si uero.§.hæc actio.& ita determinauit Odof. ut refert Guid. de Suz. qui idem tenuit in suis, qõ.sub litera S.Quod intellexit idem Odof.in d.§.hæc actio. nullo existente statuto. Sed vbi sit dictum, statutum tribuens pacis beneficium,dixit eum intelligi adire hæreditatem.& nil allegat.& idem sequitur Cy.in d.l.eum qui.quod non credo verum,nisi in instrumento pacis dicatur,quod feci pacem vt ille consequeretur beneficium cancellationis. Tunc enim intelligitur adire,quia alias habere non posset beneficiũ ar. d.l.pro hærede.§. Papinianus.& l.illud.eo.ti. ita debet intelligi.d.Odofre Simplex ergo instrumentum pacis habitę ab eo qui potest hæres esse non dat beneficium cãcellationis, nisi de aditione tunc facta aliter appareat. Vide tamen quod dicam infra hac eadem parte.q.47.ad fi.

37 Trigesimoseptimo † quæritur procurator Titij offensi cũ generali, & libera administratione fecit bannito pacem de contentis in banno,quæritur an virtute dictæ pacis bannitus possit pp dictum statutum certum quid soluendo cancellari.& vr quod sic.quia tutor potest.l.præses.C. de transe.ergo, & procu.cum libera.l.procur.cui liber.ff. de procu. In contrarium est veritas, quia aut non venit in mandato hominis eo quod nõ consistit in administratione patrimonij,vt.l.nec mulierem.C.de manu.uin.aut si uenit requiritur speciale mãdatum.ff.de procu.l.mandato.ext.de arbi.cap.per tuas. & de transe.contingit.& fi.de pac.l.nam, & nocere. & ita not.in Spec.de treug.& pa.ver.hoc quoque no.& de procu.§.ratione igitur sui.uersũ.22. Et ita seruatur.

38 Trigesimooctauo † quęritur an sufficiat haberi pacẽ verbis vel factis sine scriptura. Puta quia probat bannitus quod offensus,vel eius hæres habens eius cognitionem bibit secũ, vel cępit cum per manũ,& similia.& videtur quod sic, quia per tales actus alio non dato intelligitur fieri pax,& remissio iniuriæ.Facit quod notatur in l.1.ff. de pac. & insti.de iniur. §.fi.& ff.eo.ti.l.non solum.hoc autem probatur, quia non reperitur hic casus inter illos in quibus requiritur scriptura de quibus habetur per Dy.in suo tractatello,per Guid.in Spe. de instr.æd.§.restat.uer.sed si unus.per gl. in c.1.de cen. lib.6.& probatur ex no.in l.3.§.pen.ff.de adimen.le.per Bar. in l.1.ff. de pac.Et videtur casus in l.in ipsius.C.fami.hercis. Et ibi per Guido.& hoc verum licet Gui.in Spe.in ti.de homi. uersi.illud in duobus uerbis.videatur sensisse contrarium per. c.pactum.de uer.sig. q̃ non ob.ut ibi no.in gl.Quia tamẽ facilius possent fieri fraudes cõiter per statuta prouidetur quod de tali pace debeat constare per publicum instrumentum.& tũc dicit Bal.quod producens tale instrumentum non debet de tineri sed statim relaxari.ff de in ius uoc.l.neque.in fi.

39 Trigesimonono † quæritur an sufficiat bannito si habet pacem ab vno ex pluribus hæredib. occisi siue aliter offensi. Quæstio hæc in diuersis titulis qõnum ad idem tendentium reperitur diuersimode terminata.& licet in voluminibus habeatur. tamen pro contrarietate determinationũ opus est, vt aliqualiter insistatur.Et ideo sciendum q̃ ista qõ fuit de facto Bononiæ,& ibi Osber. de Cremona determinauit talem pacem ab uno habitam non sufficere per tex.l.1.§. denunciari.in fi.de libe.agno. Item quia indefinita æquipollet vniuersali,de le.2.l.si pluribus.Sed Old.tunc tenuit contrarium,quia statutum supra relatum dicit ab hærede,ergo sufficit ab vno cum hæres sit.Item quia vindicare necem defuncti est quid indiuiduum,ergo competit cuilibet hęredum insolidum. ff. fami.herciscun.l.hæredes.§.antea. & de serui.rust.l.via.§.fin. Nec ob.lex fi.ff.communia præd.quia ibi ius illud indiuiduũ respicit corpus hæreditarium, ideo ibi requiritur consensus omnium,sed in proposito tale ius non respicit quid hæreditarium,ergo sufficit uoluntas unius.& ita dixit Cy. in d.§.denunciari.fuisse Paduæ determinatum.Bar.autem in l. eadẽ. §.cato.de uer.obl.dicit quod licet in indiuiduis apud quemlibet hæredum sit ius insolidum,tamen est sine effectu nisi cęteri consentiant.de serui.rust.prædio.l.itinere, & quod licet in tutoribus apud quemlibet sit insolidum ius actiones exercendi, non tamen sic in iure per quod tutela finitur. l. clarum.C.de auct.præstan. & ideo in proposito cum extingueretur ius vindicandi non debet tenere pax ab uno habita, nisi cæteri consentiant, quod etiam apparere dicit ex eo qđ statutum dicit,ab hærede & sic de eo, qui ex asse,idest in totũ hæres est.l.si defensor.§.1.de interrog.act. Ac etiam quia hæres pro parte non representat defunctum, nisi pro illa parte. C.de rei uen.l.cum a matre,pro alia enim habetur ut extraneus ut ibi.& no.de præto.stip.l.2.§.fina.ff.de quo statuto nõ cogitauit. Finaliter tamen concludit standum maiori parti hæredum intelligendo maiorem partem pro numero personarum,& vnciarum, & vbi sint pares standum esse dignioribus,& si in omnibus sint æquales standum esse remittentibus,& sic pacem facientibus.de pac.l.& suum.§.fina.& l.maiorem.in prin.& C.qui bon.ced.pos.l.fina,reputans iniquum esse,q̃ unus.solus,qui forte esset vnus tristis possit pacem facere.Contra.l.si vnus.§.si filio.uersi.sed interdum.ff. de iniu. quam sententiam dixit æquitatæ consonare. Bal.uero in hac quæstione multum variauit. Nam in l. communis libertus. ff.de in ius uoc.sequitur opin.Cyn. quia cum non agatur de pecuniario commodo pęnes unumquemque hoc ius faciẽdę pacis consistit insolidum, sed non sic ubi agitur de pecuniario commodo. & ita respondet ad not.in l.2.C.de liber.& eod.libe.ubi allegatur lex,si quis hac lege.§. final. ff. qui & a qui.ma.li.non fuerit. Sed in l.1.ff.de pact.dicit, q̃ aut tractamus de pace ad effectum tollendi processum inchoatum. & tunc si ille qui inchoauit remittit satis est. l. per fundum. ff. communia prædi. Aut ad effectum tollendi sententiam latam.& tunc secus est Et sic tenet directo contrarium, dicens veram esse opin.Ofber.& subdit, q̃ opinio Bartol. de maiori parte loquens non potest esse uera, quia illud uerum regulariter, quando aliquid competit pluribus collegialiter,idest, ut vniuersis,secus si singulariter. Tũc enim cõtradictio vnius qui utitur iure suo liberationem excludit secundum Inuoc. de maio.& obe.cap.humilis. Implicat ergo ibi contrarietatem,q̃ pax unius sufficiat,& non maioris partis.sed debet intelligi, q̃ pax unius sufficiat alijs non contradicentibus. Si uero aliquis contradicat nedũ habita ab vno,sed nec a maiori parte sufficiat in.l.aũt.2.C.de libe.& eo.li.ubi dicit Old. uacillasse q̃ nõ est verum cum semper dixerit inspici verba statuti,an loquat in singulari an in plurali.post relatã oĩum opi. concludit, q̃ aut ius indiuisibile accedit rei cõi.& tunc rei cõis habet natură,& melior est cõditio prohibẽtis.& plus ualet prohibitio unius q̃ multorũ cõsensus.vt d.l.fi.cõia pdi.& ibi concor. Aut tale ius stat p se,& tũc aut attẽdit ad pcipiẽdũ aliquod cõmodũ.Et tunc oẽs debent requiri,sed si discordãt prefert maior pars vt.l.maiorem,& q̃ no.p Bar.in l.hæredes.§.peto.ff.ad treb.Aut tale ius tendit ad uindictã,& tũc pfert magis idoneus,& cuius magis interest.de sepulchro vio. l.3.§.si ad plures.& l.sepulchri.Aut tendit ad remissionẽ vindictę.& idẽ quia fauorabilior est liberatio q̃ uindicta,& quia agit de publica uindicta q̃ respublica remittit, nec possunt ptendere cohæredes aliquam læsionẽ, quia nihil agunt nisi vt officiãt.ff.de rei uendi.l.in fundo.itẽ quia illa uerba, Si pacẽ habuit &c.non conferunt aliquid hęredib.q̃ possit extingui, quia verba conditionalia non disponunt,sed facultatẽ denotant.ff.si quis omiscau.test.l.si quis sub conditione.Et sic cessare dixit oĩa contraria quæloquuntur de plurib.ius habentibus.Concludens quod si statutũ loquitur p uerba singularis numeri sufficiat pax facta ab uno ex hęredib.qui sit honesta persona,& eam fecerit bona fide.Nam & ius diuiuum ad hoc hortatur offensum:ut no.de his qui no.infa l.furti.§.pactus.Ang.uero eius frater faciens de eo mentionẽ in d.§.cato.dicit de rigore iuris opi.prædictã, & ẽt Bar.non posse procedere,sed verã esse opi.Ober.per iura p eum allegata, qa in iurib.singulorum non habet locũ lex,quod maior, nisi in casib.l.maiorem.& l.consi.de cur.fu. De humanitate aũt dicit veram esse opi.Bar.ut stetur maiori parti secundum eius distinctionem,dumtmodo in maiori parte non cõputet fœmina,qa ad eã ius uindicandi nõ pertinet.ut no.p glo.in usi.feu. in ti.q̃ feu.da pos.uer.hoc aũt no.Dicit ẽt quod si in numero minoris eẽt unus cõsors occisi,& alij essent extranei,uox illius cõsortis esset oĩb.alijs pferẽda.ff.de acc.l.si cui.§.1.& l.si plures. Vides ergo in hac.q.quę,& quãta sit diuersitas opi.Sed saluo iudicio cuiuslibet melius,& subtilius intuẽtis mihi vr aliter esse dicendum.Nam q̃que ius uindicandi incipit a persona offensi,quandoq; incipit a persona hæredis. Primo casu vt si statutũ dicit,qđ nullus possit rebanniri, nisi habuerit pacẽ ab offenso uel eius hære.Et isto casu ius fiẽdæ pacis quo ad statuti beneficiũ incipiat, & ortũ habeat in persona offensi,& ex eius pson trãseat in hęredẽ,puto verũ esse de iure nõ sufficere pacẽ habitã ab uno,quinimmo nec a maiore parte, cũ ab ab hærede requirat pp respectũ defuncti.Et sic pp representationẽ dicta uerba nõ uerificantur, nisi in his qui totũ eũ representant.l.cũ a matre.superius allegata. Pro parte.n.p qua non est hæres cẽsetur extraneus.Et sic hoc casu sit uera opi.

Digitized by Google

Osber. ꝑ iura ꝑ cũ allegata.& ꝑ.d.l.ſi quis hac l.§.fi. in quib. iurib. ius apud quemlibet eſt indiuiduum. vt.l.carmelia pia. de iur.pa.Et tñ omnes requiruntur. Secũdo caſu puta cum ſtatutum dicit occidens decapitetur, niſi habuerit pacẽ ab hærede occiſi. Et ſic ſolum fundatur ius in perſona hæredis non reſpectiuatum ad ius defuncti. Et iſta fuit quæſtio propria Olber.Old.& Cy.Et hoc caſu puto conſiderandum duplex vindictæ genus. Vnum ius vidicandi ex forma ſtatuti quod datur hæredib.mortui propria auctoritate. Aliud ius accuſandi,vt per iudicem puniat vel banniatur, & bannitum offendendi,quod datur cuilibet ex forma ſtatuti.Quo ad primum ius quod datur ſolũmodo ex ipſo facto homicidij ẽt nullo ſecuto proceſſu,& quia unicuique competit inſolidũ, licet vnus pacem faciat non propterea præiudicat alijs quin poſſint vindicare,& offendere,nec ẽt ſi maior pars pacem faceret.Ille enim qui pacem non fecit tale ius vindicãdi auctoritate propria nõ perdit,vt d.l.ſi.communia prædio.& l.clarum.de aucto.pre.cum ſi.Et eſt verum quod in iure competenti pluribus vt ſingulis diſpoſitio.l.ꝙ maior.ad muni.locũ non habet.niſi caſibus ſpecialibus de quib.iſte non eſt.Quo vero ad ſecundum ius vindicandi per viam iudicij,& ſic accuſandi,& faciendi puniri per iudicem, & ẽt bannitum propria auctoritate offendẽdi virtute ſtatuti permittẽtis a quocunque offendi,ꝙ ius eſt publicum, & in quocũque reſidet & in perſona qualibet, vt.ff.de publi.iudi. per totum. Puto verum eſſe dictum Old.ſ.quod ſtatutum,ꝙ loquitur in ſingulari locum habeat ſi vnus hæredum pacem facit. Cum enim ſtatutum ſic loquatur in ſingula.ſufficit pax habita ab vno.l. non aliter.de le.3.l.j.l.ſi is qui nauem.de exerci.cum ſim.Nec ob.ꝙ præiudicetur alijs, quia ſic in iure publico ſiue plurib. ſiue omnibus competenti contingit,vt.l. ſi plures.ff. de acc. & nau.caup.ſtabu.l.licet.§.pen.Si enim vnus accuſat, & nulla interueniente colluſione accuſatus abſoluitur, cæteris ius accuſandi ſublatum eſt.Item ſi agitur cã nullitatis,uel cancellationis vel exemptionis a banno ſufficit ꝙ citetur reſpublica ſiue ipſam repræſentantes, non aũt eſt neceſſe ꝙ ſinguli de uniuerſitate citentur,vt hĩ plene per Bar.in extraua.ad reprimendum.ſuper verbo citata. & ſi ad petitionem vnius cancellationis tale ius offendendi omnibus perit.Et hoc caſu verificantur verba Bal.in d.l.1.ff.de pac.Nec ob.l.clarum. & l.ſi. communia prædi.cum ſi.quia loquuntur in iure priuato cõ petenti cuilibet iure publico.& ſic in eo potuit ſtatuẽs diſponere quicquid uoluit.de iniur.& dam.da.c.in noſtra. & ff.de priui.cre.l.anthiocenſium.cum ſi. cum plene no.per Bart. in l.toties.ff.de pollici.Hoc tamen caſu verum eſt, ꝙ ſicut vbi accuſans preſumeretur colluſiſſe non habeat locum abſolutio vt hĩ in tit.de præuari.per totum. Ita & tunc non habeat locum tale beneficium ſtatuti quando perſona vnius hæredis,quæ pacem fecit eſt uilis uel prauę conditionis, vt ſic ſtatutum a iuris regulis ordinetur ar.l.ſed vnius.§.ſi filio.de iniu. Nec ob.ſi dicatur rõ prædicta locum habet ẽt in primo mẽbro,& tamen dicis diuerſam eſſe cenſuram, quia vt dixi a diuerſitate verborum diuerſa cognoſcitur intentio.l.labeo.de ſupel.le.In illa autem quæſtione,& ſic in primo membro verba ſtatuti fundata ſunt in iure competẽti offenſo. & de eius perſona in perſonas hæredum.hic in iure ipſorum hęredum non reſpectiuato ad defuncti perſonam, & ſic diuerſa colligitur cenſura.l. ſi idem.C.de codi. Nec etiam ob. quod per hoc dicãtur alij perdere ius uindicandi propria auctoritate, quia non eſt uerum vt dicam infra in tertio tempore parte. 1.q.10.dum tractabo,an contra rebannitum poſſit fieri vindicta permiſſa ex forma ſtatuti contra offendentem.

40 Quadrageſimo † circa eandem pacis materiam pone ſtatuto ſimpliciter caueri,ꝙ bannitus rebãniatur ſi habuerit pacem,an ſufficiat ſibi pax habita ab occiſo. Pone enim quod erat capitalis pœna pro vulnere facto alo occidendi,vt ſic ante mortem potuerit in banno poni ſecundum no.per Bar.in l.damni.§.ſabini.de dam.infe,& in Spe.de accuſatore.§.uiſo. uer.ſed pone.& ẽt in ti.de inquiſitione, uerſ.pone ꝙ habuit pacem antequam eſſet bannitus.In hac.q. primo videndum eſt an occiſus poſſit liberare occiſorem,in quo Bar. in d.§.ſabini.dixit primo vĩ ꝙ non,quia homicidium non põt remitti.l.diuus.ff.ad ſil.& ibi no.& iõ dicit ꝙ debet poni ſtatutum in his terminis,ꝙ qui occidit occidat, ſed ſi habuerit pacem minus puniatur.Et arguit ꝙ vĩ facta pax de occiſo,vt in §. ſabini cum oĩb.iuribus ibi allegatis. In contrarium arguit de.l.ita vulneratus.& l.qui occidit.ff.ad.l.aquil.& ſubdit ꝙ ſecundum Guido de Suz.tutius eſt fieri pacẽ de vulnere,& de omni eo,ꝙ ex vulnere ſequi põt.& allegat Gui.in d. uer.ſed pone.vbi latius per Io.An.& deinde relato d.Iac.de Are.concludit,ꝙ aut eſt certum de mente contrahentium & ſtare debemus certo.l.1.§.ſi conuenerit.ff.depoſiti. aut non conſtat. & tunc ille remiſit actionem iniuriarum, & nõ vĩ remiſſa actio de homicidio.l.ſi duo patroni.§.Iulianus.de iurei.aut remiſit iniuriam,tũc aut vulnus erat mortale. & oĩa vĩr remiſſa, vt in §.ſabini.cum ſi.Aut nõ erat prima facie mortale. & mors non vĩ remiſſa,vt.l.ſi vulnerato.ff.ad.l.aquil. quia de ea nõ vĩ cogitatum,vt.l.qui cum tutorib.ff.de tranſa. & intelligo hoc ꝙ vere erat mortale.Si aũt ex cã mors fuiſſet ſecuta non minus ualeret pax,vt.d.l.qui occidit.ex quib.patet ꝙ concludit, ꝙ quis poſſit reddere pacẽ de morte ſui ipſius, & proſit homicidæ.non ob.l.diuus.ad ſil.quia illud verum de iure cõi de quo dic vt ibi,& per Bar.ĩ l.ſi maritus.§.ſi negauerit.ff.de adu. Ad propoſitum ergo dictante ſtatuto ſimpliciter vt propoſui de bannito,dico quod ſi erat bannitus tpe quo pacem habuit.& pax fuit taliter compoſita,ꝙ cõprehendit ẽt de morte,& debebit cancellari,ſi ſtatutũ requirit,ꝙ aliquid ſoluatur ſine dubio,quia non ꝓpea eſt immunis ſed mitius tenet. Idẽ ſi ſimpliciter dicit ſtatutum cancellandum eſſe ex beneficio pacis,quia lex,diuus.cum glo.habet locum ante latam ſnĩam non poſt vt dĩ per doc.in l.tranſigere.C.de tranſ.& dixi ſupra hac eadem par.q.30.Sed ſi non cõprehenderet mortem non hĩret beneficium.Si vero non erat tunc bannitus nõ vĩ ei ꝓeſſe beneficium pacis,quia bannitus nõ habuit pacẽ.& ſic non uerificantur uerba ſtatuti.l.in delictis.§.ſi extraneus.ff.dẽ nox.& l.Titius.ff.de mili.te.& ꝙ ibi per doc.Nec ei vĩ ſuffice re aditio hære.per q̃ vĩr ratificari oĩa geſta per defunctum, vt dicam in ſeq.qõ.quia illa trahitur retro cum illis qualitatibũs cum quib.facta fuit, & ſic tali qui bannitus non erat ut in regula,rati. li.6.cum ſi.& in l.eius qui.ff.ſi certum pet.Niſi ergo illam habuit ab hærede non vĩ ꝙ poſſit cancellari. Sed aduerte ꝙ iſtud vltimũ poſſet eſſe uerum ſi ſtatutũ diceret ſi fiat pax bannito &c.Tunc.n.requirit ꝙ ſit bannitus tpe quo fit pax.Sed in propoſito dictum fuit ſtatuto caueri eum debere cancellari ſi pacem habuit. & ſic ſignificat ẽt tps præteritum,vt.l.ſi iam facta.& l.ſolemus.ff.de cond. & demon. & ꝙ no.per Bar.in l.oẽs populi.ff.de iuſti.& iu. dum tractat de ſignificatu uerbi ꝙ põt eſſe præteritum,& futurum. Nec ob. ꝙ leges ſiue ſtatuta non trahantur ad præteritum,quia verũ eſt quantum ad præteritos bannitos &c.ꝙ declara vt dixi ſupra hac eadem parte.q.10.ubi pro hoc ultimo omnino uide.

41 Sed pone.41.† ſtatuto caueri,ꝙ bannitus, qui habuerit pacem ab hærede occiſi debeat cancellari, &c. Et ſic ſufficiat ſiue habuerit ante bannũ ſiue poſt. Titius qui vulnerauit ad mortẽ Gaiũ,habuit pacẽ ab eo vulnerato ẽt de morte. Aut tacite ut dictum eſt.ſup.proxi.q.aut expreſſe. *an ſibi ſufficiat* hæc pax.Bar.in præal §.ſabin.arguit primo ꝙ ſic,*quia qui hẽt* a defuncto,habet ab hærede.ff.de prob.l.pactũ. & vĩ expreſſum.ff.de exc.tu.l.athletę.§.dat remiſſionem.credit cõtrariũ cũ hoc fauore hæredis ſit inductum, & ſic non põt teſtator remittere.C.ut in poſſ.le.l.pe.& ꝙ ibi no. & quia ex hoc quis inuitaret ad delinquendum cum vulneratus expectans de ꝓximo mortẽ faciliter, pacẽ faceret. adducit ad ſui deciſionẽ ꝙ hmõi iniurię perſecutio non cõpetit iure hæreditario. ar. ff.de ſepul.uio.l.quæſitum.& l.pro hærede.§.fi.de acq. hære. Sed Bar.in l.2.C.de lib. & eo.li.allegans pro hac parte ꝙ ſtatutum loquit de hærede non teſtatore. & ſic in eo locum non habet.ſol.matr.l.ſi uero. §.de uiro. determinat contrarium, quia ſtatutũ,ꝙ loquimur de hærede conſiderat perſonam defuncti prout repræſentatur ab hærede ſecundum mmet Bar. in l.eadẽ.§.cato.de uer.obl.ſed fortior virtus eſt in repræſentato q̃ in repreſentante arg.C.de iure deli.l. cũ aliquis. item quia hæres tenet hĩe ratũ factũ defuncti.C.fa.herc.l. in ipſius & l.ſi ergo.§.1.de iur.do.Et iõ hoc caſu voluntas hæredis nõ debet requiri.ff de ſer.expor.l.3.Patet ẽt hoc ſm eũ naturali rõne,quia quicquid eſt cã cãæ eſt cã cauſati.ff. man.l.hæredẽ. ſed defunctus eſt cã cãæ.i.hæredis.ff de le.2.l. codicillis.§.pe. ergo eſt cã cauſati.i.pacis,& ſic pax ab eo dependet. Et ſi põt ꝓ aliũ, ergo per ſeipſum,& multo fortius arg.ff.de min.l.ꝙ ſi minor.§.ſcæuola.Nec ob.ſt.l.1.C.de uſuf.& l.ſcire ut in poſſ.le. alle.per Bar.in contrariũ,quia illa cautio põ ſtat hęredi vt dño, & ſic recipit eã tanquã quilibet proprietarius non tanquam hæres,hic uero tanquã hæres,& defunctã repræſentans facit. Credo hanc opi.Bal.ueram,& fauorabilẽ.Non ob.ꝙ ſtatutũ loquitur de hęrede,quia cum de homicidio loquatur habuit reſpectum ad id ꝙ frequentius accidit.ſ.quod plurimum interficiuntur incontinenti,& ſic pacem reddere nõ poſſunt. Si ergo aliter contingit idem eſt per identitatem rõnis. ff.de legi.nam ad ea.& ꝙ no.in l.tale pactum. §. fi.de pac.

Aduertendũ tñ eſt,ꝙ bannitus debet oſtẽdere aditionem hæreditatis,aliàs non diceret habita ad hærede.l,3.§.ſi quis hæredi.ff.de ſtatuli.& l.qui hæredi.de condi.& demon. Et ideo ſi huis decederet ſine hærede ſecundum no.in l.ſi.ff.de inſtit, & l.ſine hærede.in prin.de admi.tut.& l.poſtquam.ut leg.no. C.Puta quia facta diligenti inueſtigatione, & excuſſione ſecundum formam.l.pen.C.ad Treb.non reperiretur,qui hæres eſſe vellet.forte ſibi pax habita a defuncto non prodeſſet. Faciunt no.per Bartol.& Bald.in l.1.C.de acti. & obli. quod & ſi ſubtile ſit, tamen non ſapit æquitatem, & forte etiam non eſt uerum, quia ſi dicimus, ſufficere pacem habitam a defun-

Digitized by Google

defuncto de eius hæredis persona nō est curandū, quinimo si adit hæreditas qō remaneret clara. cū adeūdo oīa gesta defunctum ratificare dicat ut dictū est supra proxima. q. & probatur. C. de libe. cau. l. si ab eo. nisi in his, quæ in fraudē ipsius hæredis gesta essent secundū no. in l. 2. C. de his, quæ in frau. pa. Concludatur itaque pro parte fauorabili, quod ēt tunc sufficiat pax habita a defuncto licet tutius sit aditionem hæreditatis ostendere. Vide tamen, quæ dicam infra, q. 49.

42 Quæro † circa idem. 42. Dictum statutum requirit, quod de pace habita ab hærede constet per publicum instrumentum. de pace constat per instrm̄ taliter quod aditio non inducitur secundum ea, quæ dixi sup. q. 36. sed de illa probatur per testes. Quæritur an beneficium pacis prosit bannito ut possit cancellari. Iac. Bu. disputauit. q. in simili. de qua doc. ponunt in l. certi condictio. §. qm̄ ff. si cer. pet. & concluſit quod licet per testes non possit probari ex forma statuti debitum vltra centum solidorum. Si probatur per instrm̄ promissio indēnitatis vel interesse per testes poterit probari de quantitate dāni vel interesse, quia statutum loquitur de pace nō de aditione. Secundo quia verum est, ꝙ non est facta probatio per testes, sed per testes, & instrm̄, & sic confectum est unū mixtū. ergo statutum in eo locum sibi non vēdicat. per no. in l. 2. de uerb. obl. Sed ista rō ad propositum nō adaptatur, quia illud statutum est prohibitiuum, scilicet quando non possit probari per testes. Istud affirmatiuum quod debeat constare ꝑ publicum instrumentum. Et cum istud sit fauorabile debet habere locum in mixtis, vt no. per Bar. in d. l. 2.

Sed attende, quod imò effectiuæ istud statutum est prohibitiuum, id est, quod pax non possit probari per testes sicut dicimus in negatiua. l. si in prin. de dol. excep. & in l. inter stipulantem. in prin. de verb. obl. Et ideo argm̄ prædictum facit ad propositum, scilicet quod dictum statutum non habeat locum in hoc mixto. Et sic possit aditio probari per testes. Pro hac decisione allegatur tex. dicti. §. qm̄. cum gl. sua, nam tex. ibi dicit, quod ille contractus mutui fit re, & uerbis. & gl. exponit, id est uerbis interueniente re. sic in proposito ista probatio pacis fit per instrm̄ interuenientib. testib. quod hoc facit, quod vbi alteratur natura probationis super aliquo, vt quia dī, quod infamis admittatur ad probandum simoniam vel adulterium. Illa alteratio non extenditur ad circunstantias. de simo. c. per tuas, & per Bart. in l. in qōnibus. ff. ad l. iul. mai. & per Bal. in auc. si dicatur. C. de testi. ita in proposito cū ista forma probationis detur super pace non trahitur ad circunstantias. Et sic aditio poterit probari per instrm̄. quod est uerum ostenditur, hæres non pōt esse nisi post mortem de reg. iur. l. hæreditas. de vul. & pup. l. 2. §. 1. De morte aūt regulariter non fit instrm̄ maxime in occiso secundum not. per Bar. in l. in senatum. ff. ad turpil. & C. de prob. l. fin. & C. ad. l. aquil. l. contra negantem. Si enim intelligitur quod mors nō posset probari per testes, statutū quasi de nihilo seruiret qñ daret beneficium pacis habitę ab hærede. Intelligitur ergo quod ipsa pax probetur per instrm̄. Circunstantiæ vero poterunt probari per testes. ad ꝙ ēt facit quod hr̄ in iurib. supra proxime allegatis. In quibus dr̄ per contrarium, quod licet maleficium non probetur per instrm̄, tamen circunstantiæ maleficijs bene probantur per instrm̄, vt pura adulteriū probatur per testes. Matrimonium pōt probari per instrumentum. & sic de sim. vt ibi & per Bal. in l. optinam. C. de contrahen. & commi. stip. Et intelligo prædicta procedere statuto dictante, vt supra. Si vero statutum diceret, quod in cā cancellationis non admittatur probatio per testes secus esset, quia tunc haberet locum in quolibet articulo cāæ arg. ff. de transa. l. cum hi secundum Bar. in fi. in l. solet. de ali. & ci. leg. & Bal. in l. 2. de iureiu. Puto tamen quod ēt tunc poterit probari mors, & filiatio. alias redderetur statuti dispō inutilis. Cum enim statutum det beneficium pacis habitę ab hærede, & dicat quod in cā cancellationis non admittatur probatio per testes, debet intelligi super his, quæ possunt probari per instrumenta ut super pace, super aditione, super matrimonio. Sed in his, quæ regulariter non possunt probari nisi per testes, vt de morte, & filiatione uel parentela statutū non intelligitur. l. ita aūt. in prin. cum si. ff. de admin. tuto. & ne iuris dispositio reddatur inutilis. l. talis scriptura. in fi. & l. si qñ. de leg. 1 & l. Titia. §. item responso. 1. de uerb. obl.

43 Quadragesimotertio † pone statutum dans bannito beneficium pacis restringit se ad certum tps. puta quia dicit dum tamen pax facta sit intra sex mentes a die lati banni. Ex hoc statuto possent oriri multæ quæstiones. & subtilis inuestigator a seipso poterit reperire. Quarū ad præsens duas tātum gratia breuitatis attingam. Prima erit an pax possit fieri absenti. & sic an sufficiat pacem fuisse factam absente bannito intra terminum statuti, quam quæstio. formar Bal. in l. 2. C. de libe. & eo lib. & ibi primo allegat quod non per. l. si cum cornelius. de solu. In contrarium allegat quod sic, quia liberatio potest fieri absenti, ut no. ff. de libe. le. l. non solum. §. si liberationis verba. Concludit quod pax perfunctoria qualis sit in foro penitentiali potest fieri inter absentes. ut no. insti. de iniur. §. fin pax uero solemnis non pōt fieri, nisi interueniente præsentia uel organo iuxta no. C. de sacrosan. eccle. l. illud, & de actio. & ob. l. consensu. Et demum arguit contrarium de. l. labeo. ff. de iureiu. & non soluit. sed Bart. in d. §. sed liberationis. respondet, quod ibi interuenit nuncius uel epistola. In hac qōne considerandum puto quod interdum pax est necessaria hinc inde, quia ex omni parte sunt factæ iniurię & tunc talis pax est de natura pacti, vt. l. 1 ff. de pac. & sicut pactum non potest fieri inter absentes, ut ibi. ita nec pax. Si uero pax requiritur solum ab una parte, quia ex altera parte tātum fuit illata iniuria, tunc non requiritur promissio seu cōcordia, sed solummodo requiritur simplex remissio facta a passo ei, qui intulit, secundum Guil. in Speculato. de treug. & pa. uersi. Item si ex altera. Et ideo cum ex forma statuti requiratur pax secūdo modo, id est remissio iniuriæ ab offenso uel eius hærede. dicendum est in hoc articulo illud quod in remissione dicitur siue in liberatione in qua gl. sunt contrarię. Nam gl. in l. idem in duobus. ff. de pact. & in l. Pomponius scribit de nego. gest. tenent quod non ualet. in §. si liberationis verba Tenet gl. ꝙ ualeat, sed ueritas est secundū doct. quod aut fit remissio absenti simpliciter. & tunc non valet, vt in iuribus supra allegatis, Aut fit remissio alicui recipienti pro absente, & tunc valet vt in iuribus supra allegatis. & ubi aliàs quæritur actio si cedatur, & non aliàs ut notatur in l. huius. de leg. 1. Hoc casu quæritur exceptio ipso iure. l. resc. §. fi ff. de pac. & per Bar. vbi supra, & in l. tale pactum. Et hæc de prima.

44 Secunda quæstio, & fic. † 44. est an ad beneficium statuti obtinendum sufficiat, quod talis remissio facta absenti recipienti pro bannito fuerit facta ante tempus, licet ratificatio fuerit facta post tempus. Dixit Bal. in l. 1. ff. de pact. quod non suffieit. ff. de app. reci. l. 1. rem ra. ha. l. bonorum, & quod no. per Inn. in c. cum in tua qui ma. accu. pos. Quod vt patet ex his, quæ ibi dixit, & ex his, quæ dixi supra proxima. q. debet intelligi in pace facta secūdum primum modum per quem requiritur hinc inde promissio. Sola uero remissio ex altera parte, quę etiam pax dicitur, vt supra proxima quæstione dixi, potest quandocunque ratificari, quia illud ius quæritur sibi ignoranti, & ratificatio requiritur non vt quæratur, sed vt perdatur, sicut dicimus in legato. l. cum pater. §. surdo. ff. de leg. 2. & de cond. inst. l. si quis ita. Sic itaque vbi apparēt duo banniti de offensionibus hinc inde factis, & tractaretur de utriusque cancellatione p, ax requirit reciproca, & in forma solenni. Si autem uni tm̄ fuisset illata offensio, vel de vnius tm̄ cancellatione tractaretur sufficere pacem factam extraneo recipienti pro bannito. ꝙ maxime uerum est si est notarius recipiens per no. per Guil. & doct. in l. non aliter. de ado. rem pupil. sal fo. l. non quasi. de magi. conue. l. 1. §. exigit. & per Bar. ff. de verb. obl. l. stipulatio ista. §. si quis insulam. Quinimo etiam si fiat sacerdoti recipienti nomine bāniti. l. 1. §. ius publicum. ff. de iusti. & iure. iuncta. d. l. non aliter secundum Guid. de Suz. consulendo. Et sic debet restringi, & declarari, ꝙ dixi secundum Bal. sup. proxima. q. Pro quo vide, ꝙ scripsit Bar. in l. non solum. §. 1. ff. de iniur. quæ debent intelligi procedere, aut cum instrumento, aut sine, vt dixi sup. 38. q.

45 Si autem econuerso, & sic. 45. † si aliquis nomine offensi pacem faceret bannito, & offensus post terminum ratificaret, absque dubio bannitus beneficium statuti non haberet, vt d. l. bonorum. cum ibi no. & sic sit expedita. 45. q.

46 Quadragesimosexto. † circa eandem materiam cauetur statuto, quod omnes banniti rebanniantur soluendo quartam partem condemnationis, dum modo nullus possit rebanniri, nisi habuerit pacem ab offenso vel eius hærede. Titius fuit positus in banno ex eo ꝙ blasphemauit deum.

Quæritur an possit habere beneficium statuti? In hac quæstione consuluit Bartol. & incipit consilium. Minister fratrum de penitentiaria, in quo dixit talem bannitum habere posse beneficium statuti, quia aut pacem ab offenso. blasphemando enim Deus principaliter offenditur. Sed nos videmus, ꝙ Imperator ei qui ipsum blasphemat facit pacem, & remissionem de iure statuto, & scripto. C. si quis imp. ma. dixe. l. 1. ergo magis deus, cuius proprium est misereri, & parcere. Et hoc est, quia in epistola, inter claras. C. de epi. & cler. dicitur, ꝙ ecclesia nunquam claudit gremium redeūtibus. & alibi. Veniam petentib. damus. C. de hæreti. l. manicheos. in fi. Vnde sine dubio sola confessione & remissione simplicis sacerdotis dicitur talis habere pacem ab offenso. Aut si diceremus eum non habere pacem cum non reperiatur offensus, qui possit pacem facere. tunc dicendum est, ꝙ illa clausula. Nullus tm̄, &c. non pōt referri ad istos terminos in quibus nullus offenditur, sed ideo punitur, quia contra bonos mores. Facit quasi verba illius clausulæ ad istos terminos adaptari non possint ar, ff. de admi. tut. l. ita autē. in prin. & §. 1. facit.

Digitized by Google

ff.de posth.l.1.§ deinde. & quod ibi no.ſ.ꝙ clauſula vltimo poſita refertur ad ea ad.quæ commode referri pōt.ſecundū hoc hic bannitus remanet in præcedenti parte in diſpoſitione ſtatuti. Ad ꝙ facit collatio illorum verborū, vel eius hærede, quæ ad deum offenſum adaptari non poſſunt ar. ff.de vino le.l.ſi.§.cui dulcia.& l.qui non militabat.§.Lucio.de hære.inſti.Et faciunt quæ dicam.inf.in fi.48.q.Nec ob.ꝙ dixi ſupra 40. qō. iuxta fi. quia ibi ſtatutum habebat vnicam partem tantum diſpoſitiuam, hic vero diſpoſitiuam, & limitatiuam.

47 Quadrageſimoſeptimo† ſtante eodem ſtatuto, Titius fuit bannitus pro iniuria facta filio Gaij, habuit pacem a Gaio debito tpe. Queritur an ei profit dicta pax? In hoc Bar. breuiter dixit quod ſic, niſi pater ſit uilis perſona. l.ſed ſi unius. §.ſi filio. ff.de iniu. per illum tex. ꝙ ēt intelligitur ſiue ſit in ptāte ſiue emancipatus ſecundum gl. inſti. de iniur. §. itaque. quā gl. tenuit Dy. & ſequitur Cy. in l.ſi non conuitij. C.de iniurijs in q.4. Sed Iac.de Are.& Old.dicunt, ꝙ remiſſio quam pater facit de iniuria facta filio nocet ipſi filio viuo patre, eo autem mortuo non. l.2.§.cæterum. ff. ſol.ma. & ſic ſecundum Fran. de are.in §.filio.hæc.q.non eſt expedita. Ang.aūt ibidem dixit opi.Bar. ueram ſi ſtatutum loquitur in rem puta, quia dicit cancelletur ſi habuit pacem. Habet enim tunc ab eo qui facere potuit. Si uero ſtatutum dicit ſi habuit pacem ab offenſo, uel eius hærede, dicit dictum Bar. non procedere, quia filius eſt ille, qui eſt offenſus l.lex cornelia.§.illud.eo.ti.

Subtilius aduertendum puto, ꝙ in iuribus ſuprà allegatis, agitur de actione priuata remittenda non de pœna publica. Et ideo forte illa iura non probant id ad quod allegantur. Pro Bartol. tamen facit. l. in perſonam.§.1.de pac. & quod ibi not.

Et ideo mihi vī ſic dicendum, ꝙ poſtquam ciuitas ſtatuēs remittit pœnam ſibi applicandam ſub prætextu pacis habitę ab offenſo, quod illa pax debeat ꝓcedere ab illo cui ius priuatum competebat arg.l.eius eſt nolle.de re.iur.& l.is pōt de acqui.hære. & quod hī in l.iure gentium. §. ſi paciſcar. ff.de pac.& ideo aut bannitus fuerat quis ex iniuria facta filio per quam competit actio prætoria patri, quia non pro verberatione, pulſatione, vel domus filij introitu. Et tunc ſit vera opi. Bar. illa enim actio patri competit, & non filio. & principaliter dī pater offenſus ſicut filius, ita intelligo. l.1.§.uſque adeo. de iniur.& l.ſed ſi unius.§.filio.& l.in perſonā.& ꝙ dixit Bar. in l.ambitioſa.circa prin. Sufficit enim tunc pax habita a patre etiam emancipati, niſi pater reſpectu filij ſit vilis perſona vt ibi. Si uero fuit bannitus pro offenſione manu facta uel introitu domus filij, vt ſupra. Pro quibus iniurijs competit filio ciuilis ex lege cornelia iniuriarum actio, vt.l lex corn.in prin.& §.illud.& tunc ſit vera opinio Ang. tunc enim filius eſt principaliter iniuriatus, quia pulſatus vel verberatus. ꝙ factum non poteſt principaliter ad patrem trahi. l. in bello, §.factæ.de capti.l.nec utilem.ff.qui.ex cau.ma. Et ſic non ſufficit, quia patri actionis prædictæ exercitium competat, vt dixit gl.in §.illud.quia nomine filij exercet non ſuo uel exercę actionem filij non ſuam. Et ſic utroque modo non eſt ille de quo ſtatutum loquitur. l.ſi uero.§.de uiro.ſol.ma. ſiue dicamus ſtatutum intelligi de offenſo principaliter ſiue de eo in quo actio radicatur. Vnum tamen poſſet eſſe verum, ꝙ ſi eſſet bannitus ꝓp filij mortem, pater eſſet ille qui ex morte filij principaliter offenditur. Et tunc poſſet reddere pacem ēt ſi non ſit hæres filij per dicta iura. & ſic poteſt limitari, ꝙ dixi ſup.in q.35.ut ibi tetigi in fi. An autem ſufficiat pax habita a domino pro iniuria facta ſeruo, pro iniuria facta uxori a marito & ſi. Vide per Bar. in l.1.§. uſque adeo. de iniur. verſi. idem ait. & per Cyn. in d.l.ſi non conuitij. quæ etiam per prædicta poſſunt declarari.

Stante dicto ſtatuto dante beneficiū bannito ſi habeat pacem ab offenſo vel eius hærede de qua conſtat publicuo inſtrumento, interuenientę pacis oſculo vel non. Contingit caſus, ꝙ bannitus ſucceſſit hæredi offenſi, & fecit fieri publicū inſtrumēum a notario qualiter ipſe vt hæres offenſi ſibiipſi ꝓprio nomine pacem faciebat de offenſionibus pro quibus bannitus fuerat. Quæritur an habeat beneficium pacis,
48 & ſic debeat cancellari. 48.† Iſta qō fuit de facto Bononiæ, & eam diſputauit do. Bartolucius de prætis ſolemnis doctor. Et dixit qōnem habere duo dubia. Primum qñ ſtatutum ſiue prouiſio dicit ſine oſculo. Secundum qñ cum oſculo. Ad primum qñ ſtatutum dicit ſine oſculo, arguit ad negatiuam. Primo a uerbis ſtatuti a quib. recedendum non eſt. l. conſti ad muni. l.1.§.ſi is qui nauem de exerci. Ipſa aūt vident requirere actum duorum, dum dicunt, habi a pace ab offenſo uel eius hærede. ff.de pac. l.1.§.pactum. l.ille a quo.§. tempeſtiuum. ff.ad treb. cum multis ſi. Cum ergo hic non ſit actus duorum, ergo non habet beneficium. Secundo quia ubi ꝙs habet actionem contra tutorem, cum non poſſit ſuſtinere uicem duorum datur curator ad litem. de tute. l qui habet. C.de in li.dan.tu.per totum. Tertio a natura extinctionis, § operatur aditio hoc mō ius retinendi in banno, id eſt ipſa diſcordia vī extincta per ſucceſſionem ſiout debitor ſuccedit creditori uel econuerſo. de ſolu. l.ſtichum. §.aditio. C.de pac. l.debitori. de neg.geſt. l.ſi ab eo. cum ſi. Si ergo eſt extincta diſcordia, non pōt habere locum ſtatutum. Ad affirmatiuam arguit ſic. In actib. uolūtarijs quis utiī uice duorum ar. ff. de offi. præſi. l.1.& 2. de offi. præſi. l. præſes. de adop. l. ſi conſul. de inſti. ſer. l.1.§. ſi cūis. Sed actus pacis eſt uoluntarius. ergo &c. Secundo quia tutor ſibijpſi auctoraī emendo bona fide uel ſoluendo. C.de contrahen. emp. l. cum ipſe. & ff. eo. ti. l. fiſtulas. §. qui fundum. Item quis ſibiipſi parcit. ff. de edil. edic. l. cū aūt. ergo ſibi dat pacem. Prętera quis dat ſibi uicem. l. plane quod cuiuſque uni. no. ergo & pacem. Pro hac parte adducit argm̄, de tanquam, quia iſte bannitus non fecit ut ipſe ſed tanquam hæres. unde alius ſibi non ipſe ſibi vī pacem facere de adop. l. ſi pater. §. qui duos. cum ſi. allegat ad hanc partem multa iura. l.ſi. C. ubi & apud quem. l filius. de in offic. teſta. & ꝙ multa alia ſoluit valere pacē, & prodeſſe ſibi per prædicta. Ad contraria reſpondit, quia licet requiratur actus duorum hic adeſt, quia eſt actus banniti, & hæredis. Nam non facit ſibi pacem ut ipſe ſed ut hæres. Non ob. quod ius diſcordię ſit extinctum, quia fatetor quo ad ſenō quo ad ius cōe, ſicut in ſimili not. in l. frater a fratre. & de duo. re l. hi. & de fideiuſſ. Iurannius.

Prætera dixit non uideri effectualiter extinctum. l. ſi ei, §. ſi is cui. de euic. uera eſt eius deciſio pro qua Albe. in opere ſtatutorum. q.263. breuiter dicit qō. fuiſſe diſputatam, & ita determinatum fuiſſe per dictam. l. filius. dixit melius facere. l. ſtatulibera. §. ſi filius. ff. de ſtatu. & eundem. §. allegat Ray. idē tenens. in d.l. filius.

Secundum dubium, qñ ſtatutum requirit pacis oſculum non fuit proſecutus, dicēs illud eſſe magis dubitabile, ſed pōt dici idem quaſi illud requiratur ubi interuenire pōt, alias nō ſicut dī in pupillo conſtituente domicilium in quo requirit animus quia intelligitur quando conſtituitur ab eo qui habet aīum ſiue cognitionē, alias non requiritur aīus, argumēto. C.de emancip. libero. l. pen. ſm Bart. in l. placet. ff. ad munic Et ſicut dicimus in renunciatione quæ debet fieri in manibus ſuperioris. quia intelligitur quando poteſt, alias non requiritur, ut Papa renunciante papatui, vt no. in c.1. de renuncia. li.6. ſicut etiam in matrimonio quod *requirit uerba*, quia intelligitur quando fit ab eis qui loqui poſſunt, alias nō vt c. tuæ de ſponſa. Et facit quod habetur in l.1.§. lex talci. ff. ad l.fal. & quod dixi ſupra. q.46. Prætera ſecundum morem aliquarum partium etiam hic poteſt interuenire pacis oſculum, ſcilicet oſculando ſibi ipſi manum &c. Poteſt ergo ipſe bannitus ut hæres offenſi, ſibi ut bānito qui offendit pacem reddere, ꝙ eſt notandum.

49 Sed pone quadrageſimonono. † ſtatuto cauetur bannitum debere rebanniri habita pace ab offenſo, & nihil dicit de hærede, an ſufficiet pax habita ab hęre. Albe. in qōnibus ſtatutorum. q.264. formauit qōnem hoc mō. Statuto cauetur quod quis non exeat de banno ſine voluntate offenſi, & nihil dicit de hærede. Quæritur ſi offenſus moritur ſine hærede an poſſit de banno exire. Et dixit quod ſic. argu. C. ſi man. ita fuc. l.1.& quia poſt mortem velle non poteſt. C.de ſacroſan. eccl. l.1. Et pro hoc bene facit ſecundū cum. ff. loc. l.4.& extra de reſcriptis. cap. ſi gratioſę lib.6. cum ibi no. per Arch.& Io.An. de offi deleg. c. ſi delegatus. eod. lib. & quod no. C.de contrahenda empt. l. fin. Idem putat ſi ſtatutum loqueretur de hærede, & offenſus decederet ſine hęrede. Dixit ēt Odof. tenuiſſe, ꝙ ceſſante omni ſtatuto bannitus non poſſit eximi de banno ſine licentia offenſi, per l. ſi mannmiſſus. C.de liber & eo lib.& C.de epiſ.& cleri. auct. Item nulla cōmunitas. Si recte conſideras termini ſunt omnino diuerſi. Aliud enim eſt dicere quod bannitus rebanniti habita pace ab offenſo. Et iſto caſu puto, ꝙ ſufficiat pax habita ab hærede in auct. de iureiu. amo præſti. §.1. cum concord. Eſt *enim* ſtatutum fauorabile, ergo ſic debet intelligi. l. illud. C.de ſac. ſanct eccl. & quod no. per Bar. in l.ſi conſtante. ſol. ma. in 1.q. Et iſto caſu ſi moritur ſine hærede non habebit beneficium ſtatuti, vt dixi ſup. q.41. Non enim habuit a defuncto, nec ab hærede. Et ſic non poſſunt verificari verba ſtatuti. l. hos accuſare. §. ſi ff de acc cum ſi Non tamen ſequeretur ꝙ de banno per aliam viam exire non poſſit ēt ſi uerum eſſet ultimū dictum Odof. per ea quæ dixi prox. q. in fi. Et aliud eſt dicere qđ quis non poſſit exire de banno ſine voluntate offenſi. Quo caſu locum habere non pōt quod dixit Alb per iura per eū allegata. Sed recurre ad p'ene no. per Bar. in l. centeſimis. §. fi. ff. de uerb. obl. Vbi patet quod aliud eſt requiri adeſſe uoluntatem, & aliud ceſſare voluntatē. Illud aūt quod dixit ſtatuto nō diſponēte aliquid bannitū nō poſſe eximi de bāno ſine volūtate offenſi, mihi nō placet, ꝙa aut vult eximi de bāno ꝓ viā iuſtitiæ puta ſoluēdo ꝙdēnationē, & clarū eſt, qđ volūtas nō

requiritur

Digitized by Google

requiritur cum debeat illam fisco,insti.quib.mod.tol.obl.in princ.& §.1.Aut per uiam gratiæ, & idem quia fiscus potest suum remittere vt ibidem. Fateor tamen ꝙ ex illa remissione non tolleretur ius ipsius offensi,vt d.l.si manumissus. pro quo tamen vide,quæ dicam inf.in iult.temp. par. 1.q.10.Vbi tractabo an per restitutionem a banno tollatur ius quæsitum tertio.

50 Quinquagesimo quæro † dixi supra in primo tpe parte.1. q.5.quod uniuersitas quandoque bãniri potest. Pone quod uniuersitas fuit bannita,& quod dictat statutum,quod banniti debeant cancellari soluendo certum quid si pacem habuerint ab offensis.Quæritur an cuilibet de uniuersitate debeat fieri pax,& an quilibet debeat quãtitatem taxatam soluere? Alb.de Ghan.in opere suo in rubrica de bannitis.uers. item quid si.quem sequitur Albã.ubi sup.q.10.tenet ꝙ cum fuerit tm̃ unum factum sufficiat pacem reddi syndico, & qđ soluatur tantum unica quantitas. allegat ff. quod cuiusque uniuer.no.l.2.ibi,non erit hoc dicendum quasi a plurib. &c. & ff.de fideius.l.mortuo.Ista quæstio est facilis statuto simpliciter dicente de bannitis. Sed magis esset dubitabilis si statutum diceret,quod quælibet persona bannita &c.Idem tamẽ putarem,scilicet quod haberet beneficium statuti, quia etiã appellatione personæ comprehẽditur vniuersitas. Casus est in l.1.C.de iurisd.om.iud.licet Inn.dixerit contrarium in.c. graue.de sententia excommunic.ubi dixit quod si facio Titium procuratorem contra omnes homines, nõ erit procurator contra uniuersitatem, quia id est nomen iuris, quod etiam non sequitur Bal.in l.sed si hac.§. qui manumittitur. ff.de in ius uocan.per.l.metum.§.animaduertendum. ff. ꝙ me.causa.Item quia unica sufficeret solutio,vt d. §. qui manumittit. & l.in tantum.§ uniuersitatis. de re. diui. & quod dixi supra parte proxima huius temporis. q. 26.

Postquam in materia pacis versamur circa idem 51. quæro.† bannitus ex eo ꝙ Titium interfecit vel percussit fecit 51
pacẽ cum quodam alio suo inimico, uel cum eodem Titio non existente statuto,ꝙ debeat cancellari, & in ea pace fuerunt factæ promissiones de inuicem non offendendo.deinde ille, qui pacem fecit sub prætextu statuti quo permittitur bannitum posse impune offendi, uerberauit dictum bannitum cum quo pacem fecit vel aliter, offendit. Quæritur an inciderit in pœnam rumpentis pacem statuti quod imponit maiorem quam promissionis factæ in pace.Hanc.q.disputauit Barto.quæ est vulgaris,& incipit,Lucanæ ciuitatis &c.& communiter habetur.& ideo breuiter me expediam. Concludens vnà cum eo quòd nec in pœnam statuti incidit,nec in pœnam conuentionalẽ De pœna statuti est clarum, quia illud ius perdidit bãnitus,vt dictum est in prima parte huius temporis.q.4.De conuentionali probatur, quia talis pœnalis stipulatio fuit nulla tanquam adiecta contra illud,ꝙ erat inductuum publica vtilitate,vt.l.2.C quãdo lic.uni.sine iu.uin. iuncta.l.iure gentium §.si paciscar.ff.de pact.item quia licuit ei rumpere fidem datam.Host.ut dixi supra in parte præcedẽti.q.15.per.l.1.§.non fuit.ff.de dolo.Tertio,quia cum publico iure uindictam prosequatur, ut dixi supra eadẽ parte præcedenti.q.4.illud ius remansisse non videtur.facit.ff.de inof. testa.l.filius de bo.liber.l.si filius. De quo dic plene ubi supra ꝙ sequitur Bal.in multis locis in §.item si paciscar.in d.l.2.qã li.sine iudi.uin.ubi ẽt Bar.ponit.Sed in l.1. ff. de pac.referẽdo opi.aliquid addit.dicit enim decisionem veram in bannitis, qui sunt extra protectionem scilicet qui possunt impune offendi.De quib. dixit Bar. & addit rõnem, quia ius offendẽdi est introductum in odium bannitorum ergo ei renunciari non potest,vt no.in l.2.C.ne fi do.den in l.si diuersa.C.de trã sac.in l.ius publicum.ff.de pactis.Et siue propter publicã vtilitatem siue propter odium bannitorum,sit introductum renunciari non potuit.In bannitis, qui ex forma statutorum non possent offendi dicit,ꝙ offendenti imponitur pœna iuris cõis non statuti.quia illud perdit bannitus, nisi pœna statuti sit minor.Tunc enim illa imponitur non ꝙ illud beneficium capiat bannitus, sed quia offendens est illius beneficij capax.ff.ad.l.falc.l. cum dotem.istud dictum credo verum si ex forma statuti diceretur,ꝙ bannitis non fiat ius secundum formam statuti.Si aũt nullum est statutum ꝙ contra bannitos loquat̃ nihil perdunt,nisi illud,ꝙ in banno continet̃ ẽt secundum Bal.in l.1.C.de hęre.inst.& dixi sup.in 1.parte huius temporis.q.3.Subdit ẽt in.d.l. 1. quòd si pax esset iurata,talis bannitum offendens deberet puniri si accusaretur,quia tunc pax valeret iure diuino,& humano. Licet aũt posset accusari non tamen posset contra eum inquiri, quia respublica nõ est offenta quia voluit eum offendi posse. & sic ei non sit iniuria.credo ꝙ istud dictum in foro ciuili non seruaret̃, quia si ponimus tale pactum contra publicam utilitatem factũ esse contra bonos mores,tale iurm̃ nullius esset momenti ẽt de iure canonico,ut in regula,non est obligatoriũ.& idẽ si diceret̃ alia rõne nullum ipso iure, vt.d.l.non dubium. Posset autem forsan in foro ecclesiastico conueniri, ꝙ canonistis relinquo.

Sit ergo cõclusio in hac qõne.licet aliqui aliter dixerint, vt refert Bal.in d l.1.C.de hære.inst.& Alb. ubi sup.q.29.ubi dicit Odof.disputando sic tenuisse per.l. qui seruũ.de uerb. obl.ꝙ in bannitis de quib.qõ loquitur, talis offendens illum, qui erat bannitus tpe pacis, ut in themate ponitur non dr̃ pacem rumpere,& sic nec pœna statuti nec conuentionali pœna tenetur,ꝙ limita ut dicam statim in 2.q.Et procedũt prædicta quando statutum permittit generaliter offendi bannitum.Sed si permitteret occidi bannitum inimicum secus esset,vt.l.1.§.fi.de adimen.leg.secundũ Bal. in l.reos. C.de acc.

52 Quinquagesimosecundo quęritur † prædicta qõ loquitur qñ erat bannitus tpe pacis ille qui post pacem fuit offensus. Quid ergo si fuit postea bãnitus.Hæc qõ minus habet dubij. eam tñ disputauit Iac.de bel.quam potuit.C.ut intra cer.tẽ. l.1.& eius determinationem,sed decurtatam refert Io. And. in regula frustra.li.6.in 4.q.quæ fuit cũ distinctione, scilicet an perderet bona an non De qua ibi licet Bal.aliter illam referat in l.1.§.non fuit.ff.de dolo.Sed Old. qui ẽt ipsam disputauit,tenuit simpliciter talẽ offendentem in pœnam nõ incidere siue perdiderit bona siue non. Sufficit.n. ꝙ uirtute statuti possit impune offendi.& sic pp publicam utilitatem superuenientem priuata,& conuentionalis lex rumpit̃. ff ad sil. & l.si quis in graui.§.utrum.Secundo, quia per legis auctoritatem superuenientem cautatam delicto non tollit̃ lex cõis,sed ẽt priuata siue conuentionalis.ff. de leg. 1.l.quid ergo.§.si hæres.de uerb.obl.l.qui seruum.ubi And.Zaf. dicebat esse casum.item quia vr̃ esse diuersus homo abillo, qui erat tpe stipulationis.ad Tre.l.ex facto §.ex facto.& ita firmat Io. And.in d.regula frustra.& sequitur Bal.in.d.§. non fuit. & in l.iurisgentium.§.item si pacisear.& Bar. ubi sup. & in prædictis iuribus.Siue igitur fuerit bannitus tẽpore pacis siue postea,nulla pœna committitur.& ita seruatur. Vide tamẽ quæ dicam inf.proxima.q.

53 Quinquagesimotertio quæritur, † duo ciues fratres habẽtes castra,quæ recognoscebant̃ a sua ciuitate,habebant ad inuicem guerram, peruenerunt̃que ad pacem. & promiserit vnus alterum non offendere sub certa pœna,pro quib. certi ciues hinc inde fideiussores extiterunt. demum vnus ex istis fratribus commisit graue maleficium pp quod fuit bannitus.& sic ex forma statuti poterat impune offendi. Alter frater ei bannito castrum abstulit? Hanc quęstionem disputauit Egidius de foscaris,& altius exordiuit succincte tangens aliqua de materia bannitorum,quæ Bar.in dicta sua disputatione latius fuit prosecutus.& post argumenta pro, & contra,concluſit quod,quia offensa permissa trahitur ad modicã offensam.de ser.urb.prædio.l.duas.& C.de inoffi.test.l.filia in orbitate.offensa aũt bonorum facta contra fratrem reputat̃ grauis. Ita quod pp hoc conceditur exhęredatio in auc. de nupt.§.ingratitudinem. Ac etiam considerato, ꝙ ei bona non sunt adempta.& quia hoc casu indefinita non æquipollet uniuersali,quia non cõprehendit in fratrem stipulationẽ pœnalem fuisse commissam.hoc maxime per tex.l.ex suĩa.de testa.tu.vbi text. dicit non admittendam excusationem quã ex iure publico recipit,qm̃ promisisse uidebatur.Sed aduertendum ad dicta sup.in proximis duabus qõnibus ex quibus colligitur,ꝙ hæc decisio non est uera. Non ob.l.ex snĩa, quia loquitur in iure priuato cui renunciare poterat. hic in iure publico.Præterea ibi loquitur in eo qui sciebat sibi competere,hic ignorabat.& ideo nõ intelligitur remittere. l.si quis tutor.de iurepa.quæ contrariatur dictæ.l.ex sentẽtia. Sed est hæc decisio Egidij not.pro eo,ꝙ noluit in generali siue indefinita promissione offendendi comprehendi fratrem, quod est contra decisionem Bar.in l.si adulterium.§.liberto. ff.de adulte.de qua dixi supra in secunda parte huius temporis.q. 10.& istam puto veriorem, quia secundum quod dixit Egidius indefinita equipollet uniuersali,si in quolibet est eadem ratio secundum Dyn.in l.si pluribus. de leg. 1. sed non est eadem ratio in fratre quę in extraneo, vt de se patet: ergo &c. Pro disputante ẽt facit,quia indefinita æquipollet uniuersali de æquitate.l.si seruitus.ff.de serui.urba. prædi. In fratre aũt quod possit alterum fratrem offendere non est æquitas, immo repellitur etiam per uiam iuris, vt. l. si magnum. C.qui accu.non pos. Concluditur ergo quod decisiones de quibus in duabus proximis quæstionibus ucrę sunt in extraneis non in fratribus,quòd alij non tangunt,& est not.& æquitati consonum.attentis maxime his, quæ dixi in d. q.10.quibus hæc adde.& illa hic etiam videas.

Materia pacis quo ad præsentem tractatum sic taliter expedita ad alia accedens.

54 Quinquagesimoquarto quæro. † Statuto cauetur,quod qui stetit in banno per decennĩ soluta certa quantitate debeat cancellari. Titius fuit bannitus pro uno maleficio, deinde ad duos annos fuit bannitus pro alio,quod fieri

Digitized by Google

poteſt, vt ſepius dixi, elapſo decennio ſoluit, & petit ſe cancellari a primo, & cancellatus eſt, elapſis deinde duobus annis vult cancellari à ſecundo. dicitur ſibi, quod non poteſt, quia debet ſtare decem annis poſt finem primi banni, quæritur quid iuris. Iſtam quæſtionem in interdictis domibus vicinis maleficio formauit Guido de Suza. in q. ſtatu. mihi charta. 5. 2. col. & ibi plene relatis omnibus concludit fuiſſe determinatum, ꝙ aut enim domini domorum erant præſentes tempore ſecundi maleficij. & currit quinquennium poſt finem primi: aut non, & currit a die interdicti etiam durante tempore primi. ex qua deciſione ad propoſitum infertur, ꝙ cum ſecundum bannum datur ex proprio delicto decennium currat a tempore finiti primi. Bar. autem in confinato in l. in ſenatus. ff. ad turpil. dicens fuiſſe alias pluries diſputatum, poſt alleg. concludit, ꝙ aut ſtatutum ſimpliciter loquitur, vt dixi, ponendo annos decem, vt genus, & tunc ſecundum decennium curat a tempore primi finiti, vt ſic illi tempori non imputetur, niſi illud bannum, ar. l. ſeruus, qui in teſtamento. §. 1. de ſtat. libe. & ſic in propoſita quæſtione non debeat cancellari. Si vero illud tempus decennij apponitur vt ſpecies, puta quia ſtatutum dicit, quod ſtet in banno per decennium a die lati banni. Tunc finitis dictis duobus annis deberet cãcellari, quia tunc illud tempus ponitur vt ſpecies, ſic intelligatur de illo quod ſtatim ſequitur, & nõ de alio. vt. l. ſi uſufr. mihi in biennium. ff. de uſufruc. lega. ſpecies enim non duplicatur. l. Lucius. §. impuberem. de leg. 2. Si latius videre uelis, ibi uide.

55 Quinquageſimoquinto, † Incipiam de aliquibus generalibus ad hanc materiam ſpectantibus. & primo ſtatuto cauetur, ꝙ ſyndicus vniuſcuiuſque uillæ debeat denunciare omnia maleficia commiſſa in confinibus uillæ, inf. certum tps ſub certa pœna. Titius bannitus fuit offenſus in villa, vult ꝙ ſyndicus denunciet poteſtati. ſyndicus dicit ſe non teneri, quia ex forma ſtatuti poteſt impune offendi, quæritur an tranſacto tempore intra ꝙ debet denunciari ipſe non denuncians inciderit in pœnam. Item eſt ſtatutum, ꝙ homines de villa teneantur trahere ad rumorem, & capere malefactores ſub pœna. homines de villa non ceperũt talem offendentẽ bannitum, quæritur an villa incidat in pœnam ſtatuti, & ſic eſt quinquageſimaſexta quæſt.

56 Determinationes harum duarum quæſtionum ſunt contrariæ, quia in prima ſyndicus non denuncians tenetur ad pœnam. l. fi. §. diuus. ff. de publ. & ibi per Bar. Sed illa non capiẽs talem offendentem in pœnam non incidit. ff. ad ſil. l. 3. §. ſi maritus. & ꝙ ibi per Dyn. & Bar. & eſt ratio diuerſitatis, quia denunciatio, quæ fit a ſyndico fit ad cognoſcẽdum an illud ſit maleficium uel non, quæ cognitio ad eum non ſpectat, ſed ad iudicem, ar. ff. de no. ope. nun. l. de pupillo. §. nieminiſ ſe. uer. quoties. & ita diſputando tenuit Thom. de Azo. & incipit eius diſputatio. Duo ſunt ſtatuta. & pro ratione allegat, quia denũcians eſt merus executor. & ideo non habet ulterius quærere. l. 1. §. ſane. ff. de offi. præfe. urb. & de cuſto. reo. l. diuus. Captio autem fit ad executionem, immo eſt pars ipſius executionis. Vnde ſi liquet executionem nõ debere fieri, villa non exequens non tenetur. & ita firmat Bart. in iur. ſupra dictis Facit. ff. ad turpil. l. 1. §. 1. ubi etiam tangitur. Facit etiam, quia captus in flagranti crimine poteſt ſine proceſſu puniri, ut habetur in. l. ictus fuſtium. ff. de his qui no. infam. & ideo ipſa captura dicitur fieri ad punitionem non ad cognitionem, merito non cogitur villa ipſum capere, maxime cũ pro eo, ꝙ ſcit non eſſe maleficium, non debeat ſe exponere periculo, ꝙ aliàs ſubire deberet. vt. d. §. ſi maritus. iuncta. l. 1. §. potuiſſe. eo. ti.

57 Quinquageſimoſeptimo † quæritur. quidam debitor Titij in centum Titius fuit bannitus. hoc non obſtante debitor ei ſoluit. quæritur an fuerit liberatus. dixit Bart. ſimpliciter, ꝙ non. in. l. fi. de requi. rer. per illum tex. ad. l. reo. de ſolu. reſpondet, ꝙ ibi loquitur in reo comparente non in contumace. Sed puto aliter dicendum, ꝙ aut bona erant confiſcata, & uerum dicit Bar: ibi enim loquitur in bannito de iure communi cuius bona erant adnotata aut adnotari debebãt per. l. 1. eo. tit. Si uero bona non erant publicata non uideo rationem quare ei ſolui non poſſit alio non dato. & ideo liberatur debitor ſoluens creditori. inſti. qui. mo. tol. oblig. in prin. & §. 1.

58 Quinquageſimo octauo, † Sciendum eſt ꝙ Rayn. diſputauit quæſtionem habentem duo membra, quorum unum hic ponam. Aliud ponam in ult. temp. cum de filijs banniti mortui loquatur Statuto cauetur, ꝙ bannitus ob rebellionem caſtri ſit in perpetuum priuatus omni commodo ciuitatis, & deſinat eſſe ciuis, & ꝙ nullus cum eo contrahat ſub pœna librarum mille. Item ꝙ nullus audeat eum ſociare uel in domo tenere. Titius contraxit cum tali bannito ob rebellionẽ eum aſſociauit, & in domo retinuit, quæritur an ueniat puniendus in mille tãtum, an in tribus milibus, uel quib. pœnis. Et arguit hinc inde multum late, ſed ſuccincte referam multis trũcatis. Et ꝙ vna pœna puniatur, facit, quia vna lex plura habens capitula unica cenſetur cenſura. l. etiam. §. ex cauſa. ff. de minо. de uerb. obl. l. ꝙ dicitur.

Præterea etiam ſi plures leges intelligerẽtur punitus vna non puniretur alia. l. ſenatus. de accu. Secundo ſeparatorum ſeparata, ratio eſt. l. fi. de calum. Sed cõtractus, & delicta ſunt ſeparata. igitur pœna impoſita contractui non intelligitur apposita delicto. ſ. aſſotiationi, & retentioni in domo, & ſic in mille tantum puniatur. Tertio arguit a uerbis claris. l. non aliter. de lega. 3. dicens illa uerba clara ex quibus obſcuritas non reſultat, ſed ſtatutum ſolum contrahenti pœnam imponit. Ergo: arguit quarto ab actus poteſtate, quia pœna non poteſt eſſe ſine lege, ſed lex poteſt eſſe ſine pœna. l. ſi qua pœna. de uerb. ſign. ergo non requiritur ſuppletio ad legem, & ſic unica pœna puniatur alijs non ſuppletis. Quinto a ſufficiẽtia unicæ pœnæ in uno delicto. l. ſancimus. C. de pœnis. Sed hic eſt unum delictum, quia fecit contra ſtatutum, ut. l. contra legem. ergo, &c. Sexto arguit a legis ſimplicitate, quæ in aſſociando, & retinendo ſimpliciter loquitur. ergo pœna non ſuppeletur. l. 1. §. ſinautem. ff. ad turpil. In contrarium arguit alijs ſex rationibus. Et prima eſt a potentia legis repetitiua per dictionem. Item. l. in repetendis. de leg. 3. cum ſim. Secunda a pluralitate delictorum ad. l. aqui. l. illud. §. fi. & ſic plures pœnæ. l. nunquam plura. de priua. delict. Tertia ab excluſione immunitatis pœnæ, quia ꝙ fit ad pœnam non operatur immunitatem. l. ſiue hæreditaria. de neg. geſt. Et ideo prima pars ponens pœnam non arguit reliquis in partibus immunitatem. Quarta a proportione legalis, ſpecialis, & generalis, quia ſic ſe habet generalis ad generalem ſicut ſpecialis ad ſpecialem. ff. de teſt l. 3. §. fina. & C. de ædifi. priua. l. an in totum. cum ſim & de admi. tut. l. ſi duo. Sed ꝙ in lege communi, & generali in principio dicitur. intelligitur in fine repetitum. l. regula. §. pen. ff. de fa. & iu. igno Inſti. ad. l. aqui. §. hoc tamen capite. de eden. l. ſi quis ex argentarijs. §. ſi initium rabularum. ergo idem in hoc ſtatuto ſpeciali. & ſic in alijs capitulis etiam pœna mille intelligatur repetita. Quinta, arguit a grauitatis diuerſitate delictorum, & contractuum, quia grauius debet puniri delinquens quàm contrahens. l. in actionibus. de in litem iuran. l. non dubium. C. de legi. Sed *in hoc* ſtatuto punitur contrahens, ergo fortius delinquens. *l. aſſociãs* & retinens. Sexta, a durante qualitate cauſæ prohibitiuæ, qđ ſic oſtendit. Poſt delictum durat etiam uirtus legis pœnalis, quia illa perpetua. C. de diuer reſcr. l. falſo. ergo licet ſemel contrafecerit, & in pœnam inciderit, nihilominus durante lege contrafaciendo iterum in pœnam incidit. Soluit quod imponi debet pœna mille tantum determinata, quia contrafecit. In alijs autem non imponetur determinata pœna mille. Quod duabus probat rationibus, quia illa pœna eſt contra ius commune. l. ſi tibi. §. is cuius. ff. manda. de pœnis. l. quidã. in fi. ergo non trahitur ad alia l. quod vero. ff. de legi. & quia impoſitio pœnæ eſt odioſa, ergo reſtringenda, vt in regula odioſa & ſic non habet locum repetitio. allegat. l. talis ſcriptura. in fi. de leg. 1. Sed pro aſſociatione, & retentione in domo punietur extra ordinem per ti. de recepta. cum ibi no. & quia ex prædictis ſatis patet reſponſum ad contraria non inſto, ſed remitto ad no. in d. l. nunquam plura. & in l. ſenatus.

Et nota hanc deciſionem. quæ vult, ꝙ licet in ſtatuto imponatur in principio vni delicto certa pœna, illa tamen nõ intelligitur in alijs capitulis inducentibus alia delicta repetita, ſed remanet in arbitrio iudicis. Pro quo vide quod habetur per Bar. in l. 3. §. eritque differentia. ff. ui bon. rap. & in d. l. talis ſcriptura. de leg. 1.

59 Quinquageſimonono † circa dictum ſtatutum quæritur. Quidam attentauit rebellare caſtrum, & ad actum proximũ peruenit. & ſic contra eum proceſſum fuit, & in banno fuit poſitus. Titius cum eo contraxit. Quæritur an incidat in pœnam contrahentis cum bannito ob rebellionem caſtri vel pro rebellione. & videtur, ꝙ ſic. l. ſi quis non dicam rapere. cum materia ſua. C. de epiſ. & cler. Sed die contrarium, quia aliud eſt rebellionem feciſſe, aliud attentaſſe. l. fi. ff. de re. diui. & l & ſeruorum. ff. de ſtatu homi. & l. aliud. de uerb. ſign. Rebellio enim denotat rem perfectam. l. 1. in fi. ff. ꝙ quiſque iuris. Per hoc ꝙ no. Cyn. in l. is qui cum telo. C. ad. l. Corne. de ſica. ubi dicit, ꝙ ſtatutum, ꝙ eſt factum contra occidentẽ non habet locum in eo, qui attentauit occidere, licet punitus fuerit eadem pœna Non ob. l. ſi quis non dicam. cum ſi. quia licet puniatur attentans ſicut faciens in atrocioribus, non tamen punitur eadem lege, quia non eſt idem factum. l. in lege. ff. ad. l. Corn. de ſicar. l. aut facta. §. euentus. ff. de pœnis. & uide in Spe. de accuſatore. §. 1. uer. quid ſi primo. De rebellione autem in genere uel de rebellionibus, vide Bar. in l. reſpiciendum. §. delinquunt. ff. de pœnis. & latius in extraua gan. qui ſint rebelles. ſuper uerbo, rebellare. & ſuper uerbo, rebellando.

Sexageſimo

Digitized by Google

60 Sexagesimo quæritur † statuto cauetur ꝙ bannitus possit impune offendi. Altero statuto cauetur quod non possint offendi banniti in festo sancti Ioannis, quidam offendit bannitum in rebus in festo sancti Ioannis Baptistæ Quæritur an incidat in pœnam statuti. Vel pone quod non est nisi secundū statutum. Quæritur an puniatur de iure communi an ex forma statuti. Albe. vbi supra q. 111. dicit fuisse determinatum ꝙ solum pœna iuris communis, & quod pœna statuti locum haberet in offensione personali non in reali. Allegat ꝓ hoc. l. 1. §. hæc autem verba. ff. de his qui deie. vel effu. Sed dices tu hoc est contra ea quæ dicta sunt supra parte proxima. q. 55. vbi dicitur ꝙ statutum intelligitur de quacunque offensione quod etiam dixit Bar. in l. licitatio. §. quod illicite. de publica. Sed respondeo quod ibi loquitur in statuto affirmatiuo, ꝙ tã quam factum in fauorem reipublicæ & quorũcunque offendentium debet large intelligi. ff. de cond. & demon. l. hoc genus. Istud vero fuit factum in fauorem bannitorum quibus non debetur tantus fauor, & ideo restringitur. Cum igitur negatiue loquatur restringitur ad offensionem personalem vt hic, vel dic quod ibi tractatur de statuto absoluente a pœna, ergo extenditur, hic de condemnãte ergo restringitur, vt in regula, fauorabiliores. l. 6.

61 Sexagesimoprimo quæro, † an bannitus de Florentia possit Bononię exercere officium ad quod ibi fuit electus. Ista fuit quæstio Albe. qui allegat ubi supra ead. q. quod sic. ff. de ori. iul. l. 2. §. exactis. & in proemio ff orum. § hæc autem tria. & C. de epis. audi. l. mathematicos. Allegat in contrariũ, quia sunt infames saltem infamia facti, quæ eos concomitat vbique sicut lepra leprosum, ut no. in l frater a fratre. Pro hoc de postu. l. ex ea. C. de digni. l. neque. de reg. iur. c. infamibus. li. 6. Ei dicitur quod vidit seruari primam partem nisi esset in loco subdito eidem domino. Quo ad primum vide quæ dixi supra in prima parte huius temporis q. 48. vbi plene tractaui an sit infamis. Quo ad secundum vide quæ dixi ea par. 17. quęstio.

62 Sexagesimosecundo. † Statuto cauetur qđ bannitus non possit esse de cõsilio ciuitatis. & qđ si fuerit assumptus quicquid factum fuerit non valeat, bannitus fuit electus ad consilium & interfuit & officium exercuit, quęritur an sit removendus, & an valeant gesta. Hæc quæstio fuit Gui. de Iuza. & ponitur in l. nominationes. C. de appel. & eius effectus refert per Ioan. And. in tit. de accu. §. sequitur. ver. quid si quis bannitus. suarum additionũ. ver. cum tractauerimus, qui tenuit ꝙ debeat ab officio remoueri per dictam. l. nominationes. & de appel. l. si constat. & quia factum contra legem. l. nõ dubium. C. de legibus. Nec obst. ꝙ gesserit officium, quia etiam tutor post gestionem remouetur. l. hæc enim. §. fi. de suspect. tu. dixit tamen per eum gesta valere per l. barbarius. de offic. præto. de testa. l. 1. de senten. l. si arbitri. cum si. Si latius videre vis, recurre ad notata per doct. in l. barbarius. Primum procedit nisi bannitus fuisset admissus in consilio tali modo qđ cum eo videre posset dispensatum, secundum. l. quidam cõsulebat. de re iudi. ad quod faciunt no. per Bar. in l. si is qui ꝓ emptore. in eo qui in consilio fuit admissus vt ciuis &c. Secũdum intelligo verum præterquã in gestis in sui fauorem, qa in eo cessat ignorantia quæ facit gesta valere, vt dictis iurib. nisi etiam ipse ignorasset secundum quod dicam inf. hac eadem parte. q. vlti.

63 Sexagesimotertio. † Stante statuto quod bannitus nõ possit eligi ad officia, quæritur an possit esse ambasiator siue legatus? dicit Alb. vbi sup. q 87. quod nõ, quia illud officiũ. &c. C. qui. ex cau. ma l. 1. Probatur etiam in l. legatus. ff. de legat. & in alijs iuribus.

Cum amodo sequatur tertium tempus quod erit post finitum bannum, expedit, vt ad ea quę illud finiunt accedamus, propter ꝙ quæram de pluribus. s. qui possint rebannire, qui possint talem rebannitionem petere, & de forma circa eius petitionem & expeditionem. Et incipiens a primo.

64 Sexagesimoquarto quæro † qui sunt illi qui possunt bannitos rebannire, ut sic effectiue bannum dicatur extinctum. Bart. in l. relegati. ff. de pœnis. dicit per illum textum, ꝙ solus princeps potest hoc facere. ꝙ intelligit de bannitis a ciuitatibus sub illo principe existentibus. & ideo bannitus in comitatu non potest rebanniri nisi ab ipsa ciuitate cuiuslibet comitatus. In ciuitatibus autem quæ non recognoscunt principẽ uel ex pace constantiæ, uel ex cõsuetudine, potest illud facere consilium ciuitatis ꝙ totum populum repræsentat. l. aliud. §. refertur. ff. de reg. iur. & ꝙ nota. C. quæ sit longa consuet. l. 2. & ita tenuit Raymun. in l. 1. §. si consulto. ff. de secun. tabu. per l. nihil tam naturale. de reg. iur. & idem in alijs quibus ipsum consilium commisisset. Potest enim statuta facere. ut l. omnes populi. ergo &c. l. prohibere. §. plane. ff. quod vi aut clam. de quo uide per Bar. in l. ambitiosa. Et ibi an talis potestas veniat in generali concessione arbitrij super bono statu ciuitatis.

65 Sexagesimoquinto quæritur † an potestas ciuitatis possit rebannire. Gui. de Iuza in suis quæstionibus sub litera. S. terminauit quod sic quod facit ex eo quod bannitus malefactores, facit capi. per l. non omnes. §. fi ff. de re mili. & ad Velleia. l. 1. & 2. §. verba & C. in quis. cau. ser. pro præ. li. ac. l. 1. nisi statutum aliter se haberet. vt l. omnes populi. Et idem tenuit Gã. vt refert etiam Albe. vbi supra quæstio. 66. Et allegat ad idẽ. l. si quis in graui. §. utrum. ad silla. & C. qui. ad liber. procla. nõ licet l. 2.

Bar. etiam in distinctione tenuit contrarium, ut tetigi sup. hac eadem parte. q. 6. in fi. per tex. in fi. ff. de quæstio. Pro qua parte Albe. prædictus allegat. C de transactio. l. præses. l. dist. c. 1. 2. & 3. ff. de pœn. l. diui. & l. relegati. Et dicit uideri expresse probari in l. prohibere. §. plane. ff. ꝙ ui aut clam. Et hanc opinionem dicit tenuisse Hugo. de fontana. Ipse uero cõcludit ꝙ prima opinio est vera, nõ existente statuto ꝙ vetet bãnitos de banno eximi. Si autem talè sit statutũ, tenet opinionem secundã. Hæc sua opinio parum sapit, quia quando est statutum, potestas qui iurauit illud seruare non põt contra facere. Et si dicis potest ex causa. vtl. fi. qui satisd. cogan. Respõdetur quod tunc esse vel non esse statutum nihil releuat. vt de se patet. Puto autem in hoc sic dicẽdum, ꝙ aut statutum in ciuitate dat formam rebannitioni. & illa seruanda est. l. cũ hi. §. si prætor. ff. de transactio. Si vero statutum formam nõ tradit & potestas est electus cum mero & mixto imperio aliquo non excepto. & poterit pro rebannitione banniti legẽ facere seruata forma quam seruare debet in statuto condẽnando, sc3 uocatis proceribus &c. secundum quod traditur per glo. Cy. & Bar. in l. 1. ff. ꝙ quisque iuris. & etiam per Bart. in l. omnes populi. q. 1. & hoc modo potest saluari dictum affirmatiuum. Guid. cum dicto tamen Albe. quia si esset statutum in contrarium licet illud posset tolli a populo non tamẽ potest tolli a potestate, quia non potest contra illud quod a concedente sibi auctoritatem est ordinatum. C. de offi. præfec. preto. l. normam, & ff. man. l. si hominem. & ita intelligo quod no prædict. in d. l. 1. quod etiam voluit Bart. in l. ambitiosa. licet de prãte non loquatur. Si vero vult facere per seipsum, aut per viam gratię siue legis, & non potest, vt d. l. 1. in fin. de quæstio. & ꝙ per Bar. no. in d. l. omnes populi. Si vero per aliquam viam iustitiæ, vt per viam restitutionis in integrũ ex iuxta causa. Vel per viam cognitionis ordinariæ vt dicam in seq. Et tũc potest, quia sub iurisdictione siue arbitrio generali talia continẽtur. l. absentem. C. de accu. & in titu. de resti. in integ. Dixit etiam Ray. ꝙ si ex forma statuti potestas põt differre bãnum ad tempus, & illud distulit. quod eius successor potest illam dilationem reuocare, arg. ff. de pigno. l. ꝙ ait. & ibi per eum, quod mihi nõ est clarum nisi intelligatur secundum not. in l fi. ff. de pœnis.

66 Sexagesimosexto quæro. † Titius comparuit coram potestate dicens Titium fuisse bannitum, & dicitur per multos quod ipse est ille qui continetur in banno. Ipse autem dicit se non esse illum de quo dicat bannum. Quæro an id possit petere, & iudex sic declarare, & si potest qui sint citandi. In hoc primo qualiter hoc posset contingere, vide supra in 1. tẽpore parte. 3. q. vltima. Et etiam vide quæ dixi supra parte ꝓxima. q. 26. Et dic ꝙ sic, arg. C. de inge. & manu. l. diffamari. ff. ad munic. l. de iure. & ita in simili determinat Bar. in consti. qui sint rebelles. in gl. super verbo, rebellando. versi. circa primum quæritur. Ad quod facit quod etiã ipse tetigit in l. vbicũque §. interdum. ff. de ven. in pos. mit. Debet autem citare regimina ciuitatis, secundum not. per Bar. in consti. præced. super verbo citata. quæ punctualiter obseruãtur. Poterit ergo causa cognita declarare illum non esse illum de quo in banno dicitur. Et ita iam seruari uidi. Faciunt not. per Bar. in d. l. demonstratio. de cond. & demon. in l inter stipula. de verbo. oblig. & in l. diuus. de custo. reo. de quo dixi in parte præceden. q. 34.

Viso ergo qui sint illi qui possunt rebannire. Quæro sexagesimo septimo † qui sint illi qui possunt petere, vt bãnitus, rebanniatur? Dicunt quidam ꝙ aut petitur remissio post bãni executionem. Et tunc extraneus petere non potest, sed affinis sic, allegant. ff. de pœnis. l. in metallum. Si vero petitur ante executionem tunc potest quilibet. ff. de appella. l. non tantum. Mihi autem non videtur quod illa iura faciant ad propositum, lex enim, nõ tantum. loquitur in appellatione eius qui pœnę seruus est l. qui vltimo. ff. de pœnis. cum ibi not. & ideo aliter dicendum puto ꝙ aut petitur remissio banni per viam gratiæ, & vnusquisque potest illam petere. & si concedatur ab habentem potestatem valet remissio. Nihil enim obstat. l. 1. §. vsus. ff. de procura. quinimo motu proprio fieri posset. Si vero petitur per viam iustitiæ tunc puto quod ipse posset petere, vel per viam appellationis, vel nullitatis, vel ꝓ viam suppliçationis, vel in integrum restitutionis.

De quibus modis aliqua dixi supra in 1. tempore parte vlti. in pluribus particulari. quęstionibus. Ac etiam quia uelit probare

Digitized by Google

probare ſe ſeruaſſe illud quod ſecundum reformationem, cum a banno eximit. puta ſeruiſſe in exercitu & ſi licer. n. aliàs ſit ei audientia denegata non tamen in talibus denegat. iuxta not. per Inno. in. c. cum inter. de excep. & in c. intellexi mus. de iudi. & pluries dictum eſt.

68 Sed tunc ſexageſimooctauo quæritur † an talis petitio poſſit fieri per procuratorem? Et vt quod ſic, quia ſi per ſe ergo per procuratorem. l. filiusfamilias. de procu. ff. qui pet. tu. l. 2. cum ſi. Non enim diſputatur, de crimine. ſed ſolum de proceſſu, colligitur ex no. per Inn. in c. dudum de elec. & ſic admitti debet procurator. C. ad l. fa. de pla. l. 1. & l. præſes.

In contrarium videtur quod non poſſit quia in cauſa appellationis venit cauſa nullitatis, & tamen non poteſt interuenire procurator. Primum patet in l. ſi expreſſum. de appel. & quando prouo. non eſt de. l. 1. ſecũdum probatur in l. j. an per alium cauſa appel. Dicit Bald. quod vbi directe vel indirecte cognoſcitur de crimine non poteſt procurator interuenire, aliàs ſic. & ita dicit teruari, vt ipſe ſcribit in l. reos. C. de accu. iuxta fi. quod verum eſt. & ita ſeruamus. & habet locum quod dictum eſt in bannito a relegatione ſup. Si autem fuiſſet bannitus in pœna pecuniaria. tunc ſine dubio poteſt per procuratorem petere. Nec habet obſtare. quod bãnitus non audiatur ex forma ſtatuti in ciuili agendo vel defendendo. & ſic videatur tractari de pœna perſonali vt. l. hi qui ſanctam. C. de apoſta. quia quędam ſunt pœnæ afflictiuæ, & de illis loquitur materia l. reos. cum concor. Quædam ſunt pęnę excluſiuę, vt ex pęna prędicta. & in illis põt procurator interuenire ſecundum Iac. in d. l. hi qui. Præterea illa pœna haberet locum poſt bannum decurſum non ante ſecundũ Bald. in l. ſeruum quoque. §. publice. de procu.

Aduerte tamẽ, quia in tali cauſa etiam vbi de remiſſione tractatur debet eſſe ſpeciale mandatum ſecundum Gui. l. in Spec. de procu. §. 1. ver ſed nunquid media. & Bald. in d. §. in publice. & per Bar. & Io. But. l. non ſolũ. §. fi. ff. de procu. ubi bonus tex. Facit ad propoſitum optimè. l. Pomponius. de procu. & quod dixit Bar. in conſilio quod incipit. In cauſa Vãniſgerij. vbi per aliam legem conſuluit in petitione relaxationis a captura perſonæ etiam pro cauſa pecuniaria requiri ſpeciale mandatum. ex quo patet ꝙ per talem viam petendi remiſſionem a banno in iudicio non admitteretur coniuncta perſona ſine mandato. l. patri. & l. illud. ff. de min. & per doc. in l. ſed & hæc. in princi. de procura.

69 Sexageſimonono. † Viſo ꝙ quilibet poteſt per viam gratiæ remiſſionem bãni petere: Quæro quia ſupplicatio debet formari certa. l. vt reſponſum. C de tranſact. & C. ut li. pen. l. 2. quomodo poterit extraneus hoc facere cum ſcriptura bãni ad eum non pertineat. & ſic non poterit petere ſibi edi. ff. de eden. l. quædam. §. pertinere. dic, ꝙ ſcriptura banni eſt publica. & ideo debet ædi cuicunque petenti, maxime quando bannitus poteſt a quocunque offendi, quia vniuſcuiuſque intereſt. ff. de poſtu. l. ex ea. ſecundum Bar. in l. 2. §. diuus. ff. de iure fiſci.

70 Septuageſimo quæro † minor reperitur in banno, non habet curatorem, vult ipſum curatorem petere, vt poſſit prouidere de ſua cancellatione vel de alijs ſuis negotijs, quæritur quis dabit ei curatorem. An iudex loci a quo exulat. An iudex loci in quo permanet? Gui. de ſuza. enim l. 1. C. vbi tuto. vel cura. pe. dicit quod propter neceſſitatẽ licet illud ꝙ alias non licebat. ff. de of. con. l. vna. & ibi concor. ſed in propoſito propter perſonæ periculum imminet neceſſitas cum illucire non poſſit ſine vi. & diſcrimine. & ideo ille iudex ſub quo degit curatorem dabit. Facit ff. de inter. & rele. l. relegatorum §. interdicere. & ad muni. l. filij. §. relega. & l. eius qui. §. fin. & ita ſequitur Ioan. And. in addi. Spe. in tit. de cura. in princ. Ratio deciſionis prædictæ locum habet vbi ſit bannitus pro perſona vel membro, vel tanta quantitate quæ ſecundum ſtatum ſuum ſit maior pars ſuæ ſubſtantiæ, vt l. propter litem ff. de excu. tu. Sed vbi eſſet parua quantitas, ſecundum ſui quantitatem. iuxta not. in auct. præterea. C. vnde vir & uxor. talis ratio ceſſaret. & ſic non haberet locum diſpoſitio l. ꝙ dictũ. ff. de pact. niſi eſſet ſtatutũ ꝙ impune poſſet offendi, quia tũc talis timor diſpoſitionem prædictam inducit, ut ubi ſup.

71 Septuageſimoprimo † bannitus expulſus de ciuitate Florentiæ cum tota ſua prole, mortuus eſt in ciuitate Bononiæ vel alibi relicto filio impubere qui habebat omnia bona ſua Florentiæ, qui non habet tutorem teſtamentarium vel legitimum, & indiget tutore: quæritur quomodo & per quem iudicem ubi conſulatur. Iſtam. q. diſputauit Osber. de Cremona & eam refert Alb. ubi ſupra. q. 90. In qua prolixe procedit ſuccincte referam ſubſtantialia. & ꝙ pupillus ſit omni auxilio deſtitutus. arguit, quia ſunt plures ſpecies tutelarum regulariter, teſtamentaria, legitima, & datiua. Primis duabus ceſſantibus locus eſt tertiæ. C. & ff. in li inſti. in materia tutelarũ & ab ordine titulorum. Sed duæ primæ ceſſant, & tertiæ locus non eſt ut probabo, ergo &c. Probat autem, quia certa ſunt loca, ubi poſſunt peti tutores & dari, ſcilicet locus originis & domicilij. & ibi innuitur, ſaltem a ſufficienti partiũ enumeratione, ſed ibi non poteſt dari obſtante ſtatuto, ergo &c. quia paria ſunt non poſſe fieri de facto vel de iure. l. 1. §. ꝙ ſi nemo. ff. ꝙ cuiuſque uniuer. no. cum ſi. Item quia iſte nõ eſt de iuriſdictione illius iudicis. ergo ei dare non poteſt. ff. de tuto. & cur. da. ab his. l. ius dandi iunctis no. in §. relegati. inſti. qui mo. ius pa. po. ſol. Item cum non habeat uoluntatem cũ æquiparetur furioſo cum non poſſit ire ad imperatorem vel Romam, maxime propter expenſas & diſtantiam itineris, & quia non poteſt ſibi conſtituere domicilium. Item quia non poteſt dici fugitiuus, uidetur omni auxilio deſtitutus. Allegat ad prædicta per ordinem de acquiren. hæredi. l. ſi pupil. ſi cer. pet. l. certi condictio. §. quoniam. de polli. ſi quis rem. §. uoto. de tuto. & cur. dan. ab his. l. pupillo. de ſeru. expor. lege. Tirius.

In contrarium arguitur, primo quia pupillus poteſt ſuam conditionem facere meliorem etiam ſine tutore. inſti. de au. tut. in princ. in puncto dicitur ꝙ indiget tutore, ergo debet petere poſſe. de iur. om. iudic. l. 2. cum ſi. Secundo ſi cum tutore litigat poteſt petere curatorem. de tute. l. qui habet. §. ſi pupillus. & ille poteſt dari quocunque loco & tempore, ut ibi, ergo &c. Tertio quia poteſt impetrare iudicem. C. quando imper. inter pupil. & uid l. d. l. 1. Quarto quia impetrare põt ius annulorum. ff. de excu. tut. l cum ex oratione. Quinto, qa iurat & obligatur. ff. de oper. lib. l. ut iur. iu. & de lib. cau. l. fin. Sexto, quia fit miles. C. qui. teſta. fa. poſ. l. fi. & per conſequẽs nouum contrahit domicilium. C. ubi mi. cauſa. Septimo, quia contrahit ſponſalia ff. de ſponſa. in l. in ſpõſalibus. Octauo, quia petit in iudicio alimenta a tutor. ff. ubi pupil. edu. de l. fin. Nono, quia implet & impedit conditionem. ff. de cond. & demon. l. cõditionibus pupillus. Decimo, quia ad tutores petendos Romam uadit. C. de neg. geſt. l. 2. Vndecimo quia propter neceſſitatem ceſſat iuris diſpoſitio. de offici. conſul. l. 1. & ideo propter neceſſitatem non iudex dat tutorem. de tu. & cu. da. ab his. l. ubi abſunt. Duodecimo, licet datio tutoris ſit mixti imperij tamen fauore pupilli delegatur, ut no. ff. de iu. om. iud. l. 1. Decimotertio, quia propter neceſſitatem interuenit pupillus in iudicio momentaneæ poſſeſſionis. C. qui le. per. l. fin. Decimoquarto, quia poteſt perdere domicilium propter deportationem. ff. de tute. l. ſi deportati. ſed deportari & relegari poteſt. ergo ſortitur domicilium propter deportationem. ad mu. l. fin. §. relegati. & l. eius. §. fin. Decimoquinto, quia conſentit manumiſſioni per quam efficit ciuis & incola. ff. ad muni. l. 1. ergo concluditur, ꝙ in loco in quo degit poteſt ſibi tutor dari. Soluendo tenuit pupillo conſuli poſſe altero de duob. modis, uel per translationẽ facultatis ad alium locum, uel per electionem domicilij ſm Azo. in ſum, ubi pe. tu. licet Hug. aliter dixerit in conſtit. domicilij. de tu. & cu. da. ab his. l. 1. quia tamen translatio facultatis eſt difficilis reſidet in conſtitutione domicilij, & quòd poſſit ſibi cõſtituere domicilium probat. domicilium enim patris de neceſſitate non ſequitur. ff. ad muni. l. aſſumptio. §. 1. & l. filij. l. libe. §. patris. vbi expreſſum ꝙ eligere poſſit ubi uelit. ꝙ patet, quia non reperitur ei prohibitũ ergo permiſſum. ff. de probat. ab ea parte. & ideo arrogatur de conſilio propinquorum. ff. de adop. l. 2. propter quod ſortitur domicilium. ff. ad munici. l. 1. ſubdit ſe credere eum petere poſſe a iudice Bononiæ. C. qui admi. ad bo. poſſ. l. ſi dicit etiam ꝙ epiſcopus loci unde eſt expulſus poſſet ſibi dare in defectum iudicis ſecularis. C. de epiſ. audi. l. ſi præſes. & l. fi. de anna. excep. l. ut perfectius. & ad contraria dicit faciliter patere reſponſum.

Inſerui hanc propter duo. Primo propter particularia quæ tangit fieri poſſe per pupillum ſine tutore. Vide tamen quę habentur in l. 1. ff. de noua. Secundo propter hoc ultimum dictum, per ꝙ patet quòd uacante ptãte ubi ſolus ſit qui poſſit dare tutorem, poterit recurri ad epm. ꝙ credo debere intelligi ſi decuriones non dant illum, poſſunt enim ut l. ubi abſunt. de tu. & cu. da. ab his. Pro eo autem quod dictum eſt ſupra pupillum ſibi conſtituere domicilium. uide Bart. ff. ad muni. l. placet. & quod dixi ſupra, iuxta fin. 44. q. hac eadem parte. & pro principali materia. q. uide in l. pupillo. de tut. & cur. da ab his. & l. legitimos. in princi. ff. de legi. tu. ubi plene. Sed pone in q. ꝙ talis pupillus haberet bona alibi non in domicilio originis a quo exulat, ſed in alio in quo nullum habet domicilium, quis dabit ei tutorem. Dixit tunc Bar. dari tutorem per iudicem originis, & illam dationem extendi ad bona alibi ſita, allegat. l. propter litem. §. licet. ff. de excu. tu. & l. magis puto. §. illud. de re. eo. reprobata glo. non ſolum. §. q teſtamento de excu. tu. & in l. legitimos. dicit ꝙ talis tutor poterit adminiſtrare ſine auctoritate iudicis loci ī quo ſunt bona ſita, ſi non habet contradictorem, aliàs illius iudicis requiritur interuentus, ut ibi per eum. Intelligunt quidam id verum quando iudex originis ſimpliciter dat tutorem. Si autem exprimeret ſe dare etiam ad bona alibi ſita, dicunt non

ualere

Digitized by Google

valeré dationem quo ad illla bona Quędam enim tacitè ve niunt quę expreſſè nocent.l.nonnunquam.de cond.& dem. cum ſi.& ita ſoluunt gl.d.§.qui teſtamẽto. In propoſita igit. q.ſit cautus iudex vt ſimpliciter det pupillo tutorem non ex preſſe quod extra ſuam iuriſdictionem ſe intromittat.l.fi.de iuriſ.om.iud.

Hęc de præambulis ad abſo'utiones a banno. ſed ſeptua-
72 geſimoſecundo quæro. † Titius erat bannitus pluribus ban-nis ꝙ fieri poteſt, vt ſæpius dictum eſt maxime primo tem-pore parte.j.an ſufficiat ſibi vna abſolutio,an vero habet ne ceſſe plures abſolutiones habere? Dicit Cy.in l.ſi libertã. C.de nup.ꝙ aut talia banna deſcendunt ex eodem facto, & tunc ſufficit vna.Si vero ex diuerſis factis deſcendunt plures abſo-lutiones requirũtur,allegat.ff.ad turpil.l.1.§.ſi plura.de nou. oper.nunc l.de pupillo.§.ſi pluribus.Quãdo ex eodem facto deſcendunt,dixit Bar.eſſe poſſe. ut quia iudex inquirit,ven.t ſyndicus,& denuntiat,ſuperuenit pars & accuſat ſuper omni bus,iudex fert ſententiam contra Titium contumacem ,de quo per eum in d.§.ſi pluribus.Sed Ray.in d.l.ſi libertam. di cit ꝙ etiam ſi ex diuerſis factis deſcendunt ſufficit vna abſo-lutio ſi omnes cau æ in abſolutione exprimantur, allegat. no.extra de ſenten.excommu.c. cum pro cauſa. & ita etiam tenet Iac.de Are.in d.l.ſi libertam. Sed Bar. elegantius more ſuo in hac materia diſtinxit in d.§. ſi pluribus . quod aut quis petit ſe abſolui a iudice ex mera iuſtitia propter aliquã cãm, & tunc vna abſolutio generalis nõ porrigetur niſi ad cauſas expreſſas in petitio.l.licet.C.de iud.& de arbi.l.de rebus.Quã doque petitur vera abſolutio ex mera gratia, vt a principe vel a populo ſecundum ea quæ dixi ſupra.in q.64.tunc ſi fuit abſolutio generalis ſine aliqua partis petitione vel etiã præ-cedẽte petitione generali, & ſufficit & porrigitur ad omnes cauſas,quia princeps vel populus videtur hoc feciſſe ex cer-ta ſcientia.C.de aboli.l.2.Sed ſi petens aliquas cauſas expreſ-ſit adiecta clauſula generali . & tunc fuit iacita aliqua cã grauior expreſſis.& tunc eſt veriſimile concedentem ſi ſciuiſſet non fuiſſe conceſſurũ & ideo tunc erit nulla ſuper toto,arg. C.ſi cõtra eius vel vtili publ.l.præſcriptione.extra de reſcrip. c.ſuper literis.& facit clem. un.non poteſt. de procu. Si vero fit abſolutio a patre ad cuius petitionem fuit datum bannũ, de quo dicam inf.q. 76. & tunc ſinedubio ſufficit vna abſo-lutio generalis.l.emptor.§.lucius.ff.de pact.& de noua.l.ſi.ni ſi fieret ex cauſa tranſactionis,quia tunc refertur ad ea de q bus erat lis.C.de tranſact.l.ſi de certa.& l.age.& l.ſub prætex-tu.& hoc communiter tenent omnes.

73 Septuageſimotertio quæritur econtra . † An ex pluribus exbannitus poſſit abſo ui ab uno tantum? Bar.in d. §. ſi plu-ribus.proxime allegato dicit ꝙ ſi bannũ ꝙ remanet eſt tale, ꝙ facit eum perdere iura ciuitatis ſuę ſecundum ea quæ di-xi in l.quidam.de pęnis.& melius dictum fuit ſupra in prima parte huius tpis.q.5.& tunc in eũ non põt cadere abſolutio ab vno, quia abſolutio eſt redditio beneficiorum ciuitatis. Sed poſtea cũ ab alio banno abſoluet prima abſolutio con firmabitur.arg.ff.cõia prædi.l fin. Si vero bannum quod re-manet non facit eum hoſtem ciuitatis nil obſtat quin vnum poſſit tolli alio remanente.l.fi.C.qui.mod.ping.vel hypo. ſol. & l.ſiquidem.C.de tranſact. Iſta deciſio in primo membro eſt periculoſa.Si enim ante liberationem ab alio banno ca-peretur poſſet fieri executio ſecundum eum quod eſſet ini-quum.& ideo dixit Ange.in d.§.ſi pluribus ꝙ imo etiam vbi aliud remanens facit eum hoſtẽ ciuitatis prodeſt vna tali alio remanente:nihil allegat.Facit de regu.iur.ſecundum na turam. & de ſolut. prout quiſque . Sicut enim ſeparate dan-tur,vt dixi ſupra.ſ.in primo tempore parte.1. q.3. ita poſſunt ſęparate tolli.

74 Septuageſimoquarto † In ciuitate ordinatum eſt quod bã niti in pecunia rebanniantur,& quod habentur pro cancel-latis,quæritur an eo ipſo ꝙ ſic ordinatum eſt ſint rebanniti abſque eo quod de facto cãcellentur? Dixit Bar.in l.emptor. lucius.ff de pac.ꝙ aut in reformatione dicitur ꝙ debeant re banniri.&tunc niſi de facto rebanniantur rebanniti nõ erũt. C.de ſolutio.l.inductus.& quod ibi nota.& ff.de peti.hæred. l.ſi quis libertatem. Aut dicitur quòd habeantur pro reban nitis,& tunc abſque cancellatione de facto rebanniti intelli-guntur per dictum.§.lucius.& de adimen.lega.l.nihil . quòd ſequitur ibi Bald. & allegat. ff. de legatis. 1. leg. huiuſmo-di.§.ſi cui ita.

Sed prædictis opponitur ꝙ aliud eſt haberi pro cancellato aliud eſſe cancellatum.de ver.ſig.l.mercis.& ꝙ ibi no.Sed il-lud verum in his quæ ſunt facti. In his autem quæ ſunt iuris talia verba important veritatem.l.ſi maritus.§.legis.& quod ibi per Bar.ff. de adult.& plenius in l.ſi is qui pro emptore.de vſuca.Si tamen vis quod in eorum fauorem plenius diſpona tur,facias ꝙ reformatio dictet ꝙ habeantur & ſint rebanni niti & cancellati & pro legitimè cancellaris . Hoc tamen in telligę ſecundũ ea quæ dicam infra in ſequenti tempore parte.1. quęſtio. 2. & etiam 1.

75 Sed circa idem. Septuageſimoquinto quæritur . † tres erãt banniti in eadem ſenten ia, virtute reformationis duo debe bant cancellari.Notarius aſſerens ſe facere virtute reforma-tionis cancellauit omnes,cum deberet tantum duos cancel lare,quęritur an tertius de quo non dicat reformatio dicat a banno liberatus ſiue exemptus, dic ꝙ non , quia cancella-tio reſtringitur a cauſa ſuę cancellationis.l. cancellauerat.ff. de his quæ in teſta. delen. Et ibi per Barto. in terminis. Et idem dicendum eſt ſi vnus habens plura banna deberet ex aliquibus cancellari , & fuerit ex omnibus cancellatus ea-dem ratione. Vide tamen qua, dicam inf. in q. ſupra proxi-me allegata.

76 Quæro ſeptuageſimoſexto . † Statutum eſt in ciuitate ꝙ ad petitionem creditoris poſſit debitor non comparens ꝙ debito nõ ſoluto condemnari in certa quantitate ſoluenda fiſco ſecundum debiti quantitatem.& in dicta quantitate bã niri.Titius debitor ad petitionem creditoris fuit bannitus. An ad id dicti creditoris petitionem debeat de banno eximi & cancellari.Dixit Guil.in l.fin. de offi.pro. u.ceſa.quod nõ. per illum tex.& pertinet.l.2.in fi.C.de lib.& eo.li Sed Bar. in l.1.§.& poſt operis.ff.de no.oper.nun.uni tex. facit in contra rium. Dixit quod quandoque bannum continet aliquid te-dioſum ſolum fauore creditoris , vt puta quod non audiat ad ius niſi ſoluat.& tunc poteſt tolli ſimplici conuentione, arg.illius tex.ſicut poteſt tolli res iudicata,arg l 4.§. ſi ex cõ uentione.de re iudi.& C.de execu.rei.iur.l.2.Quandoque cõ tinet aliquid penale præciſe, ut ſi non ſoluerit vſque ad Kal. ſoluat tãtum fiſco nomine pœnę,vel ſit priuatus officijs.&c. Et tunc poſtquam incidit in bannum non poteſt tolli partiũ conuentione,quia alteri eſt ius quæſitum, vt l. iuriſgen. §. ſi paciſcar.de pact.Sed ſi in bannum nõ incidit , ſed adhuc eſt intra terminum banni ex ſola partium voluntate poteſt ter-minus prorogari,& aduenięte termino prorogato incidit in bannum niſi ſoluat, quia prorogatio intelligitur facta cũ omnibus ſuis qualitatibus.ff.de iud.l.2.§. ſi iudex. & uide la-tius ibi per eum.Nunc ad propoſitum,cum in terminis præ ſumatur bannum eſſe decurſum,conſtat quod illud ad volũ tatem creditoris cancellari non poteſt.

In hac tamen ciuitate eſt ſtatutum quod etiam poſt ban-num & decurſum terminum poſſet tolli intra certum termi num, quod hic ſeruandum eſt.

Aduertendum tamen ad illud quod dixit Barto. quod ubi adhuc durat terminus banni poſſit fieri prorogatio,& quod aduenięte ſecundo termino ſi non ſoluerit in pœnam ap-poſitam in primo termino inciditur.quia hoc nõ videtur be ne tantum. Nam ex tali ſententia quaſi contrahit l.2. §. licet de pecul.ſed in pœnis conuentionalibus pœna adiecta in pri mo termino non videtur ſaltem effectiue repetita in termi no prorogato.l.ſtipulatus ſim mihi a proculo. de verb. obli. & quod ibi no.Præterea talis ſententia eſt conditionalis , & ideo non debet committi niſi proprie exiſtat conditio ſub qua fuit concepta.ff.iudi.ſol.l.ſi ſine.& l.cum apud. Et ideo forte illud eius dictum in hac parte non procedit. & aut in nullam pœnam incidit, aut incidit in illam aduenięte pri-mo termino. pro cuius declaratione vide quæ dicam in q. 2.

77 Septuageſimoſeptimo quæro † circa prædicta,dicat ſtatu tum quod talis bãnitus ad petitionem creditoris debeat exi mi de banno abſque eo quod ſoluat cõmuni ſi fuerit in con cordia cum creditore dictus: bannitus comparuit coram iu dice,& fecit citari creditorem,obtulitque ſe paratum ſtare iuri cum eo.Quæritur an debeat cancellari? Alber. vbi ſupra. q.112.dixit quod ſic, quia cum ex illis verbis ſtatuti fiat relatio ad concordiam creditoris,intelligitur facta relatio ad ar-bitrium. Conſtabat autem illud debere intelligi de arbitrio boni viri.l.hęc venditio.ff.de contrahen emp.ff.pro ſocio.l. ſi ſocietatem.de fideicommiſ. li.l.thais.§. ſorore.& l.labeo.l. ſi libertus iurauerit.Nullus autẽ bonus vir arbitrabitur cre-ditorem nolentem ſtare iuri vt recto arbitrio, ſic habeatur, perinde ac ſi eſſet in concordia,vt dictis iuribus.Facit ff.de condi.& demon.l.iure ciuili,licet ipſe non ſic declaret Sed aduerte,quia aut banniatur,quia non ſoluit debitum liqui-dum contra quod non poterat opponi exceptio.& tunc nõ puto deciſionẽ p̃dictã procedere. Rectum enim arbitrium eſt nolle pro liquido debito litigare.l. quidam æſtimauerunt.ff. ſi cer.pe.Si autem fuit bannitus pro debito contra quod ſi comparuiſſet potuiſſet exceptionem opponere.& tũc ſi cõ-pareat dicens ſe paratum ſtare iuri. & tunc aut eſt talis perſo na de qua non obſtante prima contumacia nulla eſt ſuſpi-tio,ſed quia dives eſt & ſoluendo,creditur ꝙ ſoluet.& ſic ſuc cumbet,& ſufficiat talis oblatio,arg.l.ſi pecunie.in fi. ff.vt in poſſe.quæ etiam facit ad primum membrum.Si vero reſtat ſuſpitio inducta propter contumaciam, & iſto caſu non pu-to eum debere eximi de banno niſi ducat ſecum fideiuſſorẽ qui promittat ſoluere iudicatum, argu.ff. qui ſatiſ.co.l. fide-iuſſor.

Digitized by Google

iussor. §. fi. l. 3. §. fin. ff. de sta. liber. Si vero pro parte est liquidum pro parte nō, pro parte liquida debet soluere, pro alia potest litigare secundum sup. dictam distinctionem. l. quidam æstimauerunt. si cer. pet. Pro quo vide no. tex. in l. statu liber rationem. ff. de statu lib.

Sed pone ꝙ fuerit bannitus ad peritionem multorū creditorum simul. & in eadem accusatione gentiū. An debeat cancellari si fuerit in concordia cum maiore parte creditorum dicente statuto quòd cancelletur si fuerit in concordia cum suis creditoribus. In hoc aduertendum, ꝙ quando que actus in quo requiritur concordia refertur ad plures, vt vniuersos. & tunc dicit Bal. in l. nulli. per illum tex. cum gl. ꝙ Friderichus tenuit sufficere quod duæ partes faciant. Sed in l. 1. de pac. dicit quod sufficit maior pars, quia in illa resideret collegium. ff. ad muni. l. quod maior. Sed in l. & suum. §. fi. dicit contrarium, ꝙ debet intelligi, vt dicam statim. Intelligo hæc sua dicta ꝙ requiritur quod duæ partes collegij sint præsentes dum tamē maior pars præsentium faciat. Ad hoc quòd habetur in c. ea noscitur. de his quæ fi. a præla. sine consen. c. Quandoque vero refertur ad plures vt singulos, vt in casu nostro. & tunc puto quod sufficiat quod sit in concordia cum maiore parte creditorem secundum formam. l. & seruum. §. hodie. & l. maiorem. videlicet quod illi sint citati, & sit seruata illa forma, alias secus. eo. ti. l. rescriptum. & sic loquitur dictum Bald. in §. fin.

Et aduertendum quod licet non consentiant eodem tempore, si tamen omnes consentiant separatim dicunt esse secum in concordia. l. fin. commu. prędio. secundum. Bal. in d. l. 1. de pact. ff.

78 Septuagesimooctauo. † Statutum erat in ciuitate quod nullus bannitus posset rebanniri nisi soluatur prius certa quantitas camerę apostolicæ. & si secus fieret non intelligeretur rebannitus. deinde in il a eadem ciuitate illud statutū fuit per nouum statutum annullatū. Quæritur an bannitus qui postea rebannitur teneatur illam quantitatem soluere, adeo quod si non soluit rebannitio non valeat? Hanc. q. mouet Bald. in l. fi. ff. de pact. & dicit quod fuit de facto Florentię & quod vidit in ea ita bene alleg. ri sicut vnquam viderit in aliqua qōne. & dicit fuisse determinatum secundum statutū non valere. & sic secundum illam determinationem dicta quantitas solui deberet.

Sed aduerte quia si vera est decisio supra dicta. in q. 76. ꝙ antequam ius sit q̄situm possit per cōuentionem tolli fisco. Decisio prædicta procedere non videtur. Pro quo facit l. qui romæ. §. flauius hermes. de verb. ob. & ff. de ser. expor. l. 1. per quæ iura dixit ibi Bar. quod si donaui tibi rem hoc acto qđ post mortem tuam perueniat ad quandam ecclesiam, illam conuentionem de ecclesia potero reuocare. licet ex tali pacto ipso iure quæratur ius ecclesiæ. l. quoties. C. de dona. quę sub modo. In quo tamen moderni variant: sed illius disputatione omissa quæ est extra rem nostram rediens ad propositum in quo multa dici possent inclino in hanc sentētiam, qđ aut talis bannitus erat rebannitus ante reuocationem illius statuti, & tunc cum iam esset ius quæsitum camerę apostolicæ illud tolli non potuit per statutum. per d. l. fin. de pact. cū si Cum illud ius camera apostolica ad suum commodum esset habitura, non ad commodum statuentium, tunc enim secus esset. l. in causę. in fin. ff. de procu. cum si. & soluere tenebitur illam quantitatem alias de iure cancellari non poterit. Nec obstat quod habetur extra de iniur. & dam. da. c. in nostra. quia aliud est quod superior inferiori ius ex superioris prouisione quæsitum de quo ibi. & aliud quod inferior, vel per id facere possit. l. ille a quo §. tempestiuum. ff. ad treb cū si. Si vero fuit rebannitus post reuocationem statuti cum illud ius nondum esset quęsitum. & sic potuit reuocari, vt in §. flauius. soluere non tenetur.

79 Septuagesimonono. † Titius erat bannitus cum saluo ꝙ si faceret certum quid esset exemptus a banno, vel erat bannitus simpliciter. sed facta fuit lex quod omnes banniti deberent rebanniri qui seruirent duobus mensib. in exercitu suis sumptibus, vel dicebatur quod essent a bāno liberati. Titius fecit illud ꝙ erat in saluo vel seruiuit in exercitu, quæritur an statim dicatur liberatus a banno, vel requiratur iudicis declaratio. Vt patet hæc quęstio est duplex. Constat enim quod iudex potest in sua sententia apponere verba illa, saluo quod infra dicam &c. vt no. in l. labeo. §. 1. ff. famil. hær. Item quod licet nō debeat ferre sententiam conditionalem. tñ lata sub conditione valet l. 2. §. biduum. ff. quando app. sit. Et ideo videndū est an statim dicat rebannitus. Hoc pendet ab eo ante an dicta sententia sit conditionalis. Et videtur qđ non sit cōditionalis. vt no. per gl. in l. obligationum fere. §. conditio. ff. de acti. & oblig. quod maxime verum est si illa verba apposuit post verbum, bannimus. tunc enim non videtur quod aliquid postea addere poterit, vt l. iudex postea. ff. de reiudic. Et sic tunc certum sit eum esse bannitum. & hoc tenuit Bar. in dicta l. iudex. & in l. 1. ad turpil. & in l. moris. de pęnis.

In contrarium quod imo sit conditionalis, & quod interim non dicatur bannitus. & hic nulla declaratio requiratur probatur sic, Aut dicta sententia quo ad bannidationem habuit verba suspensiua, & tunc clarū ē quod est cōditionalis siue æquiparetur contractui siue vltimę voluntati. l. 1. cum ibi no. ff. de in diem addict. Si vero non habuit verba suspensiua. & idem, quia licet in contractibus, tunc actus sit purus, & veniat sub conditione resoluendus, vt ibi. Tamen in vltimis voluntatibus secus est, quia semper est conditionalis dispositio. l. de quibus diebus. §. quidam titio. de condi. & dem. & l. legatum pure. de adim. leg. cum si. Constat autem sententiam æquiparari vltimis voluntatibus. l. non est mirum. ff. de pig. act. l. si ita fuerit. de manu. testa. Et quod no. per Gui. in l. si eum. §. qui iniuriarum. ff. si quis cau. & per Bar. in l. centesimis. in fin. de ver. obli. saltem hoc ca. u quando hic est benignior interpretatio, vt in c. si delegatus iudex. de offi delega. li. 6. Nec ob. ꝙ in sententia quasi contrahatur. ut l 3. §. idem scribit. de pecul. quia omisso examine, an illud sit uerum reo nunquam comparēte in iudicio. aliud est cōtractus, & aliud est quasi contractus. & sic de uno ad alium regulatur argumentario non procedit, ut in proposito patet ex. l. ex malefi cijs. §. hæres. de act & ob. & l. apud iul. in fi. qui. ex cau. in pos. ea. & quod ibi per Bar. Non obst. gl. §. conditio. quia illa gl. non est uera, ut scribit Inn. in c. præterea. extra de appel. Nec obst. l. iudex postea. & ꝙ per illam dixit Bar. quia aut illa uerba sunt apposita in principio vt quando dixit, saluo quod infra dicam, & tunc lex illa nō ob. vt in d. gl. §. 1. in l. item labeo. qua videtur casus. ff. de consti. pe. l. quidam. Aut fuerunt apposita post verbum, bannimus. & idem, donec enim sententia non habeatur pro expedita per iudicem illa lata non dicitur. C. de fide instr. l. contractus. in fi. quicquid ergo continet in illa ante illam clausulam quæ semper apponitur lata data. &c ineſſe dicitur ipsi sententiæ. si cer. pet. l. lecta. secundū Ange. in dd. iudex. In hoc vltimo non enim nocet talis præpositio. quia cum sint omnia in eodem actu, intelliguntur secundum ordinem iuris, vt ipse idem Bar. dixit in illo libello peto cogi & condemnari in l. 1. C. quando prouo. non est necesse. & in l. cum prolatis de re iud. & cum de mente iudicis constet talis ordo non attenditur de solu. l. non enim. & qđ Bar. scripsit in l. 2. §. prius. de vulg. & pupil. Intelligitur ergo. d. l. iudex. postea quando iudex apposuit aliquid postquam habuit sententiam pro expedita. & ideo si illa verba aperirētur post illam clausulam lata data &c. uera esset Bar. decisio alias non procedit. & hæc de prima. De quo etiam tetigi in 1. temp. 6. q. 4. & vide quæ dixi vbi hoc declaratur in 2. temp. par. 2. q. 21. in fi.

Quo autem ad aliam scilicet quando post bannum perfectum fit reformatio &c. an requiratur declaratio non multum laborabo, licet multa dici possent. Concludo enim qđ aut ipsa reformatio dicit ꝙ extunc ꝙ seruiet, ipso iure siue ipso facto sit liberatus a banno. & tunc postquam seruierit quantum est in se erit non bannitus. adeo ꝙ si agat & ei opponatur exceptio banni vel ad honores eligatur & si. probā do id feciſſe non repelletur a iudicio vel a dignitate. Ita enim important illa verba ipso iure siue ipso facto etiam in condemnando vt dixi, & ibi allegaui iura in primo tēpore. part. vlti. q. vlti. & habetur etiam in ca. 1. de rescriptis. li. 6. & C. de legi. l. non dubium. Valebit ergo èius testamentum ꝙ faciat secundum formam statutorum suæ ciuitatis, quod ante non valuisset. Poterit etiam succedere secundum illa, quod ante non fecisset, & sic de singu. Quantum autem ad alios vt si ante declarationem, vel cancellationem offenderetur. Dicam infra in vltimo tempore parte. 1. q. 2. Si vero illa verba non apponūtur sed simpliciter dicitur, vt in themate quæstionis dictum est. Videtur eum non esse rebannitum, nisi sequatur declaratio, quod id factum fuerit secundum doc. dom. Inno. in c. bonę. de eta. & qualita. Pro quo facit quod habetur in l. eius qui delatorem ff. de iure fil. & iu l. 2. §. ꝙ si actor. de iure. catū. & quod scribit Bald. in c. si vasalus. 10. colla. si de feud. fue. controuer. vbi ponuntur casus in quibus declaratoria requiritur sed illis respondetur qnod loquuntur in priuatione iuris. & sic in re odiosa, hic in executione pœnæ. Et sic acquisitione absolutionis & re fauorabili. Sed per supra allegata primum dictum videtur verius, ante enim quàm sit facta declaratio quod id factum fuerit secundum doctrinam Inn. in certum est an sic factum sit, & ideo id certum esse debet. l. iā hoc iure & l. ita stipulatus. de verb. oblig. Facit. l. 1. C. qui & aduer. quos. & ꝙ tetigi vbi supra. Nec obstat quod lex sit sēper certa. l. cum quidam. §. quod dicitur. ff. de acqui. hær. quia illud verum quantum ad sententiam legis, vt dictū est. supra quo ad sententiam hominis, quæ hic requiritur non est ita, vt ibi. & in l. antiqui. ff. si pars hær. pe. Si ergo talis qui seruiuit in exercitu vel quid aliud fecit habet tria tempora. vnū postquam seruiuit ante declarationem, & hoc tempore quo ad

omnes

Digitized by Google

omnes & omnia ſtantibus verbis vt ſupra repeto ipſum bānitum. Nec obſt. quod no. per Ioan. And. in regula, quod qs lib. 6. vbi dicitur capitulum, non dubium. de ſen. excom. per quod fundatur dictum Inno. loqui in ſententia medicinali, quæ difficilius tollitur quàm mortalis, quia eius dictum loquitur in ſoluente id quod continetur in banno. & ſic naturæ ordinariæ ipſius banni ſatisfacit. inſti. quib. mod. tol. obli. in princ. & §. 1. merito declaratio non requiritur. ſed hic loquimur in eo qui aliud pro alio facit, quo caſu non ita contingit liberatio ipſo iure ſicut quando ſoluitur. idem. l. ſi cum fundum. ff. de pact. & quod habetur in l. ſolutum. §. ſolutum. ff. de pigno. actio. Fateor tamen quod ſi caperetur talis exceptio impediret executionem, & probato ſe ſeruiuiſſe ſecundum formam ſtatuti relaxari & cancellari deberet, quia ſaltē ope exceptionis fiſcus excluditur vt dictum eſt. Aliud tempus habet poſt declarationem ante cancellationem. Et quo ad ſe eſt rebannitus, quo ad alios dicam vbi ſupra. Aliud poſt cancellationem. & tunc quo ad omnia eſt rebannitus, vt dixi ſup. q. 64.

80 Octuageſimo pone. † Titius fuit bannitus in mille ſoluenda intra menſem ſine diminutione, cum eſſet ſtatutū quòd dat beneficium quarti, id eſt quod poſſint ſolui tres partes cōdemnationis tantum ſi ſit ſolutio intra decem dies a die latæ ſententiæ. Titius ſic bannitus ſoluit tres partes, & a toto fuit de libris omnib. cancellatus. Quæritur an dicatur legitime cancellatus, vt ſic elapſo menſe amplius non dicatur bānitus. Iſta quæſtio fuit hic de facto. & conſultum fuit per totum collegium fuiſſe licite cancellatum. Iſta enim verba, ſine diminutione, appoſita in ſententia beneficium ſtatuti auferre non potuerunt. l. nemo poteſt. de lega. 1. Præterea quādo aliquid debet ſolui, & de voluntate eius cui ſolui debet fit remiſſio, intelligitur impleta conditio ſolutionis etiam ad pænæ euitationem. ff. de ſolu. l. ſolutionis, & ibi per Bar. Facit. ff. de verb. obli. l. in executione. §. fi. allegabatur caſus in l. 3. §. ait prætor. iuncto. §. ſoluiſſe. ff. de reg. iur. Nec obſt. l. meuius. de condi. & demon. vbi dicitur q̄ implementum debet fieri in forma ſpecifica, quòd de voluntate eius cui debet fieri implementum etiam in conditionibus poteſt ſolutio alterari. Caſus eſt ſecundum vnam lect. in l. filium quem habentem. C. fami. herciſ. l. iure ciuili. de condi. & demon. cum ſi. Pro iſta determinatione do caſum in l. iuſiurandum a debitore. ff. de iureiuran. quod not. per Barto. in l. abeo. quæ ſequitur illam.

81 Octuageſimoprimo loquitur. † Dictat ſtatutum quod poteſtas vltimis quindecim diebus ſui officij non poſſit aliquē eximere de banno. Poteſtas vltimis quindecim diebus pronunciauerit Titium bannitum eſſe eximendum de banno. Quæritur an talis pronūtiatio valeat, & quod operetur? Formatur hæc quæſtio per doct. & maxime per Bal. in l. j. C. ſi aduer. li. & concluditur per eos q̄ valeat talis pronuntiatio. Sicut enim aliud eſt bona publicare, & aliud pronuntiare bona eſſe publicanda. ff. pro ſocio. l. cum duobus. §. idem reſpōdet. & quod ibi no. Item ſicut aliud eſt deportare, aliud pronunciare deportādum. l. 1. §. deportatos. de le. 3. l. ſi quis filio exhæredato. §. eius qui. ff. de iniur.

Item ſicut aliud eſt mittere quem in poſſeſſione, & aliud eſt pronuntiare immittendum, vt no. in l. cognitio. §. vt bonorum. ff. de offi. eius cui mand. eſt iuriſ. Item ſicut aliud eſt reſtituere, & aliud pronuntiare reſtituendum. l. fi. vbi & apud quem. Item ſicut aliud eſt exequi ſententiam, & aliud pronūtiare illam exequendam, vt habetur in l. ab executione. C. quorum appell. non rec. i. Ita aliud eſt eximere de banno, & aliud pronuntiare eximendum eſſe, & ideo ſtatutum quod debet ſtricte intelligi l. conſtitutiones. ad munici. loquens in eximente non habet locum in pronuntiante eximendum. l. fin. de calum. & l. ſi vero. §. de viro. ff. ſolu. mat. cum ſi. Valebit ergo pronuntiatio, ſed tunc demum habebit effectum ſi ſucceſſor illam exequatur. l. iure noſtro. ff. de teſt. tut. & ideo interim tractabitur vt bannitus, & poterit impune offendi ſecundum Bal. in d. l. 1. Non obſtat. l. procurator. C. vbi cau. fiſ. vbi dicitur quod ſicut procurator fiſci non poteſt exigere pœnam, ita non poteſt pronunciare exigendam, quia ibi loquitur quando non poteſt ex carentia iuriſdictionis. Hic autem non carebat iuriſdictione, ſed exercitio ipſius. Nulla. n. priuato iuriſdictionis inducitur, ſed ſolummodo exercitiū impeditur, quod patet, quia poſſet cognoſcere illis quindecim diebus, quod ibi non poterat procurator, vt ibi patet in fin. glo. quæ ponit ibi caſum, & ibi etiam dixi. ex quibus infertur quòd ſi certis officialibus habentibus largam auctoritatem a populo ſuper bono ſtatu eſt interdictum quod non poſſint rebannire bannitos, poterunt tamen ordinare qualiter debeant rebanniri banniti aliquid pro bono ſtatu facientes. etiam detrahendo ſolēnitatibus antiquis per not. in l. oēs populi. & per dicta iura. & ideo ſi poſtea ſecundum per eos ordinata illi rebanniuntur erunt legitime rebanniti. Facit q̄ no. per Ioan. And. in c. 2. de offi. vic. in notabi. & ita pluries fuit obſeruatum. quando ſcilicet ex iuſta cauſa id fecerunt. ff. mand. l. hominem. Nec obſtat q̄ non poſſunt mutare regimina ciuitatis per quamcunque latam auctoritatem eis conceſſam, vt no. per Bar. in d. l. ambitioſa. quia nō, pro mutatione, ſed pro illius ſtatus regimine & ſaluatione a toto populo dicitur fuiſſe ſtatutum. l. item eorum. §. ſi decuriones. ff. quod cuiuſque vniuer.

82 Octuageſimoſecundo. † Statuto condito a toto populo, & communi, videtur q̄ per cōſilium ciuitatis nihil poſſit firmari niſi prius per capitaneum proponatur. In illo alio ſtatuto cauetur quod ſi capitaneus proponat de aliquo pro homicidio bannito cancellando de banno ipſo iure deſinat eſſe capitaneus. Cōtingit quod qui erat capitaneus propoſuit de aliquo bannito pro homicidio cancellando de banno, & concilium confirmauit. Quæritur an ipſa reformatio in cuius propoſitione qui erat capitaneus deliquit vitietur. Hanc quæſtionem diſputauit Iac. But. Et arguit latiſſime quod nō vitietur. ego vero vt in alijs referam aliqua, reſcando plura. Primo ergo arguit ſic. Tempore inchoatæ propoſitionis capitaneus qui propoſuit erat capitaneus, licet ergo poſtea deſinat debet inſpici tempus initij. de neg. geſt. l. pomponius. ff. pro ſocio. l. ſi id quod §. ſi filius. non ergo nocet mutatio cōditionis. Secundo quando res vtiliter inchoatur, licet poſtea inutilis fiat tota vtilis iudicatur. ff. de neg. geſt. l. ſed an vltro. ff. manda. l. qui mutuam. §. fi. cum ſi. Tertio quia tempus conſummationis trahitur ad tempus inchoationis. l. ſi filius de verb. oblig. cum concord. Quarto quia res dijudicatur ſecūdum id q̄ potentius operatur. l. quæritur. ff. de ſtatu. hom. & de acqui. re do. l. quicquid. §. paries. Sed principium fuit potentius fine. l. 1. de ordi. iud. ergo iudicatur ſecundum illud. facit in auct. quo. opor. in prin. Quintò ex ordine delictum præcedit pœnam. C. de pœnis. l. ſancimus. Sed propoſitio eſt delictum, pœna eſt priuatio capitanei. & ſic quando deliquit quia propoſuit erat capitaneus. ergo tenuit propoſitio, & ſic valeat reformatio. Arguit etiam a generali natura diſpoſitionis vt effectus conſideretur, vt id quod in conditione eſt nō ſit in obligatione. l. 1. §. item ſi ita. ff. ad legem falcid. ex natura pœnalis diſpoſitionis quæ actum non annullat. l. fina. ff. de diuor. quod pœnalis diſpoſitio requirit effectum l. 1. in fi. ff. qd quiſque iuris. & quod in fauore & odio concurrentibus inſpicitur fauor. l. cum quidam. ff. de lib. & poſthu. cum ſi.

In contrarium arguit, quando lex puniens delictum refertur ad tempus non conſummatū punitur delinquens ex ſolo principio. Si vero ad tempus perfectum & conſummatū, ſpectatur perfectio. C. de ſer. fug. l. j. de iuriſd. om. iud. l. ſi quis id quod ibi. qd̄ ſi dum proponeretur. & quod quiſque iur. l. 1. in fin. Sed in noſtra q. fit relatio ad tempus inchoatum dum dicit, ſi capitaneus proponat, ergo eo ipſo qd̄ cæpit proponere deſinit eſſe capitaneus. Et ſic non eſt uerum capitaneum propoſuiſſe, ſed inchoaſſe. ergo ex ipſa lege ipſo facto inſurrexit pœna. l. quid ergo. §. cum autem. ff. de his qui no. infa. & l. quamuis. §. ſi cum eſſem. ff. ad Vellei. ex quo infertur quod non ualet reformatio, quia quando ex aliquo actu expectatur effectus ante conſummationem non poteſt effectus inſurgere, nec cepiſſe prodeſt. ff. de acqui. rerum domi. l. natura lem. §. illud. de teſta. C. l. ex imperfecto. de le. 3. l. fideiuſ. §. 1. cū ſi. Secundo arguit quia res ſumit eſſe per formam, & forma per conſummationē. ad legem falci. l. ſi is qui. §. quædam. ad exib. l. iul. §. quantum. uel §. ſed & ſi quis. ſed ante propoſitionem propoſitio non habet eſſe nec formam. Ergo non fuit facta a capitaneo, & ſic non ualet. l. cum ſilla. C. ad ſil. Tertio arudit quod per multa iura oſtendentia quod quando abinitio eſt habilitas ſi pendente explemento ſuperueniat inhabilitas actus uitiatur. l. patre furioſo. ff. de his qui ſunt ſuiue alien. iur. l. inter ſtipu. §. ſacram de uerborum obliga. & C. de teſtamen. l. furioſum. cum ſi. Quarto cum multis temporib. requiritur aliqua conditio perſonæ, ſi hoc tempore illa conditio deſijt actus uitiatur. l. ſi alienum. §. ſi extraneis. de hęre. inſtituen. cum ſi. Ergo & uitietur. Quinto probat ſic. Quādo ſic ſe habent duo, ut effectus ſurgat ex eo quod per prius fit, ſi erit concurſus eorum, non erit uitium, aliàs ſic. l. cū hic ſtatus. §. ſi ambo. de donatio. inter uirum & uxorem. Sed reformatio in propoſito debeat ſumere effectum a duobus a propoſitione capitanei, & deliberatione conſilij. Et per prius ex eo quod capitaneus. proponeret. Si ergo antequam oppo nat deſijt eſſe capitaneus ergo deſijt concurſus, & ſic erit uitium. Inducit ſexto. q. de pu, ncto, ut quando non apparet qd̄ præcedat & quod ſequatur potius inducatur totius uitiatio. ff. de rebus dub. l. ſi fuerit. & l. ſed & ſi. de teſtamen. tute. l. duo ſunt Titij. Sed hic non apparet quod prius fuerit an propoſitio, an priuatio. ergo totum uitiari debet. Induxit etiam q̄ ex eodem facto ſequitur pœna & premium. de nego. geſto. l. ſiue hæreditaria. Item quia duorum contrariorum non dicitur eſſe eadem ratio. de capi. dimin. l. 2. §. nemo. & pro ſocio.

Digitized by Google

cio.l.de illo. Item ꝙ factum l.prohibente ualere non potest l.non dubium.ff.de leg.Inducit generale quod inutile per se alij non potest vtilitatem operari.de serui.rusti. l. qui habet. Adducit etiam.l.cum patet.§.liberis.de leg.2.l.iubemus.§.sane.de sac.sanc.eccle.in auct.de nō alie.§.quia vero lenones vbi actus ex quo quis priuat̄ non valet. Finaliter cōsuluit reformationem non tenere maxime tali argumento,quædam effectum expectant a iure,quia sunt iuris & de iure. Quædā effectum non expectant, quia ius eis non afistit nec de iure sunt.In primis expectatur perfectio, & quo ad consummationem actus,& quo ac iuris effectū. Et sic inchoata tantum vel etiam terminata sine iuris assistentia nihil sunt.l.hac consultissima §.ex imperfecto.C.de testa.de fide instru.l.contractus.in fin.cum si.

In secundis quandoque expectatur consūmatio, vt quia lex de eo loquens est preteriti & perfecti temporis,quod exigit rem perfectam:& vbi delictum est de leuioribus non fingit rem inchoatam esse consummatam,& ita perfectio quæ exigitur ex natuta verbi non suppletur a fictione iuris. d l.1. in fin.ꝙ quisque iuris quandoque non expectatur consummatio.Aut quia lex de eo loquens non est sub tali verbo,sed præsentis vel præteriti imperfecti concepta,vt l.si fugitiui.C. de ser.fugiti.Et probatur hęc differentia in l. si quis id ꝙ §.ꝙ si dum proponeretur.& in d.l.si fugitiui.in solutione contrarij.de l.post liminij.§.transfugæ de capti.& post li.reuer.Aut quia est de atrocioribus in quibus inchoata finguntur a lege consummata.l.si quis non dicam rapere.de episco.& cleric. cum in eis effectus & assistentia non accedit. l. eum qui. C. de adul.Cum ergo in proposito sint duæ leges quarum vna est prodita ad delictum,& pœnam,scilicet illa quę capitaneū proponentem punit & priuat officio. vt in hac cum prolata sit per verbum præsentis tēporis & preteriti impetfecti, apparet quod ante consummatam propositionem fuit delictū vt d.l.si fugitiui.& l.si quis id quod. Ergo & pœna insurgens sine hominis facto,vt d. §. cum autem.est etiam alia lex quæ disponit de reformatione ex qua apparet quod reformatio de homicida bannito cācellando non fuit talis,vt debuit.est enim de his quæ a iure ciuili & municipali expectant & sortiuntur effectum.de iustitia & de iure.l.ius ciuile.& l.omnes populi. ergo inchoata & non perfecta quo ad effectum iuris habentur pro infectis, vbi ergo inchoata propositione capitaneus deliquit satis fuit quo ad pœnam priuationis. & sic tempore quo finiuit propositionem non erat capitaneus & sic quantum ad legem quæ de forma reformationis loquitur,nihil actum debet intelligi.Finaliter respondet ad cō traria,& quia patet ex distinctione prædicta non insisto.Vides ergo quod talis non intelligetur rebannitus, & sic non poterit cancellari. Vt tamen ista dubitatio tollatur solent apponi in reformationibus illa uerba,vc3 quod non possit opponere in consilio. & si ad actum propositionis peruenerit vel proponere cęperit ipso facto priuatus intelligitur.de qua doctrina,vide in l.filius fam.§.diui.de leg.1.per Bar.per alios & maxime Bald.in l. ea lege. C. de condi. ob cau. & etiam per Bar.in l.si ita quis. §.ea lege de verb.oblig. & de quæstione prædicta in dictis iuribus pauca tanguntur. ex decisione prædicta colligitur triplex materia. Vna quando actus cæptus habeatur pro consummato. de qua in iuribus supra alleg. Et vide quod not.Bar.in l.si is qui.ff.quib.ex cau. ma vbi tractat quando executio facta dicatur.Secunda quando debet inspici initium vel finis.De hoc vide in l.3.§.scio.ff.de minor.& ibi latius.Tertia est de natura verbi præsentis preteriti imperfecti,& verbi præteriti perfecti.de qua habetur in iuribus superius allegatis,maxime in d.l.1.ꝙ quisque iuris.& not. qđ in hac disputatione Iac.But.ostendit se fuisse doctorē subtilissimum.& vide quæ not. per doct.in l.aretusa. ff.de statu homi.& tangit Bar.in l.si post mortem.in fin.princ.de leg.1.

83 Octuagesimatertia quæstio partis erit. † Fuit factum ordinamentum quod omnes banniti communis existentes in territorio ducis Mediolani, qui illud territorium exiuerint intra duos menses, & iuerint ad seruiendum communi in exercitu suis sumptibus per quatuor menses debeant rebanniri.Qui vero non exiuerint intelligantur rebelles & in perpetuum de banno exire non possint. & omnia eorum bona intelligantur elapsis dictis duobus mensibus confiscata.Titius existens & habitans in ciuitate Paplæ fuit Florentię inquisitus,& fuerant factæ citationes secundum formam statuti.Et cum nullus copareret iudex posuerat eum in banno, & inter alios bannitos communis extiterat registratus, quæ omnia,Titius ignorabat.Elapsis duobus mensibus in exercitu communis fuit facta reassignatio bannitorum ibi seruientium.& cum non esset inuentus Titius eius bona fuerunt incorporata Ipse autem id audiens discessit de territorio ducis & in exercitum venit. Quæritur an inciderit in pœnam rebellionis & confiscationis bonorum &c. An vero seruiēs per quatuor menses debeat rebanniri? Ista quæstio habet duo mēbra principalia.Primū est an dictum bannū potuerit dari contra illū ignorantē.Secundū posito quod dari potuerit,an eius ignorantia sibi prosit.& hoc erit etiam duplex.an excusatur, a pœna,& sic excusatur an seruiens habeat statuti beneficium,& sic debeat cancellari.Quo ad primum recurre ad ea quæ dixi in primo tempore parte tertia,q.3.ex quibus patet quod aliquando potest dari, & aliquando non, si ergo in casu nostro bannum fuisset inualidum, quæstio nō procederet,quia non esset bannitus. l. 4. §. condemnatum. de re iudicata. Oportet ergo præsupponi bannum validum. Ex quo restat secunda dubitatio.& licet dubitabiles passus sint,tamen concludendum est quod non inciderit in pœnas supra dictas.Certum enim est quod statuta pœnalia non ligant ignorantes.l.fi.ff.de decre.ab ordi.faci.extra de constit. c.cognoscentes.per Archid.no.16. distin. c. quod dictis.etiā si talis reformatio fuisset per ciuitatem publice bannita, vt no.in d.c.cognoscentes. id enim quod in ciuitate est notorium ligat ibi habentes,non autem existentes extra prouinciam,& ita intelligitur quod habetur in l.si tutor.C.de pericu.tuto.& in l.2.C.de recept. extra qui matri.accu.poss.c.cū improbatur.secundum Roffr. vt refert Archi. vbi supra in l.optimam.C.de contrahen.& commit.stipu.& ibi notanter dicit qđ illud quod dicitur sufficere ꝙ quis sit voce preconia citatus.Intelligitur quando preco mittitur per totam ciuitatem quo casu dicit neminem excusari. facit auc. qui semel.C.quomodo & quando iudex.& quod ibi per Iac.But. Nec obstat si dicatur,statutum est precisum,& lapsi fuerunt duo menses antequam exiret, ergo in pœnam incidit, cum stricte debeat intelligi.l.constitutionibus.ad municip.etiam si durum sit.l.prospexit.ff.qui & a quibus.quia ille terminus non currit,nisi a die sententiæ,etiam si dicatur de proxime futuris. Debet enim subaudiri a die scientiæ secundum Bar. in consi.quod incipit,Domine Iacobę.& c. allegat.l.3.§.si qs hæredi.ff.de statu.lib.& l.si in diem.ff.de condi.& demo.Sed in hoc Francisc.de aretio in l.si cui.ff.de leg.1.dicit notanter, quod aut dispositio demonstrauit initium temporis, puta quia dixit,hinc ad duos menses. Et tunc aut pars ignorauit impedimento iuris, & non cedit tempus nisi a die scientiæ.l. si quis in graui. §.vlti.ff.ad sil.& facit.l.scimus. §.donec.de iure deliberan.secundum eum.Potest poni exemplum in proposito, vt quia fuit ordinatum quod dicta reformatio non posset propalari inde ad certum tempus. Si vero ignorauit, impedimento facti,vt quia non fuit ei notificatum. Et isto casu tempus sic limitatum currit ignoranti,quia currit ab initio demonstrato,vt eadem.l.si cui.& l.qui duos.§.i.de manumis.testa.secundum eum.Pro quo vide not.tex.cum gl.in l. qui filio impuberi.§.1.ff. de hæred.instituend. & idem dixit Bar.in consil.quod incipit.Quæritur vtrum elapso &c.& allegauit.l.placet.C.de sac.san.eccle.& l.iubemus nulli.eo.titu. quæ fuerunt verba Iaco.But. Qui vltra prædicta consulendo allegauit auc.hodie.de appella.& de mino.l.emilius. Puto tamen quod hoc casu poterit restitui ex iusta ignorantia.l.j.in fin.quibus ex cau.maior.& ꝙ vi aut clam.l.semper.§. hoc interdicto.scilicet ad remissionem pœnæ.Si vero non demonstrauit initium, quia non dixit hinc,sed dixit intra mensem simpliciter.vel dixit intra duos menses proxime venturos,& tunc intelligitur scilicet,a die scientiæ,argumen. C. de appel. auct.hodie.& quod ibi not.& de statu libe.l.3.§. si quis hæredi,quia antequam sciat non videtur posse petere.l annus. de calum.Plus enim dixit Oldra.in cons.138.quod non simpliciter currit a die sciētiæ,sed cum potest actus ille in exercitū deduci.ff.de iure dotium.l.tali.& dicto.§.si quis hæredi. & dicta.l.si in diem.quod est valde no.& vtile ad multa.ex qua distinctione colligitur decisio supra dicta inspecto themate ꝙ in pœnam non inciderit.Pro quo facit.ff.de administra.tut. l.quidam decedens.§.fi.& de his qui no.infa.l. genero. & sic restat videndum an si seruit per quatuor menses cōi debeat rebanniri.Ista quæstio ē fortior, qa licet in pœnis euitandis excuset ignorantia,& similiter in grauaminibus, vt *dictum* est supra,tamen in lucris non est ita.l.si is.§.si seruus.de acquiren.rerum domi.& ꝙ dixi supra hoc eodem tempore,parte 2.q.22. & 224. Magis enim succurritur primo quam secundo.l fi.C.de condi. ita quia dicta supra locum habent in eo qui ignorat ordinamentum, hic autem præsupponitur qđ ignoret se esse in ordinamento comprehensum. & sic ignoret qualitatem suæ personæ quæ non solet tribuere beneficium.Licet si.ff. ad macedo. l. fi.ff.pro suo. & sic videatur concludi debere,quòd licet excusetur a pœna quodcunque ignorauerit.Si tamen intra duos menses a die scientiæ seruierit vt supra,non tamen debet premium cancellationis consequi per iura prædicta.Quod verum erit si illi quatuor menses fuerint electi,vt tempus speciale, puta in obsidione alicuius loci,propter quam causam illa reformatio facta fuerit,tunc enim cum amplius illud speciale tempus non possit suppleri.ff.de vsufruct.leg.l.si vsufruct. mihi in biennium.

reban-

Digitized by Google

rebanniri non debebit. Si vero illud tempus fuerit adiectū, in genere, puta quia si conſideraverit ſtatutum de quocunque tempore durante guerra, tunc debeat rebanniri per iura prædicta quæ omni modo ignoranti tempus currere nō permittunt. Nec ob. quod dictum fuit ſupra per §. ſi ſeruus. quia aut qui tempore quo ſeruiſſet communi ignoraſſet ſe eſſe bannitum, & ſic non vt bannitus ſeruiſſet, & tunc non deberet rebanniri vt ibi, & l. 2. de condi. & demonſtra. ff. Sed ſi tempus quo ſeruit ſcit ſe bannum, & vt bannitus ſeruit, cum ei ignoranti tempus generaliter traditum non cucurrerit, vt ſupra eſt oſtenſum habere debebit ſtatuti beneficium quod eſt latiſſime interpretandum. ff. de conſti. prin. l. fin. cum ſi.

Poſt operis expeditionem ſuperuenit mihi notitia duarū quæſtionum Oldra. quas per alios tactas aut relatas non inueni, quæ licet alibi decentius ante locatæ fuiſſent, tamen cū de fauoribus bannitorum etiam tractent, & quia fuiſſet plurima quotarum mutatio neceſſaria, hoc loco quaſi oportune locantur. & prima eſt in qua conſuluit. & ideo. 84. quæritur.

84 † Titius fuit bannitus pro proditione ciuitatis propter ꝙ ex forma ſtatuti ipſe, & filij erant banniti. Poſt bannum Titius ſuſcepit filium nomine Gaium, qui Gaius parte mortuo reuerſus fuit ad ciuitatem de qua pater fuerat bānitus. & ibi ſtetit longo tempore ſicut ciuis exiſtens de conſilio, equum tenens & omnia alia faciens, quæ alij ciues faciunt. & dum ita ſic ſe haberent venit ad rixam cum Sempronio, de qua rixa facta eſt pax coram poteſtate ciuitatis, poſt quam pacem Sempronius eum interfecit, & aufugit. Poteſtas fecit eum citari. & quia non venit ex vigore arbitrij ꝙ habebat bānium eum. Nunc coram ſucceſſore poteſtatis prædicti petitur reuocari prædicta ſententia banni lati contra Sempronium, & dicitur quod licitum fuit ei impune occidere dictum Gaium, quia bannitus erat ex forma ſtatuti, de quo ſupra mentio facta eſt. Quæritur an poſſit dicta ſententia, reuocari.

Et primo videtur quod non ex vigore publicę auctoritatis, quia ipſe Gaius habebatur vt alij ciues. Ne ergo ſub eius prętextu decipiatur idem debet de ipſo ſicut de alijs ciuibus iudicari. arg. C. de his qui ve. ęta. imp. l. 1. & cum communem cum a ijs vitam duceret eandem ſentire debet in legibus diſciplinam, vt tex. ibi legitur, extra de ſtatu. mona. c. recolentes. & cum eadem pericula experiretur, iura quoque eadem ſibi vendicare debet. ff. de bono. poſſeſ. ex teſta. mili. l. vnica. circa princ. & cum par ſimiliſque militia ſit, iuſtum videtur eiſdem priuilegijs gloriari. C. de proxi. ſacra. lar. & rerum priua. l. iubemus.

Secundo facilius pœna remittitur quàm priuilegium auferatur, eo quod vnum eſt fauoris & gratiæ, alterū vero ſupplicij & pœnæ. ff. de conſti. prin. l. beneficium. de lib. & poſth. l. cum quidam. de pœnis. l. interpretatione. Sed habitus in cō muni contrarius veritati tollit priuilegium. ff. ad maced. l. ſi quis patrem. & loca. & cond. l. ſi quis ignorans. Imo etiam aliquando facit ceſſare ius commune. ff. de iniur. l. item apud. §. ſi quis virginem. de iure fiſ. l. ſed & ſi accepto. ergo multofortius tollit pœnam ſiue ſupplicium ex banno inflictum.

Tertio ſicut ſubſiſtentia veritatis actum aliquem reddit illicitum, ita & opinio communis quamquam ſit veritati contraria, ſicut ergo ſi vere bannitum non fuiſſet licitum occidere, ſic nec quando vere erat bannitus communi opinione in cōtrarium ſe habente, vt probatur aperte. ff. de acqui. hære. l. cum quidam. in ver. quod ſi ipſe. & in eo. titu. l. ventre. & ibi not.

Quarto nonne regula communis eſt quod error publicus facit ius, vt inſtitu. de teſta. §. teſtes. ff. de offic. præto. l. barbarius. C. de teſta. l. 1. ff. de ſuppel. lega. l. 3. in fin. Faciat ergo hoc caſu error publicus, quo credebatur filius Titij non bānitus, ius ſcilicet fauorabile, tam benignum ſcilicet vt impune occidi non poſſit, ſicut nec alij ciues, talis namquè error immutat aliquando ſtatū alicuius. Nam de ſeruo ciuiliū actuum non capace liberum facit. & actum ciuilium capacē vt ad literam legitur. C. de lati. liber. tol. l. vna. §. ſed & qui domini. ſic ergo hic de bannito faciat non bannitum. Dico ergo ego Oldra. de ponte de laud. ll. doctor ſalua ſemper veritate, quod ſucceſſor poteſtatis dictam ſententiam reuocare non poterit. & hoc prętereiam dicta triplici ratione. & prima ſi aliquis pulſet legatum hoſtium, traditur hoſtibus vt ſeruus eorum fiat. ff. de legatio. l. vlti. Ponte ergo ꝙ talis pulſans & hoſtibus traditus reuertitur ad nos, ſi non recipitur a nobis, non recuperat iura ciuitatis poſtliminij iure. ſi vero recipitur ea recuperat. Sic ergo in propoſito cum hic bannitus rediens receptus fuit, & in omnibus tractatus vt ciuis iura aliorum ciuium habeat, vt legitur. ff. de capti. & poſtli. reuer. l. 3. §. fi. Secunda eſt talis. Talis bannitus non poteſt cenſeri, deterioris conditionis quam hoſtis, imo hoſtis proprie dici tur. ff. de capi. dimi. l. amiſſione. §. qui deficiunt. & ad legem corne. de ſica. l. 3. §. vltim. & de re mili. l. proditores Tamen ſi ei pax ſit promiſſa ſeruāda eſt. 23 q. 1. noli. & 22. q. 4. innocēs. & qui non ſernat capite puniendus eſt. ff. de re milit. l. vlt. §. fi. licet ergo potuiſſet occidi ex forma ſtatuti, non tamen per eum qui cum eo pacem fecerat. Tertio & vltimo dato ꝙ ſententia banni fuiſſet iniqua, fuit tamen contra ius litigatoris tantum lata. & ſic non poſſet ſucceſſor eam reſcindere. C. de ſenton. reſcindi non poſſe. l. 1. & quando pro. non eſt neceſſ. l. 1. etiam ſi hoc ſtatutum quod faciebat eum bannitum fuerit coram banniente allegatum, quia propter probabiles dubitationes ſuperiores & alias non putauit cauſam illo ſtatuto iuuari. ff. de re iud. l. præſes. & l. cum prolatis. vbi eſt caſus. Hæc Oldra.

Si recte conſideras ipſe propoſuit talem filium etiam poſtea natū ex verbis ipſius ſtatuti ex ſua perſona intelligi bānitum, imo eſſe bannitum. & ſic non contradicit his quæ dixi ſupra primo tempore parte prima. q. vlti. nec quæ dicam inf. in vlti. tempo. parte ſecunda. q. 10. 4. Id autem ꝙ dixit eum qui pacem fecerat non potuiſſe impune occidere bannitū non eſt per omnia contrarium ei quod ipſe in ſua diſputatione qui incipit, Titius fecit pacem non obſtante pace potuiſſe offendere bannitum, quia in hoc themate erat bannitus tempore pacis, in illo fuit bannitus poſtea. In hoc tamen recurre ad ea quæ dixi ſupra hac eadem parte quęſtionibus 51. 52. & 53. & ex hac deciſione collige duo notanda. Primū quod per actus publicos quos bannitus facit intelligitur rebanniri. Secundo quod ſententia lata contra offendentem bannitum valet. Quo ad primum aduerte quod id poteſt eſſe verum, niſi quando ad actum rebannitionis requiruntur aliæ ſolennitates, tunc enim illis non ſeruatis in publicis actibus ſicut non valeret expreſſa rebannitio, ita non valeret tacita. l. qui ad certum. ff. loca. Puto tamen quod licet non intelligatur rebannitus nihilominus offendi nō poterit. Illud enim ſtatutum tolli poteſt alia ſolemnitate ab alio ſtatuto requiſita, vt in materia. l. omnes populi. & l. ſi quis in principio teſtamenti. de legatis. 3. Licet ergo tunc non intelligatur rebannitus, non tamen poterit offendi, cum qualitas hoſtis ſublata ſit per eius receptionem ad actus publicos de qua ſupra. Si autem actus publici fierent coram toto populo ad parlamentum vocato, vt ſit in introitu dominorum & priorum & etiam in introitu vexillorum ſocietatis in ciuitate Florentiæ, dicerem tunc intelligi rebānitum Gaium, de quo ſupra. Præſumeretur enim ſciſſe populum omnia quæ ſuis legibus continentur, & ſic contra illas in totum diſpenſare. C. de teſta. l. omnium. & l. quidam conſulebat. ff. de re iudica. & quod habetur in d. l. ſi quis in principio teſtamenti. Vis. nō munis & publici erroris inducta a populo qui poteſt maxime per viam parlamenti, facta a conſilijs quæ illum repræſentant, vt l. aliud. §. refertur. & ibi no. ff. de reg. iur. & C. quæ ſit lo. conſu. c. ſuper rub. reuocare. & ſic faciendo intelligitur reuocare, vt habetur in l. 2. C. de decre. decu. & quod not. in l. ita tamen. in princip. ff. ad trebel. iuncta. l. de quibus. in fi. cū ſua materia. ff. de leg. ſecundum quam intelligitur hęc deciſio, vt patet ex themate. & ita fuit in legibus ſiue ſtatutis loquentibus de conſortibus epiſcopi Florentini, iudicatū per collegium Florentinum.

Quo ad ſecundum vide quę dixi ſupra hac eadem parte. q. 3. Et conſidera ꝙ hic non fuiſſet lata ſententia ad petitionē banniti agentis, ſed alterius accuſantis, vel ipſius iudicis inquirentis pro iniuria facta bannito, & in proceſſu non expreſſo, licet fuerit exceptum. Id autem ꝙ vltimo dicitur tale bannum reuocari non poſſe, tempera per ea quæ dixi in primo tempore, parte vlti. q.

Altera quæſtio & ſic. 85. ſub † hoc themate formata erat. 85
Duo ſunt ſtatuta in ciuitate Paduæ. Vno quo cauet quod quicunque fuerit bannitus de maleficio præſentando alium bannitum de ſimili maleficio liberetur & eximatur a banno. Alio quod quicunque fuerit bannitus de maleficio in ciuitate Vicentiæ intra octo dies banniatur, & in libro bannitorum ponatur in ciuitate Paduæ eiſdē modis & conditionibus & formis quibus bannitus: fuerit in ciuitate Vicentiæ. Accidit ꝙ Titius commiſit maleficium in ciuitate Vicentiæ, & de maleficio eſt ibi bannitus eſt ſimiliter in ciuitate Paduæ repetitis verbis ſecundi ſtatuti in ipſo banno. Qui Titius bannitus præſentat Paduæ alium bānitum de ſimili maleficio, & vult liberari a banno ciuitatis Paduę virtute primi ſtatuti, licet hoc non poſſet in ciuitate Vicentiæ. Quæritur an hoc poſſit de iure petere, & ſic an debeat liberari. Et dicta Old. in hac q. multū diffuſe proſequitur, ſed multis omiſſis, & maxime reſponſionibus ad argumenta facta hincinde referam truncatè eius intentionem, & primo ad negatiuā, quando vnus locus adijcitur alteri, naturam eius cui adijcitur aſſumit, arg. ff. de publi. l. ſi ergo. §. ſi tamen. de vſufruct. l. ſi Titio. §. 1. & de pac. do. l. inter locerū. §. cum inter. Sed ciuitas

Nelli a S. Gemini. De Bannitis.

uitas Paduæ adijcitur Vicentiæ a qua per prius Titius erat bā nitus arg ff.de ſenato.l.pen.& exerci.l.ſi eum.§.1.ergo ex loco Vicentiæ vbi non liberatur debet iudicari.

Secundo ſic.bannum Paduæ fuit datum propter bannum Vicentiæ, & licet fuerit ex interuallo propter neceſſitatem apparentem,tamen intelligitur ſimul datum. argu. ff. ſi pars hæred.peta.l.antiqui.de mili.teſta.quærebatur.de hære.inſti. l.hæredes palam §.fi.ergo licet tollatur ſecundum durat primum,quia talium quorū vnum propter aliud eſt ademptū virtute permanentis perdurat.ff.de libe.& poſth.l.ſi ita §.j.& arg ff.ad carbo.l.3.§.ibidem.

Tertio ſententia eſt lex.ff.de iuſti.& iur.l.pe. & apparet ex ęquiparatione ad vltimam voluntatem.ff.de manu.l.ſeruus. de pig.act.l.nō eſt mirū.iūcto in auc.de nup.§.diſponat. Sed ex diuerſitate locorū effectus legis non variatur.C. de vſuc. tranſl.vlt.& de temp.in integ.reſti.l.fi.ergo nec effectus ſententiæ.& ideo ſicut Vicentiæ nō liberaretur, ita nec Paduæ, facit.ff.de poſtu.l.ex ea.& quòd ibi no.

Quarto quia bannum translatum non debet immutari ex loco ad quem eſt translatum.C.de his qui in prio.cre.lo ſuc. l.1.de noua.l.aliam.de adimen.lega.l.legatum cum ſi. Et ſic remanente qualitate banni ex loco Vicentiæ eximi non poterit.

Quintum,bannum latum Paduæ dicitur ortum Vicentiæ ff.quòd vi aut clam,lege.nam origo. ergo ſequitur quòd in exemptione ille locus attenditur. ff. de euict. l. ſi fundus.de vſur.l.1.ergo quia Vicentiæ non liberatur,ita nec Paduæ.

Sexto dicta banna ſunt eiuſdem formæ, ergo & eiuſdem ſubſtantiæ.ff.ad exhiben.l.iuli.§.ſed & ſi quis.ff.de auro & argen.leg.l.ſeia.& de verb.ſigni.l. mulier. §.1. & ſic eſſe debent eiuſdem vitæ.ad legem falcid.l.qui quadringentā.§. quod ergo.& de ſerui.ruſti.prædi.l.vna eſt via.bannum Vicētiæ durat & viuit,ergo & Paduæ.& maxime quia fortior eſt actus obligationem conſeruans quam extinguens. C. de duob. re.l fi.

Vltimo ab adęquatione facta de bannis,& ſic eiuſdē vitæ debent eſſe.C.de inoffi.dona.l ſi.

In contrarium arguit ſeptem alijs rationibus quas ſimiliter decurtabo.

Primo a natura ſuperaddit, quæ eſt vt ſuis cōditionibus & qualitatibus proprijs indicetur.C.ſi plu.vna ſent.l.1.& 2.& ff. manda.l.ſi mandato.§.paulus.de conſti. pecu.l. item illa.§.1. bannum vero Paduæ ſuperadditur banno Vicentię,ergo debet ſuis qualitatibus iudicari,& ſic Titius liberari debet.

Secundo obligatio ex banno & eius diſſolutio ſunt diuerſa,quinimo & contraria, ergo diſpoſitio ſuper vno non trahi tad aliud.l.ſi vero.§.de viro.ſol.mat.& ſi a pa.quis fuc.manu.l.pater.cum ſi.& ſic diſſolutio quæ ſit Paduæ remanet in ſuo ſtatuto.l.omnes populi.

Tertio licet plures leges prodeant a diuerſis circa eaſdē perſonas etiam eundem effectum dirigentes,non tamē ſunt eiuſdem vitæ,ſed vnaqueque durat ſm naturam ſuam inſitā producenti,vt patet in bonorum poſſeſſione de iure prætorio & aditione de iure ciuili,inſti.de bo poſ.§:aliquando.de bo poſ.ſecundum tabu.l.hi qui.& C.de iure delibe.l.licet.& qui admi.ad bono.poſ.l.2.& de ſucceſ.edic.l.1.§.largius. cū ſi.In propoſito ergo bannum Vicentiæ duret perpetuo,Paduæ tollatur præſentatione alterius banniti.

Quarto extēſio vnius loci ad alium intelligitur ſm quid non quo ad omnia.C.de ſac.ſan.eccle.l.omni.de præ.vrb.cōſtant.l.1.tit.10.& no.de legi.l.princeps.Sic ergo & tunc extēſio banni de Vicentia ad Paduam fiat ſm quid,ne vnico verbo ſtatutum Paduæ videatur tollere ſuas leges proprias. C. de inoffi.teſta.l.ſi quando.& extra de ſepul.c.certificari.

Quinto pœna debet eſſe proportionata delicto.C.de epiſc. cleri.l.ſi quemquam de hære.l.quicunque.prolixitas in duratione dicitur magnitudo pœnæ.de pœ l. aut damnum §. inter eos plus autem eſt delinquere in aliquem immediate.ad leg.iulia.maieſt.l.iul.& de capti.& poſtli.re.l.ſi quis ingenuā. Sed ſi bannum datum Paduæ pro delicto commiſſo Paduę tollitur præſentatione, & ſic minus durat,fortius tolli debet aliud datum propter delictum commiſſum Vicentiæ, quia quo ad ciuitatem Paduæ longe minus delictum eſt.

Sexto variatio loci plerunque inducit diuerſitatem quo ad exemptionem ab onere.ff.de excu.tu.l.ſed milites.§.ignominię.ff.de re milit.l.milites.§.miſſionum.& patet.C.qui nu. libe.l.1.non ergo mirum ſi diuerſimode eximitur quis a bāno Paduæ quam Vicentiæ.

Septimo redhibitoria & quanto minoris ab eodem inducę ſunt ſcilicet a prætore,ff.de edi.edic.l.1.§.1.& l.quod ſi nolit.§.ſi plures.& l.ædiles.& aliquando vtriuſque idem eſt effectus ff.de edili.edic.l.bouem.§.aliquando.& ſententia lata ſuper vna parit exceptionem rei iudi.in alia.ff.de excep.rei iudic.l.ſi is qui hæres.§.1.Sed vna tollitur banno. Alia ſex mēſibus.de edili edic.l ſciendum.§.fi. Ergo fortius in propoſito cum non ab eo.ſed a diuerſis banna procedant.

His rationibus factis,licet prolixius facit ipſe Old.reſponſiones ad vtriuſque partis argumenta.Et illis poſitis concludit vt ſequitur.

3 se realẽ nõ psona ẽ offensam:ex illo tex & ĩ l.qui seruũ. nu.3. in adulterio.ff.de uer.obl.sequit Alex.ad Bart.d.l.uerũ. & in indutijs siue treuga,ex facto cõsultus, respõdit cõ.113.in 2. in raptu ẽt percussionib.adhibitis, ut facilius mulier abduceret.allegat Ro.l.semel mora.de uer.ob.cõ.193.& 258 & pas sim cõprobat Cor.cõ.51.littera C.colu.2.in 142.littera D. col.1.in 2.& 44.col.4.littera R.in furto & adulterio l.b.4 & hãc receptiorẽ fatet ĩsignam Aug.Ariminẽ.ad Ang.trac de malefi.uer.che hai adulterato.nu.60.& pro suis oĩo. in pace fusius Carrer.§.circa quartum.nu.178.in prax.Sed in diuersam pleriq; trãsiuere;& maxime Fab.in l denunciamus. C. de his qũi ad eccles.confug.Aret.l.si ita stipul.§ grisogonus. de uer. obl.Anch.c.si clericos.in fi.de senten.excõ.in 6.Augu.sup.& moder.adden.ad Alex.d.consi.113. Ego aũt a cõi non recedendo,eam declarandam putarim,dummodo uerisimilibus argumentis,constaret furtum & adulterium odio & contẽptu commissa non fuisse;ita vt in dubio aduersus furem, & adulterum sit præsumendum, qui offensam intulerunt: Iac. de Are.Bar.d.§.quod illicite, & qui rei improbæ operam dederunt: vbi enim actus ad plura delicta se habere potest, in
4 delinquentis odium,aduersus ipsum durior capitur interpretatio:Dy.reg in obscuris.de reg.iu.vt speciatim adnotauere Ang.& Alex.d l. verum.quod tamen in principalibus verius
5 est,in alijs enim in pace vel promissione comprehensis, ubi de irrationabili odio tractatur, amplius deliberandum: ex doctr.Bar.d.§.quod illicite.nu.5.

Illud non omittam,q̃ si de raptu in nolentem,vel violentia,tam respectu fornicationis,quàm furti tractetur,reprobatum Alex.minime verum censeo.pp iniuriam,& offensam, quæ raptæ & violentiam passæ,etiam in personam fieri videtur.ex his quæ docent Bar.& Castr.d.§.quod illicite: quod & prius sentit addens ad Alex.sup. quidquid ore nimis patulo dixerint Alex.& Carrer.superius alle.

SVMMARIVM.

1 *Offensa si leuis sit, an paci vis fiat.*

QVAESTIO. 44.

1 An autem ex leui offensa, puta ex solo insultu cum armis,absque fugatione, uel (vt aiunt) adnenatione,uel etiam his omnibus.interuenientibus, paci uis fiat, dixi infra tract.de promis.de non offen. q. 101.

SVMMARIVM.

1 *Causa noua quando excuset a pacis fractione.*
2 *Causa,in maleficijs perpenditur.*
3 *Causa superueniens,a contrauentione & transactione excusat.*
4 *Promissio de non offendendo intelligitur rebus sic stantibus.*
5 *Promissio generalis de non offendendo,subsequentem causam non complectitur,*
6 *Causæ nouæ allegatio,Pontificijs decretis sublata.*
7 *Motus proprij,super noua causa moderatio.*

QVAESTIO. 45.

1 Nec ab re vulgaris illa quæstio subnectitur,An qui noua,& superuenienti cã offendit,pacẽ violasse dicatur:in qua Bar.in l.aut facta.§.cã.ff.de pœ.negatiuam sñam probauit:ex verbis Claud. Saturnini, dicentis
2 ibi,in maleficijs,cãm plurimum fore considerandam: sicut
3 nec transactioni,uel sententiæ quis contrauenire dr,si ex noua & superueñienti causa controuentum proponamus.l.cũ quæritur.cum duab.seq.ff.de excep.rei iud.l si de certa. C. de
4 tran.& quia pax & promissiones eiusmodi de non offendendo,interpretantur rebus sic stantibus, & aliqua cã minime subsequente.l.quæro.§.inter locatorem.cum vulga.ff.loca. quam sñam communi uoto,probarunt omnes; & maxime Bal.l.semel mora.ff.fol.mat.c. 1. de pace tenen. Anto.de But. Imo.c.cum in ter.de renun.ex eo text.dicentes, generalem
5 promissionem de non offendendo ex cã de præsenti, & de præterito,& non exsuperuenienti, interpretandum. Alex.ad Bar.d.§.aut facta.in l.semel mora.ff.Iolana.& consi. 19. in 1. & 115.in 4.qui de communi testatur; Rom.consi.183.respondẽdo pro eo cui hircinum opprobrium imperatũ fuit: Ias.l.qui seruum.de uerb.obli.& l.quid ergo.§. si hæres.ff.de leg. Marsi consi.76.nu.30.119.num 2.122.nu.18.& fin.503. Selsel.Dec.Alc.l.cum proponas.2.C.de pac.Tiraq.l boues.§. hoc sermone.de uer.sig.Soc.Iu.consi.103.lib 3 Grat.105,in primo.& 73 in 2.Parisi.164.in fi.in 4.& alij passim; quos hac in specie,operæ non est precium recensere.

Et hoc Quiritum iure,& in terris Imperij certissimũ est: sed in terris Ecclesiæ,videlicet in Vmbria, Marchia, & vrbe Romæ,inter constitutiones Piceni (quas in locis prædictis iussit obseruari Pau.3.1.lib bullarum fol.16.)extat motus p. prius Iul.2.q̃ in instantia appellationis, noua cã allegari non possit:forte qa quũ ĩ prima instãtia deducta nõ fuerit,aliqua falsitatis suspicio suboriat. Qui motus proprius postmodũ anno 1514.ẽt a Leone X.fuit cõprobatus:& inde anno 1521. prius reuocatus:& nuper a Pio 4.1565. alius motus pprius in uniuersa ecclesiastica ditione,emanatus,q̃ noua cã allegari,& allegata cuiq; suffragari nõ possit:loquẽs tã in treuga, q̃ in pace.& postmodũ a Pio V.1566. moderatio sequuta est: qua,principales aliquẽ ex cõprehẽlis offendẽ.do.& cõprehẽsi aliquẽ ex principalibus;nouã cãm gñaliter allegare prohibetur unde allegare uolenti,prius a Pontifice,facultas, & commissio,vt vocant,exquirenda est.

SVMMARIVM.

1 *Iuramentũ percutientis,an probet quòd lex noua cã,nõ antiqua pcusserit.*
2 *Iuramentum probat ea quæ ab animo dependent.*
3 *Iuramentum homicidæ,an probet quòd occidendi aĩo non percusserit.*
4 *Iuramentum purgationis quid,*
5 *Animum occidendi abfuisse ostendunt coniecturæ.*
6 *Animus præceptoris quòd nõ iniuriandi causa,discipulũ percusserit,iuramento probatur.*
7 *Purgatio canonica,an a iuramento purgationis differat.*
8 *Testes compurgatorij quando adhibeantur.*

QVAESTIO. 46.

1 Sed si de cã nõ cõstet; An offendentis iuꝛo credendũ, q̃ ex noua,& nõ antiqua percusserit.Ale. d cõ.19 nu.2. in primo,affirmatiue respõdit,ex vulg.reg.q̃ in his, q̃ ab aĩo
2 alicuius depẽdẽt,eius dicto stari debeat:d qua in §.aliæ,aliàs sed istę.Iast.de act.sicut & homicidæ iusiurãdo,standũ ꝓbat,
3 q̃ occidẽdi aĩo nõ percusserit,ex gl.in l.1.C. ad l.Cor.de Sic. quã singularẽ dñt Bal.c.bonæ 2. de postul.præla.& Roma.l.in illa.ff.de ver.obl.& nuncupatim hac in specie Marsi.§. diligẽter.nu.44 & nu.100 in prac.& Arno sing.44.& caut.1.& Riminal.consi.22 nu 6.Quod Cæp consi.41.nu.5.d.gl.allegãdo, iurñ purgationis appellat.Verùm mihi penitus cogitãti,nõ vr.dd.gl.ita gñaliter accipiẽdas:sed cũ quædã vrgẽt coniecturæ,q̃ offendens veterẽ cãm nõ respexerit:de quib. paulò inferius tractabit.Tũc.n.ad expurgandã offendẽtis cõscientiã, ꝓbationes minus plenas ẽt iurñ adiuuabit:sicut, & q̃ quis occidẽdi aĩo nõ vulnerauerit:vltra coniectutas, q̃ ex affinitate, personarũ qualitate,armorũ genere,percussionis loco,& cã colligunt.ex tex.ĩl.1.§.diuus.ubi Bar.Sal.Marsi.ff.de Sic.iurñ percutiẽtis probationes supplebit,vt recte perpensa docet gl. in d.l.1.C.de Sic.eiusmodi iurñ purgationis appellãdo:Bar. Imaritus.nu.4.versi si verò contrarius.ff. de quæst. & melius in l.sed & si quæcunq;.§.si magister ff ad l.aquil. in magistro
9 ludi litterarij discipulum percutiente; q̃ ẽt purgatorio iuꝛo probet, q̃ non aĩo iniuriã inferendi, sed ex correctionis cã percusserit.fusius Ias.d.§.sed iste.nu.88.& Cæph. consi.35.de quo iuꝛo comminiscunt ẽt Ang.tract.de malefic.uersi. fallario.nu.50.Cæp.d.consi.41.Calcag.109.nu.9.Blan.repet.l. fin. nu.64.ff de quæst.& Iodo.Brug.Enchiri.re.crimi.11.de purg.
7 can.quæ canonica expurgatio a iuꝛo,de quo sup.aliqualiter differre vr.suamque formã habet,quum infamatus a crimine,se immunem prætendit,& iurat,& cõpurgatorios testes,
8 se credere illum verum iurasse asseuerantes adducit; quam formam tradunt Guiliel in Spe.tit.de abolitione.§. nunc de purgatione dicamus,Alci.in praxi.eo.ti. in fi.eo.c.cõstitutus. & c.accepimus.de purg.can.& Simancas tracta. de hære.c. 54.quæ in iuramento de quo sup. & in supplendo probationes eorum,quæ in animo consistunt, non est necessaria.

SVMMARIVM.

1 *Offensio an ex antiqua,uel recenti causa,facta præsumatur.*
2 *Causa offendendi,ex circunstantijs perpenditur.*
3 *Temporis diuturnitas,offensionis obliuionem arguit.*

Qualitas

Digitized by Google

4 *Qualitas personarum in discussione causæ attenditur.*
5 *Reconciliatio arguit nouam causam.*
6 *Offendens non præsumitur, quòd iterum offendere voluerit.*

QVAESTIO. 47.

1 Sed & adhucin ambiguo versamur, an offensio, ex antiqua vel recenti causa facta præsumatur: in quo Hypo. si. 503. l. 1. §. fi. ff. de qō. §. aggredior. in pra. n. 85. & rub. de fideius. nu. 151. multa more suo allegādo, sentire vī offendentē in dubio ex cā superuenta, & nō veteri, & sic ex licita, & non illicita, vt pęna euiterur, motum præsumi: quem plerique in hoc sensu sequunt: credentes eiusmodi interpretationem fore faciendam etiam ꝙ de noua cā non constet.

Verū si maiorū nostrorū scripta penitius perpendamus, ea oīa sunt intelligenda, quū de utraque cā antiqua, & noua, legitime constat: tunc.n. in dubio, ut ea capiatur p̄sumptio, qua pœnā effugiamus: ex recētiore, magis q̄ veteri, offensio nō facta p̄sumemus: non aūt ꝙ noua, si nō appareat, p̄sumatur, & doctrina Bal. cōiter recepta. in l. si prædium. C. de ędil. ac. nu. 17. quam singularem dicunt Alex. & Ias. l. qui seruū. ff. de verb. ob. Alex. l. semel mora. ff. sol. mat. cons. 19. in 1. & 115. in 4. Rom. d. cōs. 183. in fi. Dec. 406. Paris. 165. nu. 26. in 4. Ruy. 10. in 4. Grat. d. cons. 73. Ceph. 35. & alij passim.

2 Perscrutandus est insuper, hac in specie, animi offendentis motus, ex offensæ & actuum qualitate, & proportionabilitate sequentis offensæ ad priorem, ut si occasione vulneris, vel homicidij, pax sit facta, uel promissiones de non offendendo præstitæ, pro pugno vel leui percussione subsequuta, nō cēseat percutiens antiquā offensam vindicare voluisse, q̄ bene sciebat ex leuiore offensione, se absoluturum nō fore.

Idemque si ex superuenienti causa leui, & quæ vix ad iracundiam prouocare poterat, & verbis vel pugno dilui: atrox vulnus pluresve percussiones infligantur, vel homicidium perpetretur, vero enim propius est, vt ad prioris grauis offensæ vindictam, eiusmodi offensiones factas diiudicemus, ex doctrina Bald. d l. si prædium. Nisi tamen aliq̄ coniecturę,
3 uel longus temporis cursus, ex quo offensionis obliuio præsumatur, aliud nobis suadeant, quod & perpendisse videntur Alex. dicto cons. 115. & Soc. iun. cons. 103. in tertio.
4 Inter quas nec personarum qualitas negligenda est, vt magis pro vili quam pro honori incumbente, si de promissionis fractura, & magis pro nobili, & honorem profitente, quam pro vili. si de pace tractetur, magisque pro comprehēto, quā pro principali præsumamus, ex doctrina Bart. alias allegata in l. licitatio. §. qđ illicite. in fi. ff. de publica. & uecti.
5 Sicut & potius pro noua causa respondendum est, si post pacem actus sociales, & reconciliatio familiaris, & extrinseca probetur, ex his quæ docet Bal. in l athletæ. §. dat remissio nem. ff. de excu. tut. per tex. in §. fi. Inst. de iniur.

Illud omittendum non censeo, ꝙ facilius pro eo qui offendendo prioribus cautionibus causam dedit, quam pro eo
6 qui offensus fuit (quod ad nouam causam pertinet) præsumitur, quia qui iam offendit, ꝙ postea uelit ueterem iniuriam refricare, in dubio non est præsumendum.

Hæc tamen omnia plurimum iudicis arbitrio relinquuntur, qui ex his & similibus coniecturis, quas breuitati studendo prudens omitto, quæ nam causa inspici debeat, arbitrabitur, & in dubio in humaniorem partem inclinabit. vt in terminis scripsit Ale. cons. 19. nu. 2. in 1. & in simili Alc. trac. de præs. reg. 3. p̄scr. 39. post Abb. in c. afferte gladiū. de p̄sump.

SVMMARIVM.

1 *Causa qualis esse debeat, ut a pacis, induciarum, uel promissionibus de nō offendendo fractione, excuset.*
2 *Causa debet esse prouocans, & probabilis.*
3 *Causa, quæ non est prouocans, non est causa.*
4 *Titulus habetur pro non titulo, si sit inhabilis.*
5 *Mentitio, uerba iniuriosa satis diluit.*
6 *Verba uerbis diluuntur.*
7 *Causa, an debeat esse iusta.*
8 *Causa, quæ ex ludo uel ebrietate processit, an excuset.*
9 *Causa iniusta, colorota, & temeraria, quòd excusat, quomodo intelligēdū.*
10 *Causa magis probabilis, ad excusandum in pace requiritur.*
11 *Causa noua facilius cum de pace agitur, præsumitur.*

QVAESTIO. 48.

1 Quæ autem causa satis sit ad excusandum a pacis vel promissionis de non offendendo fractura, vltra ea quæ scripsi supra. quæstio. 44. & infra titul. de promis. de non offendendo. q. 101. Hyp. cons. 119. respondit quamlibet causam, quantumuis leuem, iniustam, & coloratam excusare: allegat Alex. cons. 19. in 1. Ias. l. qui seruum. ff. de uerb. obl. & alios de quib. ibi: & vulgarem illā reg. ꝙ q̄libet cā ēt iniusta, & colorata, excusat a dolo, & a pœna. l. plagij. C. ad l. Fla. de plagi. quē quotidie, qui reorum partes tuent, adducunt.

Sed mihi pęnitius cogitanti, quaslibet causas temerè admittendas non videtur: sed quæ sint probabiles, prouocan-
2 tes, & quæ percutientem ad iracundiam uerosimiliter mo-
3 uere potuerint: causa enim, quæ est prouocans, pro non cau-
4 sa habetur; sicut & titulus pro non titulo, si sit inhabilis. l. nec ullam. §. 1. ff. de peti. hære. & ita causam nostra in specie, considerat Alex. cons. 115. num. 4. in 4. ibi & postea superueniat noua aliqua causa aliquem ad offendendum prouocans; & Corn. cons. 51. in 1. litera H. ibi, quum itaque dictus Blasius fuerit prouocatus &c. & verosimilitudinem causæ, vt supra perpendendam fore Cæph. cons. 35. in 1. aliàs facile foret rixandi ansam quærere; & inde mendicatis, & procuratis causis, a pœna ruptæ pacis, uel fideiussionis se excusare: Et ideo dum Fisci partes tuerer, obtinui Vrbini, percutientem a dicta pœna non excusari, in quem iniuriosum verbum prolatum fuerat; si post mentitionem, etiam vulnus superaddidit; quū
5 enim mentiri respōdisset, honori suo satis prospexerat: teste
6 Ias. in l. ut uim. ff. de iusti. & iur. num. 36. Nempè quia omnis iniuria quæ verbis sit; verbis quoque diluitur. l. nihil tam naturale. ff. de reg. iur. Et si quę uerbalis iniuria facta fuerat, quę ad offendendum causam præbere potuisset; ex sequuta mentitione, sublata erat & honos verbalē iniuriā proferentis, penes ꝙbos viros, læsus remanebat. l. 1. ff. de his qui no. infa. ut in simili dicebat Alcia. cons. 1. col. 4. inserto in trac. de duello.
7 Illud palam est; non requiri, ꝙ causa sit iusta, ideſt, ꝙ sit a lege sic probata, vt licita fuerit vulneratio vel occisio: vt in l. gracchus. C. de adul & simil. Sed satis est, vt eiusmodi sit, quæ percutientem ad iracundiam, quæ etiam in probo viro cadere possit, monere potuerit: vt supra. ex his quæ scribit Bald. cons. 57. in 1. aliàs 195. in 2. in nouis; incip. laudare uos. col. 3. ubi probat etiam eam causam, quæ ex ludo vel ebrietate pro
8 cesserit, satis esse; & ex Alex. d. cons. 19. de eo qui grauiter percusserat, pecutientem eius bouem, damnum dantem; quem accusare debuerat: Et licet hæc a delicti pœna non excusent; non sequitur, quin a conuentionali, seu pacis pœna excusationē præbeant: quū cōstet offensionē, non ex antiqua iniuria, sed ex noua, quæ offensi culpa processit, secutam fuisse.
9 Nec ita passim abutenda est dicta regula, ꝙ quælibet causa, etiam iniusta, temeraria, & colorata (vt aiunt) excusetā pœna; de qua Bal. Soc. Ias. l. unica. ff. si quis ius dicen. non obtemp. quia in delictis non procedit; & qnando quis ea facit, quæ expresse sunt contra bonos mores, & vtroque iure prohibita, tunc enim iniusta causa quemquam non excusat: & quem in dolo fuisse præsumit: vt declarant post alios Cur. Iun. l. si quis id quod. num. 42. ff. de iurisd. om. iud. & Gomes. reg. de impet. benefi. uiuen. q. 3. ita d. l. si plagij. interpretantes.
10 Illud non diffiteor, ꝙ magis probabis, & prouocans requiratur causa, ad excusandum pacem habētem, vt honori eius consultum sit; ne pacis fractor, & proditor dicatur, quàm nō offēdere cauentē; Vt e diuerso ēt dici posse uideat, in pace, q̄
11 rancoris, & odij finis est, facilius nouam cām præsumēdam, q̄ in eiusmodi de non offendendo promissionibus, & indutijs, propter quas, non id ꝓp inimicitia & rancor aboletur.

SVMMARIVM.

1 *Credulitas inanis a pacis fractura an excuset.*
2 *Vindicta transuersalis, nec, quidem brutis conuenit.*

QVAESTIO. 49.

1 Ex quib. satis dubium redditur Parisij responsum cons. 165. in 4. ꝙ Titius audiens eius consanguineum a Seio, quo cum pacem, pro se & cōsanguineis habebat, vulneratum, pacem violasse dicatur, si alium Seij consanguineum percussit; ea credulitate motus, quæ a fide digno processit, & nouam offendendi causam tribuit, licet inanis fuisset credulitas, & falsus rumor; allegat congesta in simili a Feli. c. licet eli. de simo. & Lap. decision. centesima. & profecto in casu illo, in quo non is qui vulnerasse dicebatur, sed alius offensus fuit, ipse contrarium iudicassem, vindictæ
2 enim quas transuersales uocant, nec quidem a brutis animalibus perpetrantur, nempe quia in illis, nec iracundiæ calor, nec sanguinis commotio potest operari. l. quidquid calore. ff. de regu. iur. Vltra ꝙ etiam aduersus eum, quem vulnerasse rumor esset, qui pacis fœdere deuinctus est, nimis credulus esse non deber; ex Vlpia. in l. 1. ff. de eo per quem fac. erit &c. Itaque nisi fama seu rumor esset vehemens, vel a duobus vel vno non vulgaris, sed spectatæ fidei, & de visu testantis eiusmodi credulitas procederet, extaretque cum eo, qui vulneratus vel occisus diceretur, maxime sanguinis coniunctio, quæ primum vel secundum gradum non excederet, in pacis fractione, in re tam ardua, temere credulum non excusarem.

SVMMARIVM.

1 *Aggressor si non apparet, an pacis fractioni sit locus.*

QVAESTIO. 50.

1 Sed an a pacis violatione, satis excusari debeant, qui ad inuicem digladiari reperti sunt, si quis aggressor fuerit, non constet, quæstio est quæ altiorem indaginēm requirit, de qua dixi inf. tit. de promis. de nō offen. q. vlt.

Digitized by Google

Octauiani velpelli, De Treug. & pace.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pacem uiolantis.*
2 *Homini, hominem insidiari nephas.*
3 *Pax, & securitas differunt.*
4 *Securitatem frangens, qua pœna puniatur:*
5 *Induciarum publicarum uiolatores, quomodo plectantur.*
6 *Miles qui iniußu Imperatoris, commilitonem ad singulum certamen prouocat, quomodo puniatur.*
7 *Patri propter pacem bannito, alimenta non debentur.*
8 *Pacis uiolatoribus, quæ pœna ex constit. Marchiæ, & decretis Pontificijs imponatur.*
9 *Libra legalis apud Romanos qualis erat: & qualiter leges de libra loquentes, accipiantur.*
10 *Verba in potiore significatu capienda.*

QVAESTIO 51.

1 Quæ autem pœna pacis violatoribus iure nostro imponatur; ostendit Friderici Primi constitutio. tit de pac. ten. cap. 1. occidenti, capitalem; vulneranti, amputationis manus, fustibus percutienti, barbam vel crines expilanti, decem librarum, manu vacua, quinque pœnã imponens, extat & alia subsequens. tit. de pac. iur. fir. cap. 1. §. si quis verò usu temerario, ciuitati centum, opido triginta: Ducibus, Marchionibus, & Comitibus quinquaginta, capitaneis uiginti, & inferioribus trium librarum auri pœnam præscribens.

Sed pœnæ d. § si quis verò, mihi procedere videntur, in pace iuramento firmata, quam cum omnibus iure naturæ, & euangelico, habere debemus. §. iuris præcepta. Insti. de iure nat. Pau. Roman. 12. cum enim natura inter nos cognationis quoddam genus instituerit, hominem homini insidiari
2 nephas est. l. ut uim de iust. & iure, & quam etiam nullæ inimicitiæ præcesserunt, non autem in ea quæ post iniurias, iure gentium fuit introducta, quæ, & reconciliatio appellari solet: In qua, siue inter ciuitates, siue inter singulares personas facta sit; siue ab Imperatore indicatur, prioris constitutionis pœnæ locum habent, tit. de pac. ten. ut ibi docet Bal. in prin. Barto. l. 1. num. 6. ff. ad l. Iul. maiest. sentit uiolatorem pacis in l. Iul. maie. incidere; per tex. ibi, sed loquitur in pace publica, quam ciuitates adinuicem faciunt; Vel dicamus eum male interpretari uerbum securitatis, de quo in tex. dum dicit, hęc lex potest intelligi in securitate, hoc est quando duæ ciuita-
3 tes faciunt pacem: quia aliud est securitas, aliud pax, prior enim temporalis est, absque odij dimissione, secunda verò perpetua cum rancoris extinctione, teste Pau. Iureconsl. in l. postliminium. §. indutias. ff. de capti. & postlim. reu. Et d. l. 1. procedere videtur in securitate data a pop. Roman. unde in ciuitatibus superiorem recognoscentibus, tam grauis pœna non esset infligenda, sed extraordinaria; attenta personarum qualitate, ex his quæ scribit Guid. Papæ. q. 418. de rumpente saluaguardiam (vt aiunt) francigenæ, & ita intelligendus est
4 Ioan. Fab. in l. denunciamus. C. de his qui ad eccle. confu. dum dicit, ꝙ securitatem frangens. l. Iulia. maie. punitur. de quo, ẽt Steph. Aufr. ad Capel. Tolo. quæst. 489. quibus & ad stipulari videtur Bonifac. Vitel. tractat. de malefic. titu. de treug. numero quinto, & Ioan. Brug. titu. de pac. ac induti. uiolatio.

Illud in confesso est, authoratos milites, qui publicas indu-
5 tias temere violarent, vel publicæ pacis turbatores existerẽt,
6 ut qui iniussu Imperatoris sui, commilitonem ad singulare certamen prouocarent, capitali pœna puniendos. l. final. §. miles. ff. de re mili. uel saltem d. constitu. Frideri. de pa. tenen. uiginti libris auri plecterentur, ut in proposito scribit Alcia. consi. post tract. de singu. certa. colum. 2.

7 Alia insuper pœna pacis violatoribus imponitur, quia licet patri etiam bannito filius alimenta debeat exhibere, secus tamen si propter violatam pacem sit exul. ca. 1. §. si quis hominem. de pa. tenen. quod & probat Alcia. lib. 1. de uerb.
8 sign. fol. mihi 29. Extant etiam maiores pœnæ, publicæ pacis violatoribus impositæ, libro consti. Marchiæ 4. rub. 43. in antiquis, pro locis ubi seruantur, & etiam eorum receptatoribus, etiam ꝙ pax, siue indutiæ inter priuatos factę forent, ex bullis Pij 4. & 5. in tota ditione ecclesiastica locum habentibus.

9 Et quia in dd. constitutionibus Imperialibus de pœna librarum, mentio facta fuit, in priore quidem simpliciter, & in sequenti de libris auri, sciendum, olim apud Roman. prout & hodie pænes nos legalem libram duodecim vncijs constare, & vnciam ex dragmis octo, ita vt septuaginta duo aurei tũc temporis libram constituerent, & ex nostratibus sex & nonaginta, vt habetur ex Demetrio Alabaldo titul. de ponde. & mentu. ex Gomes. reg. de ualo. exprimẽ. in impetr. benefi. q. 9. & nouissime ex Couarru. tract. numisma. c. 4. & ita libra auri de qua supra capienda est; Prior vero quæ simpliciter profertur, non de libra ponderali, sed de numerali expendenda videretur, eiusdem valoris quo stater, & mina videlicet quatuor dragmarum auri, & sic quatuor nostratium aureorum vt tradunt Georg. agric. de ponde. & mensu. Bude. de asse. lib. 4. Et de hac libra sensisse Arcadium & Honorium. C. de cupres. ex luco Daph. lib. 11. (quantumuis de libra auri fiat mentio) uoluere Moderniores Galli tracta. de contract. q. 100. uum. 780. & Gomes. supra ex proportione pœnæ, & præmij de quibus ibi, quum non sit uerosimile, ꝙ pro plantatione unius cupressus, fiscus libram auri, idest septuaginta duos aureos dare voluerit, & vendenti, uel ementi cupressum, pœnam quinque librarum auri. idest tricẽtorum, & sexaginta aureorum imponere, sed longe minorem.

Verum eadem ratio suadet, libras de quibus in priore constitutione simpliciter Imperator commiscitur; de libris auri, quarum septuaginta duæ facerent libram, accipiendas; quia non est verosimile, ꝙ pacem violanti, cum barbæ expilatione, quinque librarum numeralium, & sic viginti nostratium aureorum tantum, pœnam imponere cogitauerit, alias data proportione pœnę ad delictum; Imperatore loquente, de libris imperialibus intelligerem, vt habetur titu. de pac.
10 constan. cap. in causis, scimus enim verba in dubio in potiori significatu fore accipienda. l. 1. §. qui in perpetuum. ff. si ager vectiga. uel emphyteu. pet. l. quæritur. ff. de ſta. homi.

SVMMARIVM.

1 *Pœna pacem uiolantis, a iure communi imposita, an ex conuentionali sublata censeatur,*
2 *Pœnæ diuersæ sicut natiuitate, an etiam impositione uel exequutione cũcurrant.*
3 *Pœna canonica an statuto tollatur in criminibus mixtis, si stat. maior est.*
4 *Legis condendæ, qui potestatem non habet, nec quidem habet abrogandæ.*

QVAESTIO 52.

1 Anautem violati fœderis pœna, communi iure imposita; ex ea quæ in instrumento scripta reperitur, sublata censeatur, maxima fuit inter maiores nostros altercatio: ita vt Cyn. in l. qui sepulcra. C. de sepul. uiol. nu. 3. negatiuam magis communem affirmet, sequitur Bar. l. 1. uersi. quæro. ff. ui bon. rapt. nisi nominatim dictum sit, legi, conuentionali pœna abrogari, vel præsumptiones aliud suadeant, quod & prius senserat Dy. ibi. & in l. fin. ff. de noua. adducens pro præsumptione, quando municipali lege caueretur, ꝙ vbi pœna statuto non exprimeretur, foret ad ius cõmune recurrendum Sali. d. l. qui sepulcra. nu. 6. & 7. dubium habens animum huc atque illuc impellitur, nõ negando tñ,
2 ꝙ licet diuersæ pœnæ natiuitate concurrant, secus tamen in petitione, & exequutione. Abb. post glo. Inn. & Butr. in c. de causis. nu. 13. & seq. Bart. sententiam pro vera, & communi contendit, nisi extarent coniecturæ, de quibus sup. Cæpol. consi. 14 nisi statutum subsequens, minorem pœnam imponeret, vt ibi num. 5. uel vna lex vni, altera alteri, applicaret. ut ibi num. 6.

Sed in diuersam sententiam transiuere Bald. l. data opera nu. 20. C. qui accu. non possunt. & in d. l. qui sepulcra. & aut. sed nouo iure. C. de ser. fug Castr. l. 1. §. dixerit. num. 5. dicens, ita in practica obseruari. Ang. in auth. de sanctis epis. §. fi. & in § quadrupli. col. 8. Insti. de act. Albe prima par. stat. q. 8. subdens sic Ianuæ dispuratum, & resolutum fuisse. Gors. consi. 114. littera. B. in 1. Dec. d. c. de causis. nu. 28. Marsi. in praxi. §. quæritur. nu. 5. & consi. 61. Gram. 35. num 56. dicens, ꝙ ita totus mundus obseruat, & respondit in terminis Alcia. con. 55.
3 tom. 1. lib. 2. & sub priore impressione 453. de communi fidem faciens, & in pœna canonica, vt tollatur statuto quando statuti pœna est maior, uel saltem non est minor, etiam in criminibus mixtis, ut licet pœna excommunicationis, quæ cognoscentibus moniales imponitur. cap. uirginibus. ubi gl. & Arch. 27. quæst. 1. sublata censeatur, si quis statuti pœna sit punitus. cap. felicis. ubi Lap. & Gemi. de pœ. & c. 1. co. ti. in 6. & ita in Vmbria, Piceno, & Romandiola quotidie obseruatum scio.

Putarim tamen hoc (in specie nostra loquendo) in pœnis conuentionalibus, quas paciscentes eorum met arbitrio, Prę
4 tore absente adscribi faciunt, non procedere, pœnes quos sicut condendæ legis, ita & abrogandæ nulla est potestas, reg. eius est. de reg. iur. in 6. & quia facere nõ possunt, quin pœnæ a lege impositę locum habeant, arg. l. nemo potest. cum vul. de leg. 3.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio pacis, si a consanguineis non sit facta, an sequuta interim contrauentione, pœna committatur.*
2 *Ratificatio re non integra nihil operatur.*
3 *Ratificatio re non integra nihil operatur.*
3 *Iuramentum, facit actum ualere omni meliori modo.*
4 *Verba cum effectu in promiss. de ratificari faciendo quid operetur.*
5 *Clausula, alias de suo &c. quid operetur.*
6 *Moram, quando diluat difficultas.*

QVAESTIO. 53.

Nec ea negligenda est quæstio,

quæ quotidie in foro versatur, & a maiorib. nostris summis
1 (vt aiunt labijs) degustata est: An pace pro se & cõsanguineis facta, si vnus ex comprehensis antequam ratũ habeat, offendatur; pœnæ fractæ pacis sit locus: in qua Dyn. in l. si vxor. §. si quis plane uxorem. ff. de adul. negatiuam amplexus est, ẽt ratificatione offensi subsequuta; tamquam res amplius nõ sit
2 integra, & ad actum commissum non porrigatur: allegant Cy. cum eo. in l. fi. q. 1. num. 5. C. ad maced. qui nihil ad rumbum: item & Bart. d. §. si quis. nu. 4. qui tamen pro opin. Dy. non figit pedes. Bal. d. l. fi. nu. 2. Dy. sequutus est: quia, dicit ipse, offensus ante ratificationem, nõ erat adhuc in pace actualiter, sed potentialiter comprehensus: cum quibus transire vĩ ẽt Sali. d. l. fi. in prin. uer. ex his infertur. Barbat. in addi. ad Bar. d. §. si quis. & post eum Dec. l. contractus. nu. 16. ff de reg. iu. & consi. 226. num. 7. 531. nu. 10. Cur. iun. cons. 52. nu. Soci. iun. consi. 103. num. 15. in 3. defendendo Petrum Corbolum Vrbinensem. & Bos in pract. crim. tit. de pa. nu. 27. allegando Bar. supra, qui, vt iam dictum est, nihil firmat.

In diuersam sententiam tendisse videtur Castren. in l. bonorum. uu. 5. ff. rem rat. habe. aduersus Dyn. ex eo q̃ ratificandi potestate pendente nihil innouari debebat; nisi ad ratificandum terminus assignatus fuisset: & Cor. consi. 40. in 2. qui ex facto respondit pœnam aduersus promittentem committi ẽt q̃ de rato sit promissum, & ratificatio nõ fuerit subsequuta; si interpellatio ad ratificandum non præcessit, quæ in promissionibus facti affirmatiui, necessario requiritur. l. si stipulatio esset. de uerb. obl. ex Alc. consi. 145. in 5. uel si pars offensa quoque, in ratificandi mora extiterit. arg. l. uiro atque uxore. ff. sol. mat.

Memini me alias, dum fisci status Vrbini patronus, eius partes tuerer; hac distinctione, eiusmodi non factæ ratificationis exceptionem, pluries refelliss: q̃ aut pax pro se, & consanguineis, simpliciter inita est; & promissum q̃ consanguinei pacem obseruarent sub pœna; & nihil de ratificatione dictum, & tunc pœnam siue conuentionalem, siue prætoriã aduersus promittentem committi; qui uoluit, & potuit pro alijs obligari: iux. consi. Cor. supra, ex quauis parte fiat contrauentio: sentit Paris. consi. 164. num. 19. in 4. ibi non simpliciter pro omnibus, &c. quod iure canonum, & iuramento
3 accedente clarum est: quod facit actum ualere omni meliori modo: vulg. l. cum pater §. filijs de leg. 2. unde intelligũtur paciscentes se curaturos, q̃ consanguinei pacem ratam haberent: Bal. Ab. Fel. c ex rescripto. de iu. iur. & docent scribentes, max. Rom. Alex. Iaso. l. stipulatio ista. ff. de uer. obl. Soc. cõs. 36. in 3. Parisi. 209. nu. 11, in primo, & 16. nu. 119. in 2. nisi tamen pax ab eis ratificata fuerit, quia tunc conuentionali. & legalibus pœnis ratum habentes tenerentur: & promittens conuentionali tantum: cui tamen aduersus eos, qui ratum habuere; & contrauenerunt, pœnæ repetitio concederetur, vt infra q. 61. Aut loquimur respectu promittentium tantũ, videlicet ut ipsi pro pœna conueniri. & conuenire possint, & legalibus pœnis subijciantur; & tunc non factæ ratificationis exceptio, quæ promissa non fuit, inanis est: ut respondit Goz. consi. 3. nu. 16. qui sic declarat doctrinam Barto. in d. l. si vxor. §. si quis. ff. de adul. Hyp. Rimin. inter consi. crim. diuer. consi. 134. num. 17. tomo. 1. & est nimis clara conclusio, licet viderim plerosque multi nominis aduocatos; eiusmodi exceptionis clipeo, ceu meduseo, reorum partes tueri uoluisse.

Aut promissum fuit, ita facere & curare, q̃ consanguinei ratificarent: absque temporis præfinitione: & tunc si promittens, sibi possibilia fecit, & sequatur contrauentio, inter cõprehensos, qui ratum non habuerunt, vel quia unus ex comprehensis, alterum ex principalibus promittentibus offendat; pœnam non committi: vt communi voto adfirmant Bar. consi. 236. inci. Martinus, & in l. in illa stipu. ff. de uerbo. oblig quem ibi moderniores sequuntur: Iaso. l. stipulatio ista. eo. tit. nu. 10. But. Abb. c. gemma. de sponsa. Fed. Senen. consi. 122. Aret. 143. Dec. l. impossibilium. ff. de regu. iur. consi. 313. & alij passim.

Videtur tamen q̃ ad interesse teneatur; nisi diligentiam in ratificari faciendo adhibuisse constet: ex his quæ docet Bal. c. domino guerram §. ad hæc. tit. hic finit lex Cor. Soc. cõsi. 133. in primo. Curt. Iun. 74. Gozad. 27. Ripa. §. Cato. num. 59. ẽt nulla interpellatione præcedente, ex quo ad ratificationẽ curandam se obligatum sciebat, & consequenter in mora versari. teste Alex. consi. 127. in 5. & 157. nu. 2. in 6. & Ay. 64. in prin.

Sed in diuersam sententiam tendit Dec. consi. 2. l. quod testi cer. peta. & plerique quos allegat: quem probare videtur Alci. consi. 145. in 5. uolentes absque interpellatione, moram non committi: nec consequenter pœnam.

Quos ipse, si sequuta sit offensio; q̃ promittens prius ratificationem commode curare potuerit, sequi non soleo: prout & sentit Cor. consi. 248. littera F. uer. accidit in 4. nec Dec. & Alci. recte perpensi hac in specie contradicunt.

4 Verùm non procedit dicta conclusio, cum post promissionem de ratificatione curanda, fuit addita vox cum effectu, vt in Italia crebrius fieri videmus: quæ indicat actum esse, vt omnino res efficiatur: ut probare videtur Alcia. d. l. quod te. uer. in potestate tua. nume. 10. ex tex. in l. si non mortis. §. si quis. ff. de inoffi. testam. quidquid dixerint Arc. consi. 143. & Dec. d. l. impossibilium. num. 6. ea uerba de uera, & non ficta diligentia interpretantes: quos sequi non possum, Alcia. præceptoris mei authoritate neglecta: pro qua etiam adducere consueui tex. in §. si quis alium. Instit. de inutil. stip. ibi, quod si effecturum se vt Titius daret, spoponderit, obligatur.

5 Et idem si superaddita sit clausula, alias de suo &c. ex quo volnit, & potuit pro alijs obligari, ut supra.

6 Sicut, & obligatur qui simpliciter consanguineorum ratificationem promisit: scire enim debuit se id promittere, quod in sua facultate non erat: vnde actum videtur ne difficultas excusat; prout nec qui aliũ in iudicio præsentare promittit, non excusatur. l. sancimus. C. de fideiuss. cum his quæ fusius congerit Alc. sup.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatio pacis, si a fratre promissa fuerit, sub pœna, quum fratres maiores fuerint, an uno maiore effecto, ratificare nolente, pœna committatur, antequam cæteri maiores fiant.*
2 *Dictio, uterque, vtriusque concursum requirit.*
3 *Testator non præsumitur extraneum propriæ soboli præferre uoluisse.*
4 *Pluralis loquutio, quandoque separatim accipitur.*
5 *Absurdum ne sequatur, uerba coniunctiue, & disiunctiue capiuntur.*

QVAESTIO. 54.

1 # Quandoque etiam dubitari cõtingit,

An fratre de morte patris paciscente, & se curaturum promittente, quòd fratres ipsius, maiores facti, ratificarent sub pœna; expectari debeat, quòd omnes ad ætatem legitimam perueniant; vel priore renuente, pœna statim committatur. Alber. in l. cum quidam. C. de impub. & alijs subst. censuit non prius committi, quàm omnes maiores facti, ratificare detrectauerint: ex illo tex. qui recte perpensus, hoc non
2 probat: Tum ex vi verbi collectiui uterque, quod mortis utriusque concursum requirit. l. Lucius. §. Gaio. ff. ad Treb. l. si hæredem plures. ff. de conditio. instit. tum ex mente testa
3 toris, qui filijs substituens, si uterque impubes decesserit; cogitasse præsumitur ut primo decedenti, frater in eius portione succederet, nec extraneum, propriæ soboli præferre uoluisse: iuxta Sabini sententiam, a Iustini. relatam, & vulga. doctor Bartol. in l. quidam testamento. de vulga. & pupil. Secus igitur in casu nostro, in quo nulla dictio vniuersalis apposita proponitur, & ubi de filiorum fauore non tractatur, allegat etiam. l. quamuis. eodem titul. quæ a re nostra nimium deuiat; Itaque me municipem non habebit, nisi cum uniuersa
4 lem dictionem superadditam supponeremus, nam ea promissio, licet pluralis sit, pro eo oportet accipi, atque si separatim de quolibet fratre facta fuisset, vt expressis uerbis dicebat Paul. l. falsa demonstratio. §. si quis. ff. de condition & demonst. & adnotant DD. in l. si plures. C. de cond. inser. quod & probare videtur Iason. l. 4. §. Cato. numero 56. de uerbor. obliga.

Accedit, quia aliàs sequeretur inconueniens, quòd maior factus, inrerim in pace non comprehensus, homicidam offenderet, contra bonum publicum, & contrahentium mentem, est ne sequatur absurdum, & inconueniens, & ne aduersus paciscentium mentes eamus, ea fit interpretatio, vt
5 uerba dubia disiunctiue, & couiunctiue capiantur. ex his quæ tradit Bal. d. l. pen. & Castrẽ. consi. 200. uisa supra scripta. num. 3. in anti.

Digitized by Google

Octauiani Velpelli, De Treug. & pace.

SVMMARIVM.

1 *Pax sub conditione, quòd bannitus intra certum tempus, uel absque pacisc entis licentia ad patriam redire non possit, an ualeat.*
2 *Conditio contra actus naturam reijcitur.*
3 *Benefacere etiam illis ex Euangelio tenemur, qui oderunt nos.*

QVAESTIO. 55.

1 Sed quid si pax ea conditione facta proponatur, q̃ bannitus intra certum tempus, uel absq; offensi licentia ciuitatem ingredi non possit? quod in statu Vrbini, vt plurimum fieri consueuit: An eiusmodi pactio va-
2 leat, & uidetur pacem valere, & conditionem tanquam cõtractus naturam reijciendam. l. 1. §. pen. ff. depo. l. cum præca-
3 rio. ff. de præca. præsertim quia etiam lex euangelica repuguat. ibi, & benefacite illis, qui oderunt uos. Matth. 5. non. n. benefacimus, sed male, & si ipsos a patria exules teneamus. Insuper quia ea conditio videretur impedire Principis bene ficium, & gratiam subsequutam; & ita respondit Alcia. consi. 134. tom. 2. lib. 5.

Putarim tamen istiusmodi conditionem, breui tempore duraturam, a Principe non aspernendã, ne offensus, qui aliàs pacem non fecisset; & conditionem valere crediderat; tamquam pax exaduersò non fuerit obseruata; ad vindictam pro uocetur. l. qui fidem. ff. de transa.

Sicut, & pacem recipientem in foro honoris non excusari, quinimmo eius opinionem penes probos viros grauari; si a fide, & promissione desciscat; quibus offensus ad pacem faciendam allectus est.

SVMMARIVM.

1 *Verba stipulationis in contractu pacis an large, uel proprie capiantur.*
1 *In pœnalibus, proprijssima fit interpretatio.*
3 *Pacis fauore, ualet pactum quo inter hostes dirrepta, remittantur, etiam in damnum tertij.*
4 *Statuta pœnalia licet publicam utilitatem respiciant, tamen stricte accipiuntur.*
5 *Pax in dubio quòd non sit fracta, iudicandum est.*

QVAESTIO. 56.

1 Hucquoq; necessario pertinet, An in pacis contractu, stipulationis verba, large vel proprie
2 sint accipienda, & quum simus in pœnalibus, videtur q̃ propijssima fieri debeat interpretatio. c. inter dilectos. de fide instrum. c. ex literis. cum vulg. de prob.

Sed quidquid sit in stipulatione de non offendendo, fauore pacis, dubitauere Grat. consi. 114. in 2. & Socin. iunio. 103. in 3.

Verùm pacis fauorem tunc demum operari censeo; quũ de eius celebratione tractatur, & id propter responsum scio
3 valere fœdus, quo hinc atque inde inter hostes dirrepta remittantur; etiam in eorum damnum quibus ablata sunt, ex Bal. & Ang. in l. bene a Zenone. C. de quadr. præscrip. & sim. de quibus Barb. consi. 1. in 3. Corset. tract de priuil. pa. & Alc.
4 lib. 1. de uer. sign. ex bono quoque: non autem postea, quum de pacis fractione tractatur: prout dicimus in statutis delicta punientibus: quæ licet publicam respiciant vtilitatem, & ob id extendenda uideantur; tamen in delinquentis odium stricte intelliguntur: ut docent Bal. l. fi. C. de interdi. matri. & So
5 cin. l. 1. num. 10. de uerb. obl. Immo pacis fauore ea in dubio fieri deberet interpretatio; vt adhuc esset integra; ob bonum publicum, & quietem conseruandam; nõ autem fracta: quo casu & scandali, & tumultus immineret periculum: ex not. in l. cum proponas. 2. C. de pac. & ita in pace præsupponit Cor. consi. 40. li. 2. in prin.

SVMMARIVM.

1 *Pax, si inter plures insolidum facta sit; sequuta offensa in persona unius ex una parte; ab uno uel pluribus ex altera, quomodo competat pœnæ exactio.*
2 *Correi plures non dicuntur; quando ex diuersitas in re.*
3 *Plures, in dubio viritim promisisse censetur.*
4 *Repetitio ei conceditur, qui alienam præstat culpam.*

QVAESTIO. 57.

1 Nec frequens illa quæstio omittenda est: An pace inter plures insolidum facta, cum pro-
missione de non offendendo sub pœna; sequuta offensa in persona vnius ex vna parte, ab uno vel pluribus ex alia, cuilibet & contra quemlibet in solidum competat actio: Bar. l. fi. num. 2. ff. de duo. re. negatiuam amplexus est, quia nõ sunt omnes correi actiuè, & passiuè, quum in eiusmodi stipulatio
2 ne extet diuersitas in re, & sic in personam offensi; Idemque formalibus uerbis tradit in auth hoc ita. nu. 15. C. eod. quem sequutus est Castren. l. si id quod. num. 4. ff. eod. nempe quia (vt ipse ait) alia est offensa quæ fit uni ab vno, alia quæ fit alij ab alio. Ang. Imol. Alex. d. l. fi. & in addi. ad Bar. d. l. si id quod Ang. Rom. Ias. vulg. §. Cato. num. 54. & Rui. post cos. num. 55.
3 Cor. consi. 118. in fi. in 2. 167. in 3. 247. in fi. in 4. concludens, q̃ ex pluribus in dubio quilibet pro eius facto promisisse censeatur.

Et hoc absque controuersia procedit; cum ex verbis stipulationis, non constat pacem inter plures tanquam inter duo corpora, duas ve partes, & factiones collectiue, factam fuisse: quod pluribus exemplis ostendit Alex. consi. 116. in 4. ubi respondit eo casu quemlibet ex parte, pro virili tantum agere, & conueniri; sita ut inter omnes, æqualis fiat distributio: cui & adstipulari videtur Parisi. consi. 160. lib. 4.

Arbitror tamen consocios simul promittentes, si contrauentioni non consenserint, aduersus cõtrafacientem, quod
4 soluerunt repetere posse: nam quotiescunque alienam culpam quis præstat, æquissimum est ei succurri, ut a delinquente repetat, quod eius causa præstiterit. l. 2. §. item si in facto, ubi scriben. & præsertim Alc. num. 4. ff. de uerb. obl. quod, & inferius tractabitur.

SVMMARIVM.

1 *Pax si pro hæredibus etiam facta sit, an omnes hæredes, uel offensus tantum pœnam petat.*

QVAESTIO. 58.

1 Quid autem si pacis stipulatio pro se, & hæredibus facta proponatur. An omnes hæredes, vel offensus tantum, ad solidam pœnam agat? & recepta videtur Bar. sententia, in d. §. Cato q. 6. num. 30. q̃ offensus in tegram pœnam petere possit, tanquam stipulatio pro se, & hæredibns ab ipsius persona iucipiat, & indiuiduum contineat, quam probauere Castrens. l. 2. §. item si in facto. ff. de uerb. obl. Ang. Rom. Ias. nu. 54. d. §. Cato. Cor consi. 218. in fi. in 2. dicens, in iudicando a Bar. non esse recedendum, licet di sputatiue aliter sensisse fatentur; cum Imo. Commen. & Alc. d. §. Cato & idem consi. 167. in 3. cum quibus etiam Zas. transiuit d. §. Cato. uer. solus aget. nu. §.

SVMMARIVM.

1 *Hæres si offendat, an ad integram pœnam uel pro hæreditaria portione cum hæredibus teneatur.*
2 *Litium circuitus euitandus.*

QVAESTIO. 59.

1 Maior supereſt difficultas: An è diuerso offendens ad totam pœnam uel ipse, & alij cohæredes pro hæreditarijs tantum portionibus teneantur, & crebrior est omnium sñia, pœnam ab omnibus pro hæreditarijs portionibus committi. d. §. Cato ubi Bar. q. 6. num. 32. & Ias. num. 54. tanquam eiusmodi pœnalis stipulatio in rem censeatur, & ex parte hæredum promissoris, sit ad hæredes transitoria.

Pro contraria sententia strenue pugnauit Alcia. d. l. 2. §. itẽ si in facto. & d. §. Cato. uer. quodammodo. num. 5. & uer. solus. num. 13. in tract. de stipul. diuid. & indiui. ut uno ex hæredibus contraueniente, omnes in solidum teneantur, ita ut solida pœna ab hoc, uel ab alio hærede possit exigi. quod probare conatur ex tex. d. §. Cato. ibi, solũs tenebitur, tanquam quilibet hæredum pro principali habeatur propter hæredis adiectionem: quo casu uidetur actum, ut stipulatio ab eius persona incipiat, & hanc ueriorem dicit, licet in contrarium frequentius itum esse fateatur.

Sed Zas. post eius terga, omnino ipsius fundamenta diuellere conatur pro communi contendens, a qua forte pro cõcordia tunc recedi posset, quum aduersus offendentem tantum ageretur: ut tunc etiam solida pœna peti possit, quum certum sit cohæredes pro portionibus hereditarijs conuentios; a contraueniente, solutũ posse repetere ex Bar. nu. 32. &
2 alijs sup. ut euitetur litium circuitus. iuribus vulg.

Illud autem pro comperto haberi debet; (quidquid sit in conuen-

Digitized by Google

conuentionali pœna) cohęredes, qui in contrafaciendo paci nullum ministerium, nullamue culpam præstitere, alijs pœnis legalibus vel banni mentalibus, præsertim defectionis fidei vel honoris, non teneri: prout in similibus quæstionibus pluries superius repetitum fuit.

SVMMARIVM.

1 *Hæredes simul cum offendente, aut in promissione de non offendente in solidum, uel pro portionibus hæreditarijs conueniantur.*
2 *Stipulationes de non offendendo, sunt iuris prætorij.*
3 *Claudicatio contractus in dubio non permittitur.*
4 *Noxa caput sequitur.*
5 *Pœna authorem persequi debet.*

QVAESTIO. 60.

1 An autem quę proximè in pace cõclusa fuerunt, vt cohæredes offendentis ꝓportionibus hę reditarijs iuxta communem, vel insolidum, prout placuit Alcia. conueniantur, in cautionibus de non offendendo procedant: Iaſ. post Roma. d. §. Cato. nu. 55. sentit negatiue tanquã
2 eiusmodi stipulationes sint iuris prætorij, in quibus etiam indiuiduis si vnus de hæredibus contrauenia̅ solus in pœnam incidit, pro parte sua, alios vero propter prætoriam æquitatem non teneri: allegat tex. in l. pœnales. §. Iulianus. ff. ad l. falci. & Bar. d. §. Cato. q. 2. nu. 23.

Qui recte perpensi non dicunt contrafacientem pro hæreditaria portione tantum teneri, sed ad solidã pœnã. prout, & clarius docent Bar. d. §. Iul. num. 3. & Alexan. post eũ: aliàs sequeretur ꝙ alter ex promittentibus vnum ex hæredibus offendendo, integram pœnam solueret, & si ab vno ex eis offenderetur pro tertia vel quarta tantum iuxta hæreditariam portionem, pœna committeretur, ex quo & contra-
3 ctus claudicatio, & absurditas præter stipulantium mentem oriretur: quod non est admittendum. Clem. 2. de magi. Aequius erit igitur, in hisce prætorijs stipulationibus, cohæredes qui promissioni non contrauenerunt, nedum non insolidum, sed nec pro hæreditarijs portionibus posse conueniri;
4 noxa (vt prouerbio dicitur) caput sequente: vt qui solus promissioni contrauenit, solus quoque promissam pœnam pen-
5 dat: quæ (vt vulgo dicitur) suos authores sequi debet. l. sancimus. C. de pœn. quidquid sit in hæredibus paciscentium, seu inducias facientium, & quidquid in contrarium Iaſo. senserit.

SVMMARIVM.

1 *Pace pro se & consanguineis facta, cui & aduersus quem competat actio.*
2 *Ignorantes obligare non possumus.*

QVAESTIO. 61.

1 Sed si quis in pace vel cautione de non offendendo, pro se & consanguineis absentibus promittat (prout in Vmbria & Picæno communiter fieri cõsueuit) cui & aduersus quem contrafactione sequuta, competat actio; & ex iam dictis eiusmodi quęstio facile dissolui potest; nempe vt principales, qui pro alijs se obligauerunt, a quocũ
2 que & in quemcunque sit contrauentum respectu conuentionalis pœnæ, conueniantur, & conueniant: quũ ipsos ignorantes obligare non potuerint: iuribus vulg. & hoc iure nostro nullam sapit dubietatem.

Solent tamen prudentes principes, posteaquam hodie aduitanda scandala, coguntur homines etiam pro consanguineis inuitis vel ignorantibus, promittere; publico programmate declarare, ꝙ consanguinei facta sibi de qualitate obligationis intimatione, si contrafecerint, pro indemnitatis conseruatione, principali perinde teneantur; ac si solemniter promisissent: quod ab Illustrissimis dominis meis in Ducatu Vrbini, prouide factum non ignoro.

SVMMARIVM.

1 *Ratificatione ab absentibus sequuta, an adhuc aduersus principalẽ vel ratum habentes, pœna fiat exactio.*
2 *Ratificatio mandato æquiparetur, etiam in speciale mandatum requirentibus.*
3 *Ratihabitio quando retrotrahatur.*

QVAESTIO. 62.

1 Maior suebst difficultas, quum pacẽ uel promissionem consanguinei postea ratam habuerunt; in qua distinguendum videtur; ꝙ ratificatio fieri deberet, & ea subsequutũ, ipsis & contra ipsos, actionem ad pœnam competere: ac si ab initio paci inducijs vel promissioni de non offendendo interuenissent; vel principales etiam eorum nomine, &
2 mandato præcedente promisissent: ratificatio enim (vt vulgo dicitur) etiam in speciale mandatum requirentibus, mandato æquiparetur. c. fin de iureiuran. in 6. gl. l. perinde. §. si procurator. in ver. absente. ff. ad l. Aquil. cum his quæ fusius congerunt Angel. l. licet. C. de iudi. Alex. cons. 78. nu. 19. 146. nu. 3. in v. 133. nu. 6. in 6. Dec. 281. & l. semper qui non prohibet. ff. de re iud.

Nisi tamen principalis primò, ꝙ consanguinei non offenderent sub pœna, promisisset: & vlterius etiam sub pœna ꝙ ratam promissionem habituri forent: sequuta namque ratificatione, non ideo magis a priori promissione, tanquam fideiusſores liberarentur: salua tamen sibi actione ad repetendum: de quo etiam supra. q. 59. mentionem fecimus.

Aut de ratificatione nihil dictum; & nihilominus principali instante subsequuta est; & tunc autem præsente parte, & acceptante, & idem respondendum videtur: ex his quę proxime dicta fuere, & ex quo sumus in casu, in quo ratihabitio
2 retrotrahitur. & fingit ratihabentis consensum, priori obligationi interuenisse: vt congerunt Alex. d. cons. 78. num. 20. Feli. c. sicut tuis. de simo. & Deci. l. quod in initio. ff. de regu. iur. Aut parte absente, & etiam notificatione facta, tacente; & nõ videtur quoad pœnam a principali obligatione recessũ: quamuis etiam aduersus ratificantes, notario stipulante, cõpellatio, vulg. doc. Bar. in d. l. 1. ff. de iu. fi.

SVMMARIVM.

1 *Pace a pluribus ex una parte, pro se & cuilibet eorum consanguineis & affinibus, inita, si unus contrauenerit, quomodo pœna exigatur.*
2 *Pœna conuentionalis, pro contrafactione alterius soluta, an possit repeti.*

QVAESTIO. 63.

1 Nec minus frequens ea est dubitatio; quum plures ex utraq; parte pacem ineunt. vel non offendere promittunt, pro se & cuiuslibet eorum consanguineis & affinis, in forma eadem stipulatione, & verborum cõtextu; An sequuta contrauentione ab vno ipsorum, seu eorum consangnineo; ab vno, vel eorum quolibet pœna exigi possit. Et videtur quemlibet pro virili agere & conueniri posse: ex quo quælibet pars, pro vno corpore designatur: ꝙ & clarius ex instrumenti verbis perpendi potest; vbi dici cõ sueuit tales ex vna parte &c. sub tali pœna parti obseruanti applicanda &c.

Quod si in diuersis instrumentis, & stipulationibus pax & promissio facta sit, aliud deliberandũ: quia quilibet pro eius offensione tenetur: nisi tamen ab vno & pariter attinentibus offensio facta proponatur, eo enim casu ab vno tantum, vel ab omnibus promittentibus in viriles fiet exactio.

Quod si ab vno ex affinibus sequatur contrauentio: qui alijs promittentibus non attineat: uel ab vno ex consanguineis magis vni, quã alij coniuncto; tunc licet obligatio eadẽ sit verborum serie contexta; tamen respectu diuersitatis cãę correi non videntur: & quilibet pro eius affine, vel magis cõsanguineo conueniendus est: ita vt nec pax respectu aliorũ rupta censeatur: cum quilibet pro magis attinentibus promisisse videatur: quos sibi maiorem obedientiam & promissionis obseruantiam verosimiliter præstituros credebat, & ita in ciuitate Soræ aduersus fiscum causa satis ardua respondi ex his quæ collegi ex dictis Bar. & Ange. l. in l. fi. 6. q. ff. de duobus re. & in repe. auth. hoc ita. q. 13. C. eo. & ex Alex. cõs. 116. in 4. & Cor. consi. 40. in 2. & 248. in 4. licet satis confusè loquantur.

Et prædicta respectu primi casus super quo rñdit Alexã. d.
2 cons. 116. sic puto intelligenda, vt nihilominus uiritim soluentes, ex parte offendentis, abipso, cuius culpa conuenti fuere, solutum repetere possint.

Et ꝙ si nihil in pacis contrafactione commeruerint, quid quid sit respectu pœnæ conuentionalis, pacis fractores appellari non debeant: ut alibi sæpe in similibus, dictum scio.

SVMMARIVM.

1 *Interesse propter vulnus, an pœna conuentionali soluta debeatur.*

2 Pœna

Digitized by Google

2 *Pœna conuentionalis, an iure Pontificio, & salua conscientia etiam ultra quam interfit, exigatur.*
3 *Pœna, quam ratione contemptus debetur, etiam ultra quam interfit exigetur.*

QVAESTIO. 64.

1 Nec ea negligenda est quæstio, An conuentionali pœna parti soluta, quia paci vel promissioni de non offendendo sit contrauentum; propter vulnera
2 & mendelas interesse quoque peti possit: quæ ab ea. q. pendere videtur. An pœna conuentionalis vltra partis interesse, iure Pontificio, & tuta conscientia exigi possit: in qua adhuc cõtrouertunt, maiores nostri, & in qua Hosti. But Imo. c di lecti. de arbi. Soci. in cons. 153. in 1. & plerique alij negatiuã amplexi sunt: Quibus contradixere Innoc. Abb. c. tuam. de pœ. Abb. Ancha. d. c. dilecti. Roma. cons. 510. (quod frequenter allegatur) Cor. 153. in 1. & in 2. in 3. Paris. 34. in 1. Rip. 9. in 2. quorum sententia crebrior videtur: & nostra in specie eo certior est, quia pœna ex delicto debetur: Abb. d. c. dilecti. & in c. 1. vbi Fel. de constitu. licet non omnino assentire videatur, & clarius Barba. cons. 45. ver. itẽ quia dicta pœna im-
3 ponitur. col. 8. lib. 4. & quia pœna ratione cõtemptus potius, quàm interesse apposita censetur: ex his quæ tradit Deci. l. cum proponas. 2. in fin. C. de pact.

SVMMARIVM.

1 *Pax ab vno ex corrixantibus producta, an alijs etiam contumacibus prosit.*
2 *Verba statuti, in exorbitantibus proprie intelligenda.*
3 *Index nihil petenti, nihil impartitur.*

QVASTIO. 65.

1 An autem pax ab vno ex corrixantibus producta, prosit alteri contumaci, si lex municipalis pacem habenti pœnam minuat: Cataldi. tract de sind. num. 127. prodesse affirmauit ex tex. in l. 1. & 2. C. si vnus ex pluri. appella. Cui ego assentire non possum, quia pœnæ diminu-
2 tio quæ ea lege fit; est aduersus ius commune: vt ait Bald. l. diuus, ff. ad Silla. & id propter eius verba q̃ proprie in producente, seu a procuratore produci faciente, & legis beneficiũ implorante percipienda sunt, iuribus vulg.

Nihilque afferunt incommodi. d. l. 1. & 2. quia q̃ appellatio vnius, quorum causa erat communis, & eadem omniũ defensio alijs prosit, nimirum; ne ex vno & eodem facto; & vbi eadem est absolutionis ratio, diuersæ appareant sententiç; nempe absolutoria & condemnatoria, vt tex. verba, & Bar. Bal. & Castren. ibi clare docent. q̃ autem pro eodem facto plures eadem sententia damnẽtur; sed vnus maiore quã tite, quia contumax fuerit, nec confessionis aut pacis beneficium sibi impartiri petierit: non est in cõueniens: & sibi non iudici culpę adscribendum est: qui (vt vulgo aiunt,) nihil petenti nihil impartitur.

SVMMARIVM.

1 *Pax & reconciliatio quomodo probentur.*
2 *Exterioribus, animi intentio dignoscitur.*
3 *Concordia, ex manuum iunctione, antiquitus designabatur.*
4 *Testes & instrumenta, eandem vim habere solent.*
5 *Pax interillos casus non adscribitur: qui necessario scripturam requirunt.*

QVAESTIO. 66.

1 Quæritur tandẽ quomodo pax probetur: & si de reconciliatione tractemus; verum est ex saluratione, ex amplexu, ex osculo, vel manuum iũctione pro-
2 bari: iuxta illud, & dexteram ingere dextræ: hisce enim exterioribus, animum, & conscientiã pacatã fore dignoscimus: vulg. §. pauonum. vbi glo. Insti. de re diui. Bald. l. 1. num. 5. ff.
3 de pac. licuti ex manuum iunctione antiqui Imperatores cõcordiam designabant: vt in numismatæ æreo, & argenteo, Neruæ, penes me videre est: & ita Bald. in l. filiæ quem. ff. de lib. & post. & in l. in ipsius. ex illo tex. C. fam. hercis. & Ale. ad Barto. in l. non solum. §. iniuriarum. in ver. oppo. q̃ non suffi. ciat. ff. de iniur. adnotauere.

Si vero de probanda pace, qua statuti, vel rescripti beneficio potiamur; statuti verba perpendenda sunt; quæ si de pa-
4 ce producta loquantur; necessario pacem quæ in scriptis facta sit requirunt: aliàs ea quæ testibus constaret, non excludetur; si eandem uim habent testes & instrumenta: vulg.
5 l. in exercendis. C. de fi. instru. maxime quia pax inter illos casus non adnumeratur: quæ necessario scripturam requirunt: vt in terminis reperij postea Catal. tract. de sindi. q. 90. Curia tamen, pacem nisi instrumento probetur, admittere non consueuit: vt de senatu Mediolanensi fidem facit Iul. Clar. in praxi. in §. fi. q. 58. ver pe. & ita in curia Vrbini, Marchiæ, Perusij, & Romæ seruari scio.

DE INDVCIIS.

SVMMARIVM.

1 *Inducia idem quod tregua, uoce barbara.*
2 *Inducia quid.*
3 *Inducia vnde dicantur.*
4 *Inducianum inuentor.*

QVAESTIO. 67.

1 Sequitur modo vt aliqua circà indutiarum materiã (quas vulgo voce barbara treugã vocant) vltra ea quæ supra. tit. de pact. continentur; particularius tractemus: & primo.

Quid sint indutiæ, quas Pau. Iurisc. in l. postliminium. §.
2 indutiæ. ff. de capti. & post limi. reuer. sic breuibus definiuit:
„ Indutiæ sunt cum in breue, & in præsens tempus conuenit;
„ ne inuicem se lacescerent: quem sequuti fuere Host. in sum.
„ de treu. & pa. & Archi. c. illi. 24. q. 3. dicentes treugam esse securitatem personis, & rebus, ad tempus præstitam; discordia nondum finita. quam & Abb. rub. eo. licet minus proprie, fore pacem ad tempus factam, definiuit.

3 Dictæ sunt autem indutiæ, q̃ in certam diem a pugnando otium præbeant: ut apud Cice. lib. 1. offi. vel (*vt Gellio placuit*) lib. 1. c. 25. a tribus dictionibus, Inde, vti, iam: q̃ lapso indutiarum tempore, deinceps omnia belli iure vti iã peragantur: ac si per quendam coitum & copulam, nomen indutiarum connexum sit: cui adstipulari necesse est, si dictio indutiæ litera. t. & non c. scribi debet: vt nouissime probat Aldus Manu. tun. li. ratio. ortogra. littera. l. licet plerique reclament
4 quia non induciam singulari numero, sed inducias dicamus quarum Lycaon inuẽtor fuit si Plinio credimus li. 7. natura. histo. c. 36.

SVMMARIVM.

1 *Indutias facere quis possit.*
2 *Pacem facere ad quem spectet.*
3 *Auliducis Romani, fœdus rescissum.*
4 *Indutiæ inter priuatos, an consistant.*

QVAESTIO. 68.

1 Sed quis indutias facere potest? & si de priuatis tractemus: respondendum est, prout in pace diximus supra. q. 1. ad hunc tamen effectum, vt comprehensorum detrimentum alligentur: Si vero de publicis; constat belli Imperatorem, seu ducem ad breue tamen tempus, sicut, & belligerandi, ita & indutiandi potestatem habere, vt docuere Bar. & Ange. in l. conuentionum. ff. de pact. licet si
2 ad lõgum tempus fiant, sicut & in pace senatus Pop. Roma. & sic domini belli autoritas exquirenda sit, argu. l. mandato
3 generali. ff de procu. exemplo fœderis ab Aulo exercitus Roma. Duce, cum Inghurta contracti; quod Roma. populus, quia ipso inscio factum fuerit; rescindi mandauit, ut apud Salustium in Ingur. de quo etiam Præposi. c. ius militare. in ver. nexus. distin. 1. & ita Pau. a Ca. in d. l. conuentionum. intelligendus est, vt videlicet de indutijs non pauçis diebus, sed aliquo tempore duraturis loquatur.

Illud non diffiteor. q̃ quemadmodum bellum inter priuatos; eosve qui illud indicendi authoritatem non habent esse non potest. c. 2. 23 q. 2. Ita etiam treuga inter priuatas personas proprie consistere non dicitur, si credimus Imol. c. 1. nu. 9. de treug. & pa. & Alex. d. l. conuentionũ: quia tamen in plerisque locis Italiæ vsu veniunt, & ob bonum publicum fieri tollerantur, de his saltem abusiue loquendo, differemus.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Indutias facere an quis cogi possit.*

QVAESTIO. 69.

1 Et si quæratur, an & quomodo quis ad indutias ineundas cogendos sit dixi supra titu.de pa.q.3.num.13.ver.minus dubij.

SVMMARIVM.

1 *Indutiorum violator, qua pœna puniatur.*
2 *Pacis turbator quomodo plectatur.*

QVAESTIO. 70.

1 Qua autem pœna indutiarum uiolator puniatur, Marti.tract.de confe.princ.q.32.testatur, ipsum pœna decem librarum auri puniendum.ex tex. in c. 1.§.si quis uero temerario ausu.titu.de pa.iur.fir.

Sed tex.loquitur in pace, de qua in d.tit. & de qua sup. tit de pace.q.51.

Putarim ego, pœnam si in publicis simus indutijs, Principis; sic in priuatis, etiam iudicis arbitrio relinquendã, attenta personarum qualitate, & euentu qui inde sequutus sit, si enim ex indutiarum violatione publicæ pacis, quæ forte eo
2 tempore tractabatur, resultet turbatio; pœna vltimi supplicij foret imponenda.l.fi.ff.de re mili.si parum aut nihil scandali sit ortum, minor pœna: & prout Principis aut Iudicis religioni videbitur ut in simili probasse videtur Guiliel.a Cuntracta.de secur.num.32.& Iod.Brug. Enchirid. crim. c.108.

SVMMARIVM.

1 *Argumentum de indutijs ad pacem an valeat.*
2 *Indutiæ, an magis naturam sapiant belli, vel pacis.*

QVAESTIO. 71.

1 Et inde cõstat de indutijs ad pacem, & econuerso, argumentum non procedere, quia induciæ magis bello, quam paci cõparantur.c.1.§. vasalli.vbi Bal. num.67.tit.de pact.constan.quod etiam ex diffinitione vtriusque palam est.& id propter animaduertendum est, vt quæ de vno a maioribus nostris scribuntur, ad alterum temere non protraha mus.

SVMMARIVM.

1 *Causa noua, an excuset in indutys sicut in pace.*
2 *Pax perpetuo, indutiæ ad tempus.*
3 *Patri, & non marito, cur lex filiam adulteram occidere permittat.*
4 *Creditores quando propria authoritate pignoris possess. accipiunt.*
5 *Frang enti fidem fides frangatur eidem.*
6 *Fides semel fracta ab una parte, ab altera frangi non dicitur.*
7 *Fides etiam hosti seruanda.*
8 *Offensus, indutijs durantibus, honoris iacturam non patitur.*

QVAESTIO. 72.

1 Quo fit ut adhuc controuertãt. DD. An quemadmodum in pace noua causa ex violatione pacis excusat, ita & in indutijs, In qua specie pro negatiua primipilus adduci solet Vinc.Hyspa.c.1.de treu.& pa. Archi. c.illi qui.24.q.3.But.c.peruenit.de iur.iutan.Io. And.ad Spe. Bal.rub.eo.tit.Ange.Imol.l.si ex legati causa, de verb.oblig. idem Ang.Raph. Castren. nu.4.l.qui seruum. eo.tit.Soci.cõ sil.26.sed rectius 262.inci.in causa magnifici Petri Medicis.li. 2.Fel.d c.1.num.6.Ias.l.cum proponas.2.num. 6. C. de pact. qui nedum de consuetudine, sed etiam de iure testatur.Martin. Laud.tract.de confede. prin. q. 16. dicens speciale esse in treuga, q licet frangas mihi, tamen tibi fidem frangere non liceat, p omnes ea diuersitatis ratione inter pacẽ & indutias,
2 q pax perpetuo sit duratura, indutiæ vero ad tempus. quo lapso possit quis iniuriam sibi illatam retaliare, pro quorum sententia etiam alia ratio adduci posse videtur, quia in pace rancor omnis & iniuria remittitur; quod non fit in treuga: & id propter arctiore vinculo fuit opus quum proniores essent homines ad arma, & indutiarum fractionem quam pacis argum.tex.l.nec in ea.§ fin.ff de adul.ubi lex permittit patri, & non marito, filiam in adulterio deprehensam interfice re, quia maritus forte zelotypus, & qui quotidianis nuptijs gauderet ad occidendum procliuior fuisset, quã pater: pro quo lex nimirum præsumit, & pro hac scio D.Pet.Aldobrãdinum seniorem clarissimum consuluisse.

In diuersam tamen sententiam transiuere Abb. d.ca.1.de treug.& pa.Imol.c.3.de iureiuran.Ange.Imo.Alex.Aret.d. l.qui seruum.Alex.l.semel mora.solu.mat.l. qui insulam.de verbo.oblig.& d.l.cum proponas.Cor.consi.42.in 2.licet cõ sil.217.litera.C.in 1.casum adhuc dubium asseruerit.Dec.d. l.cum proponas.& cons.531.nu.8.Paris.165.in 4. Mant.169. Beninten.decis.65.& pro communi probant Viu.lib.1.opi. num.22.& Soarez thesau.com.opin.ver.pax.nu.63.pro qua etiam scio.D.Hormanot.det.Francis. de Pepis, Victoriũ de Soderinis,& Anto.de Strozzis,Florẽtinos, & plerosq; alios respondisse.Et respondendo Aret.rationi Pau.de Cast.d.l.q̃ seruum.dicit eam non esse perpetuam, id est generaliter veram nempe quia maior forte affertur vindictæ commodi-
4 tas treugæ tempore, quam postea, argum.l. quæsitum. ff. de pigno.quo motus Bar.l.creditores.C.eod.affirmat creditores propria authoritate, virtute pacti etiam pendente dilatione, pignoris possessionem nancisci posse. quando iusta subest causa,& periculum in mora.

Vnde in tanta maiorum nostrorum altercatione, cum Cor.d.consi.219.animus meus adhuc in dubio versatur, q̃quid Moderniores de communi testentur: cuius contrariũ etiam ipse Deci.d.l.cum proponas.nu.7. innuere videtur,& quum.DD.varie(ne dicam, confusè)loquantur; quibusdam
5 indutiarum fractionem præsupponentibus; vt sic frangenti fidem, fides frangatur eidem.d.l.cum proponas, aliis nouam tantum offendendi causam præmittentibus, Putarim ego opinionum anfractus, hoc distinctionis fœdere conciliãdos q̃ aut de priuatis, aut de publicis indutijs loquimur, & prio re casu, aut talis durante treuga præcessit offensio, qua vere fracta est,& tunc liceat offenso, incontinenti & ex interual-
6 lo, iniuriam vindicare, siue indutiarum, fideive fractura; quæ iam ab altera parte fracta, amplius frangi non dicitur, ex his quæ tradunt scriben.omnes ex illo tex.in d.l.cum proponas, & dicam infra. nec quempiam teneri ad indutiarum finem expectãdum; quem pars ipsa contraueniendo, iam absoluit & etiam quia interea tẽporis, posset offensor vel abesse, vel se diligentius custodire, vt dicebat Are. sup.

Aut aduersarius fidem non fregit; sed nouam tantũ cãm præstitit; qua pars ad ipsum personaliter offendendum &
7 vindicandum, merito fuit prouocata; & tunc fidem frangere non licere, quæ etiam hosti (vt vulgo dicitur) seruanda est. l.1.ff.de consti.pecu.nec facile violanda est, quum possit iniuriam passus infra modicum tempus, completis indutijs se
8 vlcisci, vel quum ipsis durantibus facta sit, ipsam etiam absque honoris labe mussitare, quod Monomachistæ omnes fatebuntur.

Posteriore autem casu quũ de publicis indutijs, inter principes vel ciuitates agitur, hoc amplius in aduersione fore videtur, q̃ quantumvis & publicas, & priuatorum offensiones, ex pacto comprehendant, non tamen ex particularium contrafactione rumpantur, ne priuatorum resideat arbitrio fœderi publico vim facere, & arma hinc atque hinc demissa, mouere, arg.l.priuatorum.C.de iurisdom.iud.Nisi ergo Princeps, uel ciuitas id malefacti conscij, condignam coertionẽ detrectauerint, ita ut rarum habuisse delictum, dissimulatione uideri possint, ex his quæ scripsit Aret.cons. 165.vers. circa primum, vel quum prohibere potuissent, id facere neglexerunt; iuxta congesta a Dyn.& Cagn.reg.culpa.de reg.iur.in 6.indutias ruptas non censeo.

Nec ediuerso licere, sine fidei naufragio, dilatione pendẽte, vindictam sumere,& bellum (quod dormiebat) excitare. Quæ distinctio si peritioribus non arridebit, satis erit saltem ad eos prouocandum, vt feliciori diplomate, aliam probabiliorem adducant.

DE PROMISSIONIBVS de non offendendo,

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo, est tertium genus, a pace, & indutijs differens.*
2 *Argumentum de indutijs & pace, ad promissionem de non offendendo nõ est perpetuum.*
3 *Promissionis de non offendendo definitio.*
4 *An etiam ex officio tantum, præstanda sit.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO. 73.

POsteaquam de pace, & indutijs tractauimus supereſt vt etiam de promiſs. de non offendendo particularius loquamur: Quæ quidem promiſſio eſt tertium genus a pace & indutijs in pluribus diſtans; illæ enim ſponte fiunt, vt dixi ſup. hæc vero etiam ambabus partibus inuitis, ſi prætori videantur præſtantur: vt infra. & id propter de vna ad aliam, argumentum non eſt perpetuum: ex his quæ fuſius cõgerit Pariſ. cõſ. 165. lib. 4. poſt terga. DD. in l. ſemel mora. ff. ſol. mat. & in l. cũ proponas. 2. C. de pact.

Quæ ſic definiti poteſt. Promiſſio de non offendendo eſt legitimum præſidium, quod iuſte timenti, iniuriam ſibi inferri, ad ipſius inſtantiam, vel ex officio præſidis, ne partes ad arma & rixam procedant, præſtari ſolet. probatur prior pars ex reſcripto Martia. Impe. ad populum in l. denunciamus C. de his qui ad eccle. confu. ſecunda in l. vſufructũ. ff. de vſu fruct. & in l. illicitas. §. 1. ff. de offi. pñſi. a qua nec diſſenſit Bar. d. §. 1. Vnde nimis friuola eſt eorum ſententia, credentium q̃ ſolummodo ad partis inſtantiam præſtanda ſit.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de non offendendo, quando peti poßit.*
2 *Cauſæ cognitio in promiſ. de non offendo, præcedere debet.*
3 *Minæ pro cautionibus de non offendendo exigendis, an ſufficiant.*
4 *Saguntini dum Romæ de auxilio conſulitur, funditus delentur.*

QVAESTIO. 74.

1 Quando autem a parte peti poſſit, videtur ex ipſa definitione declarari. nempe quãdo iuſtus vel probabilis eſt offenſionis timor, aut ſuſpicio: Vnde Bar. 2 ſupra cenſuit cauſæ cognitionem præcedere debere: cui addiderunt Albe. & Sali. d. l. denunciauimus. Alex. l. qui bona. §. ſi quis. ff. de dam. infect. conſ. 78. num. 25. in v. Felyn. rub. de de treu. & pa. laſ. l. ſi ſuper poſ. num. 6. C. de tranſact. Pariſ. cõſ. 168. in 4 qui de communi teſtatur. Per. a Plaz epit. delic. cap. 3 7. & plerique alij, cauſam iuſtam debere præcedere; ita vt ẽt minæ non ſufficiant: niſi & probetur minantem ſolitum minas exequutioni demãdare: ſcimus enim promiſſiones eiuſmodi maxime pœnales. c. odia. de reg. iur. & ne dum familiã, ſed & alienam comprehendentes (vt hodie fere in tota Italia præſtari ſolent) valde oneroſas, & periculoſas forẽ; & quĩ plures familias peſſum dediſſe. l. 2. §. ſi dubitatur. ff. de iudi gra ue eſt enim vt vnus ex delicto alterius prægraueſ. vt ait tex. c. ſi hæres. 23. q. 3. & hac in ſpecie Pet. de Ancha, conſ. 52. inci. pro clariori.

Sed vt verum eſt aliqualem cauſæ cognitionem præcedere debere: vt ait Bar. d. §. 1. ſic & non adeo exacte exquirenda 4 eſt; vt dum ſuper hoc controuertitur, timens offendatur: vt Saguntinis contingit; qui dum Romæ de auxilio ſuppeditãdo conſulebatur; funditus deleti ſunt: ſufficere ergo arbitror veriſimilem metum & ſuſpicionem: ſtatim iudicis officio pendendam; quod & ſẽnſere DD. Tholoſ. q. 489. ita vt etiam petentis iuramẽto, (ſi tamen vero ſimilitudine foueatur) deminis ſibi illatis, credi poſſint; vt docuit Guiliel. a Cun. d. l. denunciauimus. num. 15. ſitque materia hæc tota prudentis Iudicis arbitrio relinquenda: quod & ſenſit Sali. ſupra. Nec ab re, quia ſi præſes ex officio nemine petente, partibusve inuitis, id munus explere poteſt; publica vtilitate ſuadẽte: vt pacata & quieta ſit Reſpublica. l. æquiſſimum. ff. de vſufruct. & dixi ſupra, ad petentis inſtantiam, qualiquali cauſæ cognitionem præcedente, multò magis, & ita paſſim obſeruatur.

SVMMARIVM.

1 *Promiſs. de non offendendo, an ab eo qui timori cauſam dedit, exigi poſſit.*
2 *Legis beneficium fruſtra implorat, qui in legem commiſit.*
3 *Afflictio afflicto non ſuper addenda.*

QVAESTIO. 75.

1 An autem & qui timori causã præſtitit, exaudiri debeat, puta quia temere & non prouocans, aliquem facto vel verbis offenderit. Et licet plerique negauerint. quorum comminiſcitur in hac quæſt. Feli. rub. de 2 treug. & pa. octaua declaratione. num. 22. ne qui in legem cõmiſit, legis beneficio perfruatur. vulga. cap. quia fruſtra. de vſur.

Nihilominus ea receptior videtur ſententia, quæ pro affirmatiua concludit: quam probauere Bar. Alex. in l. qui bona §. ſi quis iuxta. ff. de dam. infe. & Steph. Aufre. ad dd. daci. Tholoſ. q. 439. Rip. rub. de iudic. quia committens in legem ab ipſius legis miniſtris, & non a priuatis puniendus eſt. tot. tit. C. vt ne mi. lice. ſe ſine iudi. auct. vindict.

Non tamẽ inficiauerim, quin aduerſus offenſum pro cautione exigenda mitius ſit agendum; ne afflictio ſuperaddat, 3 vt in terminis ſcribit Ancha. conſ. 52. quid enim ſi diues pauperem, ſi nobilis ignobilem, præter rem offenderit? animaduertere enim debet prætor, ne plus ſibi officiat cautionis dura exactio, quam iam illata offenſio, quod & ex inf. dicendis innoteſcet.

SVMMARIVM.

1 *Promiſſio de non offendendo, an cum fideiuſſore præſtari debeat.*
2 *Fideiuſſores in promiſ. de non offendendo, quandoque exacte nimis exiguntur.*

QVAESTIO. 76.

1 Sed an eiuſmodi promiſsiones, cum fideiuſſore præſtari debeant; Guiliel. d. l. denũciauimus. num. 21. quem ſequuntur Bar. d. l. illicitas. §. ne potentiores. nu. 4. & Sali. d. l. denunciamus. nu. 2. in eam tendunt ſententiã vt nuda cautio ſufficiat, cum hypotheca bonorum: vt declarat Sali. ſupra, ſi idoneæ extent facultates; alias q̃ etiam fideiuſſor exigendus ſit.

Feli. vero d. rub. de treug. nu. 15. aliter diſtinguit; nempe vt ſi ex præſidis officio exigatur; nuda cautio ſufficiat, ſi ad partis inſtantiam etiam fideiuſſor accedat: ex gl. in cap. ex tranſmiſſa. & cap. litteras. de reſt. ſpol. a quo nec recedere videtur Pet. a Plaz. epit. delict. d. c. 7. nu. 2.

Verum mihi magis arridet Guiliel. Bar. & Sali. diſtinctio, tanquam iuſtior & æquior: quid enim ſi maius verſatur ſcãdali periculũ, quum ex officio iudex cautiones exquirit, quã quum pars ſibi timens, expoſtulat? pro qua idem *Pet. allegat* Montal. d. c. literas. in gl. in ver. ſecuritas.

Sed, quidquid iure optimum decretum ſit; in Vmbria & Piceno fideiuſſores quantumcunque diues ſit promiſſor, in 2 differentur & quandoque exacte nimis, exiguntur, ita vt plerunque offenſi, quibus fideiuſſores reperire difficile eſt; ſolũ vertant; & in deſperationem adacti, ſe ad improbos, & facinoroſos homines conuertant; quod ne facile fiat, ſuperioris diſtinctionis obſeruantia, maxime in offenſis abſq; cauſa, de quibus ſupra obuiam iri poſſet.

SVMMARIVM.

1 *Cauere coactus, quid ſi fideiuſſorem non reperiat?*
2 *Cautius agendum, vbi perſonæ vergit periculum.*
3 *Cautio iuratoria, quandoque admittenda.*
4 *Præſidi bono congruit prouinciam malis hominibus expurgare.*
5 *Militaris cuſtodia quando decernitur, ne quis offendatur.*

QVAESTIO. 77.

1 Vnde & hoc quotidie in controuerſiam venit; Quid ſi cauere coactus, fideiuſſorem, etiam diligentiã adhibita, nõ reperiat? forte quia pauper, forenſis rixoſus, vel grauiter offenſus; ita vt veroſimiliter ſuſpicari poſſit, ſe promiſſionem non obſeruaturum: & generaliter concludi ſolet, cautionem iuratoriam cum bonorum obligatione, ſatis eſſe: allegatur Bald. l. omnes. §. in hac vrbe. C. de epiſco. & cler. ex illo tex. qui minime probat: & Bald. & Caſtren. authen. cui relictum. C. de indic. vidui. tol. & cum eis tranſit laſ. l. ſancimus. num. 3. ver. 6. limita. C. de verb. ſig. qui tamen in ſpecie noſtra, ubi perſonæ periculum uergit, & ſic cautius eſt agendum, non loquuntur. In qua tamen Pet. a Plaz. ſæpe alleg. d. c. 7. nu. 9. idem probare uidetur.

Verum & hoc iudicis religioni relinquendum putarem, qui cum paupere, forenſi, uel offenſo, qui tamen uindicare non minitaretur, mitius agere poſſet, iuratoriam cautionẽ, 3 vel fideiuſſorem etiam non omnino idoneum cum ea (facta poſſibili diligentia) admittendo. At ubi cum temere offendente, uel eo qui rixæ cauſam præſtitiſſet, ageretur, vel cum ſcandalis aſſueto; durius verſari deberet, eiuſmodi hominũ genus, in carceribus detinendo: iuratorię cautionis fragilitatem (ubi idoneas non haberent facultates) ſpernendo: prout etiam in ciuili negotio, propter malos mores cauere

deben-

Digitized by Google

debentis,ait Iasl. cautio. C. de procur. & tandem a ciuitate,
4 exilium vel relegationem indicendo: congruit enim bono & graui Pręsidi curare,vt pacata & quieta sit Respublica, so licite agendo,vt malis hominibus expurgetur:vt dicebat Vl pia,lib.6.de offi procon. qua duritie & rigore, quandoque eorum animos,etiam ad pacem,& honeste viuendum defle ctere posset.

Quod si fieri non contingit, & adhuc vigeat verosimilis offensę timor.& suspicio:debet Præses militarem custodiā decernere;etiam concussoris expensis, si sibi videatur: ex his quæ scribit Alcia.l.si super possessione. C. de transact. & arma ferendi,armatosque secum ducendi,licentiam impar tiri.l.fi.C.de eroga.mili.anno.vt in specie scribit Sali.d.l. de nunciauimus.nu.3.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo,an perpetuo,vel ad tempus præfletur.*
2 *Arbitrium Præsidis,in fideiussionibus præstandis latum.*
3 *Iniuriarum obliuio,regulariter ex longi temporis lapsu præsumitur.*

QVAESTIO. 78.

1 Insuper quæri solet, an promissiones eiusmodi, ppetuo vel ad tps præstari debeant;in qua quidem q Guil.d.l.denūciamus nu.7.quos Ang.Imo.l.3.ff.de dam.infect. & cęteri cōi uoto sequūtur;hoc iudicis arbitrio relinquerunt;reiecta opi.Ioā. Fab.d.l.denūciamus,eas ppetuas esse dicentis;cū q bus ēt trā siuere Fel.d.rub.de treug.& pa.nu.16.& Aufr.ad decis.Tholos.q.489.Rip.rub.de dam.infec.nu.23.de cōi fidem faciens.

Quitū Ang.Imo.& Castren.l.pen.ff.de præto.stipu.aiunt arbitrium vltra decem annos non porrigi;ex illo tex.in ver. longum tps,quibus etiam Felin.& Aufre. assentire vidētur.

Sed vbi in ōrium non extat curiarū stylus;quo vel durāte ptoris officio,vel simpliciter,& in perpetuū,cautiones da ri solēt(a quo ū nisi graui cā recedēdū puto)arbitrij habeas
2 restringendas non arbitror; quominus ptes ad ppetuo fide iubendū,iuxta personarū,& facti qualitatē arctaret.Quid.n. si capitalis inimicitia extaret;nēpe ex homicidio in filij, vel patris personā perpetrato? quo casu ex longo tpis curricu-
3 culo,nōn ita facile prout in alijs casibus,iniuriarū præsumit obliuio.vulg.l.peregre.ff.de acqui.re dom.& profecto dece ret cautiones perpetuas,nō tpales fore. Nec me mouet tex. d.l.pen.quia dū ibi dr,q præses q ante in triennīū caueri iuf serat,postea in longum tps caueri præcepit; non id propter negatur quin & perpetuo saltim a principio, caueri facere potuisset:& cum hac sententia postmodum vidi etiam Rip. rub.ff.de dam.infec.transiuisse.

SVMMARIVM.

1 *Contractus in promissione de non offendendo,an possit claudicare.*
2 *Arbitrer an cogi possit sententiam dicere,si vnus ex compromittentib. pœnam promiserit;alter non.*
3 *Pœna maior,quando ad minorem redigatur,si dispariter sit promissa.*
4 *Promis.de non offendendo,an valeat,donec e diuerso sit præstita.*
5 *Aequalitas in contractibus seruanda.*
6 *Contractus,cum pupillo claudicat.*
7 *Contractus ecclesia vel Principe claudicat.*
8 *Contractus promis.de non offendendo, inter virū & uxorem claudicare potest.*
9 *Contractus promis.de non offendendo,vbi ex una parte nullus subest timor claudicatio permittitur.*
10 *Contractus claudicatio,in promissione de non offendendo inter diuitem, & pauperem admittitur.*
11 *Cautiones dicuntur dispares, qnando dives & pauper æqualem pœnam promittunt.*
12 *Causa magna,& modica,dicitur iuxta personarum qualitatem.*
13 *Contractus dicitur simul tractus.*
14 *Pœna licet in compromisso ab una parte tantum promissa sit,valet nihilo scius sententia.*
15 *Arbitri interest,eius sententiam non impugnari.*

QVAESTIO. 79.

1 Nec omittenda est ea quæstio, quæ quotidie in foro versatur: An contractus promissionū eiusmodi,claudicare possint, puta quia unus promisit non offendere,alter non;vel sub pœna ducētorū; alter vero cētū: In qua quidē,vī negatiue rndendū:ex rescripto Vlpia. ff. 13. ad ædictū,de quo in l.litigantes.§.idē Iul.ff.de arbi.vbi refert
2 Iul.scripsisse;non cogendū arbitrū sniam dicere, si alter pœ nam promiserit,alter non: & inde est q Guil.in Spe.eo.tit.§.
3 sequitur,nu.47.ver sed circa hoc quæro;censuit maiorē pœ nam ad minorē redigendā,si dispariter sit promissa:vt seruet æqualitas:quem sequit Ale.ad Bar.in l.si quis.§.si de meis.ff. eod.titu.Ita vt apud criminalistas, passim rumor increbue-
4 rit nō valere promissionē de non offendēdo simpliciter ab vno præstitā,donec & alter quoq; præstiterit:ea vulgari rō-ne;ne cōtractus claudicare videat:ō vulg l.quæro.inter loca
5 torē.ff.loca.& l.1 ff.de rescin.vendi.clamitant namq; oēs in contractib.æqualitatē seruandā: vt ēt in specie nra, probare videtur Bal.cons.57.in.1.aliās 195.in 2.incip.laudare uos: & Deci.431.nu.10.obiter tamen & perfunctorie loquentes;& plerique ex recentioribus ita credidere.

Quibus tū ego & consulendo,& iudicādo,adstipulari nū-quā potui:generaliter admittens,in quamplurib.casibus,ne dum ex partium consensu:sed etiam lege sic suadente, vel Præside sic ex cā iubente, contractus inæqualitatē admitti.
6 Quid.n.si cū pupillo contrahatur?quo casu qui cum ipsis absq; tutoris authoritate contrahūt,obligant: at inuicē pu-
7 pilli nō obligantur;verba tex.in §.j.Insti.de auth.tut. & cura. Quid si cū ecclesia?Quid si cu Principe?c.1.vbi Fel.de prob.
8 Et quid (in specie nra) si vxor a marito caueri petat,quē ip-sa verosimiliter non sit offensura? generaliterve ubi ex una
9 parte nullus sit timor,nullave dubita io:vulg.reg. uani timo ris.ff.de reg.iu.in quib. casib. claudicationē tolerari sentire Cast.l.qui bona.§.si qs 2.ff.de dam.infe.& Fel. rub. de treug.
10 nu.20.Quid si ex cauere debētib.unus sit diues,cui ducento rū aureorū amissio,minoris sit detrimenti,quā alteri paupe ri quadraginta? & constat dictas impares cautiones,nihilo se cius nedū expressa cā,sed ēt simpliciter ptitas, ualere:si mō Iudici, ex dictis causis,vel alijs similibus,ita videatur: aliās nimis fragilis esset diuitis cautio,si solutis quadraginta tātū
11 iuxta pauperis promissionē;posset illū offendere. Quinimo dispares eæ forent cautiones,quæ æqua i quātitate,inter diui-tē,& inopē præstarent,ex quo, tanti esse diuiti cētum quan ti pauperi decē:prout in simili in iuro suppletorio perpendi tur:quod in causis magnis denegatur:vulg.l.admonēdi.aiūt
12 n.maiores nri,causam modicæ & magnæ quātitatis dici,iux ta personarū qualitatē: vt pauperis respectu,cā decē librarū sit magna;diuitis vero modica quinquaginta,& centū,teste Bar.d.l.admonendi.nu.54.& in l. sed & si susceperit. §. 1.vbi etiam Ang.ff.de iud.

Suadet ēt quia quū quis iubente iudice,de non offenden do absentē cauet,& ut plurimum inuitus;proprie non dr cō trahere:contractus.n.dicit simul tractus;& ubi simultaneus consensus interuenit,ἀλλαγὴ συμβόλαιον.hoc est negotium, qđ cum alio inimus.

Et ubi mutua,ultro citroq; orit obligatio:gl. Bald.Porci. §.fi.Insti.de oblig.Et ideo nimirum,si cum fisco, vel Prætori de non offendendo promittitur;quis cum altera parte cō trahere non dicitur.

Nec me mouet tex.in alleg.l. litigatores. §. idem Iul.quæ potius,idem & si spreta, precedenti uersiculo iuchoare de beret;quia ex eo q scribas Iul. non cogendū arbitrū sniam dicere,si alter pœnam promiserit, alter non; inferri non ui-deo,q si arbiter sniam protulerit, non ualeat snia, tanquam
14 compromissum, ubi pœna ab una parte tantum promissa fuerit,non ualuerit:ut comprobat Bar.sequendo opi.Ioā.gl.
15 §.si de meis.Id enim arbitri fauore,inductum est,cuius inte-rest eius sniam non impugnari:quod facilius eueniret,si pę na ab una tantum parte stipuletur:quo respectu,ait Vlpia.d. l.uer.proinde,plenum non esse compromissum: cōsequitur ergo tex.in quo Moderniores se fundant,& Guil.decisio,de qua supra casu,nostro applicari non potuisset.

SVMMARIVM.

1 *Pax quam partes pro se & consanguineis obseruare promiserunt, an sit uiolata,quia alter ex pacisentibus,consanguineum alterius offenderit.*
2 *Consanguinei an actiue,& non passiue comprehendi possint.*
3 *In pœnalibus a verborum proprietate non recedendum.*
4 *In pœnalibus omissum pro omisso habetur.*

QVAESTIO. 80.

1 Vnde ex ijsdem rationibus, & plerisque alijs proximis diebus consului,in causa Barbariensi,quę Ro mæ decidēda uertebatur,q pax quā pro se, & cōsanguineis obseruare promiserūt, nō erat uiolata ex eo q alter ex paci-
2 scentibus consanguineum alterius offenderat,maxime quia de ui uerborum consanguinei actiue,& non passiue cōpre-hendi uidebantur,& quia principalium respectu, nulla exta bat promissionum disparitas, quū uterque eadē uerborum
3 serie eodemq; uinculo,deuincti essent:in his.n.quæ stricti iu ris sunt, prout in pœnalib. temere a uerborū proprietate nō

recc-

Digitized by Google

4 cecedimus.vulg.l.non aliter &c. & omissum pro omisso hī. l.si cū dotem.ff.sol.mat.ut in pacis contractu,ait Bal.cons.57. in 1.alias 195.in 2.sæpius allegato.col.3.quod & in promissionibus de non offendendo,ita conceptis obseruandum.

SVMMARIVM.

1 *Cautione ab una parte simpliciter præstita,& interim sequatur offensio, an pro ea parte,pœna committatur.*
2 *Pœna quandoque debetur ratione contemptus.*
3 *Protestatio quod cautio non valeat,donec ab altera quoq; parte præstetur,an admitti debeat.*

QVASTIO. 81.

1 Huc quoque pertinet & sequēs qō:quid si data cautione ab vna parte simpliciter, & absque protestatione ꝙ non valeat, donec ēt ab altera fuerit præstita;(qua pleriq; consultius agentes uti solent)interim sequat offensio?& vulgo aiunt, promissioni cōtrauentum non esse tamquam promissione correspectiua non sequuta,pro non scripta videatur: ne claudicatio & disparitas sequatur.; de quibus supra.

Verum ego ex præmissis,semper in diuersam sn̄iam teten di:debet.n.qui Prætori non offendere promisit; fidem seruare. nec magistratus dignitatem,ita pro nihilo habere; vt hodie promittat,& cras contraueniat. scimus.n.eiusmodi pœ-
2 nas ēt rōne contemptus committi; ex his quæ docent Bal. l.si defuncto.C.locati.& Deci. l. cum proponas.2.in fi. C.de pa.Itaq; nisi promittens prouocatus,offenderit,vel ex noua causa,de qua sup.tit.de pa.q.47. exactioni pęnę locum arbitror,ac si pœna vtrinque in stipulationem deducta sit.

3 Illud nec prætereo,ꝙ Præses protestationē prædictam pōt, immo & debet negligere,nullatenusq; admittere.vt delictis obuietur,& ligatas interim vna pars habeat manus, donec & altera colligetur.

Vnde merito Illustrissimi Principes nostri Vrbinenses,publico programmate, decreuerunt,vt facta requisitione de cauendo sub pœna, cautiones sub eadem pęna pro prēstitis habeantur, quod ad euitanda scandala, cæterorum quoque Principum facere munus esset.

SVMMARIVM.

1 *Promissioni de non offendendo,an sit contrauentum si filius offendatur, vel offendat.*

QVAESTIO. 82.

1 Sic & alia peregrina quæstio definiri potest,an promissioni de non offendendo simpliciter;dicatur contrauentum,si filius offendatur,& an ēt diuerso si filius offendat,quę sup.tit.de pa.q.39.explicatæ fuerunt.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendendo,an etiam pro filys & consanguineis,ac familiaribus præstanda sit.*
2 *Stilus Vmbriæ & Piceni, vt quis etiam pro consanguineis & affinibus promittat.*

QVAESTIO. 83.

1 An autem eiusmodi cautio nedum pro se, sed & pro filijs,familiaribus, & consanguineis præstari debeat, Guil.a Cun.in lepæ d.l.denunciamus.nu.24. dicit quempiā cogi posse ne dum ꝙ per se vel alium non offendet; sed etiā pro illis,qui sunt de eius familia.Bar.d.l.illicitas.§.ne potentiores.ff.de offi.præsi.nu.5.concludit,vt ēt pro familiarib.& cōplicibus teneatur.Sali.d.l.denunciamus.nu.2.loquit de filijs,familiarib.& sibi subiectis.Fel.rub.de treu.nu.18.ver.qui timet;cū Bar.transire vī. nempe vt ēt familiares & cōplices in promissione cōprehendant:allegans Bal.in l.1. nu.3. C.de epi.& cle.cui adstipulari vī Pet.a Plaz epit.delic.c.7.num.8. quosdā alios ex recentioribus allegando:adducunt oēs. l.1.& l.qui insulā,ff.loca.& sic se habet cōis Vmbriæ & Piceni stilus.ita vt nedū filij & cōsanguinei,sed ēt affines vsq; in tertiū
2 gradum iure canonico computandum comprehendantur.

Sed circūscripto stilo, iure optimo cautū n̄ reperio,vt qs ꝑ alijs, q̄ filijs alijsq; quos qs sub ptāte habeat ad onus istud adeò graue & extraordinariū cogi debeat;vulg.rub.& tit.C. ne filij pro pa. &c. scimus enim ꝙ plerunque (vt ait Poeta)

Filius ante diem patrios inquirit in annos.
Et quod fratrum quoque gratia rara est.

Vnde ꝙ quis cauere cogat pro his filijs qui sacris paternis,non subiiciuntur,& pro alijs consanguineis, q sub ptāte vel gubernio ipsius non versantur,qui q̄nque in solam promittentiū inuidiam, contraueniunt, nimis graue & in hu manum videtur.Nec me mouet tex.in alleg.l.1.quia nihil ad rumbum.nec in l.qui insulam.§.colonus, quæ loquitur in seruo qui est sub potestate,& familia.

Nec contradicit Bald.a.Fel.allegatus.d.l.1.nu.3. quia loqtur in pace,ad quam nemo cogitur,vt alibi dixi:& per verbū debet,dicens ꝙ pacem faciens,debet promittere pro familiaribus & adhærentibus, si vult esse fidelis. quæ verba potius decentiam,quam necessitatem important.Vnde ꝙ quis pro alijs, quā pro filijs & descendentibus, quos sub prāte habet, promittere cogatur iuri consonū non censeo,& ideo Salic. sup. filijs & familiarib. sibi subiectis tantū loquutus:est idēq; sensisse videntur Abb c.1.de rest.spol Cur.Sen.cons.41.Rip. l.1.nu.15.ff.de dam. infec. Animaduertant igitur prudentes Præsides,vt etiam stilo in contrarium suadente,in eiusmodi promissionibus,pro alijs prēstandis,vel aliorum culpa exigēdis, mitius agant, quum extra iuris cōis orbitam vagentur.

SVMMARIVM.

1 *Pater an pro spurio cauere cogendus sit: vel si pro filijs simpliciter cauerit si spurius contraueniat,teneatur.*
3 *Spurij,filiorum appellatione non continentur.*
3 *Spurij non sunt filij nominandi.*
4 *Spurij coniunctorum appellatione non comprehenduntur: nec cum eis (quoad patrem) ulla datur cognatio.*
5 *Spurij,iure ciuili incogniti.*
6 *Spurius non continetur statuto,quod pater pro filio condemnationem soluere teneatur.*
7 *Spurius an comprehendatur in statuto,quod pater pro filio damnum rependere cogatur.*

QVAESTIO. 84.

1 Et ex his quæ sup.digesta sunt,alia quoque diffiniri pōt qō:An pater pro filio spurio cauere cogatur:vel si ꝑ filijs simpliciter cauerit,ex offensione a spurio facta,teneat in qua cōi voto maiores nr̄i,negatiue rndere,& p̄sertim Dy. Ray.Bal l.cū pater.§.volo.de leg.2.Ale.l.ex facto.§.si quis rogatus.nu.48.ff.ad Trebel.& cōs.60.nu.13.in 2.quia ait Bal.d.
2 §.volo,filiorum imò & liberorum appellatione,spurij non continentur.auth.qui.mo.natu effi.sui.& quia spurij filij nō
3 sunt nominandi,auth.ex complexu. C. de incest.nup. ita ut
4 nec cōiunctorū appellatione,veniant,nec cū illis sit, quoad patrē coniunctio,aut cognatio,vt voluere Dy. cons.15.Bal. l.id quod pauperib.C.de epi.& cle.Alex.d cons.60.nu 9.Tiraq.consue.pict.de retract.ligne.§.j.gl.8.nu.5.tamquam ciuili iure incogniti.Suader,quia statutū, quo pater pro filio cō denationē soluere cogat,de filio spurio nō intelligit.ex Bal. in l.gn̄aliter.§.cum aūt.nu.5.C.de insti.& substi.& in l.1.nu. 4.C.de succe.edic.quia(vt ipse ait)fieret interpretatio extēsiua,vltra definitionē & significationē vocabuli.l.filiū definimus.de his q sunt sui vel alie.iu.sequtur Sali.ibi.Imo.d.§.si qs
7 rogatus.Alb.1.par.stat.q.49.& in statuto,ꝙ pater dānū a filio datū,reficere teneatur.Io.And.in addi.ad Spec.rub.qui filij sint leg.& Alex.d.cons.60.nu.41.& alij passim:quibus & quę præcedenti.q:dicta sunt,adstipulantur.

Putarim tamen iudicis arbitrio relinquendum,an in cautionibus præstandis pater pro eo cogendus foret,cuius munus esset scisitari an pater ipsum domi aleret, & ceu filium tractaret,an alios legitimos & naturales hēret ad quos proprie uindicta pertineret,& patris ac spurtij mores, & causæ qualitatem perpendere,& ex his & similibus ita agere,vt pater in eiusmodi exorbitantibus, præter rem non grauetur, scandalisque obuiam eatur. Audiui enim a plerisque filios spurios desiderari,ut uindictę,sine census obliguritione,cō modius possent perpetrari.

SVMMARIVM.

1 *Naturales an in promissione de non offendendo pro se & filijs comprehendantur,& an pater pro eis cogi possit.*
2 *Naturalis,proprie qui dicantur.*
3 *Naturales,non dicitur proprie filius in pœnalibus.*
4 *Naturalis,an statuto contineatur quod pater pro filijs condemnationem soluere debeat.*
5 *Naturalis an in emphyteusi,pro se & filijs comprehendatur.*
6 *Naturales ciuili iure,filij nominantur.*
7 *Naturales pro legitimis,& naturalibus habentur,in his quæ naturali in re perueniunt.*
8 *Naturales,ad accusandum de morte matris admittuntur.*
9 *Naturales filiorum appellatione continentur quum eadem militat ratio, quæ in legitimo.*

QVAE-

Digitized by Google

QVAESTIO. 85.

1 Maior profecto in filijs, proprie naturalibus; versat dubitatio: nempe an in promissione pro filijs contineantur; vel pro eis quoque, pater promittere cogi possit; de his loquendo, qui ex cõcubina nascuntur, diu domi in habitu cõcubinæ, & (vt aiunt) affectione maritali retenta; & quæ sit vnica: de qua Guil. in Spec. in tit. de succes. ab intest. §. 1. ver. nũc de naturalib. Alex. cons. 60. nu. 8. & Caccial. reper. l. si qua illustris. C. ad orphi. Alc. trac. de præs. reg. 3. præl. v. In qua quidẽ qõne Cy. d. l. cum pater. §. volo. ff. de leg. 2. negatiuam amplexus est: & post eum Fel. c. in præsentia. nu. 36. de proba. & facit quia filius naturalis, non dicitur vere & proprie filius. d. l. filium. ff. qui sunt sui, vel alie. maxime in pœnalibus: vt in statutis docet Abb. d. c. in præsentia, & in statuto ꝙ pater pro filio condemnationẽ soluere teneatur. Imo. l. Lucius. 2. §. fin. de leg. 2. Alb. d. q. 49. 1. par. stat. & ꝙ in emphyteusi ecclesiastica pro se & filijs non contineatur. Bal Imo. d. §. fin. Abb. Fel. nu. 42. d. c. in præsentia.

Sed quidquid sit, quum de naturalium fauore, aliisq; similibus tractatur; in specie nostra authoritate Cyn. & Fel. non obstante, subsisterem; si filij naturales (prout de spurijs dixi) sub patris gubernio viuerẽt; ipsi enim ciuili lege filij nominantur; nec omnino spernuntur. co. tit. C. de natu. lib. & quũ sint natura filij, & ex paterno semine concepti; prout legit. & naturales, verosimile est ex offensa patri facta, pariformiter ipsorum sanguinem circa cor ebullire; & manus ad vindictã conferere. in his. n. quę naturalia sunt, naturales pro legitimis & naturalibus habentur: vt ait Barb. in addit. ad Bal. d l. generaliter. §. cum autem. nu. 5. Guil. a Cun. l. parentes. ff. de in ius voc. Tiraq. de retract. Ligna. gl. 6. §. 1. nu. 5. Ideo Bar. l. 1. nu. 3. ff. de accu. probat, naturales de morte patris ad accusendum admitti: & generalis regula tradi solet; ꝙ vbi eadem militat ratio in naturali quæ in legitimo, filiorum appellatione cõtineantur. l. quisquis. C. ad leg. Iul. maiest. Abb. Fel. num. 33. d. cap. in præsentia.

SVMMARIVM.

1 *Promissio, de non offendendo, an ad vxorem passiue porrigatur.*

QVAESTIO. 86.

1 Sed an simpliciter præstita, ad vxorẽ passiue porrigatur; ita vt vxorem offendens, contrauenisse dicatur: & negatiue respondendum arbitror: quidquid in pace deliberandum sit, ex his quæ scripsi. sup. tit. de pa. q. 38.

SVMMARIVM.

1 *Cautio simpliciter præstita, an hæredes comprehendat.*
2 *Hæres dicitur eadem persona cum defuncto.*
3 *Promittens simpliciter, pro hæredibus quoque promittere censetur.*
4 *Hæres Titij in instrumento nominatus videtur, Titio nominato.*
5 *In pœnalibus a verborum proprietate non recedimus.*
6 *Hæredis persona, ficte eadem dicitur, non vere.*
7 *Dictio quodammodo improprietatem designat.*
8 *Hæres eadem persona cum defuncto non dicitur, quum verba proprie capiuntur.*

QVAESTIO. 87.

1 An verò cautio, vt supra, simpliciter præstita, hæredes eorum quoque cõprehendat: videretur affirmatiue concludendum, quia hæ-
2 res est quodammodo eadẽ persona cum defuncto: vulg. §. 1.
3 in auth. de iureiur. a mor. præsti. & qui pro se simpliciter ꝓ mittit, pro hæredibus quoque promisisse censet. si gl. Bar. l.
4 sic. de ver. oblig. & nominato Titio in instrumento, hæres eius etiam nominatus, videtur: ex Bald. in l. 1. C. quo. lega. cum similibus.

Sed hac in specie contrarium respondendum; quia sumus
5 in pœnalibus, in quibus a verborum proprietate non recedit: omissumque pro omisso hꝫ. l. si cum dotem. ff. sol. mat.
6 Alia. n. proprie loquendo & vere, est persona defuncti; alia
7 & ficta, & repræsentatiua est persona hæredis. Ideo tex. d. §. 1. vtitur verbo quodammodo; quod improprietatem designat. l. in suis. ff. de lib & posth. & in simili congerit. Iaſ. l. 1. §. sed & si mihi. nu. 3. de verb. obl. Et ꝙ in materia, in qua proprie, & non per interpretationem percipi debent; hæres eadẽ
8 persona non censeatur post aliorum terga docet Dec. l. hæredem. ff. de reg. iur. & in quæstione nostra Are. vulg. §. Caro. & l. si stipulat. fuero. de verbor. obligat. & Pet. a Plaz. epit. de-
lict. lib. primo cap. 6. nume. 29. versicu. hinc etiam.

SVMMARIVM.

1 *Promissio de non offendẽdo, pro se & hæredibus si fiat, an cohæredes pro hæreditarijs portionibus, uel insolidum teneantur.*

QVAESTIO. 88.

1 Quid autem si promissio pro se & hæredibus facta sit? an cohæredes offendentis, pro hæreditarijs portionibus, vel insolidum teneantur: maxima controuersia iuris est quæstio, (in qua vt in adagio est) Delio natatore opus esset. videto quæ dixi sup. tit. de pa. q. 60.

SVMMARIVM.

1 *Cautiones de non offendendo in uno territorio præstita, si in alio sit contrauentum, an exigantur.*
2 *Ius dicenti extra territorium, impune non paretur.*
3 *Iudicis decretum, ultra territorium non extenditur.*
4 *Postulare prohibitus in una prouincia, in alia non prohibetur.*
5 *Statutum quod unus pro altero teneatur, in delinquente extra territoriũ non procedit.*
6 *Repræsaliæ, latine clarigationes appellantur.*
7 *Statutum obligans patrem pro filio delinquente, non precedit si extra territorium delinquat.*
8 *Statuti natura est, ut extra territorium uires non porrigat.*
9 *Prohibitio respiciens personã tantum, non bona, etiam extra territoriũ porrigitur.*

QVAESTIO. 89.

1 Nec ab re quæri potest, An cautiones coram Præside vnius prouinciæ præstitæ; si in alieno territorio sit contrauẽtum; exigi possint; Guil. a Cun. in sæpe allegata. l. denunciamus, nu. 38. ver. sed quæro qualiter. C. de his qui ad eccle. cõfu. negatiuam probauit: ex tex. in l. fi. ff. de iurisd. omn. iud. vbi
2 extra territorium ius dicenti impune non paretur: Sed ibi nimirum, quia non debuit iudex, extra iurisdictionem ius dicere: quod non est in casu, de quo supra, in quo cautiones, coram competenti iudice præstitæ fuerũt: allegat ẽt tex. in l. cum vnus. §. si qui. ff. de bon. alias, de reb. auth. iudic. poss. vbi simplex iudicis decretum, vltra eius territorium non extenditur: Sed nil facit, quia. i. respectu bonorũ quę sunt intra ter-
3 ritorium extra quod iurisdictio non extenditur: adducit ẽt.
4 l. ex causa. ff. de postul. vbi prohibitus postulare in vna prouincia, in alia nõ prohibetur. Sed ibi prohibitio respectu certæ causæ, absque culpa & infamia postulantis, facta fuit: quæ
5 ad rem nostram sat commode trahi non possunt; Suadet ẽt quia lex municipalis, ꝙ vnus pro altero teneatur; in delinquente extra territorium, non procedit: ut in statuto Floren-
6 tino scripsit Bar. tract. repræsaliarum (quas latine clarigationes appellamus) 4. par. 1. q. principa. & in filio si patrem obli-
7 gat ꝓ legitima. Bal. l. 1. q. 3. C. ne fil. pro pa. Soc. l. modestinus. ff. de excep. Iaſ. §. actiones nu. 85. Insti. de act. quibus adstipulatur Dec. cons. 359. quia eiusmodi statuta sunt odiosa, & sic
8 (ut vulgo dicitur) restringenda. Sed nimirum, quia natura statuti est, ut extra municipium uires non habeat, quod in promissione non est dicendum. Et ideo pro affirmatiua responderem, quia prohibitio respiciens personam tantum nõ bo-
9 na, prohibiti personam sic afficit, ut quocunque ierit, etiam extra territorium, prohibitus censeatur: ex doctrina Bald. in l. cunctos popu. q. 6. & his quæ congerunt Alex. cons. 41. in v. Iaſ. 59. in Henri. Boic. tract. sim. par. 3. art. 2. num. 21. Mar. l. fin. num. 132. ff. de iurisd. om. iud. & alij passim: aliàs facile eiusmodi promissionibus, fraus struereture, si extra territorium impune respectu cautionum, aduersus promissiones iri posset.

SVMMARIVM.

1 *Offensa quid sit.*
2 *Offensa an dicatur, si ex ea pena non infertur.*

QVAESTIO. 90.

1 Et quia de offensionibus, quib. cautiones violantur, passim comminiscimur, quęri posset quid sit offensa, Barto. in l. licitatio. §. quod illicite. nu. 4. ff. de publi. ita definit, Offensa est quidquid aliquem ad iracundiam prouocat, & probat ex extrauagan. Frideri. tit. de pa. const in princip. subdens, ita tamen vt prouocanti a lege uel ab homine, pena inferri

Digitized by Google

c ferri possit,allegat.l.testamento.4.ff. de manumi.adduci solet etiam tex.l.qui maritum l.filia in orbitate.ff.de inof test.

Sed ipseniet Bar. in l. 1. ff.de his quivt indi.quo cum transire videtur Alex.ait offensam fieri posse,ēt ꝙ ex ea quis pe-
76 tur, quod concessum † ad tempus, post tempus dicatur esse prohibitum, & ibi vide quales effectus ex prohibitione seu permissione legis inducantur,quæ omnia sunt notatu, & relatu digna, volu sque recensere quia conferunt ad multorum intellectum.

S V M-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

77 *Pax & treugua sunt per se correspectiua, & compatibiles.*
78 *Correspectiuorum vno posito vel remoto alterum ponitur, & rebus sic stantibus intelliguntur.*
79 *Lex non iuuat eum qui fedus rumpit.*
80 *Offensio non dicitur cum quis iuste facit, sed quando quis iniuste patitur.*
81 *Causa finalis vbi ab extremorum relatione inducitur, illa cessãte cessat treugua.*
82 *Penarum conuentionalium natura est, ut petens ostendat implementum ex parte sua.*
83 *Probatio liquida in penalibus.*
84 *Pactum non seruans non potest facere in eo fundamentum.*
85 *Exceptio implementi non sequuti dicitur litis finita.*
86 *Purgatio morae iuramento impeditur.*
87 *Exceptio implementi non sequuti facit actum corruere, nec solutione pœnae liberatur, nec auditur lite cepta.*
88 *Frustra petit qui quod debet non impendit.*
89 *Implementi defectus inficit possessorium, & litis ingressum, et exceptio implementi nunquam dicitur excluſa, nec excusat implementum, & non opponitur nisi ab eo cuius interest, & iudex de facto supplet, & multa circa hæc.*
90 *Omittere est facere, & omissione contrauenitur.*
91 *Filius omittens defendere patrem homicida est.*
92 *Contrauentione primi secundus non incidit in pœnam, & non dicitur principium motus, sed motus agitatus.*
93 *Cautio de non offendendo ad defensam principaliter, secundario ad offensam.*
94 *Interpretatio illa dicitur congrua quæ inest necessario.*
95 *De mente contrahentium dicitur quodcunque prodest.*
96 *Implementi facilitas incentiuum contrahendi.*
97 *Sapientum animi ad ea adaptantur quę faciliora sunt per viam implemẽti.*
98 *Interpretatio illa sumenda quæ habet plurimum rationis.*
99 *Ratio loquitur in cordibus nostris, & regulat & regit.*
100 *Intepres pactorum omnium communis vtilitas.*
101 *Lumen nullum maius intellectu.*
102 *Conuentio qualibet ad suam causam referenda.*
103 *Causa magis quam factum intuenda. 33.*
104 *Veritas non consistit in verbis, sed mente, & sensu, nõ superficie, sed medulla, non in sermonum foliis, sed radice.*
105 *Mẽs talis qualia verba in ore, causa facti magis quam factorum, promissio ex causa antecedenti, nec intelligitur lædi vbi facto proprio oeffuditur quispiam.*
106 *Factum proprium in promissione non includitur.*

QVAESTIO CXIX.

Ratio autem tam in treugua quam in pace, quod ex noua causa non rumpantur, quia pax † & treugua
77 de per se ambę sunt correspectiuę, & comparabiles l. fina. de accep. l. vltima. C. de indict. vidui. Bald. consilio centesimo nonagesimo quinto. laudare, colum. fin. & vno posito vel remo
78 to † alterum ponitur vel remouetur, Bart. in l. cum inter sub numero octauo. de excep. & hę correspectiuæ obligationes intelliguntur rebus sic stantibus, & altero fidẽ seruante, vt in dicto §. inter locatorem, Paul. consilio 412. columna 1. libro primo.

Quia breue Rolan. d. consilio primo. in 2. num. centesimo quinquagesimo nono.

79 Nec enim † fauendus est qui rũpit fœdus, & lex non iuuat eum qui incidit in legem, dicto §. inter locatorem, l. auxiliũ,
80 §. in delictis, de mi. & non dicitur offendere † qui aliquid iuste facit, sed ille qui patitur iniuste dicitur offendisse, Bald. dicto consilio cẽtesimo nonagesimoquinto. sub numero octauo. & vbi ab extremorum † relatione inducitur causa finalis,
81 ea cessante cessat treugua, l. si Instituta. ff. de inofficioso testamento, l. cum mota, l. si maior, C. de transact. & Bald. dicto loco. sub numero decimoquarto. & hæc est natura pœnarum
82 conuentionalium, † vt nisi petens ex parte sua debitum probet implementum, a pœnæ petitione repellatur, Bald. in capitu. primo. qualiter. domi. propriet. feu. priuetur quia † liqui-
83 da debet esse probatio, ut pœna peti possit, columna secun. facit, quod Iernus, de cõdi. ob cau. l. Iulianus, §. offerri, de act. empt. l. alumnæ, §. Seię, de alimen. & cib. lega. l. clemens, de hę redibus insti. Aymo consilio 230. columna 1. & 2. & 238. co-
84 lumna 3. 248. columna quarta. & pactum non seruans † non potest in eo facere fundamentũ, Bald. in d. rub. in fi. glo. & Abbas in cap. quemadmodum, de iur. & in reg. ex eo de regu. iu. in 6. ad idem Alexand. dicto consilio centesimo decimo no-
85 no. libro primo columna secunda. in fi. & exceptio † implemẽti non sequuti dicitur litis finitę, & maxime stante iuramen-
86 to, quo casu moræ † purgatio impeditur, l. si quis maior, C. de transact. vt latius declarat Gabriel. conclu. 1. de transact. in libro conclusio. Rip. in l. fina. C. de reuoca. donat. numero 12. Cepha. consilio vigesimo quinto. in 1. ad i lem de exceptione
87 implementi † quæ facit cuncta corruere, Soc. consilio septuagesimo septimo. libro primo, numero quarãtesimosecundo. Aret. consilio decimoquarto. numero decimooctauo. nec soluendo pœnam liberatur, Barto. l. cum pater, §. ibertus, de leg. secun. vide adhuc Aymo consilio ducentesimoquarantesimo
88 octauo. columna 3. & frustra † petit debitum qui qnod debet non impedit. Pau. consilio 10. quia frustra, libro secundo. nec audiri debet post iudicium inchoatum. Aymo consilio centesimo nonagesimo secundo. numero decimosexto. Rolan. cõsilio 57. nu. 17.

Et cępto iudicio locum non esse purgationi morę, idem consilio 216. numero vigesimosecundo. columna pen. in fine. & implenti defectus inficit possessorium, Aymo consilio ducẽtesimo nonagesimonono. columna 3. & litis ingressum, Ias.
89 in §. actionum, numero 38. de act. & huius † exceptio nunquam dicitur excluſa. Roman. consilio ducentesimo quadragesimoquarto. pro euidentia. Aymo consilio centesimouigesimo septimo. numero decimoquarto. quia venit ex eodem fonte conuentionis. Dec. cap. ex parte. de officio delega. consi. 356. 119. pro tenui. 446. Aymo consilio cli. Corn. consilio ducentesimononagesimo septimo. in 3. & differt exequutionẽ, Corn. consilio septuagesimonono. numero decimoseptimo. libro primo. & omnibus aliis exceptionibus reiectis a statuto, ista nunquam dicitur excluſa. Aymo consilio ducentesimo quarantesimooctauo. Rolan. consilio 52. numero 32. libro 1. nec aliquod excusat impedimentum. Bal. in l. vltima, C. commo. Rolan. dicto consi. numero vigesimosecundo. Rub. consi. 30. Gozad. consilio 99 numero quarantesimoquinto. Soc cõsilio ducentesimo septuagesimo tertio. columna secunda. in secun. Ay. consilio centesimo quinquagesimoprimo. num. 8. & sequen.

Sed hæc exceptio non potest opponi nisi ab eo cuius interest. Alexand. consilio centesimo vigesimoseptimo. in 7. Dec. consi. 452. nu. x.

Sicut in nullitate, vt Tiraq. in legibus connubia. glo. 8. nu. 94. cum seq. & istam exceptionẽ iudex supplet ex officio. Ro. dicto consilio ducentesimo quadragesimoquarto. & Ay. cõs. 151. sub nu. x.

Si igitur propterea factum quod consistit in omittendo,
90 quia omittere † est facere, l. qui non facit de reg. iur. & ibi Dec. & Cagno. & glo. in l. adigere, de iure patro Tiraq. de pœnis causa 44. numero 13. & 17. Luc. l. omnes, C. de decurio. libro 10. & l. vni. C. publi. lætit. vesicu. 18. quanto magis propter cõtrauentionem, quæ proprie dicitur factum, pœna incurratur, l. si mora. ff. solut. mat. matrimo. Aymo consilio 300. numero
91 3. cum vulg. & ideo negligens † filius patrem adiuuare parricidii reus est. l. vtrum, de parrici. Vero. consilio 59. columna 4. quia dicitur facere ei iniuriam. Neuiz. in Syl. nup. lib. 1. non est nubendum.

92 Ideo data contrauentione primi, † secundus non incidit in pœnam conuentionalem, l. siue apud. C. de transact. l. si instituta, C. de inofficioso testamento. & pœna a secundo contraueniente non committitur, l. si duo. de arb. §. si vero Barto. in l. cum pater, §. libertus, de legat. secundo. & l. qui fidem, de transact. pro qua facit, dicto §. si quis maior, de bonis libe. ibi, cognoscendum esse si vlcisci voluit prouocatus, & ille non dicitur principium motus vel mouentis agitatum, seu motum a primo offensore, l. mancipia. §. fi. C. de fer. fug l. si quis seruũ, C. de fur.

Nec mirum est si secundo offendens non incidit in aliquã
93 pœnam, quia † treugua vel cautiones de non offendẽdo principaliter fiunt ad defensionem parandam, sed incidenter ad viam offensionis, quia ubi vnum a reliquo separari non potest, totum dicitur esse permissum, etiam de iure diuino, l. ut vim, de iust. & iur. l. scientiam, §. si quis cum aliter, ff. ad legem Acqui. & ista dicitur congrua interpretation, quæ semper † di-
94 citur iesse de necessitate, & verisimilitudine, vel ipsius rei natura, l. inter socerum, §. cum inter. de pact. Docto. in l. sorte, ff.
95 pro soc. & id dicitur de mente contrahentium † quod vtriq; parti prodest, & nemini est oneroſum, l. cum Stichus, ff. de solut. quia † facilitas implendi incentiuum dat pacisc̃edo, & ad
96 97 ea quæ faciliora sunt per uiam implementi sapientum † animi ordinantur, l. diuortio, de nego. gest. & illa interpretatio
98 sumenda est quæ habet plurimum humanitatis, & quam discretio naturalis, quæ polus est omnis virtutis † nobis insinuat
99 & sic mutua ratio, quæ loquitur in cordibus nostris regulat & regit conditiones, l. in condõnibus, de conditio. & demon.

&

Digitized by Google

100 & optima pactorum † interpres vtilitas & causa finalis, qa
101 omne †quod monetur tẽdit ad bonum naturaliter quod om nes appetunt,& non reperitur maius lumen in rerum natura quam intellectus, Bald.consilio 343.examinan.in 1.confir-
102 matur,quia† quælibet conuentio ad causam suam restringitur,l.at si quis,§.plerique,de religio.& sumpt.funerum, l.cancellauerat,de his quæ testa.delen.l.cum tale, §.falsam,de condit.& demonstra.& dicto §.libertus,Bald.& Sal.in l.fina.ad senat.consul.Mace.l.fina.C.de nau. fœno.Ale. consi. centesimo decimotertio.nu.7.semper q̃ inspiciẽdum cur aliquid fiat, l. tale,§.fina.de pact. Aymo consilio trecentesimo decimonono.numero septimo.l.cum hi,§.causa, de transact. l.cum pa-
103 ter,§.dulcissimis,de lega.secũdo.causamque magis†quam factum spectandam,Aymo pro genero numero centesimo nonagesimo secundo.quia veritas non†in verbis solum,sed mẽ
104 te & sensu,consistit non in sermonum foliis, sed radice, l.q. j.Marchio.Anch. consilio ducentesimo octuagesimoprimo. ad idem in fi & talis mens in corde, quale verbum in ore,alias dici solet.Bal.consilio centesimo sexagesimo.facta in pri-
105 mo causamque facti,†magisque ipsum factum spectandũ,l. verum, de sur.Aymo consilio septuagesimoquinto.numero decimoquinto.& consilio decimoquinto.numero nono. facit,l.id quod de donat Bald. in Authen. ex testamento. C. de secund.nup.Dec.consilio quarantesimooctauo.columna pe. versicu.sexto & vltimo & promissio censetur facta ex causa antecedenti.argumen. l.triticum, de verborum obligatio. & in pace non veniunt ea de quibus nõ est cogitatum l.cum Aquiliana,de tranfact.l.secunda.de contrahen.empt. Bal.dicto consilio 155.columna secunda. item si promitto te nõ offen-
106 dere,& facto tuo te offendo non incurritur pœna,quia† in promissione factum proprium includitur, l.vni, Cod.de his quæ pœnæ.nom.Barto.in dicto §.inter locatorem,Baldus capitulo primo de pace tenenda.& facit l.cum mater, de inofficioso testamento.Ioannes Andre.capitu. fina.de iureiurand. Pau.d.l.qui seruum,de verborum obligatio.Roma.in l.semel ff. solu.matrimonio.Barto.in l.quid ergo,§.hæres,ff.de lega.j. Ioann.Andr.ad Specula.de treugua & pace Alexand. incitato consilio 19.Roman.consilio 183.Ripa de priui.contract.s. tempo.pest.

SVMMARIVM.

108 *Conuentio quælibet rebus sic stãtibus intelligitur, & tacitum habet intellectum,nisi culpa eius intercedat. 109.118.vbi,nisi status obligationis mutetur.*
110 *Monachus professus,si aliter regulam reformari cõtingat, an teneatur seruare.*
111 *Regula clausralis an de nouo indici possit.*
112 *Immunitas quando ex superuenienti læsione reuocetur.*
113 *Priuilegium quod capit esse captiosum rescinditur.*
114 *Immunitas causam belli non continet, maxime contra infideles.*
115 *Immunitas non prodest in necessitatibus sanctissimæ sedis apostolicæ.*
116 *Bellum contra infideles dicitur Romanum.*
117 *Contrauenire non dicitur quis ex noua causa.*
119 *Prouisio non extenditur ad casus inopinatos.*
120 *Fides non violandi ex eo quod violata sit.*
121 *Compensatio in delictis non admittenda. 125.*
122 *Dolus cum dolo an compensetur.*
123 *Vis cum vi an compensetur.*
124 *Vir peccat adulterando,licet vxor adulterata sit.*
126 *Treugua vel pax obseruanda propter iuramentum.*
127 *Fidem non licet frangere quia prius violata sit.*
128 *Promissum non implere,ad quod promissor sine tenetur obligatione, aliud malum inferre,quod non facere obligatus est.*
129 *Fides per contrarium sensum non potest rumpi.*
130 *Temporis lapsus non habet dispositionem.*
131 *Pax seruanda per viam compulsionis,non exolutionis.*
132 *Delicta a contrario sensu non permittenda.*
133 *Prohibitio non inducit eius contrarium.*
134 *Tempus adiectum determinabili solum illud determinat.*
135 *Temporis lapsus non excludit ab explicatione actus, sed facit incidere in pœnam negligentiæ.*
136 *Lapsus remporis excludit ab accusando.*
137 *Promissio quo ad Deum non euacuatur.*
138 *Infamis contra infamem an admittatur.* †

QVAESTIO CXX.

Alia ratio afferri consueuit,quod
108 ex noua causa non rumpatur, quia quælibet † conuentio intelligitur rebus sic stantibus,Cic.libro primo.off.incipient.incidunt tempora. etiam stante iuramento. Alexand.consilio 32.numero nono.libro secundo.Tiraq.in legibus connu.glo. 1.parte 13.numero 42.Socin.iun.consilio septuagesimoseptimo.numero centesimo quadragesimotertio.in 1. Bald.in alleg capitu.cum inter,de renunciat. Deci. consilio trecentesimo trigesimo quinto.Tiraq.in l.si vnquam,C de reuocan.donat.numero centesimo sexagesimoprimo.Iaf.in l.ex facto,ff. de vulga.& pupilla.Boer.decis.204.numero vigesimoprimo. & sub locatione rerum vniuersaliũ non continetur quæ post locationem accesserunt, Bald.consilio 370. Magnifica. libro primo.& promissio tacitum habet intellectum, nisi culpa ei
109 † cui fuit facta promissio intercedat,Roman.consilio centesimo octuagesimoseptimo.Felyn.in capitu.peruenit,il secõdo.numero quinto.ideo professus, † si aliter regulam refor-
110 mari contingat,seruare non tenetur,Oldrad.consilio nonagesimosexto.Luc.l.secunda.Cod.de re mil. libro duodecimo. l.prima.Cod.de commea. libro duodecimo. columna secunda.& sequen.vbi circa hoc colligere poteris mirabiles casus
111 ex quibus arctior regula monialibus † legitimo iure indicitur,etiã clausralis,prout actum fuit & quidem saluberrime tempore Sanctiss. D.N.Pij.V.

Hinc tẽpestate nostra,in qua tot super indicta subsidia tri-
112 buta superuenerunt † quasi ex superuenienti læsione reuocanda sunt,& rebus sic stãtibus intelligenda,capitu.dilecti,ca. suggestum,de decisio.cap.quid sic nouale de verborum signi. Pau.consilio 317.libro primo.in fi. viso Aymo consilio ducẽtesimo nonagesimoquarto. columna secunda. versicu.incip. in fauorem,rescinditurque priuilegium quod cœpit esse † ca-
113 ptiosum l.ex facto.de vulgar.& pupilla.Oldra.consilio nonagesimoseptimo.factum tale.columna secunda.Crot.consilio 64.numero 4.Roland.consilio primo.numero centesimo sexagesimoquarto.centesimo septuagesimo tertio.in 2.Aymo consilio nonagesimoquinto.columna quarta.Dec. cõsi. 335. colum.2.

114 Et immunitates causam † belli non complectuntur, maxime contra infideles,Thom. Parpal.in l.placet,Co. de sacro sanct.eccle.columna fina.Cyn.Abb.Soc.Iaf.Ruy. Crot.in l.si ex toto,de leg.i.Cœpo.in caut.30.vbi de communi, alias,80. Plo.in l si quando,Codicevnde vi.folio xi.numero septimo. & sequen.Alciat consilio decimosexto. libro quarto.tom.1. Roland. consilio quinto. numero vigesimosexto. in 1. & numero 35.vbi declaratur,42.& 51. & consilio nonagesimosexto.numero 32.& in necessitatibus † imminentibus Eccle-
115 siæ Romanæ propter guerram.ad idem Plat. in l.2.C.quibus, munem.lice.se excu.lib.x.& l.cum te.C.quemad. ciuilia mune.lib.x.& maxime pro catholica fide tuenda,vt Cephal.consilio 154.numero 3.& 22.& bellum dicitur Romanum † con-
116 tra infideles,ut supra dixi late Couar.post cap.quamuis,de pact.in 6.in repert.4.parte,numero xix. & qui subueniunt in huiusmodi necessitatibus indulgentiam consequuntur plenariam peccatorum, ut idem author refert, ideo omnes alacri animo debemus necessaria ministrare.

Vnde ex præmissis infertur, ex noua causa non dici quem-
117 piam † contrauenire,l.si de certa, C. de transact.l.si quis ita, de verborum obliga.Bald.in dicto capitu. 1. de treug. & pace Barto.in l.verum,ff.de fur.quia omnis conuentio semper in-
118 telligitur † dummodo obligationis status non mutetur,l.insulam infra biennium.de verborum obligatio.& ad inopina-
119 tos † casus non porrigitur prouisio generalis argu. l. Ossilius de leg.3. & semper ad præsentem statum est habendus respectus,Bal.in consi.112.in 2.de generali.

At si quis vellet Vincentii opinionem tueri, his omnibus commode respondere posset,quod vbi res vel factum in obligatione reperitur, tunc præmissa procedunt, ut sit aufertur mihi feudum tibi non seruiam,cap.peruenit, de fideiuss.capi. quamuis,ff.ad Turpi.l.si qnis in venditione,§.si quis emptor, de contrahen.empt. & ex defectu causæ finalis desit esse feudum.Ana.Bolo.consilio 6.& secundum opinionem Vincentii,Archid.24.quæstio.3. ille ait,quod si cum aliquo feci treu-
120 guam, † & illam fregit,non tamen ex eo debeo illam violare,xi.quæst.3.inter verba, in fi.& licet tu comburas domum
121 meam,non tamen & contra te similiter agere debeo †& cõtra te parem reflecti iniuriam, cum tibi fidem promisi. 23.q. 1.noli.

Sed solum me defendere, & sic qui primo pacem fregit,alter in recompensationem mutui criminis communicare,l.vxor,§.si iudex,de adulter. l. secunda. §. qui hoc.eodem titu.&
122 licet dolus † cum dolo compensetur, non tamen vis † cum
123 vi.l.quis ad se fundum,Cod.ad legem Iuliam de vi.publi.& li
124 cet vxor adulterata sit,† & vir peccet adulterando, 32. q. 5.c.
125 j.& quando circa iniurias † admittatur compensatio. Placa. lib.1.epi.cap.1.nume.21.fo.34.cum enim hinc inde de seruada

Digitized by Google

da pace vel treugua fides interuenit, ob Dei reuerentiam, qa ob iuramentum medius † quodammodo fideiussor interue-
126 nit, licet alter in pacis fracturam vel treugiæ prolabatur, fidē seruare tenetur, 23. quæstio, v. quod Deo, quia quo ad pacis obseruantiam sine vllo pacto tenebatur. Apost. ad Corinthios pacem habete. & sic non est illa ratio, quod liceat fidem frā
127 gere violanti, † quia bellum & offensam agere nō licet, quāuis nulla super hoc obligatio præcesserit. aliud enim est promissum non implere, ad quod promissor sine vlla speciali obligatione tenetur, aliud malum inferre, quod nō facere om-
128 ni iure paciscens † absque vlla promissione obligatus est. &
129 per contrarium sensum, fidem frangere † & violare non li-
130 cet, nec permittendum est. ex iam dictis quia lapsus † temporis non inducit dispositionem, ut diximus supra, ergo nec rei, argumento de tempore ad rem, lege secunda, de condi. inser. Nec ista obligatio reciproca est conditionalis, quia ad pacem & treuguam seruandam potest quis compelli per viam com-
131 pulsionis, † non exclusionis, lege fina § emptor, ff. de rescind.
132 vendit. quia delicta † a contrario sensu permitti non debent. facit quod voluit Bald. in cap. dudum, sub numero vigesimo-
133 septimo. de elect. & prohibitio † non inducit eius contrariū, l. Titia, de manumiss. testa. Oldra. consilio ducentesimo vigesimo octauo. quod fratres, & ideo duobus existentibus contrarijs, quod minus contrariatur inspicitur, Bald. consilio ducentesimo vigesimo tertio. in primo. numero quarto. primo statuto.

Fallit tamen, vbi contra illum qui treuguam fregit, posset indici bellum, Luc. de penna, in d. l. vnica, colum. xxxi. sub versicu. in contrarium est quod notat Archid. in versic. quæritur, dum tamen non faciat liuore inimicitiæ, sed iustitiæ feruore, quia præmium & indulgentiam consequeretur, secundū ea quę supra diximus.

Item pro præmissis facit, quia siue isti termini cōtrarij, siue separati ad inuicem, se non corrumpunt, ad idem Bald. cap. j.
134 §. 30. annis, vbi tempus adiectum † determinabili solum illud determinat, & non aliud, & lapsus temporis præfixi non
135 excludit quempiam † ab explicatione actus, sed facit incidere in pœnam negligentię, l. secun. ut omnes iud. Bal. in l. properā dum de iud. Dec. in c. de cautis, de offi. deleg. numero octa. Roma. consilio 427. in fi. & cccxv. quo ad primum, Fely. in c. pe. colum. v. versicu. secundo limitatur, de iud. Ripa in l. admonē di, de iureiu. Marsi. singu. 583. Lapsus termini, post medium li-
136 cet lapsus termini remoueat † ab accusando, Oldra. consilio 3. colum. j. cum causa, vnde si ambo non seruant in laqueum
137 incidunt, quia licet quo ad hominem euacuetur † promissio, tamen quo ad Deum ambo rei iudicandi sunt, & quo ad p-
138 cessum † infamis cum infame non admittitur, nec probat. cap. testimonium, de test. Aflict. in const. regni de pac. fractor, & recep. numero 46. Barto. & Ias. in l. in arena, de inoffi. testa. Dec. consi. cli. col. 2. & ista dicta sunt excolendi ingenii gratia, circa rationem, quod liceat fidem frangere frangenti.

SVMMARIVM.

139 *Vincentij opinio fundata est in regulis iuris.* †
140 *Opinio illa prævalet quæ habet minus captionis.*
141 *Cautiones renouantur primis manentibus.*
142 *Renouatio primis manentibus eadem cum prima.*
143 *Perpetuum esse vel fieri posse, paria.* †
144 *Tempora continuantur virtute naturali.*
145 *Vnitas dicitu rcontinuati consensus.*
146 *Tempus prorogatum coniungitur cum primo, & fit idem.*
147 *Dubia exclusionis causa pendente vim habet perpetuæ.*
148 *Ratio quando vniformis.*
149 *Lex viuit in ratione.*
150 *Sermonis vis est pro iudicio intellectus.*
151 *Lingua cedit cordi, & mentis iugo iuncta consistunt.*
152 *Ratio dicitur anima legis, verba corpus, & fundamentum intellectus,* & 154.
153 *Mens radix.*
155 *Ratione expressa ab illa non recedendum.*
156 *Ratio quando adijciatur post legis promulgationem.*
157 *Ratio interpretatiua prudentum si cessat, non cessat ratio generalis.*
158 *Ratio dicitur virtus interna, & veluti genus quod de singulis prædicatur.*
159 *Paria sunt venire ex lege, vel mente, & verbis legis.*
060 *Interpretatio comprehensiua quando dicatur.*
161 *Pactorum realitas consistit in ratione.*
162 *Rationis differentia constituit differentiam aduersatiuam, & dicitur differentia terminorum subiectorum prædicamento eiusdem rationis.*
163 *Ratio dicitur mens, & mata non loquitur in cordibus, nu. & centesimosexagesimoquarto.*
165 *Vtilitas causa finalis.*
166 *Omne quod mouetur naturaliter tendit ad bonum.*
167 *Verborum vera natura quam ratio recti sermonis includit.*
168 *Significatio trahitur per rei naturam substantialem, sine qua intellectus ab intelligibili remouetur.*
169 *Ratione viuere est hominis.*
170 *Homo magis dicitur intellectus quam sensus.*
171 *Similitudo est in paribus terminis, & non ubi est diuersa ratio, & de simili idem iudicium.*
172 *Consuetudo stricti iuris, & est facti, & non extenditur extra locū,* 173. 175. 176. 179.
174 *Factum tacitum, & tacitum ex coniecturis, & non extenditur, & nu. centesimo septuagesimosexto.*
178 *Consuetudo tantum habet de potentia quantum de actu.*
180 *Leges variantur tempore, vide Bald. consilio clix. in tertio super colum. septima.*
181 *Dispositiones mundi mutantur, & in mundo nil perpetuum.*
182 *Tempus causa corruptionis.*
183 *Mundus quasi motus.*
184 *Factum per tempora distributum an recipiat variationem tempore.*
185 *Argumentum & diminutionem quæ non habent, certam naturam recipiunt.*
186 *Obligatus cum quis est ad factum, eius sumptus uariantur tempore.*
187 *Alimenta an varientur tempore.*
189 *Opiniones hominum sequuntur corpora, quæ veterascunt & pereunt & mutantur,* 192.
190 *Rerum vicissitudo & hominum.*
191 *Motus sunt dissonantes.* †
193 *Rota variauit sapius.*
194 *Sapientis est mutare consilium.*
195 *Iudex an debeat mutare opinionem erroneam.*
196 *Mutationes frequentes, & intellectus hominis peregrinus, & uariatur.*
197 *Intellectus hominis ad instar solis, qui uadit redit & non mutatur.*
198 *Statuta uariantur tempore.*
199 *Lex in tempore debet deseruire.*

QVAESTIO CXXI.

Ex alio comprobatur opinio cō-

tra Vincentium, quia fundata est in regulis iuris † communis,
139 l. cum proponas, cap. de transact. & in dicto §. inter locatorē, ideo ab hac non uidetur recedendum, Deci. consilio 481. nu.
140 duodecimo. & minus videtur habere captionis, † ideo pręualet, argu. l. fina. C. de apo. Ancha. consilio 339. columna fina. numero nono. & ex eo hæc opinio contra Vincentium videtur prævalere, quia passim fideiussiones de non offendēdo ho-
141 die primis manentibus renouantur, † & propterea cum j. ter-
142 mino manente renouentur, eædem cum primis † esse videntur, l. sed si manente, ff. de pręca. Dec. in cap. de cautis, de offi. deleg. Couar. late in cap. quamuis, de pac. in 6. in primæ partis initio, numero quinto & 6. cum seq. Gabriel. de dila. conclu. 2.
143 & paria sunt quid esse † perpetuum, vel perpetuum fieri posse, l. sufficit, ff. de cond. inde. Aufre. ad decisio. Tholo. 380. declaratur a Barto. in l. his qui in potestate, ff. de hiis qui sui vel alieni iuris. Dec. consilio 472. Tiraq. in retract. §. 2. glos. prima, numero 29.
144 Quia tempora † continuantur virtute naturali, l. cum stipulatus, de verborum obligatio. & vnum & idem esse videtur
145 ratione cōtinuati consensus in mente. † l. iurisgentium, § qui nimmo, de pac. Bald. consilio 392. locatio, in v. & omne tempus quod prorogatur, coniungitur † tāquam termino a quo,
146 & per accessionem fit idem, d. l. sed si manēte, & dubia exclu-
147 sionis causa pendente vim habet perpetuæ † exclusionis, di. l. sufficti, de cond. indeb. Bal. consilio centesimo octagesimoseptimo. columna secunda. super. numero secundo. libro pri-
148 mo. & cum hodie † ex iis treugua reddatur perpetua, ratio vtriusque dicitur vniformis, l. illiud, ad l. Aq. Fely. in cap. significauit, de iud. Corsetus de pace. 18. quæsito numero 36. ergo vniformis debet dici, dispositio, & cessante ratione diuersitatis inter treuguam & pacem, debet cessare contraria & diuersa dispositio, l. fina. de rit. nupt. l. milites agrum, de test. mi l. adigere,
149 de iure patro. quia † lex viuit in ratione, Bald. l. cum mulier,
150 ff. solu. matrimo. & vis sermonis † est pro iudicio intellectus, Bald. consilio ducentesimo decimooctauo. in 3. columna j. pe-
151 tita. & lingua cedit cordi, & sub mentis † iugo cuncta consistunt, tanquam sub suo originali, Bald. cap. multum, de reser.
152 columna prima. & ratio dicitur anima legis, † verba autem corpus, & eius superficies, Paris. consilio decimosexto. in 3. So-
153 ci. lua. consilio 16. in primo. vbi ait, † quod mens est radix, &

ratio

Digitized by Google

154 ratio, dicitur fundamentum † intellectus, Bal, c. & ſi Chriſtus,
155 col. fina. de iureiuran. & vbi ratio eſt expreſſa, nunquam ab illa receditur, ſecus † ſi ratio addatur poſt legis promulgatio-
156 nem, vt ratio adiecta † etiam ad legem veterem, quia ſi ceſſat ratio interpretatiua prudentum, non ceſſat lex, quia † ſufficit
157 ratio generalis in omnibus quæ ſunt de iuſtitia poſitiua, quia ita placuit legis conditori, Bald. di. cap, Criſtus, & ibi habetur
158 de ratione ſcripta. Tiraq. cauſa ceſſant, per totum, l. ſi vnquã, C. de reuoc. donat. in verſi. libertis, numero 38. & ſeq. ratio legis dicitur † vt virtus interna, & veluti genus quod de ſingulis
159 prędicatur ſpeciebus, ideo ſeruanda eſt, Bal. in Auth. poſt tres fratres, C. de legi. hæred. Pau. conſilio clxxv. caſus præſens, nu. 4. libro j. Ial. conſilio lxiii. columna 4. in 3. & Bald. d. cap. & ſi
159 Chriſtus, in fi. & paria ſunt venire ex verbis † ſeu mente legis, & iſto caſu dicitur interpretatio comprehenſiua ſeu intelle-
160 ctiua, † Tira. in dicto loco, numero clv. facit l. nominis, & rei. de verborum ſignifica. l. iis ſolis, C. de reuocan. dona. & reali-
161 tas & perſonalitas † pactorum conſiſtit in mente, & mens ratione probatur, l. iuriſgentium, §. pactorum, ff. de pact. Bal. cõ
162 ſil. cxv. in j. verba, colu. 2. & differentia † rationis conſtituit ſpeciem aduerſatiuam, Bald. in cap. inter cœteras, colum. fina. de reſcript. & dicitur differentia terminorum ſubiectorum prædicamento eiuſdem rationis, conſtituens eandem ſimilitudi-
163 nem, l. quod Nerua, ff. depo. & ratio mens † dicitur, Bald. cap.
164 poſt translationem, numero 4. de renun. & mutua † ratio illa eſt quæ loquitur in cordibus noſtris, & omnia regulat. l. in cõ
165 dõnibus, de cond & demonſt. & pariter vtilitas † & cauſa fina
166 lis, quia, omne quod mouetur † naturaliter tendit ad bonũ.
167 Bald. conſilio 343. examinan. in j. colu. j. & illa † eſt vera natura verborum quam ratio recti ſermonis includit, quia ſignifi
168 catio † trahitur per rei naturam ſubſtantialem, ſine qua intellectus ab intelligibili remouetur, Bald. conſilio 326. rex Ro
169 ma. in j. colu. 3. & viuere † ratione eſt viuere hominis, & ho-
170 mo magis eſt, intellectus quam ſenſus † Bald. conſilio ccxviii. in 3. petita, & ſimilitudo eſt in paribus terminis eadem ratio
ne æquitatis, & non dicuntur ſimilia quorum diuerſa eſt ra-
171 tio, † de ſimilibus idem iudicium, Felyn. & alij in cap. trranslato, de conſt. Corſe. in ſingu. ſuo in verſicu. extenſio, Barba. cõſilio vlti. j. volu. & conſilio xi. & licet opinio Vincentij ſuis tẽporibus recepta fuiſſet, procedit de cõſuetudine Hiſpaniæ, de
172 qua nihil ad nos, quia conſuetudo † dicitur eſſe ſtricti iuris,
173 quia reſultat ex facto † quod dicitur tacitum, l. de quibus, ff. de ll. ibi, an rebus ipſis vel facto ver. ſed tacito conſenſu, & om
174 ne tacitum dicitur eſſe ex cõiecturis, † l. licet imperator, ff. de leg. j. Bald. in d. cap. inter cœteras, de reſcrip. numero 9. & ta ci-
175 tum † non extenditur ſicut expreſſum † & ideo ad alia loca
176 non porrigitur, Aymo conſilio cxxi. numero xxi. & tantum
177 † habet conſuetudo de potentia, quantum de actu. Bald. ca.
178 j. de feu. cogni. numero 9. & exteſionem † non recipit. Pau. cõſilio 412. in j. in fi. quia Bald. c. j. qui feu. dare poſſunt, Natt. cõſ. 46 in j. Pariſ. conſilio 86. in 4. numero 13. & conſuetudo dici-
179 tur localis, † & an Doctori de cõſuetudine teſtanti credatur, Bald. in l. conſentaneum, C. quomodo & quando iudex Ale. in l. poſt dotem, ff. ſolut. mat. Ial. d. l. de quibus, Roch. de Cur. in cap. fina. de conſue. Ial. in l. 2. §. mutui, ff. ſi cer. pe. & Dec. cõ ſi. clxv. clxxxiiii. ccccvii. ccccl xxii. Duran. cau. 35. de ſubſti. declarat diffuſe, Aymo pro genero, numero 476.

Nec alienum erit quod illis temporibus Vincentij opinio
180 non ſeruetur, † quia leges temporum varietate variantur, l. 2. §. ſed quia, C. de vet. iue. enuc. & ſecundum philoſo. diſpoſi-
181 tiones mundi de Cœlo & mundo mutatæ ſunt, & † nihil ſub Sole perpetuum, ſecundum ipſum, & cauſa corruptionis, 3.
182 phyſicorum tempus † eſt Bald. conſilio 428. ſub numero 8.
183 in j. quæritur, & mundus dici poteſt quaſi motus † vide, quæ refert Callan. de glo. munditio parte, conſi. xviii. & xii. 12. parte. conſid. 36. verſicu. ius naturale, & factum per tempora di-
184 ſtributum recipit temporis permiſſionem, † ar. l. cõtinuus, §. illud, de verborum obliga. quia quæ non habent certam quã
185 titatem & naturam † recipiunt argumentum & diminutionem, Bald. conſilio 405. in 3. ad euidentiam ab accidenti, &
186 extrinſeca bonitas non attenditur, & obligatus ad factũ † eius ſumptus tempore variatur, l. ſuo victu, ff. de op. lib. & ſic vides
187 & iura & æſtimationes variari, † Bald. conſilio 401. ſuper in video qui tenetur ad alimenta, cum tempore nõ varientur, & anguſto & fertili tempore pariformiter ſunt præſtanda, vn de pſalmo habetur, dies diei ructat verbum, nox nocti ĩdicat ſcientiam, & l. diui, de iure patro. Cagno. l. 2. fo. 148. colum. 1.
189 C. de pa. interemp. † & opiniones hominum corpora ſequũtur, quæ tempore vetuſtaſcunt, & pereunt, & ſicut hominum,
190 † ita rerum neceſſitudo, d. §. ſed quia, ita opinionũ, cum motus † ſint diſſonantes, iuxta illud, velle ſui cuique eſt, nec voto
191 vitur vno, † mille hominum ſpecies & rerum diſcolor vſus,
192 glo. in l. Barbarius, de offic. præt. verſicu. multo magis, l. quia poterat ad Trebe. l. 2. verſicu. iis latis, de orig. iuris, vbi Cagno, & hoc ſecundum naturam, l. item vnus, §. ſi duobus, ff. de arb.
193 hinc † Rota ſæpius variauit, Gomes. de Ana. poſ. quæſtio. 67. Aymo conſilio 195. numero 4. Dec. conſilio 494. Gomes. dic.
194 loco quæſt. 4 ſapientiſque † dicitur, conſilium in melius mutare, Bald. capit. publicato, de elect. & iudex qui ſemel tenuit
195 † vnam opinionem erroneam, niſi ſe emendauerit, increpãdus, non puniendus eſt, Bal. cap. ne innitaris, de conſt. accedit illud Ariſto. Ethi. j. vbi ait, frequentes mutationes iaccidere
196 in vita humana, & in 3. de ani. ait intellectus † hominis peregrinus eſt, & non utique uniformis, & temporum varietate sẽper nititur varias edere formas, d. †. ſed quia, & Cic. libro j. officiorum ait, ſæpe incidere tempora quæ maxime videntur digna homine iuſto, eique quem bonum virum dicimus commutantur fiuntque contraria, & Bald. in prohem. decret. ait,
197 quod ĩtellectus hominis † eſt ad inſtar ſolis, qui vadit, redit,
198 & nunquam moritur, ſed ſuis viribus occultatur. ideo † ſtatuta tẽpore variantur, & leges, l. pater Seuerina, §. hæc verba, de cond. & demonſtra. Soc. conſilio 6. in j. ſub numero 2. Pau. cõ
199 ſilio 410. facto, numero 3. libro 1. quia lex † debet in tempore deſeruire. cap. fraternitatis, 24. diſtinct. cap. erit, 4. diſt. Bald. vni, C. de cadu. tollen. Caſſan. de glo. mun. 18. conſid. parte 12. verſi. 2. ius naturale, quæ omnia intelligas, circa hominum diſpoſitiones & ſtatuta, non circa diuina, in quibus veritas veratur, quæ eſt ĩcommutabilis propoſitio, ut diximus infra & manet in æternum, cum dominus pro fide noſtra & eccleſia in qua non eſt macula orauit.

SVMMARIVM.

1 *Nouam cauſam author noua cauſa non allegat.*
2 *Lex non circumuenienda, nec eludenda.*
3 *Iniuria ſibi infertur, vbi culpa ſua contingit.*
4 *Damnum ab inimicis tuis mihi illatum teneris reſarcire.*
5 *Culpa in faciendo grauior.*
6 *Culpa eſt non cogitare quod euenire poteſt.*
7 *Culpa vbi ad rixam dicitur ordinata.*
8 *In pœnam contractus ille incidit cuius facto diſſoluitur.*
9 *Culpa in damni emendatione conſideranda.*
10 *Factum illius conſiderandum qui cauſam dedit.*
11 *Author aggreſſor preſumitur.*
12 *Factum pro culpa reputatur, etiam quod culpa careat.*
13 *Beneficium conceſſum ex cauſa inimicitiæ non procedit quando ſui cauſa prouenit.*
14 *Damnum quod quis ſibi infert ſibi imputet.*
15 *Culpa ad caſum ordiuata ſibi imputanda.*
16 *Culpa leuiſſima vbi punienda tanto mpgis in lata.*
17 *Damnum datum criminaliter punitur.*
18 *Author fracturę pacis tenetur de rato, & quomodo.*
19 *Author fracturæ pacis tenetur de occiſo, etiam quod igoretur.*
20 *Author ſceleratior eſt quam qui proſequitur.*
21 *Pax intelligi debet de non contrateniendo in caſu licito.*
22 *Præparatio ad offendendum excuſat aduerſarium, ſi ſe præparat ad idẽ, ne vis ſibi fiat.*
23 *Autor qui primo aggreditur, de omnibus damnis tenetur. 27. & conuerſatio cum inimico, & cum cucurbita percuſſio.*
24 *Noua cauſa ad iram prouocatio. 26.*
25 *Author culpę dicitur a quo malitia incæpit.*
27 *Compenſatio id maleficiis non admittitur.*
28 *Anthor qui fuit prima cauſa non dicitur defendere, quia ſubſtantia dicitur mali operis.*
29 *Defenſio circa tria verſatur.*
30 *Defendens dicitur pati magis quam agere.*
31 *Author non nititur contractu quem ipſe impugnauit.*
32 *Via non aperienda ruptuæ pacis.*
33 *Mulier poteſt ſibi impetrare cautionem de non offendendo a viro, & eo ſi non ſufficiat teneatur cautio rndire.*
35 *Authores cauſam pacis fracturæ dediſſe dicuntur.*
36 *Finis principium oſtendit.*

QVAESTIO CXXII.

Data igitur pacis & treuguæ parí

tate, & quod ex noua cauſa treugua non dicatur rupta.

1 Limitatur † non procedere vbi author qui fuit nouæ cauſæ pacem vel treuguam rupit, quia nouam cauſam allegare non poterit, ne ex ſua fallacia præmium conſequatur, & ne
2 homini † licitum ſit legem eludere, arg. l. qui teſtñ, de proba. l. cum quis, §. Titia, de leg. 3. l. arbitro. ibi, ne lex circũueniatur, de dol. l. 3. §. j. de iur. c. j §. ſi quid. de Carb. edi. l. nec in prãte de arb. l. ſi idem, de iuriſ. om iu. Pau. 2ſi. cxv. li. j. ſuper j. col. 2. l. j. de doli excep. l. ſi merces, §. culpę, loc. l. qui bona, §. ſi qs, ĩ fi. de dam.

Digitized by Google

dam.infe.l.siue hæreditari, ff.de neg.gest. l.2. ff.qñ de pecu.est an. Pau. consi. 372.lib. 2.col.pe.sub nub nu.6.quia nō pōt imputari aduersario,cum suo facto deuentum fuerit ad fractu-
3 ram treugę,& author† vī qui nouam causam dedit,Marsi.singu.403.& sibi quodamō iniuriam inferri dī vbi sua culpa cō tigit,l.veteres,ff.de itī.actuque priua.l.habitatores,in fi.ff.loc.
4 l.qui potest facere,ff.eo. ideo† damnum mihi tua culpa p̄hēs relarcire teneris,l.2.§ in facto,ff.de verb.obl.l.dedi. de cōd.ob eau.l.hæredes,§.certe,ff.fami.hær.idem in damnato ab inimicis,Ro.consi.172.l.si merces,§.culpę,Io.Ruy.cōsi.147. in 1.nu. 2.& consi.23.in j.nu.v.idem in damno dato, l. is cum quo,ff. com.d.l.in iis,vbi Bar.sol.mat.Bal.consi.61.in ista col.3.lib.2. & incipiens rixam, si offendatur nō rūpitur pax vel treugua, Alex.consi.96.in 6.Marsi.sing.337.pars, cosi.165.in 4.& maxi
5 me vbi culpa† in faciēdo consilit,ar.l.is cuius. §.denique vbi Bar.ff.de vsuf.Bar.l.qui bona,§.inter,de dam.infe. Alex.cons.
6 50.in 1.† culpa est non cogitare quid euenire potest, Ay.con
7 si.97.col.2.Paris.consi,164.in 4.in fi.& culpa† ad riam dī ordinata,ad l1.§.sed scire,de act.em. Ay.consi.319.ver. nō obstat q̄ dī, nu 21. & ille dī incidere in pœnam p̄ctus † cuius facto
8 dissoluitur,Bald in l.semel,ff.solu.mat.in fi.l.3.ff. de iis quibus vt indi.conferunt relata a Lup.c.p vestras, §.70.fo.122.de do.
9 & præcipue † ad damni emendationē,in quo solum culpa īferentis dī esse in consideratione,l.quemadmodum , §.si nanis, ad l.Acq.Goza consi.27.per totum fere,& author rumoris & concitationis punitur,& de delicto Bal.consi.467.insultu, in 2. & plurimum considerandum est factum illius † qui
10 causam dedit.Paris.consi.4.in j.nu.6.Ale.consi.84.in 6.Ro.cō 8.436.tu scis,Berta.in tra.de Gabellis,Anch.consi.414.Ioā.de Ana.consi 34.Iaſ.l.i.C.de inst.& substit.Dec.c.inter, in 6. not. de excep.Ay.consi.95.nu.8.Cor.consi.23.128.in 2. Are.consi.
11 132.Io.de Ami.consi.4.nu.2.vbi aggressor † author præsumitur,& alias factū pro culpa reputatur,ēt q̄ culpa careat,† Ri-
12 pa,de pest.priui.p̄,Cor.consi.23. n 2 Bal.c. 2.§.hæc, de pac.iu. fir.& Cor.consi.12.in 4.Soc.consi.156. in 2.Ruy.consi. 23.nu. 5.& consi.65.nu.3.& 85.nu.4.& 147.in j.& 59.nu.13. in 4.Pa-
13 ris.consi.40.in j.nu. 6. Nec † beneficium concessum alicui ex causa inimicitię,non procedit vbi culpa sua p̄cta est,Bar.l.cū imabulis,§.fi.de iis quibus ut indi.Iaſ.l.filiam,C.de inoffi.test.
14 gl.c.fi.de ap.& damnum † q̄ quis sibi infert sibi imputet, l.qui fidem,de transl.si ex legati,l.si seruum de verb.obl.l.vēditor, cum seq.ff.de peri.& commo.de pigno.act.l.maritus,§. si vir, sol.mat.Bru.in tract.da dimi.conclu.12.6.conclu. prin. n.68
15 vbi culpa præcedens † ordinatur ad casum,& sibi debet imputari,d.l.siue hæreditaria de neg gest. Bal. in c.quæ in ecclesiarum,nu.18.de const. idem ēt vbi culpa leuissima † damnum
16 contigerit,quæ punibilis est,l.si vsusfructus, §.si præteritis, de vsufr.l.si seruus,§.si quis verbo fornicari⁹,ad l.Aq.l.domo, de leg.1.Bar.d.l.q̄ Nerua,depo.Affli.in const.regni, de cland.male.Dec.c.cognoscentes,nu.12.ver.4.conclusio.de cōst.& hoc vbi consistit in faciendo,secus in omittendo, Bal.l.data opera,C.qui acc.non poss.Gra.decis.46.Rolā.consi. 64. in 3.nu.4. & seq.tanto magis lata culpa crīaliter punitur, imo datur le
17 gis Aquiliæ actio de pauperie,ut in damno dato † q̄ crīaliter puniatur,gl.est sing.in l.fi.ff.de priuat.del.Bal.consi. 144.lib.1. statuto præsuppositio.Cor.consi.19.sub nu.xi.in 3. q̄ est notā dum.Hæcque principalis limitatio cōfirmari potest ex deductis a Paris. consi. 164.in 4.& vltra ipsum, quis dedit causam
18 fracturæ pacis deueniendo † ad verba altercatoria,vel forsan iniuriosa,ob quæ deuenitur ad fracturam pacis,uel treugę, tenetur.de toto,non inspecto proposito volūtatis,arg.l.si ser-
19 nus,§.insulam,ad l.Aqui.Imo tenetur de officio, † licet ignoretur occisor,Bal.in l.qñ,C.de vi pub.Rolan.consi. 63.nu.3.
20 in 2.author.n.† scelerōr est quā qui ,psequitur,Bal.consi.369. quæritur,in j.loquitur ī fractura treuguæ,seu pacis,& per simplicem actum verbi, seu promissionē,neurra pars.ī telligitur rumpere cōfœderōnē , quia pactum debet intelligi in casu de
21 iure licito,& possibili,† videlicet ad decisionem vel iuxtā propulsationem,tale.n.pactum iure naturali & communi foue-
22 tur,iō pœnale non est,quia tendit ad decisionem,& cū † vna pars facit iniuriam,uel se præparat ad faciendum,licitum est alteri parti capere consilium & auxilium ne sibi vis fiat,l.fi. C.de offi.proc.Cæſ.l.illicitas,§.ne potentiores,de offi. presby.
23 & iō † prorumpere dī qui prior aggreditur, qui conuersatur cum inimico,Sal.in l.liberi,C.de inoff.test.Fel.in c.cum oportear,de accu.in c.repellantur,eo.tit.& cucurbita , pugno, vel vel pallium tangendo,Paris.d.consi. 63.in 4. & percussio bouis,Alex.d.consi.d.consi.cxv. lib.4. Mant. consi.169. in j.Soc. jun.consi.103.in 3.item conuicium , Gra. decis. 37.& qui dat causam,Bald.consi.369. & sufficit potentia actus proxima ut rumpēs pacem excusetur.Fel.in rub.de treugua & pace in fi. & euaginatio.ensis,Dec.& Cagno.in l.quo tutela,§. vi factū, de regu.iur.Alex consi.99.in 3.& consi.48.in 4.Cępo. cōsi.28. & seq ītē solitus delinquere auctor creditur, Marsi.singu.217.
item & multas coniecturas cum laudat Carre.in §.circa num. 138.vsque ad nu.150.minans, Marsi.consi. 41.Gra.consi.29. & Carr.nu.139.vbi s̄ & Menoch.casu 363.in arb.iud.Imo of
24 fensio,& sic noua cā,& dī prouocatio ad iram † Bar.in l.licitatio,§.q̄ illicite,ff.de publi.Paris.di.consi. 165.Cor.consi.51. in j.Ay.consi 319.sub nu.21.versi.non obstat, Alex.cōsi.115,
25 in 5.& Arist.ait q̄ princeps culpæ † dī a quo incepit malitia, Bald.quem refert,Ay.consi.2. nu.12.& in ti.Hic finitur lex,Fede.§ j.sub nu.v.Cœpo.consi.18.nu.8.Bald. consi. 143.super q. lib.2.vbi dicit,non incipit qui ira aliquid facit, sed qui ad irā
26 prouocat,† & ibi dicit Bal.q̄ nō sequitur.si vnus malefacit,ergo alter potest malefacere, & peius dicere,quo ad pœnam fis
27 calem,quia † vterque pro maleficio & maledicto tenetur,ni si vnum fieret ad offensam , alterum ad defensam cū moderamine debito,ut idem Bal.sub nu. 1. ad idem Veron.p̄si.47,
28 & author tenetur † de omnib.damnis,Boe.dec.261.nu.2.Marsi.sing.103 .Ruy.cōsi.36 in v.nu.xi.in fi. nec dī defendere ictū replicando qui fuit prima causa delict.,sed substantia mali operis,Bal.consi.287.in 3.& consi.212.visis, in 4. in sing.& ibi hñr multa notatu digna de defesione,q̄ circa tria versat † vi-
29 de Couaru.§.vnico,de homi.& q̄ qui se defendit dicit potius
30 pati quā facere.& de euaginante ensem , q̄ dicatur inceptor, Marsi.in l.1.C.de rapt.vir,nu.82.Dec.678.col.1.Bossi in titu.de homi.nu.88.Gra.consi.55.Grat.consi.114.li.2.nu.20.nec † au
31 ctor nouæ causæ niti potest p̄ctu quē ipse impugnauit, l.ædē, C.lo.l.habitatores,C.e.ti. & pensionem non petit qui conductorem expulit,Bal.consi.131.casus.col. fi.& consi. 176.Cecchus,& hæc procedere vñr,ne sub affectata cā atq; procurata † de facili aperiretur via rupturæ treugæ,uel pacis,sed alio
32 respectu ad obuiandum maleficiis mulier potest impetrare
33 cautionem † de non offendendo a viro a quo recessit,ēt si sui culpa recesserit,Bal.in citato consi.176.Neuiz.in Sylua nupt. lib.2.nu.41.Gerra.no.65.Paris.consi.168.Rolan.cons.27.in 3.
34 & si nō sufficiat cautionem reddere,† non tenetur redire,Gerar.d.sing.ad idem Fel.in rub.de treugua & pace,Ripa in rub. de dā.infe.Alex.in l.qui bona,§.si quis iuxta de dam infe.nec mirum si primo casu noua cā non potest allegari , ne ex sua fallacia commodum consequatur,l.itaque de fur. Tiraq.in retra.parte j.igl 18.nu.xx.& rationem inter primum & 2m casum refer,Fel.in rub.de Treugua & pace, col.pe. in fi.licet virō leuis castigatio sit permissa, Abb.di.c. quemadmodum.de iureiu.Alex.consi.56.in 3.Paris consi.in 4 Ex præmissis infert,
35 negari nō posse, authores rixæ nō dedisse causam ruptæ treuguæ † vel pacis iō offensione sequuta illis imputari debet,l.2. ff.si quis cau.l.j.§ aries ff.si quadrup.pau.quia vbi finis est malis prædordinatio dī dolosa,l.ti qui.C.de adult.& finis† demon
36 strat principium,l.reprehendenda,C.de inst. Bal.consi.382.in 5.quæst.col.j & ea quæ ad finem ordinantur , secundum naturam finis regulantur,2m Neui.in Sylua nup.in s̄ citato,Io.

SVMMARIVM.

1 *Author nouæ causæ tenetur de toto.*
2 *Iræ prouocatio iusta causa dicitur,dummodo de facili non posset remoueri,sub nu.5.*
3 *Noua causa dicitur vbi pœnam meretur.*
4 *Offensa an dicatur vbi non est punibilis.*
5 *Captus a curia si se defendendo interficiatur,impunitum erit.*
6 *Fraudibus obuiandum.*
7 *Legis oratio non circumuenienda.*
8 *Licitum fieri non potest quod sub compendio illicitum est.*
9 *Actus in fraudem legis nullus ipso iure,secus hominis, nu.11.*
10 *Affectata causa non sufficit.*
12 *Durius agitur cum fraudatore legis quam hominis, & grauius peccat, numero 13.*
14 *Nullitas an pœnam mereatur.*
15 *Nullitatis pœna an cum alia concurrat,& quando nullitas sit pœna.*
16 *Resignans literas fauorabiles an puniatur.*
17 *Pœna specialis an tollat generalem.*

QVAESTIO CXXIII.

1 Qatenus diximus s̄ nouæ causæ auctorem teneri de toto,† ut ex iam dictis cōstat per iræ prouocationem, q̄ procedit ubi iusta cā iræ præcedit, alias simplex
2 calor non excusat † Ale.d.consi.115.Doct.in l.quicquid de regu.iu.Paris.consi.64.in 4.Alex.consi 19 in 1.Marsi.singu.503.

Tu autem clarius hic procedere vbi ill a noua causa pœnā meretur,Cor.consi.51.in j.nu.6.Ay.consi.319. Ruy. consi.43, nu.19.in 4.quia † vbi initium est illicitum,illud attenditur,vt
3 idem Ay.sub n.21.ver.nec obstat. Marsi.d.sing.503.licet,Pau.
4 in consi.255.in j.col. 2. dicat offensam dici ēt † q̄ non sit pupilis,l.j.ff.de his quibus ut īdig.vbi Bar.ait q̄ si captus a curia
5 se defendat , † potest licite interfici, nec punibile est homicidium,

Digitized by Google

dium huiusmodi, l. si seru⁹, C. de his qui ad eccleſias ſub nu. 5. nec omnis prouocatio releuat, vbi ꝺ facili remoueri poterat, arg. l. Fluminum, l. 2. ff. de noxa. quia non omnis cauſa excuſat, Ceph. conſi. 38. nu. 25. in 1.

Vltimo ſi aliter diceremus, pax nobis de vento ſeruiret, & vnicuique ex contrahentibus integrum eſſet nouam causã fingere, & de facili ad pacis fracturã laberetur impune, fraudi
6 bus autem & malitiis † hominum obuiandum eſt, c. porro,
7 de diuor. l. in fundo, ff. de rei uend. l. fraus, ff. de ll. vel legis † rõ eſt circumuenienda, l. cum hij, §. ſed cum his, ff. de tranſa. Bal. conſi. 392. locatio, col. fi. in 5. nec licitum fieri poteſt † qꝫ ſub ꝑ-
8 pendio non eſt licitum, l. nomen, §. j ff. de leg. 3. l. libertus, ff. de
9 iure pat. Verone. conſi. 40. ſub nu. x. & actus † in frudem legis nullus eſt ipſo iure, hominis vero ope exceptionis, reuocatur, Ruy. conſi. 125. in 2. & ibi hꝰ qñ turpitudo allegari poſſit,
10 & affectata cauſa non ſufficit † l. Quę omnia, ff. de procu. Alex. conſi. 86. in 2. Tiraq. in retra. §. 35. glo. 4. nu. 37. & hoc actũ
11 creditur, ne legis ratio contemnatur, † l. 2. §. hæc autẽ, C. de iu. cal. Ripa rñſo, 1. fo. cxv. de ſecun. nup. l. data, C. de dona. & du-
12 rius agitur cum legis fraudatore † quam hominis, l. arbitro, §. pe. ff. de dolo, l. libertus, ff. de iure pat. Bal. l. poſt tres, ff. ſi quis caut. & durius peccat qui fraudat legis interpretationẽ ad idẽ, Bald. conſi. 9. in j. ſub nu. 1. factum, col. j. in fi vbi durius peccat
